BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
H
64
NAPOLI


ACTA
SANCTORUM.
MENSIS
IULIUS
ERUDITIO
VERITAS
ANTIQUA REDUCO
OBSCURA REVELO

P. FRANCISCUS BAERTIUS S.I.
OBIIT XXVII OCTOBR. MDCCXIX ÆT. LIX.

Mille inter curas promovit Bârtius Acta;
Quid non Scripturus Si licuisset erat.

G. Picaci Sc.

ACTA SANCTORUM JULII

Ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis, ſervata primigenia veterum Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus illuſtrata

A CONRADO JANNINGO
JOANNE BAPT. SOLLERIO
JOANNE PINIO
E Societate JESU Presbyteris Theologis.

TOMUS II.

Quo dies quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, octavus & nonus continentur.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

VENETIIS. MDCCXLVII.
Apud { SEBASTIANUM COLETI
ET JO: BAPTISTAM ALBRIZZI HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

ELISABETHA CHRISTINA ROMANORUM IMPERATRIX SEMPER AUGUSTA, NATA PRINCEPS BRUNSV. ET LUNEB.

ELISABETHÆ

ROMANORUM IMPERATRICI

SEMPER AUGUSTÆ

Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Reginæ
Auſtriaco-Brunſvvicenſi, Magnanimæ, Piæ, Feliçi.

Omus hic alter de Actis Sanctorum menſis Julii, ut pluribus titulis Tibi debebatur, AUGUSTISSIMA IMPERATRIX, ita ſingulari jure eum ſibi poſtulat auguſtiſſimum nomen Tuum, dum partem ejus non modicam implent cognominis Tibi Sanctæ inſignia prorſus & toto orbe Catholico celebratiſſima geſta: vindicat vero potiſſimum æmula Tua virtus, dum Reginæ iſtius Sanctæ religioſiſſimis exemplis in Te poſtliminio ſuſcitandis, omnem conatum, ſtudium, ſolicitudinem poſuiſſe videris. Omine profecto in paucis felici, utpote cum Eliſabethæ appellatio Sanctas non unas in ſola Germania Eccleſiæ peperiſſe, perſpectum habeas. Latiſſimum in meritiſſimas Tuas laudes excurrendi campum mihi aperiebant Illuſtriſſimi natales Tui Brunſvviſenſes, ex inclyta illa ſtirpe, tot avitis Ducibus, Regibus, Cæſaribus, heroibus, a tot ſeculis per univerſam Europam, tum nominis ſplendore, tum æterna memoria præclare geſtorum nobilitata. Poterant in Te refundi quæcumque ab illis fluxerunt & ſanguinis & meritorum præconia: quid enim communi hominum conſenſione magis pervulgatum accepimus, quam tritum illud, ut quemadmodum eſt in natis patrum virtus, ſic & majorum decora in poſterorum gloriam promanent atque redundent? At enim eas a me prærogativas exornari omnino vetat certans in Te cum prima orbis terrarum majeſtate, major, ut ita loquar, ipſa illa imperatoria dignitate, vere Chriſtiana modeſtia. Probe noveram, IMPERATRIX AUGUSTISSIMA, e quam gravi lucta victrix emerſeris, dum calcata quodammodo ætatis & ſexus ipſius teneritudine, e cariſſimæ genitricis ſinu, adhuc tenella, ad Sereniſſimi avi Antonii Ulrici, numquam ſatis prædicandi, imo ad Catholicæ Eccleſiæ gremium Te feliciter juxta ac glorioſe reciperes. Egregias naturæ dotes, in Te profuſe congeſtas, quibus illic cæleſtis gratiæ incrementis divina bonitas cumulaverit; quibus autem virtutibus auguſtam iſtam Tuam & oris & totius corporis majeſtatem adornaveris, qua prudentia, quo animi candore & fortitudine fulſeris; qua demum in artibus, ſexui convenientibus, perdiſcendis facilitate præcellueris, probat in aula Sereniſſimi Patrui Tui ſuperſtes hodiedum & recentiſſima memoria. Quantam porro apud Sereniſſimum Avum auctoritatem conſecuta ſis, id ſatis perſpicue docuit, quod ad nullum Principis beneficia, niſi per manus Tuas derivari, primoribus quibuſque & optimaribus perſuaſiſſimum eſſet, Te interim id curante potiſſimum, ut miſerorum & afflictorum egeſtati ſuccurreres; probe docta, in ſinu pauperum eleemoſynas recondere, quibus æternos Tibi theſauros comparares. His nimirum gradibus ad ſummi imperii faſtigium Tua Te merita provehebant, quorum fama vel in remotioribus Europæ partibus agentem Auguſtiſſimum Carolum, tunc adhuc, vivente Auguſtiſſimo fratre Joſepho, Hiſpaniarum Regem, latere non potuit, uſque adeo, ut tota, quam late patet, Germania, auſim dicere Europa univerſa, nulla dignior reperta fuerit, quæ Auguſtiſſimis thalamis conjungeretur. Memoria repeto, quanta promptitudine, quanta alacritate & conſtantia, vix annos nata ſeptemdecim, animis ſupra ætatem & ſexum erectis, deſertis omnibus, quæ Tibi cariſſima fuiſſe, quis inficiabitur? Viennam primum, deinde per ardua Alpium cacumina in Italiam, tum Genuam magna celeritate properaveris, demum metuenda ſortibus etiam viris infidi maris ſpatia dicam, an pericula; animo imperterrito tranaveris, ut ad Auguſtiſſimum ſponſum, Barcinone tunc commorantem, prope dixeram, ad ipſum S. Eliſabethæ natale ſolum, ociſſime evolares; proſperis utique auſpiciis eo me Ipſa deducens, quo plane contendendum mihi propoſueram: ad Eliſabetham, Patronam Tibi dilectiſſimam, ad Reginam illam Sanctam, cujus premendis veſtigiis jam diu inſtiteras, & inſtare hactenus non prætermittis. Illius ergo perfectiſſimam vitæ inſtituendæ rationem ſæpe demiratus ſum, pridem etiam ſolitus cum animo revolvere caſus ejus non paucos, quibus & Te quoque jactatam

memineram; virtutes porro, quas in Te redivivas ſumma cum voluptate contemplabar. Ut igitur merito prohibes, nequid hic cum oratorum vulgo a me dicatur, quod vel umbram affectationis redoleat: at certe patieris, AUGUSTISSIMA IMPERATRIX, ea me commemorare, quæ non tam naturæ, aut Tibi, aut Tuis viribus, quam cæleſtium donorum auxiliis adſcribenda, judicos, dum ad eam plane normam, qua beatiſſima illa Luſitaniæ Regina, alterius item Sanctæ ſynonymæ Turingicæ neptis, ad ſummum meritorum & ſanctitatis culmen conſcendit, ita Te, ſeculam ejus imitatricem, non rim terrenæ dignitatis ſplendore, licet eo circumfulgeas, affici video, quam iis recte geſtorum monumentis, quibus ſolis nos in Domino gloriari poſſe, ſcite monuit Apoſtolus. Ut preſſius parallelo inſiſtam, a primis, ut ajunt, unguiculis exordior. Regio ſanguine orta eſt S. Eliſabetha; & Te eo progenitam, oſtendimus. Infans adhuc, e parentum ſinu avulſa, ſub Jacobi Regis, avi ſui, diſciplina ſancte educata eſt; ita & Tu, AUGUSTISSIMA IMPERATRIX, ſub integerrimi Catholici Principis avi tui inſtitutione, prima ſuſcepiſti perfectioris vitæ ſemina, quorum uberes fructus prima totius orbis aula colligeret. Ipſa in ætate admodum tenera, Dionyſio Luſitano deſponſata, per medios bellorum tumultus ad Maritum Regem deducta eſt; & hic etiam caſus utriuſque Eliſabethæ conſimiles. Quod ſiquis fortaſſe, hæc forti potius aut fortunæ, quam veræ virtuti tribuenda cenſuerit; audiat is æque conformia utriuſque religioſiſſimæ geſtorum ſpecimina; ſolidas inde utriuſque Chriſtianas virtutes colligat, ex virtutibus ſupernæ gratiæ, in utramque exundantis argumenta. Fortem in adverſis, AD NUTUM DEI ſe quaquaverſum flectere; rerum cæleſtium meditationem in deliciis habere: ad Miſſam quotidianam pientiſſime accedere; verbo Dei audiendo & eccleſiaſticis officiis conſtanter inſiſtere; ſacris myſteriis ſtatis temporibus ferventiſſime participare; Regi Conforti in omnibus obſequi, & tantum non ſimulari; liberorum in timore Dei educandorum curam nec aliis committere, ſed ſibi propriam exiſtimare; domum ſuam gubernare provide & ſolicite; largis eleemoſynis munifica & liberali manu pauperum indigentiæ proſpicere; ſumma in Deum ac Cælites pietate templa & aras regiis donis pia & Chriſtiana prodigalitate exornare; prudentia in regimine, clementia & benignitate in ſubditos excellere; hæc non naturæ aut ſortis, ſed gratiæ germina ſunt: hæ ſunt virtutes Catholica Principe dignæ, quibus S. Eliſabethæ Acta, quorum ferme verba deſcripſi, a capite ad calcem in hoc volumine patentiſſime coruſcant: donis, uti dicebam, cæleſtibus & divinis, quæ in Te, AUGUSTISSIMA IMPERATRIX, ab eadem æterni Numinis bonitate collocata gratabundi ſuſpicimus, eaque meritis efferre laudibus minime formidamus. Patuit & in Te animi ſupra ſexum fortitudo, tum in iis quæ Tibi exantlanda fuerunt, ut ad Auguſtum Sponſum pertingeres, tum vero cum ad imperium ipſo revocato, ſola regnum & clementiſſime & prudentiſſime moderata es; ſed in eo vel maxime, quod invitus nec ſine lacrymis memoro; dum poſt ſeptem annorum conjugium, natam tandem prolem maſculam, Archiducem Leopoldum, o triſtem Leopoldi memoriam! præmature fato, nobis heu nimium luctuoſo! Tu mater, ſiccis prope oculis Tibi eripi paſſa es; quem etſi tenerrime diligeres, audita tamen non ſemel ſuiſti, cum palam & ſincere ediceres, percupere Te atque etiam Deum precari, hunc Tuum filium in prima potius ætate & innocentia mori fineret; quam ut, ſuccedentibus annis, in grave aliquod peccatum incidere pateretur. Chriſtiana profecto & digna forti Imperatrice, digna Eliſabetha ſententia! quam non ſemel repetiiſſe Te comperimus, dum unas alias Sereniſſimas proles utero geſtares, hoc Superos unice rogare ſolita, ut Baptiſmi gratiam conſequerentur. Scilicet, id ſemper opere glorioſe executa es, quod piiſſimo lemmate expreſſum refers, AD NUTUM DEI. Vulgatiſſimæ ſunt reliquæ S. Eliſabethæ virtutes, quas in Te adumbratas non aula ſolum Viennenſis, & Auſtria tota, ſed orbis univerſus extollere nunquam deſinent; præſertim eximiam illam tuam in pauperes miſericordiam, in quos tam prompte benefica es, ut lætior numquam appareas, quam cum facultates omnes larga manu in ipſorum ſinum profudiſti, quæ vere incomparabilis eſt S. Eliſabethæ gloria, inde etiam vehementer inclareſcens, quod ſumma religione & pietate omnia prope ſua in ornandis aris & templis ad extremam uſque ætatem inſumpſerit. Et hanc Tuæ Reginæ Sanctæ ſtudioſiſſima æmulatio, dum donis pretioſiſſimis eadem non levi ſumptu inſtruis, iiſque propriis ſæpe manibus, non operoſe minus quam eleganter elaboratis: cujus piiſſimæ liberalitatis teſtes habeo OEttingam veterem, Cellam Marianam, varias Auſtriæ & Hungariæ eccleſias, ne excluſa quidem Tranſilvania, ad quam etiam ejuſdem Cæſareæ pietatis monumenta extendiſti. Vidit Auguſtiſſimus Conjux, quantam tot religioſis operibus, in Luſitania etiamnum exſtantibus, gloriam adepta ſit Regina Sancta, cujus ipſe incorruptum poſt quatuor ferme ſecula corpus veneratus eſt. Non longe quærenda ſunt ad exemplum incitamenta: Patronam habes, quam in Te redivivam toti

Im-

Impetio repræſentas. Sunt & alia in hoc volumine, tum religioſæ iſtius in Deum & Sanctos pietatis, tum vero in pauperes beneficentiæ ſpecimina, ad prodigium uſque mitanda, in ſingulari Flandrorum Protectrice S. Godeleva: ut cetera præteream variis locis hoc toto volumine diſperſa. Neque enim longam aliam Sanctorum ſeriem, qui totis ſex diebus hic comprehenduntur, nominatim percurrere integrum eſt. Ipſum præter innumeros glorioſiſſimos Martyres, ornant primi ferme, ſaltem præſtantiſſimi Germaniæ apoſtoli Goar, Agilolfus, Diſibodus, Kilianus, Willibaldus, Udalricus; qui viri, quot apoſtolicis laboribus, quot virtutibus, quot meritis, quot ſignis illuſtres! Quot vero & Sancti alii, totidem & ipſi pro Te, AUGUSTISSIMA IMPERATRIX, apud Deum futuri interceſſores, qui potenti ſuo patrocinio a ſupremo Sanctorum Capite, ita loquimur pleni fiducia, ad quam Te demiſſiſſime exhortari audemus; alium nobis Seteniſſimum Archiducem, alium Leopoldum impetrabunt, futurum hæredem, non ditionum modo Auſtriacarum, ſed, quod in hac re primum eſt, Tuarum & Auguſtiſſimi Conſortis præclariſſimarum virtutum; futurum Imperii & Catholicæ Eccleſiæ columen; futurum Auguſtiſſimorum Avi & Parentis in promovenda Sanctorum gloria imitatorem. Non fallent divina effata: Quiſquis AD NUTUM Dei ſe dirigit, optatis potiri meretur. Eam nos ſpem firmam alimus, ea Belgæ Tui omnes fidentiſſime nituntur. Audiant Cælites quæ votis omnibus jam diu ardentiſſime poſtulavimus; & porro, quo fieri poterit fervore, efflagitare non deſinemus

AUGUSTISSIMA IMPERATRIX

SAC. CÆSAREÆ ET REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS TUÆ

Devotiſſimi Clientes

CONRADUS JANNINGUS
JOANN. BAPT. SOLLERIUS
JOANNES PINIUS

SOCIETATIS JESU.

SYNOPSIS
TOMI SECUNDI.
DE ACTIS SANCTORUM
JULII

TOmus hic Julii alter, priori non major mole, ſed dierum & Sanctorum numero, ſeptimus eſt & vigeſimus ordine de Actis Sanctorum, ad nonum uſque diem extenſus, in quo variæ Anonymorum MM. turmæ; ea vero longe præcipua, quæ decem mille ducentos & tres ſacros Pugiles, ductore Zenone, complectitur; Sanctos vero, nominibus propriis expreſſos, ultra ducentos & quinquaginta; quos more ſolito, qui virilis ſexus ſunt, ſecundum triplicem ſtatum *Eccleſiaſticum*, *Monaſticum* & *Secularem*, ordine regionum diſtribuimus in tres claſſes: feminis, eujuſcumque ſint ſtatus, in quarum claſſem collectis. Ab hac ſerie excluduntur Sancti veteris Teſtamenti, de quibus præcedenti volumine actum diximus. In hoc tomo recurrunt *Oſeas* & *Aggæus* uno die ſimul conjuncti, atque *Iſaias*, inter Prophetas majores primus & celeberrimus, Chriſti Servatoris prænuntius, &, ſi ita loqui licet, prædicator.

EX STATU ECCLESIASTICO.

In Oriente illuſtres fuere, ſed prope æquivoci Epiſcopi, *Flavianus* Antiochenus & *Elias* Hieroſolymitanus, funeſta ea tempeſtate, qua æquabilis œconomia, rigidioribus orthodoxis exoſa, moderatiores quoslibet ſuſpectos reddidit; quos Theophanes aperte infectatus eſt: aſt ii juſtos patronos repererunt, quibus & nos acceſſimus. Ab eodem Theophane infimulatus etiam eſt *Andreas Cretenſis*, ſed & ipſe vindicatus. Non adeo celebres ſunt, qui in ſolis ferme Græcis Faſtis reſeruntur.

In Italia plures quidem Antiſtites recurrunt, verum aut nullis ſpecialibus, aut non ſatis probis Actis ornati. Inſtituenda fuit diſquiſitio, quis inter ſummos Pontifices ſub *Hadriani* nomine colatur Nonantulæ in ditione Mutinenſi; ubi, ſublata confuſione, cauſa *Hadriano III.* adjudicatur. De SS. *Stephano* & *Sueta* ſociiſque aliis Rhegienſibus in Calabria anceps diſceptatio: qualis de *S. Romulo* comitibuſque martyribus in Tuſcia; quorum poſtremorum quam certus cultus, tam ſunt apocrypha Acta, quæ de ipſis circumferuntur. Alios promiſcue appellare ſufficiet. Martyribus annumerantur *Pontianus* apud Tuderinos, & *Aſtius* ſive *Aberiſtus* Dyrrachii. *Albertus* celebris eſt Laude Pompeja. Habent Brixienſes *Apollonium* Præſulem, habent & Beneventani alium ſuum ſynonymum. *Joannes Angelopetri* Ravennatibus præfuit, *Conſul* Comenſibus, *Ampelius* Mediolanenſibus, *Felix* Gemmenſibus, *Severus* Cæſenatibus. De *Briſtio* Martulano actum fuit in Tract. Præliminari ante tomum 1. Julii, & hic rurſus in plures diſtrahi, aut in Hiſpaniam avehi prohibetur.

Inter Galliæ Præſules eminuit *Felix* Nannetenſis, encomiaſten nactus Fortunatum, qui doctrinam, virtutes, & geſta ejus mirifice prædicavit. Non eadem cenſuit Turonenſis Gregorius, paulo acerbius cum Felice conflictatus; ut intelligas, viros etiam ſanctiſſimos nonnumquam humanitus aliquid paſſos. Celebris eſt *Laurianus*, non ſolum Epiſcopus, ſed & Martyr Vaſtinni in Biturigibus. Alii ſunt *Eoaldus* Viennenſis, *Aurilianus* Lugdunenſis, *Sigisboldus* Sagienſis, *Angelelmus* Autiſſiodorenſis, *Paulus* Senonenſis, *Valerius* Conforranenſis: & de quo notitiæ vix reperiri potuere, *Iſbernus* Nivernenſis, reliquiarum cultu, quam geſtorum ferie illuſtrior. Inferiores hujus claſſis ordines ornarunt *Valentinus* presbyter, Galliarum Alexius, *Gervaſius* diaconus & martyr, ac *Wulfilaicus* Occidentis Stylites, a Gregorio laudatus. Obſcuriora ſunt, quæ de *Bertario* & *Ataleno* MM. tradita habemus.

Odonis Urgellenſis epiſcopi fama Hiſpaniæ fines exceſſit, dum ejus nomen Martyrologio Romano inſertum eſt.

Apud Anglos, Scotos & Hibernos nominatiſſimus *Palladius*, S. Patricii quodammodo præcurſor fuit. *Hedda* apud Occidentales Saxones meritam egregiorum operum laudem conſecutus eſt: ſed nullus apud Anglos *Odone* Cantuarienſi notiſſite celebrior.

Vix umquam tam paucis diebus tot inſignes Epiſcopos dedit Germania. Ut non multis ioharream enumerandis Trevirenſibus, ſeu forte Tungrenſibus, *Navito*, *Numeriano*, & *Auſpicio*; Martyribus accenſetur *Agilolfus* Colonienſis. In Dyſembergh, non procul Moguntia, claruit *Diſibodus* Hibernus epiſcopus, tametſi ibidem, vitam mere ſolitariam duxerit, nomine proprio monti indito, ubi monachos congregavit, quorum miſeræ viciſſitudines explicantur. Francorum apoſtolus *Kilianus*, Hibernus & ipſe vel Scotus, Herbipolim fidei lumine illuſtravit, fuſo cruore eam fœcundans. Tempora ejus, quantum fieri potuit, reſtituta ſunt: Acta vero, & quæ ad ejus cultum ſpectant, illuſtrata. Non procul inde primos item fidei radios ſparſit *Willibaldus*, Eyſtettenſis eccleſiæ conditor & patronus, cujus Acta, ex ipſis veruſtis hodœporicis accepta, ad chronologicos calculos reducta ſunt. Quartus ætate, ſed aliis ſanctitate, geſtis & miraculis non inferior, *Udalricus* Auguſtanus, Germaniam univerſam & Pannoniam ipſam nominis ſui fama implevit. Geſta poſt Velſerum illuſtrata ſunt; ſacrum corpus Auguſtæ aſſertum. *Herumbertus*, epiſcopus Mindenſis, notus eſt ex Breviario Osnabrugenſi. Ad hanc claſſem revocandus eſt *Goar* presbyter in agro Trevirenſi, nominis ſui oppido, & vulgatis plurimis ſignis notiſſimus.

Priſcam primorum Eccleſiæ Martyrum conſtan-

A ſtantiam & fortitudinem in Belgio ſuſcitarunt Parochi, Sacerdotes, & Religioſi undaviginti numero, a ſurentibus ſeculo XVI. Calvinianis Brilæ in Hollandia martyrii laurea donati, ſed notiori nomine *Gorcomienſes* dicti, quorum hiſtoriam graviter, erudite & integerrima fide deſcripſit Guilielmus Eſtius. Quæ pro eorum refodiendis exaltandiſque reliquiis, cultu & canonizatione ſubinde geſta ſunt, prævio commentario curſim deducuntur.

EX STATU MONASTICO.

Effulſere in Oriente *Paternuthius* & *Copres* anachoretæ Ægyptii, quibus, ut martyribus ſub Juliano apoſtata, adjungitur miles *Alexander*. De eorum Romæ cultu agitur; ſed eos aliqui confeſſores mallent, ex Vitis Patrum acceptos. Inde deſumpti ſunt *Epictetus* presbyter & *Aſtion* diaconus monachi martyres Almyride in Scythia. Mira in paucis videtur hiſtoria, neque eſt, qui martyrii palæſtram ſatis apte delineet. *Siſoes Magnus* inter Thebaidos ſo-
B litarios præcipua nominis gloria claruit. Plures ex hoc ordine referunt Græcorum Faſti, ſed ſolo ferme nomine notos. In Italia eremiticam vitam profeſſus videtur *Illuminatus* apud Tiſernum Tiberinum; verum de cultu magis, quam de geſtis conſtat. Huc etiam revoca *Alberium*, monachum Ciſtercienſem, apud Genuenſes cultu publico celebrari ſolitum. *Davanzatus* Barberini in Etruria paulo notior eſt, forte S. Franciſci Tertiarius. *Petrus a Cruce*, e Germania Viterbii peregrinus, Ord. Servorum B. M. V. ad hanc claſſem reduceodus eſt. In Gallia unicus occurrit *Auremundus*, abbas Mariacenſis apud Pictones. Celebriorem ſuggerit Anglia, *Grimbaldum*, Wintonienſem abbatem, ex monaſterio S. Bertini ab Alfredo rege evocatum, ad reſtaurandam, ut volunt, academiam Oxonienſem. Varia idcirco finguntur, quæ rejicienda fuere: plurima alia valde ambigua diſcuſſa ſunt. Per Germaniam monachorum norma eodem prope tempore exiſtitere *Procopius* in Bohemia, & *Wilhelmus*, dictus *Hirſaugienſis*,
C cujus monaſterii reformationem per varia alia feliciter propagavit.

EX STATU SECULARI.

Ad Orientem pertinent *Aquila* & *Priſcilla*, quorum ſufficiens gloria, quod ab Apoſtolo laudati fuerint. Celeberrimus *Pantænus* eo maxime titulo prædicandus, quod Alexandrinam cathedram ſeu ſcholam moderatus fuerit. De *Procopio*, uno an gemino, lectore Scythopolitano, & duce Ægyptio multa pridem contentio, quæ hic deouo innovanda & dirimenda fuit. *Domitius* in Syria martyr egregius, non ſergeminus ſed unicus eſſe videtur. *Paulus Novus* ex eorum numero eſt, qui ſub Iconoclaſtis certarunt. Adde his Latinos & Græcos alios Martyres in ſolis Martyrologiis memoratos.

Italiæ ſeu potius Romæ noo unum, variis ſucceſſive diebus, Sanctum ſubminiſtrant Acta S. Sebaſtiani, quos inter in hoc volumine re-
cuerit *Tranquillinus*, præter *Claudium* commen- D
tarienſem, *Nicoſtratum primiſcrinium*, *Caſtorum*, *Victorinum* & *Symphorianum*. *Antonnus* martyr Placentiæ operoſiori diſſertationi materiam præbuit, quæ prævie excutiantur confuſiones Antonnorum, ad varios dies ſpectaotium, qui omnes, excepto Placentino, difficulter a primo Apamienſi martyre diſjungentur. Brixiæ martyres honorantur *Nicolaus* & *Hieronymus*, *Euſanius* & ſocii MM. apud Forconium in Veſtinis. *Theophanius* confeſſor Corneti in Tuſcia. Florentiæ *Barduccius* & *Joannes de Veſpuciano*.

Hugo Peregrinus colitur in diœceſi Autiſſiodorenſi. *Nomus* ſeu *Nummius* ſolam nominis notitiam reliquit. *Medranus* & *Odranus* ad Hiberniam ſpectant. Singularem laudem meritus eſt *Edgarus* Anglorum rex, tot titulis commendatus, ut ſtupendum ſit, regem adeo juvenem, tam brevi tempore, Anglicanam eccleſiam ad tantum ſplendorem evehere potuiſſe.

EX SEXU FEMINEO.

In Italia primus locus dandus *Anatholiæ* Tho- E
reoſi & *Audaci*, martyrii ſocio, in quibus variant Martyrologi, ad veroſimillimum ſenſum explicati. *Zoe* martyr Romæ ex Actis S. Sebaſtiani ſumpta eſt, ut ſupra *Tranquillinus* & alit. *Trophima* ſeu *Trophimena*, virgo martyr Sicula, ſatis mirum in modum exornata eſt: ſacro corpore gaudere ſe putant Minorenies in Calabria, quod forte tuto admitti poſſe videbitur. *Dominica*, virgine itidem, & martyre, gloriantur ibidem Tropæenſes; ſed de ejus patria longa apud ipſos & inutilis concertatio, ſic compoſita, ut controverſiarum finem ſperare liceat. Tot fluctus non movit *Philomena* virgo apud Septempedanos io agro Piceno. *Joanna* virgo Carmelitana apud Regium Lepidi immemorabili cultu, quem perſevarare eredimus, gaudere pergit.

Nojala virgo martyr ſcitur habere cultum Pontevici in Armoricis. Ad Belgium ſpectant *Landrada* virgo, S. Lamberti ſynchrona, parthenonis Belliſienſis in agro Leodienſi fundatrix. *Berta* vidua ſanctimonialis Blangiaci in Arteſia cum ſynonymis confundenda non eſt. F
Præ ceteris tota Flandria celebratur *S. Godeleva* virgo & martyr, tametſi conjugata, ſpeculum cujuslibet ſtatus feminei; impii mariti juſſu ſtrangulata, verſo in candidum lapidem ſanguine, fonte autem, in quo ſubmerſa eſt, ad pellendos morbos in hunc diem ſalutari reddito. *Eliſabetham* Luſitaniæ reginam ſatis eſt nominaſſe. *Moduenna*, *Movenna*, ſeu quotquot aliis modis indigitaveris, ænigma hiſtoricum eſt, aut una in plures diviſa, aut plures in unam conflatæ. Rerum, perſonarum & temporum confuſio eſt, qua oemo ſeſe facile expedierit. Planiora ſunt quæ de *Sexburga* regina & abbatiſſa Elyenſi, de *Edelburga* abbatiſſa Faræmonaſterio in Gallia, & de *S. Everilde*, virgine etiam Angla dedimus. *Angela* virgo Bohemica, Carmelitana minis multis prodigiis involuta eſt. *Summiva* virgo martyr eum ſociis vel ſocibus adſcribitur Norvegiæ.

ELO-

ELOGIUM
R. P. FRANCISCI BAERTII
HAGIOGRAPHI SOCIETATIS JESU TOT MAKAPITOT,

Auctore Guilielmo Cupero ejuſdem Societatis Sacerdote.

PROLOGUS.

SI, teſte Tullio, Latini Græcique philoſophi non cenſeant lugeodam eſſe mortem, quam immortalitas conſequatur, decet nos laudibus potius, quam lacrymis proſequi funus R. P. Franciſci Baertii, utpote cujus mortem non tantum vana apud poſteros nominis immortalitas, quam ſolam cæcæ illius ætatis ſapientes ambiebant, ſed æterna, uti confidimus, ſecuta eſt apud Deum felicitas. Quid enim non ſperemus de illo, qui omnes corporis vires, animæ facultates, vitam denique totam divino cultui Sanctorumque honori impendit? idque tanto laudabilius, quanto ſtudioſius res a ſe præclare geſtas tenebris involvere & hominum oculis ſubducere nitebatur. Quæ quidem piorum operum occultatio ampliorem laudandi materiam ſubtrahit, ſed neſcio quo modo, ad laudandum magis impellit. Imo mihi ad panegyrim ultro properanti calcar addidit fortuito oblatum hanc in rem aureum illud Hipponenſis Aotiſtitis effatum: *Laus humana non appeti a recte faciente, ſed ſubſequi debet recte facientem, ut illi proficiant, qui etiam imitari poſſunt, quod laudant.* Itaque quæ de vita & moribus R. P. Baertii ex fideli ſociorum aliorumque narratione comperta mihi ſunt, paucis complecti ac litteris mandare decrevi, tum ad gratam viri, de Opere noſtro optime meriti, memoriam conſervandam, tum ad documentum ex ejus virtutibus capiendum.

CAPUT I.

Natales, ſtudia in ſeculo & religione uſque ad Hagiographiam.

CUm luctuoſis belli flammis undique arderet Flandria, multi ex agris lociſque, a militari licentia parum tutis, ad munitas civitates fugiebant; quos inter Franciſci noſtri mater jam gravida, Belliolo, non invenuſto Flandriæ oppido, ſeſe recepit Ipras, tribus ab eo leucis diſſitas, ibidemque anno poſt Chriſtum natum MDCLI. felici partu geminos edidit, quorum altero poſt tempus aliquot mortuo, Deus ad ſuam Sanctorumque gloriam conſervare voluit Franciſcum noſtrum, quem pia mater, ſubſidente aut potius recedente armorum fragore, domum reverſa ita in pueritia educavit, ut una cum lacte pietatem inſtillaſſe videatur. Nam puer ſeptennis manifeſta indolis ad omnem honeſtatem propenſæ indicia præbebat. Obteſtatio non aliunde illi major, quam e pietatis exercitiis, qualia innocens illa ætas exſtruendis ornandiſque arulis obire conſuevit.

Natales et pueritia.

Studia in ſeculo.

3 Jam decennis ad percipienda linguæ latinæ rudimenta maturus habebatur. Igitur parentum imperio & aliorum judicio ad ſtudium iſtud animum appulit, ac in eo magiſtris attente audiendis, multa & diligenti eorum, quæ audiverat, commentatione, quotidianoia denique gymnaſis exercitationibus ita profecit, ut ioter æquales plerumque primas ferret. Præter laudem, quam tum temporis a diligentia & obſequendi ſtudio plane ſingularem merebatur, præcipuam gratiam illi ac commendationem peperit innata quædam verecundia, & quæ illam comitari ſoler, pudicitia; hanc oculi, vultus, ſermo, & totius corporis habitus præferebant. Quæ, ne pravo, ut plerumque fit, conſortio corrumperetur, ſi quos e ſodalibus diſſolutiores eſſe animadverteret, ab eorum conſuetudine ſe prudenter ſubducebat.

Pietas in juventute.

4 Occupaverat jam tum ejus mentem peculiaris erga Dei Matrem amor, qui in lubricis ſervidæ adoleſcentiæ annis tutiſſimum ſolet eſſe omnium virtutum ac præſertim caſtimoniæ præſidium. Tener hic affectus maxime ſe prodebat in adeundis cœtibus Deiparæ cultui dicatis, quos nullus frequentabat diligentius; & in celebrandis ſanctiſſimæ Virginis feſtis, quibus ſcholaſticorum nemo divinum Euchariſtiæ epulum recipiebat ferventius. Tunc enim ſuavia cum Deo in longum protrahebat colloquia, ex ejuſque vultu animum cæleſtibus gaudiis delibutum & beatiſſimæ Virginis amore ſuccenſum facile deprehendiſſes. Tanta denique in adoleſcente obſervata eſt morum integritas, ut condiſcipuli juberentur inſpicere tamquam in ſpeculum in ipſius vitam, atque ex ea ſumere exemplum ſibi.

Societatem ingreditur religionis.

5 Hunc maxime in modum confecto ſtudiorum humaniorum curriculo, Societatem noſtram, ad quam divinitus ſe impelli ſentiebat, ſummis votis expetiit, & honorifico veroque magiſtrorum ſuorum teſtimonio ad inſtitutum noſtrum peridoneus judicatus, impetravit. In eam admiſſus, Mechliniam contendit, vitæ perfectioris tirocioium poſiturus: quod quidem tanta animi alacritate aggreſſus eſt, ut tirones, quorum incitati erant ad pietatem ſpiritus, ad ſanctam accenderet æmulationem. Præcipuum in hac ſpiritali palæſtra illi ſtudium erat, alta religioſæ humilitatis, quæ cererarum eſt parens cuſtoſque virtutum, jacere fundamenta; quæ quam ſolida fuerint, reliquus totius vitæ curſus docuit. Hinc nempe profluxit illa ſui ipſius deſpicientia, laudis fuga, in pueres rudeſque benevolentia, eorumque non infrequens & affabilis officiiſque etiam teſtata congreſſio.

Audita philoſophia litteras bene maniores docet.

6 Expleto biennio, emiſſiſque de more votis, Mechlinia Antverpiam ad philoſophiam audiendam ſe contulit, atque illic fervorem ſpiritus, qui per ſpinoſa hæc ſtudia ſubinde nonoihil diſſipatur, non tantum non minuit; ſed auxit potius, virtuti æque ac doctrinæ intentus. Poſtea Moderatorum

A rum juſſu Brugis ac alibi litteras humaniores per ſexennium ſumma cum laude juventuti tradidit. Quo in munere maxima illi cura fuit, ut ſimul cum doctrina pietatem diſcipulorum animis alte imprimeret. Quare ſi quid minus honeſte ab iis dicto factove commiſſum adverteret, quantulumque id erat culpæ, magna illico vultus ſermoniſque severitate redarguebat, non ignarus, quam facile juventus nimia indulgentia in graviora vitia prolabatur.

Studiis theologicis operam dat.

7 Difficili eruditendæ juventutis labore perfunctus, Lovanium mittitur operam daturus utiliſſimæ divinarum rerum ſcientiæ, qua ſic mentem excoluit, ut non modo intellectum ſterili paſceret ſubtilitate, verum etiam voluntatem ardenti in Deum affectione inflammarat. Interea ſacerdotali dignitate ornatus P. Franciſcus anno elapſi ſeculi octogeſimo, & religioſi ſacerdotis munia implevit, & diligentis theologi officio non defuit. Nam probe intelligans, ſcientiam non niſi aſſiduo
B labore venalem eſſe, tanta animi contentione & ingenii commendatione in hæc ſacra ſtudia incubuit, ut collectas quatuor annorum quæſtiones propoſitis publice theſibus defendere juberetur.

CAPUT II.

Labores in Hagiographia.

Adit Sanctorum illuſtrandis applicatur.

HIs humanæ divinæque ſcientiæ præſidiis inſtructus, anno MDCLXXXI. Superiorum voluntate venit Antverpiam, ut R. P. Danieli Papebrochio συ Μακαρίτῃ, tunc in Actis Sanctorum ſtrenue laboranti, auxiliarem operam præſtaret. Sequenti anno miſſus eſt ad tertiam Probationem, more Societatis reſtauraturus ſpiritum, ſi quid forte litteras docendo diſcendove deferbuiſſet. Sed poſt mentem, peractis illic ſpiritualibus ſancti Patris noſtri Ignatii exercitiis, rediit Antverpiam, inchoata Hagiographiæ ſtudia proſecuturus; in quibus quam utiliter feliciterque laboraverit, teſtantur egregia ſacra ſcriptionis monumenta, quibus ajus eruditio orbi
C litterato innotuit.

Scriptoris laus in Hagiographia.

9 Imprimis poſt Vitam ſancti Adalgiſi presbyteri in Picardia ad juſtas chronologiæ leges reductam, edidit Acta ſanctæ Ninocæ virginis, ſanctorum Huvarni vel Harvæi, Majani vel Mevenni abbatum, & ſancti Vougæ vel Vii epiſcopi, quos omnes veneratur Brittannia Armorica, & in quibus illuſtrandis tanto major occurrit difficultas, quanto minor eſt Britonum hiſtoriographorum copia. Dein præter Acta Græca ſanctorum Zenonis & Zenæ martyrum Philadelphiæ in Arabia accuratis obſervationibus elucidata, Vitæ Magni Baſilii epiſcopi Cæſareæ in Cappadocia præfixit & immilcuit commentarium prolixum & eruditum, ex quo tamquam ex ungue leonem, ut vulgo ajunt, virum poſſis cognoſcere. Inter cetera autem Hibernicæ vel Scoticæ hiſtoriæ erat peritiſſimus. Nam in geſtis ſanctorum abbatum Baithenei & Colombæ in Jona Scotiæ inſula, ſanctorum Coemgini aut Keivini, Colmani vel Colmaci, Molingi ſive Dayrgelli epiſcoporum in Hibernia tanta ingenii ſubtilitate anachroniſmos correxit, tanta judicii maturitate Acta genuina a ſuſpectis diſcrevit, tanta accuratione famoſum ſchiſma Scoticum in celebratione Paſchatis aliaque ad Scotos tum novos tum antiquos ſpectantia explicuit, ut jure merito in commentario prævio ad Vitam ſancti Rumoldi dictus fuerit *in rebus Hibernicis verſatiſſimus*. Sed hæc & id genus alia malim ſtudioſo Actorum lectori judicanda relinquere, quam pluribus commemorare.

D Auct. G.C.

In itinere Germanico varia loca accurate obſervat.

10 Unum tamen, quod operi noſtro multum profuit, prætermittere non licet. Perductis Sanctorum Actis ad finem menſis Maii, cujus poſtremum volumen ioleriptum erat Sereniſſimo ac Reverendiſſimo Maximiliano Henrico, Colonienſi Archiepiſcopo & Electori, viſum eſt P. Papebrochio, ſocios huos Baertium & Janningum eo deſtinare, ut offerrent ei tomum, & in ulteriorem Germaniam pergerent, varias bibliothecas, ad quas ipſe olim cum Henſchenio non acceſſerat, luſtraturi. Hoc in itinere adeo exactus diligenſque fuit Baertius, ut plurima monumenta deſcripſerit, quibus hodie eum grata ſocii memoria nti-
mur. In Bohemiam progreſſi, Pragæ aliquamdiu hæſerunt, donati illic antiquo Martyrologio, quod in recenſione Uſuardi Danicum appellatur.

& ſubſidia impetrat ad proſequendo Sanctorum Acta.

11 Demum Viennæ Auſtriæ ab Auguſtiſſimo E æternæ memoriæ Leopoldo Cæſare benigniſſimé excepti, non ſolum lectiſſimæ bibliothecæ viſitandæ ac evolvendæ poteſtatem obtinnerunt, unde & plurima tum Græca tum Latina Acta ab ipſis collecta ſunt, ſed, expoſitis munificentiſſimo Imperatori Muſei anguſtiis, talia impetravere ſubſidia, ut ad proſequendum opus læti alacreſque in patriam redierint, daturi deinde, voluminum ſuorum dedicatione, perpetuum erga Auguſtiſſimam familiam grati animi teſtimonium; qua de re fuſius actum eſt in elogio Papebrochii ante tomum VI. Junii cap. 13. §. 6. Fuit in ea menſium circiter octo peregrinatione, Baertii cura, non ſolum minuta quæque ad Sanctos pertinentia obſervare, verum etiam ad ea attendere, quæ ad urbium ſitum, gentium mores, tum vero ad templorum ſtructuram ac pietatem potiſſimum ſpectarent, ſolitus quandoque tam expedite & exacte varia enarrare, ut auditores incredibilem memoriæ vim mirarentur. Etenim perſonarum nomina & cognomina, loca, regiones, tempus, aliaſque res circumſtantes, tametſi longo temporum & locorum intervallo ſejunctas, adeo prompte referebat, ac ſi ea omnia de ſcripto recitaſſet. Quo fiebat, ut noſtri religioſe recrearentur, ac jucunde erudirentur, quod ipſi in familiari ſermone primum erat & præcipuum.

F

CAPUT III.

Varia P. Baertii occupationes.

Præter temporariam ſumptuoſi operis curam,

CUm ea ſit humanæ mentis imbecillitas, ut uno eodemque tempore multis diverſiſque rebus peragendis non ſufficiat, nemini mirum videri debet, ſi P. Franciſcus, negotiorum multitudine ac varietate pene obrutus, aſſiduos ſociorum labores æmulari ac plura ingenii ſui argumenta poſteritati relinquere non potuerit. Quippe, ut ſodales Hagiographi liberius animum ſaeris ſtudiis intenderent, temporariam tam ſumptuoſi Operis curam ſuſcepit, geſſitque tam ſedulo, ut illius ſolertiæ ac induſtriæ nos plurimum debere libenter fateamur, eumque manibus omnium, quos moleſto hoc onere liberaverat, Acta Sanctorum promoviſſe cenſeamus. Sed quantum

tem-

A temporis mittendis ultro citroque litteris, eurandis typis, aliisque impedimentis, vasto huic Operi annexis, tribuendum sit, nemo istiusmodi rei
AUCT. G. C. vel tantillum peritus ignorat.

13 Ad hæc continue confitentibus aures præbere, &, quod hujus muneris confectarium est, ægros invisere, moribundos in supremam luctam comparare, &, ut ea ferebant tempora, varia caritatis officia præstare cogebatur. Nam quosdam etiam spiritualibus sancti Patris nostri Ignatii exercitiis excoluit; inter quos non nemo, jam strenuus animarum curator, nuper mihi non sine grati animi testificatione significavit, sese ob eam rem P. Baertium ac in eo totam nostram Societatem semper magni fecisse. Præter negotiorum molem, quæ totum requirebat hominem, duas ad extremum usque morbum direxit Congregationes, unam juvenum, puerorum alteram; quibus ita sese impendit, ut hoc unicum aut certe præcipuum ipsius munus esse videretur. Quapropter quanto cum fervore ac fructu illud obierit, paucis referam, idque eo libentius confidentiusque, quod mihi puero in ea Congregatione fidei Christianæ elementa ex P. Francisci ore excipere contigerit.

Orania ministerii ergo promissum officia, duplicem Congregationem dirigit.

Congregationis duplicis.

14 Vix credi potest, qua contentione, alacritate atque industria hanc juventutem instrueret. B Propria, ut opinor, experientia edoctus noverat, ex recte instituta pueritia omnem reliquæ vitæ fructum esse exspectandum. Hinc teneris mentibus sanctum Dei timorem & odium peccati rationibus, ad eorum captum accommodatis, altissime insculpere conabatur. Ut autem delectando pariter ac monendo certius hunc finem consequeretur, documenta sua jucundis Sanctorum historiis condiebat, quibus parvulorum animos attentos & doctrinæ tenaciores reddebat. Quam vero accurate diligenterque id faceret, vel ex eo patet, quod non nisi parate ac meditate ad dicendum accederet, perinde acsi coram erudito confessu verba facturus esset, cum tamen extemporali oratione facile rudes auditores in admirationem rapere potuisset. Quin imo scripitabat conciones suas, quarum aliquot syntagmata post mortem illius inveni. Unde non difficilis conjectura est, quanti faceret hanc parvulorum institutionem.

Diligentia illius.

15 At inter alia jucundum memoratu est, quibus artibus inquietum hunc gregem in officio contineret. Modo dispertitis pro cujusque merito munusculis, pueros ad diligentiam modestiamque incitabat; modo honorificis magistratus titulis ornabat. Quod ut majori cum pompa fieret, C Festis solennioribus pia per pueros in theatro exhiberi curabat spectacula, ut & confluxus populi actores animaret, & fidei mysteria, quæ ad scenam didicerant, altius illorum animis inhærerent. Hæc autem aliaque congregationis exercitia tanta peragebantur decoris & ordinis observantia, ut non inconditam puerorum turbam, sed exercitatam militum aciem dixisses. Sic matura jam ætate vir cum pueris familiariter agere, & quodammodo repuerascere non erubuit, ut Apostoli exemplo omnibus omnia factus, omnes Christo lucrifaceret.

Studiosus.

16 Peculiari autem fervore erudiebat eos, qui ad Dominici Corporis communionem primo erant accessuri; non ignarus ex hac prima intimaque cum Christo conjunctione ingentem divinorum donorum copiam promanare. Id ut majori cum fructu fieret, libellum imprimi jussit, in quo explicabantur ea, quæ ad necessariam hujus cælestis cibi cognitionem, utilemque usum conducebant. Distributo in singulos legendi peritos ejusmodi libello, totum fere tempus, quod Festis Dominicisque diebus extra consuetas occupationes supererat, sancto huic operi impendebat. Si quis vero ab hac, aut communi institutione abesset, statim P. Franciscus, tamquam grave damnum passus, parentes aut cognatos adire, absentiæ causam inquirere, & ad reditum hortari. Plerumque etiam post finitum cœtum, privatim cum quibusdam juvenibus miscebat colloquia, cosque ad frequentanda Sacramenta & observandas Congregationis leges existimulabat. Neque fructu carebat familiaris hæc & virtutis quadam maturitate temperata agendi ratio: inducebantur enim illa allecti juvenes, ut peccata apud eum expiarent, ejusque consiliis ac monitis se permitterent, cujus benignitatem amabant, reverebantur prudentiam. Denique ut verbo absolvam, tanta caritate hanc teneram ætatem complectebatur, ut non defuerint, qui dicerent, potius ad erudiendos pueros, quam ad illustranda Sanctorum Acta P. Baertium destinatum videri.

CAPUT IV.

Præcipuæ illius virtutes.

EX incenso haud dubie in Deum affectu egregia illa caritas in proximum redundabat. *Ex animi submissione.* Sed cum de interiori hoc amore, aliisque occultis virtutibus mihi agere non sit integrum, eas solummodo breviter hic proponam, quæ ab aliis, ipso invito, fuerunt observatæ. Inter ceteras principem locum videtur obtinuisse profunda quædam animi demissio, quæ sese maxime manifestabat, quando rudibus & pauperibus obtequium erat præstandum: nam servos, orphanos, opifices, agricolas, alioisque id genus homines tanta excipiebat benevolentia, ut ad eum confessionis causa certatim confluerent. Alias familiaria cum istiusmodi hominibus instituebat colloquia, & affabilitate minime fucata satis indicabat, se potius illorum, quam divitum aut nobilium consortio delectari. Quando sic animos sibi conciliaverat, libertius efficaciusque eos ad peccatorum fugam & vitæ emendationem exhortabatur. Sæpe etiam ex collatitia pecunia inopum miseriam sublevabat, quosque eleemosynis non poterat, blandis verbis ac utilibus consiliis solabatur.

Illius amplectitur omnia.

18 Sed ne id in communi tantummodo dixisse videar, singulare hujus rei exemplum accipe. Sunt hic in morotrophio, qui mente non omnino capti, sacrorum mysteriorum participes esse sinuntur. Baertius judicans cum Apostolo, se sapientibus & insipientibus debitorem esse, tanta cordis teneritudine miseris illis hominibus compatiebatur ac succurrebat, ut non alio quam communis patris nomine ibi compellaretur; statis temporibus ipsorum confessiones excipere, & quamquam in remotissima urbis parte commorentur, sæpius afflictos accedere, consolari, & quibus poterat subsidiis juvare ac recreare solitus. A qua humili caritatis officio non prius destitit, quam postrema infirmitate correptus, domo exire prohibitus fuerit. Ejusdem virtutis impulsu semper illum obscuriores Musei nostri occupationes sibi delegisse erediderim. Nam errores typo-

gra-

graphicos corrigere, librorum indices conficere, & id genus alia, quæ pleriſque tædium creare ſolent, ipſi in deliciis eſſe videbantur. Hiſce autem in ſpeciem abjectis ſcriptionibus, eum ingens pretium interiore erga Deum Sanctoſque affectu addidiſſe, ac magnum meritorum cumulum collegiſſe exiſtimo.

Candor animi.

19 Generoſum hunc ſui ipſius contemptum comitabatur candida quædam agendi loquendique ſimplicitas, ob quam uſque aden omnibus erat carus, ut etiam naturales defectus, ex melancholica corporis temperatione exorti, in eo non diſplicerent. Quare non videor mihi male da co dicturus, quod de magno Baſilio (abſit comparatione invidia) olim in oratione funebri ſanctus Gregorius Nazianzenus pronuntiavit, Græca ſua facundia ſic in amici ſui laudem excurrens: *Τοιαύτη τῷ ἀνδρὶ ἡ ἀρετὴ, καὶ ἡ τῆς δόξης ὑπερβολή, ὥστε πολλὰ καὶ ἐξ ἐλαττωμάτων ἐπαινεῖσθαι μικρῶν, εἴτε τινὰ καὶ ἀνθρωπίνων ἐλαττωμάτων ἐστὶν ἐπὶ δίδοξον ἐκτοπίζειν· οἷον . . . τὸ περὶ λόγον μὲ τρόχηλον, σωφροσύνης δὲ καὶ πολλὰ, καὶ ἄλλα συμπτώματα, ... ἂν εἶδε ἐκείνῳ ἔξω σπουδῆς ἓν, ἀλλ' ἐνεκὸς ἔχειν, ἢ ἀμαύρωσιν, ἢ ἔνυχο.* Id eſt. *Tanta erat viri virtus & gloriæ præſtantia, ut multa ex illius parvis vobis, atque etiam ex corporis defectibus ab aliis ad nominis claritatem excogitata ſint: quale eſt . . . . ad loquelam non promptum, ſed plerumque cogitabundum atque intra ſe contractum eſſe; . . . . quorum ille nihil dedita opera, ſed ea ſimpliciter & fortuito faciebat.*

Et amicis ſtudia.

20 Hæc quam apte in P. Baertium conveniant, optime judicabunt illi, qui virum convictu & conſuetudine familiarius noverunt. Hi enim ſciunt, eum ſubinde ſermonis parcum, variis cogitationibus diſtractum, & aliquantulum ſubtriſtem fuiſſa; quæ omnia non niſi ex occultis morbis & melancholicis humoribus oriebantur. Sed tunc ille memor remedii, quo ſanctus Apoſtolus Jacobus triſtitiam pellendam ſuadet, continuo oratione ſe muniebat. In obſcura enim quadam domus noſtræ porticu majorem in modum attentus & ſecum meditans inambulabat, atque induſta divinæ luciæ ſerenitate exortas mœroris nebulas diſſipare conabatur. Quotidie etiam extra conſuetam matutinæ orationis horam erecto ex ſummis occupationibus otio, obſervatus eſt ſuperiorem quamdam & ab interpellatione remotiorem ædium partem aſcendiſſe, ubi eum rerum divinarum contemplationi vacaſſe non omnino vana eſt ſuſpicio. Sed hæc, ut ante monui, relinquenda ſunt judicio illius, qui cordis intima ſcrutatur; præſertim cum P. Franciſcus ſemper voluerit vitam ſuam abſconditam eſſe cum Chriſto in Deo.

Caſtitatis cuſtodia.

21 Nun opus eſſe exiſtimo, ut de vigili caſtimoniæ cuſtodia multis differam. Certe caſtum intaminatumque ejus animum ex iis, quæ in pueritia ejus memoravimus, pronum eſt intelligere. Prima enim virtutum ſemina, ſi aſſidua cultura accefferit, ſolent radices agere altius, & firmius lætiuſque efflorefcera; atqua adco, qui a puero ex virgineo quodam pudore ab omni impuritate abhorruit, quin jam voti religiona obſtrictus, multo magis eam execratus fuerit, dubitari nullatenus poteſt; cujus rei vel hoc ſatis magnum eſt argumentum, quod jam ſenili prudentia & conſtanti virtute præditus, in vitando ſeminarum conſortio propemodum eſſet nimius; adeo ut vix adduci poſſet, ad earum confeſſiones excipiendas.

Auditus eſt eum aliquando joco dicere, inanibus & curioſis mulierularum quæſtionibus reſpondendum eſſe latine, ſi quis nollet cum illis protrahere colloquium. Si quando neceſſitatis aut honeſtatis cauſa mulieras inviſeret, tantam ſervabat oculorum modeſtiam, ut iis ingentem ſui admirationem venerationemque relinqueret. Peculiare eſt, quod in hanc rem a virginibus fide dignis accepi; nempe P. Franciſcum in neceſſariis quibuſdam vel officioſis ſalutationibus adeo conſtanter oculos in terram fixiſſe, ut ſeſe ei ſamper de facie ignoras ſuiſſe arbitrentur. D Auct. G.C.

Alia illius virtutes.

22 Quid jam dicam de ſolida illius in Deum religione, qua quotidia increuerat immortali vi. E ctimam litabat, miniſtrabatque ad aram facienti P. Papebrochio, qui labore & ſanio fractus ad offerendum divinum ſacrificium ſacerdotis auxilio indigebat? Quid da ardenti erga Deiparam amore, quo ejus cultum ubique promovere ſtudebat? Inter alia hujus amoris ſigna, in juvenum Congregationem induxit laudabilem conſuetudinem publice recitandi beatiſſimæ Virginis coronam, quam pii clientes, ſingulis diebus Dominicis, ipſo hortante ac præeunte, tanta modeſtia reverentiaque Virgini Matri offerebant, ut ob inductum hoc pietatis exercitium a concionatore Dominicanæ familiæ publicis meritiſque laudibus e ſuggeſtu fuerit exornatus. Quid denique de tenera commiſerationis affectu, quo noſtris ægrotantibus, moribundis, deſunctiſque opitulabatur? Ubi quis e noſtris in morbum inciderat, ſtatim P. Baertius eum inviſere, religioſis feſtiviſque colloquiis recreare, eique ſua obſequia deferre. Quod ſi in vitæ diſcrimen adductus eſſet, mature illum extremis Eccleſiæ præſidiis munire, piis exhortationibus ad ſanctam mortem præparare, & nonnumquam ad ultimum uſque ſpiritum morienti aſſiſtere. Nec minor erat in vita functos pietas. Nam præter ſacrificia aliaque bona opera, quibus animas in piacularibus flammis detentas juvare conſueverat, celebrandis noſtrorum exſequiis per F plurimos annos præfuit. Sileo exactam paupertatis & obedientiæ obſervantiam, conſtantem Sanctorum venerationem, & reliquas religioſo ſacerdote dignas virtutes, quas omnes coronavit heroica patientia in diuturno morbo, de quo nunc paucis agendum eſt.

CAPUT V.

Ultimus morbus & mors.

Hemiplexia taſtus, in diuturno morbo

ANno a partu virginis MDCCXVI. die XII. Januarii hemiplexia correptus improviſo ſe tantamnis corruit. Mnx medicorum conſilio ipſi vena aperta eſt, quæ medela tantum profuit, ut ſacco viatico præmuniri potuerit. Interjectis deinde aliquot diebus, paulo melius habere cœpit. Cum tamen talis eſſet morbus, ut brevi tempore ſanari non poſſe videretur, aſſignatum eſt illi a Superioribus cubiculum, in qun commodius valetudo viri curari poſſet. Hic hæſit per annos propemodum quatuor, niſi quod interdum baculi adminiculo ad templum proreperet.

præbuit noviorum virtutum exemplo.

24 In hac patientiæ palæſtra multa dedit virtutum ſpecimina. Ut alia omittam, narravit mihi Frater quidam, ægrotanti frequenter adeſſe ſolitus, ſeſe maxime miratum fuiſſe eximiam animi mo-

A modeſtiam, qua P. Franciſcus ſe ipſum deſpiciebat. Cum enim adverteret, illum ſine ulla querela cibo frigefacto veſci, velletque eum calefacere; rogans quomodo brumali tempore frigidam eſcam poſſet capere; repoſuit P. Baertius: Labori iſti parce, mi frater; nam cibus quocumque modo præparatus mihi immerenti ſufficit. Tacitus etiam præterire non poſſum tenerum illius erga res divinas affectum, qui in eo morbo maxime eluxit. In hac re mihi teſtis omni exceptione major eſt ſacerdos e Societate noſtra, ob candidam virtutem & eruditam facundiam toti huic urbi potiſſimus, qui non ita pridem e vivis exceſſit. Ex hoc viro audivi, P. Franciſcum ſæpius ab eo flagitaſſe, ut Horas Canonicas alta voce recitare, puncta ſacræ meditationis prælegere, & alia quædam pia in colloquio proponere dignaretur; quæ omnia, ut idem ille teſtis oculatus affirmavit, tanto excipiebat pietatis ſenſu, ut ubertim lacrymæ ex oculis erumperent.

Poſt dolorum ſequitur ſolamen

B 25 Cum his aliiſque virtutum exercitiis morbum ſuum in conſpectu Dei redderet pretioſum, placuit vitæ ac necis Domino ſervum ſuum annis meritiſque gravem ad laborum ac dolorum terminum per aſperam, ſed compendiariam viam adducere. Nam cancer pedem iſtius dexterum invaſit, & virum diuturno morbo confectum, incredibili dolore affecit. Accerſiti confeſtim medici & chirurgi, pedo D ioſpecto, ſevere pronuntiant, quoſdam pedis digitos eſſe reſecandos, ne malum ſerpat ulterius & cetera membra inficiat. Hac acerba denuntiatione, ut verum fatear, nonnihil exterritus P. Franciſcus cœpit dubitare, quid ſibi eſſet faciendum. Sed paulo poſt, collectis animis, non modo ſe paratum oſtendit, ad quævis toleranda, ſed etiam inter ipſam lancinam (quæ quo lentior, eo acerbior fuit) invictæ fortitudinis ac tolerantiæ documentum præbuit.

26 Poſt hanc reſectionem, febris cum affi- *pia ac pie obit mortior.* xit & ita reliquas vires exhauſit, ut in præſenti vitæ verſaretur diſcrimine. Itaque mature cœleſti viatico & ſacro oleo ad æternitatis iter ſuſcipiendum inſtructus, per aliquot dies ſui omnino compos decubuit. Tandem die XXVII. Octobris anni MDCCXIX, piis precibus ſe ipſum confirmans, & crebris ſuſpiriis cupiens diſſolvi & eſſe cum Chriſto, delcruit arumnoſam hanc vitam, de qua vere dicere poteſt cum Eccleſiaſtico cap. 30. *Melior eſt mors, quam vita amara; & requies æterna, quam languor perſeverans*: Atque hæc ſunt, quæ de vita ac morte R. P. Franciſci Baertii ex multis pauca collegi, plurima relinquere coactus arcanorum ſcrutatori Deo, cui ſoli has ſacrorum ſtudiorum primitias & reliquos totius vitæ labores conſecratos volo.

E

C

F

I N-

INDEX SANCTORUM
AD TOMUM II. JULII.

A

ABdas & Sabas MM. *ex tabulis græcis*. 577
7 Acacius, *ex tabulis Græcis ac Syriacis* 468
5 Agathon M. Siculus, *ex Hieron.* 222
9 Agilolfus epiſc. mart. Coloniæ Agrippinæ. COMM. §. 1. Cultus, elogia, lectiones propriæ, varia nominis efformatio, 714. §. 11. Epiſcopatus; tempus martyrii; dies obitus, translatio corporis 716. §. III. Anfunctus ſit legatione ad Pippinum Herſtallum ſeu Craſſum; analyſis critica in Paſſionem Sancti, quæ hic datur; ejus auctor, ſtylus, ætas; apographum, 718 PASSIO *ex Ms. a monacho Malmundarienſi*. CAP. I Qua occaſione S. Agilolfus ſit occiſus 720. CAP. II. MIRACULA Sancti ope patrata, victoria Caroli Martelli. 724
8 Agreſtius & Primolus MM. *ex Hieron.* 579
8 Albertus conf. monachus Ciſtercienſis, Segeſtri prope Genuam. *Brevis notitia*. 665
4 Albertus epiſc. conf. Laudc Pompeja in Italia. Ætas contra Ferrarium reſtituta; cultus apud Laudenſes, & quæ de geſtis ſuperſunt 165
7 Alexander & Partinimus MM. *ex Hier.* 467
8 Ampelius epiſ. conf. Mediolani in Inſubria, *ex tabulis Mediolanenſibus* 583
9 Anatholia virg. & Audax MM. apud veterem Thoram, ſeu Toranum fluvium in dioec. Reatina Italiæ. COMM. §. 1. Priſca & diverſa in Mrlliis S. Anatholiæ memoria unde proceſſerit 671. §. II. Cultus SS. Anatholiæ & Audacis in Mrlliis, palæſtra martyrii, reliquiæ earumque veneratio 673. §. III. Sanctorum ætas, eorumque paſſionis & translationis hiſtoria 675. ACTA *ex cod. Ms. bibliotb. Caſareo*. CAP. I. S. Anatholia, nuptias averſata, virginitatem colens, exilio mulctatur 676. CAP. II. Sanctæ in exilio geſta, miracula; judicis in eam ſententia; converſio Audacis & utriuſque martyrium 679. INVENTIO ſacrorum corporum Audacis & Anatholiæ. 681.
4 Andreas Cretenſis, ep. Conf. SYLLOGE HIST. CAP. I. Cultus ſacer, elogia, tempus vitæ 42. CAP. II. Vindiciæ a Monothelitismo, ſcripta. Andreas Cretenſis & Cæſarienſis, an idem 44
9 Andreas & Probus MM. *Notitia ex tab. Græc.* 698
6 Angela Bohemica, virgo, ut volunt, Carmelitana. COMM. CRITICUS. §. 1. Proponuntur ea quæ S. Angelæ Acta confirmant 350. §. II. Proponuntur ea quę contra B. Angelam faciunt 353 VITA *ex Speculo Carmelitano*. CAP. I. Angelæ natales, ſtudia, pietas; ſponſi terreni contemptus; epiſtola ad patrem 356. CAP. II. Iter Hieroſolymitanum; infidelis hominis converſio; apparitio Deiparæ & pueruli Jeſu 357. CAP. III Ingreſſus in monaſterium; apparet Patriarchæ Hieroſolymitano; eligitur Prioriſſa; ſancta ejus vita, ibid. CAP. IV. Pluvia precibus ejus impetrata, monaſterium ab hoſtili invaſione præſervatum, reditus in patriam; ſanctus obitus 358
7 Angelelmus epiſc. Autiſſiodori in Gallia. COMM. PRÆV. 520. ELOGIUM *ex hiſt. Epp. Autiſſiodorenſium apud Labbeum* ibid.
4 Antoninus M. Placentiæ in Italia. COMM. PRODROMUS ad diem II. III. & XXX. Septembris. §. 1. Cauſa prodromæ hujus diſſertationis, varii ſancti Antonini ex antiquis Martyrologiis non ſatis diſtincti 7. §. II. De S. Antonino martyre Placentino: quis, qualis & cujus, quando & ubi paſſus 9. §. III. De S. Antonino Apamienſi in Occitania: ejus cultus, ætas & Acta varia 11. §. IV. De S. Antonino martyre Palentino in Hiſpania, ſeculo XVII. primum excogitato 14. §. V. De Actis S. Antonini Placentini, præſertim Equilinianis. 15. §. VI. De S. Antonini Actis, a Canonico Campio Latine & Italice vulgatis 17
7 Apollonius epiſc. conf. Brixiæ in inſubria. COMM. §. 1. De Sancti cultu ex recentioribus Martyrologiis 453. §. II. De S. Apollonii geſtis ex paſſione SS. Fauſtini & Jovitæ: item de translationibus 455
8 Apollonius epiſc. conf. Benevenli in Samnio. *Notitia ex Ferrario & Mario Vipera* 579
8 Aquila & Priſcilla conjuges, forte in Aſia minori. SYLL. HIST. Cultus, elogia, vitæ inſtitutum, locus, tempus ac genus mortis 534
6 Archippus, Philemon; item Apollonius, Alexander, Epimachus & Oneſimus. *Notitia ex Menæis*. 280
5 Arpos M. Alexandrinus, *ex Hieron.* 223
6 Artos M. Alexandriæ, *ex Hieron.* 267
4 Aſclepias thaumaturga, Tophilus ac Menignus, *ex Synaxariis Græcis*. 21
6 Aſtejus, Aſtius, vel Aberiſtus epiſc. martyr. SYLLOGE HIST. 284
5 Athanaſius confeſſor in monte Atho. Lampadus ſeu Lampadius, & alius Athanaſius in arbore dictus. SYLLOGE HIST. 246
5 Athanaſius diac. M. Hieroſol. SYLLOGE HIST. 228
4 Aurelianus epiſc. conf. Lugduni in Gallia. COMM. De Sanctitatis titulo, monachatu, beneficentia & geſtis in epiſcopatu 60
9 Auremundus abb. Mariacenſis, apud Pictones in Gallia. *Notitia ex Actis SS. Ord. Bened.* 718
8 Auſpicius epiſc. Trevir. *Notitia ex recent. Martyrologiis* 537

B

4 BArduccius & Joannes de Veſpiniano laici confeſſores, Florentiæ in Etruria. SYLLOGE HIST. De pio eorum obitu, miraculis, cultu & reliquiis 168
5 Baſilius & LXX. MM. Scythopoli, *ex Menæis* 228.

A 6 Bertarius & Ataleous prope Faverniacum apud Sequanos. COMM. Sanctorum cultus, reliquiæ; tempus vitæ ac mortis; Acta Mss. duo, aliorum circa ea observationes; fuerintne Martyres, nec ne? 316. ACTA ab auctore Anonymo conscripta, *ex cod. Ms.* CAP. I. S. Bertarii natales; sancta inter improbos vita; tentatum iter Romanum cum Ataleno nepote; illata utrique a prædone mors 319. CAP. II. Sanctorum corporum inventio & agnitio; translatio nequidquam teotata; erectum altare. Num Martyrum numero accensendi 320. CAP. III. Latrones Martyrum in posteris puniti; mulier ter a Sanctis in visu monita, eorum corpora transfert; conditum iis a clero templum 322

4 Berta vidua sanctimonialis, Blangiaci in Artesia. COMM. Cultus, ætas, Acta male digesta, monasterii vicissitudines, miracula & translatio 47. VITA *ex cod. cœnob. Blangiacensis.* Prologus. CAP. I. De S. Bertæ parentibus, educatione, conjugio, liberis & viduitate, usque ad dedicationem monasterii Blangiacensis 49.

B CAP. II. De Blangiacensi consecratione, persecutione Ruodgarii, improspero Emmæ matrimonio, & felicissimo Sanctæ obitu 51. LIBER de miraculis & translatione ejusdem, *ex Ms. Blangiac.* Pars I. 54. Pars II. 56. Pars III. Incipiunt miracula B. Bertæ abbatissæ, simul & de ejus inventione 57. Pars IV. 59

9 Brictius ep. conf. Martulæ in Umbria COMMENT. 697

C

7 CLaudius Commentariensis, Nicostratus primiscrinius, Castorius, Victorinus & Symphorianus, noti *ex Actis S. Sebastiani* 461

7 Consul ep. Comensis, *ex Fer. & Annal. Comen.* 469

5 Cyprilla seu Cyrilla, Lucia & Aroa martyres Cyrenes in Lybia. SYLLOGE HIST. 234

9 Cyrillus episc. mart. sorte Gortynæ in Creta. COMM. 682. ACTA GRÆCA auct. incerto *ex Bibliotb. Vaticana*. 684. ACTA LATINA *ex Ms. S. Maximini Trevitis* 687

D

6 DArerca seu Monynna V. in Hibernia, Scotia vel Anglia. COMM. Darercæ cultus; monitio de ejus & S. Moducnnæ vita hic danda,

C 490. VITA auctore Anonymo scripta, *ex Ms. Hibern. Seminarii Salmanic. S. J.* CAP. I. S. Darercæ natales; acceptus habitus virginalis a S. Patricio; professio vitæ perfectionis; miraculum, prædictio futurorum, ibid. CAP. II. Varia S. Darercæ miracula 492. CAP. III. Vita ascetica; Varia miracula, publica veneratio 493. CAP. IV. Familiaritas cum angelis; visitur a Rege Eugenio morti proxima, & a SS. Apost. Petro & Paulo; apparitiones post mortem & mirabilia 495. VITA S. Moduennæ pluribus nominibus nuncupatæ, auctore Conchubrano *ex cod. Ms. Bibliotb. Cottonianæ, collata cum Vita S. Darercæ*. Prologus auctoris. CAP. I. S. Moduennæ natales, virginale pallium a S. Patricio ei collatum; vitæ perfectioris professio; prædictio; miraculum 497. CAP. II. Tyrannum mirabiliter ad frugem reducit Moduenna; alium a diabolo vexatum placat; aquam baculo in montem ducit; lupum cicurat. Alia quædam mirabilia; aqua in vinum conversa, 499. CAP. III. Moduenna visit S. Brigidam, coruscat prodigiis; profusa ejus misericordia divinitus compensatur; aquas miraculose producit; spiritu pollet prophetico; facit ut fluvius detumescat 502. CAP. IV. Miracula alia per S. Moduennam patrata; iter primum Romanum, 503. CAP. V. Reliqua ejus miracula. CAP. VI S. Moduennæ virtutes; secundum iter Romanum; multarum ecclesiarum ædificatio; miracula; angelorum colloquium 506. CAP. VII. Nitor conscientiæ; familiaritas cum angelis; prophetia; tertium iter Romanum; ædificatæ in Scotia ecclesiæ; mortis prænotio; visitur a SS. Apostolis Petro & Paulo; ejus obitus 508. CAP. VIII. Moduennæ post mortem apparitio & prædictio; lis de possessione sacri corporis suborta & composita; ejus translatio & prodigia 510

7 Davanzatus conf. Barberini in Etruria, COMM. De obscura Beati notitia, cultu, Actis, ætate, sepultura, miraculis & poematiis, in ejus honorem compositis 524. VITA per Dominicum Prateosem *ex Ms.* 527

8 Disibodus episc. Conf. in Dysenberg. territorii Moguntini in Germania. COMM. §. I. Cœnobium Montis S. Disibodi ejusque vicissitudines 581. §. II. Sancti Acta, ætas, patria & professio 583. §. III. De Sancti cultu ex Martyrologiis aliisque monumentis 585. VITA auctore S. Hildegarde. CAP. I. Sancti genus, parentes a tyrannis expulsi, profectus in litteris, electio in Episcopum, abdicatio & recessus e patria 588. CAP. II. Peregrinatio in Germaniam, populi ad Rhenum institutio, vita solitaria & austera in monte, initia monasterii & miracula 590. CAP. III. Subditorum erga Sanctum veneratio, cœnobii incrementa, vaticinium de secutura ejus destructione, obitus, odoris fragrantia, sepultura, & post eam curationes variæ 592. CAP. IV. Monachorum dispersio, reditus: sacri corporis per S. Bonifacium translatio; ruina monasterii ejusq; casus & vicissitudines 595. MIRACULA *ex Passionali membraneo cœnobii Bodecensis*, 597

6 Dominica V. M. Tropææ in Calabria. COMM. Obscura memoria S. Dominicæ apud antiquos; receoter clarior facta apud Tropæenses: Cultus & Officium ecclesiasticum 268. ACTA GRÆCO-LATINA *ex cod. Calabro Bibliotb. Ambrosianæ*. CAP. I. S. Cyriacæ parentes; eorum nec non S. F Martyris in fide constantia, 272. CAP. II. Consortatur e cælo; præles Hilarianus morte punitur; idola, ignem ac feras vincit Cyriaca, & ab angelis cælo infertur 275. ACTA LAT. *ex vetusto, at nominant, Breviario ecclesiæ Tropæensis* 278

5 Domitius M. in Syria. DISQUISITIO de pluribus Synonymis, in hunc unum verosimiliter conflandis 325

E

7 EDelburga virg. Angla, Eboriaci seu Farænonasterio in Gall. COMM. HIST. 481

8 Edgarus conf. rex Angliæ, Glastoniæ in Anglia SYLLOGE HIST. §. I. Cultus, elogia, compendium vitæ 659. §. II. Vitæ series ex variis chronologice deducta 660. §. III. Vitæ e variis Chronologice deductæ continuatio; mors & sepultura 663.

8 Eladius, Eminus & plures Martyres Nicæni, *ex Hieron.* 578

4 Elisabetha Lusitaniæ regina, vidua, tertii Ord. S. Fraocilci, Conimbricæ. COMM. §. I. Initium & augmentum publici cultus. Acta Conimbricæ legitime collecta, Romam missa pro Canonizatione 169. §. II. Indicatio multorum de Regina scriptorum, & explicatio eorum, quæ hic eduntur 171. §. III. Institutio processus de gestis sanctæ

A ctæ Reginæ, per commiſſionem Epiſcopi, Conimbricæ facti 173. VITA auctore Anonymo fere coævo, *ex cod. S. Clara Conimbricæ*. Prologus auctoris & fides. CAP. I. Majores, fratres, educatio Eliſabethæ 173. CAP. II. A multis expetita in uxorem, deſponſatur Luſitaniæ regi Dionyſio, ad eumque deducitur maximo patris ſenſu, ob amorem, quo filiam illam proſequebatur 175. CAP. III. Occupationes Reginæ in aula. Filia Conſtantia, Regi Caſtellæ nupta moritur. Ejus animam e purgatorio liberat videtque 176. CAP. IV. Naſcitur Eliſabethæ filius ſucceſſor Alfonſus. Æquanimiter fert lubricos amores mariti. Pacem conciliat inter Reges Caſtellæ & Aragoniæ 177. CAP. V. Regina iteratas inter maritum & filium diſcordias prudenter componit. Ipſa ex aula dimiſſa & bonis ſpoliata reſtituitur 179. CAP. VI. Exercitia pietatis Reginæ multimoda 181. CAP. VII. Varia
B pia loca, ab aliis fundari & ædificari cœpta, a ſe ſuſcipit perficienda 181. CAP. VIII. Alia pia opera. Mors mariti. Peregrinatio ad S. Jacobi, & liberalitas ibi exhibita 183. CAP. IX. Alia fundat pia loca, etiam ptochotrophia, colligit pias feminas, cum iiſque officia divina familiariter obit 187. CAP. X. Exercitia quotidiana in viduitate. Nobilitas ſanguinis & propinquitas cum omnibus fere Regibus Chriſtianis 188. CAP. XI. Caritas Reginæ in caritate annonæ: dolor ex diſcordia filii & nepotis Regum; ſtudium eos reconciliandi, ſupremus morbus, mors 191. CAP. XII. Corpus ſeptem dierum itinere delatum Conimbricam in ſummo æſtu, bene olet, ſubſequunturque miracula 195. SUMMARIUM miraculorum recentiorum collectum Conimbricæ 1576. Inſtitutio hujus proceſſus. CAP. I. Miracula varia fere ſubitanea. 197. CAP. II. Proſecutio miraculorum iſtiuſmodi 199. COMPENDIUM VITÆ, ab Auctoribus Romanæ Rotæ ex proceſſibus collectæ. Relatio facta coram Urbano PP. VIII. a Card. de Monte ſuper vita &c. 201. Relationis Pars I. de vita Reginæ 208. Relationis pars II. de virtutibus 205. Relationis
C pars III. de miraculis in vita & poſt mortem 207. Epilogus de Actis cauſæ & legitima illorum confectione 210. APPENDIX de viſitatione corporis beatæ Reginæ inſtituta Conimbricæ anno 1612. 21. Translationes an. 1677. & 1697 habentur in Addendis a pag. 848

7 Eoaldus epiſc. Viennæ in Gallia. SYLLOGE de Sancti nomine, ætate, cultu & elogiis 484

8 Epictetus presb. & Aſtion monachus MM. Almyride in Scythia. COMM. Rariſſima horum SS. Martyrum memoria; Acta obſervationibus illuſtrata 538. ACTA *edita in Vitis PP. apud Roſweydum, auctore incerto*. CAP. I. Pia S. Epicteti educatio; patratio miraculorum; converſio Aſtionis ad Chriſtum 540. CAP. II. Sanctorum miracula; Aſtion gravi cogitatione affligitur; ſed ſua confeſſione liberatur 543. CAP. III. Sanctorum Martyrum comprehenſio; fidei profeſſio; cruciatus, converſio Vigilantii, martyrium 544. CAP. IV. Gloria SS. corporum poſt mortem; ſepultura; apparitio; parentum S. Aſtionis inſtructio in fide & converſio ad Chriſtum 547

9 Euſanius & ſocii MM. apud Forconium in Veſtinis. COMM. Sanctorum cultus & Acta 691. ACTA SUSPECTA. CAP. I. S. Euſanii virtutes miraculis illuſtratæ 692. CAP. II. Alia miracula, a S. Euſanio patrata; viſio SS. Petri & Pauli; ſeparatio a ſuo fratre; multorum con-

verſio, obitus 694. TRANSL. CORP. 696 D

7 Euſtathius, Polycarpus & Evangelus MM. *ex Menæis*. 468

9 Everildis virgo in Anglia *ex Mirlio Altemſiano* 713

F

9 FElicianus M. in Sicilia, *ex Hieron.* 689

9 Felix epiſc. conf. Genuæ in Luguria *Notitia ex Ferrario* 709

6 Felix epiſc. Nannetenſis. COMM. HIST. §. I. S. Felicis cultus ſacer, ætas, patria & genus 470 §. II. S. Felicis doctrina, virtutes ac labores apoſtolici tempore epiſcopatus 472. §. III. Alia Sancti præclara opera, pius obitus & reliquiarum veneratio 473. §. IV. De querelis S. Gregorii Turonenſis adverſus S. Felicem. 476

4 Flavianus & Elias Antiochiæ & Hieroſolymæ epiſcopi. COMMENT. APOLOGETICUS. CAP. I. Recentior utriuſque in ſacris Faſtis memoria, ob dubiam fidem 48. CAP. II. Sanctorum vindiciæ adverſus Theophanem alioſque 54. CAP. III. S. Flaviani geſta ex variis collecta 55. CAP. IV. De geſtis S. Eliæ, uſque ad perſecutiones Anaſtaſii 58. CAP. V. De perſecutionibus ab Anaſtaſio ſuſcitatis, deque exilio & obitu 59

9 Floriana & Fauſtina VV. MM. Romanæ, *ex Hieron.* 690 E

G

6 GErvaſius diaconus M. in agro Cabillonenſi. COMM. Sancti ætas, cultus, Acta 311. PASSIO *ex duobus Mss. codd. Chiffletianis* 314

6 Goar preſbyter conf. in agro Trevirenſi. COM. §. I. Locus depoſitionis, antiquus cultus, ætas, qua vixit 317. §. II. De variis Mſſ. res geſtas S. Goaris tractantibus 319. §. III. De reliquiis S. Goaris; translatione; fama poſthuma 330. VITA auctore Anonymo, *ex Ms. Bertiniano*. CAP. I. S. Goaris ortus; religio in Deum, vita ſolitaria; hoſpitalitas, innocentia miraculo comprobata 333. CAP. II. Innocentiam ſuam probat S. Goar iterato inſigni miraculo; recuſat conſtanter oblatum archiepiſcopatum Trevirenſem, ſupremus morbus & ſanctus obitus 335. MIRACULA auctore Wandelberto, *ex Surio &c.* Prologus auctoris 337. CAP. I. Miracula ſub Aſſuero, primo Prumienſium abbate, patrata 338. CAP. II. Miracula ſub Tancrado, ſecundo Prumienſium abbate; teſte in multis oculato 341. CAP. III. Miracula quæ ſub Marcuardo, tertio Prumienſium abbate, contigerunt, expediuntur. Quando & a quo Cella S. Goaris monaſterio Prumienſi ſociata 344 F

6 S. Godeleva V. M. Ghiſtellæ, diœceſis Brugenſis in Flandria. COMM. §. I. Ghiſtellæ conſpectus, Sanctæ patria, natales, ætas, nomen, conjux, martyrium & ſepultura 359. §. II. De ſcriptore primæ & purioris Vitæ S. Godelevæ, quam edidit Laurentius Surius, mutata dictione 362. §. III. Oſtenditur, verum Vitæ S. Godelevæ auctorem, fuiſſe Drogonem, monachum ad S. Andreæ juxta Brugas 364. §. IV. Quæ Vita a Drogone ſcripta ſit, an ea, quam Surius edidit, an quæ a nobis datur ex Ms. Aldenburgenſi? 366. §. V. De Anonymo ſcriptore Legendæ auctioris, Belgice verſæ & amplificatæ, non multo melius poſtmodum contractæ 368. §. VI. De S. Godelevæ cultu ex Actis, Martyrologiis aliiſque 370. §. VIII. De celebri cultu Sanctæ olim exhibito Ghiſtellæ, ex vetuſtis Miſſalibus & Officiis eccleſiaſticis Mſſ. 373. §. VIII. De loco primæ ſepulturæ,

A elevatione, translationibus & recognitionibus ſacrarum reliquiarum Ghiſtellæ 375. §. IX. De gemino feretro ſeu lipſanothecis Ghiſtellenſibus, variis caſibus & adverſitatibus expoſitis, ſæpius Brugas translatis & relatis, modo Ghiſtellæ aſſervatis, & quotannis exponi ac circumferri ſolitis 378. §. X. De hodierna ſolennitate in eccleſia Ghiſtellenſi, incredibili populi concurſu à VI. Julii ad XXX. ejuſdem menſis; elegantí ſacello & puteo ſalutari 381. §. XI. De S. Godelevæ reliquiis, variis locis per Belgium venerationi expoſitis, & in nonnullis magno populi concurſu frequentatis 384. §. XII. De Benedictino Virginum cœnobio, ſub S. Godelevæ nomine Ghiſtellæ condito, Brugas poſtmodum ob Calviniſtarum graſſationes translato & reformato 390. §. XIII. De concreto S. Godelevæ miraculoſo ſanguine, olim in prædicto veteri cœnobio, nunc Brugis honorato, & poſt varias graves moleſtias an. 1643. recognito 392. §. XIV. De nova ſacri ſanguinis recognitione, a moderno Illuſtriſſimo facta 1719. de ejuſdem ſanguinis partibus, alibi venerationi expoſitis, B deque confraternitatibus in Sanctæ honorem inſtitutis 394. §. XV. De celebri puteo, Ghiſtellæ incredibili populi concurſu frequentato, præſertim a VI. Julii ad XXX. ejuſdem menſis, & de monumentis, quæ ibidem hodie ſuperſunt 397 §. XVI. De præcipuo S. Godelevæ miraculo, in converſione mariti ſui Bertulfi, poſt ad S. Winnoci Bergis monachi, ibidemque poſt durum pœnitentiam pie defuncti 400. VITA Auctore Drogone monacho & ſacerdote, ex Ms. Aldenburgenſi. Prologus 402. CAP. I. S. Godelevæ ortus, animi & corporis dotes, nuptiæ cum Bertulfo: hujus & matris in Sanctam odium & inhumana aſperitas: fame & injuriis compulſa ad parentes fugit, atque ad maritum denuo reducitur 403. CAP. II. Immanis Bertulfi obſtinatio in perſequenda uxore, omnia patientiſſime tolerante; barbara ejuſdem per famulos ſtrangulatio; ſanguis in candidos lapides verſus; ſepultura & miracula plura mox ſecuta 406. VITA EADEM prout a Surio edita eſt 409. VITA ALTERA AUCTIOR, ab Anonymo Ghiſtellenſi deſcripta. Prologus 413. CAP. I. Stupenda Sanctæ in pauperes miſericordia, cui C dum nimium indulgena, cibos clam abſportat, a diſpenſatore detecta, patenti miraculo hominem confundit ibid. CAP. II. Major prodigio ſurreptas ad excipiendum Comitem Bolonienſem paratas epulas, & pauperibus diſtributas, divinitus reſtituit 415. CAP. III. A multis in conjugem poſtulatam virginem impetrat Bertulfus Flander, qui in ipſo nuptiali convivio, impta matre inſtigante, ſponſam turpiſſime deſerit 417. CAP. IV. Socrus ſævire pergens, Sanctam indigniſſime tractat, & calumniis mendaciiſque filium erga ipſam implacabilem reddere conatur 419. CAP. V. Ad aves a ſatis abigendas deputata, miraculo eas in horreum compellit, ut Sacro interſit. Novæ a rabida ſocru vexæ, & portiunculæ panis pro media parte imminutio. Duobus famulis exagitanda committitur 421. CAP. VI. Continuæ acrioreſque indies anguſtiæ; ad ſe inviſentes piæ exhortationes; nova Bertulfi atrocitas, qui ſanctam conjugem, in Domino confidentem, fame enecare conatur 423. CAP. VII. Fuga Sanctæ ad parentes; Epiſcopi Noviomenſis & Comitis Flandriæ mandata, ut reductam Bertulfus melius tractet: prædictio futuræ apud Flandros gloriæ, D & ſanctiſſima mulieris vere fortis placita. CAP. VIII. Ultimum Bertulfi conſilium de tollenda e medio uxore; ſacinus duobus impiis famulis commiſſum, a quibus nocte intempeſta ſtrangulatur. Varia miracula ante & poſt martyrium ac in ſepultura patrata 429. CAP. IX. Varia miracula ad tumulum; inſigne in Bertulfi ex altera conjuge filia cæca, viſum recuperante, maximum in ipſomet ad pœnitentiam converſio; fundatio cœnobii Virginum ex ejus bonis; prætenſa Romæ facta canonizatio 433. MIRACULA *ex variis collecta & in quatuor claſſes diſtributa* a pag. 436.

9 Gorcomienſes Martyres XIX. Brilæ in Hollandia. COMM. §. I. Belgii calamitatum ſec. XVI. breve ſchema præmittitur 736. §. II. Sanctorum paſſio apud populares celeberrima: eorum privatus cultus & elogia 737. §. III. Miracula ſanctorum Martyrum paſſionem ſecuta 739. §. IV. Procurata ſacrorum corporum reſoſſio 740. E §. V. Prædictarum reliquiarum recognitio, approbatio, exaltatio, & in varias partes diſtributio 742. §. VI. Varii proceſſus ad Canonizationem SS. Mart. Gorcomienſium inſtituti 1619 745. §. VII. Romana Beatificatio, ſolenniter ibidem celebrata 1675. 747. §. VIII. Eadem ſolennitas alibi celebrata, Officii extenſio, & Paſſionis hiſtoria a Guilielmo Eſtio fideliſſima conſcripta 751. HISTORIA MARTYRUM auctore Guilielmo Eſtio Doctore Duaceno, edita Duaci 1603. & Namurci 1655. LIB. I. CAP. I. Rerum Batavicarum & oppidi Gorcomienſis ſtatus, invaleſcentibus Geuſiis anno 1572. PP. Minoritarum ibidem cœnobium; ejus Guardiani inconcuſſa fortitudo & Fratrum cura, cum quorum pleriſque ad caſtrum ſe recipit 754. CAP. II. Inſignes duo Parochi Gorcomienſes incaſſum cives hortantur: deditur oppidum, & etiam arx, pactis conditionibus mox violatis 757. CAP. III. BB. Minoritæ ad certamen ſe parant cum aliis captivis, quos peſſime habent hæretici, opprobriis & convitiis flagella Dei facti, & religioſis potiſſimum infeſti 760. CAP. IV. Ad ſparſum imminentis mortis rumorem F nihil prorſus terrentur SS. Guardianus & duo Parochi, Quam noxia fuerit rei Catholicæ politica in Religione indifferentia: ſero ſe deluſos agnoſcunt Gorcomienſes 762. CAP. V. Segregatis in conclave eccleſiaſticis omnibus, oblatam libertatem renuit B. Guardianus, ſuos ad conſtantiam egregie exhortatus. Inculata perfidia Marini præfecti, qui tandem pactis novis conditionibus, captivos cives laicos dimittit 764. CAP. VI. SS. Mart. cibos vetitos reſpuunt, varios cruciatus fortiter patiuntur, uti & graviſſimas contumelias: primus in ſacerdotes ſeculares furor, & omnium ab iis extorſio. Poppelii parochi inſignis conſuſſio 767. CAP. VII. Vexantur Minoritæ ad extorquendos ab iis theſauros: Guardiani lenis reſponſio & poſtea ſilentium: ferme ad mortem immanitar torquetur. Hiſtoriæ hujus veritas, & reverſi ad ſe Guardiani egregia ad concaptivos oratio 769. CAP. VIII. Quam atrocia ſequentibus noctibus paſſi fuerint SS. Martyres. Leonardi parochi e carcere dimiſſio, ut duobus Catholicis in crucem agendis aſſiſtat: ejus religio fruſtra tentata. Conceſſus chirurgus cujus conſiliis fortiter reſpuit Guardianus 772. S. Guardianus ſuppliciis deformatiſſimus, ad alia patienda in for-

tem

tem oſtendens, chirurgum in religione confirmat. Impii Omalii minæ & maledicta contemnuntur, oſtenditurque, infames apoſtatas, ſacris abutentes, Nerone pejores eſſe 775. Cap. x. Aliis ludibriis afficiuntur religioſi, in tenebricoſum carcerem detruſi. Paſtoris Leonardi feſto Viſitationis B. M. V. inſignis pro Deipara oratio & ad ſuos exhortatio. Inanes Catholicorum conatus, & lytri, pro Nicolao Poppelio collecti, furtiva a præſtigiatore ſurreptio 777. Cap. xi. Data fide publica Leonardus Buſcoducum profectus, a rabidis nebulonibus ad itinere retrahitur, pugnis & calcibus ignominioſe contuſus; qui ad omnia ferenda paratus, ſociis conjungitur. Fruſtra iterum tentata Guardiani conſtantia 779. Cap. xii. Repetitos pro captivorum libertate conatus averunt Geuſiorum fraudes; quibus id tandem efficiunt, ut noctu Gorcomio Brilam ad Lumæum abducantur Sancti, probris & verberibus onuſti 781. LIB. II. Cap. i. Noctu Gorcomio avecti SS. MM. Dordraci inſanæ plebis ludibrio expoſiti, cavillatore miniſtello confuſo, Brilam deducuntur 784. Cap. ii. Deſcribitur adoleſcentia ſceleruti Comitis Lumæi, a quo excepti Brilæ SS. Martyres, inimicis primum ſupplicationibus circumducuntur 786. Cap. iii. Inter verbera & ludibria jubentur denuo ſacra canere, & patibulum circumire, ſupplicantium ritu; in quo eos nihil peccaſſe oſtendit auctor. Nulla cujuſquam commiſeratio, feminis etiam procaciter inſultantibus 788. Cap. iv. In fœtidiſſimum carcerem detruſi, alios ſocios inveniunt, cum quibus ad examen educti, fidem plerique conſtanter profitentur. Ad novum examen evocati ſeptem, ab Eccleſiæ capite deficere conſtantiſſime renuunt 791. Cap. v. Non una diſputatione confunduntur miniſtellia SS. Martyribus, qui ad patibulum deputantur. Litteras Orangii & ſenatus Gorcomienſis ſpernit Lumæus. Suos ſe deſeruturum negat Guardianus. Offertur omnibus libertas, ſi Papæ renuntient 793. Cap. vi. Quantis molitionibus Guardianum aggreſſi ſint duo germani fratres, quorum officiolas pollicitationes conſtantiſſima rejecit. A temulento & furente Lumæo omnes ad ſuſpendium duci jubentur 796. Cap. vii. In varias trabes aguntur SS. Martyres, quos inter primus Guardianus. Nova Henrici novitii defectio; luctuoſior alterius apoſtaſia, ſed glorioſa aliorum ad extremum ſpiritum confeſſio 798. Cap. viii. In adhuc vivorum & mortuorum MM. corpora impiorum deteſtanda barbaries, qui propudioſe eadem truncant & dilaniant: pii Catholici cura demum ſepeliuntur. De Sanctorum numero priſcis aliis Confeſſoribus comparato 801. LIB. III. quo de omnibus Martyribus ſeorſim agitur. Cap. i. & ii. Virtutes & merita B. Nicolai Pici Guardiani fuſe & ſolide enumerantur, a pag. 804. Cap. iii. Aliorum ex S. Franciſci familia ſanctorum MM. Hieronymi Vicarii, Theodorici Emdeni, Nicaſii Heſii, Wilhadi Dani nonagenarii, Godefridi Mervellani, Antonii Werdani, Antonii Gorcomienſis, Franciſci Rodii, Petri ab Aſca, & Cornelii Wicani elogia 808. Cap. iv. & v. Digna præconia Leonardi Parochi Gorcomienſis, a pag. 811. Cap. vi. Laudantur Nicolaus Poppelius, alter Parochus, & Godefridus Dunæus 815. Cap. vii. De vita & virtutibus B. Joannis ab Oſterwica, B. Joannis, Ordinis Prædicatorum, B. Adriani Becani, B. Jacobi Lacopii, B. Adriani Walteri. Numeri undevigeſimi myſterium, & glorioſa omnium ſingulorumque Martyrum perſeverantia, 818. Cap. viii. De iis qui defecerunt, nempe Henrico Novitio Parocho Maeſtumenſi, Canonico Gorcomienſi, Guilielmo Leodienſi ſacerdote Minorita 822. LIB. IV. Cap. i. De viſionibus & variis beneficiis interventu ſanctorum Martyrum impetratis, 823. Cap. ii. In Rutgerum Eſtium, hujus hiſtoriæ collectorem, SS. Martyrum beneficia. Inſaciabilis Lumæi crudelitas in quatuor monachos Schonhovianos, & duos FF. S. Hieronymi Gaudæ 825. Cap. iii. Deſcribuntur Cornelii Muſii præclaræ dotes & glorioſum per diriſſima tormenta martyrium 829. Cap. iv. Lumæi captivitas, liberatio, hypocriſis, & condignus ſacrilegæ vitæ exitus 832. Cap. v. SS. Martyrum meritis valetudo auctori hujus hiſtoriæ reſtituta, vitaque ad eam ſcribendam producta 833. Appendix in quâ agitur de martyrio Guilielmi Gaudani Minoritæ, ut qui locum impleverit alterius ſynonymi ex eodem Ordine apoſtatæ 835. Mira acula *ex proceſſibus anni 1619. & ex aliis inſtrumentis collecta* a pag. 838.

8 Grimbaldus abbas, Wintoniæ in Anglia. Sylloge Hist. §. i. Cultus S. Grimbaldi: elogia; patria; vitæ inſtitutum 651. §. ii. An S. Grimbaldus fuerit Cancellarius; unuſne an duo Grimbaldi æquales 653. §. iii. Cur in Angliam profectus Grimbaldus? Res ibidem geſtæ, obitus, ſepultura 656

H

8 Hadrianus Papa I. an III. Nonantulæ in ditione Mutinenſi. Disquit. Hist. §. i. Proponitur quæſtio, quis Hadrianus Papa Nonantulæ colatur 643. §. ii. Unde profluxerit opinio, quod Nonantulæ colatur Hadrianus PP. I. 645. §. iii. Oſtenditur, Nonantulæ non alium S. Hadrianum Papam coli poſſe, præter ejus nominis tertium 647

7 Hedda epiſc. apud Occidentales Saxones in Britannia. Sylloge de cultu, monachatu, epiſcopatu, geſtis & obitu 482

9 Herumbertus epiſc. conf. Mindæ in Weſtphalia. *Ex Officio Oſnabrugenſi* 727

6 Hugo Peregrinus, in Nanvigne, Diœceſis Autiſſiodorenſis in Gallia. Notitia *ex Mſſ. Autiſſiod. & Caſtellano*. Vita *ex Ms. gall. Autiſſiod. Latine verſa* 447

I

8 Iluminatus eremita, apud Tiſernum Tiberinum in Umbria Italiæ. *Notitia ex Ferrario* 650

4 Innocentius & Sebaſtia Mm. Sirmii. *Ex Hieron.* 6

9 Joanna virgo Carmelitana, Regii Lepidi in ducatu Mutinenſi. Comm. Cultus; ſcriptor vitæ Italicæ, Latinæ interpres 728. Vita a Benedicto Mutto. Cap. i. B. Joannæ parentes; virtutes; vitæ auſteritas; Carmelitici habitus ſuſceptio; monaſterii novi fundatio; Manichæi per eam converſio 729. Cap. ii. Dæmonis impetus adverſus Beatam; cæleſtis conſolatio, ac virtutes ejus 730. Singularis Deiparæ cultus; dæmonis fraudes, ſublimis contemplatio 732. Cap. iv. Chriſtus Sanctæ apparet; diem obitus prænuntians, ſpiritualia documenta; ſancta mors 733. Cap. v. Variæ poſt mortem apparitiones; miracula; facta revelatio epiſcopo Regienſi; incorrupti corporis elevatio, cultus 734

7 Joannes Angeloptes epiſc. Ravennas, *ex Rubeo* 468

8 Joannes M. Heracleenſis & ſocii *ex Hieron.* 579

4 Jocundianus M. in Africa. *Ex Hieron.* 5

6 Iſaias propheta & martyr in Paleſtina 250

6 Iſaurus, Felix, Peregrinus, Ermias & ſocii Mm. Sylloge Hist. 368

8 Itherius epiſc. Nivernenſis, Noiennii ſeu Novigenti in Gallia. Sylloge de cultu, patria, ætate, geſtis & reliquiis 619

K

8 Kilianus epiſc. Mart. Colomanus ſeu Colonatus & Totnanus. Herbipoli in Franconia. Comm. §. i. Herbipolis patronus S. Kilianus, ejus nomen, pa-

patria, profeſſio & martyrii ſocii 599. §. 11. S. Kiliani dignitas epiſcopalis; ratio temporum in apoſtolatu Franconico & martyrio 601. §. III. S. Kiliani & ſociorum elevatio & translationes 603. §. IV. Acta a quo interpolata, quæ ſincera, ab aliis contracta, & quæ hic dentur 606. §. V. S. Kiliani & ſociorum cultus ex ſacris Faſtis & antiquis eccleſiaſticis Officiis 607. §. VI. De novis in Officio eccleſiaſtico lectionibus, & ſolenni hodierno Sanctorum cultu 610. ACTA *ex cod. Mſ. Valcellenſi, cum aliis collata* 612. ALTERA PARRIO *ex antiqua Lect. Canſii*. CAP. I. S. Kiliani pueritia, monachatus, præfectura, peregrinatio in Franconiam & Romam: ubi epiſcopus ordinatus, ad miſſionem redux, Ducem cum populo convertit 615. CAP. II. Sanctorum martyrium fraudа uxoris Gozberti; in eam & carnifices divina ultio, Gozberti & filii interitus. Sanctorum corporum per Atalongum inventio & elevatio 617

L

8 LAndrada virg. abbat. Beliſiæ in territ. Leodienſi. COMM. §. 1. Beliſiæ notitia; natales S. Landradæ, annus mortis; elevationes & translationes corporis; cultus, Officium proprium 619. §. II. Alia reliquiarum S. Landradæ translatio; præſens reliquiarum ſtatus apud Gandenſes, authentico documento comprobatus; Sanctæ elogia 621. §. III. Vita, quæ hic datur; ejus auctor; Legendæ, unde fuit delumpta, compilator; miraculorum collector 623. VITA auct. Theodorico abbate Trudonopolitano, CAP. I. illuſtres Sanctæ natales, virtutes, vita aſcetica, adſcitis ſibi ſociabus; ædificatio eccleſiæ; e priore tumulo in alium divinitus transfertur 625. MIRACULA *ex Mſ. Corſendoncano* 628

4 Laurianus epiſc. mart. Vaſtinni apud Bituriges in Gallia. COMM. §. 1. Sacer cultus perantiquus & martyrium. Certa de iis monumenta ab incertis diſtincta. 32. §. II. Acta incerta, mutilata & interpolata; neque a Cointio ſatis expurgata 35. PASSIO *ex Mſ. Chesnei collata cum edit. Labbei* 35. S. Lauriani ortus, inſtitutio, epiſcopatus Hiſpalenſis, apparitiones & miracula varia, peregrinationes, martyrium & ſepultura Vaſtinni. 36

M

4 MArcus conf. *ex Men. bibliotb. Ambroſ.* 22
7 Medranus & Odranus fratres confeſſ. Lethreci in Hibernia, *ex Actis S. Kierani* 477
6 Mochus M. Mediolani, *ex Hieron.* 689
5 Moduanna ſeu Monenna, Monynna, Monyma, Monynia, una an plures? COMM. CAITICUS. §. 1. Vita a Concubrann ſcripta, chronologice examinata 241. §. II. Dictorum paraeboniſmorum origo videtur eſſe plurium Sanctarum fere homonymarum confuſio. Vita unde ad nos miſſa, quis auctor 243. Vide a pag. 297
8 Monachi Abramitæ Mm. Cpoli SYLL. HIST. 659

N

4 NAmphanion & ſocc. Mm. Madauræ in Africa. *Ex Marlio Romano* 6
7 Navitus epiſc. & mart. Treviris vel Tungris. SYLLOGE de epiſcopatu, cultu & dubiis circa Sanctum occurrentibus 44
6 Nicolaus & Hieronymus MM. Brixiæ. *Ex Tabulis Brixianis*. 285
6 Nojola V. M. Ponte-Vici in Armoricis. *Notitia ex Proprio Venetenſi* 279
8 Nomius ſeu Nummius conf. prope Villam piroſam, inter Pariſios & Houdanum. *Notitia ex Marliis* 650
3 Numerianus epiſc. conf. apud Treviros 231

O

4 ODo epiſc. conf. Cantuariæ in Anglia. COMM. §. 1. Natales, converſio a paganiſmo, educatio, iter Romam, epiſcopatus, profeſſio monaſtica ei præmiſſa. 63. §. II. Annus ac dies mortis; cultus quomodo inchoatus ac propagatus; reliquiæ; elogia, cognomentum; memorabilia quædam ab auctore Vitæ prætermiſſa 65. VITA auctore, ut videtur, Osberno; *ex Mſ.* CAP. I. Natales, educatio, baptiſmus, Ordines ſacri, Epiſcopatus Scireburnenſis, impetrata regi Ethelſtano victoria 67. CAP. II. S. Odo, factus monachus, creatur Archiepiſcopus Cantuarienſis: miraculum pro Euchariſtia; aliud miraculum; punita
4 regis Edwii libido; S. Dunſtani epiſcopatus 69. CAP. III. Sancta Odonis mors, ſucceſſor Archiepiſcopus, ſimoniace promotus, ejus ſepulcrum temerare auſus, dire punitus; columba ſuper tumulum Odonis viſa a S. Dunſtano ſucceſſore; elogium ejus metricum 78
7 Odo epiſc. Urgellæ in Hiſpania Tarraconenſi. COMM. De cultu, profapia, ætate, Actis & miraculis 521. VITA *ex Mſ. Legendario eccl. Urgell. apud Tamayum in Martyrol. Hiſpanico* 521. MIRACULA *ex eodem* 523
4 Oſeas & Aggæus Prophetæ. VITÆ epitoma ex ſacris litteris 5
8 Oſtratus vel Soſtratus, Spirus, Eraclius, Eperentius, & Cecilia MM. Sirmii, *ex Hieron.* 578

P

6 PAlladius ep. conf. Scotorum apoſtolus Forduni in Scotia. SYLLOGE HIST. de cultu, patria, legatione, geſtis & ſcriptis. §. 1. De S. Palladii cultu & Officio eccleſiaſtico 286. §. II. De S. Palladii patria, legatione, geſtis & ſcriptis 287
7 Pantænus conf. Alexandriæ in Ægypto. COMM. §. 1. Panæni laudes, doctrina, ſcripta & cultus 451. §. II. Pantæni ætas, genus, patria, munera, Indiæ apoſtolatus & obitus 459
7 Parmenius, Heraclius, Helias, Apollonius, Eudomius, Anovius, Publius eum aliis 18. *ex Hier.* 466
7 Parthenius, Amatus, Pividius, & alii 7. *ex Hier.* 466
9 Patermuthius, Coptes & Alexander MM. in Ægypto. COMM. §. 1. Diſtinctior Sanctorum notitia; cultus apud Græco antiquus, recentior apud Latinos 698. §. II. Romanus Sanctorum cultus in eccleſia paroeciali, eorumdem nominibus dicata 699 §. III. Acta ſuſpecta, nulla cenſura aut emendatione ſatis corrigenda 701. MARTYRIUM *ex cod. Græco Mſ. bibliotb. Vaticanæ*. CAP. I. Patermuthii ad varias Copretis diſcipuli quæſtiones reſponſa 703. CAP. II. Ex eremo abducti Juliano ſiſtuntur: lapſus Copretis & reſipiſcentia: utriuſque cum milite Alexandro martyrium 707
9 Paulus ep. apud Senones in Gallia. *Notitia ex Marliis & Breviario Senon.*
8 Paulus novus martyr Conſtantinopoli. COMM. §. 1. Cultus, elogia, reliquiæ, cruciatus, Acta, tempus martyrii 631. §. II. Inventio corporis; translatio ſub quo abbate facta, quando & a quo ſcripta; ſcriptor martyrii, corpus recluſum, an Venetiis Coloniam Agrippinam translatum 633. ACTA *ex Mſ. Regiæ Sueciæ, anct. Anonymo*. CAP. I. S. Paulo, ob defenſionem imaginum, ad carcerem detruſo, naſus præciditur; ſulphur & pix infunduntur 635. CAP. II. Confutat tyrannum; oculis privandus, ad mortem condemnatur 637. TRANSL. CORP. Cpoli Venetias auctore incerto 639. MIRACULUM 642
7 Peregrinus, Lucianus & ſocii martyres, Dyrrachii in Macedonia, *ex Menæis* 457
6 Petrus a Cruce Ord. Servorum B. M. V. Viterbii in Italia. COMM. ex Gianin & variis litteris

Vi-

Viterbio receptis 444
5 Philomena Virg. in agro Piceno 229
9 Pontianus ep. M. Tuderti in Umbria. *Notitia ex Ferrario* 690
8 Pramanus, Severus, Cornilianus & alii LX.Mm. in Sicilia, *ex Hieron.* 578
4 Procopius abbas conf. Pragæ in Bohemia. COMM. §.1. Cultus ſacer, reliquiæ, translatio, dies annuæ feſtivitatis ac mortis 136.§.11. Apographum, quod hic damus; vitæ compendia ab aliis edita; Mſſ. noſtra hic ſuppreſſa 138. VITA auctore Anonymo coævo, *ex Ms. Pragenſi.* Prologus 139.CAP. 1.Procopiani nominis etymon; allocutio ad lectorem; Sancti natales; educatio, canonicatus, virtutes; aqua in vinum converſa; exſtructum monaſterium ibid. CAP.11.Alia S. Procopii miracula; mors Ducis Udalrici; cenodoxia monachi a Procopio punita 141. CAP.III. S.Procopii obitus, exequiæ, ſanatus epilepticus; impleta prophetia; falſo accuſatus periculo, mulier infirmitate liberata 143. CAP.IV. Fur liberatus, aliena reſtituta, mulieres ſervatæ, mirabilis impetratio canonizationis S.Procopii, apparitiones & miracula 145
8 Procopius Lector M. & ſorte alius Procopius Dux M. Cæſareæ in Palæſtina. COMM. §.1. Sacer Mm. cultus; qua die S. Procopius Lector paſſus; quone ſint hi Martyres, an unus tantum 551. §. 11.Acta Procopii Lectoris ſincera; an & quouſque ab Euſebio conſcripta. Acta Procopii Ducis fabulositatis ſuſpecta; auctoris hallucinationes & parerga; varia eorum Mss. 553. PASSIO S. Procopii Lectoris, *edita a Ruinartio inter Acta ſincera & ſelecta* 556. ACTA GRÆCO-LAT. S. Procopii Ducis, fabulositatis ſuſpecta, *ex Mſ. Medicæo Regis Franciæ.* CAP. 1. Dira ſub Diocletiano ac Maximiano perſecutio; S. Procopii natales; præfectura Alexandriæ 556.CAP.II.Mirabilis Procopii converſio 559. CAP.III.Procopii in fide conſtantia 562.CAP. IV. Tormentis cruciatus, a Chriſto & angelis viſitur; baptizatur; multos ad Chriſtum convertit, ſternit idola ſigno crucis 564. CAP. V. Militum ad Chriſtum converſorum mors; mulierum conſtantia & martyrium; Theodoſia S. Procopii mater converſa; Procopius tormentis cruciatus 568.CAP. VI. Dæmonibus imperat ſanctus Martyr; novis tormentis probatur; idola impugnat; cæleſti voce recreatur; varios perſert cruciatus 572. CAP. VII. Atrociſſimis tormentis cruciatus S. Procopius, tandem capite plectitur 574
8 Procopius & Quartus Mm. Cæſareæ Cappadociæ, *ex Hieron.* 577

R

6 ROmulus epiſc.& ſocc.Marchitianus, Creſcentius, Dulciſſimus & Cariſſimus Mm. Fæſulis ac Volaterris in Etruria. COMM.§.1.Acta varia, cultus antiquus, Romuli epiſcopatus 253. §. 11. De SS. Dulciſſimo, Cariſſimo atque Creſcentio ſeorſim 256. ACTA APOCRYPHA, *ex cod. monaſterii Bodecenſis.* CAP.1.Romuli conceptio, educatio, captura, baptiſmus 258. CAP.II. Prædicat Sutrii, Volaterris, Brixiæ, Bergomi, & miracula ubique patrata 259. CAP. III.Angeli monitu tendit Fæſulas, inde ejicitur, fuſtibus cæſus: denuo egreſſus, mittitur in carcerem, & martyrium ſubit cum ſociis ſuis 261

I

6 SEverus epiſc. conf. Cæſenæ in Italia. COMM. Sancti cultus non antiquus, patria & ætas controverſa, Legenda incerti auctoris 324. VITA *ex cod. Ms. Vallicellano*
6 Sexburga regina, abbatiſſa Elienſis in Anglia. COMM. HIST. Glorioſa S. Sexburgæ progenies & cultus ſacer 346.§.1. Præcipua Vitæ capita chronologice ordinata 347.ELOGIUM *ex Cappgrav.* 349
7 Sigisboldus ep.Sagienſis *ex Martyrol.Caſtellani* 470
6 Siloes Magnus, Confeſſ. in monte S. Antonii in Thebaide. SYLLOGE HIST. 280
5 Stephanus, primus epiſcopus Rhegienſis & ſocii, Suera epiſcopus, Felicitas ac Perpetua martt. Rhegii in Calabria. COMM. Cultus Sanctorum, elogia, ætas, vita non valde antiqua 217. ACTA auctore Anonymo, niſi forte ſit Metaphraſtes, *ex cod. Ms. Meſſanenſi.* 220
5 Strator cum ſociis Mm. Tomitanis, *ex Hieron.* 223
8 Summiva virg. & martt. cum ſociis vel ſociabus in Norvegia. *Notitia ex Greveno* 649

T

4 THeodorus epiſc. & mart. in Libya. SYLLOGE HIST. 19
8 Theodoſia Procopii mater, 12. mulieres, & Antiochus & Nicoſtratus Mm. 576
4 Theodotus mart. & Donatus epiſc. Libyæ. *Ex Menæis impreſſis* 21
9 Theophanius conf. Corneti in Tuſcia. *Notitia ex S. Gregorio Magno* 711
7 Thomas in monte Laconiæ Malæo, *ex Menæis* 467
6 Tranquillinus martyr Romæ. COMM. Cultus ex Martyrologiis, reliquiæ, Acta 263. *Ex Actis S. Sebaſtiani* Capp. 12. 13. & 14. 264
5 Triphina ſeu Triphon m. Sicul. *Ex Hieron.* 222
5 Trophima ſeu Trophimena V.M. Minoræ in Italia apud Picentinos. COMM. Certus Sanctæ cultus. Natalis, patria, tempus, locus ac genus martyrii incerta. Quæ hic dantur non valde antiqua 231. HISTORIA inventionis ac translationis, & miracula, collata cum editis apud Ugbellum. Prologus auctoris 233. CAP. 1. Inventio ac translatio corporis S.Trophimenæ 234. CAP. II. Itetata corporis translatio 235.CAP.III. Miracula 239

V

4 UDalricus epiſc.conf. Auguſtæ Vindelicorum. COMM.§.1.Varia nominis S.Udalrici efformatio, etymon, natales, educatio, iter Romanum, vitæ inſtitutio ante epiſcopatum 73.§.11.S. Udalrici epiſcopatus; ſcripta; epiſtola perperam ipſi attributa; inſtrumentum de reſtituta monaſterio Campidonenſi libertate eligendi abbatem; monachalis habitus; tempus vitæ & mortis 76. §. III. Sancti cultus Auguſtæ Vindelicorum; alio deinde propagatus; annuntiationes in Martyrologiis: bulla Canonizationis, quæ putatur omnium prima 78. §. IV. inſigniora quædam S. Udalrici elogia & miracula 80. §. V. Continuata quorumdam miraculorum proſecutio 80. §. VI. Reliquiæ, calix, crux S.Udalrici, terra contra glires 87.§.VII. Diſſertatio critica de corpore S.Udalrici; in qua quæritur, an dictum corpus, Auguſtæ primitus ſepultum, indidem umquam Mediolanum fuerit translatum 90.§.VIII.Confraternitas S. Udalrici; Officium proprium. hymni 92.§.IX. De Vitæ S. Udalrici ſcriptoribus & editoribus 91. VITA auctore Anonymo, æquali & familiari conſcripta, a Marco Velſero eruta, & apud Surium & Mabillonem edita. Prologus auctoris 97. CAP. 1. Sancti natales, educatio, iter Romanum, epiſcopatus. Viſio Ramberti presbyteri 98. CAP.II. Variæ apparitiones, Henrici Imperatoris mors; variæ S. Udalrici virtutes 100.CAP.III.Bona opera tempore Quadrageſimæ a Sancto frequentata 102. CAP. IV. Viſitat monaſteria ac diœceſim: enutrierat eccleſias 104. CAP. V. Quam frequens & potens fuerit S.Udalricus, in ſubditis ad virtutem exſtimulandis hortator 106.CAP. VI. Sancti virtus duris probata, civitatis Auguſtanæ deprædatio, prædatorum pœna 108.CAP. VII.

vit. Conciliata Ottonem inter & Luitolfum pax, Hungarorum cædes, fratri ac nepoti soluta a S. Udalrico justa, sepulcrum condirum S. Afræ 110. Cap. viii. Sanat Sanctus surdum & cæcum, sepulcrum sibi construit, visis limina Apostolorum, Sanctorum reliquias conquirit, patrat miracula, proficiscitur in Burgundiam 112. Cap. ix. Oleo a se consecrato curat iofirmitates; siccus fluvios transit; liberatur a submersione; impetrat successorem sibi in episcopatu Adalberoonem 114. Cap. x. Acta synodi Ingelheimeosis in causa Adalberonis; mors ejusdem: aliorum suasu pergit in episcopatu S. Udalricus; Sancti in abbatiam Ottenburanam benevolentia 116. Cap. xi. Sancti obitus ac sepultura 119. Cap. xii. Henrici, successoris S. Udalrici in episcopatu, gesta & obitus 122. Miracula Cap. 1. Tapes oon combustus, variorum sanationes & aliquorum pœnæ 125. Cap. ii. Reliqua S. Udalrici miracula 128. Appendix. Inventio & translatio corporis S. Udalrici, *ex editione Velseri, collata cum Ms.* Cap. 1. Corpus Sancti quæsitum & inventum non sine miraculis 131. Cap. ii. Recensentur alia quædam miracula 133

4 Valentinus presb. conf. prope Molismum, diœcesis Lingonensis in Gallia. Comm. De Sancti ortu, cultu, ætate, ecclesia & veteri prioratu 39. Vita *ex Ms. S. Benigni Divionensis* 41

5 Valerius episc. Consorranensis 227

W

4 Wilhelmus conf. abbas Hirsaugiensis in Suevia. Comm. §. 1. Cultus sacer, dies mortis, epitaphium, species externa corporis, virtutes, elogia 148. §. ii. Abbas Hirsaugiensis electus, quam præclare suia præfuerit 150. §. iii. Monasteria a B. Willelmo reformata, ædificata ac restaurata; celebriores ejus discipuli 153. §. iv. Beati scripta; auctor Vitæ; editores 154. Vita auctore Haymone coævo, *a Carolo Stengelio edita*. Cap. 1. B. Wilhelmi natales, educatio, vita monastica, eruditio, dignitas abbatialis, virtutes ac miracula 155. Cap. ii. Occulta detecta, sanatum brachium debile; piscium captura fortunata; frumentum multiplicatum; opera misericordiæ corporalia ac spiritualia 158. Cap. iii. Varia condit monasteria, laicos conversos primus instituit; suscipit extrema Ecclesiæ Sacramenta ac pie moritur. Post mortem se probat monasteriorum suorum defensorem, ac pauperum fautorem; visio sanctitatem ejus commendans 161

7 Willibaldus episcopus Eystadii in Germania. Comm. §. 1. Sancti nomen, patria, genus, cultus, scripta 483. §. ii. De scriptoribus Vitæ S. Willibaldi 487. §. iii. Chronologiæ Willibaldinæ fundamentum & basis stabilitur 489. §. iv. Vitæ & peregrinationum ordio ata series 491. §. v. S. Willibaldi in episcopatu gesta & obitus 494. §. vi. Sacri corporis elevationes & translationes 495. §. vii. Reliquiarum veneratio, prosa & rhythmus 498. §. viii. Hodiernus Sancti cultus & monumenta ipsi erecta 499. Vita seu Hodoeporicum, auctore Virgine Sanctimoniali. Præfatio Sanctimonialis 500. Cap. i. S. Willibaldus trimus miraculose sanatur, pris exercitationibus & litteris in monasterio institutis, patrem & fratrem ad Romanam peregrinationem inducit 501. Cap. ii. Discessus Roma Neapolim, inde per Calabriam & Siciliam in Asiam; demum per Cyprum Hierosolymam 504. Cap. iii. Peregrinationis prosecutio; visus amissio & recuperatio, pericula varia, mora Constantinopoli, reditus in Italiam, & decem annorum monachatus in monte Casino 507. Cap. iv. Reditus Romam, ablegatio a Gregorio III. ad S. Bonifacium in Germaniam, episcopatus Eystettensis, institutio monasterii & auctoria epilogus 510. Vita Altera, auctore Anonymo perantiquo Cap. 1. S. Willibaldi ortus, morbus in infantia, profectus in virtute ac litteris, & iter Romam susceptum 512. Cap. ii. Describitur iota peregrinatio Hierosolymitana 513. Cap. iii. Mora Casinensis, reditus Romam, inde in Germaniam, episcopatus Eystettensis & obitus §. 516. Miracula a Philippo Eystett. *ex editione Gretseri* 519

7 Wulfilaicus diac. conf. Ivodii in ducatu Luxemburgensi. Comm. De Sancti nomine, patria, ætate, professione, cultu, translatione & Actis 478. Vita *ex S. Greg. Turonensi* 479. Obitus & Translatio, *ex Vita Ms. S. Magneric Trev. episc.* 480

Z

9 Zeno cum sociis Mm. Tomitani, *ex Hieron.* 689

9 Zeno M. & socii 10203. Romæ ad aquas Salvias. *Notitia ex Martyrol.* 687

5 Zoe martyr Romæ, *ex Actis S. Sebastiani* 225

6 Zoticus & socc. Mm. Neveduni, *ex Hier.* 267

6 Zoticus & socc. Mm. in Syria, *ex Hier.* 267

INDEX CHRONOLOGICUS.

ANTE CHRISTUM NATUM.

Oseas & Aggæus prophetæ 5

Isaias propheta & martyr in Palæstina 250

SECULO I.

Sec. 1. Collocandi sunt Aquila & Priscilla 534

An diei possit S. Stephanum fuisse episcopum Rhegiensem in Calabria 218. d & seqq.

An S. Romulus a S. Petro ordinatus fuerit episcopus 255. c

SECULO III.

Anno 216. Verosimillime mortuus est celeberrimus apud Alexandriam Pantenus 459

Sec. 3. Sub Decio passi dicuntur SS. Anatholia virg. & Audax Mm. 671. & 675

286 Tranquillinus & alii Mm. cæsi sunt, in Actis S. Sebastiani memorati 265

298. Pati debuit Zeno martyr cum sociis 10203. Romæ ad aquas Salvias 687

SECULO IV.

Anno 302. Non est ædificata ecclesia Tropææ in honorem S. Dominicæ 269

308. Martyrium S. Antonini Palentini collocavit Pseudodexter cum sequacibus 15. a

363. Verosimiliter passus est S. Domitius in Syria, martyr unicus 225. & seqq.

SECULO V.

Anno 430. Natus videtur Elias Hierosolymitanus: ex Ægypto recepisse 457. in sedem Hierosolymitanam successisse 493. 28. e: in exilium pulsus an. 513. 31. d

431. Obiit S. Palladius Scotorum apostolus 286

449. Scribunt aliqui S. Antoninum Occitanum martyrio affectum: alii diversissimas epochas adstruunt 12. f

493 Periit in Italia Erulorum regnum 35. a

498. vel 499. Factus est Flavianus Antiochenus episcopus 25. e

500. Et

A 500 Ex sequentibus persecutus est Catholicos episcopos Imperator Anastasius 26.b

SECULO VI.

Anno 512. Legationem ad Anastasium Imperatorem suscepit S. Sabas 31.a
518 Vita excesserunt Flavianus Antiochenus & Elias Hierosolymitanus 26.a
526 Vitam clausit Theodoricus Gothus 35.a
Circiter 530. signatur obitus S. Pauli ep. Senonensis. 710
542 Præcepit Justinianus dedicari eccl. Deiparæ Hierosolymis, quam ante condiderat Elias 29.d
544 Ajunt aliqui sub Totila Gothorum rege passum esse S. Laurianum 32.c. Alii aliter sentiunt 33. c
549 Mortuus est S. Valentinus presbyter, Galliarum Alexius 40.e
575. Obiisse videtur S. Goar octogenarius 329.c
582. non 586. aut 583. Obiit S. Felix, celebris episc. Nannetensis 471.a.f
585 Floruit ad Treviros Occidentis Stylites S. Wulfilaicus 478

B SECULO VII.

Anno 668. Dicitur Theodorus aliquis in Britanniam litteras Græcas invexisse 69.d
672. Obiit Ampelius episc. Mediolanensis 580
674. Verosimillime innectenda mors S. Disibodi 583
682 Instituta dicitur solennis dedicatio cœnobii Blangiacensis S. Bertæ, sed incerta est ea epocha, neque ac cæteræ ad Sanctam spectantes 48
689 Consignandum martyrium S. Kiliani 602
Circiter 690. Obiit S. Landrada 620
Sæculo VII. Vixisse videtur S. Moduenna, quæ cum S. Patricio aliisque imperite connectitur 242

SECULO VIII.

Anno 705. aut paulo post obiit celebris Occidentalium Saxonum episcopus S. Hedda 483.d
Circiter 720. non citius, mortuus est S. Andreas Cretensis. 43.f
741. Non serius ordinatus est episcopus S. Willibaldus Eystettensis 490
752. Condita dicitur abbatia Nonantulana in agro Mutinensi Italiæ 643
752. Non est facta prima elevatio S. Kiliani, sed eo ferme ordine, quem habes 605
C 753. & 756. Hasthulfi Longobardi vires a Pippino Rege contritæ 318.c
766 Sub impio Iconoclasta Copronymo ustus est Cpoli S. Paulus novus 633
770. Non citius martyrium subiisse videtur S. Agilolfus Colonensis episc. 717. Anachronismi ad ipsum spectantes in sequentibus refelluntur.
780 Videtur fundata ecclesia Mindensis 757
786 aut forte paulo serius, non anno 781. mortuus est S. Willibaldus Eystetensis episcopus 491. Ubi & ejus vitæ & peregrinationum ordinata series.

SECULO IX.

Anno 832. Sub Theophilo Iconoclasta passi sunt Martyres Abraamitæ Cpoli 659
866. Britanniam invaserunt duo naturæ monstra Inguar & Hubba 69.c
876. Subscripsit Concilio Ponsigonensi S. Aurelianus episc. Lugdunensis: item aliis, quæ notantur 62
886. Ficta est discordia scholæ Oxonienſis in Anglia, ad quam componendam accersitus fit S. Grimbaldus 655. Eo potius anno inchoata est Universitas 657
887 Dicitur facta translatio corporis S. Antonini Occitani 13.e
888 Fato cessit S. Hadrianus PP. III. qui colitur D Nonantulæ in ducatu Mutinensi 644
890. Natus est S. Udalricus episc. Augustanus 74.e
891. Facta donatio a Ludovico Provinciæ rege abbatiæ Athenacensis, ecclesiæ S. Stephani Lugdun. 63
898. Fulconi Archiepiscopo Remensi committitur abbatia Sithiensis, eluso Balduino Flandriæ Comite 653

SECULO X.

903. vel 904. Obiit celebris S. Grimbaldus, ex monacho Sithiensi abbas Wintonienſis in Anglia 658
910. Obiit Adalbero episc. Augustanus 100.b
923. S. Udalricus episcopus consecratus est 76.e
925. S. Odo verosimillime ad episcopatum Scireburnensem evectus est, & 942. ad cathedram Cantuariensem, 64. Obiit 961. 65
936. Obiit Henricus Auceps rex Germaniæ 100.d
949. Malitiosa occiditur Eadmundus rex, succedante Edredo 72 E
953. Arnolfus Bajoarius Augustam capit & deprædatur 108.f
955. Memorabilis victoria ab Ottone imperatore de ingenti Ungarorum multitudine relata 110. & seqq.
959. Moritur Edwius rex libidinosus 72
959. Regnare cœpit in Anglia Edgarus 661. Mortuus est 975. ejusque in Ecclesiam collata beneficia habes a pag. 663
967. Coronatus est Romæ Imperator Otto juaior, Ottonis magni filius 119.b
970. Mortuus est famosus Hatto episc. Moguntinus, quem a muribus devoratum fabulantur, everſor cœnobii S. Disibodi 581.f
973. Obiit S. Udalricus, cujus gestorum chronotaxim habes, usque ad Canonizationem 78
980. Ad cœnobium S. Bavonis Gandavum translatæ sunt reliquiæ S. Landradæ, & biennio post solennitas elevatæ 620
982. Magna Ottonis Imp. clades in Calabria a Græcis & Saracenis 423.b
991. Instituta Canonizatio S. Udalrici episc. Augustani a Joanne PP. XV. 80 F

SECULO XI.

Anno 1012. Ceſſit monachis Benedictinis ecclesia S. Afræ Augustæ 431.a
1043. Obiit Procopius abbas in Bohemia 137.f
1073. Electus B. Gregorius PP. VII. mortuus est 1085. 158.e
1077. Translatum Blandinii corp. S. Florberti 403
1077. Obiit Drogo episc. Morinensis 363
1083. Translatum Gandavi corpus S. Livini 403
1083. Conditum a B. Wilhelmo Hirsaugiensi monasterium Richenbach, & postmodum alia 153. d. & seqq.
1084. Elevatum corpus S. Godelevæ in Flandria ab Ep. Radbodone annis post obitum 14. 361 & seqq.
1091. Ex hac vita migravit Wilhelmus abbas Hirsaugiensis 148.f
1092. Instituta Tornaci a Radbodone episc. supplicatio festo Exaltationis S. Crucis, ob pestem ignariam, cujus hodie superstes memoria quotannis peragitur. 403
1098. Obiit Brugis Radbodo episc. Tornac. cui inscripta est vita S. Godelevæ 366
1098. aut 1099. Cœptum est monasterium S. Andreæ juxta Brugas 365

SECULO XII.

Anno 1108. Cœpit restitui cœnobium S. Disibodi 582
1121. Levatum est corpus S. Arnulfi episc. Sues-

sio-

A sionensis, Aldenburgi in Flandria 272. f
1121 Obiit S. Odo epiſc. Urgellensis 522
1132. Abbatia monialium Faverniacensium in Burgundia cessit monachis Benedictinis 322. b
1170. S. Hildegardis scripsit Vitam S. Disibodi 583
1179. Vivere desiit Albertus Laudensis epiſc. 166

SECULO XIII.

Anno 1271. Nata est S. Elisabeth regina Lusitaniæ 177. c.
1282. Celebratæ nuptiæ S. Elisabethæ cum Dionysio rege Lusitaniæ 176. c
1283. In S. Syri templo Genuæ repertæ sunt sacræ reliquiæ S. Felicis, ejus urbis episcopi 701
1291. Obiit Petrus rex Aragoniæ improlis 174. d
1295. Appamiense monasterium S. Antonini Augustinianorum, episcoparus titulo donatum a Bonifacio PP. VIII. 13. b

SECULO XIV.

Anno 1304. Pax coaleſcit inter Ferdinandum Caſtellæ & Jacobum Aragoniæ reges, arbitro Dionysio Lusitano 178
B 1283. Filium Alfonsum cum marito Dionysio rege conciliat S. Elisabetha 181. a
1325. Obiit Dionysius rex Lusitaniæ, S. Elisabethæ conjux 178. f
1331. Julii duo Florentiæ mortui sunt Barducceius & Joannes de Vespiniano 168
1336. Mortua est S. Elisabetha 192
1380. Facta translatio corporis S. Godelevæ 376
1390. Fundatum capitulum seu Collegiata Vastinensis S. Lauriani 32. b

SECULO XV.

1488. Templum Ghistellense flammis absumptum, intacto feretro S. Godelevæ 375
1491. Obiit B. Joanna virgo Carmelitana Regii Lepidi in ducatu Mutinensi 728

SECULO XVI.

1530. Impressum Placentinum Breviarium quod de S. Antonino meminit 9. d
1557. Altera translatio corporis S. Godelevæ 376
1562. Capto a furentibus Hugonottis Sulliaco in Gallia, feliciter servatæ sunt reliquiæ S. Itherii 631
1566. Horrenda & toto pro Belgio generalis Geusiorum furibunda iconomachia 754
C 1572. Funesta epocha erescentis Geusiorum potentiæ, & immanis eorum crudelitatis in Belgio 737
Eodem an. Coronam martyrii consecuti sunt celeberrimi Martyres Goreomienses, ut est in eorum historia a pag. 734 D
1575. Gertrudebergæ suspendio necatur Guilielmus Gaudanus Ord. S. Francisci 835
Aliorum martyria descripta habes a pag. 825
1575. Recognitæ Gandavi ab Episcopo Jansenio reliquiæ S. Landradæ 622
1577. Destructum a Calviniſtis cœnobium Ghistellense monialium S. Godelevæ 391
1578. Obiit Coloniæ Laurentius Surius 170. b
1578. Condignum sceleribus suis exitum sortitur immani sua feritate notissimus Lumæus 833
1588. Repositum est corpus Alberti Laudensis sub altari SS. Trinitatis 167. f
1588. S. Procopii abb. corpus Pragam translatum 136. c
1589. Edita historia Thebæorum, mire postmodum accrevit 16. d

SECULO XVII. & XVIII.

Anno 1604. In synodo Hispalensi decernitur solennitas anniversaria S. Lauriani 33. b
1612. Instituta visitatio sacri corporis S. Elisabethæ Conimbricæ 211
1615. Procurata Martyrum Gorcomiensium refossio a pag. 741
1616. Approbantur reliquiæ Martyrum Gorcomiensium, & biennio post solenniter exaltantur Bruxellis a pag. 743 E
1619. Et plusquam quadraginta sequentibus instituti varii processus pro Martyribus Gorcomiensibus a pag. 745
1623. Facta per Illust. Dionysium visitatio corporis S. Godelevæ 377
1625. Ab Urbano PP. VIII. canonizata est S. Elisabeth Regina Lusitaniæ 171. b
1626. Sacrum corpus S. Goaris Darmstadium asportatum est 331. d
1631. Plurimæ Sanctorum reliquiæ Vilnæ in Lithuania, singulari celebritate exaltatæ 263
1633. Franciscus Sandoval Palentinæ ecclesiæ traditionem de S. Antonino evertere aggressus est 7. d
1675. Solennis Romæ beatificatio MM. Goreomiensium ac deinde in Belgio & alibi a pag. 747
1677. Transfertur incorruptum corpus S. Elisabethæ Reginæ ex veteri in novum monasterium 848
1697. Item sacrum corpus ad novi templi sacellum, ad id destinatum, transfertur 850
1719. Ultima recognitio corporis S. Godelevæ 378 F

NOTITIA FIGURARUM

Ornantium hunc Tomum.

Effigies *Augustissimæ Imperatricis regnantis.*
Imago *P. Francisci Baertii.*
Crux *S. Udalrici Ep. Augustani.* pag. 88
Monumentum *BB. Barducceii & Joan. de Vespiniano* 169
Sepulcrum *S. Goaris* 332
Lipsanotheca *Ghistellensis S. Godelevæ* 380
S. Godelevæ *martyrium* 383
Theca *sacri sanguinis S. Godelevæ* 395
Vetusta vestigia *cœnobii Godeleviani & aliorum* 390
Monumenta *S. Willibaldo erecta Eystadii* 500. & 501
S. Disibodi *miracula & sepultura* 587
Sigillum *S. Kiliani & Alberonis* 611
Flosculus *SS. Martyrum Gorcomiensium* 740
Topographia *monasterii Ruggensis apud Brilam, ubi Martyres Gorcomienses suspensi sunt* 748

ACTA SANCTORUM
JULII
TOMUS SECUNDUS.
QUARTA DIES.

SANCTI QUI IV. NONAS JULII COLUNTUR.

S. Ancti Oſeas & Aggæus Prophetæ, in Palæſtina.
S. Jocundianus Martyr in Africa.
S. Innocentius) Martyres
S. Sabbatia & alii xxx.) Sirmii.
S. Namphanion & Socii Martyres, Madauræ in Africa.
S. Antoninus Martyr Placentiæ in Italia.
S. Theodorus Cyrenenſis Martyr in Libya.
SS. Aſclepias Thaumaturga, Theophilus ac Menignus Martyres Græci.
S. Marcus Confeſſor apud Græcos.
SS. Theodotus Martyr & Donatus Epiſcopus Libyæ.
SS. Flavianus & Elias, Antiochiæ & Jeroſolymis Epiſcopi.
S. Laurianus Epiſcopus Martyr, Vaſtinni apud Bituriges in Gallia, & Hiſpali in Hiſpania.
S. Valentinus presbyter Conf. prope Moliſmum in Gallia.
S. Andreas Cretenſis.
S. Berta Vidua Sanctimonialis, Blangiaci in Arteſia.
S. Aurelianus Epiſcopus Conf. Lugduni in Gallia.
S. Odo Archiepiſcopus Cantuarienſis.
S. Udalricus Epiſc. Auguſtanus.
S. Procopius Abbas Conf. in Bohemia.
S. Wilhelmus Abbas Hirſaugienſis.
S. Albertus Epiſcopus Conf. Laude Pompeia in Italia.
BB. Barduceius & Joannes de Veſpiniano laici Conff. Florentiæ in Etruria.
S. Eliſabetha Regina Portugalliæ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Concordii Martyris translationem Biſulduni in Hiſpania, diœceſis Gerundenſis *hoc die collocat Ferrarius in Cataloge Generali; in annotatis ſic obſervans*: Is videtur idem cum Concordio Spoletano; ſed Spoletii corpus habetur; *ut plane fallat Tamayus ad primam Januarii pag.* 25. *dum ait, Ferrarium* mutaſſe ſententiam. *Utrum S. Concordii Martyris Spoletini corpus vere translatum ſit Biſulduunm, non eſt meum hic definire: egit de eo Sancto Bollandus* 1. *Januarii, quo die res tota de integro diſcuti poterit in Supplemento, quo eam controverſiam remittimus* 1. Januarii
S. Marianus, ut Confeſſor & Abbas, in celebri illo Scotorum monaſterio Ratisbonæ in Germania *annuntiatur hoc die a Daviae Camerario, qui ipſum* in Caledonia Scotiæ provincia, cujus præcipua civitas Dumcaledonia, monachum prius egiſſe *ait*, non ſine magna opinione virtutis. *Teſtes adducit Lazium & Aventinum, forte quod alios ſcriptores, qui de Sancto iſto loquerentur, non noviſſet. Dempſterus eumdem* S. Marianum *poſuit* x. *Octobris, ea ejus ætate deſignanda turpiſſime aberrans. Melius & accuratius de Sancto Abbate Ratisbonenſi, ut a Chronegra-*

pho diſtincte, egit Bollandus, Camerarium & Dempſterum refellens, quamvis vita ibi tradita multorum potius peregrinorum Scotorum hiſtoria ſit, & mendis non careat, ut Mabillonius etiam obſervavit, Marianum inter Prætermiſſos collocans, de quo forte alia examinanda ſuperſunt in jam dicto Supplemento ad IX. Februarii
S. Wilhelmi Comitis Pictavienſis & confeſſoris translatio *Hermanni Grevens eſt: Florarium* vocat Ducem Aquitaniæ, *non explicans, unde & quo facta ſit ea translatio. Quæ ad Sanctum ſpectant abunde ab Henſchenio illuſtrata ſunt* X. Feb.
Polycarpi presbyteri & Martyris exceptio corporis *a tarumque reliquiarum eſt in Uſuardo eccleſiæ Tornacenſis, de qua vide editionem noſtram inter Auctaria. De Sancto illo non Martyre ſed confeſſore actam puto a Bollando die quo colitur* XXIII. Februarii
SS. Teuteriæ & Tuſcæ Virginum inventionem Veronæ *hoc die celebrat Ferrarius in Catalogo generali, aitque eam contigiſſe anno* 1160. *ex Tab. eccleſiæ Veronenſis. Ceterum de utraque Sancta, de earum inventione reliquiſque ad ipſas ſpectantibus, copioſe egit Henſchenius* V. Maii

A S. Guido Epiſcopus Aquenſis *in Supplemento Caſtellani ad Martyrologium Univerſale jubetur ſuperaddi Sanctis hujus diei. Novimus quam in ea re ſcrupuloſus fuerit præſatus Caſtellanus, verum ejus auctoritas nos non movebit ut a recepto aliorum Kalendario recedamus. De S. Guidone jam actum eſt die* II. Junii.

S. Domitianum *S. Landelini diſcipulum cur hodie referas Molanus, neſcio, niſi acceperit ex Florario Sanctorum Ms. De eo cum Sancto Magiſtro actum eſt* XV. Junii.

Sanctus Caſſius Epiſcopus Narnienſis *apud Ughellum in Italia ſacra tomo 1. col.* 1085. *dicitur coli Narniæ celebriter*, die IV. menſis Julii, qua ipſa die, *inquit*, natus eſt. *Non opinor, propterea tunc coli præcipue; nec putem ejus natalem ſecundum carnem uſpiam notum eſſe. Si tamen tunc celebretur ipſius feſtum Narniæ, cauſa fuerit, quia natalis ejus cæleſtis, qui incidit in* XXIX. *Junii, potiori ſanctorum Apoſtolorum ſolemnitate, uti & ſequentes aliquot* B *dies impediti ſunt. Vide ejus Acta illuſtrata dicto die* XXIX. Jun.

S. Rumoldi translatio *refertur pro hoc die in cod. Uſuardino Bruxellenſi & in Florario Sanctorum. De ea pluribus egimus ad diem* I. Julii.

Muſtia virgo, *ut* Piſaurienſis patrona, *ſignatur a Ferrario in utroque Catalogo, eamque diſtinguit a S. Muſtiola, de qua die præcedenti egimus. Non videmus ſufficientem dari diverſitatis rationem; nihil enim de Muſtia Piſaurenſi habetur præter cultum & venerationem; miraculum quod ipſi adſcribitur, S. Muſtiolæ attribuimus* III. Julii.

S. Raymundus *ſeu* Ragmundus *Toloſanus, ad S. Saturnini canonicus, hoc die Martyrologio Univerſali inſcribitur a Caſtellano, contra quam teſtetur Sancti Legenda, quam nos ſecuti, ejus geſta illuſtravimus die præcedenti.* III. Julii.

Benedictus V. PP. *Sanctis annumeratus eſt in Catalogo Ferrarii, his verbis*: Hamburgi in Saxonia, S. Benedicti Papæ Quinti. *Qua id auctoritate fecerit, necdum ſatis intelligo. Laudant ipſum Ditmarus, Adamus & alii poſt ipſos, at neminem unum reperi hactenus, qui Sancti* C *vel* Beati *titulum Benedicto dederit, a quo etiam abſtinet Baronius ad annos 965. & 999. apud quem & in Propylæo Papebrochii, debita ei elogia invenies, ex citatis Ditmaro & Adamo accepta: quorum poſtremus pag. 22. obitus diem in Hamburgenſi exilio notat* III. *Nonas Julii, pag. deinde 133. ſuſius de ipſo agens, unſquam autem aſſerens, eum Hamburgi* uti Martyrem coli, *quod ei affingit Ferrarius. Ex quo forte acceptus eſt in Acta bene ordinata Carmelitarum, cui ordini in notis Mſs. adſcribitur, citatis Carthagena, Gelenio & aliis, nihil magnopere probantibus. Cetera non proſequor, quæ a Papebrochio, tumulum ejus in æs inciſum referente, ſatis diſcuſſa ſunt.*

S. Dunſtanus Abbas, *cum* Domitio & Dimaio *monachis, ponitur hoc die a Bucelino, cum elogio, cujus auctorem citat Leslæum. De eo actum inter Prætermiſſos* 18. *Junii ubi & Leslæus & Dempſterus & Camerarius citati ſunt. Addi poteſt quod Dempſterus de* Dunſtano *iterum agat* 16. *Novembris, ubi &* Dimaius *refertur*; Domitius *autem* 21. *Aprilis*; *etiam apud Camerarium, qui alterum* Domitium *ſignat* 22. *Septembris*, Dimaum *vero* Epiſcopum 8. *Aprilis. Quæro, unde homines illi tam diverſa pro* D *cuderint, unde vero Bucelinus ſua auctoritate treſillas hoc die collocarit. Diem cultus non inveni Henſchenius, neque ego hactenus reperi.*

Andreæ, conditoris regularum, *memoriam facit Kalendarium Syriacum ſeu Chaldaicum, Romæ impreſſum* 1624. *latine verſum a D. Joſepho Maronita; in cujus verſione Italica legitur*; S. Andreas canonicus, vel regularis Epiſcopus. *Aſt in Arabico-Ægyptiaco quod vertit Gratia Simonius, habetur*: Memoria S. Patris Andreæ, Hieroſolymitani Epiſcopi. *Nihil hic ſuſpicari poſſum, quam quod obſcure indicetur S. Andreas Cretenſis, de quo hoc die agitur.*

Donatus Epiſcopus Martyr *in ſola Matricula Carthuſiæ Ultrajectinæ hoc die comparet, alibi plane ignotus. Vide quæ de eo notavimus in editione Uſuardi inter Auctaria.*

S. Barthæ *depoſitio recte poneretur hoc die in Florario Sanctorum, niſi ea adderentur, quæ S. Bertæ Blangiacenſi nequaquam conveniunt: addit enim*, Ordinis S. Claræ, cum quinque vul- E neribus & ſpinea corona. *Talem* Bertham *ſex* Bartbam, *pro ſuo ordine non novit Arturus: res haud dubio confuderit hujus Florarii compilator.*

Gelduinus, *ut quartus Abbas Aquicinctinus, qui primum Abbas S. Michaelis in Tarraſcia, deinde Aquicincti incluſus, poſt ibidem Abbas, rurſus incluſus apud S. Bertinum, demum in Anglia ſolitarius, anno* 1123. *obiit*; *honoratur a Raiſſio titulo* beati, quia cum corpus ejus, *inquit*, ex more mortuorum ablueretur, lampas ibi divinitus accenſa eſt. Cui nihil addendum videtur, cum hoc ſanctitatis hujus Gelduini ſit evidentiſſimum teſtimonium. Inde quidem vel aliunde ex Anglia, ob tanti viri, ſanctitatem & memoriam, poſtmodum ad Aquicinctinos advecta ſunt oſſa quædam illius, quæ in loculo, cum inſcriptione recondita ſunt, in ſancti Michaelis ſacello, *Hæc Raiſſius*; *ſed quæ necdum probant, publicam venerationem Gelduino aut ejus oſſibus exhiberi.*

Argentarii *alicujus meminit hoc die Wiſtordus in* F *ſuo Anglicano Martyrologio, quem unde acceperit, neques prorſus colligere. Citat Dialogos S. Gregorii, nullo aſſignato loco. Ego in iis lib. 3. cap. 17. reperi Monachum aliquem anonymum e* monte Argentario, *qui mortuum ſuſcitaverit. Si hunc voluit Wiſtordus, montem pro Sancto obtruſit; certe ejus auctoritate talem non admittimus, niſi alia documenta proferantur.*

Bertranus *alias* Bertramus, *a Chalemoto poſt Henriquezium donatur hoc die titulo* beati, *utrobique cum ſatis longo elogio, & apud poſtremum cum longioribus notis, quæ tamen nec ad Beatum, nec ad ejus cultum ſpectant. Demus, Chalemoti verba*: In Longobardia & cœnobio de Carixto, beatus Baatranus monachus, qui genere nobilis & moribus ac ſanctitate nobilior, ab initio ſuæ converſionis variis tentationibus exagitatus, victor ſemper evaſit. Pius vero factus in beatam Virginem, non ſolum ſuis precibus, ſed & ſuis colloquiis & verbis vulgaribus ſeu communibus, eam venerabatur, nec ullum ferre poterat, qui tantiſper ipſius Virginis laudibus detraheret; ubique, eam in corpore il-

lico

A lico aſſumptam in cœlum poſt mortem, pro zelo ſuæ pietatis prædicans. Raptus autem aliquando, inſtar Apoſtoli, ad tertium cœlum, inter medios Patriarcharum, Apoſtolorum & ceterorum Sanctorum cuneos, eamdem Virginem, ei multa de eadem ſua aſſumptione & reſurrectione revelaotem arcana, conſpexit, & viſo ſuo proprio nomine, angeli cujuſdam miniſterio, in libro vitæ & prædeſtioatorum conſcripto, rediit anima ejus ad corpus: io quo adhuc quibuſdam bonis operibus ipſe ditatus, cupiens & pluribus votis exoptans, ex prima illa ſupradicta Sanctorum gloria deguſtata, diſſolvi & eſſe cum Chriſto, corporis ſarcinam dimiſit, ut perpetua Sanctorum illorum felicitate frueretur, ad hæoc diem menſis Julii, poſt mortem in Calendaria Sanctorum Ordinis adſcriptus. *Hæc ex Cæſario præcipue deſumpta ſunt, cujus nota eſt auctoritas. Ego eorum omnium nihil nego, ve-*
B *rum aec video Sanctorum honoribus cultum fuiſſe, aut coli hodie Bertramum, neque Kalendarium iſtud vim habet Sanctos canonizandi: certo alibi nulla hujus memoria, niſi Bucelinum excipias, cujus etiam exigua eſt in biſce auctoritas.*

Sagalus *apud Henriquez adjungitur, Abbas Clariſmareſci in Arteſia*, vir admirandæ ſanctitatis, *qui piiſſime in clara Valle quievit. Sanſſayus* Sagalonem *vocat, prudenter abſtinens ab omni titulo* beati *vel* ſancti.

Bolcanum *ſeu* Olcanum in Kill Guile *profert hoc die laudatus ſæpe R. P. Thomas Sirmus in in Mss. de Sanctis Hiberniæ, citatis ſæpius Feſtilogis ſuis Maguir, M. Dungall. & Gorman; putatque alium eſſe a* S. Bolcano *vel* Olcano *de quo egit Henſchenius ad diem* xx. *Februarii ex vita S. Patricii, tametſi fateatur, utrumque ſynonymum, utrumque Epiſcopum, utrumque S. Patricii diſcipulum: ſi S. Ænguſſii Litaniis credimus, tertius Bolcanus adjungendus erit, non Epiſcopus ſed ſacerdos. Diverſitatis cauſam adducit Sirmus, quod alter in Dalrieda Ultoniæ, alter in Connacia pontificiam ſedem obtinuerint. Accedere poteſt, quod aliæ*
C *res geſtæ hodierno adſcribantur ex Jocelini cap.* 141. *in Actis noſtris tomo* 2. *Martii pag.* 568. *lin.* F. *quam quæ alteri,* xx. *Februarii relato, propriæ videantur. Necdum video, ea omnia ex Feſtilogis illis, nimis liberalibus Sanctorum multiplicatoribus, ſic admittenda, ut* Bolcani *duplicentur: contra quam ſtatuant plurimi apud nos Sanctorum Hiberniæ Catalogi, tum Mss., tum excuſi, in quibus unus unicus* S. Olcanus, *S. Patricii diſcipulus reperitur. Potuit ſane idem Sanctus diverſis locis fuiſſe, imo & forſaſſe diverſis diebus honorari. Vellem præterea paulo apertius probari, debita veneratione diverſos* Bolcanos *ſeu* Olcanos *cultor fuiſſe, vel hodie coli: neque vero, ut alias monui, titulum ſolum diſcipuli S. Patricii ſufficere exiſtimo, ut quis continuo inter Sanctos recipiatur, tametſi miri aliquid de eo memoret Jocelinus, cujus tota narratio, de ædificato templo, ubi ſecuris ceciderat; non* Olcani *iſtius, ſed Patricii ſanctitatem probat; de cetero antem id ipſum adſcribi commode poteſt* Bolcano *Henſchenii. Clariora duorum diverſorum ejuſdem nominis & temporis Sanctorum argumenta ſug-*

Julii Tomus II.

gerenda videntur, priuſquam plures Bolcani D
ſeu Olcani *ſeu* Volchani *Actis biſce inſerantur, quibus tamen, ſi vere diverſi Sancti ſunt, nihil prorſus detractum cupio, imo jam geſta Olcani Sirmiani ex Actis noſtris octavi, quibus paria invenies apud Colganum in vita ſeptima S. Patricii pag.* 242. *neque de eo plura dici poſſunt.*

Septem Monachi Martyres *in monaſterio Murbacenſi*, qui ab Hunnis, Chriſtianæ fidei hoſtibus comprehenſi, crudeliſſime trucidati ſint, *memorantur a Bucelino, citante Arnoldum Duacenſem ſeu Wion, & Hugonem Menardum. Utrumque conſului, ſed neuter hoc die de talibus Martyribus loquitur: alium quæſivi, nec reperi; forte aliquis lucernam accendet, qui nos doceat, quo tempore & die martyrium ſubierint, & qui Hunni iſti fuit, a quibus paſſi dicuntur.*

Nataliæ *monialis domeſticæ ſeu tertiariæ, regalis & militaris Ordinis B. Mariæ de Mercede re-*
E *demptionis captivorum vitam Ms. nacti ſumus, deſumptam ex R. P. Præſentato Fr. Alphonſo Remon, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 23. *in fin. & lib.* 8. *cap.* 11. *hiſt. generalis iſtius Ordinis, aliſque ſcriptoribus, ut ibi titulus præfert. Narratur virginis ortus, pia matris inſtitutio, repudium mundi & nuptiarum, ac tandem poſt varias luctas, profeſſio in manibus P. Commendatoris anno* 1332. *Toloſæ poſſeſſum habitaſſe videtur, nonnullis ſuperuis favoribus a ſponſo Chriſto illuſtrata, clara etiam prodigiis, poſt quæ ſuſcepit eam Dominus & ad cœleſtem thalamum perduxit, feria tertia, die* IV. menſis Julii, anno ſalutiferæ æternæque redemptionis 1355. & ætatis ſuæ quadrageſimo ſecundo, ſeptem ultra menſes. *Non concurrit eo anno ſub littera Dominicali D, quarta Julii cum feria tertia, ſed cum Sabbato; verum ea hoc loco examinanda non ſunt.* Dicitur, pia ejus veneratio, cum reliquiarum devota viſicatione, per annos centum & amplius perduraſſe, *item coruſcaſſe miraculis.* At ſtantibus bellis, *impiis auctor*, hæreticorumque commotionibus, ac temporum viciſſitudinibus, depoſitionis locus ab hominum memoria evanuit. F

Ulricus Blucherius, *Raſeburgi apud Wandalos, Ord. Præmonſtratenſis Epiſcopus*, beati *titulo honoratur a Chryſoſtomo vander Sterre, ejus virtutes, præſertim inſignem in pauperes miſericordiam brevi encomio complectente. De cultu conſtare debet, priuſquam in opere noſtro locum inveniat.* Ulricum *aliquem epiſcopum & confeſſorem ſuggerit Florarium Sanctorum, at cum ibi ſæpe & res & nomina diſtrahantur, vix dubito quin S. Uldaricum Auguſtanum indicet, licet eum poſtea etiam proprio nomine referat.*

Matthæus a Rubiano, *ut* eximiæ ſanctitatis vir, *titulo* beati *donatur ab Arturo in ſuo Martyrologio Franciſcano.*

Grotianus *item* a Caſtaoetolo, eruditione, prudentia & vitæ perfectione præclarus.

Simona de Mery *in Gynæceo etiam dicitur*; genere & virtutibus illuſtriſſimam *fuiſſe, non negaverim.*

Michael Martinez *appellatur a Marcheſio* ſervus Dei, *habetque ibidem ſatis longum elogium.*

Andreas di Sanſeverino *eodem ibi titulo gaudet, narrantur que longo ordine teſtimonia, ad for-*

A *mandos proceſſus collecta, quæ quem ſuceeſſum habuerint, nos lacet.*

Zoa Martyr Romæ in editione Bedæ, *ſub nomine Flori, cum longo elogio notata eſt, de qua nos cum Romano* v. Julii

S. Modovena *ex die* v. *Julii huc retrahitur a Caſtellano, in Supplemento Martyrologii ſui Univerſalis. Jam diximus, nos præferre receptæ Kalendariæ, noſque pronda de ea etiam alibi eos die ſequenti* v. Julii

S. Siſoem *Ægyptium poſuerat Caſtellanus in Martyrologio Univerſali* v. *Julii; in ſupplemento retraxit ad* iv. *Julii. Nos cum Menæis & Menologio de eo agemus* vi. Julii

S. Landradæ translationem, *ut ordine tertiam, factam anno Domini* 1277. *hoc die notavit Arturus in Gynæceo, de ea & reliquis ad prædictam Sanctam ſpectantibus agetur die ejus natali* viii. Julii

Romula *virgo Romæ alicubi hoc die reperta eſt a Bollando, opinor, in editione Martyrologii Romani anno* 1586. *De eadem in prætermiſſis album*

B *eſt* xxiv. *Junii, quando recte eam remiſit Heſſebeanus ad diem, quo cum* Redempta *&* Herundine *inſcripta eſt hodie Romano moderno* xxiii. Julii

B. Joannis Ruvelli, *alias* de Tuſſignano, *Epiſcopi Ferrarienſis, ex ordine Jeſuatorum, elogium Catalogo Sanctorum Italiæ hoc die inſeruit Ferrarius, quem in Martyrologio Univerſali ſecutus eſt Caſtellanus*, venerabilem *ſolum nuncupans. Diem ibi pro arbitrio ſelegerit Ferrarius, quem in Catalogo Univerſali melius notat* xxiv. *at neutro loco probat, Beatum illum Ferrariæ alterutro die coli; nec elevationis corporis aut alia venerationis publicæ argumenta producit, quæ hic primum apud nos locum tenent. In Anno Cæleſti Nadaſiano, & fuſius in Anno Joannis, prodigia ejus aliqua deſcribuntur. Ughellius tomo* 2. *col.* 591. *Joannem* beatum *etiam vocat, aliud vitæ compendium proferens cum epitaphio, quo expreſſiſſime dicitur* obdormiviſſe in Domino xxiv. Julii 1446. *Citat chronicon FF. Jeſuatorum, quod necdum vidi, & Florem per Villegas, cujus editionem indicari velim, uti &*

C *perſeverantem Ferrariæ cultum demonſtrari; quem non reperio in compendio hiſtoriæ Marci Antonii Guarini, tametſi pag.* 35. *titulum Beati tribuat, quem repetit pag.* 328. *pluſcula de eodem tradens, notanſque etiam diem obitus* xxiv. *Julii, anno, non* 1446. *ut Ughellus, ſed* 1456. *Tempus ſupererit, ut certiora vitæ, cultus & anni mortis argumenta ſubmittantur, examinanda & illuſtranda ad diem natalem* xxiv. Julii

B. Antonius de Aquila *apud Thomam de Herrera in Alphabeto Auguſtiniano pag.* 17. *celebratur, ſub dubio tamen, utrum* 4. *an.* 24. *Julii obierit anno* 1480. Ejus corpus, *inquit Aquilæ in monaſterio S. Auguſtini integrum adhuc & incorruptum conſervatur; & tam vivus quam mortuus miraculis clarus, pie colitur magna populorum* D *frequentia in die ejus feliciſſimi tranſitus, qui nobis eſt* xxiv. Julii

Finbarrus abbas de Juis-Doimhle *refertur hoc die in collectione Sirmi Ms. ignotus aliis Sanctorum Hiberniæ Catalogis, quales apud nos plures exſtant. Scripſit ad Bollandum* 14. *Auguſti* 1636. *Joannes Wilſonus, hujus nominis aliquem recoli* 20. *Septembris, quamquam id non repererim hactenus. Bollandus ad marginem ſcripſit* 10. *Septembris. Si alterutro die cæleſtes honores ei permittantur, poterit occuratior de Finbarro diſquiſitio fieri* x. vel xx. Septembris

S. Brigittæ translationis *meminit Balingbem, inquit Bollandus, non indicato loco; ſed qualiſcumque locus ſit, ſancta ſpectat ad diem* viii. Oct.

S. Urſulæ *virginis & reginæ translatio quarumdam reliquiarum, de civitate Colonia in monaſterium Tuicienſe ſuper littus Rheni, ſignatur hoc die in editione apud nos Lubeco-Colonienſi & Greveno, cui adjungitur utrobique* Florentinæ *ſeu* Florentiæ *virginis & Martyris de ſocietate* E *SS. undecim millium virginum alia translatio; ſed earum omnium proprius locus eſt* xxi. Octob.

Nonna virgo Tungrenſis *a ſolo Greveno producitur. Ego me fateor fruſtra quæſiviſſe, quæ hæc ſit* Tungrenſis virgo, *diverſa haud dubie ab illa* Nona, *quæ cum* Celſa *&* Berlende *in Actis noſtris illuſtratur* iii. *Februarii. Quod ſi & hæc forte ſocia ſit SS. Urſulanarum, cujus reliquiæ Tungros delatæ ſint, in hac ſuppoſitione etiam ſpectabit ad* xxi. Octobris

S. Martini Turonenſis Epiſcopi *celebratiſſima eſt hoc die memoria; in Gallia, Belgio aliiſque partibus ſolemnis in choro & multis locis in populo, ob vetuſtiſſimam maximi Sancti venerationem, de qua agunt Martyrologia, auſim dicere omnia antiqua & nova, etiam Epternacenſe, in quo tumen phraſis brevior;* Translatio S. Martini in Turnis. *Corbienſe tria conjungit*, ordinationem epiſcopatus, translationem corporis, *&* dedicationem baſilicæ, *quæ trium feſtivitatum mirifica conjunctio paſſim in longiſſima aliorum ſerie ſervatur, etiam in hodierno Romano, Dempſtero placuit ſcribere*: Coloniæ, Martini Scotorum patroni translatio. *De eadem egi-* F *mus in obſervatione ad Uſuardum, omnia remittentes ad diem natalem* xi. Novembris

Silveneus canonicus *ſignatus eſt* Kilreuli *in Menologio Scotico Dempſteri, ex quo eum accepit Ferrarius in Catalogo generali. De eo dicitur, quod* advenientem S. Regulum cum reliquiis S. Andreæ Apoſtoli ſuſcepit, *Citat Dempſterus Breviarium Aberdonenſe. At neſcio unde Ferrario innotuerit, Silveneum illum vixiſſe circa annum* 369. *An forte quod tunc S. Andreæ reliquias in Scotiam translatas alicubi legerit. Si ita eſt, cum nihil nobis ad manum ſit, quo Silvenei iſtius cultum probemus, poterit ipſe conjungi S. Andreæ ad* xxx. Novembris.

DE

A D

DE SS. OSEA ET AGGÆO

PROPHETIS.

Memoria in ſacris Faſtis, vitæ epitome ex ſacris Litteris. J. B. S.

IV. JULII. *Dies cultus apud Latinos, Græcos &c.*

IN noſtra Uſuardi editione pridem oſtendimus, præcipuum Prophetarum veteris Teſtamenti annuntiatorem fuiſſe auctorem Romani parvi, ex quo illos primum accepit Ado, titulum addens Prophetarum, *qui in præcurſore amiſſus erat. Uſuardus, ut ibi etiam diximus, textum Adonis truncavit præterita* Aggæo, *quem recentiores codices, ibidem citati, aut conjunctim aut diviſim reſtituerunt, etiam Bellinus, quem ferme ſequi ſolent reformatorem Romani hodierni, in quo genuina Adonis annuntiatio optime adeptata eſt.* Oſeæ

B commemoratio *in Menologio græco fit* XVII. *Octobris, pro qua male notavit Baronius* XVII. *Kal. Octobris, ſeu* XV. *Septembris. Prædicta dies ſervatur in Ephemeridibus Græco-Moſcis ante tomum primum Maii;*

Ἑβδόμάτῃ δεκάτῃ τίμιον ΩΣΗΕ προφήτην
Septima poſt decimam OSEÆ circumvehit oſſa.

Exiſtimavit Papebrochius translationem *indicari, ad quam non video neceſſe eſſe recurrere, cum* circumvehi *ibi alio ſenſu intelligi poſſit. De cetero autem, tam apud Latinos quam Græcos, certi dies fatis arbitrarie talium Sanctorum cultui deſtinantur, quemadmodum & apud Coptos, quibus placuit eligere* XXVII. *Amſchir, quæ* XXI. *Februarii noſtri reſpondet, ubi legunt cum rubrica,* Hoſias Prophe-ta. *Eadem prope eſt ratio feſtivitatis* Aggæi, *de quo Græci in Menologio* XVI. *Decembris:* Commemoratio S. Prophetæ Aggæi. *In Ephemeridibus autem hoc ornatur verſiculo:*

Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ ΑΓΓΑΙΟΝ γαῖα κομίζει
Aggæum tellus ſexta decimaque recepit.

Demum apud Coptos colitur XXI. *Chiac, quæ eſt ipſa*
C *Decembris* XVI. *in quo cum Græcis conveniunt. Hæc de utriuſque Prophetæ in ſacris Faſtis memoria.*

Hic eruditus Iſraelita, ſeterum veteranus eſt.

2 *Ad geſta quod attinet, ea ex ipſorummet prophetiis & ad eas interpretum commentariis repetenda ſunt. Reliquit nobis Rabbi Seder Olam Rabboth binas vitas breviores ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris acceptas, in quibus dubia aliqua occurrunt, nihil certe ſatis dignum, quod hic proferatur.* Oſeam *inter Prophetas duodecim, quos minores vocant, primum locum tenere notiſſimum eſt, quod omnium vetuſtiſſimus reputetur. Beeri filium ſe ipſe nominat, an de tribu Iſachar fuerit,* ortus in Bethlemoth *vel* Belemoth, *ut habet Ms. noſtrum, non ſatis conſtare videtur. Illud indubitatum, ſub variis Regibus Juda & Iſrael multis annis prophetaſſe, & poſtremis præſertim excidium prænuntiaſſe, propter peccata enormia & turpiſſimam idololatriam. Non verbis ſolum, ſed & actionibus ſuis prophetaſſe voluit, dum*
E *proſtibulum juſſus eſt uxorem ducere, ex qua filios gigneret fornicationis, quibus funeſta indidit nomina. Nec minus miranda ſunt, quæ de dilectione adulteræ memorantur, adeo ut nonnulli parabolica hæc, ænigmatica, aut per viſionem oſtenſa cenſuerint, quamvis tamen hiſtoriæ vera dicenda ſint, explicantia Chriſti Servatoris optatiſſimam nobis cum gentibus unionem, ut fuſius oſtendimus interpretes, ad quos lectores mittimus. Videri etiam poteſt Equilinus lib. 6. cap. 30.*

Aggæus Judæa incepit, quo tempium Dei negligeret.

3 Aggæi, *in ordine minorum Prophetarum decimi, nec familia nec tribus proditur; ipſe in brevi ſua prophetia clare exponit, quid & quando egerit, quid ve dixerit Zorobabel duci Juda & Jeſu filio Joſedec ſacerdoti magno, non ipſis, ſed populo exprobrans, quod* habitaret in domibus laqueatis, *nihil ſolicitus de* domo Domini ædificanda: *ob quam cauſam aſſerit, immiſſam a Deo ſteriliatem &c. Effectum ſortita eſt Prophetæ monitio, nam populo jam abunde excitato, Dux & Sacerdos domum Domini continuo exſtruxere; quæ licet nihil prope viſa ſit, cum priori collata, vaticinatur* Aggæus *venturum,* deſideratum cunctis gentibus, *adeoque replendam eam eadem majori gloria, quam fuerit prioris templi Salomonici, quantumvis pretioſi. Tum vero, ſicut Judæi, ob neglectam templi reædificationem, facti fuerant immundi coram Deo, & pluriſima paſſi, ita poſt inceptam reædificationem omnia ipſis proſpere & feliciter evenere. Ad paulo longiorem vitæ aut geſtarum ſeriem hic etiam interpretes conſulantur, vel Catalogus Equilini cap. 51.*

DE S. JOCUNDIANO MARTYRE

IN AFRICA.

Ex Hieronymia is &c. J. B. S.

IV. JULII. *QUæ de hoc ſancto Martyre ex antiquis Martyrologiis haberi potuere, dicta ferme ſunt in noſtra ad Uſuardum obſervatione. Certum eſt, referri in vetuſtiſſimo Epternacenſi:* in Africa, Jocundiani. *In codicibus Lucenſibus deeſt locus paſſionis; Corbejenſes adjunxere locum martyrii:* In Africa, Jocundiani, in altum miſſi, & mar-

A *laborant, dum conjungunt*, Jocundiani, Innocenti; *hoc enim ad alterum claſſem pertinet. Codex Reg. Sveciæ nomen corrupit:* In Africa, natalis ſancti Succidiani martyris. *Romani parvi mutationem alibi notavimus: Ado, Uſuardus, cum tota ſua progenie Corbejenſis phraſim ſervant, ut* B *& Martyrologium Romanum, niſi quod pro* in altum, *legunt* in mare merſi; *nec quidquam aliud de ſancto iſto Martyre reperit Petrus de Natalibus, aut Martyrologi recentiores, quos hic nominatim & ordine appellare, aut variatos & auctiores hinc inde eorum textus glomerare nil juverit.*

DE SS. MARTYRIBUS SIRMIENSIBUS

INNOCENTIO, SEBASTIA, ALIAS SABBATIA, ET ALIIS XXX.

J. B. S. Ex Hieronymianis.

19. JULII. *JAm pridem obſervavimus*, Sebaſtiæ *nomen male ab Uſuardo redditum pro* Sabbatiæ, *quomodo in Adone expreſſum legerat, hic in Romano parvo & in Hieronymianis, inter quæ vetuſtiſſimum Epternacenſe hoc die confuſum eſt, una quaſi annuntiatione legens:* In Africa, Jucundiani, Sereni, Sabbatiæ & Innocentium: *ubi pro* Sereni *reſtituendum* Sirmii, *& pro* Innocentium, Innocenti, *addendique ſocii, de quibus codices Lucenſes paulo quidem melius, vel potius minus male:* In Syria, Sabbatiæ, Innocentii cum aliis XXV. *nec plane integre in utroque Corbejenſi:* In Syrmio, Sabbatiæ, Innocentiæ, cum aliis XCX. *ubi pro* C. *quemadmodum in Lucenſibus, pro* V. *reſtituendum* X. *ut ſint ſocii* XXX. *quos aliis conſtanter adjungunt Romanum parvum, Ado, & tota propago Uſuardina, niſi deſcribentium vitio aliquid luxatum ſit, ut jam diximus de* Sabbatia *in* Sebaſtiam *verſa, quam Galeſinius* Sebaſtianam *dixit, Bellinus vero pro* Sirmio *ſuppoſuit* Smirnam, *alii forte alia induxerint, qua non vacat pluribus recenſere: nos cum Romano Uſuardum phraſim reddidimus. Nihil elaruatis accedere poteſt ex Hieronymianis contractioribus, neque ex Bedæ auctariis, ubi male* Innocens *pro* Innocentii, *nec aliunde de hac Martyrum coborte major ſperanda eſt notitia, niſi ex Tamayi Martyrologio Hiſpanico diſcere quis velit, ſacra hujus Sanctis* pignora Roma in Hiſpaniam remiſſa *eſſe. Rem* C *confecerat Tamayus, ſi docuiſſet tempus & modum, quibus Sirmio Romam perducta fuerint S. Innocentii* pignora. *Non magis intelligo, quid velit Maſimus in ſua Bononia perluſtrata, dum ait S. Innocentii corpus ibidem apud PP. Franciſcanos conſecrari, & apud Sanctimoniales Jeſu Mariæ ejuſdem ſancti reliquias.*

DE S. NAMPHANIONE ET SOCIIS MARTYRIBUS

MADAURÆ IN AFRICA.

J. B. S. Ex Martyrologio Romano.

19. JULII. *NAmphanionem & ſocios hoc die Martyrologio Romano inſeruit Baronius, aut quod ipſe primus eos repererit, aut quis alius ex reformatoribus ſuggeſſerit, certe ita Romano inſcriptos videmus:* Madauri in Africa, ſancti Nampbanionis martyris, & ſociorum, quos ille roboravit ad pugnam & ad coronam provexit. *Hæc ego, quantavis cura adhibita in antiquioribus faſtis, nec Latinis nec Græcis uſquam potui reperire: neque vero ullos aſſignat Baronius, hanc annuntiationem adjiciens:* Sunt hæc ſociorum nomina, Migdon, Sanaen, Lucitas, cæterorum autem ignorantur. Sunt hæ Punicæ voces. Porro Namphanion, idem quod apud nos, Bonus eventus. Fuit hic præclariſſimus Martyr in Africa, adeoque celebris, ut Archimartyris titulo fuerit inſignitus: in quem præ ceteris Madaurenſes, Apuleii concives idololatræ, omne genus blaſphemiæ & contumeliarum jactabant. Exſtant de his litteræ Maximi Madaurenſis ad Auguſtinum 43. & rurſus Auguſtini epiſt. 44. ad ipſum reſcriptæ. *Conſului Maximi Senectionis grammatiſtri ethnici, inſulſius jocantis aut nugantis epiſtolam, & ad eam reſponſoriam ipſius S. Auguſtini, in quibus fateri cogor, me non ſatis eruere, quæ inde Eminentiſſimum Cardinalem collegiſſe oporteat: optandum eſſet, ut rei aliquantum implexæ lucis aliquid alunde affunderetur.*

DE

DE S. ANTONINO MARTYRE PLACENTIÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRODROMUS AD DIEM II. III. ET XXX. SEPTEMBRIS.

J.B.S.

§. I. Causa prodromæ hujus dissertationis, varii sancti Antonini ex antiquis Martyrologiis non satis distincti.

SÆCULO XII. VEL IV.

INsolito ferme nobis more commentarium hunc prodromum appello, ad signatos diversos tres dies mensis Septembris, ubi interim ad IV. duntaxat Julii pervenimus. Hujus causam primum dicam, tum quid hic acturus sim, eloquar. Celebratur hoc die apud Placentinos in Italia Sanctus Antoninus, ut nobilis urbis protector & tutelaris patronus: non recte, ut ego quidem existimo, cum in antiquis Martyrologiis atque in ipso hodierno Romano, die XXX. Septembris expressissime referatur, ut proinde diem præveniam, ad quem juxta nostrum institutum S. Antoninus differendus esset, atque adeo hic anticipem, quæ post multos primum annos discutienda essent. Hæc tituli ratio pro ea parte explicata. Neque vero ad eum solum diem prodroma erit nostra hæc tractatio, sed & ad duos etiam præcitatos alios II. & III. Septembris; quibus cum alii Antonini seu Antonii, iidem forte cum Placentino, forte diversi, consignentur, visum est una opera plures intricatas quæstiones dissolvere, aut saltem prælibare, quæ illis diebus resumendæ erunt; id eo potissimum intuitu, ut diversæ urbes & ecclesiæ, quibus cum ex acquisita hactenus notitia, ea tribui posse non videam, quæ ipsæ sibi prolixe vendicant; interea temporis, dum ad Septembrem opus nostrum deductum fuerit, certiora monumenta colligere valeant, quibus instructi, opportunius & securius earum desideriis satisfacere possimus. Patiantur interim Legendas & historias suas me examinare, idque ita accipiunt, ut tota hac dissertatione nihil aliud intendam, quam magis authentica de singulis istis SS. Antoninis monumenta vulgari, quibus subinde tutius innitamur.

B Difficultates hic anticipantur, ut postea satis pos-sim,

2 Non opinor, ignotas esse eruditis hagiophilis varias easque gravissimas difficultates, cursim quidem, sed non ofcitanter insinuatas in meis ad Usuardum observationibus II. III. & XXX. Septembris, remissa ad istos dies earum solutione, de sanctis Antoninis uno vel pluribus, Apamiensi in Syria, Capuano & Placentino in Italia, Apamiensi in Gallia, Palentino in Hispania. Nulla quidem de hoc postremo fuit olim controversia, quandoquidem ex variarum Hispaniæ ecclesiarum Breviariis antiquioribus indubitatum olim fuerit, non alium ibi ante seculum XVII. coli solitum S. Antoninum, vel ut ipsi loquuntur, Antolinum, quam eumdem ipsum, quem ex Gallia Narbonensi se accepisse fatebantur, usque adeo, ut in hodierno Romano intrepide asserverit Baronius, sancti istius Antonini reliquias in ecclesia Palentina magna veneratione asservari. Ita nimirum opinio illa apud Hispanos invaluerat, ut paradoxum iis videretur, eam in dubium revocare. Pacificam & plane verosimilem sententiam turbare cæpit, ac longo & verboso discursu apologetico involvere Franciscus de Sandoval, Palentinæ ecclesiæ canonicus anno 1633. quem pone secutus Tamayus de Salazar, caliginem obtrusit, inquit Lubinus in notis geographicis ad Martyrologium Romanum, qui fido Dextri Chronico fultus, & locum & tempus agonis hujus sancti (Antonini Apamiensis) invertit: imo alium Hispanum Martyrem substituit, in solis Dextri & Juliani pseudochronicis post sexdecim demum Ecclesiæ secula procusum, ut infra §. IV. hujus commentarii pluribus ostendemus.

C

& excludentur ana-chronismi falsi Juris.

D

E

3 Hic modo, ordinis & claritatis gratia, ea præmittentur, quæ ex vetustioribus & classicis Martyrologiis accepta, ad sanctorum Antoninorum distinctionem securam viam aperient, unaque infectos fontes ostendent, unde posterioribus seculis ansa fortasse desumpta est, multa pie fingendi, amplianda & exornandi, usque adeo, ut hodie tantum non impossibile sit, vera falsis, verosimilia a dubiis discernere. Non imitabor Tamayum Martyrologii Hispanici compilatorem, alios huc sanctos Antoninos adducentem, de quibus in hac quæstione non agitur, ut sunt plures homonymi Martyres, aliis plerumque sociis immixti, & ab ipso ex Martyrologio Romano descripti, ut Antoninus cum Viatore, XI. Aprilis; Antoninus cum Marcellino, XXVI. Aprilis; Antoninus cum Julia, VI. Julii; Antoninus cum Lucilla, XXIX. Julii; Antoninus alius, XXII. Augusti; Antoninus cum multis aliis socius, XIII. Novembris; præter alios non paucos, qui in Actis nostris jam relati sunt, ut ex solo indice tomo 7. Junii colligetes, aliosque majori numero, qui ex Hieronymianis hic frustra connumerarentur. Tota controversia, ut semel dicam, versatur circa supra nominatos SS. Antoninos, Apamiensem in Syria, Capuanum & Placentinum in Italia, Apamiensem in Gallia, Palentinum in Hispania, quem postremum cum Florentinius non agnoverit, nemini novum videatur, si quæ de illis Sanctis erudite dixerit, ad soles quatuor priores reducantur. Verba ejus ex notationibus alibi referentur, hic prius singulorum codicum Hieronymianorum textus fideliter describam, ducto a die secunda Septembris exordio.

De quibus Martyribus hic fit controversia,

4 Vetustissimum Epternacense satis corrupte ibi legit: In Parisiis (lege, in partibus) Apamiæ Antoni & Antonini. Rem non expedit Corbejenses, dum binas annuntiationes commisc.et, Carthaginenses Martyres Apamiæ tribuens, omisso Antonini

Vetustissimum Epternacense ibi corruptum in Hieronymianis mendose.

A AUCTORE. J. B. S. *unus nomine, quod ad ſequentem diem pertinere, forſaſſe ſuppoſuit.* In partibus Apamiæ, natalis ſanctorum Dubitati, Tuſciæ, Valentini: *ut demum ex codice Lucenſi clarius aliquid educendum ſit.* In partibus Apamiæ, natalis ſanctorum Anthoni & Antonini. *Verum monendi hic, qui in Hieronymianis codicibus verſandis peregrini ſunt, ſæpius in his repeti, diebus etiam conſequentibus, Sanctos vel Sanctum, ſic ut ex geminata annuntiatione argui continuo non poſſit, diverſos Sanctos eſſe, aut diverſis diebus eorum feſtivitatem recolendam; ut pluribus exemplis in Actis noſtris, & in Uſuardinis obſervationibus oſtenſum eſt. Conſulamus itaque diem Septembris* III, *quo clarius ſeſe exprimit Epternacenſe, in hunc modum:* Et in Syria Antonini pueri, & Ariſtoni Epiſcopi. *Corbejenſe vix differt:* Et in regione Apamiæ, provinciæ Syriæ, natalis S. Antonii pueri, Areſti Epiſcopi. *Conſentiunt Lucenſe & Blumianum, longiori enuntiatione, quæ interpolationem ſapit, dum ita loquuntur:* Et in regione Apamiæ, vico Aprocavito, ſub Conſtantio Imperatore, provincia Syriæ, ſanctorum Antonini pueri annorum XX. & Areſti Epiſcopi, cujus geſta habentur. *Fallor vehementer, niſi textus hi omnes ex* II. *&* III. *Septembris, unum unicum eumdemque adoleſcentem* Antoninum, *ſeu Antonium Martyrem indicent, Apamiæ, ſeu in partibus Apamiæ in Syria paſſum, ſive ſub Imperatore Conſtantio, ſive in aliqua ex notiſſimis perſecutionibus.*

B

§ *Opinionem hanc meam pridem inſinuavit Tillemontius, eam vero haud obſcure confirmant codices illi omnes, quos Hieronymianas contractos appellavi recenſuique tomo* 7. *Juvii, in quorum nulla* S. Antonini *memoria exſtat die* II. *Septembris, verum die* III. *apud pleroſque. Sic codex Rhinovienſis,* III. *Non. Septembris:* In Syria, Antonini, & Ariſtenis Epiſcopi. *Richenovienſis iiſdem prope terminis, & eodem die:* In Syria, Antonini, & Ariſtonis Epiſcopi. *Auguſtanum & Labbeanum, non tam diverſa locum exprimunt, at nomen* Antonini *ſeu* Antonii *in ipſis reperitur aliis Martyrum nominibus admixtum. Codex Reginæ Sveciæ ſeu S. Columbæ, ſatis conformis eſt Hieronymiano Lucenſi, dum ſic annuntiat:* In provincia Syriæ, ſub Conſtantio Imperatore, paſſio S. Antonii, adoleſcentis XX. annorum, & Areſti Epiſcopi, cujus geſta habentur. *Adde his Wandelbertum eodem* III. *Septembris die canentem:* Ternis, Antonine puer, Martyrque triumphas, tunc & Ariſtæus antiſtes de morte beatus. *Non quæro, quid hic faciat* Ariſton *ſeu* Areſtus, *ſeu* Ariſtæus; *id unum ex dictis colligo,* S. Antoninum *Apamienſem in Syria Martyrem, in antiquiſſimis illis Faſtis conſtanter referri* III. *Septembris, neque ab eo diverſum eſſe poſſe, qui in majoribus aliquibus die præcedenti notatus eſt, imo & perperam duplicatus ſub* Antonii & Antonini *nominibus, ſolita librariorum, multa in hiſce codicibus confundentium oſcitantia; ut ego quidem prorſus non dubitem, quin apud vetuſtiſſimos illa Martyrologia, ſæpe & operoſe a me diſcuſſa, pro utrolibet die nec de Antonino Capuano, nec de Apamienſi Gallo ſermonatum fuerit.*

C

6 Non eſt diſſimulanda aliorum claſſicorum Martyrologiorum ſecundi ordinis, ab antiquioribus Hieronymianis differentia; in eo conſiſtens, quod illorum anteſignanum Romanum parvum in Roſweydi editum cum tota ſua progenie, Adone, Uſuardo, Notkero, diem II. *Septembris prætulerit, quo ſcripſit:* Apud Apamiam, Antonini Martyris, *quod cuncti illi omnes ſecuti ſunt. De Beda aut Floro diſputandum non eſt, nam Plantinianus ab Adone non differt, de cetero in auctariis utroque die* S. Antoninus, *nec ſatis recte, nec ſatis ſignate memoratur. Tolerabilis quidem parvi Romani prolixaque ſententia, dum in ſola diei diverſitate a vetuſtioribus Martyrologiis deflectit, at quis, obſecro, recentioribus Martyrologiorum compilatoribus Maurolyco, Felicio & Galeſinio auctor fuit, ut, ſi non expreſſe, ſaltem ex modo concinnandi elogium, non Apamienſem Syriæ, ſed Aquitanum deſignarent, unde procul dubio, inductus fuerit Baronius, ut* II. *Septembris ſignaret* Patmiæ in Gallia, S. Antonini Martyris, *alio Apamienſi Syro plane neglecto & prætermiſſo. Hoc certe ab antiquis, imo a nullo prorſus claſſico Martyrologio haurire potuit, ut proinde non videam, quinam ei præluxerint, niſi præcitati illi, ita rem explicantes, ut vel ex Bellovacenſi, vel ex S. Antonino Florentino, vel ex Mombritio, vel forte ex Equilino male intellecto, ſua deſcripſiſſe videantur. Teſtes mihi erunt harum rerum periti omnes, in nullis antiquis eccleſiaſticis Faſtis vel veſtigium occurrere, quod Aquitano Martyri, vel per umbram merito queat applicari.*

D E

7 Atque eatenus in Romano parvo aut tota ejus ſobole nihil magnopere vituperandum eſt, cum octavo ſortaſſe ſeculo, quo Martyrologium ſuum compoſuit Romani parvi auctor, jam tum prævaluiſſet 12. *Septembris,* S. Antonini *Martyris cultui potiſſimum dicata; in eo, inquam, nihil tantopere vituperandum; id mihi moleſtum & grave, quod cogar Adonem, aut ejus deſcriptorem manifeſti erroris arguere, qui in Uſuardum & ex hoc in Romanum quoque Martyrologium irrepſit, dum ad* III. *Septembris ita ſcriptum reliquit:* Apud Capuam, natalis ſanctorum Martyrum Antonini pueri annorum viginti, & Ariſtæi Epiſcopi, quorum geſta habentur. *Solos eruditorum oculos teſtes appello, an in hoc genere certius quidquam videri poſſit, quam quod ex aliquo codice Hieronymiano deſumpta ſit tota ea annuntiatio, ut habes ſupra ex ipſis codicum illorum clariſſimis & genuinis textibus, ubi id unum feci Ado, ut poſitionem ſeu martyrii locum tranſmutarit, pro* apud Apamiam, *ſcribendo* apud Capuam, *& præterea pro* cujus geſta habentur *plurali numero extulerit,* quorum geſta habentur, *qualia ipſum nunquam vidiſſe, ex eo ſatis conſtare poteſt, quod, qui nulla Sanctorum elogia neglexit, hic nec verbum ex iis retulerit.*

F

8 Quamvis Adoni familiare ſit, is ſolus ignorare poſſe, qui ejus Martyrologium nec a limine ſaluteverit. Ne diutius in meridiana luce hæreamus, licebit tuto aſſerere, manifeſtum errorem in Adonis Martyrologio deprehendi, ſive id Adonis ipſius, ſive, quod potius ſenſerim, amanuenſium culpa, qui Apameam, *non recte effermatam, in* Capuam *verterint. Uſuardo fraudi eſſe non debet, quod ſolitum & perpetuum ducem ſecutus ſit; ex ipſo autem evidenter profluxit, quidquid hodie & a tot ſeculis, de Capuanis lectum eſt, & in moderno Romano legitur:* Capuæ, ſanctorum Martyrum Ariſtæi Epiſcopi & Antonini pueri. *Ad quæ pridem ſolerter advertit Caſtellanus:* Hic Antoninus ex die præcedenti (II. *Septembris*) ſumptus eſt, cui cum Ariſtæo nulla affinitas. *Intellige nullam eſſe inter utrumque connexionem, ſaltem Capuæ: Apameæ aliqua eſſe poſſet, quæ ex Hieronymianis derivatur; quamquam & hoc negent aliqui, quod ad præſentem controverſiam nihil attinet.*

qui in concordiis 2. vel 3. Sept.

Major in aliis Martyrologiis confuſio,

præſertim in Adonem,

ubi Apamiæ ſubſtituta ab Capua.

A *aminet. Porro apud ipſos Capuanos nulla alia horum Sanctorum notitia, præter eam ſolam, quam ex Adone ſuggeſſit laudatus jam toties Uſuardus, quibus nil quidquam proficit Equilini narratiuncula lib. 8. cap. 33. de puero non XX. ſed decem dumtaxat annorum, qui Ariſteum Epiſcopum ad fidem converterit, ordine non facile admittendo. Nihil, inquam, proficit talis narratio, nullis certis fundamentis ſubnixa, nec ad aliud apta, quam ut res dubias, aliis conjecturis magis implicet.*

Ad quas propoſitiones reducetur tota hæc eruditio.

9 *Hunc commentario noſtro prodromo primam baſim ſupponimus, ad baſce propoſitiones contractam. 1. ſit: Qui in antiquis Martyrologiis, præſertim Hieronymianis, notus eſt* S. Antoninus; *Apamienſis, Syrus fuit, annorum XX. adoleſcens. 2. Nullus* S. Antoninus *Gallus in iiſdem uſquam ſignatus reperitur. 3.* Antoninus *Capuæ Martyr nullus unquam fuiſſe ſcitur, neque aliunde confictus eſt, quam ex male torta Adonis annuntiatione. 4. Siquid veri continet prædicta Adonis annuntiatio, totum referendum eſt ad* S. Antoninum *Martyrem Apamienſem, de cujus antiquiſſimo cultu nefas eſt dubitare, diſerte eum teſtantibus, non*

B *ſolum Martyrologiis, ſed & eccleſia in ejus honorem ædificata, quam exiſtiſſe conſtat ſub initium ſeculi VI. uti aperte colligitur ex tomo 5. Concil. collectionis Labbeanæ col. 246. ut de Menæis taceam, citatis a Tillemontio, tomo 4. pag. 720. ſuo tempore accuratius examinandis. Porro ſingularum propoſitionum jam adductarum veritas ex præmiſſis abunde patet, ſiquid erratum quis exiſtimet, hunc enixiſſime rogatum velim, antiquiora & probatiora monumenta in medium proferat, quæ ad II. & III. Septembris diligentius diſcutiuntur, indeque corrigi & reſtitui poſſint, quæ hac diſſertatione a vero deflectere deprehenſa fuerint. Hac interim baſi poſita, ad aliam pergendum eſt, quæ ad hunc diem IV. Julii propius ſpectat, nimirum ex quibus Faſtis & Martyrologiis proceſſerit* S. Antoninus, *non jam Apamienſis, ſive Syrus, ſive Gallus, neque Capuanus, ſed vere Placentinus, cum iſtis minime confundendus. Sit igitur.*

§. II. De S. Antonino Martyre Placentino; quis, qualis & cujus, quando & ubi paſſus.

C *Pauciſſima ſuperſunt, quæ de hac Sancto certa ſint,*

Multas hic circumſtantias una ſerie expono, ut diſquirant Placentini, utrum vel una unica, ex tam longa & ſæpius amplificata eorum de ſuo S. Antonino *hiſtoria, ullius certi auctoris aut ſcriptoris antiqui fide ſalvari quoque pacto queat, præter hanc ſolam, quod* ſanctus Antoninus, *vel* Antonius *Placentiæ cultus & in Martyrologiis antiquiſſimis celebratus fuerit, iſque procul dubio, aut Placentiæ, aut prope Placentiam martyrio coronatus. Hunc articulum demonſtrandum ſuſcipimus, cui ſi imbæſiſſent Placentini, antiqua potius monumenta, quam heſternas hiſtorias ſecuti, nihil commune haberent cum Thebæa legione, recentioribus Martyrologiis intruſa, ut cum multis aliis vidit Caſtellanus; nihil cum* S. Antonino *Occitanico, ex cujus legenda, multis ambagibus implexa, præcipua hiſtoriæ ſuæ capita ſe accepiſſe, haud difficulter convinci poſſunt. Aſt eo pacto nulla ſupereſſet ſancti ſui patroni & protectoris legenda, cui ex militia Thebæana & vexilliferi officio, ex peregrinatione, ſub ejus nomine venditata, ex aliis veteris quibus paregris tot decora & ornamenta acceſſerunt, ut ſive eques, ſive pedes, plenus trophæis refulgeat;* D AUCT. J. B. S. *quæ Petrus Maria Campius Placentinus canonicus immenſum prope auxiſſe videtur, coactus tamen, præfationis ſuæ Italicæ pag. 7. ingenue profiteri, obliteratis antiquis omnibus monumentis, nil ſibi relictum fuiſſe, præter legendas Mſs. Breviarium Placentinum, Venetiis impreſſum anno 1530. pallium &c et hujuſmodi alia, eumdem plane fontem redolentia.*

11 *Vulgatiſſimam illam Campii hiſtoriam paulo inferius eruditorum oculis clarius exponam, prodromas hic dumtaxat dubitationes, vel, ſi ita vis, conceptam ex multa & tetrica lectione opinionem meam exhibeo, quam facile patiar a ſucceſſoribus noſtris reformari, ſiqua meritum certiora & ſolidiora pro Sancti ſui Actis argumenta proferant Placentini, quam ſint ea, quæ Campius panegyrice magis, compte, eleganter & oratorie, quam hiſtorice, diverſis opuſculis, & magno ſuo de hiſtoria eccleſiaſtica Placentina opere hactenus in lucem emiſit, uſquam vel ſoliam ſeculo XIV. antiquius allegans, ex quo tam mira & ſtupenda acceperit. Apud eruditos catholicos veroſque Sanctorum cultores pridem abolitus eſt audacior ille ſtylus, ſolis populavibus traditiunculis,* E *liberrime quælibet fingentibus ſuffultus, quo mirabilia omnia ſpecioſiſſime venditantur. Ea modo ſunt tempora, ut nihil ſine teſte & vade recipiatur, præſertim in hiſtoriis, quæ tota & amplius annorum chiliade Martyres, de quibus agitur, ætate ſubſequuntur. Ego, ut paucis omnia, quæ in titule propoſita ſunt, expediam, ſincere fateor, me poſt diligentiſſimam perquiſitionem, nec patriam, nec parentes, nec locum natalem, nec munus, nec officium, nec dignitatem, nec genus aut tempus martyrii, nec ad martyrium ſubſecuta, nec denique geſta ulla, ullius momenti aut fidei reperiſſe, quæ S. Antonino Placentino tuto adſcribi poſſint; id vadio ſecure, quod ut indubitatum admitto, aliquem* S. Antoninum, *ſeu* Antonium *Placentinis tribuendum, eumque veroſimillime Martyrem.*

Hunc ex Hiſtoria Campii, multis exornata.

quæ a nobis admitti non poſſunt.

12 *Id qua ratione conficiam, jam intelliges, gratiam ſane non modicam me apud Placentinos promeritum exiſtimans, quod ſanctum ſuum* S. Antoninum *ſuum, argumentis haud facile convellendis vindicaverit, qui a non paucis hodiernis eruditiſſimis criticis, cum Apamienſi, ſeu Syro, ſeu Gallo, item cum Capuano confundendus cenſetur, ut vel ex ipſo Florentinio brevi patebit. Fatebor equidem ingenue; niſi tam probata Martyrologia me compoſuiſſent, facile iis conſenſiſſem, qui ex Actorum conſonantia, ipſammet Sanctorum identitatem ſolent arguere. Eteum confuſionis Sanctorum cauſa plerumque defumitur, ex commutatione Actorum, quo argumento preſſi Placentini, maltum certe & diu laborarent, ut* S. Antoninum *ſuum ex Occitaniæ fimbus eximerent, quidquid epiſcopis & parergis innumeris hiſtoriam illam ſuam, ab aliæ diverſam reddere, conati fuerint. Quod ſi ipſi ferio, & patriis præjudiciis omnino liberi, rem omnem velim expendere, in toca ſua Legenda vix quidquam cordis aut jecoris invenient, quod non ex Apamienſibus Actis qualibuſcunque originem traxerit, eo dumtaxat excepto, quod abſque ullo antiquitatis teſtimonio, ad legionem Thebæam Martyrem ſuum retulerint, & confictis, tum ante, tum poſt militiam, itineratiis, magis dramaticam reddiderint, adeoque & magis inveriſimilem. Seculi genio obſecutos, plane conceſſero, ne populo deeſſet bene longa Legenda, qua forte ad ſerventiorem Sancti cultum excitaretur. Sanctum ipſi venerentur,*

AUCTORE. J. B. S.

tur, uti hactenus venerati ſunt, credant, per me licet, quicunque Campius & alii de ipſo tradidere, at ſimul patiantur, non niſi vera in Actis hiſce noſtris recipi, aut ſaltem proxima veritati, qui una longe potentius, veros Sanctorum cultores ad ſolidam veneration incendi, neceſſe eſt. Eo modo certiſſima argumenta, ſuum Placentinis S. Antoninum, *ab omnibus aliis diverſum, demonſtrantia.*

ſed ex antiquiſſimis Martyrologiis, ad 30. Septembr.

13 *Codex Hieronymianus vetuſtiſſimus Epternacenſis, non jam ſecunda aut tertia, ſed* XXX. *Septembris die, ſic clare & diſtincte annuntiat:* Placentiæ, natalis Antoni. *Non additur quidem Martyris titulus, at is ſatis intelligitur, cum in hoc Martyrologio, vix alii, quam Martyres referantur, certe Martyris appellatio paſſim omittatur. Lucenſis item lauream non exprimit:* In Placentia civitate S. Anthoni. *Corbejenſis diſtinctius:* In Placentia civitate, natalis S. Antonini Martyris. *Blumianum cum Lucenſi convenire exiſtimo, quod nullas variantes annotaverit Florentinius. Horum quatuor venerandorum Martyrologiorum conſenſus, ſolus ſufficere poſſit, ut ſancto ſuo Placentini ſecurriſſime gaudeant. Momentum tamen accedat ex Hieronymianis contractioribus,* B *Auguſtuno & Labbeano, ad prædictam* XXX. *Sept. diſcrete ſignantibus:* Placentiæ, Antonini. *Clarius loquitur Corbejenſe brevius, eodem die:* In Placentia civitate, natalis S. Antonini Martyris. *Adde Richenovienſe, tametſi aliis Martyribus S. Antoninum ſociet, his verbis:* In Placentia, Antonini, Caſti, Deſiderii; *qui duo poſtremi alio ſpectant, a compilatore hujus Martyrologii, compendii gratia, male cum* Antonino *connexi. Habent hic Placentini quidquid requiritur ad Sanctum ſuum Antoninum ſoli urbi ſuæ vindicandum, ponendumque extra omnem controverſiam, adverſus Gallos, eum cum Antonino Aquitano, ratione conſimilium Actorum, andaciter confundentes: habent, inquam, ſtabilitum Sanctum, iis argumentis, quibus ipſi hactenus uſi non ſunt, aut forte uti non noverunt. Gallus Apamienſis in Hieronymianis, imo in nullis antiquis Martyrologiis notus eſt, niſi ipſe cum Syro ſit confundendus, de quo ſequenti paragrapho videbitur.*

quibus verbis Florentinius adnotaverit;

14 *Percurramus modo, quæ ad* XXX. *Septembris de ſancto hoc noſtro Antonino Placentino annotavit Florentinius:* S. Antonium Placentiæ Martyrem, *inquit*, ex legione Thebæa agnoſcit Romanum Martyrologium cum Uſuardo & Adone, ut addit Baronius. *Utique Baronius de legione Thebæa primus ſermonem moderno Romano inſeruit, ſed a Maurolyco aut Petro Equilino ſeductus, cum recentior ſit ea de Thebæana militia cogitatio: unde peſſime citantur Ado, qui de hoc S. Antonino nuſquam loquitur, & Uſuardus, qui de Thebæa legione nec verbum fecit, imo* C confeſſorem *expreſſiſſime nominat, uti nd ipſum pridem obſervavimus. Fallit vero & Florentinius ipſe, dum* Antonium *ſuggerit, qui in Uſuardo & in Romano,* Antoninus, *recepta hodie Placentinis appellatione, rectius nominatur. Porro ad* XXX. *Septembris appoſite notavit Caſtellanus* additionem *de Thebæa legione*, novam eſſe & ſine fundamento factam, *præeuntibus utrimirum Equilino & Maurolyco, ut etiam fateri cogitur Florentinius, ducibus non ſatis fidis, quoties deſertis antiquorum veſtigiis, proprio ingenio, aut aduventis recens novitatibus, plerumque in popularium gratiam, nimium indulgent. Florentinium ſequamur.*

15 Maurolycus, *inquit*, ex legione Thebæa Martyrem profiteur hoc die (XXX. *Septemb.*) Antoninum. Petrus de Natalibus lib. 8. cap. 133. ſocium S. Mauritii Martyris in ſacra legione fuiſſe docet, qui de Placentinis finibus egreſſus, Orientem peragraverit, & in patriam rediens, ibi abſciſſo capite triumphaverit. *De Thebæa legione Petrum infra conveniemus. Hic obiter notatum velim, editum pridem a Papebrochio, in præliminaribus ante tomum* 2. *Maji, memorabile itinerarium, tam multis obſervationibus caſtigatum, ut quid veri ſuperſit, vix invenias. Iſtud vero ſi patienter legeris, plane deprehendes, non magis cum S. Antonino Martyre Placentino, quam cum ipſo S. Mauritio connectendum, ſi non aliqua fabula eſt, quæ quatuor minimum ſeculis utroque Sancto junior fuerit. At non in eo ſolum errat Equilinus & Baronium in errorem induxit. Audi ſequentia.* Sed hunc diem, addit (*Equilinus Petrus*) ejuſdem ſacri corporis inventioni & ſepulturæ eſſe dicatum (*nempe* XXX. *Septembris*) quoniam S. Savino Epiſcopo ſacrum pignus revelatum, ad ſepulcrum S. Victoris Epiſcopi conditum fuerit. D *præſertim Equilinus Epiſcopus;*

16 *Sed contra & merito inſurgit Florentinius.* De S. Antonino, *inquit*, agit Ferrarius ad quartum diem Julii ex officiis eccleſiæ Placentinæ, nuper Romæ probatis; & translationis diem adverſus Baronium, in eccleſia Placentina die XIII. Novembris celebrari affirmat. *Hæc certe novuſſe potuit Ferrarius, quamvis omnino non videam, unde ſatis conſtet, translationem magis ſanctam fuiſſe* XIII. *Novembris, quam* IV. *Julii. Saue* XXX. *Septembris, non translationem aliquam, ſed verum diem natalem celebrandum, tam certum eſt, quam quod certiſſimum; ut prorſus non intelligam, cur ab eo die, tam expreſſe & a tot ſeculis in Martyrologiis ſignato, deflectentes, hunc diem* IV. *Julii annuæ ſolemnitati celebrandæ, ſibi delegerint Placentini, in nullis notis eccleſiaſticis Faſtis ante ſeculum* XVII. *ei feſtivitati, quod ſciam, deſtinatum. Pergit Florentinius:* Sed aliam eſſe translationem, quæ recentius recolatur menſe Novembris, nihil vetat: certe vetuſtiorem die XXX. Septembris celebrari ſolitam, ante Baronium docuit Petrus de Natalibus. *Id male docuit Petrus, qui ſaltem ex vulgatiſſimo Uſuardo ſcire poterat,* S. Antonini, *non translationem ullam, ſed* natalem *recoli pridie Kal. Octobris. Apud ſenſatos homines præferri longe debet Martyrologiorum antiquorum auctoritas, Auctuarii Equilini, omnia ſine delectu corradentis, pia credulitati. Cetera Florentinii annotata expendamus.* E *quomodo merito refellatur Florentinius.* F

17 In Kalendario eccleſiæ Placentinæ antiquo, & hædino lectionario ſeu Breviario Ms. illius eccleſiæ, præfixo, in muſeolo noſtro, ſancti Martyris memoria his verbis notatur: IV. Non. Julii, Sancti Antonini Martyris, & rurſus IV. Nonas Septembris, S. Antoni M. (*Si utraque annuntiatio ad Placentinum refertur, mera confuſio eſt, non niſi ex ignorantia profecta.*) Et Idus Novembris, Inventio corporis S. Antoni, rubris characteribus. Et ut alii feſti dies, ita etiam notatur IV. Idus Julii, quando per lectiones diviſa ejus vita in eccleſia legebatur. *Hunc certe diem ignoravi hactenus; verum ex iis ſatis oſtendunt Placentini, ſe pro ſolo ſuo arbitrio omnia ſuſdeque vertiſſe, niſi forte per novem dies ibi celebretur feſtivitas: ſitque* XII. *Julii, ſeu* IV. *Idus, ultimus dies to-* *Non vulgo Placentia colitur hoc 4. Julii.*

tius

A tius ſolemnitatis. *Quod equidem non inducor ut credam, malimque adeo ſuſpicari, pro* IV. *Non. Julii, male in Florentinium irrepſiſſe* IV. *Idus. Sed quomodocumque luxata hæc omnia & lacera, refarcire conemur; numquam laudari poterit Placentinorum inconſtantia in feſtivitatum mutatione, dum Martyrologiis, ut ſecurioribus ducibus, tutiſſime fidere poterant. Rurſus Florentinius:* Non ibi, *inquit*, Placentinus civis, ſed a Pannoniæ oppido Antonius vel Antoninus dicitur ſub Maximiano nomen in Mauritiana legione dediſſe, ac ita Martyrem effectum, prodigio illo, corpore invento, quod alibi indicavimus. Conſentimus quidem Ferrario, hujus ſancti Placentini martyris Acta, cum Apamienſi, de quo egimus die 11. & 111. Sept. quoquo pacto confundi, & videnda monemus, quæ ad diem illam 111. diximus. *De iis nos agemus paragrapho ſequenti.*

ſed cona ibi & conſtans Sanctii veneratio.

18 *Ceterum S. Antoninus primum Panuvinis, deinde apud Campium Apameæ natus, demum apud eumdem in agro Placentino genitus, æquo tenebant, ac feſtorum varietas, Sequatur vocationis Florentinianæ reliquum.* Quomodo translata S.

B Antonini Martyris oſſa Placentiam fuerint, in lectionibus illis non exprimitur, & in mutilo codice noſtro, quæ in ſolenni die translationis recitari poterant Idibus Novembris, deficiunt. *Facilis factura. Modus ille translationis fruſtra queritur; ſufficiat pia Placentinorum traditio, revelatum fuiſſe ſacrum ſancti Martyris Antonini corpus S. Savino Epiſcopo, qui illud ex puteo, quo ipſum Feſtus abſcondiſſe dicitur, tranſtulerit in eccleſiam S. Victoris, ubi S. nctus hic non ſolum Martyri locum, ſed & eccleſiæ & protectoris urbis titulum ceſſerit. In tam abſtruſis & a temporibus noſtris remotis, ſuadeo, ne tam ſcrupuloſe ſingula examinentur, modo ſufficienti auctoritate ſtabilitus maneat Sancti, de quo agitur, cultus, quemadmodum a eat ſeculis honoratum fuiſſe S. Antoninum abundantiſſime conſtat. Poſtrema Florentini clauſula eſt:* Pluribus de S. Antonino Martyre agit Petrus Maria Campius, in ipſſo opere, nuper Italice edito, hiſtoriæ eccleſiæ Placentinæ. *Agit ſane Campius, ut ſupra dicebam & infra demum recurret, tam multis, ut mihi nauſeam peperere prolixiſſimæ hiſtoriæ, ex meris conjecturis & convenientiis contextæ, ſola lectio, cum tota legenda*

C *vel levibus probationibus ubique deſtituta ſit. Aſſuefuant, obſecro, eruditi Placentini, non hujuſmodi elegantibus & poeticis orationibus, ſed veris ſolidiſque hiſtoricis argumentis fidem habere. Pluſcula reſumemus, ubi de Apamienſi S. Antonino Gallo difficultates noſtras propoſuerimus.*

§. III. De S. Antonino Apamienſi in Occitania: ejus cultus, ætas & Acta varia.

EX iis, *quæ noſtra hac diſſertatione hactenus diſquiſita & diſputata ſunt, facile colligitur, nullum in antiquis ſeu claſſicis Martyrologiis tentum reperiri, qui S. Antonino Apamienſi Gallo ſeorſim tribui poſſit, ut fruſtra laborâſſe videatur Florentinius, dum ad* 11. *Septembris Hieronymianorum verba, quaſi obtorto collo in Occitanicam deflectere conatus eſt.* Pamiæ in Gallia, *inquit*, Antoninum pariter recenſet Romanum Martyrologium, ubi Cardinalis Baronius animadvertit, non Apamiæ in Syria, ut multi opinati ſunt,

Sanctus hic Antoninus Occitanus

ſed Pamiæ apud Toloſam, ex Tabulis eccleſiæ D
Palentinæ, ubi ejus reliquiæ quieſcunt, paſ- AUCTO-
ſum eſſe. *Ita prorſus, ſed perperam ſentire Baro-* RE.
nium, jam ſupra indicavi, qui in notatione Acta J. B. S.
apud Mombritium & apud Petrum in Catalogo recenſet, tamquam ei Antonino, quiab Aſone & Uſuardo ſignatur, propria. At pace Eminentiſſimi viri dictum ſit, neque Tabulæ eccleſiæ Palentinæ, nec Acta Mombritiana aut Equilliniana ullo pacto oſtendunt, aut oſtendere poſſunt; Aſonem vel Uſuardum de eo Antonino agere, qui in iſtis Actis deſcribitur & Palentiæ ſolenniter honoratur, quod ex duobus præmiſſis §§. manifeſtiſſimum exiſtimo. Quo imo, pergit Florentinius, martyrium fecitſe Apameæ in Syria, habent Acta ejus apud Petrum de Natalibus, quem jam presbyterum, dum loca ſacra cum quibuſdam fidelibus viſitaret, apud radices montis Apamiæ truncato capite accepiſſe coronam narrat. *Mera confuſio: de Syria nec verbo ibi meminit Petrus, & quæcumque eo loco tradit, retie a Baronio Apamienſi Gallo adſcripta ſunt, non item Adonis, Uſuardi, aut aliorum Martyrologorum textus.*

E 20 *In reliquis felicior non eſt Florentinius.* Apa- *apud deſſi-*
mus Martyr
rologos nos-
tros non eſt.
miam, *inquit*, ad Aurigerum amnem, eis Pireæos montes, ſub diœceſi Toloſana deſcribit Ortelius, in qua S. Antoninum Martyrem recolit Hagiologium Franco-Galliæ apud Labbeum, penes quem etiam tomo 1. Biblioth. Mss. pag. 685. exſtat paſſio beati Antonini Martyris, qui paſſus eſt ſub Apamiæ civitate IV. Nonas Sept. Ex Ms. codice S. Albini Andegavenſis ſuſius hæc ſcripta eſt. *Admitto, legendam illam S. Antonino Occitano tribuendam; verum qua veri ſpecie ex Hagiologio Franco-Galliæ, quod ferme Uſuardi compendium eſt, eruatur S. Antoninus Gallus, haud equidem perſpicio, cum pura puta ipſiſſima Uſuardi verba ſint:* In Apamia, S. Antonini Martyris, *quæ ad Syrum referenda, ex §. 1. manifeſtum exiſtimo. Sic verbis clariſſimis vis inferenda eſt, dum ad præconceptam opinionem torquentur. Tantumdem ad rem facit adductum a Florentinio Martyrologium S. Savini de Levitania, apud Sauſſayum a pag.* 1242. *Solis oculis opus eſt ut quis convincatur. Ita ſcribit: præfatum Martyrologium die* 11. *Septemb.* Eodem die apud Apamiam civitatem, paſſio S. Antonini Martyris, F
& paſſio ſanctorum Aniceti & Formi fratris ejus, tempore Diocletiani Imperatoris, qui poſt multa ſupplicia igni traditi ſunt. *Vera, an falſa hic proferat citatum Martyrologium, non animo, id certiſſimum puto, verba hæc non magis ad S. Antoninum Occitanum, quam ad quemlibet alium referri poſſe, imo Actis ejus, quamvis multis & variis ex diametro eſſe oppoſita. Siquid ex recentioribus Martyrologiis ad S. Antoninum Apamienſem Gallum revocari poſſit, id ex auctioris Uſuardinis repetendum eſt, inter quæ ad diem* 11. *Septembris nonnulla ſunt, quæ de iſto S. Antonino omnino intelligenda videntur, nos hic ſola antiqua recenſemus.*

quidquid multa in eam rem vovent Florentinius.

21 *Cetera, quæ Florentinius in eumdem ſententiam fruſtra congerit, non proſequor: tota ejus notatio eo vergit, ut quoquo demum pacto S. Antoninum Occitanum ex Hieronymianis extundat. Audi verba ultima:* SS. Antonius & Antoninus diverſi ſunt in libris noſtris & in Martyrologio Corbejenſi, conjunctim vero hic venerantur (11. *Septemb.*) quod Apamiæ ambo paſſi ſint, ſed alter eorum, qui Antonius dicitur,

A citur, Apameæ Syriæ, alter Apamiæ. De Antonino Apamienſi Syro propalam agunt poſtridie libri noſtri, ubi aliqua addenda videantur. *Quænam addita ſint, non videbimus: interim tota ea compoſitio mere gratis excogitata eſt, nam ſi duo admittantur, quod ego non exiſtimo, vel ſi ternos Antonios ſeu Antoninos in Hieronymianis te videre credas, ii omnes neutiquam ad Apamiam Galliæ, ſed ad Apamiam Syriæ certiſſime revocandi ſunt; ut ad conciliandos incorrectos codices Hieronymianos, plane neceſſarium ſit eo recurrere, quo toties, & vel hic demum confugere cogitur Florentinius, nempe, in iis ſæpe, diebus etiam conſequentibus, repeti eoſdem Sanctos, ac proinde in duobus illis laterculis, 11. & 111. Septemb. eumdem S. Antoninum ſeu Antoninum Apamienſem Syriæ indicari, ut dixi, atque ex aliis Martyrologiis ſatis clare probavi ſupra, hujus commentarii §. 1. Addo quod peſſime confunderetur Apamia Syriæ, quæ ſola apud antiquos geographos nota eſt, cum Pamia ſeu Apamia Occitaniæ, quæ, teſte Catello pag. 317. olim non venit ſimpliciter nomine Apamiæ, ſed cum addito, caſtro, quod Apamiæ dicitur. Maneat igitur extra controverſiam, nullum prorſus antiquum Martyrologium, de Apamia Galliæ, neque de S. Antonino, ibidem Martyre, unquam meminiſſe.*

B

plures decem Antoninos ne unum confidant.

22 *Videamus modo, quænam addenda cenſuerit Florentinius ad diem 111. Septemb. Hæc inter alia, quæ huc non facium, ſue modo deduxit:* Ne autem de Antonino Martyre Apamienſi aliquid, quod ſuccurrat, fileamus; ex Ferrario addimus, in notationibus generalis Catalogi ad diem 11. Septembris, Antoninum in Syria Martyrem, diverſum non eſſe a Pamienſi Aquitano, neque ab eo, qui apud Placentiam paſſus eſt, & unum Martyrem diviſum apud pleroſque confundi. Ac ita revera eſſe comperi ex lectionibus, quas in codice lectionarii antiqui eccleſiæ Placentinæ apud me Ms. habeo. Quamquam enim in Kalendario, eidem præfixo, S. Antonini celebritas indicetur 1v. Non. Julii, & in lectionibus, non ex urbe Apamea, ſed è Pannoniæ oppido, nobilibus ortum parentibus, ſub Maximiano coronam accepiſſe narretur, eodem tamen modo cum Apamienſi Aquitano, in flumine projectum fuiſſe narratur, & iiſdem prodigiis ſanguinem ac reliquias fuiſſe collectas affirmatur. *Quam bene hæc cohæreant cum iis, quæ tam operoſe pridie diſputaverat Florentinius, nemo non videt. Ex hac ſua additione colligere potuit & debuit, Acta martyrii ſanctorum Antoninorum Placentini & Apamienſis Galli confuſa fuiſſe, & prioris vitam, ex poſterioris legenda fuiſſe excerptam, poſtea in immenſum auctam: at inde nondum ſit conſequens, ſanctos ipſos idemficandos eſſe. Apamienſis Syrus non magis expreſſe notatur in Martyrologiis noſtris 111. Septemb. quam ſignetur Placentinus xxx. ejuſdem menſis, ergo ſaltem hi duo diverſiſſimi ſunt; nec minus Apamienſem Gallum a Placentino differre exiſtimo; non eſt æque certum, utrum Apamienſis Gallus a Syro diſtinguendus ſit.*

C

Mira ſunt de hoc Sancto Antonino legenda.

23 *Equidem Placentinum S. Antoninum ab uliis omnibus, niſi vehementer fallar, ſatis diſcrevi §. præcedenti, nunc de Apamienſi Galle ex profeſſo quærendum. Mare magnum ingredimur dubiorum, incertorum, diſcrepantiarum eos inter, qui pro celeberrimo ea Sancto pridem decerarunt. Fatetur Catellus, magnas eſſe ſcriptorum diſcordias, non circa cultum, qui receptiſſimus eſt, ſed circa Sancti ætatem, quam difficillimum ſit certis temporibus affigere. Rem omnem turbarum Sancti Acta, pro varietum legendariorum pietate, vel imperitia rurum in modum aucta & deformata, quæ ſi in primigenia ſimplicitate relicta fuiſſent, facilioti fortaſſe negotio de epocha convenirt poſſet. Breviſſima ſunt & ſimpliciſſima, quæ leguntur in Petri Cataloge & apud Mombritium, quantois non omnimode conformia: aſt in neutris vel hilum apparet, unde de Sancti ætate quidquam ſtatuatur. Multo longiora edidit laudatus ſupra Labbeus tom. 1. Biblioth. Ms. a pag. 861. quibus gemina protulit Petrus Franciſcus Chiffletius in diſſertatione de uno Dionyſio edita an. 1676. a pag. 122. ex cod. S. Benigni Divionenſis, & alio Pariſienſi D. de Haroumval, quæ ad Majores noſtros prius miſerat ſua manu deſcripta. Eadem adhuc quater Mſs. apud nos exſtant, 1. ut a P. Beatilla Neapoli tranſmiſſa ſunt ann. 1640. 2. ex vetuſto Legendario Cavd. Barberini f. 253. 3. ex Ms. Rebdorfienſi; 4. ex Ms. S. Maximini Trevetis, collato cum altero eccleſiæ Audomarenſis; ne jam varios noſtros antiquos Mſs. codices excutiam, ab aliis Mſs. nil diſcrepantes. Porro Acta illa omnia ita diſpoſita ſunt, ut nec rimam relinquant, per quam in Sancti tempora deveniatur.*

D

E

e quibus certo tempore nemo eruet.

24 *Priores iſtas legendas omnes ſuperat Ms. aliud Rubeæ vallis, in quo Theodoricus Rex comperet, Pipinus, S. Audoenus &c. ſtyle ab aliis plane diverſe, cui ſi Bertrandi hiſtoriam adjunxerit a f. 20. late deductam, tum illam, quam citat Catellus pag. 319. quæque ferialle a Bertrandiana non magnopere differt:* incipit paſſio almi & glorioſi Martyris Antonini, qui paſſus eſt apud Appamiam ſub Methopio Rege 1v. Kal. Septemb. data a D. Paſchali Papa, in eccl. Lateran. B. Raymundo Epiſc. Barbaſtenſi; *habebis quidquid confuſionem parere & incatricabilibus nodis S. Antonini Acta involvere & implicare poſſit. Exſtat præterea in muſeo noſtro brevis alia eiuſdem Sancti vita ex codice Ms. 33. Regiæ Sveciæ, ſtylo & rerum ſerie ab Equilinuana & Mombritiana diverſa, quæque in fine expreſſe notat*, paſſum eſſe beatiſſimum Martyrem Antoninum tempore Antonini Imperatoris cognomento Pii, *quod etiam alibi legere memini. Ab his omnibus diverſiſſima nobis vendinat Benedictus Genonus pag. 256. ex Breviario Ordinis Eremitarum S. Auguſtini*, *cujus calculo vixerit S. Antoninus ſub ex Theodorico Rege Gotho, qui in campis Catalaunicis adverſus Attilam pugnans occiſus eſt, adeoque martyrium ſubierit ſub annum 449. Hujus ſyſtematis chronologiam memoriter ordinat Auguſtinianus Panthei imperus auctor Auguſtinus Maria Arpe, ex Herrera, Elſſio & Torelle, qui omnes idem hiſtus arare videntur. Chiffletius Dionyſie Areopagitæ, eidemq; ex ejus ſententia Pariſienſi Epiſcopo & Martyri, ſocium adjungens S. Antoninum, agonem ejus inrectit ſecule ſecundo. Alii verſimilius ad perſecutionem Diocletiani reſpiciunt. Alii cum S. Audoene & Pipino, Martelli filio, peſſime connectunt. Quot capita, tot ſententiæ; nulla, ad rectam rationem, nedum ad veritatem exacta.*

F

ſpondeat operamem non male vellitis Chiffletius.

25 *Annotationes Chiffletianæ a pag. 145. ſyſtemati ejus inſiſtunt, de S. Antonino S. Dionyſii Areopagitæ ſocio, unde potius novæ tenebræ naſcuntur, quam ut lux affulgeat. Legendam a ſe poſt Labbeum editam, ſubjectam & in pauca contractam ait, a Vincentio Bellovacenſi lib. 13. cap. 35. a Petro de Natalibus lib. 8. cap. 24.*

&

A *& a S. Antonino tit. 8. §. 42. Ex ejus diſcurſu magis patebit, quanta caligine obvoluta ſint, quæ ad hunc Sanct. Antoninum ſpectant.* At Henricus Spoodanus, *inquit*, Apamiæ creatus Epiſcopus, hæc ſcribit de hoc S. Antonino Martyre, Eccleſiæ ſuæ Patrono, in continuatione Annalium Baronii ann. 1295. num. xi. Fuit quondam, ut fertur, ejus (nempe Apamiæ) Princeps Aotooinus, ex genere Gothorum Toloſæ regnantium: cujus patrem, eam Regis Fredelaci titulo obtinuiſſe volunt, a loco videlicet ſic tunc dicto: ex quo & poſtea Abbas monaſterii ibi conſtructi, Fredelacenſis, & Canonici regulares Fredelacenſes in antiquis ejus monumentis appellati reperiuntur. *Sic olim appellatos canonicos non negamus, ſed unde id nominis obtinuerint paulo veriſimilius explicat Catellus pag. 120. Pergit Spondanus apud Chiffletium:* Ipſe vero Antoninus Chriſti amore patriam deſerens, poſt peragratam multo tempore, & miraculis illuſtratam urbem Romam, ceteramque Italiam, atque etiam Galliam, ſuſceptoſque ſacros ordines, ad ſuos in fide & pietate inſtruendos, Toloſam Apamiaſque reverſus; glorioſiſſimum demum apud eaſdem Apamias, uoa cum prædicationis ſociis
B Joanne & Almachio, martyrium pro fide Chriſti ſuſcepit. *Hactenus Spondani relatio, fundata in traditione*, ut fertur.

ac quæ ipſe ſubſtituit, non magis admittenda.

26 Subdit, eum coli (*rurſus Chiffletii verba ſunt*) ab Auguſtinianis, quod ſubſequentibus temporibus Comites Carcaſſonenſes, Apamiæ in ejus honorem, de regula S. Auguſtini monaſterium fundaverint, quod anno 1295. a Bonifacio Papa VIII. epiſcopatus titulo donatum eſt, ſub Toloſano Archiepiſcopo. Addit autem, S. Antonini martyrium referri a Vincentio & S. Antonino in perſecutionem Galerii & Maximini, quod ego apud illos non reperio. *Oportet Chiffletium, fontem non conſuluiſſe.* Sed quidquid illi hac de re ſenſerint, *inquit*, in eo non plus merentur fidei, quam qui apud Spoodanum putarunt, S. Antoninum ortum fuiſſe ex Gothia Toloſæ regnantibus, aut etiam S. Auguſtino vel æqualem fuiſſe, vel ſupparem: quod ejus reliquiæ ab Auguſtinianis poſſideantur. Hæ omnes epochæ cum nullo nitantur fundamento, nec ab ejus vitæ antiquo ſcriptore vel leviter attingantur, proum eſt, aliis
C rejectis, Antoninum Martyrem putare S. Dionyſii diſcipulum, quem ille è portu Arelatenſi in Aquitaniam deſtinarit, ut teſtantur Græcus anonymus, a Methodio laudatus, Methodius ipſe, Methodii interpres Anaſtaſius, & Hincmarus Remenſis, duos Antoninos, ſeniorem & Juniorem, Dionyſii Pariſienſis & Areopagitæ diſcipulos aperte diſtinguens. *Mitto reliqua æque quidquam probantia, quibus certe opinionem ſuam nemini, quod ſciam, hactenus perſuaſit Chiffletius.*

Quid Occitani pro Sancto ſuo facere cunctentur.

27 *Quid ego in hiſce ſentiam, nihil juverit hic præmature depromere, cum tota res de integro examinanda ſit ad diem 11. Septemb. quo Sanctum iſtum Antoninum apud Apamienſes Occitanus colit, ex ſupradictis indubitatum eſt: nihil aliud hac prodroma diſſertatione mihi præfixum fuit, quam S. Antoninos inter ſe diſtinguere, & cuique urbi, regioni, aut eccleſiæ ſuum tribuere, præſertim Placentinis, qui patrium & popularem Sanctum ſolenni celebritate hoc IV. Julii die venerantur. Ceterum cum ſpiſſa caligine, quaſi ſtudio involuta videam, quæ non ſolum ad Placentinum, ſed & ad Apamienſem pertinent, auctor ſum Apamienſibus, ſive Canonicis regularibus, ſive Eremitis Auguſtinianis, ut certiora, ſaltem veriſimiliora monumenta de ſuo S. Antonino nobis interim ſubminiſtrent, conveniantque; ipſi primum inter ſe de Actorum faciendo delectu, ne nos ſubinde indiligentiæ accuſent, quod unam potius quam alteram legendam ſecuti fuerimus, imo omnes, quotquot ſunt, rejicere cogamur; idque unum, ut probabile conjicere; corpus ſeu potiſſimam reliquiarum partem, ex Syria in Gallias allatam, ſeculo ferte quinto aut ſexto, cum aliis SS. Cai & Alexandri, nec non S. Nataliæ Virginis & Martyris Apamienſis, quas Apamiæ in Gallia ante Huguenotorum iconomachiam honoratas fuiſſe, teſtantur Sammarthani de Epp. Apamienſibus pag. 161. col. 2. Ex autem S. Antonini reliquiæ, tam miris Legendis excogitandis anſam præbuerint, unde conſequens erit, S. Antoninum Apamienſem Galliæ ab Apamienſi Syriæ diverſum non eſſe, ac ſecundam Septembris ea cauſa aſſumptam fuiſſe, quod tali die S. Antoninum Apamienſem Syrum in Martyrologiis repererint; quamquam in Legenda, a Catello citata, paſſus dicatur S. Antoninus IV. Kal. Septembr.*

28 *Obſcura ſunt, ut dixi, implexa & perturbata omnia, ſic ut poſt accuratam rerum diſcuſſionem, nihil probum aut integrum invenerim, præter fragmentum diplomatis, a Catello relatum pag. 621. & 622. ubi* anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVII. XIII. Kal. Junii translatio corporis beati Martyris Antonini *facta dicitur*, Carolo minore Rege Francorum regnante. *Quamvis & hic forte ſui nævi non deſint. Finis diplomatis eſt:* Ad translationem reliquiarum glorioſiſſimi Martyris Antonini adfuerunt teſtes idonei, ſcilicet Prælules ſanctiſſimi, & diverſæ ſanctitatis viri illuſtriſſimi, quorum nomina hæc ſunt; Theodardus Archiepiſcopus Narbonæ, & cum illo Arnulphus Epiſcopus Carcaſſonæ, & venerabilis Raymundus Toloſæ Epiſcopus, Rogerius Epiſcopus Coſeranenſis (*cum*) Fulcrano Rodonicæ (*monet Catellus, melius legendum* Ruthenæ *vel* Ruthenicæ) & Albienſi Epiſcopo nomine Flotardo, & Caturcenſi Epiſcopo nomine Geraldo; ex quorum juſſu, & precibus aliorum virorum nobilium, & ex præcepto nobiliſſimi Carcaſſonæ Comitis, nomine Rogerio, hæc omnia, quæ vidimus, audivimus, ſcripſimus & teſtificati ſumus. *Huc uſque inſtrumentum, circumſtantiis ſuis ſtabilitum, niſi & in eo deprehendantur aliqua, quæ ſeveriorem criticam nequeant effugere, de quo ſuo tempore diſputabitur.*

Tranſlatio anni 887. ſatis probatur.

Quædam reliquiæ Palentinam advectæ fuerint, incertum eſt.

29 *Iterum repeto, vitas omnes ſupra citatas & qualeſcumque legendas iſtas, ſatis aptas non videri, ut ex earum qualibet, multo minus ex omnium collectione, aliquid erui poſſit, quod eruditorum oculos ſubire mereatur; ut niſi momenta alia acceſſerint, ſubſcribendum nobis ſit invaleſcenti opinioni de Antoninis Apamienſi Syro & Apamienſi Galle in unum confundis, cujus ejuſdem reliquiæ in Hiſpaniam tranſierint, eodem ipſo tempore, quo in Galliam ſunt allatæ, unde & ibi nova confuſionis origo. Mallem equidem in eam partem incluare, quod S. Antoninus Occitanus a Syro diverſiſſimus ſit, apud Apamiam Galliæ martyrium paſſus, durante adhuc Diocletiani perſecutione, ut ante me cenſuerunt Bellovacenſis, S. Antoninus Florentinus, Galeſinius, Sauſſayus, aliique plures ſuo tempore adducendi. Hujus Sancti, ut jam dicebam, reliquiarum pars in Hiſpaniam translata, in urbe Palentia aliiſque ejus regni*

D AUCT. J. B. S.

E

F

A Augg. I. B. 6. *gentatibus celeberrimum fecerint S. Antonino nomen & cultum, rejectis Dextri & Juliani fabellis, heri in Hiſpania natis, quas modo excutiendas ſuſcipio.*

§. IV. De S. Antonino Martyre Palentino in Hiſpania, ſeculo XVII. primum excogitato.

EXpendimus ſupra annuntiationem Martyrologii Romani, ad diem 11. Septembris his verbis conceptam: Pamiæ in Gallia, S. Antonini Martyris, cujus reliquiæ in eccleſia Palentina magna veneratione aſſervantur. *Quam in rem Baronianæ notationis ſenſum dedimus;* conſtare nempe ex Tabulis eccleſiæ Palentinæ, in qua ejus dies natalis (*ſecunda illa Septembris*) ſolenniter agitur, ubi ſacræ corporis ejus reliquiæ requieſcunt. *Fuit hæc, vel ipſo Tamayo, auctore Martyrologii Hiſpanici, teſte, indubitata pridem Hiſpanorum ſententia,* nam S. E. Palentina, *inquit ipſe, in notis ad 11. Septembris,* quæ S. Antoninum Martyrem patronum agnoſcit, eum fuiſſe Gallum contendit. *Et paulo inferius:* Cum ſententia S. E. Palentinæ conveniunt omnes ſcriptores Gallicani, & Baronius eminentiſſimus Cardinalis, qui reliquias tantum Palentiæ aſſervatas recenſet. *Addere poterat Tamayus, nullam Hiſpanicam eccleſiam, quas tamen plures memorat, alium S. Antoninum coluiſſe, nullam, inquam, dubitaſſe, quin apud ſe officium eccleſiaſticum fieret de S. Antonino Apamicenſi Gallo, donec* P. F. Franciſcus Bivarius, & D. Franciſcus Sandovalius canonicus Palentinus *inſigni* auctoritate Dextri & Juliani, illum fuiſſe Hiſpanum *fabulari agreſſi ſunt, ipſis ſuffragante Hiſpano Martyrologo, habitamque ea ſuper re cum Palentinis diſceptationem exponentis, ac* per quæſtiones faciliter & feliciter *ſe omnia* abſolviſſe *cenſente, in quo quam longe aberraverit, oſtendet facilior & felicior quæſtionum ejus atque argumentorum ſolutio.*

S. Antoninus Apamenſis Patronus Palentiæ olim fuit.

B 31 *Prima apud Tamayum, ſed inutilis quæſtio verſatur circa novem diverſos S. Antoninos, quos, nullo operæ pretio, ex Martyrologii Romani indice deſcripſit, Altera quæſtione Baronium non immerito oppugnat, quod primus ipſe in Gallica Pamia S. Antoninum poſuerit ex fide Tabularum eccleſiæ*

C *Palentinæ. Id ipſum urgetur quæſtione tertia, ex conſenſu Martyrologorum aliquot, apud quos S. Antoninus Gallus vere notus non fuit, quod nos ſupra fuſius & evidentius demonſtravimus. Ad rem ſuam propius accedens, quærit quarto:* Quæ rationes hiſtoricæ eccleſiam Palentinam movere potuerint, ut vetuſtorum Breviariorum canitie & auctoritate delpecta, ad alias aſſertiones amplectendas divagaretur. *In eo conſiſtit grande piaculum, quod nempe eccleſia iſta, relicta hiſtoria de martyrio S. Antonini ſub Martello aut Pipino, aliam in lectionibus ſuis amplexa fuiſſet, veroſimillima ex Benedicto Gonono, in qua Martyr occubuiſſe ſcribitur ann. 449. ad quod ſeſe coactos credideraut Palentini, ut ſalvaretur alia narratio de Rege Sanctio Majore, qui vetuſtam S. Antonini eccleſiam in vaſtatione repererat; hic vero Sanctius cum diu ante Pipinum vivere debuiſſet, ea propter epocha martyris S. Antonini in Breviariorum reformatione omnino mutanda fuerat, id quod omni conatu improbat & impugnat Hiſpanus Martyrologus. Tum vero tota quæſtione quinta prædictam de Sanctio hiſtoriam explicat. haud inepte ad hujus nomen colligens, S. Antoninum Apamienſem Gallum eccleſiæ Palentinæ patronum eſſe non poſſe, ſi Pipino antiquior non fuerit: quod rurſus vanuleat quæſtione ſexta,* altare, effigiem, cryptas, reliquias, *a Rege inventas, ad talem S. Antoninum referri omnino non poſſe.*

Propter varietatem opinionum.

32 *Ex omnibus iſtis Tomay quæſtionibus, hæc demum educitur propoſitio, ſi S. Antoninus Apamienſis Gallus non fuerit martyrium ante ann. 771. male a Palentinis in patronum aſſumptus eſt, cum verus eorum patronus, ut minimum ſeecul. VI. pro tali agnitus fuerit. Et recte quidem arguit, ſuppoſita veritate hiſtoriæ Regis Sanctii Majoris; quam expendere aut diſcutere hujus loci non eſt. Inſtat ulterius Tamayus, & ſcopum proſequens, aliam iſtam a reformatoribus Breviarii ſubſtitutam ex Gonono hiſtoriam de S. Antonini paſſione ad ann. 449. retractat, ut imaginariam etiam & commentitiam repudiat, ſatis recte ad hominem de ſuo inferens & reperens, antiquiorem aliquem S. Antoninum inveſtigandum, qui ut patronus ab eccleſia Palentina honorari poſſet. Si hoc ſtetiſſet Tamayus, haud equidem invitus opinioni ejus ſubſcriberem, quandoquidem & mihi plane veroſimile*

E *ſit, S. Antoninum Gallum Martyrem, ſi ullus unquam exſtitit, ad Diocletiani aut antiquiorem aliquam perſecutionem ſpectare, ut §. præcedenti plurimis diſceptatum eſt, vel, quæ altera rei ſubſtantiæ ſalvandæ via ſuit, plane admittendum, S. Martyris Apamienſis Syri reliquias in Galliam deportatas eſſe, quarum pars aliqua in Hiſpanias aliquando tranſlata ſit. Sed Tamayi veſtigiis pergamus inſiſtere,*

ſed peſſime ei ſubſtituerunt populi;

33 *Poſitis per dictas jam quæſtiones fundamentis, ſeu majori ſyllogiſmi ſui propoſitione, ſuppo-*

F *nenſque ſemper S. Antoninum Apamienſem Gallum, nullum eſſe poſſe, ſi martyris coronam conſecutus non ſit annis 449. vel 771. quæ vocari debet Syllogiſmi ſecunda ſeu aſſumpta propoſitio, inde concluſionem elicit,* dubio procul pro Hiſpano aliquo Martyre vexillum, devictis erroribus, exaltandum. *Hæc eſt ſincera & integra Tanayi argumentatio, cujus minorem propoſitionem adverſus Gallos aliquos præſertim Bertrandum & Catellum, ut ut non male probet, ab aliis mecum ſentientibus ea omnino negabitur, quemadmodum jam ſatis negata & everſa eſt, in promde ridicula ſit novella Sandovalii & Tamayi ſequela, martyrem aliquem ſub S. Antonini nomine in ipſa Hiſpania quærendum, ejuſque* vexillum devictis erroribus exaltandum. *Ita ante Sandovalium & Tamayum argumentatum opinor, quiſquis depravatarum mercium in Hiſpaniam comportator, Dextrum chronici commenta orbi obtruſit, jam pridem a prudentioribus Hiſpanis ita exagitata, excuſſa & diſſlata, ut nullus hodie tantillum eruditus ea recenſere audeat, nedum in argumenti cujuſcumque probationem adducere. Atqui in hoc ſole chronico & hujuſmodi fabulatoribus repertus eſt S. Antoninus Martyr Hiſpanus: victorioſus itaque Sandovalius & Tamayus, quale* vexillum *Sanctio mere confitto* exaltari *poſſit.*

plane evidentissimi Dextri.

34 *Inviat audire triumphantem Tamayum, his verbis:* Ad hujus victoriæ firmitatem, *inquit,* ſequentia ſupponenda ſunt, ut ad veritatis apicem accedamus, & erroris commiſſi a reformatoribus Palentinis futile fundamentum enervemus. Primum, quod ſanctus iſte Antoninus, cujus eccleſiam tempore Gothorum fuit venerata Palentia, cujuſque effigiem & reliquias

A quies in altari intra cryptam Sanctius Major invenit, fuit origine Hiſpanus, & apud Apamiam urbem Vaccæorum, prope Palentiam ſitam, martyrio exſtitit tempore Diocletiani coronatus. Hujus aſſertionis identitatem probamus, primo ex Flavio Dextro, in chronico ann. 308. ubi Bivarius in Not. Comment. 2. num. 11. fol. 366. ſequenti clauſula: Apamiæ Tarraconenſi, oppido Vaccæorum, ad fluvium Arlanzonem, paſſio S. Antonini Martyris. Ecce ex Dextro S. Antoninum Martyrem Hiſpanum, eumque martyrio coronatum anno 308. in perſecutione Diocletiani, quæ adhuc in illum annum continuata eſt, ut pluribus probat D. Franciſcus Sandovalius, in Apologia pro S. Antonino Hiſpano §. 2. fol. 12. *Hic nimirum primus vexillum extulit, ut ex Dextro & Bivario, reconditam eatenus, Hiſpanis veritatem revelaret. Qui deinde a Tamayo adducuntur, Galeſinius & Maurolycus, de S. Antonino Hiſpano nec per ſomnium locuti ſunt; nec ſcriptores Gallicani, nec quæ præterea corradit, in S. Antonini Hiſpani favorem quidquam conferunt; ſolus Dexter cum ſuo commentatore Bivario* pro Hiſpano Martyre victoriæ vexillum devictis erroribus exaltavit. *Atque hoc præcipuum, imo unicum eſt Tamayi pro ſuo Hiſpano Martyre Antonino argumentum.*

B

quibus omnino inutiliter ſpoliatur Tamayi argumentum,

35 *Alia ubilominus congeris, & quidem argumento ſecundo ad nauſeam uſque probare intendis, S. Antoninum Apamienſem Gallum martyrium feciſſe ſub Martello aut Pipino, nempe ex Legendis Bertrandi & aliorum, quas admiſti non poſſe ſupra demonſtravimus. Argumentum ordine tertium id pugnat, ut* reliquias S. Antonini Galli, numquam in Hiſpanias advectas *credamus. Compateretur ſane Hiſpanis, ſi id aliunde evicuiſſet Tamayus, nam ſi ex Syria aut ex Gallia Aquitanica Palentiam numquam aliatæ fuerint prædictæ reliquiæ, mihi quidem perſuaſiſſimum eſt, nullas ibi umquam S. Antonini Martyris reliquias exiſtiere, nec modo exiſtere. At enim Tamayi argumento non magnopere turbemur. Damus ei ultro & admittimus, reliquias S. Antonini Apamiæ in Aquitania translatas anno 887. quemadmodum ex adducto ſuperius inſtrumento ſatis conſtat; at quis ibi aſſeruit, ſingula ejuſmodi Sancti membra aut oſſa reperta fuiſſe? Quis ea tam rigide accipienda exiſtimet, ut nulla ſacri corporis pars, multis ante ſeculis inde potuerit ablata fuiſſe. Legendaria, quæ perpetuo citantur, ex eo genere ſunt, qua ante rejicienda diximus, quorumque inde falſitas patet, quod diſcerptum corpus alibi refecaat, caput vero Apamiæ longe diſſitum. Aliis probationibus opus eſt, ut vel veriſimile umquam reddatur, nullas S. Antonini reliquias Apamiæ Palentiam in Hiſpanias adſportatas.*

C

nullo negotio ſe convellit,

36 *Non minus imbellia ſunt tela, quæ argumento quarto & quinto intorquet, Legendis ſuis Gallicis immerſus Tamayus.* S. Antoninus Gallus, *inquit*, ut ex hiſtoriis Gallicanis & Breviariis Pamienſi, Carcaſſonenſi & ceteris Aquitaniæ colligitur, fuit presbyter & monachus, aut Benedictinus aut Eremita Auguſtinianus *&c. De his, meris nempe circumſtantiis, & ad veri martyrii ſubſtantiam nihil facientibus, diſputet ipſe cum iis, qui in legendarum iſtarum verba jurant, apud me Martyr fuit Antoninus, ſive is Gallus ſive Syrus fuerit, de ſacerdotio & monachatu, ſeu Benedictino ſeu Auguſtiniano*, nec *quæro, nec curo. Rurſus a ſotiis arguit, quas legendæ Gallicæ ſuo S. Antonino tribuunt, cum ille, qui ſub Diocletiano, apud Dextrum, Julianum & Bivarium paſſus eſt, nullos tales habuiſſe legatur. Apage ſocios, de quibus hic minime agitur; ſatis mihi eſt, modo Martyr aliquis Apamienſis vere exſtiterit, cujus nonnullæ reliquiæ Palentiam in Hiſpanias deferri potuerint. Nego itaque & plane reſpuo deductam ex his omnibus Tamayi conſequentiam hujuſmodi:* Hinc auctoritate Dextri & Juliani archipresbyteri Toletani ſuffulti credimus, noſtrum fuiſſe Antoninum, non Gallum; eumque Diocletiani perſecutione occiſum, apud Apamiam urbem in Vaccæis Hiſpaniæ, ex ſuperius relatis & loco Dextri, qui urbem Apamiam Hiſpaniæ in Vaccæis palæſtram Martyri deſignat.

D AUCT. J. B. S.

37 *Nego, inquam, totam illam, & ſi duplo longior fuerit, Tamay conſequentiam; nego conſequens ipſum, in ſola duorum pſeudochronicorum auctoritate fundatum, Dextri nimirum & Juliani. Nego proinde Acta ipſa, a Tamayo pro majori parte conficta; nego adjuncta nova ratiocinia, iſdemſtramineis fulcris ſubnixa. Nego, Apamiam, ſeu Pamiam civitatem, in Hiſpania Tarraconenſi umquam exſtitiſſe, quæ geographis omnibus, ſatente Tamayo, ignota, in uno commentitio Dextri chronico fabricata eſt;* qui, *inquit Tamayus*, hujus urbis topotheſiam deſcribit ſupradicto anno 308. num. 11. ubi Bivarius & Carus conveniunt, relati a Sandoval ſupra. *Vel ſi ſexcenti Dextrini chronici topographi & commentatores conveniant, nihilo magis fiet, ut ſenſatus quiſquam & cordatus tam inſipidis fabulis, & toties convulſis, abduci ſe patiatur. Quod vero ſubdit Tamayus, Canonicos Palentinos alloquens;* Omnia hæc rimetur S. E. Palentina & ejus Capitulum, ut, Deo annuente, ad veritatis apicem, errore depoſito, perveniat: *id nos potiori jure monemus, ne ſaltem ex anilibus Dextri & Juliani ſomniis, Breviarii ſui lectiones reformandas ſuſcipiat, ſed eas intactas relinquat, aut communes aſſumat, donec ad 11. Septembris operoſius diſpiciatur, an & quæ Legenda, de S. Antonino Apamienſi tolerari poſſit. Quod ſi qua interim antiqua & ſolida repererint eruditi Palentini, quibus aut Sanctus ipſe, quem ego hactenus ab Apamienſi diverſum non exiſtimo, aut ejus cultus & miracula exornari queant, huc deſtinare ne graventur, imo & ſenſa ſua clare & audacter exprimant, circa hanc noſtram Prodromam ad SS. Antoninos, menſe Septembri ex profeſſo illuſtrandos, diſſertationem. Nunc reſumenda ſunt, quæ ad ſanctum illum Antoninum, quem Placentini hoc 1v. Julii die venerantur, ſeorſim pertinent.*

quibus Palentini male inducuntur.

E

F

§. V. De Actis S. Antonini Placentini, præſertim Equilinianis.

Quem certum eſt Placentiæ Pannonii S. Antoninum.

JAM *ſupra §. 2. ex certiſſimis eccleſiaſticis monumentis abunde evicis*, S. Antoninum *Martyrem Placentinum, a quibuſcumque ſynonymis ita diverſum eſſe, ut ſoli Placentinæ urbi proprius ejuſdemque protector & ſingularis patronus merito dici poſſit & debeat, id quod nemo hactenus eama evidentia & certitudine probatum demonſtratumque oſtenderat. Reliquum jam eſſet, ut paribus argumentis illuſtranda exornandaque ſuſciperem glorioſiſſimi Sancti Acta, geſta, miracula, aut aliqualem vitæ antiquam ſeriem, ſiquidem ulla ad nos perveniſſet.*

A AUCT. J. B. S. *Eſt hæc non minus eccleſiæ in orbe catholico infelicitas, ut Sanctos, eoſque patronos ſingulariſſimos, non raro habeamus, de quorum rebus geſtis nihil memoriæ proditum ſit; aut ſi unquam fuit, variis temporum calamitatibus interciderit perierique. Hæc prima malis labes, unde plures alias, minimum fœcunde progenitas, non ſine mœrore agnoſcimus. Cum enim apud plebem vix recipiantur, ſaltem popularem iſtam æſtimationem non conſequantur Sancti, de quibus Legendæ non exſtant; eo autem plures Sanctos vulgus faciat, quo plura miranda & ſtupenda, longis parergis & locis communibus exornata, de iis narrantur; hinc ad æmulationem & contentionem uſque certatim in lucem protruſæ ſunt innumeræ hiſtoriæ, undecumque collectæ & contextæ, dicam an confictæ; quæ nobis hodie plus moleſtiæ & difficultatis afferunt, quam fabricatoribus olim ſuis, ut nimium paulo nimis pie credulis, famæ ab æſtimatoribus pepererunt.*

tam ſunt incerta quæ geſſa, recentiſſime compilata,

39 *Ad eruditas verba facio & horum rerum peritos, quibus ignotum non eſt, id genus merorum diluvium, ſi ita loqui licet, quo ſe orbis catholicus immerſum vidit & mutatus eſt, priuſquam aliquos de talibus puis, ac devotis fictionibus, & popularibus ſuppoſitionibus ad rectam cruſim revocandis aut è medio tollendis cogitaſſet. Fruſtra hic ſis, per locas in Actis noſtris communiſſimos decurrere; vix dies occurrit, quo id vetitio non deploraverint Majores noſtri: neque recentiſſima exempla deſunt primis quatuor menſis hujus Julii diebus, quæ in lectorum oculos contenuo incurrunt. Hæc inter, pie magis quam maligne exornatis commentariis locum ſibi poſtulant, quæ vir, cætera eruditus, Petrus Maria Campius, eccleſiæ Placentinæ canonicus elapſo proxime ſeculo primus de ſancto ſuo Antonino Martyre Placentino in publicam lucem emiſit, diverſis tribus operibus, magis ac magis, pro ea qua pollebat dicendi, & aliarum oratorum ac poetarum conceptus colligendi facultate, auctis & novum in modum amplificatis; in quibus id plane deficit, quod in his rebus primum eſſe oporteret, vita nempe, aut ſaltem narratio aliqua, quæ non ollo aut decem intra ſeculis a Sancti martyrio diſſita, iis probabilitatis momentis veſtiretur, quibus eruditorum oculos fubire non ſubterfugeret. Id vero maxime dolendum, talium monumentorum ingentem Placentiæ penuriam fuiſſe, adeo ut alienas hiſtorias, eaſque non ſatis germanas ex Gallia accerſere debuerint, Sancto ſuo applicandas.*

B

C

a Campio, nihil antiquo eum ſolito ornante,

40 *Non diſſimulavi ſuperius vera eorum, qui ita ſenſerint, judicia, & me alunde, quam ex ipſa Italia ea repetam, Ferrarius & Florentinius, quorum verba præcedentibus paragraphis relata ſunt, mentem ſuam ſatis aperte pridem expreſſere: videlicet, S. Antonius Placentini qualiacumque Acta, ex Gallicis S. Antonii Apamenſis deſumpta aut mutata eſſe. Id equidem certum exiſtimo, nullam hactenus Placentiæ ordinatam S. Antonini vitæ ſeriem, ſaltem quæ nota ſit, prodiiſſe, ante ſeculi XVII. principium, quo laudatus Campius, ab oratoria arte magis quam a veritate hiſtorica commendandus, plurima de S. Antonino ſcribere aggreſſus eſt. Citat quidem Placentinus hiſtoriographus Campius antiquos admodum ſuæ eccleſiæ manu exaratos codices, & vetus Placentinum Breviarium..., permultas depictas tabulas & vetuſtiores picturas. Item ſanctæ geſta non inconcinne celebrata heroico carmine a Franciſco Bernardino Cypellario in ſuo panegyrico S. Antonini Martyris; Sapphico autem Adonioque verſu per Fridericum Scotum comitem & patritium Placentinum... Demum remitto nos ad Thebæam hiſtoriam Guilielmi Baldeſani Taurunenſis.* Multa preterea, *inquit*, huc pertinentia petant perotium, qui cupiunt, ex commentariis, quos Italica lingua eleganter conſcripſos edidit Guilielmus Baldeſſanus a Carmagnola theologus, de ſacra Thebæorum hiſtoria.

D

41 *Hi omnium ſunt fontes, ex quibus hauſit, & quos ſolos aſſignare potuit Campius, panegyricas orationes, meris tropis, ingenti admirationibus & inflato ſermone turgidas; pontas fictiones, & hiſtoriam Thebæam ſtylo, ordine & rerum narratione ab iſtis non multum diſſimilem, in cujus prima editione anni 1589. quadraginta heroes nominatim exprimuntur, quorum vix ternos appellare novavat, is qui gloriaſſimæ legionis ceteroquin deſertiſſimis Lugdunenſis Eucherius. Neque his contentus Baldeſanus, alteris typis anno 1604. alios prope ſexaginta, tamillo amborum intervallo in lucem protulit, factiurus ſubinde, ut nulli ferme Agaunenſi ſeu Thebæo pugili proprium deeſſet nomen, ſi novas operis ſui editiones ſucceſſu temporis adornaſſet. Qui ſcripta hujuſmodi & id genus auctores in Actorum S. Antonini probationem adducit, ſatis manifeſte oſtendit, bonas nobis cogitationes, oratorios conceptus & poetarum lenocinia pro antiquis & ſenceris monumentis obtrudi. At, inquies,* antiquos admodum manu exaratos codices, vetus Placentinum Breviarium, permultas depictas tabulas, & vetuſtiores picturas *conſulunt Campius; audio: verum probari mihi pervelim, ex his omnibus vel unicum eſſe inſtrumentum, quod ſeculum XIV. ætate ſuperet. Et quid ſi ad ſec. XIII. aſcendere contendas, unde, obſecro, quidquam deduci poſſit, quod pro re, totis decem ante ſeculis geſta, teſtimonium ferat? Eruditis rerum loquor, quos non verborum ornatus, aut ſtyli & penicilli elegantia, ſed ſola paſcunt ratiocinii argumentorumque hiſtoricorum momenta. Ea ego omnia Placentinus, ſolo veritatis eruendæ intuitu, conſideranda relinquo.*

tam ferme ſeculis ante poſteriora ſit.

E

Neque admittenda Equilini, utpote brevis narratio,

42 *At Campius*, Petrum Natalem *S. Antonini Acta* in Catalogo Sanctorum peranguſte deſcripſiſſe lib. 8. cap. 113. *Peranguſte utique primum ſcripſit Equilinus Antiſtes, ſecul. XIV. ad finem vergente, neque tamen in ipſius anguſta ſcriptoræ quidquam reperio, quod antiquæ monumentis ſubſtet, aut cum iis quæ Martyrologiorum auctoritate certa ſunt, componi poſſit, excepta ſola prima anguſtæ periodo. Ea rurſus Equilini verba:* Antoninus Martyr apud Placentiam civitatem paſſus eſt. *Hæc ſunt, quæ ut indubitata admitto.* Qui unus fuit ex ſacra legione Thebæorum & ſocius B. Mauritii Martyris: *Si in ea legione militavit S. Antoninus, fuit certo B. Mauritii ſocius; at quo teſte, quo vetuſto auctore ſuffragante, hoc aſſeris Equilinus? Ex mera, opinor, Placentinorum traditione, tunc maxime nata, cum plures Italiæ urbes, præſertim in Inſubria, ex præfata legione, aut unum aut plures ſocios ſibi vindicarunt; quos armis, ſcutis, & galeis indutos, ad ſacra munia promoverunt, ita ut noſter S. Antoninus vexillifer fuiſſe cenſeatur. Sed, amabo, quid Placentino Italo cum Thebæis? Quis ſatis ſuadeat, S. Antoninum Ægyptiæ legioni, & in Ægypto adſcriptum? Mirari liceat, tam parum congruentia, tam facile adoptari potuiſſe. Paucis dictum ſit, non omiſiſſent antiqui Martyrologi Thebæi militis appellationem, ſi ſeculo VII. aut VIII. de ea re vel cogitatum fuiſſet. Ego Thebæum dicam S. Antoninum, &, ſi ita*

F

vis

A vis, S. Mauritio dignitate militari proximum, modo id ex vetuſtioribus Tabulis, quam ſint Equilinianæ, Baldeſianæ aut Campianæ demonſtretur. Reliquas Equilini auguſtias expendamus.

dum Locum Thebæis adſcribit

43 Qui de Placentinis finibus egreſſus, per orientales provincias pertranſivit, & multa miracula fecit. Demum ad urbem ſuam rediens, ab infidelibus tentus, & capite cæſus, glorioſo martyrio coronatus eſt. *Eu totam Actorum ſeriem, quæ quidem ſeculo* XIV. *apud Placentinos retepta fuerit. Verum aut ego fallor, aut ipſi non ſatis conſuluunt ſanctis ſui Martyris gloriæ, dum eum è totius Thebææ legionis carnificina incolumem evaſiſſe credi volunt; ſolum, opinor, & unicum, de quo id traditum reperiatur; ſiquidem ſatis tuto tradi potuit, cum aliunde conſtet, tam* felicem *fuiſſe* exercitum *illum, ut* in *ejus* congregatione beatiſſima nullus perierit, dum nullus evaſit; *ut vide apud Ruinartium in prævia ad paſſionem SS. Martyrum Agaunenſium admonitione. Jam etiam dixi, præter omnem veroſimilitudinem, Thebæum ſingi, qui Italus fuerit. Id obſervans Campius, iter orientale militiæ præ-*

B *mittendum putavit, ſic ut S. Antoninus in Ægypto agens, militum iſtorum pietatem admiratus, in tam ſanctam legionem ſcoptari poſtulaverit. Verum tota illa S. Antonini in Orientem peregrinatio, ſive militiæ præferatur, ſive poſtponatur, parum patum eſt epiſodium, avido a Campio arreptum, ut eloquentiæ ſuæ vela latiſſime expanderet, haud dubie ad illud itinerarium alludens, quod ſupra §. 2. diximus, non poſſe ullo pacto S. Antonino Martyri Placentino adſcribi, niſi per enormem parachroniſmum ſeculum ſeptimum aut octavum cum tertio vel quarto connectatur.*

augmentum ſeculi ſubſtituit

44 *Ex parvo Equilini ſpecimine abunde patet, quantum duobus ſeculis accreverit Placentinorum de ſuo S. Antonino traditio, ſic ut ex pauculis iſtis Petri Natalis lineolis opus ſeptuaginta & amplius paginarum in forma quarta molitus ſit Canonicus Campius, poſtmodum in hiſtoria ſua eccleſiaſtica immenſum ſeſe diffundens, ut ſermo ex gutta Oceanum exundaſſe non ſine magno ſtupore advertas. Reliqua Equilini verba, quæ ad inventionem & tranſlationem corporis ſpectant, ſubjungam.* Cujus corpus ignotum Dominus beato Savino, ipſius civitatis Epiſcopo revelavit. Apparuit enim ei vir ſplendidus, qui oſtendit ei,

C ubi jacebat ſancti Martyris corpus; qui etiam formam corporis & membra & annos militiæ, & nomen & caput abſciſſum ſignavit, urceum quoque plenum ejus ſanguine pro teſtimonio ſervatum innotuit. Et ut ipſum corpus ex eodem loco levaret, & digno ſepulcro condere deberet, admonuit: qui evigilans, viſionem clero & populo reſeravit, & in loco oſtenſo fodere cunctos præcepit; ubi ſanctum corpus, quod Epiſcopo oſtenſum fuerat, per omnia inventum eſt. Quod dum levarent, guttæ aliquæ ex eo profluxerunt. In cujus tranſlatione, cum ſolus ibi eſſet Savinus Epiſcopus, ſex alii epiſcopi apparuerunt, qui eſſent, vel unde veniſſent, omnibus ignoti. Levantes ergo corpus Martyris, poſuerunt in ſepulcro S. Victoris Epiſcopi, qui alias in vita ſua ſpiritu prophetico prædixerat, quod poſt ejus obitum major eo in ipſo tumulo quieſcere debebat. Sepulto quoque corpore, Epiſcopi illi, qui apparuerant, ſubito diſcedentes, nuſquam viſi ſuerunt, ſicque ſanctum corpus condigna reverentia condiderunt pridie Kalend. Octobris. D

AUCT. I. B. S. Equilini non magna auctoritatis.

45 *Utut hæc omnia paucis complexus ſit Equilinus Antiſtes Petrus, ſatis colligitur, non niſi ex meris etiam populi traditionibus eam multas mirandaſque viſiones, tot ſtupenda miracula & vaticinia proficiſci potuiſſe, quæ a Placentinis, religioſis ſui Sancti cultoribus, credi equidem patior, verum ut a viris doctis & cordatis admittantur, vetuſte aliquo monumento confirmari nimium vellem: tot prodigia, tam paucis lineis congeſta teſtimonium poſtulant, aliqua ſaltem fide æſtimandum, quod ſeculo Equilmiano longe antiquius ſit. Laudandus ſane Antiſtitis iſtius labor, laudanda diligentia; at quanti hodie fiat ejus collectio, præſertim dum de geſtis Sanctorum agit, quæ ejus ætatem tot ſeculis antecedunt, in his noſtris Actis non ſemel explicatum eſt. Ut brevi compendio innuam, quam de eo opere opinionem Majores noſtri pridem conceperint, conſulo Reſponſiones Papebrochii ad articulum* XI. *num.* 128. *Jam vero ſi tam exiguæ fidei ſint pauca illa, quæ in ſuo* Catalogo perangufte deſcripſit Petrus Natalis, *quid de ampliſſimis illis Campii commentationibus cenſendum erit, in quibus omnia immenſum dilatantur? Ex primi ejus Latini opuſculi, Placentiæ apud Joannem Bazachium* 1603. *typis editi, juſta æſtimatione, de reliquis ſtatuet eruditus lector.* E

§. VI. De S. Antonini Actis, a Canonico Campio Latine & Italice vulgatis,

Quantum Placentini accreverint Equilmiana

Quam debili & fragili fundamento ſubſiſtant populares, ſive de Sanctis, ſive de aliis rebus traditiones, quæ certis monumentis poſteritati relictæ non ſunt, vel ſi alia deſint, manifeſte oſtendit hodierna S. Antonini hiſtoria, in qua neque id ſolum ſatis exploratum habent Placentini, Syruſne natione & gente, an Pannonius, an vero Placentinus fuerit Sanctus. Placentiam ejus patriam fuiſſe, expreſſe notat Equilinus, notat item Baldeſanus: in antiquis Breviariis & Kalendariis ſuis Placentinis reperit Florentinius ſupra, S. Antoninum in Pannonia natum: Campius in prioribus ſuis opuſculis non dubitavit ſcribere; Antoninum Apamiæ ex nobilibus parentibus anno circiter F ducenteſimo & ſeptuageſimo humanæ ſalutis ortum. *Aſt in hiſtoria ſua eccleſiaſtica, grandibus tribus tomis in folio conſtante, tomo* I. *pag.* 27. *&* 28. *Cypellarii panegyrim ſecutus, clariſſime aſſerit, Sanctum Placentiæ aut ſaltem in agro Placentino lucem aſpexiſſe, non ſine prægreſſa miraculoſa viſione prægnanti matri exhibita, quaſi aquilam paritura eſſet &c. Quid non procudit humanum ingenium, dum fœcundæ imaginationi frena laxans, ad exornanda quælibet libere evagari ſinitur. Hæc prima Campii inconſtantia, cujus lapſus alios proſequi non lubet, ne hic ſolus paragraphus operis ejus molem exæquet, ſolum enim latinum opuſculum hic expendendum ſuſcipio.*

oſtendit decorum Lectionum Cypell.

47 *Poſt recitata jam verba ſequitur:* Adoleſcens illuſtri Thebæorum legioni adſcriptus, duce glorioſo Mauritio, militiæ operam dedit. *Tum paule fuſius enarrat, quæ ad Thebæorum cædem pertinent, e qua* Deo ſervante & ad majora vocante, inclytus miles, unaque alii perpauci illæſi incolumeſque evaſere. *Hariolatur hic Campius: nam, ut ſupra dixi, ex glorioſiſſima illa legione* nullus periit, quia nullus

A evaſit. *Cæterum quid de militia Thebæana cenſeam, ſive Apamienſis, ſive Pannonius, ſive Placentinus fuerit S. Antoninus, jam abunde declaravi. Atque eatenus nihil narratur, quod cum S. Antonino Apamienſi Gallo quidquam commune habeat; nam in eo, quod præ manibus habemus, opuſculo, Apameam Syriæ ſatis aperte inſinuat Campius. Quæ ſequuntur, ex Legenda gallica certo videntur acceptæ:* Ipſe vero Antoninus, multis peragratis regionibus, Placentiam pervenit, ubi quamplurimos, imprimiſque Feſtum principem ac ditiſſimum virum ab idolorum cultu ad Chriſtianæ fidei religionem aſſidua divinæ legis enunciatione traduxit. *Peragratæ regiones & Feſtus princeps, tam clare conveniunt cum Actis S. Antonini Apamienſis in Occitania, ut avum ovo ſimilius eſſe non poſſit. Neque mihi hic regerat, Apamienſes Gallos Acta S. Antonini Placentini æque expilare potuiſſe, ac Placentinos Acta Gallica. Utrumlibet ſelige, per me licet; ex eo capite nec bolum majoris auctoritatis acquirent Acta illa, ſive origine Gallica, ſive Italica fuerint; ſeculum vitiatum ita olent, ut cujuſcunque gentis dixeris, a ſuppoſitionis & fictionis rubigine eximi omnino nequeant. Campii elogium excutere perginus.*

AUCT. J. B. S.

B 48 Atque haud ita multo poſt, adhibito ſibi comite Joanne Placentino presbytero, in alias etiam orbis terræ partes, & præſertim in ſanctiſſima Hieroſolymorum loca peregrinationem pie ac religioſe ſuſcepit. Verum Joanne ipſo jam martuo & Capharnaum, in urbe ſacrarum litterarum monumentis celebrata, ſepulto, Placentiam regreſſus. *Cantilena eadem eſt, quam ſupra reſpuendam oſtendimus, nulla auctoritate, nullis rationibus nixa, niſi iis, quæ totam S. Antonini hiſtoriam meræ fictionis & fabuloſitatis evidenter convincunt, ut ex ipſo S. Antonini & ſocii Joannis itinerario, a Papebrochio ante tomum 2. Maji edito, perſpicere poterit curioſus lector. Peregrinationes illæ & itineraria ad exornandas fabulas mirifice conducunt. Non ita abhorreo ab iis, quæ ſubdit Campius, nempe Sanctum noſtrum* Placentiam regreſſum (*ſiquidem inde peregrinationis cauſa umquam egreſſus eſt*) eodem adhuc ſæviente nefario Imperatore Maximiano (*id vero ab edito itinerario alienuſſimum eſt.*) Cum *autem* Chriſtum ardentius prædicare non deſineret, ejuſque fides ab infeſtis ac inſidioſis tyranni ſatellitibus varie tentata conſtantior permaneret, ultro vir Sanctus in agro Trabani obviam factus, & ab eis correptus, ſæviſſime excruciatur; ad ripam demum ſubterfluentis Trebiæ, abſciſſo a cervicibus capite, martyrio feliciter coronatur IV. Non. Julii. *Aut hæ, aut ſimiles acceſſoriæ circumſtantiæ veræ eſſe poſſunt; diem prorſus non recipio, cum ex Martyrologiis conſtet, natalem ejus referendum ad* XXX. *Septembris: quarta illa Julii cum ceteris traditionibus invaluit; unde accepta, ignoro. Habe clariora.*

ex Actis alienis & ſæculo ſtrenue male digeſtum.

C 49 Jam vero, ejus corpore a nefariis hominibus in flumen ipſum Trebiam dejecto, ſanguis, cum in unum coactus fluitaret, in urceo divina providentia per angelos collectus, una cum capite in navicula mirabiliter imponitur: quæ item ab angelis duobus, in ſpecie aquilarum, per idem flumen deducta, ad Feſti Principis domum applicuit, urbi Placentinæ proximam; quæ nunc templum S. Mariæ de Curtina vocatur. At Feſtus, Domino indicante, agnoſcens venerandum Antonini caput ſibi deſtinatum, illud idem repetere hoſpitium, unde olim diri Imperatoris metu, Chriſtianus miles, adhuc inter mortales degens, exciſus fuerat; illico domum ſatis, ut fieri potuit, decenter exornat, ſacras reliquias excipit reconditque, exoſculans & præ hauſtu illacrymans. *Hæc quidem ex actis Apamienſibus ad verbum omnino deſumpta non ſunt, verum eis ita affinia, ut hiſtoriam alteram ex altera concinnatam eſſe oporteat. Nec multum abludunt hæc:* Sed & ſanctum divi Martyris corpus poſtridie divino monitu repertum, & inde ubi paſſus fuerat (qui lane locus mille paſſuum ferme quindecim ab urbe noſtra diſtat) undis ſponte ſua cedentibus, ſublatum, in eamdem domum, maxima cum fidelium omnium lætitia deferendum curavit, multa interim mirabilia faciente Deo, ad præclaras & inſignes ipſius Martyris exuvias,

Tranſferuntur Acta Apamenſia,

50 *De ſolo S. Antonini capite, aquilarum duſtu in Feſti domum navicula deportato, loquuntur Acta Apamenſia; hæc de corpore præterea agitur, opinor, ut tota hiſtoria ad cataſtrophen, ſuperius ex Equilino propoſitam, ordine perducatur. Sic ſua connectit Campius:* Procedente vero tempore, hiſce pignoribus adeo charis, adeo pretioſis, a noſtræ religionis hoſtibus idem Feſtus metuens, qui vel in corpora Sanctorum tumulis mandata in dies magis deſævirent, ea in puteum grate & religioſe compoſita abdidit, quem hodie quoque contueri eſt in eadem S. Mariæ eccleſia, qua maxime ſiccitatis temporibus, clerus populuſque ſuppliciter procedentes, ex perantiquo more puteum ipſum aperire conſueverunt, & inclyti Martyris deprecatione, aridam terræ faciem opportuno imbre perfundi lætiſſime animadvertunt. *Agnoſco libens laudoque divina beneficia per Sancti merita & interceſſionem devotis clientibus concedi ſolita, ex quibus id ſaltem veroſimillime conſequitur, quod ſupra Placentinis haud obſcure vindicavimus, nempe S. Antonini ſuperſtites reliquias ibidem quieſcere, eumque urbis totius, imo & totius agri Placentini patronum, tutelarem & protectorem merito nuncupari; quamquam de ejus rebus geſtis & paſſione nec quidquam ſuperſit, quod ſatis tuto admitti poſſe cenſeamus. Eo modo reliquam Equilinianæ vitæ partem, paulo ornatius a Campio redditam.*

cum hoſpitio Placentinis.

D

E

Equilinum auctis Campii.

F 51 Compluribus autem poſt annis, cum jam ipſum patroni & Martyris Antonini, miraculis clari, nomen apud Placentinos celeberrimum eſſet, ipſius vero ſepulcrum adhuc ignotum delitesceret; hoc quoque a B. Savino, ſecundo hujuſce civitatis Epiſcopo (cujus glorioſe meminit S. Gregorius Papa in libro Dialogorum, *ut vide in Actis noſtris ad* XVII. *Januari, tomo 2. pag.* 163.) divina admonitione inſtructo, cum toto Clero, ac magna populi veneratione, effoſſa terra inventum eſt, indeque Martyris glorioſum corpus & caput a corpore abſciſſum, una cum vaſculo, recenti etiam tum ſanguine pleno, perinde acſi pauln ante fuiſſet infuſus, ſanctus ille Præſul in hanc baſilicam, divo Victori Martyri tunc conſecratam, transferre ſtudebat, cum non ſine miraculo gutta recentioris ſanguinis è corpore emanans, certiſſimum martyrii præbuit teſtimonium: quin etiam, cum unus tantum ipſe adeſſet Epiſcopus, ſex alii incogniti Antiſtites ex improviſo affuerunt, qui pontificio ipſi quoque ornatu venerabiles, reliquias

ab

A ab ſeſe cohoneſtatas, Novembris Idibus ſumma cum religione condiderunt in tumulo S. Victoris, primi Placentiæ Epiſcopi & Confeſſoris, ejuſdem ipſius baſilicæ conditoris, qui antea vivens, inter cetera virtutum inſignia, etiam divino ſpiritu afflatus prædixerat, poſt ſuum obitum fore, ut ut major ſe, in eodem illo tumulo collocaretur. *Hæc ſatis conſona ſunt narrationi Petri Natalis, quam paragrapho præcedenti retulimus, ſub ea tamen cautione, quod tot collecta miracula antiqui alicujus ſcriptoris fidem requirant.*

utriuſque ſcripta aliis monumentis firmanda.

52 *Novum prodigium Equilino ſuperadjecit Campius, haud dubie ex recepta alia Placentinorum traditione, quam Petrus ignoraverit.* Quo circa, *inquit*, ejus oſſa, Martyri Antonino digniore loco repente, omnibus qui tum aderant, aſpicientibus & ſtupentibus, conceſſo, in urnæ ſuæ partem ſeſe recepere; ex quo etiam tempore hæc ipſamet ædes S. Antonini Martyris cœpta eſt nuncupari. *Ita nominari templum noverat Campius, ſed talis miraculi occaſione inditam appellationem, hoc eſt, quod majori auctoritate ſubnixum deſideramus.* B *Hanc objectionem prævenire quodammodo voluit Campius, dum ſic pergit:* Quod ſiquis hujus Sancti vitam, martyrium & miracula noſſe velit, Petrum Natalem adeat; qui ea in Catalogo Sanctorum, licet peranguſte deſcribit lib. 8. cap. 133. Qui quidem non video quamobrem ejuſdem libri cap. 24. ea ipſa, quæ de mirabili angelorum obſequio, & cymbæ appulſu memorata ſunt, alteri ejuſdem nominis ſancto Martyri attribuat, reclamantibus præſertim antiquis admodum hujus eccleſiæ manu exaratis codicibus & veteri Placentino Breviario, in quibus hæc eadem, plurimaque alia divi Martyria inclyte geſta fuſius explicantur, atque permultis depictis tabulis, veteſtioribuſque picturis, quæ cum hic tum alibi exſtant, magis ac magis confirmantur. *Ne fruſtra repetam, quæ plus ſatis inculcata ſunt; jam diximus, cur alteri Martyri* mirabile angelorum obſequium, cymbæ appulſum, *& toti alia tribuerit Equilinus; ceterorum documentorum fidem & ætatem, ſupra etiam ad ſatietatem expendimus. Oſtendat aliquis, nos de iis non recte ſenſiſſe, prodatque vetuſtiora & ſinceriora inſtrumenta, & ſi trita paræmia loqui licet, Veronenſia magis exquirat quam Placentina; quæcunque ea fuerint omnia gratanter acceptabimus, paratis rem de integro retractare ad* XXX. *Septembris, quo die S. Antoninum Placentinum vere colendum eſſe, authentica Martyrologia ad oculum demonſtrant.*

D AUCT. J. B. S.

53 *Hic tandem ſiſtimus ac toti prodromæ diſſertationi finem imponimus, ſeclusa longiuscula vita Italica, ab eodem Campio & eodem ipſo anno 1603. typis edita, de qua quid ſtatuendum decernendumve ſit, facile intelligitur. Etenim ſi tam parum ſubſiſtant, quæ brevioribus illis aliis Latinis in lucem protulit Campius, quæque ego totius operis ſubſtructionem appello, quid, obſecro, cenſeri demum poterit de longiſſima oratione panegyrica, ad quam amplificandam nihil artis & eloquentiæ prætermiſit, orator longe melior quam hiſtoricus. Quid porro ſinceritatis veritatis hauriendum putabimus ex grandibus voluminibus hiſtoriæ eccleſiaſticæ Placentinæ, quæ vel in ipſa principio, vitæ iſtius præcipuam baſim proſus evertit, nullo majori fundamento, quam quo ipſa prius ſtabilita fuerat. Ducamus aperte & candide; in his omnibus nihil integrum, nihil ſincerum, nihil hiſtorica fide dignum reperire eſt. Magis placent, quæ utique paulo certius perſpecta habere potuit Campius de* antiquiſſimæ baſilicæ extructione & conſecratione. *Item de* fidelium donationibus, privilegiiſque & prædiis huic loco ab Imperatoribus Regibuſve attributis, *demum de* diverſis Placentinorum Epiſcoporum donationibus. *Verum & hæc & reliqua omnia ad hodiernum S. Antonini cultum variaſque ejus celebritates ſpectantia, cum Martyrologio Romano, cujus Kalendario, quoad fieri poteſt, nobis inhærendum eſt, ad prædictum* XXX. *Septembris diem remittimus, illic accuratius, ſi operæ pretium videbitur, cum ceteris quæ inde interim tranſmittenda confidimus, examinanda diſcutiendaque.*

ad pag. Sep. de integro illuſtrari poſſunt.

E

DE S. THEODORO EPISC. ET MART.

C

IN LYBIA.

F

Sylloge Hiſtorica.

J. P.

CIRCIT. ANNO CCCX.

Cyrene, Africæ civitas, in provincia Lybiæ ſita, nihil tam præclare de S. Theodoro *meruit dando ei natales, quam ſæneratum beneficium ac duplicatum ille reddiderit, tum illuſtri præclariſſimarum virtutum ſplendore, quibus patriam ſuam irradiavit, tum ſolicitudine paſtorali, qua præfectus ei epiſcopus, ſi Menæis Ambroſianis, de quibus jam jam, habenda fides eſt, omnes ſeduli præſulis partes implevit, tum vel maxime, quia natalem ſuum locum glorioſo ſanguine pro Chriſti fide effuſo honeſte ſplendideque condecoravit. Enimvero laureatus beati Martyris noſtri triumphus hagiographis non paucis materiem præbuit, magnanimas ejus auſus, inconcuſſam animi conſtantiam, nec non maſculam ac virtutibus exaggeratam in præliandis præliis Domini exceſſitatem iſteris commendandi, tranſmittendique ad ſeram poſteritatem. Poſt*

Sancti cultus ex Menæis.

Menæa Græcorum excuſa, Menæa item Chiffletiana Mſſ., Menologium Sirleti, Menæa juſſu Baſilii imperatoris Porphyrogeniti conſcripta in uſum manaſterii Cryptæ Ferratæ in Latio, poſt excerpta denique e Menæis Mſſ. bibliothecæ Ambroſianæ, & e Latinis, poſt Baronium ad annum Chriſti 310. *agit de Athleta noſtro Martyrologium Romanum, ſuumque ei quotannis locum concedit hac annuntiatione inter Sanctos, ab eccleſia Latina celebrari ſolitos:* Cyrene in Lybia S. Theodori epiſcopi, qui in perſecutione Diocletiani ſub Digniano præſide plumbatis cæſus, & lingua abciſſa, in pace tandem confeſſor occubuit.

Martyrologio Romano,

a *Accinit Martyri ſupplementum noſtrum Mſ. ad Menæa excuſa, quod partim conſtat e Synaxario P. Sirmondi pergameno, partim e Mſ. Chiffletii chartaceo, ſequentibus duobus verſiculis:*

Supplemento ad Menæa inſerviens.

E vi

A Ἐπὶ σκότει διανύσῃ τὸ θεόδωρε
Auct. Τὸ σὸν Προφήτα φαίσιμον φῶς ἐφόδῳ.
J. P. In tenebris dum fata subis, Theodore, Prophetæ
Tum matutino erupit de lumine lumen.
Alludit poeta ad illud Isaiæ 58. v. 8. Τότε ῥαγήσεται φαίσιμον τὸ φῶς σου. Tunc erumpet matutinum lumen tuum. *Excitatis supra Græcorum de Theodoro monumentis delibo primo loco annuntiationem ejus in Menologio Sirleti, quæ sonat in hæc verba:* Eodem die (IV. Julii) certamen sacrosancti Martyris Theodori episcopi Cyrenæ, qui fuit sub Diocletiano imperatore, ex urbe Cyrenæ, ex qua fuit Simon Cyreneus. Hic accusatus apud præsidem Dignianum, cum Christum negare nollet, plumbeis virgis cæsus, postea vero abscissa lingua, & multos alios cruciatus, ob Christi confessionem perpessus, in pace quievit.

Menol. Basil. 3 *Audiamus quid in ipsius laudem commemorat Menologium Basilianum.* Μηνὶ τῷ αὐτῷ ϛ', ἀθλήσεως τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Θεοδώρου Κυρήνης. Eodem mense die IV. passio sacrosancti Martyris Theodori, episcopi Cyrenes. *Præmisso succincta hac annuntiatione, sic prosequitur:* Sacrosan-
B ctus Martyr Theodorus vixit regnante Diocletiano, e civitate Cyrenensi oriundus. Hic, postquam probe esset edoctus artem scite elegantereque pingendi litteras, pluresque libros collegisset, eos Christianis præbuit, ut Deum honorarent. Accusatus itaque a proprio suo filio, apud civitatis præsidem, una cum aliis multis Christianis comprehensus est, quibuscum simul erat S. Lucia. Cumque de libris a se conscriptis esset inquisitus, nec eos traderet, graviter cæsus fuit; coactusque accedere ad altare, & thus adolere, currens ipse calcibus illud impetiit ac subvertit. Tunc suspensus, ligno affixus, linguamque excisus fuit. E ligno demissus, in carcere conclusus est; & postquam vidissent ipsum sanatum, multi in Dominum credidere viri ac mulieres, qui & una cum ipso diem vitæ supremum consummarunt. *Ita verti Latine dicti Menologii contextum, quem habes ad calcem primi tomi hujus mensis.*

Ms Menolo 4 *Cæterum Menæa etiam Ms. Bibliothecæ Ambrosianæ longius aliquantulum ac disertius Martyri*
C *nostro elogium texunt, recensitis nonnullis rerum adjunctis huc pertinentibus, atque ipsa quidem præsidis Digniani conversione ad Christum. Contuli ea cum supplemento ad Menæa impressa, quod habemus, conflato partim ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chifletii, & fere convenit cum laudatis Menæis Ambrosianis. Quæ uncis inclusa sunt, in hisce non habebantur, sed ex dicto supplemento huc transcripsi, & ad pleniorem lectoris notitiam textui Ambrosiano inserui. Et, quoniam dicta Menæa nullibi, ut credo, per typos communicata in publicum prodierunt, primigenia sua lingua proferenda censeo. Ita habent:* Ἀθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Θεοδώρου ἐπισκόπου Κυρήνης καὶ τῶν Λυβίων. Οὗτος ὁ Ἅγιος ἀνῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέως (γέγονε δὲ καθηγήσατο, ὡς ἄφορ ἐκπέμψαι ἐκ πόλεως Ε εἰσαγόντων τὴν ἑκκλησίαν βίβλους πολλὰς, ἃς ἀνῆρ ἐβίωσε χρηστὸν ἐγραψε. Διόπερ τοῦτο) ἐβασάνισεν τὸν Ἡγεμόνα (Διγνιανὸν, ὃς βίβλους παρὰ τοῦτον κατέχων, μετανοῆσαι πάλιν δὲ ἀνῆρ ἐκ τῶν δεινῶν κατρέων, περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως) ἀνὰ τὸ ἰδίου υἱὸν (Λεόντιον) ὃς Χριστιανὸν διδάσκαλον, καὶ ἄγοντα πρὸ τοῦ Ἡγεμόνα πολλῶν ἀνῶν καὶ γυναικῶν Χριστιανῶν (μεθ' ὧν δὲ καὶ ἡ ἁγία Λουκία, καὶ Ἀρόα, ὅτε κατηκέσθη. Ὁ δὲ Ἅγιος κατέδησε τοῦτον βίβλους, καὶ μὴ παρασχόν, μὲ ὃ κατέδησε ἀρτήσασθαι τοῦ Χριστοῦ) ἀνέβασε ῥάβδοις καὶ μολυβδίναις τύπτεσθαι, καὶ τοῦ βωμοῦ κελεύσας καὶ ἀπορρῆξαι, ἀφορμὰς ξύστου καὶ ἅλατι καὶ τραχύτητα βάκους καὶ πληγὰς ἀναπείσεται, καὶ τὴν γλῶσσαν ἐξαιρεθῆναι. Εἶτα ὃ τῇ φυλακῇ ἀπαχθεὶς, λαβὼν ὕπνον ἐκ θείου γυναικὸς τοῦ ἐπισκεπτόμενον γλώσσαν, εὐ τῷ ἑαυτῆ στόματι εἶδεν. Ἔτι περιστερὰ ἐκπέτου περιστερᾶς τοῦ Ἁγίου καὶ ἐπὶ ἑαυτὸν ἀφιπτάμενον. D

ζ Τοῦτον ὃ κατεδεῖν καὶ ὁ ἀδελφόπαις Λέοντιος ἐπείσθαι τῷ Χριστῷ. Ὁ δὲ Ἅγιος ὑγιὴς γενόμενος, μιαρὸν ὄντορ ἐν ψυχῇ ἀνέδυκεν, ἅμα τῷ τοῦ περιστερᾶ ἀναπαυσάμενον ἀνὸν τὸ εἰσόμενος ἐξιλάσεν. Μεθὸν οὖν ὁ Ἡγεμὼν καὶ δι' ὃ Λέοντιος Χριστιανὸς γέγονε, προσέπεμψεν ἀπαρτῆσαι καὶ ἁγίαν Λουκίαν καὶ Ἀρόαν καὶ Κυφίλαν, καὶ ὅτι ἐβλέψαν ἐκ παρὰ τὸ ἁγίου Θεοδώρου σφραγίδα. Μετὰ οὖν διανυκτέρευσεν ὁ Λέοντιος παῖδα καὶ ὁ Ἡγεμὼν Διγνιανὸν πιστεύσας τῷ Χριστῷ, οἱ ἐκκλίσαντες ἅμα αὐτῷ Κυρίλλιος * καὶ Κύπριος, ἄμφω ὑπὸρ Ἡγεμόνα κολάζοντα τοὺς ἐπικαλουμένους ὃ Χριστὸν, καὶ λαβὼν ἐκέλευσε ὁ Διγνιανὸν, παρέδωκεν αὐτὸ (αὐτὸ) τοῖς βασανισταῖς καὶ ἀπορρῆξαι ὃ βωμὸν, ξύσα ὃ κεφαλὴ ἀποσπάσαντα καὶ αὐτὸ τὸ Διγνιανὸν συγκαμίζοντας πόρ πυρὰ δύσαι (πλεῖστα δὲ καὶ αὐτῷ σωμάτια τὸ τῷ ἁγιωσύνῃ αὐτῆς μαρτύριον εἰ τῷ Ρ'ψγῳ) E

6 Passio sacrosancti Martyris Theodori episcopi Cyrenes, quæ est in Lybia. Sanctus iste, qui vixit temporibus Diocletiani imperatoris, (scite pingendarum litterarum artem calluit, quam summopere exercuit, & Ecclesiæ reliquit multos libros, quos propriis ipse manibus conscripserat. Ideo) acculatur a proprio filio (Leone) apud præsidem (Dignianum, quod libros aliquos ponea se habens, per illos a cultu deorum multos converteret ad Christi fidem) quod Christianos doceret, duciturque ad præsidem, multis illum Christianis sequentibus, (quibuscum etiam erant S. Lucia & Aroa, sic vocata. Sanctus autem cum libros rogaretur, & non daret, neque adduci posset, ut Christum oegaret) statim virgis ac plumbatis cæditur; & postquam altare calcibus impetitum evertisset, in altum sublatus raditur, acetoque & sale & pannis e seta confectis vulnera atterimur, & lingua per sectionem privatur. Ad carcerem perductus, postquam a sanctis mulieribus accepisset exsectam linguam, in suo sinu posuit. Tunc visa fuit columba, quæ Sanctum circumvolabat, & quasi per fenestram revolabat. Hæc conspicatus Lucius idololatra, credidit Christo. F

7 Sanctus autem pristinæ valetudini redditus, paulo post animam tradidit, simul atque columba ipsum salutando invitarat, ut e carcere exiret. Præses ubi hæc intellexisset; quodque Lucius factus fuisset Christianus, jussit occidi sanctas Luciam & Aroan & Cyprillam, & quotquot a S. Theodoro baptismum susceperant. Postea Lucius baptismo ablutus, persuadet etiam præsidi Digniano, ut in Christum credat. Qui postquam simul navigasseot e Cyrene io Cyprum, invenerunt alium præsidem, qui puniebat eos, qui Christum invocabant. Ac Lucius subducens se Digniano, tradidit sese tortoribus, cumque subvertisset altare, gladio minuitur capite, & a Digniano asportatur, & sepulcro mandatur. (Celebratur autem solennitas eorum in sanctissimo Martyrio ipsorum, seu loco eis sacro in Rhegio.) *Eminentissimus Cardinalis Baronius sacros Theodori triumphos accenset anno Christi* 310. *eosdem brevi*

elogio

A elogio exornatus: *quod supra citavimus e Martyrologio Romano.*

Tempus Martyrii. 8 *Castellanus in suo Martyrologio Universali mavult Athletam nostrum passum dicere sub Maximino, cognomento Daza; quam sub Diocletiano: verum hæc adeo non pugnant inter se, ut etiam optime cohærent, si dicatur* S. Theodorus Cyrenensis *sub Diocletiano passus; non quasi tunc temporis etiamnum imperii regimen administrante, qui purpuram posuerat anno* 304. *aut* 305. *sed quia gravissima in Christianos persecutionis fax ab ipso Diocletiano inchoata, atque incensa, etiamnum grassabatur, & grassari porro pervenit usque ad annum* 312. *quo tyrannus Maxentius, non sine specioso Crucis, in aere apparentis, favore, a Constantino magno fusus penitus, ac deletus fuit. Remisit tamen de ejus fervore ac crudelitate plurimum, exacto anno præcesso, uti testatur Baronius in Annal. Eccl. nimirum* 311. *Itaque dicatur passus* Theodorus *sub Diocletiano, quia passus est sub ejus persecutione; & sub Maximino passum memorare nihil vetat, cum passus fuisse referatur eo tempore, quo Cæsaris illo dignitate coruscabat. Quæ duo apprime cohærere in ratione temporis, manifestum est.* D.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ASCLEPIADE THAUMATURGA, THEOPHILO, AC MENIGNO,

Ex Synaxario Sirmondi, & Ms. Chiffletii.

J. P.

B *Sanctos hosce Martyres inveni notatos in Supplemento ad Menæa Græca typis edita, quod constat ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii, non conjunctim, sed divisim positos. Eos visum fuit hic conjungere sub uno titulo, quia & coluntur eadem die, & desumuntur ex eodem supplemento.* S. Asclepias *sic ibidem signatur:* Ἡ ἁγία Ἀσκληπιάς, ἡ Θαυματουργὸς ἐν εἰρήνῃ τελ. Sancta Asclepias Thaumaturga in pace cursum consummavit. *De qua, quidnam ad lectionis institutionem proferam, præter duos sequentes versiculos, nihil habeo:*

De S. Asclepiade.

Ἀσκληπιὰς ἰητῆρος ἀσκληπιάδαο
Παῖς σὺ φρένα πᾶσι πεπημένον ἴαινε.

Mercedis expers, medica facta Asclepias,
Gratis, minuta capite, dum morbos fugat.

Allusio desumitur ex consonantia nominis proprii nostræ Martyris Ἀσκληπιάς, *& voce* Ἀσκληπιάδαο; *derivata a nomine* Ἀσκληπιός, *quod significat* Æsculapium, *medicum olim clarissimum. Unde* Ἀσκληπιάδαι ἰατροί, *Græcis dicuntur* medici. *Et* Ἀσκληπιάδαι *dicuntur oi ab* Ἀσκληπιῷ ἐπίγονοι, ab Æsculapio genus ducentes. *Memoria quoque* Asclepiadis *reperitur in Menæo Chiffletii.*

C 2 *Sanctus Christi Pugil* Theophilus *annuntiatur in dicto supplemento his verbis:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Γερομάρτυρ Θεόφιλος ξίφει τελ. Eadem

De S. Theophilo.

die sanctus hieromartyr Theophilus, gladio cursum consummavit. *Subsequuntur duo hi versiculi:* E

Ὁ Θεόφιλος ἐκκοπτόμενος κάρη
Θεὸν φιλέων ἢ τλέον ξυῶς φίλει.

Theophilus ense abscinditur lævo caput,
Amans, amicam vel supra vitam, Deum.

Allusio perspicue patet in nomine Martyris nostri Θεόφιλος, *id est* Dei amans, Deo amicus, *vel* gratus; *& participio* φιλέων, *& adjectivo* φίλε, *quæ omnia appellans eamdem radicem* φιλῶ, amo. *Locum quoque habet hic sanctus Martyr in Menæo Chiffletii. Varii variis diebus coluntur Theophili, e quibus facile potuit hic noster per confusionem huc transferri; sed cum de ea non constet, hic referendum duximus.*

3 *Annuam* S. Menigni *Martyris memoriam invenio ibidem:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Μένιγνος ἐν εἰρήνῃ τελ.. Eadem die (IV. *Julii*) Sanctus Menignus in pace cursum consummavit. *Cum hoc elogio, duos versiculos complexo:* *De S. Menigno.*

Μένιγνος ἐκπλεῖ θαλασσοειδῆ βίον,
Εὗρὼν ἀρίστους ἀντὶ νεὼς κωπηλάτας.

Vitam Menignus transiit similem mari,
Nactus juventæ remiges perquam bonos.

Signatur insuper memoria hujus Martyris in Menæo Chiffletii, ubi scribitur Βένιγνος, *& fortasse sic scribi debet.* F

DE SS. THEODOTO MARTYRE, ET DONATO,

EPISCOPO LYBIÆ.

Cultus ex Menæis impressis.

J. P.

IV. JULII. *Hoc Sanctorum par nobis exhibent Menæa Græcorum typis edita his verbis:* Eodem die (IV. *Julii*) sancti Martyris Theodoti & Donati episcopi Lybiæ. *Quos etiam lego apud Maximum Cyrilorum episcopum. Additur utrobique* Maria Mater S. Symeonis Stylitæ. *De hac agitur inter Prætermissos* v. *hujus sub nomine* Marthæ, *non* Mariæ. *Porro in vita ejusdem S.* Marthæ *viduæ, matris S. Symeonis Stylitæ Junioris, die* XXIV. *Maii in Commentario prævio dicitur nomen* Mariæ *pro* Marthæ *hic perperam irrepsisse. Lege, quæ ibidem dicta sunt. Sancti nostri etiam inscripti leguntur*

hac

A *hac etiam die, in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ, quibus adſcribitur, quod fuerint* epiſcopi Lybiæ & Martyres. *Difficile eſt determinare, utrum non inducta ſit aliqua confuſio inter hoſce noſtros Martyres & alios eiſdem cognomines, aliis diebus celebratos; & vero non raro id eſſe factum experientia docuit. Verum cum nulla ſufficiens ratio id ſatis certo perſuadeat, viſum eſt eos hic non prætermittere, ſed in poſſeſſione, qua gaudent hactenus, relinquere.* D

DE SANCTO MARCO CONF.

J. P. Notitia e Menæis bibliothecæ Ambroſianæ.

IV. JULII. *Die tertia hujus actum de ſanctis Marco & Mociano Martyribus, dataque eorum notitia eſt, partim ex variis Menologiis Græcis, partim ex Menæis bibliothecæ Ambroſianæ, in cujus excerptis occurrit non die* III. *ſed* IV. *hujus, μείμνα τῶ ἁγίω ΜΑΡΚΩ* Μάρκου, memoria ſancti patris Marci; *quæ & in alio inſuper apographo dictæ bibliothecæ, eodem die* IV. *legitur ſimpliciter, ſub nomine* Marci B confeſſoris. *Unde videtur hic* Marcus *diſtinguendus ab alio, qui & fuit Martyr & Mociano ſocius, tum ex diverſo utriuſque titulo, tum ex diverſa die cultus, tum ex ſocia, qui additur uni, non item alteri. Optandum tamen foret, ut in pluribus Menologiis, aut ſynaxariis memoria ejus inveniretur inſcripta, quo de ſacro ejus cultu certius conſtaret. Qua tamen gaviſus eſt hucuſque, gaudere pergat poſſeſſione, cum nihil ſatis certi ac ſolidi cogat eum inde deturbare.* E

DE S. FLAVIANO ET ELIA

ANTIOCHIÆ ET HIEROSOLYMÆ EPISCOPIS,

COMMENTARIUS APOLOGETICUS.

CAPUT I.

J. B. S. Recentior utriuſque in ſacris Faſtis, ob dubiam fidem.

ANNO. DXVIII. *Quatuor nobis Patriarchas depingunt Cyrillus monachus Scytopolitanus auctor vitæ S. Sabæ, Euagrius Scholaſticus, Theophanes; atque ex his Nicephorus Calliſtus, in quos potiſſimum deſæverit Anaſtaſii Imperatoris furor & in ſynodum Chalcedonenſem non obſcura, tametſi aliquando tacita rabies; Euphemium nimirum & Macedonium Patriarchas Conſtantinopolitanos, de quorum poſtremo in Actis noſtris egit Henſchenius ad* XXV. *Aprilis, Flavianum Antiochenum & Eliam Hieroſolymitanum, ambos hoc die in Martyrologio Romano ſub una annuntiatione conjunctos, quamquam in nullis omnino Faſtis, ſive Græcis ſive Latinis horum nomina inſcripta noverimus: eorum autem obitus, ſeu dies natalis, non* IV. *Julii, ſed potius* XIX. *aut* XX. *conſignandus fuerit: unde mirati ſunt pridem Majores noſtri, hunc diem a Baronio ſelectum fuiſſe, quo utrumque ſimul refert. Hæc eſt Henſchenii obſervatio ſub finem commentarii de S. Macedonio:* Non ſunt tam illuſtria teſtimonia veneration. Antiquis annuntiis Faſtis ignotus. C nis S. Flaviani Antiocheni & Eliæ Hieroſolymitani apud Græcos: forſan quia cum Macedonius in fide orthodoxa conſtanter perſiſteret, ipſi videntur vacillaſſe. Interim veneramur etiam illos, quia ſi non olim Græcorum Faſtis, ſaltem nuper Romano Martyrologio fuerunt adſcripti, in noviſſima ejus recognitione, ex judicio Cardinalis Baronii.

Rom. Martil. a Baronio relati ſunt. 2 *Ita ſentire debuit in ſacris Faſtis recenſendis peritiſſimus Henſchenius, ita in Patriarchis Hieroſolymitanis ante* 3. *tomum Maii Papebrochius, ita ego ſentire cogor, utpote cum in nullis Martyrologiis aut Menologiis, ſive antiquis ſive novis, editis ſive Mſs., Græcis ſive Latinis, adhibita quantavis diligentia, eorum memoriam reperire potuerim, atque adeo intelligi nequeant ea in notationibus Baronii verba:* Cur itaque hac potiſſimum die de his agatur, nulla mihi certa ſuppetit ratio; cum multæ eſſe poſſint, oempe translatio, vel baſilicæ dedicatio, ut de aliis factum videmus. *At enim nihil horum duobus iſtis Sanctis favere, certiſſimum eſt; neque commemoratio* Flaviani Antiocheni, XXVII. *Septembris cum Nectario compoſiti in Synaxario noſtro Claromontano, ad ſecundum* F *hunc Antiochenum, magis quam ad primum, Nectarii ipſius æqualem referenda videtur, quidquid paula aliter in præfatis Patriarchis Hieroſolymitanis locutus ſit Papebrochius. Quin imo a ſanctitatis gloria Flavianus & Elias tantum abeſſa viſi ſunt, ut Goarus Theophanis editor & illuſtrator, in notis ſuis pag.* 583. *ex Byzantinorum hiſtoricorum, Euagrii præſertim & Theophanis, contrarius prope narrationibus, anceps hæreat dubiuſque, hæreticiſne Flavianum, an Catholicis accenſeat. Verba ejus ſunt.*

De eorum ſaltem ob-ſcura fide 3 Diſcriminis haud exigui, Theophanem inter & Euagrium, Flaviani Antiochenſis Epiſcopi fides ſubjectum & materia: hoc eam integram perſeveraſſe, illo corruptam peoitus & extinctam aſſereote. Mooachorum gregem haud contemnendum, ſuis litteris ab hæreſi Flavianum vindicantium, adducit Euagrius lib. 3. cap. 31. Xenaiæ inimicitias, & ex ſimultatibus calumnias, confictam ab adverſariis hæreſeos notam; ut a fide diſcederet, vim illatam, perſecutiones, minas, ſeditiones, mortem ipſam intentatam, & inflictum exilium narrat cap. 32. Quis tantæ conſtantiæ vir, a ſan-

A a ſanctitatis & innocentiæ judicibus, quales Baronius, Petavius & alii, in Sanctorum album recenſeri non mereretur? In adverſum rapere me molitur Theophanes, & Flavianum imbellem, timoris mancipium, favoris aucupem, a probis rejectum, ipſis hæreticis, ob animum nutantem & incertum, exoſum, ac propriis tandem technis mulctatum repræſentat, hoc & tribus, qui ſequuntur annis. Utri fides adhibenda, Euagrio Flaviani temporibus viciniori, an poſteriori Theophani? Auctoribus ſuis innititur Theophanes: teſtes juratos, ſenes, cum quibus de Flaviano differuit, exceptione majores adducit Euagrius. Hæreticus an Orthodoxus, Sanctus an impius Flavianus? Decidant alii. Sanctum prædicabo, quem ſanctus Theophanes ut impium damnat? Hæreticum aſſeram, quem veritatis & fidei aſſertorem fidelis hiſtoricus Euagrius celebrat? Utrumque abhorret animus.

dubitat Goarus,

4 Utut ſe res habeat, Flavianum ſuo jam tempore hæreſeos inſimulatum mihi ſuggerit Euagrius; tum ubi cap. 31. Neſtorianum errorem impingit Xenaiæ. Ut quid enim Neſtorii pravitatis admiſſæ reum accuſaret, quem ſolo fidei orthodoxæ nomine poterat damnare? Sola fidei integritas crimen erat in Flaviano: non ex Neſtorii reatu, crimen fuerat in Flavianum refundendum, quem ſola fidei puritas reum agebat. Neſtorianum itaque inclamabat Xenaias, quia quem Eutychianæ ſuæ hæreſeos conſcium & adverſarium noverat, orthodoxum probare nequibat: tum etiam cum cap. 32. ſeniores, quos memorat, in Flaviani defenſionem adducit Euagrius, quos certe tanto ſtudio, quaſi juratos teſtes, non proferret, niſi Flaviani nomen in judicium trahi ejus eanſæ tutius agendæ providus non perſenſiſſet. Ab omni tamen hæreſeos ſuſpicione liberaſſe, & orthodoxam ejus fidem apud omnes teſtatam voluiſſe videtur Liberatus, Breviarii cap. 18. & 19. *Hæc Goari parbetica dubitatio, qua utriuſque hiſtorici auctoritatem expendit libratque, ſed ubi, me quidem judice, is fuit præferendus, qui duobus & amplius ſeculis anterior, rebuſque adeo geſtis propinquior & prope præſens interfuit.*

B

C

animum S. ſui auctoritati Theophanis.

5 *At vero nec ſancti Theophanis auctoritas negligenda: id equidem fateor; in iis præſertim, quæ ejus ætati viciniora ſunt; verum ubi de viri tanti, qualem fuiſſe Flavianum agnoſcimus, fide ſalvanda quæritur, eo ſecurius admittenda ſaventia teſtimonia, quo ea tutioribus ſynchronorum hominum documentis nituntur. Dura utique ſunt, quæ ſcribit S. Theophanes a pag. 129. tum de Flaviano, tum etiam de Elia. E multis paucula, ſed ea decretoria ſufficient ex pag. 131. ubi expreſſis verbis in hunc modum loquitur:* Elias autem, Hieroſolymorum Epiſcopus, Chalcedonenſem ſe proſcribere teſtatus eſt. *De Flaviano autem paulo infra, eum ait*, ex animi dejectione, *non ſolum* Diodorum, Theodorum, Ibam & Theodoretum, *ſed & ipſam* ſynodum *Chalcedonenſem* anathemate percuſſiſſe in eccleſiæ publico conventu. *Alia producenda non ſunt, ut Sanctus utrique hæreſeos inſimuletur, a qua immunes fuiſſe, docebit caput proxime ſubſequens. Unum hic ſolum ad Goari dubitationem obſervatum volui, nempe, quonam modum ipſe in iiſdem notis S. Eliam ab impiæ labe tuetur, ita & ab eadem fuligine eximi potuiſſe S. Flavianum, ſi meminiſſet, non uno magis quam altero loco, aut Theophanem, aut ſui, quos ipſe ſecutus eſt, ſatis overſi militat ab hæreticis corruptoribus depravatos fuiſſe.*

D

AUCT. J. B. S. *Pagius, ex Euagrio veritatis varias per id tempus, agitatiſſimis Eccleſiæ in Oriente velut, ipſorummet Orthodoxorum ſententias agendique rationes, unde turbæ & diſſenſiones mirum in modum accreverint.* Sed nullus (*quis ad annum 491. num. 5.*) Euagrio luculentius narravit ſtatum eccleſiarum ſub Anaſtaſio, ad quem plerique animum non attendentes, Præſules innocentiſſimos reos exiſtimarunt, & quæ ab antiquis, inter ſe pugnantibus, de iis, quæ tunc geſta ſunt, in litteras relata, ſolido criterio non diſcuſſere. Euagrius itaque lib. 3. cap. 30. ubi de Anaſtaſii Imperatoria nuncupatione locutus eſt, ſcribit: Idem porro Anaſtaſius, utpote pacis ſtudioſiſſimus, nihil omnino innovari voluit, præcipue vero in Eccleſiæ ſtatu; modoque omnibus elaboravit, ut & ſanctiſſimæ eccleſiæ abſque ulla perturbatione remanerent, & cuncti, qui ipſius imperio parebant, altiſſima pace fruerentur, omni rixa & contentione, tum ab Eccleſiæ ſtatu, tum a rebus publicis procul amandata. Et Chalcedonenſis quidem Synodus iis temporibus, nec palam prædicabatur in ſanctiſſimis eccleſiis, nec omnino rejiciebatur. Singuli enim earum Præſides, prout ipſis viſum fuerat, agebant. Et nonnulli quidem eorum, cuncta quæ in illo Concilio expoſita fuerant, pertinaciſſime defendebant: neque in ejus decretis vel ullam ſyllabam remittere, ac ne minus quidem litteræ mutationem admittere ſuſtinebant. Alii vero Chalcedonenſem ſynodum ejuſque decreta, non modo non ſuſcipiebant, verum etiam illam una cum Leonis epiſtola ſub anathemate damnabant.

E

Et Euagrio mordicus damnatio.

7 Alii Zenonis Henotico mordicus inhærebant; idque tametſi inter ſe diſſiderent de una aut de duabus naturis: hi quidem compoſitione imperialium litterarum decepti; illi vero paci & concordiæ magis ſtudentes: adeo ut totius orbis eccleſiæ in varias factiones diviſæ eſſent, ac ne Antiſtites quidem ſibi mutuo communicarent. Hinc multa diſſidia in Orientis & Occidentis partibus, & per Africam exſtiterunt, cum nec Orientales Epiſcopi Occidentalibus & Afris ſociarentur, nec iſti viciſſim coirent cum Occidentalibus. Quin etiam ad majorem abſurditatem res progreſſa eſt. Nam nec Orientales Antiſtites inter ſe ipſi communicabant; nec Occidentales item, nec Afri inter ſemetipſos communionem fovebant, nedum cum peregrinis & extraneis. Quæ cum Imperator Anaſtaſius videret, Epiſcopos qui aliquid innovarent, eccleſiis exturbabat, ſiquem forte deprehendiſſet, aut Concilium Chalchedonenſe prædicantem, contra inolitam locorum conſuetudinem, aut idem ſub anathemate damnantem. Et ex regia quidem urbe primum ejecit Euphemium, deinde Macedonium, cui ſucceſſit Timotheus. Antiochia vero Flavianum expulit. *Ita Euagrius, ad quem nonnullas obſervationes, ad ſanctorum noſtrorum innocentiam facientes, ſatis appoſite concepit Pagius, quas his juverit ſubjungere. Sic habet:*

F

hos & alios Orientales Præſules excuſandi.

8 Is Agendi modus Anaſtaſii eccleſias innumeris perturbationibus replevit, quas tolli vix poſſe multi ſancti Præſules exiſtimarunt, niſi calamitoſis illis temporibus œconomia uterentur, & ſalva religione orthodoxa, alia ad ſubſtan-

A ſtantiam ejus non pertinentia diſſimularent. Verum rigidiores & ardentiores Orthodoxi, quos
AUCT. primo loco nominat Euagrius, iſtos proinde ac
J. B. S. hæreticos habebant; indeque qui tunc vel poſtea ſcripſere, tradunt, eoſdem Synodum Chalcedonenſem non ſuſcepiſſe, quod ſcilicet Henoticum Zenonis, in quo tamen nulla hæreſis continebatur, amplecterentur, vel Theodorum Mopſueſtenſem, & Theodoretum, quibus Acta Concilii Chalcedonenſis favebant, pro hæreticorum fautoribus haberent. Et tamen Euphemius, Macedonius, Flavianus, aliique ſanctiſſimi Præſules, Eccleſiæ ſaluti conſulentes, ut quidem autumabant, aliam viam non iniere, & quam tenebant rigidiores Orthodoxi, Eccleſiæ detrimentoſam fore putarunt. Eodem modo ſe poſtea geſſiſſe S. Germanum, Epiſcopum dein Conſtantinopolitanum, quando Philippicus Imperator ſextam Synodum generalem abrogare conatus eſt, infra videbimus. Sapienter Baronius anno cccc. num. 62. loquens de iis, quæ ſcripta ſunt in cauſa Catholicorum & Origeniſtarum, a quibus ultimis ſtabat Joannes Chryſoſtomus, ſanctitate & do-
B ctrina celeberrimus: Cum ſæpe contingat, inquit Baronius, ſapientiſſimos quoſque falli, eoſdem tamen a ſapientia, & inſita probitate non excidere, cum nimirum adeo, quæ agunt, recto ſinceroque mentis feruntur intuitu, &c. Cum igitur de ſanctiſſimorum virorum Epiphanii, Hieronymi (ut de Theophilo dicere prætermittamus) atque Joannis Chryſoſtomi optima meate dubitare, religio ſit, quæcumque ab iis acta ſunt, in meliorem partem accipiua neceſſe eſt.

CAPUT II.

Sanctorum Vindiciæ adverſus Theophanem alioſque.

Jam dictis, a Baronio ſapientiſſime ſtatutis, & a Pagio recte applicatis, hujus ſyſtema libenter ſuſcipio, quouſque ad excuſandos Sanctos noſtros conducere poteſt. Admitto item, contra ipſius regulam, in factis hominum metiendis, ſæpe peccaſſe ſcriptores, imo quæ jam ab aliis ſincere tradita fuerant, in malum ſenſum interpretatos fuiſſe. As locum Theodori Lectoris lib. 2. pag. 561. ex quo veroſimillime ſua accepit Theophanes, quibus S. Eliam, ut Synodi Chalcedonenſis proditorem traduca, malim cum Goaro ad alium verioremſenſum reducere. Audiamus ipſum citata jam pag. 583. Eliæ partibus ſuſtinendis, eidemque in inculpatæ fidei jure protegendo, in Euagrii vel calumniam vel errorem, totis viribus inſudat Baronius ad annum DXXI. a num. 8. ad 18 Incaſſum omnino: ex corruptis quippe Theodori Lectoris verbis calumnia omnis exurgit: ex integro textu ſumma tenetur ejus laus, & innocentia comprobatur. Theodoriani textus ex eo patet corruptela, quod Theophanes Theodorum exſcribens, Theodoro contraria ſcribat. Vitiatus itaque Theodorus aut Theophanes: at non hic, cujus ſcripta, Eliam memorantia, nullius erroris arguuntur. Quid igitur ſupereſt, quam vitiatum Theodorum, & facto ejus vitio deluſum Baronium admittamus? Hoc autem pacto in Chriſtophorſonea Euſebii, cui Theodorus adjungitur, editione Theodorus emendatur pag. mihi 187. tomo 2. D *Η'λιᾳ τῷ ἱεροσολύμων προεστῶτι ὁ βασιλεὺς, σπουδὴν ἀδρὰν ἔχων καὶ τοῦτον, ἡνίκα καὶ σπουδὴ ἐγένετο συνελθεῖν. Η'λίας δὲ σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο συνελθεῖν, οὐκ ἠθέλησε δὲ συνελθεῖν Νεστορίῳ, καὶ Εὐτυχεῖ, καὶ Διοδώρῳ, καὶ Θεοδώρῳ, τοῖς τῆς Χαλκηδόνι συνόδου ἀναθεῖσιν.* Eliæ Hieroſolymorum Epiſcopo mandavit Imperator, ut Synodum Epiſcoporum, quos ſub ſe habebat, colligeret, & quartam Synodum condemnaret. Elias vero Synodum quidem non congregavit: ipſe vero ſolus Neſtorium, Eutychem, Diodorum, & Theodorum damnavit, & Chalcedonenſem Synodum recepit. *Quidquid alias legeris, vim hiſtoria & ejus verbis infert, inquit Goar.*

Eliæ defenditur emendato textu Theodori.

Flaviani apologia ex Euagrio.

50 *Hinc patet, quam integra fuerit S. Eliæ fides, apud Theophanem male inſimulata, ut ex pluribus Cyrilli monachi locis infra copioſius demonſtrabitur. Et vero non minus inculpatam fuiſſe S. Flaviani orthodoxiam, oſtendit Pagius num. 15. aſſeverans, ea quæ Theophanes de eo ſcripſit, a rigidioribus orthodoxis accepta, qui non communicabant cum iis, qui Henoticum admiſerant, & apud quos, omnibus in Synoda Chalcedonenſi contentis non adhærere, idem erat ac eam ejurare. At Flavianus* E *Antiochenus moderatior erat, ſatisque eſſe exiſtimabat, ut Synodus damnaretur ſilentio, aut ſi de ea loquendum eſſet, alia œconomia utendum, ac conſentiendum damnationi Diodori, Theodori ac quorumdam aliorum, ac inſuper quorumdam capitum, ad ſubſtantiam fidei non ſpectantium. Unum ei tantum ante oculos erat, ſalus nempe Eccleſiæ & fidei integritas. Sed cum hæc ejus moderatio, nec Catholicis ardentioribus, nec hæreticis probaretur, ab utriſque inſimulatus eſt; a Catholicis Eutychianiſmi, ab hæreticis Neſtorianiſmi: indeque Euagrius, qui longe melius quam Theophanes, quæ in ejus cauſa geſta fuerant, ſcire potuit, quo poteſt argumentorum genere, ejus innocentiam tuetur; e contra Theophanes, ab hæreticis & rigidioribus Catholicis deceptus, eum Synodum Chalcedonenſem* EX ANIMI DEJECTIONE *reprobaſſe ſcribit; Quod Euphemio, Macedonio Epp. Conſtantinopolitanis & Eliæ Hieroſolymorum Epiſcopo etiam contigit. Licet enim propter Synodi Chalcedonenſis defenſionem, perſecutionem ſuſtinuerint, & dignitatem amiſerint, ut recte Baronius ſuis locis oſtendit, quia tamen in illis rerum circumſtantiis, eccleſiæ utiliorem fore cenſuere* F *œconomiam, quam ardentius in omnibus ejus juribus defendendis ſtudium; vitare non potuere, quin ab aliis deceptis infamarentur. Verum ſi in legendis antiquis auctoribus, qui de Euphemio, Elia & Macedonio locuti ſunt, quæ ſupra ex Evagrio retulimus, præ oculis habeas, nullius apud te momenti erunt, quæ adverſus hos ſanctos Præſules dicta fuerint, quia eorumdem ſcriptorum deceptionis cauſa & origo tibi certo perſpecta erit. Atque hæc ferme Pagii pro Sanctis noſtris apologia.*

ex Martino Cominæo.

51 *Neque vero ibi ſiſtit; nam ad annum* 512. *numero præſertim 6. alia colligit ad probandam SS. Flaviani & Eliæ Catholicam doctrinam, quæ ex ipſis fontibus deſumpta, paulo fuſius & clarius exhibebimus. Et primum quidem pro integra Flaviani fide apertiſſimum fert teſtimonium Marcellinus Comes ad conſulatum Pauli & Muſciani, ſeu ad prædictum annum* 512. *cujus hæc ſunt verba:* Porro redita integrata Anaſtaſius pravitate, infamem & irridendam Synodum apud Sidonem civitatem, cujus de nomine, in ridiculis nomina præponuntur, LXXX. ferme perfido-

A fidorum Epiſcopis congregatis, adverſum Orthodoxorum Epiſcopum, fieri imperavit. Flavianus Antiochiæ Catholicus Patriarcha, & Joannes Palteniſium oppidi Pontifex, quoniam hunc cœtum ſacrilegum refelleranr, in caſtellum, quod Petra dicitur, exſules miſſi ſunt. Ibi Flavianus Confessor Christi in Domino requievit. *Nec minus clara erunt Cyrilli monachi pro S. Elia Hieroſolymitano teſtimonia paulo inferius adducenda; ut tuto affirmari poſſe videatur, erraſſe Theophanem in iis, quæ contra Sanctos noſtros, nimis crude, citato ſuperius loco & alibi tradidit, Liberatum vero in Breviario cap. 18. & 19. pro illibata Flaviani orthodoxia ſtare, Goarus etiam ſupra obſervavit.*

ex Baronio, 12 *His modo adde brevem ſed nervoſam Baronii apologiam, in notis ad Martyrologium, iis aptandam, quæ explicatiora proſulimus aut ſubinde explicabimus.* Quæ item ſequenti cap. 32. ſcribit Euagrius, *inquit*, de conſtantia Flaviani pro Chalcedonenſi, prædicta omnia, adverſus illum conficta, mendacii arguunt. Quod item ex vita Sabæ lapſus Flaviani comprobari videatur, locum illum ab aliquo nebulone depravatum ac mu-

B tilatum eſſe, Acta Nicænæ ſecundæ Synodi manifeſte declarant. In Actione enim prima ejus Synodi, idem locus hiſce verbis deſcriptus habetur: Itaque variis modis Flavianum afflixerunt; cogentes interim & obtorto collo huc trahentes, ut Acta Chalcedonenſis Concilii anathemate proſequeretur, quo nolente, epiſcopatu ſuo privatus, in exilium quoque damnatus eſt. Hæc ibi: quibus quidem Severianorum impoſtura de Flaviani lapſu detegitur. Marcellinus Comes in Chronico exilium Flaviani nulla alia ex cauſa contigiſſe teſtatur, niſi quod Severianorum procellæ, qui Sidone convenerat, ſe viriliter oppoſuiſſet. Qua autem æſtimatione poſt mortem ab orthodoxis habitus ſit Flavianus, conſule Acta Synodi Conſtantinopolitanæ, quæ celebrata eſt Juſtino Aug. & Eucharic Coſſ. ubi totius populi feſtivas acclamationes de S. Flaviano reperies, quibus, ut ejus nomen, ab hæreticis eraſum, reſtitueretur in diptycha, ejuſque venerandæ rel-

C quiæ transferrentur, petitum ſæpius eſſe cognoſces. *Quo etiam ſpectat Tyriorum pro Flaviano poſtulatio apud Henſchenium de S. Macedonio, ad ſupradictam* XXV. *Aprilis pag.* 373. *num.* 16.

qui Elianus eadem ſcribit, 13 *Pergit Baronius*: Non tantum Flavianus, ſed & Elias, de quo agimus, iiſdem aſperſus calumniis ab hæreticis reperitur, quibus inconſulte nimis fidem adhibens Theodorus Lector, *quem ſupra a Goaro explicatum exhibuimus*, lib. 2. Collectaneorum hæc ſcribit: Ipſe ſolus Neſtorium, Eutychem, Diodorum & Theodorum & Synodum Chalcedonenſem anathemate condemnavit. Sed quæ hæc adverſantium ſibi rerum conſarcinatio? Si damnavit Eutychem & Neſtorium; damnantem illos, Synodum Chalcedonenſem ſuſcepiſſe oportuit. At litteræ ejus ad Anaſtaſium Imperatorem, ceteræque res geſtæ ipſius, a Cyrillo monacho in Actis S. Sabæ relatæ, Acta Synodica, ac ceterorum teſtimonia, non tantum ab omni hæreſeos ſordis labe purgatum reddunt, ſed adeo illi favent, ut cognoſcas, perditiſſimis illis temporibus, inter tot naufragia Epiſcoporum, ipſum ſolum cum Flaviano Antiocheno & Joanne Epiſcopo Palti ſtetiſſe intrepidum adverſus innumeras hæreticorum phalanges. Hæc autem pluribus in Annalibus eccleſia-

ſticis pertractavimus. *Eodem utique ſtudio & eadem mente, ut ſpectatiſſimæ fidei orthodoxæ defenſores confeſſoreſque, uius de cetero in perturbatiſſimis Eccleſiæ rebus, pluſcula fortaſſe indulgentia, œconomia aut diſpenſatione uſi fuerint, cœlitum honoribus & veneratione dignos oſtenderet, meritoque a ſe Martyrologio inſcriptos. Nunc ſingulorum geſta, quantum quidem fieri poterit, ſeorſim percurremus.* D Auct. I. B. S.

CAPUT III.

§. Flaviani geſta ex variis collecta.

Ex monachi cbo, deco de clericofit Antiochen. Epiſcopus

S*Anctii noſtri ortum, patriam, & primæ ætatis decurſum nemo eſt qui ex profeſſo deſcribat*: monaſticam vitam egiſſe in monaſterio quodam, quod ſitum erat in agro, qui Tilmognus dicitur, in Syria Cœles, quæ ſecunda Syria appellatur, *teſtis eſt Euagrius lib.* 3. *cap.* 32. *Inde ad clerum Antiochenum acceſſiſſe oportet, cujus eccleſiæ Patriarcharum, ſaltem Palladii deceſſoris, interuntium, miſſum ſeu legatum egerit apud aulam Conſtantinopolitanam. Ita enim ſcribit Theophanes pag.* 122. Ceterum Palladio Antiochiæ Præſule defuncto, Imperator Flavianum presbyterum, & ejuſdem eccleſiæ miſſum, in mortui locum deſignavit. *De hac re ita ſcripſerat Euagrius lib.* 3. *cap.* 23. Mortuo poſt hæc Palladio, Antiochenſis eccleſiæ Antiſtite, Flavianus cum in ejus locum ſucceſſiſſet, Salomonem Antiochenum presbyterum miſit Alexandriam, qui Synodicas ipſius perferret, & Joannis viciſſim litteras flagitaret. *Erat hic Joannes Mela, alias Hemula, quem cum inter Eutychianos ſeu Dioſcorianos numeret Theophanes, haud mirum, quod verbis nuperrime recitatis, mox ſubjungat.* Flavianum hunc Chalcedonenſibus decretis mentem oppoſitam tenuiſſe narrant. *Cui opinioni deinceps inſiſtit idem ſcriptor, Flaviano paſſim infenſus, quamvis ex Cyrillo, in vita S. Sabæ, apud Surium cap.* 70. *conſtet, Flavianum*, in vera & recta ratione ingreſſum, *eadem cum Macedonio & Elia ſenſiſſe.* E

anno 498. vel 499. F

13 *Quærit Tillemontius, quo anno e vivis exceſſerit Palladius, verus ipſe Chalcedonenſis Synodi eſor, qui autem ei Flavianus ſucceſſerit; cujus non ulterius extendi poteſt chronologica vitæ ſeries. Si fatis recte implexos ſæpe Theophanis canonios diſtinxit Papebrochius, notandus erit annus* 499. *cui etiam Palladii obitum tunctit Tillemontius, quamvis interim præplacere ei videatur annus proxime præcedens* 498. *quidquid Victor Tunnunenſis ſcripſerit an.* 497. *quæ forte alias a nobis diligentius examinabuntur, uti & ejuſdem S. Flaviani exitus, ſeu tempus quo in exilium depulſus eſt. Errorem irrepſiſſe in Nicephori editionem, dum ſoli ſeptem epiſcopatus anni Sanctæ noſtro tribuuntur, indubitatum eſt: ſive enim præſulatus initia referas ad annum* 498. *ſive ad* 499. *cum certiſſime non ante annum* 512. *Severi & Xenaiæ artibus e ſede dejectus ſit, pluſquam ſeptem annis ipſam tenuiſſe debet, imo ferme quatuordecim, ut pluribus demonſtrat Tillemontius tomo* 16. *pag.* 812.

Obitus referendus eſt ad 19. vel 20. Julii 518.

16 *Porro, ut unum ſub aſpectum etiam vitæ finis proponatur; a Joanne Moſcho traditum habemus, inter Vitas Patrum pag.* 870. *de S. Flaviano æque ac de S. Elia, dictum ab Abbate Polychronio, quod* ab Anaſtaſio Imperatore ambo

A fuerint exilio relegati propter ſanctam Chalcedonenſem Synodum; Elias quidem in Haila, Flavianus vero apud Petram. Die vero quadam ſignificaverunt ſibi ambo Patriarchæ, mutuò dicentes: Anaſtaſius hodie mortuus eſt, eamus igitur, & nos ut cum illo judicemur. Et poſt duos dies ambo migraverunt ad Dominum. *Intelliges, ut recte conjecit Baronius*, poſt duos dies *ab acceptis mutuis literis, nam Cyrillus apud Surium cap.* 84. *diſerte tradit*, vita exceſſiſſe Eliam decimo die poſt *Anaſtaſium*; *cum autem is obierit* IX. *Julii anno* 518. *conſequens eſt, utrumque Sanctum, poſt quinque annorum exilium, ad laborum coronam evolaſſe* XIX. *vel* XX. *Julii, anno illo* 518. *uti expreſſius de ſancto Elia notavit monachus Cyrillus, infra recitandus*,

Anaſtaſio Orthodoxos perſequente,

17 *Ut Sanctis geſta reſamamus, meminiſſe oportet ex jam citato Cyrillo cap.* 70. *quamprimum S. Flavianus ſanctis Macedonio Conſtantinopolitano & Eliæ Hieroſolymitano communione & fides concordia unitus fuit*, non potuiſſe amplius contineri ab ira Imperatoris *Anaſtaſii*, qui adverſus pietatem ſolam erat fortiſſimus, nec ferre poterat eorum

B concordiam. *Hinc colligas, ab ipſo ſuſcepti patriarchatus exordio, & S. Flavianum & duos alios exagitatos fuiſſe ab Imperatore, veroſimiliter non deſtituto, niſi interveniſſet bellum Perſicum, quod ab anno* 502. *ad* 505. *tenuiſſe dicitur*. Porrò Anaſtaſius, *inquit Theodorus Lector pag.* 561. quamdiu quidem bellicis rebus diſtrictus tenebatur, ab Orthodoxorum perſecutione abſtinuit. Poſtquam vero paululum a bellicis occupationibus reſpiravit, denuo adverſus eccleſias & contra Macedonium inſurrexit. *Quæ contra Macedonium molitus eſt Anaſtaſius, diligenter proſequitur Henſchenius ad citatum ſupra diem* XXV. *Aprilis, ex quibus facile eſt intelligere, hunc primo adoriri voluiſſe, ut eo dejecto, SS. Flavianum & Eliam eadem pœna ſenſim involveret, quos noverat æque acres Concilii Chalcedonenſis vindices, nec ulli Epiſcopo, aperte Eutychiano, communione conjunctos*.

ab impio Xenaia diverſis exagitatus

18 *Reperit paulo poſt Anaſtaſius inſtrumentum ſua impietate dignißimum, ſacrilegum Xenaiam, Perſam genere, Eutychetis erroribus, imo ſorte & Manichæorum ſædißimum, hominem vix Chriſtianum, de cujus flagitiis non eſt hic differendi locus. A tali inferni ſatellite dira paſſus eſt Sanctus noſter, adeo ut ejus technis & machinationibus enſulare demum coactus ſit. Rem fuſius narrant monachi Paleſtinæ, in celebri epiſtola ad Alciſonem Nicopolitanum Epiſcopum, Catholicæ fidei profeſſorem, in qua nonnulla Flaviano perperam imputata, certe a monachis male confuſa obſervavit Baronius, in laudatis ſupra notis, cujus verba hic præmittenda cenſui*: Jam reliquum eſt, ut Flavianum ab hæreticorum calumniis vindicemus. Recitat Evagrius lib. 3. cap. 31. & ex eo Niceph. lib. 19. cap. 18. litteras quaſdam monachorum Palæſtinæ ad Alciſonem de Flaviani lapſu, quaſi ex parte damnaſſet concilium Chalcedonenſe. Rurſus autem in Actis S. Sabæ, quæ ex Metaphraſte deſcripſit Lipomanus Tom. 5. habetur, quod coactus ab hæreticis damnarit Synodum Chalcedonenſem. Quod litteras monachorum, ab Evagrio recitatas ſpectat, ſcias depravatas eſſe ab hæreticis, quod quiſque licet cæcutiens, diſſimulare non poterit. Quid eſt quod ibi dicitur, Flavianum ingenue profeſſum eſſe Concilium Chalcedonenſe in his, quæ ſpectant ad damnationem Neſtorii & Eutychetis: in his autem, quæ eſſent fidei, non item? Hæc quidem inter ſe invicem pugnant; ut ſimul vera eſſe non poſſint: nam utrumque hæreſiarcha damnationem recipere, non aliud eſt, quam rectæ fidei normæ, ab eodem Concilio contra prædictos editæ, conſentire. Quid inſuper eſt, quod idem Evagrius ibidem in fine dicit, Flavianum ab hæreticis in exilium eſſe pulſum, niſi ipſum illis adverſarium demonſtraſſe?

male a monachis Palæſtinis depingitur

19 *Habe modo prædictam epiſtolam, ut ab Evagrio, citato lib.* 3. *cap.* 31. *relata eſt*, Mortuo autem Petro, inter ſe ipſos iterum deſciſſi ſunt. Et Alexandria quidem & Ægyptus ac Lybia intra ſuam communionem permanſit. Reliquus item Oriens ſeorſum ab aliis communicavit, propterea quod Occidentales protſus communicare illis recuſabant, niſi Neſtorium, Eutychem ac Dioſcorum ſub anathemate damnantes, Petrum quoque Mongum & Acacium iis adjicerent. In hoc igitur rerum ſtatu cum eſſent totius orbis eccleſiæ, Entychiani & Dioſcoriani, ad exiguum prorſus numerum redacti ſant. Cumque brevi defecturi eſſent, ita ut amplius in terris non exſtarent,

E Xenaias quidam, vere nominis ſui, id eſt alienus a Deo, neſcio quo conſilio, nec qua de cauſa, ſuſceptas adverſus Flavianum inimicitias exercens, prætextu tamen fidei, ut plerique narrant, adverſus eum commoveri, eumque tamquam Neſtorianum calumniari cœpit. Sed cum ille Neſtorium ſimul ejuſque opinionem ſub anathemate damnaſſet, Xenaias, relicto Neſtorio, ad Dioſcorum tranſgreſſus eſt, & ad Theodorum ac Theodoritum & Ibam ac Cyrum & Eleutherium ac Joannem, alioſque neſcio quos, nec unde collectos. Ex quibus quidam Neſtorii dogma re vera ſectati fuerant; quidam vero, cum in ſuſpicionem ejus rei veniſſent, poſtea idem dogma ſub anathemate damnaverant, & in Eccleſiæ communione extremum diem elauſerant. Hos, inquit, omnes Neſtoriani dogmatis aſſertores niſi anathematizaveris, Neſtorianus es, licet Neſtorium millies cum doctrina ipſius anathematizes. Scriptis etiam litteris ad fautores Dioſcori & Eutychis, eos concitavit, ſuadens eis, ut ſibi adverſus Flavianum auxilio eſſent, exigerentque ab eo, non quidem, ut ipſam Synodum,

F ſed ut eas dumtaxat perſonas, quas ſupra nominavi, ſub anathemate damnaret.

tamquam ſi hæreticis conſentiſſet.

20 Quibus cum Flavianus Epiſcopus diu multumque reſtitiſſet, aliique rurſus cum Xenaia adverſus illum inſurrexiſſent, Eleuſinus ſcilicet quidam, Cappadociæ ſecundæ Epiſcopus, Nicias Laodiceæ, quæ eſt in Syria, & ex aliis locis alii; quorum odii adverſus Flavianum quænam cauſa fuerint, haud noſtrum eſt, ſed aliorum exponere: tandem illos hoc facto quieturos eſſe arbitratus, ceſſit illorum contentioni. Cumque ſuprædictas perſonas ſcripto anathematizaſſet, libellum ſuum ad Imperatorem miſit: nam & hunc adverſus Flavianum, tamquam Neſtoriani dogmatis propugnatorem, cominoverant. Sed neque hac re contentus Xenaias, exegit iterum a Flaviano, ut & Synodum ipſam, & eos, qui duas naturas in Chriſto prædicaverant, alteram carnis, alteram deitatis, anathemati ſubjiceret. Qui cum id facere recuſaſſet, rurſus Xenaias cum ut Neſtorianum accuſavit. Multis deinde agitatis, cum Patriarcha expoſitionem fidei

edidiſ-

A edidiſſet, in qua Synodum, in eo quidem quod ſpectat ad depoſitionem Neſtorii atque Eutychia, ſuſcipere ſe profitebatur: quantum ad definitionem & doctrinam fidei, nequaquam: rurſus illum, tamquam Neſtoriano dogmati occulte faventem, inſimularunt, niſi ipſam quoque Synodum, & eos, qui duas in Chriſto naturas dixerunt, alteram carnis alteram deitatis, anathemati ſubjicaret. Iſauros præterea, multiplici verborum fraude deceptos, in ſententiam ſuam pertraxerunt. Et conſcriptione fidei edita, in qua Synodum una cum iis, qui duas in Chriſto naturas ac proprietates eſſe dixerunt, ſub anathemate damnabant, a Flaviani quidem & Macedonii communione ſeſa abrumpunt: cum aliis vero, qui conſcriptioni ipſorum ſubſcripſiſſent, fœderis ſocietatem ineunt.

æque ac Eliæ Hieroſ. 21 Inter hæc poſtulant etiam ab Epiſcopo Hieroſolymorum, ut formulam fidei ſuæ conſcribat. Quam ille cum edidiſſet, per ſectatores Dioſcori miſit ad Imperatorem. Et ea quidem, quam ipſi proferunt, anathematiſmum continet eorum,
B qui duas in Chriſto naturas prædicarunt. Ipſe vero Hieroſolymorum Epiſcopus, nam ab illis falſo confictam eſſe dicens, aliam profert abſque hujuſmodi anathematiſmo. Nequa id mirum: nam & libros ſanctorum Patrum ſæpenumero corruperunt. Multos quoque Apollinaris libros Athanaſio & Gregorio Thaumaturgo & Julio falſo adſcripſerunt. Quibus præcipue libris multitudinem in erroris ſui ſocietatem inducunt. Sed & a Macedonio chirographum fidei ſuæ poſtularunt..... Interea Xenaias & Dinſcorus, multis Epiſcopis ſibi adjunctis, intolerabiles erant, dum tumultus concitarent adverſus eos, qui Synodum anathemati ſubjicere recuſabant. Ex quibus eos, qui ad finem uſque ipſis non ceſſerant, multis machinationibus in exilium ajici curarunt. Hoc igitur modo Macedonium & Joannem Epiſcopum Palti, & Flavianum in exilium trudunt. Atque hæc ſunt, quæ in ſupradicta apiſtula commemorantur; *quæque ſub præmiſſa ex Barhebræo cautela legenda & accipienda ſunt, quidquid nonnulli etiam hodie Flaviano in omnibus non uſquequaque favendum cenſeant.*

C *ſed favorabiliora profert Evagrius.* 22 *Reliqua ad ipſum ſpectantia deducit ſequenti cap.* 32. *Evagrius, ex quo & ipſa deſumſimus, ſatis apta, ut epiſtolæ monachorum ſuſpecta periocha confutetur:* In ajectinne autem Flaviani alia quoque adjecerunt. Incidimus enim in ſenes quoſdam decrepitos, qui cuncta, quæ Flaviani pontificatu acciderant, memoria tenebant. Hi affirmabant, monachos regionis, quæ Cynegia dicitur, & quotquot in prima Syriarum provincia ſedes habebant, inductos a Xenaia (erat autem Xenaias Epiſcopus Hierapolis, quæ vicina eſt Antiochiæ, & græcn vocabulo Philoxenus dicebatur) in unum collectos, ſubito in urbem irrupiſſe, cum maximo tumultu & contumacia compellentes Flavianum, ut Chalcedonenſem Synodum, & Leonis epiſtolam ſub anathemata damnaret. Quod cum Flavianus ægre admodum ferret, & monachi maximo impetu inſtarent, plebs civitatis inſurgens adverſus monachos, plurimos eorum interfecit, adeo ut ingens eorum numerus Orontem fluvium pro tumulo ſortitus ſit, cadaveribus in gurgite ſepultis. Accidit & aliud quidpiam, priore illo nequaquam lavius: monachi enim Syriæ Cœles, quæ nunc ſecunda Syria appellatur, cum impenſa ſa-

verent Flaviano, propterea quod is in monaſterio quodam, quod ſitum erat in agro qui Tilmognua dicitur, monaſticam egiſſet vitam, ſubito Antiochiam advolarunt, ut Flavianum defenderent, ita ut tum quoque non exigua evenerint mala. Sive igitur ob prima illa, ſive ob ea, quæ poſteriore loco retulimus, ſive ob utraque ſimul, Flavianus ſede ſua expellitur, & Petras, quod nppidum eſt in finibus Palæſtinæ ſitum, relegatur. *Hactenus Evagrius,*

D AUCT. J. B. S.

23 *Atque hæc omnia, niſi multum fallor, aperte denuo vindicant S. Flaviani famam, ab Eutychianis, imo & a rigidioribus Catholicis nonnihil proſciſſam. Hos inter præcipuus fuit, ut diximus, Theophanes pag.* 129. *ea Flaviano improperant, de quibus abunde locuti ſumus. Mitiora ſunt, quæ Concilius inſerta reperio apud Labbeum tomo* 4. *col.* 1214. *ubi dicitur:* Zenonis Hanoticum recepiſſe, & cum tres ſanctas œcumenicas Synodos ſcripta probaſſet, Chalcedonenſem ſilentio præterriſſe, Imperatori gratificatum. Imperator autem Anaſtaſius, per Eutropium tribunum, Flaviano & E Eliæ Hieroſolymitano mandavit, ut Sidonem Synodum convocarent, & anathematiſmis ſaeram Chalcedonenſem Synodum ſubjicerent. Verum hanc Eliam re infecta dimiſit; quapropter Patriarchia Imperator vehementer ſuccenſuit. *De his iterum ferme, Conciliorum tomo* 8. *pag.* 87. *ubi de famoſa Synodo, a nobis ſupra Marcellini verbis deſcripta, ex vita S. Sabæ, agitur, qui cum ad S. Eliam potiſſimum ſpectet, hinc ea & aliunde accepimus, quæ tum ad ipſum ſeorſim, tum ad utrumque, eidem cauſa implicitum, pertinent, quoſque ambos eadem perfidiæ nota, citato proxime loco enuſſit Theophanes, cui, ut ſeculis rebus geſtis poſteriori, nimium fidere videtur Tillemontius, Sanctum nihilominus ab hæreſi abſolvens, pieque nobiſcum ſentiens, exilii tempus, ærumnaſque in eo ultra quinquennium perpeſſas, tempus pœnitentiæ Flaviano conceſſiſſe, ut quod, ſive* ex animi dejectione, *ſive infeſtorum inimicorum motu, ſive aliis de cauſis, jam ſatis enumeratis, peccaverat, coram Deo elueret. De ejus obitu ſupra dictum eſt.*

aliqua Flaviani; in urbe reperta, abſolvunt.

Hæc eſt ejuſmodi, ejus corpus in Lemovicum translatum eſſe. F 24 *Huc velut in appendiculam rejicienda ſunt, quæ de ſancto aliquo Flaviano inter Epiſcopos Teatinos tomo* 6. *col.* 929. *&* 932. *diſputavit aut conjecit Ughellus, quaſi illic non Epiſcopus aliquis Teatinus, ſed potius pars aliqua corporis ſancti noſtri Patriarchæ Antiocheni coleretur, ea ex Julia vetere, ſeu oppido S. Flaviani, allata, cujus pars altera Juliæ novæ deconter aſſervetur. Hæc quo ſolido fundamento nitantur equidem perſpicere nequeo; nec lucis multum affert, neſcio quæ memoria, ſub imagine S. Flaviani adſcripta, verſiculis leoninis plane inconditis, de ejuſdem ſacri corporis vera aut ficta tranſlatione, in hunc modum effornata:*

Induperatrix Galla,
Huc me Flavianum conduxit
Per mare Patrarcam
Intus recluſum in arcam:
Et dudum fui quandn,
Quartoqua millenn anno;
Et ecce ſum vnbiſcum,
Et juſtum teneo fiſcum,
Pro vobis Altiſſimum rogo,
Cavete, ne decipiar ego.

Ex his haberetur quidem tranſlationis annus 1004. *quid cetera ſignificent, alius divinet; ego certe non inducor ut credam, eo allatum tunc fuiſſa*

A AUCT. J.B.S. *ſanctis Flaviani Antiochenſi corpus. Veroſimilius credideram, ſanctis alicujus Flaviani, v. g. ſocii S. Modeſtini, Avellinenſium Apoſtoli, de quo agitur* XIV. *Februarii, vel alterius ſynonymi reliquias illuc honorari, de quo fortaſſe major aliquando notitia occurret. Videatur interim Bollandus* XVIII. *Febr. ubi de S. Flaviano Cpolitano. Jam de S. Elia ſigillatim agendum.*

CAPUT IV.

De geſtis S. Eliæ, uſque ad perſecutiones Anaſtaſii.

Novat Cyrillus monachos.

INter hactenus dicta, non pauca ſunt ſanctæ Eliæ cum S. Flaviano communia, ea præſertim, quæ ad perſecutionem ab Anaſtaſio ſuſcitatam ſpectant: ad utriuſque œconomicam agendi rationem, ad utriuſque præbitam de prævaricatione ſuſpicionem, ad utriuſque exilium, &, ſi Moſcho credimus, eodem anno, menſe & die, nempe XIX. *vel* XX. *Julii* 518. *ex arumnoſis laboribus deceſſum. Jam ad digerendam aliquouſque S. Eliæ vitam, non parum conducunt varia capita, quæ monachus Cyrillus Abbas Sanctorum Euthymii, Sabæ & Joannis Silentiarii inſerunt. In poſtremis quidem pauca ſunt, eaque ferme, quæ habes* XIII. *Maii, tomo* III. *pag.* 234. *de revelatione ſecreti, quod eatenus tacuerat Silentiarius, ſuſcepti antea epiſcopatus. At vero in vita S. Euthymii* XX. *Januarii pag.* 315. *num.* 94. *&* 95. *aliqua explicantur, a quibus vitæ Elianæ ſeries erit inchoanda. Plura ſuggerit laudatus Cyrillus in vita S. Sabæ, cujus hic editionem ſequimur, a Cotelerio procuratam, quæ inter ejus Monumenta Eccleſiæ Græcæ tomo* 3. *exſtat, utpote Suriana ſeu Metaphraſtica, eruditorum judicio paulo exactiorem. His præmiſſis, a cap.* 16. *vitam S. Euthymii exordimur, ubi natalia Timothei Æluri Alexandriæ tyrannide, de qua in Patriarchis Alexandrinis fuſius tractatum eſt, ita pergit Cyrillus.*

B

Ex Ægypto in Paleſtinam profugum,

26 Cum ergo in Ægypto omnia eſſent plena turba & tumultu, duo quidam anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, unus quidem Cappadox, alter vero Arabs, profecti ex monte Nitriæ, ad magnum illum veniunt Euthymium, & unuſquiſque eorum in cella ſeparata, apud ipſum longo tempore ſunt verſati: quos quidem hic vir divinus amplectebatur lege amicitiæ, & aſſidue invitabat ad collocutionem; & ad Cutilam & Rubam ſeceſſus & deſcenſus eos quoque ſimiliter faciebat participes. Cum quibus, & una cum Gerafimo & aliis deinceps anachoretis, ſanctæ illæ manus unaquaque Dominica intemerata ſumebant ſacramenta. Prævidit autem magnus Euthymius, perſpicaci oculo animæ, ea quæ erant eventura Martyrio & Eliæ, nempe fore, ut Jacobi, qui clarus erat in choro Diſcipulorum, unuſquiſque eorum Sedis ſit ſucceſſor futurus. Poſt hæc vero Elias quidem cum deſcendiſſet in Hiericho, ædificat ſibi cellam ante civitatem, quæ acceſſionibus ab eo factis, paulatim dilatata, tranſmutata eſt in ea, quæ nunc cernuntur, monaſteria. *Atque hinc cenſendum eſt, nomen fortita fuiſſe* monaſteria, quæ circa Jerichuntem ſita erant, *ut dicerentur* Archiepiſcopi Eliæ, *quemadmodum ab ipſo Cyrillo appellantur pag.* 324. *&* 338.

C

27 *Hic obiter adjungimus Polychronii de S. Elia effatum, apud Moſchum, loco ſuperius ex Vitis Patrum citato, nempe;* ſicut S. Elias hic monachus vinum non bibit, ita nec Patriarcha factus, bibebat, ſed eamdem ſervavit regulam. *A S. Cyrillo Alexandrino eodem fuiſſe S. Eliam, Anaſtaſio Imperatori teſtatus eſt S. Sabas, unde Henſchenius. Verba S. Sabæ, apud Cotelerium pag.* 302. *ſunt:* Hunc quippe ſcimus, divina S. Cyrilli Alexandrini Archiepiſcopi dogmata ſpirare; *quæ certe non ſatis aperta indicant, S. Eliam a Cyrillo inſtitutum, qui cum anno* 444. *e vita excederet, adhuc puer erat Elias, decimum quartum annum ingreſſus. Ad S. Euthymium ex Ægypto profugiſſe circa annum* 417. *veriſimillimum eſt; cum vero obierit* XIX. *aut* XX. *Julii* 518. *ætatis ſuæ* 88. *conſequens eſt, eum tunc egiſſe ætatis annum circiter ſeptimum ſupra vigeſimum, adeoque natum oportet anno* 430. *Frequens alias locis S. Eliæ mentio in præfata Euthymii vita, præcipue cap.* 18. *ex qua manifeſte conſtat, illum huic cum Martyrio adhæſiſſe ad mortem uſque, & ut habetur cap.* 19. *num.* 110. Dolor quidem Euthymii privationis multis erat cauſa lacrymarum; Martyrium autem & Eliam longe magebat vehementius & ii valde lacrymabantur.

D

Idem monaſterium duxit.

28 *Obitus S. Euthymii meidis in annum* 493. *ut probat Henſchenius, cum vero ſacrum ejus corpus non diu poſt obitum, ab Anaſtaſio Patriarcha tranſlatum ſit* VII. *die Maii, is autem,* adſumpto ſecum Martyrio & Elia.... eos ordinaverit preſbyteros, & in Catalogum Cleri ſanctæ Reſurrectionis retulerit; *hæc omnia eodem ipſo illo anno peracta fuerint. Seriem Patriarcharum Hieroſolymitanorum ſic ibidem breviter ordinat Henſchenius pag.* 301. *ut præfatus Anaſtaſius mortuus ſit anno Chriſti* 477. *quo Martyrius, quem jam non ſemel appellavimus, ei ſucceſſor datus eſt. Hic porro vita exceſſit* XIII. *Aprilis anno* 486. *Martyrio ſuffectus eſt Saluſtius, qui expletis patriarchatus annis* 7. *ac tribus menſibus, obiit* XXIII. *Julii, ſucceſſorem relinquens S. Eliam, cui eam dignitatem prædixiſſe S. Euthymium, ſupra ex Cyrillo oſtendimus. Annus is erat Chriſti* 493. *Ita recte Henſchenius, anno* 3. *Imperatoris Anaſtaſii, ut habes Cyrillus pag.* 295. *quamvis ſequenti huic numero, annum* 494. *notare videatur. Hic Elias novam eccleſiam Deiparæ Virginis a S. Saba exſtructam dedicat* I. *Julii, indictione* IX. *anno Chriſti* 501. *Sed hæc & alia a ſancto Patriarcha geſta, paulo fuſius ex ipſo Cyrillo, ut a Cotelerio editus eſt, deducenda ſunt.*

E

Ordinatus eſt Secundo 471. Patriarcho 493.

F

29 *Sic habet iſte num.* 31. *pag.* 262. Poſtquam autem Archiepiſcopus Saluſtius, obtenta ſede Hieroſolymorum per octo annos menſeique tres, in Chriſto dormiſſet, menſe Julio, viceſima tertia die, indictione ſecunda, Elias, de quo plurimam feci mentionem libro de S. Euthymio, in patriarchatu ſucceſſit, quinquageſimo ſexto beati Sabæ ætatis anno. Qui Patriarcha Elias prope epiſcopium monaſterium ædificavit, ibique ſanctæ Reſurrectionis probos viros aggregavit, per loca circa turrim Davidis diſperſos, cellas ſingulis diſtribuens, cunctis ad corporis refectionem neceſſariis inſtructas. *Prædicta item dedicatio deſcribitur, pag.* 264. Magna itaque eccleſia ædificata, omnique ornatu decorata, in Lauram deſcendit prædictus Elias Archiepiſcopus, tum eam dedicavit, tum in eadem ſanctificatum deſixit altare, menſe Julio, primo die, nona Indictione, agente magno Saba annum ætatis ſexageſimum tertium. *Sequuntur apud Cyrillum turbæ in Laura ipſa S. Sabæ ſuſcitatæ a quadra-*

Monaſterium ædificat, favente S. Saba.

ginta

A *ginta immorigeris fratribus, quos ob pervicaciam deferendos putavit, & in cujus abſentia ad ſexaginta excreverant*, per Lauram divulgantes, Abbatem ſuum, dum ſolitudines peragrat, a feris captum, abſumptum fuiſſe.

Rebellio in Laura compeſcitur conatur; nonnulli de-currit.

30 Cumque *rebelles iſti, pag.* 269. reliquos corripuiſſent *, io ſanctam civitatem proficiſcuntur ad Archiepiſcopum Eliam, cui dicunt: Abbas noſter ubi in ſolitudinem, quæ eſt circa mare mortuum, ſeceſſiſſet, leonum eſca exſtitit; ſed jube ac velis dare nobis præpoſitum. At Elias vere Dei pontifex, ut qui a temporibus ſancti Euthymii agnoſceret divini Sabæ ab adoleſcentia converſationem & vitam, reſpondit eis ſic: Ego certe vobis noo credo: novi enim Deum in juſtum oon eſſe, ut ſervum ſuum deſpectum permittat a feris comprehendi; verum abite, Abbatem veſtrum quærite; aut quieti manete, donec Deus illum manifeſtaverit. Itaque Encæniorum die adveniente, juxta Hegumenorum morem, Sabas ad ſanctam civitatem, cum

B quibuſdam fratribus monaſterii, circa Nicopolim poſiti, proficiſcitur (nam, uti dictum eſt, illic monaſterium conſtituerat, congregatis io eo fratribus, omnino quippe ipſi opem ſerebat Deus) & cum aliquibus monaſteriorum præpoſitis ad Archiepiſcopum ingreditur. Quem ſeoem intuitus Patriarcha, & Lætatus valde, ſeorſim ſumptum hortabatur, ut ad propriam Lauram rediret. Illo autem veniam petente, neque admittente ullatenus, commotus Archiepiſcopus, dixit: Crede, niſi hortamini meo & conſilio obtemperaveris, noo amplius videbis faciem meam. Neque enim ſuſtineo, labores tuos ab aliis adminiſtrari. Hæc poſtquam dixit Archiepiſcopus, pater noſter Sabas ſe ipſius juſſioni obediturum pollicitus eſt; cogitur tamen ſexaginta illorum conſortium & conſpirantium edicere ſeditionem, animumque turbarum cupidum. Tunc exurgans Patriarcha ad Lauræ monachos epiſtolam ſcribit hiſce verbis, *quæ illic legi poſſunt, uti & direptio Lauræ a perduellibus, ſeceſſuſque in Lauram novam, ubi cum magnis anguſtiis premerentur*, de rebus eorum ad Patriarcham refert *S. Sabas*, quem ad

C componendos ipſos hortatur. Patriarcha vero dans illi manu propria auri libram unam, poteſtatem quoque loci illius & in eo habitantium præbuit.

quæ & a nova Laura exiel permiſit.

31 *At non una fuit Neolauritarum turbatio, cum enim Origeniſtæ aliqui ſe illuc inſinuaſſent, duce* Nonno quodam Palæſtino, *ad S. Eliam denuo recurrendum fuit*, ex *cujus* ſententia & permiſſiooe e nova Laura ipſos *Abbas* ejecit. Illi expulſi ad locum campeſtrem abierunt, ubi prava ſparſerunt zizania. Tempore autem præterlapſo, & Archiepiſcopo inſidiis appetito, ſicut paulo poſt dicetur, ad ſanctam civitatem venieotes Nonnus ejuſque ſocii, obſecrabant eum, qui in patriarchatu ſucceſſerat, ut permitteret eos manere in nova Laura. *Vide ibi pag.* 275. *tumultus alias ab inquietis hæreticiſque hominibus excitatos. Satis hic ſit, demonſtraſſe inſignem S. Eliæ prudentiam atque in conſervanda fidei puritate zelum ac vigilantiam. Tum vero pag.* 277. *aliud Sanctis noſtri maturi judicii ſpecimen exhibetur, dum viros probos, S. Sabæ amicos & benevolos, Marcianum presbyterum, cum duobus filiis Antonio & Joanne* Archiepiſcopus Elias amore proſecutus eſt, *& Marcianum quidem* Epiſcopum Sebaſtæ ordinavit, Aſcalonitarum eccleſiæ Antonium, D Joannem vero Reſurrectionis diaconum fecit, AUCT. *ipſum illum quem poſtea ſucceſſorem habuit, ut* J. B. S. *docet Cyrillus pag.* 310. *Nec prætereunda eſt juſtiſſima Eliæ ſententia pag.* 282. *dum* Jacobi *cujuſdam* ædificium, *contra S. Sabæ aliorumque monachorum mentem erectum, penitus* evertit.

32 *His adjecit Tillemontius Eutychii Alexandrini teſtimonium ex tomo ejus Annalium* 2. *pag.* 8. *quo probat S. Eliam* eccleſias ſtruxiſſe, in- *Non omnes eccleſias ſtruxiſſe dicitur.*
ter ceteras eccleſiam Helenæ, *alias beatiſſimæ Virginis Mariæ*, quam non perfecit, *ſed quam ab Imperatore Juſtiniano perfici petiit S. Sabas, pag.* 343. *Cyrilli verba ſunt*: Utque illic aote aliquod tempus ab Archiepiſcopo Elia fundatam novam Deiparæ eccleſiam ædificetis atque exornetis. *Quod fieri præcepit idem Juſtinianus, ut habes pag.* 346. *de ipſa autem eccleſia anno* 542. *dedicata pluribus agit Procopius. Utrum vero ſe in Occidentem uſque extenderit S. Eliæ fama, utrum S. Avitus Viennenſis ab eo acceperit veræ Chriſti Crucis particulam; utrum perſonæ & E*
tempora ſatis recte conveniant, quærit citatus Tillemontius pag. 647. *Hæc de S. Eliæ prima ætate, monachatu in Ægypto & in Paleſtina, de monaſteriis apud Jerichuntem ab ipſo inſtitutis, de evectione ad thronum patriarchalem, prioribuſque regiminis annis, atque eo tempore pro Dei gloria, conſervandaque tum orthodoxæ fidei, tum monachalis diſciplinæ integritate præclare geſtis, ſatis dicta ſint; nunc ad inſidias ab hæreticis ei ſtructas, ad perſecutiones, quas ab Anaſtaſio paſſus eſt, demum ad exſilium & ad felicem obitum progrediemur.*

CAPUT V.

De perſecutionibus ab Anaſtaſio ſuſcitatis, deque exſilio & obitu.

Ad turbationem Eccleſiæ Anaſtaſium, F

QUæ ad diuturnarum vexationum caput ſpectant, *jam in S. Flaviano attigimus; verum hic ex Cyrillo, S. Eliæ geſta poſtiſſimum proſequente, repetenda ſunt, atque in recta Chronologiæ ſeriem ſubinde reducenda. Sic ille apud Cotelerium pag.* 295. *num.* 50. Septuageſimo tertio ætatis ſanctificati Sabæ anno, Archiepiſcopus Hieroſolymorum Elias, qui quoſdam Hegumenorum vellet mittere Conſtantinopolim accerſitum patrem noſtrum Sabam rogabat, ut cum iis proficiſceretur, totiſque viribus ad conſervaodam io tranquillitate matrem Eccleſiarum decertaret: quod Imperator Anaſtaſius vehementer indignaretur, omnemque Palæſtinæ eccleſiaſticam conſtitutiooem evertere & confundere conaretur. Quænam vero cauſa fuerit Imperatoris adverſus Archiepiſcopum veſaoiæ ac indignatioois, altius & a principio paucis repetam. Cum Patriarcha Elias Hieroſolymitanum pontificatum obtiouiſſet, tertio imperii Anaſtaſii anno, conturbata eſt Eccleſia Dei, in tres partes diviſa, Pontificibus quidem Romanis diſſidentibus a Byzantinis, eo quod ſacris Diptychis inſertum eſſet nomen Acacii, Epiſcopi quondam Conſtantinopolitani, qui illorum non ſecutus fuerat accuratam diligentiam rigidamque diſciplinam: Byzaotinis vero diſſidentibus ab Alexandrinis, qui Synodum Chalcedonenſem anathematizabaot, & Dioſcori, ab ea depoſiti, communioem

A nem admittebant. Elias igitur ſolum, cum quo
AUCT. communicaret, habuit Euphemium Byzantii
J. B. S. Antiſtitem, cum Occidentales, ut dictum eſt, ſe junxiſſent ſe, & Antiochenus Palladius, in gratiam Imperatoris, decreta Chalcedonenſia anathemate feriret, atque Alexandrinorum communionem amplecteretur.

ab Elia ordinatur S. Sabas.

34 Tunc igitur Euphemium Conſtantinopoleos Epiſcopum, qui Chalcedone ſancita confirmaverat Synodice, epiſcopatu Imperator dejecit, calumnia irretiens. Cumque Alexandrinus & Antiochenus Euphemii ejectioni conſentirent, Elias, nondum completo ſecundo epiſcopatus ſui anno, aſſentiri detrectabat, Macedonium tamen, qui ordinatus fuerat, ubi ex Synodicis ejus deprehendit eſſe Orthodoxum, ad communionem admiſit. Atque id ab exordio non parum Imperatorem turbavit. Erat ergo inter Macedonium, & Eliam concordia. Poſt mortem vero Palladii Flavianus Antiochiam obtinuit, & cum Macedonio ac Elia adunatus
B eſt: quorum conſenſum non tulit, qui adverſus ſolam pietatem audax erat Imperator, ſed ad furorem, ut eos in exſilium mitteret, concitatus eſt. Et primo quidem Macedonium diverſis calumniis implicat, ab epiſcopatu expellit, ad quem provehit Timotheum; a Flaviano autem & Elia poſtulabat, ut adſtipularentur. Qui quidem Synodico Timothei aſſenſum præbuerunt, non tamen actis depoſitionis Macedonii. Tunc vehementer commoto in utrumque Imperatore, magna ingruebat in utramque eccleſiam tempeſtas. Ea ergo de cauſa Elias Patriarcha, ſicut dixi, Conſtantinopolim mittit patrem noſtrum Sabam aliosque cum eo monaſteriorum præpoſitos, & hujuſmodi ad Imperatorem litteras dat: Selectos Dei ſervos bonos ac fideles totiuſque eremi principes, atque in iis Dominum Sabam, ſolitudinis noſtræ frequentatorem, gubernatorem & patronum, totiuſque Palæſtinæ luminare, miſi ad placandum imperium veſtrum. Archiepiſcopus igitur Elias hæc ſcripſit; pater autem noſter Sabas Pontificis ſententiæ obſequebatur, prompte operam dans, ſi forte Catholicæ Orthodoxæ fidei, eo tempore vexatæ & periclitanti, auxilium ferre poſſet. Eo itaque dimiſſo & iter peragente, Anaſtaſius Imp., effreni inſa-
C nia in Flavianum ac Eliam Patriarchas uſus, præcipit Synodum Sidone Epiſcoporum Orientalium & Palæſtinorum fieri, inſſitque, ut Synodo præeſſent Soterichus Cæſareæ Cappadociæ, & Philoxenus Hierapolis, qui Epiſcopi decreta Concilii Chalcedonenſis præcipue anathematizabat, nec non Eutychi ac Dioſcoro eorumque pravæ alienæque doctrinæ patrocinabantur.

dum interim falsis esse pseudosynodus Sidonenses

35 *Hinc perſpectam habes perverſam Anaſtaſii mentem, atque una cauſas irarum & furoris in Euphemium, Macedonium, & in duos, de quibus in hoc commentario agimus, ſanctos Patriarchas, Flavianum & Eliam; patent manifeſtæ inſidiæ arteſque ab impiiſſimo Imperatore adhibitæ, ut e ſedibus ſuis omnes expelleret, quod etiam de duobus primo nominatis ſatis ſuſe hic explicatum eſt. Jam nobis quærendum, quo anno habita ſit Sidone pſeudoſynodus, quantumvis ridicula atque ex Severi affectis conflata, tamen utrique Sancto noſtro fatalis. Notat diſerte Marcellinus Comes annum Chriſti* 512. Paulo & Muſciano Coſſ. *Eumdem ſignat Cyrillus, dum annum indicat ætatis* ſanctificati Sabæ *tertium ſupra ſeptuageſimum, quo* iter D peragente, *Synodum fieri præcepit Anaſtaſius. Verumtamen debuit annus ille* ſeptuageſimus tertius *S. Sabæ ad finem vergere, quandoquidem menſe Julio anni* 518. *numeraverit* annum octogeſimum. *Diſceſſerit itaque veriſimillime S. Sabas ex Palæſtina ſub principium Januarii, Conſtantinopolim non prius appulſus, quam Anaſtaſius mutua accepiſſet, de ſoluto Sidonenſi illo conciliabulo, niſi forte eodem quo Sabas tempore advenerat. Etenim ubi num.* 33. *narravit Cyrillus modum honorificum, quo ab Imperatore Anaſtaſio* acceptus *fuiſſet S. Sabas, proxime ſequens pag.* 300. *ita pergit.*

quod agere reus ferre possit Imperator

36 Quibuſdam poſt diebus, accerſivit eum, *S. Sabam ſcilicet*, Impetator, & ita allocutus eſt: Veſter Archiepiſcopus propugnatorem ſe fecit Chalcedonenſis Synodi, quæ Neſtorii dogmata confitmavit; neque hoc ſolum, ſed etiam Antiochiæ præſulem Flavianum labefactatum ad ſe pertraxit. Unde cum Chalcedonenſis doctrina anathemate Catholico & univerſali percutienda jam eſſet a Synodo, quæ nunc Sidone congrega-
E ta eſt, ipſe ſolus prohibuit, re una cum Flaviano Antiocheno compoſita; atque ut arbitratus eſt, noſtrum impetium ludificavit, in epiſtolis nobis ad verbum ita locutus; Omnem hæreſim, quæ adverſus rectam fidem novi quidquam induxit, rejicimus, nec admittimus etiam, quæ Chalcedone geſta ſunt, propter ſcandala inde exorta: &, ut cenſuit, nos hocce termone decepit, qui ſanximus, Synodum, negotio infecto dimitti. *Suſpicor, Anaſtaſium aut mentiri hic, aut ſaltem fingere aliquid, quo S. Eliam calumnia involvat. Synodum Sidonenſem diſſolutam agnoſco, at Patriarcham Hieroſolymitanum non crediderim ea ſcripſiſſe, quæ hic ſimulat Anaſtaſius, niſi de litteris agatur, quas teſte Evagrio ſupra num.* 21. a Dioſcori ſectatoribus falſo confictas eſſe, *conſtanter tenuit* Hieroſolymorum Epiſcopus, *aliam formulam proferens* absque hujuſmodi anathematiſmo. *Vide ibi cetera, nos modo reliquam Imperatoris orationem audiamus.*

ſe a S. Saba pluribus fingens,

37 Verum non latuit nos, *inquit*, neque nunc, neque prius, quando decretis per quæ Euphemius & Macedonius Neſtoriani depoſiti ſunt, aſſentiri recuſavit; quod Chalcedonenſis Concilii, totiuſque Neſtorianæ hæreſeos propugnator F ſit. Quocirca eum, uti vides, decernimus Epiſcopum expelli, hominemque Orthodoxum, ſanctaque illa & Apoſtolica ſede dignum, promoveri; ne venerabilia illa, quæque Deum ſuſceperunt loca, dogmatibus Neſtorii inquinentur. Atque hæc Imperator. Sanctus vero pater noſter Sabas in hæc verba reſpondit: Plene ſibi perſuadeat Serenitas veſtra, Archiepiſcopum ſanctæ noſtræ Dei civitatis, qui ab antiquis luminaribus & miraculorum editoribus, Patribus deſerti noſtri, in doctrina pietatis eruditus fuerit, ex æquo rejicere, tum Neſtorii divinonem, rum Eutychis conſuſionem, atque medium orthodoxæ fidei iter ingrediendo, neque in dexteram, neque in ſiniſtram, ut cum ſcriptura loquar, declinare ſuſtinere. Hunc quippe ſcimus, divina ſancti Cyrilli Alexandriæ Epiſcopi dogmata ſpirare, iiſque advertatos vel adverſantes anathemate percutere. Obſecramus igitur veſtram Serenitatem, ut ſancta Hieroſolymorum civitas, in qua magnum pietatis manifeſtatum eſt ſacramentum, imperturbata ſervetur, immoto ma-

nente

A nente apud nos pontificato ſive cœtu pontificum. Tum Imperator, poſt conſideratam ſenis ſanctitatem & ſimplicitatem atque conſtitutionem, dixit: Re vera, Calogere, prælare per divinam Scripturam dictum eſt; Qui ambulat ſimpliciter, ambulat fidenter. Verum ora pro nobis, & abjice curam, quia nihil adverſus Archiepiſcopum veſtrum, ob ſanctitatem tuam, ſancimus, teque hinc cum omni dimittimus cultu.

Aremen poulo poſt Flavianus

38 *Speciosa hæc fuere Anaſtaſii promiſſa, ſed hominis tam perfidi, & perjuriorum teſtes rei, ut de eo ſcribat Theophanes pag.* 138. *dictitare ſolitum*; haberi legem, quæ Imperatorem in neceſſitate conſtitutum, pejerare & mentiri jubeat. *Splendida hæc, inquam, fuere fallaciſſimi Imperatoris promiſſa: cum enim S. Sabas menſe Majo ejuſdem anni* 512. *Conſtantinopoli ſolviſſet, & ad ſanctum Patriarchum redeuſſet, aqua brevi offenſionis cauſa prioribus acceſſit, per converſionem Manie Archimandritæ, quem a famoſo Severo Sabas & Elias abſtraxerant, ſicuti narrat Cyrillus pag.* 306, *num.* 55. quod non mediocriter Imperatorem Anaſtaſium in Patriarcham Eliam

B commovit. *Tum vero perſecutionum ordinem reſumens Cyrillus, num.* 56. Itaque, *inquit*, cum Flavianus & Elias Patriarchæ, ſicut dictum eſt, Sidonem veniſſent, litteraſque blandas ac diſpenſatorias ad Imperatorem miſiſſent, Synodumque Sidoniam, quæ contra rectam fidem congregata fuerat, diſſolviſſent, atque ad proprias Sedes eſſent reverſi; indignati Soterichus & Philoxenus ad effrenem iram concitaverunt Imperatorem, quaſi per Patriarcharum aſtutiam, fraudem & ſimulationem deceptus fuiſſet. Unde accepta, quam volebant, poteſtate, multum auri Antiochenæ plebi tribuendo, variis modis Flavianum affligentes, & quodammodo ſuffocantes, cogenteſque Chalcedonenſem Synodum anathemate ferire, eum ab epiſcopatu expulſum, exſilio damnarunt. *Hæc pluribus ſupra deducta ſunt, facta ſub finem anni* 512. *fluente Indictione ſexta.*

ac deinde Elias ſedi ſuæ expelluntur.

C 39 *Pergimus cum Cyrillo*. Quo comperto Imperator lætitia affectus, Severum Acephalorum principem in Epiſcopum Antiochiæ miſit; qui Severus, arrepto patriarchatu, multa quidem mala, iis, qui nollent cum eo communicare, intulit; miſſis vero Synodicis ad Archiepiſcopum Eliam, nec admiſſus in communionem, ad iram commovet Imperatorem; iterumque eaſdem Synodicas ſuas, menſe Majo ſextæ Indictionis mittit Hieroſolymam cum quibuſdam clericis & Imperatoris copiis, *fruſtra pro Elia pugnante S. Saba aliiſque Hegumenis, quibus prævaluit turpiſſimi Severi, a Cyrillo genuinis coloribus depicti potentia.* Ut ergo hujuſmodi animarum corruptorem, hominemque pernicioſum Archiepiſcopus Elias ad communionem ſuam admitteret, cogebat Imperator. Illo vero nequaquam hoc facere volente, ira exardeſcens Imperator, Olympium quemdam Cæſarienſem, qui ducatum Palæſtinæ tenebat, miſit, ſimul epiſtolam illam diſpenſatoriam mittens (*falſam illam, opinor, & a Dioſcoritanis corruptam*) quæ ex Sidone ſcripta fuerat, quæque profitebatur, non admittendam eſſe Synodum Chalcedonenſem; ut omni modo Eliam ab epiſcopatu dejiceret. Qui Olympius cum Imperatoris militibus advenit, multisque modis, artibus & machinis uſus, Eliam quidem ab epiſcopatu expulit, & in Ailam relegavit. *Quæ ut recte componantur, ſtatuendum eſt, circa menſem Julium anni* 513. *Indictione* VI. *Eliam è ſede ſua in exſilium expulſum fuiſſe, ſubintruſo* Joanne Marciani filio, *de quo ſupra locuti ſumus. Ubi corrigendus videtur Cyrilli error, dum prædictis Joannis initia revocat ad* 3. *Septemb. initio* Indictionis undecimæ, *pro qua legendum puto* ſeptimæ; *niſi ad Eliæ obitum reſpiciat.*

D AUCTORE J. B. S.

40 *Porro S. Eliæ innocentiam per evidentia ſigna probare voluit Deus ipſe*; nam ſimul ac in exſilium miſſus fuit, *ita ſcribit Cyrillus pag.* 321. clauſum eſt cœlum, ut quinque annis non plueret ſuper terram, & præter ſiccitatem, etiam locuſtarum ingens multitudo exſtitit, tum bruchus ſine numero, atque omnem terræ ſuperficiem delinxit. Secundo autem locuſtæ anno, ingruit alia locuſta, aerem texit, omniaque ligna agri depaſta eſt; ortaque eſt valida fames & crebra mors; adeo ut dicerent Hieroſolymitæ, propter peccatum, quod commiſſum fuerat in Archiepiſcopum Eliam, hæc mala ſuperveniſſe, *Calamitatum iſtarum quinquennium recte calculo reperitur a principio exſilii S. Eliæ, quod in menſem Julium ann.* 513. *volumus, a quo ad menſem Julium* 518. *anni quinque pleni inveniuntur. Asperam interim in Aila pœnitentiam egit S. Elias, maculas eas expians, quas nimia forſaſſe œconomia uſus, æque ac S. Flavianus contraxerat: certe felicioſſimum exitum ſortitum fuiſſe, nec ipſum miraculis carentem, oſtendit Cyrilli articulus* 60, *a pag.* 324. *quo commentarium noſtrum concludimus; præmiſſa ſolum hac obſervatione, quod ut id multis aliis, ſic in ſignando Anaſtaſii obitu, erraverit Theophanes, dum ſcribit, mortuum eſſe Imperatorem iſtum* IX. *Aprilis, ubi tam diſerte Cyrillus* IX. *Julii notavit, ut ex hoc noſtro ultimo numero clariſſime perſpicies.*

Signa Eliæ exſilium ſecuta;

E

41 Sanctus pater noſter Sabas octogeſimo ætatis anno, circa æſtivum ſolſtitium Indictionis undecimæ, ex Dei diſpenſatione, ad Archiepiſcopum Eliam in Ailam profectus eſt, ſecum ducens Stephanum, monaſterio magni Euthymii præfectum, & Euthalium monaſteriorum ejuſdem Eliæ Patriarchæ ſerichuntinorum præpoſitum: quos cum lætitia ſuſceptos Patriarcha Elias apud ſe aliquot diebus tenuit; per quos dies a demiſſione quidem lucernarii uſque ad horam nonam, ipſis non ſe reddebat conſpicuum; circa horam autem nonam egrediebatur, & cum illis communicabat atque veſcebatur, poſt lucernarium recedebat. Dum ergo ita ageret, contigit ut nona menſis Julii die, pro ſolito non exiret. Illis autem exſpectantibus, & neque communicantibus, neque quidquam guſtantibus, egreſſus circa horam ſextam noctis, dixit: Vos eibum ſumite; non eſt enim mihi otium. Cumque S. Sabas teneret eum, & quodam modo cogeret ad dicendum quid haberet; collacrymans reſpondit; Hac hora migravit è vita Anaſtaſius Imperator; oportet me proſus poſt decimum diem excedere, & cum eo diſceptare ac judicari. Tum de monaſteriis ſuis mandavit, ut poſt obitum Euthalii, Neſtabus ac Zacharias, ſuo quiſque tempore, gubernationem exciperent, ſtatuitque, ne auderet quiſpiam a ſe invicem monaſteria ipſius dirimere. His conſtitutis, octo diebus poſt viſum, ſuperſtes, ſola communione

& quo ipſius obitu accideriat.

F

A ne & miſto liquore contentus, ægrotavit parumper. Cum autem Sabas & qui cum eo erant, non diſceſſiſſent ab ipſo per tres dies, vigeſimo menſis Julii, poſt communionem & preces, dictoque Amen, in pace in id ipſum dormiit ac requievit, totius vitæ annis octoginta octo decurſis. *Hæc de S. Elia, cujus viſionis de morte Anaſtaſii veritatem demonſtrat Cyrillus pag.* 326. D

DE S. LAURIANO EPISC. ET MART.

VASTINNI APUD BITURIGES IN GALLIA.

J.B.S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Sacer cultus perantiquus & martyrium. Certa de iis monumenta ab incertis diſtincta.

FORTE SEC. VI.

Dicta S. Vaſtinni collegiata.

B

V*Aſtinnum vicus, ſeu Vaſtinnenſe oppidum in diœceſi Bituricenſi, octo circiter leucis a metropoli diſſitum, eo inter cetera titulo gloriatur, quod S. Sulpitio Pio, clariſſimo olim Bituricenſium Epiſcopo, natales dederit, multis boni die aliorum Sanctorum exuviis locupletatum, de quibus Arturus du Monſtier pag.* 60. Vaſtinnum *ſcribo cum Adriano Valeſio, ut ab aliis* Vaſtinia, Vaſtiniis, Waſtinia *ſeu* Gaſtinis, *de quibus ille ſatis fuſe in ſua Galliarum Notitia, locum hunc diſtinguam. Capitulo collegiali ornatum eſt oppidum ſub nomine* S. Lauriani, *quo de hic nobis agendum. Ita illud deſcribitur in codice Beneficiorum Galliæ* (*vulgo* Pouillé) *p.* 7. Dignitas Prioratus S. Lauriani de Vaſtino, aut Vaſtignio, eligitur capitulariter: præbendæ vero & vicariæ nominatis ſeu præſentatis a Canonico exiſtente in turno, conferuntur per capitulum, cujus fundationem quidam referunt ad Guidonem comitem Bleſenſem. *Fundationis annum ſignat Catherinotus* 1390. *ut non facile quis aſſenturi poſſit laudato Arturo du Monſtier, in opuſculo ſæpius infra citando de agone, bravio & elogio S. Lauriani, pag.* 49. *& alibi, ad annum* 1085. *imo & ad anteriora ſecula, capituli hujus principia, neſcio qua auctoritate, referenti.*

memoria ejus in antiquo Martyrol. C

2 *At enim quæcumque fuerit capituli iſtius ætas, quidquid valeant Arturi conjecturæ, id certum eſt ex noſtris vetuſtiſſimis eccleſiaſticis Faſtis, jam ante octavum ſeculum* S. Lauriani *memoriam in iis conſignatam fuiſſe. Diſerte ponitur in exemplaribus Martyrologii Hieronymiani, Epternacenſi antiquiſſimo, Corbejenſi & Blumiano, imo & veroſimiliter in Lucenſi, tametſi phraſi diverſa, &, ut cenſet Florentinius, adjectitia. In primo ſic legitur:* Lauriani Martyria. *Corbejenſe habet:* Beturino, natalis S. Lauriani epiſcopi & confeſſoris, *addit Blumianum* & martyris. *Lucenſe pro* Lauriani, *ſcribit* Luciani *cum ſolo* epiſcopi *titulo. Inter Bedæ auctaria unum eſt, in quo* Epiſcopus & Martyr *dicitur, alia ex codicibus Uſuardinis accepta videntur. Veræ & genuinæ Uſuardi annuntiationis ſons eſt Ado, ex quo recte expunctum eſt* vico Juſtino *pro* Vaſtinno. *Sic habent puriſſimi codices in noſtra editione:* In territorio Bituricæ civitatis, S. Lauriani Martyris, cujus caput Hiſpalim ad Hiſpanias deportatum eſt. *Neque aliud indicat Wandelbertus, hoc ſuo verſiculo:* Lauriane tenes meritorum nomine quartas. Epiſcopi *dignitatem textui Uſuardino inſeruit auctor Hagiologii Labbeani.*

3 *Atque hæc ſunt ſola probata monumenta, ex quibus de martyrii palma S. Lauriano aſſerenda certo conſtet: de epiſcopatu controverti poſſet: at de ſede Hiſpalenſi hactenus repertum eſt nihil, ſaltem quod extra dubii aleam poni queat. Vaſæum & ſcriptore Hiſpanos, tum in Annalibus, tum in Romano Martyrologio ſecutus eſt Baronius, dum ei tam liberaliter inſulas Hiſpalenſes adſcripſit, a quibus longe melius abſtinuerant Maurolycus & Felicius. Neque illam evincit Florentinius ex recentiori ſcriptore miraculorum S. Auſtregiſili, a quo Hiſpalenſis epiſcopus, haud dubie ex Actorum traditione dictus, ut vide ad* XX. *Maji tomo* 5. *pag.* 238*. *Poſt Romani moderni reformationem certatim adoptata eſt Hiſpalenſis cathedra. Sic loquitur Ghinius primo loco:* In territorio Bituricenſi, ſancti Lauriani epiſcopi Hiſpalenſis & martyris, qui ſub Totila Gothorum rege paſſus, migravit ad Dominum anno ſalutis 544. cujus caput Hiſpalim in Hiſpania delatum eſt. *Brevius, ſed forte nerveſius in Catalogo Ferrarii:* Hiſpali, S. Lauriani epiſcopi & martyris. *Alios adducere ſupervacaneum eſt, neque curandum longius Sauſſayi elogium, quod vel Hiſpani ipſi repudiant, qua parte teſtatur, corpus ipſum S. Lauriani in Hiſpaniam translatum fuiſſe. Jam de cultu, ſanctiſſimo Martyri tum Vaſtinni, tum Hiſpali exhibito & hodiedum perſeverante.* quibus nonnulla ſuperadjecta recenſentur. E

4 *Soleani celebritate apud Vaſtinnum honorari S. Laurianum ſatis oſtendit laudatus Arturus, dum* fortiſſimi Martyris Chriſti athletæ D. Lauriani Hiſpalenſis archiepiſcopi, inſignis eccleſiæ collegiatæ apud Vaſtinium, diœceſis Bituricenſia nobile oppidum, in comitatu Bleſenſi ſitum patroni, agonem, bravium & elogium dedicat Reverendis admodum Priori, Cantori & Canonicis *prædicta eccleſia anno* 1656. *alibi obſervans, duobus in locis agri Bituricenſis S. Lauriani ædes, nempe collegiatam eccleſiam & capellam non procul inde poſitam, pia fidelium veneratione frequentari. De priori ſic fatur Arturus:* Exſtructa igitur illa ampliſſima intra Vaſtinium eccleſia & dedicata, opus fuit in illam ſacras D. Lauriani exuvias transferre è capella ipſius S. Lauriani, quo jam dudum aſſervabantur; ut inibi honorificentius colerentur, & majeſtate novæ templi ſtructuræ, & amplioribus divini obſequiis, & frequentioribus fidelium illuc adventantibus turmis, cujus quidem translationis feſtum agitur Dominica 4. poſt Paſcha, eadem ſolemnitate & ritu, quibus dies ejus natalis IV. Julii celebratur. *Officium* IX. *Lect. fieri in Breviario Bituricenſi* V. *Julii, vota.* Celebri Vaſtinni feſtivitas. F

A *notavit Claudius Roberti in Anxanio Arelatenſi. Sic pergit Arturus pag.* 58.

& ſuperſtitiones reliquias circûferri.

5 Corpus S. Laurieni igitur huc allatum, theca argentea poſtea fuit incluſum, manſit honorificentiſſime veneratum, quouſque Huguenotti, hæretici Calviniſtæ Gallias ſuis ſpurcitiis, belliciſque furoribus replentes, nec religioni aut juri divino vel eccleſiaſtico, minuſque humano parentes, Biturigum fines aggreſſi ſunt, duce Comite de Duraz, & Veſtinium depopulentes, eccleſiam hanc expilarunt, capſam pretioſam furati ſunt, ſacras vero reliquias combuſſerunt... Evaſit autem è tanta clede ac rabie prorſus diabolica quoddam os brachii S. Lauriani, aſſervatum pie ac religioſe in eadem collegiata eccleſia, illudque reverenter deportetur, quoties ſolennis proceſſio publice inſtat... Præterea feſtivitas S. Lauriani ſolenniſſima eſt Vaſtionii IV. Julii, quo die fit celebris ac publica proceſſio per totum oppidum: ed quam conveniunt primo fratres Minores conventus ejuſdem loci, deinde cureti parœchialium eccleſiarum, poſtea

B Canonici omnes, ornamentis pluvialibus, ſeu cappis eccleſiaſticis induti, cum dignitatibus. Tum deferuntur ſacræ reliquiæ ab univerſo clero & populo venerendæ; quæ quidem poſt ſecundas Veſperas diei feſti reponuntur ad lorum priſtinum, magno cum ritu, reverentia & devotione: quo convenit ingens fidelium numerus.

Non minus Hiſpalenſi quam veneratio,

6 *Parem Hiſpalenſium erga ſanctiſſimum patronum pietatem manifeſtiſſime demonſtrant exſtantia etiamnum venerationis monumenta in magnificentiſſima Hiſpalenſi eccleſia, ubi erectum S. Laurianeo ſacellum, pretio & elegantia ceteris comparandum, docet ejuſdem eccleſiæ ampla deſcriptio, a Ferdinando de la Torre anno* 1671. *edita, pag.* 176. *Exſtat item apud Didacum Orxizium de Zuniga in Annalibus eccleſiaſticis & ſecularibus urbis Hiſpalenſis decretum Synodi habitæ anno* 1604. *quo præcipitur anniverſaria S. Lauriani ſolennitas, ob ſingularem populi devotionem erga gloriioſum Martyrem, olim Archiepiſcopum ejuſdem urbis, quam olim a lue peſtifera aliiſque ærumnis liberaverit. Aſt in eo errorem obſervas Annaliſta, quod decretorum conditor affirmet, venerandum Sancti caput inter eccleſiæ reliquias per id tempus aſſervari,*

C *cum certum ſit, ad Mauronum dumtaxat tempora perſeveraſſe; quibus omnia deſtruentibus, translatum fuerit ad montes, illic abſconditum, & nunquam deinceps repertum. Perſtitiſſe nihilominus populi erga S. Laurianum venerationem facile nobis perſuadeo, eam vero ſeculo proxime elapſo mirifice accreviſſe, inſigni argumento teſtatum reliquit civitas univerſa, dum anno* 1649. *morbo epidemico afflicta, ad S. Lauriani patrocinium confugit, voto ſolemniter concepto, quod hic ex Orixia deſcriptum habes.*

voto inſcriptis Actis honorem concepto 1649.

7 Eccleſiaſtici cœtus Decani & capituli, ſenatus populuſque Hiſpalenſis ſpecialiter congregati apud magnum metropolitanum & patriarchale templum, in ſacello divo ſanctiſſimoque noſtro Archiepiſcopo & Martyri Lauriano ſacreto, votum facimus, jurisjurandique religione firmamus per hæc ſacroſancta Dei Evangelia, a nobis ſponte facta, ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, quotannis hunc diem quartum Julii, in quo tranſitus ſanctiſſimi noſtri Martyris celebratur, tamquam feſtivum colere, colendumque in hac civitate ejuſque ſuburbiis facere; ſperantes firmiori fide & cordis ſacrificio, quam ethoicorum, qui dicebant; ſanguine placaſtis ventos & virgine cæſa; noſtri invictiſſimi Martyris ſanguine ejuſque interceſſionibus, Deo optimo maximo obtectis, integra ſalute, ab epidemia peſte, qua hic (his) affligimur diebus, liberari, quæ tamquam draco effrænatus, ſeraque veneno infeſta, urbem populoſque depaſcit. Sic nos Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia. Amen. *Nihil in ſcriptione mutare viſum eſt, ſatis intelligitur voventium intentio, eſſque illuſtre fiduciæ in S. Laurianum argumentum.*

8 *Itaque & hæc altera pars, ad Sancti noſtri continuum cultum pertinens, facile extra controverſiam ponitur, demptis paucis, quæ ex ſolis Actis deprompta, ea ſuligine inſperſa manent, quæ ſinceram veritatem nonnihil offuſcant. Jam pridem monui in Obſervationibus ad Uſuardum, ſuſpectam videri totam vitæ S. Lauriani hiſtoriam, neſcio a quo, nec quo tempore concinnatam, ſed quæ olim Adriano Valeſio, in Notitia Galliarum ſupra citata, non minus quam mihi fabuloſa apparuit, non recte concepta, pejus ordinata, a temporum ratione diſſona, hinc inde interpolata, ut paucis dicam, verboſa & ſubſultoria narratio, quam ad rectam chronologiam aut veriſimilem hiſtoriam nemo reduxerit, niſi cum Arturo præcipua capita, vorus ſubſtitutis, expunxerit, aut cum Cointio, temporum characteres ita inverterit, ut, ut eadem, aut ferme diverſa hiſtoria ſit, dubitari poſſit, & vel ſic tamen magnis obnoxia difficultatibus, quas non adeo miror a recentioribus Hiſpanis præteritas; quibus familiare eſt id genus hiſtorias recipere, utut fabulam redoleant, aut a vera chronologia abhorrent. Verum ab Arturo, ſingulare opus edente, & annotationes varias congerente, magis ſubactum, exactius & limatius aliquid exſpectandum erat.*

Tam certa ea ſunt quæ ſint dubia Actis,

D

E

9 *Difficultates nonnullas proximo paragraphe ſigillatim diſcutiam, hic vero non abs re erit, quid de tota re ſentiam, paucis præmittere, certa & veriſimilia, ab incertis & dubiis, quæ paſſim confuſa ſunt, ſegregando. Prudenter monuit Pagius in Baronii critica ad annum* 348. Quoad ſancti Lauriani Hiſpalenſis Epiſcopi martyrium, illud in Gallia conſummatum fuiſſe, omnes conſentiunt; ſed quo tempore, quo loco, & cujus inſidiis necî traditus ſit, vix ſciri poteſt, ob varios errores, qui in Acte ejus irrepſere. Coiotius anno 518. num. 14. & ſeqq. exiſtimat, Theodorici Regis loco, nomen irrepſiſſe Totilæ, & pro Euſebio Epiſcopo Aurelianenſi, ſcripsum eſſe Euſebium Epiſcopum Arelatenſem, eoque modo non parvam rerum ac temporum introductam eſſe confuſionem; Totilas enim in Hiſpania numquam regnavit, & nullus Euſebius, qui tamen ſimus Lauriani Martyris curaſſe dicitur, hoc ſeculo Arelatenſis Epiſcopus fuit. De hoc itaque martyrio legendus idem Cointius, qui S. Lauriani Acta expurgare conatus eſt. *Imo, uti dicebam, mutatis tuis illis, qui in Actis diſerte exprimuntur, characteribus chronologicis Totilæ & Euſebii Arelatenſis, omnia facile concilianda paterunt, tacite admiſſa tota reliqua hiſtoria, quam paulo accuratius expendero potuerat.*

non facile a quoquam expurgata.

F

10 *Ego ex ſupradictis id tuto admittendum exiſtimo: Martyrem in Gallia fuiſſe S. Laurianum, idque veriſimillime, non circa Maſſiliam, ut ſcripſit Baronius, ſed in pago ſeu agro Bituricenſi, qui Vaſtinum, a ſilveſtri ſolitudine dictus ſit? caput vero Hiſpalim deportatum claruiſſe miraculis,*

Quid re ſtatim admitti poſſit,

Digitized by Google

A Auct. J. B. S. *lis, æque ac ſacrum corpus, ad quod Veſtinorum oppidum ſignorum frequentia accreverit. Hinc, ni fallor, aliquot poſt martyrium ſeculis ſumpta occaſio Legendam concinnandi, quam tempore Wandelberti non nemo corrigendam ſuſceperit, ſi vera eſt oratio, editioni Labbei præfixa. Alia utcunque & eperoſe impugnat aut conciliat Arturus pag. 38. quæ hic memorare operæ pretium non eſt. De cetero, Pannonius fuerit S. Laurianus, an Italus, an Hiſpanus, an Gallus, an Epiſcopus, & quidem Hiſpalenſis, quo tempore & a quibus martyrii coronam conſecutus ſit, non auſim ex incertiſſimorum Actorum fide aſſerere. Epiſcopum cum nonnullis Martyrologiis appellavi, nec Hiſpalenſi traditioni detractum volo quidquam: ubi ipſi paulo accuratiorem antiquorum ſuorum Præſulum catalogum exhibuerint, quam ad* XI. *Martii repræſentet Tamayus, quærendus erit locus, quo per annos* XVII. *eam cathedram Sanctus noſter tenuiſſe dicatur, iſque, ſi fieri ullo pacto poterit, cum Cointii correctionibus conciliandus. Interim fateri cogor candide, falſa eſſe S. Lauriani Acta, ut expurgari omnino nequeant, quemadmodum ſequenti §. & in Annotatis ad Acta proxime oſtendetur,*

B

§. II. Acta incerta, mutilata & interpolata; neque a Cointio ſatis expurgata.

Acta in multis corrupta exhibet Arturus.

QUA occaſione Acta S. Lauriani, æque ac alia multa, compilata exiſtimem, jam ſatis explicui: qui male digeſtam hiſtoriam expolire conati ſunt, aut ipſam deformarunt, aut novis fictionibus magis ſuſpectam reddidere. Diſplicet vehementer via Arturiana, ab Hiſpanis mutuata, quam ſi unquam ingredi liceat, jam non Acta ſincera, qualia accepimus, ſed novas compilationes, pro ingenio noſtro fabricatas dabimus. Sic ſcriptor ille antiquiorem S. Lauriani Acta, qualia a Cheſnæo obtinuit Bollandus, vel qualia edidit Labbeus, depravata, contracta, inverſa, mutata tradit, quaſi ipſi in vetuſta ſcripta impune graſſari licuiſſet: atque ea quidem ratione errores pleroſque, qui in Vita illa occurrunt, ſeſe explanaturum exiſtimavit: verum quocumque ſe verteris, in-

C *gentes paralogiſmos deglutiat oportet, de quibus diſſolvendis parum ſolicitus fuit. Totila, ut cum Hiſpanis ſcribo, S. Laurianum Mediolano exulare compulit; hic Hiſpalim fugiens, archidiaconi munus annis aliquot adminiſtrandum ſuſcepit, tum vero toto ſeptemdecim annis epiſcopalem cathedram tenuit; unde ejectus, Maſſiliam, Romam & in Galliam alio ſeptennio peregrinatus ſit, ac demum ejuſdem Totilæ juſſu occiſus; hoc pacto imperium, ſolis undecim annis in vera chronologia circumſcriptum, ad triginta & amplius extendendum erat. De his ubique magis ſolecui ſcriptores Hiſpani, magno numero a Tamayo citati, perguam id genus alia imperite contexere, atque ex prædictis Actis, S. Laurianum cum Arelatenſi Euſebio male, ut notavit Claudius Roberti, conjungere; in quo, Epiſcopum illum anonymum relinquendo, Hiſpanis aliquantulo plus ſapuit Arturus.*

Hiſpanis plura adjungentibus.

12 *At cum iiſdem non dubitavit, Vigilium Papam Romæ collocare, dum eo appulit S. Laurianus, quem vitæ auctor multo prudentius reticuerat. Nihil ſegnior Tamayus ex Actuario Mediolanenſium Præſulum, a S. Carolo Boromæo collecto, confidenter pronuntiat, noſtrum S. Laurianum ab Euſtorgio II. Mediolanenſi Epiſcopo baptizatum, diaconatus ordinem ſuſcepiſſe. A Maximo Hiſpalenſi* D *Auxiliante ſuſceptum aſſerit, in cujus locum ſubſtitutus ſit. Addunt alii, Theudem, Gothus in Hiſpania imperantem, de admiſſo ſcelere pœnitentem, atque ad pietatis ſtudium converſum, beatum Chriſti athletam (S. Laurianum) præcipuo devotionis ſtudio coluiſſe, & in memoriam ejus excitato templo inſigni, ſe regnumque ſuum in ipſius peculiarem commiſiſſe clientelam: ut alia omittam, quæ pia, ut ita dicam, pio fingendi æmulatione, alii aliis certatim ſuperaddidere. Miror prætermiſſum inſignem characterem chronologicum apud Flavium Marcum Dextrum, ut a Nicolao Antonio editus eſt, diſertiſſime expreſſum anno* 538. *Laureacus in Pannonia Mediolanum, inde Hiſpalim venit. Cetera in reliquis nihil deeſſe paſſus eſt Tamayus:* Atque hæc ſunt Acta, *inquit*, quæ ea vetuſtia Breviariis Hiſpalenſibus, & aliis ſcriptoribus deducere potuimus. *Fruſtra longam hujuſmodi ſcriptorum ſeriem hic enumeravero, unum cognovis, omnes noris, mutuas merces vendentes; nempe duorum poſtremorum ſeculorum collectores, de quibus alibi abunde dictum eſt. Non minus mi-*

E *randa protulerat Tamayus* XI. *Martii in catalogo Epiſcoporum Hiſpalenſium, quos inter ordine* XXIII. *ſtatuit* S. Laurianum, *quem ait in Gallia occubuiſſe, infidiis Attilæ Hunnorum regis Arianæ ſectæ. Domini* 560, *Hiſtoriarum ſtatarum omnium male conſutarum, uti & Breviarii Biturienſis a Gonono relati, fons unicus eſt, citata ſuperius Legenda, ſatis per ſe lutulenta & inepte conſarcinata, ut fruſtra fuerit errores erroribus accumulare.*

Paralogiſmos ſuos expunxerat Cointius.

13 *Vidit enormem rerum confuſionem laudatus Cointius; ad dictum ann.* 518. *a n.* 14. *abſurdiores anachroniſmos hoc pacto conciliare aggreſſus;* Attente perquiſivimus, unde tam copioſi dimanarint errores; ex duobus potiſſimum ceteri videntur profluxiſſe. Theodorici regia loco nomen irrepſit Totylæ, qui regnare cœpit apud Oſtrogothos anno XV. poſt Theodorici regis obitum, eoque modo non parva rerum ac temporum introducta eſt confuſio. Præterea pro Euſebio Epiſcopo Aurelianenſi, ſcriptus eſt Euſebius Epiſcopus Arelatenſis, atque inde nata eſt non modica de locis controverſia. *Apud quos ea nata ſit, neſcio; naſci debuiſſe. ſi emunctioris* F *naris ſcriptores fuiſſent, ſatis certum eſt. Fruſtra deinde quærit Cointius, unde nominum confuſio oriri potuerit; tum pergit:* Quam bene autem ea, quæ de Lauriano narrantur, cum recta chronologia cohæreant, ſi Theodoricus Rex & Euſebius Aurelianenſis Epiſcopus, Totyla Rege & Euſebio Arelatenſi Epiſcopo expunctis, reſtituantur, paucis accipe. *Subdo breviſſimum Actorum S. Lauriani compendium, ita intento ſuo aptatum, ut ſuadere velit, cetera omnia cum temporis illius hiſtoria convenire, ſi duæ illæ duntaxat vitioſæ epochæ auferantur.*

Theodorici regem Totilæ ſubſtituit.

14 En epitome, *inquit*, totius hiſtoriæ, quæ cum regno Totylæ ſtare non poteſt, Totylas enim in Hiſpania numquam regnavit, & Oſtrogothis in Italia præfuit per annos tantum undecim, ab anno videlicet Chriſti DXLI. uſque ad annum Chriſti DLII. Philippus Labbeus, qui vitam S. Lauriani ex codice Ms. eccleſiæ de Caſtro Biturienſi publicavit, ſuſpicatur Totylæ loco legendum Agilam; ſed Agila, qui mortuo Theudiclo regnum Wiſigothorum in Hiſpania ſuſcepit, regnavit annis

dum-

A duntaxat quinque, ut Iſidorus & author chronici Maſſilacenſis atteſtantur, Rex vero, qui Lauriano mortem inferret ſæpius tentavit, principatum longe diuturniorem geſſit. Totyla ex Actis S. Lauriani deleto, ſi non Agilani, ſed Theodoricum repoſueris, omnia quadrabunt optime, quia Theodoricus in Italia regnavit annis duodeviginti, deinde in Italia ſimul & in Hiſpania regnavit annis xv. Theodoricus junior, inquit Iſidorus in Chron. Gothorum, cum decem & octo annis in Italia victor regnaſſet, rurſus extincto Geſalico Rege Gothorum, Hiſpaniæ regnum quindecim annis obtinuit; quod ſuperſtiti Amalarico nepoti ſuo reliquit. Annor. xviii. quos Theodoricus regnavit in Italia, priuſquam in Hiſpania regnaret, initium petitur ab anno Chriſti ccccxciii. quo regnum Erulorum in Italia penitus defecit, annorum vero xv. quos in Italia ſimul atque in Hiſpania regnavit, exordium ducitur ab anno Chriſti dxi. quo Geſelicus Wiſigothorum Rex in Hiſpania occubuit, quia ipſemet Theodoricus anno Chriſti dxxvi. vitam claufit,

B *& chronologiam pro arbitrio ordinat:*

15 Jam vero Lauriani ſeceſſus ex Italia, pontificatus Hiſpalenſis annorum ſeptemdecim, exilium ſeptennale, martyriumque regno Theodorici ſic alligari poſſunt, Anno Chriſti ccccxciv. (qui primus Theodorici Regis in Italia numeratur ſtylo Gregorii Turonenſis aliorumque peranticuorum ſcriptorum, apud quos anni cujuslibet Regis, non a die, quo ſuffectus eſt in regnum, ſed ab initio ſequentis anni colliguntur) Laurianus ex Italia fugit in Hiſpaniam, & epiſcopatum Hiſpalenſem, cujus adminiſtrationem eodem anno ſuſcepit, felicisſime gubernavit ſub Alarico & Geſelico Regibus, uſque ad annum Chriſti dxi. quo ne caderet in manus Theodorici, qui tutorio nomine, donec Amalaricus, ejus e filia nepos, adoleviſſet, Wiſigothicarum in Hiſpania ditionum regimen uſurpabat, a Deo per angelum admonitus Hiſpali ſeceſſit, cumque varias peregrinationes per annos ſeptem obiiſſet, hoc anno, Chriſti dxviii. martyrium in Gallia ſubiit, Theodorico Gothorum rege adhuc ſuperſtite, ſepulturque ſuit ab Euſebio, Aurelianenſi Epiſcopo, qui vigeſimum annum in pontificatu tunc explebat. *Hactenus Cointii conjecturæ, quibus ita ſibi abblandiri videtur, aceſi omnem* S. Lauriani *hiſtoriam in tuto collocaſſet.*

C *rarum alii difficultatibus præmittunt;*

16 *At enim, quam hæc ingeniose a Cointio excogitata ſunt, tam vellem ego ad veritatis libram commode expendi poſſens, a qua, niſi fallor, quam longiſſime abſunt. Et* 1. *quidem plane gratis Totila ſubſtituitur Theodoricus, quem ut demus Hiſpanicas etiam Gothorum res adminiſtraſſe, nec dum ſequitur, cum ejus temporibus conciliari poſſe* S. Lauriani *vitam, in qua tam diſerte & tam expreſſe idem Totila repetitur.* 2. *Reperiendus erat Cointio locus in ſede Hiſpalenſi vacans, quam annis* 17. *gubernare potuerit* S. Laurianus, *dum omnia mire præcipitata, eodem anno* 494. *quo Theodoricus regnare cœperit, ex Italia fugientem, Hiſpalenſem cathedram, pro ſua auctoritate, ſtatim conſcendere jubet, in qua ſedere debuerit, ut minimum ad annum uſque* 511. *Interim ex catalogo Epiſcoporum Hiſpalenſium habemus, Zenonem & Stephanum per id tempus ſedem occupaſſe: qui igitur, obſecro, dici poterit* S. Laurianus *Epiſcopus Hiſpalenſis fuiſſe, eo potiſſimum tempore, quo locus minime patuit?* 3. *Hiſpali metu Regis Gothi fugere debuit* S. Laurianus, *quem Acta Maſſiliam & Romam deducunt; atqui ſi Theodorico regnante hæc acciderint, nec Maſſiliæ, nec Romæ tutus fuit* S. Laurianus; *ergo Theodorici regno non recte illigantur* S. Lauriani *Acta, niſi cum Cointio admittamus quæ volumus, alibi pro eodem arbitrio repudiatis: quemadmodum ab ipſo videtur anonymus, quod ſcribat, S. Lauriacum* Romæ in ſolennitate Cathedræ Miſſarum ſolennia peregiſſe. *Ceterum laudo equidem Cointii conatum, quo utinam ſalvare poſſet, quæ omnimode ſalvata cupio Sancti noſtri qualacumque geſta. Verum & hic & alibi expertus ſum, virum cetera eruditum, rebus potius refarciendis, quam reſtituendis inſiſtere, quo plerumque magis implicantur: uſque adeo nihil proficit, qui amiſſis fontibus rivulos inſequuntur.*

D Acta. J. B. S.

17 *Porro quod idem Cointius excogitarit, de Euſebio Aurelianenſi, alteri Euſebio, qui ſeculo* VI. *Arelate ſenſtra quæſitus ſit, ſubſtituendo, id quidem opportune: at necdum ſcio an ſatis certo liqueat, Euſebium iſtum Aurelianenſem anno illo* 518. *ſuperſtitem fuiſſe, quod prius demonſtrandum fuerat. Verbo dicam: quidquid ſit de Euſebio Aurelianenſi; veriſimilius eſt, auctorem Legendæ ignoraſſe, quis* S. Lauriani *funus vere curaverit; dum Epiſcopum tam procul diſſitum nominavit, qui potius Biturigis accerſendus erat, cum in ea diœceſi nihil plus juris fuerit Aurelianenſi quam Arelatenſi, aut alteri Biterrenſi, a nonnullis Hiſpanis ſuperinducto. Neque vero ſola ſunt bina iſta puncta chronologica, quæ in Actis diſplicent. Urſi illi, ſacri corporis cuſtodes; Sanctus ipſe ad duo militaria ſuos interfectores prælato capite inſequens, atque alia id genus prodigia, non tam facile admittenda ſunt, niſi teſtium fide dignorum, ſaltem probati ſcriptoris ſuffragio fulciantur. De ceteris ſtatuat eruditus lector: hæc a me extorſit ſolius veritatis indagandæ ſtudium: nunc Acta ipſa exhibeo ex Ms. V. C. Andreæ du Cheſne, collata cum editione Labbei, Bibl. Mss. tom. 2. a pag. 411. ex qua accepta eſt præfatiuncula; interpolationes vero pleræque, in Cheſnæi exgrapho repertæ, uncis incluſæ ſunt, ut facilius obſervarentur.*

neque reliqua Acta ſalvare poteſt.

E

F

PASSIO

Ex Cod. Mſ. Cheſnæi, collato cum editione Labbei.

PRÆMITTITUR PRÆFATIO ANONYMI,

Ex cod. Mſ. eccleſiæ de caſtro Bituricenſi.

PAſſionem B. Lauriani Epiſcopi & Martyris, ſolertia tuæ ſagacitatis compellente, Frater, ſuſcepi corrigendam. Laboriolum quidem opus & difficile; utile tamen. Cum perlegiſſem vero diligentius præfati operis ſeriem, animadverti, ſcriptoris vitio fuiſſe depravatam, & ſolemnitatem Kalendarum, quibus gloriolum conſummavit martyrium, illius imperitia immutatam. Nam quod ſanctus Pontifex Laurianos felix martyrium IV. Nonas Julias complevit, teſtantur Martyrologiorum vetuſtiſſimi codices, tam Romanorum, quam Galliarum. Ex quibus proſpectis pluribus, ſollicita inveſtigatione placuit inferere huic præfatiunculæ quomodo reperi: *Quarto Nonas*, in-

A inquit, *Julias, in territorio Bituræ civitatis, ex MSS. vico Vaſtino, natale ſancti Lauriani Epiſcopi & Martyris, cujus caput Hiſpalim in Hiſpanis deportatum eſt*. Quidam etiam noſtri temporis poeta, deſcribens Martyrologium heroico carmine per totum annum, iſidem Kalendis B. Laurianum martyrizatum aſſeverat, inquiens;

Lauriane, tenens (teneſ) meritorum nomine quartas,

His ita elucidatis, precor obnixe, ut hoc opus, quod te compellente, ſummo labore peregi, libentiſſime ſuſcipias, & ſi adhuc in eo inveneris corrigendum, manente charitate, emendare non differas,

ANNOTATA,

Magni facit laborem ſuum corrector anonymus, cum tamen in ſolis reſtituendis Kalendis ſteriſſe videatur. Quoſnam autem canat Martyrologiorum vetuſtiſſimos codices, tam Romanorum
B quam Galliarum, *ſi ipſe tempore Wandolberti vixerit, prorſus non intelligo. In Hieronymianis aliiſque ſupra citatis vere ponitur* XV. *Non. Julii S. Laurianus; aſt annuntiatio, quæ hic refertur, tamquam ex codicibus illis deſumpta, in nullo claſſico Martyrologio ſaltem ad verbum exſtat, neque aliunde accepta eſt, quam ex Hagiologio a Labbeo edito, ut prope dubitem, an hic non ſingatur ætas juſto major. Verum etſi tamiſper admittatur ſec. X. ſcripſiſſe correctorem, nihil magnopere toti Paſſioni, mox ſecuturæ, auctoritatis accedet,*

S. Lauriani ortus, inſtitutio, epiſcopatus Hiſpalenſis, apparitiones & miracula varia, peregrinationes, martyrium & ſepultura Vaſtimi;

A parvo Mediolanenſi eccleſia oblatus,

BEatus Lanrianus Pannonienſium territorio oriundus, parentibus quamquam paganis, nobiliſſimis tamen genere, glorioſus effulſit, qui ab ineunte ætate divina gratia prævenius, ab his contagiis, quibus ſolet (caducis *a* illecebris) juventilis ætas illici, expers fuit. Nam a quodam ſuæ gentis, ſuæque parentelæ Catholico, adhuc infantulus, parantibus inſciis ſublatus, Mediolanenſis eccleſiæ gremio eſt delatus, ſacroque baptiſmate renatus, ac clericus factus, ibidemque liberalibus (ſtudiis ac) diſciplinis haud mediocriter eruditus, prædictæ eccleſiæ extitit alumnus. In juventutis namque flore erat, in abſtinentia *b* ſtrenuus, in eleemoſynis largus, in vigiliis pernox, in orationibus aſſiduus, in jejuniis frequens, in recreandis pauperibus ſolers, in ſermone modeſtus, in ira mitis, in hoſpitalitate præcipuus, in omni ſtudio ſpiritualis militiæ præclarus, fulgenti eloquio illuſtrans corda fidelium, ſpiculo divini verbi tranſverberans tumentia pectora repugnantium perfidorum.

a

C

b

Ibi ſanctis inſtitutus, fit Hiſpalenſis Epiſcopus;

c

2 His ergo atque hujuſmodi, proficiendo accreſcens robore corporis & animi, vigeſimo *c* ſcilicet ætatis ſuæ anno electus a clero, teſtificatus a plebe, diaconatus ſuſcepit officium. Interea Epiſcopus urbis Hiſpalis maximis Arianorum affectus injuriis, qui viru * peſtiferæ ſuæ doctrinæ cunctam pene infecerant Hiſpaniam atque Gothiam, perfido Rege Totila, erroris hujus hæreſis aſſertore; finito *d* humanæ vitæ termino, cum palma victricis lætitiæ perennem feliciter adeptus eſt gloriam. Manſit autem Hiſpalenſis eccleſia mater ac metropolis Hiſpaniæ biennio ferme abſque Paſtoris officio, donec Epiſcopi ejuſdem provinciæ pariter congregati, beatum Laurianum, illuc divinæ providentiæ clementia ad deſtruendam præfatæ hæreſis pravitatem ab Italia directum, in eadem urbe ordinarent pontificem. Paſtorali itaque ſuper oves dominicas ſumpto regimine, tanta in eo cœleſtis gratia virtutibus rutilans ſplendebat, ut ſine intermiſſione ſalutem vitæ æternæ prædicans, multa illius meritis miracula, operante divina virtute, fierent in plebe.

venero

D

d

Poſt annos 17. ab angelo monitus eo ſedem deſerit,

3 Egregius itaque Pontifex cum per decem & ſeptem annos, ut robuſtus præliator Chriſti, mucrone ſpiritus, quod eſt verbum Dei, prædictam hæreſim aſſidue bellaret nec vinceret, (ſed omnes pravo ſchiſmate declinantes a ſanctæ Trinitatis confeſſione, velut lupi rapaces, ovem Chriſti dilcerpere hianti ore attrectarent, hac illacque ſuo ipſo impetu acti, juxta illud E Maronis, Trahit ſua quemque voluptas,) quodam die Dominico expletis Matutinis (&) Laudibus, cum ſemivigilans in ſtratu ſuo requieſceret, ante exurgentis lucis crepuſculum, aſtitit ante eum juvenis *e* præclarus aſpectu, *e* in veſtibus candidis, vocavitque eum tertio, blando ſermone, dicens Lauriane, Lauriane, Lauriane. Cui beatiſſimus pontifex mente vigil (acſi leniter dormiens) reſpondit: Adſum. Cui juvenis: Surge, inquit, & recede ab hac plebe maligna, non enim meretur tuo aſpectu frui, neque tuis ſuffragiis muniri (ſed vade illo, quo te audient, qui digni ſunt tuis ſalvari ſuffragiis. Unde cum corona martyrii pervenies ad gaudia Paradiſi) Noli tardare, ſed perge velociter: ego enim ero dux itineris tui. Hæc quoque civitas ſub maximo diſcrimine erit diebus multis, & atteretur fame, ac periclitabitur peſſima peſte, pluviaque carebit annis ſeptem, donec reliquiis tuis decurrari mereatur; tandemque feſſa a lenociniis ſui ſceleris reſipiſcet. (Et propter quam cuſtodiendam illic ſtaret, (deleruit) & non inveniens præter eos, quos ſecum adduxerat, F ſed unanimiter ſe proſequentes cernens, recolenſque etiam ex ore Domini Salvatoris illud Evangelii: Si vos perſequuti fuerint in una civitate, fugite in aliam: hortatus (eſt) ſuos Evangelico ſolamine, dicens: Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit patri veſtro dare vobis regnum.)

e

F

qui dicto audiens ſecedit, & ſomno tardo,

4 Peracto denique ex more Miſſarum ſacrificio, muniens ſe corporis & ſanguinis Chriſti myſterio, plebem intrepidus alloquitur iniquam, uſque in horam diei tertiam. Deinde, accepto baculo, muros civitatis circumiens, clamabat dicens: Omnis hæc civitas in anguſtia erit multis diebus, donec divino reſpectu viſitetur, ac more Ninivitarum pœnitentiam agentes, a pravis erroribus convertantur. Eadem vero die poſt occaſum ſolis exiens ab urbe, Cluſorem *f* venit ad portum, *f* ubi cum paululum requieſceret, juvenis ille, qui Hiſpale eum de itinere monuerat, affuit, dicens: Lauriane fuge, & cœptum carpe iter, quia Rex crudelis Totila *g* equites veloces poſt *g*

te

A te dirigit, qui te Hiſpalim reducant. Surgens itaque Cluſorem portum ingreditur. Tantus vero cuſtodes pavor invaſit, ut nullus quidem interrogare auderet; Quis es? Aut quo vadis? Illuceſcente autem die, dum iter ageret, cæcus quidam in tugurio ſecus viam ſedens, clamavit dicens: Sancte Dei qui tranſis, ora pro me nimium peccatore, luminibus cordis ac corporis orbato, ut videam oculis, & corde credam, & ſequar te. Cui beatiſſimus Laurianus reſpondit: Quod poſtulas non eſt meum dare tibi; ſed ſi credis, omnia poſſibilia credenti; a Domino Jeſu Chriſto mereberis ſanari. Attamen ſi mecum pergere deliberas, da mihi funiculum tuum, & eſto comes itineris mei, ego regam greſſus tuos. His alloquiis acquieſcens cæcus, dedit funiculum ſuum in manu ejus, & abire jam cepit. Cumque non longe adhuc eſſent ab ipſo tugurio, aperti ſunt oculi ejus, & ait: Obſecro, Papa, quis iſte juvenis pulcherrimus, qui te præcedit in veſtibus nivei candoris? Cernens quoque beatiſſimus Laurianus quod cæcus ille videret, ait: Vade, frater, Dominus tecum, tu enim melior me es: en Dominus, quem vi-
B *b* des, reddidit tibi lumen, illi Deo *b* ſervies: rogo tamen, ut me ſequentibus, neque me, neque hoc ſignum pandas.

Maſſiliam appulſus, mortuum ad vitam revocat. *i*

5 Eadem vero nocte, monente Angelo, qui in effigie juvenis eum monere conſueverat, mane conſurgens in portu Helnæ *i* navem conſcendit, atque Marſiliam perrexit. Cumque portam civitatis ingrederetur, ecce defunctus efferebatur prædivitis filius, qui unicus erat illi, (quem ineffabili utraque paternitas exigebat atque amabat affectu, felicemque lætabatur ſuperſtitem ac enormis ſubſtantiæ ſucceſſorem.) Cernens vero beatiſſimus Laurianus lugubre funus, (luctuoſis clamoribus ingemuit, & longa diu trahens ſuſpiria,) quæ ſit tanta lamentatio percunctatur. Agnito tandem quid eſſet, ait: Iſte juvenis (innocens erat) non eſt mortuus, ſed dormit. Ad hanc vocem ſupplex advenit pater, (imploratque gemens, quo ſui filiique miſereretur,) & exclamat dicens: Sancte Dei, redde vitæ, mihique hanc caram ſobolem, & poſſide facultatis meæ inſelices opes. Cui beatiſſimus reſpondit: Divitias, quas mihi promit-
C tis, prout competit, pauperibus diſpertiri ſtudeto, & qua hora hic juvenis ab hac luce receſſit, edicito. Cui dum diceret; hodie poſt gallicinium; Ait B. Laurianus: Deſine flere, atque in domum tuam revertere cum pace, corpuſque juvenis illuc referri mandato, accenſiſque luminaribus per totam noctem præcipe vigilias agere ſine lamento. Ego autem vadam ad baſilicam beati Victoris Martyris, & credo fidenter, quod illius orationibus reſuſcitet Dominus Jeſus Chriſtus filium tuum. Pergens ergo vir plenus Deo ad ſepulcrum Beati martyris in orationibus procumbit, noctemque ducens pervigilem, ea hora qua defunctus fuerat, ſacro obtinuit interventu, ut gelidum juvenis cadaver rediret in vitam.

In Italia multis ſignis claruit, Romæ Miſſam celebrat.

6 Sancto autem in oratione proſtrato, angelicus ille juvenis ex more affuit, dicens: Lauriane ſurge, & maturius navem aſcende, & naviga Romam, quia juvenis, pro quo oras, hac hora ſurrexit, & pater ejus hortatur cives, ac fide eos firmat, ut in iſta te retineant civitate, quatenus tuo patrocinio protegantur. Sur-

gens ergo ſine mora beatiſſimus Laurianus, angelo ducente, Italiæ pervenit ad littora, ibi- D
demque, quos reperit (a nativitate, & deinceps) diverſis infirmitatibus afflictos, cæcos, claudos, mutos, ſurdos, & variis languoribus debiles, ſuis orationibus, divina operante virtute, ſanavit omnes. Denique recto tramite cæptum proſpere carpens iter, venit Romam, ſuſceptuſque ab Apocriſiario, nuntiatur ejus adventus venerabili Papæ. At ille cum decore jubet eum ad ſe introduci, (atque jucundans ſuper illius ſacundiſſimo affamine,) imperat ei, Miſſarum Sacramenta publice in eccleſia B. Petri peragere. Erat enim ſolemnitas Cathedræ *k* k
(quam celeberrimam ex more plebs habebat Romana, eo quod ſeſſio pontificalis Apoſtoli eo die primum fuiſſet dedicata, id eſt) quinto decimo Kal. Februar. Præcepto autem beatiſſimus Laurianus a Papa mandato, reſpondit: Obedientia, quæ ſenioribus præbetur, Deo exhibetur: ego autem libentiſſime veſtris imperiis obediam.

poſt quam ſenem coæquum ſe mutat reſtituit.

7 Ingrediente autem eo eccleſiam cum decore pontificali, tantus odor ſuavitatis eam replevit, E
ac ſi adveniente B. Petro cum maxima caterva Martyrum, multa odoramenta jocundi odoris ibidem redolerent *l*. Poſt Miſſarum expletionem, cum immenſo Epiſcoporum & clericorum, ſeu nobilium Romanorum comitatu ibat ad prandia; & ecce ad portam Apoſtolorum Principis jacebat egenus aggravatus ſenio, & contractus veruſto morbo: erat enim annorum ferme ſexaginta trium, cujus a nativitate genua & brachia ita aruerant, ut nec ambulare, nec palpare quidem valeret. Is confidenter, ut ſuimet miſereretur, virum Dei totis, ut poterat, viribus implorat, dicens: Sancte Dei Lauriane, adjuva me, te enim expectant anni miſeriæ meæ, ut tuis orationibus mea debilia membra vigorem (diu multumque deſiderabilem) percipiant; & protinus addidit: Adjuro te per eum, qui cæcum a nativitate illuminavit, ne me præter-
eas (antequam membra mea tuo obtentu in ea, qua hactenus caruerunt, inſtaures virtute.) His precibus beatiſſimus Laurianus commotus, una cum Epiſcopis ac numeroſæ plebis agmine ad baſilicam B. Petri regreditur, atque prolixo diei ſpatio in oratione proſtratus, impetrare meruit quod devote quæſivit. Veniens denuo ad F
ſenem, ait: Jube miniſtris, ut te ſine mora perducant ad B. Petri limina: illius enim meritis ſanaberis. Ad hanc vocem continuo ſurrexit (ac ſi ebrius, nitentia membra ſolo baculoque inhærentia (ſuſtentans.) Tandem profecto) diuque quæſitam, quam nativitas negaverat, ſenectus promeruit ſanitatem.

Roma juſſus diſcedere, in Galliam ad martyrium properat.

8 Dum vero aliquamdiu eſſet Romæ amicabili juſſu detentus a venerabili Papa, præmemoratus juvenis, quem ſas eſt credere Angelum Dei, ei, in oratione poſito, prænuntiavit finem martyrii hoc modo: Lauriane, conſtans eſto, oportet te ſepulcrum Confeſſoris mei Martini inviſere, ibique oratione perfecta, in territorio Biturico vicum vaſtæ ſolitudinis martyrio tuo deſtinatum adire, qui priſco vocabulo Vaſtinus * nuncupatur, Rex etenim Totila appa- * *Gallice* *Vatan*
ritores dirigit ad omnes provincias, qui te interficiant, & caput tuum Hiſpalim deferant. Nam templum in eadem urbe ædificabitur, in quo caput tuum decenter poſitum veneretur, (ac magnificetur in eo nomen meum) &

A ſic demum propitiabor iniquitati eorum, & ex MSS. clemens ero illis, & pluviam & fructum terræ tribuam. Viriliter age, Lauriane, ecce merces tua magna nimis. Ad hanc vocem confeſtim ſurrexit, atque pernici greſſu, lætoque animo quod juſſus fuerat agere, complevit. Nam ad ſepulcrum beati Martini oratione expleta regreſſus, ad locum ſibi deſtinatum intrepidus venit, ibique miſſi ſicarii a Rege perfido, caput ejus amputaverunt quarto Nonas Julii: ac nimio terrore perterriti, velut amentes, capite relicto fugere cœperunt. Mirabile dictu! beatiſſimus Laurianus caput ſuum in manibus tollens, ibat poſt eos, clamans more viventis, & ſic dicens: Expectate, nolite fugere, ſed accipientes hoc caput Hiſpalim deportate, illique reddite, qui vos propterea huc miſit. Qui, accepto capite, oſculantes manus ejus ac pedes, projecerunt corpus in quamdam ſpeluncam, & abjerunt.

m Sancti caput magno ſonorationo a Totila ſuſcipitur.

9 Interea præfatus Rex Totila Beatum Benedictum *m* nixus tentare garrulitate vaga, an ſpiritum prophetiæ haberet, agnitus ab eo & vehementer coercitus, minus crudelis fuit. At hi, qui caput deportabant, mox ut Gothorum B metas intrarunt, tanta inundatio pluviæ eos præcedens cunctam Hiſpaniam intravit, ut a nemine cunctaretur, Beatum Laurianum e veſtigio Hiſpalim intrare, atque deinceps illius munimine jugem fieri ſalutem, Audiens ergo Rex Totila, inæſtimabilem theſaurum ad munimen totius patriæ advenire, compunctus corde, accerſitis Epiſcopis cum ſacerdotibus & optimatibus, depoſito regali indumento, per univerſam Hiſpaniam triduanum indixit jejunium, atque in cinere & cilicio, nudatis pedibus, obviam venit itinere trium dierum, ſuſceptumque Caput detulit Hiſpalim, ubi Epiſcopus ordinatus fuerat, cum magno decore ac pſallentium comitatu, ædificavitque eccleſiam in honore illius, ubi poſuit decenter illud Caput venerabile, & ſic ab eadem provincia omnis plaga ceſſavit. (Conſummavit autem Beatus Lauriaous glorioſum martyrium tv. Nonas Julii, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.)

C 10 Sanctus autem Euſebius *n* Arelatenſis Epiſcopus, dum conſuete poſt Matutinas cum clericis altaria circumiret; atque diutius ad ſepulcrum B. Cæſarii Confeſſoris orans jaceret, præſtolantibus duobus Diaconis finem orationis, vigiliis oppido feſſus, contigit ut obdormiret. Cumque hujuſmodi ſopore deprimeretur, apparuit ei clariſſimus vir, venuſtiſſimo aſpectu in veſtibus candidis, & ait: Euſebi, perge velociter in pagum Biturigenſium, ad vicum, qui dicitur Vaſtinum, ibique in ſaltu vaſtæ ſolitudinis require ſpeluncam, in quâ corpus Martyris jacet, qui heſterna die a latrunculis Hiſpaniæ ibidem decollatus eſt, qui etiam caput ejus, me jubente, Hiſpalim deferunt, (ubi eſt Epiſcopus ordinatus,) ut per ejus glorioſum martyrium eadem provincia a longa ſterilitate in fœcunditatem mutetur; veſtimenta quoque munda tecum tolles in ſepulturam. Cum autem ſpeluncam ingreſſus fueris, occurrent tibi duo urſi, tu vero ne timueris, quia ad cuſtodiendum corpus Martyris miſſi ſunt, & ipſi tibi iſtud oſtendent, & hoc tibi ſignum: Cum ad amnem Ligerim veneris, tranſibis ubi D numquam facultas tranſeundi fuit.

n Euſebius Arelatenſis ſublitus mouetur de ſuccurrendo.

11 Ad hanc viſionem S. Euſebius ſurrexit, *quod multa prodigia ponuntur.* & concito curſu juſſa perficiens, venit ad Ligeris fluvium, inveniſque parvam naviculam a nemine umquam viſam, in qua erat nauta pulcherrimus aſpectu, veſtibus indutus pretioſis, qui cum a S. Euſebio interrogaretur, unde & quis eſſet? Reſpondit; Cur requiritur nomen quando non exigitur naulum *o*? Hoc dicto, in punctο temporis amne tranſmiſſo, nuſquam comparuit. Sanctus quoque Euſebius hujus myſterii arcanum intelligens, ſilentium dedit, & ad locum deſignatum recto tramite Vaſtinum pervenit, atque in oſtio ſpeluncæ, ſicut ei oſtenſum fuerat, duos urſos invenit. Qui depoſita omni ferocitate manſueti facti, vultu demiſſo, uſque ad beati Martyris corpus ſanctum Epiſcopum præceſſerunt: nimirum providentia mirabili tamdiu equos *p*, & omnia gyrando cuſtodierant, donec corpus beati Martyris ſepulturæ traderetur. Hoc peracto, capite ſubmiſſo, quaſi benedictionem peterent, redierunt in ſaltum. Sanctus quoque Euſebius ſupra corpus beati Martyris Lauriani eccleſiam in honore beati Petri Apoſtoli ædificavit & dedicavit XIV. Kal. Decemb. in quo loco virtutes multæ fiunt ex tunc & modo, ad gloriam & laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Monui ſuperius, omnia, quæ his ſignis ſeu uncis includuntur, deeſſe in editione Labbei. Utra porro præferenda ſit, prior iſta, an hæc noſtra, operæ pretium non eſt diſquirere; advertat facile lector, non hic hiſtoricum rerum geſtarum narrationem dari; ſed potius apparitionum & prodigiorum cœtenam.*

b *Hujuſmodi floſculis exornari ſolent vitæ illorum Sanctorum, de quorum Actis nihil certi duci poteſt.*

c *Editio Labbei legit* vigeſimo quinto: *Arturus habet;* annos natus triginta quinque diaconus eſt ordinatus. *Tum vero* Ac paulo poſt ſacerdotali charactere inſignitus, *alia adjungens connectendæ rerum ſeriei opportuna; ubi hic vides* F *inordinata & præcipitata omnia.*

d *Hæc verba uſque ad*, gloriam, *deerant in noſtra manuſcripto, in quo & nonnulla alia aut vitioſa, aut non ſatis clara ex editione Labbei reſtitui.*

e *Hic incipiunt apparitiones & miracula, in quibus deſcribendis ſtylum exercet Anonymus, acſi omnibus præſens adfuiſſet, auritus & oculatus teſtis, dum interim de S. Lauriani, tum in Italia, tum in Hiſpania geſtis, nihil prorſus habuit quod memoraret.*

f Cluſorem portum *non novi, aliquid diceret, ſi* cluſorem portæ *nominaret. Quid demum indicare voluerit, aliis quærendum relinquo.*

g *Æque falſo de Totila ea omnia prædicantur, ac pleraque alia, quæ in hac qualicumque legenda, ei ineptiſſime adſcripta, ex commentorio prævio ſatis patet.*

h *Mallem diceret*, illius Deo ſervies: *verum hæc & ſimilia, per me licet auctori condonentur.*

i *Non magis hunc* portum Helnæ, *quam ſupra* Cluſorem *reperio.*

k *Re-*

A k *Ridendum nobis præbet Anonymum Cointius quod circa principium ſeculi* VI. *ſuſtum Cathedræ S. Petri obtrudat. Non omnia ejus argumenta probo; at mirum, ſolaſtum hunc articulum, ubi tot alii in hac legenda occurrunt, non minus reprehendendi.*

l *Redolent hæc potius ſcriptoris ingenium, cui nihil placet præter continuata miracula, qualia hic demum ſequuntur non ſatis perite digeſta.*

m *Pavergum iſtud ſatis oſtendit, Anonymum non de alio Rege quam de Totila cogitaſſe, cui hoc tam vere tribuitur, quam cetera ad Sanctum* D *noſtrum ſpectantia fictu & ſuppoſitu ſunt, ut ieorum habes toto hoc num.* 9.

n *De Euſebio, ſive Arelatenſi, ſive Aureliacenſi, ſatis dictum eſt in commentario prævio.*

o *Argutum reſponſum addi poteſt urſis & reliquis, ſtupendis magis quam credibilibus.*

p *Quid huc ſpectent* equi, *non intelligo; niſi eſſede veſtium velis Anonymus S. Laurianum, cujus etiam equos cuſtodiverint urſi, ut eodem vehiculo ſacrum corpus ad ſepulturam deveheretur.*

DE S. VALENTINO PRESBYT. CONF.

PROPE MOLISMUM, DIOEC. LINGON. IN GALLIA.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Sancti ortu, cultu, ætate, eccleſia & veteri prioratu.

B CIRCA ANN. DXLVII.

In quo Lingonenſi illuſtri ſuburbio natus,

DE *Lingonibus, priſco & illuſtri Galliæ Belgicæ populo, de eorum veteriſſima urbe, de Epiſcopis olim potentibus, Comitibus & Ducibus Franciæ Paribus, de Sanctis ad eam dignitatem ſpectantibus multus priderm in Actis noſtris ſermo, prout occaſio & locus tulit. Hic non tam urbs ipſa aut gens, de quibus videri poſſunt Gualtherotius, Vignerius, Adrianus Valeſius in Notitia Galliarum, aliique; huc, inquam, non tam Lugonica eruitas ſpectus, quam* Latiſcenſis *ſeu* Laticenſis *pagus, vel, ut infra recurret, Latiſcenſe ſuburbanum, gall.* Lacois *ſeu* Lecois, *quod, teſte Valeſio*, iter unius diei ab urbe Lingonis abeſt, & vicum Pultarias, *Pontieres*, monaſterio inſignem, & quidquid inter Caſtellionem & Barrum Sequanum ultra & cis flumen jacet, continere dicitur. *In hoc pago natus eſt is, de quo hic agendum*, ſanctus Valentinus *presbyter Confeſſor, de quo tale eſt brevium Actorum exordium:* Beatus Valentinus in Laticenſi ſuburbano Lingonenſium oriundus fuit, pareotibus nobilibus ortus, traheos ex paterni generis ſanguine originem a Romanis. *Quæ alia phraſi, ſed eodem, ni fallor, ſenſu intelligenda ſunt in tribus lectionibus manu Petri Franc. Chifflatii deſcriptis & IV. Julii recitandis in 2. noct. ubi ſic legitur:* Valentinus in Lingonibus, in Latiſcenſis ioclyti quondam oppidi, nunc deſtructi, ſuburbano, claris ortus parentibus, & quidem patre Romano, hoc eſt Gallo indigeoa.

C *parallaxi effecto colligitur;*

2 *Prædictas lectiones uſu receptas eſſe, ſatis indicare videtur laudatus Chifflerius, quamquam in Kalendario aut Breviario Lingonenſi anni* 1604. *nulla exſtet ſanctis iſtius* Valentini *memoria. In ſchedulis ab eadem Chifflerii manu notatum apud nos invenie:* Sanctus Valentinus Lingonenſis agri Confeſſor, cujus vitam alias ad vos tranſmiſi, colitur IV. die Julii. Corpus ejus habetur in eo ipſo loco, ubi vixit, haud procul a Bulterienſi & Moliſmenſi monaſteriis. Nomen loco ECCLESIOLA, quæ vulgo EGLISELLE, & corrupte GRISELLE. Plura admonebo de hoc Sancto, cum accepero reſponſum ad quaſdam litteras, de illo a me ſcriptas. *Aut præter hæc paucu nihil accepit nec reperit curioſus indagator, aut ad nos mittere prætermiſit, aut certe ſiquid unquam miſſum fuerit, interciſſe oportet. Citatas le-*

E *ctiones habemus, ab Actis nonnihil diverſas, & Sancti Vitam ex Ms. codice S. Benigni Divionenſis collatam a Majoribus noſtris cum codice Reginæ Sveciæ, qui olim fuerat monaſterii Florıacenſis, dein Card. Mazarini, ſignato n.* 863. *Atque hæc tota ſupellex ſacra Ms. quæ de Sancto Valentino nobis reliſtu ſit. Exiſtimo equidem dictus lectiones ex Actis decerptas, ibique uſurpatas & hodiedum uſurpari, ubi ſacrum corpus depoſitum fuit, ut uperte trudit Cointius, dum ait,* ſe vitam deſcripſiſſe ex lectionibus, quæ in illius natali leguntur.

licet in Martino nullus eius actus memoria.

3 *Ad faſtos eccleſiaſticos tum generales tum particulares, tum antiquos, tum recentes frustra recurſum eſt; nulli enim quantumvis novi & ampli catalogi Sanctorum, qualis eſt Gallicanus Sauſſayi, nulla vel noviſſima Martyrologia de Sancto Valentino memmerunt, præter unicum Caſtellani Univerſale, in quo diligentiſſimus Sanctorum reſeſſor ita legit:* Eccleſiolæ (*a Griſolle*) prope Moliſmum, in dioecesi Lingonenſi, ſancti Valentini Confeſſoris, tempore Childeberti. *Mirum ſane in tanta copia Uſuardinorum, tot Sanctis auctorum, copia, in tot aliis Gallicis aut Kalendariis aut Hagiologis, notum non eſſe Sanctum noſtrum, quem nec Gualtherotius, longo ſuo patriorum Sanctorum elenchо inſeruit. Nihilominus damno aut fraudi eſſe non debet Martyrologorum ſilentium, dum alunde de recepto cultu tam certa ſuppetunt teſtimonia: Chifletianum jam ſupra memoravimus, alia porro ex Cointio inſertus adducentur, ex quibus id conſtet*, Valeotinum *in Martyrologio Univerſali inter Sanctos toto collocatum fuiſſe.*

F

4 *Unum in Caſtelluno diſplicet, quod relictis Actis, niſi forte eu non videris, lectiones Chifletianas ſecutus ſis, in eo maxime diſcrepantes, quod pro* Theodeberto *Actorum*, Childebertum *ſubſtituant, aliis, quas Cointius edidit, Theodebertum etiam ſignantibus. Nec magis placet appoſitus unius mortis Sancti* 560. *quo jam a biennio vivere deſierat Childebertus Clodovæi filius, necdum vivere, nedum regnare corperat Childebertus Rex Auſtraſiæ, cujus, vixdum quinquennis, regni initia ſignt accuratiores chronologici ad Natalem Domini* 575. *ut vide in noviſſima noſtri eruditiſſimi Danielis Francica hiſtoria. Atqui Rex ille, ſub quo floruit S. Valentinus, huic certiſſime ſupervixit,*

caſtellani animadverſio male Childeberti memorat,

A AUCT. J. B. S. *ut lectiones æque ac Acta teſtantur. Non potuit igitur recte adſcribi obitus* S. Valentini *ann.* 560. *regnante Childeberto. Neque dicas, neceſſe eſſe, ut Sanctus Childeberto Regi Pariſienſi æqualis fuerit; non id agitur: ex eo capute Caſtellanum impugno, quod non adverterit, Regem illum, ſub quo & in cujus aula vixit Sanctus, ad eccleſiam poſt hujus mortem ædificandam ſolidos* 50. *contuliſſe, atque adeo* S. Valentino *ſupervixiſſe, quod de Childeberto ille dici nequaquam poteſt, ſi Sanctus obierit an.* 560. *multo minus de Childeberta altero junipore.*

Ad Theodeberti regnum ſpectare omnia, 5 *Character iſte chronologicus, in Actis expreſſus, etſi confuſior, de Theodeberti regno, deſeri omnino non poteſt. Eum concordi calculo ſecuti ſunt Labbeus in Elogiis hiſtoricis pag.* 20. *Vignerius in Chronico Lingonenſi pag.* 38. *&* Cointius *ad ann.* 535. *n.* 5. *Hi preſſe Actis inſiſtunt, & quæcumque in illis tradita ſunt, Theodeberti temporibus illigare non dubitant. Primus nullum certum annum determinat, aut adoleſcentiæ, in aula Theodeberti tranſactæ, aut fugæ ad evitandum conjugium, aut demum obitus, quorum omnium nullis certi calculi ex Actis erui aut deduci queant. Vignerii verba ſunt:* Vixit etiam illo temporum aureorum ſpatio Valentinus, ex nobiliſſima proſapia, Theodeberto, Regis Theodorici filio gratus, cujus in aula militavit; repudio ſeculi utque ſponſæ, ſecundus Alexius in Galliis effectus, circa ann. 545. presbyter, deinde prioratus fundator. *Diſplicuit primum hæc Vignerii epocha; nam ſi* S. Valentinus *anno demum* 545. *Alexius Galliæ effectus eſt, tota ejus vita ſolitaria, presbyteratus ſuſceptio, & fundatio prioratus, vix ad trium annorum intervallum extendi poterunt, cum Theodebertus certo obierit* 548. *quem Sancto ſuperſtitem fuiſſe diſertiſſimis terminis Acta affirmant.*

B

quæ ejus tempora, a Vignerio prædicta, 6 *Tutior videbatur Quintii via, loco ſupra citato, dum Valentini geſta adſcribit an.* 555. *Regis Theodeberti ſecundo; verum ſubductis adamuſſim omnibus, eo etiam paſto Actorum ſeries contrahenda & præcipitanda eſt, præſertim cum ſub eodem Theodeberto* palatinam militiam prædictus vir, *S. Valentinus*, in adoleſcentia pro dignitate parentum adminiſtraſſe *dicatur, & anno ætatis vicesimo ad nuptias invitatus, quinque poſt annis ex aula fugiſſe. Etenim in hac ſupputatione ita res diſtribuendæ erunt, ut annos natus circiter quindecim, ad aulam Theodeberti acceſſerit* S. Valentinus, *vel ipſo primo regni anno* 534. *nuptiæ propoſitæ fiut dum* annos viginti *attigerat* 539. *inde ſe conjugii metu poſt quinquennium ſubtraxerit circa annum* 544. *reliquum porro vitæ ad triennium producatur, nempe ad ann.* 547. *Theodeberti pauliſuper, ut in tuto collocetur ea Actorum pars, qua Rex iſte ad ædificationem eccleſiæ poſt Sancti mortem, ſolidos* 50. *contuliſſe aſſeritur. Itaque natus erit Sanctus noſter anno circiter* 519. *vixerit annis non octo ſupra viginti, quandoquidem obitus differri non poſſit ultra annum* 547. *redibitque Vignerii calculus*, S. Valentinum *Alexium in Galliis effectum eſſe, circa annum, ſi non* 545. *ſaltem* 544. *ut tempora multa expleſſe Sanctum oporteat, quamquam in brevi conſummatum.*

C

vertitur gravioris Actorum criſis. 7 *Ego quidem modum alium excogitare nequeo, utus omni conatu tentaverim, ad ſabyandam Actorum fidem & ſinceritatem, in quibus, tametſi auctor & ſcriptionis tempus ignoretur, nihil magnopere occurrit, quod veritatis lucem fubire refugiat, præter ſcriptorum ſphalma, amanuenſis, ni fallor, ignorantia intruſum, dum Theodebertus* cum fratribus *regnaſſe dicitur, ubi legendum* cum patruis, *nimirum Childeberto & Clotario. Cum itaque in cæteris nihil ſit quod multum offendat, non video cur a chronologicis notis, quæ Sancti ætatem utcumque definiunt, recedendum ſit. Si quis forteſſe longinquiorem ætatem adſtruendam putet, id abſque evidenti Actorum contorſione non evincet, neque alio veriſimili argumento, quam ſi Sanctum ad Theodorici aulam perrexiſſe contendat, in eaque cum Theodeberto adoleviſſe, quo tempore ea acciderint, quæ de adminiſtrata militia, de nuptiis ad quinquennium dilatis, atque fuga in ſolitudinem narrantur; qua in re conjecturas ſuas cuique liberas relinquimus, modo meminerint, non temere ab Actorum textu deflectendum, quamdiu ea quoque pacto vindicari poſſint. Ad Cointium revertimur.*

D

Calculus ſuis meritis deſtituitur. 8 *Ita articulum ſuum quintum incipit, dicto jam ann.* 535. Erat in aula Theodeberti Regis aliter adoleſcens Deo percarus... beatus Valentinus. *Ejus Actorum partem ſubjicit, uſque ad*, ab Epiſcopo Lingonenſium presbyter ordinatus eſt. *Tum vero & ad auctoris legendæ mentem adjungit:* Paucis poſt annis vixit & ad Deum migravit Theodeberto adhuc ſuperſtite, *ut ex fine Actorum colligiſſime deducit. Demum ea proſequitur, quæ de* S. Valentini *ſpelunca, de oratorii capella, de montis ſitu, prioratu, eccleſia, cultu aliiſque ſatis accurate hoc loco indagaſſe videtur*, Sex, *inquit*, milliaribus a civitate Lingonenſi diſtat ſpelunca, in qua Valentinus deſituit. Prope illam, ſub ejuſdem S. Valentini nomine, conſtructa fuit capella, cujus hodie ſola ſuperſunt rudera, proceſſiones tamen annua die fiunt è vicinis locis, magno populi concurſu. Locus in quo beatus Valentinus requieſcit, per omnia congruit his, quæ ſupra deſcripſimus. Mons eſt, in cujus faſtigio æqua planities, paludibus profundis undique cincta, decem circiter jugera terræ complectitur. Illic viſuntur maceriæ, cum muniti quondam caſtri, tum prioratus B. Valentini, eccleſiæ olim contigui. Antiquitatem redolet eccleſia, ſub cujus abſide crypta eſt, in quam per gradus deſcenditur. Cryptam illam, ut opinamur, B. Valentinus aut inhabitabat, aut eccleſiam fecerat.

E

quæ ſuna de Sancto monumenta ſuperſunt. 9 Illic humantur ejus oſſa. Tumulus erat olim in medio cryptæ, ut facile apparet ex pavimento, quod in ſpatio tumuli nullum eſt. Jam murum dextri lateris contigit, altus eſt ſex pedes, duobus conſtat lapidibus, quorum alter, qui melioris eſt antiquitatis, alteri ſupponitur; hic autem arcæ ſimilitudinem refert, in cujus ſupercilio crux inſculpta cernitur, in baſi Petrus & Paulus Apoſtoli: in ea vero parte, quæ aram cryptæ ſpectat, Dei Patris effigies in nube, ſub qua viri cujuſdam & mulieris genua flectentium imagines conſpiciuntur, omnia operis ſatis vetuſti. B. Valentinus in eccleſia pingitur cum palma, draconemque pedibus proculcat. Medetur ſerpentum morſibus. Anniverſaria memoria celebratur quarto Nonas Julii. Plurimarum eccleſiarum patronus agnoſcitur in vicis circumjacentibus, coliturque ſub hæc oratione „ Deus qui „ hodiernam diem beati Valentini Confeſſo„ ris tui ſacro tranſitu conſecraſti, concede „ nobis propitius, per ejus inſtituta greſſibus „ pergere, uti ejuſdem in regione viventium

F

merca-

A mereamur gaudiis admiſceri, *&c. Non potuit hodierna cultus & celebritatis ratio nitidius explicari, ut proinde reliquum nihil ſuperſit, quam ut vitam ipſam paucis illuſtremus.*

VITA

Ex Ms. codice S. Benigni Divionenſis, collata cum alio Ms. Reginæ Sveciæ.

a Illuſtri genere ortus ad nuptias conſtui, fugit,

BEatus Valentinus io Laticenſi ſuburbano *a* Lingonenſium oriundus fuit: parentibus nobilibus ortus, trahens ex paterni generis ſanguine originem a Romanis. Cujus puericia futuram virtutem jam tunc præclara indole depingebat. Per idem tempus Theodebertus Rex una cum fratribus *b* (patruis) Francorum regnum potenter gerebat: ſub quo palatinam militiam prædictus vir in adoleſcentia, pro dignitate parentum adminiſtravit: quam tamen non ex corde gerere videbatur, cujus mens divinam potius ſervitutem meditabatur. Cujus erat ſtudium frequentare eccleſias, orationum loca

b

B inviſere, & (prout poſſe erat) indigentibus ſubminiſtrare. Qui cum viginti eſſet annorum, coactus a parentibus, filiam Palladii cujuſdam nobilis Tricaſſinæ urbis, ſibi deſpondit, eo pacto, ut poſt quinquennium foret ejus nuptias peticturus. Jamque expleto quinquennio, inſtabat dies nuptiarum: parentes vero ſecundum generoſitatem ſui parabant omnia, quæ in talibus obſequiis adhiberi ſolent, convocatis propinquis, & neceſſariis amicis. At vero egregius juvenis, cui ingratæ nuptiæ parabantur, ulterius propoſitum animi diſſimulare non valens, nec tamen parentibus fateri præſumens, fugam iniit, nullo conſcio in domo paterna: atque in quadam ſpelunca, quam vulgo Furnum calcis vocitant, ſeſe abdens delituit.

repertus, nonnam impetrat ſolitario vivendi,

a Quod ubi compertum eſt, vehementer parentes conturbati, amicos familiamque undique ad inveſtigandum eum diriguni. Qui peragratis finitimis locis, nec reperto, domum reverſi, patri nunciant, quia nuſquam inveniri potuerit. Tunc vero pater, nimia indignatione commotus, ipſe ad inveſtigandum eum cum

C

c canibus *c* properat, ut ſaltem canum ſagacitate profugus reperiretur, quem hominum induſtria invenire nequiret. Nec eum opinio feſellit; nam tandem reperit ſponſum fugitivum, in prædicta ſpelunca delitescentem. Quem primum vehementer, qui talia egerit, objurgat, ac poſt de nuptiis admonet. Cui venerabilis juvenis humiliter votum profitetur: & quia uxorio vinculo ſe conſtringi non pateretur, qui eſſet vinculo divinæ ſervitutis adſtrictus, inſinuat. Cujus virtutem miratus pater, recepit ſatisfactionem; nec eum deinceps de carnali copula admonet, cujus menti gaudet caſtitatis dulcedinem adſpirare.

multiſque clarus virtutibus, ſe credentes initiatur

3 Quid ceteris videatur ignoro: mihi tamen videtur, non minimam hanc fuiſſe virtutem. Ecce enim voce veritatis de quibuſdam, mira facientibus, dicitur. Multi venient io illo die, dicentes; Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: & tunc confitebor illis, quia numquam novi vos. Econtra, de hujuſmodi dicit; Quia omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut uxorem, & ce- D AUGT. J. B. 6.
tera, propter nomea meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Hujus igitur admonitionis venerabilis Valentinus devotus auditor exiſtens, gloria ſeculi ealcata, Domini Crucem bajulans, eum ſequi inſtituit. Denique remotiorem vitam eligens, montem domui patris vicinum, qui etiam patris erat fundus, elegit, eo quod undique paludibus munitus, non facile *d* præberet acceſſum: in *d*
quo in honore Apoſtolorum parvulam baſilicam ædificavit, ex qua idem mons hodieque Eccleſiola nuncupatur. In qua jugiter vigiliis & orationibus excubans, merito ſuarum virtutum ab Epiſcopo *e* Lingonenſium presbyter *e*
ordinatus eſt.

d latrunculi hoc ſpatium munierant

4 Creſcebat in eo quotidie divinæ gratiæ effectus, & mira nonnulla per eum efficiebantur *f*. Hoc igitur odore virtutum fama ejus late divulgabatur. Non autem ſilentio prætereundum videtur, quid per ſervum ſuum, immo pro ſervo ſuo Dominus dignatus ſit operari. Denique per pagum Catalaunenſium cujuſdam utilitatis cauſa iter faciens, in latrones E
incurrit, a quibus turpiter de caballo dejectus eſt. Qui & ſuam injuriam, & damnum caballi ſublati æquanimiter ferens, flagellum etiam quo eum agere ſolebat, latronibus obtulit, petens ut calcaribus equum non cruentarent. Quo facto, diſcipuli ejus inſultabant, dicentes; ubi ſunt continuæ orationes tuæ? Protinuſque ſervus Dei nihil reſpondens, ſeſe in orationem dedit. Mox vero divina virtute latro fixus, nec ſe, nec equum movere poterat. Hærebat igitur uterque; equus, quia injuſte ſublatus; latro, quia injuſtus ſublator: ſicque permanſit, donec a ſancto viro & veniam delicti & licentiam abeundi conſequi mereretur.

f

& aliqua alia ſupplicia effugiat.

5 Eodemque tempore ad Fraulonem Comitem, pro neceſſitatibus pauperum ſubvenien- F
dis pergens, carpebat iter: cum repente cernit ſemivivum in patibulo hominem pendentem, quem paulo ante miniſtri ejuſdem Comitis, merito criminum ſuorum morti adjudicatum, ſuſpenderant: & quia erat benignus animo, nimia miſeratione commotus, Chriſtum invocans, ſignum ſalutiferæ Crucis in ſuſpenſum reum dirigit. Mirumque dictu, ſtatim ſupplicium clementer deponit liberandum, quem acceperat excruciandum: & mutua vice, deponit furca hominem *g*, & homo fur- *g*
cam. At vero vir ſanctus, quem mirabiliter liberaverat, pie abſolvit; & ne deinceps digna morte committeret, admoner. Alio quoque tempore prædictus Comes quendam reum vivum infodi in terram uſque ad humeros juſſerat; malens diutius miſerum pœnis excruciari, quam compendioſa morte *h* necari: *h*
quem Valentinus iter faciens, reperit triduo jam in hoc ſupplicio poſitum, gementem, & dicentem; Miſerere mei, Domine, quoniam infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Tunc beatus Valentinus ſolita pietate miſertus, fixis genibus ſe in orationem dedit: & ſtatim terra evomuit ſanum, quem tenebat jam, eito in terram vertendum. Quem ſanctus Dei divinis monitis inſtituens, ſecum ad eccleſiam ſuam duxit: ibique uſque ad mortem ſerviens Domino permanſit.

A AXIMUS. *Mirabilis vini multiplicatio.* 6 Sed nec illud a me hic prætereundum videtur, quod multorum ore ſpargens fama vulgavit. Quodam namque tempore prædictus vir volens ſtabilitatem eccleſiæ ſuæ regali præcepto confirmari, ad Theodebertum Regem ſe contulit [a] a quo pro ſui veneratione & celebri opinione honorifice ſuſceptus eſt. Interea in regalibus defecit vinum: quod nequaquam latuit beatum virum: vocatoque vini miniſtro, jubet ſibi porrigi vinum, quod tantummodo Regi ſervabatur propinandum. Quod cum accepiſſet, benedictione perfundens, miniſtro tradidit, præcipiens, ut quæque vaſa vacua in præſenti adeſſent, ea perfunderentur. Quod eum feciſſent, impleta ſunt vaſa uſque ad ſummum: cumque hoc factum Regi nuncium eſſet, virum Dei in maxima veneratione habuit, eique quidquid ab eo poſtulaverat, libenter conceſſit. His igitur, multiſque aliis virtutibus clarus, migravit ad Dominum: & ſepultus eſt honorifice in baſilica, quam ipſe ſibi ædificaverat: ubi ſe quotidie miraculorum

B indiciis manifeſtat.

& fraudulenti cancellarii reſipiſcentia. 7 Poſt ejus vero obitum cum comperiſſet Theodebertus Rex, quod majori ambitu ſuper corpus ſancti viri baſilicam conſtrueret Lingonenſium Epiſcopus, eidem in adjutorium operis quinquaginta ſolidos *i* per Antidium Cancellarium *k* ſuum miſit: qui diabolicæ cupiditatis fraude deceptus, decem ex illis furtim ſibi retinuit; ſtatimque divina ultione perculſus, & membris omnibus diſſolutus, ante ſepulcrum ſancti viri ſe deferri juſſit; ibique confeſſus furtum, quod improbe commiſerat, duplo tantum (id eſt, viginti ſolidos) eidem eccleſiæ annis ſingulis ſe collaturum eſſe promiſit: Et ſic tantam indulgentiam & ſanitatem meritis beati Valentini conſecutus, incolumis reverſus eſt, reddens annis ſingulis quod voverat. Hæc autem, pauca ex multis, memoriæ tantum mandamus, quia a multis atteſtantur *l*; ut his indiciis quanti meriti fuerit, facile intelligatur. D

ANNOTATA.

a *Vide dicta in commentario num.* 1.

b *Supra oſtendimus, non Theodeberti fratres, ſed patruus intelligi oportere, nempe Childebertum, qui obiit an.* 558. *& Clotarium, ad quem rediit tota monarchia Francica, mortuum* 561.

c *Satis nota ſunt, quæ de odora canum vitra duni Naturaliſtæ, præter ea quæ quotidiana docet experientia.*

d *Sic legere malo, quam cum Ms. Reginæ Sveciæ*, qui ei facilem præbebat acceſſum, *id enim pugnare videtur cum ipſa loci ſitu, & Sancti ſtudio homines fugiendi.*

e *Fuit hic veriſimiliter S. Tetricus, S. Gregorii ſucceſſor, cum hic annum* 541. *non videatur ſuperaſſe. Vide de utroque Sammarthanos.*

f *Crediderim hoc loco interpolatum eſſe codicem Reginæ Sveciæ, in quo hæc addantur*, ſcilicet ægrotantibus ſanitatem concilians, & languidis E incolumitatem reſtituens. Recipiebant cæci viſum; ſurdi conſequebantur auditum; claudis greſſus reſtituebatur & dæmonia fugabantur. *Notiſſimi ſunt ſoliti iſti & communes floſculi.*

g *Accommode hæc intellige, ut Sanctus, ui fallor, reum, diſrupto laqueo, è furca depoſuerit.*

h *Satis mirum ſupplicii genus, ſed forte non prorſus inſolitum eo tempore, quo omnem barbariem necdum exuerant Franci.*

i *Aureos illos fuiſſe exiſtimo, quales deſcribit Cagnius in gloſſario.*

k *Hinc Cancellarium iſtum eruit Labbeus, loco ſupra citato.*

l *Ex his verbis ne colligas, ſcriptorem habuiſſe teſtimonia eorum, qui cum S. Valentino vixerant; malim ego credere, miracula illa omnia per longam traditionem accepta, & forte in nonnullis adjunctis circumſtantiis ab ipſo ſcriptore pie exornata.* F

DE S. ANDREA CRETENSI

C *EPISCOPO ET CONFESSORE.*

Sylloge Hiſtorica.

CAPUT I.

Cultus ſacer, elogia, tempus vitæ.

J. P.

circiter an. DCCXX.

Memoria in tabulis Græcis.

OUicunque *ad merita* S. Andreæ Cretenſis *attenderit, virtutis ac doctrinæ laude ſpectatiſſimi, dubitare non poterit, quin ampliſſimus pateat in ejus laudes campus, ut mirum ſit, tam pauca de vita ejus geſtiſque ad poſteros eſſe propagata. Et vero cum Acta deſiderentur, dabo operam, ut huc aliunde corradam nonnulla, quæ ad ipſum ſpectant. De cultu primum dicam. Memoria ejus inſcripta legitur hoc die in Menæis Chiſſletianis & bibliothecæ Ambroſianæ, Typico S. Sabæ, Epitome Menologii Græci, Maximo Cytherorum Epiſcopo, Menologio Slavo-Ruſſico, Menologio Sirleti, nec non Menæis impreſſis: atque in his ultimus honoratur iſto cantu:*

Τμνοις προτιμων ἀνδρεικοῖς τὸν Ἀνδρέαν.
Λιπὼν βίον πρέσκυρον Ἀνδρέας πάλαι
Ζώντα κατελέιπετο ἀγαθὰς βίον.
Τῇ δὲ δ' ἀρχιδόκῃ μήνος Ἀνδρέαν ἔλε.

Hymnum ſonorum, maſculum Andreæ damus.
Dum temporalis deleris vitæ jubar
Andrea, amœnam Cœlitum vitam obtines.
Quarta die mors Præſulem Andream abſtulit.

a *Obſerva conſonantiam in vocibus* Ἀνδρέαν, *&* ἀνδρεικοῖς. *Subnectitur elogium, quod ita verto Latine:* Andreas è civitate Damaſcena oriundus, a parentibus piis, Deumque amantibus in lucem editus fuit, ac litterarum traditus diſciplinis. Hic, Theodoro Patriarcha cathedram Hieroſolymitanam moderante, clericorum cœtui

elogium ex Menaeis impreſſis.

A tui per conſuram adſcribitur, & in emanuenſem ab eodem aſſumitur. Porro ad Synodum Conſtantinopoli coactam ab illo mittitur, actis ejuſdem ſubſcripturus. Propter eruditionem vero, qua pollebat, & virtutem, magnæ eccleſiæ Diaconus, paulo poſt orphanotrophus, ac demum Archiepiſcopus Cretenſis creatur. Dumque in quadam inſula, cui nomen Hieriſo, non procul ſita a Mitylena, degeret, permultis Eccleſiæ Dei rebus monumentis, e vita migravit. *Ita Menæa impreſſa; an vero omnia ſatis chronologice ſint vera, poſtea diſcutiemus, quando de ejus ætate agemus.*

& Nomologio Graco-rum.

3 *Græcorum Horologium, facta* S. Andreæ *memoria, his verbis eum alloquitur*: Divinas melodias diſerte debuccinaſti, luminare apparuiſti mundo longe ſplendidiſſimum, beate Andrea, fulgens lumine Trinitatis: unde invocamus te, ut non deſinas pro nobis omnibus intercedere. *Papebrochius in Comm. prævio ad vitam S. Mariæ Ægyptiacæ tom. 1. Aprilis pag. 69. aſſerit*, elogium, longe quam alibi plenius & perfectius in Clavomontano Synaxario deſcriptum. *Neque in Græcis ſolummodo tabulis ſancti Antiſtitis noſtri memoria inclaruit*; B *verum etiam ad alios tranſiit ſcriptores. Etenim ex Latinis Martyrologis Molanus hoc die* S. Andream *refert, prout inſuper Jacobus Gretſerus noſter lib. 1. de Cruce cap. 55.* viri ſanctiſſimi *nomine eum nuncupans.*

Cur dictus Hieroſolymitanus.

4 *Antiſtes noſter paſſim* Cretenſis *cognominatur, idque a Cathedra archiepiſcopali urbis Cretenſis, quam gubernavit. Alibi etiam invenias eum appellari* Hieroſolymitanum. *Non quia fuit Hieroſolymitanus epiſcopus, qualem ipſum fuiſſe aſſerit Voſſius lib. 2. de Hiſtoricis Græcis pag. 223. verum, ut credo, quia ſtatum monaſticum profeſſus ibidem fuerit, ducta videlicet in civitate Hieroſolymitana, vel ita dicta eidem vicino, notabili mora habitationis.*

Scriptorum

5 *At quæſtio eſt difficilioris indagationis, paribus utrimque momentis librando, atque aliter ab aliis deciſa, quo anno vixerit ſanctus Præſul noſter. Primo igitur ponam in medio ſententias auctorum, eum deinde amplexurus, quæ videbitur propius accedere ad verum. Voſſius loco jam proxime citato cenſet, ipſum floruiſſe ſub Juſtino II. circa annum* 570. *Præceſſerat Poſſevinus in Apparatu ſacro, ſcribens*, S. Andream *clariſſo ſub eodem Imperatore anno Domini* 550. *quem anni calculum credit*
C *mendoſum, ex vitio typographi, idem Voſſius. Recentior quidam Anglus in ſua Hiſtoria ſcriptorum Eccleſiaſticorum in diverſam abit opinionem, quam ejus verbis propono*: Claruit circa annum DCXXXV. ac diu poſtea. Certe de illius ætate inter eruditos non bene convenit. Alii eum ad DL. vel DLXX. perperam referunt. Alii neſcio qua auctoritate docti, ad an. DCCXX. deprimunt. Verum, ut ei annum DCXXXV. aſſignemus, facit Græcorum Triodii auctoritas, in quo Sophronio Patriarchæ Hieroſolymitano συγχρονος fuiſſe dicitur. Vixum tamen ultra annum DCLXXX. eum protraxiſſe patet ex jambis euchariſticis, ad Agathonem Diaconum, Concilii VI. ſcribam, pro ſibi, ad exſcribendum commodatis Actis ſynodalibus. *Labbeus prorogat ipſam ad annum circiter* DCCXX. *referens, eſſe, qui anno* DCCXXIII. *ipſum ſignent, & corrigi volens errorem Genebrardi, Canſii, Maraccii & aliorum, qui ſeculo* VI. *aſſignant.*

Variorum de ætate

6 *Atque ultima hæc ſententia videtur mihi veritati conformior, ostenta ſaltem, quod ſanctus Archiepiſcopus noſter pervixerit ad initium ſeculi octavi. Num necdum diem ſuum obierit anno* 681. *cum* D AUCT. J. P.
in celebrata Synodo VI. *Conſtantinopolitana, ſeu Œcumenica* VI. *habita contra Monothelitas a menſe Novembri* 680. *& producta uſque ad Septembrem anni proxime ſequentis* 681. *Confirmatur hæc aſſertio, primo ex Jambis euchariſticis ab ipſo ſcriptis ad Agathonem diaconum, ſynodi* VI. *ſcribam, de quibus modo. Secundo, ex Synaxario Clavomontano, quod citatur a Papebrochio die 2. Aprilis, in Commentario prævio S. Mariæ Ægyptiacæ, in hac verba*: Τὸν δὲ εἰκοστὸν ἐνιαυτὸν ἐπιβὰς ἀποδημεῖ ἐν Κωνσταντινουπόλει, μεθ' ἃ ἀνακαθίσαντος τοῦ θρόνου τῆς Πατριάρχου, αὐτὸ ἀπέκτησε. Cumque œcumenica Synodus Conſtantinopoli eſſet convocata, & ipſe Patriarchæ thronum ex parte regeret (*interſoris Papebrochius*, puta ſede vacante vicarius, aut potius vivente Patriarcha ſyncellus, utique jam vir perfectus, neque diſciplinis ſolum profanis ac ſacris, ſed etiam exercitationibus monaſticis aliquamdiu exercitus) ipſe pro eo illuc miſſus eſt, *nimirum* vel throno vel Patriarcha: *quia fatetur ibidem laudatus Papebrochius non habere ſe unde dijudicet, an* E *anno* 680. *ſedes Hieroſolymitana habuerit Patriarcham, & quo nomine appellatum.*

qua S. Andreas vixerit, ſententia;

7 *Si Patriarcham habuerit tam temporis, non fuit is Theodorus, multo minus Sophronius, dicente commentario mox citato*, veriſimilius eſſe adhuc infantem aut omnino puerum fuiſſe Andream, cum defunctus eſt Sophronius; & ab hujus ſucceſſore Theodoro, cum ætatis ageret annum XIV. attonſum eſſe in clericum, extremis ipſius Patriarchæ, *ſicut ibidem ſcribit Papebrochius*, annis, *ultra annum* DCXLV. *vix extendendis*. Cum Theodorus iſte fuerit pater Theodori Papæ Romani, anno DCXL. electi, & DCXLIX mortui. *Quo modo* inquit Andreas, *Theodoro moriente tam juvenis, potuit ab eodem mitti ad Synodum* VI. *Jam vero multo minus poteſt intelligi id contigiſſe ſub Sophronio, qui mortuus ponitur anno* 638. *ut videſis in vita ex variis collecta ad diem* XI. *Martii. Non poſſum, quin unum ſcrupulum aperiam, quoad* Andreæ *ad Synodum Conſtantinopolitanam profectionem, e Synaxario Clavomontano jamjam aſſertam, eſſque ibi.* Cum S. Andreas, *tanquam vicarius vel ſyncellus, adeoque publicæ perſonæ charactere inſignitus, eo miſſus referatur, mirum eſſe, nomen ejus deſiderari in Actis dictæ Synodi; ubi tamen habetur* F Georgius presbyter, eccleſiæ Hieroſolymitanæ nomine, *qui fortaſſe munere & dignitate inferior erat Andreæ, notatus ſolo* presbyteri *titulo. Unum eſt, ulterius in vita ejuſdem Sancti noſtri epocham inquirendum.*

quo ulterius ultimus prorogandæ,

8 *Ad ætatem* S. Andreæ *longius prorogandam, facit locus plane inſignis e Chronographia Theophanis, ſcribentis, eum fuiſſe ſuperſtitem illo tempore, quo ſub Imperatore Philippico convocatum eſt conciliabulum Conſtantinopoli, ad evertenda dogmata, a ſæpe dicta Synodo* VI. *œcumenica adverſus hæreſim Monothelitarum ſtabilita. Porro conciliabulum illud incidit in annum Chriſti* 712. *proinde conſequens eſt anno* 712. S. Andream *pervixiſſe. Adde annos paucules, & facile ad annum* 720. *vel, ni aliis placet,* 723. *pervenies; & fortaſſe paululum alterius. Nam conſtat quidem ex Theophane, anno* 712. *ſanctum Archiepiſcopum vixiſſe; quos vero annos determinate perrexerit ſupervivere, non habeo, unde certo definiam; & fallor, ſi ab alio exacte definiri poſſit. Collige ex dictis, quod Nicephorus Calliſtus, Xanthopuli filius, in*

Sya-

A AUCT. J. P. *Synaxariis, quæ compoſuit, cum Triodio recitandis, male dogmaticus & hiſtoricus, quando in Synaxario ad* v. *Feriam hebdomadæ Quadrageſimalis* v. *agens de Magno canone pœnitentiali, imperite errores errantibus accumulat.*

hallucinatio Nicephori Callisto.

9 Hunc, *inquit*, vere ex omnibus canonibus maximum, optime & ingenioſe compoſuit & conſcripſit S. P. N. Andreas, Archiepiſcopus Cretæ, cognomento Hieroſolymitanus. Fecit autem hunc canonem eo tempore, quo magnus Sophronius, Patriarcha Hieroſolymitanus, vitam Mariæ Ægyptiacæ litteris mandavit . . . Hunc præclariſſimum & maximum canonem, nec non tractatum de Vita Mariæ Ægyptiacæ primus Conſtantinopolim tulit, quando ab Hieroſolymorum Patriarcha Theodoro ad VI. Synodum ſubſidio miſſus eſt. Tunc enim vitam monaſticam adhuc profitens, cum adverſus Monothelitas fortiter decertaſſet, eccleſiæ Cpolitanæ clero adſcriptus eſt: deinceps in ea Diaconus & pupillorum curator conſtituitur; nec longo poſt tempore Archiepiſcopus Cretæ ordinatus eſt. B *Hinc egregie ſuo merito vapulat idem Auctor paragrapho ſecundo. Commentarii prævii, ad vitam Mariæ Ægyptiacæ, die* 2. *Aprilis, pag.* 69. *ubi plura de Magno illo canone, & Mariæ ejus Actis, quæ non ſunt præſentis inſtituti,*

CAPUT II.

Vindiciæ a monotheliſmo. Scripta. Andreas Cretenſis & Cæſareenſis, an idem.

Concilia-bulum CPolitanum

NEfarius imperator Bardanes ſeu Bardas, mutato nomine Philippicus dictus, ſecundo imperii ſui anno ineunte, Chriſti 712. firmato ſibi jam ſceptro, cum eſſet ex promiſſo, ſacroſanctæ Synodo œcumenicæ VI. juratus hoſtis, nihil non egit, ut ejuſdem Synodi dogmata contra Monothelitas lata, proſcinderet ac deleret, coacto CPols conciliabulo, ad quod, tamquam ad ſynagogam ſatanæ, convenerunt Epiſcopi plures Orientis. Itaque in hoc conciliabulo voti compos factus Imperator, oppreſſa Synodi VI. auctoritas, prodita veritas, defenſa hæreſis, G impio Monothelitarum errore triumphante per eos, quorum opera reprimi maxime & extingui debuerat. Sunt, qui colluviei iſti Epiſcoporum adjudicent S. Aodream Cretenſem; *ſunt, qui abjudicent. Illi conſequenter Monotheliſmi accuſant, hi excuſant; utri id verius faciant; hic inquirimus.*

nubili cauſa monotheliſmi fuit.

11 *Cardinalis Baronius ad annum* 712. *prædidum, impia hujus conciliabuli geſta graphice deſcribens, de Epiſcopis ſic ſtatuit*: Scribitur, *inquit*, de unica voluntate & operatione decretum, acclamatur damnatio veritatis, conclamatur hæreſis coofirmatio, cui & ſubſcribitur ab omnibus illis Epiſcopis, ex catholicis uno momento conflatis in Monothelitas: ita namque probati in conflatorio, qui videbantur eſſe aorum vel argentum, converſi ſunt omnes in ſcoriam rejectaneam; adeo ut nec vel unus legatur, qui reſtiterit, qui renuerit, atque ea de re exciderit ab epiſcopatu, & carcerem, vincula vel exilium paſſus ſit, *idque arguit ex ſilentio auctorum, qui nihil tale prodiderint*; illis dumtaxat ſalvis a tantæ fornacis incendio, quos abeſſe contigit. *Locus iſte non mulsum facit contra Præſulem noſtrum. Nam tametſi gratis concedam Epiſcopos ad unum omnes, nefario decreto ſubſcripſiſſe, nec vel unum* D *legi qui reſtiterit, qui renuerit, &c. necdum ſequitur ex citatis verbis, inter illos fuiſſe* Andream. *Nam præterquam, quod nomen ejus non exprimat Baronius, ſupponit aliquos non fuiſſe præſentes, cum referat ſuccubuiſſe omnes, præter illos*, quos abeſſe contigit. *Itaque cum e dicto loco elici non poſſit, an adfuerit dicto conciliabulo* Andreas, *an potius abfuerit, concludi indidem pariter non poteſt, an fueris prævaricator. Unde perſpicuum eſt Jacobum Goar hallucinari, dum in notis ad Theophanis primum locum, paulo infra a nobis producendum, in editione a ſe latine reddita, typis regiis impreſſa & notis illuſtrata, dum, inquam, in Theophanis locum pag.* 320. *poſitum, SS. Germanum & Andream, tamquam aliquando hic non ſatis orthodoxos traducit apud illum*, qui de Germani & Andreæ lapſu, Baronii luctum & querelas legerit anno Domini DCCXII. num. 5. 6. & 7. *Neutrum ibidem nomen lego, nedum luctum & querelas de eorum lapſu.*

Inter quæ dictus a Theophane antiſſe Andreas 12 *Fortius contra* S. Andreæ *orthodoxiam urget locus Theophanis, eoque magis, quod ſeculi dumtaxat unius interjectu vixerit poſt hanc rem, de qua ſequentia tradit, impreſſionis ſupra memoratæ pag.* 320. Philippicua adverſus ſanctam & univerſalem E VI. Syoodum invahi non erubuit, ſacra dogmata, ab ea ſancita ſtudens evertere: *enumeratiſque ibidem Epiſcopis*, qui io hanc ſenteotiam irent, Cretenſem Epiſcopum *diſerte accenſet iis*, qui ſententia ſcriptis promulgata in ſanctam ſextam Syoodum anathema pronuntiaverunt. *Alius Theophanis locus affertur apud Pagium tom.* 3. *pag.* 175. *ab initio num.* 4. *de pſeudoſynodo CPolitana ſic enuntiantis*: Primo imperii ipſius Philippici anno, inſanum conciliabulum adverſus œcumenicum concilium celebratum eſt; Cyroque expulſo, ſub ſextum patriarchatus ſui anoum, Joannes Patriarcha CPolitaous factus eſt: Andreas autem Metropolitanus Cretæ, ac Germanus Cyzici Metropolita, propalam ſubſcripſerunt, ac anathemate damnarunt cum omnibus collegis præfatam in Monothelitas celebratam ſanctam œcumenicam Synodum. *Vides itaque iteratum Theophanis teſtimonium, clariſſimis verbis expreſſum, quo ſignificat* Andream Cretenſem *a Monothelitis ſtetiſſe contra ſextam Synodum œcumenicam, aſſocians ei Germanum, Cyzici Metropolitam. Ultimum hunc jam dudum a Monotheliſmo vindicavit Henſchenius tom.* 3. *Maii, die ejuſdem menſis* XII. *pag.* 156. *num.* 8. *An idem ac* Andrea *noſtro obtineri poſſit, patebit ex ſequentibus.* F

ſed vindicatur

13 *Aſſumo id, quo laudatus Henſchenius, vindicias ſuas pro S. Germano inchoavit contra Nicephorum & Theophanem, Monotheliſmi eum accuſantes; videlicet commentum hoc eſſe*, ex ſubdolis hereticorum chartis exceptum. *Solent hæretici, quando aliunde nequeunt, auctoritatem ſibi conciliare numero adhærentium ac fautorum ſubdole & mendaciter multiplicato, eorum præſertim, qui dignitate conſpicui ſunt, ut ſic incautos in retia ſua trahant, ituros non quo eundum, ſed quo a pluribus itur. Quam facile Monothelitæ, fœcundi tecbnarum artifices, hanc etiam machinam adhibere potuerunt, inſerentes numero aſſeclarum ſuorum nomina epiſcoporum probe catholicorum ad ſimplicium deceptionem, & opprobrium Concilii œcumenici ſexti, quod cane pejus & angue oderant? Quæ nomina Theophanes, ex ſubdolis illis inſtru-*

A *inſtrumentis exceptis, ut Chronographiam tranſtulerit; quod videatur eſſe ſatis prorſum, præſertim cum* Andreas *præceſſerit nunc circiter ſeculo, antequam Theophanes claruerit. Nicephorus certe, Patriarcha CPolitanus, quique adeo res CPolitanas æque noſſe potuit, ac Theophanes, alios quidem, Philippico in impia adverſus œcumenicam Synodum machinatione adjutores, nominatim commemoravit pag. 149. Breviarii hiſtorici, a Petavio editi, de* S. Andrea Cretenſi *altum ſilet, dicens duntaxat duobus alios a ſe expreſſis epiſcopis* acceſſiſſe alios tam ſacerdotes, quam ſenatores plurimos. *Sed a conjecturis ad probabiliora tranſeamus.*

partim ex jambis, a ſe conſcriptis,

14 *Combefiſius in notis ad Jambos* S. Andreæ Cretenſis, *impreſſis in Auctario novo Bibl. Patrum Græcolat., & poſt illum Pagius tom. 3. pag. 175. orthodoxiam Andreæ probans e poemate, ex dictis Jambis concinnato, cui titulus*: Andreæ ſanctiſſimi Archiepiſcopi Cretæ jambi, ſcripti ad ſanctiſſimum Agathonem Archidiaconum ac cuſtodem librorum ſanctiſſimæ hujus magnæ Dei eccleſiæ *CPolitanæ*, quando librum hunc, *peroratorem intelligo ejuſdem Agathonis*, accipiens, tranſcripſit, ac iterum remiſit, *qua de re ſuperius obiter meminimus, Jambi iſti palam faciunt, quam orthodoxe crediderit Andreas noſter de myſterio incarnationis dominicæ, accuratam confeſſionem complexi*, qualem, *inquit*, Combefiſius, ediderunt Synodi, Chalcedonenſis atque hæc CPolitana tertia, nulla prorſus labe Eutychianiſmi aut Monnotheliſmi, ſed utriuſque expreſſa refutatione, qualem exigere poterant hujuſmodi tempora, cum ceu Symbolo diſtinguerentur hæretici ab orthodoxis; quod illi œconomiam perfectam nullo naturarum defectu prædicarent; ipſi autem naturas intermerent, aut certe alteram ab altera velut abſumi, ut non proprie quidquam operaretur, ſolam habens relictam paſſionem dicerent. Non liquet quandonam hæc ſcripta ſunt, ante vel poſt illatam perſecutionem a Bardane. *Verum ſive ante illam ſive poſt ſcripta ſint, luculentiſſime comprobant, quam ſanctus Præſul noſter fuerit ab omni Monothelitarum ſuligine alienus. Accipe ſpecimen ex quibuſdam diſtichis Jamborum fragmentis*: Homo Chriſtus, ſimulque idem Deus. Vide tamen, ne diviſionem dixeris, CONFUSIONEMVE, neque in duas velis ſecare hypoſtaſes; is ipſe filius Patris, qui virginis puellus: ejus aſt in extremis, ſatu natura nullo, Verbo confita extitit, celebris hinc Deiparæ clerum obtines nomen Parens,

probe ex thalicis.

15 Non ut duos Chriſtum colit fides: tamen conſtans duobus, in duobus viſus eſt, CONFUSIONE, prorſus immotus, VACANS. ACTIONES ſuggerit mihi DUAS vel ipſa Chriſti notio ac hypoſtaſis concreta; fonte binæ ut uno prodeant. Integra noſtra ſic habet ſubſtantia, queis una Chriſti, hypoſtaſis ſurgit, duas omnino naturas liquet: confuſio enim; nec unionis is modus foret. Ut ergo ſcis, idemque prudens edoces, Chriſti DUAS PALAM ACTIONES; ſic quoque DUPLEX IN IPSO VELLE dogmatis ſanes: utrumque vero non niſi theoria diſcernis, indiſcretis legibus ſecans, nil invicem migrantibus ſubſtantiis: quæ ſicut ex uno, ac ab uno, congrue cuique naturæ, exeunt communia. *Video ſcyllam inter & charybdim, Nicforum, inquam, Eutychetis & Monotheliſarum dogmata incedentem* Andream, *& utrimque ſcopulos devitantem? Audin' contra Monotheliſtas, de quibus hic ſola quæſtio,* actiones *Chriſti* duas *&* duplex velle? *Potuiſſetne clarioribus terminis profiteri ſuam orthodoxiam, & ſecernere ſe a Monotheliſtis?*

B

16 *Quid ni ergo* S. Andreas, *tam firmis orthodoxæ fidei præceptis, tam a Monotheliſmo alienis imbutus, unus fuerit ex iis, qui maluerunt glorioſum exilium ſubire, quam fidem prodere. Etenim nonnullos Epiſcopos ita fuiſſe affectos, ut fidei jactura exilium præhabuerint; neque, ut duriuſcule Baronius ſupra aſſerebat, eos damnatos Epiſcopos a tantæ ſornacis ſeu perſecutionis incendio fuiſſe incolumes*: quos abeſſe contigit; *ſed etiam, qui aderant, perſecutiones & exilia perpeti non horruiſſe, ut fides integritatem ſartam tectam ſervarent*, colligo ex *Agathone Diacono, teſte omni exceptione majore, coævo & oculato, de quo ſupra. Is in peroratione ſua, a laudato Combefiſio edita in novo Auctario bibliotheca Patrum Græcolatinorum, & ſub nomine Epilogi ex aliis duobus exemplaribus inſerta collectioni conciliorum tom. 6. col. 1401. tractans de iis*, quæ infamis tyrannus Bardas auſus eſt adverſus ſanctam & œcumenicam ſextam Synodum, *ita loquitur*. Cum mea ipſius manu conſcriptos invenit *Bardas ſeu Philippicus* actorum ſextæ Synodi tomos, educens publicanſque, igni in ſecreto palatii tradidit ac abolevit; piis plurimis ac orthodoxis perſecutionem inferens, eorumque nonnullos exilio relegans, eos maxime, qui libellu, juxta quod ipſe juſſiſſet, compoſito ac dictato, de fide ſcilicet, ac velut pro ſancta ipſa & œcumenica ſexta Synodo abroganda, haudquaquam ſubſcribere voluiſſent. *Hæc itaque videntur ſuadere, ut de* S. Andreæ *orthodoxia rectius exiſtimemus.*

C

17 *Laudatus Combefiſius in Auctario, pluries jam citato, ſcribens notas in Apologiam Joannis, Archiepiſcopi CPolitani, ad Conſtantinum Papam*; qua excuſat pro iis, quæ ſub tyranno Bardane adverſus ſextam Synodum agitata ſunt, *laudatus, inquam, Combefiſius aliam viam init; ut tres pariter Antiſtites, Joannem, Germanum, & Andream vindicet a labe Monotheliſmi; contendatque illos incurriſſe ejuſdem ſuſpicionem, quia medium aliquod adhibuerint, quo putabant de rebus fidei loquendum quam maxima imperatoris Philippici offenſione & irritatione. Sic ergo ibidem loquitur dictus Auctor ad propoſitum noſtrum*: Significat *Joannes* ſua ſe arte & callidiori conſilio, caviſſe majorem Bardanis offenſionem, edita ſcilicet fidei formula ſenſu Catholico, qua tamen ſupprimerentur voces nuper definitæ a ſexta Synodo, geminæ in Chriſto operationis & voluntatis, præfato Bardani furiores ac invidiolæ. Hæc Joannis noſtri œconomia, pro qua excuſat; nec ejus tantum, ſed & ſancti Germani, tunc epiſcopi Cyzici, poſtmodum vero Patriarchæ CP., (&) Andreæ Cretenſis, quos S. Nicephorus & Theophanes nominant velut primarios in ea Joannis cooperatores, aliorumque fere per orientem Epiſcoporum, quos omnes durum, prævaricationis damnare, ac in Monothelitas repente conflatos cum Baronio dicere. Media ego via incederem, ut re ipſa multos Epiſcopos, quorum animis inolita Monothelitarum hæreſis ſemina inſiderent, aut qui facile alioqui adducendi erant, ut expreſſæ præfatæ ſextæ Synodi damnationi, imo & Chalcedonenſis ſubſcriberent, ſocique accederent toti Bardanis a Joanne relatæ molitioni, haud a culpa immunes putaverim, vel non reos proditæ fidei;

D

AUCT. J. P. *Quid ni reſtiterit Philippico S. Andreas?*

E

F

ante abitus.

A fidei; eum eorum partium eſſet ac eccleſiaſtici
AUCT. totius ordinis, unanimi conſtantia a propoſito
J. P. tyrannum deterrere, aut certe glorioſa confeſſione nuper explicatam fidem defendere.

minimi ſibi vitio vertebant

18 Alii autem, ex animo orthodoxi ac omnino caventes, ne tam grave damnum per collegarum vel malitiam vel ignaviam, publicæ nimirum ſextæ Synodi ac ſanctorum Patrum anathematizationis, orientalis eccleſia ſubiret, medium hoc invenientes, ſeu inventum ab aliis comprobantes, nedum peccaverint, ſed & rem digoam laude egerint, majori depulſo malo ab eccleſia, ac minori permiſſo potius quam acto. *Tum poſtquam idem Auctor ex Agathone diacono, cujus verba dedimus ſupra, dixiſſet, plures, hanc œconomiæ non acquieſcentes, & hanc confeſſioni fidei ſubſcribere recuſantes, diris modis a Bardane fuiſſe vexatos, addit*, hoc eorum zelo & conſtantia tantum ſibi Joannem (*& quid ni etiam Andream Cretenſem?*) ſuo illo medio conflaſſe invidiam, ut paſſim Monochelita audiat, ac ejuſdem ſententiæ cum Philippico: tametſi videntur
B plerique ſcriptores loqui ſola conjectura ac præſumptione; non quia ſequantur certa monumenta eorum temporum, qua de re ſic variſ ſunt. *Ita ille. Quod ſi verum eſt, totum Epiſcoporum iſtorum crimen eo demum redit, ut judicarint magis eſſe e re eccleſiæ orientalis & catholicorum ibidem degentium, attentis locorum, temporum ac perſonarum adjunctis, minus expreſſa fidei formula imperatoris furorem tantiſper declinare, quam integra omnium dogmatum, a Patribus in Synodo ſexta definitorum, expoſitione, vocare in diſcrimen eccleſiam orientalem univerſam.*

declinaſſe ejus furorem.

19 *Pagius in Critica Hiſtorico Chronologica in vindicatione trium dictorum Epiſcoporum, Cembaſium ſecutus, oſtendit œconomiam iſtam, ſeu dictam formulæ, in rebus fidei exprimendis moderationem, non eſſe diſſimilem ab œconomia S. Baſilii, ſubſtituto inter utramque parallelo, ut videri poteſt apud eumdem auctorem tom. 3. pag. 175. Atque hac via in vindicando* S. Andrea Cretenſi *meunda eſt iis, quibus durum videtur vel non veroſimile, Theophanem mendacibus hæreticorum chartis deceptum fuiſſe in iis, quæ tradidit de* S. Andrea *noſtro, ſuperius a nobis relata; & in hac ſententia dicendum erit, formulam obſcuriorem præbuiſſe Theophani occaſionem ſcribendi, ſanctum Cretenſem Epiſcopum minus orthodoxe ſe geſſiſſe, prout antea diximus.*

C 20 *Quæ & quot ſcripta ediderit* S. Andreas Cretenſis, *non eſt noſtri fori accuratius indagare & determinare, ſpectante illo munere ad eos, qui de ſcriptoribus agunt ex profeſſo. Qualis in præſenti argumento eſt Caſimirus Oudin, qui in Supplemento a ſe collecto de ſcriptoribus vel ſcriptis eccleſiaſticis, a Bellarmino omiſſis, varia opera recenſet, auctore* Andrea *noſtro compoſita; de quibus ibidem a pag. 190. Plurima quoque ſcripta,* S. Andreæ *attributa, Bibliographus alter recentioris Anglus commemorat in Scriptorum eccl. hiſtoria litteraria a pag. 319. ſubjungens*, quædam ex iis eſſe ſuſpectæ fidei, utpote in quibus recentioris ævi veſtigia facile deprehendas.

De S. Andreæ ſcriptis.

An Andreas Cretenſis,

21 *Proprius nos ſpectat utrum* S. Andreas Cretenſis *& Cæſarienſis ſint una eademque perſona, an duæ potius diverſæ; adeo ut Cretenſis primo illius urbis Cathedræ præpoſitus, deinde lapſu temporis ad Cæſareenſem admotus fuerit.* Qui unum eumdemque faciunt, *inquit dictus Oudin loco citato pag. 191.* Andream Cretenſem archiepiſcopum cum Cæſarienſi, inniituntur ſolis conjecturis. D Volunt enim proclive fuiſſe Aretæ Cæſarreenſi, ut ex Cretenſi Cæſareenſem faceret ad honorandam patriam; unde negant conſequenter fuiſſe unum eumdemque Andream, utriuſque ſedis ſucceſſive archiepiſcopum; ſed dictum ab Areta Cæſareenſi Andream Cæſareenſem, quem Creteoſem appellare debuerat. Sane cum Aretas, qui commentarium ſcripſit in Apocalypſim circa annum DCCCCXII (ſcripſit enim Acta S. Eutymii Patriarchæ CPolitani, anno DCCCCXI. ad cælos translati) Andream ſuum, a quo ſumpſit plurima, haberet velut auctorem uno aut altero ſeculo a ſe antiquiorem: recte conſequenter in unum idemque tempus incidunt Andreas Cæſareenſis & Cretenſis, ac forſitan in eumdem eoeunt, qui ſucceſſive utramque ſedem tenuerit pro more Græcorum, & qui nunc Cretenſis, nunc Hieroſolymitanus, nunc Cæſareenſis vocatus ſit. *Ita ibi.*

& Cretenſe fit ſum iſtum, E

22 *Sed aſſertum ejus, ab ætate Aretæ petitum, facile corruit, ſi verum admittas id, quod cenſet recentior idem Bibliographus Anglus, ſupra allatus, in Scriptorum Eccleſiaſticorum hiſtoria litteraria parte 1. pag. 588. nimirum duos exſtitiſſe Aretas; unum Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopum; alterum vero presbyterum Cæſareenſem, & alterum altero ſeniorem. Duplex itaque juxta hunc auctorem, fuit Aretas: quorum ille, qui fuit Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, ex commentario Andreæ Cæſareenſis in Apocalypſim concinnaverit ſuam in eumdem librum explicationem; alius autem Aretas, etiam Cæſareenſis, ſed priore junior, cui tamquam* translationis Euthymii auctori, preſbyteri; *alteri* autem Archiepiſcopi titulus ſemper apponitur. *Sed contra fit, apud Lipomanum, ſequens titulo vitæ præfixe*: Vita Euthymii, Archiepiſcopi CPolitani, per Aretam Archiepiſcopum Cæſareæ ejus, quæ eſt in Cappadocia, deſcripta. *Unde intelligitur vix quidquam hic proferri, niſi per meras conjecturas; quibus ſi adjungas verba Labbei de Scriptoribus Eccl. pag. 76. nihilo plus habeas. Sic ibidem loquitur*: Quo tempore vixerit *Andreas Cæſareenſis*, nondum compertum eſt eruditis, nec veterum quiſquam ejus, quod ſaltem viderim audiverimque, mentionem fecit. Bellarminus, aliique poſt eum, ad annum circiter D. referunt. Hoc unum certum eſt ante Aretam, Cæſareenſem pariter Anti- F ſtitem, qui ex eo ſuas in apocalypſim commentationes concinnavit, uno minimum alterova ſeculo floruiſſe.

an patrum diverſi.

23 *Miræus in Auctario de Scriptoribus Eccl. pag. 108. unum ſolummodo ponit Aretam, Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopum, qui floruerit circa annum 540. citans Coccium; addenſque ex Commentariis Andreæ, ejuſdem Cæſareæ Epiſcopi, ipſum concinnaſſe explicationem Apocalypſeos. Quid plura? Vides hic quot capita, tot ſententias. Si recenſitis aliorum conjecturis meam ſuperaddere liceat, videtur* Andreas Cretenſis *a Cæſareenſi diſtinguendus, tum quia prætenſa a nonnullis utriuſque identitas non apparet ſatis fundata, ſed nixa meris divinationibus, nulla, ut opinor, antiquitatis præſidio ſuffultis; tum quia uſquam habetur in antiquis monumentis memini videre* Andream Cretenſem *appellari Epiſcopum Cæſareenſem. Enimvero jam ſupra vidimus hos eum vocari* Epiſcopum Cretenſem, *non Cæſareenſem, a Theophane. Adde, quod de cultu publico Andreæ*

Cæſa-

A *Cæſareenſis huc uſque nihil acceperim, qui in ſacris Græcorum tabulis, quas produximus ſupra, ſemper attribuitur* Andreæ Cretenſi *tantum.*

24 *Colliga ex hoc ſylloge hiſtoricæ decurſu, quid ſit dicendum ad Sixtum Senenſem, qui lib. 4. Bibliothecæ ſanctæ pag. 197. duobus non acquieſcens, ſignat tres Græcos* Andreas *diverſos, unum quidem, archiepiſcopum Cæſareæ Cappadociæ; alterum Cretenſem, tertium denique Hieroſolymitanum Epiſcopos. Unde hic ultimus errore intruſus huc ſit, cum iſto nomine nullus Epiſcopus Hieroſolymitanus legatur uniquam fuiſſe in rerum natura, intelliges ex dictis num. 4. Vide etiam Hiſtoriam Chronologicam Epiſcoporum Hieroſolymitanorum, præfixam 10. 3. Maii.* B

DE S. BERTA VIDUA SANCTIMONIALI,

BLANGIACI IN ARTESIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS,

Cultus, ætas, Acta male digeſta, monaſterii viciſſitudines, miracula & translatio. J. B. S.

CIRCA ANNO DCCXXV.

B *Blangiacenſis cœnobii fundatrix,*

Blangiacum (*vulgo* Blangi) *vicus ſeu municipium apud priſcos Morinos, in hodiernæ Arteſiæ finibus ſitum, prope Hedenam vel Heſdinum, oppidum non ignobile, ſeculi* XVI. *&* XVII. *bellis ſæpius notum; adjacet ad dexteram amni Thenæ* (le Ternois) *qui tribus circiter inde leucis in Quantiam* (le Canche) *ſe exonerat. Audi brevem Arnoldi Wionis deſcriptionem.* Eſt, *inquit*, locus amœniſſimus in Arteſia, non longe ab arce novi Heſdinii; ex magna tamen parte deſtructus tempore bellorum S. Quiotini io Veromanduis. *Hunc loco ſplendorem omnem addidit Sancta, qua de hac agimus, quæque hodiedum ſolenni cultu* IV. *Julii ibidem celebratur*, Berta *abbatiſſa, templum & monaſterium Sanctimonialibus exſtruendo, in quo ipſa marito viduata, cum ſanctis filiabus Gertrude & Deotila, numeroſoque aliarum virginum choro pientiſſime vitam exegit, poſtremum recluſa, & tum vivens, tum mortua, multis illuſtrata miraculis. Multum aberrarunt Sammarthani, dum Bertam Caroli Magni filiam hic abbatiſſam fecere, fundatumque voluere monaſterium anno* 721. *Iniquorum temporum*

C *adverſas vices tulit celebre partheneium, Normannorum barbarie everſum, translato inde ſacro corpore, poſtmodum quidem reducto, ſed viris religioſis Ord. S. Benedicti in Sanctimonialium locum interim ſubſtitutis.*

in remotioribus ſolum martilii nota eſt, 2 *Hic ſanctitatis gloriam conſecuta eſt illuſtris vidua hac* ſancta Berta, *a fulgore, ut volunt, ſic appellata, non quidem in antiquis ſeu claſſicis Martyrologiis, ſed inter auctaria Uſuardina ex codice Aquicinctino conſignata his verbis*: In pago Teruanenſi, depoſitio ſanctæ Bertæ nobilis matronæ. *Eſt & in additamentis codicis Adoniani Morinorum* : Eodem die in territorio Teruanenſi, vico Blangiaco, oratæ S. Berthæ. *Diſtinctius in poſterioribus Molani editionibus* : Apud Blanciacum, depoſitio S. Bertæ piiſſimæ abbatiſſæ, quæ ibidem vitam finivit in pace, multis in eodem loco virtutum ſignis uſque hodie refulgens. *Longiora ſunt elogia, quæ ex Actis in Indiculo & in Natalibus referuntur. Menardus ſcribit*: Apud Blanciacum, ſanctæ Berthæ, ejuſdem cœnobii primæ abbatiſſæ & fundatricis. *Quibus ſimilia leges apud Dorganium, Wionem, & copioſiſſime apud Bucelinum. Ne plures recentes Martyrologos, idem dicentes, colligam, omnium inſtar ſit Sauſſayus hoc ſuo elogio*: Eodem die Blangiaci in Arteſia, tranſitus S. Berthæ, ejuſdem cœnobii fundatricis & abbatiſſæ, quæ primum Sigefrido Comiti Pontinenſi oupta, ac illuſtri piaque prole fœcunda, poſt ejus obitum ſeculum aſpernata, totam ſe cæleſtis ſponſi obſequiis addixit, proprioque in fundo conſtructo illo monaſterio, ſemet, vera ut libertate (quæ in divino ſolo eſt famulatu) frueretur, includens, pii ſtudii ſocias nonnullas ingenuas virgines ac matronas nobiles aggregavit. Quibus omni religionis & ſanctitatis ſpleodore, tramitem cæli oſtendens, demum poſt plenam ealcati mundi victoriam, & collectos copioſos juſtitiæ ac pietatis manipulos, beatæ, quam diu exſitierat, æternitatis gaudia adepta eſt; multiſque gloriæ inſigniis in tumulo reſulſit.

E

quamvis antiqua cultu hoc tota.

3 *De religioſo cultu ſacro corpori, ſtatim poſt Sanctæ mortem exhibito, dubitare non ſinunt Acta, in hac ſaltem parte fide digna, ab anonymo ſeculi* X. *vel* XI. *ſcripta, quæ infra paulo accuratius expendemus. Ita rem concludit*: Viſi quoque ſunt tres viri, inſoliti ſplendoris, candidiſſimi habitu, illam circumſtantes & dicentes: Dirigatur anima tua in paradyſum exultationis, & elevatio manuum noſtrarum perducat te io conſpectu ſanctorum angelorum. Sancti itaque præfati Epiſcopi, comperto obitu ſanctiſſimæ abbatiſſæ, unanimiter convenerunt, multimodis rependeotes Deo laudes, qui feliF ci retributione remunerat ſibi ſervientes. Sepelierunt itaque beatiſſimum corpus, dicentes: Intercede pro nobis ad Deum, coronata, ut tibi mereamur jungi in perpetuum. Amen. *Idem probat ſolicita ſacri depoſiti cuſtodia, ejuſdem, Normannorum metu, in Germaniam uſque tranſlatio, tum perquiſitio, ac demum inventio per clericos Albuinum & Ebroinum, a quibus* Blangiacum reportatum, ac ſuper ſacroſanctum altare ſanctæ Dei Genitricis decenter collocatum. Poſt vero unius anni ſpatium, nutu illius a quo cuncta bona procedunt, a Præſule Taruanenſi, clericis & omni populo, cum hymnis & laudibus, plurimis præ gaudio flentibus, oſtenſum. *Adde plura ex præfatis Actis hujus rei argumenta, præter continuata miracula ad perpetuam Sanctæ venerationem ſpectantia. Hæc quidem ſatis expedita ſunt; qui Sanctæ ætatem recte definiat, hactenus inventus eſt nemo.*

4 *Totius vitæ ejus ſeriem chronologicam noſter Jaco-*

A AUCT. J. B. S. *Auctor ætatem chronologica ordinare,*

Jacobus Malbrancus in hiſtoria Morinorum tomo I. *variis capitibus, conatu non ſatis felici ſic adornavit, ut natam ſtatuat* S. Bertam *anno* 644. *matrimonio jungat* 661. *Sigefridum maritum deceſſiſſe putet anno* 678. *quæ Actis e diametro adverſantur, in quibus* XX. *annorum fuiſſe dicitur, dum auberet; in matrimonio autem annos alteros* XX. *expleſſe. Cenſet porro Malbrancus, quatuor circiter poſt annis, nempe* 682. *inſtitutam eſſe ſolemniſſimam illam templi Blangiacenſis conſecrationem; ſiquidem omnia cum perſonis & tempore conciliari poſſent, acriter contra Malbrancum pugnante Cointio ad annum* 690. *quo ipſe Blangiacenſem eccleſiam dedicatam operoſe contendit, quidquid Acta diſertiſſime notent, anno illo* 682. S. Bertam *ædificare cœpiſſe monaſterium, conſecrationem templi continuo conneſtentia, quaſi dicere vellem omnia in eundem annum confluxiſſe. Scio equidem Anonymi ſcriptoris characteres chronologicos non ſatis cohærere, at non video cur Cointius annum tam diſerte expreſſam deferendum exiſtimet. Pergit Malbrancus cetera filo ſuo contexere, eo progreſſus, ut contra indubitatam Actorum fidem, ſanctæ vitam ad annos novem ſupra ſeptuaginta protrahat, illis apertiſſime aſſerentibus* B *num.* 23. *annorum duntaxat ſexaginta & novem fuiſſe, dum ad meritorum coronam evocata eſt.*

an Actis valde imputare debeat.

5 *Dolendum profecto, Acta non niſi miſerrime digeſta ad nos perveniſſe, ut pridem obſervavit Bollandus agens de S. Silvino ad* XVII. *Februarii num.* 22. *ſic de auctore ſentiens*: Vir fuiſſe bonus videtur, ſed ignarus antiquitatis ac præſertim chronologiæ. Cum ergo conveniſſe ad eam dedicationem epiſcopos abbateſque complures legiſſet, aut pro more Eccleſiæ ac S. Bertæ dignitate, convenire debuiſſe putaret, celebriores aliquot percenſuit, quos exiſtimabat circa ea tempora vixiſſe. *Hæc pro peculiari temporum & perſonarum confuſione, in templi Blangiacenſis conſecratione. Paulo acerbius ſcriptorem anonymum ſagillat Mabillonius ſeculi tertii Benedict. part.* 1. *a pag.* 451. *de toto opere ita pronuntians*: Ejus lucubrationem de vita ejuſdem Sanctæ prætermittimus, eo quod dubias res non paucas, ineptas quaſdam, fabulaſas nonnullas admiſceat. Dubia ſunt, quæ de S. Berthæ genere commemorat; *inepta*, quæ de hyſſopo ad eccleſiæ Blangiacenſis dedicationem per miraculum quæſita refert; falſa, quæ de pleriſque iſtius dedicationis auctoribus

C ſcribit. Elhgius enim, Amandus, Faro, Autbertus, Leodegarius, epiſcopi; Walcricus & Richarius, abbates; jam dudum ante e vivis abierant. *Ut cetera mittamus, quæ annotavit Bollandus citato loco num.* 22. *& ſuſiſſime Cointius ad dictum annum* 690. *per totos* XIV. *numeros. Alius hypercriticus rotunde enuntiat*, auctorem malæ fidei eſſe & valde ignorantem; vitam ipſam denſis tenebris involutam, plenam falſitatibus & ineptiis.

fruſtra tentarunt Malbrancus, Cointius & alii.

6 *Eſt id nimis quam commune fatum legendarum poſt Normannicas incurſiones, ex popularibus traditionibus per homines indoctos compilatarum, at ſexcentics ita hoc noſtro opere deploratum eſt. Hæc porro eo dicta ſint, ut quiſque intelligat, quam difficile ſit, ſi non omnino impoſſibile, ex hujuſmodi collectionibus, dicam, an centonibus male conſutis, rectum aliquem aut chronologicum vitæ ordinem texere, ut proinde ignoſci poſſit Malbranco, ſi ad ſalvandam notam anam chronotacticam, male, opinor, ab anonymo deſcriptam, alia contrahere, præcipitare aut producere, neceſſe habuerit. Ego, ut candide fatear,* poſt *inſumptas in tanta caligine bonas horas, nihil reperi, ubi tuto pedem figere integrum ſit. Cointius ad annum* 685. *ita* S. Bertæ *ætatem & vitæ curriculum ordinare incipit, ut natam velit anno* 650. *nuptam* 670. *viro orbatam, non poſt* viginti, *ut tam clare ſcribit auctor anonymus, ſed poſt decem annos, adeoque anno* 680. *monaſterium inchoaſſe aa.* 685. *conſecrationem procuraſſe anno* 690, *abdicaſſe anno* 695. *mortuam denique anno* 729. *Locrium adducens, deſerta expreſſiſſima ætatis Sanctæ epocha, ut nuper adverſus Malbrancum etiam diximus. Meliam quodammodo, neſcio an ſecuriorem viam ingreſſus eſt recentior Legendiſta gallicus, natales revocans ad an.* 646. *nuptias ad* 665. *monaſterii fundationem ad* 686. *reclusionem ad* 696. *obitum ad* 725.

D

datur summa vera ipſe quidem fatemur.

7 *In hac rerum incertitudine & labyrintho inextricabili, nihil arbitratu meo temere definiam; præſerat id lector, quod magis arriſerit, ſiquid tamen veritatis amanti ſatis placere poſſit. Malbranci opinionem tueri prorſus non auſim: Cointius characteres aliquot chronologicos, in Actis expreſſos, neſcio quo jure repudiat, alios ſibi ſaventes vindicans, in quibus æque aut forte magis fallere potuit imperitus rerum & temporum combinator. Tertius nullam* E *ſententiæ ſuæ rationem reddens, partim ex Mabillonio, partim pro mera ſua lubentia hiſtoriam digeſſit & contraxit. Agnoſco equidem, totam illam de* S. Berta *legendam*, boni viri *ſcriptionem* eſſe, ignarique antiquitatis & præſertim chronologiæ, *ut ajebat Bollandus. Aſſentior etiam Mabillonio, dubia, inepta & falſa occurrere, atque, ut idem proſequitur*, non deeſſe alia menda; quorum conſideratione adducimur, *inquit*, ut ne integram illam ſcriptionem exhibeamus; ſed tantum ea, quæ minus a veriſimilitudine recedunt. *Utcumque cenſuerit vir eruditiſſimus, non uſque adeo contemnenda videtur, ut ab hoc opere excludenda ſis, magis quam tot aliæ Legendæ, quæ id genus vitiis, præſertim chronologicis, raro immunes inveniuntur. Principium edidit Cheſnæus, tomo* 1. *de Franc. Script. pag.* 665. *totam, ſed ferme in varias partes ſectam retulit Cointius; quidni igitur integra & continua proferatur, ut eruditi lectores de ea per ſe judicium ferant.*

Tertium: eum deſtruxit, in eſſe vivorum reſtaurator.

8 *De* S. Bertæ *monaſterio ſic notavit Mabillonius pag.* 453. Paruit ſanctimonialibus uſque, ad tempeſtatem Normannorum; a quibus in favillas reductum cœnobium, fugatæ ſanctimoniales, quæ eum patronæ ſuæ reliquiis ſeſe in Germaniam receperunt, in monaſterium nuncupatum Heraſten, hoſpitio exceptæ a Rotrude loci abbatiſſa. Iſtud eſt Heraſten ſeu Erſtein, celebre virginum Benedictinarum cœnobium, ab Irmingarda, Ludovici Auguſti conjuge exſtructum, paullo ſupra Strateburgum civitatem, quam alii Argentoratum vocant. Inde Blangiacum S. Bertæ corpus revectum legitur in ſequenti translationis & miraculorum hiſtoria, quam in partes quatuor diſtinguere juvat, pro totidem auctoribus. Prima præcipue continet translationem factam Heraſten. Secunda monaſterii Blangiacenſis reſtitutionem per nobilem ac piam feminam Herſendem; cujus ope inſtauratum cœnobium; monachi Benedictini, Balduino Barbato Flandrorum Comite, introducti an. MXXXII. quibus reſtituta ſunt prædia a Comitibus Paulenſibus, in quorum ditione conſiſtunt, Hugone an. MCLXXXVI. item alio Hugone de Chaſtillon an. MCCCVI. Tertia pars continet inventionem corporis S. Bertæ & miracula quædam ſec. XI.

F

patra-

A patrata. Quarta complectitur alia ſeculo XIII. facta miracula. *Addit Mabillonius, horum omnium notitiam ſe debere reverendiſſimo D. Joanni Joſepho de Calonne, abbati Blangiacenſi, cujus beneficio ea e membranis Blangiacenſibus acceperit.*

Translationis & miraculorum hiſt. quo dripartita.

9 *Exſtat etiam apud nos in gemino codice Ms. tota illa miraculorum, translationis, inventionis, & relationis hiſtoria, collata cum alio Ms Marchianenſi, ſicque cum Actis ipſis conjuncta, ut ſi omnia ejuſdem eſſent auctoris, unde ſuperius collegerat Bollandus, Vitam ipſam ſcriptam eſſe ab anonymo ſeculi XI. nempe ex miraculo relato parte 3. num. 20. quod oculis vidiſſe ſe teſtaretur auctor; cum putet Mabillonius, initio ſeculi XII. vixiſſe. Ceterum, non unius eſſe opus, quod quatuor illis partibus continetur, recte idem obſervavit, de ſola, opinor, priori ſic differens:* Translationis hiſtoriam, quo minus integram demus, nil vetat; auctor enim, quia res minus ab ætate ſua remotas narrat, magis ad veritatem accedit. *Potuit id jure de aliis cenſendum puto, quarum ſcriptores res ipſas ſpectaſſe aut ſaltem iis proximi fuiſſe videntur. Et nos igitur in quatuor diverſa capita librum iſtum dividemus, ſub titulis a Mabillonio poſitis, tametſi*

B *nonnulli deſint in Mss. noſtris. Pauculas ex eodem lacunas ſupplebimus, multis aliis veſtitis, quæ ipſa reſecanda exiſtimavit, præſertim parte 3. a num. 22. de ſemina Blangiacenſi: item parte 4. num. 29. 30. 31. & 32. quibus varia miracula continentur, a Mabillonio, neſcio ob quam cauſam, prætenta. Atque hæc de translationis & miraculorum hiſtoriis dicta ſufficiant.*

ultima reliquiarum relatio Audomaropoli, & cultus hodiernus.

10 *Nequid tamen ad plenorem cœnobii Blangiacenſis ejuſque viciſſitudinum cognitionem deſiderari patiar, ſubjungam hic poſtremum Mabillonii monitum, ſeu ad ætatem noſtram propius ſpectantes complectens.* Accepi etiam ex eodem monaſterio catalogum abbatum Blangiacenſium, & narrationem hiſtoricam de S. Bertæ corporis delatione Audomaropolim, in refugium, ut vocant, monaſterii ſancti Joannis in Monte, facta anno MDLV. dum bellum inter Carolum V. & Franciſcum I. regem Francorum exarderet; (*aut delationis auctor erravit, aut memoria lapſus eſt Mabillonius, nam tunc anno nono regnabat Henricus II.*) deque ejuſdem corC poris revectione Blangiacum, ubi hactenus aſſervatur cum reliquiis ſanctarum Bertæ filiarum, Gertrudis & Deotilæ, præter mandibulam S. Bertæ aliamque Gertrudis aut Deotilæ, monachis prædicti cœnobii ſancti Joannis conceſſas. Colitur S. Berta duplici feſto quotannis in ſuo monaſterio, nempe die depoſitionis IV. Julii, & translationis XI. Octobris. *Ad primam hæc feſtivitas, an ad ſecundam tranſlationem ſpectet, non indicatur, neque alibi id expreſſum invenimus. Inter ſebedas noſtras exſtat epiſtola Matthæi Abbatis Blangiacenſis data* VIII. *Novembris* 1631. *qua teſtatur, corpora SS. Bertæ & filiarum integra ibidem ſupereſſe, cum velit albis & nigris, nonnihil attritis, in nova theca fuiſſe aſſervatis. Literis poſterioribus, datis* X. *Aprilis* 1632. *diſtinctius explicat, prædicta corpora confuſa eſſe, nihilque ſeorſim agnoſci, præter caput S. Bertæ, quod denigratum ait, ex Normannorum incendio, qui pretioſa quæque & capſam ipſam deprædati ſint. At color ille alibunde accedere debuit, cum prius ablata videantur corpora, quam barbari cœnobium flammis abſumpſerint. Scribit item, feſtum* S. Bertæ *celebrari hac* IV. *Julii cum octava, atque eadem ritu tranſlationem* XI. *Octobris. De filiabus porro memorat, inſcriptas eſſe antiquo monaſterii Martyrologio* XIV. *Julii, ſis tamen, ut nulla de iis habeatur ſolemnitas. Nunc Acta ipſa qualiacunque dabimus ex integriori codice noſtro, debitis notis illuſtrato: hiſtoriam porro miraculorum & translationis ex eodem ipſo codice, collato cum ſæpedicta Mabillonii editione.* D AUCT. J. B. S.

VITA

Ex codice Ms. cœnobii Blangiacenſis.

PROLOGUS.

Exempla SS. ad virtutem incitantia.

DIvina Clementia, humanum genus ſemper miſerante, ſæpiuſque electorum ſuorum viſitatione, velut ſplendidiſſimis luminaribus irradiante, lumine fidei mundum, tetra caligine erroris undique fulcatum, illuſtravit: quatenus remoto omni excuſationis argumento, de tenebroſis ſcrobeis * vitiorum remeare, & ante nos relocente forma Jeſu Chriſti, per viam veram incedere ſine offenſione queamus: ac inæſtimabilis præmii retributione ditari mereamur. Admiranda oamque exempla Sanctorum, ab his qui intereſſe, vel veraci auditu addiſcere valuerunt, in exemplum poſteris veraci relatione ſunt tradenda. Longo quippe ante adventum Chriſti tempore, Moyſi Domini voce Iſraelitico populo mandatum tribuente, diſcimus, ut parentes infinuarent filiis magnalia, quæ in illis geſſit Deus, dicente ſcriptura: Docete filios veſtros, ut memoriter legem Dei teneant & ore decantent. Ipſa quoque veritas, quæ Chriſtus eſt: Ite, ait, docete omnes gentes. Et in uno loco: Gratis, inquit, accepiſtis, gratis date. Quod & nos quoque, quamvis bonarum artium inſcii, imitari cupientes, genealogiam, vel vitam, ſeu etiam miracula, tranſlationem *a* quoque corporis ſanctæ ac beatiſſimæ beatæ Abbatiſſæ, ſanctarumque filiarum ejus, Domino annuente, meritisque illarum ſuffragantibus, aggredi præſumimus.

* an ſæcu-libus?

E

a

F

CAPUT I.

De S. Berta parentibus, educatione, conjugio, liberis & viduitate, uſque ad dedicationem monaſterii Blangiacenſis.

S. Berta illuſtri loco nata,

TEmporibus igitur Clodovei Regis Francorum, fuit quidam vir illuſtris, prudentia eminens, bonitate multos præcellens, nomine Rigobertus: qui ob prudentiam & nimiam ſagacitatem ſuam promeruit, ut palatinus comes a Rege conſtitueretur, & condigna veneratione ab omnibus haberetur. Baluidis quoque illuſtriſſimæ reginæ, de ultramarinis partibus Angloſaxoniæ exoriæ, nobiliſſimam neptem, nomine Urſanam *b*, iſdem præfatus Rex venerabili Rigoberto in matrimonium junxit, beneficiumque maximum delegavit.

b

A Erantque ſimul juxta præceptum Domini ioce-
tur mss. dentes in omnibus mandatis & juſtificationibus
ejus ſine negligentia.

a pauperibus pia manus, 3 Eleemoſynarum operibus dediti, juſtitiæ ſemper ſtudentes; precum inſtantia ſæpius Deum placantes, pietatem ejus humiliter implorabant, quatenus eis ſobolem ſua largitate donare dignaretur, ſibimet ipſis multiſque impoſterum profuturam, atque ad nobiliſſimam eorum proſapiam propagandam. Nata eſt autem eis filia, cui nomen impoſuerunt Bertam, quæ ioterpretatur ſulgida *e* ſeu ſplendida; ut ipſo quoque inſinuaretur nomine ſplendor ejus bonæ vitæ, & futurum meritum ab ipſius incunabulis a Deo amandæ. Nutrita eſt vero a matre, ut unica filia, & edocta omni diligentia adhibita, nimis decora puellula. Sacrarum quoque ſcripturarum diſciplinis, notitiam optimæ cooverſationis continentibus, ubi ad docibiles perventum eſt annos, ſubtiliter eſt imbuta. Ætatem quippe moribus traſcendens optimis, probitati aſſidue ſtudens, orationi ſæpius inſiſtens, jejuniis frequentiſſima inſerviens, corpore quidem terrenis inhærebat, B ſed mente cæleſtibus propinquabat. Pulchra erat valde corpore: ſed multo pulchrior mente & fide.

e multis ſuppleta, 4 Poſtquam vero beata Berta ad octavum decimum pervenit annum, fama ejus longe lateque in Gallia percrebuit, ut nulli talis ætatis puellæ æquanda putaretur. Tunc Sigefridus, conſanguineus regis Clodovei, vir ſtrenuiſſimus, comperta fama ejus, aſſumptis ſecum ſuorum militum turmis, atque procerum Galliæ conſtipatus copia multorum, primitus implorans patrocinium Dei; ut ſibi factor in re præmeditata exiſtere dignaretur; præfatum Rigobertum comitem adiit, bonitatem illius obnixe flagitans, quatenus ſibi non denegaret filiam ſuam dilectam Bertam legitimo jure ſponſaodam: utque adoptivum filium, in cunctis ſpopondit ſe obediturum: cunctum etiam legitimum ordinem dotis, ut lex Francorum continet, promiſit ſe fideliter daturum: inſuper *quidquid conſanguineorum res, ſecundum morem vitæ expeterent, voluntarie largiturum.

Rigofredo contrungitur; C 5 Venerabilis itaque Rigobertus, nutu Dei inſtinctus, in omnibus, quibus expetebatur, aſſenſum præbuit conſtituitque diem, in qua illuſtris Sigefridus filiam ſuam legitimo ordine ſibi adipiſceretur ſponſam. Deſponſabatur autem tum temporis terreno principi, jam pridem mente nupta cæleſti. Poſt non multa vero dierum curricula, juxta conductum amborum, acceptam ſpecioſiſſimam ſponſam comes Sigefridus, comitatu honorifico conſtipatus, ut erat non ſolum genere clarus, ſed & facultatibus prædives, omnibus rite ordinatis duxit in domum ſuam. Erat autem beatiſſima Berta annorum viginti, quando in matrimonio juncta eſt. Defunctis vero utriſque parentibus, beata Berta, voluntate ſpontanea diviſit proprietatem ſuam cum Angla *d* ſorore ſua, de alia matre progenita. Quæ etiam maturis moribus Deo valde devota exiſtens, multis impoſterum exemplum ſuæ bonitatis reliquit.

d

6 Fuit autem Dei electa Berta una cum Domino ſuo annis viginti *e*, mundiali Domino caſtis amplexibus adhærens, ſed ut poſt in fine ejus claruit, magis ex debito maritali, quam ex intentione carnali. Natæ ſunt autem ex ea filiæ quinque; prima Geretrudis, ſecunda vocabatur D Deotila, tertia Emma, quarta Geſta, quinta nuncupabatur Geſta: omnes decoræ, ſpecimen piiſſimæ matris bonis operibus oſtendentes. Completo autem curſu vitæ, dominus Sigefridus obiit, feliciter migrans ad Dominum: ſepultuſque eſt honorifice juxta eccleſiam in villa ſua Blangiaco. Tum vero beatiſſima Berta, totam ſpem ſuam Deo committens, ad omnipotentis Dei ſervitium ſe contulit; pretioſiſſimos apparatus depoluit, ac ſacro ſe ſanctimonialis habitus velamine velare non deſtulit. Hic ſe gemma & ſerico exſpolians, ut ante conſpectum divinæ majeſtatis nudo vellere agni veſtiretur, perpetualiter cum hymnidicis angelorum choris, beatæ perennitatis ipſum ſummum & indeficiens bonum habitura, proque erratibus multorum Domini miſericordiam jugiter exoratura.

eccleſiam & monaſt. condere aggreditur. 7 Igitur divinitus admonita, poſt exceſſum ſancti Sigeſridi, ſagaci animo cogitare cœpit, qualiter in ſua poſſeſſione potuiſſet conſtruere eccleſiam *f*, in honore Jeſu Chriſti Domini noſtri, ejuſque genitricis beatiſſimæ ſemperque virginis Mariæ: quod ita ſtudioſe opere citius conata eſt E implere. Tunc primitus cœpit unam conſtruere eccleſiam, & ibidem aliquam ſanctimonialium congregationem ad Dei laudem aggregare: quæ ob aliquam ſui meriti oſtenſionem, antequam perficeretur, funditus ad terram corruit. Tunc in alio loco aliam ſub omni feſtinatione reparare non diſtulit: & ad perfectionem uſque perduxit, excepto conſecrationis officio. Tunc ad quamdam propriam ſuam villam, nomine Chirei *g*; quæ triginta millibus a ſuo monaſterio diſtare videtur, ad aliquam ſuam familiarem amicam nomine Rotrudem *h* veniens (quæ conjunx dignoſcebatur eſſe fratris domini ſui Sigefridi) quatenus cum illa aliquam de præfata eccleſia haberet confabulationem, contigit, dum de hoc inter ſe ſermocinarentur, maxima ruina prædictam corruiſſe eccleſiam, & ſonitus illius ad aures cordis ejus perveniſſe.

f

g

h

Sed primis cœnobiæ non ſuccedentibus, 8 Illa autem ſonifero prægravata corde, toto corpore expavelceos contremuit: quam beatiſſima Rotrudis illico ſollicita mente inquiſivit, dicens: Quid eſt, Domina, quod tam nimio pavore tuum concuſſum eſt corpus? Illa reſpondens, F dixit: Ingens ſonitus ad aures cordis mei ita pervenit, ut propius ſtarem, ubi mea corruiſſet eccleſia *i*. Dum certæ inter ſe finem impoſuiſſent collocutioni, & utraque ad ſua debuiſſet remeare loca, nuntius celerrimo pervenit curſu ad piiſſimam Bertam, ei certiſſime denuntians ſui monaſterii collapſionem. Tunc illa agnoſcens, quæ antea ei divinitus fuerant revelata, præfati monaſterii ruinam, gratiferas inter ſe Domino referebant actiones. Deinde beata Rotrudis ſapienti conſilio cœpit piiſſimam Bertam conſolari, dicens: Spero, ſoror, alium locum elegiſſe Dominum, ad ædificandum ſibi aptum oratorium: ideoque debemus illius vigilanter obſecrare miſericordiam orationibus ac jejuniis, ut ipſe illum ſua gratuita clementia dignetur demonſtrare locum, ubi ad ſuum famulatum opportunum voluerit conſtruere monaſterium.

i

e quæ poſt ſcripta quinque ſi ſunt probata,

locum eodem abbatiſſæ Bertam, celitus delatum; 9 Tunc piiſſima Berta beatam rogavit Rotrudem, ut ipſa in ſuo monaſterio, agili precatu obnixiſque jejuniis Domini pietatem, de ſtabilitate ſuæ eccleſiæ flagitaret. Conducto namque triduano jejunio, Domini implorabant miſeri-

A fericordiam, quatenus ſibi in propria poſſeſſione dignaretur locum demonſtrare conſtruendi monaſterium aptum, divinis officiis congruentem, & Deo ſervientibus opportunum. Tertia autem nocte, quæ luceſcebat in diem tranſacti jejunii, revelatum eſt cuidam artifici beatæ Bertæ; angelicoque nutu deſignata ſunt fundamenta baſilicæ, in modum crucis formatæ, in amœniſſimo loco Blangiaci oppidi ſecus flumen, Thenam nuncupatum, (&) monaſterii diverſis habitationibus aptiſſimi. Sancta vero ac piiſſima Berta, ex angelica viſione lætiſſima effecta, gaudens pervenit ad demonſtratum locum; & ita inveniens ſecus prædictum fluvium quatuor lapides in modum crucis poſitos, & quaſi cum baculo, in more deſignata fundamenta: diſpoſitis illico murorum cæmentariis, plurimis adjunctis operariis, monaſterii fabricæ ſtrenuiſſime inſtabat.

ANNOTATA.

B n *Hinc ſatis patet, primam partem libri de miraculis & translatione, ejuſdem auctoris eſſe, cujus eſt vita; quod de aliis partibus, non ſatis ordinate diſpoſitis, dici poſſe non videtur.*

b *Paterni generis expanſam tabulam exhibet Malbrancus pag. 291. alteram materni ſtemmatis pag. 373. quas equidem tueri non abhorrerem, ſi ea monumenta produceret, quibus certo liceret innixi. Adverſarios habet Cointium ad an. 685. num. 40. Mabillonium &c. Nec video, quemquam ex tuto aſſentiri poſſe. Videant curioſi genealogiarum inveſtigatores Hieronymum Vignerium de vera origine Alſaticorum, Lotharingicorum, Auſtriacorum &c. Acta hæc noſtra in Probationibus ſæpe citantem.*

c *Fulgorem aut ſplendorem in Bertæ nomine vix ſatis agnoſcunt hodierni Angli, aliter locuti fuerint Angloſaxones.*

d *Ut de Angla iſta nihil eſt, quod præterea dici poſſit, ſic pauca hæc repudianda non ſunt. Malbranci genealogias tutetur, qui poteſt.*

e *De annis matrimonii diſputat Cointius, anno nuper citato num. 42. verum nec ipſe, nec Malbrancus Actorum textui inhærent, ut in commentario monuimus.*

C f *Cointius num. 43. vult* ab obitu Sigefridi ad primordia monaſterii Blangiacenſis effluxiſſe annos quinque. *Sic hæc ejus opinatio; ego ex ſcriptore anonymo nihil tale hactenus quivi extundere. Malbrancum, aliam prorſus chronologiam ſequentem, diverſa ſentire neceſſe eſt. Utinam felicior aliquis arbiter litem ex æquo dirimat.*

g *Malbrancus legit* kiery, *aliaque in Ms. ſuo reperire debuit, quæ aliter in noſtro referuntur.*

h *Satis verſimile eſt, indicari S. Rictrudem Marchianenſem.*

i *Sonitus ille & jam ſecundo corruens eccleſia, neſcio quid ſonant, quod inter res dubias merito connumerari poſſit.*

D EXMEL.

CAPUT II.

De Blangiacenſi conſecratione, perſecutione Ruodgari, improſpero Emmæ matrimonio & feliciſſimo Sanctæ obitu.

Anno 672. excommunicatione multis Epiſcopis.

A Nno igitur Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſexcenteſimo octogeſimno ſecundo, Agathonis vero Papæ anno ſecundo, Theodorici autem regis Francorum, filii videlicet Clodovei & Battildis reginæ, anno duodecimo, in Blangiaci piiſſima Berta monaſterium ædificare cœpit *a*, in pago Taruanorum, in propria poſſeſſione, quod Domino tribuentes, cum ſummo honore finetenus deductum eſt. Compoſitis quoque omnibus, quæ ad ornatum ordinemque monaſterii conſuetudo poſcebat, piiſſima Berta convocavit in unum venerabiles Epiſcopos ad præſcriptum oratorium dedicandum, ſanctum Ansbertum Rothomagenſem *b* Archiepiſcopum; venerabilem Ravengarium, in cujus parochia ante relatum cœnobium ſitum, Taruanenſem Epiſcopum; ſanctum Amandum, Tungrenſem Epiſcopum; ſanctum quoque Walaricum, & ſanctum Germanum de civitate Pariſiis; ſanctum Sylvinum advenam Epiſcopum, de Toloſa venientem: ſanctum Leodegarium Epiſcopum & futurum martyrem; ſanctum quoque Richarium ac ſanctum Eligium; ſanctum etiam Pharonem de Meldis civitate; ac ſanctum Otbertum Cameracenſem Epiſcopum.

a

E

b

10 Hi omnes, velut columnæ firmiſſimæ, intra ſanctam Eccleſiam uno in tempore exiſtentes, convenerunt ad piiſſimam Bertam, devotioni ejus favere cupientes. Ravengarius autem epiſcopus, in cujus diœceſi actum eſt, interrogavit, ſi omnia adeſſent dedicationi neceſſaria: reſponſumque eſt a piiſſima Berta, cuncta adeſſe. Tunc ille: Affer, inquit, hyſſopum *c*, ut præparetur uſui neceſſario. Et illa: Huc uſque, inquit, neſciebamus Pater, ſi de illo aliqua neceſſitas huic operi adjungeretur. Et ille: Sine hyſſopo, ait, nullo modo aliquia noſtrum, contra conſtitutionem nobis a Patribus traditam, aliquam eccleſiam dedicare præſumit, ne ordo miniſterii noſtri canonicis conſtitutionibus contraire vel repugnare videatur: ac per hoc vituperabilis exiſtere judicetur.

hyſſopo, quo dejecto,

c

F

11 Igitur beatiſſima Berta nimio mœrore perculſa, anguſtiari cœpit, quod ad conventum talium ac tantorum virorum dedicatio baſilicæ diutius elongaretur. Oratorium igitur dolenter ingrediens, & toto ſe corpore in terram ſternens, expertum præſidium Domini Sanctorumque ſuffragia intente flagitabat, dicens: Tribulationes cordis mei dilatatæ ſunt, de neceſſitatibus meis erue me, Domine, & cetera ad hanc deprecationem convenientia. Dum vero beata Berta aliquantulam moram in eccleſia egiſſet: Ravengarius epiſcopus paululum ira commotus, ſimul cum ceteris Epiſcopis, infecto negotio, redire diſpoſuit.

precibus ſuis

12 Interea vero dum beata Berta in oratione jaceret proſtrata, acceſſit una ex ancillis, quę ei familiarius ceteris ſerviebat, pavi-

miraculoſo impetratu,

A mentum pede fricans, ac ſignis quibuſdam, in
ex MSS. quantum auſa erat, Dominam de oratione excitare nitens. Piiſſima vero Berta ſe ab oratione aliquantulum erigens, inquiſivit quidnam vellet. Et illa; Ecce, inquit, Domina mi; homo nuper adveniens, ad portam reſidet, hyſſopum venalem deferens. Tunc illa ex intimo cordis Deo laudes & gratias referens, ait: Dei ſunt hæc dona, non hominis. Venit ibidem alius nuntius, qui illam graviori mœrore perculit, referens, venerabiles Epiſcopos, Ravengario inſtigante receſſiſſe. Illa autem; Potens eſt, inquit, Deus, in quem confido, per eamdem viam reducere illos. Miſſoque citiſſime nuntio poſt illos, intimavit de mirabili dono Dei. Quod illi audientes, reverſi ſunt ſub omni feſtinatione, pœnitentiam agentes, eo quod ſine conſenſu illius, nondum perpetrata dedicatione diſceſſerant. Beata vero Berta, affata eos dixit: O providi Paſtores & egregii rectores eccleſiaſticorum gregum, ut quid unam ex oviculis Chriſti tam ſubita abſentia terrere, ſolam relictam voluiſtis? Cui aiunt: Ne cauſeris nobis Domina, Dei enim
B providentia actum eſt, ut exinde multo gloriolius magnificeris.

Sic templi dedicatio, & ipſa cum duabus filiabus velatur.

14 Dei autem inſpiratione, adunato una cum clero & populo multo, dedicaverunt ipſum templum cum lætitia atque veneratione maxima, in honore genitricis Dei Mariæ, quinto Idus Januarii. Poſt peractam vero dedicationem, rogavit beata Berta præfatos venerabiles Epiſcopos, tam ſibi, quam etiam filiabus ſuis, dicare atque imponere velamina, ac divinis jugiter mancipari miniſteriis. Velata eſt igitur piiſſima Berta glauco velamine, una cum duabus nobiliſſimis filiabus ſuis ac Deo devotis, Geretrude videlicet veneranda, & Deo dilecta Deotila. Nam Geſta, cæleſtis ſtemmatis gemma: Geſa quoque, digniſſima Dei margarita, in albis *d* pretioſiſſimas Domino animas reddiderunt: præfatæ vero duæ, uno ardore converſæ, optimo propoſito bonæ converſationis exemplum piiſſime imitantes, ſtudioſe contra diaboli occultas inſidias decertaverunt, ac fortiter perſtiterunt, a Domino in perpetuum coronandæ. Emma autem, in laico habitu bonæ indolis ætatem gerens, ehate enutriebatur cum omni diligentia inter ceteras ſorores
C ſuas. Sancta namque ac piiſſima Berta commendavit ſeipſam humili devotione Dei ſervitio omniumque Sanctorum patrociniis, una cum nobiliſſimis, ac Deo chariſſimis filiabus ſuis Geretrude ſcilicet ac Deotila. Quidquid etiam poſſeſſionis aut patrimonii habere viſa eſt, ad Blangiaci amœniſſimum monaſterium firmiſſime, ſub teſtificatione plurimorum, tradidit famulatui divino mancipandum: & inibi Deo ſervientibus in perpetuum poſſidendum.

Ruodgarus Geretrudem filiam eorum petit uxorem. *e*

15 Invidia vero diaboli, nuſquam ſe clare valens, virulenta ſuaſione illexit quemdam de primariis Regis, nomine Ruodgarium *e*, ſuperbia tumidum, gaudio tranſitoriæ proſperitatis inflatum, qui iter arripiens ad Blangiacum, piiſſimam Bertam intente flagitabat, ut ſibi Geretrudis filia ejus donaretur in conjugium. Beatiſſima itaque Berta, ut verba deprecantis animadvertit, reſpondiſſe fertur: Nullo pacto fieri poſſe, quæ cæleſtis ſponſi juri aſſignata videretur, terreni alicujus copulæ nectereture. Ille autem tenaciſſime in malitia perſeverabat, jurejurando affirmans, ſe de cœnobio non exiturum, niſi præfata Geretrudis aſpectui illius præſentaretur.

ſuaviter rejicitur a S. Berta,

16 Beata namque (*itaque*) & venerabilis Berta, aſſumptis ſecum duabus Deo dicatis filiabus ſuis Geretrude ac Deotila, & omni congregatione ſanctimonialium eccleſiam ingrediens, ſtatuit eas ad dextrum cornu altaris, valvis baſilicæ omnibus patefactis, omnibuſque ſanctimonialibus pſalmodiæ cantu & laudibus divinis occupatis, juſſit introduci Ruodgarium Deo rebellem, cui & dixit: Ecce ancilla & ſponſa Chriſti adeſt, a venerabilibus epiſcopis velata, atque ad iſtud altare, cui adſtat, firmiſſime conſonata. Si auſum habes eam Domino auferre, auſer. Nos etenim muliebris conditionis exiſtentes, virili manu tibi repugnare non valemus. Patronus vero noſter ac defenſor Deus, ipſe eſt qui non relinquit ex toto corde in ſe confidentes. Ruodgarius itaque timore correptus, eccleſiam citius egrediens, aſcenſo equo receſſit, *iræ* repletus, multa convicia irrogans, contrarietates plurimas ſe patraturum erudeliter minans. Tali
E furia Regem aggrediens, ut fallax delator, accuſavit piiſſimam Bertam, infidelitatem Regis & regni illi adſcribens. Eſt, inquit, quædam mulier, ſecus mare manens, inſidias regno tuo cum ultramarinis gentibus doloſe machinans: quam oportet regali examini diſcutiendam præſentari. Rex autem nimium credulus verbis mendacio coloratis, præcepit famulam Dei ſub omni feſtinatione ad palatium exhiberi,

quam ipſe apud regem malitioſe,

17 Sancta vero ac venerabilis Berta, ſecura de Dei clementia, cum magna honorificentia iter cœpit Regem audiendi. Ruodgarius itaque obviam ei veniens, ut eam condigna reverentia reſpexit euntem, prioris odii non immemor, eam de equo ſuo projecit, & ſuper viliſſimum equum ſine aliquo ornamento aſcendere, ſicque ad palatium tendere fecit. Accidit autem, Radulphum *f*, bonæ memoriæ virum, eodem itinere obviare illis. Qui ut conſpexit venerabilem
F Bertam abbatiſſam, tam inhoneſte pergentem, vehementer obſtupuit, & impuliſſimum Ruodgarium (ut dignus erat) objurgavit, dicens: O Ruodgari, inquit, iniquiſſime ac iceleratiſſime; quomodo invidia tua & odium ad hæc te perducere potuit, ut nobiliſſimis natalibus ortam, devotiſſimamque Dei famulam cum tali dedecore præſumpſiſſes deducere. Concitus itaque Radulphus de equo deſcendens, magna vi eam tulit Ruodgario: & in proprium equum relevans, honorifice duxit ad palatium.

ſed fruſtra aversus.

18 Factum eſt autem in primo ingreſſu beatæ Bertæ abbatiſſæ, iterum Ruodgarius obviam veniens, dum lividis obtutibus contra eam reſpiceret, ſubito proruerunt oculi ejus de capite, Deo illi condignam pœnam retribuente. Divulgatum eſt igitur in aula Regis & celebre apud omnes habebatur tam ſubita vindicta in inimicum Dei. Rex quoque Theodoricus erga famulam Dei mente mutatus, in veneratione ejus prorumpens, veniam ab ea humiliter precabatur, dicens; ſibi mendacibus ſermonibus perſuaſum, quod illam tali modo inquietare præſumpſiſſet. Præcepitque Dei electam Bertam ſecuram cum ipſius gratia redire, nihil incommoditatis jam in perpetuum ab eo habituram, tribuitque ei munera, quod in perpetuum eſſe voluit, ut numquam ab ejus poteſtate banni nec fridæ *g* requirerentur. *g*

19 Bea-

A *Ipſa reduc plura templa ædificat,*

19 Beatiſſima vero Berta alacriter ad propria remeans loca, augebatur in operibus bonis. Nam cœpit ædificare clauſtra monaſterii decentiſſima. Conſtruxit nempe unam, extra portam, eccleſiam in honorem ſancti Audomari confeſſoris, ubi ſacerdotes vel clerici ipſius cœnobii divinum perſolverent officium. Aliam etiam ædificavit in honorem ſancti Vedaſti; tertiam vero in honorem beati Martini confeſſoris atque pontificis conſtruxit. Alias itidem ſeptem *b* ædificavit in prædiis ſuis, quas omnes dedicare petiit in honore ſancti Martini. Tunc piiſſima Berta ob amaritudinem & injuriam, quam illi ſceleratiſſimus Ruodgarius de beata Geretrude ſua amantiſſima filia ſtuduit inferre, illam Geretrudem, quæ ſenior ætate fuerat Deotila, noluit fieri abbatiſſam: ne hominibus multum cognita, ultra videretur: ſed venerabilis Deotila ad reverendos provecta mores, abbatiſſa conſtituta eſt ac conſecrata; rexitque ſtrenua regimen loci illius, una cum pia ac ſanctiſſima matre annis viginti & novem.

b

B *& ſubſtitua ſua filia Domina, ſe recludit.*

20 Itaque Berta, cupiens præſens ſeculum funditus relinquere & ſoli Deo ſacris orationibus vacare, clauſtrum ſibi in dextera parte baſilicæ præparari juſſit. Quo præparato, iterato convocavit præfatos venerabiles Epiſcopos, quique in unum convenientes, dedicaverunt ipſum clauſtrum & honorifice introduxerunt eam, commendantes angelorum vigilanti cuſtodiæ. Clauſtrum vero habebat feneſtram ad altare ſanctæ cruris contiguam, ubi quotidie adventabat Deotila abbatiſſa veneranda una cum ſorore ſua beata Geretrude ſeu etiam omni congregatione ſanctimonialium, numero ſexaginta, acceptiſque a beatiſſima Berta cibis ſpiritualibus, & divinarum ſcripturarum ſuntibus, refocillatæ abibant.

i Junior filia Emmæ a Waraclino male pavitur,

21 Waraclinus *i* igitur rex Angloſaxonum limina ſancti Petri invifere cupiens, Romam petiit. Qui inde ad patriam redeundo, Theodoricum regem magnificis muneribus ditavit, excellentiamque illius nonnihil flagitare ſtuduit, quatenus ſibi Emmam, filiam videlicet beatiſſimæ Bertæ, conſanguineam ſuam concederet in conjugium, quod & impetravit. Miſſis namque nuntiis regalibus una cum prædicto Waraclino,

C juſſit illi dari Emmam, beatæ memoriæ Sigefridi filiam, ad ſponſalem thalamum. Accepta itaque nobiliſſima conjuge lætus ad propria rediit. Fuit autem cum prædicta ancillis regis quædam faſcinatrix, nomine Theida, quæ faſcinatione ſua avertit Dominum ſuum a recto conjugio: ut magis illam adamaret, ac Dominam Emmam odioſam execraret: quod & maleficiorum incantationibus actum eſt. Nam Domina Emma ſæpius acribus verberibus flagellata; ancilla vero a rege eſt adamata.

qua ſæpe caſtigavit,

22 Poſt aliquod autem tempus evolutum, miſit piiſſima Berta exploratorem quemdam, nimiæ ſagacitatis & induſtriæ virum, qui ad ultramarinas partes tranſfretans, diligenti examine perquireret, qualiter cum filia ſua ageretur. Quique in habitu peregrini iter peragens, venit ad aulam regis: ac reperit Dominam Emmam ante januas ſtantem, non ut nobilitatis illius exrellentia exigebat, ſe habentem, ſed averſi regis impietate, regali dignitate, proh dolor! abjecta, contra animi ſui votum, quædam ſatis vilia & inhoneſta peragentem. Propius itaque accedens: Ave, inquit, mi Domina Emma. Illaſque intuita illum, dixit: Ad quid tu homo tam audaciter palatium regis infeſtus prorumpis? ille vero reſpondit: Paupertatis ac penuriæ meæ cauſa exigit, Domina Regina, celſitudini tuæ aliqua vel paucula verba, ſi auſcultare digneris, enumerare. Domina autem Emma intellexit illum de ſua eſſe reginne; paululumque ſeredens, dedit ei locum legationem ſuam recitandi.

D EXMSa.

23 Et ille: Mater tua, ait, ſancta Berta reclusa, miſit me ad te, perquirere qualiter ſit erga dominationem tuam: ne meæ parvitati relare velis: ſed qualicumque modo erga te contineat ſe res, edicito; ut renuntiare poſſim matri tuæ. Illa autem ex intimo cordis ſuſpirans, lachrymaſque ubertim fundens, dixit: Brevior hora brevinrem rationem cogit edicere. Tu autem meæ ſoſpitatis providus narrator, intentiſſime deprecare clemenriam dominæ ac piiſſimæ matris meæ, quatenus nullo modo mihi, quamvis indignæ, denegare dignetur, quin ad me usque properent Afardus & Gundumus cum aliis fidelibus ejus, qui me hinc ad mutuum conſpectum deducere

ad ſanctam matrem ſuæ ſert.

E non differant: ut quæ per longa tempora in juſtis calumniis preſſa ſubjaceo, vila ejus incolumitate, aliquantulum reſpirare merear. Nuntius vero id, quod juſſus fuerat, agiliter explebat.

A nuntiis reducta, in via moritur,

24 Directi ſunt autem nuntii ſub omni feſtinatione a piiſſima Berta ad ultramarinas Angloſaxoniæ partes. Petita autem licentia Regis & impetrata, Domina Emma, piam matrem inviſendi, aſcendit navim. Dum itaque per alta maris navigarent, febre correpta, graviter infirmabatur. Ingraveſcente quoque moleſtia corporali, antequam littus attingerent, defuncta eſt, miſſoque agili nuntio, ſanctiſſimæ Bertæ intimatum eſt. Quæ ut comperit dilectam filiam ſuam tam lugubri morte defunctam, juſſit præparari feretrum, & omnia tali uſui neceſſaria: omnemque congregationem ſanctimonialium, adjuncto cœtu clericorum, omni etiam familia ſubſequente, ad deferendum corpuſculum venerandæ filiæ uſque ad locum Magnum pratum. Illuc enim uſque de clauſtro egrediens, præcepit diſcooperire feretrum, multa turba circumſtante populi. Quod ut factum eſt, elevata voce, ait: O filia amantiſſima, nunc oculi mei conſpiriunt te: ſed heu! proh dolor! oculi tui me conſpicere nequeunt. Mira valde res; cunctis qui aſtabant aſpicientibus,

F oculi ejus aperti ſunt, conſpexitque matrem ſe reſpicientem. Tunc plurimis lachrymarum fontibus pro tali miſeratione effuſis, pſalmodiæ etiam cantu ex more abundantiſſime completo, ducta eſt ad locum ſepulcri ac humata in baſilica cœnobii Blangiacti. Poſt expletionem vero exequiarum beatiſſima Berta celeriter clauſtrum regrediens, proficiebat de virtute in virtutem, ut Deum videre mereretur in cæleſti Hieruſalem.

Piiſſimæ ſanctæ obitus & celebris ſepultura.

25 Cum itaque eſſet beata Berta annorum ſexaginta & novem, ſenſit diſſolutionem corporis ſui imminere. Tunc vidit angelum Dei portantem ſignum crucis, meruitque audire voces in cæli pſallentium, voluitque beatiſſima imitari cantilenam canentium, aliiſque inſinuare melodiam; nec amplius memoria retinere valuit, niſi hoc tantummodo: Veni electa, veni electa. Et hoc cum audiſſet, migravit feliciter, ſuſcepitque eam angelorum chorus cum fidelium turmis. Viſi quoque ſunt tres viri *k* inſoliti ſplendoris, candidiſſimi habitu, illam circum-

k

A ſtantes & dicentes: Dirigatur anima tua in paradiſum exultationis: & elevatio manuum noſtrarum perducat te in conſpectum ſanctorum angelorum. Sancti itaque præfati Epiſcopi *l* comperto obitu ſanctiſſimæ abbatiſſæ, unanimiter convenerunt, multimodas rependentes Deo laudes: qui ſelici retributione remunerat ſibi ſervientes. Sepelierunt itaque beatiſſimum corpus, dicentes: Intercede pro nobis ad Deum coronata, ut tibi mereamur jungi in perpetuum. Amen. Soluta eſt ergo ſanctiſſima anima beatiſſimæ Bertæ clauſtris corporis quarto nonas Julii; & poſita in ornamento diadematis cæleſtis Regis, cum quo regnat & lætatur in ſecula ſeculorum. Amen.

Ex Mss.

l

ANNOTATA.

a *Totam hanc rerum, temporum & perſonarum combinationem ſalvare, plane eſt impoſſibile. Dixi etiam ſupra, quid conjecerint Malbrancus & alii; ego ignorantiam meam fateri malo, quam cum ceteris divinare. Anonymi textum operoſiſſime refellit Cointius an. 690. a num. 26. ad 39. quod Bollandus paucis complexus fuerat in commentario de S. Silvino, ad* XVII. *Februarii num.* 21,

B

b *Quomodocumque conventum hunc Epiſcoporum limare (Cointius diceret corrumpere) conatus ſit Malbrancus, quomodocumque alii referant, manent anachroniſmi incomponibiles.*

c *Ineptum hoc eſſe parergum, ſupra in commentario dixit Mabillonius.*

d Albæ *nomen varie explicat Cangius. De veſte candida baptiſmali hic intelligi non poſſe, ſatis certum eſt. Alba etiam ſumitur pro tunica ſeu veſte alba; item pro veſte muliebri. Crediderim, auctorem voluiſſe dicere, mortuas eſſe in adoleſcentia, adhuc ſeculares, tali veſte candida utentes.*

e *Novam quæſtionem movet Cointius ad an. 688. num. 6. de tempore quo acciderit hæc Ruodgarii infeſtatio, & rotunde primum contra Anonymum defendit, his verbis*: Quidquid hic ſcribat, templo Blangiacenſis monaſterii necdum dicato, Gertrudis cum Berta matre & ſorore Deotila velamen accepit *&c. Pari modo contendit, totam hanc Ruodgarii hiſtoriam biennio ante dedicationem evenuiſſe. Quid eſt narrationes pro mero libitu convolvere, ſi hoc non eſt?*

f *Quis ſit iſte* Radulphus, *fruſtra divinaveris.*

g Bannum, bannus, ſrida, fredum *pro multa accipiuntur, ut ſit ſenſus, præceptum regium*

C *S. Bertæ conceſſiſſe omnimodam ab hujuſmodi vexis immunitatem.*

h *Operæ pretium fuiſſet, loca diſtinctius deſignaſſe, in quibus tam larga manu opes ſuas ad Dei gloriam profuderit S. Berta.*

i *Et hæc tota hiſtoria parergi inſtar eſt, de cujus veritate aut falſitate diſputare non lubet; uti nec in nomina inquirere* Alardi *&* Gunduini, *qui Emmam ex Angloſaxonia reduxerint.*

k *Non improbabiliter cenſet Malbrancus, viros illos fuiſſe SS. Martinum, Vedaſtum & Audomarum, quibus templa erexerat Sancta noſtra.*

l *Mirus eſt Anonymus in convocandis Epiſcopis: & quidem hic eoſdem indicat, quos ſupra temere nominavit, quaſi iidem omnes uſque ad S. Bertæ obitum ſupervixerint. Sed ſimilia ſcriptori condonanda ſunt, qui in prologo fatetur, ſe* bonarum artium *neſcium. Alia elogia habes in commentario prævio. De cetero fidem non tantopere excedunt, quæ de ſanctiſſimo obitu memorantur.*

D

LIBER DE MIRACULIS ET TRANSLATIONE EJUSDEM

Ex Mss. Codd. Blangiacenſis monaſterii, collatis cum editione Mabillonii.

PARS PRIMA.

TEmporibus Caroli Imperatoris, fratris Lotharii & Ludovici Regum accidit, ut quidam homo nobilis in Gallia, nomine Salomon, de villa nominata Duſgemella, diabolica inſtigante fraude, cum ſuo proprio fratre ob ſuam rixaret hereditatem, illumque gladio occideret. Quod ut ita peractum eſt, divina miſeratione, corde compunctus, maximam ut dignus erat, pœnitentiam de perpetrata eulpa agere cœpit; & veniens ad Epiſcopum, in cujus erat diœceſi, veniam ab eo poſtulavit pro ſuo maximo ſcelere, ac multis perfuſus lachrymis, illius clementiam rogavit, ſe eodem aſtringi ferro, quo germanum interfecit. Tunc epiſcopus, qui vocabatur Boniſacius, ejus aſſenſum præbens voluntati, eodem ipſe, ut petebat, ferro, illius brachia ventremque *a* conſtrinxit, digniſque pœnitentiæ laboribus impoſitis, illum a ſe permiſit abire. Tunc præfatus Salomon, accepta pœnitentia, multa loca Sanctorum pro ſui peccati abſolutione viſitans, novem vicibus limina ſancti Petri adiit. Cum autem nona vice ibidem veniret, & jam Dominus voluiſſet illis repropitiari delictis; ante januam ſancti Petri in Dominica die, poſt matutini laudem jacens, antequam clare delnceſceret, ei S. Petrus inſomnis appatuit, ita paratus quaſi ad Miſſam debuiſſet progredi, illique pronuntians, quod Dominus ſuæ nrationis & pœnitentiæ ſuſcepiſſet lachrymas; ac ſua peccata illi eſſent dimiſſa: & eum feſtinanter ire juſſit in Galliam ad monaſterium ſanctæ Bertæ, piiſſimæ abbatiſſæ, ſitum in pago Taruannrum, quod Blangiacum nuncupatur, & ibi eſſe a ſuis vinculis per merita ejus abſolvendum. Tunc ille expergefactus, certaque viſinne indubius, Deo magnificas referens grates, ſtatim ferrum, quo ſiniſtrum conſtringebatur brachium, in terram corruit.

Translatio vitæ ſtius.

a

E

F

a Ille autem monaſterii jam dicti & beatæ Bertæ ignarus, ſibi nomen loci & nomen pagi, ac piiſſimæ abbatiſſæ deſcribere poſcit; magnaque agilitate ad eumdem tendere cœpit locum. Cumque ad limina ejuſdem monaſterii veniam petiturus deveniſſet, quidam venerabilis epiſcopus, nomine Lantogiſus, Miſſam ibidem, in Dominicæ diei feſtivitate celebrabat. Poſtquam autem Diaconus ſancti Evangelii initium incepit, præfatus Salomon manum ad ſe ſignandum elevavit: ſtatimque ferrum, quod in dextro erat brachio, celerrimo vnlatu quaſi ſagitta uſque ad ſanctæ Bertæ ſepulchrum profilivit. Tunc omnes, qui intra eccleſiam ſtabant, de ſnnitu ipſius ferri mirari cœperunt; quia idem vir cunctis incognitus ſtabat. Lecto autem Evangelio, epiſcopus ordinem ipſius miraculi ſnlicite inquiſivit. Peracto denique ſacro myſterio, ut erat paratus

In veteri a S. Bertæ liberatur.

ad

A ad Miſſam, baſilica progrediens, invenit hominem a cunctis ferri vinculis abſolutum: cauſamque illius inquirens, manu ejus apprehenſa in eccleſiam introduxit: & ipſe (&) omnes qui aderant clerici & ſanctimoniales, Te Deum Laudamus canebant.

Wandregiſili & ſuorum corporibus illata miracula.

3 Eodem quoque tempore, Normannica gente Galliam vaſtante, multiſque Sanctorum locis in deſolationem cadentibus, contigit quoſdam monachos *b*, propter eoſdem paganos de ſuo fugere monaſterio, ac S. Ansbertum & S. Wandregiſilum tranſportare. Venientes igitur ad monaſterium S. Bertæ, ubi veneranda Herſendis *c* præeſſe abbatiſſa videbatur, cum omni charitatis humanitate ab ea ſuſcepti ſunt, ibique viginti annis hoſpitabantur. Interea in uno anno, ad feſtivitatem beatiſſimæ Bertæ accidit, multos ibidem infirmos, cæcos, debiles, claudos, dæmoniacos convenire: ibique ſalutis gratiam per merita B. Bertæ adipiſci. Inter quos fuit quidam mutus, qui ideo mutus, quia ſuam matrem in una Dominica nocte flagellavit. Et tunc in eadem feſtivitate, ante nocturnalem laudem, cum aliis infirmis in eccleſia ante ſepulcrum B. Bertæ, veniam petiturus & ſalutem, pernoctavit. Vidit igitur repente Sanctum Wandregiſilum & S. Ansbertum archiepiſcopum ad altare S. Mariæ, complexis inter ſe manibus progredientes, & pariter ad altare ſe incurvare orationemque agere. Ab oratione autem ſe erigentes, viderunt beatiſſimam Bertam, obviam ſibi venientem, & quaſi de ſepulcro exeuntem, ac ſe invicem ſalutantes, illius manibus apprehenſis, duxerunt eam ad dextrum cornu altaris, & pariter reſidentes, quaſi inter ſe ſermocinari videbantur. Tunc iſdem mutus, qui hæc viderat, ilico ſurrexit, ac ſuum os & pectus tundere cœpit. Tunc illi, qui aderant, videntes quid ageret mutus, & neſcientes quod viſionem vidiſſet, dicebant, quod inſaniret, & fugere præ nimio pavore quidam attemptabant.

b

c

B

muto linguæ uſus reſtituitur.

4 Tunc B. Wandregiſilus & S. Ansbertus cum piiſſima Berta, gradum, ubi ipſe mutus ſedebat, ambulantes, B. Berta, ut prior manum muto imponeret, Wandregiſilum, beatus vero Wandregiſilus S. Ansbertum rogavit, ut ipſe hoc primus faceret, quia archiepiſcopus erat. Illi ambo autem ad S. Bertam dixerunt: Veſtra eſt virtus, & iſte locus & homo in veſtra exiſtens poteſtate, veſtris meritis ſalutem adipiſci gratularetur. Deinde B. Wandregiſilus manus ſuper caput muti impoſuit: ſanctus vero Ansbertus brachium ejus tenuit dextrum: piiſſima autem Berta manu maxillam conſtringens, ſtatim ipſe mutus ad terram corruit, ac ſanguis de illius ore ac naribus effluebat, ſicque ſanus factus eſt. Nec non ſe ad eumdem locum, in proprium tradens ſervum, nam antea ingenuus erat, per multos annos ibidem in famulatu perſeveravit.

C

Sanctæ cujuſpiam in Germaniâ delatum

5 Tunc poſtea Normannis undique Galliam irruentibus, ac plurima deſtruentibus monaſteria, & cunctam regionem vaſtantibus; contigit ante ſex annos, quam ad devaſtandum præfatum monaſterium beatiſſimæ Bertæ ipſi venirent incendioque traderent, ut ſæpius ipſa multis, tam clericis, quam etiam ſanctimonialibus atque aliis religioſis laicis, in ſomnis appareret, & eis aliquibus certis admonitionibus intimaret, quod ipſa inde debuiſſet tranſportari: & in poſſeſſione venerandæ Deoque devotiſſimæ abbatiſſæ Rotrudis *d* devenire. Quod eventus rei poſtea ita fieri comprobavit.

D

EX MSS.

d

6 Tunc deinde prænotati pagani ad eumdem uſque locum pervenientes, & cunctas monaſterii facultates diripientes; noviſſime ipſum omne monaſterium, ut prænotavimus, igni combuſſerunt. At vix illæ ſanctimoniales cum clericis & ſervitoribus, qui ibidem remanſerant, rapientes ipſam beatiſſimam Bertam, duaſque filias ejus, hoc eſt ſanctam * Geſtam *e* & Geſam, magno labore evaſerunt. Quos labores & illa ſigna, quæ tunc plurima fuerunt geſta, longum eſt per ſingula enumerare; ſed aliqua, quæ in ipſo itinere ſunt acta, non ſilendum arbitramur. Cum igitur illæ ſanctimoniales cum clericis, ſanctarum devectaſſent corpora; & juxta Rheni littus ſurſum iter agerent, pervenerunt uſque ad S. Gennarii * monaſterium: ubi una dæmoniaca per merita ſanctæ Bertæ ſana & ſalva facta eſt. Et inde ad Maguntiam venerunt civitatem: ubi paralyticus quidam, omni motu pedum carens, meritis ſanctæ Bertæ ſanitatem recuperavit.

* Gertrud & Deoſilam

e

* Januarii *ſanat dæmoniacum & paralyticum*

E

Tempore civilis Triburiæ ſis f

7 Contigit quoque eodem tempore, ut Rex Francorum, nomine Arnulphus, in loco, qui dicitur Triburis *f*, ſuum celebraret conſilium: ad quod venit venerabilis abbatiſſa, Rotrudis nomine, cum aliis regni principibus. Et dum Rex peregiſſet ſuum colloquium cum prædicta abbatiſſa, & dum ad ſua propria vellet remeare loca; venit quidam vir ignotus, ei maxima gaudia denuntians, atque indicans, quaſdam ſanctimoniales cum aliis comitantibus clericis ed Maguntiam de Gallia, propter Normannorum devenire metum, ac ſecum ſanctam Bertam duaſque illius filias beatiſſimas devectare, Geſtam * & Geſam. Illa autem, neſcio qua occupata ratione, non ſatis intellexit, quod ei vir ille indicavit. Ipſa autem peracto negotio, requiſivit ubi eſſet homo, qui illi tam bonum indicavit nuntium. Cunctis vero reſpondentibus, ſe eumdem non agnoſcere hominem, nec quo ille pergeret, ſcire: prudentiſſima Rotrudis, divinitus præmonita, tres ex ſuis principibus, viros ſagaciſſimos, feſtine miſit Maguntiam civitatem adire: ut rei ignotæ inveſtigarent veritatem. Poſtquam vero certiſſime agnovit, ita omnia vera, ut ei fuerat indicatum: juſſit tranſportari ſanctarum ſupradictarum corpora cum clericis & ſanctimonialibus in ſuum monaſterium, quod nuncupatur Heraſten. Quod, voluntatem Domino adjuvante ſuam, peractum eſt.

* Gertrud & Deoſilam.

ſa cumobio Heraſten depoſitum

F

8 Cum igitur ſanctimoniales & clerici ſancta deportarent corpora de Maguntia ad Normanniam *, in monaſterium ſancti Cyriaci: ibi quidam hortulanus, qui jam per triginta annos paralyticus fuerat, dum feretrum beatæ Bertæ elevarent, ut ſuum iter peragerent, per merita ipſius ſanitati priſtinæ donatus eſt. Inde vero pervenerunt ad Spirenſem civitatem: ubi duo dæmoniaci liberati ſunt meritis Sanctæ. Et dum ad Stamburgenſem * venirent civitatem, multi infirmi claudi & cæci, quos longum eſt per ſingula enumerare, meritis ſanctæ Bertæ in ipſo itinere a ſuis curati ſunt infirmitatibus. Tunc vero uſque ad optatum locum, & ad ſupraſcriptum monaſterium Heraſten

* Wormatiam *ubi & in ipſo itinere, multa patrata miracula.*

* Stratoburgenſem

A raſten, Domino ducente, pervenientes, a devotiſſima Deoque dicata Rotrude abbatiſſa, cum magna veneratione maximaque lætitia ſuſcepti ſunt: ac ſtatim in honore ſanctæ Bertæ monaſterium *g* cooſtruens, & ibidem Dei famulatum componens, ſanctimoniales bene collocavit.

EX MSS.

g

Dæmoniacus & plures alii curati.

9 Miracula quoque ibi plurima patrantur meritis ſanctarum ſuprafcriptarum: quorum aliqua ſcimus enarrare. Unus dæmoniacus ibi ſanus factus eſt: qui ideo in dementiam incurrit, quia ſæpiſſime volebat deprædari ſanctæ Bertæ poſſeſſiones. Alius autem ferro ligatus, veniens ad limina ejuſdem baſilicæ; a ſuis vinculis eſt abſolutus. Tertius vero paralyticus fuit, qui uno pede ad limina B. Petri urbis Romæ: altero ad eccleſiam S. Bertæ curatus eſt. Deinde vero plurimi paralytici & claudi ſanati ſunt. Alia igitur multa ſigna & innumerabilia meritis ſanctiſſimæ Bertæ filiarumque ejus ibidem beneficia florent jugiter: præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

B

ANNOTATA.

a *De eo pœnitentiæ genere agit Mabillonius in præfatione ad ſec. 2. Benedict. num. 41. & lib. 1. de Mirac. S. Bertini ſec. 3. part. 1. pag. 120. Et tamen Carolus Magnus in Capitulari condito anno* XI. *regni ſui, ſtatuit cap.* 8. ut homicida & ceteri rei, qui legibus mori debent, ſi ad eccleſiam confugerint, non excuſentur. *Et in Capitularis Aquiſgranenſis cap. 79. prohibet ejuſmodi* mangones & cotiones, *qui* nudi cum ferro *vagantur, dicentes id ſibi pœnitentiæ impoſitum: quamquam nec mos iſte his legibus ſublatus eſt ante ſeculum* XI.

b *Nempe Fontanellenſat, ut recte notat Mabillonius, pro cujus rei hiſtoria remittit ad Miracula S. Wandregiſili ſec. 2. ad ann. 667.*

c *Satis commune debuit eſſe* Herſendis *nomen circa Blangiacum, nam & matrona, de qua a num. 10. ſic etiam appellatur.*

d *En & hic nomen* Rotrudis, *quala habes in Vita ſuperius num. 7. 8. & 9. Quærit Mabillonius, an hæc eadem ſit cum Ruadruda, abbatiſſa*

C *parthenonis S. Stephani intra muros Argentoratenſes, quam Lotharius imperator* cognatam *ſuam appellat, in diplomate quodam relato in hiſtoria Argentinenſium epiſcoporum per Guillimannum cap. 4. & 5? Sed obſtat, inquit, quod Baſilla loci abbatiſſa nominetur, anno* XXII. *Ludovici regis, Lotharii ipſius fratris cap. 5. ut conjectura ſit, jam tum è vivis abiiſſe Ruadrudam.*

e *Ita legunt ambo noſtra Mſs. Male certe, nam de harum ſanctitate nihil traditur. Reſtitui ad marginem ex Mabillonio* Gertrudem & Deotilam; *quamquam nec de harum cultu ſatis conſtet.*

f *Exſtat hoc conſilium, inquit Mabillonius, an.* 895. *convocatum in villa regia Tribure, paulo infra Maguntiam ad Rhenum, præſente Arnulfo rege, quamquam ad ann.* 897. *id revocent Annales Fuldenſes.*

g *Recte hic denuo notat Mabillonius, conſtructum id monaſterium in loco Alſiaco, qui clarius exprimitur num. 15. & num. 16. narratur S. Bertæ relatio Blangiacum, & oſtenſio a Drogone Morinenſi Ep. de quo vide Acta S. Godelevæ* VI. *Julii.*

D

PARS SECUNDA.

S. Berta monitis

TEmporibus glorioſiſſimi Regis Francorum Rotberti, Hugonis magni filii, Arnulpho comite Teruanenſis comitatus monarchiam ſub Balduino Marchiſo regente; fuit quædam mulier in villa, quæ Blaogiacus ouncupatur, cui ideo beatiſſima in viſu apparuit Berta: quia ſuis ſumptibus ejuſque dignis bonorum laboribus operum, poſt Normannorum deſolationem, ſupradictus fuerat locus denuo cooſtructus: & flagranti animo deſiderabat, omnia a ſe & ab aliis fidelibus Chriſticolis ibi pro æternæ vitæ conceſſa retributione, poſteaquam fuerant ab invaſoribus injuſte arrepta, infraſcripto reddi io loco. Vocavitque eam & dixit ei: Herſendis audi. Quæ ex improviſo ſtupefacta reſpondens, ait: Quæ es tu, quæ mecum loqueris, Domina? At illa dixit: Berta proprio vocor nomine. Tibi ſiquidem imperare veni, meis parere monitis, tuiſque hoc augere meritis: ad cunctos ſcilicet hujus loci, univerſa poſſidentes prædia, ut eas; atque eis veluti a me dicta iocimare hæc ſtudeas. Tu- E um ergo colloquium firma mea aſſertione, dicens eis: Sciatis, vos ipſos, oon bujus coſmi cum honore eſſe reſiduos, nec theoricalis amœnitate proſperitatis gaudere; niſi jam dicto omnia reſtitueritis loco, ad honorem beatiſſimæ Mariæ ſanctæque Bertæ ejus famulæ. Abbati quoque illius baſilicæ non tardes enucleare, ut cellulam lectuli mei, in qua pluribus jacui annis, congrua devotione ac celeri reſtitutione reſtituat.

11 Ipſa autem, hanc recuſans legationem, ait: O! ſanctiſſima Domina, ne hominibus videar reproba, precor te, hoc oon me ferre jubeas. Huic autem, internæ mentis interiori ac jugi recogitanti meditamine, atque intimo hæſitanti corde, cunctis eoucleare potenter poſſidentibus; iterum in viſu beatiſſima colloquens Berta, ait: Quare tam negligenter mea neglexiſti monita? Ne ergo tui corporis detrimentum tibimet inferatur, mea famioa eos gradu concito edocere ſtudeto. Ipſi quoque, titubantis prælabentiſque animæ io dubitamine F perſeveranti: ac ne ab incolis loci illius, ſive ab invaſoribus rei præfatæ, iſta audientibus, verboſa diceretur aut garrula, adhuc propenſius reticeoti; tertio eam beata affata eſt Berta, dicens: Poſtulavi, inquit, te omnimodis meis parere conſiliis. Sed quoniam omni cum oegligeotia, mea omnia refutaſti monita, mercediſque a fructu te fuoditus privare voluiſti, tui corporis, ut prædixi, detrimeorum tibimet recompenſabitur, ex cauſa meritorum. Quapropter prudens Dei famula dextram ejus manum accipiens, dixit: Ideo enim, ut ab ini- *& paralyſim Herſendis manui-* mico humaoi generis perſuaſore, ſanctæ crucis *cat,* ſignaculo iſta te manus muniat, protegat, & defendat; a præſenti cruciatu ſervetur illæſa. Lævam vero accipiens maoum, pollicemque aliis cum articulis ejus volæ applicans, dixit: Iſtius ſiquidem manus juvamine carebis, ſicque convulſam tuleris, donec ego veniens eam erigam, ac priſtinæ ſanitati reſtituam.

12 In Nativitatis vero ſolennitate beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, ſenties tibi ſupernam

A nam Chriſti virtutem adeſſe, meque precante, manus aridæ ſanitatem recipere : Illuceſcente vero die noctis præteritæ, jam dicta mulier, manus debilitate deprehenſa, a lectulo ſurgens, cito cucurrit ad monaſterium : ibique proſternens ſe ante altare beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, ſanctæque Bertæ, Dei famulæ, fontem lachrymarum uberrim fundens, veniam pro ſua negligentia poſtulabat. Cum vero abbas monaſterii & alii circumveniſſent clerici, illa erigens ſe ab oratione eorumque pedibus provoluta, narravit eis omnia ; oſtendens ſimul cum verbis miracula, veluti fuerat juſſa. Arnulpho quoque comiti aliiſque, illius monaſterii privilegia ſubripientibus, hæc ab illo die minime formidavit indicare.

Blangiacenſi ecclesiæ præsidia restituuntur.

13 Hæc autem audiens nobilis comes Arnulphus, dilectionemque Dei ac timorem mente revolvens, cum uxore ſua & filiis locum adiens, viſoque miraculo, veniam ab omnipotente Deo petens, ejuſque ſanctiſſimæ Genitrici, ac beatiſſimæ ejus famulæ Bertæ famulantibus, partem beneficiorum in ipſo maximam reddidit loco. Solennitate igitur Nativitatis beatiſſimæ genitricis Mariæ imminente, B populorum undique ſecus magna ibi convenit caterva : ibique honorabilia clerus unanimiter in Dei perſiſtebat laudibus. In ipſa quoque nocte, cum hæc agerentur, & matutinis laudibus omnis plebs aſſiſteret, ipſa promiſſa ſibi ventura, per beatiſſimæ Bertæ merita expectans, in medio reſidebat. Factum eſt autem, cum omnes perlegerentur lectiones, & omnis populus virorum ac mulierum nobilium ad futuri miraculi ſpectaculum circumſtarent : appropinquante hora, in qua omnis canentium chorus Deum laudare, Dominumque confiteri deberet ; rigeſcentibus nervis cum vehementi ſtridore, manus arida priſtinæ ſanitati reſtituta eſt. Videntes autem populi ſimul & clerici virtutem Dei omnipotentis, per beatiſſimæ ancillæ ſuæ merita oſtenſam, omnes una voce cum magna alacritate glorificaverunt Deum, dicentes ; Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. Dignum namqua C erat, ut per cujus ſancta monita, ſuæ carnis mulier detrimenta ſuſtinuerat ; per ejus florentia merita remedium ſibi repromiſſum habere gauderet : ipſo donante, cui eſt regnum & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

PARS TERTIA,

Incipiunt miracula beatæ Bertæ Abbatiſſæ, ſimul & de ejus inventione.

NON debet ſilere humanæ lingua carnis, quæ Dominus ad laudem & gloriam ſui nominis, ſuorumque Sanctorum honorem dignatur ſæpiſſime operari. Quapropter, illo tribuente, qui os mutorum aperit & infantium linguas facit diſertas, hoc noſtro opuſculo eccleſiæ filiis enarrabimus quædam miracula, quæ meritis ſanctæ Bertæ dignata eſt oſtendere pietas divina.

Ex Germania

15 Tempore igitur Henrici Francorum regis, erat quidam locus, qui Blangiacus vocabatur ; qui in antiquis temporibus dives valde habebatur & nobilis, quo Dei famula Berta, in Dei Genitricis honore, monaſterium D conſtruxit, catervamque ſanctimonialium non EX MSS. modicam congregavit, monaſteriumque magnis honoribus ditavit, ubi etiam poſtea ipſa Dei amica honorifice corpore humata quievit. Evoluto autem multo tempore, irruentibus intra Galliæ fines paganis, multi ſervorum Dei tollentes Sanctorum corpora, ad tuta confugiebant loca. Ipſi vero pagani quorumdam Sanctorum corpora in ſuis cremabant igni ſepulcris ; affligentes, quos reperiebant ibi, fidelea diris ſuppliciis. Tali ergo timore exterritæ ſanctimoniales ſeminæ Blangiaci cœnobii, tulerunt ſibi corpus ſanctiſſimum Dei famulæ Bertæ cum optimis ornamentis. Fugientes vero tranſportaverunt illud ad locum, qui Alſiacus dicitur : ibique per plurimos jacuit annos. Multi autem infirmi a ſuis doloribus ibi ejus ſunati ſunt meritis, Ob id ergo Blangiacenſa monaſterium, quod ipſa mirifice conſtruxerat, in deſtructionem venit.

16 Venerabilis autem Dei amica, nolens locum, quem ædificaverat, quemque multum E dum in corpore viveret dilexerat, omnino relinquere ; obtinuit ut reor, apud Deum, ut a quibuſdam clericis, Blangiaco manentibus, ejus requireretur corpus : quod & factum eſt. Requiſitum ergo eſt a clericis, quorum unus *refertur corpus Elisiacum.* Albuinus, alterque dicebatur Ebroinus, & inventum, atque Deo annuente Blangiacum reportatum, ac ſuper ſacroſanctum altare ſanctæ Dei Genitricis decenter eſt collocatum. Poſt vero anius anni ſpatium, nutu illius, a quo cuncta bona procedunt, a Prætule * Tarua- *Drogone* nenſis eccleſiæ, clericis & omni populo cum hymnis & laudibus, plurimis præ gaudio flentibus, eſt oſtenſum. Ubi illic, cujus ſapientiæ non eſt numerus, quique facit mirabilia magna ſolus, & facit miſericordiam omnibus ad ſe confugientibus, tale miraculum eſt operatus.

17 Erat namque quædam puella, quæ cujuſ- *Infigne miraculum in cæca lumen reciperat.* dam infirmitatis onere preſſa, oculorum lumen amiſerat. Hæc cum didiciſſet, Prætulem advenire ad oſtendendum populo corpus ſanctæ Bertæ, venit cum ceteris ad tanta ſolennia gaudii, confiſa de Dei miſericordia & de meri- F tis ejus famulæ, quod ſibi diu ſubtractum poſſet lumen reſtituere. Deus autem, qui dixit mulieri Chananeæ, Fiat tibi ſicut vis ; reſpiciens fidem hujus puellæ, reddidit ei lumen meritis ſanctæ Bertæ. Nam, ut dictum eſt, veniente ipſa cum matre ceteriſque mulieribus feſtivitatis devotione ; & celebrantibus monachis vigiliarum ſolennia ; jacebat ipſa corpore proſtrata ante altare ſanctæ Dei famulæ, exorans miſericordiam, ut ſibi dignaretur ſubvenire. Expletis vero matutinis, monachi longo noctis ſpatio fatigati in Dei ſervitio, ut eſt uſus humanæ fragilitatis, paululum remedium quærentes, lectulis ſuis ſe collocavere : in eccleſia, donec dies illuceſceret, ipſa remanente. At vero dum prima lux diei apparuiſſet, ipſa, de qua fit relatio, elevans oculos ad altare, quaſi explorando quid ejus genitrix & ceteræ mulieres, quæ ſecum erant, agerent : cœpit paulatim, quaſi creſcendo ante ſe lumen dies videre. Vocataque matre, ait flebili voce : Dulciſſima mi, jam dies illuceſcit. Et illa ; Quomodo, inquit, filia noſti? Ipſa vero, ex intimo cordis ſuſpirans, ait : Agamus gratias Deo,

quia

A quia diu deſideratum lumen merui videre me- *ex mss.* ritis benefactricis meæ, beatiſſimæ Bertæ. Cui mater: Cur, inquit, filia ſic te jactando loqueris? Si Dei beneficium erga te factum cognoſcis, oportet te potius ſilere quam loqui, donec omnis agnoſcat populus, quid tibi meritis hujus Sanctæ acciderit.

18. Sic autem illis ſermocinantibus, abſque ductore venit filia ante altare, & inclinato capite, quaſi commeatum petens, cœpit ad hoſpitium ire. Mater vero accurrens ac manum illius arripiens, volebat eam, ut ſolita erat, deducere; ſed illa ejus ductum omnino reſpuens, ajebat matri ſuæ: Cur, mater mi, ſic me deducere conaris, cui Dominus ſua bonitate Sanctæque ſuæ meritis, jam cœli lumen videre conceſſit. Cum hæc ita dicerentur, venerunt ad hoſpitium, præſtolantes Præſulis adventum, ut oſtenderet populo beatiſſimæ Bertæ corpus glorioſum. Adveniente autem hora diei tertia, egreſſus Præſul cum monachorum caterva, ſeu B non modica populi utriuſque ſexus multitudine, ferentes humeris ſanctiſſimum corpus, monachis pſallentibus populiſque lætantibus, aſcenderunt ad ſupercilium cujuſdam montis, ut tam deſiderabilis theſaurus ab omnibus poſſet videri. Completo autem ad populum ſermone, oſtendit ipſe Præſul populo caput beatiſſimæ Bertæ; quod multi cernentes, cœperunt præ gaudio flere. Præfata vero puella aſpiciens illud, cœpit clarius videre cuncta mundi hujus. Accepta autem Præſulis benedictione, populus ad propria revertebatur, unuſquiſque cum magna exultatione.

19 Sæpe autem dicta puella, coacta a matre, per quindecim dierum ſpatium celabat ſibi præſtitum a Deo beneficium. Sed paulatim narrantibus aliis, aliiſque audientibus, tam glorioſum miraculum proceſſit in publicum. Quod audiens Gaufridus monachus, S. Bertæ famulus, ceterique cœnobii fratres, immenſas Deo ex animo referebant grates. Et convocantes omnem loci illius populum, enarrabant tam glorioſum miraculum. Elevantes vero cuncti voces ſuas cum manibus ad cœlum, in commune benedicebant Dominum. Monachi vero ſigna C pulſabant, atque hymnum, Te Deum laudamus canebant. Viri cum mulieribus ſimiliter Deum laudabant: atque ex illis plurimi Deo & ſanctæ ſuæ famulæ gratias referentes, præ nimio gaudio flebant. Et in omnibus benedicebatur Deus, qui facit mirabilia magna ſolus, & prope eſt omnibus in veritate ſe invocantibus: qui in Trinitate perfecta vivit & gloriatur Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Aliorum in famato paralytico.

20 Huic etiam & aliud dignum adjungere duximus, ob laudem Dei famulæ miraculum, quod oculis vidimus, ejuſque meritis cœlitus taliter factum (novimus.) Eſt quoddam caſtrum, intra Flandriæ fines in cacumine cujuſdam montis ſitum, octo fere millibus a caſtro S. Pauli diſtans, nomine Hoſdegh. Ibi veniens prædictus monachus, reperit quemdam clericum ita paralyſi diſſolutum, ut officio careret utrorumque pedum, & vix aliorum manibus ſuſtentantibus, a domo ad eccleſiam, iterumque ab eccleſia deferretur ad domum. Cum ergo monachum vidiſſet, pereunctari cœpit, quiſnam eſſet. Qui vero aſtabant, ſibi indicaverunt quis & unde eſſet. At ille rogans eum venire ad ſe, ait: Domine pater, ſi noſti aliquod hujus meæ infirmitatis medicamentum, ſive in oleribus, ſive D in ſpecierum generibus, edicito: ut tuo inſtructus magiſterio, pariterque fultus auxilio, tanto valeam eripi dolore, quo torqueor. Monachus ergo hæc audiens, dixit illi: Certe, frater, hujus, qua premeris, infirmitatis natura eſt talis, ut qui ea pereuſſus fuerit, ut tu eſſe dignoſceria, aut vix, aut nullo modo a medicis poſſit curari. Sed ſi animæ & corporis tui ſalutem obtinere cupis, impetra ab amicis ſeu parentibus tuis, ut ad ſanctæ Dei famulæ Bertæ ſepulcrum quantocius feraris. Et ſi ex toto corde credideris, quod ipſa te ſuis ſanare poſſit meritis, confido in Dei ac Sanctæ ſuæ bonitate, quod quidquid petieris, impetrabis. Ille autem hæc audiens, gaudio repletus, jamque de Dei bonitate ſanctæque Bertæ meritis ſecurus, expetebat amicos, ut ſibi quantocius ſubvenirent, ſeque ad S. Bertæ tumulum deferrent. Quod & factum eſt.

21 Veniente autem illo, juſſit prædictus frater, ut ante fores eccleſiæ in lectulo collocaretur, & ibi ſibi alimenta miniſtrarentur. E Jacuit ergo ibi ter quinis diebus, Dei famulæ bonitatem expectans, ejus meritis ſe poſſe juvari omnino credens. Ille autem, qui Centurionis fidem reſpiciens, puerum illius, etſi coccpore abſens, tamen deitate præſens, ſanavit; hujus infirmi fidem attendens, quod ejus famula ſibi, ſi vellet, ſubvenire poſſet; ita eum ab omni infirmitate ſanavit, ut de lectulo exiliens, ad inſtar cervi, novos quoſdam ſaltus, ab introitu eccleſiæ, uſque ad ſanctæ Dei famulæ tumulum, expedite daret; Deum laudans, ſanctæque Bertæ gratias referens, cujus meritis ſe ſanitati redditum noverat. Hoc autem cœnobitæ loci illius audientes, altiſonis vocibus Omnipotentem pro tantis beneficiis, meritis S. Bertæ illi loco conceſſis, laudabant. Plebs vero hæc audiens, benedicebat Dominum, qui ſemper vivit, gubernat & regit cuncta per orbem, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Item in loco oculo Blangiacenſi famulæ.

22 Nec prætereundum eſt aliud beneficium cuidam mulieri impenſum. Eodem quoque tempore erat quidem faber, Blangiaco manens. F Hic quadam die ſuæ iratus conjugi, percuſſit eam baculo ſuper dextrum oculum: unde accurrente ſanguine in circuitu oculi, pupilla cooperta eſt: ſicque luminis officio privata eſt mulier. Contigit autem poſt hæc, revolutis plurimorum menſium circulis, ut ejuſdem vir mitteret eam, ſibi ad edendum emere panem. Perrexit autem, & panem minime reperiens, revertebatur, viro ſuo nuntiare volens. Quæ dum reverteretur, quoddam in via invenit offendiculum, ſibi omnino incognitum: quia ex ipſa parte, qua cæcitatem incurrerat, poſitum erat. Pede autem offendens, in terram corruit, illamque ſoli ariditas nimium læſit. Erigens autem ſe, ac ſe miſeram vociferans, taliter ſanctam allocuta eſt Bertam. O ſancta Berta, Dei amica, miſericordia ſemper repleta, tu ad te ex longinquis venientibus partibus miſericordiam ſæpius impendis: & mihi indigniſſimæ, quæ tuum ingredior templum, tuumque requiro præſidium, unius oculi non vis reddere lumen amiſſum.

23 Et cum hæc lachrymans diceret, parvenit ad domum, ſicque ſedens in ſella, ex

toto

A toto cordis affectu almiſluæ Dei famulæ Bertæ auxilium flagitabat. Dum vero hæc ageret, ſine mora affuit illi vir ornatus canitie venerabili: & quaſi cultro incidens caliginem illius oculi, lumen ſubtractum reſtituit illi. Illa autem miſericordiam Salvatoris factam cognoſcens erga ſe, S. Bertæ meritis, citiſſime ſurrexit, & ſuum vocans virum, intimavit, quid acciditſet ſibi. Vir autem illius, ut comperit ira eſſe, ut illa afferebat, gratias omnipotenti Deo & ſuæ ſanctæ famulæ, voce qua poterat, referebat: & venientes ambo ad eccleſiam, monacho nuntiaverunt, tantum ſibi beneficium a Deo, S. Bertæ meritis conceſſum. Fratres vero cœnobii hoc audientes, monaſterium ingreſſi, ſigna pulſando, Te Deum laudamus, canebant: omniſque populus oppidi illius accurrens benedicebant Dominum, qui taliter glorificat Sanctos ſuos: & voluntatem timentium ſe facit, & deprecationem eorum exaudit, & ſalvos eos facit, qui vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

S. Berta cœlo impetrat ſibi, clare videat alius.

B 24 Alio quoque tempore erat quidam adoleſcens, qui oculos apertos habens, nihil omnino videbat. Qui veniens quadam die, ducente ſe avuncula ſua, ad ſanctæ Bertæ ſepulcrum, ejus flagitabat auxilium. Expleta autem oratione; erigena ſe, poſtulabat ut duceretur ad monachum, qui dicebatur Gauffridus, quatenus ſuos oculos velamine capitis Dei famulæ Bertæ tangere dignaretur. Ductus eſt autem per medium eccleſiæ ad monachum, & reperit eum cum Rogerio comite & ejus conjuge Berta, ſedentem ſuper eccleſiæ, quæ tum fabricabatur, fundamentum. Cum vero illum vidiſſet conjunx incliti Principis Rogerii, interrogavit, quid ſibi vellet? At ille, Domina mi, inquit, Dominum quæro Gauſfridum, ut mihi reſtituat lumen oculorum meorum. At illa ſubridens, ait: Numquid non ipſe peccator eſt ſicut & ceteri homines? & ille: Domina, inquit, ſi tetigerit oculos meos velamine capitis ſanctæ Bertæ, confido de Dei bonitate, quod ipſa ſuis ſanctis meritis, expulſis tenebris, me faciet cœli lumen C videre.

25 Quod audiens nobiliſſimus comes Rogerius, miſericordia motus, dixit monacho jam dicto, ut, quod ille cum fide petebat, non denegaret illi. Reſpondens autem prædictus frater, ait adoleſcenti: Vade & cras revertere hora prima diei, ut quæ petis, Deo tribuente accipere valeas. Qui juſſionem adimplens, ad hoſpitium ivit: poſteraque die reverſus, venit ante altare ſanctæ Dei Genitricis. Tunc eccleſiæ cuſtos ſacroſanctum velamen accipiens, tetigit ſecundum ſuam fidem: & ſtatim, fugata cæcitate, cœpit ante ſe monachos ſtantes aſpicere. Cum vero videret unum eorum, pendentem funem ſigni mann tangere; percunctari cœpit, cur hoc ageret, aut quare funem taliter tangendo attraheret? Cui ille reſpondit: Vides me, o adoleſcens? Et ait: Gratias refero ſanctiſſimæ Dei famulæ Bertæ, quia ejus obtentu, Deus mihi cœli lumen conceſſit videre. Quod audientes monachi, gratias referebant Deo omnipotenti, & voce altiſona laudabant ipſum, qui dives eſt in omnes qui invocant illum; & qui pulſantibus ſuæ miſericordiæ oſtium aperit, atque ad ſe revertentibus, poſt culpas, etiam miſe- D ricorditer veniam tribuit, qui vivit & regnat EX MSS. trinus in unitate, unuſque Deus in Trinitate, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

PARS QUARTA.

Mulieri ſic cuidam ſibi contra- dicenti, damnat.

QUoniam ſicut Pſalmiſta ait: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis: quæ per Beatam famulam ſuam ad ipſius laudem Deus operari dignatus ſit, pauca de pluribus miracula excerpere, quoque in loco vel tempore acta ſint, ad præſentium memoriam, ad futurorum notitiam deſcribere decrevimus. Anno igitur ab incarnatione Domini MCXXXIX. quarta Nonas Julii, qua die beata Berta munda de mundo migraſſe cognoſcitur, quædam mulier de villa, quæ Cupella vocatur, operis cupida, infortunii ſui neſcia, filum in traolium *a* de *a* fuſo extrahere cœpit: ſed Dei judicio præventa, nervos brachii ejus retrahere, digitos manui tam fortiter infigere ſenſit, ut nec traolium excutere, nec digitos nllatenus poſſet E extendere. Illa vero reatus ſui conſcia, tremens & ejulans, Blangiacum venit, eccleſiamque intrans, coram feretro ſanctæ Bertæ ſe projecit, ſe graviter peccaſſe coram omnibus confeſſa, cum magno gemitu & lacrymis Dei miſericordiam & beatæ Bertæ auxilium cœpit implorare. Quid plura? Adveniente nocte, *a* ante matutinos, Dei miſericordia adfuit; miſeram reſpexit; nervos laxavit; digitos reſolvit, ex toto infirmam ſanavit. Quæ ſe ſanatam ſentiens, cuſtodes eccleſiæ illico vocavit, ſanam ſe clamavit; manum oſtendit: traolium ſuper feretrum ſanctæ Bertæ depoſuit. Mane autem facto, abbas Blangiaei domnus Gislebertus, & abbas ſancti Vulmari domnus Balduinus, omneſque monachi in eccleſiam convenerunt, pulſanteſque ſigna, Deo eum lacrymis laudea cantaverunt. Quo audito, utriuſque ſexus & ætatis plurimi concurrerunt, miraculum viderunt, Deum & ſanctam Bertam ejus famulam benedixerunt.

Sanatur retrahens manus puella.

27 Eodem quoque tempore, dum feretrum F beatæ Bertæ ad villam, quæ vocatur Aneluſium, deferretur, quædam puella, ætate ſepcennis, gravi paſſione percuſſa, toto corpore tremens, os ad aurem uſque retrorſum habens, a parentibus delata, feretro S. Bertæ ſupponitur, ibique obdormiens, tam ſibi quam parentibus ſana reſtituitur: toto vitæ ſuæ tempore Dei & S. Bertæ ſe eſſe ancillam, illique ſerviturum promittens.

Puniti irreverentia

28 Per idem quoque tempus, dum ii, qui feretrum portabant, in villam, quæ vocatur Alteia, devenirent; juvenes loci in platea ludentes, noſtros irridere cœperunt. Quibus noſtri: Malo, inquiunt, veſtro hoc facitis: quia non impune feretis, quod Bertæ famulos irrideris. His dictis, feretrum in quadam foliata domuncula, de ramis arborum ibidem facta depoſuerunt. Mira res! In craſtino partem maximam illius villæ & etiam domos ex utraque parte foliatæ illi contiguas, in qua feretrum poſitum fuerat, ignis conſumpſit, nec foliatam contingere præſumpſit. Quod videntes loci illius incolæ, Deum & beatam Bertam ejus famulam benedixerunt, locumque

A que illum maximo deinceps in honore habere cœperunt.

contracta membra integre restituuntur.

29 Quodam tempore mulier quædam, membris omnibus contracta, Blangiaco ad ecclesiam Dei genitricis Mariæ & S. Bertæ a parentibus delata est. Dumque ibidem missarum peragerentur solennia, Dei misericordiam sibi mulier adesse sensit: paulatimque se erigere cœpit; ac pedetentim altare petiit; Deum & B. Bertam benedicens, qui ei sanitatem pristinam restituit. Quod omnes, qui aderant, videntes, Deum magnificare, & B. Bertam ejus famulam benedicere cœperunt: pulsantesque signa, laudes Domino cecinerunt.

captivo liberat.

30 Dum hæc ita agerentur, quidam homo in quadam domo ejusdem villæ captus & compedibus in specu subterraneo jacebat. Auditoque sonitu signorum & strepitus vocum, Deum & S. Bertam ejus famulam collaudantium, cum lacrymis, ut sui misereretur, cœpit implorare. Quid plura? Per scalam paulatim ascendere cœpit; ostium speluncæ multis lignis oneratum, Deo auxiliante, capite & humeris aperuit: quodque dictu mirum est, videntibus omnibus nullique eum impedire valentibus, ecclesiam intravit: Deum & B. Bertam benedicens: quod in eo actum sic omnibus manifestavit. Iterum signa pulsantur, laudes Domino cantantur: qui sanctæ suæ meritis talia miracula operari dignatur.

B

Puer clingebat,

31 Quodam tempore feretrum B. Bertæ per villam, quæ Basiacus dicitur, transibat; & erat ibi homo quidam, Balduinus nomine, qui filium contractum habebat. Quem assumens, feretro suppositi, Deum & S. Bertam, ut sibi eum redderet, oravit. Nec mora: Dei misericordia affuit, puer sibi & parentibus restituitur, servus B. Bertæ efficitur, ac monachus postea in ecclesia suscipitur.

& alii duo surdi & muti curantur.

32 Quidam puer surdus & mutus ad Magnum pratum venit, de fonte B. Bertæ bibit, caput lavit; ante altare ibidem obdormivit. Mane autem facto, cum evigilaret, & cum multis aliis Blangiacum rediret, divina virtus eum sanitati restituit: os aperuit: auditum reddidit. Qui illico ad ecclesiam S. Bertæ perveniens, se ejus servum esse in perpetuum promisit. His auditis, signa pulsantur, laudes ab omnibus monachis Deo cum ingenti gaudio reduntur. Item alius adolescens, natione Flandrensis, ad eumdam venit, de aqua bibit, caput lavit, & qui surdus & mutus advenerat, linguæ officium & auditum, quem amiserat, recepit. Qui illico ad ecclesiam beatissimæ Bertæ veniens, se ejus servum imperpetuum esse concessit. C

Vinum pro Missa ejus jussu datum.

33 Quadam die cum sacerdos missam cantaturus, jam revestitus esset, & secretarius vinum ad missam celebrandam deferre debuisset; vas vinarium petit, nihilque vini in vase reperiens, expavit; magistrum vocavit; quod acciderat intimavit. Magister vero adveniens, ubi vas vinarium esset, interrogavit. Audito vero, quod in almario vas vino vacuum esset, illuc properavit; vasque prius vacuum, vino plenum reperit. Quod videns, primo obstupuit, rem apud seipsum celare disposuit: postea autem, ut gesta fuerat, fratribus manifestavit.

Muta sua restituens.

34 Contigit tempore domni Ricardi abbatis, quamdam feminam, triduo dæmonum afflatu linguæ officio carentem, quasi unius horæ spatio loqui gestientem, ante altare S. Bertæ miserabiliter ejulare: cumque omnes astantes pro ipsa lacrymabiliter S. Bertam acclamarent; statim quæ muta fuerat, Deo ac S. Bertæ benedicens, loquelam recepit, (*Hucusque Mabillonius, in nostris Mss. hæc sequuntur.*): Cum vero a nobis quomodo hoc sibi contigisset inquisita (esset); Cum, inquit, mediusfertius vespertina sinaxi sola in domo mea essem; statim multitudo dæmonum irruit. Inter quos præcipue unus, miræ magnitudinis, horribilis aspectu, cum impetu irruens & manibus suis os meum aperiens, tertio insufflavit. Ego vero nihil penitus dicere prævalens, sed sanctæ crucis signo me muniens, loquelam amisi. D

EX MSS.

E

ANNOTATIO.

a *Ex hoc loco* traolium *in Glossarium fuere relati, sed non explicuit Cangius: Mabillonius ignotam vocem etiam reliquit intactam. Si sit operæ pretium divinare; existimabo, per traolium hic intelligi machinam parvam ligneam, solo manubrio & duobus exiguis transversis lignis constantem, qua nentes uti solent, ut filum fuso advolutum, in catenulas suas quodammodo dividant. Unde porro vocabulum formaverit, aut forte male scripserit auctor, quærere supersedeo. Felicius aliquid suggerant alii.* F

DE S. AURELIANO EPISC. ET CONF.

LUGDUNI IN GALLIA.

COMMENTARIUS.

J. B. S.

De sanctitatis titulo, monachatu, beneficentia & gestis in episcopatu.

Anno DCCCXCV.

NON *nisi subtimide* Aurelianum *hunc Lugdunensem Archiepiscopum inter Sanctos hoc nostro in opere colloco, ad id potissimum inductus iis, quas Mabillonius sec. IV. Benedict. par. 2. a pag. 490. profert, auctoritatibus, ac præcipue Catalogo Episcoporum Lugdunensium sec. XI. a Chiffletio edito, Paulmi sui illustratis p. 83. qui inter duos alios indices medius*, Sancti *appellationem* Aureliano *præmittit, aque ac aliis eodem donatis, quem titulum duo extremi indicet etiam in notissimis Sanctis plerumque negligunt. Binæ alia Mabillonii argumenta brevi subjiciam, quæ certe omnia valere fateor, præsertim ubi de antiquioribus Sanctis agitur, quorum memoriæ, gesta & virtutes e tenebris quodammodo*

Non fuit certo cultu præditus;

A *dammodo paſſim erunda ſunt, quod hic, more ſuo, ſatis erudite præſtitit laudatus Mabillonius. Verumtamen diu abſterruit multorum aliorum Indicum, a noſtro Theophilo Raynaudo inſpectorum, ſilentium, idque adeo præcipue, quod nullum prorſus cultum Lugduni habuiſſe feratur* Aurelianus, *nec ulla ejus exſtet in eccleſia iſtius ſacris Faſtis commemoratio, nec in viſitatione ſacrorum corporum, olim facta, recenſeatur* Aurelianus Lugdunenſis, *niſi quatenus a Severtio cum Arelatenſi confuſus eſt: ut taceam Martyrologia omnia, quantumvis ampla, quibus plane ignotus* Aurelianus *iſte, excepto ſolo Univerſali Caſtellani, in quo hoc die, ſed ſolo venerabilis titulo decoratus eſt. Menardum & Sauſſayum non numero, cum ipſi, haud dubie a Severtio decepti, ſi non in eodem circulo ambulent, ſaltem in figuanda* XVI. *Junii male conveniant.*

& a Severtio cum Arelatenſi confuſus

2 *Hinc mihi ſuborta eſt non infundata ſuſpicio, totam rationem ſeu occaſionem* Aurelianum Lugdunenſem *Sanctis adſcribendi, non aliunde natam, quam ex Adonis, Uſuardi, aliorumque poſt ipſos Martyrologorum annuntiatione, poſita* XVI. *Kal. Julii, ubi cum* Lugduni Aurelianum *conſignent, ſed*

B Arelatenſem Epiſcopum, *de quo in Actis ad eum diem egit Henſchenius, inde factum fuerit, ut alii, duce forſaſſe Severtio, Epiſcopum* Lugdunenſem Aurelianum, *tribus ſeculis altero poſteriorem, Sanctis quoque accenſeri poſſe crediderint. Quæ omnia ante me a Rayuaudo obſervata fuiſſe, ex ejus ludiculo mox probabitur, ubi Severtiani ratiocinii partem præmiſero, pag.* 185. §. 2. Tertio, *inquit*, quia auctor Petrus Epiſcopus Equilinus ſic loquitur: Aurelianus Epiſcopus & Confeſſor Lugduni dormivit in Domino XVI. Kal. Julii. Ubi diſerte ſatis ligat atque includit nomen EPISCOPI & LUGDUNI ad unum, ut is inde ſufficienter excludat rationem Arelati ab Uſuardo Baronioque pro illa urbe Allobrogum commemorati. Etenim dum omnes ſolitarium & unicum efficiant Aurelianum, cœleſti beatitudine perfruentem, & in terris cultu ſanctiſſimum; hanc eum Petrus ſcriptor Lugdunum traxit, Baronius Arelatem. *Nulla hic eſſet Equilini tota auctoritas, tametſi id diſertiſſimis verbis pronuntiaret, quod ei perperam & falſo imponit Severtius. Sed Raynaudum audiamus.*

C *oſtenditur a Theophilo Raynaudo:*

3 Miranda vero eſt auctoris proxime citati ratiocinatio. (*De Severtio loquitur Raynaudus.*) Quod enim Tabulæ binæ Lugdunenſium Prætulum a Demochare exhibitæ poſt S. Remigium adſcribant Aurelianum, & ejuſdem Aureliani Lugdunenſis Antiſtitis mentio habeatur in donationibus per Carolum Calvum & Ludovicum Balbum eccleſiæ Lugdunenſi, in Aureliani Archiepiſcopi gratiam factis, exiſtimavit prædictus auctor, hunc ipſum eſſe Sanctum illum Aurelianum, cujus eſt in Martyrologiis mentio. Sed hæc tam pinguis eſt hallucinatio, ut ejus repellendæ merito pigere debeat. Quod enim auctor prædictus, quantum ex implexa ejus, & de more incondita oratione perſpicere licet, Aurelianum aliquem Antiſtitem Arelatenſem ignoraſſe videtur, incuriæ fuit non vulgaris, cum litteræ Vigilii (de quibus poſtea) ut cetera deeſſent, pleniſſimam fidem faciant ſedis Aureliani Arelatis. Hune vero eſſe ſanctum illum Epiſcopum, qui Lugduni obiit, cum tot Martyrologia diſerte tradant, nec aliquid plane opponatur, quod vel dubitationis minimum ſcrupulum ingerat, non fuit cur negaretur. Itaque fixum plane eſto, hunc Aurelianum, cujus ſanctitas in eccleſiaſticis Tabulis teſtata habetur, illum ipſum eſſe, qui Arelatenſis Antiſtes fuit, non autem illum Aurelianum Lugdunenſem, qui S. Remigio ſucceſſit, & ab auctore prædicto, contra veterum omnium Indicum fidem, Sancti prænomine donatus eſt. Ætas denique eſt longe diverſa &c. *Ita Raynaudus, aperte judicans, ſe Aurelianum Lugdunenſem, de quo hic modo quærimus, pro Sancto non agnoſcere.*

D AUCT. J. B. S.

4 *Cogor nihilominus ad Mabillonii partes accedere, qui in eo ſaltem Raynaudum non immerito reprehendit, quod tam univerſaliter aſſeruerit* contra veterum omnium Indicum fidem; *cum ipſe Indicem ſuum ſupra citatum repererit, in quo* Sancti *appellatio Aureliano tribuitur. Fatetur tamen* nonnullos dubitare, an Sancti Beatiæ nomine donandus ſit, propterea quod nullum, ut putant, hujus rei fundamentum ſuppeditent, ſive Lugdunenſis eccleſia, quæ neutrum ipſi nomen tribuit, ſive priſci auctores aut vetera monumenta. *Deinde Menardum & Sauſſayum adducit, qui* Aurelianum Lugdunenſem *poſuere eodem die, quo Arelatenſis colitur. At ipſe prater citatum modo Chiffletii Indicem, alterum inſtrumentum affert, nempe libellum de tranſlatione Sanctorum Florentii & Hilarii, in quo Aurelianus* ſanctus Abba *vocatur, ac præterea breve ejuſdem temporis Chronicon Athenacenſe, ubi* S. Aurelianus *diſerte exprimitur.* Quo fit, *inquit*, ut citra temeritatis notam, hunc Aureliano titulum tribuendum exiſtimem, eumque mereri videntur ejus recte facta, quæ ex ſubjecto elogio eluceſcent. *Hoc elogium præ oculis habeo, uti & aliud Severtianum, utrumque ſatis fuſe deductum, ſed in quibus pauca reperias, unde vitæ ſeries concinnetur, cum potius diplomata aliaque inſtrumenta contexantur,* S. Aureliani *nomine inſignita. Ego ſub præmiſſa cautione, de non ſatis indubitato* Aureliani *cultu, ea inde decerpam, quæ ad ipſum propius ſpectare videbuntur.*

a Mabillonio tamen Sancti cultus vindicatur.

E

5 S. Aurelianum *in provincia Lugdunenſi nobili genere ortum, Aureliano patre, matre Adelſona, rectius & diſtinctius, quam ante feciſſet Severtius, ſtatuit hic Mabillonius, ex ipſiuſmet Aureliani teſtamento, quod apud ipſum habet p.* 498. *ubi cum donationes fiant variorum prædiorum, quæ in provincia Lugdunenſi ſita ſunt, eam donatoris patriam fuiſſe, appoſite colligitur. Porro ex hiſtoria tranſlationis SS. Florentini & Hilarii, ibidem relata pag.* 494. *conſtat*, Auguſtodunenſi eccleſiæ Archidiaconum datum *eſſe Sanctum noſtrum, adeoque in clericalem ordinem prius adlectum*, ac præterea abbatiam Athenacenſem (*Aiſnay*) quæ Lugduni ſita eſt ad confluentes Araris & Rhodani in beneficium accepiſſe, eo tempore quo monaſterium iſtud monachis deſtitutum erat; *qui proinde inultum & deformem cœnobii ſtatum ad primævum ordinem revocare ſategit pius Abbas, ferventi monachorum cœtu, ex florente per id tempus monaſterio Bonævallis apud Carnutenſes accerſito; quod ex præditto de tranſlatione SS. Florentini & Hilarii libello pluribus oſtendit laudatus Mabillonius; non dubitans, quin poſt ordinationem Athenacenſis cœnobii, monaſtica vitæ nomen dederit* Aurelianus, *id quod ea tempeſtate in more poſitum fuiſſe, ratione & exemplis demonſtrare aggreditur, etiam ex diplomate Caroli Regis* (*pag.* 100.) conditionem *Saxiacenſis monaſterii confirmantis*, eo

In provincia Lugdunenſi nobili genere ortus.

F

A tenore, ut Remigius, *Lugdunenſis Epiſcopus*, viro venerabili Aureliano, qui loco Abbatis præeſſe ac prodeſſe debeat, monachiſque inibi habitantibus *Saxiacum ejuſque appendices approbet*. *Addere poterat ex Chronico Bonævallenſi* (*ibi pag.* 505, *n.* 5.) *diſerte* Patrem loci *appellari*, *quod ſecularis nequaquam convenit*.

AUCT. J. B. S.

Athenacenſis monachus & abbas.

6 Jam tum ergo (*ſubdit Mabillonius*) Aurelianus novit cœnobii Saxiacenſis Rector deſignatus erat, qui loco Abbatis præeſſe & prodeſſe deberet, quod ſane munus non alteri, quam monacho convenire, canones docent; quoniam monachico Ordini præficere poſſum, ſurgentis monaſterii regimen homini ſeculari deſtinatum fuiſſe. Primus quidem ejus loci Abbas fuit Badilo, ut inferius patebit, non Aurelianus: at probandæ rei, quam intendo, ſufficit, ut Aurelianus deſignatus fuerit ad regendum monaſterium novum, quod ipſe Badiloni committere ſatius duxit, Athenacenſi prælatura contentus,

B Accedit, quod Aurelianus Saxiacenſe monaſterium non ex rebus propriis dotavit, ſed ex rebus, quas a parentibus pio ſtudio quæſivit, pieque impetravit, teſtantibus litteris infraſcriptis: nimirum, quod ſaveriores monachorum leges complexus, omnem poſſeſſionem propriam abdicaſſet, Sunt qui Aurelianum Nantuaci aſceterii monachum & Abbatem faciunt. Ita Guicheno in hiſtoria Sebuſiana, & ex eo Joannes Maria de Mura in hiſtoria eccleſiæ Lugdunenſis. Aurelianum, antequam eſſet Abbas Athenacenſis, Archidiaconum lego, monachum non lego Natuaci Abbatemve. Hæc dicta ſunt de Aureliani monachatu, deque reſtitutione Athenacenſis monaſterii, cujus origo & primordia mihi hactenus non ſatis explorata ſunt.

In aliectum cano nis valde munificus fuit.

7 *Athenaci nomine deinde explicato, longiori oratione de ſanctorum Florentini & Hilarii martyrio ejuſque loco & ſacrorum corporum ſepultura diſputat, quam rem in Obſervationibus ad Uſuardum breviter attigimus; ſed nos illa omnia ad proprium Sanctorum natalem diem* v. *Kal. Octob. fuſius expendemus. Ea adducitur a Mabillonio tota ea hiſtoria, ſuo tempore nobis uſui futura, quod SS. Martyrum corpora Athenacum tranſtulerit.* S. Au-

C relianus, *conceſſa ſubinde Bonævallenſibus monachis reliquiarum parte, quæ multis miraculis illuſtratæ fuerunt. Verum hæc, ut dixi, ad proprium locum pertinent, ubi & alia diſcutientur, quæ a Mabillonio obſervata hic quidem, at non ſatis ſoluta videntur. Præſtat, ea ſeſumere, quæ de Sancto hodierno habet nu.* 12. *his verbis:* Aureliani ſtudium in monaſticum ordinem, non ſtetit in inſtaurando Athenaco: quin etiam ad novum condendum cœnobium, Saxiacum ſcilicet, convertit animum. Cumque ad id conſilii non ſatis facultatum ipſi ſuppeteret, fundum loci a parentibus obtinuit; atque ut res firmior ac ſanctior eſſet, Saxiacum aliaque prædia Remigio Lugdunenſi Epiſcopo tradidit in vice Chriſti, eo pacto, ut Remigius ſibi tradita in jus monachorum transferret. *Hæc de* S. Aureliani *ut in monaſticum Ordinem profuſa largitate, ſatis probata ex citatis ſupra inſtrumentis, ad quæ curioſos lectores remitto, uti & ad n.* 15. *ubi eadem tantæ beneficentiæ opera, merito laudat & extollit Mabillonius.*

8 *Propius ad vitæ hiſtoriam facit annus, quo in Sedem Lugdunenſem Remigio ſuffectus eſt* S. Aurelianus: *hunc autem Mabillonius, contra Severtii & aliorum calculum, cenſet eſſe* 874. *aut proxime inſequentem, ſubjungens inſignem caritatem, qua monachos Foſſatenſes, meris Normannorum hinc inde diſperſos & palantes, in monaſterium Saxiacenſe, a ſe fundatum, excipi voluit, ſub ann.* 878. *quam in rem litteræ ipſæ, hactenus inedita, a* S. Aureliano *in gratiam Foſſatenſium monachorum datæ, a Mabillonio recitantur pag.* 302. *Sic ibi Sanctus loquitur:* Hæc ego, ſanctæ Lugdunenſis eccleſiæ Archiepiſcopus Aurelianus, conſiderans, Fratres monaſterii Foſſatenſis, quos infeſtatio paganorum a proprio loco pepulit, gratanter exſules recepi, atque in monaſterio meæ hereditatis, nomine Saxiaco, pro Dei amore collocavi. *Ex toto litterarum iſtarum contextu perſpicuum cenſet Mabillonius*, Aurelianum Lugdunenſem Archiepiſcopum, contra quam cenſet Joannes de Mura, non alium eſſe ab Aureliano Abbate Athenacenſi, & Saxiacenſis cœnobii conditore; ſiquidem Aurelianus Archiepiſcopus Saxiacum vocat monaſterium hereditatis meæ, quod argumento eſt, Aurelianum Archiepiſcopum, qui Athenacenſis procul dubio Abbas fuit, eſſe etiam Saxiacenſis monaſterii auctorem. Idem etiam videtur eſſe Antiſtes Lugdunenſis, qui reliquias ſanctorum Eucherii, Verani, Cypriani, Sperati & Pantaleonia euidam monacho Floriacenſi contulit, remunerandæ ſedulitatis gratia, quia liberalibus eum inſtruxiſſet litterarum ſtudiis, teſte Aimoino in lib. 2. de miraculis S. Benedicti cap. 13.

D *Foſſati Epiſcopi, Foſſatenſes exſules in ſuis Saxiacenſi monaſterium recipit.*

E

Sedulus fuit rerum reliquiarum cultor, unde viſit conciliis ſubſcripſit,

9 *Et fuit ſane, quo merita & ſanctitatem ſuam commendare poſſit, egregius juxta ac ſedulus ſacrarum reliquiarum collector & exornator* S. Aurelianus, *cum teſte Chronico Bonævallenſi ſupra citato*, circumiret eccleſias illius provinciæ (*Auguſtodunenſis, ubi Archidiaconus erat*,) ut Sanctorum corpora, non bene adornata, ipſe bene adornaret. *Atque hactenus dicta* S. Aureliani *ſtudium in re monaſtica & in Sanctorum veneratione procurranda plane demonſtrant. De rebus pro eccleſia ſibi commiſſa geſtis pauciſſima, quæ rerum veterum penuria eſt, reperit Mabillonius. Multus eſt Severtius in colligendis conciliis, quibus Sanctus ſubſcripſerit, præſertim Pontigonenſi, quod è* Cimmeriis tenebris *ſe* primum eduxiſſe *jactitat, cuique præfuerit* Aurelianus *anno Incarnationis* 876. *de quo plura diſputantem vide pag.* 188. *Reliqua cum Mabillonio nataſſe eris ſatis. Subſcripſit itaque* S. Aurelianus *concilio Tricaſſino* 878. *præſente Joanne VIII. Romano Pontifice: conventui Mantalenſi, pro electione Boſonis, anno proxime ſequenti: Synodo Cabillonenſi, cui præſedit, ann.* 887. *Valentinæ, triennio poſt, & alteri Cabillonenſi ann.* 894. *Ex quibus ferme habetur quidquid de geſtis epiſcopatus tempore erui potuiſſe deprehendimus. Alia ex Frodeardo lib.* 4. *c.* 1. *deſcribit Severtius* §. 7. *de litteris Fulconis Archiepiſcopi Remenſis ad Aurelianum datis; rem totam a Mabillonio contractam exhibeo.*

F

10 *Prima epiſtola erat* pro querimonia Bituricenſis eccleſiæ, ſuper invaſione Frotarii Burdegalenſis Epiſcopi; *Binæ aliæ pro* Teutboldo Lingonenſi, quod, obeunte Itaac Epiſcopo, inconſulto clero & populo, Egilonem quemdam monachum, nuper de ſeculo venientem, in Epiſcopum Aurelianis ordinaſſet, *poſpoſita Lingonenſis cleri & populi electione, qui in Teutboldum*

de variis urgentiis litteras accepit,

A *dum, ipſius eccleſiæ Diaconum, communibus votis conſpiraverant. Is, de quo hic agitur, monachus Gello, tum Abbas Trinorchienſis erat, cujus in Epiſcopum Æduenſem ordinatio anno 880. per Aurelianum facta obtinuit. Huic mortuo ſuffectus eſt a clero Lingonenſi Teutboldus, antea electus; qui cum Aureliani in ſe animum probe noſſet, adiit Stephanum Papam V. ut ab eo conſecraretur: ſed ille*, uniuſcujuſque eccleſiæ privilegium inconcuſſum ſervare volens, *cum prædicto Aureliano conſecrandum remiſit. Is diem ex die ducere, ac tergiverſari cœpit; ob idque increpitus a Stephano Papa, iteratis epiſtolis reſcribente, ut* quia concordi voto & clerus & populus jam dictum diaconem expetebat; aut ipſum conſecraret, aut quid in eo reprehenſibile judicaret, referibere maturaret. *Verum cum neutrum præſtaret Aurelianus, imo* quemdam extraneum *& eidem eccleſiæ ignotum, in angulo ordinatum, uomine Argrimum, illi ingerere niteretur; tandem Stephanus, Lingonenſis eccleſiæ precibus victus, Teutboldum conſecravit, ut fuſius loco citato narrat Frodoardus; ubi addit, Stephanum Papam Fulconi Remenſi Pontifici litteras direxiſſe, quatenus*

B *Teutboldum ab ſe conſecratum, in eccleſiæ Lingonicæ poſſeſſionem induceret. Fulconem vero Odonis Regis conſultu, id exequi diſtuliſſe*, dum Rex idem ſuos legatos ad eumdem Papam dirigeret, *ad iſtius rei pleniorem informationem. Ex quibus intelligitur*, S. Aurelianum *hac in re ad Regis voluntatem ſe geſſiſſe. Quamquam quid juris in Lingonenſis Epiſcopi nominationem haberet aut intenderet, non capio. Quæ ferme Mabillonii* D *verba ſunt,*

AUCT. J. B. S. *Origini documentum ſtatim dicendum.*

11 *Severtius* §. 6. *donationum, a Carolo Calvo & Ludovico ejus filio eccleſiæ Lugdunenſi, ſedente* Aureliano, *ſactarum inſtrumenta, ſeu eorum fragmenta deſcribit; ac rurſus* §. 9. *partem alterius diplomatis, quod Ludovicus Provinciæ Rex, Boſonis filius*, Aureliano *conceſſit in hæc verba:* Conſilii glorioſiſſimæ genitricis noſtræ Hirmingardis, & pro ſinceriſſimo Aureliani diſcali obſequio, conceſſimus eccleſiæ beatiſſimi Protomartyris Stephani Lugdunenſi, cui idem venerabilis Aurelianus Archiepiſcopus præeſt, eccleſias villaſque, in pago Lugdunenſi ſitas, abbatiam S. Martini, quæ Athenacus vocatur &c. Lugduni XV. Kal. Aprilis ann. 892. & anno 1. regni Burgundiæ ſeu Provinciæ. *Neque diu, poſt alteram ſynodum Cabilonenſem, quæ anno* 894. *celebrata eſt, ſuperfuiſſe* Aurelianum *oportet, ſed obitum anno inſequenti contigiſſe, ſi Severtius litteras Ludovici Regis jam dicti recte adduxit, in quibus an.* 895. *notatur Alwalo, ipſius* S. Aureliani *ſucceſſor. Quo die obierit, non liquet;* E *nam in priore obituum libro, quem in eccleſia Lugdunenſi idem Severtius legit*, Aurelianus Epiſcopus VIII. Id. Februar. *in altero*, Aurelianus Archiepiſcopus Lugdunenſis IV. Non. Julii *obiiſſe memoratur. Nos poſtremum cum Majoribus ad* XVI. *Junii, & cum ipſa Mabillonio præferendum putavimus: neque aliud quidquam occurrit, quo ulterius Sancti qualiſcumque, ſub cautione admiſſi, Acta aut geſta illuſtremus.*

DE S. ODONE EPISC. ET CONFESS.

CANTUARIÆ IN ANGLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§. I. Natales, converſio a paganiſmo, educatio, iter Romam, epiſcopatus, profeſſio monaſtica ei præmiſſa.

C Anno DCCCXCII. *S. Odonis natalis.*

F *converſio, educatio, iter Romam, ſacerdotium.*

Cantuaria, celeberrima Angliæ civitas, Cantii provinciæ metropolis, & antiqua magni Anglorum Apoſtoli Sancti Auguſtini ſedes, S. Odonis *virtutibus ac meritis, quam Archipræſulem habuit, non mediocriter illuſtratur. Parentibus eum nobilibus, ſed paganis oriundum fuiſſe, non ſecus ac formoſum & ſpinis floſculum, legitur in vita, nec non in legenda, Capgravio attributa conſueta. Annus ejus natalis uuſquam diſerte ibidem exprimitur; colligi tamen poteſt ex eo, quod dicatur* ex impia illa ſenatorum (Danorum) multitudine genus habuiſſe, quæ olim ſceleratiſſimum prædonem Inguarem comitata, navali manu in regnum Anglorum eſt advecta. *Hæc indubie nota chronologica uſus Maiberwius in Trophæis Benedictinis, refert parentes ejus, regnante Rege Alfredo, anno circiter Chriſti* DCCCLXXX. *Angliam infeſtaſſe. Alfordus natalem* S. Odonis *ponit poſt ann.* 870. *nimirum* ſub id tempus, quo, mortuo Rege Edmundo, in orientali provincia Dani quieverunt.

2 *De Sancti noſtri ad Chriſtiana ſacra a paganiſmo converſione, educatione apud Ducem Athelmum, inſtitutioneque in Græcis pariter ac Latinis litteris, tractat vita. Cenſet laudatus Alfordus, quod* Odo, *annos natus* 17. *eumdem Athelmum, Romam proficiſcentem, comitari potuerit; quod ſi verum eſt, pariter erit dicendum, jam tum ſacerdos a fuiſſe initiatum, inſiſtendo vitæ, in qua cap.* 1. *poſt presbyteratum narratur Romam petiiſſe una cum Duce. Sed difficultas eſt, quod antea factus ſit in lingua Græca & Latina* valde gnarus, ita ut poſſet poemata fingere, & prolam continuare. Poſt hæc, Sacramentu baptiſmatis renatus, clericali tonſura decoratus, utique ad ſubdiaconatus miniſterium perductus; in quo grada per aliquot annos *colligitur ſubſtitiſſe*, ad altiora Eccleſiæ miniſteria provehendus. *Et tum demum*, objecta immatura ætate, *ſacerdotio*, quantum potuit, obſtitit, *quod poſtmodum admiſit. Sic itaque gradatim eum proceſſiſſe ad ſacerdotium, vita commemorat. Jam vero compone ue gradus cum ſacerdotio, & cum anno ætatis* 17. *& puto egre omnia poſſe combinari; præſertim cum, ex quo fuit ſacerdos*, tam ipſe Dux, quam ceteri pene omnes regalis palatii Principes, ſecreta male actæ vitæ ei aperire, & de his emendandis, ejus conſilio libenter credere

A Auct. J. P. dere refertur.) *Qua non conveniunt tantillo ætatis sacerdoti. Athelmum, de quo hic agimus, dictus Alfordus*, illum ipsum putat Wiltonensem Comitem fuisse, per quem Alfredus Rex elecmosynam in urbem misit anno Christi DCCCXXXVIII. *Præterea idem Auctor erroris arguit Capgravium, eo quod Regem, apud quem gratia & auctoritate valuerit Athelmus*, Edwinum importune nominavit: nam Edwinum intelligit, qui post annos XXX. primum regnavit, Edoardi nunc (*intelligit an.* 920.) regnantis, ex Edmundo filio nepos; quem Odo postea Doroverneusis Episcopus ob scelera redarguit, *ut narrat Vita cap.* 2.

Episcopatus Sarisburgenses

3. S. Odo *primo fuit Episcopus Ramesburiensis, Scireburnensis, Sarisburiensis ac Wiltunensis. Sed observandum tribus istis cognominationibus non nisi unum eumdemque episcopatum designari, ut probatur partim ex vita cap.* 1. u. 11. *ubi dicitur vacasse* sedes episcopalis, quæ tunc temporis Scireburnæ, nunc autem Seresberiæ est, *cui* S. Odo *præfuisse ibidem narratur; partim etiam identitas illa intelligitur ex Malmesburiensi lib.* 1. *de Gestis Pontificum Anglorum pag.* 200. *in hæc verba:*

B Tunc Odo, S. Wiltunensium Episcopus... præter illos quinque Westsaxoniæ Episcopos, quos Edwardi senioris tempore Pleimundum consecrasse dixi, non multo post additus est sextus, qui haberet sedem in Ramesburia, diœcesim in Wiltonensi pago, permanente Episcopio in Scireburnia. *Offert se nunc quæstio chronologica de anno, quo dictum episcopatum Sanctus noster primo adiit. Alfordus censet*, eos corrigendos videri, qui Odonem Wiltonensem Episcopum consecrarunt *sub Athelstano* Rege, Odoardi filio; *atque Harpsfeldium imprimis, cujus verba profert; addens hanc temporis rationem antiquorum calculo reseagari, qui ab Edoardo Rege nominatum Episcopum dixerunt; cumque Fastorum Collectorem post Malmesburiensem, ann.* 920. *initia pontificatus signantium, regnante non Athelstano, sed Edoardo; atque Athelmo Dorovernensem seu Cantuariensem sedem gubernante, sicut ipsemet fatetur Harpsfeldius. Ad hæc, profert Westmonasteriensem, qui scribit anno* 920. *post mortem Helmstani, Wiltonensis Episcopi*, Odonem *successisse. Sic quidem*

C *statuit Alfordus.*

quando ab Odone additus,

4 *At vita Ms. postea nobis illustranda, ei refragatur. Tradit enim caput primo distinctissimis verbis Scireburnenses insulas* S. Odoni *delatas fuisse, non sub Odoardo Rege, sed sub Athelstano, dicto Odoardi successore; non Athelmo, sed ipsius successore Wulfelmo Cantuariensi pontificatus præsidente, uti pluribus illic narratur. Itaque si huic calculo insistimus, non fuit* S. Odo *evectus ad hunc episcopatum, ante ann.* 925. *cum ille anno juxta Chronicon Saxonicum* Wulfelmus capessiverit archiepiscopatum in Cantwarebyri. *Fallor, si, hoc viso, Alfordus nobiscum non sensisset. Admissa hac inchoati episcopatus Scireburnensis epocha, intelligi quoque potest, quamdiu tum hunc, tum Cantuariensi, ad quem postea transiit, præfuerit; ut de hoc secunda ipsius pontificatus mensibus etiam subjeciamus.*

quamdiu administraverit hic quam Cantuariensis

5 *Facem præfert Malmesburiensis Archiepiscopi Cantuariensis, secul.* 5. *Act. Bened. pag.* 40. *ubi variis donationibus ex libro Evidentiarum pro ecclesia Cantuariensi relatis; subdit in rem nostram ann.* 941. *Edmundum Regem, & Eadredum, fratrem ejus, nec non Edwinum, filium ejusdem Edmundi, quædam ecclesiæ Cantuariensi, quo anno* Eadmundus levatus est in Regem, *regiisque Istoeis subscripsisse* Wulfelmum Dorobernensem Archiepiscopum. *Ex quo intelligitur non ante ann.* 942. *Odonem ipsi successisse. Nam Ethelstanus Rex obiit ann.* 941. *& quidem* VI. *Kal. Novemb. teste Chronologo Saxonico apud laudatum Mabillonem in Notis ad vitam* S. Odonis *tomo cit. pag.* 291. *Ergo ante hunc annum Eadmundus ipsi in regno non successit. Atqui sub hoc Eadmundo* Odo *noster promotus fuit ad cathedram Cantuariensem, ut videre est ex capite* 2. *Vitæ. Igitur promotus* S. Odonis *ad insulas Cantuarienses recte affigitur anno proxime sequenti, videlicet* 942. *Ulterius, cum idem Sanctus è vita discesserit ann.* 961. *consequens est, ut primum cathedram rexerit annis circiter septendecim, nimirum ab anno* 925. *usque ad* 942. *secundam vero annis novemdecim vel viginti, anno* 20. *forte mutato. Calculus sedis Cantuariensis nos a nobis definimus, satis conformis est Willelmo Malmesburiensi, qui lib.* 2. *de Gestis Pontificum Anglorum statuit, Præsulem nostrum in Cantuariensi* episcopatu viginti annis emicuisse,

Hermanni monachi.

6 *Hunc corrigendus Matthæus Westmonasteriensis, qui apud Matthæum in Trophæis Sanctorum* dicitur, S. Odonem *ad cathedram Cantuariensem assumptum esse anno Christi* 934. *Dictus Matthæus non abstraxit a vero, quando dixit, ipsum non fuisse eo promotum ante annum circiter Christi* 938. *qui insuper tradit auctorem hæreticum anonymum, tractantem de antiquitatibus Britannicis, scribere, pallium accepisse ab Agapeto* II. *qui sedere cœpit ann.* 946. *sed perperam tam diu videtur differre donatio pallii; cum non intelligatur, quorsum dilato earum quatuor specie hanc possit. Veniamus nunc ad examinandum id, quod ægre videntur admittere Scriptores, an vere prius monachus exstiterit* S. Odo, *quam regimen sedis Cantuariensis susceperit.*

Ac I. Odo prius monachus,

7 *Verum id esse, liquet è cap.* 2. *vitæ, ubi narratur, defuncto Archiepiscopo Cantuariensi Wulfelmo, Rex Eadmundus Sanctum nostrum ursisse, ut a sua cathedra ad Cantuariensem transiret. Resistit ille gravitet, sed frustra; prætendens non licere sibi priorem sponsam relinquere, salvis ecclesiæ sanctionibus: frustra prætera non facturum se dixit, ut cathedram Cantuariensem, a nullo hactenus, nisi a monachis Archiepiscopis occupatam, non monachus ipse conscenderet. Res gesta exponitur in vita capite citato, & apud Willelmum, eo quo refert Mabillo*, Odonem renisum fuisse, ut qui nondum amicisset monachum, ac morem majorum ambitione sua turbare videretur. Nullum enim ad id tempus, nisi monachili schemate indutum, Archiepiscopum fuisse; *quod ego concedo. Godwinus apud Mabillonem, & Parkerus apud Alfordum, pro suo sclucet ergo statum monasticum affecta, solum præfuisse sedi Cantuariensi ante* Odonem, *sacerdotes non monachos. Verum refutantur ab utraque auctore; in plumbus apud ipsos videre potest.*

quem archiepiscopum.

8 *Monasticum* S. Odonis *professionem collocat Mabillo sub annum Christi* 938. *Sed cur hoc contigerit quadriennio ante adeptam Cantuariorum sedem, vivente adhuc Wulfelmo, quam mortem obiisse superius diximus ann.* 942. *prorsus non intelligo, nec video, quo pacto Mabillo hæc sibi satis constet. Quippe cum tam ipsi, quam nobis liqueat è vita, non fuisse* Odonem *destinatum ad regimen plurium dictæ sedis, nisi quando* Wulfelmus pontifex Cantuariorum, cunctis mortalibus debitum vitæ finem fortitus est, *post cujus obitum,*

A *obitum*, ne tanta ſedes plus æquo, paſtore careret, reverendum Odonem Rex convenit, ſuadens, quatinus deſolatæ eccleſiæ per ſuſceptionem ſuper illam curæ paſtoralis ſubveniret; *cumque tunc & non alias reluctatus fuerit Regi, prætexens canonum auctoritatem do non deferenda priora ſponſa, dixeriuque*: Cum primi Patres ipſius eccleſiæ, qui & chriſtianitatem regno Anglorum attulerunt, & omnes, qui eis ſucceſſerunt uſque in præſens, monachi, ut omnibus conſtat, extiterunt; ego tam antiquam, tam ſanctam, tam Deo acceptam, & tantorum Patrum auctoritate roboratam conſuetudinem mutarem, infringerem, annihilarem? *compellans totam Britanniam, ſe hoc non factiurum, quia monachum non induerat; colligimus non prius* Odonem *cogitaſſe de amplectendo ſtatu monachali, quam ſedes Cantuarienſis vacaſſet per mortem ejuſdem Antiſtitis Wulfelmi, id eſt non ante annum 942. quem, ut præmiſimus, etiam ipſi* Odoni *aſſignat Mabillo, adeoque non annus 938. ſed annus 942. puta paulo ante, quam archiepiſcopatum inchoaret, videtur in principio Mabillonis, inſiſtendo narrationi vitæ*, S. Odonis *monachatui deſignandus.*

B

§. II. Annus ac dies mortis; cultus quomodo inchoatus ac propagatus; reliquiæ; elogia; cognomentum; memorabilia quædam ab auctore vitæ prætermiſſa.

Annus mortis.

Varii Auctores inter ſe de anno, quo ad Cælitum contubernium tranſiit ſanctus Odo *Archiepiſcopus, quem neque Capgravius, neque Ms. noſtrum exprimunt. Florentius Wigornienſis, Rogerius Hovedenus, & Matthæus Weſtmonaſterienſis apud Mabillonem, annum mortis dicunt fuiſſe 958. quibus adſtipulantur Baronius, Matthevvius & Alfordus, qui ultimus addit, omnes conſentire, obiiſſe eum hoc anno. Pitſeus de Illuſtribus Angliæ ſcriptoribus, ſtatuit annum ſequentem. Controverſiam dirimo, Mabillonem ſecutus, ex Chronico Saxonico, in quo ad annum 961. legitur*: Hoc C anno deceſſit Odo, bonus ille Archiepiſcopus. *Hallucinatus itaque fuit Menardus, ſcribens floruiſſe* S. Odonem *ad annum quartum & ſeptuageſimum ſupra milleſimum.*

ac dies.

10 *Nec minus de die mortis diſcrepant ſcriptores. Buccelinus* Odoem *refert die* VII. *Februarii, dicens*, hac quidem die ad æternam patriam commigraviſſe. *Sexta ejuſdem menſis refertur a Ferrario, ſicut jam pridem notatur tom.* 1. *Februarii in Prætermiſſis. Tomo autem ſecundo dicti menſis die* VII. *dicitur referri hoc a Molano, Greveno, Sauſſayo in Supplemento Martyrologii Gallicani; Menardo, Ms. Florario, in quo appellatur* Abbas; *atque obiiſſe non hoc die, ut ſcripſit Carolus Sauſſeius lib.* 4. *Annal. Eccl. Aurelian. cap.* 8. *ſed* IV. *Julii, quo die ibidem vita ipſius danda promittitur. Tomo* 1. *Junii, in Prætermiſſis, a ſecundo die, quo ſignatur a Richardo Witfordo, transfertur ad diem* IV. *Julii, quo die re vera mortalitatem exuiſſe, habemus e vita apud Capgravium, noſtro Ms. de die mortis altum tacente.*

11 *Non incongrue videtur ſæpe laudatus Alfordus primordia & propagationem cultus retuliſſe ad S. Dunſtanum, columbæ indicio motum, de qua tractat Capgravius, & apographum noſtrum cap.* 3. Hinc, *inquit Alfordus*, crevit ſanctitatis opinio, quam fama etiam ad exteras nationes detulit. Unde reliquias corporis ejus Germani ambitioſe quæſiverunt. Sic Bruno Colonienſis Epiſcopus, qui vivum familiariter ooverat, mortuum coluit, tranſlatis Coloniam ejus oſſibus. *Aubertus Miræus in Faſtis Belgicis pag.* 320. *occaſione miraculi, pro confirmatione realis Chriſti præſentiæ in Euchariſtia ad preces Archiepiſcopi noſtri patrati, ſic de eodem ſermonem inſtituit*: Hujus beati Viri oſſa B. Bruno, Archiepiſcopus Colonieoſis, cui Odo familiaris olim fuerat, Coloniam tranſtulit; indeque nonnulla Boxtellam ſunt allata per oobilem virum Guilielmum Mærhemium, Boxtellæ Dominum, in aula Cæſarea tunc gratioſum. *Eadem teſtatur Raiſſius in Auctario Molani. Otho Zylius noſter in litteris* XXIII. *Januarii ad Roſvveydum datis, de* Odonis *reliquiis memoratis obſervat ſequentia*: Fuere, *inquit*, in hanc uſque diem pemtus incognitæ & inhonoratæ; E quas modo canonicus quidam ornandas pro deſiderio ſuſcepit.

elogia.

12 *Nunc, quod propoſueram, pauca ſanctiſſimi Viri elogia colligo. Multus eſt in ejus laudibus Oſbernus in Vita S. Dunſtani. Prolixum foret omnia verbatim huc tranſcribere. Satis ſit quoſdam apices carptim delibaſſe. Nunc itaque a laudato Auctore vocatur* ſummus Anglorum Pontifex, *nunc* ſummus Dei ſacerdos; *nunc dicitur* deductus Angelorum manibus ad paradiſum, Princeps ſacerdotum Odo, vir clarus ſapientia, & virtote laudabilis, & niſi Dunſtanus ſuccederet, ab omni Anglorum orbe ſemper deflendus. *Willelmus Malmesburienſis* S. Odonis *elogia adornans, ſic breviter concludit, tantis eum dotibus prædtum fuiſſiſſe*, ut conſtet, nimioem illius ætatis Archiepiſcopum parem Odoni io talibus fuiſſe. *Breve eſt illud Sauſſayi in Supplemento ad diem* VII. *Februarii*, *de* Odone *dicentis, quod* eccleſiam ſuam apoſtolica virtute gubernarit; vitiorum acerrimus ultor; Regum correctior, caſtitatis vindex, divinæque legis ſervidus æmulator, cujus tenorem immaculato calle ſemper tenuit, F & ut ſervaretur a Regibus, ſacerdotibus ac populo, iotento ſemper animo procuravit.

cognomentum.

13 *Ut paucula de cognomento ejus dicam; fertur illud fuiſſe duplex, aliis illum* Odonem Bonum, *aliis* Severum *appellantibus. Qua occaſione* Booi *cognomen ei adhæſerit, habemus e cap.* 3. *Vitæ, ubi narratur, columba ſuper defuncti* Odonis *ſepulcro viſa*, in tanta revereotia ab Dunſtano habita eſſe, uc numquam poſt hoc ante ſepulcrum illius tranſiret, niſi geoua flecteret. Cognomine quoque Boni in materna lingua eum vocare ſolebat, videlicet Odo Segode (the Goode) quod interpretatur Odo Boous: quo cognomine etiam uſque hodie ab Anglis, ſed maxime a Cantuaritis appellatur. *Quin eodem etiam cognomine illum appellatum fuiſſe in Chronico Saxonico, patet ex ejuſdem verbis ſupra num.* 9. *De alio cognomento, quo vocatus fuerit* Severus, *non videtur tam certo conſtare; nam tametſi vox illa ſemel reperiatur apud Capgravium; dubium mihi eſt, utrum Auctor per illam exprimere voluerit*,

A *ex cognomen, an ſimplex epitheton, ſenſui accommodatum, dum ſic ſcripſit de* Odone *noſtro.* Mox namque, ſuſcepto pallio, contra ſæviſſimum Regem SEVERUS inſurgit. *Atque hinc, ſi recte conjicio, dictum* Severi *cognomen (ſi quidem vere hujuſmodi cenſeri debeat) tranſierit ad alios Auctores; de quibus Malbewius;* cognomen habuiſſe Severi, tradunt, nonnulli fide digni; *quo etiam appellatur a Piſæo & Biographo Gallo recentiore.*

AUCT. J. P.

memorabilia quædam 14 *Suppleturus ſilentium Auctoris Vitæ quoad aliqua memorabilia, & ſancto Præſuli noſtro honorifica, exordium duco ab educatione S. Oſwaldi, ejuſdem ex fratre nepotis. Rem memorat Malbewius in hæc verba:* Nec minimam ſane laudem inde meretur, quod S. Oſwaldum, primo Epiſcopum Wigornienſem, deinde etiam Archiepiſcopum Eboracenſem habuerit nepotem, ipſumque tam inſigniter pietate inſtituendum ac bonis litteris erudiendum curaverit, ut in virum inſignem ac ſingulare eccleſiæ Anglicanæ ornamentum evaſerit, *Actum de S. Oſwaldo, die* XXIX. *Februarii, cujus primam ad virtutem & litteras informationem, tanquam prænuntia fecutæ poſtea ſanctimoniæ rudimenta, patruo ejus* Odoni *referre*

B *acceptam debemus, probe quari non facile elui colorem, quem teneri anni imbiberunt,*

ab auctore Vitæ prætermiſſa. 15 *Inter alia* Odonis *geſta, a Biographo noſtro præterita, non infima videtur corporis S. Wilfridi, Epiſcopi Eboracenſis, translatio Cantuariam, de qua lubet proferre verba Malmeſburienſis lib. 1. de Pont. pag.* 200. Odo, *inquit*, ætate maturus, & canos ſenectute nobilitans, non imparis amicitiæ apud Edmundum & Edredum, gratiam tulit; quia nihil illi moribus prætenderent, in quod rigor epiſcopalis intentari deberet. Quin imo cum illis in Northanimbros profectus eſt, non ut prælia faceret, ſed ut Sanctorum ſacros cineres, quorum illa humus olim ferax fuerat, efferret; unde factum eſt, ut præcellentiſſimi Patris Wilfridi dirutam per Danos, apud Ripenſem eccleſiam dolenter conſpicatus, ruinis ſuper mauſoleum eruderatis, reliquias Cantuariam reverenter transferret, & ut clariſſimum patriæ jubar produceret in ſpeculam, heroico metro vitam illius texi mandavit. Exſecutus eſt id munus Fridegodus quidam verſibus non ita improbandis, niſi quod latinitatis

C *perofus, græcitatem amet, græcula verba frequentet*; ut merito dicta ejus aptetur illud Plautinum: Hæc quidem præter Sibyllam leget nemo. *Dictam translationem Martyrologio Anglicano inſerui Wilſonus die* XII. *Octobr. Alfordus, refellens quoſdam, qui eam ad ann. 959. & alios, qui ad ann. 957. factam ponunt, partim ob mortem* S. Odonis, *quam putat 959. contigiſſe, contra, quam nos ſupra probavimus; partim ob mortem Edmundi & Edredi, mortuorum ante ann. 957. opinatur ponendam ann.* 941. cum mortuo mirabiliter Analafo, Edmundus, Edredus, & Odo in Northumbria fuiſſe memorantur. *Verum quomodo hoc anno poni poſſit hæc translatio, quo necdum* Odo *cathedram Cantuarienſem conſcenderat, anno primum* 942. *ad illam promotus, ut diximus ſuperius num.* 5? *Monet dictus Alfordus corrigendam circumſtantiam temporis in vita Wilfridi apud Capgravium, qui translationem pluries dictam ſignat circa annum* 959. *cum Edmundus & Edredus, ſub quibus translatio hæc narratur contigiſſe, tribus circiter annis è vita exceſſiſſent.*

16 *Regis Edwii ſubditoribus ſtrenue reſtitiſſe* Odonem, *habes in vita a n.* 33. *Malmeſburienſis lib. 1. Pontif. eo proceſſiſſe Archipræſulem refert*, ut ipſum a Chriſtianitate ſuſpenderet; & ganeæ pellicatum, primo expulſione, poſt ſuccinctura poplitis, interrumperet. *Spelmannus videtur hic velificare* Odoneæ, *dum tom. 1. Concil. pag.* 431. *monet*, ſcrio hic notandum eſſe Archiepiſcopum ſuccidiſſe Elfginæ poplitem, ne rediret propere ad amaſium; cum membrum ferro tangere, præter morem eſſet eccleſiaſticæ cenſuræ. *Sed reſpondeo cum Alfordo*, non eſſe Auctorum verba eo ſenſu accipienda, quod aut Odo ferrum tetigerit, aut tangi feminas mandarit; ſed tantum permiſiſſe ſeculari brachio morbum curare, quem ipſe nullo medicamenti genere ſanare poterat. *Atque hæc de geſtis quibuſdam* S. Odonis, *ab auctore vitæ prætermiſſis.*

Scripta. 17 *Præter hæc ſupereſt, ut de ſcriptis nonnullis* Odonis *mentionem faciamus. Archiepiſcopus Cantuarienſis creatus, provincia luſtrata & perſpectis cleri, monachorum ac civium moribus, decreta in bonum ſubditorum obſervanda præſcripſit. Extant illa apud Spelmannum ſub hoc titulo:* Conſtitutiones Odonis (alias Odæ) Archiepiſcopi

E Cantuariæ, tempore Regis Edmundi latæ, hoc eſt annum circiter Domini DCCCXLIII. in quibus cavetur de officio Regis, Magiſtratuum & Cleri, & de juribus Eccleſiæ rite conſerendis. *Lectori ſufficiat breviſſima eorum ſynopſis. Præmittitur præfatio hortatoria, agens de cauſa, quæ eum impulit ad condenda quædam decreta. Sequitur hortatio ad eorum obſervationem. Tum ſubditur capitulum* I. *de immunitate Eccleſiæ; cap.* II. *de ſeculatium Principum officio, & obedientia Epiſcopis præſtanda. Cap.* III. *de officio Epiſcoporum;* IV. *de officio Presbyterorum;* V. *de officio clericorum;* VI. *de officio Monachorum;* VII. *de prohibendis illicitis connubiis;* VIII. *de concordia in Eccleſia conſervanda;* IX. *admonet jejunium cum eleemoſynis caute & vigilanter conſervare & c.* X. *ac poſtremum agit de decimis reddendis. Denique ſubſequitur ſynodalis epiſtola ad Epiſcopos ſibi ſuffraganeos, quam Malmeſburienſis lib. 1. de Geſtis Pontif. adducens, dicit ſcriptam fuiſſe* poſt ſynodale, tempore Regis Edmundi, concilium. *Idem opinatur Mabilio. Et mihi videtur res induſtana, ex baſce* Odonis *in*

F *epiſtola verbis;* Iſtos divinos apices ad utilitatem omnium veſtrum caraxare decrevi, quatenus Rex auguſtiſſimus, egregio vocabulo Edmundus, cum omni populo ſuo imitari gaudeat, quod in nobis & ex nobis audiat. *Quæ ſane verba*, Iſtos divinos apices, *non videntur alio referenda, quam ad conſtitutiones ſynodales ſupra memoratas.*

S. Odoni attributa. 18 *Piſæus de illuſtribus Angliæ ſcriptoribus ſcripta alia ipſi attribuit, nempe pro nepote ſuo Oſwaldo librum unum; pro eodi præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia; de Vita S. Wilfridi, Statutorum Synodalium; (de iis jam actum) Epiſtolarum, ubi dicit eſſe epiſtolam, de qua ſupra; diverſorum poematum, librum ex ſingulis unum, & alia plurima. An autem illa omnia ſcripta vere* Odoni *competant, quis ſpondeat? Enimvero libellum de Vita & converſatione S. Wilfridi Mabilio ei abjudicat, addens ſine dubio non alium eſſe, quam Fridegodi carmen, præmiſſa in codicibus nonnullis* Odonis *epiſtola, nata aliquem inducere in errorem de Auctore, per hæc verba.* Igitur venerabilimas beati Confeſſoris Chriſti Wilfridi reliquias indecenti ſentinoſæ voraginis

ſitu

A ſitu mercidas, immo (quod dictu quoque meticuloſum eſt) Prælatorum horripilatinne neglectas, eum inde, favente Deo, ſcilicet a loco ſepulcri ejus quidam tranſtuliſſent, reverenter excepi, atque intra ambitum metropolitanæ, cui gratia Dei præſideo, collocavi. Itaque tantæ, tamque Deo dignæ affinitatis vicinitate, & editore eas entheca decuſare, & excerptis de librn vitæ ejus floſculis, novo opere pretium duxi carmine venuſtare, *id eſt, inquit Mabilo, per Fridegodum, Eadmero, & forſan alios nonnullis ad S.* Odoni *tributionibus*.

vita, quæ hic datur, 19 *De Vita, quam damus, hæc paucis accipe. Anonyma eſt quidem; non ita tamen, quin probabiliter de auctore ſtatui poſſit. Bollandus eam deſcripſit, & marginalem hanc notam appoſuit*: Auctor Osbernus apud Pitſeum & Vnſſium. *Voſſius lib. 2. de Hiſtoricis Latinis refert*, S. Odonis *vitam, tum proſa tum carmine ab dicto auctore conſcriptam eſſe, fidem faciens ex eo, quod legerit apud Thomam James, extare in Mſs. Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Conſentiunt quoad Vitæ auctorem Molanus in Annot. ad diem* VII. *Februarii, addens claruiſſe anno* 1074. *&* Matthæus *in Trophæis Sanctorum Bened., qui addit, vitam illam Mſ. Cantabrigenſem, nondum editam fuiſſe. Denique Mabilio*, etſi, *inquit*, hujus vitæ ſcriptor antiquitatem vel ex ipſo Mſ. codice ſapiat, non tamen ejus nomen ætatemve ſignat Thuano-Colbertinus, ex quo hanc vitam deſcripſimus. Is auctor mihi videtur eſſe Osbernus, Cantuarienſis monachus ſub Lanfranco Archiepiſcopo; *& pro hac opinione citat Pitſeum. Ita ille Sec. V. Act. Bened. pag.* 288. *cujus exemplar perfectiſſimæ conſonans cum noſtro, ſtudioſe a me cum priore collato; tametſi alibunde huc ad Bollandum tranſmiſſo, admirum, ut notatum reliquit ipſe, ſimul indicans ejus originem*; Ex Mſ., *inquit*, membranaceo ſatis antiquo, (uno) ex quatuor, quæ mihi MDCXXXII. menſe Octobri conceſſit D. Ludovicus Moretus, ex monaſterio S. Mariæ Boni Fontis, ut puto. *Unde patet eumdem utriuſque exemplaris primigeniam eſſe fontem*.

elogium mutilum, 20 *Dubitat Mabilio an Willelmus Malmesbu-* C *rienſis vitam Osberni (liceat ſic ipſum appellare) præ oculis habuerit, quando contexuit* S. Odonis *elogium lib. 2. de Geſtis Pontificum Anglorum. Dubium fundat in eo, quod alter ab altero diſcrepet in aliquibus rebus levioris momenti, ut ipſe oſtendit Sec. 5. Act. Ben. pag.* 287. *Vitæ, a Mabilione impreſſæ ſubjunguntur ſequentes verſiculi, qui in Mſ. noſtro deſiderantur, atque ac in vita apud Capgravium*.

Ut roſa de ſpinis, ſic prodiit Odo paganis,
Stigmata perfidiæ nulla parente trahens.
Contra vota Patrum fidei complexus aratrum,
Ut bonus agricola, cordis arabat humum.
Sanguine ſublimis, ſublimior ordine morum,
Clarus progenie, clarior ore fuit.
Vir ſceleris purus occurſabat ſceleratis,
Summi regna Patris amplificare ſtudens.
Virtutumque phalanx illi præcordia tutans,
Non in eo vitium paſſa tenere locum.
Hic precibus fuſis hoſtilia tela fugavit.
Qui nos dente petit, hic prece cædit aprum.
Qui ſuper aſtra cluis, pro nobis Odo preceris,
Multimodæ cladis in regione fitis.

collatio vitæ noſtræ cum Capg. 21 *Qui vitam, quam hic damus, contulerit cum ea, quæ eſt apud Capgravium, clare perſpiciet minium utriuſque phraſes, orationem, ac ſtylum convenire inter ſe, quam ut judicari poſſint profluxiſſe e diverſo fonte. Interim Capgraviana brevior eſt, quam noſtra, contrahens hinc inde ſermonem, & nonnulla prætermittens, quæ in noſtra narrantur, ut videre eſt a num.* 17. *ubi Regi Ethelſtano, in ſeptemtrionali certaminis æſtu ob fractum gladium exanimato, de vita deſperatiſſime periclitanti, & jamjam a Paganis obruncando, ſalutem* Odo *& auctoriam una cum gladio precibus ſuis reddidiſſe perhibetur; quorum nulla apud Capgravium fit mentio. His per commentarium hunc præviis dilucidatis, proximum ſibi locum poſtulat*

D AUCT. J. P.

VITA

Auctore, ut videtur, Osberno, monacho Cantuarienſi.

Ex Ms. membranaceo antiquo monaſterii, ut putatur, Boni-Fontis, collata cum Vitis, quæ extant apud Capgravium & Mabilionem. E

CAPUT I.

Nateles, educatio, baptiſmus, ordines ſacri, epiſcopatus Scireburnenſis, impetrata Regi Ethelſtano victoria.

VEnerabilis Chriſti Confeſſor Odo, nobilibus, ſed paganis parentibus oriundus, ſicut roſa e ſpinis floruit, vel quaſi pretioſum de vilibus vaſculis aroma proceſſit. Nam ex impia illa ſenatorum *a* multitudine fertur genus habuiſſe, quæ olim ſceleratiſſimum prædonem Inguarem * comitata *b*, navali manu in regnum Anglorum eſt advecta. Hos ille nativitatis principes ſortitus; & eorum accuratiſſima educatione (ad) pueriles annos translatus, feſtinabat Chriſtianorum conventicula indefinenter adire; divinos, qui ab illis dicebantur, ſermones magna animi oblectatione audire; domumque revertens, quæ audierat, parentum auribus ſedulo infundere. *Odo paganis parentibus natus,* *a* *b* * *al.* Hyguar. F

2 Super quibus bonorum ſtudiorum primordiis pater impius impie irritatus, prohibebat, ne omnino Chriſtum nominaret, neve paternas inſtitutiones Chriſtianæ religionis veneratione immutaret. Verum ille prohibentis imperium penitus deſpiciens, magis ac magis eccleſiæ limina terere *c*, & divini verbi intento animo ſemina percipere, & quæ * ceperat, abſque pavore domi nuntiare. Hinc iterum pater ſupra humanum modum exaſperatus, graviſſima illum correptione affligit: juſque hereditatis, quod ad illum lege primogenitorum venire debebat, ſubtrahit. *Chriſtianis, ſacris,* *c* * *al.* perceperat.

3 Tum puer exultans in Domino, quod talem pro ejus nomine proſcriptionem ſubiret in terra, propter quam abſcribendum ſe eſſe confideret in cælo; dimiſſis parentibus & parentum divitiis, nudus & omni mandano decore privatus, aufugit. Adito itaque duce quodam, nomine * Athelmo *d*, qui tempore *& liberalibus ſtudiis* * *al.* Ethelmo *d*

regis

A regis Elnuredi *e*, & Chriſtianiſſimus & inter ceteros Optimates regni Anglorum unus de ſublimioribus erat, poſtulabat illius ſe potentia & auctoritate a parentum ſuorum furore defendi. Qui bona adoleſcentis indole gaudens, nec dignum aliquatenus eſſe judicans, ut tale decus paganis ritibus ſub patris imperio deſerviret, paterno affectu illum ſuſcepit, defenſione munivit, auxiliis neceſſariis ſimul & non neceſſariis fovit.

ANNO. *e*

Inſtituitur, ac baptizatur;

4 Deinde Græca & Latina lingua magiſtris edocendum tradidit; quarum linguarum pleriſque tunc temporis in gente Anglorum uſus erat, a diſcipulis beatæ memoriæ Theodori *f* Archiepiſcopi profectus. Factuſque eſt in utraque lingua valde gnarus, ita ut poſſet poemata fingere, proſam continuare *, & omnino quidquid ei animo ſederet, luculentiſſimo ſermone proferre. Poſt hæc Sacramento baptiſmatis renatus, clericali tonſura decoratus, uſque ad ſubdiaconatus miniſterium Domini ſui admonitione perductus eſt. In quo gradu per aliquot annos ita ſanctitate vitæ & prædicationis ſinceritate pollebat, ut quicumque illum agnoſceret, Spiritus Sancti templum eſſe non dubitaret, omniumque teſtimonio dignus eſſet, qui ad altiora Eccleſiæ miniſteria, licet ætas ejus, quantum ad inſtituta canonum ſpectat, hoc prohiberet, provehi deberet.

f a diſcipulis beatæ memoriæ Theodori Archiepiſcopi profectus.

* *ſono continuare*,

B

ordinibus ſanctitur.

5 Unde ſuaſus a Domino ſuo, ut ad ſacerdotium ſe ſineret transferri, quatenus ab illo divinum officium quotidie audiret, cujus vitam caſtiſſimam, manus vero munditiæ plenas agnoviſſet, ille objecta immatura ætate, quantum potuit obſtitit. Poſtmodum vero ratione ſimul & antiquorum exemplorum auctoritate victus, religioſo deſiderio ceſſit: leviticam ſtolam humero circumdedit: parvoque tempore elapſo, ſummorum quoque myſteriorum ſacrator acceſſit.

Romam proficiſcitur.

6 Ex quo tempore tam ipſe Dux, quam ceteri pene omnes regalis palatii Principes, in ſumma eum veneratione habere, ſecreta male actæ vitæ ei aperire, & de his emendandis ejus conſilio libenter credere. Interea Dux Regi ſuggeſſit, habere ſe deſiderium proficiſcendi Romam, & ſanctis Apoſtolis ibidem ſupplicandi; moxque regia licentia ſimul ac munificentia donatus, adjuncto ſibi venerabili Presbytero Odone, cum magno comitatu profectus eſt. Sed cum itineris aliquantulum peregiſſent, acerba tactus infirmitate, acriter cœpit ægrotare, adeo ut vix reciproci flatus poſſet aera ſpirare.

C

Decem Anbelmum,

7 Cumque per ſex continuos dies & langvor augmentum, & commeatus acciperet detrimentum, ſeptimo jubet omnem turbam cœpta via progredi, ſolo Odone ſecum retento, cujus ope in præſenti periculo maxime indigebat. Quem ad ſe, poſt relictos illos, flebili voce clamatum, orat, ut pro ſui liberatione Domino preces effundat, referens ſe indubitanter credere, quod nihil ei divina pietas denegaret, quem a puero in magna gratia acceptum haberet.

perſeuaſo ægrotanti,

8 Tunc venerabilis Odo, animo ad Deum erecto, toto corpore terræ procumbit, magnoſque divinæ clementiæ ſingultuum imbres effundit: ſurgenſque de ſolo, poſtulat ſibi repletam vino phialam deferri; ſuper quam invictæ Crucis ſignaculum edens, humiliter vinum viro porrexit; atque ut in Domino per omnia confideret, fideliter admonuit. Bibit itaque homo, quod erat in calice; & eodem momento cum redderet phialam, redditam ſibi omnimodam ſentiebat medelam.

D

9 Proinde curvatus ad genua Presbyteri, gratias referre, aſcenſoque equo præmiſſos comites volucer inſequitur: quos celeri curſu viam terentes, ſequenti die impigro & ipſe volatu attingit: Viſo autem illo, omnes præ gaudio lacrymas fundunt; ſed præſtitæ ſalutis auctorem cognoſcentes, amplius mirantur. Romuleam igitur ad urbem uſque progreſſi, & inde ad patrios lares feliciter reverſi, immenſam tum Regi, tum ceteris in palatio degentibus, in adventu ſuo lætitiam præſtant.

ſavum ſuis reſtituit.

10 Poſt dies, Duce *g* ipſo, ac poſt Ducem præfato Rege, *h* de præſenti vita ſublato, Edvvardus filius ejuſdem Regia, in regnum ſucceſſit, & illud pluribus annis prudentiſſime rexit. In cujus diebus venerabilis Odo Presbyterii gradum, officio ſimul ac vitæ ſanctitate inſignis, adminiſtrabat; Regi notus, & acceptus ei & omnibus admirandus, ad omnes benigoitate ae manſuetudine diffuſus, omnium moribus juxta Apoſtolum ſe contemperans, ut omnes Chriſto lucrifaceret. Ubi autem Rex Edvvardus hnic vitæ modum poſuit *i*, Ethelſtanus, filius ejus, regni habenas ſortitus eſt. Vir vero admirabilis Odo viram, ut diximus, virtutum per omnia agens, magnus ab omni populo habebatur. Nec enim civitas ſuper montem poſita, vel lucerna in candelabro lucens, poterat abſcondi.

g

h

A rege aſſumitur,

E

i

11 Hinc proceſſit, ut ſanctitatis ejus fama, quotidie augmentando magnificata, ad aures quoque eximii Regis Ethelſtani, mira cum laudis exaltatione ſit perlata. Qui hominem ad ſe evocatum, & vere Dei famulum eſſe certiſſime agnitum, ſuis eum amicitiis jungit, ac ſecretorum ſuorum præ ceteris conſcium facit. Inter hæc, ſedes epiſcopalis, quæ tunc temporis Scireburnæ, nunc autem Seresberiæ eſt, Paſtore viduata eſt. Sciens itaque Rex Odonis vitam, Pontificatu omnino digniſſimam, eum de ſuſcipiendo epiſcopatu interpellare, ac ut ovium Dei paſtor Apoſtolicus loco defuncti fieri acquieſceret, magno cœpit ſtudio renitentem obſecrare.

ſit epiſcopus.

F

Scireburnenſis.

12 Quid moror? tandem Eccleſiæ ac regiis precibus victus, quod ſibi nimium grave teſtabatur, Pontificale officium in præfata Scireburnenſi Eccleſia pontifex factus, adminiſtrare conſenſit. Præſidebat his diebus loco, dignitate, auctoritate & officio eccleſiæ Cantuarienſi vir bonus & ſtrenuus, Wulfelmus k nomine, qui huic Regis, Cleri ac plebis electioni animo libenti conſenſum attribuens; eum pro ſuo jure in illam, ad quam electus erat, Pontificii dignitatem, debito cum honore ſacravit.

k

Ejus dotes.

13 Sacratus autem & inſignibus ſacerdotalibus ſacerdotaliter inſulatus, quam glorioſum Deo habitaculum ſe præbuerit; quam erga animarum ſibi commiſſarum lucra ſolicitus fuerit; neſcio utrum aliquis digne valeat eloqui, quantacumque ſagacitate præditus ingenii. Unde quid de illis ſimplicitas puræ mentis advertere poſſit, ſcribere nolo: tantum opera miſerentis Dei, quæ in ſervis ſuis placita ſibi ſimplicitate inhærentibus, operari in beneplacito ſuo dignatur, eis conſideranda propono.

14 An-

A 14 Anno inter hoc, Dominicæ Incarnationis nongenteſimo trigeſimo octavo, regni autem Ethelſtani, victoriosiſſimi Regis, quarto decimo, congregatus eſt adverſus regnum Anglorum immenſus paganorum exercitus, profanis legibus ſuis ſubjugando enervare, & enervando volens annihilare ſacratiſſimas, quas Angli ſervabant, leges Chriſtianorum. Quibus nominatus Princeps, valida armatorum manu ſtipatus, occurrens, pugnæ ſe dedit, & diutiſſimo ac atrociſſime pugnatum utrimque eſt. Duxerat autem ſecum in aciem Rex ſanctum Odonem, ejus meritis ſe multo maxime quam militum copiis confidens, hoſtem victurum.

15 Dum igitur hinc inde ſtrages graviſſima fureret & ærumnoſa, res luctuoſa contigit. Quo etenim Rex ipſe pugnabat, juxta capulum gladius confractus eſt, & Regem quaſi inermem hoſtibus expoſuit. Ioter hæc Odo, a pugna remotus longiuſcule, ſtabat, ore & corde pro ſalute Chriſtiani exercitus Chriſto ſupplicans, & vultum, manus ac lumina Cæleſtibus pro hoc ipſo indefeſſus extendens. Quid itaque Rex io tali eventu facere poſſet fluctuabat: ut ſe armaret, ſuorum quemquam exarmare, nefas judicabat.

16 Pata igitur adverſarjorum, ubi Regem fracto enſe ſtare adverſit inermem, fugam quam inire coeperat, verſis vultibus in pugnam acriori cæde vindicare aggreditur. Tum ſubito intonat æther a clamore multitudinis, ut Deus ſuccurreret, & celeri greſſu Odo venerandus accurrere, vociferantis. Advolat, & quidnam ſibi velit Rex a ſe fieri, laſſabundus interrogat. Audit, & ſtatim Regi taliter inquit: Quid eſt hoc? Quo ierendis? Enſis tuus in latere tuo integer pendet: & tu eum fractum eſſe conquereris. Redi ad te: ad vaginam manum extende; exere illum; & ecce dextera Domini erit teenm. Nec formides, quia non prius continget ſolis occubitus, quam adverſarios Domini rui, qui contra te inſurrexerunt, fuga involvat aut interitus.

17 Ad hæc qmique audientium grandi ſtupore attonti, deflexis luminibus viderunt, quem prius non viderant enſem in latere Regis pendentem: quem Rex, in Deo confortatus, arripiens, dextra lævaque cunctos occurſantes aut debilitavit, aut fugavit, aut morti funditus tradidit. Itaque juxta verbum Dei famuli factum eſt, ut ſimul & ſol occumberet, & Regi de hoſtibus victoria proveniret. Quid hinc gratiarum, quid laudum, quid votorum Deo per fidelem ſervum ſuum Odonem, per Regem, per victorem exercitum, per totum regnum, quo magnitudo iſtius victoriæ perlata eſt, ſit perſolutum, quis enarret? Magnificentia facti docebit audientes, quia non facile quiſquam *l*.

Regi Ethelſtano

a paganis ferme deviſta,

ſuſ perſeverantis ſtupore,

victoriam dat.

ANNOTATA.

a *Sic etiam legit Mabilio, pro* Danorum, *quod habet Capgravius.*

b *Alfordus ad an. 866. primo, inquit*, ingrediuntur inſulam duo illa naturæ monſtra, Inguar & Hubba, *quos ex Huntindono dicit fuiſſe* ſtrenuiſſimos & erudeliſſimos. Inguar erat ingentis ingenii; Hubba vero fortitudinis admirandæ.

e *Apud Capgravium additur*; nec deſit, *quod hic poteſt ſubintelligi.*

d *De illo Commentarius prævius.*

e *Pro Elfredo ſeu Alfredo apud Capgravium perperam ſuppoſitum eſſe Edwinum, diſces ex commentario prævio, num. 2.*

f *Theodori in Angliam adventum deſcribit Alfordus ad an. 668. num. 1. ex Beda. Et anno ſequenti num. 3. loquens de ſchola Græca, quæ ducitur a Theodoro apud Crecoladam vel Græcoladam erecta, ita vocatam urbem a Græcis, ibi Græcas litteras docentibus, dicit ex Godwino conjecturam eſſe, eos tandem migraſſe Oxoniam, 20. circiter milliaribus inde diſtantem, ubi celeberrimæ poſtmodum academiæ fundamenta jecerint. Ibidem etiam ex eodem Godwino refert, inter magnam librorum lectiſſimorum, tam Latinorum quam Græcorum copiam, eo allatam, repertum fuiſſe Homerum, tam accurate & tam nitide conſcriptum, ut vix eredatur exſtare hodie, vel inter impreſſa, aliud aliquod exemplar, iſto vel pulcrius vel caſtigatius.*

g *Anno 898. Aſhelmum, Wiltunenſem Comitem, deceſſiſſe, novem noctibus ante mediam æſtatem, tradit Chronicon Saxonicum.*

h *Anno 901. deceſſiſſe Elfredum, ſex noctibus ante omnium Sanctorum feſtum, dicit idem Chron. Sax. cui & eodem anno Eduardum ſucceſſiſſe ſcribit.*

i *Chronicon Saxonicum ſignat annum 925.*

k *Actum de illo in Comm. prævio.*

l *Nihil de hac victoria apud Capgravium. Senſus hic mutilus tam in Ms. noſtro, quam apud Mabilionem.*

CAPUT II.

S. Odo, factus monachus, creatur archiepiſcopus Cantuarienſis: miraculum pro Euchariſtia; aliud miraculum; punita Regis Edwvii libido; S. Dunſtani epiſcopatus.

GLoriosus autem Odo magnæ dehine admirationis apud omnes habitus eſt, & vere præclarus Iſraelita comprobatus. Poſt paucos hujus inſignis victoriæ annos Ethelſtanus bono fine præſentem vitam finivit *a*; & frater ejus Eadmundus locum decedentis, Rex factus, obtinuit. Hinc germani fui veſtigia in bono æmulans, bonos quoſque ſummo ſtudio diligebat, & eos ſibi familiares effectos, io his, quæ Chriſtianum Regem decebant, ſyncero ac libenti animo audiebat.

19 Prælare igitur inter alios beatus Odo ejus familiaritate potitus eſt, & ab eo pura mente dilectus. His diebus Ulfelmus Pontifex Cantuariorum, cunctis mortalibus debitum vitæ finem, ſortitus eſt. Ne igitur tanta ſedes plus æquo paſtore careret, revereodum Odonem Rex convocat, ſuadens quatenus deſolatæ Eccleſiæ per ſuſceptionem ſuper illam curæ paſtoralis ſubveniret. Obſtat ille, nec ullum ſuadenti præbet aſſenſum. Dicit enim & indignum ſe tanta re; & ſi dignitas aliquatenus adſpiraret, tamen ne Pontifex eccleſia ſua relicta ad aliam migret, canonum fatetur auctoritate prohiberi.

Eadmundo agenti

ad cathedram Cantuarienſem.

20 Con-

A ex mss. reluctatur

20 Contra quæ, & notam omnibus probitatem illius, Rex edifferit; & quod beatus Apoſtolorum Princeps Petrus, de Antiochia Romam translatus fuerit, multique alii, juxta veterum monumenta librorum, ſedes ſuas, ratione cogente, mutaverint, luculento ſermone proponit. Et adjecit: Hujus quoque rei exemplum penes nos ſatis idoneum & clarum habemus, viros videlicet ſanctos, Mellitum *b* dico, Antiſtitem Lundonienſem, & Juſtum Roſenſem, Cantuariam ſimili ratione, qua te ſedem mutare ſuademus, fuiſſe translatos.

b

21 Victus in his Pontifex ſanctus, aliud ſum contradictionis argumentum opponit. Cum primi, inquit, Patres ipſius Eccleſiæ, qui & Chriſtianitatem regno Anglorum attulerunt, & omnes, qui eis ſucceſſerunt uſque in præſens, monachi *c*, ut omnibus conſtat, exiterint; ego tam antiquam, tam ſanctam, tam Deo acceptam, & tantorum Patrum auctoritate roboratam conſuetudinem, mutarem, infringerem, annihilarem? Abſit: imo noverit tota Britannia, & quæ adjacent inſulæ omnes, me nullo umquam pacto conſenſurum, ut ipſe in clericali habitu conſtitutus, per pontificatum eccleſiæ Cantuarienſi præſideam, cui nullus antehac, qui monachus non fuerit, ſcitur præſediſſe.

c

B

22 Attamen quia me, ut intelligi datur, non tu ſolus, ſed multi vocant, ut ibi Pontifex fiam; nec meum eſt illis reluctando penitus contradicere, ne in eum, qui in ipſis habitat, Deum offendam; corrumendans conſcientiam meam ab omni iſtius honoris ambitione vacuam Deo, ſanctum propoſitum monachicæ religionis, quoad ab ineunte ætate deſideravi, nec adipiſci variis cauſis impedientibus merui; hac ſaltem, ut interim ita putetur, occaſione aſſumam.

23 Poſtmodum vero de pontificatu, quo de agitis, ipſe, cui cuncta cordium ſecreta pateſcunt, agat, & hunc in eo conſtituat, quem idoneum ad hoc ſua ſapientia probat. Hac Viri ſententia Rex non modice exhilaratus, laudat ſanctum propoſitum ejus, laudat conſtantem virtutem animi ejus; laudat admirandum & inimitandum * exemplum magnæ humilitatis ejus. Deſtinantur igitur poſt hæc ſub celeritate nuntii ad abbatem cœnobii S. Benedicti Floriacenſis, ſanctæ religionis habitum ad opus Epiſcopi juxta præſcriptum negotium exquiſituri.

* Mobili, legis imitandum.

C

24 Fama ſiquidem religioſiſſimæ converſationis, quæ apud Floriacum ipſis diebus quaque terrarum ferebatur, omnino ſervens; & e contra ſtudium ejuſdem religionis, quod ob multiplices diverſorum eventuum caſus in Anglia uſquequaque cœperat deſervere; illuc mitti, & inde cupitæ religionis effectum perſuaſit expleri. Quod & factum eſt. Abbas quippe loci ipſius, audito nuntio lætiſſimus efficitur: aſſumptiſque ſecum nonnullis de Fratribus ſuis, proſpero curſu mare tranſvectus *d* Angliam ingreditur. Antiſtitem Odonem, Deo in cunctis placere ſtudentem, alacer adit: & ei, quam deſiderabat, ſancti propoſiti veſtem devotiſſime tradit. Spectabilis igitur Pontifex Odo, monachus habitu factus, qui jam olim monachicæ vitæ ſacris fuerat actibus decoratus, quin jugum Domini ſuper totam Angliam a Rege & regno invitatus, imo compulſus ſuſciperet, factus Antiſtes Cantuarienſis, recuſare ultra non potuit.

d

D

25 Qualiter ergo ſuſcepti regiminis officio uſus ſit, qui noſſe deſiderant, ex vita ejus, quæ & qualis ante ſacerdotium & in ſacerdotio fuerit, paucis ſupra digeſſimus, ſicut æſtimo, poſſunt advertere. Extitit enim & ſanctitate laudabilis, & ſapientia admirabilis, & conſtantia ſingularis. Rege autem Eadmundo in domo ſua malitioſe interfecto *e*, frater ejus Edredus *f*, Imperii dignitate functus, a gloriofo Odone Cantuariorum ſummo Pontifice in Regem ſacra eſt unctione *g* perfuſus.

e

f

g

26 His diebus vir præcipuæ probitatis Dunſtanus *h*, Glaſtonienſis cœnobii digniſſimus abbas, magnus apud Regem & honorabilis omni populo habebatur. Beatus autem Odo moribus & ætate grandævus, religione & induſtria pollens, auctoritate & modeſtia præſtans, Chriſtianis legibus totum regnum prudentiſſime nobilitabat. Rex ipſe Deum timens, bonos quoſque ſpeciali amoris dulcedine fovens, malos vero, ne ſua tyrannide bene agentes conturbarent, fortiter premens, boni Principis mores & actus exequebatur. Hoc ferme tempore quidam Clerici, maligno errore ſeducti, aſſeverare conabantur, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem in priori ſubſtantia permanere, & figuram tantummodo eſſe corporis & ſanguinis Chriſti, non verum Chriſti corpus & ſanguinem.

Regno Edredum capit,

h

E

27 Quorum enormem perfidiam Beatus Odo deſtruere cupiens, dum quadam die in conſpectu totius populi ſacroſanctis Miſſarum ſolenniis devotus intenderet, expreſſis lacrymis Dei omnipotentis clementiam in ſuo miniſterio aſſore poſtulavit, quæ ad depellendos hominum errores, ſubſtantivam divinorum myſteriorum declararet proprietatem. Cumque ad confractionem vivifici panis ventum fuiſſet (o ineffabilem Dei miſerationem! o præſentem æternæ majeſtatis oſtenſionem!) confeſtim namque inter manus Pontificis, fragmenta corporis Chriſti tenentis, ſanguis guttatim defluere cœpit.

Euchariſtiæ altaris ſolemnia

28 Stans itaque Pontifex, & præ gaudio uberes lacrymas fundens, innuit adſtantibus miniſtris, ut illi potiſſimum propius accedant, qui nuper in fide titubaverant. Vocati igitur celeriter adſunt, atque in tantarum rerum conſideratione perterrefacti, pavitanti voce exclamant: O te inter omnes homines feliciſſimum hodie, cui filius Dei ſemetipſum in carne dignatus eſt revelare! Et rurſum; Exora, inquiunt, Præſulum *i* Pater, exora Domini majeſtatem, ut in priſtinam formam præſens ſanguis commutetur, ne nos propter infidelitatis errorem ultio divina ſequatur.

miraculo

F

i

29 Orsvit ergo Sacerdos; poſt orationem ad aram reſpexit; & ubi dimiſerat ſanguinem, conſuetam vini reperit ſpeciem. Sumptis autem cæleſtibus Sacramentis, lætantibus cunctis, qui tantis interfuere ſpectaculis, præcepit Pontifex pro teſtimonio tantæ virtutis, omnes undecumque pauperes aggregari, & ſolenne convivium eiſdem præparari. Ipſe autem cum ſuis in magna gratiarum actione lætitiam agebat; propterea quod omnis error de Dominico corpore in pectore ſuorum

convivio.

abo-

A abolitus fuiſſet; nec ultra panem in altari poſitum, verum Chriſti corpus eſſe diffidereot, qui verum ſanguinem inde manare conſpexiſſent.

Aliud miraculum

30 Aliud qooque divinum revera miraculum io Eccleſia, cui præerat, fecit; imo ipſe oon fecit, ſed qui ſolus habet divinitatem, in illo fecit. Nam tectum ejuſdem eccleſiæ nimia vetuſtate corruptum, ſemiruptis per totum partibus pendebat. Quod ille renovare cupiens, murum quoque io porrectiorem celſitudinem exaltare deſiderans, congregatis artificibus præcepit, & quod diſſolutum deſuper eminebat penitus tolli; & quod minus io altitudine murus habebat, juſſit extolli. Sed quia Clerus ac populus abſque divino ſervitio eſſe oon valebat, & tantæ magnitudinis templum non reperiebatur, quæ ad capiendam numeroſæ plebis multitudinem ſufficere videretur, deprecatus eſt Pontifex Dominum, ut quouſque opus inceptum eonſummatum fuiſſet, nulla aut infuſio imbrium, aut vis ventorum infra parietes eccleſiæ deſcenderet, quæ eos a divino opere prohibere valeret.

B *In reſtauratione templi.*

31 Factumque eſt, ut in tribus annis, quibus eccleſiæ muri in altum porrigebantur, tota fabrica deſuper pateret, nec tamen, non dico infra ambitum ſolius eccleſiæ, ſed nec intra muros totius civitatis imber aliquando deſcenderet, qui vel Clerum in eccleſia conſiſtentem ab officio præpediret, vel populum ad eccleſiam concurrentem aliquatenus poſſet ab incepto cohibere. Eratque res digna ſpectaculo, cum videres omnia civitatis pomœria aquis infundi, & ejus mœnia nulla pluviarum inundatione madefieri k.

k

l *Edwium regem* a *Al. Eadwium, Edvium, Edvvium, Edvvio.*

32 Cum ergo Rex Edredus tranſitoriam vitam vita perenni permutaſſet *l*, Edvvius a filius, ſupra memorati Regis Eadmundi, in Regem electus aſt. Qui moribus & ætate juvenculus, juvenum, quos ſibi comites atque ſatellites aſſociaverat, mox cœpit conſiliis uti, ſpretis ſenibus, qoos vita, moribus & ætate, magoa præditos ioduſtria & auctoritate conſtabat. Unde correptus a ſortiſſimo milite Chriſti Odone aliquantiſper ſe temperabat, verens ne, ſi illum omnimodis non audiret, regiæ dignitatis benedictionem ultra votum ſuum ſibi dare differret. At ubi eadem benedictione potitus eſt, illico quaſi effrenis effectus, omnes cordia ſui ſequebatur affectus.

C

libidinoſum

33 Factus eſt igitur voluptatum magis quam Dei, luxuriæ quam ſobrietatis, libidinum quam caſtitatis amator. Ibat itaque juxta deſideria cordis ſui, & iniqua gerens, a ſuis benedicebatur. Super hæc, ea die, qua regni coronam io conſpectu totius Eccleſiæ io capite geſſit, gravis infamiæ notam tantæ gloriæ & ſibi iogeſſit. Cum enim poſt officium eccleſiaſticum una cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, ceteriſque regni Principibus jam pranſus ſederet, ſubito exſilivit, & relicto conſortio omnium, in ſecretiorem ſeſe cameram contulit, duarum ſeminarum, illic eum operientium, ſtupri ardore ſuccenſus, infandum coofortium expetens. Quæ res conſidentium mentes magni pudoris mœrore dejecit.

tum Dunſtanus

33 Habito autem conſilio inter eos, quid facto opus eſſet, miſſus eſt ab Archiepiſcopo & Primoribus is, cujus ſuperius mentio facta eſt, venerabilis Abbas Dunſtanus, Regem ab illicitis amplexibus abſtrahere, & ad regiam ſedem inter Principes revocare. Quod & factum eſt. Quapropter Rex, vehementi furore turbatus, Dunſtanum ſuis omnibus ſpoliatum, exilio damoavit, & extra Angliam trans mare fugavit. Fecit & alia innumera mala, quæ quoniam alias latius, licet non omnia digeſta ſunt, hic tantummodo paucis ea tetigiſſe ſufficere ratus ſum. D *ex mss.*

34 Quæ miles Dei omnipotentis Odo æquanimiter ferre ono valens, iniquitatum illius publicus hoſtis effectus eſt. Siquidem ubi eum nec admonitionibus ſuis, nec obſecrationibus ſuis, nec increpationibus ſuis acquieſcere velle, ut ſe corrigeret, vidit; Pontificali auctoritate uſus, unam *m* de præſcriptis muheribus, quam & amplior potentia, & obſcœnior impudentia dehoneſtabat, & notiorem hominibus fecerat, quaque nimium contumelioſis amplexibus Rex frequentius abutebatur, miſſis militibus, a curia Regis, in qua manſitabat, violenter abduxit; & eam in facie deturpatam ac candenti ferro denotatam, perpetua io Hiberniam exilii relegatione detruſit. *tum ipſe Odo*

m

35 Quæ tamen cum poſt nonoullum temporis iotervallum, jam obducta in cicatricem corporis forma, (ſed) adhuc hiante impudicæ mentis deformitate, relicta Hibernia Angliam rediit, & Gloceſtram, cæcati cordis obſcuritate imbuta, pervenit. Ubi ab hominibus Servi Dei comprehenſa, & ne meretricio more ulterius vaga diſcurreret, ſubnervata *n*, poſt dies aliquot mala morte præſenti vitæ ſublata eſt. Erat quippe ſummus Pontifex Odo vir virtutum robore, & grandævitatis maturitate ae conſtantia fultus, & omnium iniquitatum inflexibilis advertarius. Noo huoc alicujus gaudii ſecularis illecebræ, non hominum minæ, non cujuſvis damni perpeſſio poterat a rectitudine deterrere. E *corrigere nonatur,*

n

36 Quapropter, quia nec ſperabat aliquid, nec expaveſcebat, omnium impotentium iram exarmabat. Edvvio autem Rege (ſi Rex oominandus eſt, qui nee ſe, oec alios regere novit) Edvvio, inquam, Rege, regno pro tuis criminibus eliminato *o*, & miſera morte damnato *p*, Eadgaro fratri ejus thronus regius ſuper totam Angliam confirmatus eſt. Hic omnes pene anteceſſores ſuos morum probitate præcedens, cunctas iniquitates, quæ diebus fratris ſui emerſerant, compreſſit, evertit, & pro poſſe, in oihilum egit. *ſed fruſtra.*

o

p

F

37 Præterea, mox ubi regnum obtinuit, reverendum Abbatem Dunſtanum ab exilio revocavit *q*, & eum in epiſcopatum Wigormienſem promovit. Qui electus Pontifex, io gradum ſuſcepti honoris conſecrandus, Cantuariam pro more adveoit; ſeque ab ipſius ſedis Antiſtite, beato videlicet Odone, ſacrari expetiit. Annuit ipſe libens. Verum, ut ſaoctum Epiſcopum ſpiritu prophetiæ pollere io dubium nulli veniret, hominem, qui ad Wicciorum Pootificatum promovendus advenerat, in Pontificem Cantuariorum ſancti Spiritus operatione promovit. *Dunſtanus ab exilio revocatur,*

q

38 Super quo a circumſtantibus, cur ſic ageret, inquiſitus; Scio, inquit, filii, ſcio, quid operetur io me Deus, Et hunc quidem Wigornienſis provincia, me vivente, Paſtorem habebit; ſed tota Britannia eodem, me defuncto, rectore gaudebit. Nec enim lege ſtringitur ſancti Spiritus donum. Quæ prophetia, quam vera extiterit, eccleſia *epiſcopum conſecratus*

Dei,

A Dei, quæ ejus regimine, ſicut prædixit Epiſcopus ſanctus, diu poſtmodum glorioſata eſt, & uſque hodie ſacratiſſima illius interceſſione munitur, optime novit.

39 Talibus igitur bonorum gratiis ſpectabilis vir Odo, a Domino ſublimatus, nequaquam ſe propter merita aperum ſuorum extulit; ſed ſemper ad meliora proficere ſtuduit, quæ retro ſunt, oblitus, & in ea, quæ ante ſunt, extenſus, ſequebatur ad palmam ſupernæ vocationis Dei, populumque ſibi commiſſum, more ſegetum feracium, cæleſti doctrina, quaſi pluviali gratia, quotidie irrigavit; quouſque animam illius Rex in cubiculum ſuum introduceret, & torrente voluptatis ſuæ inebriaret.

ANNOTATA.

a *De morte Ethelſtani, initio regni Edmundi, & obitu Wulfelmi inſtruet te Commentarius prævius.*

b *Vitam S. Melliti illuſtravit Henſchenius die* XXIV. *Aprilis,*

c *Plura de hac ve dabit Commentarius prævius,*

d *Abbatem Floriacenſem in Angliam veniſſe ad* Odonem, *etiam legitur apud Capgravium. Willelmus Malmesburienſis lib.* 1. *de Geſtis Pontificum Anglorum habet*, Odonem *ipſum, tranſito mari*, apud Floriacum monachilia accepiſſe, *ſuffragante ei Bromtono apud Mabilionem: hic autem addit, ſcriptori Vitæ hujus conſentire Gervaſium, Doroberneuſem monachum.*

e *Mortem ejus refert Chronicon Saxonicum anno* 946. *ejuſque regno tribuit* 6. *annos cum dimidio, contra Alfordum, non dantem niſi* 5. *cum dimidio: apud quem diſce hiſtoriam funeſtæ hujus cædis ad annum citatum,*

f *Edredum vere Regem Angliæ, non autem protectorem ſolummodo vel adminiſtratorem fuiſſe, probat Alfordus ad an.* 946. *adverſus Foxium: ubi & diſtis Regis laudes contexit,*

g *Alfordus ad an.* 946. *ſcribit ex Florilego*: In Kingſtona, villa regia, regni diadema a beato Odone, Archiepiſcopo Cantuarienſi ſuſcepiſſe XVII. Kal. Sept.

h *Dunſtanus inter Sanctos Angliæ celebratiſſimus habetur, Vitam ejus duplicem illuſtravit Henſchenius ad diem* XIX. *Maii.*

i *Forte* paululum, *Vide Mabilionem,*

k *Breviſſime hæc narrat Vita apud Capgravium.*

l Hoc anno (CMLV.) deceſſit Edredus Rex, feſto S. Clementis in (aetatis) vigore. Regnavit autem IX. annis cum dimidio. *Ita Chron. Sax.*

m *Capgravius etiam nomen tacet. Vocatur* Elfgina *al.* Alguia *apud Spelmannum in Conciliis tom.* 1. *pag.* 430.

n *Reſpondimus in Comm. prævio ad obſervationem Spelmanni, qua videtur hic arguere* Odonem *pœnæ illatæ præter morem eccleſiaſticæ cenſuræ.*

o *Refertur Edwvii excommunicatio apud Spelmannum Concil. tom.* 1, *ad annum* 958.

p *Baronius occaſione mortis Edwvii, ſeu, ut ipſe ſcribit, Edwini Regis, quam ſignat anno* 959. natum *memorat* ex Regina ſancta, *cujus* precibus factum, ut in fine ſuorum ſcelerum pœnitens, ex hac vita diſcefferit: *ubi etiam narratur, factum eſſe* precibus S. Dunſtani, *quem* afflixerat, ne penitus ad inferos damnaretur,

q *Anno* 957. *S. Dunſtanum ab exilio revocatum, teſtatur Chronicon Sax.*

D

CAPUT III.

Sancta Odonis mors; ſucceſſor archiepiſcopus ſimoniace promotus ejus ſepulcrum temerare auſus, dire punitus; columba ſuper tumulum Odonis viſa a S. Dunſtano ſucceſſore; elogium ejus metricum.

RAptum igitur ex hoc ſeculo luculentiſſimum ſidus urbis Cantuariæ Odo, gaudentibus Anglis, ſedem petiit ſupernæ ac glorioſiſſimæ civitatis, ubi ſempiterna exultatione lætatur, & Chriſti faciem ineffabilis ſuavitatis dulcedine contemplatur, ſecurus jam de præmio ſui, atque de filiorum ſuorum ſalute ſollicitus. Obiit *a* autem præſentibus univerſis Eccleſiæ Chriſti filiis, quibus etiam flentibus promittebat, quod bonum illius Paſtorem poſt obitum ſuum Dominus aſſet proviſurus. *Moritur.* *a* E

41 Poſt cujus tranſitum obtinuit locum ſummi ſacerdotii Elffinus, Wentanus Epiſcopus, cognomento Lippe, data pecunia Principibus, qui primi erant in palatio Regis Eadgari. Nam & ante Odonem magna ad rapiendum ſacerdotium cupidine agebatur, ſed bonorum conſtantia Epiſcoporum impediebatur. Unde cum die adventus ſui Cantuariam, ſolenni proceſſione ſuſceptus ſuiſſet, acceſſit ad ſepulcrum Viri Dei; ſtanſque ſuper illud, ita furialibus verbis defuncto exprobravit, dicens: *Succeſſor Odonis Simoniaca.*

42 Inepte, ecce tu mortuus es, & ſub tellure putridus jaces; & ego cum voluero de te potenter triumphabo. Te vivente ſummus Anglorum Pontifex eſſe nequivi, te obeunte factus idipſum ſum, juxta quod olim eſſe concupivi: & inde, male ac decrepite ſenex, nullas gratias habeas; quia ſi ultra vivere potuiſſes, nec mihi, nec ulli, vel participium habiti honoris tui, concedere vnluiſſes. Ita ille palam in præſentia eorum, qui aderant, dixit; & baculo tumbam Sancti percutiens, ſtultus * furore, quo tenebatur, accenſus, inde receſſit, *mortuus bene ſolutus.* F **al. inſultuoſe.*

43 Sed eadem nocte dum mortalibus requies conceſſa eſſet, apparuit Beatus Odo eccleſiæ Salvatoris digno cuſtodi, vultum lacteum habens, veſtimentum vero roſei coloris, ita virum alloquens: Dormis, an vigilas? Dormivi, inquit ille, Senior venerande; ſed ecce vigilo, te loquente. At ille, Vade, ait, ad electum, ſed non a Deo, Epiſcopum Elffinum, & hanc illi legationem ex meo nomine defer. Hæc mandat tibi ſervus Chriſti Odo. Non ſum mortuus, ſed vivo Regi meo omnipotenti Deo. Atque ut hoc certiſſime experiaris, noveris, quia ſicut tu cauſa mei adhuc in carne viventis, non evaluiſti ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem pervenire; ita per me, in cæleſti nunc regno viventem, invaſum honorem in proximo perdes. *jubetur ire ſomno*

44 Audi ergo, quæ dicam. Quoniam heſterno die verbis mihi deriſoriis exprobraſti, *nimoli*

Ba-

A baculo tuo ſepulcrum meum percuſſiſti; prædico tibi, quia mare transfretabis, Alpes aſcendes; ſed nequaquam pallium patriarchatus ſanctæ Dorobernenſis eccleſiæ obtinebis; nec umquam in Apoſtolica ejus ſede ſedebis. Ille autem, qui hæc viderat, timens Epiſcopi ſævitiam, diſſimulabat iſta nuntiare. Sequenti nocte apparuit ei iterum Sanctus Dei, quæ ante dixerat, dicens. Sed nec tunc, quæ audierat homo nuntiare audebat.

& tribus quidem noctibus

45 Item tertia nocte adveniens Vir Dei, pontificali dignitate redimitus, increpavit præfati hominis ſocordiam, dicens: Si vitæ tuæ proſperitatem gnarus retinere deſideras, moneo, ne, quod a me jam ſecundo audiſti, Epiſcopo tuo revelare diſſimules. Nam ſi feceris, in pœna tua te non bene feciſſe probabis. Tum ille experrectus & admodum perterritus, mane facto, perrexit ad Epiſcopum,

de inimicorum interitu,

46 Venit ad me, Pater honorande, ſpecioſus ut Angelus Dei, glorioſus Odo, prædeceſſor tuus, qui hæc tibi præcepit denuntiari. Quoniam mihi, inquit, die nudiuſtertiano verbis illuſoriis exprobraſti, baculo tuo ſepulcrum meum percuſſiſti; prædico tibi, quia mare transfretabis, Alpes aſcendes, ſed nequaquam pallium patriarchatus ſanctæ Dorobernenſis eccleſiæ obtinebis; nec umquam in Apoſtolica ejus ſede ſedebis. Quibus dictis, dimiſit a ſe Epiſcopus relatorem viſionis, parvipendens ea, quæ audierat, verba ineptæ, ut dicebat, comminationis. Sed evolutis aliquantis diebus, omnia evenerunt, quæ a Sancto Dei prædicta fuerunt.

B

Quo miſere obiit.

47 Mari namque propter pallium deferendum tranſito, itinere aliquamdiu proſpere decurſo, mox ut montana conſcendit, nimio frigore ſolutus, equos, qui in ejus comitatu erant, necati præcepit, pedeſque ſuos eorum ventribus immiſit, exiſtimans nimietatem frigoris tali poſſe remedio propelli. Sed non ceſſante, qui illum cruciabat, divino furore, Domini majeſtatem impius blaſphemavit; & ſic pollutum ſpiritum ſuum in mediis nivibus *b* exhalavit. Ita ſe demonſtravit felix Odo Chriſto vivere, quem penitus mortuum infelix Elffinus auſus eſt credere.

b

C

48 Hoc ita mortuo, Birthelmus, Dorſethenſis provinciæ Præſul, homo nimiæ pietatis ac ſimplicitatis, in pontificatum Cantuariorum ſubſtituitur. Verum, ubi comprobatus eſt in exercendis eccleſiaſticis diſciplinis, omnino, quam oportebat, minus vigere, juſſus, quod ſuſceperat, onus deſeruit, & ad ſuum ovile quieturus, humilis rediit. Igitur ut ſententia Domini & prophetia beati Odonis ſervi ſui veritas eſſe probaretur; Dunſtanus jam tunc Londonienſis eccleſiæ Pontifex, a Rege & regno eligitur, ac in patriarchatum totius Britanniæ, glorioſo Odoni digniſſimus ſucceſſor ſubrogatur.

D

ex MS. Huic Birthelmus.

Birthelmo Dunſtanus ſuccedit.

49 Cujus Dunſtani, & hujus, de quo agimus, Patris Odonis illud inter alia non parvo cognoſcendæ ſanctitatis & beatitudinis illorum indicio eſt; quod Dunſtano in die ſancto Penteceſtes Miſſam ad altare Domini Salvatoris Cantuariæ celebrante, Spiritus ſanctus, qui ſuper ipſum in ſpecie columbæ apparuit, conſumpto ſacrificio in Auſtralem altaris partem, ubi venerabilis Odo tumulatus jacebat, divertit, & ſuper cumbam ejus multis intuentibus requievit.

E

Columba ſuper ſepulcrum

50 Quæ res in tanta reverentia ab ipſo Dunſtano habita eſt, ut numquam poſt hoc ante ſepulcrum illius tranſiret, niſi genua flecteret. Cognomine quoque Boni in materna lingua illum deinceps vocare ſolebat, videlicet Odo Segode*, quod interpretatur Odo bonus. Quo cognomine etiam usque hodie ab Anglis, ſed maxime a Cantuaritis appellatur.

* The-good.

S. Odonis.

51 His ita deſcriptis, geſtæ rei ſeries narrandi finem expoſtulat: quem hic quidem ponimus, & in eo Deum, qui eſt finis & complementum omnium bonorum, conſona voce laudamus, qui nomen ſuum in omni gente ita glorificat, ut quicumque illum timet, & operatur juſtitiam, acceptus ſit illi. Illi ergo ſit laus & gratiarum actio, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

F

ANNOTATA.

a *Obiit anno* 951. *ut dictum in Comm. prævio.*

b *Male apud Mabillonem*, ignibus. *Nobiſcum legit Vita apud Capgravium.*

DE S. UDALRICO EP. ET CONF.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

§. I. Varia nominis S. Udalrici efformatio, etymon, natales, educatio, iter Romanum, vitæ inſtitutio ante epiſcopatum.

ANNO. DCCCC-LXXXIII.

Varia nominis efformatio,

Augustæ Vindelicorum, vulgo *Augsburg*, *civitatis*, *antiquitate memorabilis*, *præcipuum inter liberas imperii urbes locum tenentis*, *emporio inſignis*, *Sueviæque provinciæ capitis*, *decus & gloria eſt* S. Udalricus, *ejuſdem in vita Præſul digniſſimus per annos omnino* 50. *poſt mortem vero Thaumaturgus*, *& Patronus*; *cujus prius*, *quam Acta proferamus*, *prævie quædam in ea commenta-turi ſumus*, *ſumpto principio a nominis efformatione*, *quam multimodis expreſſam invenias*. *Etenim* Voldaricus, Voldelricus, Othalricus, Odalricus, Oldericus, Odolricus, Walricus, *nec non* Uldaricus, Ulricus, *& ſi quæ ſint aliæ ejuſmodi expreſſiones*, *Sanctum ſignificant eumdem*, *qui communiori appellatione* Udalricus *dicitur*, *& ſic deinceps a nobis vocabitur*.

A AUCT. J. P. etymon,

2 *Præter nominis Udalricianæ etymon, ab antiquiſſimo vitæ ſcriptore, prologo ejuſdem vitæ inſertum, recte obſervat V. C. Marcus Velſerus, alias aliorum eſſe etymologias; ab Aventino in Nomenclatore* Ulricum, Hyldericum, Chylderieum *accipi pro eodem nomine, quod* amorem regni, *ſive* divitem amoris, *interpretari poſſis. Verum Aventini confuſio videtur merito eſſe ſuſpecta, ſaltem quoad duo poſteriora nomina, quidquid ſit de* Ulrico, *quod ſcribi etiam pro* Udalrico, *modo dicebam. Atque hæc de etymo nominis,*

patriæ, 3 *Clariſſimis Sanctum noſtrum natalibus eſſe progenitum tam ex parte patris, quam ex parte matris, abunde ovata liquet. Ac pater quidem ejus, nomine Hupaldus, Hartmanni Comitis Kyburgenſis extitit filius, natus circiter annum 865. mortuus anno 908. Matrem vero* S. Udalricus *habuit Dietpergam, Burchardi Sueviæ Ducis filiam. Tam ea, quæ jam dixi de nobiliſſimis Sancti natalibus, quam quæ breviter porro dicentur, conſtant ex ſtemmate Kyburgenſium Comitum, quod ex antiquo codice Mſ. bibliothecæ* S. Udalrici *erutum, tamquam fidele præ ceteris, rebus Udalricianis, a ſe illuſtratis attexuit laudatus Velſerus, Operum ſuorum, in unum collectorum pag.* 589. *Ab inſtituto noſtro abhorret tabulis genealogicis plus æquo indulgere: quia tamen poſtea do fratribus ac conſanguineis ſancti Præſulis noſtri mentio recurret non infrequens, ideirco quædam de illis parce hic delibabimus; ut ne lectorem in decurſu, eorum ignoratione, alicubi hærere contingat.*

B genealogia, 4 *De Parentibus* S. Udalrici *jam dictum. Liberi illorum hoc ordine enumerantur in prætacte ſtemmate. Diepoldus, qui ibidem obiiſſe traditur anno 955. dein Manegoldus I. tum ſequitur* S. Udalricus; *proximus illi Albertus I. ſequitur denique Luitgarda, prima uxor Burchardi, tertii Sueviæ Ducis. Diepoldus vero Richwinum genuit, maritum Hiltigardis; Manegoldus Hupaldum II. Nec præteribo liberos dictæ Luitgardæ, quia, tametſi Kyburgenſes non ſint, non raro tamen recurrunt in Actis* S. Udalrici. *Primum locum occupat Adelbero, canonicus Auguſtanus,* S. Udalrico *in epiſcopatu deſtinatus ſucceſſor. Sequuntur Reginbaldus, vita functus anno 955. Hupaldus, Manegoldus, Kunigunda monialis. Alios ejuſdem ſtirpis furculos proferre, non eſt hujus loci. Velſerus pro notitia Stemmatis Kyburgenſium, aſſignat Stumpf. lib. 5. cap. 30. Obſervat obiter idem Velſerus in notationibus ad caput primum vitæ antiquioris, a ſe editæ, Burchardum, patrem Dietpergæ matris* S. Udalrici, *de qua numero præcedente, videri fuiſſe Burchardum hujus nominis primum; eumque ipſum, quem Hermannus Contractus anno 911, in conventu ſuo occiſum ait. Addit Velſerus errare eos, qui confundunt eum Burchardo II. occiſo in Italia anno 926. ut tradunt Regino & Urſpergenſis. Contractus apud Caniſium, ipſum ponit eodem anno, locum tacens. Natalibus* S. Udalrici *affinis eſt locus natalis & annus, de quibus occurrunt ſequentia.*

C natalis locus, 5 *Sanctum Præſulem e Suevia ortum ducere, non e Bavaria, ut vult Sigebertus, videtur abunde conſici e vitæ principio, ubi dicitur natus excellæ* proſapia Alamannorum. *Merito itaque ſcribit Velſerus loco proxime citato;* eur eum in Bajoaria natum ſcripſerit *Sigebertus, ſe* neſcire. *De loco natali in Suevia, non puto quidquam certi poſſe definiri. Ponamus in medio conjecturas, a Joanne Gamanſio, in Actis noſtris ob navatam operam pluries laudato, huc tranſmiſſas:* Eximius, *inquit,* ille Chriſti Confeſſor, S. Udalricus quorumdam ſcriptorum (Stumpf. Hiſt. Helveticæ lib. 5. cap. 30.) ſententia, Kiburgi arce principe, eodem in comitatu, medio milliari Viroduro ad lævam Teſæ fluvii, prærupto Turgeriæ loco ſita, natus eſt. At enim Dilingæ ſacellum oſtenditur, in quo idem certe in hanc lucem editus, aut minimum educatus ſit. Scribunt tamen inſuper alii (Raderus in Bavaria ſacra ex Sigeberto) eum in Boica natum eſſe. Ita illi. Porro Dilinganos natales ſuadere videtur frequens, &, ni fallor, aſſidua fere parentum Hupaldi & Dietpergæ, Comitum Kiburgenſium, Dilingenſium & Witislingenſium, Dilingæ aut Witislingæ, loci vicini commoratio, quam exigebat peramplus utriuſque comitiæ ad Wardæam uſque Suevicam, & in Rhetia late vergentium dominatus. *Deinde opinionem ſuam confirmat* ex utriuſque ſepultura; Hupaldi quidem (in) Neresheimii monaſterio, quatuor leucis Dilinga diſſito; poſt ab ejus poſteris, (& in primis) ab Hartmanno, Dilingæ ac Friburgi Comite, cœnobitis S. Benedicti ampliter dotato. Dietperga vero mater, Witislingæ terræ mandata eſt,

D E annus,

6 *Certiora habemus, quo anno* S. Udalricus *primum vivere cœperit, Fuiſſe hunc, annum* 890. *notavit Velſerus. Sigebertus ſignavit annum* 893; *cui Mabilio ſuffragatur in notis ad caput primum vitæ antiquiſſimæ, dicens.* Udalrici nativitas incidit in annum DCCCXCIII. ſi quidem octogenarius obiit anno DCCCCLXXIII. *Mirum hæc Mabilioni excidiſſe, qui diſertiſſimis terminis in vita antiquiſſimi auctoris, a ſe illuſtrata & edita, legere potuit ac debuit, obiiſſe Sanctum anno ætatis* 83. *Igitur controverſiam dirimit vetuſtiſſimus vitæ auctor, his verbis capite* 11. *ejus mortem deſcribens: ubi ait Sanctum a vita exceſſiſſe* anno Incarnationis Domini noſtri, Jeſu Chriſti DCCCCLXXIII. ætatis LXXXIII. *Ergo natus ſit oportet Sanctus noſter anno* 890. *atque hoc calculo anni mortis, ætatis ac nativitatis concinunt congruunt inter ſe.*

F educatio,

7 *Memoriæ prodimur in pluries nominata antiquiſſimi auctoris vita cap.* 1. *ſanctum* Udalricum *a parentibus commiſſum ac traditum fuiſſe monachis monaſterii S. Galli, ut ab ineunte ætate in timore & amore Domini quotidie adoleſcens, adjuncta eiſdem ſcientia litterarum, magis in dies ubique proficeret, & tam præclaris piæ inſtitutionis rudimentis præluderet omni retro ſecuturæ ætati. Liquet ex eadem vita, præceptorem ei grammatices extitiſſe, nomine Waningum,* virum, *ut ibidem memoratur,* religioſum, grammaticæ artis edoctum. *Neque hoc pugnat cum eo, quod Ekkehardus junior (prout notavit Mabilio in notis ad caput primum hujus vitæ, quam daturi ſumus) Hartmannum* Udalrici *præceptorem vocet hoc in obſervatione quinta. Quid enim vetat, habuiſſe magiſtros duos, alium utique grammatices Waningum, alium aliarum diſciplinarum inſtitutorem Hartmannum? Nunc Ekkehardi verba accipe apud Rerum Alemannicarum ſcriptores aliquot vetuſtos &c. ex bibliotheca Goldaſti, tom.* 1. *pag.* 31. De S. Vodalrico, qualiter nobiſcum egerit, dicta Patrum quædam audivimus, quæ quidem in vita ejus, vel tertio jam ſcripta non invenimus. De nobilibus enim ille, ut & ab aliis jam dictum eſt, natus, apud noſtrates educatus eſt & doctus. Hic viam, qua in cælos volavit, ſubvolare docuit. Hic virtutibus, quas nunc operatur, præludium fecit.

San-

A Sanctorum enim noſtrorum Galli & Othmari, quos puerulus patres elegit, ſe monachis jungens, cum ſanctis ſanctiſſimus, & cum electis ingreditur electiſſimus.

Progreſſus in virtute

3 Hartmanni enim Junioris diſcipulus, divina præ omnibus, Spiritu ſancto prælibatus hauſit. In refectorio coram Patribus, ubi vel in puncto peccare, capitale erat, lector inoffenſus creber erat, quamvis canonicus, quod tamen illi progenitorum ſuorum indultum eſt gratia. *Nec vero mediocris probitatis fructus tulit ex pia conſuetudine Wiboradæ, Virginis & Martyris ſanctiſſimæ, cujus vitam exhibet Mabilio in Actis Bened. ad an. 925. a pag. 42. ex toma primo Maii de Actis Sanctorum pag. 282. a qua Virgine, tum temporis ad S. Gallum recluſæ, cum ſanctus Juvenis deliberaret, ecquod præ ceteris vitæ inſtitutum amplecteretur, petitis pro electione ſtatus monaſtici induciis a monachis S. Galli, qui eum Cœtui ſuo aggregare deſiderabant; a qua, inquam, Virgine, poſt triduanas ejuſdem preces, audivit alio ſe a Deo deſtinari; futurum ſe Epiſcopum* in orientali parte, ubi quidam fluvius duas dividit regiones, *id eſt civitatis Auguſtanæ; plura ſe paſſurum dura, quam anteceſſores ſui umquam, a paganis & malis Chriſtianis; verum ex omnibus emerſurum malis, Deo juvante, non inglorie. Cenſet Velſerus in notis hic, conſultationem hanc contigiſſe ante annum 616. imo vero ante annum 909.* quod, *inquit*, ex ſequentibus certum fit.

B

Sub inſtruc. Wiborade;

9 *Annales Breves Hepidanni, monachi ad S. Gallum, videntur in ſpeciem adverſari ſententiæ Velſerianæ, dictam conſultationem ſtatuenti contigiſſe ante annum 909. nam Annales iſti referunt,* DCCCCXVI. Wiberat recluſam eſſe. *Verum facilis eſt reſponſio & ſolutio hujus difficultatis ex verbis Hermanni Contracti apud Caniſium:* Apud S. Gallum B. Virgo Wiborada arctius incluſa eſt. *Quid ni aliquot ante annis fuerit recluſa, ſed non tam arcte, atque adeo non primum recluſa anno 916. Habemus itaque ex dictis locum, in qua inſtitutus* S. Udalricus, *canonicatum, morum integritatem, magiſtros & magiſtram; ſtatumque a monaſtico diverſum. Unde intelligas erraſſe Wion lib. 2. Ligni vitæ pag. 285. quando dixit,* S. Udalricum *fuiſſe menachum S. Galli.*

C

Iter Romanum

10 *Pauculis interjectis narrat auctor vitæ regreſſum* S. Udalrici *ad parentes*; qui tunc ſapienti capto conſilio, eum Prætulis Auguſtenſis eccleſiæ Adalberonis dominio ſubdiderunt, *apud quem & gratioſum fuiſſe, & ad munus camerarii promotum, ibidem commemoratur. Proxime illic ſequitur,* libuiſſe *ſancta Præſuli noſtro* limina viſitare beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: cumque illuc perveniſſet, a venerando Papa Marino bene ſuſceptum eſſe, *&c. Hic Rhodus, hic ſaltus, ut quis combinet duas haſce epochas Adalberonis & Marini Pontificis. Nam Adalbero ſedit ab anno 887. ad annum 909. regnante in Germania Ludovico IV. Arnulfi filio; & ſecundum Hepidannum in Annalibus obiit anno 910. quod diſcrimen mortis parum refert ad præſens inſtitutum. Jam vero nullus Marinus Pontifex fuiſſe legitur anno 909. nullus Cathedræ Petri præfuit, aliquo alio tempore, quod conciliari poſſit cum præſenti hiſteria. Marinos ſingulos enumeremus. Obiit Marinus I. anno 884. ad 6que antequam* S. Udalricus *eſſet natus. Anno 943. ſedere cœpit ſecundus. Neuter, ut liquet, cum epocha Udalriciana, de qua hoc quærimus, componi poteſt. Primus præmature Sanctum antevertit; ſecundus videlicet nimium eſt poſterus. Atqui tamen non datur tertius aliquis Marinus PP., inter primum & ſecundum jam dictum intermedius. Aqua hic hæret ſcriptoribus; Mabilioni imprimis, qui neſciens quo ſe vertat, ut nodum hunc expediat, nihil habet præter interrogationem, qua quærit:* An Marinus per ea tempora improborum Pontificum, quaſi Vicarius Papæ, res adminiſtrabat, atque ob id Papa appellatus?

D

AUCT. J. P.

11 *Velſerus in hunc locum ſic commentatur:* Hæc Marino nondum Pontifice facta: iniit enim pontificatum anno DCCCCXLII. contigere autem hæc anno DCCCIX. quo Adalbero obiit. Qua ratione Sigebertus etiam conciliandus in Chronico, anno DCCCCXII. *Ubi vides attingi quidem, at non ſolvi difficultatem. Rem extricare conatur Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 924. ita loquens de præſenti argumento:* Hæc autem cum annos ante quindecim contigiſſe certum ſit, anno nimirum Redemptoris DCCCIX. quo plane conſtat Sedem Apoſtolicam occupatam, fuiſſe detentam ab infami Sergio illo.... non legitimo electo Pontifice, ſed invaſore: unde quem auctor nominat Marinum Papam, fortaſſis is tunc temporis legitimus habebatur Pontifex: ſed quoniam obſcuriſſime ea tempora tranſierunt, de eodem Marino, quod tunc ſederit, non alibi, quam hic, mentio invenitur. Quamobrem ea fuit Velſeri, doctiſſimi ſcholiaſtis interpretatio, ut per anticipationem ibi dictus Marinus, ſit Pontifex appellatus, qui tamen ſediſſe reperitur poſt annos decem & octo. Corrigendus tamen eſt Sigebertus, qui adventum Udalrici in urbem ſub Pontificatum ejuſdem Marini Papæ recenſet, anno videlicet Redemptoris DCCCCXII. quod procul abhorret a veritate. *Eamdem quoque erant difficultatem* charta quædam (*de qua Mabilio in notis hic*) Azilæ nobilis matronæ pro Faucenſi Bajoariæ monaſterio, *quæ* data legitur anno Domini DCCCCXIX. ſub Papa Marino, ſub Rege Henrico, &c. *Vides igitur vix aliquid de pontificatu Marini, hoc tempore determinati in vita, poſſe dici, niſi per conjecturas; quæ tricas ſi non magis involvunt, ſaltem minime expediunt.*

Sub quo Pontifice

E

12 *Jam quædam produximus ſupra vitæ Udalriciane, ante epiſcopatum actæ, paralipomena ex* Ekkehardo Juniore: *ſuperaddamus nonnulla alia, ex eodem Auctore deprompta, ab aliis tribus ſcriptoribus vitæ prætermiſſa:* Wiboradam incluſam cœvulis ſe, licentia data, ad ludos parantibus, feriatis diebus furtim viſitare aſſolitus, divinis ab illa interdum verbis & exemplis inſtructus eſt paginis. Nam quadam die cum illum ante feneſtellam clauſulæ ſtantem leviſſimo videret cingulo præcinctum, de ſuo ei paratum offerens; Caſtitatis, inquit, fili mi, tibi cingulum hoc laneum meum a Deo accipe, continentiæque ſtropheo (id eſt cingulo virginali) ab hac deinceps die per Wiboradam tuam te præcinctum memento. Cave autem, me tibi a Domino meo edictum ferente, ne ullis abhinc colloquiis vanis mulierculis miſceatis, & ſi, ut facillime fit, aliquo carnis igne incenſus fueris, loco, in quo fueris, mutato, Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina, mox cantaveris. Sin autem ſic pacem, aliquo alin lapſu tuo vetante, non habueris, titionem ſeu candelam ardentem, quaſi aliquid aliud agens, quærens, digitum vel leviter adure, eodemque verſu dicto ſecurus eris.

Vitæ paralipomena

F

A AUCT. J. P. ex Ekkehardo

13 Sic magiſtra prædurata diſcipulum ſanctiſſimum futurum, ut ipſe patribus narrabat, contra igoem igne præduraverat. Multa ſunt, quæ de doctrina Nutricis ſuæ (ſic enim etiam vetuſtus eam nominare ſolebat) Patribus ille dixerat, quæ quia auſtera hujus temporis Sanctis videri poſſunt, & impoſſibilia; ne quid eis ſuboleat, præterimus. De cilicio etiam, quo ipſa utebatur, cujus hodie aſperitatem, pro reliquiis id habentes, horreſcimus, pulvillulum filio ſuo, ut & ipſa etiam nominabat, in abſtinentiæ diebus utendum conneverat; quod interdiu in ſinu geſtans, noctibus ille maxillis, lapide ſuppoſito, aptare ſolebat. Tali ille lectiſternio pro deliciis uſque coram januis eccleſiæ, nocturnorum ſonitum aut inſedili, aut nuda quidem expectare terra ſolebat. His & aliis ſimilibus eum a pueritia aſſuefcentem, eum & ſemioarum alloquia, & ſnlita ſociorum fugitaſſet ludicra, ſanctulum illum leriſorie jam abinde cœperint vocitare. Audivimus etiam de eo, quod quidem pro nihilo ab rigidis corde duci ſoleat, quod, cum

B ei graphium coævulorum quidam ſuratus ſit, per neſcio quam ſub capula iocuriam, ſibimetipſi manum transfixerit; quam cum ille, dolore clamans exereret *, diu quæſitus & ſæpe pejeratus, Vodalrici proditur ſtylus. Hoc tamen ille & alia de ſe ſimilia, cum tegere noſſet, illius meritis fieri præter altioris aliquos ingenii, quis eredere nollet?

* al. exyc-yeep.

Jguiore.

14 Nam figuratis & interdum etiam riſum moventibus, non tamen falſis & inanibus crebro uſus eſt verbis, ut quidam ſcholarium elato & glorianter agenti, cum Conſtantiæ diaconatu pretin empto inter proceſſores noſtros progredi parans, ſtnla indutus, ſibi Evangelium eo die, nobis lecturis noo ſine gloria aſſisteret: Eja, inquit, mi ſodes care, quam decenter tibi clypei faſcia ioſidet! id ipſum tamen etiam ſibi pin reverentia ſui, ut nobis canonicus Evangelium legeret, cnncelſum. Nam frater cnnſcriptus tum vocis pulcherrimæ gratiam habebat. Diutius autem, quam ceteri coævi ſui, tum pro Wiborada ſua ſchnlis inhæſerat; quas tamen tandem relinquens, ſuique juris in poſſeſſinnibus factus Auguſtæ, ubi canonicus ab infantia erat, io virtutum exem-

C plis chariſſimus, Gallom ſuum crebro viſitabat, fratres ſuos conſcriptos ter in anno ipſe miniſter paverat. *Sunt quædam alia apud laudatum ſcriptorem de laudibus* S. Udalrici; *verum cum ad tempora educationis ejus non ſpectent, & miraculis potius accenſeri ipſius debeant, opportunius illa differemus in aliud tempus, quo paullo poſt de pluribus aliis miraculis erit agendum.*

§. II. S. Udalrici epiſcopatus; ſcripta; epiſtola perperam ipſi attributa; inſtrumentum de reſtituta monaſterio Campidonenſi libertate eligendi abbatem; monachalis habitus; tempus vitæ ac mortis.

a ſuffrag. Udalricus

DEceſſorem in epiſcopatu *Auguſtano* S. Udalricus *habuit Hiltinum, poſt cujus obitum (qui contigit, poſtquam annos epiſcopatui quindecim, non tamen integros, præfuiſſet, non autem quindecim menſibus ſolummodo, ſicut erronee tradidit Bruſchius in Catalogo Epiſcoporum Auguſtanorum, qui habetur in epitome magni Operis de omnibus Germaniæ epiſcopatibus, tom. 1. pag. 134.) poſt cujus, inquam, obitum Sanctus noſter ad Auguſtanas infulas evectus eſt, quas non tantum annis, ſed meritis & virtutibus implevit. Geſtare eas primo cœpit anno 923.* machinatione, *ut narrat auctor antiquæ vitæ*, nepotis ſui Burchardi Ducis, & aliorum propinquorum ſuorum Heinrico Regi commendatus, *& ab eodem promotus, uti habes cap. 1. Fuiſſe hunc Burchardum, ſecundum Suevie Ducem, e vita ereptum anno 926. habetur ex Hermanno Contracto. Quo autem cognationis gradu attigerit* S. Udalricum, *fatetur Velſerus nondum ſe cognoſcere potuiſſe. Nec vero tanti eſt, id impenſius indagare.*

D

16 *Scribis Contractus apud Canifium, fuiſſe Antiſtitem noſtrum ordinatum anno 924. quem etiam admittere debet Mabilio; cum mortuum aſſerat Hiltinum,* S. Udalrici *in epiſcopatu, ut diximus, anteceſſorem, anno eodem 924. At exiguum hoc unius anni diſcrimen non difficulter intelligi poteſt ex eo, quod habet Bruſchius in Catalogo ſupra nominato, ſic ſcribens:* Eodem anno (DCCCCXXIII.) v. Kal. Januarii epiſcopus creatus eſt. Quo fit, ut eum nnonulli ad annum DCCCCXXIV. referaot. *Hinc ſane arguitur parachroniſmi Urſpergenſis, dum refert* S. Udalricum *ſucceſſiſſe Hiltino, non anno 923. aut per modicam prolepſin, 924. ſed anno 925. quod neutiquam admitti poſſe ut verum, ſatis probatur ex dictis. Interim obſervat Baillet, conſecrationem Sancti noſtri contigiſſe, feſto ſanctorum Innocentium incidente in diem Martis, præter uſitatiorem Eccleſiæ morem, quæ ſolet Epiſcopos ordinare diebus Dominicis.*

& quando ad epiſcopatum promotus ſit

E

17 *De ſcriptis quibuſdam, Præſuli noſtro attribui ſolitis, nihil invenias præter incertas conjecturas. In his occurrit* ſermo Synodalis, parochianis presbyteris in ſynodis enunciandus. *Velſerus eum* S. Udalrico *adſcribit, hac ductus ratione, quod pleræque interrogationes, quas* S. Udalricus *in hujuſmodi proponere ſolebat (de quo Auctor antiquæ vitæ cap. 4. videri poteſt) prædicti ſermonis interrogationibus reſpondeant. Præterea, quia conveniunt locus & tempus. Sermo prædictus a laudato Velſero ad Binium, Conciliorum editorem miſſus, ac ſecundæ eorumdem editioni ab ipſo inſertus legitur tom. 9. a col. 803. cui ſubnectitur jam memorata viri clariſſimi conjectura col. 806. Interim valeat conjectura illa, quantum poteſt, numquam tamen eſt plus habitura ponderis, quam quantum ſolet ineſſe opinationibus dubiis atque incertis. Nam, ut ſolerter obſervat Mabilio,* dici poteſt id genus interrogationum capitula ab Udalrico accepta fuiſſe ex vulgari formula ſermonis, qui in hujuſmodi Synodis haberi ſolebat. Et certe idem ſermn, paucis immutatis, Lenni PP. IV. adſcribitur in tomn 8. Conciliorum col. 35. Similis eſt item Raiherii ſermo ſynodicus in Spicilegii tom. 2. pag. 256. *Ita ille. Quibus patet incertum fieri ſuperioris inſtrumenti auctorem. Alium, eumque certiorem, ſancti Epiſcopi noſtri ad populum ſermonem exhibet caput quintum antiquæ vitæ.*

ſcripta

F

18 *Scriptis, quæ* S. Udalrici *nomine circumferuntur, homines, neſcio qui, verecres ſane ac veritatis inimici, accenſent impuram, ut vocat Velſerus in præfatione ad Sancti vitam*, neſcio

inter quæ non eſt epiſtola,

cujus

A cujus nebulonis epiſtolam, Udalrici aliquando nomine venditatam: *quæ adeo placere viſa ſunt Novatoribus, ut, teſte Mabilione*, auctoritatem ei conciliare conati ſint, ex Æneæ Sylvii apologia ad Mayerum, *quaſi vero ſcripſerit, Nicolaum Pontificem, ab* Udalrico *reprehenſum de concubinis. Sed apage commentum: cum epiſtola illa Nicolao Pontifici inſcripta ſit, nulluſque id nominis Pontifex Romanus* S. Udalrici *tempore vixerit. Non utique Nicolaus primus, plus quam viginti annis mortuus, antequam* Udalricus *ſit natus; nec ſecundus; cum pontificatum inierit annis plus octoginta poſt ejus mortem.*

quæ ad Nicolaum P.T. ſcripta dicitur

19 *Ad Æneam Sylvium reſpondet Volferus, vacillare eam lectionem, neque omnium codicum fidem hæc verba tueri, cum abſint ab editione Romana anni* 1584. *Adde, quod veruſtiſſimus vitæ ſcriptor nullam prætenſæ reprehenſionis mentionem faciat, adeoque in nullo ſolido teſtimonio antiquitatis ſcriptio hæc, de qua quærimus, fundari poſſit. Ceterum non ignoro, ſæpe laudatum Volferum afferre congruentias aliquot, quibus tamquam veriſimile ſuaderi utcumque poſſe arbitratur, hanc reprehenſionem ab* Udalrico *factam eſſe Joanni XII. eoque ſpectare verba Æneæ, ſiquidem is ea umquam ſcripſerit.*

B

20 *Abſolutiſſimum ac perfectiſſimum extitiſſe Præſulum exemplar* S. Udalricum, *apertius conſtat e vita, quam ut pluribus hic prædicari debeat; quæ ſpirat locis variis vigilantiam ſingularem ac vere paſtoralem, reverentiam erga Chriſti Vicarium, amorem erga pauperes, arctiſſimam victus ac veſtitus rationem, contemptum ſui; conſtantiam rebus adverſis ſolide probatam; ædificata ac reſtaurata loca pia, cumulatos in religioſos viros ac feminas propenſa voluntate favores. Atque ultimum hoc punctum egregie illuſtrari poteſt, præter illa, quæ habemus in Vita, ex charta, edita a Mabilione, qua Campidonenſi monaſterio reſtitutis Præſul noſter libertatem eligendi abbatem, in hæc verba*: Omnibus ſpem vitæ gerentibus, & adhuc in poſterum naſcentibus, notum ſit, quod, primo Ottone principatum regni procurante, ſanctiſſimæ memoriæ Vodalricus, Auguſtenſis civitatis Epiſcopus, Campidonenſis monaſterii ovile de manu prædicti Principis ſuſcepit, & ad ipſum, non avaritiæ vel auſteritatis cauſa, ſed pro augendo S. Mariæ ſervitio, paterna proviſione procuravit. Per id tempus duobus electis fratribus, in eodem monaſterio militantibus, Vir venerabilis ſui laboris pondus commendans, Moyſen legiferum vatem imitatus eſt, qui frequentia populi fatigatus, Aaron & Hur adjutorio ſublevatus.

inſtrumentum, quo monaſterio Campidonenſi reddituv libertas eligendi abb.

C

21 In eadem vice S. Vodalricus unum, nomen habentem Liuterich, infra clauſtrum fratribus Deo ſervientibus decanum & magiſtrum fieri deſtinabat. Alterum, Irminhart vocatum, in præpoſitura ſecularis negotii deſudare præcipiebat. Huic Irminbardo, in exterioribus rebus prudenter converſanti, & dignis meritis ſuis bonam famam in contiguis partibus & in Regis foribus promerenti, placuit aliquod remedium ſuæ animæ præpararet, & ut in honore Dei baſilicam fundotenus conſtrueret. Quam ut mente diſpoſuit, Dei adjutorio, & optimi Epiſcopi conſilio, operis expletiones perpetravit, & hanc ipſam eccleſiam, in pomerio Fratrum honorifice conſtructam, Deo dignus Vodalricus Epiſcopus in honore ſanctæ Crucis & S. Heraſmi & S. Nicolai Confeſſoris, VII. Idus Maii dedicavit, & coram multitudine Cleri & populi, epiſcopali ſententia decrevit, ut unus ex fratribus, qui in regulari vita, morum excellentia dignus fuiſſet, eamdem eccleſiam quotidiano obſequio provideret, & quotidie ſui videlicet Epiſcopi annonam de cellario fratrum pleniter acciperet; dedicatoque altari Vir ſanctus, omni pietate circumſeptus, in legitimam dotem unum manſum in Ivoningevve, & dimidium in Lietenbere, & tertiam partem in Heimirtingen donans; & adhuc ex tali paupertate eccleſiam non poſſe procurari exiſtimans, unum mancipium, quod vocabatur Modelbreth, cum novali, quod primus ex viridi ſylva in nomine Cnhieboz cœpit, adjuncta manſa Salechonis advocati, in hoc altari contradidit. Dehinc ſacerdotali veſte indutus, coram populo publice dixit: Si qua perſona huic eccleſiæ vel altari aliquid horum, quæ dedimus, abſtrahat, huic æternæ vitæ januam intrare non liceat, & ab hac luce ſequeſtretur, quam in conſpectu Dei omnis juſtus feliciter contuetur.

bona pro ſuſtentatione collata,

D

22 *Quæres, an, quam certo patet ex iis, quæ diximus paragrapho proxime antegreſſo*, S. Udalricum *non fuiſſe monachum ante epiſcopatum, tam ſolide probari poſſit, talem numquam extitiſſe, poſteaquam ad regimen cathedræ epiſcopalis erat evectus? Priuſquam ad quæſtionem reſpondeam, quædam cenſeo præmittenda. Scimus ipſum, jam Epiſcopum, veſte monaſtica uſum fuiſſe, & ſervata proportione ad epiſcopalem ſtatum & dignitatem, fuiſſe addictum regulæ S. Benedicti, cujus rudimenta in monaſterio S. Galli hauſerat. Audiatur antiquus auctor vitæ, ſic loquens cap.* 2. *num.* 17. Semper cuti ſuæ laneum apponens veſtimentum, & regulam ſequens monachorum. *Addit alius vitæ ſcriptor, nomine Berno, eum ſe* nimia macerationе caſtigaſſe, ita ut carnem non manducaret, *conſentiente antiquæ vitæ auctore, ipſum* multis temporibus carne abſtinuiſſe. *Artam ſilentii nocturni legem, quam ſuis præſcribus S. Benedictus, accurate eum obſervaſſe tempore Quadrageſimæ, tradit Vitæ antiquæ Auctor cap.* 3. *his verbis*: Cibo vero conſumpto & omnibus cum eo commorantibus lætificatis; congruo tempore completorium recitavit, inſuper aliis orationibus peractis, ſecreta cubiculi cum ſilentio repetivit, & omne colloquium, niſi cum Deo & Sanctis ejus, uſque ad alterius diei primam peractam, omnino devitavit. Hoc modo dies Quadrageſimæ explevit, uſque in diem indulgentiæ, quem dicunt Paſcha palmarum.

eſſumen habitus monachalis.

E

cujus profeſſionem numquam emiſit,

23 *Ad hæc, cum oneris epiſcopalis ſarcinam conſtituiſſet transferre in nepotem ſuum Adalberonem, ad devexiſſimæ ætatis tempora deductus*, Epiſcopus indumento, more monachorum formato, induebatur, quorum antea regulam multimodis virtutibus ſequi contueverat, *prout legitur in Vita, cap.* 9. *num.* 67. *Unde colligas, ſanctum Auſtiſtitem noſtrum, raro ſane exemplo, in vita ſeculari, victu, veſtituque ac ardenti perfectionis deſiderio, vitæ monaſticæ ideam expreſſiſſe, tametſi numquam emiſerit monaſticam profeſſionem, ut conſtat ex Gerardi capellani ejus verbis num.* 68. *juſſi exponere in Synodo Ingelheymenſi conſilium Epiſcopi ſui de capeſſendo religioſo inſtituto*: Excellentiſſimi, *inquit*, imperatores, & religioſiſſimi Antiſtites, deſiderium Domini mei eſt relinquere ſeculum, & ſecundum regulam S. Benedicti ſanctam inire vitam, & in contemplativa vita diem exſpectare obitus ſui. In indumento habitus exterioris pote-

F

A fis pro certo cognoſcere voluntatem animi interioris.

AUCT. J. P.

24 *Refragari Patres huic petitioni, conſuerunt, pergendum eſſe ſancto Epiſcopo in priore vitæ inſtituto; atque adeo, eum in geſtamine habitus Benedictini ad mortem uſque perſeveraſſe perſpicimus. Ideo Mabilio poſt Carolum Stengelium accenſet illum Sanctis Benedictinis in Actis ejuſdem ordinis, qui ultimus in Imaginibus Sanctorum Ordinis S. Benedicti cum eorumdem elogiis, notat ſanctum Præſulem noſtrum*, non immerito inter Benedictinos numerari, cum non ſolum in monaſterio educatus fuerit, verum etiam regulam S. Benedicti in epiſcopatu obſervaverit & habitum portaverit; licet profeſſionem, ab Ingelheimenſi Epiſcoporum conſilio prohibitus, non emiſerit.

refragatur ſynodo Ingelheimenſi.

Vita ibrevis potatis.

25 *Hactenus dictis attexo chronotaxin, a Velſero editam, vitaque Udalricianæ præmiſſam, in qua præcipua ſanctiſſimi Viri geſta annis quæque ſuis affixa exhibentur.* Adalberone, Auguſtæ Vindelicorum epiſcopo, anno DCCCXC. Udalricus natus. Puer in monaſterio S. Galli eruditus eſt. Anno DCCCXCIX. Ludovicus Arnulfi filius Rex. Anno . . . . . Udalricus, Adalberonis Epiſcopi Camerarius factus. Anno DCCCCIX. Romam adiit, Marinum poſtea Pontificem convenit. Eo anno Adalbero Auguſtanus Ep. obiit, Hiltinus ſucceſſit. Anno DCCCCXII. Conradus Rex. Anno DCCCCXIX. Henricus Auceps Rex. Anno DCCCCXXIII. Hiltino mortuo, Udalricus Auguſtæ Epiſcopus ſuffectus, V. Kal. Januarii ordinatus eſt. Anno DCCCCXXXVI. Otto Magnus Rex & Imperator. Anno DCCCCXLVIII. Ingelheimenſis ſynodus, cui Udalricus interfuit. Anno DCCCCLIII. Menchingæ obſeſſus eſt. Anno DCCCCLIV. pacem inter Ottonem & Luitolfum filium conciliavit. Anno DCCCCLV. affuit prælio, quo Ungari IV. Id. Aug. internecione cæſi. Anno . . . . . Romam iterum adiens, ab Alberico honorifice acceptus eſt. Anno DCCCCLXXI. denuo Romam adiit. Rediens Ottonem Ravennæ convenit. Adalbero ex ſorore nepos, ſucceſſor illi deſtinatus eſt. Anno DCCCCLXXII. Synodus Ingelheimenſis, Adalberonis cauſa circa Autumnum. Anno DCCCCLXXIII. Adalbero circa Paſcha obiit. Eo anno, Ottone Magno Non. Maii mortuo, ſucceſſit Otto ſecundus Imperator. Eodem anno Udalricus, ætatis LXXXIII. ordinationis L. IV. Non. Julii obiit. Anno DCCCCXCIII. a Joanne XV. Pontifice in Sanctorum numerum relatus eſt. *Hactenus de geſtis tempore vitæ* S. Udalrici, *nunc prævia commentationis filum proſequentes, ad ea, quæ poſt obitum ejus contigerunt, illuſtranda progrediamur.*

B

C

§. III. Sancti cultus Auguſtæ Vindelicorum, alio deinde propagatus; annuntiationes in Martyrologiis; bulla canonizationis, quæ putatur omnium prima.

Primus Sancti cultus, Auguſtæ Vindelicorum inchoatus,

UBI primum e vita exceſſerat S. Udalricus, *ſingularem apud cives Auguſtanos, alioquo, ad quos Viri fama manaverat, ſanctitatis odorem reliquiſſe, ſanctumque dictum ac creditum fuiſſe, partim liquet e ſcriptoribus Vitæ, de quibus infra; partim e teſtimonio aliorum Auctorum. Hartmannus, ſcriptor ſynchronus, in Actis S. Wiborade, tom. 1. Maii, ac dein a Mabillone editus, eum* Sanctum *vocat, Ditmarus, anno* MXVIII. *mortuus, adeoque ſubæqualis*, ſanctum patrem Othalricum *nominat lib. 1. & lib. 3. dicitur* Otheltricus gemma ſacerdotum. *Tam magna vel a primo ad meliorem vitam ingreſſu ſanctitatis ejus exiſtimatio mortalium animis inſedit; quæ haud dubie non mediocriter conduxit ad ſolennem ei decernendum cultum auctoritate Apoſtolica, premis poſt mortem ejus annis, id eſt vigeſimo nondum expleto, ut mox videbimus. Jam vero Ludolfum Epiſcopum, qui Pontificis Romani juſſu corpus* S. Udalrici *tumulo extulerat, oratorium in ejus honorem conſtruxiſſe, refert Mabillo ex Chronographo Magdeburgenſi. Atque hæc fuerunt cultus* S. Udalrici *primordia, ad quorum majorem commendationem, cenſet idem Auctor obſervatione non indignum, quod Gregorius Papa VII. Henrico, Aquileienſi Epiſcopo, qui antea canonicus Auguſtanus fuerat, uſum pallii concedat, præter alias* in feſtivitatibus beati Udalrici, Confeſſoris Chriſti atque Pontificis, & beatæ Afræ Martyris, *extans librum 6. ep. 38.*

D

E

alio [illegible] tranſiit.

27 *Quid? Quod* S. Udalrici *memoria adeo in benedictione fuerit apud Auguſtanos, ut eccleſia & monaſterio ſtudiose perſtigni, antegreſſis temporibus ſolo S. Afræ Virginis & Martyris nomine appellari conſueto, honoris gratia & primo quidem loco adjectum ſit nomen ſancti Præſulis, & modo nuncupetur* SS. Udalrici & Afræ, *ob ejus in eo loco ſepulturam & venerationem, Nec prætermittendum, publicis Auguſtanæ Reſp. ſuffragiis ſanctum Antiſtitem in patronum civitatis eſſe adlectum. Ad hæc, cultus ejus facer, ad alios orbis tractus, Auguſtæ Vindelicorum primo inchoatus, exinde diffuſius propagatus pertranſiit. Huc facit id, quod in rem noſtram Juſtus Locatelli S. I. in litteris*, IX. *Decembris anno* 1690. *Tergeſto datis*, in diœceſi Aquileienſi celebrari (S. Udalrici) feſtum die IV. Julii ſub ritu ſemiduplici. *Deinde pergit in hæc verba*: Prope Tergeſtum exiſtit parochia in pago Dolina, cujus eccleſia dedicata eſt S. Udalrico, qui invocatur a febricitantibus, non abſque evidenti ope & auxilio: qua de cauſa plurimi fideles & maxime febri laborantes, eo peregrinationes inſtituunt, factaque vota ibi perſolvunt.

F

olim ad Belgas.

28 *Quin etiam publica* S. Udalrici *veneratio ſuum quoque apud Belgas locum invenit, teſte Othone Zylio noſtro, ita ad Bollandum ſcribente*: Eſt duobus circiter milliaribus a Bruxella pagus, S. Ulrix capelle (*id eſt* capella S. Ulrici,) ibi S. Ulricus colitur XIV. Octobris, Epiſcopus Auguſtanus, in Vitis Sanctorum IV. Julii, MDCV. III. Maii Illuſtriſſimus Matthias Hovius, Archiepiſcopus Mechlinienſis, novam medietatem eccleſiæ parochialis Capellæ S. Ulrici cum ſummo altari in honorem S. Udalrici conſecravit. Ita annotavit tum paſtor loci D. Marcus Barlotius, alias Beaufort. Qui nupe eſt paſtor, & ædituus, examinati a me, nil præterea norunt.

Quid Martyrologia?

29 *Non ſert animus omnes verbatim recenſere Martyrologiorum annuntiationes. Sufficerit digito eas monſtraſſe. Romanum ſic habet*: Auguſtæ in Rhætia S. Udalrici epiſcopi, miræ abſtinentiæ, largitatis & vigilantiæ ac miraculorum gratia illuſtris. *Agit de eodem Baronius in Notis, extans Bedam & Adonem (auctos). Martenius & Du-*

A *Durandus in Anecdotis ſuis tom. 3. col. 1606. referunt antiquum Kalendarium ex Ms. Lyrenſis monaſterii, in quo ad IV. Non. Julii legitur commemoratio* S. Odalrici Epiſcopi. *Præterea referunt illum codices Florentini, Belinus, Grevenus, Molanus die IV. Junii; quorum duo ultimi eum etiam habent die IV. Julii; quo die illum quoque memorant varii alii codices, qui commemorantur in Auctariis ad Uſuardum; non ita pridem editum; Catalogus Sanctorum Ferrarii pag. 816. Appendix ad Martyrologium Adonis IV. Julii; Acta noſtra die ſecunda Junii ex* Ms. Leodienſi S. Laurentii, & Ms. Floratio; *Beckius in ſuo Kalendario; denique Martyrologia Rachenovienſe & Auguſtanum in tomo noſtro ſeptimo Junii edita. Mirum, quod in codice Roſweydi locus depoſitionis ponatur Conſtantiæ pro Auguſta Vindelicorum.*

Ab bulla canonizationis S. Udalrici

30 *Pervulgata res eſt, non abſtinuiſſe a primordiis naſcentis Eccleſiæ illum morem, qui jam dudum in uſu eſt, annumerandi homines, cum opinione ſanctitatis mortuos, catalogo Sanctorum ea forma, ſolemnitate, atque aliis adjunctis, quæ nunc longa præparatione, rigoroſo examine, accuratione ſumma ac delectu in canonizationibus Sanctorum tam quoad indagandas virtutes, quam diſcutienda miracula, adhiberi videmus. Multum quippe olim hic valebat fama publica, vox populi, judicium Epiſcoporum. Prius enimvero indubitata fidei monumentum, de ſolenni per Romanum Pontificem canonizatione, non videtur poſſe aſſignari, quam diploma Joannis XV. qui in frequenti plurium Epiſcoporum conventu, Liutolfo Epiſcopo Auguſtano oratore, rem illam proponente,* Udalricum, *ejuſdem Liutolfi in epiſcopatu Auguſtano deceſſorem, Sanctorum faſtis ſolenniter adſcripſit ann. 993. Qua vero forma negotium hoc fuerit actum, perſpacies ex litteris Joannis jam dicti, quas mox integras producemus. Proinde publici hujus ritus primordia ad finem ſeculi decimi referenda arbitramur; donec aut diploma, aut litteræ, aut aliud inſtrumentum alicunde eruatur, quod contra ſuadeat.*

B

Fuerit ante illa prima, ea S. Swiberti,

31 *Lege quidem, Bellarminum alioſque ſolennem canonizationis ritum ad anteriora tempora referre, nimirum ad pontificatum Leonis III. qui traditur ſanctorum cœtus annumeraſſe S. Swibertum Epiſcopum. Opinio hæc nititur duabus litteris, apud Surium impreſſis; unis quidem Rixfridi, Trajectenſis ad Rhenum Epiſcopi, datis ad Ludgerum Monaſterienſem; quibus petit,* ut modum & ordinem elevationis & canonizationis *iſtius ſcriptis mandet; aliis vero ipſius Ludgeri, petitionem exſequentis. Verum utraſque baſce litteras, tamquam commentitias, jam pridem rejiciendas probarunt Majores noſtri in comm. prav. vitæ S. Ludgeri tom. 3. Martii p. 638. a quibus deinde gradum faciunt ad demonſtranda alia in canonizatione S. Swiberti figmenta. Præceſſerat Chriſtophorus Browerus in notis ad vitam S. Ludgeri, ſecutuſque deinde Mabilio in Actis Bened. ſec. 3. par. 1. pag. 343. & rurſum in Præfatione ad ſec. 5. Act. Bened. pag. 67. Non majoris momenti eſſe videtur S. Albani Martyris canonizatio, de qua legatur apud Spelmannum tom. 1. Concil. pag. 290. hic textus è Reſidentiario, ut appellatur, codice Ms. Cicestrenſis eccleſiæ:* Anno Domini DCCCXCIV. ſic ſcriptum de denariis S. Petri reperitur: Offa Rex Merciorum pro impetranda canonizatione S. Albani Martyris, Romam adiens tempore Adriani Papæ I. &c. *Nam diu ante illud tempus hunc ſanctum Chriſti martyrem cultum fuiſſe, teſtantur Acta Martyris, ex Hiſtoria Bedæ lib. 1. cap. 6. & 7.*

C

D

AUCT. J. P.

32 *Ceterum locus, quem ſibi objicit Mabilio in ſupradicta Præfatione, deſumptus ex libro Matthæi Pariſii, de Vita Offæ ſecundi, non difficulter ab eodem Mabilione ſolvitur ex eo, quod* Offa dicatur conveniſſe Pontificem, non ad S. Albanum inter Sanctos referendum, ſed *ad* CANONIZANDUM ET PRIVILEGIANDUM *ejus monaſterium* AUCTORITATE ROMANI *Pontificis. Arctius ſtringere videtur locus ejuſdem Pariſii, qui inſertus eſt Analectis de S. Albano tom. 4. Junii, pag. 161. his verbis:* Offa igitur Rex piiſſimus... Romam tandem perveniens... Adriano ſummo Pontifici, ſui cauſam adventus explicans, & de loco ſimul & beato Albano canonizando & magnificando, cœnobioque conſtituendo, devote preces porrigens, petitioni ſuæ Romanam de facili curiam inclinavit. *Sed tanta non apparet allati loci auctoritas, ut commovere nos debeat ad deſiſtendum a priore ſententia. Nam ut nihil dicam de latiore verbi canonizandi ſignificatu, in quo fortaſſis ſuam hoc vocem accipi voluit Pariſius; cum idem auctor tot ſeculis diſtet a re, quam narrat, utpote qui floruerit dumtaxat medio circiter ſeculo decimo tertio, quærere merito poſſumus, quo ex fonte hauſerit ſuam illam de tam præpropera S. Albani canonizatione mentionem? Cur nullum citet vetus inſtrumentum? Cur nullum proferat auctorem antiquiorem. Omnia iſta, ad faciendam fidem, hic in Pariſio deficiunt; omnia inveniuntur in canonizatione ſolenni* S. Udalrici: *non mirum itaque hanc nos præ illa tamquam veram, indubitatam, atque omnium primam amplecti,*

E

S. Albani,

non B. Othmari primævia?

33 *Fatetur quidem Mabilio in memorata Præfatione, vera propius accedere id, quod Ekkehardus de beato Othmaro abbate ſcribit, eum* auctoritate Romani Pontificis in ſanctum levarum fuiſſe. *Sed aliud eſt, levari a Pontifice, ut ſanctum; aliud, ut ſanctum ſolenniter canonizari. Et ſane laudatus Mabilio recte colligit,* hunc auctorem habita ratione ſui temporis, nimirum ſeculi XI. quo Romani Pontificis ſuffragium in levandis Sanctorum corporibus requiri ſolebat, locutum fuiſſe; *& reddit hanc rationem,* quod Ilo monachus, hujus elevationis oculatus & accuratus ſcriptor, eam a Salomone Conſtantienſi Epiſcopo factam memoret, nulla Romani Pontificis mentione facta. *Denique volens præterea Mabilio teſtimonium Egilwaldi monachi de tranſlatione Sancti Burchardi Epiſcopi Herbipolenſis, ab Hugone Epiſcopo facta cum conſenſu Benedicti VI. & Imperatoris;* quoniam, *inquit,* non ad canonizationem, ſed ad tranſlationem proprie pertinet. *Maneat itaque id, quod probandum ſuſceperam, primum hunc honorem, quo ſedis Apoſtolicæ auctoritate Sancti, ut tales, denuntiari ſolent, obtigiſſe* S. Udalrico. *Quod haud dubie uſus Liutolfus prædictus Romæ apud Pontificem & ſacrum Collegium, ut Sancti Epiſcopi cultus, quem ipſe in ſola Auguſtana eccleſia inſtituere poterat, &, ſicut euſtimo, ibidem ſummopere promoverat, auctoritate ſummi Pontificis latius propagaretur. Notavit etiam Caſtellanus in additionibus & correctionibus ſuis ad Martyrologium Romanum pag. 916.* Udalricum *fuiſſe primum, qui in Sanctorum ordinem relatus ſit. Nunc accipe Bullam ſæpe dictæ canonizationis, ad*

F

fidem

A AUCT. J. P. Bulle

fidem Ms. exempli reſtitutam, atque a Velſero & Surio, deinde a Mabillone editam.

34 Joannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbatibus in Gallia & Germania commorantibus, ſalutem in Domino, ac Apoſtolicam benedictionem. Cum conventus eſſet ſactus in palatio Lateranenſi pridie Kal. Februar. reſidente Joanne ſanctiſſimo Papa cum Epiſcopis & presbyteris, adſtantibus Diaconibus & cuncto clero, ſurgens Reverendiſſimus Luitolfus, Auguſtæ Epiſcopus, inquit: Domine, ſanctiſſime Præſul, ſi vobis placet, & omnibus Epiſcopis & presbyteris, hic reſidentibus, libellus, quem præ manibus habeo, coram vobis legatur, de vita & miraculis venerabilis Udalrici, ſanctæ Eccleſiæ dudum Epiſcopi, & quid libitum vobis fuerit, decernatur, quia Spiritus ſancti teſtatur præſentia & congregatio ſacerdotum, certum eſſe, quod legimus: quia nec poteſt veritas noſtra mentiri, cujus in Evangelio iſta ſententia eſt: Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine

B *authentica* meo, ibi & ego in medio eorum.

35 Quod cum ita ſit; nam oec huic tam brevi numero Spiritus ſanctus deeſt, quanto magis eum nunc intereſſe credamus, quando in unum convenit turba Sanctorum: ſanctum namque eſt pro debita veneratione collegium. Cumque perlecta eſſet vita prædicti ſanctiſſimi Epiſcopi, ventum eſt ad miracula, quæ ſive in corpore, ſive extra eorpus geſta ſunt, videlicet cæcos illuminaſſe, dæmones ab obſeſſis corporibus effugaſſe, paralyticos curaſſe, & quam plurima alia ſigna geſſiſſe, quæ nequaquam calamo & atramento illuſtrata ſunt. Quæ omnia lepida ſatis urbanitate expolita recepimus, & communi conſilio decrevimus memoriam illius, id eſt ſancti Udalrici Epiſcopi, & affectu piiſſimo & devotione fideliſſima venerandam: quoniam ſic adoramus & colimus reliquias Martyrum & Confeſſorum, ut eum, cujus Martyres & Confeſſores ſunt, adoremus; honoramus ſervos, ot honor redundet in Dominum; qui dixit: Qui vos receipit, me recipit; ac perinde nos, qui fiduciam noſtræ juſtitiæ non habemus, illorum

C precibus & meritis apud clementiſſimum Deum jugiter adjuvemur.

36 Quia divina ſalnberrima præcepta & ſanctorum canonum ac venerabilium Patrum inſtabant efficaciter documenta omnium eccleſiarum Dei pio conſiderationis intuitu, imo apoſtolici moderaminis anniſu, utilitatum commoditatem, atque firmitatis perficere integritatem, quatenus memoria Udalrici jam præſati venerabilis Epiſcopi, divino cultui dicata exiſtat, & in laudibus Dei diutiſſime perſolvendis ſemper valeat proficere. Si quis interea, quod non credimus, temerario auſu contra ea, quæ ab hac noſtra auctoritate pie ac firmiter per hoc privilegiom conſtituta ſuot, contraire tentaverit; vel hæc, quæ a nobis ad laudem Dei, pro reverentia jam dicti Epiſcopi ſtatuta ſunt, refragari; aut in quoquam tranſgredi; ſciat, ſe auctoritate B. Petri, Principis Apoſtolorum, cujus vel immeriti vices agimus, anathematis vinculo innodatum.

pro ſalnum cultu S. Udalrici pro ſervor.

37 At vero, qui pio intuitu obſervator extiterit, benedictionis gratiam a miſericordiſſimo Domioo Deo noſtro multipliciter conſequatur & æternæ vitæ particeps efficiatur. D

Scriptum eſt per manum Stephani notarii regionarii & ſcriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Februario, indictione VI. anno DCCCCXCIII. Ego Joannes, ſanctæ Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus, huic decreto, a nobis promulgato, conſenſi & ſubſcripſi. Joannes, Epiſcopus ſanctæ Anagninæ eccleſiæ, conſenſi. Benedictus, Epiſcopus ſanctæ Pipernienſis eccleſiæ, conſenſi. Dominicus, Epiſcopus ſanctæ Ferentinæ eccleſiæ, conſenſi. Creſcentius, Epiſcopus ſanctæ Sylvæ candidæ eccleſiæ, conſenſi. Anniſo, Epiſcopus ſanctæ Cerenſis eccleſiæ, conſenſi. Bonizo, Archipresbyter & Cardinalis S. Luciæ conſenſi. Benedictus, Preshyter & Cardinalis S. Stephani, conſenſi. Leo, Presbyter & Cardinalis S. Nerei, conſenſi. Joaones, Presbyter & Cardioalis S. Damaſi, conſenſi. Leo, Preshyter & Cardinalis S. Sixti, conſenſi. Joannes, Presbyter & Cardinalis ſanctorum Apoſtolorum, conſenſi. Joannes, Presbyter & Car- E dioalis ſanctorum quatuor Coronatorum, conſenſi. Joannes, Presbyter & Cardinalis S. Clementis, conſenſi. Creſcentius, Presbyter & Cardinalis S. Calixti, conſenſi. Benedictus, Archidiaconus. Joannes, Diaconus & oblatiooarius. Benedictus, Diaconus. Joannes, Diaconus. Hi omnes conſenſerunt & ſubſcripſerunt. Data III. Kal. Februarii, per manum Joanois Epiſcopi S. Nepeſinæ eccleſiæ, & bibliothecarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ. Anno Pontificatus Domini noſtri Joannis ſaoctiſſimi XV. Papæ octavo menſe dicto, & Iodictione VI. *Hactenus Bulla; in qua pro* III. Kal. *legerim* III. Nonas; *niſi malis eupungere numerum* III. *& Kalendas tantum legere; utroque enim modo dies datæ Bullæ conciliari poterit, cum die inchoati conventus pro Bulla; qui in principio Bullæ dicitur habitus* Pridie Kalendas Februarias, *Nunc viſum inſigniora quædam ſancti Præſulis noſtri elogia ſubnectere.*

§. IV. Inſigniora quædam S. Udalrici elogia & miracula. F

Qualitas elogii

E*Legans imprimis in laudem* S. Udalrici *elogium concinnavit Gaſpar Bruſchius, poeta laureatus ſic enuntians in catalogo Epiſcoporum Auguſtanorum:* S. Udalricus patre Hugobaldo, Comite Kiburgenſi ac Dillingenſi, matre vero Gerbirga (alii Dietbergam vocant) Comitiſſa Veringenſi, editus. In monaſterio Sangallenſi ab eximiæ doctrinæ & ſapientiæ monacho quodam Wanningo, liberaliter com in Grammaticis, tum in ſacris litteris inſtitutus eſt. Poſtea S. Adalbero, Epiſcopo Auguſtano commendatus, illi a legationibus & conſiliis fuit, a quo Romam aliquando ad Pontificem Maximum Marinum miſſus, ita Pontifici ſapientia, doctrina & virtus ejus placuit, ut ſtatim eum Adalbero Epiſcopo vellet in gubernatione epiſcopatus ſuccedere; quem honorem ſumma humilitate deprecatus eſt. Domum reverſus, apud parentes pie vixit; donec anno Domini DCCCCXXIII. ab Imperatore Henrico Aucupe, Auguſtanæ urbis conſtitueretur Epiſcopus. Ibi ſapienter, pie, fideliter ac utiliſſime præfuit annis pene quinquaginta.

39 Hen-

A *S. Udalricus honorat Bruſchium.*

39 Henrico Aucupi in Imperatorem electo, oppoſuit ſeſe Arnoldus quidam, ſeditiosus Bavarorum Dux. Hunc ad pacem & publicam tranquillitatem conſervandam exhortatus eſt S. Ulricus, qui viſionem viderat, in qua oſtenderat Deus S. Ulrico, Arnoldum Ducem, armatum quidem, ſed ita, ut gladio deeſſet capulus: quo ſignificatum eſt, non geſturum eum gladium, hoc eſt, imperialem dignitatem, quam ambiret & ſeditioſe appeteret. Anno DCCCCLIV. adfuit Imperatori Ottoni magno, pugnanti contra Hunnos, qui jam totam Bavariam incendiis ac rapinis vaſtarant. Horum innumeræ copiæ, feliciter prope Auguſtam ab Ottone Magno cæſæ ac profligatæ ſunt. In hac pugna amiſit S. Ulricus fratrem, Theobaldum, aliis Reginobaldum dictum, Comitem Dilingenſem, ſtrenuum bellatorem: cujus filium Richovinum Imperator Otto feudis ejuſdem comitatus Dillingenſis inveſtivit. Poſtea S. Ulricus urbem Auguſtanam ampliavit, includena mœnibus templum

B S. Afræ, miſere vaſtatum ab Hunnis, quod ipſe eleganter inſtauravit, & in eo ſibi vivus adhuc ſepulturam elegit. Id templum hodie S. Ulrici templum appellant, quod in ſummitate urbis eſt longe maximum & auguſtiſſimum.

40 Ædificavit eo loco, ubi cæſi eſſent ab Ottone Magno Hunni, in perpetuam ejus victoriæ memoriam, monialium cœnobium S. Stephani, cujus loci abbatiſſam primam conſtituit cognatam ſuam, Dominam Eleyſiniam Comitiſſam Dillingenſem, pudiciſſimam ac boneſtiſſimam puellam. Appellavit hoc monaſterium, S. Stephani cœnobium, quod Regem Hunnorum captum, eo loco, ſacro baptiſmate abluiſſet, eumque Stephanum nominaſſet. Conſtruxit idem S. Ulricus S. Joannis etiam baſilicam. Obiit plenus dierum anno ætatis ſuæ LXXXIII. V. (IV.) Julii, anni a nato Chriſto, humani generis Redemptore, DCCCLXXIII. quo anno Otto etiam Magnus ex hac vita emigraſſe legitur in Memlebenio, Thuringiæ cœnobio, ad Unſterum amnem ſito. Sepelitur honorifice a S. Wolffgango Epiſcopo Ratiſponenſi, agnato ſuo, in S. Afræ,

C a ſe poſtea cognominato templo. Præfuit aliquando Uttenburrbano etiam cœnobio. *Obſervat Velſerus in notis ad vitam S. Udalrici Bruſchium ſcribere, monaſterium S. Stephani, de quo ſupra*, circa an. DCCCCLXVI. *conditum fuiſſe; ſed iuepte addere*, Stephanum Ungarorum Regem, ibi a S. Udalrico baptizatum. *Plane iuepte id dicit Bruſchius. Stephanus quippe Rex Hungariæ, non niſi poſt mortem S. Udalrici fidem catholicam amplexus eſt.*

Stengelius, 41 *Carolus Stengelius in imaginibus Sanctorum Ordinis S. Benedicti, paucioribus noſtri Epiſcopi adornavit elogium, ſic ſcribens:* S. Udalricus nobili loco natus, ab ineunte ætate pie inſtitutus, in omni vita Chriſtianis virtutibus præluxit. Puer ab omni intemperantia refugit: habitu, inceſſu, & vultu morum gravitatem præ ſe tulit. Adulta jam ætate in cœnobio S. Galli religioſis monachis in diſciplinam traditus, cum in litteris, tum eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudiis mirifice profecit. Virtutum igitur progreſſionibus cum in dies majorem laudem collegiſſet, tandem Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus creatur. Qua adminiſtratione ſuſcepta, totus in id incubuit, ut, quem beatus Paulus Epiſcopum expreſſit, illum vitæ exemplis, caſtiſſima religione, divinæ pietatis officiis, omnique epiſcopali ſanctitate perpetuo imitaretur. Abſtinentia enim magna fuit & admirabili; carnibus non veſcebatur, bum cubabat, vili ſtramento ſubjecto: erga omnes hoſpitalitate ac liberalitate uſus, tum erga pauperes imprimis, quos in menſa convivas ſemper adhibuit. Religionis cauſa aliquoties ad limina Apoſtolorum Romam peregrinatus eſt. His aliiſque religioſe ſanctec; factis, ac miraculis præterea multis, quibus illius ſanctitatem notam Deus eſſe voluit, tertium & octuageſimum annum agens, ad præmium abiit in cœlum die IV. Nonas Julii anno Chriſti DCCCLXXIII. Anno ante obitum XVIII. prælio interfuit, quo Otto Magnus Imperator Hungaros, qui Auguſtam obſidione cinxerant, internecione cecidit; quo tempore Udalricus inter medios telorum jactus, ſacerdotali ſtola tectus volitabat, & Crucem ſibi divinitus miſſam ab Angelo accepit. *Quid de Cruce per Angelum, ut præſenditur, ad S. Udalricum delata ſentiamus, dicetur poſtea in paragrapho 6.*

D AUCT. J. P.

42 *Suam quoque in laudes* S. Udalrici *ſymbolam contulere Bucelinus in Menologio Benedictino; Velſerus;* E *Gbinius in Canonicorum Natalibus, & Marcus Velſerus, ita in ſuo Præmio alloquens Clerum Auguſtanum:* Eccleſia veſtra, *inquit*, antiquiſſima temporibus Martyrum ſanguine, quæ Dei bonitas, fundata & conſecrata, multos deinde Epiſcopos tulit, exemplum fidelium in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Quos cum religioſe vivos venerata, tum vita functorum nominis memoriam ſacraſque corporis reliquias, pie aſſervatas, eximio cultu eſt proſecuta. Unus autem præ ceteris Udalricus, natus ante annos abhinc amplius ſeptingentos, ita eminuit, ut ceterorum famam haud equidem fregiſſe, magnis tamen poſt ſe ſpatiis reliquiſſe videri poſſit, apud Auguſtanos præcipue, ſed & apud reliquas Chriſtiani orbis gentes univerſas. Auguſtani profecto a multis retro ſeculis, ab eo fere tempore, quo is rebus humanis exemptus eſt, honorem illi, qui homini, cœleſtium religioni conſecrato, ſummus haberi poteſt, impertiti ſunt. Nam civitatia

F Patronum publico conſenſu appellavere. Quo in conſilio, quam illuſtres cautas ſecuti fuerint, nihil attinet hoc loco differere. Iſtæ, quæ præ manibus ſunt, commentationes explicabunt. De me habeo dicere, me, qui Auguſtanus ſum, & fama tanti Viri & boneſtiſſimo Patroni titulo excitatum motumque eſſe, ut in ejus hiſtoriam mihi diligentius cenſuerim inquirendum.

Tritbemius 43 *Tritbemius omnibus bis ſancti Epiſcopi noſtri encomiaſtis præluxerat, paucis verbis multa complexus in Chronico Hirſaugienſi ad annum 914.* Hiltine Auguſtenſis Epiſcopus moritur, cui S. Udalricus in pontificatu ſuccedens, præfuit annis ferme L. vir æterna memoria dignus, qui multis & in vita & poſt mortem miraculis clarus effulſit, Deo per omnia charus, cujus geſta in uno volumine conſcripta pleniſſime habentur.

Conradus, 44. *Jam vero ingens ſe aperit campus excurrendi in laudem* S. Udalrici *per commemorationem miraculorum, quæ alibnde eruta huc congeſſi; poſt vitam daturus alia plurima, quæ continuata ſerie a Velſero & Surio edita ſunt. Fuit olim monachus quidam ad S. Afram ſeu ad* S. Udalricum *Auguſtæ Vindelicorum, nomine Udalſchalcus, quem Mabilio ejuſdem loci abbatem poſtea fuiſſe ab anno* MCXXVI. *ad* MCXLVIII. *refert*

A AUCT. J. P. *refert in obſervationibus præviis ad Vitam* S. Udalrici, *Bruſchio de Monaſt. Germaniæ pag.* 137. *verſa ejus obitum ad ann.* 1151. *extendente. Udalſchalcus ille ſcripſit librum de diſſidio inter Hermannum Epiſcopum Auguſt. & Egmonem Abbatem S.* Udalrici *exorto, in tom.* 2. *Canſiſii editum, ubi inter alia, quæ narrat, quædam* S. Udalrici *miracula commemorat, quibus interfuiſſe ſe ſignificat, quæ huc transfero:* Turbis aliquando ad feſtum patroni noſtri S. Udalrici undique verſum confluentibus, quidam homo, novem jam annis & dimidio ita contractus, ut plantis pedum nitibus velut innatis videretur, aſello vectus advenit. Cujus etiam aſini dorſo digiti pedum feſſoris impreſſi cernebantur, ut quantum vitium naturæ dominaretur humanæ, & ex animalis vulnere, contra naturam ſcilicet inflicto, colligatur.

ad tumbam S. Udalrici 45 Hic, nobis Miſſarum ſolemnia ad altare S. Udalrici celebrantibus, manibus reptans & genibus, ad ſepulcrum B. Afræ pervenit, ibique ipe aliquantula ſanitatis, ut poſtea ipſe retulit, orationem fudit. Interim animo occurrit, artus jam diu contractos velle diſtendere, maxime, B cum gravius, quam ſolebant, cœpiſſent dolere. Tota ergo nitens virtute, plantas vix modicum è carnium cavernis potuit removere. Nervi vero ſe paulatim extendentes, crepitare audiebantur; ita ut cremium ariditſimum confringi putaretur. Tum ipſo, præ dolore nimium vociferante, a populo irruente ſuſtollitur, & ad tumbam S. Udalrici defertur; ubi cum diutius ſine voce & motu jacuiſſet, ſubito pectus cœpit intumeſcere, ita ut cuncta corporis interiora ibi timerentur erumpere,

ſanatus. 46 Quapropter cunctis adſtantibus, animæ egreſſum præſtolantibus, ſæpe dictus pater monaſterii (Egino abbas,) ſalviæ ſolio muti linguæ ſuppoſito, interrogat quomodo valeat. Bene, inquit, Domine, bene; ſi tantum curam habebitis de me. Exinde Pater accepit eum in ſua. Nondum ſeptem diebus completis, clero & populo convenientibus, erucem iſte, tam diu vermis & non homo, per medium civitatis portabat; cunctiſque Deum magno cum tripudio glorificantibus, quia perfectæ ſanitati redditus C eſſet, ſaltibus lætitiæ demonſtrabat.

Puella ſeptennis. 47 Puella quoque ſeptennis, ex utero matris clauda, parentibus comitantibus, ad eumdem perducitur locum; de quo etſi plura mira & huic ætati inſolita, idoneis atteſtantibus perſonis cognoviſſemus; nos tamen ea tantum, quæ vidimus, ſubnotare curavimus. Cum eſſet, ut dictum eſt, debilis & imbecillo corpuſculo, auſteriori maxime veſcebatur cibo, pro magnis deputans deliciis, ſi quando refeciebatur ovorum edulio vel lactis. Jeſu nomen in ore jugiter volvebat, angelico potius quam humano vultu reſplendebat. Ultra omne deſiderium quotidie dominicum delectabatur percipere Sacramentum, cui & quanta reverentia ſeu lacrymarum compunctione approximabat, inſpicientium crebrius conſcientiam judicabat, perſonas hominum juxta vitæ meritum penſabat, dum quoſdam lihenter adſpiciebat, a quibuſdam obtutum, tamquam nequitia reverberatum, avertebat. Nobis vero, cur hoc faceret percontantibus, ac Domini, cum publicanis & peccatoribus manducantis exemplum proponentibus; Ipſum, inquit, Deum teſtor, non cauſa deſpectionis me hoc agere, ſed timoris; quod etiam D rivus iſte mei prodit ſudoris.

arcana cordium noſtrorum, 48 Siquidem, ut unum ex plurimis dicamus, duos forte ſupervenientes aſpiciens clericos, unum alloquitur, alterum abominatur. A circumſtantibus rogatur, ut & alterum intueatur: Ecce, inquit, annuo veſtræ precationi; ſed vos, ainabo, huic meæ parcite afflictioni. Facies enim pallebat, ſudor per totum corpuſculum decurrebat. Nos quaſi pœnitentia ducti, triſtabamur quidem in doloris compaſſione, ſed lætabamur in dubiæ rei comprobatione. Vigilantius autem de clericorum ſciſcitantes converſatinne, veraciter didicimus, eumdem, quem puella deteſtabatur, monachum fuiſſe, ſed habitum clerici, potiori abjecto, induiſſe. Sed ne aliquis objiciat, hanc illos prius cognoviſſe, ideoque in utriuſque penſatione nihil miraculi extitiſſe; exceptis veris, ut oſtenſum eſt, indiciis, quæ fidem dare poterant dictis, plurimorum occultiora detegebat peccata, quæ nonnumquam per confitentes vere ſibi probavimus revelata.

miraculum ab infirmitate curatæ vel ſtatura ſ. 49 Hæc, dum in eccleſia noctes ac dies pene, orationum inſtantia continuaret, quadam die veſpertina hora reptando circa memoriam E B. Udalrici ad altare uſque provolvitur: cujus pallam cum geniculans tetigiſſet, repente locus, quo hærebat, movetur, ita ut puella acriusaberetur. Ad cujus erectionem circumſtantes accurrunt, claudam ex more ſeſſum componunt. Tum illa: Statuite, ioquit, me ſuper pedes meos, quia Dominus direxit greſſus meos. Illis hoc non ſine admiratione facientibus, &, ne caderet, adhuc retinentibus, relictis omnibus progreditur, & quaſi alienis pedibus nutando primum abutitur, ſed in brevi tota natura reſtituitur. Nec mora, in turbas rapitur, &, ſicut eſt humana curioſitas, hilarior, cujus hane domus promeretur. Comitatur epulas laſcivia, hauriuntur innocentis auribus vaniloquia, attrahitur ſcurrilitate puericia, minuitur boni ſpecie gratia: Deo tamen propitio, dolore corripitur acerrimo, attenuatoque diuturna caſtigatione corpuſculo, in Domini confeſſione a preſenti nequam eripitur ſeculo. F

uxi etiam cæca, 50 Mulier quædam Auguſtenſis, non ignota civis, nebula obducitur cæcitatis, octo & eo amplius, viſu privatur annis. Quæ dum ſolito ad B. Udalrici ſepulcrum quodam die humili proſterneretur ſupplicatione, ſubito totam clamore replevit baſilicam, invitans omnes ad redditam ſibi lucis gratiam. Fama univerſam convocat civitatem, Domini laudantem ſuper tam evidenti miraculo pietatem.

& mutus; 51 Pater idem, cui noſter ſervit ſtylus, teſtatur, ſe quemdam mutum vidiſſe ad ſæpe dicti S. Udalrici mauſoleum conſediſſe, cui repente ſolutis linguæ vinculis, loquendi ſit reſtituta facultas per indicium currentis ex ore ſanguinis.

mutus alter & ſurdus, 52 *Habemus Ms. a P. Joanne Gamanſio tranſmiſſum, plurium miraculorum collectionem complexum, quorum alia apud Velſerum & Surium edita exſtant, tametſi non eodem ordine, quo in dicto Ms. leguntur; alia ibidem deſiderantur, quæ ideirco hic recenſebo.* Talibus ac tantis miraculorum præconiis ubique divulgatis, quidam homines de oppido Mennichingen nuncupato, ſobolem ſuam, officio linguæ carentem, &

auditu

A auditu privatam, debilemque pedibus, & ut breviter innoteſcat, qua nihil umquam miſerius in hac vita extitit, ad memoriam B. Udalrici deducunt; ſenſum enim amiſerat, quando eclipſis ſolis facta eſt, timore perterritus, & in ea calamitate duodecimum agebat annum. Hunc itaque, tam mirabiliter occulto Dei judicio flagellatum, parentes ipſius, ut dictum eſt, advehunt, ſcientes neminem eſſe, cui tam glorioſius ſacerdos apud Deum non poſſit propitiari. Poteſt utique, ſed plerumque non vult; quia dubia fides quærentium id non meretur. Iſti vero in corde ſuo nil hæſitantes, egenum juxta ſepulcrum S. Viri collocant, ſuæ gratiæ, ſuæ poteſtati, ſuo demum medicamini illum dantes. Igitur finitis Matutinorum officiis, qui mutus & ſurdus fuerat, balbutit; ac (propere) aſſiſtentes rogat, ut erigatur: quibus annuentibus, conſiderarunt incolumem, nec ſui auxilio egentem, ac in uno homine quatuor miracula ſimul perpetrata mirantur.

debilis & cæcus a nativitate,

B 53 Fit in populo ingens exultatio, voces exſolluntur in exceſſo; jamque ad matrjeem eccleſiam ire diſponunt, miris miranda ſuccedunt: ſiquidem benigniſſimus Athleta Dei, qui ſemper plenus erat miſericordiæ operibus, deſiderium ipſorum clementer reſpiciſt, & eos quaſi ex voto remunerans, quemdam de Iningen, ob pedum debilitatem ſcabellis reptantem, ſanitati reſtituit, ac cæcum a nativitate, clarum obtutibus concedit. Sic intercedente ipſo, tres homines per ſanctæ Trinitatis efficaciam ſoluti, cum magno plebis tripudio, ad eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis feſtinant, & gratiarum actiones reddunt ei, a quo, & ex quo, & per quem omnia; qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

mutus;

54 Jacebat Auguſtæ in porticu ſanctæ Dei Genitricis quædam paupercula, jam per annos XIII. curva, cui, miſerante Deo, puer quidam eleemoſynam apportabat. Hæc animadvertens turbas cum Dei laudibus adventantes, ob gratiam curationum in eccleſia B. Udalrici exuberantes, rogat prætereuntes propter Dei miſericordiam, ſe illuc deferri. Adſunt protinus, qui miſeræ annuunt precibus; nec differt almificus Confeſſor, & egenorum non tardus adjutor, & ſibi oblatam reſtituit.

pede & brachio aridis laborans;

C 55 Non impari officio prælibatus Antiſtes quemdam ſui ac B. Afræ familiarem conſolatur. Is enim unicum filium, brachium habentem aridum pedemque curvum, ſuæ potentiæ ſalutis illico advexit; &, quod merebatur fides ejus, illico obtinuit, quia eum, cui frequenter condoluit, in propria ſanum recepit.

pueri, quibus digiti contorti, & manus aridæ;

56 Venerunt duo pueri ad memoriam ſæpe dicendi Patris, cum parentibus ac reliqua populi multitudine. Si quidem uni eorum digiti in volam contorti in dies augebant dolorem, Alteri ambæ manus aridæ nullum prorſus uſum accommodabant; & dum eo loci divinam gratiam præſtolantur, per ejus interventum, cui nihil jam apud Deum creditur impoſſibile, ab omni liberantur incommodo.

mutus & claudus.

57 Vir quidam de Amlingen habebat in proprio domate, quod erat etiam miſeriam videre, filium mutum & uxorem claudam. Rogo, quid iſte poſſidebat, niſi laborem & dolorem? Dum enim illis neceſſaria cum labore impendit, & tamen cruciatum eorum per ſingulos dies cum labore perpendit, duplici atteritur mœſtitia. Sed Deus, cui Propheta loquitur in D
pſalmo: Vides, quoniam tu laborem & dolo- AUCT.
rem conſideras. Et item: Tibi derelictus eſt J. P.
pauper, clementer eum ab hiſce eripere (voluit) ærumnis. Igitur dum exorat B. Udalricum, opem ut ferat egenis, inter Miſſarum ſolennia ſolvitur vinculum linguæ filii, & uxoris greſſus redintegratur.

Curantur claudi,

58 Catervatim per ſingulos dies, eccleſiam S. Udalrici populorum turmis adeuntibus, homines variis languoribus detenti, pariter cum illis inferuntur. Inter hos quidam ægrotus, viribus corporis omnino deſtitutus, cum duobus claudis, quorum unus in cellula bajulatur; alter, ubicumque greſſum figit; nec non & duæ mulieres a primordio nativitatis ſuæ recto inceſſu carentes, gratia recuperandæ ſanitatis intromittuntur. Et hi omnes in ſpiritu humilitatis & corde contrito juxta ſepulcrum B. Udalrici excubantes, una eadem die medelam percipiunt, & in propria cum gaudio revertuntur.

cæci a nativitate,

59 Quidam a nativitate præſentis ſeculi orbatus lumine, ad ſepulcrum B. Udalrici deliguerat, ex intimo corde depoſcens, ſe adjuvari. Cui venerandus Pontifex ſolita ejus clementia apud Deum non dedignatur ſuffragari. Etenim dum aliquamdiu orat, aperiuntur oculi ejus, & mundum, quem numquam viderat, miratur; mirat,r denique ſemetipſum, & laudat ac glorificat eum, qui flagellat; & poſt flagellum multipliciter conſolatur. E

contracti.

60 Fuerat in civitate Auguſta prope eccleſiam S. Stephani protomartyris quædam mulier, cui nervi contracti in cruribus iter negabant penitus. Scabellis tamen hic uſurpatis per brachia ferebatur. Ad eccleſiam ergo B. Udalrici, tempore, quo potuit, devenit, præſtolans gratiam, quam multis impertitur. Nec multo poſt nervi contracti in cruribus ſolvuntur, ac mulier ſuper pedes conſtitit ac domi incolumis reddita eſt.

claudus,

61 Inter ceteras hominum multitudines, claudus quidam aderat, utroque pede debilis, opem divinæ miſericordiæ expectans. At ubi venit tempus miſerendi ejus, patrocinante B. Udalrico, exiliit ſanus, & in laudes Domini noſtri Jeſu Chriſti prorupit. F

duæ mulieres energumenæ.

62 Mira & ſtupenda ſunt hæc, quæ narramus, & ne cui videantur incredibilia, rogamus. Siquidem profeſſionem noſtram non decet mentiri; nec ſani fuiſſet capitis, voluiſſe in hoc Sanctos habere propitios, ſi prædicaſſemus de ipſis, quæ veritati fuerant contraria. Igitur una dierum illorum, quando ad ſepulcrum B. Udalrici tantæ virtutes factæ ſunt, duæ mulieres, a ſpiritibus immundis afflictæ, ultra ſolitum confuſæ, clamoribus eccleſiam repetebant. Unde colligi poterat, quod ipſarum redemptio inſtabat. Etenim turbis attentius orationi vacantibus, ſonitus, qualem ſupra deſignavimus, duabus vicibus circa laquearia templi exoritur, & mulieres a maligno poſſeſſæ eripiuntur. Interea talis timor ac tremor omnes in eccleſia conſiſtentes obtinuit, ut dictu ſit incredibile. Porro extra eccleſiam manentibus mirabile viſum eſt prodigium. Cernebant itaque ſuper tumbam Confeſſoris Chriſti, quaſi circulum apertum, circulum videlicet rubei & poſtmodum erocei coloris, & diluculo aquilam magnarum alarum

A rum in partes orientis properantem. Sed quid
AUCT. hoc fuerit, nobis non licet diffinire. Vide-
J. P. rint ipſi, qui merita B. Udalrici vilipendunt, quantum apud Deum habeatur, cujus cineribus talis honor cœlitus defertur. *Hactenus dictum noſtrum Ms. cujus ſeriem in ſequenti paragrapho pluribus proſequemur.*

§. V. Continuata quorumdam miraculorum proſecutio.

Manus aridæ,

NON eſt præterendum, quod quidam negotiator de Motingen unicam filiam, manum habentem aridam, illuc advexit. Sed ad ſepulcrum B. Udalrici, quod eſt in choro ſitum, præ turba pervenire non potuit. Quid faceret, anxia mente quærebat. Tandem appropinquans ad altare B. Andreæ Apoſtoli, quod eſt ante ciborium, inter gradus conſtitutum, filiæ manum impoſuit altari; & quoniam fidem Centurionis habebat evangelici, ubique Deum eſſe præſentem, hoc meretur munus fidei; quod & per merita B. Andreæ Apoſtoli & B. Udalrici,
B quorum alter (ſpectatus) alter quæſitus eſt, in re manus filiæ proprio reſtauratur uſu.

tres cæcæ,

64 Libet etiam huic operi inſerere, quod trea mulieres nihil videntes penitus, illo deducuntur, ſperantes & ſibi B. Udalrici miſericordiam affuturam: nec fides eas feſellit, ſed votis compotes efficit. Dum enim orationi diligenter inſiſtunt, adeſt cæleſtis medicus, qui ſolo nutu curat omnia, & viſum illum reddit, qui juſta ſua diſpenſationa, quando voluit, abſtulit.

puer cæcus,

65 Puer quidam cæcus ex utero matris ſuæ, de pago Elterhuſen ad monaſterium B. Udalrici devenit, parentibus eum illuc deducentibus. Ubi dum aliquamdin precibus immoratus, qui exaudit gementem, & coronat ſperantem, donat ei lumine oculorum lumen hujus ſeculi contemplari.

mutus,

66 Noverunt quam plures quemdam virum de Gutzburg, nullam facultatem loquendi habentem, ſed nutu, quæ opus erant, prout poterat, exigentem. Hic ad eccleſiam B. Udalrici, in qua tantæ ſanitates infirmis præſtantur, convolat, ſperans & ſe divina ope non fraudari. Verum, qui prope eſt omnibus ſe invocan-
C tibus in veritate, extemplo aperit os muti & linguam in ſaucibus conſtrictam, obtinentibus id ipſum meritis beatiſſimi Præſulis Udalrici.

ſurdi & claudi,

67 Sequenti die, quidam puer, nec non & alii tres infirmi, ſenſu & auditu privati, & ex eo, quo lucis hujus ortum ingreſſi ſunt, claudicantes, juxta ſepulcrum beati Viri collocantur: qui omnes integerrimæ ſanitati eadem die reſtituuntur. Benedictus Deus, qui facit mirabilia ſolus: ſolus namque in eis, & per eos, vel propter eos operatur, qui ſuam voluntatem exequuntur, ſicut ſcriptum eſt; Quia gloria virtutis eorum tu es. *Proxime in Ms. noſtro ſequitur liberatio mulieris, a dæmone infeſſæ. Verum cum ea recurrat inferius in appendice de inventione & tranſlatione corporis* S. Udalrici, *ac nonnullis ejuſdem miraculis, neceſſe fuit illam hic ſupprimere. Nunc denuo pergamus cum ſæpe dicto Ms.*

puer mutus,

68 Puer quidam de Purchain, a nativitate officio linguæ privatus, cum parentibus gratiam B. Udalrici ſumma devotione requirit, & veniens juxta mauſoleum ipſius, miſericordiam expetit, quam multis jam largiter præbuerat. Igitur orante ipſo, non motu labiorum vel D linguæ, ſed cordis intentione, affectum precum ſuarum conſequitur, dum lingua ejus, interventu B. Udalrici, in laudem Domini noſtri referatur, magnumque parentibus exinde gaudium generatur.

arreptitia, liberatur;

69 Circa tumulum venerandi Patris credi non poteſt quanti infirmi, quanti præcipue energumeni jacuerint, ut aliquod ſuæ miſeriæ remedium conſequi poſſent. Ex illis ergo quædam mulier arreptitia, dum prolixæ orationi ferventiua intenderet, ſopore deprimitur, cruorque è naribus prorupit. Ille igitur ab initio homicida oſtendit ſe eſſe, qui primo ſuaſit terram fraterno ſanguine pollui: neque enim hic ſine ſanguinis effuſione a plaſmate Dei receſſit. Evigilans autem mulier, clamare nititur, ſed vox ejus quodam ſecreto dolore intercipitur. Accurrunt igitur turbæ, jamque morituram æſtimant; ſed ſubito per merita B. Udalrici ab omni moleſtia corporis & animæ liberatam conſpiciunt. Mirantur itaque potentiam Confeſſoris beatiſſimi, quam ſpecialiter adverſus immundos ſpiritus exer- E
cet; quoniam & ipſi meritis ejus ſe vehementer affligi proclamant. Iſtum credimus & ſperamus noſtris ſubvenire animabus contra ſpirituales nequitias, cum corruptibile hoc carnis depoſuerimus indumentum. Verum, ut talis noſtra ſpes augeatur, aliquid de hujuſmodi rebus breviter intimare curabimus. *Narratio in Ms. noſtro ſubſequitur de quodam dæmoniaco, quæ refertur in memorata appendice num.* 10. *Quare eam hoc loco omittimus, ad alia Ms. noſtri facta tranſilientes.*

vel etiam alia a dæmone arrepti,

70 Si univerſa velim ſtylo perſtringere, quæ per merita B. Udalrici frequenter Dominus operatur, nimietas forte pareret faſtidium: quia numquam deerit copia narrandi; ſemper enim illius ſepulcrum novis mirabilibus fœcundatur, nec deeſt gratiæ impertitor, ſi adeſt inquiſitor in veritate. Illa ergo tantum, quæ videntur in publico celebrari, poſteritati commendanda ſunt, ne, ut diximus, offenſam tædii incurramus. Mercatoris cujuſdam filia da Mindelburch, ſubito a dæmone arrepta, F
miſerabiliter cœpit torqueri. Adjuratur ergo dæmon a ſacerdotibus, ut a puella recedat; ſed ille negat ſe egreſſurum, niſi ad imperium beatiſſimi Udalrici. Quo audito, parentes omnem deponunt mœrorem, & ad nomen tanti Confeſſoris animo hilareſcunt. Aſſumentes autem ſecum ſacerdotes viros æque religioſos, filiam ſuam ad ſepulcrum B. Udalrici deducunt, ubi dum vota ſua reddunt, malignus ſpiritus conturbat puellam, & excuſſam de manibus tenentium eam a loco ſepulcri quaſi ultra tres paſſus projicit. Porro qui aderant, validiori conamine attrahunt renitentem, & juxta ſepulcrum, ut pridem, exponunt. Jam interim fratres cœnobii S. Afræ veſpertinam ſynaxin agebant, atque patrocinia B. Nicolai invocabant, cujus feſtum celebrabant. Malignus ergo ſpiritus, diras voces emittens, & miro modo caput puellæ in ſinum torquens, miſerum intuentibus fecit ſpectaculum, ſicque receſſit ab ea. Finito deinde officio veſpertino, prædicti fratres pro ereptione illius unanimiter Deo laudes concinunt. Sed & populares concentus matricem eccleſiam cum

ipſa

A ipſa adeunt, laudantes eum, cujus laus eſt in eccleſia Sanctorum, & hoc in congregatione juſtorum.

debilis in genibus, 71 Quidam de Mandichingeo, debilis io genibus & ad corpus S. Udalrici devectus, relictis ibi fuſteotaculis, remedium ibi ſalutis accepit.

paralyticus, 72 Miles quidam de Noricorum regione paralyticus, io curru adductus aote gradus eccleſiæ S. Udalrici & S. Afræ, & inde ad corpus Sancti Udalrici deportatus, voto peracto, & oratiooe facta, repoſitus in currum, dum tranſiiſſet pontem Lyci, ſanitati eſt reſtitutus.

cæcus, 73 In feſto omnium Sanctorum, quidam coriarius in valle Auguſtæ civitatis & cæcus, a ductore filio ſuo, in ſepulcrum beatiſſimi confeſſoris, ipſo obnixe poſtulante, & ſpem multam habente, intromiſſus, lumen recepit.

hæmorrhoiſſa, 74 Quædam mulier juxta urbis portam manens, & fluxum ſanguinis irremediabiliter ſuſtinens, ad corpus S. Udalrici deportata, voto peracto, ſalutis remedium conſecuta eſt.

B *gravitor infirmi, ſe. ſiſtuntur.* 75 Quædam mulier urbana Auguſtæ civitatis cœpit gravi iofirmitate laborare, unde votum fecit, memoriam S. Udalrici ſingulis diebus ſe per aooum quæſituram, & dum eſſet io itinere, ſenſit remedium. Quam cum cœpiſſet laboris tædere, votum neglexit; ſed infirmitate iterum in ea graſſante, pœnitentia ducta, ſalvata eſt. *Hic finis eſt miraculorum, in ſepe nominato Ms. contentorum, quibus ibidem ſubnectuntur nonnulla, quæ huc non ſpectant, de ſtructura, prædiis emptis ac redemptis ab abbate monaſterii* S. Udalrici *Auguſtæ Vindelicorum, &c. Tranſcribo exordium, ex quo fortaſſe non incongrue colligas utcunque antiquitatem noſtri Ms. & conſequenter etiam miraculorum.*

Ita Ms. hæc miracula complano. 76 Interea Manigoldus Abbas, qui jam fenio defectus erat, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, & prior cœnobii Hainricus, loco ejus ſubrogatur. Iſte, qui a pueritia religionem, commodum & honorem ſummopere loci dilexit, toto conamine & totis viribus operam dedit, ut ad priorem, immo ad meliorem ſtatum C locus ipſe reformaretur. *Bruſchius in Monaſt. Germ. pag.* 138. *obitum Manigoldi, vel, ut ipſe ſcribit, Menigoldi, ſignat anno* 1188. *cui eodem anno ſubſtitutum dicit Henricum tertium, vita functum anno* 1195.

Capella S. Udalrici 77 *Inter alia de* S. Udalrico *Mſs. quæ habemus, unum ad manum eſt, a pluries laudato Gamanſio deſcriptum, huc miſſum, & hoc titulo notatum:* Aliqua miracula S. Udalrici, quæ in vita ejus non habeotur; habentur autem in diverſis maouſcriptis. *Origo quoque dicti Ms. adſcribitur in margine his verbis:* Ex antiquo Ms. codice bibliothecæ SS. Udalrici & Aſræ, Auguſtæ in 4. corio albo, aſſere ... litt. U. n. 76. aut 66. tit. Speculum paſtorum. *Ibidem igitur ſic legitur:* Io comitatu Tyrolis, juxta fluvium, qui Athaſis dicitur, non longe a civitate Boſano, eſt quoddam caſtrum ſortiſſimum, quod Firmion vocatur. In eodem vero caſtro capella eſt admodum parva & antiqua, dedicata io honore S. Udalrici, Epiſcopi Auguſtani, in quo fertur, ipſum quadam vice, dum ad viſitandum limina Apoſtolorum Romam pergeret, celebraſſe. Et in ſignum bujus rei adhuc ſervatur ibidem caſula antiqua, & calix argenteus in magna reverentia, cum quo idem Pontifex divina celebravit. Eſt etiam hominibus febricitantibus, ut moris eſt io illis partibus, laudabilis conſuetudo ex illo calice bibere, in honore S. Udalrici. Et quia Deus non derelinquit ſperaotes in ſuum Confeſſorem, ſæpiſſime ei per merita ipſius a Domino miſericordiam conſequuntur. D AUCT. J. P.

divinitus deſtrui prohibet. 78 Quodam vero tempore, cum Sigiſmundus, Archidux Auſtriæ, caſtrum illud de novo renovare propoſuiſſet, & jam iſtud muris & turribus ſortiſſimis circumdediſſet, capellamque ſancti Præſulis, quæ ieorſum in caſtro ſita eſt, deſtruere, aliamque deorſum in curia Caſtri ædificari decreviſſet, mox viſa ſunt nocturno tempore quaſi luminaria ſuper capellam, ab extra ardentia. Cumque hoc mirabile factum, homines caſtrum inhabitantes, Duci conciti intimaſſent, & ipſe jam hæſitans certificari de ſibi dictis vellet, conſtituit cuſtodes, qui vigilantes rem conſiderarent. Voluit autem ſanctus Pontifex domum ſuam illæſam ſervare: mox iterum atque iterum viſio apparuit. Et E cum jam Dux de hujus rei facto certificatus eſſet, intellexit capellam iſtam minime eſſe deſtruendam, & ſic ipſa uſque hodie illæſa permanſit.

Epiſcopus Auguſtanus 79 *Suum merito hic etiam locum poſtulat aliud notatu dignum & terribile miraculum, deſumptum, ut notatur in margine ejuſdem Ms. noſtri,* ex manuſcripto codice ejuſdem bibliothecæ in fol. litt. ... num. 6. *quod aliquibus reſciſſis, ad præſens inſtitutum non neceſſariis, narrat de Friderico Comite de Zolern, Epiſcopo Auguſtano, quod* volens caſtrum in Dillingen ampliare, ac eidem majorem magnificentiam ac amœnitatem accommodare, omnes officinas, io monte S. Udalrici ſitas, coemit, & uſque ad fundum deſtruens, ſolo coæquavit pro uno ortu * ca- *ſtro tol ſtri, muroque circumdedit. Ubi inter cetera amovenda occurrebat S. Udalrici vetuſta capella, in magoa veneratione per cives habita. Sed timebat S. Udalricum, oe ſibi contingeret, ſicut ſuo anteceſſori Hartwigo, Epiſcopo Auguſtenſi, ut habetur in inventione S. Udalrici. Unde certarum perſonarum perſuaſionibus admonitus deſtitit, ne in ſanctum peccaret Udalricum. Tandem animoſitate concepta, prębendam ejuſdem capellæ ad moniales ibidem tranſtulit, atque capellam deponi & deſtrui mandavit. Sed impune vindictam S. Udalrici noo evaſit, ſicut rei eventus oſtendit, noo ſolum ipſe, ſed etiam qui ſibi dedere conſilium, ac ejus perficieotes mandatum. F

ob deſtructam S. Udalrici capellam puoitur. 80 Nam exiens Dillingen ad nuptias filii ſui fratris, cui copulata fuit filia illuſtris Margravii Paduenſis io Rottenburg, habendas & habitas, & ne quis eum amplius moleſtaret in ſuo propoſito, juſſit magiſtrum fabricæ, eo exeuote, civitatem Dilliogenſem, mox eamdem capellam S. Udalrici deſtruere & amovere, quod & factum fuit. Mirum dictu & terribile! Nam primo, ut murator tectum aſcendit, tegulam primam deſtruens, in terram de ſurſum cadens, mortuus eſt, & ejuſdem Epiſcopi duo conſiliarii non iofirmi, qui ſibi io hac re annuerunt & conſilium dederunt, io quartali anni illius tempore vita defuocti ſunt. Sed & ipſe Epiſcopus Fridericus, ſanus & lætus in civitatem Dillingenſem exiens, vix unum milliare veniens de loco, in tantam devenit debilitatem in campo, ut a ſua familia

A AUCT. J. P. ejus extrema timerentur & deficeret io eorum ſic manibus. Tandem modicum refocillatus, inceptum peregit iter, licet debilis. Nam alias ſemper robuſtus erat natura, cui etiam pro tunc confidebat. Unde peractis nuptiis ad Dilliogam feſtinabat, creſcente continuo infirmitate, lectoque domi incumbeote ſuæ familiæ multum pro eo flenti & dolenti, in hæc dicitur prorupiſſe verba: Nolite flere, dilecti: nam oportet nos omnes mori; ſed & libenter ergo mori volo, ſi Deo omnipotenti placet pro nunc. Spero tamen, quod mea matrona, Mater Dei, non derelinquet ſuum capellanum, cujus res & negotia fideliter egi. Et ſic tandem invalescente infirmitate proviſus rite Sacramentis eccleſiaſticis, diem clauſit extremum, ut eſtimatur, per S. Udalricum puntus in depoſitionem ſuæ antiquæ capellæ. *Addunt dies & annus mortis, nimirum Kal. Martii* 1505. *qui ibidem dicitur fuiſſe* Sabbatum ante Lætare, *vita* 51. *Breuſchius in catalogo Epiſcoporum Auguſtanorum diſſonat in die mortis, & anno ætatis, hunc aſſignans* 55. *illum vero* VIII. *menſis Martii*.

B *S. Udalricus in monaſterio Colonienſi transferibitur.* 81 *Viſum eſt inſuper duo alia miracula hic referre ex alio Ms. quod habemus, ad cujus marginem, manu ejuſdem Gamanſii, annotatum lego:* Sequentia miracula duo etiam alteri codici Ms. lit. u. num. 56. aut 76. in fine adſcripta ſunt & cum eo collata. *Sic itaque ſonat primum.* S. Udalrico viveote, quædam Comitiſſa de Rheno, deſtituta a ſui viri ſolatio (qui quaodo vivebat, alios comites ſibi ſubditos & barones multis turbulentiis offendebat) quam Cæſar tunc vivens opprimebat, auferendo res mobiles cum poſſeſſionibus, deprecabatur S. Udalricum, ut ſecum coram Cæſare appareret, pro ſuis rebus obtinendis. Quam petitionem obtinet apud ſanctum Virum. Sed die præfixa, qua recedere, & die, qua apparere debuerat coram Imperatore, S. Udalricus obliviſcens, quod capellania ſuis duobus, etiam ſanctis viris, dixit: Heu filiis honoribus *, proh dolor! Hodie illa dies, qua cum matrona in Colonia, ſicut diſponendo promiſeram, debeo pervenire. Accelerate filii, aſcendentes curtum, & iſto pergamus in nomine Domini. In momento, divina gratia diſponente, Coloniam pervenerunt: et jam dies inclinata fuerat, ita quod navem, qua tranſire poſſent, non invenirent. Tum ſanctus Epiſcopus, dicens miniſtro vel aurigæ; Tranſi aquam & currum cum equis, in nomine Domini. Qui confiſus, aceſi in plana terra lapidea, populo conſpiciente, pertranſivit, mirantibus omnibus: & Cæſar cum univerſo populo, ad nutum S. Udalrici præfatæ viduæ res eum omnibus poſſeſſionibus perpetuo poſſidendas gratanter donavit: omnibuſque rite peractis, valefaciens omnibus cum benedictione, iterum aquam pertranſiens, multo populo ceruente atque Deum laudante, qui cum ſuis pſallendo viam ſuam perambulavit. *Subdo miraculum ſecundum.*

* ita lego cum in editis Mss.

C *mulieri inuentum.* 82 Venit ad quamdam comitiam (S. Udalricus) & comes illius provinciæ ſibi occurrit; dixit intra ſe: S. Udalricus futura prædicit & omoia ſcit: invitanſque eum eum multa inſtantia, & ſuis precibus annuens, pervenientibus ad menſam cibis & potibus, inter alia fecit introduci ſuam miſeram conjugem, quæ caput mortui hominis, in collo ſuo catena ferrea aſtrictum, gerebat. Et poſita in angulo, panique ordeaceus ſibi datus eſt, & cum canibus cœpit manducare, compulſa magna inedia. Interrogante S. Udalrico, quid hoc eſſet. Comes autem ait; Domine, uxor mea eſt, quam propter ſuſpicionem malam cujuſdam mei militis, cum quo infamata fuerat, ſic per annum jam propter ſuum delictum puniri feci & militem capite plecti. Cum S. Udalricus: Cito fac auferre menſam; non de cetero quidquam comedemus. Die namque, quomodo eas ſimul inveniſti? Cui Comes: Niſi alloquendo. Et Sanctus; Vilne contentari, ſi caput hoc mortui reddet ſe innocentem. Quo laveute, dixit S. Udalricus ſuis presbyteris: Fratres, omnes oremus ad Deum, ut dignetur renovare antiqua ſua miracula ad laudem ſui nominis & populi aſtantis, quorum numerus eccc. virorum. Facta oratione, lingua mortui in capite viva voce loquebatur, dicens; Innocens ego ſum ab omni peccato hujus Dominæ. *ſupplet*

D

83 Ad hæc etiam S. Udalricus: Fac, etiam afferre mortuum corpus; quod allatum de patibulo eſt, ubi fuerat humatum, Poſitum eſt & corpus fœtidum ſuper tabulam, & capite poſito ad pedes ejus (eece res miranda!) revoluto corpore, caput ſe ſuo corpori coadunavit, & poſt breve intervallum, cœpit ſe expurgando reviviſcere, dicens: Domine mi, quam innocenter ob mei culpam puniſti, ſcias eſſe a mei conſortio per omnia illibatam & immaculatam. Qui agens pœnitentiam de omnibus perpetratis commiſſis, conjugem ſuam ad honorem priſtinum & ampliorem mancipavit; mileſque, qui mortuus fuerat, cum B. Udalrico Auguſtam profectus eſt, cui poſt mortem, XXVII. annis apud ſepulcrum devote ac laudabiliter ſervivit. Poſt hæc, vitam finiens, in Domino obdormivit. *mirabiliter declarat.*

E

Noſtrum de duobus ultimis miraculis judicium.

84 *Præclara enimvero ſunt atque illuſtria duo hæc poſtrema miracula, ſed creditu tam difficilia, ut potius in fabulis reponenda ſint multis de cauſis. Deberent ſaltem alicujus antiqui ſcriptoris & noti teſtimonio ſtabiliri, præſertim poſt auctoris ævi & familiaris de iis ſilentium, qui vix mihi apparet iſta potuiſſe ignorare; & ſi non ignoravit, tacitus præterire, attenta tam exacta plurium rerum minoris momenti narratione, qua vitam conſcripſit. Gamanſius in extracto aliquo ex cod. Ms. Auguſtano ad SS. Udalricum & Afram, titulo Miſcellanea varia; lit. z. num. 77. manu F. Leonardi Wirſtlin exarato, adſcripſit hanc notam. Hoc ultimum grande miraculum in Sequentia aliqua memoratur iſtis verbis;* Captum conjugi univit, Quires exhumatus vivit. *Hic* Quires, *videtur poni pro*, Eques,

F

Fabiculum conſervat S. Udalricus.

85 *Recenſeri etiam hic merentur, quæ edita lego apud Goldaſtum, actore* Ekkehardo Juniore, *de quo ſupra, ad poſteros tranſmiſſa.* Eſt non longe a monaſterio (*de monaſterio S. Galli ſermo eſt*) pons altus, ſic quoque vocatus; ſuper præcipitium arduum, alteque profundum, ut videre eſt, ſitus; inevitabilis quidem, Gallum illac petentibus. Ducitur vas vinarium Vodalrici, tunc quidem Epiſcopi, boum paribus copioſis longoque tractu minatis per ipſum pontem illum, ad caritatis fratrum, ipſo jam in loco manente, convivium. Et ecce, horridum dictu, vehiculum illud honeſtiſſimum exorbitans, cecidit, & paria illa ſuper ſe convolvit. Clamatur, vicinæ circumquaque

A que ad auxilium conveniunt, undique integra omnia & ſana invenientes, jumenta proſtrata diſjungunt, acuto ingenio & anxio labore, quia alias noo poterant ad pontem ipſum. Item omnia reportant, Kyrie eleiſon vere cantantes, paucaque jumentis, quia permulta erant, argumenta neſtentes, Epiſcopo, bozanarium ſuum expectanti, deferunt, & integra omnia & ſana oſtendunt. Laudes Deo cum fratribus tandem Vir Dei publice perſolvens, exemplo Benedicti & Mauri, ipſe hoc ſigoum fratrum meritis, ipſi autem impoſſibile illud virtutum ejus poſſibilitati attribuunt.

paralyticū ſanat.

85 Egerat quidem aliquando in loco S. Magni etiam diem ſibi ſemper amabilem, reliquiaſque ejus, ut mos nobis eſt, cappa illa aqualifera indutus, veſpere diei ſancti ipſe domum reportabat: & cum infirmus tunc eſſet, ut ſæpe quidem erat; paralyticus quidam, adjutorio ſuorum in viam ſe, ut ipſe ſuper eum graderetur, proſtraverat. At ille, homini appropians, quaſi de obſtaculo indignatus; Surge, ait, quia & ego pedibus infirmus, progredi ſuper te nequeo. Et ille, tamquam ad increpantis verbum velociſſime ſurgens, incolumis abiit, ſecutuſque fratres ſine ullius adjutorio, S. Magni eccleſiam cum ceteris ſanus introiit. Et Epiſcopus capitio cappæ impoſito, cum anhelus ſtetiſſet, & de via laſſus, audiens ſanitatem hominis, acriter in dicentes invectus, ſuper cancellos tandem innititur, ſignumque tam manifeſtum ab ſe excutiens, S. Magni virtutem, quam in manibus gerebat, hanc eſſe adſtantibus prædicans aſſeruit. Neque tamen ſic eis, ut hominem ab ipſo ſanatum eſſe diſcrederent, perſuadere quidem ullo modo potuit. Hæc de pluribus, quæ apud S. Gallum commanens geſſit, tribus vitæ ejus ſcriptoribus non præjudicantes ſcripſimus. Neque enim miramur eos, cum quibus in ſeculo verſatus eſt, ea, quæ cum ſpiritualibus geſſit, quia minus ſciverant, non ſcripſiſſe; ſed plura eos, quæ de eo concinnantur vulgo & canuntur, tacuiſſe, cum ioſima quædam ejus magna fecerint, etiam miramur.

B

ineaſtioſa quamdam ſuadendam ſtudiit.

C

87 *Poſt hæc, relatis nonnullis, quę ſpectant facta* S. Udalrici *dicta, & obſidionem Auguſtanæ civitatis per Ungros, de qua alias, idem* Ekkehardus *ſic pergit:* Hugo etiam quidam, regii generis homo primarius, propter ſororem Viri Dei virginem ſacram, inceſtu agnitam ab ipſo, quia ſæpe inclinatus eſt, infoleoter ei inimicus quadam die carri vehiculo, ut erat infirmitatis ſuæ, occurrit invecto. Quem cum milites Epiſcopi præceſſores, ut ei non occurreret, præmonerent; Carrucarium, inquit, illum ab itinere meo numquam declinabo. Quod ille a dicentibus poſt audiens; Carrucæ, inquit, vehiculo, ſcitote, filii mei, ipſe plus, quam ego, indigus erit. Nec poſt multum, nocte quadam ſopori ſe tradens, cum evigilaſſet, lumbos, in quibus peccaverat, acerrime dolens, in inferioribus ab illa nocte ita decreverat, ut præter cutem & oſſa gracilia, nihil haberet. Sicque longævitatis tempora, numquam cogi valens, ut pacem a Viro Dei peteret, perduxerat. Ipſa autem ſanctimonialis illa, ſanctorum exemplorum poſtmodum viſa eſt ſemina: quippe quam frater novis ſententiis, dum vixit, annuatim puniverat. Ungris autem a ſe recedentibus cum Buchowam illos, ubi ſoror ipſa erat, parteſque noſtras, ubi Wiboradam matrem ſciebat, invadera velle comperiſſet, oraſſe fertur: Domine mi, ſervam iſtam adhuc impunitam mihi dona, ut gladio non pereat. Sed & illam, gladio ſemper paratam, ut palmam martyrii mereatur, confortans robora. Ceſſam quoque Galli tui integram cum famulantibus pie & miſericors conſerva. Atque ita precibus ejus ſanctis effectum Deus undique dedit. *Haſtenus* Ekkehardus.

D Auct. J. P.

88 *Quibus coronidis loco ſuperaddo miraculum aliud, a Bernardo Hertfelder, libro, cui titulus Baſilica* SS. Udalrici & Afræ *Auguſtæ Vindelicorum, part. 2. pag. 95. expoſitum hoc tenore verborum:* Quodam tempore cum ſanctus Pontifex, cum felicis recordationis Antiſtite Conſtantienſi B. Conrado, die Jovis apud S. Afram cœnaturus conſediſſet, ambo de cœleſtibus rebus continuum habentes ſermonem, corruptibilis immemores cibi, ſpiritu refecti, uſque in ſequentem vi. feriam, divina habuere colloquia, noo appoſitas attendentes carnes. Uode contigit Bajoariæ Ducum bajulum quemdam, ſanctum accedere Virum, eui, abſoluto, pro quo venerat, negotio, abeunti carnis ſruſtum dedit, non advertens ſextæ obſervantiam feriæ. Qui nuntius, Dominum adiens proprium, volens, malitia ſtimulatus, ſanctos diffamare Epiſcopos, quaſi ſexta a carnium eſu feria non abſtinuiſſent; in teſtimonium illico carnis partem, a ſancto Viro acceptam, protulit, & ecce (dictu mirabile!) ſpecies carnis in piſcis ſpeciem eſt cooverſa, temerarii arguens bajuli detractionem, & Sanctorum oſtendens ionocentiam. Qua de cauſa glorioſi effigiei Pontificis, piſcis in perpetuam hujus miraculi memoriam, compingi ſolet. *Ceterum fides miraculi hujus ſit penes auctorem; cum nullam alium auctorem aut vadem producat; neque ullam veſtigium reperiatur in vita S. Conradi apud Surium, ad* xxvi. *Novembris. Poteram huc addi duo alia miracula; veram, ne plus æquo exereſcat oratio, viſum eſt ea differre ad ſuam inventionis ac translationis, de quibus poſtea; quo etiam loco ea Velſerus collocavit. Aliorum interea, quæ in commentario prævio illuſtranda ſuperſunt, filum proſequamur.*

De mutata carne in piſcem.

E

F

§. VI. Reliquiæ, calix, crux S. Udalrici, terra contra glires.

Catalogus

ANtiquus Catalogus *reliquiarum* SS. Udalrici *& Afræ, ex cod. 10. num. 154. in 4. corio ſubrubro, Ms. Germanice ſat nitide, vitam nobis pandit, ad reliquias ſancti Epiſcopi noſtri. Fertur exaratus iſte catalogus vel vivente Petro Cardinali, Epiſcopo Auguſtano circa annum 1470. vel ſaltem non dia poſt ipſius mortem, tempore Sigiſmundi Meiſterlini, cujus Germanica major chronica, eadem manu exarata, traditur. Prætera obſervandum, catalogum hunc eumdem eſſe, qui in reliquiarum oſtenſione prælegi conſuevit; tranſcripta huc eſſe, quæ ad rem noſtram faciunt, omiſſis elogiis, ibidem adſcriptis, atque aliis omnibus, quæ alio ſpectant. Nunc fabulo verba:*

de reliq. S. Udal.

90 *S. Udalrici*, Epiſcopi Aug. corpus & oſſa hic in ſuo choro in ſarcophago recondita, eleganter more veteri gypſo circumdata, ab univerſis ibidem viſitari & honorari ſolita. Ex oſſibus nihil exemptum præter paucos dentes. Item ejus veſtes epiſcopales, dalmatica, tuni-

A Auct. J. P. ca, pallium, ſtola. Item de ejus capillis. Item de ejus ſudario .... quo capite tectus fuit moriens. Item duo pectines, (unus) S. Udalrici, (alter) S. Conradi, Epiſcopi Conſtantienſis; quibus uſi non ad faſtum, ſed celebraturi, ad ornatum & revereotiam divini officii. Item calix argenteus inauratus, cum ipſo in elevatione ejus repertus ..., Ex illo & ſuper hunc ſæpius bibi ſolet in præſervativum plurium miſeriarum: præcipue prægnantes ſeminæ (ex eo bibunt,) ut facilius pariant; vel etiam alias ex hoc calice bibitur, tantum eodem fine, in honorem S. Udalrici: & plura ſuper his inveniuntur miracula, & qui contempſerunt, graviter interdum puniti ſunt. Item ejus poculum ... ex ligno. Item aliud clenodium, merito in ſummo pretio habendum, & vocatur crux S. Ulrici, quod ipſi miſſum a Deo, in ſignum victoriæ, quaodo ipſe pugnavit contra infideles, qui totam fere circum regionem harum provinciarum occupaverant, & vaſtaverant Auguſtam uſque, ubi in Lyci campo Dei virtute & meritis S. Ulrici, victi cæſique

B ſunt. Hac cruce liniuntur & tanguntur, quotquot petunt, & pauci ex iis, quotquot bona ſpe (adhibent) in præcautionem miſeriæ aut caſamitatis alicujus corporalis, inveniuntur ea affecti vel correpti. Item terra, in qua corpus S. Udalrici (ſepultum) & reſolutum eſt, quotquot in honore devote habent, ſeu per eleemoſynam, vel alia bona opera, non patiuntur damnum a glibus; ſed nec habitare illic poſſuot; quod probatum eſt ſæpius. *De cruce* S. Udalrici, *nec non de terra contra glires, tractabitur infra paule uberius.*

Auguſte Vindelicorum. 91 *Teſtatur Mabilio in obſervationibus præviis ad vitam* S. Udalrici, *ſibi fuiſſe datum, in baſilica* SS. Udalrici & Afræ *Auguſtæ ad aram ſacrum facere, ſub qua, magna ex parte S. Viri reliquiæ reconditæ ſunt, excepto capite, aliiſque nonnullis, quæ incluſa refert ſcrutatis particularibus, exhibente eorum effigiem dicto Hertfeldero; uti & caſulæ, ſtolæ & manipuli, atque dalmaticæ, quibus ſanctus Præſul uſus eſt. Dicit præterea laudatus auctor, in monaſterio Murenſi ſervari ejus ſtolam, & quaſdam alias reliquias. Ad hæc Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ pag. 22. verſa, ſcribit, ab Walsero, Epiſcopo Auguſtano, inſulam S.*

C Udalrici *conceſſam eſſe cœnobio Cæſarienſi Auguſtæ in comitiis Imperatoris Lotharii.*

Diſcutitur hiſtoria 92 *Carolus Stengelius, monaſterii* SS. Udalrici & Afræ *Auguſtæ Vindelicorum cœnobita, lib. 3. cap. 24. de rebus geſtis* S. Udalrici, *pauca præfatus de pia Sancti in ſacroſanctam Crucem Domini veneratione, tam ex auctore vitæ, quam ex monumentis monaſterii ſanctæ Crucis Auguſtæ, narrat, voluiſſe Deum compenſare illam pietatem ſpectabili aliquo munere; cruce, inquam, à cœlo per Angelum delata, & S. Udalrico porrecta, in ſignum victoriæ, poſtea confecuta, hoſtibus innumeris, qui Auguſtanam urbem arctiſſima obſidione premebant, ab Ottone Imperatore ad internecionem uſque deletis; de qua victoria refertur in Vita cap. 7. Narrat itaque Stengelius,* S. Udalricum *hanc crucem, à cœlo acceptam, collo appendiſſe, eumque hac munitum armatura, imperterritum, veſtitu epiſcopali indutum, hoſtibus obviam proceſſiſſe, telaque inter & gladios illæſum perſtitiſſe. Demum etiam dictæ crucis longitudine & latitudine deſcripta, addit, neminem repertum haſtenus, qui materiem ejuſdem potuerit dignoſcere.*

93 Hiſtoriæ hujus veritatem probare conatur, appellans ad traditionem, continuo per manus *inquit*, ad nos deductam. *Citantur item codd.* Mss. plures; edita vita latine & Germanice MDXVI. Chronicon editum MCDLXXXIII. Sigis. Meiſt. Chronicon lib. 4. cap. 9. Catalogus abbatum Ms. Gretſerus tom. 1. lib. 2. cap. 49. de ſancta Cruce. *Præterea nonnullis interjectis, profert hanc inſcriptionem:* Sacroſanctam hanc victoriæ crucem, ab Angelo cœlitus divo Udalrico portatam, Dominus Joannes de Giltlingen, monaſterii SS. Udalrici & Afræ abbas hic occludi fecit, & exornari curavit, dicavitque anno Domini MCDXIV. *Accedit Martyrologium Germanicum die* IV. *Julii, Breviarium Auguſtanum, Romæ editum* MDLXX. *Pii V. auctoritate reſtitutum. Denique P. Bernardus Hertfelderus antea citatus, in libro, qui inſcribitur Baſilica* SS. Udalrici & Afræ, *appellat ad antiquum codicem Ms. quem habet, anni* 1484. legatos ab Epiſcopo Gneſnenſi Polono Romam miſſos, Auguſtæ ſacras viſitaſſe reliquias, & hanc crucem ſingulari pietate veneratos eſſe, affirmantes ejus famam in pleriſque Poloniæ eccleſiis

E notam ac celebrem eſſe. Clauditur alia cruce ex auro puro ac gemmis pretioſiſſimis ornata, cum inſcriptione *ſtatim data. Figura hujus exterioris crucis, quæ theca ſit interioris, in æs inciſa repræſentatur in dicto libro, par. 2. His potiſſimum argumentis famoſæ Crucis hiſtoria ſtabilitur, cujus effigiem, prout ad me pervenit, hic exhibeo, ut neq; jam ſit, neque ante fuerit opus, pluribus eam deſcribere.*

D *de famoſa Cruce*



F *in Villenia oſſerum*

94 Jam vero non pauca occurrunt, quæ contra aſſertam a Stengelio & Hertfeldero, & haud dubie ſatis avide adeptatam & creditam, crucis miraculoſæ hiſtoriam faciunt. Et quoniam verum quærimus, ea proponere & diſcutere, non erit alienum a noſtro inſtituto. Enimvero ad argumentum, petitum a traditione, quæri poteſt & reponi, an multum ei ſit deferendum, quæ non videtur poſſe aſſignari incepiſſe, niſi verſus finem ſeculi 15. adeoque quingentis circiter annis poſt mortem S. Udalrici? *Si contendis retrahendam eſſe ad priora ſecula? quâ id probas? Quem fontem citas, quem teſtem, quem auctorem, quod vetus ſcriptum, quas tabulas, quodve inſtrumentum producis? Id quando non oſtenditur, veritus pretenſæ hiſtoriæ quiſquam injurius, qui ejuſdem traditionem tanquam mendacium habet, donec antiquitas ejus alicunde ſtabilitatur? Non equidem exiſtimo. Ad auctores, factum illud aſſerentes, quod attinet; fallor multum, ſi non aſſertionem ſuam ſuperſtruxerint ſoli populari opinioni ſeu traditioni, de cujus origine, antiquitate, propagationeque nihil prorſus certi ſcitur. Nimis enim ſæpe experientia magiſtra docuit, populares illas traditiones ruinoſo fundamento nixas,*

A *nixas, leviuſculis opinionibus contiuuatas, rerum novarum, præſertim mirabilium, cupida credulitate propagatas, pro ſincera veritate inanes fabellarum fumos dediſſe; quas, ſi diſſipare velis quarus rerum indagator, vix eſt, ut poſſis, niſi pro veri indagatione, hominum præſertim indoctorum, odium ferat, vel certe indignationem. Ad hæc, quis ignorat, recentiores auctores non raro ſolere alterum alterius placita tranſcribere, ſuis deque habentes cum duce errante errare, modo aliquem ducem habeant. Cum itaque nullus ex ætatis auctoribus, pro Cruce cælitus* S. Udalrico *deportata, ſit ſeculo decimo quinto antiquior, ſatis videtur perſpicuum, non multum ponderis ineſſe eorum teſtimoniis, præſertim poſt ſilentium omnis, per ſecula quinque prægreſſa, antiquitatis.*

S. Udalrico 95 *Et vero quis credat, antiquiſſimæ vitæ ſcriptorem, ſynchronum & familiarem Sancto, & quid ni plurium rerum, quas deſcribit, oculatum teſtem, & eorum, quæ tempore ſæpe dictæ obſidionis ab* S. Udalrico *acta ſunt, inſpectorem; quis credat, inquam, auctorem illum, rerum tunc geſtarum minutiſſimas temporum, locorum, perſonarum circumſtantias graphice deſcribere, re nulla*
B *vel nullius vel ſane minoris momenti prætcrita, & nullo verbulo miraculum, de quo agimus, tam ſingulare, tam illuſtre, ac memorabile attigiſſe? Accipe ejus verba:* Hora vero belli, Epiſcopus, ſuper caballum ſuum ſedens, ſtola indutus, non elypeo aut lorica aut galea munitus, jaculis & lapidibus, undique circa eam diſcurrentibus intactus & illæſus ſubſiſtebat. Bello vero finito, regrediens, circuivit civitatem, & domos belli in circuitu civitatis congrueotes ponere, & in tota nocte eas ædificare, & vallos, quantum tempus ſuppetebat, renovare præcepit. Ille autem totum ſpatium in oratione pernoctans, religioſas mulieres in civitate congregataa concitabat, ut una pars earum eum crucibus, ad Dominum devote clamandn, intra circumirent; & altera para elementiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ pro defenſione populi & pro liberatione civitatis, ſtudioſiſſime pavimento proſtrata flagitaret. Ipſe autem minimam particulam no-
C ctis ante matutinam horam corpus requiei foporis indulſit, ut matutiois laudibus expletis, aurora primum irrumpente, ſalutaris ſacrificii hoſtiam Deo libare licuiſſet. *Videſ', quam accuratus ſis, quam graphicus antiquiſſimæ vitæ ſcriptor in commemorandis iis, quæ* S. Udalricus *tempore obſidionis & fecit ipſe per ſe, & per alios fieri voluit, injecta de crucibus, per pias mulieres in urbe circumlatis, mentione, de prodigioſa nullo apice mentionem faciens.*

cælitus, 96 *Nihila plus extundes pro prætenſa Cruce ex ſequentibus. Sic ergo ſcriptor laudatus proſequitur:* Miniſterio ſacro peracto, viatico ſacro omnes recreavit, humilique admoeitione perſuaſit, ut io fide recta perſiſtentes, ſpem ſuam in Domino componere non dubitarent, indicens eis omnigenam ſponſionem conſolationis, & annuntians pialmigraphi David verba, dicentis: Si ambulavero in medio umbræ mortis, oon timebo mala, quoniam tu mecum es. Salutari autem admonitione Epiſcopi peracta, cum jubar radiantis ſolis primum latitudinem telluris irradiaret, exercitus Ungrorum inenarrabili pluralitate, ex omni parte ad expugnandam civitatem circumcinxit, diverſa ſerens inſtrumenta ad depoſitionem murorum. Cumque undique parati eſſent ad bellum, & cuncta propugnacula civitatis repugnantium plena fuiſſent; quidam Uogrorum, flagellis alios minantes, ad pugnandum coegerunt, & illi tantam multitudioem io propugnaculis reſiſtentium eis, videotes, muris ſe conjungere adeo perterriti, non audebant. *Deinde aliquibus interjectis de adventu Ottonis, Regi Ungrorum nuntiato, de imminenti prælio, de occurſu nocturno, Ottoni facto a Comite Dietpaldo, fratre Epiſcopi, cum ceteris, qui in urbe erant, ita rurſum proſequitur:* Rex igitur cum tantum exercitum Ungrorum perſpexiſſet, æſtimavit oon poſſe ab hominibus ſuperari, ni Deus nmnipotens eos occidere dignaretur; io cujus adjutorium confidens, ſuorumque ennſolationibus Principum roboratus, bellum viriliter cum eis agere cœpit, & cum mutua cæde utrnbique cecidiſſent, & his interfectis, qui ad occiſionem a Deo prædeſtioati erant, glorioſa victoria Ottoni Regi a Den, cui nihil impoſſibile eſt, data eſt; ita ut exercitus Ungrorum in fugam verſus, virtutem præliaodi ultra non haberet, & quamvis incredibilis numerus illorum occiſus fuiſſet, tantus tamen adhuc exercitus eorum remanebat, &c. E

97 *Tum, ne longior ſim, commemorat ſcriptor* ab Augsb. correcta. *iuſigem Ottonis de hoſtibus reportatam victoriam, & ad alia orationem convertit, altiſſimum ſilentium ſervans de ſæpe dicta cruce. Quid ſi* S. Udalricus *ne prælio quidem iſti ſanctiſſimo interfuerit? Interfuiſſe eum, antiqua vita non aſſerit. Velſorus certe ad verba ſupra tacta,* Regi Ottoni venienti Dietpaldus Comes, frater Epiſcopi, cum ceteris, qui in civitate eraot, nocte exiens in occurſum veoit *ante prælium, ſic notat, probabilem tantum afferens conjecturam de ſancti Epiſcopi præſentia vel in ipſo prælio, vel paulo ante illud;* Inter quos, *inquit,* fortaſſe S. Udalricus quoque: nam Dietmarus Ottonem ante pugnam, ſacram commnoionem ab egregio porrectam Othalrico, confeſſore ſuo, ſumpſiſſe ſcribit: *additque idem Dietmarus, quod* Rex ſumpſerit clypeum, laneaa cum ſacra milites in hoſtem præcedendn, reſiſteotemque primus eripuerit, *ac* mox terga vertentem, uſque ad F veſperam proſtraverit ac effugaverit. *En deſcripta breviter ab Dimaro victoria. Ubinam vel apex de prætenſa Cruce?*

98 *Fruſtra etiam præſidii aliquid quæres apud Bernonem, qui antiquiſſimi ſcriptoris vitam elegantiori ſtylo exſtulit, ut poſtea in ſeparato paragrapho dicemus. Et poſt hæc quis jure merito ſuccenſeret, ſi poſt ſeculorum quinque, quin imo totius, uti contendo, antiquitatis ſilentium de hiſtoria Crucis, cujus veritatem indagamus, agre adduci poſſim, ut Stengelia & Herreldere aſſentiar ſine ulla prorſus formidine de oppoſito, quidquid ad traditionem provoces, & auctores recentiores accumules, ſeculo dumtaxat decimo quinto exeunte viventes? Itaque conſideraudum lectori relinquo, num ſufficiens ſit fundamentum ſuſpicandi, hanc hiſtoriam de Cruce non ita ſtare, quin vacilleț. Votorum ſumma eſt, ut certior clariorque pro ea mihi lux ſubminiſtretur, paratiſſimo de illa melius exiſtimare, quin & ambabus ulnis amplecti.*

99 *Præter ea, quæ ſuperius retuli de calice ſancti Epiſcopi noſtri, notanda ſunt ſequentia. Stengelius inter alia, tribus libris de* S. Udalrico *a*

A AUCT. J. P. *ſe edita, catalogum contexuit bene longum perſonarum utriuſque ſexus, præſentem Sancti opem in variis morbis expertarum ab ann. 1608. uſque ad 1620. idque ut plurimum uſu calicis ipſius, præſertim contra febres & morſus rabidorum canum. Videri dictus Auctor poteſt libro 3. de rebus geſtis* S. Odalrici, *cap. 57. pagina 127. Longum enim eſſet & faſtidioſum tam multa hic nomina recenſere. Interea obſervare juvat ex ipſo, calicem Sancti noſtri, magna in veneratione habitum cum apud Auguſtanos, tum apud alios Germaniæ populos. Beneficia vero, quæ ibidem per ſacrum hunc calicem indulta perhibentur tempore annorum prædictorum octo, excreſcunt ad uſque 270. Diſce obiter, figuras calicis, caſulæ, ſtolæ, manipuli, dalmaticæ, pectinum ſupra dictorum, ſudarii, adde etiam vexilli, quo in bello contra Ungaros uſus fuiſſe Vir ſanctus traditur, in ære expreſſas eſſe in libro jam dicto,* Baſilica SS. Udalrici & Afræ *parte 2.*

100 *De terra*, S. Udalrici *dicta, nonnulla jam nunc ſuperius protulimus è catalogo reliquiarum Auguſtano; quibus adde plura, quæ habentur inter miracula, Sancti Inventioni ac Translationi ſubnexa, de quibus ſuo loco. Habemus inſuper præ oculis ſchedulam, idiomate germanico impreſſam, de eodem argumento, cum hac ſuperna inſcriptione, manu P. Papebrochii exarata:* De terra S. Udalrici contra glires: *& inferius eadem manu adſcriptum lego:* Diſtribuitur ſerico involuta inſtar globuli, ſuperne ligati. *Verum de pretioſiſſimo reliquiarum* S. Udalrici *theſauro, de corpore, inquam, ejus ſeu oſſibus, tractanda ſupereſt controverſia, paulo longior, ideoque paragrapho ſingulari examinanda.*

B

§. VIII. Diſſertatio critica de corpore S. Udalrici; in qua quæritur, an dictum corpus, Auguſtæ primitus ſepultum, indidem umquam Mediolanum fuerit translatum.

C *Præceſſio hujus controverſiæ.*

A *Lapſis retro temporibus bene multis apud Mediolanenſes olim ſolenni cultu honoratum fuiſſe ſanctum quemdam* Henricum, Oldericum, Olricum, Uldericum, Udalricum, Ardericum (*nomina ſunt diverſa ejuſdem Sancti*) *teſtatiſſima res eſt. Hinc invaluit apud ipſos opinio, corpus prædicti Sancti eſſe corpus* S. Udalrici, *Epiſcopi Auguſtam; atque adeo eum corpus illud ſepultum jaceret Mediolani in baſilica S. Nazarii, olim dicta Apoſtolorum, contendebant ibidem loci ſepultum jacere corpus* S. Udalrici *Epiſcopi Auguſtani. Hæc autem opinio ſcriptorum poſtea ſuffragiis adoptata & roborata, facilis ſibi in animis Mediolanenſium aditus invenit, aliis forſaſſe anſam præbitura, verene ita, an ſecus res illa ſe habeat. Noſtra itaque ſunt partes illam æqua lance expendere, & rationum momenta librare. Materiam diſpeſcam in tres partes. Primo dicam de argumentis pro Mediolanenſibus; tum opponam ea, quæ contra faciunt; denique, quid ego ſentiam, eloquar.*

Proponuntur argumenta,

102 *Acris utrimque Mediolanenſes inter & Briſacenſes ſerbuit controverſia quoad poſſeſſionem corporum S. Gervaſii & Protaſii. Diſcuſſa illa fuit ſecundis curis tomo ſexto Junii pag. 213. Nitebantur Briſacenſes dicta corpora ſibi vendicare, propterea quod per ea Briſaci patrabantur miracula. Sed Joannes Petrus Puricellus in libro de Ambroſianæ Mediolanenſis Baſilicæ ac monaſterii* D *monumentis, a pag. 849. recte negat, miracula illa facta fuiſſe ad confirmandum, corpora Briſaci ſepulta, eſſe corpora SS. Gervaſii & Protaſii; ſed ex iiſdem miraculis tantum conſequi, illa corpora eſſe ſacra: atque ex deſumpto contra Briſacenſes argumento ad hominem, an; ex miraculis, ad corpus S. Henrici, Odelrici, vel Udalrici, Mediolani ſepulti, factis, perperam argui, illum* S. Udalricum, *eſſe eumdem cum* S. Udalrico *Epiſcopo Auguſtano, tametſi id communiſſime a Mediolanenſibus creditum fuerit, Auguſtanis Antiſtitis corpus vere ibidem fuiſſe humatum; ſed è miraculis illis id unum ſequi, quod tumulatum ibi fuerit corpus ſanctum.*

103 *Laudatus itaque auctor, oſtenſurus quam* *cuibus variantMediolanenſes* *recepta hæc fuerit opinio, quod dictum corpus, Mediolani quieſcens, eſſet corpus* S. Udalrici *Auguſtani, varia congerit a pag. 810. libri ſupra citati, quæ hic dabo, ut ſint tamquam ſedes argumentorum pro ſæpe dicta poſſeſſione. Sic ergo loquitur:* Eccleſia Mediolanenſis IV. Nonas Julii è perantiqua conſuetudine anniverſarium E celebrat diem S. Udalrici, Epiſcopi & Confeſſoris, & hunc quidem certiſſimum eſt, non alium eſſe, quam prædictum Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopum, tametſi creditus aliquando Mediolanenſis Archiepiſcopus fuerit. *Teſtem affert prædictum Julii diem*, quo die mentio ejuſdem Auguſtani Epiſcopi communiter in Martyrologio habetur. *Tum citat Ambroſianum Breviarium, & codicem Ms. pergameneum, in quo codice* in tribus de S. Olderico (etenim ſic ibidem nominatur) *lectionibus nihil exſtat, quod non item in* S. Udalrici ... *Actis* & vita traditum ſit, ſed illud etiam in ſecunda lectione verbatim habetur: Rex Henricus, comperiens illum (Oldericum) eſſe bonum, ſecundum prædeſtinationem Dei, regio more in manus ſuas eum accepit, & ſedem Auguſtenſis epiſcopatus ſibi donavit. In Breviario autem, quod ſanctus Cardinalis & Archiepiſcopus noſter, Carolus Borromæus reformatum edidit, tam luculenter unica lectione deſcribitur illius ſancti Auguſtani Epiſcopi vita, F ut ipſimet Auguſtani eamdem inde totam verbatim exſcriptam inſeruerint ei libro, quem anno MDCI. ediderunt, ſic inſcriptum: Sancti Auguſtani, ſive imagines Sanctorum Auguſtanorum Vindelicorum, æreis tabellis expreſſæ, *auctore Carolo Stengelio, de quo ſupra.*

104 *Denique biſce adjungit idem auctor, Petri* *Acta a ſe poſſidentur,* *Galeſinii Martyrologium ac notas, cum prædicti Breviarii Ambroſiani lectione per omnia conſentientes. His itaque coacervatis ad ſtabiliendam identitatem utriuſque Udalrici, ſic pergit:* Cum igitur hoc jam certiſſimum ſit, & citra controverſiam omnem in conceſſis ſupponendum, quæſtio tantum agitatur, ubinam ſepultus conquieſcat tantus Auguſtanorum Epiſcopus, Populus utique Mediolanenſis hunc ſibi vendicat, & in Baſilica hujus urbis Nazariana (quæ prius dicebatur Apoſtolorum) tumulatum credit. *Certe quidem in Kalendario illo* Ambroſiano, *anno 1281. ipſo Puricello auctore, conſcripto, ſub quarto ſimiliter Julii die, ſic legitur:* Sancti Olderici Epiſcopi & Confeſſoris. Jacet ad S. Nazarium. Id ipſum eadem die indicat etiam Miſſalis Ambroſiani, anno MDXL. typis editi, Kalendarium his verbis: S. Olderici

A rici Epiſcopi Mediolani & confeſſoris ad S. Nazarium. Ubi tamen Oldericus perperam Epiſcopus Mediolani appellatur, *quo etiam errore peccare dicit tabulam pergamenam Baſilicæ Nazarianæ, Sancti reliquias & indulgentias referentem, ibidemque ad inſtructionem adventantium penſilem e pariete, & lecto commodam.*

corporis S. Udalrici. 105 *His ita propoſitis, conglomerat Puricellus agmen recentiorum ſcriptorum, affirmantium corpus* S. Udalrici, *Epiſcopi Auguſtani, jacere Mediolani. Scriptores illi ſunt Philippus Ferrarius in Indice ſui Sanctorum Italiæ catalogi, cum alioqui nullam in catalogo ipſe fecerit ejus mentionem; Paulus Morigia in Sanctuario; Joannes Petrus Gluſſianus; Joannes Baptiſta Villa; Illuſtriſſimus Carolus a Baſilica Petri, ſuis quique locis, qui apud Puricellum videri poſſunt, concludentem hoc epiphonemate:* Uſque adeo inter Mediolanenſes vulgata erat hæc opinio, *ſancti utique* Udalrici, *Epiſcopi Auguſtani, corpus penes ſeſe requieſcere. Habet hic lector epitomen eorum, quæ in favorem Mediolanenſium afferri poſſunt in præſenti controverſia. Nunc proponenda argumenta,*

B *quæ contra ipſos pugnant:*

Quibus opponuntur 106 *Dubitari imprimis non poteſt, quin corpus* S. Udalrici *ſepultum fuerit Auguſtæ Vindelicorum in templo S. Afræ a S. Wolfgango, ut memorat antiquiſſima vita in fine capitis undecimi, poſtquam antea ſepulcrum ibidem loci ſibi condidiſſet, ſicut narratur in initio capitis* 8. *Nec minus certum eſt, idem corpus numquam alio fuiſſe tranſlatum, nullo antiquo monumento, auctore nullo veteri, de tali tranſlatione mentionem faciente. Itaque corpus illud & fuit ſepultum Auguſtæ, & ſepultum ſemper ibi manſit. Refert Puricellus libro citato pag.* 853. *Carolum a Baſilica Petri, cum in vita S. Caroli Borromæi, a ſe edita, referret lib.* 5. *cap.* 6. *tranſlationem Sancti, qui ſepultus eſt in eccleſia S. Nazarii, diligenter inſpecta a ſe corpore, dixiſſe, quod ignoraret, Mediolanenſiſne, an Auguſtanus Epiſcopus ibi eſſet ſepultus, Sed poſtea re maturius conſiderata, mutaſſe ſententiam, ac diſertiſſime negaſſe in fragmentis Hiſtoriæ Mediol., titulo de corpore S. Henrici baſilicæ Apoſtolorum, illum eſſe Epiſcopum Auguſtanum, in hæc verba:* Hujus corpus hic ſepultum, hucve allatum fuiſſe, nullum extat, quod ſciam, judicium, *ac appellat ad auctoritatem Bernonis, vitæ Udalricianæ ſcriptoris, aliorumque gravium ſcriptorum, Auguſtæ eum fuiſſe ſepultum affirmantium.* Imo, *inquit*, etiam a viris, fide admodum dignis accepimus, ejus ſancti Epiſcopi corpus adhuc ibi cum veneratione aſſervari & coli.

argumenta 107 *Ceterum adjungit laudatus Carolus inſpectionem corporis Mediolanenſis, ejuſdemque tranſlationem ac conjecturas de patria, & ſanctum virum, imo miraculis clarum dici poſſe affirmat. His vero e Carolo commemoratis, probat Puricellus, cum conſtanter in eadem ſententia permanſiſſe, & Mediolani exiſtentem anno* 1609. *duobus integerrimæ fidei ſacerdotibus, & Ambroſiani collegii Doctoribus, ad ſe accerſitis, ut de rotes dicto corpore colloquia conferrent, auctorem fuiſſe, rogando & obteſtando*, ut ſi quando ipſis de hac re ſcribendum eſſet, Mediolanenſes pro parte virili, tanto errore liberarent. *Quin & eodem anno litteras ſcripſit Modoetiæ ad virum illuſtriſſimum anonymum in eamdem ſententiam, quibus ſuum Præſulem egregie vendicat Auguſtanis. Leguntur illæ lingua Italica, & Germanica apud Stengelium de geſtis* S. Udalrici *cap.* 58. *Reddo fragmentum illarum latine.*

D 108 Illuſtriſſime mi Domine, in Chriſto colendiſſime. Duæ potiſſimum cauſæ me impulerunt, ut haſce ad illuſtriſſimam Dominationem veſtram litteras ſcriberem. Altera, ut me apud ipſam purgarem, quod in vita S. Caroli Borromæi archiepiſcopi, quaſi in dubium vocaverim, an ſanctus Epiſcopus, qui cum peculiari religionis veneratione colitur Mediolani in templo S. Nazarii, fuerit Udalricus epiſcopus Auguſtanus, an alter potius. Etenim quando ſcripſi, non adhibita ulteriore inveſtigatione, opinionem attigi, a nnnnullis ſpartam, cui proin non præbui aſſenſum. At poſtea, re maturius cnnſiderata, reputavi merum cnmmentum: atque ita in libri confectione me geſſi, ut poſtquam Sanctum, Henrici nnmine, quale revera habet, expreſſi, nihilo minus tam nunc, quam antea, me fatear ignorare, quiſnam ille ſit. Henrici autem ipſi nomen fuiſſe, præterquam quod vulgi opinione conſtet, certis inſuper liquet notis, quas non recordabar tunc temporis, eſſe penes me, & quas poſtea inveni inter mea ſcripta. Litteras haice ſeu notas deſumpſi e circulo æneo, pedum paſtorale Sancti obeunte, quando prædicti Archiepiſcopi juſſu inſpeximus ejus corpus. Sunt autem illæ hujuſmodi: Henrico Higudſtanno, dilecto filio,

contra præteritam poſſeſſionem

E 109 Atque eccnm altera hic occurrit cauſa, quæ me induxit, ut has litteras darem ad illuſtriſſimam veſtram Dominatinnem, ut non gravetur inquirere, quiſnam ille fuerit. Hic enim nullum de eo veſtigium reperitur. Tametſi fuerint, qui nulln prorſus nixi veritatis fundamento, vulgare ipſum voluerint pro S. Udalrico, Epiſcopo Auguſtano, & dictam inſcriptionem corruperint. Id quod ego moleſte tuli, ſicut etiam Dominus Carolus Borromæus, modernus Medinlanenſium Archiepiſcopus, Romæ degens, quando iſtiuſmodi mendacium ſpargebatur. *De corruptore illo, tacite a laudato Præſule inſinuato, hæc tradit Puricellus lib. cit. pag.* 855. Ioannes, *inquit*, abique dubio Franciſcus eſt Beſutius, hac in urbe olim bibliopola, qui per Franciſcnm Paganello anno MDXCIX. typis hae in urbe libellum hoc titulo edidit *Italico, qui Latine ſic ſonat*: Vita confeſſoris Chriſti S. Arderici, Epiſcopi Auguſtani. Ecce vero quemadmodum eam quoque baculi paſtoralis corruperit inſcriptionem, *& citatis ejus verbis Italicis*, Nella ſummita di eſſo era una lametta d' argento, che eingeva detto baſtone, con queſte lettere intagliate in eſſe, *id eſt*: In ſummitate ejus erat lamella argentea, quæ cingebat dictum baculum, eum his litteris, eidem inſcriptis: Dilecto filio Arderico, Epiſcopo Auguſtenſi: *Merito exclamat Puricellus*: Tanta ſuit hominis ejus licentia! Ejuſmodi libellum nos quidem in Ambroſiana bibliotheca legimus, & per omnia, qualem Carolus ipſe deſcribebat, invenimus. *Hæc plus quam ſufficiunt in favorem Auguſtanorum; adeo ut non neceſſe fuerit, aliunde conquirere Vindicias* S. Udalrici *anno* 1514. *a Stengelio editas.*

faciunt:

F 110 *Ex iis, quæ in utramque partem hactenus diſputata ſunt, patet, præſentem a Mediola-*

eum noſtra exiſt.

nen-

A AUCT. J. P. *neuſibus corporis* S. Udalrici, *Epiſcopi Auguſtani poſſeſſionem eſſe merum commentum, ad aniles fabulas relegandum; atque inventum novum, a recentioribus excogitatum, a vulgo adoptatum, omnique hiſtorica fide deſtitutum; ex qua ſatis conſtat*, S. Udalricum, *Auguſtanum Epiſcopum, Auguſtæ vixiſſe, Auguſtæ obiiſſe, Auguſtæ ſepultum fuiſſe; cum intelligi aliunde ex antiquitate non poſſit, illum alio unquam fuiſſe translatum. Quis enim de illa translatione vel verbo meminit? Quo anno ea contigit, qua occaſione, quo teſte, cujus opera, aut rogatu? Quomodo tam faciles fuerint Auguſtani, ut ſacrum hunc theſaurum, multo ſibi pretioſiſſimum, transferri permitterent alio, & cavere voluerint Sancto, tot miraculis Auguſtæ patratis conſpicuo, tam civibus Auguſtanis benigno, quam vicinis late populis propitio?*

Reſpondetur ad Auctoris eidem contraria. 111 *Ad auctores in contrarium allatos, tametſi reſponſo non videatur opus, reſpondeo tamen verbis Puricelli pag.* 857. *ſententiam veram & noſtram ita confirmantis, quibus ego pariter hanc controverſiam concludo*: Certe autem maximi ad hujus rei probationem momenti ea nobis videntur veterum
B monumenta, quæ doctiſſimus Marcus Velſerus, tacito ſui nomine collegit, & Auguſtæ Vindelicorum anno MDXCV. typis edidit, hoc titulo: De Vita S. Udalrici Auguſtanorum Vindelicorum Epiſcopi, quæ exſtant, pleraque, antehac numquam edita. *Quæ monumenta, poſtea hic a nobis danda ſi lector conſuluerit & expenderit, facile convincetur fabuloſa eſſe ea, quæ Mediolanenſes de* S. Udalrici *Auguſtani corpore, quaſi apud ſe ſepulto, crediderunt.*

Carolus ſpectat. 112 *Sed quid vetat dictis huc uſque de corpore* S. Udalrici *quædam ſubnectere de corpore Henrici Higndſtanni, apud Mediolanenſes ſepulto? Nihil ſane in promptu eſt, quo de patria ejus, anno mortis, vitæve inſtituto, certi aliquid determinemus. Pedum paſtorale, apud corpus repertum, ſatis indicat, vel epiſcopum vel abbatem fuiſſe. Et quidem abbatem potius, quam epiſcopum, dicere amat Carolus a Baſilica Petri, ut poſt pauca videbimus. Prius juverit brevem quamdam dicti Henrici notitiam proponere ex Fragmentis Hiſtoriæ Mediolanenſis, titulo, de corpore S. Henrici Baſilicæ Apoſtolorum, de quo apud Puricellum invenio ſequentia*:
C Cum ad arcam inſpiciendam juſſu B. Caroli eo veniſſemus anno MDLXXVIII. invenimus corpus cum epiſcopalibus indumentis, quæ tamen fere ſubito evanuerunt. Circulis æneis, quibus baculus paſtoralis ligneus cingebatur, hæ litteræ inſculptæ erant, *de quibus ſupra*; quas tunc in libellis noſtris notavimus, quos ad S. Caroli vitam conſcribendam parabamus, &c. Corpus deinde tranſtulit, una cum aliis ejus baſilicæ, idem beatus Prælul anno proximo cum Epiſcopis provinciæ, qui ad concilium convenerant, & in extremo brachio ipſius eccleſiæ, janua, quæ ibi erat, clauſa, altariquæ ibi conſtituto, recondidit.

Henricus iſte. 113 Quiſnam hic epiſcopus fuerit, neque ſcio, neque habeo conjecturas, quas proferam. Omnino tranſalpinum fuiſſe, & ſanctum virum, immo miraculis clarum, affirmare poſſumus, cui & ſtatua & altare erectum ſit, & ſanctitatis laus veneratioque non mediocris a populo Mediolanenſi tributa. Quæ veneratio pene extincta, proximis annis renovata eſt, nonnullis prædicantibus, ſe ægrotos, ejus ope invocata, ſanatos eſſe. *Hæc Puricellus ex laudato Carolo, quem præterea dicit conjectaſſe, Henricum potius* D *natione Anglicum fuiſſe; quin & abbatem potius quam epiſcopum, ex illis verbis*, dilecto filio, *quaſi a Papa videantur uſurpata, cum paſtoralem ei baculum traderet. Tum citato Paulo Morigia pro miraculis, cultu, & publica veneratione, idem Puricellus ſic pergit pag.* 556. Noſtra etiam memoria multitudo illuc hominum maxima confluebat, crebraque illic miracula ejus Sancti precibus & patrocinio adſcribebantur, quorum plerague illuſtriora, intelligo publicis etiam tabulis rite conſignata hodieque ibidem conſervari: præterquam quod eorumdem indices adhuc illic ſuperſunt, votivæ, magno numero nec ligneæ tantum ſed etiam argenteæ, tabellæ.

Mediolani ſepultus. 114 Quid? Quod etiam indies adhuc ejuſdem Sancti annulus, quem putant epiſcopalem, ad febricitantes, vel aliter ægrotos delatus, ſalutem ſæpenumero divinitus contactu ſuo afferre creditur, totaque paſſim urbe propterea expoſcitur. Pro iis etiam profecto nominatim expoſcitur, qui morbillis (communiter variolos nuncupamus) laborare incipiunt: ſcilicet, ut eo con-
E tingantur oculi, quos utique propterea ſperant incolumes & immunes ab eo malo, & ab omni viſus detrimento, quod inde frequenter alioqui contingit, evaſuros. *Vide etiam, quæ de tranſlatione & cultu ſæpe memorati corporis, vitæ S. Caroli Borromæi lib.* 5. *cap.* 6. *inſerunt Carolus a Baſilica Petri oculatus teſtis. Sed jam retracto pede ex biſce diverticulis, rurſus ad* S. Udalricum *noſtrum redeamus.*

§. VIII. Confraternitas S. Udalrici; officium proprium, hymni.

Confraternitas S. Udalrici. PRæter alia erga ſanctum Antiſtitem ſuum venerationis publicæ argumenta, *ſuum quoque affectum teſtatum palam voluit civitas Auguſtana*, erecto in ejus honorem pio cœtu ſodalitio (*confraternitatem vulgo dicimus*) *Epiſcopi Auguſtani auctoritate approbato, confirmato, atque indulgentiis locupletato, uti latius patebit ex diplomate, poſtea a nobis producendo. Præmitto interea ea, quæ huc ſpectant ex Mſ., quod miſit P. Gamanſius, ubi ſuperne ponitur hæc inſcriptio*: Fraternitas S. Udalrici. *Tunc addunt ſequentia*: Iſto titulo eſt codex papyraceus in folio, corio rubro & bullis æreis pulchre compactus, lit. x num. 142. qui album ejuſdem Fraternitatis cum ipſo initio & primis bullis continet, inſigniter rubrica & atramento Mſ. per fratrem Leonardum Wurſtlin, elegantiſſimum illum ſcriptorem, ac conventualem SS. Udalrici & Afræ. Ex quo ſequentia ſunt deſcripta. Et quidem in folio ſexto habentur proxima hic ſubſcripta, quæ poſteriori tempore quiſpiam velut compendium quoddam primæ fundationis ex prioribus foliis annotavit.

quando inſtituta. 116 *His præmiſſis, poſt titulum alium*: Fraternitas benefactorum monaſterii ac eccleſiæ ſtructuræ SS. Udalrici & Afræ, *notantur hæc, quæ ejuſdem cœtus inſtitutionem & privilegia ſpectant. Atque inſtituta quidem ibidem traditur anno* 1468. *& a ſede Apoſtolica confirmata confraternitas iſta, cooperante & diſponente Eminentiſſimo Domino de Schaumberg, Cardinali tituli S. Vitalis, & Epiſcopo Auguſtenſi, a latere per Germaniam legato. Recte apponitur ad marginem, hujus congregationis ſacræ primordia referenda eſſe*

ad

A *ad anteriora tempora, ut patebit ex diplomate ſequuturo; & dicto anno 1468 dumtaxat confirmatam vel inſtauratam fuiſſe, cum jam antea eſſet inchoata. Porro tali tenore inſtituta fuit, annuente dicto Cardinali*, quod ſemper & perpetuis temporibus in Octava Pentecoſtes peragetur defunctorum omnium ejuſdem fraternitatis anniverſarius, cum vigiliis novem lectionum, & altera ſequenti feria ſecunda, cum officio Defunctorum, omnium ſacerdotum inibi degentium, *additis indulgentiis, ut liquet ex diplomate, quod ſequitur, pro iis, qui officiis hujuſmodi interfuerint.*

Proferitur diploma 117 Petrus, miſeratione divina titulo S. Vitalis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ permiſſione, Epiſcopus Auguſtenſis, ac per univerſam Germaniam dictæ Sedis Apoſtolicæ delatere Legatus, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne &
B laudabiliter ſerviatur, de abundantia ſuæ pietatis, quæ merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus ſibi, multo majora retribuat, quam valeant promereri: Nihilominus tamen deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Sane nuper nobis fuit expoſitum, quod dilecti nobis in Chriſto Melchior Abbas & Conventus, fratres monaſterii ſanctorum Udalrici & Afræ Auguſtenſis, Ordinis S. Benedicti, fraternitatem, per ipſorum anteceſſores dudum inſtitutam, de cetero futuris temporibus ſingulis annis in Octava Pentecoſtes cum Vigiliarum decantatione; nec non ſequente feria ſecunda cum Miſſarum celebratione pro vivorum & defunctorum confratrum memoria habenda, peragendam & continuandam erexerunt & inſtituerunt;

Epiſcopi deputati. 118 Nos igitur, recolentes & præmeditantes, ſanctum & religioſum exorare pro defunctis, & ſaluberrimum fore, veniam peccato-
C rum in ſacratiſſimi corporis Dominici oblatione & orationibus ad invicem impetrare; idcirco deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem, & eos, quos divini amoris ſervor ac Spiritus ſancti gratia ad bonum inſpirat, allectivis de theſauro eccleſiæ muneribus de bono ad melius incitare: & ut omnes ipſius fraternitatis actus, ea caritate, qua incepti ſunt, continuentur, & tam fratres, quam alii Chriſti fideles, utriuſque ſexus homines, eo libentius in exaltatione tantæ fraternitatis aſſurgant, & ad eam avidius confluant & devotius aſſiſtant, quo ex dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate, ac glorioſiſſimæ Dei genitricis Mariæ meritis confiſi, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, pœnitentibus & confeſſis, qui de ſero Vigiliis dictæ fraternitatis, centum; & qui de mane Miſſarum officiis interfuerint, ſimiliter centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, & indulgentiam damus perpetuo duraturam. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras litteras exinde fieri, noſtri- D
que ſigilli juſſimus & fecimus appenſione muniri. Datum Auguſtæ anno Domini MCDLXVIII. AUCT. J. P.
die Jovis, IX. menſis Junii, Indictione prima, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli, divina providentia Papæ ſecundi, anno IV.

Illuſtria Confratrum aliorum nomina. 119 *Splendor acceſſit dictæ confraternitati ex perſonis, quæ eidem nomen dederunt, videlicet Emin.* Dominus Petrus Cardinalis & Epiſcopus Auguſtenſis. Fredericus Imperator una cum conjuge ſua Leonora, Regis Portugalliæ filia. Ludovicus Dux Bavariæ, cum conjuge ſua, filia Ducis Saxoniæ. Georgius Dux Bavariæ cum conjuge ſua Hartvvige, filia regis Poloniæ. Sigiſmundus Archidux Auſtriæ cum conjuge ſua prima, filia Regis Scotiæ. Fridericus de Hochenzoller, Epiſcopus Aug., & aliorum multorum millia defunctorum, hujus fraternitatis; *quos Magnates omnes exprimit dictum Ms.; adduntur inſuper tres aliæ perſonæ, nimirum* Maximilianus Imperator, Henricus Auguſtenſis Ep., Conradus Morlin, abbas mo- E
naſterii.

Officium proprium. 120 *Quemadmodum exemplis, meritis ac miraculis Germaniam præ reliquis aliis orbis tractibus illuſtravit* S. Udalricus, *ita decens fuit, ut in Germania potiſſimum ſolennis ejus memoria officio proprio eccleſiaſtico honorata, recurreret, anniverſario cultu variis in diœceſibus celebranda. Eccleſiæ, Viennenſis, Ratiſponenſis, Paſſavienſis, Salisburgenſis, horas canonicas de ſancto Præſule noſtro recitandas præſcribunt, adjectis propriis lectionibus, inter ſe convenientibus quidem, ſed diſcrepantibus ab lectionibus Auguſtanis, quas illico proferemus. Quibus etiam conſonant lectiones Eyſtettenſes & Friſingenſes, officio earum eccleſiarum canonice inſertæ. Inter* officia propria juſſu & auctoritate Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis ac Domini Henrici, Epiſcopi Auguſtani, juxta conſiderationes & judicium ſacræ Congregationis Rituum eccleſiaſticorum, ad normam breviarii Romani recognita & reformata, Dilingæ impreſſa MDCXXXVIII. *leguntur ſequentia de* S. Udalrico. Die IV. Julii in feſto S. Udalrici, Epiſcopi Auguſtani & confeſſoris. Duplex. Omnia de communi confeſſoris Pon- F
tificis, præter ea, quæ hic ſunt propria. Oratio. Deus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus, concede propitius, ut interceſſione B. Udalrici, confeſſoris tui atque Pontificis, contrà omnia adverſa muniamur. Per Dominum. *In primo Nocturno aſſignantur lectiones de Epiſtola* 1. *ad Timoth., ut in communi Confeſſoris Pontificis.*

Lectiones 121 In ſecundo Nocturno LECTIO IV. Udalricus Germanus, Hupaldi Comitis de Dillingen & Khyburg; & Thietburgæ, Ducis Suevorum filia, nobiliſſima progenie ortus, a parentibus non minus religionis ſinceritate illuſtribus, quam generis ſplendore claris, ad monaſterium S. Galli miſſus, religioſo cuidam viro ibi erudiendus traditur, ubi non ſolum litteris, ſed & virtutibus animum a tenera ætate excolere non deſtitit, omnique ſtudio timorem Dei, voluntariam paupertatem, caſtitatem, humilitatem ultro amplexus, habitum monaſticum aſſumere ſtatuit. Dei autem providentia altiori ſtatui reſervatus, eccleſiæ Auguſtanæ Epiſcopus præficitur invitus. Quare, ut gregi ſuo vivum ſe

præ-

A præberet exemplum pietatis, carnem ſuam la-
Auct. nea veſte caſtigavit. Eſu carnium (parciſſi-
J. P. mus alioquin in ſumendo cibo) penitus ab-
ſtinuit. Dormivit parum, ac non ſuper plu-
mas, ſed duriori ſtrato utens, tota interdum
fere nocte in oratione pervigil. *Sequitur Reſp. de communi Conf. Pont.*

propria 122 LECTIO V. In divinis laudibus ſpiritu
Dei ita reficiebatur, ut tam ipſe, quam alii,
cum eo pſallentes, viſionibus recrearentur ſæ-
pius. In offerendo etiam ſacroſancto Miſſæ
Sacrificio frequentiſſimus fuit. Menſam ſuam
pauperum præſentia plerumque decoravit, nu-
dos veſtivit, ægris ac incarceratis conſilio &
auxilio ſubvenit: totus in oratione, totus in
ſacra lectione, bonis operibus totus deditus.
De vita & morte certorum hominum, de ſan-
ctis hoſpitibus ad ipſum venturis, deque mul-
tis aliis rebus creberrimas revelationes habuit.
Limina ſacra Apoſtolorum viſitaturus, Ro-
mam aliquoties petiit, aliaque loca ſacra
iterum atque iterum religioſa peregrinatione
honoraviť. Reliquias Sanctorum ſummo ſtu-
B dio conquiſivit, & ad remotiſſimas regiones,
ubi eas conſequi ſpes eſſet, illarum deſiderio
quandoque profectus eſt, atque impetratas ma-
xima coluit veneratione. *Sequitur Reſp. de comm. conf. Pont.*

Auguſtæ 123 LECTIO VI. Vitam ac mores clerico-
rum & laicorum totius diœceſis, aſſiduis vi-
ſitationibus ſedulo perſcrutabatur. Eccleſia-
rum perſonas, jura, patrimonia acriter defen-
dit conſervavitque. Bellorum motus ac inſe-
ſtationes ſedavit mirifice. Maximorum Prin-
cipum animos, diſcordiis diſtractos, incredibili
dexteritate conciliavit, pacemque inter Otho-
nem Regem & filium ejus compoſuit. Omni-
bus ſe hoſpitalem & benignum exhibuit; ac
ſobrium, juſtum, ſanctum & continentem,
juxta Apoſtoli doctrinam, ſe præſtitit paſto-
rem. Divina quoque peragenti myſteria adeſ-
ſe viſa eſt manus, virtute Omnipotentis cum
ipſo ſacris benedicens. Expletis autem in mu-
nere epiſcopali L. annis, vir miræ ſanctitatis,
largitatis, abſtinentiæ & vigilantiæ, diem ſui
obitum, magno deſiderio diu exſpectatum,
cognoſcens, IV. Non. Julii anno ſalutis DCCCC-
C LXXIII. ætatis ſuæ LXXXIII. pie obdormivit in
Domino, miraculorum gratia in vita & poſt
mortem illuſtris; nobile corpus, ornamentum
conſolatione plenum, Auguſtæ relinquens. *Sequitur Reſp. de comm.*

Hymnus ad Veſperas: 124 *Duos nobis de ſancto Epiſcopo noſtro hymnos exhibet codex Ms. Auguſtanus ad* SS. Udalricum & Afram, *titulo* Miſcellanea varia, *lit.* ℣ *num.* 77. *manu ſupra laudati Leohardi Wirſtlin exaratus. Et hymnus quidem ad Veſperas iſta canit:*

A ſolis ortus cardine
Udalricum in agmine,
Læto canamus carmine,
Fideli ſatum ſanguine.
Beatus in propatulo
Præſignavit oraculo,
Quod vagit in cœnaculo
Sacro plenus ſpiraculo.
Clau a pandit myſteria
Vox bajulans ſuperia,
Poſt lactis miniſteria
Carnis fugit miſeria.
Domus parentum gaudio
Repletur & convivio,
Delectantur in filio,
Quam cæli fovet unctio.
Enixa virum gratia
Provexit ad ſolatia,
Gratiſque mœret anxia
Per ampla terræ ſpatia.
Fœno compar ſit lilium,
Metus gerens humilium,
Fit arbiter ſublimium,
Patri præcingens gladium.
Gaudet conventus Cælitum,
Florere Sancti meritum,
Cujus cum Chriſto ſpiritum
Cælis videt repoſitum.
Summo Patri potentia,
Filio ſapientia,
Pneumatique clementia,
Pari ſit in eſſentia.

D

125 *Hymnus autem ad Nocturnum, de eodem ibidem ſubnectitur, his terminis concinnatus:* hymnus ad Matutinum.

Ave pater Udalrice,
Noſtri ſtatus gloria,
Nos de maſſa peccatrice
Tua patrocinia
Suſpirantes imploramus,
Duc nos ab anguſtia:
Et quacumque laboramus
Temporis moleſtia,
Prece reddas conſolatos,
Jugique clementia,
Per te pie relevatos
Chriſti ſalvet gratia.
Paſtor bone nos intende
De cælorum culmine,
Gregi tuo condeſcende
Cum Maria Virgine,
Et Auctori nos offende,
Jam exutos crimine.
Trinæ ſit laus unitati
Virtus ac victoria
Sit & ſimplex Trinitati
Regnum, compar gloria,
Sempiternæ Majeſtati
Stabilis concordia. Amen.

E

126 *Præter duos hoſce jam dictos hymnos proprios de* S. Udalrico, *habetur tertius ad Laudes in noſtro Ms. in hac verba.* hymnus ad Laudes.

Lætabunda Deo canat
Hymnum vox Eccleſiæ,
Qui contritos corde ſanat
Unguine lætitiæ,
Unde piis virtus manat
Et augmentum gratiæ.
Tiro Chriſti pretioſus
Auguſtorum Pontifex
Cælum ſcandit luminoſum,
Ut virtutum artifex,
Udalricus glorioſus,
Quo triumphat Opifex,
Ex Egypto vanitatis
Evolat ad patriam,
Poſſeſſurus cum Beatis
Paradiſi gloriam,
Et ſupernæ civitatis
Condecorat curiam.
In ſublimi conſtitutus
Ignitorum lapidum,
Seraphinis obvolutus,
Motum gerit ſervidum,
Sempiternis involutus,
Omne calcat fluidum:

F

Vinge-

A Ligno vitæ recreatur
Cum candoris calculo,
Novum nomen ei datur
. . . . . .
Sanctitate & ornatur
Caſtitatis titulo.
Numen ergo Deitatis,
Quo hierarchia regeris,
Zelo ductus pietatis,
Nobis placa miſeris;
Dans nobis ſore claritatis
Aſſeclas, qua fluxeris.
Veni Pater & Patrone
Greſſus noſtros dirige,
Salus & ſpes in agone,
Corruentes erige,
Firma ſtantes, Paſtor bone,
Lapſis opem porrige.
Summæ ſit laus Trinitati
Decus & victoria,
Sit & trinæ Unitati
Cœqualis gloria,
Cujus ineſt Majeſtati
Permanens eſſentia. Amen.

B

§. IX. de vitæ S. Udalrici ſcriptoribus & editoribus.

Tres Auctores vitæ antiquæ tres i ſed pro primus;

AUctores antiqui numerantur tres, qui S. Udalrici *geſta litteris commendarunt. Primus pervenit ad nos ſub titulo Anonymi, ut viſum eſt Velſero, ejus editori, & Surio, ipſum ſecuto; non item Mabilioni, qui vult eum Gerardi nomen habuiſſe. Secundus Gebehardus, quartus in cathedra Auguſtana poſt* S. Udalricum *ſucceſſor. Tertius Berno, abbas Augienſis. Acceduut ex Mabilione Ditmarus, Chronicon Auguſtanum, aliique rerum Germanicarum Alemanicarumve hiſtorici, de* S. Udalrico *honorifice agentes, & reliqui laudum ejus Præcones, quorum elogia produximus paragrapho* 4. *quibus addi poterat eminentiſſimus Cardinalis Baronius. Verum non de his, ſed de primis vitæ ſcriptoribus hic agimus, ducto exordio ab antiquiſſimo vitæ auctore; de quo ſtatuenda ſunt ſequentia.*

C *Anonymus a Velſero dictus,*

128 *Æqualem & familiarem ſe fuiſſe* S. Udalrico *palam facit loco non uno, ut liquet ex ſequentibus. Num.* 18. *ſic loquitur*: Tempus vero Quadrageſimæ quanta devotione celebraret, ſermo mihi non ſufficit ad narrandum; ſed tamen ea, quæ vidimus, non decet nobis in totum omittere. *Et num.* 58. Hæc vero, neminc dicente, comperiebam, ſed propriis oculis, inquam plurimis peracta conſpiciebam. *Adde verba epilogi, infra producenda numero ſequenti. Refert Mabilio in Obſervationibus prævits ad vitam* S. Udalrici, *in Actis Bened. ſeculo* v. *pag.* 415. *quoſdam opinatos, auctorem vitæ Udalſcalcum extitiſſe, non ſatis explicantes, ecquis iſte Udalſcalcus fuerit. Satis actum de uno Udalſcalco* §. 4. *hujus commentarii prævii, ex cujus tempore vitæ ac mortis, ibidem determinato, conſtat eum non fuiſſe ſynchronum* S. Udalrico, *ſed longe poſteriorem. Multo minus characteres ſcriptoris, de quo hic agimus, convenire poſſunt Udalſcalco alteri, qui fuit Epiſcopus Auguſtanus, remotiſſime diſtanti a temporibus ſancti Præſulis noſtri, ut qui moderari eam cathedram primo cœperit poſt medium ſeculum* 12. *Neuter itaque Udalſcalcus convixit* S. Udalrico; *neuter conſequenter res ejus geſtas, tamquam a ſe viſas, edere potuerit. Interim dictum pluries ſcriptorem vitæ, canonicum fuiſſe eccleſiæ cathedralis, laudatus* D Auct. J. P. *Mabilio patere cenſet ex libro de miraculis (quem unus ejuſdemque auctoris eſſe exiſtimat) vitæ a nobis dandæ ſubjecto. Aſſertum probat ex verbis in narratione miraculi, quod habetur num.* 116. *prolatis; ubi dicitur, patrato eodem miraculo ad* S. Udalrici *tumulum in eccleſia S. Afræ, concurſum exinde factum in principem ſeu epiſcopalem eccleſiam S. Mariæ*: Inde in civitatem ad eccleſiam S. Mariæ Genitricis Dei poſt veſperam venientes; hæc, ſicuti geſta ſunt, nobis annuntiaverunt. *Sed fallor, ſi ex verbis illis magis extundas, fuiſſe dictæ eccleſiæ canonicum, quam ſacellanum aut ſacriſtam.*

qualis fuerit;

129 *Hanc ſane Mabilionis conſequentiam non elicuit ex dictis verbis Velſerus, in rerum Udalricianis indagandis illuſtrandisque apprime verſatus, dum ait in Præfatione ad Sancti vitam*: Neque ſim difficilis ſuſpicari, congregationis S. Afræ (ſiquidem illud collegium, ante familiam divi Benedicti introductam, ita appellatur) fuiſſe Præfectum. *Opinionem ſuam probat ex Prologo vitæ præfixo, ubi tradit ſcriptor, pleroſque, qui res a* S. Udalrico *perpetratas averem cognoſcero, legatos* E *ad ſe, hujus ergo miſiſſe; rerum veritates, ait, ex meis reſponſionibus diſcere cupientes: quod Velſerus, hominis auctoritati tributum fuiſſe exiſtimat. Quin imo illum in eccleſia vixiſſe, ſolo* S. Afræ *tum temporis nomine nuncupata, colligit ex clauſula ſeu epilogo, in quo ſic peroratː* Ejanos, qui inquilini hujus eccleſiæ ſumus, & ſancti Patroni faciem ſæpiſſime vidimus, & ejus doctrinam benedictionemque ſæpiſſime accepimus, & in eo optima exempla compeximus; & nunc in retributionem ejus bonorum operum, aſſidua miracula & diverſa ſigna in liberatione multorum, vidimus & audimus.

quando ſcripſerit;

130 *Porro ſcripſiſſe eum mox a* S. Udalrici *morte, anno vigeſimo nondum elapſo, inde Velſerus certum habet*, quia litteræ, quibus Joannes XV. Pontifex Maximus, Udalrico cæleſtes honores decrevit, perſcriptæ anno CMXCIII. meminere libelli de Vita & miraculis venerabilis Udalrici, ſanctæ Auguſtanæ eccleſiæ dudum Epiſcopi; qui hic ipſius eſt: cum auctor ſtatim ab initio oſtendat, ſe hoc argumentum principem aggredi. *Atque ut nonnulla do ſæpe memorati ſcriptoris laudibus congeram, obſervat idem Velſerus*, fidei præclarum illi teſtimonium perhibuiſſe in ampliſſimo ſummi Pontificis & Cardinalium conſeſſu, Luitolfum, tunc ætatis Auguſtanum Epiſcopum, *dicentem*: Spiritus ſancti teſtatur præſcntia & congregatio Sacerdotum, certum eſſe, quod legimus. *Deinde magnificis dictum auctorem idem vir clariſſimus prætonis exornat, e quibus vitæ ab eo exaratæ characteres pariter cognoſcas.*

ejus laudes,

131 Auctorem, *inquit*, ob teſtatam fidem ſimplicemque veritatem eximius diligo, termonis ſordes nemo excuſat; ego ultro accuſo: imo, quod præterea Berno, *de quo nos ſtatim*, de oratione humi jacente adjecit, mihi modeſte moderateque dictum, & ſe illa ſub terram potius condere, atque quodammodo illatebrare videtur; uſque adeo nihil umquam iſto charactere memini me legere humilius, *character,* abjectius, inquinatius, & rara credo eſſe termonis vitia, quorum hic exempla non ſint confertim obvia, five caſus & tempora perverſa reſpicimus, quod creberrimum peccatum

A tum eſt; ſive verba agendi patiendive ſignificatione promiſcue uſurpata, ſive genera nominum
AUCT. mutata, & inflexiones tum nominum tum verborum corruptas; ſive pronomina & reliquas
J. P. particulas præpoſtere poſitas, ſive idiotiſmos, ſive barbariſmos alios, ſive ſolœciſmos, ſive quodcunque denique, uti dicere cœperam, orationis vitium.

Ejus. 132 *Hiſce tamen ſermonis ac ſtyli defectibus, ques ad amuſſim Vir clariſſimus, ſevero hic criticus, & acutum cernens, obſervavit, minime obſtantibus, antiquum ſcriptorem omnibus aliis ſermonis longe anteponit.* Verum enimvero, *inquit*, prudens lectnr verborum delicias & ſententiarum floſculos quæret alibi; in hujus generis ſcriptionibus ſcit, ſola rerum pondera eſſe ſpectanda. Teneris admodum utatur auribus oportet filius, qui patre peregre mortuo eligat de eo narrantem audire hominem, ſuavi nre copioſum & diſertum, qui patrem cognorit numquam, de vita illius & obitu vix ea norit, quæ ex quorumdam rumoribus hinc inde hauſta corB rogaverit, præ cordato alio, qui quamvis infans aut balbus & blæſus, etiam viventi morientique præſens, individuus uſquequaque comes hæſerit. In hoc equidem ſcriptore paucis pagellis evolutis, omnes intelligent, quam magna utilium rerum copia quantamcumque verborum ſcabritiem & aſperitatem compenſet. *Hactenus Velſerus. Quibus addi poterunt nonnulla ex iis, qua dicentur infra, de editis ab eo* S. Udalrici *vitis, tametſi hæc affatim ſufficiant.*

mmora. 133 *Ad nomen ſæpe memorati auctoris quod attinet; fatetur Velſerus in laudata præfatione ſua, ſe ſe illud ſedule inveſtigaſſe, nihilque ſibi de eo eſſe compertum, habens* veroſimile, ſtudin celarum pro illorum temporum modeſtia. *Ex iis verbis in Vita num.* 93. Egn Gerardus indignus presbyter notavi diem & annum, *refert idem auctor in notis marginalibus ad illum locum*, hinc quibuſdam creditum, Gerardum hujus vitæ auctorem eſſe. *Sed illos refellit, dicens, illud colligi* inepte; *cum ſit* inſtrumenti ſubſcriptin, *non vitæ. Primi iſtius auctoris nomen, videri etiam ignoratum fuiſſe a ſecunde vitæ ſcriptore Gebehardo, de quo jamjam* C *recte animadvertit Mabilio; cum in prologo ſuo idem Gebehardus dicat, ſe* amantiſſimi Patria *Udalrici* diſcendæ vitæ deſiderio, diu multumque ſuſpirantem, hanc tandem reperiſſe a quodam illuſtri viro compoſitam, *non expreſſo ejus nomine. Quid verbis opus eſt? Laudatus Mabilio abſtruſum adeo auctoris anonymi nemeu tandem detexiſſe ſe ſcribit in itinere ſuo Germanico, ac didiciſſe ex codice vetuſto Ratiſponenſis monaſterii S. Emmerammi*, ante annos, *inquit*, quingentos ſcripto; *in quo primam hanc vitam reperiri aſſerit, ſub titule, poſt capitulationes ita expreſſe*: in nomine Domini. Incipit Vita S. Udalrici, Epiſcnpi & Cnnfeſſoris Chriſti, edita a Gerhardo, qui ab eo fuit presbyter nrdinatus. *Porro an idem ſit Gerardus iſte cum Gerardo clerico* S. Udalrici, *de quo Vita num. 68. aut Præpoſito, de quo ibid. num. 74. aut presbytero, ſuperius adducto, ex vita num. 93. fatenur nos ignorare. Atque hæc de primo vitæ ſcriptore.*

De ſecunda; 134 *Gebehardus, quartus ab* Udalrico *Auguſtanus Epiſcopus, poſt Henricum* S. Udalrici *ſucceſſorem anno* 982. *poſtque Ethicum, anno* 988. *exſtinctos; Luitolfo poſt ſeptem regiminis annos ſucceſſit, ſublatus & ipſe a vivis* 1010. *Is, cum ſe-* D *ſtudiret ſimplicitatem & prolixitatem antiquæ vitæ, animum appulit ad cultiorem orationem, ut teſtatur ipſe in prologo; ſed morte præventus, perficere non potuit opus, jam aliqua ſui parte inchoatum, ac deſinens in laude activæ & contemplativæ vitæ* S. Udalrici, *ab initio ejus pontificatus.*

De tertio ſcriptore. 135 *Tertius ſcriptor fuit Berno, pauco poſt tempore ſecundum ſubſecutus, qui in Præfatione ad vitam* S. Udalrici, *a ſe editam*, libellum *antiquiſſimi auctoris* veraci quidem, ſed ſimpliciori, quam nportuit, ſermone editum, cultiori ſtylo *efformandum ſuſcepit. Quam ſpartam, a Fridebaldo, monaſterii S. Afræ apud Auguſtam Vindelicorum abbate* IV. *us admiteret, rogatus, eam reipſa exſecutus eſt ante annum* 1030. *dicti Fridebaldi ſupremum. Breve de ipſo Bernone elogium contexuit Hermannus, ad annum* 1008. *his verbis:* Ipſn anno, Heinricus Rex, cognita tandem poſt duos annos Ymmonis crudelitate, remoto eo, Berri, virum doctum, & primo Prumienſem monachum, Augiæ cnnſtituit abbatem, qui gratanter E ſuſceptus, fratres diſperſos recolligit, & a Lantpertn Conſtantienſi Epiſcopo, abbas ejus loci XXIX. conſecratus, magna inſignis ſcientia pietateque præfuit annis XL. *Interea tametſi Berno annis quinque & ſeptuaginta poſt Sancti, cujus vitam ſcripſit, mortem, vivere deſierit, atque adeo potuerit in ſcriptione ſua non pauca diſcere ex iis, qui* S. Udalricn *in terris agente familiariter uſi fuerant, vitamque & mores inſpexerant, oculati & auriti teſtes; non tamen ad hos, ſed ad antiquum commentarium provocat; atque in eo inſtituto quid præſtiterit, ex ipſo diſce, ita in dicta præfatione loquente*: Nihil, *inquit*, de propriis addam, præter exempla antiqunrum Patrum, atque ſententias ſanctarum Scripturarum. *Ad hæc, illud ſolum proprio marte effeciſſe ſe pandit*, ut latius diffuſa, modeſta brevitate arctius coerceret; ſtrictius digeſta, moderata prolixitate dilatet; minus regulariter prolata, ad rectitudinis lineam corrigat.

Bernone. 136 *Ecce tibi novum orationis cultum, a Bernone in lucubranda Udalrici vita abhibitum, aſt nove, unde plus aliquid diſcat, quam antiqua vita tradideris, materiæ vel parum vel nihil; cum de-* F *ceat res, quas ex Anonymo ſeu Gerarde accepit. Idcirco mihi viſum eſt Anonymum, rudem quantumvis, præ aliis hic dare, nihil tanti facienti ſermonis nitorem & cultum, ut ob eruditionis dotes, negleto prime fonte, rivulum conſectet. Præclare Velſerus in pluries citata Præfatione*: Næ ego, *inquit*, delicatus umquam fui, utut de cetero ab aliqua oratinnis munditie nnn abhorreo, ut ſcriptores hiſtoriæ vetuſtos, incorruptos & horridos, adde etiam barbaros, poliris aliis nuperis (qui cum a verbis diſceſſum, ad res ventum eſt, priores illos ſequi neceſſe habent) poſtpoſuerim, frequentibus nimirum exemplis doctus id præſentiſſimo veritatis periculn fieri. *Ibidem quoque fatetur, ſe ex primo propemodum aſpectu & attactu veterum codicum mox didiciſſe, quam ſe ratio non fefellerit, & quam non temere usque fruſtra antiquiſſima monumenta ſecutus ſit*; aden multa, *inquit*, Berno brevitatis, opinnr, cauſa intacta præteriit, quæ omnium ætatum memoria digna, antiquus ſcriptnr accurate collecta in litteras retulerat. *Honorifice antiqui Auctoris ſimplicem, candidam, ac ſinceram veritatem commendat quoque Baronius ad an.* 924.

137 *In*

A De ſcriptore mirabil.

137 *Inventionem & Translationem Sancti Præſulis noſtri, quæ contigerunt verſus finem ſeculi* 12. *conſcripta fuiſſe ab auctore non tantum contemporaneo, ſed ab eo, qui fortaſſe rei geſtæ interfuit, liquet ex charactéribus, narrationi earumdem inſperſis. Nam num.* 4. *memorat Auctor ſe id, quod de apparitione Sancti tradit, facta cuidam famulo Udalſcalci, Præpoſiti majoris ecclefiæ, qui poſtmodum Epiſcopus creatus eſt*, a quo & hoc ipſum, quod narrat, audiviſſe *ſe dicit. Et paulo poſt recenſet*, quod Præpoſito S. Georgii in ipſa inventione corporis ſanctiſſimi, ut ipſe, *inquit*, nobis teſtatus eſt, accidit. *Plura dabit ibidem numerus* 11. *in fine. Quin imo ſcriptorem in collectione miraculorum adhibuiſſe delectum, ſatis indicatur num.* 14. *ubi dicitur:* Alia quoque miracula quam plurima circa hos dies facta perhibentur, quæ ideo calamo non ſunt illuſtrata, quia certiori adſtipulatione illa non agnovimus. *Opinatur autem Velſerus in notis marginalibus, commentationes baſce integras, quatenus videlicet compleſtuntur non pauca miracula, non eſſe unius calami partum, ſed* recentiora *quædam eſſe* addita pinſtudio præterire ſcriptioni, varie hinc inde collecta, non eodem tempora ſcripta videri. *Quid plura?* Multis indiciis fieri credibile ordinem in his miraculis eſſe perturbatum: *prout ſigillatim indicabimus in Annotatis huc pertinentibus, ac dictis Inventioni Translationique adjiciendis. Atque hæc quidem hactenus de manuſcriptis. Sequentia ſint de editoribus & editionibus variis monumentorum ſanctiſſimi Præſulis noſtri.*

B

138 *Et vero in hoc litterario curriculo facile, ut opinor, reliquis omnibus palmam præripit ornatiſſimus reipublicæ Auguſtanæ Duumvir, idemtidem jam laudatus, Marcus Velſerus, qui merito etiam elogio ornatur a Baronio, qua antiquam Aſtorum Udalricianorum ſcriptionem*, jam oblivione ſepultam, rypis cudendn & notis illuſtrando, revocavit ad vitam. *Adi Virum Eminentiſſimum ad annum* 924. *Quidnam autem idem Velſerus in hoc genere lucubrationum præſtiterit, diſce ex præfatione, vitæ præmiſſa; ubi ſe teſtatur* appegiſſe nræ notulas, morantem interdum hærentemque lectorem monituras. *Itaque præter veterem Anonymi, ſeu Gerardi vitam, dicit ſe* addidiſſe litteras Pontificias, de illo in Sanctorum numero relato; vitam a Gebhardo Epiſcopo inchoatam, at morte præventn non abſolutam, quam in duobus Mſs. veteri conjunctam repererat; Vitam aliam, a Bernone ſcriptam, hactenus legi ſolitam. Cum uterque hnrum veterem ſcriptorem præ oculis habuerir, *dicit*, interpretum quodammodo vice functuros. *Denique ita proſequitur*: Poſtrema inventio & translatin ſacri corporis cum nonnullis diverſorum temporum miraculis. *Ne longiores hic ſimul, quam par eſt, addit manifeſtum eſſe inventionem & translationem* ſcriptam a monacho, qui rei geſtæ anno MCLXXXII. interfuit; miraculorum non unum eumdemque videri auctorem, ſed ea, prout deinceps evenere, fuiſſe annotata; ut vel ex ſcribendi ratione proclive intellectu eſſe, *ait*.

C

139 *Secuta ipſum editio Surii tertia anni* 1618. *ex eodem exhibet vitam Anonymi cum prima & ſecunda dediſſent vitam Bernonis. Denique poſtremus omnium Mabilio vitam eamdem, obſervationibus præviis & notis a ſe illuſtratam, ex editione Velſeriana & codicibus Mſſ. edidit Sec.* 5. *Act. Bened., bullamque canonizationis; exordii partem, vitarum a Gebehardo & Bernone ſcriptarum cum earum prologis; inventionem ac translationem ſancti corporis; chartam* S. Udalrici *in favorem Campidonenſis monaſterii, qua libertas eligendi abbatem, eidem reſtituitur & omnia de ſancto Epiſcopo Auguſtano ab ipſo edita concludit Catalogus Epiſcoporum Auguſtanorum, ad cujus calcem notas, Dionyſium ex eodem catalogo expungi a Velſero in notis ad converſionem S. Afræ ſub finem. Hæc de aliorum editionibus; has ſequitur noſtra, quam ſubjicio, ubi lectorem monuero numeros romanos, margini adſcriptos, reſpondere diviſioni capitum antiquæ.*

D Auct. I. P.

VITA

Auctore Anonymo, æquali & familiari conſcripta.

Ex Codd. membraneis duobus, & charta- E
ceo uno, a Marco Velſero erutis, ac deinde edita apud Surium & Mabilionem.

PROLOGUS AUCTORIS.

Auctor prout præfatus.

AUres plurimorum cum fama miraculorum Chriſti, quæ per ſervum ſuum S. Udalricum in honorem ſuæ ſanctiſſimæ Genitricis a Mariæ fieri conceſſit, frequentiſſime pulſaret, & adhuc mentes eorum dubitatio occuparet, miſſis ad me legatis, rerum veritates ex meis reſponſionibus cognoſcere cupiebant, rogantes me, ut ea, quæ ego in veritate ſcire potuiſſem, lucida deſcriptione eis manifeſtarem. Cumque interrogantium tanta pluritas me undique interrogationibus claxiſſet, ut omnibus ſingulariter reſponſa ſcriptis dare me non poſſe æſtimarem, cogitare tacitus cœpi intra memetipſum., ut cum tacita experientia experiri ſtnduiſſem originem ortus ejus, ut deſcripto ejus ortu, vitam F ſubſequentem & obitum veraci relatu interrogantibus & legere volentibus omnibus in commune notum facere potuiſſem; non meis antecedentibus meritis confidens, nec ſagacitati mentis meæ, ſed in Dei miſericordiam omnipotentis ſperans; qui dixit; Aperi os tuum, & ego adimplebo illud: ut per merita præfati Epiſcopi irrigatione Spiritus ſancti & divini ignis fervore ſenſum meum dirigere dignetur, ut id, quod ad excogitandum mihi inſpiravir, ad perficiendum vires non ſubtrahat, niſi prædeſtinata animo idonea taxatione edere concedar, ut diligentibus Deum exempla ædificationis anteponant, & Dei præcepta ſperæntibus converſionis emolumentum, vel damnationis interminationem adaugeant. Iſta pro certo in amore Chriſti legentibus, auxilium Dei omnipotentis adeſſe confidimus, ut per ſervum ſuum ſint in iſtn ſeculo freci, & eo juvante fiant ad æterna gaudia perducti.

2 Oportet imprimis, na reticeamus tanti etymologia dat nomi. nis S. Udalriei. taliſque viri, Spiritu ſancto juvante, nominis interpretationem. Theutica itaque lingua he-

A reditas a proavis derelicta Alrevodal dicitur, hic ex mss. divitias ſonat: ideo non incongrue Vodalricus a paterna hereditate, dives interpretari poteſt; nam æterna Patris hereditate ditatus floret, de quo Patre quotidie in oratione noſtra dicimus: Pater noſter, qui es in cœlis, & reliqua. Ad cujus hereditatis S. Paulus poſſeſſionem in Dei voluntate perſeverantes conſolatur, dicens: Heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti. De qua etiam hereditate ſcriptum eſt: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe: cujus compendio non ſolum ſibimet fruitur, verum etiam plurimos multimodis beneficiorum conſolationibus in hac peregrinatione vivens, traxit; & nunc melius vivens, multimodis juvaminibus & continuis miraculis ad hanc introducet, ſicut in ſequentibus reperitur.

ANNOTATA.

B a *Deipara eſt primaria Patrona Auguſtanæ dioceſis.*

Præmitto de more veterem capitum diviſionem, quæ etiam deſignabitur per decurſum vitæ, numeris Romanis ad marginem adjectis; ut ſupra monui.

INCIPIUNT CAPITULA.

PRimum capitulum de ortu S. Udalrici, & qualiter hebdomada XII. ablactatus eſt, & ubi ad ſcholam commendatus eſt, & quomodo epiſcopatum accepit, & de viſione Ramberti presbyteri.

II De alia viſione ejuſdem Ramberti.

III De viſione ipſius Epiſcopi, quam ei S. Afra manifeſtavit, & de obitu Henrici regis, & ſublimatione Ottonis in regnum. Et de Adalberone, Epiſcopi nepote. Et de conſuetudine quotidiana Epiſcopi.

IV Qualiter Quadrageſimæ tempus celebraret, & tempus indulgentiæ, diemque Cœnæ Domini, & deinde uſque ad finem Paſchalis hebdomadæ.

C V Qualiter inter loca ſua pergere, & quid ibi facere conſuetus eſſet.

VI Qualiter pergeret, quando dioceſim ſuam viſitavit.

VII Quanta commoditate eccleſias noviter ædificatas benediceret.

VIII Quomodo pro eleemoſyna ſua in pago Albegaviæ quibuſdam paupertate afflictis hominibus eccleſiam longe in ſylva ſitam conſecraverit.

IX De multiplici ejus admonitione, & de ſatione octo vitiorum, & de timore in die judicii, & de conſolatione juſtorum.

X Cum Luitolfus & patruus ejus Heinricus inter ſe diſcordiam habere cœperunt, quam firma fide cum Imperatore permanſit, & quomodo in Caſtello Mantachinga obſeſſus, liberatus eſt.

XI De vindicta, quæ ſuper prædatores Auguſtenſis civitatis venit.

XII Qualiter S. Udalricus & Hardbertus Ottonem Regem & filium ejus pacificati ſunt *; & de occiſione Ungrorum. * Pacificarunt.

XIII De reverſione Imperatoris ad Saxoniam, & de commendatione propinquorum, & admonitione ædificationis eccleſiæ S. Afræ. D

XIV De hortulano, qui tenum neretur, & ab epiſcopo liberatus eſt. Et de præparatione ſepulturæ ejus. Et de itinere ejus ad Romam, & qualiter caput S. Abundii acquiſivit, & poſtea monaſterium S. Galli viſitavit, Eberhardum ſolitarium ultima vice vidit.

XV De itinere, quod ad Burgundiam pro reliquiis Sanctorum peregit.

XVI De oleo, ab eo in die Cœnæ Domini ſanctificato, & quam cito ipſe cum eodem unctus ſanatus eſt.

XVII Qualiter ſuper fluvium Vindecenem, ab eluvione elevatum, cum ſuo humectato, ſiccis veſtimentis venit, & in Danubio de ſubmerſione liberatus eſt.

XVIII Quanta commoditate Tar fluvium tranſivit, cui valde periculoſa advenit.

XIX Cum congregationem Sanctimonialium ad eccleſiam S. Stephani componere cœpiſſet; qualiter una earum infirmabatur & ſanabatur. E

XX De conſtructione eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ.

XXI De itinere ejus ultimo ad Romam.

XXII De reverſione Epiſcopi ad Auguſtam.

XXIII Qualiter Epiſcopus ad Synodum in Ingilunheim cum Adalberone vocatus eſt.

XXIV De obitu Adalberonis.

XXV De legatione ad Imperatorem pro abbatia Uttenbura.

XXVI Quam formoſe Epiſcopus obitum ſuum in Auguſta expectaret.

XXVII Qualiter Epiſcopus die Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ ultimam Miſſam celebraret.

XXVIII Qualiter Heinricus, ſucceſſor ejus, ad epiſcopatum venit, & qualiter interiit.

CAPUT I.

Sancti natales, educatio, iter Romanum, epiſcopatus, viſio Ramberti presbyteri. F

BEatæ igitur memoriæ ſanctus Udalricus ex celſa proſapia Alamannorum ex religioſis & nobilibus parentibus ortus, patre ſcilicet Hupaldo, & matre Thetpirga *a* nuncupata: qui ſolito more lactatus, & ſummo ſtudio nutritus, quamvis ſtatura corpuſculi elegans, tali tamen macilentia confectus erat, ut nutritoribus verecundia eſſet, ſi aliquis ignotorum faciem ejus inſpexiſſet. Mirantibus vero patre & matre, quare tanta tenuitate, & informitate corporis occuparetur, & ſæpe inde cogitantibus, hebdomada interim duodecima ejus nativitatis, quidam ignotus clericus, caſu adveniens, ſupplicabat, ut ab eis aliquantos dies in hoſpitium reciperetur: qui benigne ſuſceptus, & cum eis in atrio domus ſuæ hora refectionis ſedens, audiebat in cubiculo infantulum vagientem, ſciſcitabatur, quis aut cujus eſſet. Præ pudore vero maciei illis nolentibus indicare, dixit: Si ſalvum illum eſſe cupiatis, celeriter ablacterur. Qui parvipendentes ejus locutionem, eum lacti non ſub- CAP. I. Tortuens. Clerici de ejus prædilectione. a

A ſubduxerunt. Altera vero die iterum audiens eum, dixit: Quare non feciſtis ſecundum conſilium meum? Qui adhuc contemnentes ejus conſilium, non crediderunt ei. Tertia autem die, audiens vagitum ejus infirmiorem, quam antea, dicebat ad eos: Pro incuria veſtra, perditioni traditur infantulus iſte; pro certo ſciatis, quia ſi uberibus non ſubtrahitur, in iſta nocte morietur: ſi autem ſubtractus ſalvabitur, impoſterum a Domino aliquid magnum in eo manifeſtabitur. Tunc demum ei obtemperantes, aliis eum eſcis ſuſtentare cœperunt: qui ſtatim recreatus, de die in diem proficiens, talem corpus formoſitatem accepit, ut ipſi ſui parentes gratantes eum intuerentur, & aliis oſtenderent; qui laudantes Dominum die noctuque pro ſoſpitate pueri, & pro eo, qun talem ad eos direxit hoſpitem, qui iſtius rei diſcretionem cognoſcebat, & illis innoteſcebat.

B 4 De præteritis ergo futura credentes, tra- *Adventio & deliberatio de ſtatu vita, prædictio epiſcopatus.*
ctaverunt ubi vitam religioſiſſimam & docendi ſtudioſiſſimam invenire potuiſſent, acceptoque conſilio commendaverunt eum ad ſancti Galli *b* monaſterium, quia ibi nobilium Dei ſervorum multitudo, & religioſitas diſcendi docendique ſtudium tunc temporis habebatur. Commendatus vero cuidam religioſo viro, grammaticæ artis edocto, Waning *c* nuncupato, a quo bene procuratus, quotidianam religionis atque lectionis doctrinam accepit, & in intimis ſui cordis inſeruit; adeo ut paulatim fratres in eo doctrinæ fructificationem nimis proficere ſentirent, & ob hoc eum in ſuæ fraternitatis conſortium flagitando aſſumere conarentur. Horum itaque petitionibus ſæpe commonitus, inducias reſpondendi poſtulavit. Tunc itaque ad quamdam ibi commorantem incluſam, Wiberat *d* nominatam, conſilium quærendo acceſſit: quæ reſpondens dixit ei: Poſt triduum ad me veniens, ſi Deo placet, meum poteris animadvertere conſilium. Inde illo recedente, ipſa devotæ orationis ſtudio Dominum flagitabat, ut ſtatuto die certi veraciſque conſilii indicium ſibi manifeſtare potuiſſet. Cumque ille reſponſum accepturus adveniſſet, dixit illi: Ultra hæſitatio tuam non occupet mentem, quia iſtius cœnobii ſpiritualis pater a Deo decretus, ad regendum nullo modo conſtitueris: ſed in orientali parte, ubi quidam fluvius duas dividit regiones *e*, in futurum epiſcopali miniſterio, Deo militare debebis, & in eodem loco multa talia perpeſſurus es laborioſa, qualia numquam anteceſſores tui ſuſtinuerunt, a paganis & malis Chriſtianis, quæ tamen omnia, Deo juvante, in ultimis decentiſſime ſuperabis.

5 Hæc audita ſecretiſſimis fratribus intimavit, *Fit Comes curiæ Auguſtensis, audit Romam,*
& eorum ſuaſionem ſuavi colloquio mitigavit, totamque ſpem priſtinæ deſtinationis in ſua mente depoſuit, & ob hoc tamen diſcendi ſtudium non omiſit, ſed inibi cum omnibus charitative verſabatur; donec congruo tempore duplici ſagina ſcientiæ ac religionis repletus, communi omnium oratione conſolatus, & fraternitatis amore fretus, parentes ſuos amative dimiſſus reviſitavit. Qui tunc ſapienti capto conſilio, eum Præſulis Auguſtenſis Eccleſiæ Adalberonis *f* dominio ſubdiderunt, quem multa tunc temporis ſapientia repletum, muſicaque arte præ ceteris præditum, gubernaculaque regni pene omnia cum Rege *g* diſponentem agnoverunt. Ipſe vero propter nobilitatem parentum, & bonam ejus indolem & formoſitatem, læto animo ſuſcipiens, miniſterium camerarii *h* ſibi commendavit. Quo ſuſcepto, & aliis ſecundum ſuam dignitatem beneficiis, ſicuti præcoquus erat, in omnibus proſpere agens, de die in diem proficiebat. Interim vero libuit eum limina viſitare beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: cumque illuc perveniſſet, a venerando Papa Marino *i* bene ſuſceptus eſt, & ab eo interrogatus, de qua provincia vel civitate eſſet nativus. Qui reſpondens, dixit: De provincia Alamannia, & de civitate Auguſta *k* oriundus ſum, verſorque in ſervitio Adalberonis, ejuſdem civitatis Epiſcopi.

6 Ne turberis, inquit, animo, o frater! Ille, de quo mihi dixiſti, ſenior tuus Adalbero migravit a ſeculo, &, Deo jubente, te ejuſdem matriculæ *l* decet eſſe paſtorem. Eo quidem renuente, infit; Cur recuſas deſtinationem Dei? Si nunc inconcuſſam & indeſolatam accipere & gubernare refragaris in tranquillitate, in ante vero deſtructam & deprædatam in perturbatione accipies, & cum labore gubernabis & reædificabis. Altera vero die ſine licentia Papæ, propter triſtitiam defuncti Domini ſui, & ne ab eo plus verbis conſtringeretur, exivit e Roma, Auguſtamque reviſitavit, & invenit ita, ſicut præfatus Papa prædixit. Tunc Hiltine ſucceſſor Adalberonis effectus eſt, qui tamen tantæ non fuit celſitudinis, ut ſuo le vellet applicare ſervitio. Interim vero patre ejus defuncto, rediens ſuſcepit procurationem matris ſuæ, recordans præcepti Domini, dicentis: Honora patrem tuum & matrem, &c. Tanta itaque eam diligentia & omnia ſua cuſtodivit ac diſpoſuit, prout ei vires a Domino conceſſæ ſuppetebant. *prænuntiatur futurus*

7 Poſt quindecim annos defuncto Hiltine *m* Epiſcopo, machinatione nepotis ſui, Burchardi Ducis *n*, & aliorum propinquorum ſuorum, Heinrico Regi *o* præſentatus, ejuſque ſublimitati nota facta eſt deceſſio Epiſcopi, ſupplicatumque eſt, ut præfato Domino Udalrico epiſcopalis poteſtas ab eo concederetur. Rex vero intuens herilitatem *p* ſtaturæ illius, & comperiens doctrinæ ſuæ ſcientiam, petitioni eorum aſſenſum præbens, regio more in manus eum accepit, munereque pontificatus honoravit. His vero ita peractis, hilari animo de Rege revertentes, & ad Auguſtam pervenientes, ſecundum Regis edictum poteſtativa manu inveſtituram epiſcopatus ſibi perfecerunt. Succedente vero tempore Nativitatis Domini, in die ſolennitatis Innocentium, conſuetudinario ritu ordinatio ejus peracta eſt. Inde vero proſpero reditu domum veniens, conſpicienſque muros eccleſiæ undique depoſitos, omniaque ædificia nimis dilapſa, ſicut ſub priori Antiſtite, igne ſine conſummata: nimia tunc mentis anxietate fluctuans, cogitabat qualiter convenientiſſime tam penitus deſtructa reædificare potuiſſet, quia maxima pars familiæ a paganis fuerat occiſa, & oppida exuſta & deprædata. Pars autem familiæ, quæ remanſerat, in magno egeſtatis labore erat afflicta. Acquiſitis tamen architectis & multitudine congregata familiæ, *m* *ex MSS. conferatur Epiſcopi Auguſtani.*

cœpit ſagaciter diruta reſtaurare, ſatiſque ſenſibiliter ordinare, magnoque animi ſervore ſtudens, ut cœpta perficere non deſiſteret.

Vide Rambert.

8 Cum vero vir magnæ ſuavitatis inchoatum opus, quamvis preſſa ſupellectile, divino tamen fretus adminiculo ardenter implevit, omnisque ipſius templi interiora omnigeno, quantum valuit, decoramine ornare contendit. Nec non etiam frequenter ſagaci oculorum acie intus & forinſecus poſitiones eccleſiæ caute perluſtrans parvitatem non lucidæ cryptæ vilitatemque ſibi nimis diſplicere conqueſtus, ſeque profeſſus eſt competentius decentiuſque, ſi Deus annuerit, poſiturum. Cumque opus cœptum ſatis creſcere videretur, Ramberto cuidam fratri in ecſtaſi mentis videbatur, ſe, ſicut ſolebat, cum illo pſalmos decantare debuiſſe, & interim Adalberonem Epiſcopum in aquilonari parte cryptæ miſſatico apparatu veſtitum, ſibi apparentem annuentemque, ut ad ſe veniret; ſed ille ancipiti timore ſeptus viventis, atque deſuncti Domini, cœpit oculis pavens in eum conſpicari; interrogatuſque ab eo, quare ſic oculis in me inflecteris? At ille reſpondens, dixit: Ecce video ſeniorem meum Adalberonem epiſcopaliter paratum ad Miſſam, meque vocantem ad ſe. At ille: Feſtina, inquit, juſſionem ſuam implere.

9 Cui venienti ad ſe, dixit ad eum: Rambete, dic Domino tuo Epiſcopo, mercedem a Domino accepturum pro orationibus & eleemolynis, quas mihi fideliter tranſmiſit; & hoc ſignum dicito illi, quod Fortunatus *q* & ego in proxima cœna Domini, Domino concedente, cum illo chriſma ſanctificabimus, & quod operatio hujus cryptæ eſt ruitura. Ob hoc tamen non debet omittere, quin ſtudeat impoſterum ſtabiliter perpetrare. Fratres quoque recordare moneto, quod ſine vi & ſua ſponte, ſedula & aſſidua oratione pro me laborare ſpoponderunt, & quod ſic non fecerunt, & ſi hoc emendaturi non fuerint, ſciant ſe eſſe de hoc in conſpectu Domini rationem reddituros. Et tu quotidie unum pro me pſalmum cantabis ſine cautela, & hoc te emendare monebo. Ipſe vero Epiſcopus interim regiis occupatus obſequiis, curſum direxit ad curtem *r*, ibique apud aulicos digno honore diu retentus, tandemque requiſita ſalubri licentia, domum repedavit *ſ*, opuſque, cujus effectum ſeſe cernere ſperavit, totum penitus dilapſum reperit, ac ſubverſum, ſecundum prædictam rationem præfati Ramberti. Tum vero cautioribus fundamentis poſitis, ſtabiliter perfecit.

ANNOTATA.

a *Al.* Hucpaldo & Dietpirch. *Plura in Comm. prævio.*

b *Abbatia Benedictinorum in Helvetia percelebris.*

c *Nonnulla hic notavimus in Comm. prævio num. 7.*

d *Alium de illa in Comm. prævio num. 8.*

e *Lycus fluvius Suevium a Bavaria diſcriminat, Auguſtam præterfluens.*

f *Scribit Velſerus electum fuiſſe anno 887. pro quo citat Reginonem; anno 895. Concilio Triburienſi, ſeptimo loco ſubſcripſiſſe, Concil. tom. 4. ſediſſe ad annum uſque 909. citans Contractum. Annales Breves Hepidanni, monachi S. Galli, referunt obiiſſe anno 910. Catalogus Epiſcoporum ei Auguſtanorum dat Sancti titulum.*

g *Per hunc Regem intelligit Velſerus Ludovicum IV.*

h *Malim hic per* Camerarium *intelligi* cubicularium *cum Velſero, quam cenſuum ſeu redituum exactorem ſeu quæſtorem.*

i *Vide, quæ diximus in Comm. prævio num. 10.*

k *Hinc conſtat de patria S. Udalrici; & explicantur dicta de loco ejus natali in Comm. prævio num. 5.*

l *Id eſt, eccleſiæ cathedralis.*

m *Anno videlicet 923. teſte Velſero; plura dabit Comm. prævio num. 15.*

n *Scribit Velſerus è Contracto, Burchardum, ſecundum Suevia Ducem, obiiſſe anno 926. addens, nondum ſe comperiſſe, quo cognationis gradu Udalricum attigerit.*

o *Intellige Henricum Aucupem, Regem Germaniæ 919. mortuum 936. juxta Labbeum.*

p *Germani id dicunt, herrliche preſenta.*

q *Opinatur Velſerus hic intelligendum Fortunatum, Pictavienſem Epiſcopum; quem Auguſtæ aliquando fuiſſe ſcripſerat Paulus diaconus lib. 2. cap. 9. ſive 13. cenſetque idem Velſerus probari non poſſe ex epiſcoporum catalogis, neſcio quem, ut quidam volunt, Fortunatum fuiſſe Epiſcopum Auguſtanum.*

r Curtis *eſt* regia, aula; palatium, familia & domus Principis.

ſ Repedare *ſignificat* redire, pedem retrahere.

CAPUT II.

Variæ apparitiones, Henrici Imperatoris mors, variæ S. Udalrici virtutes.

ALia autem vice cum in oppido, Waringa. III. *Alia Ramberti viſio.* vocitato, primo mane conſuetudinario more pſalmodiam cum eodem Ramberto ſtuduiſſet explere, idem frater cœpit reflexis oculis timide moveri. Interrogatuſque ab eo, reſpondebat, dicens; Ecce video ſeniorem meum Adalberonem eodem modo, ſicut antea eum vidi, præcipientem mihi, ut illi miniſtrem ad Miſſam. Qui ſtatim ſurgens, retractis foribus, receſſit de eccleſia, donec hæc viſio finiretur. Aliam vero viſionem, quam de multis fratribus, in veritate dicentibus accidiſſe, didicimus, oblivioni nos tradere non oportet. Quia cum religioſus vir die ſancto Paſchæ miniſterium Sacramentorum ſtudioſe perficere decertaret, multitudine clericorum adjuvante, & cuidam Heilrico presbytero cantore exiſtente, apparuit dextera cum dextera Epiſcopi, ſacramenta ſanctificans. Expleta vero Miſſa, ille præfatus Heilricus, ſequens eum in cubiculum ſuum, cecidit ad pedes ejus, & incautius quam debuiſſet in præſentia laicorum hanc viſionem explanavit. Cui ille reſpondens dixit: Utilius tibi fuiſſet iſta reticere quam loqui. De hac vero reſponſione ſtupefactus, receſſit ab eo, & in ſcena, quæ ante cubiculum ejus eſt ſita, conſedit, & ſtatim oculi ejus magna nimietate cœperunt lacrymas effundere, & in ea effuſione permanſerunt, uſque dum in totum præſenti lumine privati ſunt.

11 Alio tempore, in nocte antecedente diem ſanctum Cœnæ Domini, quaſi in ſomnis audivit vocem ſibi loquentem; Udalrice Epiſcope, III. *S. Udalricus divinis favoribus.*

A po ſcias te hodie hoſpites eſſe ſuſcepturum. Et expergefactus a voce, qui eſſent illi hoſpites cœpit tractare. Cum autem dormiret, loquentis ſibi verba audivit: Orationes tuas & eleemoſynas tuas oculi Domini conſpexere, & ideo bi-
a nis anteceſſoribus tuis Fortunato a & Adalberoni es commendatus, ut tibi hodie & poſt hinc in iſtis ſacris ſolemnitatibus ſacra myſteria celebranti aſſiſtant, & ea tecum benedicant. Mane autem facto, aliis, ſicut mos eſt, peractis miniſteriis, circumſtantibus miniſtrorum ordinibus, cum Sacramenta conſecraret, ipſe & quidam de circumſtantibus devotiores viderunt dexteram Domini cum eo Sacramenta conſecrare, & ſignum crucis imponere, quibus, quia per ſpiritum eos ſciebat, cum viaticum ab eo acceperi accederent, digitum ori ſuperpoſuit, ut de viſione tacerent, quibus etiam poſtea ad ſe vocatis, quæ ei in nocte dicta ſunt, ſecreto nuntiavit, & præcepit, ut eo vivente, neque viſa, neque ab eo ſecrete audita alicui manifeſta-
B rent, ſi præſentem adhuc vitam habere voluiſſent. Majoris etiam viſionis ſibimetipſi manifeſtata miracula, ſub ſilentio recondendum bonum
viſionibus, eſſe non æſtimo. Quia quadam nocte cum corpus lectulo ad dormiendum collocaſſet, vidit
b ſanctam Aſram b in magna formoſitate, pulcra tunica indutam atque ſuccinctam, ſtantem ante ipſum, dicentemque ſibi: Surge & ſequere me. Et hæc dicens, eduxit eum in campum,
c qui vulgo dicitur Lechfeld c. Ibi enim S. Petrum, Principem Apoſtolorum invenit cum multitudine magna Epiſcoporum & aliorum Sanctorum, & eorum, quos ille ante non videbat, & tum nutu Dei cognoſcebat bene, ſynodale colloquium cum eis facientem, & magna & innumerabilia diſponentem, Arnolphumque
d d, ducem Bavariorum, adhuc viventem, de deſtructione multorum monaſteriorum, quæ in beneficia laicorum diviſit, de multis Sanctis accuſatum legaliter judicantem, & enſes duos
e valde heriles e, unum cum capulo & alterum
f ſine capulo f ſibi oſtendentem, & ſic loquentem: Dic Regi Henrico; ille enſis, qui eſt ſine capulo, ſignificat regem, qui ſine benedi-
C ctione pontificali regnum tenebit; capulatus autem, qui benedictione divina regni tenebit gubernacula.

ac variis donatur. 12 Finita itaque ſynodo præfata; Dei martyr monſtravit illi loca caſtrorum, ubi poſtea Otto rex adhuc manens regalem locutionem cum populis diverſarum provinciarum habuit: ubi rex Berengarius de Longobardia, & filius ejus Adalbertus cum multis Epiſcopis ſe præſen-
g taverunt, & ſuo domino ſubdiderunt g. Indicavitque ei venturam ſupergreſſionem Ungarorum, & loca belli, & quamvis laborioſe, tamen victoriam Chriſtianis conceſſam eſſe nuntiavit. Hac viſione peracta, reductum eum in lectulo collocatum dimiſit. Ipſe vero ad ſe reverſus cogitabat, reverenter in recordationem ſuam ducens illud illuſtris Verbiſatoris, rapti ad ſecreta tertii cæli, dicentis; Sive in corpore, ſive extra corpus, & reliqua. Hæc vero viſio ab eo paucis prudentibus, ac ſibi familiaribus manifeſtata eſt. Poſtea autem curtem regis adiens, ſolito more ſervitio ejus ſubdebatur, uſque
h dum rex Heinricus h præſentem vitam finiret.
i Ottoni i itaque filio ejus, in regnum ſublimato, eamdem, quam patri ſedulitatem ſervitii,

& fidei firmitatem in cunctis impertiri ſtudebat. D

EX MSS.

13 Tunc vero temporis habebat Epiſcopus Udalricus filium ſororis ſuæ Luitgardæ k bonæ indolis, Adalberonem nomine, cuidam doctiſſimo magiſtro Benedicto monacho, ad erudiendum ſcientiam grammaticæ artis & aliorum librorum commendatum. Cumque ille ab eo in omnibus profectibus bonæ ſcientiæ & diſcipline doctus atque educatus in virile robur deveniſſet, ſtatim de ſchola exemptus, ab avunculo ſuo Epiſcopo, Imperatori præſentatus, & in manus ejus miſericordiæ commendatus, regali ſervitio tam ſtudioſe atque decenter inſiſtebat, uſque dum Imperatoris ejus miniſterium in Eccleſiaſticis & ſecularibus bene placuiſſet. De hac pro certo ſedulitate ejus ſervitii quotidiani conceſſum eſt ejus avunculo S. Udalrico Epiſcopo, ut præfatus Adalbero in ejus vice itinera hoſtilia cum militia Epiſcopali in voluntatem Imperatoris peragerent, & in curte Imperatoris ejus vice, aſſiduitate ſervitii moraretur, ea videlicet cauſa, ut præfato Præſuli Dei ſervitio, & cuſtodiæ gregis commendati, & utilitatibus Eccleſiæ, & orationibus, & eleemoſynis ſecundum ſuum deſiderium immotari licuiſſet. E

Ejus in Adalberonem ſtudia. k

14 Ille vero, quantum ſecularibus curis ſe abſolutiorem eſſe perſenſit, tantum ſeipſum in Dei voluntate facere nitebatur obligatiorem. Curſus ſcilicet quotidianus cum matricularii in choro ejuſdem matriculæ ab eo caute obſervabatur, quandocumque ei domi manendum aliæ occupationes conſenſerunt. Inſuper autem unum curſum in honore ſanctæ Mariæ, Genitricis Dei, & alterum de ſancta Cruce, tertium de omnibus Sanctis, & alios pſalmos plurimos, tumque pſalterium omni die explere ſolitus erat, niſi ſi cum impediret aliqua inevitabilis neceſſitas. Miſſas autem tres l vel duas aut unam, ſecundum ſpatium temporis, cantare quotidie non deſiit, ſi infirmitas corporis aut aliquod ſtudium bonum ei non ſubtraxit.

pensum aſſiduitatis.

l

15 Multis temporibus carne abſtinuit, ſed tamen aliis, cum eo manducantibus, abundanter donavit. In quotidianis refectionibus, quando cum ſuis ad menſam ſedebat, prima appoſitio panum atque ciborum, ex maxima parte per aliquem clerum, cui hæc commendata ſunt, pauperibus dividebatur: exceptis his mancis atque debilibus, qui in grabatulis & in lectulis, & in ſcamellis ambulantes, & in ſperulatis lectulis, quotidianum victum in ejus præſentia acceperunt de optimis eſcis & potibus. Aliorum autem nemo, qui in ſua præſentia, ſive notus fuiſſet ſive ignotus, cibum ſumpſerunt, eſuriens aut ſitiens recedebat, niſi aliquandoincuria aut tenacia miniſtrorum contigiſſet contra Epiſcopi voluntatem. Hoſpites autem cum ad eum deveniſſent, tripudio & tanta hilaritate vultus & animi ſuſcepti ſunt, & in omnibus procurati, veluti eis optime conveniebat; ſciens in eis Chriſtum ſe ſuſcepiſſe, illo dicente; Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me. Vaſalli m autem Imperatoris ab eo pergentes, vel ad eum redeuntes, ſummo honore ſuſcepti, & in tantum ſunt opulentati, ut in nullo eos aut jumenta eorum ulla indigeotia fatigaret, acceptiſque ſecum ſtipendiis itineris eorum neceſſariis, læti ab eo redirent. Monachos autem atque clericos

abſtinentia, miſericordia erga pauperes, hoſpitalitas. F

m

A ex MSS. & ſanctimoniales eum viſitantes, more filiorum amavit, & ſpiritualibus eos atque corporalibus eſcis abundanter recreavit, & cum illo manere conceſſit, quamdiu eorum voluntati complacuit, & congruo tempore in omnibus hilaratos ire dimiſit.

vero domeſticorum ac ſubditorum,

16 Clericos autem ſuos ex familia, vel liberos mediocres, vel nobiliores, ſumma diligentia nutrire & docere præcepit, & quoſcumque inter eos honore dignos cognovit, miniſterits & congruis beneficiis ditiores fecit. Laici autem, luæ dominationi ſubjecti, ſemper cum eo omni honore & lætitia commorabantur, nullam deceptionis fraudem ab illo fieri timentes, ſed firmiter credentes atque certe ſcientes, quidquid eis promiſerat, hoc, Domino annuente, compendioſe perfecerat. De familia autem ei commiſſa quicumque ante eum venerat, ſe exclamando injuſte eſſe oppreſſum, vel exſpoliatum, aut aliquo modo injuriatum de Domino proprio, cui in beneficium conceſſus erat, ſive de conſervo ejus, vel de alio aliquo, ad rationem ejus ante auſcultavit, & ubi cognovit injuſte contra eum factum fuiſſe, firmiter confeſtim præcepit, ut iniquitas ei facta cito emendaretur, & non omiſit, donec perficeretur. Legitimum vero jus totius familiæ, quo pro anteceſſoribus ſuis intebatur, firmiter eam tenere conceſſit, & nullius poteſtatis hominem ſub ſuo regimine degentem, hoc ei tollere permiſit; & non niſi rectum cenſum de omnibus locis aliquem ſuorum miniſtrorum ab ea exigere non conſenſit.

B

pili fugæ,

17 Otio inani, nullo tempore animum ſuum ſubjacere patiebatur, niſi aliquid utilitatis excogitaret aut perpetraret, ſive de Eccleſia, quam undique dilapſam invenit, vel de ejus ornatu, vel de paraturis altarium & clericorum, & de diſciplina canonicorum, & de ſchola, & de ſuſtentatione & ſalvatione familiæ; & qualiter civitatem, quam ineptis valliculis & lignis putridis circumdatam invenit, muris cingere valuiſſet, quia in his temporibus Ungarorum ſævitia in iſtis provinciis more dæmoniorum graſſabatur. Hæc vero omnia cum exterius ſuorum fidelium conſultu pertractaret, æſtu tamen interius divini amoris ſuccenſus, vigiliis & orationibus & jejuniis & eleemoſynis Deo ſe ſociare ſtudioſiſſime feſtinabat, ſemper cuti ſuæ laneum apponens veſtimentum, & regulam ſequens monachorum. Poſt Completorium numquam, propter ullius hominis petitionem, eſcam vel potum, delectationi corporis ſuæ conſentiens ſumpſit. In mollitia plumatii non dormivit, ſed pſiathio a & ſago aut taperis ſuppoſitis requievit. In nocte primum ſonante ſigno ſurrexit, & prædictos curſus maxima cautela complevit.

C

ANNOTATIO.

a *Vult Velſerus, hoc nomen largo modo ſumendum videri, cum nullus Fortunatus legatur in catalogo Epiſcoporum Auguſtanorum; addens Ptolavienſem illum Epiſcopum Fortunatum (de quo in annotatis ad cap. 1. littera* q) 400. *circiter annis ante* S. Udalricum *vixiſſe.*

b *Præcipuo quodam pietatis cultu celebratur Auguſtæ Vindelicorum; de qua tractabitur menſe Auguſto.*

c *Fluvium* Lechfeld *nomen ſuum indidiſſe campo illi, quem aquis rigat, auctor eſt Beroldus (de quo vide Comm. prævium) in vita* S. Udalrici.

D

d *Notat Velſerus hic, apud Ottonem Friſingenſem lib. 6. cap. 18. ſimile elogium tribui; eumque eſſe* Arnolphum, qui eccleſias & monaſteria Bajoariæ crudeliter deſtruxit, ac poſſeſſiones earum militibus diſtribuit.

e *Germanice* herlich.

f *Friſingenſis loco citato, teſte Velſero, & Gebehardus Epiſcopus in vita* S. Udalrici, *per enſem abſque capulo, Arnolphum Ducem ſignificatum autumant: Damarus autem Henricum Auceps, quod poſtremum, ideo Velſerus cenſet vero eſſe ſimilius; quia is epiſcopalem unctionis benedictionem accipere neglexit; cujus etiam explicationis ſequacem dicit Siffridum presbyterum Epitom. lib. 1.*

g *Deditionem hanc Ottoni factam. Auguſtæ anno 951. ſignat Velſerus ex Contractu, Witichindo, Damaro, aliiſque.*

h *Anno 936. die 2. Julii, ætatis 60.*

i *Fuit is Otto primus, cognomento Magnus.*

k *Locum hunc elucidabunt ea, quæ habentur in Comm. prævio, num. 4.*

E

l *Obſervat hic Velſerus liberum olim fuiſſe ſacerdotibus, quæ vellent, una dic Miſſas celebrare, quod, inquit, ex Valafrido colligas cap. 21. & fortaſſis ex D. Leonis etiam epl. 79. ad Dioſcor. cap. 2.* Concilium vero Saleguſtad. cui Bruno Epiſcopus Auguſt. interfuit anno MXXIII. conſtituit cap. 5. ne quis trium numerum excederet. Alexander ſecundus Pontifex, qui obiit anno MLXXII. cap. Sufficit de conſecrat. D. 1. unum revocavit.

m *Alia lectio, ut teſtatur Velſerus, habet:* Vaſalli autem ejus in propria ab eo.

n *Διαδοχεῖον, eſt* ſtorea, teges. *Refert Velſerus adhibitum fuiſſe pſiatii vocabulum a Caſſian. de Gaſtrimarg. cap. 35.*

CAPUT III.

Bona opera tempore Quadrageſimæ a Sancto frequentata.

F

IV. Quadrageſima pia tranſacta.

TEmpus vero Quadrageſimæ quanta devotione celebraret, ſermo mihi non ſufficit ad narrandum, ſed tamen ea, quæ vidimus, non decet nobis in totum omittere. Matutinis namque laudibus expletis, aurora diei prima illucſcente, aliis orationibus expletis, pſallere pſalterium cœpit, quo expleto & letania expleta, aliis orationibus firmiter inſiſtebat, uſque dum ſignum ad vigilias defunctorum ſonaret, quo audito ſtatim ſurrexit, & cum fratribus vigiliam celebravit & Primam. Prima vero expleta, fratribus ſolito more crucem portantibus, ipſe remanens in eccleſia, codiculum breviatum ex pſalmis cum aliis orationibus interim decantavit, uſque dum fratres cum Cruce redirent, & Miſſam ſacrificationis celebrare cœpiſſent, ipſe primum devote Deo ſacrificium offerens, manum ſacerdotis humiliter oſculans. Expleta vero Miſſa, Tertiam cum fratribus explevit. Fratribus vero ad capitulum pergentibus, ipſe ſolito more in eccleſia remanſit, donec ſignum ad Sextam ſonaret. Sexta autem hora expleta, altaria circuibat cum venia, cantans; Miſerere mei Deus, & De profundis: tunc de-

demum ad cubiculum rediit ad lavandam faciem
A ſuam, & ad Miſſam ſe præparandum. Miſſarum autem celebrationibus expletis & Veſperis decantatis, ad hoſpitiolum pauperum pervenit, & XII. pauperum pedes lavit, & unicuique eorum de aceolo pretium unius denarii donavit. Inde rediens, ad menſam pranſurus conſedit, ibi lectio non defuit, nec prædictorum pauperum multitudo copioſa: appoſita cum gaudio ſumpſit, & cum eo manentibus maxima hilaritate diſtribuit, recordans illud Apoſtoli; Hilarem enim datorem diligit Deus. Unicuique enim præbebat quod eum libentiſſime ſumere æſtimabat. Cibo vero conſumpto, & omnibus cum eo commorantibus lætificatis, congruo tempore Completorium recitavit, inſuper aliis orationibus peractis, ſecreta cubiculi cum ſilentio repetivit, & omne colloquium, niſi cum Deo & Sanctis ejus, uſque ad alterius diei Primam peractam omnino devitavit.

19 Hoc modo dies Quadrageſimæ explevit,
B uſque in diem indulgentiæ, quem dicunt Paſcha palmarum. Eo die mane diluculo ad ſanctam
a Afram *a* veniebat, ſi in præterita nocte ibi non manebat, Miſſam de ſancta Trinitate cantabat, & ramos palmarum diverſarumque frondium benedicebat, Evangelioque & crucibus &
b ſanonibus *b*, & cum effigie ſedeotis Domini ſuper aſinum, cum clericis & multitudine populi, ramos palmarum in manibus portantis, & cum cantationibus, ad honorem ejuſdem diei compoſitis, & eum magno decore pergebat, uſque ad collem, qui dicitur Perleich, ibique obviam ei veniebat chorus canonicorum cum pulcritudine magna, & cum civibus, qui in civitate remanſerant; & qui de oppidis circum jacentibus, ipſis ſe jungere voluerunt ibi, ad imitandum humilitatem puerorum, ceterorumque populorum, ramis palmarum & veſtimentis ſuis viam ſternentium. Iis expletis, Vir ſanctus congruentiſſimam admonitionem de paſſione Domini ad omnes fecit, eouſque ſæpe, ut ille fleret, fletuque ſuo multos flere feciſſet. Admonitione peracta, omnes ſimul Deum laudantes ad eccleſiam matricalam pervenerunt, ibique miſſam cum eo celebraverunt, & inde omnes in ſua redierunt.

C 20 Poſtea autem in his tribus diebus contiCollocutum ſynodale, c guis ſyoodale colloquium habere conſuevit, eo quod canones *c* bis in anno Epiſcoporum coocilia fieri præcipiunt, unum XV Kal. Oct., & aliud quarta hebdomada poſt Paſcha; hoc in iſto tempore perficere decrevit, ne in antea ei aliquod obſtaculum illud perficiendum impedimeotum faceret, & ut in Cœna Domini cum eadem multitudine clericorum & populi, plenius & honorificentius chriſma & oleum ſaoctificaretur. Eo vero die hora tertia omnes clerici, ſolemniſſimis paraturis induti, venerunt in eccleſiam, & ipſe ſuo more glorioſiſſime ad Dei ſervitium paratus, cum eis ſacrum myſterium agere devotiſſime cœpit, perlectoque Evangelio, & admonitione facta ad populum, & confeſſione populi accepta, indulgentiam humillime eis fecit, & tota ſynodo oblationem offerente ſecundum ordinem, cautiſſime implevit uſque ad benedictionem chriſmatis & olei. Hoc fecit magna reverentia ſibi apportari, cum crucibus & eum pueris portantibus ſub palliolo occultatis, & cereis, cum verſibus, ad hoc miniſterium compoſitis, formoſiſſime decantatis, & cum proceſ- D
ſiona XII. presbyterorum, qui cum eo uſque in Ex Miſſal.
finem Miſſæ in ſuo miniſterio perſeverare debuerunt.

21 Rite autem ſibi allato, humilliime ſuſce- *officium conſecrandi & opera miſericordiæ.*
pit, & totam ſynodum rogavit, ut quando ille crucem benedicendo ſuper illud faceret, & ipſi cum eiſdem presbyteris, qui in proceſſione erant & ſibi aſſiſtebant, benedicere non deſiſterent, ceterumque populum, Pater noſter cum magna humilitate decantare rogavit. Quo benedicto, & populo ſacro viatico recreato, Veſperaque expleta, ad ſacrarium venit (ad) chriſma & oleum clericis diſpenſandum. His diſpenſatis, ad hoſpitium pauperum venit, & eis ſolito more miniſtravit. Inde autem in eccleſiam ambulavit, & ante ſacrarium venit, ibique a camerario allatis veſtibus novis XII. pauperes veſtivit, & acervulum aceoli aliis diſpenſavit, & de eo die nullum ab eo vacuum abire dimiſit, quamvis eorum multitudo magoa adeſſet. Poſtea ad cibum ve- E
nit, cibatiſque omnibus, cum eo manentibus, exemplo Domini pedes diſcipulorum ſuorum lavare cœpit. Lavationeque cum antiphonis congruentibus & verſibus & lectionibus decentiſſime peracta, pocula optima in ſuis ecllariis recondita cum magna charitate & humilitate ſufficienter porrexit, & Completorio expleto, membra in Dei ſervitio fatigata, quieti lectuli commendavit.

22 Die autem Paraſceve, horis ſecundum or- *Quem plebdomadæ ſanctam*
dinem caute expletis, omiſſis aliis curſibus, ſicuti in Cœna Domini, niſi ad eumdem diem pertinentibus, mane diluculo pſalterium explere feſtinavit, & ſacro Dei myſterio perpetrato, populoque ſacro Chriſti corpore laginato, & conſuetudinario more, quod remanſerat, ſepulto, iterum ioter eccleſias ambulando, pſalterium explevit decantando, & veſpertina hora ſine menſa atque menſalibus in cubiculo ſuo pane & cerviſia ſe recreare cœpit, & unicuique, qui ſecum erant, panem & cerviſiam juxta eorum voluntatem exhibere præcepit. Sanctiſſimo autem Sabbati die, expletis nocturnis officiis, & amando pſalterio perfecto, præparatum ſibi balneum intravit, quo numquam uti ſolebat eo tempore, niſi in ſabbato ante Quadrageſimam, F
& in media Quadrageſima, & eo die. Lavatione autem corporis peracta, & præparatioone veſtimentorum induta, ad ſacrum officium ſolemniter ſe præparavit, & totum clerum hora diei nona cum eo paratum eſſe deſtinavit, ſtatimque perfecta tcina letania, cereoque ſanctificato, lectionibuſque & tractis conſummatis, cum quioa letaoia & cum omni honore ad baptiſmum conſecrandum ad eccleſiam ſancti Joannis Baptiſtæ perrexit, baptizatiſque ibi ab eo tribus pueris, cum ſeptena letania regreſſus eſt in ſacrarium ad Miſſam ſe præparandum, clero interim pſallente in choro. Miſſarum vero ſolenniis ſolemniter eum Veſpera peractis, corporeque Chriſti diſpenſato, & ſacris veſtibus depoſitis, eo die menſa appoſita, ad refectiooem cum magna moltitudine conſedit, & omoibus abundaoter refectis cum gaudio ad manſiunculas redire permiſit.

23 Deſiderantiſſimo atque ſanctiſſimo Pa- *Feſta Paſchalia*
ſchali die adveniente, poſt Primam intravit *d*
eccleſiam ſancti Ambroſii *d*, ubi die paraſceve corpus Chriſti ſuperpoſito lapide collocavit,

A vit, ibique cum paucis clericis Miſſam de ſancta
ex Mſſ. Trinitate explevit. Expleta autem Miſſa, cle-
e rum interim congregatum in ſcena *e*, juxta eam-
dem eccleſiam ſita, ſolenniſſimis veſtibus indu-
tum anteceſſit, ſecum portato Chriſti & Evan-
gelio & cereis & incenſo, & cum congrua ſa-
lutatione verſuum a pueris decantata, per atri-
um perrexit ad eccleſiam ſancti Joannis Bapti-
ſtæ, ibique Tertiam decantavit; indeque cum
antiphonis, ad honorem hujus diei congruentiſ-
f ſima compoſitis, ad tuomum *f* formoſiſſima pro-
ceſſione, binis & binis ſecundum ordinem ſi-
mul ambulantibus, Miſſam celebraturus perve-
nerat. Miſſa itaque devotiſſime religioſiſſime de-
cantata, cunctiſque Sacramenta Chriſti accipientibus & in ſua revertentibus, ille ad cibum
acceſſit. Ibi menſas tres, omni decore præparatas invenit, unam, cui ille, cum quibus vo-
g lebat, adſedere ſolebat, & aliam matriculis *g*, tertiam congregationi ſanctæ Afræ. Sanctifica-
to itaque cibo, carnes agni & particulas lardi, inter Miſſarum ſolenpia benedicti, omnibus diſ-
B penſavit, & tunc demum cibum cum eis omni gaudio ſumpſit. Tempore enim ſtatuto ſym-
phoniaci venerunt, quorum tam copioſa multitudo fuit, ut pene intercapedinem aulæ ſecundum ordinem ſtando impleviſſent; & tres modos ſymphonizando perfecerunt.

24 Hia ita gaudiis multiplicatis, canonici, *transierit.* præcipiente epiſcopo, charitatem accipientes & rogantes, unum reſponſorium de Reſurrectione Domini interim decantaverunt. Et hac charitate expleta, ad alteram menſam congregatio ſanctæ Afræ ſimiliter fecit. Appropinquante vero Veſpera, ille ſibi & ſecum ſedentibus lætanter pocula porrigere præcepit, & tertiam charitatem omnes charitative bibere rogavit, acceptaque ea charitate, tertium reſponſorium omnis clerus ſimul cum lætitia decantavit. Quo decantato, hymnum decantando canonici ſurrexerunt, ut apte præparati ad Veſperam devenire potuiſſent. Veſpera autem peracta, Epiſcopus cum hoſpitibus & militibus ad ſuam ædem omnes exhilarandos revertebatur. Mane vero, quod eſt die Lunæ, clerus totus ad ſanctam Afram congregabatur, ut Epiſcopum venientem formoſiſſimis paraturis indutus, honorifice ſuſcepiſſet, quia e-
C jus conſuetudo erat, ut eo die ibi ſacrarum ſolenniis Miſſarum Deo militaret, & poſt peracta ſacrarum Miſſarum ſolennia, multitudinem populi illuc congregati ſacro chriſmate confirmaret. Et his ita peractis ad civitatem rediit, & ibi totam paſchalem hebdomadam devotiſſime celebravit.

ANNOTATA.

a *Notat Velſerus eccleſiam S. Afræ, eam, quæ nunc vulgo* S. Udalrici, *cœnobitis* S. Udalrici & Afræ *dicitur, urbe tunc non fuiſſe comprehenſam.*

b Fanones *ſunt* vexilla, *Germanice* fahnen, *Belgice* vaenen.

c *Citatur a Velſero* Diſtinct. XVIII. cap. IV. Primum poſt tertiam hebdomadam Paſchæ, ut in quarta compleatur; ſecundum Idibus Octobris. Apparet itaque hic XV. Kal. Octobris ſcriptum pro XV. die Octobris; quam phraſim etiam alias in ſcriptoribus parum Latinis eſt obſervare.

d *Docet nos Velſerus nullam aliam hujuſce eccleſiæ, quod ſciat, memoriam ſuperoſſe, ſibique videri ſtetiſſe prope cathedralem.*

e *Intelligo* porticum *per hanc vocem.*

f *Reſpexerit haud dubie auctor ad Germanicum* thuom, *quod denotat eccleſiam ſummam ſeu cathedralem.*

g *Id eſt*, clero matricis eccleſiæ, *ſeu* eccleſiæ cathedralis. *Nam, auctore Velſero, Clerici regulares id temporis eccleſiam S. Afræ, quæ nunc* S. Udalrici *eſt, obtinebant.*

CAPUT IV.

Viſitat monaſteria ac diœceſim: conſecrat eccleſias.

FInita Paſchali ſolennitate, cum alicujus rei neceſſitas popoſciſſet, ut ad alia loca vel ad monaſteria, pertinentia ad epiſcopatum, legitime pergere debuiſſet, Vuthinuvanc, Staphenſe, Fauces, Wiſſinteſteiga, Heuvibach *a*, quæ numquam in beneficium laicorum conceſſit, niſi de exterioribus locis, ad eadem monaſteria pertinentibus, alicui de iſto pago, in quo monaſterium ſitum eſt, conceſſiſſet, ut ibi advocatum monaſterii habere potuiſſet, ut eccleſiaſticæ ab eo res defenderentur; ſed ad ſuam poteſtatem optima quæque detinuit, ea videlicet cauſa, ut facultatem ea viſitandi & ibi manendi, & quæ neceſſaria erant corrigendi, in ſtipendiis habuiſſet. Sedebat itaque in ſolio, ſuper carpentum compoſitum, de humerulis plauſtri in ferro pendente, & eum eo unus clericus de capellanis ejus, qui cum eo totos dies pſalmos decantaſſet. Non ideo quando imprimis tali modo pergere cœpit, niſi *b* adhuc caballicare *c* potuiſſet, ſed ut a populis ſequeſtraretur, ne a cantatione pſalmorum, eorum colloquiis ineptis impediretur. Comitari vero ſemper cum illo aliquos ſuos presbyteros prudentiſſimos, & de capellanis, tantum ut quotidie ſervitium Dei decore perficere potuiſſet, præcepit. Similiter & de vaſallis ſuis ſemper ſecum aliquos ſapientiſſimos habere voluit, ſi ei aliquod negotium de eccleſiaſticis rabus vel ſecularibus ad tractandum deveniſſet, ut eorum conſilio caute tractare & regere ſemper paratus eſſet.

vigilli triſtis mi paſtoris

26 Fuerunt etiam electi de familia ſemper, qui trahentibus bubus ductores fuiſſent, & eum ante & retro ad dexteram & ad lævam caute obſervaſſent; quibus ille quotidie tantum annonæ copiam per ſe ipſum & per miniſtros ejus dari fecit in præſentia ejus, ut triplici numero virorum ſufficere potuiſſet. Amantiſſimus quoque comitatus pauperum ſemper cum eo inter ſua loca ibat, qui virtutem caballicandi habebant, in cautiſſimis ambulatoribus pergebant. Alii autem his vehiculis, in quibus ſoliti erant pergere, cum carpentis, epiſcopalia miniſteria portantibus, pertexerunt; Quorum vero *d* manſiunculas & totas procurationes ipſe per aliquem ſuorum fidelium quotidie caute diſpoſuit. Numquam vero in aliquo prædictorum monaſteriorum otioſus manebat, niſi in ædificiis eccleſiæ, vel clauſtrorum, vel aliorum ædificiorum, vel murorum antea præparatis & collectis

D

E

V.

Quem ſub-duo

a

b

c

F

d

A ctis ſupelleſtilibus laboraſſet: vitam vero in eo-
dem monaſterio Deo militantium monachorum
ſive canonicorum, & ſtipendia eorum omnino re-
gere & componere ſtuduit, & jus familiæ diſſol-
vere omnimodo non conceſſit. Dona etiam ſan-
cti Spiritus tradere, ubi neceſſitas fuit, cum
confirmatione chriſmatis non omiſit.

27 Gratum autem & neceſſarium iter populis,
e cum quarto e anno ſecundum conſtitutionem ca-
VI. nonum miniſterium ſuum adimplendum, cauſa
parvis ca- regendi & prædicandi atque confirmandi, dioece-
pitoris ſim ſibi commiſſam viſitare decreviſſet, eodem
modo, ſicut ſuperius diximus, in folio, carpen-
ti ſuperpoſito, ſedebat, pſalmoſque ſolito more
decantabat, eunuchum illum imitans, qui legens
Eſaiam prophetam, ſuper currum ſuum ſedens,
per viam pergebat, cui, præcipiente Spiritu ſan-
cto, Philippus adjunctus eſt; qui ab eo prædica-
tus & baptizatus, fidem ſanctæ Trinitatis accepit;
æſtimans pro certo, quantum ſe colloquiis huma-
B nis ſubtraxiſſet, ut tantum ſe divinis propinquio-
rem facere potuiſſet. Ad loca autem illa cum per-
veniſſet, ubi concilia ſua denunciata fuerant, cum
Evangelio & aqua benedicta & ſonantibus campa-
nis & tanta honorificentia ſuſceptus eſt, quantum
illis, qui ibi congregati ſunt, virtus ſuppetebat.
Statim vero Miſſa celebrata, in concilio conſi-
dens, populum ante ſe vocari fecit, prudentio-
reſque & veraciores ſacramento interrogare præ-
cepit, quæ in illa parochia emendatione digna
fuiſſent, & contra jura chriſtianitatis perpetrata
peccata, ut ei veraci relatu nota fierent facta.
Ut autem ab eis aliqua, normam rectitudinis
ſupergredientia, cognita audivit, ſine perceptio-
ne perſonarum, ſecundum judicium clericorum, ad tramitem rectitudinis, quantum om-
nipotente Deo juvante potuit, retrahere feſti-
navit, & male pullulata ſurcula vitiorum, ſal-
caſtro verbi Dei ſtudioſiſſime reſecare, ne vir-
gulta malorum germinum ſegetem Chriſti ſibi
commiſſam ſuffocare licentiam habuiſſent, &
morbis vitiorum aptiſſima fomenta emendatio-
num oppoſuit, ſed tamen ſecundum verbum
Dei dicentis; Argue, obſecra, increpa in
omni patientia & doctrina. Ea vero, quæ diſ-
ficilia & inſuperabilia miniſtris ſuis eſſe, ab
eis comperit, in præſentia ſui, omnium cum
C eo manentium adjutorio, perçauta directione
finiri contendit.

oſtrando diligenſim.

28 Quæ autem ab eis ſine obtrectatione a-
liorum, in ſtatum rectitudinis converti perſen-
ſit, eorum regimine perficiendum firmiter com-
mendavit. Ille autem, ſequens regulam ſui mi-
niſterii, Spiritus ſancti donum populo ad hoc
illuc congregato, ſacræ unctionis confirmatio-
nem ſtuduit imponere. Si autem his adhuc im-
perfectis, nox ſolito more ſubrepens advenit,
ne aliqua pars ovium ſibi commiſſarum detri-
mento privationis cæleſtis doni gravaretur, in-
cenſis luminaribus, in nomine Domini cœpta
perficere decertavit. Interdum autem cum de
refragatoribus juſtitiæ tanta contentio excre-
viſſet, ut, decedente die, tenebræ noctis fun-
derentur in mundo, ne pro eo concilia, ini-
bi ventilata, remanerent incorrecta, lumini-
bus incenſis, regulas canonicas legere præce-
pit, ut ſeris juſtitiæ, ora refragatorum oppi-
larentur, & juſtis judiciis omnia in Dei vo-
luntate conſummarentur. Cum autem cumple-
to concilio vel confirmatione ad manſiunculas
rediit, (ad) corpus reficiendum non prius pran- D
dium guſtavit, quam pauperibus eleemoſynæ EX MSS.
ab eo clerico, cui illa obedientia erat commen-
data, erogabantur. Debilibus autem cum eo ad-
venientibus, in ſua præſentia collocatis, abun-
dantem refectionem apponi præcepit. In quibuſ-
dam autem diebus capitula cum clericis habere
diſpoſuit, in his locis, qui hæc aptiſſime fieri ar-
chipresbyteri putaverunt, & ubi eum ab alus
mundanis conciliis abſolutiorem eſſe arbitra-
bantur.

29 Congregatis ante ſe clericis, archipres- *moresque*
byteros & decanos, & optimos, quos inter eos *docendo*
invenire potuit, caute interrogavit, qualiter
quotidianum Dei ſervitium ab eis impleretur;
& qualiter illis populus ſubjectus ex eis regere-
tur in ſtudio prædicandi docendique; quantaque
cautela infantes baptizarentur, infirmi viſita-
rentur & ungerentur; defunctorum etiam cor-
pora, quanta compaſſione ſepulturis traderen-
tur; qualiter de decimis & oblationibus fideli-
um, pauperes & debiles recrearentur; viduis
& orphanis in univerſis neceſſitatibus ſubveni-
rent, quantoque ſtudio in hoſpitibus & advenis E
Chriſto miniſtrarent; ſi ſubintroductas mulie-
res ſecum habuiſſent, & inde crimen ſuſpicio-
nis inciderent; ſi cum canibus vel accipitribus
venationes ſequerentur; ſi tabernas cauſa eden-
di vel bibendi ingrederentur; ſi turpes jocos in
uſu haberent; ſi ebrietates & commeſſationes
ſupra modum amarent; ſi rixis & contentioni-
bus & æmulationibus deſervirent; ſi nuptiis ſe-
cularibus intereſſent, vel ſi aliqui eorum mini-
ſteria indecentia in conſuetudine haberent; ſi
per Kalendas, more anteceſſorum ſuorum, ad
loca ſtatuta convenirent, ibique ſolitas ora-
tiones explerent, ſuaſque eccleſias ad tempus re-
viſerent; ſi obedientiam eorum magiſtris præ-
buiſſent, & in toto ſuo miniſterio devoti & apti
manere ſtuduiſſent. Reſponſione autem de inter-
rogatis facta, & ratione veritatis percepta;
ſtantibus in rectitudine, dulciſſimæ conſola-
tionis gratia gratificavit, & ut deinceps a nor-
mula juſtitiæ ne deviarent, ſuavi colloquio ad-
monuit. Errones autem per devia incedentes
fratres digna terruit correptionibus, & ut po-
ſtea conſueta vitia omitterent præcepit.

30 Horum autem, qui in ſuo epiſcopatu pro- F
prietates habebant, quiſquis religiolorum pro- VII.
pter amorem Chriſti eccleſiam componere cu- *ut eccleſiæ.*
piebat, & cum conceſſa licentia ab eodem ſan-
cto Epiſcopo eam ædificaverat, conſecratione-
mque habili tempore ab eo fieri flagitavit,
aptiſſime uniuſcujuſque petitioni præbuit aſſen-
ſum, ſi confeſtim ille conſecratæ eccleſiæ le-
gitimam dotem in terris & mancipiis in ma-
num ejus celſitudinis dare non differret, in
conſpectu civium ſuorum & teſtium veridico-
rum, ne poſtea geſtæ rei veritas offuſcaretur,
ea etiam ratione, ut aliis circumjacentibus
eccleſiis, jura earum in nullis rebus propter
illam novam, minuerentur. Conſecratione-
que peracta, doteque contradita, comprobato
illic presbytero altaris procurationem commen-
davit, & eccleſiæ advocationem firmiter legiti-
mo heredi panno impoſito commendavit. Ali-
cujus oblationem muneris non expoſcebat, ni-
ſi presbyter ejuſdem eccleſiæ aliquid propter
honorem ſuum, & bonam voluntatem ſuam
ſponte eum accipere impetraret.

31 Jeſu

A ex mss. viii. manſuetudo.

31 Jeſu vero quodam tempore præceptis obediendo, cum in pago Albegouue, nominatum miniſteril ſui officium implere decreviſſet, venerunt quidam homines de eodem pago ad eum, lamentando dicentes: Patres noſtri in ſua proprietate, quam nobis reliquere, de lapidibus & cæmento & lignis ædiculam conſtruxerunt, quam Deo & Sanctis ejus dedicari voluerunr, & ut ipſi ibi ſacrorum officiorum celebrationem audire meruiſſent, quia locus iſte in magna vaſtitate eremi eſt ſitus, ſed propter difficultatem viæ & pauperiem ſubſtantiæ eorum, numquam Epiſcopum ad conſecrandam præfatam ædiculam introducere potuerunt. His auditis, Dei Servus hilari vultu dicebat: Poteſtis nunc ad tempus, quæ conſecrationi eccleſiæ ſunt neceſſaria acquirere? qui amicorum conſolationibus freti, reſponderunt, Poſſumus. Quibus ille infit: Cautum mihi viæ ductorem dimittendo ante eedite, & quæ ſunt ordinanda ordinate, ecce veſtræ ſubveniendum neceſſitati, illie perveniam, &, Deo juvante, eccleſiam conſecrabo. Die vero altera, conſecratione peracta, cives ipſi, ſecundum ſuam facultatem munera offerentes, ante eum veniebant: quæ videns, ſubridens dicebat: non propter amorem alicujus muneris, ſed ut veſtræ neceſſitati conſulerem, & ſervitium Dei in hoc loco multiplicaretur, huc veni; hæc nobis oblata veſtræ utilitati ſervantes & in Dei ſervitio creſcentes, manete in pace. Hæc dicens receſſit, & de ſcrupulo viæ nullam niſi quaſi lætando querimoniam fecit.

B

ANNOTATA.

a *Al.* Staphenſe, Wiſinteſteigia, Howihach, Fauces, Suichwanc, *vel* Fuichwanc. *Al.* Scaphenſe, Wiſintesbeja, Hovivibach, Faces, Sinchwane.

h Niſi, *pro* quod non.

c *Id eſt* caballo *vel* equo vehi. Græce καβαλλικεύειν.

d *Abundat hæc particula.*

e *An* quoque, *pro* unoquoque? *Canones enim, annue ab Epiſcopis viſitari diœceſes volunt*; 10. q. 1. c. 9. & 10. *Capitula etiam Caroli M. & Ludovici Pii conſentiunt lib. 7. cap.* 360. *ut commentatur Velſerus hic.*

C

f *Vulgo* Algoja, Algew.

CAPUT V.

Quam frequens & potens fuerit S. Udalricus in ſubditis ad virtutem exſtimulandis hortator.

ix. Suos officiunt

HIs vero bonorum operum ſtudiis inſiſtens, omnes apud eum commanentes exhortatione benigniſſima ſpiritualiter recreavit, docens non ſolum in verbis, ſed etiam in operationibus, ut unuſquiſque Dominum ex omnibus viribus perfecte diligeret, & ejus amori nihil præferret, & proximum tamquam ſeipſum, patrem & matrem honoraret; inſuper omnes bonæ voluntatis homines, de quibus angelica eanit multitudo, dicens: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis; malignis autem in omnibus eorum malis actibus reſiſtere ſecundum ſanctum prophetam David, dicentem. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus, timentes autem Dominum glorificat. Quod quiſque ſibi noluiſſet, alteri non faceret, eccleſias Dei cum devotione mentis & humilitate, & cum oblationibus, crebro viſitaret, ibique cum effuſione lacrymarum & pro remiſſione peccatorum ſuorum, & pro omnibus juſtis ſuis neceſſitatibus Deum flagitare ſatageret, inimicis inſuper indulgentiam poſtulare monebat, ſecundum orationem dominicam, dicentem; Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris; & ſecundum Evangelium; Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Et iterum: Dimitte & dimittemini. Decimas omnium laborum ſuorum Domino & Sanctis ejus, eccleſiſque, quibus ſunt terminatæ, ne reatum Cain fratricidæ inciderent, cum magna cautela præſentare feſtinarent: Dominicas etiam dies & ceteras ſolennitates in anno, non ſolum in abſtinentia ſervilium operum, ſed & omnium vitiorum, devotiſſime venerari monuit; Euchariſtiam quemque aſſidue accipere, atque ante accaptionem purgatum ſe exhibere, & poſt acceptionem mundum ſe cuſtodire certaret.

D

E

33 Dies Quadrageſimæ ceteraque jejunia antiquitus conſtituta, & noviter eum conſenſu inventa, omni monuit devotione ab omnibus cuſtodiri, abnegationem ſui facere, & Chriſti veſtigia ſequi, corpus caſtigare, delitias non amare, eluricntes & ſitientes eſeis & poculis recreare, nudis veſtimenta præbere, infirmos & in anguſtiis conſtitutos viſitare, egenis & vagis manſiunculas concedere, & quæ ſunt neceſſaria propter amorem Chriſti præbere, pupillos & viduas in tribulationibus viſitare, atque in cunctis eorum neceſſitatibus ſubvenire, malitias in corde non retinere, & verbis aliquem ad iracundiam non provocare, iram deponere, vindictamque Domino concedere, nulli malum pro malo reddere, nec aliqua læſione exacerbare, maledicentes ſe non remaledicere, ſed magis benedicere, & perſecutionem pro juſtitia ſuſtinere, diſcordantes & inimicitias inter ſe habentes, ad unanimitatis concordiam revocare, Deo reſiſtentibus reſiſtere, & ſibi cum fide militantibus juvamina præbere, nullo octo vitiorum principalium, quæ omne genus hominum infeſtant, ſcandalo laqueari.

ad virtutem ſtimulat.

F

34 Quæreni ibis autem, quæ eſſent octo vitia principalia, reſpondit, non ſolum illis, ſed & his, qui adhue in hæſitatione manent, quæ ſint octo vitia, dicens: Primum eſt gaſtrimargia *a*, hoc eſt, ventris ingluvies, cum ſua prole, commeſſatione & ebrietate. Secundum eſt ſornicatio, cum ſua prole turpiloquio, ſcurrilitate, ludicris, quæ etiam ſunt ſtultiloquia. Tertium eſt philargyria *b*, hoc eſt, avaritia ſive amor pecuniæ cum ſua prole, mendacio, fraudatione, furto, perjurio, turpis lucri appetitu, falſo teſtimonio, violentia, inhumanitate, voracitate ac rapacitate. Quintum ira cum ſua prole, rancore, puſillanimitate, amaritudine, deſperatione. Sextum accidia cum ſua prole, otioſitate, ſomnolentia, importunitate, inquietudine, pervagatione, inſtabilitate mentis & corporis, verboſitate & curioſitate. Septimum cenodoxia *c*, hoſt eſt, vana

propoſita.

a

b

c

A vana gloria cum ſua prole, contentione, hæreſi, jactantia ac præſumptione novitatum. Octavum ſuperbia cum ſua prole, contemptu, invidia, inobedientia, blaſphemia, murmuratione, detractione, inimicitia. Beatum vero dicebat, qui in iſtis viriorum pedicis non offendebat. Octo vero notiſſimas beatitudines, a Deo in Evangelio enumeratas, auribus cordis caute percipere, & intimis cogitationibus firmiter inferere, ut in tempore tentationis malignis ſpiritibus eas evellere virtus non concedatur, ſed unuſquiſque ad ſpem cæleſtium deſideriorum, eorum conſolationibus ſubleveur, agno vero omnipotentis Dei Chriſto, tollenti crimina mundi, ſemper die noctuque multiplices laudes & gratia totis deſideriis & omnibus viribus referre; quia dignus eſt ſua incarnatione & nativitate, & baptiſmo, & crucifixione, & ſepultura, & reſurrectione, & aſcenſione, ſolvere ſignacula ſeptem libri ſignati, in viſione ſancto Joanni Apoſtolo in Pathmos inſula oſtenſi.

B 35 Intente autem & ſubnixa omnium in commune benevolentiam poſtulavit: ſi qui eſſent, qui in ſemetipſis ſegetem aliquarum virtutum excreviſſe ſentirent, non ſuis meritis, ſed omnipotentis Dei miſericordiæ applicarent, ne ſubito jactantiæ grandine in eis necaretur, ſed tempeſtiva maturitate, protegente Spiritu ſancto, in horreis Chriſti collocaretur. Os a malo vel pravo eloquio cuſtodire, lectiones ſanctas libenter audire, mala ſua præterita cum gemitu & lacrymis quotidie in oratione Deo confiteri & deinceps emendara, deſideria carnis non perficere, voluntatem propriam frangere, ſacerdotum præceptis obedire, etiamſi ipſi, quod abſit, aliter agant, eos imitantes, de quibus Dominus dicit: Dicunt enim & non faciunt. Caſtitatem amare monuit, nullum odire, invidiam & zelum non habera, contentiones non colere, elationem odire, venerari ſeniores, diligere juniores, timorem Domini in corde & animo ſine intermiſſione habere, credere oculos Domini omnia videre, & aures ejus omnia audire, Pſalmiſta dicente: Ecce oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum, vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

C 36 Diem vero obitus ſui & diem extremi judicii, in quo dicturus eſt Dominus his, qui eum recreare & veſtire & viſitare in ſuis pauperibus quotidie feſtinant, qui ab auditione mala non timebunt, illud; Venite benedicti patris mei, &c. Illis autem hæc negligentibus, & Deo in ſuis membris non miniſtrantibus; Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis ejus, ante oculos ſemper ſuſpectam & timidum habere, & pœnas, maledictis præparatas, oculis mentis ſæpiſſime intueri, & locum peſſimum, qui ſemper eſt ſine refrigerio, & ſine ſplendore, & ſine dulcedine, & erit ſine fine, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur, ubi fletus & ſtridor dentium ſine intermiſſione ſemper auditur, ubi urens flamma machinationibus diaboli ſemper renovabitur, ubi conſolationis ſpes omnino non habetur, ſed de hora in horam triſtitia augetur, quia finem manendi invenire non poſſunt: ſed cum his, quibus in hoc ſæculo miniſtravere, in anguſtiis ſine fine perſeverant.

37 Dei autem benedictis, & in ejus dextera collocatis, quanta gaudia atque tripudia maneant ſemper, quantum humanis meritibus poſſibile eſt, cogitare oportet, de quibus ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Ubi hymnidici angelorum chori inenarrabili claritate fulgebunt; ubi celſitudo patriarcharum digno honore remunerata gaudebit; ubi verax prophetarum ordo; prophetiis ſuis in toto expletis, Deo gratias agere non ceſſat; ubi judex Apoſtolorum chorus, accepta ante promiſſa mercede perenniter exultabit; ubi martyres palma martyrii eorum coronari, conſolatione perfruuntur æterna; ubi confeſſores præmiis ſuis multiplicatis, in Dei laudibus perſeverant; ubi virgines centeſimi fructus retributione abundant, & viduæ ſexageſimi fructus reſtitutione honorantur; ubi monachi ex reſignatione ſecularium omnium, cum eſurientibus & ſitientibus juſtitiam Dei, expletis eorum deſideriis ſatiati, Dei laudibus inſiſtere non ceſſabunt; ubi pœnitentes, depoſitis delictorum ſuorum oneribus, ſine fine Deum laudantes, congaudent; ubi pueri agnum, in albis ſequentes ſub throno, Angelis concordantes, Deum laudare cantando non ceſſant; ubi glorioſiſſima virgo Dei genitrix Maria, ſuper choros angelorum exaltata, inæſtimabili claritate & formoſitate omnes hilarans, conſpicitur; ubi juſti ſicut ſol fulgebunt, & omnes Sancti creatorem ſuum & omnium creaturarum, in ſua claritate facie ad faciem gaudendo videbunt, ab eis auferentem omnem metum & omnem mœrorem & triſtitiam atque omnem adverſitatem.

38 In illo regno lux ſolis & lunæ & ſtellarum non eſt neceſſaria, ſames & ſitis nulli nocebunt, frigus vel æſtus nullum fatigabunt, infirmitas & dolor nulli advenient, venturæ ſenectutis miſeria non timebitur, ſed ſicut in die judicii corpora mortuorum in menſura ætatis plenitudinis Chriſti reſurgent, in ea etiam poſſibilitate & pulcritudine permanebunt. Nuptiæ ibi non celebrabuntur, & progenies hominum poſtea non multiplicabitur, ſed completus numerus juſtorum non minuitur, ſed ſine fine in gaudio ſervabitur. Inſidias diaboli ultra non timet, indulgentia peccatorum ultra non indigebit, ſicut Angeli in prima conditionis poſſibilitate permanebunt, ſic & homines poſt reſurrectionem æquales angelis, in ſobrietate & incommutabilitate perſeverant in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus ædificata, quæ dicitur XII. lapidibus pretioſis eſſe ornata atque fundata, quorum nomina & ordinem ſanctus Joannes Apoſtolus & Evangeliſta in Apocalypſi enumerat, ibi jaſpidem in primo fundamento poſitum dicit, quem dicunt omnia phantaſmata fugare, in quo fidei viriditas deſignatur; ſapphirum in ſecundo, qui ſpem cæleſtis beatitudinis deſignat; calcedonem in tertio, qui flammam internæ charitatis figurat; in quarto ſmaragdum, qui ejuſdem fidei ſortem inter adverſa confeſſionem figurat; in quinto ſardonichum, ſanctorum inter virtutes humilitatem ſignificantem; in ſexto ſardium, in quo ſanctorum martyrum cruor exprimitur; in ſeptimo chryſolyium, in quo ſpiritualis inter miracula prædicatio figura-

D ex Mss. ac primis mentionatis,

E

F

A figuratur; in octavo beryllum, in quo prædicantium perfecta operatio ſignificatur; in nono topazion, in quo eorumdem ardens contemplatio monſtratur; in decimo chryſoprasum, qui beatorum martyrum opus pariter & præmium ſignificat; in undecimo hyacinthum, qui cæleſtem ad alta ſublevationem, & propter humilem ad humana deſcenſionem figurat; in duodecimo amethyſtum, qui cæleſtis ſemper regni in humilium animo memoriam deſignat.

Allegoria ex 12. lapidibus Apocalypſeos.

39 Hæc poſitio XII. lapidum figurat firmitatem Apoſtolorum, qui in fundamento Eccleſiæ ſunt poſiti, ſicut Salvator mundi beato dixit Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hæc dicendo ad Petrum, omnibus notum fecit Apoſtolis, quod ſuper eos eſſet Eccleſia ſua ædificanda, quorum ſocius in omnem terram exivit, & in fines orbis terræ verba eorum. Si Apoſtoli fundamentum domus Dei ſunt, & omnis chriſtianita ædificatio ejuſdem templi manere debet, dicente Apoſtolo; Templum Domini ſanctum eſt, quod eſtis vos, & B Dei ædificatio eſtis, & reliqua. Studeamus omnes totis viribus nos ædificatori & inhabitatori conjungere, ut doctoribus noſtris in fundamentum poſitis, eo donante, ſuperædificari mereamur, ut inter electos lapides poſiti, & præfatis ordinibus junctis videamur, ut creatorem & redemptorem noſtrum, judicem vivorum & mortuorum facie ad faciem videntes, cum eis laudare mereamur per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

ANNOTATA.

a *Tradit Velſerus hanc principalium virtutum diviſionem, etiam Caſſiano & quibuſdam aliis placuiſſe.*

b *Græce* γαστρίμαργια, *a* γαστὴρ, venter, *&* μάργος, ſtultus. *Quaſi dicas*, ſtultum amorem ventris.

c *A Græco* φίλος, amicus, *&* ἄργυρος, argentum.

d *Græce* κενόδοξία, *a* κενὸς, vanus, *&* δόξα, gloria, κενόδοξοι, inanis gloriæ cupidus.

C

CAPUT VI.

Sancti virtus duris probata, civitatis Auguſtanæ depradatio, pradatorum pœna.

S. Udalrici virtus.

LOnge lateque cum fama ejus bonitatis dilataretur, & diabolus eum in hoc culmine virtutum ſtantem videret, omnigenis malitiæ luæ aſtutiis nitebatur in aliquam difficultatis voraginem immergere, & ab inceptis bonis impedire. His vero temporibus Luitolfus, filius Ottonis *a* glorioſi regis, Dux erat Alamannorum, cui pater ejus antea gentes omnes regionum, ſuæ ditioni ſubjectarum, lacrameoto poſt finem vitæ ſuæ ſubjugaverat. Patruus autem ejuldem Luitolfi Henricus, frater Regis, Dux *b* exiſtit Norieorum *c*: qui vero inter ſe propter confinia regionum, ex ſuaſioue malignorum hominum *d* rixas & cootentiones exercere cœperunt. Cumque eos rex nullatenus ad coocordiam & pacem revocare potuiſſet, objecit ſe filio, & in adjutorium fratris convertitur. Cum autem filius ejus cum univerſis, quos congregare potuerat, ei reſiſtere niteretur], atque extorrem D regalis potentiæ agere moliretur, Heinricus', præfatus dux, commendata civitate Ratiſpona totaque regione Noricorum Arnolfo e Palatino comiti, & ceteris inſuper ſuis fidelibus, perrexit ad Regem. Moram autem illo ibi faciente, præfatus Arnolfus cum multitudine populi fraudulenter Ratiſponam cum ceteris urbibus, & cum frequentia populorum, & cum omnibus, quibus potuit, Luitolfi poteſtate ſubegit. Quibus compertis, Rex cum fratre ſuo Heinrico Bajoariam hoſtiliter invaſit, ad reſtituendum eum in honorem prioris poteſtatis.

40 Præfatus autem Antiſtes Udalricus, cujus fidelitatis firma ſtabilitas numquam ab adjutorio Regis ſeparata eſt, hæc comperiens, dimiſſa parte in Auguſta civitate vaſallorum ſuorum, ceteriſque rebus collocatis, cum quibus potuit, omiſſo vehiculo carpenti, equitando io ſervitium regis, in regionem Noricorum ſagaciter venit, earmulaque *f* prolongata, poſſibilitatem redeundi apte non potuit habere. Arnolfus autem prædictus interim accepta E multitudine, Auguſtam *g* adiit, & deſpoliavit rebus omnibus, quas ſecum abducere potuit, comprehenſoſque quoſdam milites Epiſcopi ſecum Bajoariam revexit. Rex autem cum de regione Bajoariorum revertiſſet, & Epiſcopus in ſua redire voluiſſet, non confidebat ſe in Auguſta civitate poſſe eum multitudine parva defendere, quia totum pene epiſcopatum in beneficium extraneorum dividebatur a Luitolfo & ſequacibus ejus: milites autem Epiſcopi quidam comprehenſi, quidam vero ſollicitatione iniqua diviſi ab eo, quidam deprædationibus in pauperiem dedacti, ita ut ei ſecundum ſuam voluntatem in adjutorio eſſe oon potuiſſent. Hi autem, qui cum illo remanſerunt, ſuis colloquiis roborati, ſalubre conſilium ioierunt, ut, relicta Auguſta civitate, caſtellum, quod dicitur Menichingen ædificare, & ab adverſariis eorum ibi ſe defendere ſtuduiſſent.

41 Tum vero una tantummodo nocte in F Auguſta civitate manebat incluſus, altera die ſtatim perrexit ad prædictum caſtellum, quod erat in toto interius exteriuſque ſine ædificiis deſertum. Quamvis certe hyems dura fuiſſet, tamen in illo loco in tabernaculis & in tuguriis feſtinaoter compoſitis, expectavere, donec congregata familia caſtellum ligno circumcioxere, & iotus ſecundum poſſibilitatem eorum ædificia apta compoſuere. Aroolfus itaque & omnes, qui cum eo erant, regiæ poteſtati undique contradicentes, hæc comperientes, legationes miſerunt, ſi ſoſpitatem ſui ſuorumque habere voluiſſet, poteſtati Luitolfi ſe ſine dubio ſubdere noo diſtuliſſet, & ut prædictum caſtellum cum ſuis compooere deſeruiſſet; quia eo tempore in tota regione Sueborum nullus in Regis adjutorio remanebat, oiſi Adalpertus comes cum ſibi ſubditis, & Theodpaldus *b* frater religioſi Epiſcopi, & *b* ideo æſtimabant, ut eorum decreto virtutem reſiſteodi nullo modo adquirere potuiſſet. Qui ſapienti cum ſuis utens conſilio, diverſis promiſſionibus & humillimis reſponſiooibus, & interdum obſidibus datis, iterumque receptis ad ſe, eorum iras & obſidiones omnimodo

mitti-

A mitigavit, donec, ædificato castello vallibusque renovatis, in munitione ejusdem loci ab eorum cum suis fevitia se posse defendere æstimaret. Cum vero induciæ rationibus respondendi ultra prolongari non potuissent, tunc manifeste confessus est, se, sicut cœpit, in voluntate Regia velle perdurare.

pulsato. 42 Tunc præfatus Arnolfus, filius Arnolfi ducis, congregata multitudine eorum infaustorum, qui antea Augustam civitatem deprædati sunt, & aliorum, in quorum tunc confidebat adjutorium, voluit obsesso castello venerandum Episcopum, vi coactum, cum suis ditioni subdere Luitolfi. Hæc re comperta, Episcopus e contra legatis missis, multa pecunia promissa, flagitabat, ut revertentibus eis, illi licuisset in pace subsistera; sin autem pace contradicta redire noluissent, præcepit eisdem legatis suos parochianos banno Christianitatis constringere, ne loca sanctæ Mariæ, in suo episcopatu sita, ullo modo invadere præsumerent. Qui vero pecunia contradicta bannoque Christianitatis postposito, male incepta omittere noluerunt; *i* sed ad internecionem eorum ea Dominica *i*, in
B qua mos est clericorum ante Quadragesimam carnes manducare, & deinceps usque ad sanctum tempus Paschæ devitare, hostiliter invaserunt prædium sanctæ Mariæ, & Episcopum obsiderunt. Qui vero die noctuque in Dei servitio studiose permanens, timore abjecto in Deum confidens, obsessiones eorum pro nihilo ducens, in prædestinatione inita firmiter perseveraverat.

Ut confirmatus 43 Hæc vero obsessio ut comperta fuisset Adalperto *k* Comiti & Theodpaldo fratri Episcopi, congregata phalange populi, prima die
k quadragesimalis temporis, quod est dies Lunæ
l r, mane diluculo castra inimicorum invasere unt. Sed illi hæc antea posse fieri non puantes, imparati ad bellum inventi sunt, & repentino timore perculsi, relictis spoliis fuga inimicos evadere studuerunt. Illi autem eos sequentes, Hermannum, fratrem Arnolfi, apprehenderunt, quosdam in castris ceciderunt, quosdam vero ulterius subsequentes interfecerunt. Maxima autem parte eorum interfecta
C ceteriqne fugatis, nullus eorum ad se defendendum fiduciam accepit, nisi unus nomine Egilolfus, fugiendo brachio Adalperti Comitis mucronem vulnus infecit, de quo etiam vulnere
m mortuus est: vulnerator etiam ejus statim occisus est ab Luitperto, vasallo Adalperti. Panciissimi autem eorum ictibus contusi ac diversis modis vulnerati, periculum tamen mortis, equis eorum eos asportantibus, eo die vix evaserunt. Quidam vero eorum gelu miserabiliter astringentes, nudi in desperatione vitæ propriis manibunculas repetierunt. Corpus vero Adalperti, in Dei voluntate occisi, reverendus Episcopus ad Augustam civitatem vexit, & animam honorifice Deo commendans, in ecclesia
n eoim pro autem. sanctæ Mariæ sepelivit. Nullus enim *n* eorum, qui antea sibi spolia Augustæ civitatis in contrarietatem sanctæ Dei genitricis Mariæ vendicaverunt, impunitus evasit, nisi qui se suis propriis rebus cum indulgentia reverendi Episcopi redimere non distulerunt.

44 Manus propriæ unus ex his lacerando, vicinis suis in veritate dicentibus, perdito sensu spiritum exhalavit. Alius autem cum ablato de Augusta civitate libro, caballum sibi D
bene placentem comparavit, & secum adduxit ex mss.
in domum suam, uxorique suæ monstravit & x.
dixit: Melius mihi placet istum formosum ca- *Pejus meum facitisgi, punct.*
ballum habere, quam librum, cum quo hunc comparavi, in Augusta relinquere. Cujus verbia respondit uxor ejus, dicens: Utile tibi forte fuisset, si manus tua hunc librum injuste non tetigisset. Interim vero ille, levigando manu in posteriora tangebat caballum, & statim ab eo percussus, mortuus est. Novis & improvisis hic cladibus, & aliis multis formidolosis rebus in reis peractis, a multitudine populi compertis, timor magnus invasit eos, qui se esse reos cognoverunt de prædicta prædatione Augustæ civitatis, non solum in eos, qui illuc pervenerunt, sed & qui aliquid de injusta adquisitis ab eis acceperunt, & ideo ad pœniteotiam & lamentationem conversi, digna emendatione & restitutione abstractarum rerum, & cum efflagitatione indulgentiæ Episcopi, studuerunt se cum Christo & cum sancta Maria matre ejus pacificare. Non post multum vero temporis præfatus Arnolfus, qui se E
præsumpsit res sanctæ Mariæ hostiliter invadere, & incorrigibilis sine pœnitentia perduravit, obsessa Ratispona civitate paratus ad prælium exivit, & statim in articulo tumultus occisus est. Quidam etiam homo de episcopatu, qui dicitur Eihstetten, partem vilissimi mensalis *o* inde ad suam proprietatem portavit, & statim a dæmonio occupatus, nullum abscondendi locum ab eo invenire potuit, neque in ecclesia neque extra ecclesiam, neque aspersus aqua benedicta, quin juxta eum semper videretur manere, donec Augustam regrediens, injuste inde rapta reportavit, & Episcopum cum lcopis ei flagella imponere pro Christi nomine postulavit, & insuper indulgentiam præfati delicti condonare, sicque liberatus a dæmonio, salvatus recessit.

ANNOTATA.

a *Ottonem primum intelligo, cognomento Magnum.*

b *Observat Velferus, cum pervenisse ad illum* F
Ducatum ex matrimonio Idæ, filiæ unicæ Henrici, Ducis Suevorum, civitas Laup. Tic. Dom. Witichindum.

c *Nortes Bavaris olim erant contermini.*

d *Has discordias ad annum Christi* DCDLIII. *referunt Annales Hepidanni, adstipulante Baronio ad præditum annum. Porro causas dissensionis disce ex Witichindo.*

e Arnoldum *anno Regine ann.* 953. *fuisse cum tradit Velferus filium Arnolfi Bavariæ Ducis.*

f *Per* Carmulani *vel* Carmulum *intelligi apud Bajoarios* seditionem, *seu* velitationem (*Germanice* scharmutzirung) *loco apud Caniium.*

g *Citat Velferus Annales Augustanos, urbem anno* 953. *captam memorantes.*

h *Al.* Thiatpaldus.

i *Dominicam* Quinquagesimam *vult Velferus.*

k Genealogia Kyburgensium, *inquit Velferus,* Albertum vocat alterum fratrem S. Udalrici, quod nescire *se dicit* quam verum sit. Et hoc sane loco id non esse colligere.

l *Alius atque alius pro diversitate ecclesiarum, jejunii Quadragesimalis usus fuit, teste Baronio*

A *ad annum Christi 57. Hic videtur aliquod rigidioris jejunii exemplum fuisse impositum clericis, ultra quod laici observabant; saltem in suppositio Velseri, supra litt. i.*

m *Constrictus, a Pistorio editus, habet ad annum 953. Adalberti Comitis mortem.*

n Mensales *vel* mensalia, *sunt* mappæ *aut* mantilia.

CAPUT VII.

Conciliata Ottonem inter & Luitolfum pax, Hungarorum cædes, fratri ac nepoti soluta a S. Udalrico justa, sepulcrum conditum S. Afræ.

B XII. *Otto imperator & Luitolfus*

NE diu me ab incepta taxatione subtraham, libet stylum retrahere ab enumeratione ex utraque parte obsessarum urbium, & bellorum undique furentium, & vicissitudine stromatum a diversorum, sed potius quomodo Dominus omnipotens per merita servorum suorum, suum dignaretur populum liberare, libet recenſere, de diaboli machinationibus ad suum perveniret exitium. Cum rex Otto in Alamannia, propter eos, qui cum Luitolfo, filio ejus, ditionis suæ regalis potestatis contradicere voluerunt, eum exercitu conversaretur juxta flumen, quod b Hilara b vocatur, in campo oppidi, quod dicitur Tussa c, & ibi sæpedictus filius ejus Luitolfus cum alio exercitu obvius ad pugnandum contra eum deveniret, & cum tanta vicinitate conjuncti essent, ut nulla ambiguitatis spe detenti, manerent in utrarumque partium multitudine, ni bellum ab eis committeretur; tunc amabilis Deo Udalricus Episcopus, in Deum tota fiducia confidens, assumpto Curiensis d ecclesiæ Harriberto e religioso Episcopo, legationes inter eos facere cœpit, & ad pacis concordiam exorare, & ne populus, qui a Deo illis commendatus est ad regendum, pro eorum reatu duceretur ad perditionem. Deo autem annuente, duæ amborum mentes, patris scilicet Ottonis & filii ejus Luitolfi, de proficua admonitione & doctrina venerandorum Episcoporum in mollitiam versæ, pactum pacis f inter se placitaverunt, & turbine belli mitigato, in sua cum pace redierunt.

conditus S. Udalricus consilium.

46 Tantis autem tunc præfatis tumultuum fatigationibus superatis, æstimaverunt se aliquod spatium temporis in pace posse quiescere. Altero pro certo statim anno, quod est anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLV. g tanta multitudo Ungrorum erupit, quanta h tunc temporis viventium hominum nemo se antea vidisse in ulla regione profitebatur, & Noricorum regionem a Danubio flumine usque ad nigram silvam, quæ pertinet ad montana, simul devastando occupavit, & cum Licum transcenderet, & Alemannium occuparet, ecclesiam sanctæ Afræ concremavit, & totam provinciam a Danubio usque ad silvam deprædavit, & maximam partem usque ad Hilaram fluvium igne combussit. Augustam autem civitatem obsedit, quæ tunc imis a fine turribus circumdata muris, firma ex semetipsa non fuit. Sanctus autem Antistes magnam valde multitudinem optimorum secum intra septa civitatis collocatam habebat; ex quorum agilitate & audacia civitas fortiter firmata, Deo juvante, consistebat: qui, ut exercitum Ungrorum ad expugnandam civitatem circumdare viderunt, eis obviam exire voluerunt; sed hoc Episcopus eis non consentiens, portam, ubi maximus aditus intrandi manebat, firmiter occludere præcepit. Porta k autem orientalis plagæ, unde itur ad aquam, sic a densitate Ungrorum bello occupata est, ut ipsi æstimarent se statim posse intrare; milites enim Episcopi, ante portam viriliter pugnantes, eis resistebant, usque dum unus l Ungrorum, qui ceteros pugnando antecedebat, & ex cujus ductu & antecessione maximam præliandi in illa hora confidentiam habebant, occisus occubuit: ceteri denique cum eum terra tenus mortuum cadere viderunt, magno clamore & lamentatione eum rapientes, ad castra reversi sunt. Hora vero belli Episcopus, super caballum suum sedens, stola indutus, non clypeo aut lorica aut galea munitus, jaculis & lapidibus undique circa eum discurrentibus, intactus & illæsus subsistebat. Bello vero finito regrediens, circuivit civitatem, & domos belli in circuitu civitatis congruenter ponere, & in tota nocte easædificare, & vallos, quantum tempus suppetebat, renovare præcepit. Ille autem totum spatium noctis in oratione pernoctans, religiosas mulieres in civitate congregatas concitabat, ut una pars earum cum crucibus ad Dominum devote clamando, intra circumirent; & altera pars clementiam sanctæ Dei genitricis Mariæ pro defensione populi, & pro liberatione civitatis, studiosissime pavimento prostrata flagitaret. Ipse autem minimam particulam noctis ante matutinam horam corpus requici soporis indulsit, ut matutinis laudibus expletis, aurora primum irrumpente, salutaris sacrificii hostiam Deo libare liceret.

D

k *Hungari Augustæ ingressum.*

l

E

47 Ministerio sacro peracto, viatico sacro omnes recreavit, humilique admonitione persuasit, ut in fide recta persistentes, spem suam in Dominum componere non dubitarent, indicens eis omnigenam sponsionem consolationis, & annuncians psalmigraphi David verba, dicentis: Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Salutari autem admonitione Episcopi peracta, cum jubar radiantis solis primum latitudinem telluris irradiaret, exercitus Ungrorum inenarrabili pluralitate ex omni parte ad expugnandam civitatem circumcinxit, diversa ferens instrumenta ad depositionem murorum. Cumque undique parati essent ad bellum, & cuncta propugnacula civitatis repugnantium plena fuissent, quidam Ungrorum, flagellis alios minantes, ad pugnandum coegerunt, & illi tantam multitudinem in propugnaculis resistentium eis videntes, muris se conjungere adeo perterriti non audebant. Interim cum interius exteriusque paratus essent ad bellum, Perchtolfus, filius Arnolfi, de castello Risinelpurch vocitato, venit ad regem Ungrorum, adnuncians ei adventum Ottonis, gloriosi regis. Qui, ut hoc audivit, suum classicum omni exercitui notum, clangere præcepit, de cujus sonitu exercitus totus pugnam civitatis omisit, & ad colloquium eorum regis

ad summum sacrum

F

A gis ſe conjungere feſtinavit, qui cum eis autumatione facta, Deo donante, a pugna civitatis ceſſabat, & in occurſum glorioſi Regis ire cœpit, ea ratione, ut illo cum ſuis ſuperato, victor rediens, civitatem & totum regnum libere habere potuiſſet. Regi Ottooi venienti Dietpaldus Comes, frater Epiſcopi, cum
m ceteris m, qui in civitate erant, nocte exiens, in occurſum venit.

fuſi ac pene omnes deleti ſunt. 48 Rex igitur cum tantum exercitum Ungrorum perſpexiſſet, æſtimavit non poſſe ab hominibus ſuperari, ni Deus omnipotens eos occidere dignaretur, in cujus adjutorium confidens, ſuorumque conſolationibus principum roboratus, bellum viriliter cum eis agere cœpit, & cum mutua cæde utrobique cecidiſſent, & hia interfectis, qui ad occiſionem a Deo prædeſtinati erant, glorioſa victoria Ottoni regi a Deo, cui nihil impoſſibile eſt, data eſt; ita ut exercitus Ungrorum in fugam verſus, virtutem præliandi ultra non haberet, & quamvis incredibilis numerus illorum occiſus fuiſſet, tantus tamen adhuc exercitus eorum remanebac, ut hi, qui de propugnaculis Auguſtæ civi-
B tatis eos venire conſpexerunt, non pugna laceſſitos eos redire æſtimaverunt, donec prætereuntes civitatem, ulteriora Lici fluminis littora feſtinando repetere cognoverunt. Rex autem cum ſuis, eos ſequens, & quibus ſe conjungere potuit, occidens, veſpertina hora diei ad Auguſtam pervenit, ibique cum Epiſcopo illam noctem ducens, eique magnam conſolationis revelationem faciens, de Dietpaldo fratre ejus, qui in bello occiſus eſt, & de aliis ejus propinquis, ibidem interfectis, Rihguuioum, filium Dietpaldi, comitatibus patris honoravic, Epiſcopique fido adjutorio, in quibuſcumque ejus deſiderium cognovit, dignam mercedem reſtituit. Mane autem facto, fugicivas barbarorum acies ſequendo, regionem Bajoariorum reviſit, feſtinilque legatis miſſis, tota remigia & vada fluminum obſervare præcepit ad occiſionem eorum, quod & ita factum eſt. Illi autem nocte illuc venientes, quidam eorum ab his, qui in navibus erant, flumioibus immerſi ſunt, quidam occiſi ſunt; qui au-
C tem ad littus pervenerunt, ab his, qui littora obſervabant, interfecti ſunt; nulla eis via, & nullum devium ab eis inveniri potuit, quin in omni loco vindicta Domini ſuper eos maniſeſte maneret, ita etiam ut non poſt multos
n dies n reges eorum & principes comprehenſi & ad Ratiſponam perducti, in ignominiam gentis eorum, cum aliis multis eorum comprovincialibua, oculeo ſuſpenderunt o.
o

XIII. *S. Udalric. eos fratri & nepoti juſta ſolvit.* 49 Rex autem Otto, potentiam in Deo tenens, Heinricum fratrem ſuam poteſtativa manu in regnum confirmavit p, & ipſe in Saxoniam victor, ſicut ſolebat, revertebatur. Venerandus autem Epiſcopus Udalricus, cum
P Rex ab Auguſta diſcederet, abiit ad loca, ubi bellum peractum eſt, quærens prædictum Dietpaldum fratrem ſuum, & nobilem Reginbol-
q dum, filium ſororis ſuæ q, & ioveoiens eos. ad Auguſtam perduxit, & in Eccleſia ſanctæ Mariæ ante altare S. Waldpurgæ virginis, in
r ſede unius taphi r ambos fideliter ſepelivit. His ita, ſicut prælibatum eſt, peractis, Epiſcopus, quamvis multis adverſis fatigatus fuiſſet, ſicut optime omni ſperanti in Deo decet,

bonæ conſolationis effectum aſſumens, cum D
ſuis pertractare cœpit, qualiter imminentia ex mss.
damna aptiſſime ſuperare potuiſſet. Imprimis *cetera ſuo ſtemeat.*
qualiter deprædatam congregationem clericorum ſuſtentaret, ad implendum quotidianum miniſterium ſervitii Dei in Eccleſia: ſciebaa enim eos cibaria non habere, & ideo cum his, quæ ipſe ſic deprædatus habere potuit, & quę a benevolis populis ei tranſmiſſa ſunt & oblata aſſidue, in ſua præſentia eoa ſecundum ſuam facultatem mandere & bibere fecit, & omnimodis adjutoriis ſtabilivit, eo uſque, dum ex ſemetipſis deprædationis miſeriam temperaverunt, & loca eorum ex iterata laboratione ſuſteotationis ſubſidium attulerunt; ſin autem, loca, ignibus exuſta & conſumptis frugibus in deſolationem redacta, ſtudioſis laboribus in agris & in ædificiis reoovare præcepic, ſtreouitas autem familiæ juſſioni ejus parendi ſic inchoabat, & congruo tempore utilitatis uſu, quantum poſſibilitas ſufficiebat, reſtituit.

50 Eccleſiam autem S. Afræ, quæ a paga- E
nis fuerat cremata, adhuc reædificata non erat, *eccleſiam S. Afræ reſtaurare meditatur.*
ſed tugurium gloſſibus *f* tectum, altaria ab imbribus & intemperiebus defendebat: ſepulchrum Simperti *t* Epiſcopi, in choro juxta gradus ſitum, adhuc ſine tecto remanebat, de cujus operimento in viſione admonitus, lignis more operculi arte conjunctis tegebat. Non poſt multum vero temporia decurium, iterum admonitus, ut domum S. Afræ reædificare oon tardaret. De cujus inſtauratione cum ſæpiſſime tractaret, qualiter congruentiſſime fieri potuiſſet, & qualiter ſub poſitione cryptæ orientalem plagam eccleſiæ convenientiſſime decoraret, & nullus certitudiois effectus ei animo irrepſiſſet, continuis orationibus & jejuniis cum domeſticis & religioſis presbyteris, devotiſſime miſericordiam Dei ſecreto deprecari cœpit, ut ei monſtraretur locus, in quo corpus S. Afræ collocatum ſuiſſet, & ſi cryptam in eo loco, ubi voluntas ejus complacuic, fas componere maneret.

51 Ut orationem ejus & jejunium ad aures *atque condit. ſepulcrum.*
Domini pervenire dubium non eſſet, ſecuo- F
dum cantationem ſancti David prophetæ: Ecce oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum, quadam nocte in viſu ei ſancta Afra apparuit, & locum collocationis corporis ejus, ſicut in ſcriptura paſſionia ejus eſt ſcriptum u, ab Auguſta civitate in ſecundo milliario in eccleſia x monſtravit. Cryptam u
autem in prædeſtinato loco fieri prohibuit, x
propter Sanctorum reliquias, quæ in illo loco, in requie diem expectare debent judicii. Hac revelatione perdoctus, qui ſibi eſſet faciendum; muros ex maxima parte ab ignibus depoſitos, cum magna feſtinatione reædificare fecit, & priori altitudini menſuram unius cubiti ſuperpoſuit, cryptaque congruenti occidentalem partem eccleſiæ decoravit, ſuper ædificia, in ſua præſentia caute menſurata, ſummo ſtudio incidere & adducere præcepit, & non tardavit, donec imbricibus eam ex toto cooperuit, & interius ædem eccleſiæ laqueariis veſtivit, lucida pictura decoravit, & oroamenta eccleſiæ, quæ propter barbaros in civitatem ſuerunt deportata, & in matrici eccleſia ſervata, reſtitui fecit.

A ex MSS.

ANNOTATA.

a *An* ſtroma *hic ſumitur pro* ſtratagemate, *ut vult Velſerus? an potius pro viciſſitudine & alternatione ſcenæ, quales in bello recurrunt frequenter?*

b Hilara, *ſive* Ilarus, *fluvius Germaniæ in Suevia, ortus in confinio Tyrolis.*

c *Id eſt*, Luffen, *cis Hilaram prope* Sictenheim *quod ultra eſt.*

d *Epiſcopatus Churenſis vel Curienſis, unus ex vetuſtiſſimis Germaniæ epiſcopatibus, cœpit circa annum æræ Chriſtianæ 400. ut cenſet Bruſchius, de Epiſcopis Germaniæ.*

e Hardobertum *hunc appellat Bruſchius; quem confirmatum refert ab Ottone I. & obiiſſe anno Domini 969. cum laudabiliter præfuiſſet annis uno & viginti.*

f *Obſervat Velſerus, pacem conciliatam 954. ex Mariano Scoto & Reginone; pro anno 953. citat Contractii edit. num. addens, notaſſe Marianum conciliatæ pacis* XII. *Kalend. Januarii;*
B *paulo aliter hæc videri narrare Witich. & Dietmar, videlicet Luitolfum Reginoburgi pacem obtinuiſſe; ſed ex Witichindo colligendum, eas inducias potius, quam pacem fuiſſe, multaque, ad hiſtoriam illius temporis pertinentia, intercidiſſe.*

g *De hoc anno inter omnes pene hiſtoricos convenire, teſtatur Velſerus; ſed Sigebertum habere* 957. *Marian.* 956.

h *Tam ingentem Hungarorum multitudinem fuiſſe memorat Regino*, ut non, niſi terra eos dehiſceret, vel cœlum eos obrueret, ab aliquo ſe vinci poſſe dicerent.

i *Id eſt* humilibus.

k *Porta, vulgo* Jacobæa, *juxta Velſerum.*

l *Commentatur hic Velſerus*, veteri fama proditum; textores Auguſtanos egregiam hoc bello operam navaſſe, primario Ungarorum Regulo occiſo. Hic ipſe videri poſſit, cujus clypei inſigne luteo & rubro colore diſtinctum, Otto illis virtutis teſtimonium conceſſerit.

m Inter quos forte Sanctus Udalricus, *inquit*
C *Velſerus; appellans ad Ditmarum, qui ſcribit, Ottonem ante pugnam, ſactam communionem ab egregio præſule Othalrico, conſeſſore ſuo, ſumpſiſſe.*

n *Animadvertit Velſerus, hoc prælium in feſtum S. Laurentii incidiſſe, mittens lectorem ad Witichindum præcipue ac Ditmarum, præter alios illorum temporum hiſtericos; ac referens ex Reginone, numquam ante in illis regionibus talem victoriam eſſe auditam; tradidiſſe Friſingenſem, ex omnium hoſtium numero ſeptem tantum effugiſſe; ſcribente Gotfrido Viterb. part.* 17. *Chronic. ſex viris exceptis, ceteros narrari extinctos. In Chronicis Germaniæ, quod mireris, ubi res ex profeſſo narratur*, minorem elapſam eſſe Hungarorum partem, *tantum refertur.*

o *Tres Hungarorum Duces, juſſu Henrici, Bavariæ Ducis, ſuſpenſos, refert Velſerus ex Witichindo; Reges eorum in patibulis ſuſpenſos Ratiſponæ, ex edit. n. Contractii. Eos appellari Reguloſ ex Sigeberto commemorat.*

p *Henricum ante pugnam Hungaricam a fratre ſuo Ottone in Bavariæ ducatu reſtitutum eſſe; poſt victoriam autem in Saxoniam abiiſſe, obſervat Velſerus ex Witichindo; atque Henricum eodem anno* 955. *obiiſſe, ex Reginone, & Contractio.* D

q *Fuiſſe hunc filium ſororis ſuæ Luitgardæ, habes in Comm. prævio, num.* 4.

r *Id eſt*, ſepulcri, *a Græco* σῆρος.

ſ *Id eſt*, ſcandulis, *ut notatur ad marginem vitæ, a Velſero editæ. Forte* tegulis *aut* ceſpitibus.

t *De Simperto agetur ad diem* 12. *Octobris.*

u *Edidit eam Velſerus, Vide edit. veteram a pag.* 477.

x *Collige ex nota marginali apud Velſerum, autographum ejus alia manu ad oram habuiſſe*, a loco, ubi paſſa eſt,

CAPUT VIII.

Sanat Sanctus ſurdum & cæcum, ſepulcrum ſibi conſtruit, viſit limina Apoſtolorum, Sanctorum reliquias conquirit, patrat miracula, proficiſcitur in Burgundiam.

E XIV. *Sanat S. Udalricus ſurdum & cæcum.*

QUam in magna obſervatione, Dei ille locus orientalis partis eccleſiæ, ſemper maneat, certis ſit indiciis manifeſtatum, hic mihi congruum videtur innectere. Quidam hortulanus, nomine Adelpoldus, ibi deambulando inter gramina ſpeluncam invenit, in quam intrans, formolam ædiculam ſub terra muratam conſpexit, & veniens nunciavit Epiſcopo, dicens; in hoc loco poſſum olera mea & alia neceſſaria reponere. Cui ille reſpondit dinunciando, dicens; Si hoc facis, ſenſum & ſoſpitatem membrorum tuorum te perdere, dubium non eſt. Hortulanus autem verbis Epiſcopi non credens, ſine ejus ſcientia præfatas res in eamdem ſpeluncam congregare cœpit. Hoc faciendo, ſenſum cum auditu & viſu perdidit. Hoc autem cum Epiſcopo nunciatum fuiſſet, juſſit adduci ſibi hortulanum, & dixit ei: Quare occupare voluiſti illum ſanctum locum, ſpernendo meum præceptum? Cui ille, quamvis ſenſu careret, non inficior, ait; ſcio enim quod pro illo reatu, quod mandatis tuis non obedivi, iſtam tribulationem incurri. Cujus tribulationibus benevolus Epiſcopus condolens, indulgentiam ei cum benedictione donans, Deo concedente, ſanitati reſtituit. Mirabile dictu, ille hortulanus poſtea illam ſpeluncam nullo modo invenire potuit. Poſtea autem Epiſcopus, pollinctoribus accerſitis, in auſtrali parte exterioris muri eccleſiæ, ſepulcrum ſibi fodere, & exterius muro cingere, & perrupto muro eccleſiæ arcum muratum deſuper curvare præcepit, & arcam aptam componere ad cooperiendum corpus in ſepulcro, & inſuper tabulatum denſum longo tempore imputribile, cauta conjunctione vinctum, ſuperponi decrevit. His præparationibus exequiarum ſuarum perpetratis, omni hebdomada dehinc ipſum locum die Veneris viſitare, & ibi hoſtias immolare conſuetus erat, ſi alia aliqua ei occupatio vel abſentia impedimentum non fecit. F

ſepulcrum ſibi adfiſcat,

53 Interea vero, Dei donante clementia, iſtas regiones concordia pacis illuſtrabat, & benevolas mentes turbo perſecutionum a ſervitio Domini non prohibebat; ideo ipſe Ro-

Romam adit, reliquias SS. conquirit.

mam

A mam pergere decrevit, & illuc feliciter pervenit, liminaque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli devotionis ſtudio humiliter viſitavit, ibique precibus profuſis, eleemoſynarumque largitate pauperibus diſpenſata, ab Albe-
a rico Principe Romanorum *a* honorifice ſuſceptus eſt, frequentique miniſterio & oblatione cumulatus, aliquantos dies ibi perduravit. Cumque ibi morando, reliquias Sanctorum ſe velle comparare, indicaſſet, quidam clericus, ad eum veniens, perduxit eum in ſilentio noctis, ubi caput S. Abundi Martyris in quadam eccleſia, altari incluſum, ſervabatur, cujus paſſionem ei oſtendens, & caput præſentans, ſacramento firmitatem fecit ſuper reliquias, quas epiſcopus ſecum attulerat, ejuſ-
b dem Abundi caput *b* eſſe, cujus paſſio præſentialiter fuit perlecta. Cum autem ſacramentum peractum audiſſet Epiſcopus, placitam mercedem clerico donavit, caputque S. Abundi accipiens, ad Auguſtam ſecum reportavit, ibique ad conſolationem multorum glorioſe inclu-
Frequentat monaſterium S. Galli, ſit.

54 Monaſterium vero ſancti Galli, ubi ille
B ſcientias litterarum fuerat perdoctus, aſſidue viſitavit, ibique Deo militantibus cœnobitis convivium fecit, & inde ad cellam ſancti Me-
c ginardi *c* perrexit, ad videndum ſervum Dei
d ſanctum Eberhardum *d*, ejuſque neceſſitatibus, ſibique ſubjectis monachis ſubveniendum, in quibuſcumque potuit eorum cognoſcere voluntatem. Ultima vero vice, Eberhardo vivente, cum inde recedere debuiſſet, expleta multimodo amabilitatis locutione, acceptoque cum
e orationibus in Eccleſia permiſſo *e*, ad vehiculum ſuæ reportationis egreſſus eſt. Cumque paratus eſſet ad pergendum, & eo die S. Eberhardum amplius videre non putaret, ſubito poſt eum quaſi feſtinando veniebat, & oſcula charitatis iterans cum flebilibus oculis ajebat; Ex hac hora ultra me non videbis, donec exempti corporibus in præſentia Dei nos videre merebimur. Cujus verbis reſpondens Epiſcopus, dixit: Dulciſſime Pater, nunc ſcis, me certe cito de hoc ſeculo eſſe migraturum. Cui ille reſpondit: Finis adhuc vitæ tuæ tibi non imminet, verba autem, quæ tibi nunc dixi, vera eſſe non dubites. His verbis expletis,
C Epiſcopus remeavit, & antequam iterum eamdem cellam reviſitaret, Eberhardus feliciter migravit a ſeculo.

XV. Burgundiæ petit,

55 Regionem quoque Burgundionum tempore alio adiit *f*, & ad Agaunenſium locum *g*, ubi ſanctus Mauritius cum ſuis ſequacibus propter nomen Domini martyrium ſumpſit, magnæ humilitatis ſtudio viſitavit, quia antea a Rege *b* Burgundionum promiſſionem accepit, ut unum de ſanctis martyribus ex ejus datione & adjutorio, inde ad Auguſtam referre mereretur. Et cum illuc die Sabbati perveniret, monaſterium noviter a Saracenis *i* exuſtum invenit, & nullum de habitatoribus ibi conſpexit, niſi unum ædis ædilem *, combuſtum monaſterium cuſtodientem. Cumque, illo ſacram noctem in Dei laudibus ibi permaneret, & mane cum radius ſolis primum latitudini terræ lucem diffunderet, Miſſam de ſancta Trinitate celebravit, qua expleta, cum alteram ſtatim venerationi diei Dominici congruentem celebrare cœpiſſet, duodecim clerici cum multitudine populi advenientes, miniſterii ſui celebrationem audientes perſiſterunt. Quo peracto, S. Epiſcopus eoſdem fratres ſalutavit & muneribus honoravit, & ob quam rem illuc deveniret, notum fecit. Qui hilaritatis ejus dulcedinem & ſanctitatis religionem perſentientes, ne delectabili deſiderio privatus abiret, aperta collationis Sanctorum ſpelunca in ſcopulo exciſo, plurima parte ſanctarum reliquiarum donatum lætificaverunt.

f g h i

* al. ſeni-lem.

D ex mss.

56 Cum vero optabili licentia clericorum, & amantiſſima dimiſſione populi inde rediret, Conſtantiam civitatem cauſa orationis viſitavit, & inde ad Augiam *k* inſulam venit, & ab Alewico *l* abbate charitative ſuſceptus & omnimodis commodis bene procuratus eſt. Cumque amabili colloquio inter ſe ſermocinarentur, omnia, quæ ei in itinere acciderunt, nota fecit. Benevolentia autem abbatis, cum audiret eum pro amore ſanctarum reliquiarum exire, deſiderio ejus ſatisfaciens, non modicam partem de corpore S. Mauritii & de aliorum multorum ſanctorum reliquiis ei donans, lætum abire permiſit. Auguſtæ vero civitati cum appropinquaret, præmiſſis nunciis demandavit, ut ad optivum * donum ſanctarum reliquiarum, quod ſecum attulerat, honorifice clerici cum populo, & cum crucibus & incenſo pigmentorum, aquaque benedicta occurrerent, & ſuſcipiendo glorioſe, cum laudibus & melodiis congruis perducerent honorifice eum illo in eccleſiam, in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ conſecratam. Illuc cum perductum eſſet, ab epiſcopo caute collocatum eſt in arcam, auro & argento coopertam, ad laudem Dei omnipotentis & in auxilium populi advenientis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honos & gloria per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Reliquias alias

k l

E * Id eſt optatum.

57 Talibus & his ſimilibus ſtudiis ſemper in Dei voluntate ſerviens, decertavit qualiter epiſcopatum, quem ad regendum ſuſcepit, omnigenis honoribus ſublimare potuiſſet, & ſervitium Dei & ſanctæ Mariæ Dei genitricis amplificare indefeſſus laborabat, & ideo ubique gratia Dei præventus, ſicut in pſalmis ſcriptum invenitur; Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & F ſalvos faciet eos. Et ſecundum Apoſtolum dicentem: Scimus, quomodo diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & reliqua. Multiplicibus enim Dei magnificentiis honoratus, & firma fide confortatus, deſideria voluntatis ejus percipiens, multis in ſuis neceſſitatibus profuit, & poſſibilitatis ſuæ potentiam, quantum potuit, humiliter celavit; quia multi, qui caduco morbo vexabantur, ſanctitatis ejus benedictione percepta, ſoſpitati reſtituebantur, ſi pro qua re benedictionem expetivere, non indicavere. Qui autem neceſſitatis eorum afflictionem manifeſte nunciaverunt, benedictione ſubtracta, cauſa humilitatis abire permiſit, dicens: Ego non ſum dignus de hac infirmitate vos poſſe liberare.

quæſiturus.

Tenax epiſcopatus.

ANNOTATA.

a *Recte Mabilio in Annal. Bened. ad an.* 955. *dicit*, hoc iter præpoſtero relatum eſſe ordine, uti & quæ ſequuntur de ejuſdem itinere in

A Burgundiam, ex eo manifeſtum eſſe, quod Al-
XX MSS. bricus, Princeps Romanorum, ſuperiori jam anno deceſſerat.

b *Velſerus remiſit lectorem, ut* de hoc capite videat notas collegii Romani (*imo Domus profeſſæ*) Societatis Jeſu ad hiſtoriam SS. Abundii & Abundantii ſub littera c; fuiſſe enim plures Sanctos hujus nominis. *Plura de hiſce Martyribus liber*, Teſori naſcoſti dell'alma città di Roma, *verſus finem*.

c Hanc Cellam, *inquit Mabilio Annal. Bened. tom. 3. pag. 418.* amplificavit Eberhardus, & diſcipulorum aucto numero, monaſterium ibidem inſtituit, adjuvante Hermanno Duce, qui eam ſolitudinem a Comitibus Raperſvillanis redemit. Tum vero Eberhardus novam ædem, eamque multo ampliorem & auguſtiorem, in honorem Deiparæ Virginis ſanctique Mauritii & Sociorum exſtruere cœpit, & in ea ſacellum, a Megin-
B rado quondam ædificatum, incluſum, illudque integrum & intactum ſervavit. *Ex eodem auctore inſuper obſerva, hunc locum etiam vocari, monaſterium* Emſidlenſe S. Mariæ & S. Mauricii, Notre Dame des Ermites, ſeu Meginradi Cella, Cella ſolitariorum, Eremitarum monaſterium, *apud Helvetos ſitum*.

d *Eberhardum ex Decano Argentinenſi eremitam extitiſſe, refert Velſerus ex Stumfio, lib. 6. c. 21. & ex Bruſchio de Monaſteriis; atque eremum ingreſſum anno 923.*

e Accipere permiſſum, *videtur hic idem eſſe, quod Germanicum* urlaub nehmen, *id eſt* valedicere.

f *Anno videlicet 940. ut ex Frodoardi Chron. colligere Baronium, obſervat Mabilio.*

g *Vignerus in Chronico Burgundionum ad an. 515. ſic loquitur*: Sigiſmundus Rex Sugerium filium ex filia Theodorici Oſtrogothorum Regis ſuſceptum, ſuperinducta noverca, non conferendæ nobilitatis, necavit. In ejus vero parricidii expiationem, Agaunenſe cœnobium D. Mauritio poſuiſſe fertur.

C h *Reges Burgundiæ fuiſſe jam tum ab anno 918. ad 990. Rodulfum & Chonradum, affirmat Velſerus ex Chron. Vignerii.*

i *Id contigiſſe anno 940, refert Mabilio ex Chron. Frodoardi, & Baronio.*

k *Monaſterium eſt Benedictinum, conditum circiter annum 724. Plura Bruſchius in Monaſt. Germ.*

l *De Alevvico ſeu Alavvico, abbate Augienſi, ejus nominis primo, agit Mabilio in Act. Bened. Sec. 5. a pag. 246.*

CAPUT IX.

Oleo a ſe conſecrato curat infirmitates; ficcus fluvios tranſit; liberatur a ſubmerſione; impetrat ſucceſſorem ſibi in epiſcopatu Adalberonem.

XVI. *Oleo a ſe conſecrato ſanat & alios.*

SAnctificatum vero oleum in die Cœnæ Domini, ab eo tam ſalubre effectum eſt, ut multi in infirmitate poſiti, ab eo uncti, celeriter ſanitati reſtituerentur; & multi caliginem oculorum habentes, & præſentis luminis ſe in hoc ſeculo manere * carentes putavere, a tactu D
hujus olei, ſerenitati oculorum iterum uti re- * *An ve-*
ruerunt. Hæc vero nomine dicente compertio- *ctore?*
bam, ſed propriis oculis in quamplurimis peracta conſpiciebam. De ipſius autem Epiſcopi recuperatione *a* non oportet reticere; quia cum *a*
quodam tempore de monaſterio ſancti Galli redire ad Auguſtam civitatem decreviſſet, Campidonam *b* veniens, tam gravi infirmitate de- *b*
tentus eſt, ut ex ſe ſine adjutorio aliorum ambulare non potuiſſet, & cibum ad recreationem corporis ſumere, vires non ſufficerent; miſſis nuntiis celeriter ad Auguſtam civitatem, oleum ab eo conſecratum ſibi inde reportare præcepit; eumque in vigilia Pentecoſtes *c*, nun- *c*
ciis revertentibus hora diei nona, cum adhuc congregatio monachorum ſolenni officio Miſſæ interfuiſſet, & ipſe intra cubiculum, ſacrum myſterium auditum habuiſſet, oleum ei repræſentaretur, peracto ſacro myſterio, monachi ad eum introducti ſunt, præſentibus clericis, qui cum eo illuc devenerunt, & cantatis pro ejus infirmitate ſeptem pſalmis, letaniaque devote expleta, quemdam ſanctum monachum, Hiltine nominatum, ad clauſtrum revertentes E
fratres, ad ungendum eum oleo ſancto cum ſuis duobus presbyteris dimiſerunt.

59 Unctione vero peracta, ſecundum doctri- *erant infir-*
nam Jacobi Apoſtoli: Infirmatur quis in vobis, *mitatem.*
inducat presbyterum eccleſiæ, & reliqua; dixit Epiſcopus Præpoſito; Iſtis unctoribus meis cum ceteris meis comitibus, in mea vice ſervitium congruenter exhibete, cum his bonis, quæ nobis hodie conceſſit Deus. Cum vero ad menſam prandendum conſediſſent, & adhuc prandium peractum non fuiſſet, nuncius de Epiſcopo venit, dicens; Læto animo eſtote & recreamini cum gaudio, quia Dominus noſter Epiſcopus, quamvis hebdomada præterita vel buccellam panis ad refectionem accipere non potuiſſet, nunc, Deo donante, ſe reficit, & reducta ſanitate eſt melioratus. Qui, audito delectabili nuncio, omnes ſimul Deum laudantes & Deo gratias dicentes, hilares effecti ſunt. Veſpertina autem hora adveniente, & ſigno veſpertinali in primis ſonante, ſtatim ſurrexit & ad F
eccleſiam ambulavit, & ibi in Dei laudibus infatigatus permanſit; donec veſpertinalis laus a fratribus ſecundum curſum monachorum prolixe perficiebatur, & poſtea de die in diem conſortatus, ex integro priſtinæ ſanitati eo reſtitutus eſt. O quam magna multitudo dulcedinis Dei! qui illi hoc tanta velocitate ad remedium conceſſit, quod ille aliis ad medicinam & ad indulgentiam peccatorum præparavit, ut cum ejus fide perfecta, ceteris plurimis fides confirmaretur.

60 Tradere huic quoque me aliam rationem in hoc loco oportet, quam, Herewigo Capellano ejus dicente, comperi. Quadam XVII. *Fluvium transeundo & ficcum reſiccat; d*
die, cum pro aliqua utilitatis cauſa ſuper fluvium, Vindicem *d* nominatum, caballicare *e*
e debuiſſet, & ipſe ab illuvie elevatus fuiſſet, & comites Epiſcopi univerſi vadum rectitudinis devitarent, & alia vada aptiora quærerent, & idem ipſe prænominatus Herewigus, ſolus cum eo remaneret, ipſe vadum, quod alii omiſerunt, ſine trepidatione tranſcendit, ſoccis de ſago factis indutus propter frigus, quia hyems erat. Præfatus vero Herewigus, flu-

mine

A mine tranſgreſſo, ex cingulo deorſum, quamvis ſuper altiorem caballum ſederet, quam Epiſcopus, udus effectus eſt, & proſpiciens in veſtimenta Epiſcopi, ſi aqua infunderentur: ſed nec in ſoccis unum pilum humidum conſpexit, & ad Epiſcopum dixit: Ego utilitate perfuſus ſum, & cuæ Celſitudini pilus in ſoceis non eſt madefactus. Cui dixit Epiſcopus; Hæc, quæ vidiſti, me vivente, nemini dicere præſumas. Alio vero tempore, cum ad colloquium Ottonis Imperatoris ad Ratiſponam civitatem navigando per Danubium venire decreviſſet; quodam die, nautis incaute anta ſe conſpicientibus, navis cuidam ligno importune conjuncta, aquis repleta, immerſionem omnibus minabatur. Perturbati vero omnes & timore perculſi, ad littus magno ſtudio navem perducere feſtinarunt.

præmiſſo. mo confra. gio origi. tur,

61 Navi vero aridæ adducta, quæ intra erat, ad littus portaverunt, illius vero Epiſcopi, in poſteriori roſtro navis ſedentis, oblii ſunt. Unus vero clericorum, Meſi nominatus, magno ſtupore attonitus, dixit. Heu, eobis miſeris, quia ſeniori noſtro in iſto periculo adjutores non fuimus, & his dictis, currens per profunditatem aquæ, quæ in navi fuerat congregata, aſſumptis brachiis Epiſcopi ſuper humeros ejus, everſit eum extra navem. Omnibus itaque expoſitis & illo noviſſime egreſſo, navis in poſteriori parte profunditati demerſa eſt. Quid mirum, ſi navis ooufta, eo inſedente, mergi non potuit, ſed eo jubente ſuper aquam ſtetit, qui beato Petro Apoſtolo undas maris ad ſuperambulandum, propria voluntate firmavit? ſic non ex ſua conditione, ſed ex meritis in ea ſedentis, navis interim ſuper aquas natare cogebatur, donec cunctis ſtipendiis & oneribus relevaretur, poſtea vero immerſa nunciabatur.

B

xviii. *fluvium navidoeil tranſit;*

f

62 Romam viſitare itaque cum quodam tempore æſtuanti animo deſideraret, & ad fluvium nomine Tarcum *f* perveniret, eam periculoſum ex inundatione aquarum factum invenit, ut nullus ex utraque parte advenientium, eo die vel alio ſe poſſe venire ſuper eum ſperaret. Sanctus Epiſcopus, in Deum confidens, paratura miſſatica *g* ſe indui feſtinavit, & in littore fluminis cum ſuis comitibus Miſſam devote celebravit, & poſt Miſſam præfatum fluvium tanta commoditate tranſivit, ut nulli ejus comitum aliquid adverſitatis eveniret, ſed omnes ſalvi & incolumes, Deum laudantes, gaudendo ibant per viam.

g

xix. *monaſterii monialium condit.*

63 Multimodis Chriſti ſervitiis cum ferventiſſime inſiſteret, & undique amplificare ſtuduiſſet, Deo donante excogitavit, propter cujuſdam ſanctimonialis religionem, Emoza nomine, ad eccleſiam *b* ſancti Stephani protomartyris, ſanctimonialium congregationem componere, & regulæ ſanctitatis ſubdere, & ſancto velamine Chriſto Deo deſponſatas conjungere. Quod cum factum fuiſſet, quædam mulier, cum conſenſu connubia mariti deſpiciens, eidem congregationi, ob futuræ beatitudinis mercedem, obedientiam profeſſa, ſe admiſcuit, litterarum vero ſcientia ad perfectionem docta, non manebat, ad exteriora autem neceſſitatis opera ſtrenuitatem magnam habebat, & ideo aliæ ſanctimoniales eam cellerariam facere voluerunt: qua renuente, Epiſcopo nunciatum eſt, & ſupplicatum eſt, ut cum ſui poteſtate miniſterium cellarii commendaretur. Epiſcopus vero ſupplicationi aſſenſum præbens, præfatam ſanctimonialem cellerariam eſſe præcepit. Illa autem præcepto Epiſcopi non obedivit, ſed in priſtina refragatione conata eſt perſiſtere. Sequenti vero nocte in ſomnis audivit vocem, dicentem ſibi: Quia non obediſti præceptis Epiſcopi, ideo uſu ambulandi privaris tamdiu, donec ab eo abſolveris. Expergefacta autem diſſolutam membris ita ſe eſſe perſenſit, ut nullum ambulandi effectum habere potuiſſet.

D

SX-Mss.

64 Hæ infirmitate ligata, laborioſe axſpectabat adventum Epiſcopi. Interim vero appropinquabat tempus ſynodalis colloquii, & Epiſcopus ad Auguſtam revertebatur; hoc cum infirma ſanctimonialis audiret, rogavit ſe portari io eccleſiam ſanctæ Mariæ & obtutibus ejus repræſentari. Cumque ad ejus præſentiam veniret, humillimis precibus ejus miſericordiam depracari cœpit, ut ab affligentibus alligationibus infirmitatis ab eo abſolvi mereretur. Audita ejus deprecatione, Epiſcopus, de inobedientia eam increpavit, & munere benedictionis ſimul & indulgentiæ donatam dimiſit. Cumque ab ea reverteretur Epiſcopus, ſtatim ſanitati reſtituta, currendo præceſſit Epiſcopum, antequam ille perambularet eccleſiam, & ante celſitudinis ejus præſentiam proſtrata, Deum pro reddita ſanitate laudando, promiſit de inobedientia ultra ſeſe fore emendaturam, & ad proprias manſiunculas læta rediit.

Paulus monialis inobedientia a Sancto ſanatur

E

65 Hymnizans Dominum ſanctus Epiſcopus, habili tempore poſtea eccleſiam in cœmeterio ſanctæ Mariæ in modum crucis ædificare cœpit, & ædificatione peracta, altaribuſque quinque in ea compoſitis, io honore ſancti Joannis Baptiſtæ dedicavit, & dolium baptizandi, de petra exciſum, io ea conſtitui fecit, & dote legitimatam, presbytero ad procurandum in divinis officiis commendavit, & præcepit, ut matricularii io omni hebdomada die Sabbati, & in aliis ſolemnibus feſtivitatibus, cum Evangelio & crucibus & cereis cum Dei laudibus reverenter viſitarent, & in paſchali hebdomada, quam dicunt infra albas, quia tunc conſuetudo eſt tres cantare pſalmos ad Veſperam, remanentes duos illuc deambulando cum antiphona & tono formoſa modulatione perpſallere, & ipſe perſæpe ibi ſalutares hoſtias Deo immolare conſuevit. Zoam *i* in ultimis temporibus ſuam ſalvare cupiendo, animo decrevit, quamvis vires corporis de die io diem decreſcere ſentiret, ut limina Apoſtolorum Petri & Pauli devota intentione laboraſſet viſitare. Cumque aliquantulum itineris peregiſſet in carpento, & ad difficiliores vias perveniret, non potuit ultra iter peragere, antequam in lecto collocatus, equis ſuperpoſitus, pergere cœpit: ſicque pergendo, quamvis comitibus ejus ubique periculoſum videretur, Deo juvante & ſancto Petro Apoſtolo, ſine periculo pervenit ad Romam, votorumque ibi notea diſpoſitorum, & promiſſionibus devotiſſime explectis, & gratiſſimorum emolumentorum & indulgentiarum donis acceptis, permiſſoque ſalubri, a ſancto Petro & Vicario ejus Pontifice, ceteriſque, Deo ibi ſancto Petro militantibus, honorabiliter accepto, felicem reditum iniit, & Ravennam viſitare diſpoſuit: illucque cum appropinquaret, Imperatorem glorioſum Ottonem

xx. *eccleſia ædificare S. Joan. Bapt.*

F

i

xxi. *Terram Romam tendit.*

eum

A ex MSS. cum imperatrice Adalhaida ibi manere competerit, & ante ſe miſſo nuncio, adventum ejus illi indicavit, & ille ſtatim nuncium ſequendo, ad oſtium cubiculi Imperatoris pervenit. Imperator vero cum eum in tanta vicinitate manere agnoviſſet, uno pede calceato & alio adhuc incalceato, cauſa humilitatis & flagrantia divini amoris, eum ad ſuſcipiendum amabiliter feſtinavit.

Succeſſerit ab Ottone Imperatore Adalberoni nepotem

66 Cumque in cubiculo, accerſita Imperatrice, ſuavi colloquio fruerentur, & alternis locutionibus diverſarum rerum proventus terminarent, Vir ſanctus Imperatorem cum auxilio Imperatricis flagitare cœpit, ut filio ſororis ſuæ Adalberoni k procurationem ſui epiſcopatus, regimenque ſuper familiam & omnia negotia ſecularia, ad eum pertinentia, fideliter firmiterque commendaret, & ut a celſitudine ejus imperialis potentiæ promiſſum conſolationis accipere mereretur, ut poſt ejus diſceſſum, cathedram epiſcopalis poteſtatis ei donaret, ut ſibi majoris otii ad ſtudium orationis & eccleſiaſtici regiminis & chriſtianitatis ſtabilitatem facultas concederetur. Cujus petitioni glorioſus & benevolus Imperator aſſenſum præbens, ſecularium negotiorum commercia Adalberoni commendavit, & epiſcopalis honorem cathedræ poſt vitam Epiſcopi, ſi Deus vellet, ei donare permiſit, & inſuper multis libris auri Epiſcopum donatum, amabiliter abire permiſit, & ejus manſiones cum alio ſervitio neceſſario, cum ſuis fidelibus uſque ad finem illius provinciæ caute diſpoſuit.

k

B

XXII. In epiſcopatu.

67 Epiſcopus autem & præfatus Adalbero, cum lætabundi ad Auguſtam reverterentur civitatem, honorifice, ſicut decuit, ſuſcepti ſunt, & omnes, qui ibi inventi ſunt, comperta eorum proſpera reverſione, & honorificatione, ab Imperatore eis facta, valde lætificati ſunt. Tunc vero præfatus Adalbero congregatis militibus Epiſcopi, deſideravit, ut ei ſacramenta fidelitatis jurarent, quod & fecerunt in præſentia Epiſcopi, ſimiliter & familia per totum epiſcopatum fecit. Epiſcopus autem indumento, more monachorum formato, induebatur, quorum antea regulam multimodis virtutibus ſequi conſueverat. Cumque hæc ita agerentur, propter quorumdam clericorum æmulationem, qui ſe æſtimabant poſt obitum ſancti Epiſcopi, imperiali celſitudine concedente, epiſcopatum poſſe acquirere, ferulam epiſcopalem publice portare præſumpſit, ut eis tota ſpes acquirendi epiſcopatus adimeretur.

C

ANNOTATA.

a *Id eſt*, recuperatione valetudinis.

b *Eſt monaſterium Benedictinorum celebre apud Suevos, vulgo* Kempten, *ad Hilaram fluvium, dotatum ab Hildegarde Regina, Caroli Magni conjuge. Adi Mabillonem tom. 2. Annal. Bened. pag.* 159.

c Pentecoſten *abſque ulla inflexione veteres ſcripſiſſe paſſim, uti hoc loco, monet Mabilio.*

d *Vulgo* Werten, *qui item* Vindex *appellatur infra, in libro de miraculis, num.* 113. *&* 114. Vindonem *appellavit Fortunatus lib. 4. de vita S. Martini. Sueviam interluit.*

e *Per* caballicare, *intelligo* equitare.

f Tarus *Plinio & aliis, fluvius Italiæ Ciſpadanæ.*

g *Id eſt ornamentis, ad Miſſam adhiberi ſolitis.* D

h *Notat hic Mabilio ex Bruſchio, circiter an.* 936 *fuiſſe conditam, eique præfuiſſe abbatiſſam Eleuſyniam, Udalrici conſanguineam; citaturque ab eodem Mabilione Berno, dicens, hanc eccleſiam* extra urbis muros *ſitam fuiſſe. Nunc intra muros continetur, Benedictinis monialibus, quales ibidem loci olim fuerunt, in Canonicas mutatis.*

i *A Græco ζωὴ*, vita. *Hic μετωνυμικῶς pro anima; anima enim eſt vita corporis.*

k *Filius hic Luitgardæ, ſororis* S. Udalrici.

CAPUT X.

Acta Synodi Ingelheimenſis in cauſa Adalberonis; mors ejuſdem, aliorum ſuaſu pergit in epiſcopatu S. Udalricus; Sancti in abbatiam Ottenburanam benevolentia. E

XXIII. Synodus in cauſa Adalberonis.

POſtea vero, revertentibus de Italia Imperatoribus, a patre ſcilicet & ipſius prole ad Franciam b, facta eſt ſynodus in loco, qui dicitur * Ingilunheim c, ad quam Archiepiſcopi cum ceteris ſuis ſuffraganeis ſanctum Udalricum cum ſuis legatis honorifice invitaverunt, Adalberonemque ejus nepotem cum eo venire decreverunt. Illuc vero cum pervenirent, & Antiſtites ibidem congregati, Adalberonem baculum epiſcopalem publice portare cognoviſſent, irati ſunt contra eum, & dicebant, ut contra canonicæ d rectitudinis regulam in hæreſim lapſus fuiſſet, & quod pontificalis honorem ſublimitatis, vivente Epiſcopo, ſibi plus juſto vindicaret, & ideo ultra eum Epiſcopum ordinari non deceret. Quibus ille auditis, prima die ſynodale colloquium intrare devitavit, & in alia domo cum ceteris clericis Epiſcopi remanebat: Antiſtes autem cum paucis ſuis capellanis ſynodum intravit. Cumque inter ſe Pontifices colloquia habere cœpiſſent, uniuſcujuſque rationem per latinitatis locutionem voluerunt terminari. Cumque cauſa ſancti Udalrici fuiſſet ventilanda, & ille pro infirmitate e, tam ſonora voce, ut tota ſynodus audire potuiſſet, rationem proferre non poſſet, advocabatur unus ſuus clericus, nomine Gerhardus f, qui extra ſynodum cum Adalberone remanebat, ut pro eo deſiderii ſui rationem per latinitatis locutionem manifeſtaret. Cumque vix pro denſitate multitudinis, in præſentia Imperatorum & Epiſcoporum præſens ſtetiſſet, interrogabatur, quid deſideraret Dominus ſuus. Quibus interrogationibus multiplicatis, dixit; Non debeo interrogationibus veſtris reſpondere pro Domino meo, niſi illo præcipiente. Cui dixit Epiſcopus; Frater, bene tibi notum eſt deſiderium meum, enarra hoc, & obſecra, ut eorum conſiliis & permiſſionibus, Deo juvante, expletum fiat. Tunc præfatus clericus Gerhardus in præſentia omnium dixit: Excellentiſſimi Imperatores & religioſiſſimi Antiſtites, deſiderium Domini mei eſt relinquere ſeculum, & ſecundum regulam S. Benedicti, ſanctam inire vitam, & in contemplativa vita diem expectare obitus ſui, in indumento habitus exterioris, pro certo poteſtis cognoſcere

a
b
* al. Ingelheim.
c
d
congregato
e
f

A ſcere voluntatem animi interioris. Iſtis & aliis rationibus, in voluntare Domini ſui finem deductis, terra tenus cecidit ante pedes Imperatorum & Antiſtitum, obſecrans, ut petitionem Domini ſui ſecundum Dei voluntatem implere non dedignarentur. Qui ſimul reſpondendi inducias uſque in craſtinum diem poſtulaverunt, & poſtea inter ſe æſtimaverunt, qualiter cauſa Adalberonis terminaretur. Quidam vero Epiſcoporum adjutores Adalberonis fuerunt, ne prorſus a ſpe epiſcopalis ordinationis, poſt vitam avunculi ſui excluderetur.

quid ſtatuerunt. 69 Hæc cum inter ſe prolixe ſermocinarentur, ultima in unum ratione coadunati, omnes ſimul firmaverunt, niſi Adalbero ſe ſacramento excuſaret, quod non ſciret hæreſim manere, quia epiſcopalem potentiam cum baculo arripuit, nullo modo ulterius legaliter Epiſcopus fieri potuiſſet. Altera vero die cum Epiſcopo etiam Adalbero ſynodali interfuit colloquio, & cum ei prædictum crimen imputaretur, multis objectionibus diverſorum colloquiorum cum ſuis adjutoribus a prædicto crimine ſe defendere ſtatuit. Hoc cum ei adunatio omnium Epiſcopo-

B rum non conſentiret, ſecundum prædictam deſtinationem Epiſcoporum, ſacramentum perfecit, per nomen Patris & Filii & Spiritus ſancti ſuper quatuor Evangelia. Tunc iterum Epiſcopus Udalricus petitionis ſuæ reſponſa, quæ pridie procraſtinata fuerunt, per prædictum ſuum clericum expetivit, quia deſideravit, ut prædictus ſuus nepos Epiſcopus ordinaretur, & ille ſecundum regulam ſancti Benedicti, in monaſterio cum eorum conſenſu deſervire mereretur. Epiſcopi autem, quamvis eis ex toto non placeret, aperte ei in ſynodo contradicere noluere petitionem ſuam, ſed ſapientiſſimi ex ipſis, cum conſilio aliorum, extra ſynodum eum ambulare

g cum illis poſtulaverunt, ibique cum eo & cum ſuis clericis ſapientiſſimis ſecretam locutionem habuere, dicentes; Reverende Pater, cui nota eſt omnium eccleſiaſticorum librorum normula, qui ſemper callem rectitudinis ambulaſti non deviando, non decet, ut nunc iſtam viam, quam ſemper tenuiſti, omittens, ſeminarium ex te ſumat talis error, ut alius in loco tuo, te vivente, ordinetur; quia ſi ex te talis conſuetudo incipit perpetrari, in poſterum multis reverendis & bonis Epiſcopis, ab eorum nepo-

C tibus & clericis, talia deſiderantibus, multa concreſcunt adverſa; melius tibi eſt, ut in eo miniſterio, in quo cœpiſti, Deo ſervire permaneas, quam tuam voluntatem ſequens, aliis plurimis ſcandalum facias: quia ex te canonici & monachi & ſanctimoniales & ceteri Chriſtiani ad rectitudinis ſtatum debent conſtringi, qui ex ſemetipſis per climata cadere feſtinant, qui autem incaute ambulando ceciderunt, ex te, Deo juvante, erigi poſſe ſperandi ſunt. De nepote autem tuo Adalberone tuæ voluntati ſatisfaciendo, in commune firmamus, ut nullus alius a nobis poſt tuum diſceſſum, ad illum locum, in quo tu paſtor exiſtis, eo vivente, ordinetur, niſi ipſe. His conſiliis conſentiens ſanctus Epiſcopus Udalricus, cum eis in ſynodum regrediebatur, & tunc cum conſenſu aliorum Antiſtitum, fecit ab Imperatore Adalberoni commendari in eorum præſentia, procurationem ſui habere, & ſub ipſo totius epiſcopatus cautam diſpoſitionem in omnibus adimplere. Taliter vero iſtis terminatis, finita ſynodo, Epiſcopus & Adalbero cum ſuis ad Auguſtam revertebantur *b*.

70 Prædicta vero ſynodus in autumnali tempore peracta eſt; & in antea Paſchali tempore adveniente, & ſancta hebdomada finita, Epiſcopus & Adalbero, amabiliter vocante Richwino Comite, Dietpoldi fratris Epiſcopi filio, ad caſtellum, Dilinga *i* nominatum, venerunt, ut ibi aliquantos dies charitative cum eo & cum ſemina ejus, Hiltegart nominata, manerent. Paucis itaque diebus tranſactis, Adalbero ibi cum phlebotemo ſibi phlebotemando *k* ſanguinem minui fecit, & poſtea cum Epiſcopo ad cœnam conſedit, & de cœna ſurgens, in lectum ſe ad requieſcendum depoſuit, cumque unuſquiſque ad ſuas diverteſſet manſiones, eadem nocte ſubitanea morte Adalbero *l* defunctus eſt. Herewigus ***, ejus presbyter, cum ad nunciandum hoc Epiſcopo, cubiculum ejus intraret, Epiſcopus ſermonem ejus præveniens, dixit illi; Ecce Adalbero defunctus eſt. Cui ille reſpondit: Ideo ego huc intravi, ut tibi hoc nunciarem, nullus alius me præibat ad te, & quomodo hoc ſcire potuiſti? Cui ille reſpondit; Vade & ſuſcita Richwinum, & omnes qui nobiſcum ſunt, ut cito præparent vehiculum, ut corpus ejus ad Auguſtam ducamus civitatem. Epiſcopus autem, miſſis ad Auguſtam legatis, præcepit, ut in eccleſia ſanctæ Afræ ſepulcrum ejus juxta ipſius ſepulcrum præpararetur, quod & ſic factum eſt. Ille autem eum his, qui cum ipſo erant, impoſuit corpus carpento, & antepoſitis equis, vexit ad Auguſtam cum frequentia populi. Matricularii autem, cum crucibus & aqua benedicta & cereis & incenſo, & cum magna multitudine familiæ, ceterique populi, appropinquanti occurrerunt, & honorifice ſuſcipientes, cum congruis orationibus & modulationibus perduxerunt ad locum ſepulcri, & ibi expletis vigiliis, & ſalutaribus pro ejus anima Deo oblatis hoſtiis, Epiſcopo animam omnipotenti Deo commendante, corpus devotiſſime ſepelierunt. Commendatione autem corporis peracta, & Epiſcopo cum triſtitia redeunte, univerſi fletu & lamentatione & magna mœſtitia in ſuas reverſi ſunt manſiones, pro eo quod ex nobili genere ortum, & formoſum, & grammaticæ artis bene doctum, & in Deo ſervitio ſtudioſum, & in bonis operibus ſtrenuum, & in eloquentia dulciſona cautum, in donando largum, in adverſis aliorum triſtem, multarum virtutum opulentia cumulatum, in adjutorio miſerorum feſtinum, multimoda benevolentia ornatum virum, tam cito depoſitum omiſerunt.

71 Religioſus autem Antiſtes, miſſo legato, nunciavit Imperatori obitum prædicti nepotis ſui, & abbatiam, Utenbura nominatam, quæ ipſi a ſua imperiali potentia conceſſa erat *m*, poſtulavit ſibi donari, non cauſa avaritiæ, ſed ea intentione, ut cœnobitis, ibidem Deo ſervientibus, deliberationem, quam ille eis antea conſcriptam & ſigillatam ab eodem Imperatore donari impetravit, reſtituere potuiſſet. Imperator autem per eumdem nuncium abbatiam conceſſit, & conſolationem magnam, & multimodam ſalutem remandavit. Nuncius autem eum reverteretur, invenit Epiſcopum in loco, qui dicitur Stapbenſe *n*, & hæc prædicta narravit. Paucis vero diebus poſtea revolu-

D EX MSS. *b*

XXIV. *Mors ſubita Adalberonis & ſepultura*

i

k

l ** al.* Perewicus.

E

cum brevi elogio.

F

XXV. *Quæ præſtiterit Sigiſus abb. Ottenb.*

m

n

A volutis, adhuc ipſi in eodem loco manenti, per
ex MSS. nuncium quemdam, orationis ſuffragia pro anima Imperatoris poſcentem, obitus *e* ejus illi annunciabatur. Inde vero cum ad Auguſtam rediret, venerunt nepotes ſui, Richwinus comes, filius fratris ſui Diethpaldi, & Hupaldus comes, filius fratris ſui Manegoldi, & rogaverunt illum, ut pergeret ad oppidum, quod nominatur
a al. Witegiſlinga. Witeſelinga *a*, & illis monſtraret eccleſiam ibi
p ſitam, ubi corpora ſuorum parentum *p* terræ commendata fuerant, de qua ipſe ſæpe eos antea præmonuit, ut eam meliorarent, & eadem corpora in illam concluderent, ne ultra a pluviis domatum *q* infunderentur, ordinare, &
q quante magnitudinis eam facere debuiſſent. Sanctus vero Epiſcopus, quamvis certiſſime ſciret in proximo manere ſequeſtrationem corporis & animæ ſuæ, tamen pro divino amore, & pro eorum amabilitate, illuc perrexit, & provida ordinatione eamdem eccleſiam ſuper præfata corpora amplificari perdocuit, ibique cum nepotibus ſuis, aliquantis diebus moratus eſt, & inde ad caſtellum, Sunnemotinga nominatum, propter petitionem Manegoldi *r*, fratris prædicti
r Adalberonis pervenit. Cumque in itinere, antequam illuc pervenirent, in campo propter
B herbam juxta villam, quæ dicitur Gerilehova, caſtra metati fuiſſent, cum ſol occaſui radios ſuæ lucis inſerere cœpiſſet, venit quidam homo, qui
ſ dixit, Cbunradum *ſ* Epiſcopum certiſſime defunctum fuiſſe, & nominavit diem obitus ſui, & diem collocationis corporis ejus in ſepulcrum.

Novit abſcondita. 72 Hæc fama audita, clerici & alii comites ejus ſtupefacti effecti ſunt, & ſtatim æſtimaverunt nuncium ad Auguſtam mittere, ut pro ejus anima ſolitæ orationes explerentur: quibus ſanctus Epiſcopus blando ſermone infit, certiſſime rei veritatem ſciens: Deſiſtite adhuc nuncium mittere, mane diluculo comperietis, qualiter circa Epiſcopum maneat. Craſtina vero die diluculo, quidam de Conſtantia venit, & de obitu Epiſcopi veraciter contradixit, & ejus poſſibilitatem ſecundum ſuam conſuetudinem eſſe nunciavit. Sanctus autem Epiſcopus Udalricus cœptum iter peregit, & ibi quaſi ad convivium vocatus, poſt expletionem ſalutaris hoſtiæ, quam quotidie per ſe,
C quamvis viribus corporis valde eſſet deſtitutus, Deo perſolvere ſatagebat, cum convivantibus quotidie ad menſam ſedebat, & nullum corpori cibum exhibuit, niſi micas panis, aquæ infuſas in os miſit, quas etiam læpiſſime aquis exſpoliatas de ore rejecit; hauſtibus vero aquæ interdum corpus, cum adhuc ad menſam ſederet, reficiebat. Conſummatiſque ibi rebus, pro quibus illuc vocatus eſt, abire cœpit, altera die ad locum qui dicitur Uti-
t untiga *t* pervenit, & ibi ad ſe convocatis monachis de monaſterio, Uttenbura nominato, autumare cum eis & cum ſuis fidelibus provide cœpit, quomodo deliberationem, quam eis antea, ſicut prædixi, ab Imperatore impetraverat, reſtituere potuiſſet, & dixit eis: Eligite ex vobis unum ad Abbatem, qui in Dei ſervitio utilis, & veſtris neceſſitatibus poſſit cautus inveniri. Si illum eligitis, qui mihi ad hoc placet, commendabo illi Abbatiam uſque in præſentiam Domini mei Imperatoris: ſin autem alium, niſi mihi placentem eligitis, non illi commendabo.

73 Qui reſpondentes dixerunt: Nominet D
nobis Sanctitas tua, hunc, qui tuæ dominationi placitus ſit ad electionem noſtræ unitatis. Tunc dixit eis, Rudvugum *u*, fratrem veſtrum, ad hoc nominabo miniſterium. Quibus auditis, fratres inducias poſtulaverunt, donec omnes ſimul loquerentur, ſi hæc electio cum omnium fratrum conſenſu fieri potuiſſet. Cumque in loco deſtinato collecti fratres colloquia inter ſe habere cepiſſent de præfata electione, quibuſdam fratribus placuit, quibuſdam diſplicuit: ſed tamen cum conſilio amicorum roborati, Epiſcopi voluntati parentes, in unum coadunati Rudvugum ad Abbatem elegerunt, & eum eo ad Epiſcopum regredientes, unitatis eorum electionem ei nunciaverunt. His auditis Epiſcopus, aſſumpto baculo commendavit abbatiam præfato Rudvugo uſque in præſentiam Imperatoris, qui tunc in imperio patri
x ſuo æquivoco *x* ſucceſſerat, & illum commendavit ſuis nepotibus & aliis ſuis fidelibus, ut eum celſitudini Imperatoris præſentarent, & illis cum fide ei juvantibus, ab eo hæc confirmarentur. His ita expletis propriam ſui epi-
E ſcopatus reviſitavit ſedem.

conceſſi in diſtam abbatiam favores.

u [16]

x

XXVI.
S. Udalrici virtutes vel in devota ſenectute.

74 Mœnia autem Auguſtæ civitatis introgreſſus, magna triſtitia ſeptus eſt pro morte Adalberonis ſui nepotis, & pro obitu Imperatoris, cui ſemper fidem in omnibus ſervavit, cujus etiam amor pectori ejus firmiter conglutinatus eſt. Pro requie vero animarum amborum multas eleemoſynas largitus eſt pauperibus, & multas orationes & preces ad Dominum quotidie effudit, ut eis miſereri dignaretur. Miſſarum vero officia quotidie celebrare non deſiſtebat, quoad uſque vires corporis ſic ſubtrahebantur, ut nullo modo ultra per ſe ſtare potuiſſet. Ad menſam vero ſedebat, & ſedentibus cum eo convivium faciebat, & ille quaſi jejunus abſiſtebat, & poſtea in eccleſia, vel in cubiculo ſuo, dulci cantatione pſalmorum, vel auditione lectionum ſacrarum recreatus eſt. Vires vero corporis cum ei ita defeciſſent, ut per ſe Miſſam cantare non potuiſſet, quotidie in eccleſiam introductus, devotiſſime eam audire, & interim orationibus intentis inſiſtere non deſiſtebat. Pro certo poſt Miſſam ex-
F pletam, cum cubiculum intraret, repauſationi lectuli ſe non commendavit ante horam veſpertinam, ſed ſuper ſedile ſuum calceatus ſedit, & interdum ſe ſuper pulvillum in dexteram partem reclinavit, interdum ad ſiniſtram, & interdum ſedens ad dorſum ſuper poſteriora ſedilis, in quo ſedebat, reclinavit. Et poſt expletionem curſus & totius pſalterii, legente Gerhardo Præpoſito *y*, ſacrorum lectiones li-
y brorum audivit, & interdum cum eo inde dulci eloquio fruebatur.

75 Quidam vero, eloquio inter ipſos finito, *Prædicit ſuam mortem.*
præfatus clericus interrogavit eum, dicens: Habes ſpem pro iſta infirmitate, Domine, obitum tuum tibi imminere? Cui ille, quaſi eum increpando, reſpondit: Quare ſic dixiſti? Non ſpero, ſed certiſſime cognoſco diem obitus mei non poſt multos dies mihi evenire. De qua re presbyter contriſtatus, indulgentiam poſtulavit, & dixit illi: Domine, quem Epiſcoporum præcipis vocare ad commendationem corporis tui? Cui ille reſpondit: Eo tempore, quando anima mea derelicta eſt hoc

corpus,

corpus, non poteſtis ullum eorum huc advocare, quia comprovincialis meus Chunradus Epiſcopus, tanta infirmitate detentus eſt, ut huc venire non poſſit, Epiſcopi vero Bauwariorum, ad regale colloquium ad Franciam iunt congregati. At ille inquit, Domine, quid tunc facere debemus? Cui Epiſcopus dixit; Noſtis corpus hominis terræ commendare? At ille ait; Si talis perſona eſſet, ſuper quam commendatio noſtra fieri debuiſſet, timorem inde non haberemus. Cui Epiſcopus dixit; Facite de hac re, cum tempus advenerit, ſicut optime poteſtis, Dominus commendatorem corporis mei providebit. Et his dictis, præfatus presbyter iterum lectionis uſum aſſumpſit, & in ea ſicut ſolitus erat, uſque dum, ſonante ſigno, veſpertinalis laudis hora annunciabatur. Lectiones vero ſuerunt Vitas *aa* Patrum ſanctorum, & liber ſancti Gregorii, quem Dialogorum vocaot, cujus ultimus liber diſputat multum de his, qui de corpore rapti, in ſpiritu multa viderunt, & iterum ad corpus redierunt,

ANNOTATA.

a *Otto Junior*, *Ottonis Magni filius*, *Romæ coronatus imperator anno* 967. *juxta Labbe*. *Sigebertus id transfert in annum ſequentem*.

b *Per Franciam hic intelligo Franconiam, aut alium Germaniæ tractum*.

c *Anno* 972.

d *Hoc prohibent antiqui canones*. *Conſule Notitiam Eccl. Catheſſutii pag.* 262.

e *Senectus ipſa morbus eſt*. *Agebat enim tum temporis annum erat*. 82.

f *Qualis Gerardus hic, non ſatis intelligo*. *An diverſus a Gerardo præpoſito, de quo ſupra, num.* 74. *ac infra* 77. *& a Gerardo presbytero num.* 80. *Mabilio aut, fortaſſe hunc eſſe Gerardum vitæ præſentis ſcriptorem; de quo adi Comm. prævium.* 133.

g *Id eſt*, ſynodo excedere, *Germanice* aufſtretten.

h *Monet Velſerus miraculum quoddam in altero exemplo huc fuiſſe appoſitum; ſeque illud omittere, quia infra verſum repetitur: nimirum, ubi de miraculis, cap.* 1. *num.* 105.

i *Jam oppidulum eſt in Suevia ſub ditione Epiſcopi Auguſtani, caput Dillingenſis comitatus, epiſcopatus Auguſtano unni in perpetuum ab Hermanno, ejus ultimo Comite & Epiſcopo Auguſtano, anno* 1260.

k *Græce* φλεβοτόμος, venæ ſector, φλεβοτομῶν, venam ſecare.

l *Anno videlicet* 973. *juxta Hermannum Contract. apud Canſium*.

m *Jacet in Guntiana valle ad Guntiam amnem*. *Scribit Bruchius, Adalberoni hanc abbatiam collatam fuiſſe anno* 941. *qui & plura de fundatione, privilegiis, ac moderatoribus hujus monaſterii*. *Citat Mabilio in notationibus vitæ Udalricianæ, Hermannum ad annum* 963. *in hæc verba*: Ipſe beatus Epiſcopus inter alia bona, abbatiam Uttenburam, ſibi ſubditam, libertatis privilegio ab Imperatore abſolvi impetravit. *Et Bernonem*: Inter cetera miſericordiæ bona, quæ pro requie animæ ſui nepotis agebat, etiam abbatiam, Utenburra dictam, quam ille, dum viveret, in beneficium tenebat, ſibi adquiſivit, & tam diu tenuit, quouſque ipſius ſtudio, donata eſt libertatis privilegio.

n *Monaſterium eſt in diœceſi Auguſtana*.

o *Obiiſſe Magdeburgi die Mercurii, Pentecoſtes prævia*, VII. *Maii, anno regni* 34. *imperii* 12. *ſcribit Labbeus ex variis*.

p *Per parentes hic videntur intelligendi conſanguinei; uti ſæpe alibi*.

q Doma, *Græce* δῶμα, *hic deſignat* teſtum; *vel* atrium, *quod non tegitur*. *Conſule Canſium*.

r *In ſtemmate genealogico Comitum Kyburgenſium, recenſentur Manegoldus natu minimus filius, ex ſorore S.* Udalrici *Luitgarde natus*.

s *Fuit Conſtantienſis Epiſcopus, conſecratus* 934. *obiit* 974. VI. *Kal. Decemb., ut eſt in Hermanno Contract., apud Canſium*. *Plura de illo ad diem* XXVI. *Novemb*.

t *Al.* Otinga, Ottinga; *eſtque oppidulum, alterum in Suevia, alterum in Bavaria*.

u *Al.* Ruodungus, *al.* Rupertus. *Bruſchius ponit ejus electionem anno* 972. *pro quo reſtituendum annum* 973. *monet Velſerus*.

x *Otto ſecundus poſt Patrem ſibi cognominem regnare ſolus cœpit* 973.

y *Putat Velſerus hic deſignari Præpoſitum eccleſiæ Cathedralis*.

z *Auguſta & Conſtantia in eadem provincia Moguntina; ſuffraganei epiſcopatus Moguntini*.

aa Vitas Patrum *ſine inflexione efferre ſolebant*. *Vide Roſweydum in Prolegom. ad Vitas Patrum*.

CAPUT XI.

Sancti obitus ac ſepultura.

TAliter vero converſando, formoſiſſime exſpectabat diem obitus ſui, & interdum in ſpiritu plurima videbat, de quibus panca his, qui cum eo erant, narravit. Interea vero Worinchatio *a* Abbati de monaſterio, Vulta nominato, cauſa viſitationis ad eum venienti, inter alia dixit: Tu poſt me hic deberes Epiſcopus fieri, omnes te elegerunt, niſi duo; hi vero duo, ſi aliis concordarent, electio tua ſine dubio perfecta fuiſſet. Et his dictis, manus Attelioi, tunc Vicedomini *b*, & manus Hiltini camerarii comprehendens, ſuæ fidelitati commendavit, & cum charitate eum abire permiſit.

77 Altera vero vice, quadam die, quaſi de gravi ſomno expergefactus, ei aſſidentibus & hæc audientibus ait; Heu heu! quod illum nepotem meum Adalberonem umquam vidi; quia pro eo, quod ei ſecundum ſuum deſiderium conſentiebam, nolunt me impunitum in ſunm recipere conſortium *c*, & his dictis ſtatim tacuit. Virtus vero corporis de die in diem decreſcens, in tantum deficiebat, ut eccleſiam intrare, niſi a duobus ſuſtentatus, non potuiſſet. Cum vero in die natali ſanctorum Marci & Marcelliani, quod eſt XIV. Kal. Julii, eccleſiam introduceretur, ut Miſſam audiret, peracta Miſſa, ad ſanctam crucem tapetium ſibi deponi præcepit, & ſe ſuper illo proſternebat. Ibi vero cum quaſi dimidiam horam jacuiſſet, ſurrexit, & camerarium Luitpaldum presbyterum ad ſe venire fecit, & cunctas ſuas res, quas ille in miniſterio habebat, in præſentia ſui portare præcepit, & ponere ante altare, niſi unam paraturam *d* domus & menſarum, & unum cooperturium mardrinum, ad ſervitium ſui ſucceſſoris

A foris dimisit, Cum vero ante eum posita fuissent, & illa ea conspexisset, dixit: Quid mihi hæc omnia nunc debuerunt? Quamvis vero illi plurima viderentur, numerus eorum major non fuit, nisi pauca camisalia, & septem vel octo mensalia, & duo sarcilia *e*, & decem solidi argenti, quos in manum Gerhardi Præpositi commendavit statim ad erogandum pauperibus.

Et clericis distribuit.

78 Cetera vero omnia disposuit dividi inter clericos ejusdem loci. De vestimentis suis misit Antonio *f*, venerando viro, quem ille antea ad Uttenburam in Dei nomine inclusit. Cuidam etiam Ruozoni, mobilitate membrorum carenti nisi de brachiis sursum, cui domicilium in cœmeterio Kampidonensis monasterii, more lectuli a terra sublevatum, ædificatum erat, ut ea, quæ ab eo digesta fuerant, terratenus cadendo a domicilio separarentur, vestimenta transmisit. Quia antea cum Episcopus *g* in eodem monasterio moraretur, prædictum pauperem per se ipsum sæpe visitavit, & ejus locutionis dulcedinem libenter audivit, quis idem ipsa prædictus pauper, clauso ostiolo, semper in Dei laudibus & orationibus die ac nocte morabatur. O quæ lingua virum tantæ benigoitatis enarrare potest, qui in ultimis positus, tanto spacio interposito, Christum vestire non omisit, pro eo certe, quia ei semper aderat, qui ab eo sua membra vestiri volebat. His vero prædictis dispensatis, præcepit Vicedomino, ceterisque, quibus voluit, suis fidelibus ac ministris, ut in conclis locis, ad suum servitium pertinentibus, cuncta, quæ in eis inventa fuissent, in tres partes dividerentur, & tertia pars presbyteris pauperibusque provida dispensatione statim eo vivente donarentur, quod & factum est. Pro certo, quamvis corpus gravi infirmitate detentum fuisset, sensus & animus & voluntas occupari non potuerunt, nisi * piis insisterent intentionibus.

f Tit. ist, Mr. Doc.

g

79 Die itaque sancto nativitatis sancti Joannis Baptistæ, hora diei prima, quasi repente de somno beatus Udalricus suscitatus, dixit cameraris suis: Induite me vestimenta mea & calceamenta: qui hæsitantes propter magnam ejus infirmitatem, si hæc in ecstasi mentis vel incapacitate sensus eis præciperet; implendo tamen præceptum ejus, induerunt eum vestimenta ejus & calceos: statim autem paratura se missatica indui præcepit; cumque paratus fuisset, perambulavit matricem ecclesiam, & ad ecclesiam sancti Joannis Baptistæ, quam ipse antea ædificaverat, & in honore ejus consecraverat, pervenit, ibique Missam *h*, quam anniversariis solennitatibus mane diluculo consueverat cantare, potenter & caute explevit, illaque finita statim publicam Missam audit, & devotissime, Deo juvante, in finem stando gloriose peregit: ambas Missas cum stando sine adjutorio aliorum cum benedictionibus decenter ad finem perduceret, confelebat, & astantibus sibiclericis dicebat: Hæc ministeria, quæ nunc, Deo donante, peregi, ex possibilitate corporis mei non assumpsi, sed ex præcepto: hodie enim cum in lecto quasi sopitus somno jacerem, steterunt coram lectulo meo duo viri juvenes, formosissimi aspectu, e quibus mihi unus dicebat: Quare non surgis? debes enim hodie ad sanctum Joannem Baptistam Missam celebrare. Gui alter respondit; Quomodo potest hoc fieri; quia pro impossibilitate corporis, Primam adhuc non explevit? At ille, qui antea locutus est ad me, dixit: Surge, & secundum meum sermonem, Dei ministerium in præfata ecclesia implere festina, quia hodie præter te, nullus alius tibi Missam cantabit. His vero dictis, ad cubiculum regressus est.

Ut vivens sepultus; sancti Joannis Baptistæ diebus Missam a Deo præparari;

h

Statim.

80 Cumque diem obitus sui devota mente & læto animo, & secundum verba psalmographi David, dicentis; Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus; expectaret, quamvis verbis non dixisset, factis tamen manifestavit, quod de hoc seculo se migraturum esse in vigilia Apostolorum Petri & Pauli putavit. Eadem die, antequam vespertinalis laus inciperet, & cum a custodibus omnes simul campanæ ad sonandum moverentur; balneatus, & paratura, quam ad obitum suum conservatam habuit, indutus, se quasi defuncturum deposuit. Finita autem vespertinali laude, aliis juvantibus, se a terra levavit, & quasi secreto dixit; O sancte Petre, nunc non secisti, sicut ego æstimavi. Et quasi animo aliquantum de hac re mente consternatus manebat. Præfatus autem presbyter Gerhardus dixit ad eum; Domine, noli contristari, sed recordare, quia aliis sanctis Episcopis similiter contigit; ut enim dictum est; Circa natale Apostolorum de hoc seculo ad requiem es perductarus. Is cum sperarat se in natale Apostolorum obiisse, inducie ei prolongabantur usque in octavum diem, & tunc defunctus est. Cassio Narniensi *k* Episcopo, per quemdam presbyterum ab angelo flagellatum, dictum est; Non cesset manus tua, non cesset pes tuus, age quod agis, operare, quod operaris, natali Apostolorum venies ad me. Episcopus autem æstimans in solennitate Apostolorum, quæ nunc proxima erat, sibi obitum suum imminere, in quibuscumque potuit, ad depositionem corporis sui præparare se studuit. Solennitate itaque advenieote, sanus permanebat, & incolumis, & sic mansit, donec curricula septem annorum præterirent, & tunc in eodem die, sicut ei dictum est, multis bonis præmissis, & sacro ministerio expleto, feliciter migravit a seculo.

ad vitam anhelat

k

Placide.

81 His auditis, sanctus Episcopus vera esse recordatus est, & respondit ei dicens; Bene dixisti frater, & relevatus mente, bono animo manebat, & cum eo manentibus dulcem & commodum se exhibebat, nullum objurgans, nullum increpans, nulli iratus, nulli molestus, nulli adversus; nullum verbum alicujus lamentationis ab eo audiebatur; sed bona omnia, quæ tunc potuit, præsentibus & absentibus fecit. Nemini indulgentiam negavit, gratia suæ benedictionis omnes confignavit. Prædictus vero Richwious comes, nepos ejus, adhuc de regali locutione non revertebatur, de quo interdum dicebat: O Richuvine, utinam me vivente venires, ut te viderem! Eo anno solennitas Apostolorum Petri & Pauli Dominica die eveniebat, de qua optimis moribus, sicut prædixi, exspectabat, donec dies quietæ feriæ pertransisset; in illa nocte, antea quam aurora sextæ feriæ benecognosci potuisset, aspersa cinere in modum crucis, & aqua benedicta aspersa, se deponi fecit,

A cit, & ſic jacebat uſque dum aurora cunctam latitudinem orbis illuminaret. Tunc Richwinus, de palatio rediens, intravit, & legationem Imperatoris, eo audiente, recitavit. Eo ſcilicet viſo legationeque audita, oculos levans ſecundum ſuam poſſibilitatem gratias agebat Deo omnipotenti, qui ſecundum dicta David Prophetæ, voluntatem timentium ſe faciet, &c. Richwino autem exeunte, ſtatim eadem hora clericis letaniam devote canentibus, animam Deo commendans, anno Incarnationis Domini noſtri
1 Jeſu Chriſti DCCCLXXIII. I, ætatis LXXX. ordinationis autem I. quarto die Julii, IV. Non. ejuſdem menſis, die Veneris, felici obitu, quaſi ſomno ſuavi ſoporatus, ergaſtulo corporis exemptus, migravit ad requiem.

pie aſſpirat, 82 Pro certo, ſanctum corpus cum ad lavandum more ſolito denudatum fuiſſet, ſuavi odoris fragrantia nares omnium ibi manentium replevit, & tam diu permanſit, quoad uſque corpus levatum, prædeſtinatiſque veſtibus indu-
B tum, & feretro impoſitum, in eccleſiam portaretur. Clerus nempe cum audiret, quod Epiſcopi Bauwariorum de prædicto colloquio rediret ad ſuam provinciam, miſſo legato voluerunt Archiepiſcopum Fridricum *m* ad commen-
m a S. Wolfgango pro anima defuncti dationem ſacri corporis vocare. Cumque ad illum nuncius perveniret, invenit eum tanta infirmitate febrium detentum, ut nullo modo advenire potuiſſet. Miſſo autem cum triſtitia inde revertente, audivit, quod venerandus Epiſcopus Wolfgangus ad locum, qui dicitur Nordilingga venire voluiſſet, in occurſum ejus feſtinavit. Ad eum certe cum perveniret, ſalutatus ab eo, audivit, quod Auguſtam civitatem pergere voluiſſet, viſitare ſanctum Dei ſervum Udalricum in infirmitate detentum. Cui ille reſpondit: Dominus ſanctitati tuæ præcepit, viſitare eum, & ego ad hoc veni, ut nunciarem tibi, quia defunctus eſt, & de omni congregatione, ibi Deo militante, te flagitare, ut feſtinè venires, & ſanctum corpus Deo commendares. Quo audito, ſanctus Epiſcopus magna mœſtitia ſeptus eſt, in eadem nocte diluculo ſurrexit, & ad Auguſtam pergere cœpit. In itinere vero cum cognoviſſet, quod ad congruum tempus illuc perveni-
C re non valeret, præmiſſo eodem legato nunciavit adventum ejus. Interim vero corpus in eccleſia ſanctæ Mariæ, a congregatione die noctuque, cum orationibus & Miſſarum celebrationibus, caute & devote cuſtodiebatur uſque in diem Dominicam.

ſacrificiis ac precibus perſolutis, 83 Die vero Dominica poſt primam Miſſam pro ejus anima celebratam, congregato clero & ſanctimonialium congregatione adveniente, & magna de provinciis multitudine populi, presbyteri levaverunt corpus, & ſanctam Afram, ubi antea ſepulcrum ejus præparatum fuerat, portare cœperunt. Cumque venirent ad collem, qui dicitur Pereleich, præfatus nuncius venit, & adventum Wolfgangi epiſcopi nunciavit. Illi autem perducentes corpus in eccleſiam ſanctæ Afræ, & item Miſſam ſacrificalem cum omni devotione pro requie ejus animæ celebravere. Epiſcopus vero cum adhuc non veniret, & hora diei non tardaret, niſi tempus celebrationis publici Dei miniſterii immineret, & hoc cum omni devotione a congregatione clericorum perficeretur, venit præfatus Epiſcopus, qui cum honorifice ſuſceptus fuiſſet, & orationi finem impoſuiſſet, D
ſalutatis a ſe fratribus dixit: Quid vobis videtur, EX MSS.
an hodie ſacrum corpus commendamus, vel ad alterum diem procraſtinemus? Cui fratres reſpondentes dixerunt; Si tuæ ſanctitati placet, nobis bonum videtur, ſi omnibus, qui nunc hic in præſentia ſunt, annunciatur, ut mane congrua hora huc ad commendationem ſacri corporis conveniant, & a te ſalutaris hoſtiæ munus nobis ſacrificantibus pro requie ejus animæ Deo offeratur; quia congrua hora præterita eſt, & tu es magna laſſitudine ſeptus. Quibus auditis Epiſcopus, conſilio eorum libentiſſime aſſenſum præbens, alterum diem exſpectavit. Ea vero nocte Hiltegart, uxor præfati Richwini comitis, quamvis nupta, tamen ſatis religioſa, venit, camiſaleque cera perfuſum attulit, & ſublimiſſimos clericos petiit, ut ſacro corpori caute ſecreto circumdaretur, ne ſacerdotalis paratura, qua indutus erat, cito a terra conſummaretur, quia ipſe adhuc vivens præcepit, ne tabula-
E tum ligneum corpori ejus ſuppoſuiſſent, ſed puræ terræ imponerent, & ligneo operculo cooperirent: qui ſecundum ejus petitionem camilale corpori ſacro circumdederunt.

ſepelitur. 84 Mane autem facto, magna multitudine populi adveniente, & clericis ſanctimonialibuſque, ibique Deo militantibus, congregatis, & de provinciis multis ſacris officiis utentibus adjunctis, Antiſtes, cunctis pro ejus anima ſacrificantibus, magna contritione cordis & humiliatione ſalutarem obtulit hoſtiam Deo; inſuper etiam publica Miſſa expleta, omnes in commune ſobrio & cauto ſermone admonuit, ut pro illa ſancta anima intima intentione cordis devote exorent, ut ab omni vinculo delictorum abſoluta, Deo donante, perenni gaudio in ævum cum Sanctis & electis Dei perfrui mereretur. Oratione autem ſecundum verbum ejus ab omnibus peracta, Epiſcopus corpus ſepelivit, & animam omnipotenti Deo devotiſſime cum lacrymis commendavit. Miniſtri autem, ſicut prædictum eſt, operculo ligneo corpus cooperuerunt, & ſuper hoc gradibus murati ſepulcri denſum lignum tabulatum ſuperpoſuerunt, in ſuperficie autem ter-
ræ cum lapidibus conjunctis firmiter clauſerunt F
n. His ita peractis, Epiſcopus ad Auguſtam cauſa orationis perrexit. Orationibus multipliciter *n*
conſummatis, a fratribus per charitatem rogatus, paraturam miſſaticam, quæ fuit ſancti Udalrici, quarum opulentia ille vivens abundabat, propter ejus ſanctitatem ſuſcepit, & honorifice, ſicut optime dignus erat, dimiſſus, Deo comite ad propria reverſus eſt.

ANNOTATA.

a *Al.* Wernerus, Wernherus .. *Velſerus, & poſt eum Mabilio, ſecuti Bruſchium, dicunt, hunc fuiſſe filium materteræ* S. Udalrici, *creatumque abbatem anno 969. Mabilio tom. 3. Annal. Bened. pag. 590. de ejus in abbatem electione agit ad annum 968.*

b Vincentius Borg., *inquit Velſerus hic*, de eccl. Florent., obſervavit, vicedominos ante annum M. fere ex clero fuiſſe; eam dignitatem poſt ad laicos tranſiiſſe. Onuphrius de vo-

A cibus Eccl. obſcuris ait, etiam majores domus
XX MSS. appellatos. Verum diſt. 89. cap. Volumus, Gregoriua vicedominum a majore domo diſtinguit. Ibi Gloſſa œconomum interpretatur. *Sic ille.*

e *Pathetice commentatur in hunc locum Baronius ad an. 971.*

d *Id eſt*, apparatus.

e Sarcilis, *veſtis vel potius panni ſpecies: niſi malis hic accipi pro* ſarca, *quæ videtur idem denotare, quod farana, genus pallii aut veli.*

f *Al.* Attoni, *quod probat Velſerus.*

g *Tradit Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ, in deſcriptione hujus monaſterii*, S. Udalricum *aliquamdiu illud in commendis, ut vocant, habuiſſe.*

h *Olim tres Miſſæ celebrabantur feſto S. Joannis Bapt.; unus nimirum in vigilia, reliqui duæ in die, ut obſervat Velſerus hic, citans Albinum, & Amalaricum lib. 3. cap. 38.*

i *Intelligo* hora prima *officii canonici cum Velſero.*

k *De Cuſſio, Ep. Nurnienſi agit Gregorius Dial. lib. 4. cap. 56. & hom. 37. in Euang. Gregorio autem coævum fuiſſe, colligitur ex ipſius Gregorii verbis in Homil. citatu.* Multi veſtrum, *inquit*, fratres chariſſimi, Caſſium, Narnienſis urbis epiſcopum, noverunt.

B l *Hinc corrigas Sigebertum*, S. Udalrici *obitum differentem ad annum 976.*

m *Al.* Fridencium *ſcribitur, teſte Velſero. Hundius in Metrop. meminit Friderici, Archiep. Saliſburg., electi 956. qui ſedit an. 33.*

n *Vides hinc confirmari ea, quæ diſcuſſimus in Comm. prævio, utrum apud Mediolanenſes inventum fuerit corpus* S. Udalrici, *Auguſtam epiſcopi.*

CAPUT XII.

Henrici, ſucceſſoris S. Udalrici in epiſcopatu, geſta & obitus.

POſt obitum ſancti Udalrici Epiſcopi, Heinricus, filius Purchardi comitis, ſucceſſor
XXVIII. *Udalrici ſucceſſor, a* ejus effectus eſt, non provide in ovile ovium intrando, ſed aliunde alcendendo, quia Purchardo n, duce Alamannorum, qui filiam materteræ
C ejus habuit uxorem, & aliis plurimis, ſed & qnibuſdam militibus, qui ab eo beneficia ſua augeri aſtuta arte cupiebant, conſiliantibus, ſubtili cœpit conſilio æſtimare, qualiter prædictum locum ſibi potuiſſet uſurpare; quamvis in ejus ſcientiam deveniret, quod Werinharius abbas in quadam inviſibili carnalibus oculis congregatione, ubi ſanctus Udalricus in ecſtaſi mentis adjunctus, audivit: Si duo aliia concordarent, ab omni illa congregatione ad hoc miniſterium ſuiſſet deſtinatus, ut ejus ſucceſſor efficeretur, ſicuti antea prædixi. Quidam clerici, Advocato & aliis quibuſdam militibus de eodem epiſcopatu ſecum comitantibus, ad curtem Imperatoris, baculum epiſcopalem fegendo, iter agere cœperunt. Cumque ad Wormacenſem civitatem ad monaſterium ſancti Cyriaci venirent, invenerunt ibi Purchardum ducem cum uxore ſua in infirmitate occupatum. Cumque ei indicarent ſtudium itineris ſui, quibuſdam machinationibus callida ratione ab eo illuſi ſunt, quia dixit eis, Imperatorem his diebus prope in ultimis finibus regni ejus morari, & in ea via, quam pergere debuerunt, omnia ſupra modum chara, & D herbam undique in defenſione manere, & ideo ſemetipſos & eorum caballos nulla commoditate poſſe ſuſtentari: non poſt multos diea Imperator noſter vult regale colloquium habere ad locum, qui dicitur Erinſtein, illuc facile poteſtis ire, ideo revertimini nunc, & quando meus certus nuncius vobis prædictæ locutionis diem nunciaturus advenerit, illuc venire ne dubitetis, ibi enim me invenietia, firmum vobis ſore adjutorem, & in electione epiſcopali ſine ambiguitate me ſciatis vobis concordari.

86 Hia verbis auditis, vera eſſe æſtimantes, *promodo ad epiſcopatum* & conſiliis ejus conſentientes, reverſi ſunt. Non poſt multum vero temporia nuncius Ducis venit, & regale colloquium in prædicto loco manere indicavit, eoſque illuc venire admonuit. Qui ſtatim aliis fratribus ſecum ſumptis, ad præfatum locum pergere feſtinaverunt. Cumque appropinquaſſent ad locum, qui Ad balneos nominatur, quidam nuncius eis obvius dixit; Hainricus filius Purchardi, quem Imperator cum ſuis fidelibus, & dux Purchardus ad Auguſtam Antiſtitem eſſe E decreverunt, nunc cito occurret vobis. Hac ratione audita, contriſtati fratrea, eo quod de prædicta electione Epiſcopi privari debuerunt, ultra non ſunt progreſſi, ſed revertentes, in loco opportuno exſpectaverunt, uſque dum præfatum Heinricum inde comitarentur. Eo ſtatim die, cum ad caſtra venirent milites, qui de duce Purchardo cum Hainrico venerunt, adjunctos ſibi clericos rogare cœperunt, ut Hainricum in commune Epiſcopum eſſe comprobarent in eodem loco. Qui inducias petierunt, uſque in communi capitulo domi cuncti fratres in unum ſe coadunarent. Cumque milites hoc refutarent, & longa inter ſe locutione contenderent, reverſi ad Hainricum cum quibuſdam clericis, elegerunt eum ſuper ſe eſſe Epiſcopum: quidam vero, eum non eligentes, ad Auguſtam pervenerunt ad ceteros fratres. Cumque ad Auguſtam pervenirent ſic ſequeſtrati in electione ejus, venit quidam Comes, Wolveradus nomine, cum aliis quibuſdam hominibus, quaſi legationem ab Imperatore ferendo ad congregationem, dicens: Imperator demandavit vobis gratiam & miſeri- F cordiam & omnia bona, & poſtulavit, ut iſtum Dominum Hainricum, quem ille cum ſuis fidelibus decrevit in iſto loco eſſe paſtorem, ut & vos ob amorem ſui, Antiſtitem vobis eligere unanimiter non renuatis. Legatio autem hæc fraudulenti conſilio compoſita erat. Cui reſpondentes dixerunt, veniat ille cum vobis ad capitulum noſtrum ad audiendum reſponſa noſtra.

87 Cumque vix obtinuiſſent, ut in capitu- *promiſſis* lum intrarent, legebant lectiones canonicas de electione Antiſtitum. Præfatus Hainricus cum audiſſet de lectionibus in præſentia recitatis, quod in poteſtate eſſet canonicorum, eum eligere vel refutare, cum venia humiliter poſtulavit, ut eum Epiſcopum eligere non dedignarentur, promittens eis, ſi ejus poſtulationi conſentirent, in poſterum omnigenæ commoditatis impenſionem. Qui ejus promiſſionibua credentes, quidam vero ſponte, quidam vero diſſenſiones vitando, omnes tamen in commune decreverunt eum eſſe Epiſcopum. Hæc vero electio cum in eccleſia militibus & familiæ nota facta fuiſſet, ſonantibus

A tibus campanis, ab omnibus confirmabatur. Tunc demum præfatus Heinricus, aſſumptis quibuſdam canonicis, perrexit ad Imperatorem, & in præſentia ejus, aliorum teſtimonio roboratus, de electione ejus nunciavit, humiliter flagitans, ut a celſitudine ajus Imperialis poteſtatis pontificium prænominatum ei concederetur. Imperator autem ejus petitioni non contradixit, neque continuo adimplevit, ſed promiſit, ut poſt quinque dies in ſolennitate ſancti Mauritii, ejus petitioni aſſenſum præberet, ſicut & fecit. Poſtea vero ſtatuto tempore ad Magunciam venit, & a Rudperto *b* Archiepiſcopo, & ſuis ſuffraganeis benedictionem epiſcopalem accepit.

b

aut in exilium

c

88 His vero temporibus Otto, filius Luitolfi, filii Ottonis Imperatoris, Dux fuit Alamannorum *c*, & Heinricus, filius Heinrici, fratris ejuſdem Imperatoris, Dux Bawariorum erat, qui quamvis ax vicina propinquitate, charitate conjuncti ſora debuiſſent, ex machinatione male ſuadencis ſatanæ, invidias & diſſenſiones inter ſa exercere cœperunt *d*. Heinricus itaque Epiſcopus æquivoco ſuo Duci aptior manſit in omnibus, & ipſius conſiliis plus conſentiens, quam Ottoni Duci, quamvis civitas Auguſta in ſuo Ducatu ſita maneret. Pro hac vero re Otto Dux contra eum iratus eſſe cœpit, & cum fidelibus ſuis conſiliari, ut ei, in quibuſcumque poteſſet, adverſaretur, quod & fecit. Inſuper Epiſcopus quibuſdam militibus, nepotibus ſancti Epiſcopi Udalrici, Manegoldo & Hulpaldo *, voluit beneficia abſtrahere, propter quorundam conſilia, ſine illorum reatu. Ipſi autem, quia Epiſcopo ſancto Udalrico adhuc vivente, ab eo miſſi, ſæpe in auxilio Imperatoris cum herili multitudine militum venerunt, & in ejus ſervitio voluntatem ejus ſtrenue in omnibus adimplentes, tam diu permanſerunt, uſque cum illius gratia muneribus honorati, redire dimiſſi ſunt. Regina etiam profitebatur eorum ſe eſſe propinquam, ideo beneficia accepta Epiſcopo contradixerunt, & in eorum poteſtate, eo nolente, tenuerunt. Epiſcopus itaque his & aliis multis adverſis fatigatus, triſtis effectus eſt.

d

B

* al. Hugoldo.

C

Miſſus.

89 Quodam tempore cum Imperator Otto gentem Sclavorum cum exercitu invadere voluiſſet, & Otto, qui tunc dux erat Alamannorum & Bawariorum, Heinrico depoſito, in adjutorium ejus venire cum Alamannis & Noricis paratus eſſet, Heinricuſque Epiſcopus ire ſe cum illo promitteret, expectavit cum ſuis militibus, donec recederet exercitus, & ſicut antea conſiliati ſunt, occupavit cum militibus ſuis civitates, quas potuit, & ipſe in Nuwingburg a intravit. Heinricus autem, qui antea Dux fuit, Pazowan *f* civitatem introivit, ea ratione, ut, Ottone cum exercitu recedente, provinciam ſibi adjutorio nepotis ſui Epiſcopi ſubjugaret. Hoc itaque conſilium cum Ottoni duci notum factum fuiſſet, reverſus eſt cum exercitu ambarum provinciarum, & obſedit eum in præfata civitate Pazowa. Imperator autem Otto cum Dei clementia liberatus a Sclavis, venit poſt eum ad eamdem civitatem in obſidionem ejus. Cumque obſidione finita & carmula mitigata, imperator ad Saxoniam reverteretur, poſtea ſtatuto tempore Heinricus, filius Hainrici, & æquivocus ejus filius Perhtolfi, ad colloquium Imperatoris vocati ſunt, cum quibus etiam Heinricus Epiſcopus ad Imperatorem, ſe ad excuſandum de prædicto reatu venit, ut reſtitutus gratiæ ejus, ad propria redire mereretur. Peracto itaque colloquio Heinricus & æquivocus ejus, in exilium miſſi ſunt *g*. Heinricus autem Epiſcopus ad Vurdinam *h*, ubi ſanctus requieſcit Luitgerus, Abbati ad cuſtodiendum commendatus eſt.

e

f

D

EX MSS.

g

h

90 Cumque ibi de Paſcha uſque poſt nativitatem ſancti Joannis Baptiſtæ cum magna cautela cuſtodiretur, factum eſt imperiale colloquium in oppido, quod dicitur Trutmanna, illuc venerunt duo presbyteri Gerhardus & Anamotus de Auguſta, & cum interventu Ottonis Ducis & Epiſcoporum ibi inventorum ſupplicaverunt non ſolum de ſemetipſis, ſed de omnibus clericis & laicis, in eodem epiſcopatu habitantibus, ne diu epiſcopali cuſtodia privarantur. Imperator autem petitioni Ottonis ducis & aliorum ſuorum fidelium præſatorumque clericorum ſatisfaciens, Epiſcopum de exilio reduci præcepit, & in præſentia ſua iterato fidelitatis ſuæ ſacramento, cum gratia ſua ad epiſcopatum ſuum redire conceſſit. Reſtitutus autem in ſuum locum Epiſcopus, tractare in animo ſuo cœpit pro quibus reatibus ei tam diverſa adverſa ſic frequenter acciderent, qui a Duce multipliciter plus quam anteceſſores ſui injuriabatur, & quia principes militum beneficia ſua contra voluntatem ejus habere præſumebant, & electiſſimi de paterna ſua familia miniſtratores diverſo modo repente interierunt; ſecreto a familiaribus clericis interrogavit, ſi ſanctus Udalricus de Werenhario Abbata diceret, ut ſucceſſor ejus fieri deberet, ſicuti ei antea dictum eſt. Cumque in veritate verum eſſe cognoviſſet, quod antea credere noluit, expavit ſe vehementer, ſed publice non manifeſtavit, pro eo plus expavit, quia tunc frequenter ſigna & mirabilia ad ſepulcrum ſancti Udalrici Epiſcopi, Deo concedente, fiebant.

g

h

E

91 Tunc demum in meliora multipliciter mutatus, cum Deo ſe pacificare conatus eſt, & matricem eccleſiam novo tecto cooperire præcepit, & ſuper Licum fluvium ad ſanctam Afram pontem compoſuit, & ut nullus ex familia de ponte teloneum aut ullam redhibitionem acciperet, præcepit; ſed in eleemoſynam ejus, quicumque voluiſſent, ſine contradictione & occupatione pergerent. Poſtea autem Romam & limina ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli pro remiſſione delictorum ſuorum viſitavit. Et antea, quam illuc pergere cœpiſſet, proprietatem, quam pater ſuus Purchardus in Geiſinhauſa habere viſus eſt, & quam Etichoni fideli ſuo ſub teſtimonio contradidit, ea videlicet ratione, ut eam illuc firmiter transfunderet, ubi eum filius ajus Heinricus Epiſcopus rogaret, tunc pro certo Etih, poſtulante Epiſcopo, tradidit cum manu ejus, præfatam proprietatem legitime ſecundum legem Noricorum, ſanctæ Mariæ ſuper altare ejus in Auguſtæ civitate ſtatum, & ſuper eapſam deauratam lapidibuſque incluſis decoratam, cum eccleſia & totis ædificiis, cum agris, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, viis & invis, civitatibus, ſylvis, tonſis & intonſis,

Reſtituitur Imperatori poſſeſſorum ſuorum ſanctis.

F

A quæſitis & adhuc inquirendis, & eum familia, ex Mſs. & cum omnibus ad eamdem proprietatem jure pertinentibus, niſi xx. hubas extra traditionem dimiſit; & eas ſervituti ſancti Magni ad Fauces decrevit, Canonicisque placitavit, ut poteſtatem haberent, ſi vellent, eaſdem hubas *i* xx. eum x. in iſta provincia, in bono loco ſuis hubis concambire, in manum Werinbarii advocati, & in manum Gerhardi Præpoſiti, pro remedio animæ ſuæ, & patris matriſque ſuæ, & materteræ ſuæ, ceterorumque propinquorum & parentum ſuorum, in eam placitationem, ut in jure & poteſtate Canonicorum perpetualiter in oblatione permaneat, ſalvo in omnibus eorum quotidiano ſtipendio, & ut ipſi pro requie ejus animæ annis ſingulis ante anniverſarium diem ad horam veſpertinam, vigiliam plenam de voce celebrent, & in anniverſario die iterum vigiliam expleant, & celebrata Miſſa altaris, hoſtiæ oblationem omnes in commune Deo offerant, & inſuper eorum pauperes ſufficienti ſtipendio edendi & bibendi procurent, & ex

B eis xii, veſtiant in uno anno lineis veſtimentis, & in altero anno laneis induant, & caligas calceamentaque præbeant.

ſibi autem ſuccedentibus in hoc ius, ni, meus, & ſic poſtea.

95 Si autem aliquis ſucceſſor ejus * Antiſtes hanc placitationem irrumpere tentaverit, & prædictam proprietatem Canonicis auferendo in ſuam utilitatem aliquo modo redigere conatus fuerit; & ita ratione ei comperta ſtatim non reſtituerit, heredes ejus legitimi liberam habeant poteſtatem, tres ponere ſuper altare denarios, & eamdem proprietatem inde redimere & in jus proprium poſſidere, omnibus in futurum generationibus. Actum in Auguſta, in eccleſia ſanctæ Dei genitricis Mariæ ante altare, Epiſcopo Heinrico perpetrante, in præſentia Canonicorum, coram frequentia populi, & coram teſtibus ſubnotatis. Signum Etih, qui hanc traditionem fecit. Signum Adalbero. Signum Jagob. S. Marahwrat. S. Willehalm. S. Hunurid. S. Engilmar. S. Wezzi. S. Pilgirim. S. Gundachar. S. Cadolt. Iſti de provincia Noricorum.

93 Iſti autem de provincia Alamannorum

C k. Signum Werenhere advocati, qui hanc traditionem cum manu Kerhardi Præpoſiti accepit. S. Hiltipold. S. Gotebold. S. Reginhar. S. Suidger. S. Aribo. S. Vrolf. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti nongenteſimo octuageſimo, indictione VIII. IV. Nonas Octob. & XX. *l* die Jovis. Ego igitur Gerhardus *m*, in-

l *m* dignus presbyter, notavi diem & annum. His ita, ſicut prædixi, expletis, ad Romam perrexit, & votis ſuis peractis, ſanus ad propria venit. Adhuc autem intus magna anguſtia mentis angebat pro eo, quod a Duce Ottone, quamvis exterius pacificari eſſent, plus cogebatur, quam anteceſſores ſui, ei ſervitium facere de rebus ſanctæ Mariæ; & pro eo, quod quidam milites beneficia eccleſiaſtica ad illius poteſtatem jure pertinentia, contra ejus voluntatem poſſidebant. Quia ille ex nobilibus parentibus ortus eſt, & Grammaticæ artis aliorumque librorum magnam ſcientiam habebat, ſuavique colloquio & bene ſonante loquela valde congrue exuberabat, in ſanctis ſolemnitatibus in Dei ſervitio & in prædicatione ſtudioſus fuit. Herili ſervitio ad menſam ſuam utebatur, & anni eo manentibus copiam manducandi atque bibendi hilari vultu & placida mente porre- D xit. Familiæ autem plus juſto ſævior extitit, eorum jus tollendo, & in quibuſdam locis novum cenſum creando. Tunc demum cognoſcebat, quod prælibata adverſa, niſi Deo adjuvante, & imperialis celſitudinis gratia machinante, ſuperare non potuit, & toto niſu ſervitio Imperatoris ſe innectere ſtuduit, ut acquiſitione ejus gratiæ, omnes contrarietates, ei ab aliis undique imminentes, cum ejus clementia & cum ejus præceptis mitigarentur. Ideo igitur ſæpius cum Imperialibus muneribus eum viſitavit, & crudes *n* ſuos domus congruis ſibi complacare ſatagebat, & inſuper hoſtilia itinera cum eo pergebat, taliter ſicuti ei opime æſtimabat placere.

94 Anno itaque Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXXIII. *o* Imperator cum exercitu Calabriam provinciam adit, illuc etiam Epiſcopus Hainricus eum eo pervenit. Cumque ibi pugna cum Saracenis ageretur, E plurimis ibi ex utraque parte occiſis, hendolor, ſive captus ſive occiſus, etiam ibi remanſit. Supra modum eſt lamentandum perditio ejus, quia locus ejus a clericis ſuis, & propinquis & cognatis & amicis inveniri & viſitari non poteſt. Periculoſum eſt valde, decretum Dei per ſuos Sanctos revelatum ſupergredi, & prophetias ſpernere, dicente Scriptura: Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere. Werenharius autem poſtea ab Imperatore interrogatus, ſi apiſcopatum accipere vellet, ſicut ſanctus Udalricus antea decrevit, qui cum adhuc eſſet ſanus & incolumis, reſpondit, ſe ultra hunc epiſcopatum non velle accipere. Poſt contradictionem autem apiſcopatus, ut a miniſtris ejus comperi, paucis horis interpoſitis infirmari cœpit, & ad Luggam *p* vitam finivit, & corpus ejus portatum eſt uſque ad ſanctum Domninum *q*, & ibi honorifice eſt ſepultum. Otto autem dux etiam ad Luggam defunctus eſt, & a ſuis ſuper montana *r* portatus, & uſque ad Aſchaffenburg perductus, cum magno honore & nimia lamentatione ibi terræ commendatus eſt. F

monitur.

o *p* *q* *r*

ANNOTATA.

a *Fuit is illo nomine tertius, Luitolfique ſucceſſor in Suevia ducatu, anno 947. teſte Hermanno Contr. apud Canſium; obiit 973. Ipſi primo nupſit Luitgardis, ſoror S. Udalrici. Deinde Hedvvigis, filia Henrici, Bojorum Ducis.*

b *Fuit is decimus ſeptimus a S. Bonifacio epiſcopus.*

c *Anno 973. ut Contractus ſcribit, ducatum iniit, Burchardo ſuccedens.*

d *Annectit hanc diſſenſionem anno 976. Contractus apud Canſium. Velſerus ponit 977. ex Contracto. Sed facile ea puto poſſe conciliari, ſi anno 976. commotam ſeu inchoatam dicas; anno autem proxime ſequente agitatam ſeu auctam.*

e *Vulgo* Neoburgum, *Germanice* Newburg.

f *Vulgo* Patavia, *olim* Batava.

g *Velſerus citat veterem Contractli editionem pro anno 977. Contractus a Canſio editus refert ea ad annum ſequentem.*

h *Al.* Wirdiam. *Deſignatur monaſterium Wer-*

thinenſe

A *thionenſe, de quo Mabilio in Actis Benedict. ſeculi 4. part. 1. pag.* 17.

i Huba, hoba, huva, hobunna, *eſt modus agri cum habitatione coloni, colonia: & forte contigit cum voce noſtra Belgica* hoeve, *id eſt, villa ruſtica.*

k *Obſervat Velſerus in aliis exemplaribus legi ſequentia nomina*: Etich, Adalbero, Jacob, Marahunart, Willehalm, Hunfrid, Engilmar, Wezſi, Pilegrim, Gundichar, Cadolt, Werinhere, Gerhardi, Hiltepold, Gotepold, Reginbard, Suidger, Arebo, Vrolf, *non adſcriptis dies & anno. Monet præterea iſtas appellationes eſſe inverſas*: Ipſi de provincia Alemannorum; iſti autem de provincia Noricurum.

l *Quid ſibi vult ille numerus? Non immerito videtur Velſero expungendus, Nec dies Jovis convenit.*

m *Non videri hinc ſequi auctorem hujus vitæ eſſe Gerardum, ut a quibuſdam creditum; cum ſit iſta dumtaxat ſubſcriptio inſtrumenti; dicebam in Comm. prævio num.* 153.

n *Notat Velſerus hic, in uno exemplari ſa-*
B *præſcriptam fuiſſe* gratos; *in alio* conſiliarios; *in tertio* drudes, *ſeu conſiliarios, deſumpta, ut videtur, etymologia a Germanico* draut, *antiquis* drut, *id eſt* fides.

o *Conſonat Marianus Scotus auctori hujus vitæ: ſed Hermannus Contr. apud Cataſiam anno præcedente rem ſic tradit*: DCCCCLXXXII. Græci cum magnis copiis, conductis etiam pretio Saracenis, Calabriam contra Ottonem Imperatorem defendere aggreſſi, magois utrimque viribus, conferta (manu) primo victi, & deinde nova manu ſuccurrentibus Agaranis, exercitum noſtrum privaot vel capiunt; ipſeque Imperator, in mari natando fugiens, ab hoſtibus captus, cum non agnoſceretur ab eis, ad quoddam caſtrum maritimum pro pretio, ut rogabat, adductus, a ſuis redemptus eſt. In eu conflictu, noſtris infauſtiſſimo, inter alios innumeros Heioricus etiam Auguſtenſis interceptus diiparuit, eique Etich in epiſcopatu ſucceſſit.

p *Forte indicatur Luca Hetruriæ.*

q *Intellige oppidum S. Domnini prope Parmam.*

r *Id eſt, trans Alpes, ex Italia videlicet in Germaniam.*

C

MIRACULA S. UDALRICI.

Antiqua capitum diviſio.

De cereo, qui cecidit ſupra tapetium, miraculum primum.
De eo, qui de febre ibi liberatus aſt io primis, II.
De multitudine a febribus liberatorum, III.
De eo, qui unum de baculis abſtulit, IV.
De Adalgero presbytero, V.
De his, qui de baculis fulciebantur, VI.
De multitudine baculorum, VII.
De cujuſdam mulieris filia ſanata, VIII.
De eo, cui aures & lingua ſolutæ ſunt, IX.
De Simulario Epiſcopi Heinrici, X.
De eodem, qualiter de vulnere ereptus eſt, XI.
De Adalhardo, qui charitatem S. Udalrici bibere recuſavit, XII.
De Waldkero, qui etiam charitatem contempſit, & mortuus eſt, XIII.

De Hereunſo, qualiter ſanitati reſtitutus eſt, XIV. D
De Hiltepaldo, qui lumen oculorum recepit, XV.
De Ruodperto, qui primum in itinere, poſtea ad ſepulcrum ſanatus eſt, XVI.
De Luitericu, qui viſum recepit, XVII.
De Clerico, qui loquelam amiſſam recepit, XVIII.
De cæco, qui lumen in via recepit, & ductorem ſuum ad ſepulcrum portavit, XIX.
De matrona, a dæmone libera, XX.
De Filio Woltzlavi ducis, XXI.
De Miſicone duce, quomodo liberatus eſt, XXII.
De muliere, quæ a dæmone liberata eſt, XXIII.
De Eleemoſynaria Abrahami epiſcopi liberata, XXIV.
De cæco, quem ductor ſpoliatum dimiſit, XXV.
De puerulo, qui de ponta cecidit in amnem, XXVI.
De eo, cui fœnum in ſavillas mutatum eſt, XXVII.
De muliere, cui manus contractæ ſunt, XXVIII. E
De claudo, cui caballus in pedibus vitiatus eſt, XXIX.
De infirmo, qui contra voluntatem portantium de lecto exſilivit, XXX.

EXTRA.

CAPUT I.

Tapes non combuſtus, variorum ſanationes, & aliquorum pœnæ.

CAP. I. *Tapes ſepulcro impoſitus ab igne illæſus;*

POſt commendationem pretioſi theſauri ſacri corporis Udalrici, tapetium ſepulcro ſuperpoſitum, & aſſiduum lumen appoſitum ſine intermiſſione ardebat. Quidam autem cuſtodum ardentem cereum incaute poſuit juxta ſepulcrum, quo recedente, cereus cecidit in tranſverſum ſuper tapetium ſepulcri, & ardens permanſit, donec illa pars cerei, quæ ſuper tapetium jacebat, ab igne conſumabatur, & cum anteriori parta tapetii, quæ ſepulcro eminebat, conjunctus arderet, & flammam ſurſum per tapetium emitteret, cuſtos advenit, F & hoc videns, tremefactus obſtupuit, & quod adhuc remanebat de cereu timens abſtulit, tapetiumque ſolicite inſpexit, ſi ab igna aliquid læderetur, veſtigium ignis de minimis micis cerei iovenit, unum veru pilum in ſuperficie & io latere ſepulcri in tapetio exuſtum invenire oon potuit. Hoc miraculum cum magiſtro ſuu & fratribus nunciaret, & veſtigium cerei monſtraret, & tamen tapetium illæſum oſtenderet, admiratione & gaudio repleti, Deum omues glorificaverunt & ſanctum Udalricum.

II. *veterum a diuturna ſobri.*

96 Quamvis adhuc nullum inibi aperte fieri miraculum eomperiretur, utriuſque ſexus familiæ multitudo jugiter pavimento proſtrata, poſitioni ſancti corporis adjuncta, neceſſitatis ſuæ ſuffragia precabatur, deprehendenſque ei multa omnigenæ commoditatis auxilia inde evenire, frequentius eumdem cœpit viſitare locum. Itaque cum ab aſſiduitate viſitantium, Domino concedente, plurimis ille commendaretur locus, venit quidam homo de provincia Noricorum, nomine Reginwalcb, qui

A beratus ſum, volo. Cumque poculum hauſiſſet, & vas cum mann deorum verteret, dixit; Cum iſta charitate ſignatus, certus ſum, quia nullius adverſitatis pravitas mihi hodie poterit nocere, ſed neque gladius corpus meum vulnerare. Cui Razo dixit; Da mihi digitum tuum, ut videam, ſi cultellus meus tuum poſſit vulnerare membrum. Qui ſtatim magna fide digitum ſuum ei porrigebat, ipſe autem apprehenſo ejus digito, alia manu cultellum de vagina extrahere conabatur, ad vulnerandum digitum prænominati piſtoris, propriæque ſuæ manui cum eodem cultello grande vulnus infecit, digitumque apprehenſum ſimul & cultellum feſtine dereliquit, & ſuam manum vulneratam lamentari cœpit, piſtor autem in fide confortatus, ſanus receſſit.

XII. *alius, fratello erat, ſuſpitanter.*

101 Alius autem ex familia, nomine Adelhardus, cum de Auguſta civitate ad ſuam manſionem, quæ eſt ſita in oppido Eitingen *f* nominato, pergere voluiſſet, ante portam civitatis quidam homo cum cum aliis bibere rogavit; eumque bibere cœpiſſent, quidam ibi manentium, pro charitate S. Udalrici poſtulavit

f

B eos potum accipere; præfatus autem Adelhardus ſordidum verbum ex ore ſuo emiſit, & poculum rogatæ charitatis accipere renuit. Cumque paululum inde recederet, in planitie viæ, equo ſuo cadente, crus ejus fractum eſt, & ita ad ſuam domum cum labore deductus, longo tempore debilis permanſit. Poſtea vero votum ad ſepulcrum S. Udalrici vovit, & Deo donante ſanitati eſt redditus, & deinde charitatem, quam antea ſprevit, alios frequenter bibere poſtulavit.

XIII. *Maledicus punitur.*

102 In præfata villa Eitinga, quadam die cum multi ex familia ſimul ad bibendum, in unum congregati fuiſſent, fuit inter eos unus, nomine Walterih, diſcipulus Wiefredi, Præpoſiti de ſancta Afra, qui cum audiret ibi poſtulare ſancti Epiſcopi Udalrici charitatem, profano ore quaſi ioſaniendo, ſtultiſſime locutus eſt; Quid mihi prodeſt charitas illius Epiſcopi? quia ille ſigna facere non poteſt, pluſquam unus canis. Illo verbo emiſſo, diabolo conceſſus, a

C loquelam hominis amiſit, & more canis furendo ſonare cœpit, & ganniendo atque latrando parvo tempore evoluto, heu! miſerabiliter vitam finivit.

XIV. *Contractus.*

103 In civitate Auguſta quidam faber, Heremus vocatus, longo tempore magna infirmitate totius corporis detentus, ita ut ambulare non poſſet niſi aliis adjuvantibus, & interdum cum duobus ſuſtentaculis ſuſtentatus, prope terra tenus inclinato capite, ad neceſſaria corporis vix pervenit. Qui cum audiſſet, multos infirmos ad ſepulcrum ſanctum ſæpe ſanari, cœpit illuc ultra vires repere, & mane diluculo de manſione ſua exire, & illuc ante horam diei tertiam vix pervenire. Cumque hoc frequenter feciſſet, quodam tempore in quadrageſima, die Veneris, cum ad portam, cui capella S. Michaelis eſt ſuperpoſita, veniret, ultra modum laſſus & univerſis viribus deſtitutus, ſubſiſtit dicens; Domine Deus, pater omnipotens, cognoſcere dignare quanta difficultate nunc iſtum adii locum, & per merita ſancti Confeſſoris Udalrici mi erere mihi; & aliquantulum pauſatus, repſit uſque ad ſepulcrum. Finita ibi oratione, dum acceptis ſuſtentaculis, adjuvante comite ſuo, ſurgere voluiſſet, nunc ſuſtentaculum in pavimento lapſum eſt, & ipſe in terram iterum dejectus eſt, & in dejectione genua ejus retro in contractione nervorum, more fractorum malleorum, ſonitum fecerunt, & crura per pavimentum extenſa ſunt. Comes autem illius, cum ſoliro more eum levare voluiſſet, dixit illi; Exſpecta paululper, ut mihi videtur, ex me ipſo ſurgere poſſum & ambulare. His dictis, dimiſſis in pavimento ſuſtentaculis, ſurrexit & ambulavit. Qui ſtatim ibi accepta cruce, clericis civibuſque ceteris cum eo comitantibus, ſine baculo potenter ad ſanctam Mariam in Auguſtam civitatem perambulavit, ibique Dei laudibus in commune peractis, eadem hora ad ſanctam Afram crucem portando regreſſus eſt.

D EX MSS.

XV. *cæcus, g*

104 Nativus quidam pauper de oppido, quod dicitur Meſſlinga *g*, Hiltibaldus nomine, cæcitate perculſus eſt, & in illa cæcitate duos annos perduravit: tertio autem anno quidam homines de eodem pago pergere decrevarunt ad Auguſtam civitatem cauſa orationis, qui invenerunt eum in eodem itinere cum duce ſuo, victum per oppida quærentem, & dixerunt ei; E Perge nobiſcum ad Auguſtam civitatem & ad ſepulcrum ſancti Udalrici, forſitan ibi miſericordiam conſequi poteris. Quibus ille reſpondit; Stipendia mihi & ductori meo, & oblationes ad illa ſancta loca deferendum non habeo. Qui reſpondentes dixerunt: Si nobiſcum ieris, quantum poſſumus, auxiliatores tui ſumus. Quorum conſentiens ſuaſionibus, cum eis perrexit ad Auguſtam, & eadem nocte juxta ſanctum ſepulcrum foris eccleſiam diem expectavit futurum. Mane autem facto, infra eccleſiam ad ſepulcrum deductus, devote oravit, & antea amiſſum lumen oculorum, Dei gratia donante, recepit, levataque cruce, comitante cum eo magna multitudine populi, ad ſanctam Mariam pervenit, & qualiter ſit illuminatus, civibus ſuis ei teſtimonium dantibus, recitavit.

XVI. *diſrupitur, & claudus, b*

105 Quodam tempore, cum ſanctus Epiſcopus ad ſynodum Ottonis Imperatoris, in *b* Ingilunheim congregatam, pergeret, quidam pauper de oppido Affelterbach, Rudpret vocatus, juxta viam ei conjunctus eſt, illa ſua de F ventre prolapſa in loco umbilici portans in ſinu ſuo: cumque ea aperto ſinu Epiſcopo oſtenderet, præcepit ei denarium dari, & dixit illi: In pace Dei perge, qui non multo poſt tempore meliorari de die in diem cœpit, & ſanato ventre de prædicta infirmitate liberatus eſt. Poſtea autem idem ipſe claudus factus eſt, ita ut niſi ſcamellis ſuſtentatus, ambulare (non) potuiſſet; utilitate etiam dextræ manus in lineamentis totus privatus eſt. Hac infirmitate cum quatuor annis detentus manſiſſet, deſideravit venire ad ſepulcrum ſancti Udalrici, & comparavit ceram, quam ſecum ad ſepulcrum deferret: comparata autem cera, virtus ei in ſuſtentaculis baculorum, dimiſſis ſcamellis, ambulandi conceſſa eſt. Illuc autem taliter cum perveniret, manus ejus & genuæ ſanitati reſtituta, munia ſua receperunt, ita ut idem homo ſine ſuſtentaculis erectus, gradiens tripudiando rediret.

XVII. *cæcus, i*

106 De regno etiam Lotharii *i* quidam Lutericus, qui multo tempore luce oculorum caruit, ad ſanctum ſepulcrum venit, & o-

ratio-

A rationibus peractis clarum viſum recepit.

ex MSS. XVIII. *puerum.* Clericus quidam, qui in Auguſta civitate ſtudio diſcendi ſæpe inter ſcholares morabatur, cum ad propinquos ſuos reverteretur, mœſtus effectus eſt; cumque abeis ad ſepulcrum ſanctum deductus fuiſſet, emiſſis de ore ſuo duobus denariis ſuper ſepulcrum, loquelam, quam amiſit, recepit.

XIX. *alter cæcus, ſanatur.* 107 Cæcus quidam, cum valda parvulo ductore ad ſanctum locum hyemali tempore ſtuduit pergere, qui cum Smutturam *k* fluvium
k tranſgrederetur, & ad longum rivulum, de ſonticulis congregatum, ſuper viam decurrentem, veniret, ductor ejus ei auxilium præbere non potuit, ſed de frigore & laſſitudine defectis viribus, cecidit. Cæcus autem, ductore cadente, magna cura & triſtitia per decurſum rivuli cum baculo undique palpando ambulavit, & magna voce clamando ad ſanctam Mariam & ſanctam Afram, & ad ſanctum ſervum Dei Udalricum, adjutorium & miſericordiam ſibi dari intenta mente flagitavit: cumque ſic palpando & clamando pene uſque ad finem rivuli perveniret,
B Dei donante clementia, ſubito apertis oculis, lumen aſpexit, & regrediens, ductorem ſuum levavit, & uſque ad ſanctum ſepulcrum, omnipotentem Deum & Sanctos ejus laudando, portavit, ibique manifeſte clericis & omnibus præſentibus, quæ ei in via acciderant, recitavit.

ANNOTATA.

a *An* betulaneo, *a* betula, *ſeu* betulla? *quæ eſt arbor ſatis vulgatis, cortice candidiſſimo, a Romanis, ut fertur, è Gallia in Italiam delata, faſcibus, præferri ſolitis magiſtratui, conficiendis accommoda. Belgice dicitur* berken-boom.

b Manſionarii *ſunt canonici reſidentes, ad diſtinctionem forenſium, qui non reſident. Hic videtur debere ea vox ſumi pro cuſtode, ſeu ædituo ædis ſacræ, ut colligatur ex ſenſu.*

c *Id eſt*, piſtor panis primarii, *Germanice* ſemelbeij.

d Popinga, Propinga, *al.* Popfinga, *vulgo* Popfingen, *oppidum Germaniæ in Sueviæ, in tractu* Rieſſ, *ad fluvium* Eger.

C e *Tradit* Cangius, *hoc vetitum fuiſſe in concilio Nannetenſi apud Hunnorum.*

f *Oppidum eſt vel pagus in Bavaria, vulgo* Eiting, *haud procul a Friſinga, ad fluvium Schwaram.*

g *Al.* Meſſinga, *pagus nomine* Meſſing, *ſacer in Bavaria ad fluvium Schwartam.*

h *Duabus, ut minus, ſynodis Ingolſtadienſibus interfuit* S. Udalricus; *tempore poſteriori, de qua ſupra in vita cap.* 10. *habita* 972. *& priori, de qua meminit Frodoardus in Chron. ad annum* 948. VII. *Idus Junii.*

i *Contigit hoc ante ann.* 987. *quia Lotharius regno Galliæ & vita ceſſit* 986.

k *Amnis eſt in Sueva, vulgo* Schmutter, *in Danubium deſinens prope Donawertham.*

CAPUT II.

Reliqua S. Udalrici miracula.

XX. *obſeſſa a dæmone.* FUit quædam matrona in Francorum provincia prædives & nobilis, quæ arrepta a diabolo inimico laborabat. Ad cujus arreptionem quinque Epiſcopi cum aliis plurimis convenerunt: qui cum diabolum orationibus & conjurationibus arctarent, ut obſeſſum corpus dimitteret, clamans & ejulans dixit; Niſi aliquid de rebus Epiſcopi Udalrici huc venerit, propter veſtrum præceptum, poſſeſſum vas non dimitto. Cumque iterum atque iterum eadem reſponſa iteraret, æſtimare cœperunt, ut legatos ad Auguſtam mitterent, ut aliquid acquirerent de rebus Epiſcopi. Interim vero cum hæc inter ſe arbitrarentur, clamavit diabolus per os matronæ: Væ mihi, væ mihi, hic in vicinitate eſt presbyter unus, qui habet humerale *a*, *a*
quod fuit præfati Epiſcopi: quamvis non ſponte, ſed Deo jubente, nominavit presbyterum & locum ubi habitavit. Cumque accerſitus presbyter cum humerali veniret, antequam domum intraret, dæmon dixit: Væ væ! nunc venit humerale Epiſcopi. His dictis, clamando & dolendo, corpus matronæ valde fatigatum reliquit. Interrogatus autem presbyter, unde ei humerale veniret, reſpondens dixit, Epiſcopus aliquando ad regale colloquium pergendo, *E*
ad noſtram eccleſiam venit, & nos ſibi Miſſam cantare rogavit; cumque alba nos indui ſine humerali velle videret, dixit: Ubi eſt veſtrum humerale? Cui ego reſpondi, non habeo humerale. Tunc ille iſtud humerale juſſit mihi donari. Matrona autem a dæmonio liberata, & ſenſui ſanitatique reſtituta, tota veſtimenta ſua, quibus eo die induebatur, cum caligis & calceamentis ad ſepulcrum S. Udalrici per nuncios miſit, quibus etiam præcepit, ut ibi nunciarent, qualiter Domino concedente per *b* ejus *B*
merita eſt liberata. Wicfredus, ejuſdem loci præpoſitus, qui etiam & cuſtos eccleſiæ eo tempore manſit, de froco ejuſdem matronæ dalmaticam fieri, & alia ejus veſtimenta, ſicut congruum fuit ad Dei ſervitium, compoſuit, ut hoc ſignum miſericordiæ Dei frequentius poſteris in recordatione maneret.

109 In regione Sclavorum *e*, filius Wo- XXI. *ægre Ducis Bohemiæ filius,*
lezlawi *d* Ducis invaleudinem incidit, & in tantam infirmitatem deductus eſt, ut pater ejus *c*
& mater cetorique præſentes amici, præſentem *d*
vitam cum ulterius habere poſſe deſperarent. *E*
Cumque pater in his anguſtiis verſaretur, admonitus eſt de matre pueri & de aliis, quibus notum fuit, quam multipliciter multi per merita S. Udalrici de diverſis anguſtiis liberati eſſent, continuo votum vovit, ſi filius ejus ad vitam rediret, ut miſſis legatis ſepulcrum S. Udalrici cum oblationibus viſitaret. Eodem vero die filius Ducis converſus ad vitam, conſolationem patri non minimam obtulit. Qui cognoſcens miſericordiam Dei in filio, nuncios ſtatim mittere & votum ejus implere ſtuduit. Qui venientes ad ſepulcrum, obtulerunt v. libras argenti, & aureos quam plurimos, & de cera, quantum unus fortis ſaumarius *e*
portare potuit. Mater *f* etiam pueri ſeorſum *f*
aureorum denariorum bonam partem pro filio miſit. Legati etiam altare ſanctæ Mariæ cum auro & aliis oblationibus, ſicut eis præceptum eſt, devota viſitaverunt, ſimiliter & altara S. Afræ, & narraverunt pro qua ra miſſi ſunt, dicentes, antequam ipſi exirent de ſua provincia, ut filium Domini ſui ambulantem & ſanum dimitterent.

110 Alio quoque tempore quidam dux Wan- XXII.
dalo-

dalorum *g*, Mifficho nomine, cum ſagitta toxicata in brachio vulneratus eſt. Qui cum ſentiret ſeſa veneno nocivo eſſe percuſſum, & ſibi imminere mortis interitum eadem hora putaret, eum magna fide & conſtantia votum vovit, ut brachium argenteum cum manu, quantocius potuiſſet, ad S. Udalricum mittere non differret. Qui ſtatim poſt votum relevatus a periculo, ad domum ſuam rediit, & brachium, ſecundum ſuum votum componere præcepit. Cumque fabri brachium fabricare cœpiſſent, & manum in eo fingerent, dux continuo de imminenti periculo liberatus, ſurrexit, Deum laudans, qui eum per merita ſui ſancti Epiſcopi de mortis periculo liberavit, votum ſuum perficiens, mittendo brachium cum manu ad Viri ſancti ſepulcrum.

g *alius ſagitta venenatus iſtius,*

h XXIII. *emergentes,*

111 Quædam mulier de Curienſi Rhætia *h*, relicto proprio marito, cuidam viro de pago Albegeuue, Durinc vocato, in matrimonium juncta eſt; cumque cum illo aliquantulum temporis maneret, a dæmonio obſeſſa eſt, & ab eo nimie vexabatur. Quæ cum in multis ſanctis locis liberationis ſuæ adjutorium quæreret & non inveniret, conſilium accepit, ut ad ſepulcrum ſancti Epiſcopi Udalrici veniret, quod & fecit. Cumque appropinquaret Auguſtæ civitati, & eccleſiam S. Afræ bene aſpicere potuiſſet, clamans & fremens, cecidit in terram, & facta eſt quaſi mortua. Præſatus autem Durinc cum comitantibus ſibi, ſtuduit levare eam, levata autem, reddito ſenſu, a dæmonio eſt liberata.

B

i *k* XXIV. *Mute, & variis affecti,*

112 Eleemoſynaria *i* quædam Abrahami *k*, Friſingenſis Epiſcopi civitatis, de villa, quæ dicitur Camera, cui maxilla pectori fuit inſerta, & loquela in toto negata, cui etiam manus brachiis replicatæ & conglutinatæ erant, ut figuræ digitorum vix cognoici potuiſſent, cum veniret ad ſanctum ſepulcrum, & inde revertendo ſuper pontem Lyci fluminis ambularet, quidam homo ei obvius venit, & interrogavit eam, unde pergeret: cui illa reſpondere non potuit, ſed vertebat ſe inclinando ad eccleſiam S. Afræ, ut ei monſtraret, unde pergeret; eum autem ſe ad illum verteret, maxilla de pectore ſolvebatur, & loquela ei ad reſpondendum conceſſa eſt.

C

XXV. *cæcus, curatur.*

113 Quidam cæcus, eum perveniret cum ductore ſuo ad fluvium, qui dicitur Vindex, interrogavit eum, ſi adhuc videre potuiſſet civitatem & monaſterium *l*. Cumque audiret in proximo fuiſſe ſanctum locum, abſtrahere ſibi fecit caligas & calceamenta, ut nudis illuc perveniret pedibus: ductor autem ejus, raptis calceamentis & aliis rebus ejus, furtive receſſit ab eo; qui æſtimans, ut pro aliqua neceſſitatis cauſa, oppidum juxta ſitum intraret, & ſtatim ſibi in adjutorium rediret; cumque diu expectaret, vociferando eum nominare cœpit, ut veniret. Interim etiam quæſivit zabernas *m* & calceamenta, & non invenit: tunc perſenſit a ductore ſuo ſe eſſe deſpoliatum, flendo & orando clamare cœpit ad ſanctam Mariam matrem Domini, & ad S. Afram, & ad S. Udalricum, ut ſibi aliquod conſolationis ſupplementum eveniret. In hac cum prolixe afflictionis tribulatione laboraret, ſubito ignotum conſpexit oculis lumen, & ſtatim crucicula de viminibus facta, eumdem denotavit locum, & tunc lætus deſtinata viſitavit loca, gratias omnipotenti Deo & Sanctis ejus agens pro perceptione luminis: cives autem de Houerchoſa *n*, in eodem loco, ubi cruciculam monſtratam invenerunt, majorem crucem pro ſigno poſuerunt.

l

m

D

ex mss. *n al. Oberhauſen.*

114 Quodam tempore, cum populus undique concurreret ad Auguſtam, in vigilia nativitatis ſanctæ Mariæ, ut ſanctam diem ibi ſolenniter celebrarent; quædam mulier inter alios cum puerulo ſuo parvulo ſtuduit & illuc venire, ut illum ad ſepulcrum ſancti Udalrici cum oblationibus ibi præponderaret *o* pro ſua ſoſpitate. Cumque ſuper pontem Vindicis carpento ſuperpoſitum puerulum cum aliis rebus ducere voluiſſet, pro inæqualitate pontis carpento inclinato, puerulus cecidit in amnem, qui pro nimia illuvie vehementer alevatus, univerſis ſuper eum meantibus exitium minitavit. Cumque mater triſtiſſima, in perniciem ſui in amnem poſt puerum cadere voluiſſet, & vix a circumſtantibus comprehenſa teneretur; populi in utraque parte fluminis in ripa feſtinaverunt in adjutorium infantis. Qui cum a nemine eorum adjuvari potuiſſet, flumine ſubmerſus, ab oculis omnium occultabatur. Mater autem ab amne vi abducta, & quantum poſſibile fuit conſolatione recepta, flendo & lamentando adjutorium ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ imprimis quæſivit, & poſtea ad ſepulcrum ſancti Udalrici cum oblationibus, quas antea pro ſoſpitate filii ſui illuc referre decrevit, & eas pro requie animæ pueruli cum bona fide donavit. Sequenti vero nocte cum triſte corpus mulieris ſopor occuparet, quidam valde venerabilis ſenex in veſtitu epiſcopali apparuit ei, dicens: Pœnitetne te, mulier, valde infantulus tuus? Quæ reſpondit, Etiam Domine. Cui ille, Mane diluculo, inquit, vade ad fluvium, & ubi ultima vice in amne videretur, quære eum in ripa fluminis inter frutices. Quæ expergefacta, venturum cras vix expectans, cum adjuvantibus ſibi, ripam fluminis adiit, & ſecundum verbum ſancti Viri infantem ſuum ſanum & incolumem invenit. Tunc læta Deum laudans rediit, & rem geſtam in civitate & ubique publice recitavit.

XXVI. *ſubmerſus ſoſpes*

o

E

ab app. vita S. Udalrici mater vi. vatvoldi ſuæ

F

115 Quidam vero homo juxta Danubium, cum eunctus populus ſua ſponte natalitium S. Udalrici ſolenniter celebraret, fœnum cum raſtellis congregavit in cumulos, diem ſanctum ſpernendo. Qui eum altera die cum plauſtris veniret, ut hoc in fœnarium ſuum duceret, exterius formoſum invenit, cum autem bidenti ligno interius tangeret, totum in favillas immutatum invenit, & diem ſanctum, quem antea celebrare non voluit, poſtea præ timore contemnere non audebat.

XXVII. *Feſtum S. Udalrici profanans, punitur.*

116 Eodem vero tempore ancilla cujuſdam matronæ, Gerbire nuncupatæ, telum ſuum dum in texendo laboraret, ſubitus dolor cœpit contrahere manus ejus, quod cum lamentando aliis diceret, reſponderunt ei: Depone textile ferrum, quia pro reatu hodierni operis hic labor tibi accidit: quæ vix manibus de ferro abſolutis lectum intravit. Cumque ibi requiem non haberet præ contractione manuum, conſervæ ejus nunciaverunt dominæ ſuæ: illa vero præcepit, ut mane diluculo duceretur pro liberatione ſua ad ſepulcrum ſancti Udalrici. Cumqua in itinera laſſæ, circa horam nonam in planicie Lechfeldici campi

XXVIII. *alia puella curata.*

ad

A ad reficienda corpora conſediſſent, dolor cepit
ex MSS. minui in manibus laborantis, ita ut, antequam de ipſo loco ſurgerent, uſui prioris reſtitudinis redderentur. Quæ tunc lætæ pervenerunt ad prædeſtinatum locum; & inde in civitatem ad eccleſiam ſanctæ Mariæ genitricis Dei poſt Veſperam venientes, hæc ſicuti geſta ſunt, nobis annunciaverunt, & lætæ ad propria redierunt.

o 117 Nobilis o quædam matrona de Burgun-
XXIX. dionum provincia, dum decreviſſet pergere ad
Claudus; Auguſtam civitatem cauſa orationis, quemdam claudum eleemoſynarium præcepit comitari ſecum, cujus caballum duobus miniſtris ſuis commendavit, ut pedes ejus, ſicuti mos eſt pergentibus, ferro munirent. Qui fraudulenter pedes caballi cum clavis vulneraverunt, ne delator eorum in itinere actuum ſuorum pro fidelitate Dominæ ſuæ, ſicut ſolitus erat, maneret. Dixeruntque claudo, Caballus tuus claudicat, & ideo hic te neceſſe eſt remanere. Qui, bus claudus reſpondens, dixit: Quamvis caballus claudicet, tamen non conſentio hic ma
B remanere; qui omnia poteſt Deus omnipotens, etiam me valet, ſicut ſibi placet, ad loca perducere deſtinata. Cumque eum aliis pergere cœpiſſet, ſano & apto caballo ad Auguſtam pervenit. Cumque ibi ad ſepulcrum S. Udalrici devotam orationem prolongaret, & firma fida pro ſoſpitata ſua clementiam Dei imploraret, in præſentia multorum, ſanitati redditus eſt. Hoc videntes præfati homines, qui impedire iter ejus in caballo voluerunt, ceciderunt terratenus, confitentes clericis cateriſque, qui in præſentia aderant, delicta ſua, veniam poſtulantes, quod eum claudum impedira volucrunt, ne perveniret ad locum, ubi Dominus per merita S. Udalrici eum ſanara dignatus eſt. Et accepta pœnitentia, ſecuti ſunt claudum ſanatum, crucem portantem, uterque ſaxum tantæ magnitudinis portans, quantum levare potuit, uſque io eccleſiam ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ eſt ſita in civitate, ibique peccata ſua lamentabantur multum, cum lacrymis veniam poſtulantes. Cumque hoc ſignum in præſentia omnium recitatum ſuiſſet;
C clerici, Te Deum laudamus; & populi, Kyrie eleiſon cantantes, gratias & laudes Deo referebant.

118 Quidam homo juvenis, cujuſdam fillus
XXX. Comitis, tanta infirmitate eſt detentus, ut nec
Infirmus. in lecto, niſi ab aliis adminieulatus, in aliud ſe vertere potuiſſet; latus, nec eibum multo tempore valeret aceipera, niſi paucis oblatis refocillaretur. Cum vero immani labore fatigaretur, a fidelibus ſuis in lecto ad ſepulcrum S. Udalrici deductus eſt, oblationibus oblatis lacrymabiliter ibi miſericordiam deprecatus eſt. Cumque eum in lecto ad ſanctam Mariam portare cœpiſſent, in medietate viæ cœpit rogare portantes, ut deponeretur ad ambulandum. Qui non credentes, eum poſſe ambulare, noluerunt deponere. Ad portam vero civitatis iterum rogavit, ut deponeretur, dicens ſe poſſe ambulare, qui iterum ei non conſenſerunt. Ad gradus vero atrii eccleſiæ cum perveniret, in nomine Dei omnipotentis omnes io commune flagitavit, ut, depoſito lecto, eum ambulare dimitterent. Ipſi vero in fide hæſitantes, petitioni ejus aſſenſum non dederunt. Ille autem cognovit infirmitatem ab eo eſſe ſeparatam, & virtutem nutu Dei conceſſam, exilivit de lectulo, & inde ſtrenuo greſſu ad eccleſiam pervenit, & ſoſpes ad propria rediit. Hæc pauca prælibata miracula ſufficiant ſtudioſis ad bona exempla lectoribus, ita ut etiam tardis & ſegnibus nimii nauſii * ſaſtidium non inculcent. Quomodo ſi cœpero cuncta beneficia adeuntibus ad ſepulcrum S. Udalrici & inde revertentibus, vel juxta ſepulcrum infirmis atque debilibus a Deo conceſſa, ſigillatim anumerare, nullius adjutorio, niſi ſolius Dei, qui omnia poteſt, poſſum perficere. In tantum namque multiplicia ſunt, ut ſenſibilitas humanæ agilitatis dinumerare ea non poſſit. Quia quibuſdam, poſt vota devote peracta, illuc cum oblationibus veniendi, ſtatim in laribus ſuis donata ſunt; quibuſdam, in itinere adhuc longe poſitis; quibuſdam illuc appropinquantibus; quibuſdam illuc pervenientibus; quibuſdam inde redeuntibus; compendiole adimpleta ſunt. Quorum auditus bono rumore non ſolum propinquas, verum etiam longe ſitas regiones advolavit, quod frequens frequentia adventantium undique populorum ſæpiſſime manifeſtat; indicans in iſtis locis in ſuis regionibus multa magnalia Dei per merita S. Udalrici facta, quorum vera cognitio nos propter noſtras neceſſitates ad iſta loca veniendum incitavit. His auditis, eja nos, qui inquilini hujus eccleſiæ ſumus, & tanti Patroni faciem ſæpiſſima vidimus, & ejus doctrinam benedictionemque ſæpiſſime accepimus, & in eo optima exempla conſpeximus; & nunc in retributionem ajus bonorum operum aſſidua miracula & diverſa ſigna in liberatione multorum videmus & audimus; cur non expergiſcimur, & tædium noſtri deſidit
* non deponimus? Eum vero, de quo loqui- * pro deſi-
mur, quantum, Deo donante, poſſumus, imi- dia.
tantes, ejus adjutorio iter reſtitudinis meamus, per quod pervenire mereamur ad eum, qui in tribus perſonis in divinitatis æqualitata, unus, incommutabilis, omnipotens Deus permanet ſine fina, in ſacula ſeculorum. Amen.

D *Epilogus de multitudine ac varietate miraculorum.*

E

F

ANNOTATA,

a *Ita dicitur, quia ſacrificaturorum humeris imponitur, vulgo* amictus.

b *Videtur vox iſta hic ſumi pro veſte ex panno ſubtiliori,* ſrocus *ſeu* floccus *nominato, quia ex floccis componitur. Litt.* b, *paullo inferius in textu eſt removenda, ut reſpondeat voci* ſrocus.

c *In Bohemia videlicet.*

d *Boleslaum interpretatur Velſerus, cognomento Pium, Bohemiæ principem, cui Boleslaus cæcus filius fuit, uxor Hemma. Vide Dubravium lib. 6.*

e *Id eſt,* equus ſarcinarius, *Germanice* ſaumtrot. *Obſervat Velſerus ex Dubravio, Æneæ Sylvio, Hiſt. Bohem. eccleſias viginti condidiſſe ac dicaſſe Boleslaum.*

f *Fuit ea, Hemma, de qua, lit.* d; *quam diſtingue ab alia Hemma, uxore Ludovici II. quæ exprimitur in donario, viſi ſolito in eccleſia Cathedrali Auguſtana, biſce verſibus notato:*

Hanc zonam Regina nitens pulcherrima Hemma,
Witgario tribuit, ſacro ſpiramine plenum,
Cum enim Witgarius, Auguſtanus Epiſcopus, teſte Reginone, obierit ann. 887. *juxta Velſerum (pro quo anno in editione Reginonis, alterius manu repe-*

rig

A *rio ſubſtituerat annum ſequentem) jam liquet , Hemmam hanc ab illa longe diverſam eſſe.*

g *Id eſt Polonorum , quorum Dux Miſico , al. Michovio , Mieſca , Mieſco , & Miecislaus , ultimus Ducum hujus gentis , primus Chriſtianam religionem in eam intulit , ſuaſu uxoris ſuæ Dubravæ , Boleslai (de quo ſupra lit.* d) *ſororis. Obiit autem 992. ex Ditmaro lib. 4. Addit Velſerus , Polonicos ſcriptores ſignare ann. 999.*

h *Ita dicta Rhætia recens , ab urbe ſua præcipua* Curia , *vulgo* Coire ; *continens occidentalem tantum partem Rhætiæ propriæ , & Grizonum nomine appellatur.*

i *Per* eleemoſynariam , *hic* ſtipendiariam *intellige , ſeu potius eam , cui eleemoſyna dabatur ; & confirmatur id ex num. 116. infra.*

k *Abraham , Ep. Friſingenſis obiit ann. 992. Vide Hundii Metropol. Saliſb.*

l *Cum Mabilione per* monaſterium *hic intellige eccleſiam S. Afræ , tunc clericis parentem , poſtea vero monachis Benedictinis ab anno* 1012.

m Zaberna *eſt capſa vel armariolum. Exempla ſunt apud Cangium.*

B n Cum oblationibus præponderare , *eſt eram efferre ejuſdem cum pueruli ponderis.*

o *Monet poſt Velſerum Mabilio , ea , quæ ſequuntur , in duobus exemplaribus deſiderari.*

APPENDIX

Inventio & Translatio corporis Sancti Udalrici.

Ex editione Velſeri & Surii , cum Ms. codice collata.

CAPUT I.

Corpus Sancti quæſitum & inventum non ſine miraculis.

Monaſterio & Eccleſia S. Udalrici condita.

C ANno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIII. Indictione prima ; XVI. Kal. Julii , circa horam nonam , cum nimius eſſet æſtus , fabrica quædam , in valle poſita , vicinas domos , & inde omnes officinas , tandem clauſtrum & eccleſiam S. Udalrici & S. Afræ mira celeritate in favillas redegit , ita ut proxima cœna nec panis ad victum ſupereſſet , nec tugurium , in quo proxima nocte fratres quieſcerent. Diſperſi ergo per civitatem fratres , præ nimia afflictione ſpiritus ædebat eos vivere , donec reſumptis viribus , domicilia cœperunt ædificare , in quibus ad divinum ſervitium & ad cultum religionis peragendum , ſe pro poſſe receperunt. Sepulcrum etiam B. Udalrici trabibus deſuper cadentibus confractum , & a ſanctiſſimo ipſius corpore vacuum , inventum eſt , niſi quod quatuor tabulæ , ſicut ſolent fieri in loculis mortuorum , aromaticum habentes odorem , ibidem repertæ ſunt. Unde opinamur , quod in illis reconditum fuiſſet ſacratiſſimum corpus ejus , quando a ſeculo deceſſit. Pro eo igitur , quod non eſt inventum corpus ejus in ſepulcro , dubietas magna cœpit oriri , & mœror maximus tenuit animos omnium. Ex præcepto autem & conſilio a Hartuigi *a* Epiſcopi , quæſitum eſt corpus B. Udalrici pene per duas ſeptimanas , & inventa eſt ſpecus murata quadris lapidibus , & ſub illa , D
alia ſpecus murata , minor tamen ſuperiore , & ex MSS.
utraque tamen erat vacua , quæ res auxit dubietatem & mœrorem , adeo ut plerique dicerent , corpus B. Udalrici in illo loco non haberi. Tandem quando placuit ſancto Confeſſori , in anniverſaria nocte ſancti patris ſui Hupaldi voluit revelari , in tertia videlicet ſpecu murata , quæ & minima & ſub duabus ſuperioribus erat.

2 Ceſſatum eſt igitur uſque ad diem San- *quæritur corpus Sancti.*
cti Laurentii , in quo ad præceptum memorati Epiſcopi vocato Præpoſito S. Georgii & aliis religioſis , & clauſis eccleſiæ januis inducti ſunt bibiti *b* & cæmentarii , confeſſione & flagellis *b*
c curati : per totum igitur diem laboraverunt , *c*
ut locum mundarent , & lapides quadros admodum magnos de illa magna profunditate ejicerent , & vix imminente nocte opus compleverunt. Quid ibi miraculi Dominus per merita ſui Confeſſoris oſtenderit , operæ pretium ſcribere eſt. Cum lapidem quadrum miræ magnitudinis cæmentarii ad ſuperiora funibus traxiſſent , funibus ruptis , lapis ipſe ruit E
ſuper quemdam bonæ indolis adoleſcentem , nomine Cunradum , in inferioribus ſtantem , & eum ita proſtravit , ut jam non ſolum mortuum , ſed etiam per membra & per articulos totum diſſipatum & confractum crederes. Heinricus , qui tunc prior cœnobii erat , & alii religioſi , ad pedes S. Udalrici in ſovea ſtantes , & pſalmis operam dantes , mente conſternati ſunt , & omne conſilium penitus ab eis receſſit. Porro viri , qui in ſuperioribus ſtabant , præcipites ſaltus in ſoveam dederunt , ut jam non vivo corpori , ut ſperabant , ſed exanimi & colliſo per membra , ſubvenirent. Mira dicturus ſum , avulſo lapide adoleſcens quaſi in extaſi vivus invenitur , ac de terra ſublatus ſanus & incolumis , cum pauſare aliquantulum juberetur , ipſe indefeſſus ad opus rediit , & mœrorem gaudio commutavit. Benedictus Deus , qui eſt in ſecula.

3 Ipſa die Epiſcopus ſolo pane & aqua con- *& inventum.*
tentus , rei expectabat eventum. Imminente autem nocte , purgatis omnibus , & aditu patefacto ad ſepulcrum , vocatus venit cum paucis in eccleſiam. Epiſcopus ſacris veſtibus in- F
datus , cum magna reverentia nudis pedibus dimiſſus eſt in ſoveam , & ibi ſtans ſuper ſanctum ſepulcrum , oratu Prioris cœnobii , ſub anathemate interdixit , ne quis furtim de tantis quippiam ſubtraheret reliquiis. Inventum eſt igitur corpus ſanctiſſimi Confeſſoris , ſuper aurum & topazion pretioſum , cum quibuſdam particulis pontificalium induviarum , necdum vetuſtate conſumptarum , & in dextro latere ad caput , pixis argentea , admodum nitens in ſacello holoſerico , & in pixide (ut quidam dicebant) ſanguis Domini & alia ſancta continebantur. Inventa eſt etiam ciſtella ſerata , admodum magna , quæ omnia plena erant & referta reliquiis Sanctorum. Corpus igitur beati Udalrici cum univerſis reliquiis oſtro involutum , in geſtatorio ligneo recluſum eſt , donec aliud geſtatorium cupreum ex toto firmum factum eſt , in quo ſanctiſſimum corpus diligenter eſt reconditum , pixide argentea ad caput poſita cum ceteris reliquiis. In ipſo ſepulcro Epiſcopus os quoddam de coſta ſancti Confeſſoris temere ſurripuit , & in fruſta comminu-

A minutum, indecenter pro reliquiis marſupio ex MSS. impoſuit. Per omnia etiam animo immutatus, valde infeſtus loco extitit, & quod reliquiarum S. Udalrici pro ſua voluntate compos exiſtere non potuit, congregatione S. Afræ vehementer renitente, perſecutionem magnam adverſus locum movit, unde & Dominus eum
d eodem anno *d* vita privavit, ſicut in conſequentibus patebit.

Reliquiarū ſurreptio.

4 Quidam Udalſcalci famulus, præpoſiti majoris eccleſiæ, qui poſtmodum Epiſcopus *e* factus eſt, a quo & hoc ipſum, quod narramus, audivimus, vidit B. Udalricum in viſu, quaſi turbatum & ira commotum. Cui inquit; O ſancte Udalrice, quid cauſæ extitit, quod ſic in mœrore & non in vultus tui hilaritate videris? Ad hæc B. Udalricus; Super Epiſcopo illo, qui os de coſta mea arroganter comminuit, & cum aliis reliquiis corporis mei temere & indigne egit, moveor, & movebor, & tamdiu divinitati conquerar, donec ipſe pœnas exſolvet. Non multo poſt, cum ſanus & incolumis eſſet, ſubito arreptus febribus, infra pau-
B cos dies defunctus eſt: & poſt mortem viris religioſis ſæpius apparuit, exponens quali judicio ſubderetur, & quibus tormentis afficeretur, pro eo, quod in S. Udalricum peccavit, & locum ipſius ac fratres ſæpius infeſtavit, frequenter monens & rogans, ut ab ipſis indulgentiam conſequi poſſet. Qui fratres, intuitu miſericordiæ, ſicut pro inimicis jubemur orare, ſæpius veniam optant, & pro ipſo preces fundunt.

Aliquot alacres pueri.

5 Libet etiam inſerere, quod Præpoſito S. Georgii in ipſa inventione corporis ſanctiſſimi, ut ipſe nobis teſtatus eſt, accidit. Dum ſibi ignotum foret in adjutorio & teſtimonio eſſe prædictæ inventioni ſancti Confeſſoris, omni deſiderio æſtuabat, ut majorem digitum pedis pio quodam ſubtraheret furto, & fratres ſui, eodem deſiderio laborantes, ſacculum holoſericum, in quo reconderet eaſdem reliquias, ſibi præſtabant. Igitur dimiſſus in foveam & ruinam paſſus, ſuum articulum in pollice pedis, ſecundum quod ipſe S. Udalrico voluit furto ſubtrahere, magnum paſſus dolorem conſregit,
C unde ipſe hodie, ſicut aſſerit, debilitatus eſt. Marſupium etiam, quod habuit, clam collo dependens, palam amiſit, unde adeo verecundatus eſt, quod pene doloris oblitus eſt.

Concurſus ad reliquias.

6 Non ſunt tamen fraudati a deſiderio ſuo idem Præpoſitus & venerabiles ſui fratres, quia da ſacroſanctis cineribus, & dentem unum fratres cœnobii S. Udalrici pro reliquiis contulerunt. Interim longe lateque fama percrebuit, corpus S. Udalrici inventum, & cœperunt exſtruere & dedicare eccleſias & altaria in honore ipſius, quibus etiam de ſacroſanctis reliquiis, quantum auſi ſunt prædicti fratres cœnobii, intuitu charitatis diſpertiti ſunt. Concurſus etiam tam de longinquis quam de vicinis locis
f tantus factus eſt, ut dictu ſit incredibile *f*. Præter illa etiam, quæ in occulto facta ſunt miracula per merita ſanctiſſimi Confeſſoris, quorum non eſt æſtimatio; plurima ſunt, quæ in publico ſunt celebrata, quorum aliqua digna duximus paginæ commendare.

Mulier, in aquas demerſa, non ſubmerſa.

7 In vigilia Aſſumptionis ſanctæ Dei genitricis Mariæ, dum diverſi ſexus, ætatis & conditionis homines in eccleſiam S. Udalrici D fluerent, mulier quædam ex regione Noricorum, ſacrificium ſancto Confeſſori oblatura venit in portum Lyei, qui tunc temporis adeo fuecreverat, & ab alveo ſuo tam valida inundatione ſe diffuderat, ut omnibus ſive hominibus ſive jumentis in ipſo verſantibus, non niſi interitum minaretur. Prædicta ergo mulier, a turba concurrente impulſa, cecidit de ponte, eo videlicet loco, quo fluvius profundiſſimus & vehementiſſimus erat. Mox omnium clamor tollitur ad ſidera, pedites & equites diſcendunt juxta alveum, rei finem præſtolantes. Sed miro modo & dictu mirabile, ex virtute Altiſſimi & meritis ſanctiſſimi Confeſſoris, a ſuperiori ponte uſque ad inferiorem (quibus intereſt fere milliarii ſpatium) ipſa mulier deducta, ita ſana & incolumis in arena quievit; ut nullum corporis vel rerum, ſed & ſacrificii *g*, quod in *g*
manibus ferebat, pateretur diſpendium. Teſtata eſt advenientibus, ſibi B. Udalricum in aquis viſum, ſe ſuaque uſque ad littus deduxiſſe. Interea tota pene ruit civitas ad ſpectaculum, mulieremque primo cum laudibus ad E ſanctum deduxerunt Udalricum, deinde ad matricem eccleſiam, benedicentes Deum, qui eſt glorioſus in Sanctis ſuis.

Præſentia infirmorum ad ſepulcrum.

8 Circa tumulum venerandi Patris credi non poteſt quanti infirmi, quanti præcipue energumeni jacuerint, ita ut aliquod ſuæ miſeriæ remedium conſequi poſſent. Nam ſi univerſa velim ſtylo perſtringere, quæ per merita B. Udalrici frequenter Dominus operatur, nimietas forte pareret faſtidium, quia numquam deerit copia narrandi; ſemper enim illius ſepulcrum novis mirabilibus fœcundatur, nec deeſt gratiæ impertitor, ſi adeſt exquiſitor in veritate. Illa ergo tantum, quæ videntur in publico celebrari, poſteritati commendanda ſunt, ne, ut diximus, offenſam tædii incurramus.

Demoniaca liberatur.

9 Catervatim per ſingulos dies eccleſiam B. Udalrici populorum turmis adeuntibus, homines variis languoribus detenti, pariter cum illis inferuntur. Ex illis ergo quædam mulier arreptitia, dum prolixæ orationi ſerventius intenderet, ſopore deprimitur, cruorque de naribus prorupit. Ille igitur ab initio homicida, oſtendit ſe ipſum eſſe, qui primo ſuaſit terram fra- F
terno ſanguine pollui: neque enim hic ſine ſanguinis effuſione a plaſmate Dei receſſit. Evigilans autem mulier, clamare nititur, ſed vox ejus quodam ſecreto dolore intercipitur. Accurrunt igitur turbæ, jamque morituram æſtimant, ſed ſubito per merita B. Udalrici ab omni moleſtia corporis & animæ liberatam conſpiciunt. Mirantur itaque potentiam Confeſſoris beatiſſimi, quam ſpecialiter adverſus immundos ſpiritus exercet, quonism & ipſi meritis ejus ſe vehementer affligi proclamant. Iſtum credimus & ſperamus noſtris ſubvenire animabus contra ſpirituales nequitias, cum corruptibile hoc carnis depoſuerimus indumentum. Verum ut talis noſtra ſpes augeatur, aliquid de hujuſcemodi rebus breviter intimare curabimus.

ANNOTATA.

a *Sedere cœpit* 1167. *deſiit* 1184. *teſte Bruſchio.*

b Biblius *hic videtur ſignificare latomum, vel eum, qui lapides loco movet. Biblia enim denotant machinam bellicam jaculatoriam. Hinc forſaſſe* biblius,

A blius, *dicitur ille, qui ſimili inſtrumento lapides eruit, ut ſuadet textus.*

c *Editus habet*, confeſſione & pœnitentia ; *quibus nempe peccata ſua expiaverant, antequam opus aggrederentur.*

d *Anno nimirum vertente, inquit Velſerus.*

e *Electus* XXVI. *Januarii* 1184. *obiit Kal. Julii anno* 1201. *ut Bruſchius in Epp. Auguſtanis.*

f *Suſpicatur Velſerus, hæc recentiora eſſe, addita ſuperiori ſcriptioni ; obſervans, in Ms. codice nullum ſecutum fuiſſe miraculum, in edito autem, ſecuta ; cum illa, quæ ſupra vitæ incerti auctoris ſubjecta ſunt, tum alia quoque intermixta, quæ huc adſcripſiſſe ſe dicit ; & varie hinc inde collecta, non eodem tempore ſcripta videntur.*

g Sacrificium, *pro votis, Sancto offerendis.*

CAPUT II.

Recenſentur alia quædam miracula.

B Demoniacus c

ERat in pago, Uttenbura dicto, temporibus felicis memoriæ Ruperti *a* Abbatis, quidam dæmoniacus, qui univerſa fratrum commiſſa in eodem loco commanentium, quodam occulto Dei judicio prædicto Abbati revelabat : ſiquidem & ipſe Abbas quadam potenti virtute imperabat dæmonibus. Quadam ergo die, dum prædictus dæmoniacus mitius ſe haberet, & altera die juxta ſolitum torqueretur, ille beatus Abbas, ubi beri fuerit, percunctabatur. At Ille, in orientalem, inquit, regionem properavimus, quemdam de corpore exeuntem, & innumeris obrutum flagitiis, excipere volentes, ſed Udalricus Auguſtenſis Antiſtes & Vitus *b* Lucanus, qui diſcurrunt per omnem terram, magnum nobis impedimentum in acquirendis animabus facientes ; etiam hunc, monachali habitu per quemdam religioſum inveſtientes, noſtræ ſubtraxerunt poteſtati. Hoc, quia pie eredenti nihil obeſt, ſed magis fidem & ſpem in Deum & Sanctum ejus auget ; in fine ſignorum, quæ uno & eodem anno Dominicæ Incarnationis MCXLV. facta ſunt, annotavimus, quia & ipſum veraci relatione ab iis, qui audierant & viderant, agnovimus. De iis ergo, quæ dicta vel dicenda ſunt, nullus dubietatis anfractus cuiquam in corde reſideat, quoniam auditus & viſus nos minime fefellit.

b

C

mulieres duæ ſpiritibus immundis liberantur,

11 Libet etiam huic operi inſerere, quod uno dierum illorum, quando tantæ virtutes ad ſepulcrum B. Udalrici factæ ſunt, duæ mulieres, a ſpiritibus immundis afflictæ, ultra ſolitum confuſis clamoribus eccleſiam replebant : unde colligi poterat, quod ipſarum redemptio inſtabat. Etenim turbis attentius orationi vacantibus, ſonitu *c*, qualem ſupra deſignavimus, duabus vicibus circa laquearia templi exoritur, & mulieres a maligno poſſeſſore eripiuntur. Interea talis timor ac tremor omnes in eccleſia conſiſtentes obtinuit, ut dictu ſit incredibile. Porro extra eccleſiam manentibus, mirabile viſum eſt prodigium. Cernebant namque ſupra tumbam Confeſſoris Chriſti quaſi circulum apertum, circulum videlicet rubei, & poſtmodum erocei coloris, & de circulo aquilam magnarum alarum in partes orientis properantem. Sed quid hoc fuerit, nobis non licet definire : viderint ipſi, quæ merita Beati Udalrici vilipendunt, quantus apud Deum habeatur, cujus cineribus talis honor cœlitus defertur. D ex MSS.

12 Judicia tua abyſſus multa, o clementiſſime Deus, & quis agnoſcet ea ? Ibi humana excluditur prudentia, ubi divina ſapientia omnem creaturam ineffabili & incomprehenſibili gubernat prudentia. Sunt enim quædam judicia ſive diſpenſationes divinæ, humanis ſenſibus abſconditæ, & quamvis occultæ, tamen nulli dubium, quin juſtæ, unde magis laudari, quam temere, imo periculoſe, inveſtigari debent. Hæc autem ideo prælibavimus, quia narraturi ſumus rem mirandam, rem ſtupendam, rem inauditam noſtris temporibus, in qua illud Prophetæ poteſt agnoſci, Terribilis Dominus in conſiliis ſuper filios hominum. *Pſal. 65.*

13 Erat in pago, Riedlingen *d* dicto, quædam puella, quæ ſub æſtivo tempore, ut mos eſt ruſticorum, ad colligendam mentam, montes ſylvaſque petiit. Habebat autem in eo- E mitatu pleroſque ſervulos & ancillas, prædictæ rei gratia ſecum conviantes. Et ecce vir quidam nudus, ac toto corpore niger, horrenduſque aſpectu, ut nihil aliud videretur niſi diabolus, de proxima egreditur ſylva, pileum capite geſtans. Qui ex omnibus arripiens per capillos memoratam puellam, iter unde venit, repedavit. At illa præ magnitudine doloris incurrens oblivionem mentis, dum neſciret, quid faceret, tandem miſeratione divina recordatur, quod mancipium eſſet Beati Udalrici, & hae ſolummodo voce proclamat : O ſancte Udalrice ! Tum ferus ductor, heu me ! inquit, quoniam ad invocationem tanti nominis, furorem in te meum minime valeo exercere. Hæc dixit, & relictæ puella nuſquam comparuit. O quanta beatiſſimi præſulis Udalrici ſanctitas, ad cujus invocationem nominis ita nequitiæ contremiſcunt ſpirituales ! Hic eſt tui laboris fructus, o electe Dei palmes, Udalrice, quoniam manſiſti in vite, quæ eſt Chriſtus, unde & opera, quæ ipſe fecit & tu facis, & majora horum facis. Et quia honor tuus redundat ad Dominum, quid in prædicto miraculo egeris, plenius exequemur. Igitur memorata puella ad domum reverta, illo quidem die nil moleſtiæ pertulit, altera vero die locuta eſt aliena, tertia die a dæmone cœpit vexari. Ecce hæc ſunt judicia, quæ ſuperius diximus inſcrutabilia. Quis enim inde audeat diſputare, quod puella pridem erepta, iterato in poteſtatem dæmonis ceſſit ? Ad ſepulcrum ergo beati Udalrici feſtinato deducitur, ut ſubveniat miſeræ, quam & antea miſericorditer liberavit. Ubi dum fero cogeretur templum egredi, illa cum magna animi contritione caput ſub pallium altaris occultans, Non egrediar, inquit, donec miſericordiam Beati Udalrici experiar. Et protinus per auras, inſtar cujuſdam horrendi ſpiraminis, egreſſus eſt humani generis inimicus. d *Puella hic a diabolo arrepta, hic liberata.* F

14 Alia quoque miracula quam plurima, circa hos dies facta perhibentur, quæ ideo calamo non ſunt illuſtrata, quia certiori adſtipulatione illa non agnovimus. Igitur clerus & populus Auguſtenſis exiit a matrice eccleſia cum crucibus & letaniis, ad referendum grates Salvatori noſtro Jeſu Chriſto, & ejus *Salvatoris gratiarum actio.*

A almifico confeſſori Udalrico. Teſtati ſunt autem
EX MSS. Auguſtæ civitatis ſeniores, proceſſionem ſe talem numquam vidiſſe, vel auditu didiciſſe, in qua tanta cleri ac populi multitudo convenerit. Verum congregatio S. Afræ obviam illis proceſſit cum decenti apparatu; pariterque intrant eccleſiam, & ſic tota illa dies in Dei laudibus expenditur.

e 15 Anno e Dominicæ Incarnationis MCXLIV. f præſidente Abbate Udalſcalco f, eccleſia beatorum Udalrici & Afræ multis divinæ gratiæ illuſtrata eſt beneficiis, pro quibus teſtimonio non eget noſtri ſtyli officium, dum non ſolum Auguſtenſis provinciæ, ſed & totius Germaniæ populi, qui ſuperſunt noſtræ ætatis, horum meminerint. De illis ergo pauca narrabimus, ut omnes noverint, quam ſacer ſit iſte locus; in quo tantæ virtutes exuberant.

Miracula alia.

16 Inter catervas hominum, ex diverſis regionibus ad memoriam venerandi patris Udalrici confluentium, clauda quædam affuit paupercula, quæ recto inceſſu carebat, & vix baculi ſuſtentaculo iter aliquo modo carpebat. Hæc fere totius diei ſpatium, ſpe recuperandæ ſalutis, juxta mauſoleum B. Udalrici ſola decumbebat: ſole autem jam ad occaſum vergente, cum omnes limen templi cogerentur egredi, illa quaſi fruſtranda foret patrocinio B. Udalrici, ingemiſcens, quid faceret, ignorabat. Tandem altiori uſa conſilio, baculum arripit acriter, & in gyro tumbam Confeſſoris Chriſti peragrat, quaſi tanti mercedem laboris exoptaos. Vincit ergo clementiſſimum Confeſſorem magna fides mulierculæ, & protinus ſanitatem integerrimam conſecuta eſt.

Clauda.

B

Arreptitia.

17 Extitit quædam mulier de Dachoſen, a maligno ſpiritu nimium fatigata, quæ cum vicinis ad eccleſiam B. Udalrici veniens, tota die illa voces dabat ineptas. Certum enim habebat, qui voces per illam emittebat, quod cum magno tormento ab obſeſſa propellendus foret. Maximum namque tormentum ſpiritus immundi patiuntur, cum eos deſerere coguntur, quorum vexatione palcuntur. Igitur evoluto magno diei ſpatio, mulier arreptitia per merita B. Udalrici ſalvatur, & grates ei referuntur, qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

Languidus.

C 18 Erat quidam languidus in civitate Auguſta, qui non potuit venire de domo, niſi portaretur in geſtatorio, infirmitatis exigente moleſtia. Hic ad eccleſiam B. Udalrici delatus, ante ſepulcrum ipſius in modum crucis, ſub ſpe, quæ non confundit, exponitur. Interim, ipſo orante pro incommodo, quo laborabat, adeſt virtus divina, & obtinentibus meritis beatiſſimi Prælulis, in momento eſt ſanitati reſtitutus. Surgit denique & repentinam in ſemetipſo virtutem admirans, benedixit Deum, qui in Sanctis ſuis eſt mirabilis.

Duæ mulieres mutæ.

19 Supervenerat univerſali eccleſiæ veneranda diea Cathedræ S. Petri, in qua utriuſque ſexus & ætatis ad eccleſiam B. Udalrici innumerabiles irruunt turbæ, miraculorum gloria invitatæ. Erat enim quaſi commercium oundinarum per integrum fere annum in civitate Auguſta, undique adventantibus populis, propter famam miraculorum, quæ fines totius Galliæ & Italiæ ſuperierat. In præfata itaque die ad memoriam Confeſſoris Chriſti, veniunt duæ mulieres, quarum fingulæ a muto vexabantur dæmonio, & pro illis enixius turbæ invocant gratiam Redemptoris. Nec mora, urgentibus meritis beatiſſimi Antiſtitis, exeunt dæmonia, & omnes in commune grates referunt Salvatori. Calumnientur nunc, ſi poſſunt, Scribæ & Phariſæi, quod Jeſus io Beelzebub, principe dæmoniorum, ejiciat dæmonia, & viderint, in qua poteſtate ſervus ejus beatiſſimus Udalricus, trabea carnis abſolutus, hæc ejecerit. D

Duæ item cæcæ.

ao Nam ut magis erubeſcant infideles, eadem die illuminatæ ſunt duæ mulieres, quarum una cæca fuerat a nativitate. Cauſabantur enim, quod a ſeculo non eſſet auditum, quia quis aperuerit oculos cæci nati, niſi Chriſtus: Udalricus hoc potuit, potuit autem per Chriſtum. Altera die, duæ mulieres a malignis ſpiritibus obſeſſæ, ſepulcrum Confeſſoris Chriſti expetunt una fide parique devotione. Et ecce, juxta fidem ipſarum actum eſt: nam miſericordia Redemptoris per meritum alumni ſui Udalrici, & illas a poteſtate ſpirituum immundorum eripuit, & vaſa munda Spiritui ſancto effecit. Erat autem una illarum de oppido, quod vulgo Bobingen; altera de vico, qui Silembach vocatur. Et mirum in modum, dum una ex eis liberatur, inauditus fragor circa tabulas eccleſiæ generatur, omneſque intra ſepta templi conſiſtentes, nimio timore percelluntur. Judicium hoc miſeriæ, imo nequitiæ ſuæ dederunt ſpiritus nequam, qui dum nocere moluntur, & cum in pœnis hominum delectentur, ipſi ſine intermiſſione cruciantur, vinculis igneis reſervandi in diem magni judicii Dei.

Alia duæ dæmoniacæ.

E

Febricitantes; ac variis morbis laborantes.

21 Contulit denique mira Dei providentia per Sancti ſui merita & aliud ægris medicamen corporibus. Nam graviter febribus laborantes, a rabidiſque offenſi eanibus, ſi ex calice, qui in ſarcophago ſupra ſacrum divi Patroni pectuſculum inventus eſt, devote biberint, ſanctum Udalricum cordialiter oraverint, miſericorditer eis ſanitatis gratiam conferri conſuetum eſt: nec non peregrinari volentibus tutamen utriuſque hominis collatum multoties compertum eſt.

Parturientes laborantes.

aa Poſtremo & miſeris mulierculis, partu laborantibus, remedium ſanctum conferre Pręſulem, exploratum eſt ſæpiſſime. Eædem namque lethifere pariendo deficientes, ac omni humano deſtitutæ auxilio, mox ut prædicto ex calice biberint, ſeu vioum calici prius infuſum acceperint, benigne tantis a periculis liberantur. Atque cum varias propter caulas ſecundina pellicula non exeundo parturientes dire ſuppreſſerit, & ad mortales coanguſtaverit moleſtias, eodem potu miſericorditer curantur, & omni incolumitati illico reſtituuntur. Conceſſum eſt denique huic ſancto Pontifici & alia quam maxima a Deo prærogativa contra offenſivos glirium incurſus. Io toto namque territorio, quod inter Vindam & Lycum fluvios ſitum eſt, nullum umquam vivum permanere poſſe, manifeſtiſſime comprobatum eſt, quod meritis glorioſi Pontificis impetratum eſſe, nulli ſit dubium. Sæpius enim a nonnullis curioſis, Sancti potius tentatoribus, experientia inventum eſt, ut quam cito ultra præfatos deportati fuere fluvios, illico fuiſſe mortuos, & hoc in toto communi terrritorio. F

Pulsi & mortui glires.

23 Eſt

A 25 Eſt vero & alia, quaſi miraculoſa contra
De terra S. Udalrici contra glires. prædictos ſubventio glires, in toto pene orbe promulgata *g*. Terra namque (quæ S. Udalrici dici conſuevit) in qua ſanctum ejus corpus
g mediantibus ſacris veſtibus, quæ omnes inconſumptæ, omnique ſine læſione cum eo inventę fuerunt, humatum fuit; ſi cui fidelium donata, ab eoque digne, ut Sanctorum Dei reliquias decet, venerata fuerit, mox omnes, acſi peſtem fugientes, habitationem relinquunt, & eidem nequaquam deinceps appropinquare audent. Hæc toties ubique terrarum vera eſſe inventa ſunt, ut numerum excedere videantur. Nonnumquam etiam complures proprias relinquere voluerunt habitationes, ſeu igni cremare, propter maximam prædictorum infeſtationem animalium, qui, prænominata acquiſita terra, devote eam veneraotes, auxilium Dei omnipotentis per meritum ſui Confeſſoris impetratum ſenſere, adeo ut eorum deinceps nullus approximare audere viſus ſit domibus. Nec non aliquando tanta eorum multitudo mortua eſt inventa, ut te lectorem, ſi in hoc veritatem proferre conarer, incredulum reddere ti-
B merem. Ad hanc vero impetrandam gratiam plurimum profecit, cum quis ſe, ſolum per vitam ſuam, annali obligavit cenſu, ac eleemoſynas, aliaque pia opera, in laudem & honorem S. Pontificis eſt largitus. Nec tamen aliquem moveat, ſi non ſemper, nec omnibus eamdem largiatur Omnipoteus ſubventionem. Nonnumquam enim poſſeſſas ſemel non derelinquere videntur manſiones, quod ex occultis talium hominum demeritis, vel ex divina ſic diſponente providentia evenire credendum eſt. Nec mirum, nec Sancto debet eſſe detractivum, cum non omnes apud aliorum ſepulcra Sanctorum & loca ſanari videmus, nec omnia inde tolli morborum genera, ſed his tantum præſtari incolumitatem, qui bonis operibus ſe dignos reddiderunt. Nulli igitur inde detrahendi ſumenda eſt occaſio, ſi frivola judicantis non vult incurrere cenſuram.

Additur miraculi jam poſtea

26 *Atque hæc quidem ſunt ex edito codice a Velſero vulgata, atque apud Surium impreſſa miracula. Porro monet idem Velſerus, pleraque ex prioribus illis, quę vitę prægreſſę incerti Auctores ſubnexa ſunt, intermixta iis fuiſſe, ſed perverſe ordine ſibi ea iterare non placuiſſe. Facere non poſſum,*
C *quin hunc ex Velſero, tamquam epimetri loco, tranſcribam miraculum unum ex Chronico Pauli Langii, Monachi Bozavienſis, edite apud Joannem Piſterium inter illuſtres Germaniæ hiſtoricos veteres, narrationis materiem prægrediente hac inſcriptione :* Ex Chronicis Doringorum excerpta, *habeturque ibi pag. 775.*

aliud miraculum,

27 Anno Domini MLXV. Luduicus Saltator
b *b*, filius Luduici cum barba *i*, ſecundus Comes Doringorum, interfecit Fridericum Comi-
i tem Palatinum, fundatorem monaſterii Goſetzen, qui habitabat in caſtro Schipplitz, proter uxorem ſuam venuſtiſſimam, quam amabat, Adelheidam. *Deinde aliquibus interjectis de pœnitentia dictorum Ludovici & Adelheidę, quam & poſtea matrimonio ſibi junxerat, aliiſque, quę omitto brevitatis cauſa, ſic pergit :* Ceterum, cur Luduicus Saltator nuncupetur, cauſam dicunt, quod inſtantia Adelberti, Archipræſulis Bremenſis, qui occiſi germanus fuerat, ipſe Luduicus captus ſit, & ab Henrico Imperatore, in caſtro Gibelſtein, in turri quadam biennio D cuſtodiæ mancipatus, tandem ſemel ob recrea- ex MSS. tionem ad ſuperiora turris poſitus, voto S. Udalrico facto, per feneſtram in Salam uſque ſaltaverit, indeque enatans, in Sangerhauſen veniens, Dominum ſuum, in rei memoriam ibidem eccleſiam pulcram in honorem dicti Sancti conſtruxerit.

28 *Hujus hiſtoriæ veritas ulterius confirmari po-* quod & af-
teſt ex Hiſtoria Erphesfordenſi anonymi ſcriptoris de firmatur.
Landgraviis Thuringię cap. 15. in hęc verba : Anno Domini MLXX. Archiepiſcopus Bremenſis, frater Friderici, Comitis Palatini Saxoniæ, interfecti a Ludovico Comite Thuringiæ, & alii cognati & amici, ſuper morte ejus dolentes, querelas Regi Romanorum Heinrico IV. de Ludovico Comite Thuringiæ offerunt; qui juſſu Regis per inſidias captus, in caſtro Gebicheoſtein abſque mancipatione cippi per biennium cuſtoditur & detentus eſt. Ibique interemptus fuiſſet, ſi non ſuffragiis Beati Udalrici (evaſiſſet) cui voluit baſilicam ædificare in Sangirhauſen, civitate fratris ſui Beringeri. Nam audiens, ſe
E non poſſe evadere mortem, per famulum ſcilicet, qui Epiſcopum reſpexit, ordinavit, ut duos equos certa hora prope Salam fluvium adduceret. Qui cum vidit expletum per famulum, mox de cœnaculo ejuſdem caſtri ſe ipſum cum veſte ampla, qua fuit indutus, vento intrante, in Salam præcipitavit, & ſic liberatus diſceſſit.

ANNOTATA.

a *Bruſchius de Monaſt. Germ. hunc Sanctum vocat, & electum dicit anno* 1104. *mortuum* 1145. *ætatis anno* 120. *Ubi de illo plura. Apud Mabillonem in Annal. Bened. tom. 5. p. 472. vocatur Robertus ſeu Rupertus*, vir eximiæ ſanctimoniæ.

b *Ferunt Acta SS. Viti & Sociorum, corpora eorum in Lucania eſſe condita a Florentia ad fluvium Silarum, in loco, qui dicitur Marianus. Vide tom. 2. Junii, pag.* 1015. *Antiquiores & probatiores Martyrologi, Pugiles hoſce Siciliæ adſcribunt, nulla de Lucania facta mentione. Conſule Obſervationem Sollerii ad Martyrologium Uſuardinum die* XV. *Junii.*

c *Notat Velſerus hic, multis iudiciis fieri credibile, ordinem in his miraculis eſſe perturbatum; atque iſtud credit collocandum infra nu. 20. in quo* F
fragoris hujuſmodi fit mentio.

d *Eſt* Ridlingen *in Suevia ad Danubium prope Wertam. Pagus alius, vulgo* Riedlingen *jacet apud eumdem Danubium, leucis aliquot ad Ulma.*

e *Monet Velſerus, apparere hic eſſe principium alterius commentationis.*

f *Ponit Bruſchius de Monaſt. electionem ejus* 1126. *obitum* 1151. *cum elogio.*

g *Inter alia hujuſce generis, in hiſtoriis Sanctorum obvia, illud imprimis ſingulare, quod de S. Hieremię ſepulcro refert Martyrologium Romanum; ad quod* ſepulcrum fideles (ut refert S. Epiphanius) ſupplicare conſueverunt, indeque ſumpto pulvere, aſpidum morſibus medentur.

h *Natus eſt juxta Chronicon Langii anno* 1040. *Topographia monaſterii Geſitzenſis, teſte eodem Langio, vult, hunc fuiſſe non Fridericum ſeniorem, & fundatorem iſtius loci, ſed ejus filium.*

i *Ita dictus, quia longam barbam nutriebat, teſte Hiſtoria Erphesfordenſi de Landgraviis Thuringię apud Piſterium, cap.* 12.

A D

DE S. PROCOPIO ABBATE CONFESS.

PRAGÆ IN BOHEMIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

§. I. Cultus ſacer, reliquiæ, translatio, dies annuæ feſtivitatis ac mortis.

ANNO MLIII. *Gloriosus Chriſti confeſſor & abbas* Procopius, *non martyr (qualis a Menardo perperam vocatur in ſuo Martyrologio, Kalendis Aprilis) a Greveno ita annuntiatur:* In Bohemia S. Procopii abbatis & confeſſoris. *Greveno conſonat editio Lubeco-Colonienſis eodem die, de qua vide præfationem Martyrologii Uſuardini. Inter feſta propria archidiœceſis Pragenſis, annua* S. Procopii *memoria recolitur ſolemni ritu duplicis primæ claſſis cum Octava, adjecta ibidem hac propria oratione:* Plenam in nobis, æterne Salvator, tuæ virtutis operare medelam, ut qui præclara B. Procopii, Confeſſoris tui, merita veneramur, ipſius adjuti ſuffragiis, a cunctis animarum noſtrarum languoribus liberemur. *Subſequuntur lectiones propriæ, quas huc tranſcribere non duco operæ pretium. Eaſdem Bohemiæ ſanctæ inſerunt Bohuslaus Balbinus noſter.*

Cultus ſacer ex Martyrologiis;

B

2 *Porro in diœceſi Olmucenſi* S. Procopius *celebratur ritu duplici. Veneratio ejus per regnum Bohemiæ longe lateque eſt pervulgata, adeo quidem, ut laudatus mox Balbinus ſcripſerit ſequentia ad præſens inſtitutum:* Multæ per Bohemiam eccleſiæ S. Procopii nomine appellantur, Celebris eſt in minore urbe Pragenſi, quam in ſuo nomine dedicari S. Procopius per quietem, Sulislao & Dobromiæ conjugibus anno MCCXIII. apparens, juſſit, ab ejus domus limine Pragam eſſe vocatam, & primam hanc domum Pragæ ſtetiſſe affirmans. Eam igitur domum in eccleſiam pii conjuges convertere, & Daniel II. Epiſcopus Pragenſis,

celebris ejus memoria in Bohemia

C

Przemylao Ottogaro I. Rege cum proceribus præſente conſecravit. Ejus ſacrum corpus in cœnobio Sazavenſi, quod tum raros aut nullos habebat cultores, deliteſcens, anno MDLXXXVIII. XXVIII. Maii Pragam translatum eſt. Intulit in tumulum in eccleſia collegiata omnium Sanctorum in arce Pragenſi Martinus, Archiepiſcopus Pragenſis, ſolennibus ceremoniis, præſente Rudolpho ſecundo Imperatore cum numeroſiſſima procerum corona. Sed jam ante aliquot ſecula Sancti Procopii ſolennes reliquias habebat eccleſia metropolitana Pragenſis: unde in ejus Martyrologio ſic legimus: Quarto Nonas Julii canonizatio Sancti Procopii abbatis & confeſſoris, patroni regni Bohemiæ, miræ ſanctitatis viri; cujus brachium habetur in eccleſia Pragenſi, *Ita ille;*

reliquiæ ejus;

3 *Crugerius noſter in opere, quod inſcribitur* Pulveres ſacri, *ad diem* IV. *Julii, occaſione canonizationis* S. Procopii, *a qua in pertexendis ejuſdem Sancti præconiis exordium ducit, ſic loquitur:* Ab ea porro canonizatione cœptus eſt ſolennius coli in Bohemia, tamquam univerſalis regni patronus, & ejuſdem brachium Pragenſi tum tantum Cathedrali eccleſiæ extraditum eſt a Benedictinis, ut velut anguſto pignore toti orbi ſtrictius obligaretur illa eccleſia, & regnum illo defenſionis membro fortius defenderetur. *Atque hæc quidem de* S. Procopii *cultu. Ad reliquias ejus ac venerabile corporis depoſitum, quod attinet; jam tum ex incidenti, ut vocant, nonnulla de hoc argumento prælibavimus ratione cultus ſacri. Prædicta aliquantulum illuſtrari poterunt ex iis, quæ ex præfato Crugerio ſubnectimus. Locutus igitur de brachio paucula, quæ citavimus, ſic deinde pergit in hæc verba:* Ceterum reliquum corpus remanſit Sazavæ in templo monaſterii, ac perrexit ingentibus miraculis ibidem coruſcare. Aliquorum in ſuo Chronico recordatur Hagecius, adjutus utique veterrima Legenda. Sed abbreviavit ſe circa hæc prodigia manus Dei ſub Ziſiskiana diſturbia, imprimis ob hæreſim, deinde etiam ob barbariem, quam in hanc ipſam eccleſiam ac accolas Benedictinos, ferro ac flamma exercuerunt hæretici Bohemi. Ab inde tamen annis CLX. & ultra, inhonorum quamvis, ſacrum cadaver Sazaviæ quietem continuavit: donec illud Martinus II. Archiepiſcopus levandum è veteri tumulo judicavit, & Rodulphus, paris numeri Cæſar & Rex, ad omnes Sanctos in regium ſacellum transferri imperavit. Contigit prima diſturbatio ſub annum Domini MCCCCXXI. probabiliter. Alterius translationis nempe ſolennitatem vidit ad finem ſuum prælapſum ſeculum.

ejus reliquiæ ac translatio;

E

F

officium adnitentes;

4 *R. P. F. Joſephus Dietrich, monaſterii B. V. Einſidlenſis apud Tigurinos monachus profeſſus, litteris menſe Octobri, anno* 1673. *datis, inter alias, quas pro Sanctis ſubmiſit, obſervationes, de* Sancti Procopii *particula ita meminit:* Die 1. Aprilis celebramus feſtum S. Procopii abbatis, Ordinis Sancti Benedicti, de quo & Bucelinus agit, de quo habemus officulum unius circiter palmi longitudine, quod ſemper ſpirat ſupernaturalem ſuaviſſimum odorem, ab iis ſolum perceptum, quorum conſcientias non accuſat mortale peccatum, quod probavit longa experientia, & peregrinorum in hoc fidem facientium confeſſio. *Eſt nos penes, typis cuſus anno* 1679. *Catalogus SS. Reliquiarum Carliſteinenſium, quæ a Carolo Quarto, patre patriæ, magno ſtudio, nec minore pietatis zelo, conquiſitæ, & in arce regia Carliſtena, ſacello Sanctæ Crucis, ſeu regiæ coronæ, per duo & amplius ſecula recondite, ac demum anno* 1645. *die* XX. *Auguſti, ex mandato Ferdinandi III. glorioſæ memoriæ ad ſanctam Metropolitanam Pragenſem eccleſiam translatæ, in ſacello S. Venceslai, ad altare majus, in area*

ſequam Patres;

ele-

A *elegantissimi operis, eo ordine, quo hic exprimitur, asservantur: sequuntur suo quoque ordine reliquiæ, atque in capsula ossea memoratur contineri præter alias aliorum Sanctorum partes insignes, pars quoque insignis S. Procopii abbatis. In alia classe præfixi catalogi fit mentio de brachio S. Procopii, an hujus nostri, an alterius, non divino.*

Miracula patrata

5 *Sed nunc ad miracula, quibus Sanctus noster, tam vivus, quam mortuus claruit, pergrediatur oratio. Sunt enimvero numero multa, ac dignitate præstantia, prout intelligi dabitur è vita, in qua postmodum singillatim ea proferemus. Apposito Trithemius lib. 3. de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti, cap. 315. sic statuit; Procopius* qualis quantusque fuerit, multorum miraculorum ostensione declaravit, de quibus in gestis ejus, o lector, poteris informari. *Præter hæc, aliud miraculum delibo ex Dubravii lib. 7. historiæ Bohemicæ, ex quo illud etiam Mabilio inseruit Actis Bened. sec. VI. part. 2. pag.* 48. Igitur cognoscens Procopius, frustra secretum a se, fugamque hominum quæri, occultandi sui finem fecit, ac paullo post sacræ sectæ assectatores in contuberB nium contrahens, sacra cum illis & munus vigiliarum, precumque & jejuniorum obivit; ramensi nihil in juventa ægrius, quam famem tolerare. Ob quam rem præside Breunovienſi aliquando indignante, atque id agente, ut abductum in agrum, jejunare propter cibi inopium usque ad horam præstitutam cogeret, Procopius famelicus, conspecta arbore corno, suspirare intimis pectoribus, conqoerique de hyeme incipit, per quam videlicet fieret, quo minus id temporis cornæ esui matura reperiret. Induit subito ad suspiria ejus arbor & folia & fructus, convertitque rei novitate in se omnium oculos. Sed & Procopium mirabantur tam avide in oblatos fructus invadentem. Atque ab eo tempore indulgentius in continuandis jejuniis est habitus, donec processa temporis & ætatis rabidam orexim, consilio atque ratione summoveret, abstinentiamque deinceps sic coleret, ut illius exemplum se ipsum aliis præberet. Non solum autem superstes, verum etiam in sepulcro dormiens, multa & præclara edebat miracula. *Interea undenam acceptum sit hoc miraculum, fugio quærere, fidem ejus relinquens penes dictum auctorem.*

C

ex re nata vel;

6 *Nec sane ab instituto nostro abhorrent, quæ de corporis Procopiani, tametsi absentis ac loco disjuncti virtute, prædictus Crugerius Sacris suis exuviis insperſit, dum narrat*, Etiam sacro eadavere absente, præsentiam maledictionis Procopianæ palpabilibus pœnis & infortuniis, malos possessores ditionum monasterii sensisse. Sunt, *inquit*, in scriniis meis adnotatæ familiæ, è quibus aliæ pauperiem extremam incurrerunt; aliæ detrimenta in visu passæ sunt; quædam post se proles mullas reliquerunt; frequentius ex his nonnulli, pedibus casu fractis, incedere nequiverunt. Hoc mirissimum, quod, postquam non ita pridem quispiam fecit, ut videbatur, satis, sed non, ut ita dicam, ad materiam satissime, infortunio pari involutus sit.

patrocinia

7 Ceterum ad canonizationem ... juverunt plurimum beneficia, pea ipsum è cœlo indigis præstita, per quæ nimirum constitit imploratibus, cujus apud Deum Patronus, & solennissimus beneficator Procopius esset potentiæ, & in impetrando efficaciæ. *Tum modicis periodis interpositis sic pergit:* Ostendit se ipse Procopius ... cœlestem auxiliatorem sub annum Domini MCCLX. maxime, quando depugnanti regi Ottogari exercitui in Hungaria contra infinitam Cumanorum Tartarorumque multitudinem una cum SS. Wenceslao, Adelberto, ac quinque Martyribus Benedictinis, suppetiarius apparuit, & a probabili excidio ac occisione, gentem Bohemam eliberavit. Nempe perieramus, numero nimis impares; & licet Ottogarus victor plerumque & triumphator duceret, tamen occidissemus: ducenta prope millia barbari excesserant, nostri vix XX. millia numerabant.

D AUCTJ. P.

8 Sed hæc auxiliatorum manus cœlo allata, *victoria probatum*; ut ex Hagecano epimicio clarum est (aspectabiles fuere omnes insinuati Cælites in aere) barbarorum Cumanorum præcipue, & qui eos advocaverunt in auxilium Hungarorum, occisionem & ingentes acervos cadaverum effecerunt. Ingentis afferit Dubravius ac Hageeus ex Pulckawa fere coævo, vel non multum distante auctore, sunt assertores. Et hoc ipsum versu elegante expressserunt Patres societatis Jesu Clementini, quando Ferdinando III. primum Pra- E gæ coronato, ex historiis Bohemicis desumpta materia magnifice applauserunt.

ipsum;

9 *Quid, quod ipse Ottogarus, Bohemiæ rex, ad Alexandrum Romanum Pontificem, hujus nominis IV. præfato ann. 1260. die* VIII. *Octobris Praga epistolam dederit, qua longe gloriosissimum, Dei exercituum favore, nec non sospitantibus jam memoratis Bohemici regni Patronis, ab hostibus immanitate barbaris, ac multitudine prope innumerabilibus, partam victoriam significet. Epistolam illam Chronicis suis Bohemicis inseruit, & latino sermone donatam publici juris fecit Bohuslaus Balbinus jam allatus, tomo* 2. *citatus pro ea Ms. Codicem capitularis ecclesiæ Pragensis,*

& ejus-dem.

10 *Adde, quod in eodem epistolato Ottogarus dicat exponat apparitionem seu auxilium, in quavis* nobilis & devotus, omnimodis fide dignus, Joannes miles filius Swoislai, eum in domo propria ægrotaret, *fertur vidisse dictos patronos, & victoriam, adspirante cœlo, deportatum, numeris absolutam omnibus, & adjunctis, quæ loco jam assignato videri possunt. Mirabili quoquovia flygnos hostes imperio valuisse nostrum Sanctum, prout etiam in picta, auctor est Balbinus sæpe nominatus:* Dæmones malos, *inquit*, sic in officio continebat, ut saxa arare cogerentur, cujus laboris dæmoniaci, hodieque in petris prope ejus antrum superstant vestigia, & arationes, quas ipse vidi. Illud etiam mirum, pietati orationi suæ obstrepentes, abire jussisse, neque umquam amplius in ea vicinia comparere. *Ita ille, nullum adducens testem.*

Imperium in dæmones & obitus, F

ipsum;

11 *Quemadmodum de anno, quo Sanctus noster vitam hanc mortalem cum immortali commutavit, sane inter rerum Bohemicarum scriptores, quam alios, qui gesta Procopiana ex instituto tradiderunt, satis convenit, congruenter apographo nostro, excessisse ipsum è vivis, vel anno Christi* 1053. *vel circa, referentes; ita de die, quo corporis compage soluta est, dissentiunt. Vita apud Surium & Molsionem, eum consignat Kalendis Aprilis. Quam sequuntur Bucelinus & Menardus. In vetus compendio Ms. è codice Cartusiæ Coloniensis, quod plane concordat cum compendio monasterii Salvatoris Ultrajectini, de quo passim dicitur Procopius* migrasse ad Christum VIII.

A Auct. J. P. Idus Julii. *Idem Bucelinus eodem die ipſum enunciat*, qua, *inquit*, ab Olomucenſibus ob ſpectatiſſimam ſacri corporis translationem, feſtivitas ejus ſolenniter celebratur. *Menardus agit etiam de eo, die 2. Julii, ut qui tunc ſanctorum Confeſſorum ſodalitio adſcriptus ſit; cum tamen quarto Nonas Julii id contigiſſe, aliunde ſatis conſtet. Quid plura? Res eo redit, ut, teſte Mabilione in Obſervationibus prævius vitæ Procopianæ*, Variis diebus in variis Martyrologiis feſtivitas Procopii celebretur. *Perperam ſcribit Gonnius, monachus Cæleſtinus, in Notis ad vitam & ſententias Patrum Occidentis:* De eo *Procopio* Martyrologium Romanum cum Baronio Kal. Aprilis, *cum ne vel ſyllaba ibidem de* S. Procopio *reperiatur.*

dies obitus non 1. Aprilis, 12 *Quæritur nunc de die obitus. Mabilio ſtatuit*, Præferri debere videri vitæ prolixioris auctorem, cui conſentiunt Menardus aliique Benedictinorum faſtorum ſcriptores, *atque adeo cenſet probabilius ipſum obiiſſe Kalendis Aprilis, ſecutus diem vitæ, a Surio editæ;* cum, *ut dicit idem auctor*, B. Procopii vitam ex eodice Ms. prout antiquitus exarata fuit, ei habere B non licuerit, *coactuſque fuerit aliis ſubſidiis deſtitutus*, proferre eam, quam ex Ms. codice partim ex annalibus Bohemorum a Nicolao Salio Pragenſi conſarcinatam adoptavit Surius ad diem 17. Julii.

ſedes Mart. 13 *Sed in exemplaribus noſtris quatuor Mſs. de quibus paulo poſt, dies dicti obitus ſignatur* VIII. *Kalend. Aprilis; quorum fido ductu, putamus veriſimilius hunc eſſe verum ac genuinum diem mortis. Et quid ſi antiquitus in exemplari, quod ſequi ſe ajebat Mabilio, etiam dies illa expreſſa fuerit*, VIII. Kal. Aprilis, *qui poſtea, extrito fortaſſe numero* VIII. *tranſierit in* Kalendas Aprilis. *Requieſcit corpus* S. Procopii *Pragæ in medio eccleſiæ omnium Sanctorum in arce, elato ejus ſepulcro, & inſtrato pretioſo panno rubeo. Supra extenditur machina lignea, multis calumellis ſuninæ, diſpoſitis per intercolumnia ſtatuis. Atque in primo quidem loco poſt altare, hoc eſt in conſpectu celebrantis*, S. Procopii; *tum SS. Viti, Norberti, Ludmillæ, Sigiſmundi, Joannis Nepomuceni, Adalberti & Wenceslai, ut ſcripto notavit Januagus noſter, qui ea vidit, Pragæ exiſtens.*

C

§. II. Apographum, quod hic damus; vitæ compendia ab aliis edita; Mſs. noſtra hic ſuppreſſa.

De Ms. Pragenſi, P*Rodocendum a nobis loco primo manuſcriptum Pragenſe eſt, a Magiſtro Joanne Scholtz excerptum e codice, cui titulus* Sermones de Sanctis, *nec non cum autographo ipſo collatum, anno* 1642. *ad muſeum noſtrum tranſmiſſum. Habet, cur ab antiquitate commendetur: quo nullum fortaſſe aliud vetuſtius proferas. Utpote quod a Scriptore, Sancti coævo, concinnatum ſit. Quod Sancto convixerit, conficitur non tantum ex prologo, vitæ meæ dandæ præfixo; neu, ut quandoque ſit, alterna manu poſtliminio adjecto, verum etiam, ab ipſo Auctore contexto, in quo Auctor, captata Severi Epiſcopi, quem affatur, benevolentia, corrigendum ipſi commiſit, quidquid de vita ac moribus* S. Procopii *dicturus eſt. Traditur is a Bohuslao Balbino parte altera Miſcellan. dec. 1. lib.* IV. *par.* 2. *de Epp. Prag. ſediſſe annis* 38. *obiiſſe anno* 1067. XII. *Decembris, vel juxta Peſſinæ calculum*, IX. *quem & Sancto noſtro exequias perſolviſſe, memorat Vita noſtra cap.* 3. *Idem Severus*, viri ſanctiſſimi *titulo decoratur ab dicto Balbino, qui etiam illius geſta deſcripſit. Verum, ut ad Ms. noſtrum revertamur, partus eſt non unius ſcriptoris. Nam vitæ, a cœvo Auctore uſque ad narrationem de Sancti obitu continuatæ, ut puto, ſcriptæ, nonnulla aliunde adjecta fuiſſe, quæ poſtero tempore evenerunt, colligitur manifeſte ex hiſtoria canonizationis, anuis circiter* 150. *poſt Sancti obitum peractæ, ut narratur in Vita cap.* 4. D

15 *De vitæ exemplaribus hæc occurrunt. In prima Surii editione nihil lego hac die de* S. Procopio. *Vitæ compendium, partim ex Annal. Bohemorum, partim ex antiquo Ms. collectioni Sanctorum inſeruit Moſander, a qua tranſiit ad tertiam editionem Surii; & deinde ad Mabilionem in Act. Bened. ſec.* 6. *part.* 2. *pag.* 42. *Si dicta vitæ compendia cum vita mox a nobis danda conferas, indicia invenies, unde judices, unum omnes redolere fontem. Stylus diſcrepat; qui, ut in compendiis fieri debet, apud Moſandrum contractior eſt, quam in noſtro Ms. quorum Auctores, ut refert Mabilio in Obſervationibus prævijs ad vitam* S. Procopii, *melius* hac in re conſulturi *fuiſſent* rei litterariæ, ſi eam, prout in codice habebatur, poſteritati commendaſſent. *Miraculorum, poſt Sancti mortem patratorum, narratio brevior & contractior eſt apud Surium; in Ms. noſtro prolixitas major & ſimplicitas; apud quem præterea nonnulla prætermiſſa ſunt; nimirum Prologus Auctoris; viſus cæcæ reſtitutus; exequiæ ſancti Abbatis a Severo celebratæ, ut ſupra dictum fuit; adituus a ſomno excitatus atque officii commonitus.* *vitæ compendia,* E

16 *Apographum, præter illud, quod dabimus, aliud habemus, vitæ epitomen complexum, ex Mſs. Blaburenſi pergameno in folio regali, Paſſionali ſanctorum decimo exſcriptum, & per Joannem Gamans ſtudioſe collatum* 1638. *ut in dicto apographo adſcripſit idem Gamanſius. Cum hoc plurimum convenit exemplar aliud, ex Ms. Pragenſi, deſignato ab eodem Joanne Gamanſio, curatum deſcribi a P. Joanne Bapt. van Hollandt, ſereniſſimi* F *Archiducis Leopoldi, olim Belgarum pro Rege Catholico Gubernatoris, arcanorum conſcientiæ moderatore; miſſum die* 19. *Julii* 1641. *a Magiſtro Joanne Scholtz; quod in apographi involucro indicatur exſtare in Ms. Blaburano. Denique ad manum quoque eſt apographum ex Ms. Ultrajectino Monaſterii S. Salvatoris, quod, ut dixi, concordat cum compendio, a Mabilione vulgato. Sufficiet hic typis commiſiſſe unum vitæ exemplar incerti Auctoris, de quo numero* 14. *ab eodem, ut præfatur ad lectorem, è Slavonico idiomate in Latinum converſum; quod quo nerit, omnia alia nerit, hic a nobis ſuppreſſa; adeo parum aut nihil illa continent, quod in dicto noſtro exemplari non contineatur.* *Mſs. noſtris*

17 *E Folio antiqua impreſſionis, in lectiones pro horis canonicis diſtributo, excerpo antiphonas proprias ad Magnificat:* Sancte Confeſſor & Patrone noſter Procopi, pro cujus meritis Deum glorificamus, apud illum pro nobis te intercedere ſentiamus. *Alia ſic habet:* O Procopi, Confeſſor Chriſti glorioſe, Patrone Bohemorum preciose, per tua ſancta precamina, noſtra, rogamus, dele peccamina. *Memoratum* *& Antiphonæ propriæ.*

A *moratum exemplar impreſſum complectitur inſuper hiſtoriam canonizationis, in quinque lectiones diviſam, e cujus collatione cum apographo noſtro, nonnulla in eodem correcta ſunt; quod tamen ipſum jam dictum impreſſum exemplar male ponit canonizationem contigiſſe* anno milleſimo ducenteſimo quarto Non. Julii; *pro quo lege cum Vita mox danda,* MCCIV. IV. Non. Julii.

VITA

Auctore anonymo coævo, *ex Ms. Pragenſi.*

PROLOGUS.

B *Auctor ſuæ operis ſuæ confilus*

DOmino ſanctiſſimo Severo, ſummi gratia Opificis, ſanctæ Pragenſis eccleſiæ, ſecundum utriuſque hominis habitum, decentiſſimo Pontifici, ac ſuæ ſanctitatis licet inutilis ſervus, ſic in præſenti agere, quatenus futuræ beatitudinis mancipatum cum Sanctis valeat obtinere. Dum mentis meæ ſagaciori ſpeculatione ſanctæ veſtræ dignitatis excellentiam, & meæ perſonæ intueor indignitatem ac ruſticitatem, ad præſumendum de veſtra pia benignitate, Præſulum ſanctiſſime, aſſurgere minus audeo. Siquidem parvitatem meam infra menſuram ſuam ſe debere continere, dignum tutumque æſtimo, nec tam inſignis reverentiæ Domino meam nugacitatem ſeu præſumptuoſam fatuitatem verbo vel ſcripto ingerere. Sed quia tanta lege vis neceſſitatis conſtringitur, ut plerumque etiam difficilia & impoſſibilia imperet; ea utique, ratione dictante, & ego compellor extra me ire ſupra me, dum tantillus homuncio, tamque contemptibilia perſona, veſtræ ſanctitatis excellentiæ, parvitatia meæ negotium exponere conor.

C *ſubmittit hanc vitam cenſuræ Epiſcopi,*

a Coactus ſiquidem crebra fratrum petitione hiſtoriam de vita & commiſeratione beati Patris Procopii, quamquam id vires meas ſcirem excedere, litterali ſerie contextam, veſtræ ſerenitati præſentandam, dignum exiſtimavi, juſtum & cautum fore perpendens, nihil me in hoc opere debere ex mea parvitate præſumere, quod non veſtra prius fulciatur & roboretur auctoritate. Vel etiam ideo, quia ejuſdem Patris vita vobis haud minus fuit cognita, qui ſancti veſtri præſulatus tempore, præſentis vitæ curſum feliciter duxit, felicius ac laudabilius, divina favente clementia, conſummavit, cujus etiam ſepulturæ exequiis in perſona veſtra, pro exhibendo piæ humanitatis officio animæque ſuo Domino commendatione, intereſſe gratum habuiſtis.

particulari ſalem cenobio prælegendam,

3 Humiliter igitur ac confidenter ſupplico, quatenus ejuſdem opuſculi textum, utique Eccleſiaſtico uſui, nec alibi niſi noſtro tantum cœnobio neceſſarium vobis coram recitari faciatis. Et ſicubi, quod facile imperitis evenire ſolet, rectitudinia lineam vel in materia, vel in dictatu exceſſerim; veſtræ dignitatis cenſura ut corrigatur, & noſtræ Congregationi, veſtræ auctoritatis gratia, perpetuo retinendua commenderur, efflagito. Igitur tam obedientiæ debito, quam fraternæ caritatis aſtrictus vinculo, immoque veſtræ ſanctitatis ac benignitatis fulcus patrocinio, in laudem & gloriam nominis Chriſti, ad commendandam tam mirifici viri memoriam, univerſis ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, vitæ ejus meritum ſcire volentibus, totius materiæ hoc aſſumpſi exordium. D EX MS.

4 Omnia laudem pſallat noſtra monachorum concio, pſallant rudes, pſallant ſenes concordanti jubilo: Jeſu Chriſto grates reddat omnis vacua otio; Jeſu bone, Chriſte pie, nos rogamus tuere. Auge lumen noſtri ſenſus, intellectum perfice, nil te ſine quimus umquam nos per ipſos facere, vitam patris Procopii propagare tribue, prædictatum per ſermonem tibi fiat gloria, par cum Patre cum Pneumate, laus & pietas inclyta, decus, ſalus, perpes honor, virtus omnifaria, nunc & ſemper & ubique pia benedictio. Cunctis horis & momentis gratiarum actio, qui ſalvare nos dignare per omnia ſecula. *ad laudem Dei.*

ANTIQUI TITULI. E

INcipit prologus ad Severum, Pragenſem epiſcopum de vita ſancti ac venerabilis Procopii, noſtri Patroni.
Incipit proœmium de vita S. Procopii.
Item ſequitur prologus ad lectores.
De vita ejus.
Incipiunt miracula S. Procopii.
De liberato homine a Spiritu immundo.
De muliere curata ab oculorum dolore.
De migratione Udalrici ducis hujus ſeculi.
De correptione cujuſdam fratris, qui pro humanæ laudis appetitu, Miſſam non ſolito feſtivius celebravit.
De tranſitu beati viri Procopii.
Qualiter beati Procopii prophetia ſit impleta.
De vocatione Viti abbatis de exilio.
De congelato flumine in media æſtate.
De muliere liberata ab infirmitate.
De fure per præſentiam Viri Dei liberato. F
De furibus, qui pœnitentia ducti, rea ſublatas reddiderunt.
Cujus mox Viri Dei verbo fur captus, res, quas tulerat, reſtituit.
De admonitione cujuſdam mulieris, qualiter curari potuiſſet.
De muliere a cippo liberata.
De muliere ſanitati reddita.
De aperitione canonizationis S. Procopii.

CAPUT I.

Procopiani nominis etymon; allocutio ad lectorem; Sancti natales; educatio, canonicatus, virtutes; aqua in vinum converſa; exſtructum monaſterium.

PRocopius dicitur, quaſi procus pius a, eloquio litterali, ſicut in ſequentibus patet per effectum geſtæ rei. Nam pietate ſuæ caritatis, procus pius fuit, ſermone veritatis zelum gerens animarum propter eum, quem dilexit. Item ex Sclavonico nomine mutat ſui nomi- *Proœmium de ejus nomine.* a

nis

A mis expoſitionem, quia in latino perfodiens
EX MS. muncupatur. Nam & hoc concordat ſuis etiam factis, quando dracones ſulcavit, fodiens cordis ſecreta, in quibus quidquid boni operis potuit ſeminare, rorem ſancti Spiritus petunt ſuppliciter irrigare, ut fructus ſeminis poſteris poſſet pullulare, demum ſic eveniens, divinum auxilium ad ſuum & omnium adjutorium poſſet inclinare, & ſic per incrementa & momenta dierum, incrementum fidei in ſuis exemplis & in aliis valeat confirmare; quod nunc patet, & patebit viam juſtitiæ ſequentibus, & ex nunc viventibus per ſuos ſequaces: fodit arva dura, quando corda dura zelo caritatis divinæ clementiæ ſuſcitantur, & ibidem ſani, debiles, ſenes, juvenes, & virgines confluunt. Nec eſt finis vel numerus ad ſepulcrum currentium, prout currunt hodie, ad idem venientium, ut a morbo ſeminis mali vitiati valeant relurgere, nunc inveterati; per quod patet expoſitio nominis prænotati, quia prius corda dura tetigit modernorum,
B frangit ſine vulnere doloris, fixit & transfodit, ut per auxilium divinæ clementiæ omnes ſic curentur, ne inſultu dæmonis aliqua parte ſui vitientur.

Prologus ad lectorem.

6 Benedicta ſit pia ſacroſanctæ Trinitatis & individuæ unitatis prædeſtinatio, ternam rerum machinam gubernans, quæ non perſonæ acceptionem, ſed coronat bonæ voluntatis devotionem, ex omnigenis ſcilicet mundi tripartiti tribubus & linguis, unitatem corporis ſanctæ matris Eccleſiæ conficiens, cujus gratia dictante & donante, qualiter in corporis vita, armatura Dei agonizans in Chriſto beatus Abbas Procopius perſeveraverit, & quam optime initio ſuo finis concordaverit, licet imperito omnino ſtylo, tamen prout Auctor & Fons luminis inſpirare dignatur, contemplationi fidelium ſeriatim tradam. Efflagito autem, ne quis, ſi quampiam incongruentis ſcrupuloſitatem litterationis indagaverit, ineruditioni meæ & temeritati imputet ſeu faſtidiat, ſed potius ignoſcendo condeſcendat, quamquam ſiquidem ſtylus ſimplex & omni ex parte nullus ſit prærogativis artis litteratoriæ; Deo tamen omniſcio teſte, hiſtoria veridica, de Sclavonicis litteris in latinitatem translata; cujus materiam ſuccincte adorior explicare.

C O felix, gaude Procopi ſancte Patrone,
Immortale decus vitæ meruit tuæ virtus.
Clauſus progrederis, fratres clauſtrumque tueris.
Aba benigne, loco Dominus quos collocat, ito,
Ipſorum præſto nunc & ſemper memor eſto,
b Orans pro cunctis, alme patrone, tuis *b*.

S. Procopii natalis.

7 Beatus Procopius, natione Bohemigena, ex ingenuis parentibus, &, ut ſibi ille ſapientiſſimus Salomon optat, nec divitias nec paupertatem patientibus, ſed mediocriter rectèque viventibus ac Deum diligentibus, eſt procreatus. Cujus origo extat ex quodam territorio, cui nomen vulgariter eſt Chotim. Qui nimirum ab ipſis infantiæ rudimentis Deum, fontem vitæ, ſitiens, & caduca quæque deſpiciens, magna meritorum prærogativa cœpit eminere, multis virtutibus ſagaciter ſtuduit fulgere. Incipiebat enim tunc inter cœtaneos converſari, timorem Dei habere, honorem parentibus deferre, laſcivitatem declinare, ac in D
quantum poſſibile, tali adhuc erat ætati in corpore, motu, geſtu, inceſſu foris oſtendere, qualis habitus formabatur per Dei diſpenſationem intus in mente.

8 Videntes autem hujus præclari genitores pueri, tantam gratiam Dei in eo rutilare, commendaverunt eum in caſtro Viſſegradenſi Magiſtro liberalium litterarum ſtudiis, ut eorum informatione cæleſtibus inſtrueretur diſciplinis, ubi tunc temporis famoſum ſtudium Sclavonicæ linguæ vigebat. Ibique egregios magiſtrorum theoriæ quotidie carpebat fructus, cum verba, quæ in ſacris codicibus legebat, mox in opera cum Dei adjutorio vertebat. Hac itaque tam laudabili converſatione, Canonici prædictæ urbis, beatum Procopium videntes incedere, ipſum, licet renuentem ex nimia humilitate, in eccleſia ſancti Petri Apoſtolorum Principis, elegerunt in canonicum & ordinaverunt. Tum in prædicto officio conſtitutus, quantum perfectionem in ſe ipſe oſtenderit, longum eſt per ſingula enarrare. Non enim, ut alii canonici, commodum proprium quærebat, ſed ab eccleſia die noctuque non recedebat. Jam ſummitatem illius Jacob ſcalæ, virtutum gradibus aſcendendo tangebat, dum uſque ad presbyterii dignitatem gradatim pervenerat. Ordinatus vero presbyter, qualiter ſe humiliaverit, & quam ſe laudabiliter rexerit, quam vita ſua honeſta fuerit, nullo putamus dicendum ore.

inſtituitur litterarum, canonicatus, virtutes.

9 Nam omnes alii presbyteri hunc non canonicum putabant, ſed monachum; jam enim Dominum imitabatur, jam Salvatorem audiebat aure cordis, ſibi dicentem: Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me. Interea in mentem ſuam venit, qualiter relinquens mundum, & ea, quæ mundi ſunt, libere vacaret Deo; propoſitum ſuum divina revelatio admonuit, ut monachicæ converſationis habitum ſumeret. Jamque propoſitum ſuum firmans, a quodam religioſo monacho ordinem ſancti Benedicti aſſumens, & ab eo diligenter inſtructus, ſeceſſit ad provinciam ſuam, non ut parentes ſuos videre vellet, ſed ut eremi ſecretiorem locum expetens, Deum expedibiliter diligeret, ac ſecure laqueos ſatanæ evaderet.

fervidiorem.

10 Quæſivit plura per eremi aſpera monachorum loca; tandem pervenit ad quamdam ſpeluncam, quam mille dæmonia obſederant; quam felix pater aliquo tempore inhabitavit, ibique, quibus ſe poſſet tueri, obſtaculis virtutum conſtructis, contra canes vitiorum, & impetum ſpiritalium nequitiarum ac ſuggeſtionum, ſagittas ad petram, quæ Chriſtus eſt, orationibus, vigiliis, jejuniis allidens, viriliter pugnare cœpit. Prædicta ſiquidem ſpelunca a caſtro Kurzim * diſtat duabus leucis, quæ vocabulum a fluvio ibidem de ſubtus fluente, Sazava uſitavit. Ubi dum ipſe, a naufragio ſecularis tumultus liber, ac hominibus occultus, per multum tempus Deo indefeſſus agonizaret, pia divinitatis diſpoſitio civitatem in monte poſitam, abſcondi, & lucernam ſub modio minime latere poſſe, voluit.

P *vita ſolitaria.*

al. Kovocabulum.

11 Nam Summus opifex & ſpeculator omnium ſecretorum, Udalricum Ducem hujus lucernæ lumen ſic cernere conceſſit, Nam venandi gratia dum has alpes aggreſſus fuiſſet, con-

Coſmitatis.

A contigit, ipſum præ nimia laboris fatigatione, ſuos ſequaces una cum venatoribus & canibus reliquiſſe, & in eodem momento eervum, quem eodem die nuſquam ſibi viderat, occurriſſe. Quem dum animatus agilitate ſui corporis & cornipedis, quærens ultima, inſequitur, ventum eſt ad locum, in quo nunc felix memoria beati Viri celebratur. In quo loco Vir Dei, dum poſt orationem, operi manuum vacaret, & ramos unius quercus pro neceſſitate cæderet, poſt tergum ejus cervus poſthabitus ſaliit, vultumque contra vultum principis convertit, qui eum inſequebatur; & ſuis pedibus compoſitis, ſe poſt Patrem ſanctum collocavit. Quod mirum, ſtatim Dux admonitus, divinæ gratiæ revelationem ſentiens, arcum dimittens, quem vibraverat, chlamyde depoſita, humo proſtratus, quis & qualis eſſet, inquiſivit.

ad regimen monaſticæ diſſimatur.

B 12 Sanctus autem Pater, ut erat pius, more columbino, alloquio blando & humili, ſic reſpondit Principi: Indignus & peccator, ſervus tamen Dei ſum, militans ſub regula ſancti Benedicti. Qui ſtatim compunctus, ſalutaris confeſſionis & pœnitentiæ ſibi conſilium, eum magnis ſingultibus & ſuſpiriis dari petivit. Quo peracto, ſecum deliberans, petit pium patrem & modeſtum ſalutis ſuæ proviſorem, quatenus fratres ejuſdem religionis ſibi coadunaret. In cujus petitione Pater ſanctus ſubſiſtens ſub ſilentio, divinum auxilium ſibi adeſſe poſtulat, ut principis propoſitum compleret. Nec fit mora, ſed (qui) præ æſtu nimio quodammodo æſtuabat, petit, ad ſitim temperandam, a beato Viro alicujus potus copiam ad ſitis temperacula ſibi miniſtrari.

Convertit in vinum aquam,

13 Qui nihil aliud reperiens, quid ſibi opportunius miniſtraret, quam hanc aquam, quam ſuis uſibus obſervabat, in parvo vaſe miniſtrat. Sed mirum in modum, ſigno crucis edito, aquæ ſiquor nobiliſſimi vini ſe adinſtar commutavit. Quid mirum? ejus beneficio eſſe dignoſcitur, qui in Cana Galilææ hoc ſua potentia in primordio ſignorum ſuorum oſtendit. Stupefactus vero ibidem Dux, quod oculis ſuis viderat, & guſtu probaverat, ſe totum offerens Deo, conſilio beati Viri obedire pro omnibus peccatis ſuis ſpopondit. Nec fit mora. Vir ſanctus dat formam,

C ut eccleſia in honorem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Matris ejus Virginis Mariæ & omnium Sanctorum, ſub titulo beati Joannis Baptiſtæ fundaretur, fratrum conſortium coadunaretur, victus quotidianus miniſtraretur.

monaſterii fundatorem impetrat, cujus ſit abbas;

14 Qui obediens monitis & conſilio pii Patris, ad propria rediens, conſilio etiam ſuorum nobilium fultus, eccleſiam fundavit, fratrum conſortium coadunavit, propriis bonis eccleſiam ditavit; beatum virum Procopium, protectorem & rectorem hujus domus in Abbatem ordinavit. Hæc autem ordinatio facta eſt poſt partum Virginis glorioſæ anno Domini MIX. temporibus Henrici Imperatoris ſecundi, qui poſt Ottonem tertium, regnum Romanorum gubernavit; anno ſequenti, quo beatus Stephanus, Rex Ungariæ, claruit ſub præfato Duce Bohemorum Udalrico.

claret virtutibus;

15 Cæleſti itaque gratia diſtante, creſcebat adeo longe lateque per cuncta compita fama virtutum beati viri Procopii, multiplici ſermone diſcurrens, ut ad ejus opinionem catervatim provinciæ ejuſdem homines xenia offerrent, ipſiuſque orationibus ſeſe devote manciparent. Qui D caritatis flagrantia plenus, hoſpitalitate pie ex MS. ditus, prudentia ſancta decenter ornatus, caſtimonia purus, humilitatis modeſtia providus, temperantia clarus, humidantia zeli fideique plenus, qui ſermone prædicationis ſanctæ pectora audientium, ut imber temporaneus opportuno tempore infuſus, irrigabat, ac doctrinæ ſuæ vomere mentes utiliſſime reformabat. Pauperes denique tanta pietatis largitione ſibi divinitus ingenita ſuſcipiebat, tamque prona & læta famulatus ſolicitudine miniſtrabat, acſi manifeſtiſſime Chriſtus adeſſet, ut omnes territorii, ejus indu-
ſtria, mendici atque pyſandi * paſcerentur. Pro- * al. alii homines.
perabat equidem ad eum multitudo fidelium, habentes in deſiderio animi ſui, ſeculi litteris * re- * an. lucrari
nuntiare, ſecum fine tenus commanere; quod benigne amplectens, fovebat, ſicut gallina pullos ſuos ſub alis.

baſilicam & monaſterium ædificat.

E 16 Fabricavit igitur baſilicam in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ & ſancti Joannis-Baptiſtæ, & aggregavit ſecum quoidam fratres, vita & moribus religiosos. Quibus ſpiritualiter concordantibus, unanimi caritate monaſtica fieri moderamina & myſteria divina, juxta exemplar almifici patris Benedicti conſtituit. Ipſe vero minimus in minimis effectus eſt, cujus quantum prudens & efficax diligentia mentis, induſtriaque ac ſolicitudo, & quam pia caritatis affluentia erga fratres extiterit, nullo dicendum ore; quod non ſine gratia muneris Dei, qui eſt mirabilis & gloriosus in Sanctis ſuis, agebatur; qui quantum ſe diligentem hunc, diligeret homines, miraculorum patratione noluit ignorari.

ANNOTATA.

a *Pete meliorem etymologiam a græco προέρχεσθαι, id eſt*, progredior, *a quo* Προκόπιος, *id eſt*, qui progreſſum facit, *vel* cui res ſuccedunt.

b *Hoſce verſus nec apud Surium lego, nec apud Mabillonem; ſicut nec prologum, nec etymon nominis, nec alloeutionem ad lectorem.*

CAPUT II.

F

Alia S. Procopii miracula; mors ducis Udalrici; cenodoxia monachi a Procopio punita.

Novis mi-racuſis

TEmpore igitur, quo ex Romana conſuetudine inter Paſcha & Pentecoſten, auctoriſabili ritu, letania triduana jejunio celebratur, quidam homo, Memio * nomine, ardenti deſi- * Mabill. lege Memmo.
derio animi cupiens orationi proceſſionis ejus adeſſe, ad littus fluvii ſupra nominati venit. Hunc dum diu expectantem caſu nullus eſſet qui tranſveheret ad cellam ſancti Viri, & navis nullibi adeſſet, proceſſionis ſacræ myſteria interim tempeſtive ex more agere cœpit ſanctus Pater.

ad alteram fluvii partem tranſfert;

58 Ille vero puppim in altera fluminis ripa haberi conſpiciens, intima cordis ſuſpiria protraxit, hac voce compunctibili elamavit ad Deum, dicens: Deus, qui per electum tuum Procopium magnalia multa virtutum, ſanctis effectibus tuis operaris, quarum munificentia nos peccatores ad magnam fidei devotionem

ex-

A excellenter accendit, per ejuſdem etiam oratio-
ex MS. nes fac navem ex altera parte venire, quate-
nus merear particeps fieri orationis ejus deſide-
ratæ proceſſionis ad laudem & gloriam nomi-
nis tui. Hæc ut dixit, ſubito volatili impetu
puppis conto, quo affixa fuerat, ſubſequente,
ad eum pervenit, qui tranſvectus proceſſioni
deſideratæ interfuit. Qui cum ſancto Patri in
gratiarum actione recto ordine retuliſſet, re-
ſpondit ei, ne arbitreris propter me indignum,
ſed propter fidei tuæ devotionem, pietatem di-
vinitatis hæc feciſſe; nam ipſe ait: Si habue-
ritis fidem, ut granum ſinapis, omnia poſſibi-
lia erunt vobis. Hoc igitur admiranda Dei
potentia, ut fidei tuæ firmitas inconvulſa per-
maneret, miraculum oſtendit, qui eſt benedi-
ctus & glorioſus in ſecula ſeculorum. Amen.

liberatus a ſpiritu immundo.

19 Quidam homo ſpiritus immundi tanto con-
turbabatur furore, ut vix a fortiſſimis viris
contineretur, qui magnis vociferationibus per-
turbatiſque, immaniter perſtrepebat clamando.
Qui dum carorum ſuorum cura vinctus, pro-
B pe duceretur ad ſanctum Patrem, quo ſuis in-
terceſſionum precibus ſalvaretur, clamavit dæ-
mon, dicens; Quam injuriam facio tibi, Pro-
copi, & cur me ejicis? Et hæc dicens, vexa-
bat hominem acriter, quem beatus Pater, pœ-
nitentiæ jejunio indicto, uni ex fratribus com-
mendavit. Qui dum attentius orationi & ad-
jurationis inſiſteret, ſemetipſum autem pro eo
jejuniis & orationibus pervigil afflixit. Expleta
itaque ſeptimana, cum ipſe Pater ſanctus exor-
ciſmum ſuper eum ex more terminaret, viſus
eſt protinus immundus ſpiritus in ſimilitudine
nigerrimæ aviculæ ex ore ejus evolaſſe & ſuper
tectum eccleſiæ conſediſſe; unde perſeverante eo
in oratione, dicitur corruiſſe in terram, & quaſi
fruſtatim in quatuor partes crepuiſſe. Ex tunc
autem, ſuffragante gratia Dei omnipotentis in
homine illo nulla unquam in totius vitæ ſuæ
curſu dæmonis dominatio locum habuit.

fugati de ponte.

20 Cujus Viri Dei præſentiam dæmones fer-
re nequiverunt. Audita ſunt quoque die qua-
C dam dæmonia, in ſpelunca clamantia, ac voce
querulosa dicentia: Væ, væ! Ut quid Vir ini-
quus & impius habitat ſuper hanc ſpeluncam,
invidia plenus; jam maleficia ejus ſuſtinere non
valemus, ſed aſſumptis Mylobuſenſibus ſociis
diſcedamus in ſecretum deſerti lobetz *, ubi
numquam maledictus homo iſte nos inquietare
valebit, qui nos hic ultra habitare non pati-
tur. Quas voces dum Pater ſanctus audiret,
protinus loricatus ſigno fidei, ad locum, unde
hæ voces audiebantur, acceſſit, & cum ingenti
ſtrepitu, & validiſſimo clamore ea abinde ex-
pulit, ne ſuæ devotionis curſus impediretur.
Forſitan nobis hæc ſcribentibus improperabi-
tur, dicendo: Quia hoc carmen præſumptuo-
ſe & temeraria bacchatur; quod abſit; quia
etiam majora ad laudem Dei magnalia in ſe-
quentibus, ſi Deus annuerit, prò viribus diſ-
feremus.

* al. Lobek.

ſanat oculorum cæcitatem.

21 Multi denique vicinarum villarum incola
ad eum venire frequenter, & ſuorum lan-
guorum adjumenta impetrare ſolebant, quibus
ipſe, Magiſtrum humilitatis ſequens, intermi-
nabatur ſingulis, ne hujuſmodi opinio, eo vi-
vente, divulgaretur. Venit etiam quædam ad
eum muliercula, cujus viſum diuturnæ cæci-
tatis caligo infecerat, ſuffragia poſtulans, cu-
jus cum, fuſa oratione ad Deum, oculos ſanc-
tæ Crucis ſigno conſignaret, illico pignus lu-
minis accepit. Nullus equidem de dictis vir-
tutibus ſancti Viri debet dubitare, cujus re-
vera talis commiſeratio * extitit, ut merito
debeat virtutibus inſigniri.

D

* al. converſatio.

Ducis Bohemiæ vita functi

22 Circa hæc tempora Udalricus, Dux Bo-
hemiæ, de quo ſupra meminimus, migravit ab
hoc ſeculo, nec ad plenum, ut ſpoponderat
ſancto patri Procopio, monaſterium ſuum di-
taverat, nec adhuc idem locus Abbatiæ inve-
ſtitura pollebat; quia fratres cum eodem ſancto
Patre partim eremitice, partim cœnobialiter
vivebant; poſt cujus obitum filius ejus Bretiſ-
laus * regimen Ducatus Bohemiæ ſuſceperat,
cupienſque in omnibus, præceptis patris pare-
re, cum ex relatione quorumdam proborum vi-
rorum, de fama ſanctitatis beati Procopii, &
patris ſui promiſſi, quod cum eodem venerabili
Viro habuerat, ad plenum audiret; tripudio im-
menſo, ultra quam credi poteſt, cum optima-
tibus ſuis gavisus eſt; cujus ſeſe gratulabundus
commendavit orationibus, quem deinde præſa-
E tus idem Dux & primatus curialis Patrem vo-
citare uſui ſuo commendaverunt, quem etiam
paterna veneratione diligere decenter affectabant.

* al. Wratislaus.

filio suadet tuto

23 Unde idem Dux magnanimiter cum fa-
traparum ſuorum ingenioſitate perſpicaci pru-
dentique conſilio diſcretionis inito, eum ad ab-
baticæ inveſtituram deberi promoveri decrevit,
quædam cœnobiali uſui neceſſaria decenter co-
aptans, quædam pollicens, quæ tamen decen-
ter complevit. Ille vero ſeſe ceteris præferre
pertimeſcens, ſummo manſuetudinis humilita-
tiſque (emolumento) omnino recuſabat, ſemet
afferens imperitum hominem & indignum, ope-
ram obedientiæ minime ſubjectis impendere va-
lere, Deum, qui omnium occultorum ſolus
cognitor eſt, intimæ ſuæ inſpectionis teſtem
proponens, qui tamen omni temperamento
precum, omnique dilectionis admonitione atq
affabilitate optimatum victus, violenter
Abbas ordinatur in Pragenſi eccleſia, per Se-
verum Epiſcopum, in quo aptiſſime poſtmo-
dum gratia Spiritus ſancti requievit.

Procopius fit abbas.
* al. ſolitudine

F 24 Hic denique firma virtutum fundatus ſo-
litudine *, humilitatis quoque ac caritatis con-
ſtanti excellentia ſtabilitus, tam hilaris & af-
fectione benevolentiæ continens extitit, ut a
ſubjectis ſibi plus amori haberetur, quam ti-
mori, quibus tam publice quam ſigillatim ſa-
lutaria miniſtrare monita, multaque exemplis
priſcorum dogmata pigmentata, non deſiſte-
bat. In tempore quidem ſuo omnium rerum
opulentis non deſuit, qui tamen exercitio
manuum ſuarum laborum ſuſtentabatur, &
pauperum inopiam refocillabat atque in tri-
ſtitia poſitorum, curam ſubportans cunctо-
rum, eos, nti prudens medicus infirmos anti-
doto, paterno ſolatio recreabat, qui dum igi-
tur tam beatam vitam & illuſtrem duxit, vir-
tutum ſignis in templo Dei ceu ſol, uſque ad
conſummationem vitæ reſulſit. Quin imo ſan-
cti Pneumatis inſtructu, prophetiæ myſterio
claruit.

Patrem; ſanctis gloria capiendum,

25 Huic etiam operi inferendum dignum
duximus, quod idem ſanctus Pater popularis
laudationis favorem omnino fugiens, ab huma-
næ vocis glorificationibus aures obturabat, qui
tam præſentibus, quam ſecuturis aſſentantibus
vel

A vel laudantibus reprimens occaſionem, magnificentiſſimum exemplum præbuit. Erat ſiquidem ejuſdem ſancti Patris diffinitio conſuetudinalis inſtitutionis inter fratres ſtabilita, ut omni in dicta feſtivitate, ſicut & nunc in eodem loco conſtat, poſt Primam laicali vulgaritate, unus Miſſarum ſolemnia ex fratribus celebraret, quatenus tempeſtive unuſquiſque ad propria repedaret.

26 Unus ex congregatione, Miſſarum inſignia die quadam ſolennizans, digne egit, ſed vociferatione cantus & lectionis pronuntiatione, heu! male, quod facere non debuit (proh dolor!) ſeſe jactitavit, & a populo laudum extollentiam conſecutus eſt; qui diceret, eum ſicut unum ex Angelis Miſſam cantaſſe. Quæ res poſtquam ſancti Patris aures tetigit, debuit idem ſanctus Pater, quod fratrem ejus ea, illicita laudabilitate mortalium, in tantum tentavit elatio, ut mercede privatum, captivum teneret.

B 27 Unde extempln congregatis fratribus in *Severe paſſi-* unum, beatus Abbas adjudicat culpam illius *gat.* fratris in conventu fratrum, oratione propenſius admixta, publica dilui diſciplina, & regulari vindicta, quem tali increpatione arguebat, dicens: Dolemus, o frater cariſſime, quia per te ipſum mercedis tuæ fructum officii divini acquiſitum, affecta ex populari laudatione amittis; imo animam tuam per hoc detrimentum incurrere facis. Nam contra regulæ noſtræ diſciplinam, repertus es contumax ac prævaricator mandatorum Dei, per hocque a Domino interdictum eſt, ac non levis culpæ reus, humana laude delectari, cantaſti ſicut *Matt.* omnis * Angelus. Tace ergo proſtratus, virgarum flagella ſuſcipe, quatenus verberum amaritudo jactantiam (reprimat) mundanæ laudis, quam omnis Angelus tibi amputabit.

Claveſcis ſignis. 28 Enimvero idololatriæ vitium non effugiunt umquam, qui ex divino officio illicitum humanæ laudationis appetitum quærunt. Quando enim Dominum noſtrum, cordium, haud vocum, ſcrutatorem in abſcondito oramus, cordis tantummodo intentione & mentis devotione noſtras ei petitiones pandere, nobis expedit; ſic enim illius præceptum implere poterimus: C Ab ea, quæ tuo dormit in ſinu, clauſtra oris tui cuſtodi. Clareſcentibus autem his & aliis plurimis miraculis, beati viri Procopii meritis multi infirmi, cæci, claudi, muti, dæmoniis obſeſſi, captivi, per divinum auxilium & ejus orationes ſunt liberati, & offieiis priſtinis ſunt reſtituti. Qui dum igitur eam beatam vitam & illuſtrem duxit virtutum ſignis, in templo Dei ceu ſol, uſque ad conſummationem vitæ refulſit. Quin imo ſancti Pneumatis inſtinctu, prophetiæ ſpiritu claruit, præſagus futurorum.

Mortis ſuæ & malorum immanitatem præmunit, 29 Anno igitur Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti MLIII. ante biduum ſiquidem, ſuæ terminationem reſolutionis, revelante divinitatis gratia, præſcivit. Qui accerſitu bonæ qualitatis nepote Vitu, & filio ſuo piæ indolis Emerannio, ſeriatim expoſuit eis futura (ſicuti & poſtea rei comprobavit ſucceſſus) ſingultuoſe tali verbi volubilitate inquiens: Cariſſimi mei filioli, quos utpote gallina pullos educavi, perpendite, quia tempus meæ reſolutionis adeſt. Tertia certiſſime die, Dominus annuente, de hujus carnis tabernaculo migrabo, vos D EX MS. enimmendans Deo. Sed veſtræ circumſpectioni innoteſco, quia poſt diſceſſum meum, fluctivagarum detractionum varietate impetuoſa quaſſabimini ac peſtifero perſecutionum naufragio, atque extorres efficiemini ſex annis in terra aliena, & iſte locus poteſtativa manu Ducis tradetur poſſibilitati alienigarum.

30 Vos autem, dilectiſſimi filioli, idcirco a *ſuoſque conſolatur;* fide nolite naufragare, fratres veſtros confirmate, Deum expeditiliter laudate, in proſperis benedicite, in adverſis ſupplicate, in lætis gratias agite, in triſtibus quieſcite eventibus; cujus pietatis munificentia tandem conſolabimini. Nam revolutis ſex annis, exilii veſtri miſertus, tranquillitatis reparabit vobis ſtatum, ac detractoribus veſtris talionem merito * reddet, voſque ad portum conſolationis reducet. Defuncto namque præſente Principe pio Brzeczislao *, ſuccedet Spitigneus, qui vos perſequetur, qua mortuo, Wratislaus regimen principatus Boemiæ ſuſcipiet, vir honoratus. Hic reducet vos de exilio & dabit vobis Dominus noſter Jeſus Chriſtus in loco iſtu pacem & ſecuritatem cunctis diebus vitæ veſtræ. Sequenti igitur die intravit ad eum quidam Pyſandus, cujus jam per ſeptimanam, innpiam benigne more ſolito reſocillarat, impetrans licentiam abeundi in patriam.

* *al.* reddet pro meritis. * *al.* Wratislao. E

31 Cui ſanctus Pater, dum nil, quod ei *migrat e* caritatis obtentu tribueret, haberet, ait ei hi- *vita.* lari vultu: Non te cariſſime pigeat, obſecro, differre, quia dies Domini, quam præſtolor, advenire craſtinabit, & poſt obitum meum tunica tibi mea dabitur. Labente igitur die ſequenti, dum finita canonicæ veſpertinali ſynaxi & Completorio, reſideret in lectulo, infirmitate vehementi correptus eſt, qui in articulu mortis poſitus, quamquam ultimum anhelitum traheret, tamen antiquum hoſtem nrationis mucrone, brachio viriliter extenſo, jaculari non ceſſabat. Adeſſe extempio fratres jubet, quos in mœroris afflictione, fletumque inconſolabilem converſos, paterna informatione conſolatinnis corroborat, commonenſque eos de corpore ſuo, anno Dominicæ Incarnationis MLIII. octava Kalendas Aprilis, de mundi hujus naufragio migravit ad Dominum, F de ſervitio ad regnum, de labore ad requiem, de morte ad vitam ſempiternam, patrante Domino noſtro Jeſu Chriſtu, qui eum Patre & Spiritu ſancto in Trinitate perfecta, vivit & glnriatur Deus unus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

CAPUT III.

S. Procopii obitus, exequiæ, ſanatus epilepticus; impleta prophetia; falſo accuſatus periculo, mulier infirmitate liberata.

CUjus beatn corpori Severus, Epiſcopus Pragenſis, exequias cum magna devotione celebravit, corpus ipſius ſanctiſſimum terræ commendando. In cujus conſpectu præhabitus epilepticus, mox ut tunica ipſius fuit indutus, ſtatim fuit & ſanatus. In eadem etiam hora quidam cæcus, Palpo nomine, lumen ocu- *Extenia i epilepticus, ſanatur, ſuſcitatur, & cæcus.*

A oculis ſuis reſtitui petivit, meritis beatiſſimi
ms. Patris; & ſtatim in præſentia omnium, ibidem aſſtantium, lumen recepit. Benedictus ergo ſit Deus, qui ſic ſuis poſt palmam victoriæ, confert gloriam & honorem, coronando eos corona aurea in regno gloriæ ſuæ.

Impiqq 33 Nunc igitur operæ pretium eſſe arbitramur, ejuſdem ſancti Patris miracula molli compendioſaque verboſitate tractando fovere, ac veridica relatione memoriæ fidelium caritative tradere, quæ Domini noſtri magnificentiam per merita ipſius poſt mortem mirificare dignata eſt. Poſt diſceſſum igitur beatiſſimi patris Procopii concors fratrum ſocietas propria voluntate de congregatione, Vitum nepotem ejus elegit, qui electus ſine dolo, ſine venalitate, ordinatus eſt, vir in humanis & divinis rebus idoneus, ſeculi hujus inimicus, inclyte morigeratus, ſapientia pervigil, reverendus in vultu, affabilis alloquio, lenitate placabilis. Quo in abbatia expedibiliter degente, Bretislaus dux ultimum mundo valedixit, cujus loco Spitigneus monarchiæ gubernacula ſuſcepit. Quo tempore ſancti patris Procopii vaticinii ordo completur.

B

S. Procopii 34 Inſtiganta namqua zelo diaboli, multi æmuli, fictitia veneno ſa detractionum conſpirantes, laqueos cavillationum in curia Ducis contra Vitum Abbatem & fratres ejus aſtruere cœperunt, atque aures Principis favorabiliter compoſitis mendaciis oppulſantes, eos multifariis vituperiis publicabant, ſcilicet dicentes, per Sclavonicas litteras hæreſis ſecta hypocriſiſque apertæ eſſe irretitos ac omnino perverſos. Quamobrem ajectis eis, in loco eorum latinæ auctoritatis Abbatem & fratres conſtituere, eſſe honeſtum, conſtanter affirmabant. O invidia inextricabilis malitiæ zelus! O invidia deteſtanda, omnimoda malitia conglobata ignis inextricabilis! Sed revera ſicut a tinea veſtimentum conſumitur, ſic is, qui illam zelatur; cui autem invider, elariorem reddit.

prophetia 35 Vitus itaque Abbas, aſſumptis fratribus ſuis, quos unitas caritatis concordaverac, peregre profectus eſt in terram Hunaorum. Dux autem memoratus, propria Francorumque ſuorum conſiliaria definitione utens, in loco illo
C Abbatem genere Thcutonicum conſtituit, hominem trepida indignatione plenum. Ubi dum nocte prima adventus ſui ex mora ad matutinalem ſynaxim pergens, ſoribus eccleſiæ appropinquaret, apparuit vir ſanctus Procopius, infra januam oratorii appodians ſe & dicens ei: Unde tibi poteſtas hic degendi? Quid quæris? At illa; Poteſtativa, inquit, Ducis majeſtas, & ejus Primatum incoa vulſa ſublimitas, meæ poſſibilitatis regimen, boc cœnobium uſque ad finem vitæ meæ tradidit.

de ſuorum profectu 36 Cui ſanctus Pater dixit: Cliſſime ſina confuſionis verecundia diſcede; quod ſi non feceris, ultio divinitus veniet ſuper te, & hæc dicens, evanuit. At ille æſtimans eſſe deluſiones ſatanæ, omnino vilipendit. Sanctus autem Pater evangelicum complens præceptum, eumdem Abbatem cum ſuis fratribus, terna monitionæ præmiſſa, quarta nocte apparuit ei, ad matutinum obſequium euntí, ſanctus Vir, dicens: Cur meis monitis amicabilibus obtemperare recuſaſti? Filiis meis ſpiritalibus a Domino impetravi hunc locum, non tibi, qui ſuplantatum ingreſſus es, & ſi a Domino tuo D
Duce tibi hæc bactenus poteſtas ſuit babita, a me ſic modo prohibita. Et hæc dicens, impetuoſe ſortiſſimis ictibus cum virgs paſtorali, quam manu geſtabar, illum ſerira cœpit. Qui mox quaſi vallone * percuſſus aut Bellonæ æſtro, *id eſt ſlio pive vel pato*
fine dilatione locum mutavit, & volatili curſu ad Ducem terræ pervenit, ac omnem ei evenrum rei patefecit. At ille attonitus vehementi admonitione, vacillare cœpit, ac ambiguitatis laqueo irretitus, uſque ad finem vitæ ſuæ permanſit.

37 Defuncto igitur Spitigneo Duce, divinitus fideli ſervo ſuo Wratislao memorabili titulo ducatus gubernaculum tradidit. Qui cum divinum diligerer unice cultum, etiam hunc toto affectu cordis locum dilexit. Qui miſſis legatis Hunnorum ad regem, de exilio Vitum abbatem, & fratres ejus eum honore reduxit, & in loco ſuo decenter reſtituit. Quibus per merita & orationes ſancti patroni Procopii, omnipotentis Dei propitia conſolatio affluir, quæ ipſum locum, omnium rerum profectibus humidantem redundantemque, in priſtinum, imo in ampliorem honorem eacæniavit. *ac redeat ab exilio.*

38 Placuit igitur adhuc innoteſcere contemplativis fidelium memoriæ miraculum. Quidam E
ergo ex clientela memorati Ducis, Labeſſa nomine, apud Dominum ſuum iniquis detractionibus omnino erat accuſatus, qui latenter publicæ functionis damnationem fugiens, volubili curſu ad ripam Sazavæ fluminis pervenir. Is dum inſecutores timens, aliorſum fugere non valeret, & difficultata inundationis concretæ aquæ fluvii, ad cellam ſancti Viri perveniro minime poſſet; anceps ex omni parte, lugubri cordis contritiona clamavit ad Dominum, dicens: O Deus, ſons immenſiæ pietatis & modeſtiæ, per merita & orationes ſancti Procopii alecti tui, in adjutorium meum intende, & ab immenſitatibus anguſtiarum, quæ me circumvallant, eripe, quatenus magnificæ clementiæ tuæ & Confeſſori tuo ſancto Procopio, amodo & uſque in finem vitæ meæ, vota laudum indefeſſus omni tempore offeram, qui es benedictus in ſecula ſeculorum. Amen. *Quidam falſo accuſatus*

39 Tunc quippe tempore æſtatis, ſol in Leone vigebar. Cum igitur ſuſpirando tenens ſonipedem per frenum, reflexis obtutibus circumſpiceret, perſpicacius intuens, conſpexit aquam fluminis omnino congelatam. Unde attonitus, & quaſi in extaſi amens effectus, ſecum daliberar, tractando quid ſignificet tam grande miraculum & inauditum, & retro ſeculis inviſum. Qui tandem mente concipiens aut conſpiciens, intellexit divinitatis miſericordiam ob meritum egiſſe ſancti patris Procopii, hanc tanti miraculi virtutem, ac in fide nil hæſitans, poſt tergum cornipedem ducens, ſiccis veſtigiis flumen tranſiit. Qui mox retro luminibus reflexis aquam ſolito fluere intuetur. F *per congelatum ſemper aſtatis flumen.*

40 O Jeſu bone! quam magnificata ſunt *periculo eripitur.*
hæc opera tuæ magnificentiæ, qui antiqua tua potenter etiam nunc per merita tui Sancti declaras mirabilia. Tu enim quondam, ut in Iſraelitico populo, mari rubro diviſo, iter ſiccum conceſſiſti, ita & huic homini electi tui Procopii obtento, ſiccis veſtigiis undas concretarum aquarum, ſine jactura cum equo tranſire tribuiſti. Tibi ergo benedictio & gloria omnifaria & gratiarum actio cum Patre

& ſan-

& ſancto Pneumate per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Infirmus ſanatur.

41 Aliud etiam miraculum pervulgare, dignum duximus. Uxor cujuſdam Officialis, gravibus infirmitatibus correpta deficiebat. Huic ſanctus Pater apparuit, dicens: Mitte feſtinanter ad Abbatem Sazavienſem Vitum, nepotem meum, & poſtula, quatenus te in infirmitate tua viſitet; qui ſi, languore proprio invaleſcente, venire non valebit, mittat pro ſe filium meum Emerannium, cœnobii ſui fratrem. Hic dum manum tuam tenens, orationem terminaverit, ſoſpitatis pignus extemplo percipies. Hæc itaque promiſſa efficaciter impleta ſunt: nam Emerannius vice Viti Abbatis enm compleſſet orationem viſitationis, ac manum languentis tenuiſſet, mox omnium membrorum ipſa ſanitatem recepit, ad laudem & gloriam magnificentiæ Dei omnipotentis, qui mira beneficia per merita ſancti Procopii Confeſſoris ſui operatur.

CAPUT IV.

Fur liberatus, aliena reſtituta, mulieres ſervata, mirabilis impetratio canonizationis S. Procopii, apparitiones & miracula.

Fur

ET aliud ſignum memoriæ intimandum referimus. Quidam opilio in ejuſdem abbatiæ territorio tunicam hoſpitis ſui clepſerat. Qua cum poſt aliquos dies indutum eum hoſpes inveniret, & ſub teſtimonio vicinorum argumentoſa ratione exueret, miſit funem in collum ejus, ac manibus poſt tergum vinctis, ſine dilatione illum ad judicem Curimenſem trahere cœpit. Abbas vero Vitus, ut audivit, miſit ouncium, interpellans pro culpabili. Accuſator autem renuit petitiones ejus, dicens, ſe publicæ vindictæ ſententiam ſubire, ſi reum ſine judicii communis diſcuſſione impune dimitteret. Qui tamen reduxit vinctum ad propriam domum, & arcto immenſoque pedem ejus cippo ſarcinsvit, ac noctu adhibitis cuſtodibus, incluſum cuſtodiebat, voluntatem ultionis, ira inſtigante, complere cupiens craſtino: qui vinctus inceſſanter auxilia ſancti Patris implorare ſingultuoſis ſuſpiriis cœpit.

liberatur.

43 Nocte igitur media, dum cuſtodum oculi letalis dormitionis violentia opprimerentur, apparuit in luminis claritate Vir veneranda canicie, vultu decorus, habitu monachico, infulatus, cambucam in manu tenens, qui dixit vincto; Adſum ad ſuffragium tuum; vocaſti namque me: & ut tetigit cippum cambuca, dicens: Sis liberatus ab hoc trunco, & jam amplius noli peccare; tanta celeritate fractus eſt, ut mox proſiliens media pars ejus, pedem domus hoſtis conſtringeret: ſed qui apparuerat, evanuit. Ille autem manibus & pedibus enodatis, quaſi paſſer ereptus de laqueo, immenſis pietatis Dei laudibus viſcera gloriæ Dei extollit, cuſtodibus pavefactis, cujus accuſator ea in cauſa deinceps nullus extitit.

Furs

44 Aliud rurſum divinæ efficaciæ beneficium notificamus. Quidam vir, Martinus nomine, propoſito Converſus, timens Deum, cellula propria ſecus ſæpedictum cœnobium degebat. Quo quadam nocte ex more ad matutinalis noctis vigiliam ſynaxis propere diſcedente, fures fractis foribus celluiæ ejus, omnem ſupellectilem abſtulerunt. Peracto matutinali officio, ille cum rediret, & res, quas dimiſerat, in cellula minime inveniret, lugens & contriſtatus ad ſepulcrum ſancti Viri cucurrit, & flexis poplitibus infortunium imminens, ejulans conqueri cœpit, dicens: Niſi, o Pater venerande, tui obtentu meriti, mihi alumno tuo, ſub regiminis tui virga a puero emerito, recuperationis ſupellectilis ſolamen redderur, & hunc locum in diſperatione mutabo, & in alio numquam ſtabilibor, in totius vitæ meæ curſu deſperans. Qui dum tandem lugubria ad ergaſtulum rediret, illico fures, viſione Dei territi, ei obviant, qui pœnitentia ducti, reſtituerunt cancta, quæ rapuerunt. Qui dum vixit, vota laudum Deo ſolvere non ceſſavit, qui tanta beneficia per ſanctum Confeſſorem ſuum præſtat.

abiata reſtituuntur.

45 Quædam etiam ſorores penes id ipſum monaſterium ſub jugo Chriſti expedibiliter degebant, quarum totas res uſuales, fures noctum rapuerunt. De quo eventu cum ipſo ſingultu intimo cordis, invicem verbis querulis ingemiſcerent, ſancti Patris Procopii adjumenti ſolamen efflagitantes, ſequenti nocte eis idem Sanctus apparuit, inquiens: Nolite mœſtitiam geſtare in cordibus veſtris, quia poſt biduum omnia veſtra rehabebitis, & hæc dicens, evanuit. Igitur hujus promiſſi effectus mox impletur, nam & fur adductus eſt ad eas captivus, & res eis ſunt reſtitutæ.

Mulier cæcitate curatur.

46 Etiam aliud prodigium proferimus in conſpectu fidelium. Apparuit idem Sanctus cuidam mulierculæ viduæ in urbe, quæ Viſſegrad nuncupatur, dormienti, inquiens: Surge & vade cum feſtinatione, & dic uxori Gezlionis, amicæ tuæ: Vade ad monaſterium, quod Sazava dicitur, properanter, & commenda te orationibus unius de fratribus, & age pœnitentiam, quæ te ad interniciem * deducent, ſi ita non feceris.

* interitum.

Mulier a cippo,

47 Liburni cujusdam Comes, inſtinctu zelotypi Babylonici Regis, eaminum mentis ſuccendentis, in amorem cujuſdam juvenis exarſit; cum qua, & rebus mariti raptis, furtim aufugit. Quam apprehenſam maritus ſuus multis verberibus attrectavit, ac demum immenſo cippo ejus pede arctato, cuſtodiæ mancipavit. Quæ noctu longa ſuſpiria reumatizatis oculis, inundantibus lacrymis trahens, cœpit ſancti Patris ſuffragia toto anhelitu uſquequaque implorare, promittens ſeſe ultra nolle taliter peccare; donec ſanctus Pater apparuit, dicens: Liberata es ab hoc cippo; ſed cave, ut promittis, ne pecces, ne deterius tibi eveniat.

alia a cæcitate & morbo liberatur.

48 Videtur etiam aliud prodigium huic operi neceſſario inferendum. Mulier quædam nube quatuor annia cæcitatis occupata, ac omnium fere membrorum officio carens, venit ad monaſterium ſancti Viri, ubi jejuniis & orationibus indefeſſa cum diu perſeveraſſet, in die præclaræ Dominicæ Nativitatis infra ſacra Miſſarum ſolennia in eccleſia vivificæ Crucis, ei lumen oculorum & ſoſpitatem membrorum,

A per ſanctum Patrem Procopium conceſſit Di-
ex MS. vinitas, quæ inæſtimabili gaudio repleta, tamquam e mortis umbra prodiens, clamabat; dicens: O Procopi ſancte, o Procopi ſancte! Quam populus cum præſens attonitus, quid ei accidiſſet, inquireret; referebat, quod idem ſanctus Pater veniſſet, ejuſque oculos ſigno ſanctæ Crucis ſignaſſet, & extemplo viſum & ſanitatem corporis recepiſſet; unde mox in unum coadunatur populus, laudans & glorificans Deum, qui taliter glorificat Sanctum ſuum confeſſorem. Perpendere igitur debemus, cujus honoris gloria idem Sanctus fulgebat in cælo, per quem tot miracula Deus coruſcare facit in terra, qui eſt benedictus & gloriosus & ſuperexaltatus in ſecula ſeculorum. Amen.

Tranſitus 49 Igitur his & aliis beati Patris quam plurimis miraculis clarefcentibus, & ad epiſcoporum, & omnium Prælatorum, ducumque, &
B baronum, nobilium & ignobilium notitiam venientibus, quæ fiebant circa tumbam ipſius in eccleſia ſancti Joannis Baptiſtæ infra ſpatium multorum annorum: nemine tamen ad hoc ſubſidium ferente, ut gleba ſanctiſſimi corporis ſolenniter canonizaretur. Sed qui ſuis meritis per divinitatis gratiam hæc inſignia operabatur, providit & ſui corporis glorificationem.

miraculis claruit, 50 Nam Dominicæ Incarnationis anno milleſimo ducenteſimo tertio, (apparens abbati, Blaſio nomine, proviſori & rectori fratrum ſuorum, monuit & præcepit primo & ſecundo & tertio) quatenus recepto teſtimonio omnium ſpiritualium & ſecularium virorum, conſcriptis miraculis, quæ ipſe operatus fuerat ibidem, quantocius ad curiam Romanam properaret, pro corporis ſui canonizatione, promittens auxilium, ſi deeſſet conſilium, apud Apoſtolicum corpori ſuo ad honorem. Qui Abbas Blaſius, junctis ſibi duobus fratribus, teſtimonio ſufficienti terrigenarum fretus, Dominum Papam, Innocentium tertium, eſt aggreſſus; cui cum totum negotium beati Procopii propoſuiſſet ſub atteſtatione litterarum, Papa ve-
C ro pro nihilo ducens dicta & ſcripta, parvipendit tanti Viri ſanctitatem. Abbas vero multas admonitiones faciens pro negotio ſibi commiſſo, unum annum continuavit ibidem.

& apparuit Innocentio 51 Et cum jam deficeret in expenſis, nec quidquam proficeret, adoratis Apoſtolorum liminibus, beato Procopio ſuum negotium ulterius terminare commiſit. Et ſurgens eadem nocte, clam recedere cœpit. Quid mora? Statim Vir ſanctus, ut promiſerat, venit ad auxilium. Nam eadem hora, qua Abbas Blaſius extra mœnia civitatis declinabat, ipſe Pater ſanctus in conclavi Papæ Innocentio apparens, cum virga paſtorali, ait: Quid hæſitaſti, quid moram feciſti, quamdiu corpus meum ſic humatum jacere permiſiſti, quare capellanum meum ſic vacuum abire permiſiſti? Ni cito ipſum per viam, ad ſanctum eunıem Laurentium extra muros civitatis, redire jufferis, & teſtimonio corporis mei annueris, debitumque honorem mihi impenderis, elevans virgam paſtoralem, ait; Sic te fodiendo perfodiam.

canonizationem ſuam urget, 52 Expergefactus autem Apoſtolicus, quis aut qualis eſſet, & quomodo vocaretur, quaſi temiviva voce interrogavit. Cui Vir Dei reſpondit; Procopius vocor, & diſparuit. Apoſtolicus vero ſurgens, convocatis Cardinalibus, qui præſentes fuerant numero tredecim, quo- D
rum nomina in privilegio ejuſdem Apoſtolici ſunt impreſſa, ſtatim Abbatem revocavit, teſtimonio attentius perfecto; Miſſam celebravit beato Patri noſtro Procopio: deinde data auctoritate cum privilegiorum ſuorum robore miſit Guidonem, ſanctæ Mariæ trans Tiberim ſancti Calixti presbyterum & Cardinalem, legatum a latere ſuo, ut corpus beati Viri ſolennizatum canonizaretur. Hæc autem canonizatio acta eſt anno Domini MCCIV. IV. Nonas Julii.

miraculis illuſtratum 53 In hac canonizatione multa Deus potentiæ ſuæ mira & ſtupenda oſtendit; nam multi cæci illuminati, leproſi mundati, infirmi ſanati, obſeſſi liberati, captivi ſoluti, ſurdi auditui redditi, multi loquelam adepti, ac ceteri morbidi curati ſunt per merita ſancti patris Procopii. Cum vero tumba ipſius aperiretur, odor ſuaviſſimus inde emanabat, ut
E omnes qui aderant, in ſtuporem & admirationem verterentur. Prædictus autem Guido Cardinalis, viſis his miraculis, & eis conſcriptis, monaſterium ipſum in plenium * exaltavit, videlicet indulgentiam conferendo; apparatum etiam ſuum, in quo Miſſam cantaverat, pro memoriali relinquens; epiſcopis qui præſentes fuerant, prædictum locum commendans, ad matrem mundi, videlicet Romam, eſt regreſſus.

* al. plenarium.

& complura alia 54 Adhuc de miraculis quædam per merita felicis memoriæ patris Procopii, poſt ſanctam canonizationem, ad ſepulcrum ejus, ac in aliis locis uſque hodie operari dignatur, ac a fidelibus ſuis per ea glorificatur, quædam ſeniorum noſtrorum relatione ſæpius comperta, quædam oculorum noſtrorum intuitu certius experta, breviter comprehendendo conſcribimus, & memoriter legenda & uſque prædicanda quibuſque fidelibus committimus. Quodam itaque anno nativitatis præcurſoris Domini ac Patroni ejuſdem eccleſiæ, ſolennis dies aderat, multitudo tam Cleri quam vulgi utriuſque ſexus convenerat, cumque conventus ſe ſolito ad proceſſionem paraſſent, & jam extra mo-
F naſterium proceſſiſſent, quidam fideles unam religioſam perſonam cum virga paſtorali ibidem procedere viderunt, & minus intelligentes, quænam perſona illa fuiſſet, ſicut poſtea teſtati ſunt, alterius monaſterii aliquem Abbatem interfuiſſe crediderunt.

nec apparitionem 55 Jam autem ad oratorium redeuntibus, & eumdem diligenter intuentibus, contemplati ſunt præfatam perſonam quoſdam virga paſtorali tangere de languentibus; dehine, conventu chorum intrante, oſtium ultro patuit, qui etiam ingrediens diſparuit. Jamque Miſſarum myſteriis rite peractis, duo curati ſunt ex languentibus illis, & nunc dictam viſionem ejuſdem narrantibus, & hoc ipſum qui curati fuerant, teſtantibus, abſque dubio nos Dominum & patrem Procopium nobis aſſiſtiſſe credimus, omnipotentemque Deum attonita voce ſignis campanarum cum effuſione lacrymarum laudamus.

vitis 56 Hinc dum ſolito rurſum curſu revoluto, cum celebri voto feſtiva dies ageretur, & ſacri textus Evangelii legeretur, inter languentes ſive jacentes, eſt ſtrepitus factus ac ingens clamor obortus, de quo clamore, cuncti, qui aderant, in ſtuporem verſi fuerant,

nos

A nos ipſi turbati, aliquod inibi prodigium fieri ſperavimus, ſicut poſtea probavimus.

ad ſolatium miſerorum

57 Nam percontantibus nobis ipſos, unde repentinus ſtrepitus & clamor accidiſſet; hanc referebant (cauſam), ſcilicet candidam nubem circa altare ſe vidiſſe, atque viros claros geminos ex ea prodiiſſe, qui per oratorium procedentes, populo aſtanti benedictionem porrigebant; ipſis autem ſanitatum conſolationem adminiſtrantes, manibus tangebant: tandem vero in ipſa hora tres ex illis varia & adjutino labore, languore detenti, curati ſunt; ceteri quoque variis temporibus, ſed in eadem eccleſia, ſanitatem conſecuti. Sicque per eventum tam ſelicem ſalubremque affectum plenius eſt nobis facta hæc viſio certa.

58 Alio tempore, dum Pamonarius eccleſiæ ejuſdem, feſtivitatis die, ante nocturnos in lecto ſuo ſe recollocaſſet, ut aliquamdiu laſſa membra recreaſſet, repente tam ſtupore, quam gravi ſopore arreptus ac velut in ecſtaſi poſitus, vidit beatum Virum de tumba conſurgere, &

B verſus oratorium uſque ad altare ſanctæ Crucis procedere, ubi aliquantulum quaſi ad orationem aſſiſtens, intuitus unum cæcum, conſignare cœpit; qui ſtatim lumen recepit. Interim ſtrepitu popularis vocis, Deum laudantis, idem Pamonarius excitatus, ſurrexit, & diligenter eventum ſomnii exploraus, viſionem ſuam eſſe certam intellexit, & ipſe benedicens Deum, ad laudes pulſavit, & in craſtino rem geſtam omnibus narravit.

frequentatem.

59 Alia nocte, dum idem cuſtos eccleſiæ in lecto quieſceret, graviorque ſomnus eum opprimeret, & jam Nocturnum pulſandi ſolita hora præteriſſet, commus ad lectum Vir Dei aſtitit, & virga paſtorali eum tangens, talia dixit: Quid tanto ſomno deprimeris? Cur deſignaram tibi horam non cuſtodis? Jam citius ſurgens, ſigno ſac pulſare fratres. Ad cujus vocem Pamonarius idem, concito ſurrexit, miranſque, Deum benedixit, ac Laudes pulſare feſtinavit, viſionemque ſuam in publico referens, manifeſtavit.

Solute extemplo cereæ conferre;

60 Parricida quidam de longinquis partibus ad præfatam eccleſiam Quadrageſimæ tempore venerat, cujus corpus dira catena in circuitu

C. ventris obducta crudeliter ſtrinxerat, quæ, carne ſupercreſcente & ſanguine fluente, vix apparebat, & caitialem dolorem lacerans inferebat. Hic dum eccleſiam in honore ſancti Petri Apoſtoli dedicatam, Dominico die ingreſſus fuiſſet, & cum fidelium turba devotus in oratione ad Miſſam ſteriſſet, jamque ſacerdote ſanctum Evangelium recitante, ſubito illa catena, velut cera a facie ignis diſſoluta, & quaſi ab aliquo in altum projecta, a corpore ejuſdem proſiliens, pavimentum eccleſiæ fortiter percuſſit, ac omnium circumſtantium corda ſonitu & clamore concuſſit: ſicque viam ſoſpes tenuit, qui venerat hoſpes.

Frater religioſus

61 Frater quidam in congregatione noſtra converſabatur, nomine Fabianus, qui ſummæ obedientiæ deditus, quidquid a Domino ſuo Abbate imperabatur, totum fideliter ac humiliter operabatur. Dum autem aliquando paries eccleſiæ deſtrueretur, ut ad æqualitatem alteriua parietis repararetur, ipſeque ſolus eidem operi inſiſteret, & minus caute ageret; tabulatum, quod magnum acervum ſaxorum continebat, ſubito deſtructum eſt, ipſe vero D eum ruentibus lapidibus deorſum lapſus eſt. *ex mir.* Mira res, & valde ſtupenda! Ex colliſione ſiquidem lapidum tantus ſonus redditus eſt, ac ſi tonitruum factum fuiſſet. Qui autem ex altera parte parietis ſtabant, jam de vita ejus deſperantes, clamarunt, ut exhalaret ſpiritum, (&) de eccleſia ejiceretur foras.

62 Ad quorum nos clamorem nimis ſtupefacti, citius accurrimus, eumque inter ſaxa *Lapidibus obrutus, a morte ſervatur.* jacentem ſemivivum reperimus, & cum feſtinatione inter manus ſuſtollentes, foras exportavimus, & velut exanimem in lecto recollocavimus. Porro autem, intervallo facto, ad veſpertinam ſynaxim pulſatum eſt, ad cujus ſonitum, laſſa membra movit, & paulatim reſumptis viribus aperiſque oculis, ſuſpiravit, & tamquam de gravi ſomno excitatus ſurrexit, ac ſecum admirans, quid ſibi accidiſſet, & quaſi nullam alicujus doloris moleſtiam paſſus ſuiſſet, Deo gratias agens, ad cœptum opus perrexit. Tollatas eſt autem idem frater E nobis, eum ſciſcitantibus, quod in illa hora quidam vir venerabili canicie aſſuiſſet, qui ſuper eum habitum ſuum extendens, omnes ruentes lapides in ſinum recepiſſet, & per hunc modum periculum mortis evaſiſſet.

Curatur a dæmone;

63 Clienꝰ ejuſdam nobilis viri tanta dæmonia moleſtia retentus fuerat, quod nec ſtare, nec ſedere, nec meedere, nec ullo modo quieſcere poterat. Tandem ad prædictum monaſterium veniens, eccleſiam intravia, eatendenſque manus ſuas in modum alarum & cum horribili clamore retro incedens; huc illucque diſcurrebat, nec ullam requiem habebat. Interea dies anniverſaria beati Patris aderat, & vulgus ad Miſſarum ſolennia convenerat; ipſe etiam ad ſepulcrum ejus eum lacrymis adoraturus acceſſit, & ſtatim ſanus ſactus, populo nobiſque Deum laudantibus, inde receſſit.

præcipitatur in aquam;

64 Adoleſcens quidam, hortatus a parentibus ſuis, ut ad ſacra ſolennia Miſſarum Dominico die cum eiſdem iret, recuſavit, ſed magis ad exercenda puerilia ludicra feſtinavit; quem jam domum revertentem, diabolus apprehendens, colligavit, & in palude præcipitavit, ut ſuffocaretur. At ille voces, quas F poterat, dabat, & in auxilium ſibi divinam gratiam ceterorumque nomina Sanctorum invocabat. Interea parentibus ejus, ab eccleſia domum venientibus, exſpectabatur, & non aderat. Mittitur illico puer unus ad requirendum eum, qui eadem via currens, qua ille ſolitus erat procedere, audivit eum vociferantem, & divertens ad paludem, vidit eum ſuper aquas natantem: ſuper quo ſtupefactus recurrit, & parentibus ipſius rem geſtam narravit.

ſemivivus ac ſenſu carens;

65 Qui venientes ſemivivum ſenſuque carentem extraxerunt, & ad ſepulcrum Viri Dei deduxerunt; at orationibus inſtantes, ſe jeuniis ac vigiliis afflixerunt, ubi octava die ſanitatem mentis & corporis recipere meruit. Item alius adoleſcens quodam ſacinus admiſerat, atque bibens una nocte, ſenſum amiſerat: qui ſtatim ad beati viri Procopii ſepulcrum ductus eſt, ubi poſt aliquos dies, bibens de calice ejuſdem, ſalvatus eſt.

puella a diabolo arrepta

66 Erat quædam puella, cui diabolus adverſabatur, & ab eo ſæpius impugnabatur,

A quod illa parentibus suis intimare neglexit. ex Ms. Quum quadam nocte, dum in strato suo sola jaceret, diabolus ei affuit & apprehensam extra curiam ejecit. Mane autem facto, mater ipsius, ut eam excitaret, venit, & eam non inveniens, obstupuit. Currens vero tecta domus suæ, diligenter eam requirebat, & nusquam apparebat. Interea quidam, pergentes ad fontem, ut haurirent aquam, viderunt eam circa paludem sedentem, apertis oculis nihil videntem neque loquentem.

apto S. Procopii libro posuere. 67 Hoc ubi mater ejus audivit, nimium stupefacta, cucurrit, & sublatam ad domum perduxit, & festinanter ad proximam eccle- D siam cum ea perrexit. Ubi a sacerdote, triduano indicto jejunio, in orationibus posita, cum lacrymis multo tempore permansit, sed puella in eadem infirmitatis molestia remansit. Tunc prædicta mater puellæ, audiens famam celebrem beati Viri, festinavit, ad sepulcrum ejus cum eadem puella quantocius venire; & precibus instans anhelis, recipere meruit sanitatem totius mentis & corporis, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DE B. WILHELMO CONF.

ABBATE HIRSAUGIENSI IN SUEVIA.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B

§. I. Cultus sacer, Hymnus, dies mortis, epitaphium, species externa corporis, virtutes, elogia. E

ANNO MXCI. *Quam pleno ore laudandus est* B. Wilhelmus, *ob eximias virtutes & miracula, quibus claruit, nec non ob longe lateque propagatum primævum instituti monastici vigorem ac spiritum, disciplinorum multorum institutionem, monasteriorum complurium ædificationem, & vel maxime ob duris probatam & inconcussam constantiam, qua difficillimis temporibus sese semper genuinum Ecclesiæ Catholicæ filium comprobavit, Petrique Cathedræ egregie additum; tam mirandum est, nullos ea hactenus publica auctoritate decretos fuisse honores. Ante omnia igitur id mihi agendum existimo, ut sacrum ejus cultum comprobem. Inter recentiores, qui de Beato nostro agunt, est Dorganius in Kalendario, translationem ejus commemorans hac die, & festum die quinta, Hac etiam die quinta illum referunt Wion, & Menardus in Martyrologio, nec non Bucelinus in Menologio; qui ultimus longo ipsum elogio prosequitur. Translationis ejus etiam memnit hac die quarta Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt. Adde ex Mabilione Act. Bened. sec. VI. parte 2. pag. 725. de eo agere passim scriptores rerum Germanicarum, aut Benedictinarum. Stengelius in Notis ad ejus vitam, profert hymnum in* B. Wilhelmi *honorem, descriptum e codice Ms. monasterii Viennensis B. Virginis ad Scotos,*

Publicus B. Wilhelmi cultus. C

stabilitur. 2 *Hymnum hunc Stengelius & Mabilio* B. Wilhelmi *vitæ subnectunt, quem nos hic transferendum judicamus, ad stabiliendum ejus cultum. Sic itaque sonat prædictus hymnus.*

Audi Deus hymnizantium
Preces tuorum supplicum,
Sancti Confessoris tui
Solennia colentium.
Insignis miris actibus
Hic fulsit & virtutibus,
Lucerna lucens omnibus,
Domo Dei manentibus.
Fundans in Christo plurima
Monachorum cœnobia,
Muros erexit cælitus,
Vivia utena lapidibus.
Hic fuit vivens hostia,
Per cuncta vitæ spatia,
Mactavit in se vitia,
Crucis ferendo stigmata.
Hujus, o Christe, gloria,
Jam factus es victoria,
Ipsius per suffragia
Da nobis vitæ gaudia.
Laudamus te Patrem Deum,
Unicum simul Filium,
Spiritumque paraclytum,
Nunc & per omne seculum.

Prædictum hymnum Stengelius in Notis ad B. Wilhelmi *Vitam, epitaphio ejus subjunctum fuisse affirmat.*

Annus, dies mortis, ætas, tempus regiminis F

3 *Inter alia, in rem monasticam a* beato Wilhelmo *utiliter laudabiliterque gesta, recenset Auctor vitæ, novum ab ipso monasterium* infra annos novem consummatum, *cujusque templum* in decimo est dedicatum; *atque hoc ipso anno* Wilhelmum *e vivis excessisse* post prædictam dedicationem novem hebdomadibus, *testis est idem vitæ Auctor, anno videlicet* 1091. *De dedicatione Tritbemius tradit sequentia*: Eodem anno MXCI. die XX. Aprilis, quæ fuit Octava Dominicæ Resurrectionis festiva, ecclesia nova præfati cœnobii majoris, ad instantiam beatissimi abbatis Wilhelmi, cum solennitate debita consecrata fuit per Johannem episcopum Spirensem, sub honorem Domini nostri Jesu Christi ac beatissimorum Apostolorum ejus Petri & Pauli. *Constat sibi dies mensis dictus, & recte concordat cum Octava Dominicæ resurrectionis progressi anni* 1091. *cum tunc temporis solennitas paschalis inciderit in diem* XIII. *Aprilis. De ejus morte ita idem Tritbemius*: Wilhelmus feliciter in Domino quievit IV. Nonas Julii, anno Dominicæ Incarnationis MXCI. Indictione XIV. sub Henrico Imperatore IV. & Urba-

A Urbanno Papa II. anno ſuſcepti regiminis XXII. ætatis vero ſuæ LXV.

4 *Bertholdus, Hermanni Contracti continuator, multus eſt in rebus* S. Wilhelmi *commemorandis, præſertim ad annum* 1091. *quo obitum ejus conſignat, ſed in determinanda mortis die diſcrepat, conſetque ex humanis abiiſſe, non* IV. *ſed* III. *Nonas Julii; quod diſcrimen, tametſi exiguum, neutiquam tamen eſt admittendum, ſed adhærendum auctori vitæ, ſcriptoribus aliis omnibus præferendo; utpote teſti oculato, qui expreſſis verbis tradit, beatum Abbatem*, infra meridiem IV. Nonas Julii beato fine perfunctum. *Quo pariter ipſius aſſerto jam ſufficienter refellitur opinio recentiorum, Dorganii, Wionis, Menardi, ac Bucelini, annuam Beati noſtri memoriam Catalogo Sanctorum inſerentium die* V. *ſeu* III. *Nonas Julii. Sed quandoquidem in anno ac die, quo mortalitatis debitum perſolvit* Wilhelmus, *ſermonem incidimus, videtur hic eſſe proprius locus producendi ipſius epitaphium, teſte Stengelio ad Mabilione, ſepulcro ejus appenſum.*

B 5 *Verſibus Leoninis, iſtius ævi ſtylum redolentibus, concinnatum legitur in hac verba:*

Hac in ſcriptura, Wilhelme pater, tua vita,
Cunctis ut ſpeculum, prælucet vita bonorum,
Ut quivis doctus proprios hinc corrigat actus,
Quid ſit vitandum diſcernens, quidve gerendum,
More quidem ſpeculi radiat pia vita beati
Patris Wilhelmi, virtutum lumine clari.
Exultet talis genitrix Bajoaria prolis,
Suevia ſe tantum lætetur habere patronum.
Norica quem prolem, tulit hunc Hirſaugia patrem,
Felix per talem paſtorem ſpiritualem,
Patrem multorum per doctrinam genitorum.
Moribus egregius fuit & virtutibus almus,
Perfectam plebem Domino ſacravit & ædem,
Vobis, Aureli, Petro, Paule, patres venerandi,
Cellam, Gregori, tibi fundans, atque Georgi,
Pluraque Sanctorum loca diſponens aliorum
Struxit & inſtruxit, quia recto tramite duxit,
Collapſam dudum vitam reparans monachorum.
Quadruvii priſcos tranſcendit in arte magiſtros,
Cantibus errorem varium conſtruxit ad artem,
Terrarum metas ſcrutans, & temporis horas.
Ac numeros abaci vidit tam mente ſagaci,
C Artibus his illi queat ut vix quis ſimulari.
Quod verbis docuit, operum virtute probavit.
Pauperibus, viduis, claudis, cæcis, peregrinis,
Infirmis, ſanis, quocumque dolore gravatis,
Proſpera providit, contraria quæque removit.
Simplex & rectus, ſimul omnibus omnia factus,
Chriſte tibi vivus, mundo vere crucifixus,
Poſtquam per plures pro te ſudavit agones,
Anno milleno complevit & nonageno,
Quarto Nonas Julii, hic petens defoſſa ſepulcri.
Sic defunctus tecum jam felix vivit in ævum
Pater is venerandus & cuncta laude precandus.
Inclyte Wilhelme Pater, virtutibus redimite,
Alma fac nunc prece, liberemur ut a triſti nece
Corporis & animæ, hic Deo ſamulantes devote,
Obambulando tumbam, tibi patri colendo paratam,
Bona illic dentur, unde noſtræ mentes purgentur,
Ubi eis nobiſcum dulci ſomno exſpectans Chriſtum,
Supreme venturum, & juſtis bona vitæ daturum.
Wilhelmi abbatis oh! nos vita jungat Beatis.
Soli me poſt tui autem dans videre claritati.

B. Wilhelmi obitus determinatur.

Epitaphium.

Chorum cum turma, qui cælica ſunt ſuper aſtra? D
More Deum laudantes, & dulci ſono jubilantes, Auct.
Per Paradiſi prata, volvendo carmina lara, J. P.
Regi regum Domino, qui throno illic ſedet in alto,
Valeat vox laudis, in ævum ſit ſemper manſuris. Amen.

6 *Ita ſonat epitaphium. Minutias quaſdam circa diverſam lectionem a Stengelio obſervatas negligo. Obſervatu dignius eſt, quod auctor hujus epitaphii in verſu illo:* Anno milleno complevit, & nonageno, *annum unum omiſerit, quod metro difficilius congruiſſet, quamvis in ceteris verſibus nulla de in menſura ſervetur. Atque hoc forſaſſe cogitationem injecit dicto Stengelio obſervandi, quod poſteriores verſus alterius videantur Auctoris & ætatis, ſtylo in plurimis differentes a priori; poſſe tamen aliquos paucis tranſpoſitis voculis, ad legem metricam facile revocari, ut ita nimio Scriptorum vitio corrupta eſſe, videri poſſint.* Imo, *inquit*, in exemplari monaſterii B. V. ad Scotos Viennæ, in membranis omnino non habentur, ita ut facile perſuaderi mihi patiar, adjectos eſſe ab aliquo pio quidem viro, ſed non ſatis erudito. *Vocem* quadruvii, *natam lectorem prima fronte morari, explanatam habes in annotatis ad caput primum vitæ, litera* d.

Stengelii in illud obſervatio.

E

7 *Exterior* Wilhelmi *ſpecies, vox, geſtus, vultus, totiuſque corporis conformatio, ac potens cum primis orationis ſuada, internas animi dotes congruis lineamentis graphice repræſentabant. Hanc ex antiquis monumentis acceptam ſic exhibet Trithemius in Chronico Hirſaugienſi*; Statura quidem, *inquit*, corporis, ut ex monumentis veterum accepimus, procerus, in anteriore corporis parte calvus, pilos in reliquo habens raros, faciem cerulei mixtam albedine coloris, pulcram & aliquantulum productam; manuumque digitos pulcra diſtinctione, longos atque ſubtiles, & totum corpus debita proportione, quaſi vas quoddam virtutibus ornatum, recte diſpoſitum. Vox illi grandis atque virilis erat, qualis, cum naturali quodam ornatu verborum, optimum quemque oratorem facere conſuevit: unde in exhortando multum valuit; ita ut vocis ſonora dulcedine & ſermonis quadam auctoritate modeſtiſſime præſtans, animos auditorum in ſua quodammodo videretur habere poteſtate, dum quidquid dicere volniſſet, mira facilitate & ornatu, ſuis auditoribus poruit perſuadere. Commendabat in eo dicendi peritia naturam, ut facile perſuadendo alliceret, quoſcumque ſermonis dulcedine voluiſſet.

Species externa corporis;

F

8 *Magnam vobis ideam de beati Viri virtutibus ingeriit poſt ſcriptorem vitæ, Mabilio, paucas de multis complexus, præſertim ex Bertholdo & Trithemio.* Referre, *inquit*, non vacat omnia auctorum teſtimonia, quæ in Wilhelmi commendationem ſcripta ſunt. S. Hugoni, Cluniacenſium abbati conjunctiſſimum fuiſſe, ex vita infra patebit. Laudat ejus humilitatem ſimul & caritatem beatus Udalricus, potiſſimum in præfatione libri tertii Conſuetudinum Cluniacenſium, ubi eum, totius religionis præcipuum amatorem appellat. Enituit potiſſimum ejus caritas in ſuſcipiendis exſulibus, qui ſervente inter Gregorium Pontificem & Henricum Auguſtum diſſidio, ſedes proprias relinquere coacti, ad Hirſaugienſe monaſterium, velut ad tutum portum confugie-

virtutes ejus.

A fugiebant. *Et mirificam beati Abbonis ergo eos,* AUCT. *qui ad ſe confugiebant, hoſpitalitatem probat ex lo-* J. P. *co ſubſequente Trithemii*: Multi viri boni, Deum timentes, comites, barones, milites, nobiles & ignobiles, clerici & laici, divites & mediocres, qui animas ſuas a communione ſchiſmaticorum immaculatas cuſtodire volebant, relictis caſtellis, domibus & eccleſiis ſuis, ad monaſterium Hirſaugienſe, quaſi ad civitatem quamdam refugii venerant, quorum plures, mutato habitu, monachi facti ſunt, & plures in habitu priſtino, Deo & monachis ſanctæ congregationis uſque ad mortem ſervierunt.

magna de ipſo teſtimonia.

9 *Quanta autem hominis ejus celebritas ac conmeratio, quæque virtutibus cumulatiſſimæ auctoritas, & ſacer quidam horror, cum opinione ſanctitatis conjunctus, tum temporis apud omnes extiterit, dilucide conficitur ex eo, quod iſto tempore, quo ceteri Abbates atque Epiſcopi dira perſecutione agitabantur, ſuis migrare e ſedibus compulſi, prout in hujuſmodi rerum ac temporum perturbatione uſu venire ſolet; nullus tamen eo devenerit audaciæ,* B *ut* Wilhelmum *e ſuo monaſterio eliminare attentaret. Idque adeo magis mirandum videtur, quod ipſe non tantum in obedientia, Vicario Chriſti debita, firmus & inconcuſſus perſiſteret contra Henricum ejuſque ſectatores; ſed quod vacillantes confirmaret, lapſos erigeret, devios revocaret, ac omnibus denum ſuum monaſterium voluerit eſſe perfugium, in quo ſolatium, conſilium, auxilium, alimenta, omniaque tum ad corporis ſuſtentationem, tum ad animæ confirmationem conducentia, ſine ulla perſonarum exceptione, liberaliter, quoad fieri poterat, ſuppeditarentur; quæ omnia tamquam loci, proxime e Trithemio præmiſſi, confectaria admittenda ſunt. Tantam Vir magnus apud acerbiſſimos quoque hoſtes opinionem ſui exiſtimationemque concitaverat.*

reverentia a ſubditis ſuis.

10 *Nam*, teſte *Trithemio*, ſanctus iſte Wilhelmus, Dei famulus, numquam induci potuit, ut ſchiſmaticis Eccleſiam Dei conturbantibus, vel conſentiret in modico, vel communicaret, *E contrario tot cenſendus eſt objeciſſe adverſus Romanæ auctoritatis impugnatores propugnacula, quot ædificavit monaſteria, Ædificaſſe autem plurima, poſtea dicetur ſigillatim. Jam de iis obiter tantum ex Trithemio & Bertholdo quædam excerpſiſſe ſufficiat.* Hic eſt, *inquit Trithemius*, Wilhelmus C Abbas, ſanctiſſimus Chriſti famulus, qui ordinem divi patris noſtri Benedicti, ſuo tempore pene collapſum in Germania, & deformatum inſolentia monachorum, inſtaurare & reformare ſtuduit, & plus quam centum monaſteria tam per ſe quam ſuos ad priſtinam regularis diſciplinæ obſervantiam revocavit. Hic denique Wilhelmus, Hirſaugienſium terque quaterque ſanctiſſimus Abbas, octo noſtri ordinis monachorum cœnobia in diverſis provinciis fundavit,

elogia.

11 *Hiſce conſonat Bertholdus, ſequenti elogio annalibus ſuis inſerto*: Wilhelmus piæ memoriæ Hirſaugienſis abbas, in cauſa ſancti Petri ſerventiſſimus, & in monaſtica religione ſtudioſiſſimus, utpote multorum pater monaſteriorum, III. Nonas Julii migravit ad Dominum. Hic primum Hirſaugienſe monaſterium, tam in ædificiis, quam in regularibus diſciplinis mirabiliter exaltavit, ipſumque privilegio Sedis Apoſtolicæ ſub Gregorio Papa, in perpetuum liberavit. Plura etiam monaſteria ex integro

D uſquequaque conſtruxit; duo quidem in Nigra Sylva, unum S. Georgii, alterum S. Gregorii. Item aliud ad Duplicem aquam prope Danubium; item aliud in Wirceburgenſi epiſcopatu, in loco, qui Gamberg dicitur. Scaphuſenſe quoque monaſterium, & Petrishuſenſe in ripa Rheni, jam dudum ædificata, regularibus diſciplinis inſtituit. Sed & alia quam plura in diverſis regionibus, tum per ſe, tum per ſibi ſubjectos, & de novo fecit, & jam facta regularibus diſciplinis inſtituit. *Et poſt pauca*: Ante omnia in illo ſtudium monaſticæ diſtrictionis prævaluit, in quo totus adeo efferbuit, adeo numquam aliud aliquid ſtudii habuerit. Erat enim miræ ſanctitatis, ſanctæ ſimplicitatis, ferventiſſimæ caritatis; Deo vivus & ſeculo crucifixus, quem Dominus in ſenectute bona ad æternam patriam revocavit; cui ipſe a juventute in hac peregrinatione, indefeſſo labore ſervivit.

12 *Die* VI. *Januarii, refert vita S. Erminoldi, cujus magiſter fuit* Wilhelmus, *eum*, B. Wilhelmi, tunc Hirſaugienſis abbatis, vitæ E modum ac formam ita moribus ſuis expreſſiſſe, ita perfectionis illius ſtuduiſſe imitari veſtigia, ut jam, qualis pater, talis filius appareret, & magiſter in diſcipulo videretur; & nulla jam poſſet eſſe dubietas, ſuper hunc Eliſæum, ſpiritum Eliæ requieviſſe. Idem vero venerabilis Wilhelmus, apud eccleſiam ſancti martyris Emmeranni in urbe Ratiſpona ſub Ramuoldo, ejuſdem monaſterii tunc abbate, Prior extiterat; non fama fallaci ſolummodo, ſed veraci præconio meritorum longe lateque clareſcens; ad Hirſaugiam eſt electus eccleſiam, in qua beatus, ut dictum eſt, Erminoldus ſub eodem ſpiritualis militiæ tirocinia taliter exercebat,

§. II. Abbas Hirſaugienſis electus, quam præclare ſuis præfuerit.

Wilhelmus non fuit Prior monaſterii S. Emmerammi ſub Ramuoldo.

DE Wilhelmi *natalibus & educatione in monaſterio ſancti Emmerammi loquitur Vita cap.* 1. *ubique aliud obſervatu dignum occurrit, præter illa, quæ ibidem traduntur; ſi excipias errorem Trithemii, aſſerentis*, Wilhelmum, *antequam a monaſterio S. Emmerammi Hirſaugiam evocaretur, in eodem monaſterio Prioris officio functum fuiſſe ſub ſancto Ramboldo ſeu Ramuoldo abbate; cum tamen ſatis conſtet, illum diu ante, ad eſt mense ſeculo* XI. *e vita migraſſe, uti tradit Mabilio in parte* 2. *ſeculi* 6. *Annal. Bened. in notis ad vitam* S. Wilhelmi. *Sed jam pridem ante Mabilionem hoc erroris notaverat Alexander Wilhelmius, datis ſuper hac re litteris in hæc verba*: Conſului alias R. V., quid ſentiat de prioratu Wilhelmi abbatis Hirſaugienſis ſub S. Ramuoldo, abbate S. Emmerammi? Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ſcribit ex Heimone, ut videtur, ſed ſorte corrupto, Wilhelmum obiiſſe MXCI. ætatis LXV. At S. Ramuoldus obiit anno MI. Quo ergo pacto potuit eſſe Prior ſub Ramuoldo Wilhelmus; quod auctor vitæ S. Erminoldi (cujus in Chron. Laurisheymenſi mala & calumniosa mentio) prodidit? Certe ex epiſtola liminari Heimonis ad Wilhelmum, quæ in opuſculo (quod Ms. habeo) ejus de cœleſtis patriæ gaudiis

A diis & ſupplicii timore exſtat, habetur Wilhelmum ex palatio, utique jam adultum, cœnobitam factum, adeo ut centenario longe major obiiſſe debuerit. *A tergo ſchediaſmatis, in quo errata verba, Wilthemii manu exarata, leguntur, prædictum quoque parachroniſmum inſinuat Bollandus, mittens lectorem, ad* VI. *Januar. ubi vita S. Ermenoldi cap.* 1. *num.* 6. *auctor fallitur, aſſerens Wilhelmum, S. Ermenoldi magiſtrum, Priorem fuiſſe ſub S. Ramuoldo. Denique S. Ramuoldum anno, ut dictum eſt,* MI. *obiiſſe mortem, non autem, prout alii cenſuerunt,* MVII. *habes in Vita S. Ramualdi ad diem* XVII. *Junii. Longi res foret & minime neceſſarii laboris, prolixam hoc loco enumerationem contexere omnium rerum geſtarum, quibus ornatus abbas Hirſaugienſis & ſuo monaſterio, & aliis præterea quam plurimis in temporalibus ac ſpiritualibus profuit; ſed ſixum mihi ſedet, pauca quædam ex iis delibare, a ſcriptore vitæ intacta, atque adeo aliunde hic elucidanda.*

Quo anno ſuda venerit in Hirſaugiam.

B 14 *Ea, quæ collatam beato Viri meritis dignitatem abbatis præceſſerunt, quæque illam mox conſecuta ſunt, compendioſe expedit Mabillo in hanc ſententiam:* Wilhelmus itaque in abbatem ab Hirſaugienſibus, poſt Fridericiaxauctorationem coopratus, conſentiente proprio abbate ſuo, Hirſaugiam venit anno MLXIX, die XXVIII, menſis Maii. Poſſeſſionem abbatiæ iniit die IV. Nonas Junii ſequente. At neſcius erat, inquit, Trithemius, injuriarum, quæ in Fridericum illatæ fuerant; quas cum reſciviſſet, comitem Adalbertum exhortari cœpit, quatenus virum innoxium dignitati ſuæ reſtitueret, cujus locum, eo vivente, occupare nemini penitus liceret. Jam ideo reditum parabat Vir ſanctus, ne talis ſe criminis participem faceret. Sed tamen poſtea fratrum omnium precibus cedere coactus, ita remanſit, ut, vivente Friderico, nunquam benedictionem ab Epiſcopo ſuſcepterit, nec locum abbatis voluerit occupare. Hic fuit Hirſaugiæ ſtatus ad annum ſequentem, quo, defuncto Friderico, Wilhelmus ſolenniter ab Henrico, Spirenſi Antiſtite, in abbatem benedictus eſt. Id die IV. Nonas Maii in feſtu Aſcenſionis Dominicæ factum fuiſſe, ſcribit Trithemius; ſed bi characteres chronologici non ſibi cohærent. Etenim ab anno MI. ad hujus ſeculi finem ſemel Aſcenſin Domini in diem Maji IV. incidit, annſcilicet MLX. qui ordinationis Wilhelmi eſſe non potuit. Certe necdum tunc abbas erat Fridericus. Vitæ auctor beatum Virum ipſa die Aſcentionis in ſedem abbatis collocatum fuiſſe ſcribit IV. Nonas Junii; quod non niſi ann. MLXXI. competere poteſt. *Ita Mabillo.*

C

Monaſterii Hirſaugienſis in libertatem aſſertio.

15 *Tum proſequens narrationis ſuæ filum, expoſuit beatum Abbatem tam tenui in re invenisse monaſterium, ut ejuſdem facultates quindecim monachis alendis vix ſufficerent; qui eo uſque ab Adalberti comitis Calbenſis arbitrio pendebant, ut vix quidquam, ſine ejus permiſſu in ſuo monaſterio anderent. Non tuliſſe hoc piiſſimum Abbatem, ſubjungit, conſtatque tum è Vita, tum è Trithemio (hujus quoque rei mentionem faciente Bertholdo, ut liquet è proximo citando loco) multis ſuperatis laboribus, monaſterium tandem ſuum, annuente ac conſentiente eodem Comite, in libertatem aſſeruiſſe, uti habes in vita cap.* 1. *quam Imperatoris ac ſummi Pontificis diplomate in perpetuum ſtabilitam confirmavit. Utrumque Pontificis & Imperatoris diploma legitur apud Trithemium in veteri & nova Chronici Hirſaugienſis editione, utrumque recuſum Commentario ſuo ad vitam* B. Wilhelmi *Stengelius inſeruit; quæ nunc ſint genuina, nunc eadem, quæ Auctor vitæ laudavit, in medio relinquimus.*

D Auct. J. P.

16 *Quod Vir beatiſſimus utiliter ſuis præfuerit, aliunde etiam habemus. Breve eſt illud, ſæpius nobis memorati & memorandi Bertholdi, quod* Hirſaugienſe monaſterium tam in ædificiis quam in regularibus diſciplinis mirabiliter exaltarit, ipſumque privilegio Sedis Apoſtolicæ ſub Gregorio Papa, in perpetuum liberarit. *Pergit Mabillo, & narrat rebus ita poſitis, omnes convertiſſe conatus Abbatem noſtrum, tam ut gregem ſuum paſceret, quam ut ædificia monaſterii reſtauraret; eccleſiam accurante Adalberto jam a decennio inchoatam, anno* 1071. *conſummatam ac conſecratam eſſe ab Epiſcopo Spirenſi, rem promovente ipſo Comite, ex monaſterii perturbatore, facto ejus defenſore & benefactore. Monaſterii quoque facultates multum creviſſe, creſcente monachorum numero.*

ac mirifice ab eo promotum

17 *Cujus ut fidem faciat, adducit hæc Trithemii verba:* Lucrifaciendi animas gratiam a Domino ſingularem promeruerat *Wilhelmus*, cujus operatione multos & pene innumerabiles ad Chriſti obſequium in monaſterium convertit... Subſtantiam quoque rei familiaris temporalem ex oblationibus fidelium brevi tempore in multis valde augmentavit. Centum quinquaginta monachos in monaſterio Hirſaugienſi ſemper habuit, & quoties pro reformatione quoslibet ad alia monaſteria hinc inde rogatus, miſerat, alios in eorum locum, de ſeculo noviter converſos, ſtatim colligebat. Ita quod ex eo tempore, quo ſemel quinquaginta & centum in cœnobio ſuo habere monachos cœperat, numerum eorum quotidie inſtaurando, pauciores non haberet.

in ſpiritualibus ac temporalibus.

E

Diſciplina religioſa.

18 *Qualis vero ſub magno illo Cœnobiarcha floruerit inter cœnobias diſciplina, quantus fervor, quam accurata vitæ monaſticæ obſervatio, ex eodem Trithemio ſubjicio, qui in nova Chronici Hirſaugienſis editione, ad ann.* 1070. *ſic loquitur:* Hi ſemper arant divinis laudibus dediti, & orationi, meditationi ac lectioni ſanctarum Scripturarum jugiter intenti. Illi, qui ad contemplationem cœleſtium minus videbantur idonei, neceſſariis deputabantur laboribus manuum, ut nullum tempus inter eos tranſiret otioſum. Sciens autem ſanctus Pater, experientia laudabiliter doctus, neceſſarium mentis pabulum divinarum eſſe lectionem Scripturarum, duodecim è monachis ſuis ſcriptores optimos inſtituit, quibus ut divinæ auctoritatis libros, & ſanctorum Patrum tractatus reſcriberent, demandavit. Erant præter hos & alii ſcriptores ſine certo numero, qui pari diligentia ſcribendis voluminibus operam impendebant. Et his omnibus præerat monachus unus in omni genere ſcientiarum doctiſſimus, qui nnicuique reſcribendum opus aliquod bonum injungeret, mendaque negligentius ſcribentium emendaret. *Ita ſedulo ac ſtudioſe pius Abbas noverat continuum inter ſuas laborem occupationemque partiri in propriam monaſterii atque aliorum etiam utilitatem. Tum pergit idem Auctor in hac verba:* Multa fratres per temporis curſum reſcripſere volumina, quorum tamen pars minima in hoc Hirſaugienſi monaſterio remanſit. Sanctus etenim Pater, qui lucrum & utilitatem animarum cunctis mundi

F

occupatis continua.

A di rebus ſemper præpoſuit, quocies fratres pro reformatione ad alia monaſteria deſtinavit, libros, & quæcunque ei videbantur neceſſaria, libens & ſponcanea voluntate dedit. O Virum per omnia laudabilem, qui animas, Chriſti ſanguine redemptas, commodis tranſeuntis lucri præpoſuit, & aliorum utilicati conſulens, mundi perituras divitias minime quæſivit! Profecto iſta virtus paucorum eſt, ut abbates propria monaſteria ſuis denudent vel ornatibus vel codicibus, & inopiæ ſubveniant aliorum.

AUCT. J. P.

fratres Conuerſi.

19 *Supereſt, ut de fratribus Converſis quædam in medium proferamus, unde laudum ſeges non ſane poſtrema* Wilhelmo *acceſſit. Nihil hic movor ſchiſmaticum quendam poetaſtrum, qui ſatyra quadam ad Henricum quintum, Germaniæ Regem, dictos Converſos petulanter inceſſit, ut annotavit Stengelius in citato ſæpe commentario, de quibus vide Jacobum Gretſerum noſtrum in Annotationibus ad commentarium Pauli Bernriedenſis de vita Gregorii VII. Lubet de his Converſis audire Trithemium loco citato:* Supra memoratum numerum centum & quinquaginta monachorum, habebat & alios fratres Barbatos quam plurimos extra ordinem clericorum, quos alio nomine Converſos appellamus, qui laboribus manuum inſiſtentes, temporalium curam ſecundum præcepta ſeninrum agerent, & monachis contemplationi deditis, hujus vitæ neceſſaria providerent.

B

omnium artificia, officia, ac regula.

an *Tum multiplicem illorum in variis artibus mechanicis peritiam recenſens, refert inter eos fuiſſe* omnium artium mechanicarum, quarum uſus in monaſterio videbatur neceſſarius, peritiſſimos operatores; qui omnes totius cœnobii ſtructuras ſuis manibus ſumma diligentia conſummaverunt. Erant enim fabri lignarii & ferrarii, latomi quoque & muratores optimi, qui monaſterium ſimul, & eccleſiæ (ut in ſculptura turrium hodie cernitur) totius ædificium pulcra diſpoſitione conſtruxerunt. Veſtiarii quoque, coriarii & calcearii, & quidquid artificii ad uſum elauſtralium requiritur, non ſeculares, non mercenarii, non ſervitores conducti; ſed Converſi vel monachi Barbati omnes fuiſſe memorantur. Hunc vero Converſorum ordinem ſanctus ipſe Wilhelmus in Germania primus inſtituit, quorum laboribus adjutus, tot monaſteria fundavit, & omnes monachorum neceſſitates laudabiliter adimplevit. His Vir Dei ſtatuta ſanctæ regulæ conformia tradidit, quibus eorum mentes continua informatione ad contemptum mundi & amorem cœleſtium inflammavit. Quorum hæc inſtitutionis ſumma fuit, *quam ſuperſtnum judico huc tranſcribere; quoniam de ea agit Vita a num. 33. circa medium.*

C

Oblati ab eo inſtituti; eorum officia,

21 *Jam Oblatorum, ut dicebantur, quos habuit* Wilhelmus *in ſuo monaſterio, conditionem, occupationes, officia ex Trithemio paucis accipe.* Inſtituit etiam Vir Dei Wilhelmus exemplo Cluniacenſium, conſuetudinem Oblatorum, quos manere in priſtino habitu ſacra conſtitutione permiſit; quorum miniſterio in multis uti rationabiliter conſuevit, in his maxime, quæ in medio ſecularium, quo Barbatos mittere vel Monachos non licebat, peragenda videbantur. Quorum officium erat pro ſtructuris & aliis neceſſariis, ligna in monaſterium ſimul ac lapides adducere, calcem decoquere, aquam & arenam de fluvio portare, cæmentum pro muratoribus facere, & neceſſaria quæque conſtruentibus miniſtrare. Iſti in hoſpitali ſerviebant pauperibus & infirmis, & quidquid operis neceſſarii eis erat injunctum, hilariter adimplebant. Magiſtrum ſimiliter ex monachis habebant proprium & reficiendi locum, a monachis & Converſis omni tempore ſeparatum; ita ut ſun ordine in ſilentio ad laborandum procederent, & monachos non inquietarent.

D

22 *Numero Oblatos fuiſſe dicit quinquaginta; Barbatos autem ſexaginta; quibus addit Monachos centum & quinquaginta; atque adeo ſumma,* inquit, Deo in Hirſaugienſium monaſterio ſervientium, ducentorum & ſexaginta hominum ſub regimine ſanctiſſimi Abbatis Wilhelmi communiter fuiſſe memoratur. *Quod vero curas omnes eo converterit Vir ſanctus, ut omnium iſtorum ordinum diſcipulis congruas conſtitutiones ac leges attemperaret, clamat impenſiſſima ejus ſolicitudo in ſcrutandis monaſteriorum celebrium piis conſuetudinibus, ut, habito maturo delectu, illa ex iis ſibi adeptaret, quæ ſibi ſuiſque magis utilia judicaret.*

accurate

E

Delectus ab eo habitus in præferendis bonis conſuetudinibus.

23 *In cujus rei confirmationem Mabilio profert ipſiſmet verba in proloqa ad Conſuetudines Hirſaugienſes:* Statui, *inquit*, apud me, ut ubicumque aliquid informandis fratrum moribus profiçuum, viſu vel auditu, vel certe lectione ſacrorum librorum perciperem, totum hoc quaſi vivos lapides ad ſpiritualis ſtructuræ fabricam conferrem. *Nec vero in re tanti momenti, vel ſuo unius ſtetit judicio, vel adjutoribus caruit. Nam, ut eſt apud Mabilionem in obſervationibus vitæ prævis*, multum in hac re ſanctum Abbatem juvit Bernardus, abbas Maſſilienſis, Romani Pontificis tunc temporis in Germania legatus, qui ob turbatam inter ſacerdotium & imperium pacem, annum unum pene integrum, in Hirſaugienſi monaſterio tranſigere coactus fuit. Hic cum advertiſſet ejuſdem loci fratres juſte ac ſancte vivendi ardentiſſimo flagrare ſtudio, Wilhelmum abbatem monuit, ut, ſi vellet monaſticæ converſationis inſtituta perfecte cognoſcere, neceſſe eſſet ea mutuari ex monaſterio Cluniacenſi, quod tunc temporis inter Galliæ Ciſalpinæ cœnobia, monachorum ſanctiſſimorum numero, & regularis diſciplinæ accurata obſervatione potiſſimum eminebat. Nihil exinde omiſit Wilhelmus, ut Cluniacenſium vivendi formam perſpectam haberet. Quare cum aliquanto poſt tempore Udalricus, monachus Cluniacenſis, dudum cum Wilhelmo amicitia conjunctus, in Alemanniam miſſus, Hirſaugiam divertiſſet, ab eo pius Abbas obtinuit, ut accurate monaſterii Cluniacenſis conſuetudines deſcriberet, quod reipſa poſtea Udalricus exſecutus eſt.

F

miſſi Udalricus ad monaſterium Cluniacense

24 *Narrat idem Auctor, ad emendandas in rebus iſtiuſmodi difficultates, duos a* Wilhelmo *monachos Cluniacum miſſos, paulo poſt duos alios, denique iterum duos, oculata inſpecturos & rimaturos ſingula Cluniacenſium inſtituta, adeo accurate*, ut ipſi eorum magiſtri affirmarent, numquam aliquos illius ſpiritualis ſcholæ diſcipulos vel plenius vel veracius ſuæ inſtitutionis artem comprehendiſſe; *qui adjungit, Bernardum in Gallias reducem, monachos Hirſaugienſes abnixe commendaſſe abbati Cluniacenſium Hugoni, quo mandante* Wilhelmus, coadunato ſeniorum conſilio, *eas, quæ mori patriæ, & locorum*

A *rorum diſpoſitioni melius congruebant, conſuetudines adoperavit, tum a ſuis Hirſaugienſibus diſcipulis, tum a reliquis ejuſdem inſtituti monachis per Germaniam propagatas. Fertur de ea re exaraſſe duos libros*, de Conſuetudinibus Hirſaugienſibus *nuncupatos, quæ, teſte Trithemio, in pleriſque Germaniæ monaſteriis vigerunt uſque ad Burzfeldenſem reformationem, cujus conſtitutionibus omnia ferme, ut ait Mabillo, Hirſaugienſium inſtituta abolita fuere. Videri etiam poſſunt ea, quæ ad præſentem materiam congeſſit Stengelius in ſæpe dicto ſuo commentario, quæ fere coincidunt cum hactenus dictis. Atque hæc ſat multa ſunt, ut concludamus, beatum noſtrum Abbatem monaſterio ſuo Hirſaugienſi in ſpiritualibus pariter ac in temporalibus præclare profuiſſe.*

§. III. Monaſteria a B. Wilhelmo reformata, ædificata ac reſtaurata; celebriores ejus diſcipuli.

Monaſtica diſciplina

B AMplior erat in Wilhelmo *mentis capacitas, major rerum gerendarum ſolertia, concitatior ſpiritus, quam ut intra unius monaſterii Hirſaugienſis terminos poſſet coarctari. Ignis adinſtar erumpebat foras, & neſcius torda molimina, longe lateque quaquaverſum in alia monaſteria ſe diffundebat; facilis agi, difficilis cohiberi, ut ea vel reformaret, vel de novo ædificaret, vel reſtauraret, Dicatur de iis primo, quæ reformavit, idque verbis Trithemii, qui in veteri Chronici editione, poſtquam nonnulla ipſius recenſuiſſet miracula, ſic concludit:* Sed his narrandis vix inſiſtam miraculis, cum omnium miraculorum maximum ſit ipſius inſtauratio monaſtici ordinis & diſciplinæ regularis. Ipſe namque eſt qui ordinem noſtrum, in omnibus pene Theutonici regni provinciis miſere collapſum, reformare ſtuduit, & in multis etiam cœnobiis mirifice reformavit. Monachos enim quoſcumque potuit, verbis & exemplo ad obſervantiam regularis diſciplinæ, ferventiſſimo Spiritus ſancti ardore ſuccenſus, revocavit & ſummo ſtudio priſtinum illum ſervorem ſpiritus, quo ſancti patres noſtri, Benedictus, Maurus, Placidus, Columbanus, Gallus, Ægidius, Gregorius, Bonifacius, Lullus & ceteri pene innumerabiles, olim ſervebant in Deum, ad monachos ſui temporis reducere mirum in modum cupiebat.

C

mirifice a Wilhelmo per Germaniam propagata.

26 *Tum agit de monaſteriis a beato* Wilhelmo *vel diſcipulis ejus de novo erectis, de quibus etiam Auctor Vitæ. Deinde ea recenſet in utraque Chronici editione, quæ ad congregationem Hirſaugienſem pertinebant, additis nominibus abbatum, qui ad promovendas in illis locis Hirſaugienſes conſtitutiones operam contulerunt. Inter ædificata a* Wilhelmo *cœnobia, principatum tribuit idem Trithemius monaſterio Novo Hirſaugienſi, de quo in Vita num. 35. Ad majorem rei dilucidationem congero tum de hoc, tum de ſequentibus cœnobiis a* Wilhelmo *ædificatis ac reſtauratis, ea, quæ Mabilio inſeruit Act. Bened. ſeculi 6. par. 2. a pag. 720. Dictum itaque monaſterium cœptum fuit anno* 1082. *& a Monachis & Barbatis fratribus ejuſdem loci pertiſſimum elaboratum; ſuppeditati ſumptus a viris nobilibus ac vicinis, odore ſanctitatis* Wilhelmi *ac diſcipulorum ejus illectis. Quos inter præcipuum ſibi locum vendicat Hermanni Marchionis uxor, poſtquam illo vitæ perfectioris deſiderio Cluniacum ſeceſſit, ubi ignotus, porcarumque cuſtodia adnutus, ſub diſciplina beati Hugonis abbatis, vitam duxit ac clauſit. Templum abſolutis monaſterii ædificiis adjunctum, a quo & quando fuerit dedicatum, loquitur Vita eodem num. 33.*

D Auct. J. P.

Condit novum monaſterium in Richenbach;

27 *Primum itaque ab ipſo ædificatum fuiſſe monaſterium, quod vocatur Cella S. Gregorii, ſcripto mandavit Auctor ejuſdem vitæ num. 30. Circa quod obſerva cum Mabillone, factum hoc eſſe anno Domini* 1083. *regiminis ejus* 14. *in loco Richenbach. Fundationis tabulas Trithemius edidit; quas apud ipſum videri poſſunt. in Chronico Hirſaugienſi, noviſſime edito, pag.* 255. *Alios complures prioratus, a* Wilhelmo *fundatos, poſtea in abbatias evectos; alios Hirſaugienſium obedientia paulatim ſubductos; alios, quos Trithemius ſuo tempore immediatæ abbatis Hirſaugienſis juriſdictioni adhuc ſcribit paruiſſe, videlicet prioratum hunc, de quo jamjam egimus, nec non Schonreinſem in diœceſi Herbipolenſi, & præpoſituram Rothenſem in Auguſtana, veluti præterea brevitatis ſtudio,*

28 *Secundum ab eo conſtructum monaſterium, ut teſtatur Vitæ Scriptor, fuit S. Georgii Martyris, ſitum in Nigra ſylva, in diœceſi Conſtantienſi, fundum cauſidente, ut ſcribit Mabilio, Hezilone ſeu Hazilone, viro nobili, divite & pio, hortatu Heſſonis; ſumptuſque ſimul cum prædio ſuo, pro monaſterii conſtructione donante, quod admiſit* Wilhelmus, *promovit, ædificio inſtruxit, poſitis in eodem fratribus de ſuo conventu, optime inſtitutis; præfecitque illis Abbatem; nomine Henricum, virtute probatiſſimum. Quo rurſum probatas cernis dotes Viri beati in promovendis religioſis cœnobiis.*

E Item S. Georgii;

29 *Tertium monaſterium, cujus & Vitæ Auctor facit mentionem, accurante Abbate noſtro conſtructum fuit in honorem S. Martini, Turonenſium Epiſcopi, ac ſitum erat in Bavaria,* in quo, *ut dicit Trithemius,* monachos & abbatem de conventu S. Aurelii, viros certe optimos, & in obſervantia regularis diſciplinæ probatiſſimos, longo tempore collocavit. *Tum ita proſequitur idem Trithemius, & paucis illuſtrat monaſterium Erphortenſe, quarto loco ab Auctore Vitæ memoratum:* Fundavit *itaque illud* in Thuringia, in oppido Erpfurdenſi in honorem ſancti Petri Apoſtolorum Principis, in monte ipſius urbis occidentali, magnifico opere, conſtruens eccleſiam juxta formam & diſpoſitionem majoris eccleſiæ Hirſaugienſis, monachos illuc de ſuo conventu doctos & religioſiſſimos poſuit. Sed monaſterii curam Giſelberto, ex monacho Hirſaugienſis cœnobii tunc Abbati in vicino monaſterio Reinhasborn, quouſque mitteret eis abbatem idoneum, commendavit. *Addit Mabilio poſt beati Abbatis mortem, a Gebhardo ejus ſucceſſore, anno ſui regiminis* XI. *monachos illuc duodecim una cum Burchardo, quem illis præfecit abbatem, directos fuiſſe. Cœnobium prædictum non Dagoberto Francorum regi, ſed* Wilhelmo *noſtro originem & ſtructuram ſuam debere, argumento non uno probatum reperies apud Trithemium, contra monachos, idem monaſterium ejus tempore inhabitantes, qui Dagobertum ejus extitiſſe fundatorem contendebant.*

S Martini, & Erphortenſe;

F

30 *De quinto monaſterio, ſub B. V. Mariæ patrocinio ad Duplicem aquam, lingua Theutonica* Zwifalten, *a beato Cœnobiarcha, in Suevia, diœceſi Conſtantienſi ad Danubium, ut monet Bertholdus*

Zwifalt. conſe

A Auct. J. P.

theldus, edificato, hæc Chronico ſuo rurſum inſeruit Trithemius, dicitque Wilhelmum *in eo* monachos ſimiliter de ſuo conventu poſuiſſe, quibus Norgerum, valde venerabilem monachum, in Abbatem conſtituit, qui commiſſum ſibi gregem verbo & exemplo ſtrenue omni tempore gubernavit. *Norgerum Martyrologio ſuo inſcripſit Buccelinus ad diem* VI. *Martii, ubi memoratur obiiſſe anno* MXCV. *Sextum monaſterium* B. Wilhelmus *conſtruxit in villa, Wilheim dicta; de cujus variis mutationibus ac fortunis inſtitues te Mabilio ex Trithemio.*

Leuncl.

31 *De ſeptimo demum ac poſtremo monaſterio, a Beato conſtructo, tractat breviter Trithemius:* Monaſterium, *ait*, in ducatu Carinthiorum conſtruxit, quod Leven dicitur, cui & monachos probatæ religionis contulit, & abbatem ſimiliter ex ſuis, nomine Wezilonem, virum doctum, & pro vitæ meritis venerabilem ac multis clarum virtutibus præfecit. *Hæc de monaſteriis, ab Abbate* Wilhelmo *edificatis. Jam de reſtauratis dicatur.*

B *Monaſteria a Wilhelmo reformata. Schafhuſenſia.*

32 *Tria Auctor Vitæ recenſet, quæ Beatus noſter jam pene deſtructa, reparavit, videlicet Schafhuſenſe, Petersbuſenſe, & Campergenſe. Schafhuſenſis, in Suevia ſiti, primam fundationem reducit Trithemius ad annum circiter* 1051. *in Sangallenſi ſeu noviſſima Chronici Hirſaugienſis editione, his verbis de ea loquens:* His etiam temporibus Eberhardus, Comes quidam in Suevia, cooperante ſibi uxore ſua, nomine Ida, cupiens bonorum ſuorum conſtituere heredem, monaſterium noſtri ordinis, quod Schafhauſen nuncupatur, condidit, quod multis prædiis & poſſeſſionibus pro ſuſtentatione ſervorum Domini dotavit: in quo cœnobio poſtea per ſucceſſum temporis multi doctiſſimi atque ſanctiſſimi viri ſub regula S. Benedicti abbatis claruerunt. De quo etiam plura monaſteria noſtri ordinis nova, monachos & abbates primos inhabitatores diverſo tempore habuerunt. *Plura de hoc monaſterio vide apud Mabilionem in Actis Benedictinis ſec. 6. part. 2. pag. 338. occaſione memorati Eberhardi, ibidem ex Comite monachi.*

Petersbuſenſe

C

33 *Petersbuſen, ſeu potius Petroburgenſe, id eſt domus Petri, conditum fuit ſeculo decimo a Gebhardo, Conſtantienſi epiſcopo, ut tradit Mabilio: redintegratum vero inſtauratumque, debet beato Abbati religioſæ diſciplinæ vigorem; cui* abbatem dedit venerabilem virum, moribus & ſcientia inſignem Diethericum ſeu Theodoricum, ſui cœnobii monachum; qui regularis diſciplinæ ſervidus cultor & inſtaurator fuit, & multos verbo & exemplo ad mundi contemptum perduxit, *ut ſcribit Stengelius in commentario prælibato. Lege etiam ea, quæ habet idem Mabilio Act. Bened. ſec. 6. par. 2. pag. 722. ubi plura reperies de prædicti cœnobii fundatione. Situm porro eſt in Suevia, è regione urbis Conſtantienſis cis pontem Rheni, in dextera ejus, è lacu Acronio prodeuntis ripa.*

Campergenſe, & alia plura.

34 *De monaſterio Campergenſi hæc paucis accipe ex Trithemio, ad ann.* 1079. Anno S. Wilhelmi decimo, indictione Romanorum a. XXV. die menſis Aprilis, Burghardus, Comes de Rotenburg, cœpit oppidum ſuum Camberg in diœceſi Herbipolenſi deſtruere, & in eodem loco monaſterium noſtri ordinis ædificare, cui omnipotens Deus fidelem miſit cooperatorem, multaa habentem divitias, Wignandum nomine, civem Moguntinenſem, qui conſenſu Adelheidia conjugis ſuæ, memorato Comiti fideliter cooperatus, notabilem pecuniarum ſummam in conſtructione ejuſdem monaſterii, hilari vultu pro Chriſti honore expoſuit. Hujus Wignandi conſilio comes Burghardus monaſterium Cambergenſe S. Martino obtulit, & Moguntino Archiepiſcopo defenſionis jure in perpetuum ſubjecit, in cujus ſubjectionis manifeſtum judicium, Abbas memorati cœnobii ſingulis annis in feſto S. Martini mitram unam pontificalem, & duo corporalia offerre ſuper majus altare Moguntinæ eccleſiæ teneretur. Octo annis in conſtructione hujuſmodi monaſterii laboratum eſt, & nono anno cœpit a monachis Hirſaugienſibus inhabitari. *Ne longior ſim, mitto lectorem ad ea, quæ de eodem monaſterio habet ad annum* 1088. *Denique hujus interitum commemorans*, monachi, *inquit*, tandem noviſſimis diebus noſtris, perſuadentem intus diabolum ſecuti, ab ordine ſancto, quem profeſſi fuerant, receſſerunt, ſine regula cupientes vivere, facti ſunt nomine & converſatione Canonici ſeculares. *Monaſteriis* B. Wilhelmi *opera ad meliorem regularis diſciplinæ formam reductis, & ab Auctore vitæ commemoratis, alia accenſet Trithemius, quæ videri apud ipſum poſſunt in noviſſima Chronici Hirſaugienſis editione, a pag.* 268. *Ibidem inſuper pag.* 266. *dictus Chronologus recenſet Epiſcopos,* S. Wilhelmi *diſcipulos, ex aſceterio Hirſaugienſi egreſſos, ad res majores gerendas pro gloria Dei, Eccleſiæ utilitate, & ordinis Benedictini ſplendore. His ſubjungit Abbates meritis inſignes. Nos, ne ſimilibus recenſendis, ad inſtitutum noſtrum proprie non ſpectantibus, nimia prolixitate modum excedamus, ſatis habemus, aſſignaſſe locum, in quo plenior illorum tractatio inveniri poſſit. Conſuli quoque de his poteſt Mabilio in obſervationibus prævis Act. Bened. ſec.* VI. *par.* 2. *pag.* 723.

D

E

§. IV. Beati ſcripta; Auctor vitæ; Editores.

Singularis Wilhelmi eruditio

F

INgenio rerum gerendarum capaci, Wilhelmum *fuiſſe, abunde conficitur ex dictis; nec minus patebit ex dicendis cap.* 1. *Vitæ n.* 2. *ubi auctor paucis verbis multas de ingenio ejus ſingulari & elucubratis opuſculis laudes adornat. Eo accedit teſtimonium Trithemii, qui in citata Chronici Hirſaugienſis editione, pag.* 212. *ſic loquitur:* In omni genere ſcientiarum ſuavit doctiſſimus, & brevi tempore præceptoribus altior factus, omnes artes, quas liberales appellant, penetravit. In philoſophia diſputator acutiſſimus extitit; in Muſica ſingularis eruditionis fuit, utpote qui cantus in laudem Sanctorum, & plures & varios compoſuit. In Aſtronomia, Mathematica, & Arithmetica, quam peritus fuerit, ejus volumina teſtantur. De his facultatibus multa lucubravit. Nam, ut paucis tanti Viri comprobemus ingenium, ejus lucubrationes in medium proferamus. Scripſit igitur de Muſica librum unum. De computo eccleſiaſtico libros duos. De correctione Pſalterii libros duos; Conſtitutiones Monachorum, ſive Conſuetudines Hirſaugienſium, libros duos; epiſtolas plures ad diverſos; & quædam alia ſcripſit, quæ non vidimus. *Quæ ſenſu utcumque concordant cum iis, quæ ex memorato ſcriptore Vitæ Bartholdus tranſcripſit.*

36 Hic,

A *probatur ex ſcripsit ſ*

36 Hic, *inquit*, multa monumenta ſui naturalis ingenii nobis reliquit: nam naturale horologium ad exemplum cœleſtis hæmiſpherii excogitavit. Naturalia ſolſtitia ſive æquinoctia, & ſtatum mundi certis experimentis invenire monſtravit. Quæ omnia quidam ejus familiaris etiam litteris mandare curavit. Multas etiam quæſtiones de computo, probatiſſimis rationibus enodavit. Hic in muſica peritiſſimus fuit, multaque artis illius ſubtilia, antiquis doctoribus incognita, elucidavit. Multos etiam errores in cantibus deprehenſos, ſatis rationabiliter ad ariem correxit. In quadruvio ſane pene omnibus antiquis videbatur præminere. *At tempus edax rerum, ſicuti alia plurima, ſupereſſe digniſſima, vel erroſit, vel penitus conſumſit; ita & Abbatis noſtri opuſcula pene omnia nobis eripuit, nec quidquam ex iis ſupereſſe teſtatur Mabilio in obſervationibus præviis num. 13. in fine*, præter libros ejus de Conſuetudinibus Hirſaugienſibus, qui hodieque paſſim occurrunt in variis monaſteriorum ordinis *Sancti Benedicti* in Germania bibliothecis. Earum prologum habes ex codice Weingarthenſi editum tom. 4. Analectorum veterum pag. 465.

B

quorum ex iis ſuperſint.

37 *Librum de muſica, cujus peritiſſimus extiſſe traditur a ſcriptore Vitæ, ab eo exaratum, in bibliotheca monaſterii Sanctorum Udalrici & Afræ Auguſtæ Vindelicorum apud monachos Benedictinos, Mſ. olim fuiſſe aſſervatum, auctor eſt Stengelius in ſæpe dicto commentario. Verum eumdem librum tempore ſuo intercidiſſe, ibidemque loci extiteſſe antiquiſſimos id genus tractatus Mſs. fidem facit idem ſcriptor; traduntque Mabilio prædictum librum de muſica*, exſtare in codice Ms. Villingenſi cum aliis ejuſdem argumenti ſcriptoribus. *Ad hæc, Petrus Wagnerus Cœnobita monaſterii ſanctorum Udalrici & Afræ, jam plus quam a ducentis annis, uti è Stengelio colligimus, ita notatum reliquit in ſuo libro, quem inſcripſit*, Congeſtum virorum illuſtrium ordinis ſancti Benedicti.

De Dictionario, quod ſcripſit.

C

38 Wilhelmus monachus venerandus, præter alia multa opuſcula, præcipuum & inſigne opus edidit, librum ſcilicet Dictionarium, in quo procedit ſecundum ordinem Alphabeti, & de qualibet dictione facit pulcrum ſermonem. Magnus valde & ingens eſt liber iſte, & applicabilis ad omnem mundi materiam, & niſi fallor, is eſt, quem conſuetudo Librum ſeu Wilhelmum de univerſo, appellari obtinuit.

Auctor Vitæ

39 *Stengelius, in commentario ſuo agens de auctore Vitæ* B. Wilhelmi, *fatetur, ſe ignorare, quiſnam ille fuerit; quamvis ſuſpicetur* fuiſſe Heymonem; illum ipſum, qui ſub ſucceſſore hujus S. Wilhelmi Gebhardo, Prioris clauſtralis munere functus eſt. *Affirmatius loquitur Mabilio, vitæ a ſe editæ, hujus Haymonis tamquam auctoris nomen præfigens; nexus haud dubie loco Tritbemii, Heymonis ſive Haymonis laudes complens; in quo traditur* fuiſſe non minus in carmine, quam in oratione ſoluta exercitatus; in moribus quoque compoſitus, maturus ac religioſiſſimus, qui fratres in omni puritate regularis obſervantiæ præceſſit; ſcripſiſſe inter cetera opuſcula vitam, converſationem & miracula ſanctiſſimi Abbatis Wilhelmi bino volumine, quod poſtea frater quidam abbreviavit.

40 *Haymonem vero ſynchronum fuiſſe* B. Wilhelmo, *conſtat ex Vitæ ſubſequentis num. 14. ubi tractatur de canonico Argentinenſi, a paralyſi liberato, in hæc verba:* Sed neque hoc ſilentio contegi dignum ducimus, quod propriis oculis vidimus & perſpeximus. *Ad hæc idem Auctor ſatis aperte ſignificat, ſe interfuiſſe ultimæ* B. Wilhelmi *monitioni, ſuis in capitulo datæ quarto ante mortem die, num. 36. ſic loquens:* Cumque omnes eſſemus attoniti, *nimirum beato Abbate luctuoſa ac querula voce, quædam præter exſpectationem proferente, &c. Magno haud dubio dictus Auctor ſubſidio fuerit Tritbemio in rebus, ad* B. Wilhelmum *pertinentibus, atque in Chronico Hirſaugienſi recenſitis. Quin imo obſervat Mabilio, pleraque, quæ ad ipſum ſpectant, inde deſumpta eſſe. Poſtremo nota ex Tritbemio, genuinum Auctoris nomen fuiſſe Haymonem;* quem, *inquit*, nonnulli Heymonem, quinam cupientes litteram, Saxonum uſu pro prima nuncuparunt. *Sedulam ejus diligentiam, exempla & incitamenta, quæ dedit ad promovenda inter ſuos ſtudia litterarum, atque inſtructiſſimam, ipſo annitente, bibliothecam, apud eumdem commemorata invenies.*

D Auct. J. P. *Beato ſpes obtinuit.*

E *Editoris.*

41 *Ad vitam, hic a nobis dandam, quod attinet; eam numquam adhuc editam, una cum vita S. Wilhelmi Gellonenſis, ex Mſs. Codicibus eruiſſe, & commentario & notis illuſtraſſe Stengelius Ordinis S. Benedicti, ſcribitur in titulo utrique dictæ vitæ præmiſſe, atque in lucem emiſiſſe Auguſtæ Vindelicorum anno* 1611. *unde poſtea ad Acta Benedictina Mabillonii tranſiit.*

VITA

Auctore Haymone, monacho Hirſaugienſi, Beati coævo ac diſcipulo,

A Cardo Stengelio è Ms. edita; & deinde a Mabilione Actis Benedictinis inſerta.

CAPUT I.

B. Wilhelmi natales, educatio, monaſtica vita, eruditio, dignitas abbatialis, virtutes ac miracula.

F

RE verendiſſimus Abbas Wilhelmus, Bavariorum profapia religioſis parentibus exortus, Chriſti adſpirante gratia, pia indole mentis accreſcebat, quæ cunctis eum amabilem efficiebat. Puerili vero ætate ab eiſdem honeſtis parentibus oblatus Deo in monaſterio S. Emerammi *a* Martyris, ſeu prudens apis, flores virtutum ex divinis Scripturis, & ab exemplis ſpiritualium ſeniorum carpebat, & in pectoris ſui alveario recondebat. Et quamvis monaſticæ religionis vigor in eodem cœnobio aliquantulum tepeſceret, ipſe tamen per gratiam Dei in eadem religione ſemper in melius proficiebat; unde etiam ab incautis & negligentibus oppido timebatur: a probis & piis ob ſinceritatem & puritatem vitæ nimium diligebatur. Denique divina clementia illum comitante, tanta ingenii excellentia pollebat, ut cum eminentia honeſtorum morum ſimul emineret ſtudio variarum artium *b*. De quibus multa monumenta ſui naturalis ingenii nobis

Wilhelmi patria, monaſtica vita.

a

b

A nobis reliquit: nam naturale horologium, ad
ex MSS. exemplum cœlestis hæmisphærii excogitavit, naturalia solstitia sive æquinoctia & statum mundi certis experimentis invenire monstravit, quæ omnia etiam litteris mandare curavit.

studiosè & assiduè corpus
2 Multas etiam quæstiones de computo probatissimis rationibus enodavit. Hic in musica peritissimus *c* fuit, multaque illius artis subtilia, antiquis doctoribus incognita elucidavit. Multos etiam errores cantibus deprehensos satis rationabiliter ad artem correxit. In quadruvio *d* lane omnibus pene antiquis videbatur præminere, Soli autem Deo placendi cupidus, & carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigere aggressus, jejuniis, vigiliis, asperitate etiam cilicii macerabat corpus. Sic ergo fide firmatum, spe roborarum, charitate radicatum & fundatum, omnique morum probitate decoratum, providentia Dei omnipotentis Hirsaugiensi cœnobio *e* provisorem destinavit ad solatium multorum. Denique fratres, in eodem
B cœnobio Deo servientes, cum jam fuissent re-
f ctore *f* destituti, dulci ejus rumore delectati,
g honestos legatos *g* ad eum evocandum direxerunt. At ille, causa cognita, non se in superbiam extulit, sed jejuniis & orationibus vacans, junctis secum spiritualibus hominibus, Domini voluntatem hac in re quærendam statuit. Demum accepta licentia, licet boni quique congratularentur de honoris prælatione, sibi tamen dolebant, quod carerent ejus familiaritatis & affaminis prædulci solatio.

electus abbas, & qua conditione facta.
3 Ille vero non quærens, quæ sua sunt, sed quæ Domini, professus est, se non aliter omnino consensurum *h* electioni, nisi prius idem
h cœnobium integræ redderetur libertati. Igitur quia in jus proprium hoc idem monasterium Adalbertus comes & advocatus ejusdem loci cum suis parentibus redegerat & pene destruxerat, comperta Viri Dei constantia & magnanimitate, in omnibus se ei obtemperaturum simulabat. Cum eodem namque B. Viro cur-
i tem *i* regiam adiit, ac seculari astutia chirographum infideliter composuit (illo nil sinistri præ columbina simplicitate suspicante) regioque si-
C gillo illud firmari impetravit. Adveniente igitur Dominica Ascensiona, quæ illo anno evenit IV. Nonas Junii, convocata clericorum & laicorum multitudine, omnium communi voto, hic venerandus electus, laudatus, & cum nimia inundatione fletuum, in sedem abbatia est collocatus.

Ejus virtutes.
4 Qua dignitate susceptа, cœpit cœlestis studii fervore tanto magis inardescere, quanto se cognoscebat ceteris exempli gratia prælatum esse, suumque sagax studium super omnia convertit ad observationem religionis monasticæ. Alacer erat in exhortando, severus in corripiendo, nulli invidus, charitata diffusus & largitate extitit munificus. Cum gravitate dulcia ei affabilitas inerat, per quam cordibus humanis suaviter influebat. Negotium singulorum, acsi proprium, æstimabat. Peregrinos & pauperes paterno affectu fovebat, sæpissime exutus propria camisia aliisque vestimentis, miseri artus tegebat.

Monasterio suo libertatem restituit.
5 Inter hæc ergo exercitia virtutum, quadam tentatione probatus est potius quam pulsatus, quæ probatio sibi quidem ad coronam, Hirsaugiensi vero cœnobio ad stabilimentum & munimentum profuit. Nam supradictum chiro- D
graphum libertatis, infideliter compositum, secrete sibi insinuante conjuge prædicti Comitis,
k rescivit *k*, & sub obtentu prædictæ libertatis de pristina violentia ac subjectione injusta Hirsaugiensis claustri, nil minutum, sed potius auctum & roboratum. Tali autem perturbatione aliquantulum commotus propter statum loci, assiduis precibus & lacrymis interpellabat Dominum, ut de terrenæ potestatis jugo eriperet locum, quem pro suo amore susceperat regendum. Itaque misericors Dominus, qui juxta vocem Psalmistæ, prope est omnibus invocantibus eum in veritate; ex improviso eumdem Comitem tanta circumdedit adversitate, ut pene desperaret, ullum evadendi aditum se posse reperire. Ita constrictus, omni devotione consilium & auxilium spiritualium virorum expetivit. Qui dixerunt, eum non aliter evasurum tanta discrimina, nisi eum omni fide libertati redderet Hirsaugiensem locum, quem injuste possederat. Quorum consiliis acquies-
E cens, fide integra se abdicavit omni jure proprietatis ajusdem loci, & chirographum cum omni diligentia, secundum consilium timentium Deum, componi fecit, priori chirographo penitus deleto atque abjecto. Postquam autem venerandus pater Wilhelmus proprio labore & industria novum chirographum studiosissime composuit, ipsemet illud Regi Henrico, regio sigillo roborandum obtulit.

Romæ agit, ejus beneficio finitum.
6 Quo ad votum completo, statuit etiam Apostolicam Sedem adire, & privilegium Hirsaugiensi cœnobio, secundum scita canonum acquirera. Deinde iter aggressus, prospero cursu Romam venit. Ibi a Domino Apostolico beatæ memoriæ Gregorio *l* benigne sus-
l ceptus, cognitis causis, quarum gratia illo advenerat, libentissime, prout competebat, annuit. Nam privilegium Apostolica auctoritata plenum sibi contradidit, & ob munimentum Hirsaugiensia cœnobii chirographum unum, ab eo receptum, in scrinio S. Petri recondidit. Aliquanto ergo ibi demoratus, gravissimam infirmitatem incidit. Horribili enim ventris inflatione tenebatur oppressus, F
adeo ut nusquam posset gressum movere. Cumque diu hac infirmitate laboraret, & ejus recuperatio desperaretur, etiam a peritissimis medicis, quadam die se duci præcepit ad altare S. Mariæ semper Virginis, reclinatoque ventre sauciato ad altare, intimis precibus flagitabat remedium piissimæ Dei Genitricis: tantam spem atque fidam gratia Dei, amore dulcissimæ Genitricis suæ consecuta est. Subito enim contra spem omnium cœpit convalescere, ac se cibo reficere, & non post longum tempus in suum locum, cunctis gratulantibus, reversus est.

Ejus certamina.
7 Eo tempore Ecclesia Catholica miserabili ac detestabili schismate *m* ab inimicis Chri-
m stianæ unitatis scindebatur. Sed quia hic vere Deo dignus, igne divini amoris totus incanduerat, ac zelo animarum æstuabat, salubri consilio quosque ad unitatem tenendam servandamque animabat. Et quia simplici ac puro oculo tali insistebat negotio, quidquid agebat, cunctorum religiosorum animia complacebat; quidquid dicebat, omnium bonorum corda intimo amoris affectu delectabat. Cum co-

lum-

A lumbina ſimplicitate tantum viguit in eo ſerpentina aſtutia, ut ab hujus ſeculi prudentibus videretur omnes præcedere in prudentia, & a divina ſapientibus mire coleretur pro puræ mentis innocentia. Tanta charitatis affluebat benignitate, ut neminem, perfecte divino ſervitio cupientem ſe mancipare, pro paupertate ſua deficeret, neminem ob imperitiam refutaret.

multarum virtutum ſerax.

8 Nobiles ac ignobiles, divites & pauperes, viros ac mulieres ad contemptum mundi incitabat, ac ſingulos ad amorem cœleſtis vitæ verbo & exemplo accendebat. Multa hoſpitibus, multa pauperibus diſtribuebat, nec tamen commiſſorum ſibi curam poſtponebat; ſed cum paterna ſolicitudine & cum magna charitatis affectione, omnibus neceſſaria adminiſtrabat. Si qua vero rei familiaris penuria ingruebat, hanc non ſolum tolerabilem, ſed gratam ſibi ſuiſque blanda & virili commonitione faciebat; hanc eſſe dilectorum Chriſti probationem, & ſi patientia cum gratiarum actione ac precum frequentatione adeſſet, procul dubio mox manifeſtam a Deo venturam conſolationem. Quod utique eſt evidentibus ſæpe declaratum indiciis; dum ei in omni anguſtia Dominus oſtium miſericordiæ ſuæ, fide & precibus pulſanti, aperire dignatus eſt. Fama igitur vulgante ejus laudabiles actus, undique ad eum, quaſi ad bonum odorem Chriſti, fideles confluebant. Quidam utique cupientes uti ejus ſaluberrimis conſiliis, alii vero ejus orationibus ſe commendantes, plurimi etiam abjecta ſeculari ſarcina, magiſterium ejus deligebant. Ad miniſterium divini officii pro humilitate nolebat paratura indui, quæ aurifrigio vel alicujus pretioſi metalli intextura eſſet ornata. Deteſtabatur etiam oſculationem manus & genuum Abbatis, & omnino talem conſuetudinem abſcidiſſet, niſi eum ſeniores hanc reverentiam ab eis ſuſcipere, vix compuliſſent.

B

contemptus ſui & demiſſio.

9 Quolibet loco præcuntem conventum fratrum ſubſequens & diligenter inſpiciens, gemendo & plorando, oculoſque cum corde ad cœlum levando, pro eis attentius orabat. Ad menſam, ſi quid accuratius apparatum illi offerebatur, innuit offerenti, ſi omnibus communiter apponeretur. Si annuit, aliquantulum inde guſtavit; ſin autem, ſtatim infirmioribus diſtribuebat. Deliciarum & epularum diverſitatem, quæ ſunt fomenta luxuriæ, contemnebat: parvis ac mediocribus contentus erat; ſiquidem quocumque ſibi eundum neceſſitas exigebat, non ſuperbo equo delectabatur, ſed equa, aut vilis aſelli dorſo vehebatur. Veſtes nitidas pretioſique velleris horrebat, maxime manicas vel cucullas, quas etiam ſub ioxerminatione abſcidebat, variarumque rerum utenſilia ſuperfluo & pompatico ornatu decorari, acerrima execratione prohibebat.

C

affabilitas, et fiducia in Deum.

10 Quiſquis obedientiarius, vel alius quis tentatus vel mœſtitia gravatus, ad eum acceſſit, non ſpernendo vel deteſtando illum contriſtatum, ſed mulcendo & blandiendo, verbis conſolatoriis dolorem ipſius delinivit, lætumque ac gaudentem a ſe dimiſit: lucerna enim ardens & lucens, non ſub modio latebat, ſed ſuper candelabrum prominebat, ideoque omnibus exemplum bene vivendi fieri ſtudebat. Inter has ergo aliaſque virtutes, quam ſincera & perfecta fide polleret, nullus ſermo ad integrum explicare valet. Hac enim virtute, veluti lorica indutus, virili animo quæque adverſa devicit; ac ſæpius nonnulla difficilia, ac multis pene impoſſibilia aggreſſus, Domino adjuvante, felici effectu terminavit. Ut enim de pluribus pauca commemorem, dum die quodam ſanctus Pater de re familiari tractaret cum fratribus, exteriora providentibus, inter cetera, quæ conferebantur, nunciaverunt pro quadam inevitabili neceſſitate, neceſſarias eſſe quinque libras argenti. Cum vero nec in promptu eas haberent; nec uſque ſcita ſaltem mutuatione acquirere valerent, & imminens neceſſitas urgeret, ſine ulla dilatione perſolvere ipſam pecuniam, tali perturbatione coanguſtati, ignorabant, quomodo poſſent expedire. Pius autem Pater, in Domino confidens, verbis conſolatoriis, puſillanimitatem illorum ſtudnit animare, dicens, nullo modo da Dei miſericordia diffidendum eſſe. D

ex mss.

11 Illis vero præ anxietate tepidius excipientibus ejus conſolationem, & affirmantibus non pro ſe, ſed pro communi detrimento anguſtatos fuiſſe, à confeſſu ſurrexit, & illis ejus reditum præſtolantibus, exiit foras, implorans auxilium Domini. Nec mora, benignus Dominus affuit fideli famulo ſuo. Ex improviſo namque quidam ignotus ſuperveniens, contulit ei omnem quantitatem pecuniæ. Mox ergo rediens, protulit de manu ſua quinque libras argenti, & fratres charitative corripiens, ait; En adeſt pecunia, pro qua puſillanimes facti eſtis. Diſcite nil ergo jam ulterius de multiplici bonitate Dei omnipotentis deſperare. E

a quo nemo.

12 Item Deo amabilis Pater, quadam die diluculo profectus de monaſterio, non longe obvium habuit quemdam pauperculum cum uxore & undecim filiis parvulis, obnixe ejus eleemoſynam poſtulantem. Fratres autem, qui comitabantur eum, de cellario panes paucos, qui vix ad unum prandium paucis ſufficere poſſent, ſecum tuleranr; nam in quodam prato pranſuri erant. Ergo Vir Domini invitavit pauperculum cum uxore & filiis ad prandium. Reſidentibus vero omnibus, ex improviſo aderat non modica multitudo equitum popularium nec non & pauperum. Itaque pro parvitate alimoniæ ſociis beati Viri turbatis, ſimulque rubore ſuffuſis, Vir Deo plenus hilari vultu dicebat ad eos: Quinque panes, quibus Dominus quinque millia hominum pavit, quamdiu integri remanſerunt, nec multiplicati ſunt, nec ullus ex illis paſtus eſt; quando vero a Domino fracti ſunt, utique tunc ſunt multiplicati, & plures ex illis paſti. Hæc dicens, prompto animo & larga manu diſtribuebat multitudini, quæ aderat, parva alimenta, quæ fide ejus & meritis mirabiliter a Deo, ad ſufficientiam omnium ſunt multiplicata. Sane multis admirantibus ejus fidem atque liberalitatem, de paucis cibariis ſunt omnes abunde refecti. Singulis ergo in ſua cum gaudio redeuntibus, Vir Deo charus ſupradictum pauperculum cum uxore & filiis retinuit, ac longo tempora victui neceſſaria impendendo, uſque ad meſſem novarum frugum perduxit. F

& illorum ſuppedit.

13 Quodam etiam temppre, dum tranſi-

ret; promiſſo ſuo ſimul & verecundia victus, furtum in ſociorum ſuorum præſumpſit piſcibus, & *a* inſolitæ magnitudinis truttam *a* mane fratribus retulit, & eos in non parva admiratione diſcedens reliquit.

diripit;

17 Erat inter fratres unus altioris & perſpicacioris ingenii, qui inſuetam piſcis magnitudinem admirans, cœpit diligentius de eo perſcrutari. Primum (ut hujuſmodi hominum genus ſolet) furtum cum ſumma deteſtatione negat & abominatur; ſed cum dulcibus verbis & veri ratione & reipſa convincitur, culpam ſuam ſimpliciter fatetur. Tunc videres fratres illos non modice contriſtatos, & in ambiguo poſitos, quia furtum piſcem abominabilem fecerat, & quod jam adventanti Patri apponeretur, in promptu non erat. Tunc palliante charitate, piſcem Patri apponere communi conſilio decreverunt, & exceſſum illum jejuniis & orationibus apud ſe in occulto abolendum eſſe ſtatuerunt, limitam juſtitiæ exceſſerunt, quando modum in dilectione non ſervaverunt. Jam adveſperaſcente die, Pater deſiderabilis advenit: occurritur; ſuſcipitur; ad orationem ducitur. Tunc dilectiſſimus Pater chariſſimis filiis plena jocunditate, quia inſolita eſurie laboraret, &, ſi quid pulmentarii haberent, citius apponere præmonuit.

18 Tum recumbitur & piſcis ille apponitur, & cum ſumma diligentia, quid facturus ſit Vir Deo plenus, obſervatur. Ille homo, Deo hoſpite edocetur interiori; & quamvis, ut prædictum eſt, non parvam famem pateretur, tamen mira abominatione appoſita ſibi execratus, & nihil omnino guſtando, quaſi in exceſſu mentis rapitur. Nemo diſcipulorum vel advenientium, vel ibi manentium audet ſubitam Viri mutationem interrogare, ſed advenientes in ſumma erant admiratione, habitantes in maximo timore. Poſtera die, maxima contriti cordis devotione culpam ſuam fatentur, & a piiſſimo Patre clementer ſuſcepti, ne deinceps aliquid hujuſmodi præſumerent, ſub diſtricta interminatione admonentur.

brachium debile

19 Per id tempus miſit Vir Dei de monaſterio unum fratrem, nomine Bennonem cum quibuſdam ruſticis, mercede conductis, ut undecim carradas *b* vini adveherent cum plauſtris; quod vinum quidam civis Moguntinus, nomine Wignandus, officio charitatis tranſmiſit Hirſaugienſibus. In via autem, qua cum eodem vino veniebant, latrones noctu irruentes pro ſpoliis vim eis intulerunt, ſed illi, Deo protegente, illæſi cum rebus ſuis evaſerunt, excepto quod fratris prænominati dextrum brachium percutientibus adverſariis adeo eſt debilitatum, ut faſciolis illud ad collum ligaret, & ulterius uſum ejus recipere deſperaret. Poſt hoc & aliud infortunium ineiderunt. Nam unum de doliis plenum vino, quod ſpecialiter ad eleemoſynam fuit deputatum, vergente plauſtro, in foveam cecidit, & vinum effuſum, in foveam fere defluxit. Quo a ruſticanis exbauſto, dolioque vacuo ſuper plauſtrum levato, qui damnum ſuſtinuerunt, cum triſtitia magna iter cœptum tenuerunt. At frater prædictus, rebeltis ſociis, ad monaſterium præcucurrit, & Viro Dei brachii ſui læſionem, cum damno rei, quod acciderat, lamentando expoſuit.

reſtituit;

20 Cui ille verbis beati Job hilariter & conſtanter reſpondit, dicens: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. Conſequenter brachium ejus benedicendo conſignans, priſtinæ ſanitati reſtituit. Deinde præcepit eidem, ut omnia dolia vini advectitii, levatis operculis, diligenter inſpiceret, & quod cereris plenius inveniret, hoc totum pauperibus impertiret. Quo citius juſſa complente, cunctis qui aderant, videntibus, obſtupeſcentibus ſimul & gaudentibus, dolium antea vacuum, ut credimus, per merita Viri Dei, ita vino redundabat, ut nullum de ceteris tam plenum inveniri poſſet. Cumque & hoc prædictus frater Viro Dei gaudens & exultans referret, protinus mandatum ab eo accepit, ut nulli hoc revelaret. Quod ab aſiis, qui intererant, uſquequaque divulgatum eſt. Ruſticis vero, qui prius pro perdito ex ſua negligentia vino, libram unam argenti ſponte perſolvere volebant, juſſit ſolidum unum, ſuper condictam laboris ſui mercedem, addi, ciboque ac potu laute curatos, cum gaudio ad ſua remitti.

piſcium copiam eorum;

21 Sancto vero aliquando apud villam, quæ dicitur Wile, conſtituto, ſæpe dictus frater Benno, qui ibidem procurator rerum monaſterii fuit, in hora refectionis, paucos piſciculos ei obtulit, dicens: Pro adventu ejus ſe diu multumque in piſcando laboraſſe, & nil amplius præter illos, capere potuiſſe. Qui ſtatim præcepit ei piſcandi gratia ad gurgitem redire, & nil de miſericordia Dei diffidere. Quod eum ille mature implere properaret, laxato reti in aquam in verbo Viri Dei, ſtatim octo lucios admodum grandes cepit, & cum eiſdem, adhuc retis ligno involutis, ad Virum Dei repedavit. Tunc benigniſſimus Pater juſſit omnes pauperes, qui in eadem villa poſſent inveniri, ad prandium invitari, & eoſdem piſces eis ad refectionem paratos apponi.

ac frumentum multum piſcat;

22 Item dum quadam die Vir Dei eleemoſynario præciperet, ut ſtipendia pauperibus ſolito largius præpararet, audivit ab eo ad conficiendos panes valde parum ſupereſſe de frumento. Qui juſſus ab eo diligentius intueri, quantum remaniſſet frumenti, aperta arca, curioſe cum alio fratre inſpexit, menſuravit, vix unum modium invenit, & viro Dei veritatem rei indicavit. Mane autem facto, eum eleemoſynarius juſſa Patris impleturus, eamdem arcam aperiret, manifeſta Dei virtute, fidem & merita fidelis Famuli ſui declarante, ſummo tenus frumento plenam invenit; quæ tam grandis erat, quod viginti modios capere ſolebat. Quia enim Vir ſanctus ſemper ad hoc ſtudioſus & intentus erat, ut in omnibus voluntatem Dei perficeret, & ut magis proximis, quam ſibimet utilia provideret, ideo miſericors & juſtus Dominus piæ ejus petitioni in omni neceſſitate & anguſtia clementer & efficaciter affuit.

fratres profugos;

23 His, quæ ad miraculum pertinent, de ſancto Viro partim commemoratis, ob teſtimonium tantæ ejus fidei & ſanctitatis; nunc de eo alia quædam ſunt narranda, non tam mira, quam ad audiendum jucunda & utilia, & humanæ fragilitati ad imitandum poſſibilia. Non enim in Sanctis Dei ſigna & mirabilia jubemur imitari, ſed bonorum operum exercitia, & teſtante ſacræ auctoritatis Scriptura, miſerieordia, compaſſio miſerorum, & zelus animarum plus placent Deo, quam ſacrificia; & ſcientia Dei, plus quam holocauſta. Itaque hic Dei Amicus jugiter, ut ſæpe dictum eſt, miſericordiæ operibus inſiſtens, quadam die de monaſterio Haſunga *e* nun-

A nuncupato, fratres plus quam ſeptuaginta ſuſ-
A. MAYMONA, d cepit ad ſe confugientes, & ejus ſalubre conſi-
lium atque fidum ſolatium implorantes. Deni-
que Epiſcopus Moguntinus a ſchiſmaticis d elec-
tus atque ordinatus, quia idem cœnobium ec-
cleſiæ Moguntinæ jure proprietatis ſubjectum
erat, eoſdem fratres minis, ſuaſioribus, at-
que blanditiis conabatur ſuæ ditioni ſubdere,
ac participatione illicitæ communionis conta-
minare.

qui adhærebant Eccleſiæ, beſtiis valitur tradit. 24 Illi vero ecootra fixa ſententia unitati
Eccleſiæ fidem ſervaotes, velut ſurdis auribus
blanditiem ſpreverunt, ac juxta conſilium &
mandatum pii Patris Wilhelmi, relictis omni-
bus, ad ipſum ſe contulerunt. Hoc autem eve-
nit circa menſem Auguſtum, ante meſſem no-
varum frugum; & quamvis eodem anno & in
ſequenti, maxima ex parte frumentum pecunia
coemptum quotidiano fratrum victui adminiſ-
traretur, tamen in Deo fiducia magna præ-
ſumens, & pro adventu illorum Dominum glo-
rificans, velut cuncta horrea frumento plena
eſſent, præcepit ſolitam quantitatem panis au-
geri, dicens: Quia Dominus auxit numerum
B ſervorum ſuorum, debemus etiam & nos auge-
re annonam illorum. Aliquamdiu retentis ſe-
cum eiſdem fratribus, atque omni humanitate
eis exhibita, poſtea dimiſit eis cellam S. Gre-
gorii cum omnibus, quæ ad eam pertinebant,
quanto tempore voluerunt.

ignorantes juſſerunt ac putrit; 25 Alio quoque tempore ad quamdam cel-
lam iter tunc agebat, quam rogatu cujuſdam
Comitis juxta Danubium conſtruxerat. Jam-
que illuc appropinquare cœperat, & ecce in
confinio ſilvarum, quoddam tugurium conſpi-
eatur, aſſumptoque ſecum uno ex commeantibus,
ceteris cœptum iter exequentibus, illuc
tendere non moratur. Veniens itaque ad ipſam
domunculam, reperit mulierem valde pauper-
culam, ingreſſuſque & oblitus ſuæ dignitatis,
oblitus aſſueti rigoris, juxta ignem ſedit,
ipſamque ſedere præcepit. Tunc inter ſacræ
ædificationis eloquia, oculos huc illucque cir-
cumferens, ſciſcitatur ab ea, quonam modo
ipſa cum viro ſuo viveret, quia nil io domo,
unde temporalis vitæ ſtipendia conſequereotur,
haberet. Illa nil præter miſeram vitam, reli-
C quum ſibi eſſe fatetur, pane & aqua ſe victi-
tare, & hæc vix quotidiano labore manuum
ſuarum parare. Marito interim de agro re-
greſſo, quærit ab eis, fidemne ſciant catholi-
cam, ſine qua oemo poteſt conſequi vitam æter-
nam. Qui ſimpliciter, quidnam ſit fides, pe-
nitus ſe ignorare fateotur. At ille altius io-
gemiſcens, & geminæ eorum inopiæ ex inti-
mis viſceribus condolens: Quid mirum, ait,
ſi ab exterioribus rebus videmini inopes, qui
intus (miſerabile dictu!) a Deo, qui præſtat
nobis omnia abunde ad fruendum, eſtis ina-
nes? Poſt hæc fidem, prout capere poterant,
breviter eis exponit, & pro tempore inſtructi,
quatenus ad eamdem cellam ſe ſequerentur,
iojunxit. Poſtera die illo veoientes, benigne
ſuſcepit, aliquamdiu benigne retinuit, neceſſi-
tates eorum oon modice ſublevavit. Sicque fa-
ctum eſt, ut & mentis illorum inopiam verbo
ſacræ eruditionis ineſcaret, & corporalem pe-
nuriam mirifice alleviaret.

fagum dividit pauperibus 26 Cum quodam hyemali tempore iter age-
ret per fines Bavariæ, obvios habuit duos pau-
peres, contra frigoris aſperitatem veſtitus ab D
eo ſubſidium poſtulantes. Qui mox recordatus
S. Martini, qui dimidium chlamydis ſuæ lar-
gitus eſt algenti pauperi; cum uno famulo di-
greſſus eſt ſeorſum a commeantibus, & ſagum,
quod ei tam equitaoti, quam dormienti tole-
bat ſubſterni, in duas partes diviſit, ac ſingu-
lis pauperibus ſingulas partes, quibus ſe a fri-
gore protegerent, impendit. Quiddam de beato
Viro referam, quod reſpicit ad animi ſui pu-
ritatem & ſimplicitatem comprobandam & a-
mandam, & multorum ſui nominis vanitatem
deteſtandam & damnandam.

27 Quidam Abbas pretioſis veſtibus, plus aut & ſtrangulum vel tegumen. E
quam talem perſooam & tam arduum propoſi-
tum deceret, deditus erat. Quem Vir Domini
pro multis aliis bonis, a Deo ſibi conceſſis, di-
ligebat; ſed in hoc ſecundum zelum Domini
acriter eum ſæpius corripuit, quamvis parum
profuerit. Quodam tempore quaſi pro benedi-
ctiooe idem Abbas valde pretioſum lectiſterni-
um ei obtulit, & ut ob memoriam mutuæ
dilectionis ſuſciperet, rogavit. Quod Vir, Deo
plenus, multa ſimplicitate ſuſcepit, & ad offe-
rentis duplicitatem non attendit. Offereos qui-
dem id intendebat, ut in hoc vanitatem ſuam
in ſtudio pretioſarum veſtium aliquanto tego-
ret, ſcilicet ſi tam laudabilis & in omni mo-
nachica profeſſione perfectus, hujuſmodi ute-
retur, ille io alio ſimili non admodum nota-
retur. Ille namque Abbas olim Viri Dei erat
profeſſus, & ab eodem ad talem honorem pro-
vectus. Una autem tantum nocte Vir Dei il-
lo lectiſternio utitur. Poſtera die quidam fra-
trum, obſequio illius devotior ſecreto illum
adiit, ſe eſſe circumventum admonuit. Quo
audito (incredibile dictu!) factum ſuum ex-
pavit & exhorruit, & mox in decem paupe-
rum ſubſidium male ſuſceptum diviſit lectiſter-
nium.

Ejus erga miſeratio. 28 Habuit & hoc omni laude dignum eum
aliis bonis ſuis ille Dilectus Domini: oam a F
quocumque hominum aliquid boni in admo-
nendo audivit, ac ſi de cœlo miſſum, omoi
devotione ſuſcepit. Cogor multorum ſui no-
minis altum ſupercilium & ſingulare corou
deflere. Hic virtutem, hic totius honeſtatis
ſpeculum, ab omni bomine elegit correptio-
nis judicium, & veritatem a quocumque ho-
mine honoravit. Compaſſio vero tam natura-
lis & vehemens ei inerat, ut non ſolum erga
homines, ſed etiam erga bruta animalia
hanc oſtenderet. Hinc eſt, quod quadam hye-
me, cum ex abundantia nivium vis algoris
plus ſolito ingrueret, idem Pater, viſceribus
pietatis motus, accito Præpoſito, querula
voce dixit ei: Volatilia frigore & fame pe-
reunt, ſume manipulos avenæ, & defige cir-
ca ſepes, ut inveniant, quo paſcantur. At
ille reſpondit; Domine defecerunt nobis ma-
nipuli avenarum. Cui ille: Habeſne, inquit,
ſiligineos manipulos aut triticeos? Habeo, in-
quit. Tune pius Pater: Ergo, ait, illos ven-
de & eme avenarios. Ille juſſioni obtempe-
rans, adjutori ſuo injunxit, ut mane ad cur-
tem exiens, opera juſſa impleret. Eadem oo-
cte, quando ſubſequente mane iturus erat,
gratia Domini benignitatem ſui Servi remune-
rante, aſperitas glaciei emollita aſt leni aeris
temperie.

29 Sane

Opera miſericordiæ corporalia & ſpiritualia.

29 Sane pauperes in eleemoſynaria, ſive ruſticos in villulia infirmos jacentes humiliter viſitavit, ac piis conſolationibus fovit. Poſtremo obeuntes diligenti cura ſepulturæ tradidit. Eorum vero, qui inſaniam mentis patiebantur, nullum ſuſcipere dedignatus eſt. Aut enim cum toto fratrum conventu pſalmos & benedictiones recitavit ſuper illos, aut eum quibuſdam fratribus, quæ tali negotio congruebat, explevit: miſericordia Dei ſubſequente cum ſanitate mentis & corporis, læti ad propria redierunt. Religio quoque monaſtica *e*, quæ pena in provinciis Theutonicis refrixerat, in eis, qui habitum religionis prætendebant, hujus B. Patris ſtudio cœpit recaleſcere & recuperari. Non ſolum autem monaſtica inſtitutio ejus æmulatione profecit, ſed & ſinguli gradus eccleſiaſtici ordinis illius exemplis erudiebantur. Monachos namque humilitate, charitate, ſervore & religione inſtruebat; Epiſcopos, presbyteros, leu quoſlibet clericos doctrina & auctoritate promovebat. Laicos converſione & ſubjectione docebat; virgines, viduas ac mulieres mundi-
B tia & caſtitate informabat; pauperes Chriſti & peregrinos parvo contentos eſſe, ac mundum ſub pedibus habere, & omnem ejus gloriam, verbis & operibus diſſuadebat. Singuli fideles Chriſti ad illum, quaſi ad ſinum matris confugiebant, multumque per eum in Deo proficiebant.

ANNOTATA.

a *Piſcis eſt exquiſiti ſaporis, capite & ventre oblongus, colore glaucus.*

b Carrada, *al.* Carrata *vel* Carada, *eſt vehes, ſeu onus, quantum carro vel carruca vehi ſolet.*

c *Monaſterium eſt in Thuringia, fundatum a Sifrido, Archiepiſcopo Moguntino, ut in Commentario prævio notavit Stengelius.*

d *Putant Stengelius ac Mabilia, deſignari hic Wetzilonem, Sifridi ſucceſſorem, qui una cum Legatis & Abbatibus, a parte Henrici & antipapæ*
C *Clementis ſtantibus contra S. Gregorium VII. præfuit conventui Moguntiæ habito in monaſterio S. Albani Martyris, anno 1085. Ad quem conventum vocatus* Wilhelmus *adeſſe venuit.*

e *Stengelius in Comm. prævio hic ſcribit, appellari hanc reformationem Hirſaugienſem, ſive novam Cluniacenſem, eo quod conſtitutiones ſuas ex illo monaſterio aſſumpſerit.*

CAPUT III.

Varia condit monaſteria; laicos converſos primus inſtituit; ſuſcipit extrema Eccleſiæ Sacramenta, ac pie moritur. Poſt mortem ſe probat monaſteriorum ſuorum defenſorem, ac pauperum fautorem; viſio, ſanctitatem ejus commendans.

Varia a ſe ædificata monaſteria.

NNne tandem veniam ad enarrandum id, quod erat inter omnia opera ſua præcipuum, & uſque ad finem ſeculi multorum animabus per cœnobialem vitam ſalvandis profuturum. Erat enim ſtudioſiſſimus cœnobiorum novorum fundator ac veterum inſtaurator. Denique ſeptem cœnobia *a* tam per ſe, quam per ſuos diſcipulos variis in locis a fundamentis conſtruxit. Quorum primum fuit Cella S. Gregorii, quæ proprie ad Hirſaugiam pertinet. Secundum S. Georgii martyris, utrumque in nigra Silva. Tertium in Bavaria, in honore S. Martini. Quartum in Thuringia, quod dicitur Erphefurch *. Quintum ad Duplicem aquam in honore S. Mariæ. Sextum in villa Wilheim, quod poſtea mutatum eſt in montem S. Petri. Septimum in provincia Charentinorum. Alia vero tria, id eſt, Schaffhuſen, Petrishuſen, Campergenſe, pene jam deſtructa, reſtauravit.

31 In quorum gubernatione hæc erat ei eum ſolicitudine quotidiana non parva difficultas, tales videlicet in congregatione fratrum invenire perſonas, quæ eſſent utiles & idoneæ ad lucrandas animas. Nam ſecundum dominicum ſermonem: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci; dum eos, qui aliis debent præeſſe, & opere & ſermone oportet eſſe probatos, ac non minus ſeculari ſcientia quam ſpirituali eruditos. Sed quia pauciſſimi inveniuntur, E qui utroque polleant; plures tamen ſunt, qui unum ſine altero poſſideant, id eſt, aut vitam bonam ſine ſcientia vel eloquentia doctrinæ, aut verbum doctrinæ ſine religioſa converſatione; eos ille ſapiens architectus ſtuduit quaſi quadratos lapides, ubi appararent, in ædificio ſpirituali promovere, quos novit expolitis moribus laudabiliter vivere, etiamſi cetera neceſſaria minus ſuppeterent.

32 In hoc ſequens memorabile factum Gregorii Papæ ſeptimi. Huic enim cujuſdam eccleſiæ clerus & populus duos electos ad epiſcopatum præſentavit, & unum quemlibet ex duobus epiſcopum ſibi ordinari petiit. Sed Papa unum ex his ſciens eſſe bonum doctorem, nec tamen religioſum; alterum è contrario religioſum, nec tamen neceſſariæ eruditionis peritum, quem ex duobus præeligeret, dubitavit, atque id divinitus ſibi manifeſtari orationibus cujuſdam ſervi Dei, hoc modo impetravit. Nam idem vir ſpiritualis, cum hoc ſibi a Papa injunctum vigilanter Deo com-F mendaret, & per interventum ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſibi voluntatem Dei revelari intente ſupplicaret, per viſum ei beata Maria Virgo apparuit, ſuoſque annulos, quorum unus purum aurum, alter perlucida gemma eſſe videbatur, oſtendit, eique interroganti, quem ex duobus eligeret; Gemmam, inquit. Qui evigilans, Papæ viſum ſuum narravit, incertus tamen, quid ad eauſam prætaxatam vel aurum vel gemma innueret. Conſeſtim Papa, quia erat pelpicacis ingenii: Non dubium eſt, inquit, quod, teſtante ſacro eloquio, per aurum ſapientia, per gemmam vero ſimplex & pura vita hominis ſignatur; ideoque ex ipſo judicio caſtiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, ille, qui caſte, juſte, pie vivit, etiamſi ei aurum ſapientiæ vel eloquentiæ deſit, ad exemplum bene vivendi populis præeſſe meretur; hujus enim lingua tacet, vita docet. Oportet in hujuſmodi electione ſummopere canonum ſanctiones obſervari, ſemperque ad regimen animarum, non quoslibet populares, ſed regulares dumtaxat perſonas promoveri.

D A. HAY-MONE. *a*

* Erphesfurch.

gubernatio gubernavit.

Virum pii studiis profundè, probatæ exem. ia.

A. HAYMONE. *Laici conversi instituti.*

33 Hoc ergo informatus exemplo fidelis ſervus Domini & prudens, in quibuſdam ex præmiſſis cœnobiis ſtatutis abbatibus, in quibuſdam prioribus, religioſos monachos ſimul cum converſis laicis deputavit. Enimvero amabilis Pater, zelo animarum fervens, primus inſtituit

b *b*, ut monachi miniſterio fideli laicorum converſorum in exterioribus adminiſtrandis uterentur, & verſa vice iidem laici a monachis, quod ad curam animarum pertinet, conſequerentur, eorumque clauſtralem diſciplinam pro poſſe ſuo extra clauſtrum in corrigendis moribus imitarentur. De quorum converſatione, ſecundum quod ſæpe dictus Pater, Deo inſpirante, ordinavit, operæ pretium eſt aliqua commemorare, de quibus certi ſumus, ſicut in præſenti tempore, ita & in futuro multos poſſe proficere. Ad nocturnas vigilias omnes in eccleſiam conveniunt, quibus tamen propter diurnum injunctum operis laborem breviter Matutini decantantur: poſtea, qui volunt, ad lectos revertuntur; alii in eccleſia perſeverant, donec

B Nocturni a monachis finiantur. Summo mane Miſſam audiunt, deinde ad capitulum conveniunt, ibi pro diverſis exceſſibus veniam petunt, & congruam a magiſtro diſciplinam accipiunt. Quo pacto & ſubſequente, quibus neceſſe eſt, peccatorum confeſſione, unuſquiſque ad opus ſibi injunctum divertit. Nam illis injuncta ſunt ſingula officia intra vel extra cellam gerenda, quæ tam fideliter, honeſte, ac diligenter tractant & adminiſtrant, ac ſi a Deo ſibi commiſſa. Nil proprium poſſident, ſed ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur, omnia in medium conferuntur; unicuique, prout opus habet, diſtribuitur.

eorum diſcipline.

34 In agendis negotiis non ſolum lites ac jurgia devitant, ſed etiam ab otioſo ſermone ſe continent. Prælatis ſuis obtemperant; ſine quorum permiſſione, nec etiam extra cellam longius iter agunt; ſemper in Dominico die communicant, ita ut dimidia pars illorum in una, altera pars in altera die Dominica corpus & ſanguinem Domini reverenter accipiant; ſed in ſummis feſtivitatibus omnes ſimul. Qui iter

C facturus eſt, ipſa die communicat, ſi tamen ante proximam diem Dominicam ſe rediturum non ſperat. Revertentes de via, veniam petunt pro exceſſibus, in via commiſſis. In equina ſerviendo, & tam ſibi quam monachis & hoſpitibus cibum parando ſeptimanas ſuas viciſſim peragunt, cibum una capiunt, quem ſibi invicem apponunt. Ad diurnas horas non veniunt ad eccleſiam, niſi quibus ad hoc vacat. Ad Completorium, ſicut ad Nocturnos, omnes, ſive pene omnes, adſunt: poſtea cum ſilentio ad lectos ſuos divertunt.

Bonis operibus intentus, in morbum incidit.

35 Ad hujus ſpiritualis vitæ obſervantiam ſanctus Pater Wilhelmus congruam in eodem loco Hirſaugiæ conſtruxit habitationem; videlicet novum monaſterium *c* in honore beatorum

c Apoſtolorum Petri & Pauli, ſanctique Aurelii confeſſoris, ad Auſtralem plagam, per manus ſub obedientia ſua militantium. Quod infra annos novem conſummatum, in decimo eſt dedi-

d catum *d*. Denique ipſum templum, antequam dedicaretur, pauperibus per gyrum replevit, a ſuperiori parte uſque ad valvas, clauſiſque januis per ſe ipſum eis miniſtravit; ipſo tempore & deinceps uſque ad obitum ſuum plus ſolito egenis ſtipendia erogavit. Poſt prædictam dedi- D cationem, novem hebdomadibus ſupervixit; jamque inſtante natali Apoſtolorum Petri & Pauli languor eum invaſit, Nocturnis vigiliis & diurno miniſterio, licet debilis, interfuit, craſtino privatam Miſſam ad principale altare celebravit. In ſequenti nocte cum præ moleſtia corporis ſurgere non poſſet, per viſionem divinitus conſolationem accepit, dictumque eſt ei, quod SS. Petrus & Paulus in ejus juvamine prompti adeſſent. Diluculo cum greſſum vix movere poſſet, deduci ſe juſſit in oratorium, & parari ad celebrandam Miſſam. Et inter manus utroque latere ſoſtentatus ſuper altare Apoſtolorum Petri & Pauli, ſacrificium vivæ hoſtiæ immolavit, ac velut profecturus ad Dominum, verba S. Pauli, quæ jam imminente ejus reſolutione dicebat, quæque etiam ſuæ cauſæ optime congruebant, in ejus feſtivitate decantabat, quæ ita ſe habent: Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem, juſtus judex. Ita fuit ejus ultima celebratio Miſſæ.

E *Fratres ad ſe vocat & hortatur.*

36 Quarto die ad viſandos & commonendos fratres in capitulum venit. Quidquid autem eos hactenus inſtituebat, hoc cœpit ſingillatim repetere & exhortari, ut de die in diem in melius proficerent; in primis de continuo amore Dei, de ſervore monaſticæ religionis, de obſervantia mutuæ dilectionis, de ſectanda hoſpitalitate, & cum omni ſolicitudine impendenda, de diligenda eleemoſyna & voluntarie eroganda, multaque his ſimilia ſuadebat; poſtea queruloſa voce intulit: Unum fuit, quod valde me exacerbavit, & gravavit, quod lamentando Deo & vobis promam. Cumque omnes eſſemus attoniti, dixit: Quidam fratres vobiſcum converſati ſunt, ſecundum prudentiam carnis magis, quam juxta ſimplicitatem ſpiritualem, ſuiſque ſermonibus ſeu conſiliis ſæpius me perturbabant, ac ſimplicitati propoſitæ obſiſtebant. Sed Deus omnipotens viritim eos a nobis ſeparavit, & de clauſtro elongavit. His dictis ſtatim ſubjunxit. Amodo chariſſimi, nullum capitulum vobiſcum habiturus ſum. Id- F circo, filioli, ultimam patris ſententiam audite, & memoriter retinete, quæ audiſtis & vidiſtis.

attonitis auditis ſe recipiunt, eumque ſequuntur.

37 Finito capitulo, in ſuo humili habitaculo ſe recepit, & ſolito more omnibus, eum adire volentibus, conceſſit. Dehinc tertio die juſſit portari ſe in oratorium S. Mariæ, ibique conventu fratrum pro eo Miſſam celebrante, unctione olei infirmorum, & perceptione corporis & ſanguinis Domini exitum ſuum munivit, ab omnibus indulgentiam petens, & ipſe omnibus indulgentiam faciens, ac ſingulos deoſculans & amplexans paterno affectu, præſentibus ultimum valeſecit; abſentibus demandans ſuam intimam charitatem; ſimul omnes obſecrans & conteſtans, ut in unitate Eccleſiæ & ſubjectione Sedis Apoſtolicæ, quomodo ſibi traditum fuerat, uſque ad mortem inviolabiliter permanerent. Ad extremum elevatis manibus, brevi ſermone coram omnibus ſic concluſit: Teſtem invoco Deum, quod ſemper uſque ad nunc benigne ac fideliter erga vos egi. Quo de oratorio deportato, ſingillatim quique cum gemitibus & ſuſpiriis ad eum confluebant.

ejus obit.

38 Ad quos dignum memoria verbum dicebat:

A hat; Juſti hominis obitus non eſt mors dicenda, ſed potius mutatio, quia mutatur a mortalitate ad immortalitatem, de terrenis ad cæleſtia. Poſtera die, eo in domum infirmorum deportato, & conventu fratrum illue congregato, infra meridiem cunctis miſerabiliter flentibus ac lugentibus, IV. Nonas Julii beato fine perfunctus, animam felicibus meritis plenam Deo reddidit, atque de Ægypto hujus mundi ereptus, terram viventium perenniter habitaturus adiit. Convenientibus ergo duobus Epiſcopis & quinque Abbatibus *e*, clericis etiam non paucis cum multitudine utriuſque ſexus, poſt exequias per quinque dies celebratas, in medio eccleſiæ Apoſtolorum debita veneratione ſepultus eſt. Non longe autem poſt obitum, quaſi poſt noctem triſtitiæ, quæ cunctos oppreſſerat, illuxit nobis dies conſolationis, de adventu D. Gebehardi, tunc Prioris, ſed poſtmodum defuncti Patris in regendo monaſterio ſucceſſoris, apportantis reliquias S. Petri Apoſtoli, ſcilicet de ejus capillis, a reverendiſſimo Hugone abbate Cluniacenſi tranſmiſſas, pro quibus eum pater Wilhelmus ante obitum ſuum direxerat: hos ſuper omne aurum & lapidem pretioſum multum Hirſaugienſes intimo affectu amplecti debent & venerari pro eo quod vere de capillis Principis Apoſtolorum Petri eſſe didicimus.

e

B

Reliquiæ S. Petri apud Hirſaug.

f

g

39 Nam antiquo tempore, antequam corpora Apoſtolorum Petri & Pauli ab invicem ſunt ſeparata *f*, in locis tutiſſimis, ubi nunc ſunt condita, ponerentur, erat cuſtos ratione eccleſiæ, nomine Oddo *g*, qui renuncians ſeculo, Cluniacenſe cœnobium, in quo poſtea factus eſt abbas, petiit, & inter alias reliquias Sanctorum, nonnullos S. Petri capillos ſecum attulit. Ex quibus hos ſumptos eſſe, quos nobis tranſmiſit, certiſſima aſtipulatione teſtatus eſt cum grandævis ſenioribus, prædictus abbas Cluniacenſis, ardentiſſimus amator noſtræ congregationis. Hoc idco neceſſarium duximus hic annotare, ne quis ſuper eiſdem capillis poſſit aliquo dubitatioois ſcrupulo permoveri, quin verum ſit, quod a tantis & talibus cnnſtat teſtibus confirmari. Prædictas vero reliquias qui attulerunt, antequam Hirſaugiam pervenirenr, cuidam religioſo preſbytero, in vicina villa commoranti, provido uſi conſilio, commendaveruot ſervandas, uſque ad feſtum, quod dicitur S. Petri ad vincula. Ipſa utique die collectis abbatibus & aliis religioſis viris, memoratæ reliquiæ in monaſterio Hirſaugienſi ſuſceptæ ſunt cum maximo monachorum plebiſque tripudio, ac primo ſuper ſepulcrum beati patris Wilhelmi depoſitæ, ipſi, cui ſpecialiter tranſmiſſæ fuerant, hoc modo pio filiorum affectu quaſi præſentabantur. Denique inter jucunda divinæ laudis præconia, ſupplici veneratione ab omnibus, qui aderant, deoſculatæ, in ſcriniolo argenteo, ubi nunc uſque reſervantur, ſunt reconditæ.

C

Wilhelmus vel poſt mortem ſuum monaſterium tuetur.

40 Legitur de S. Gregorio ſanctoque Gallo, multis poſt tranſitum eorum de hac vita clariſſe indiciis, quod monaſteria, quæ in honore Dei conſtruxerant, ſuis contra multas adverſitates defenſarent patrociniis. Nonnulla etiam hujuſmodi, noſtris geſta temporibus de hoc Sancto Dei, a notis & probatis perſonis comperimus, quæ ad commendationem ſanctitatis ejus ſtyli officin annotare curavimus. Erat quædam abbatiſſa in Norica provincia, piis operibus dedita, cujus conſilio pius Vir Dei olim Hirſaugiæ prælatus fuerat, quia eum pro vitæ meritis multum dilexerat. Huic poſt diſceſſum ejus per famam innotuit, multos ſiniſtræ partis homines in hoc facinus conſpiraſſe, ut funditus deſtruerent cœnobium Hirſaugienſe. Unde ipſa continuis affecta doloribus propitiam divinitatem aſſiduis interpellabat precibus, ut ſuæ protectionis auxilio tantum nefas averteret, ac ſui fidelis famuli novellam plantationem ad incrementum perduceret. Cumque tam piis anguſtiis cor ejus angeretur, & pro imminente periculo Dominum inſtanter deprecaretur, quadam nocte quieſcenti Vir Domini in ſomnis apparuit, mœſtamque hilari vultu intuens, lætificavit, dicens: Multos quidem fuiſſe, qui tantum nefas geſtiebant perpetrare, ſed ut non fiat omnino prohibitum eſſe. Tune illa ſollicite inquirente, quis hoc fieri prohibuiſſet, reſpondit; Angelus Domini bonus. Et confeſtim viſio colloquentis diſparuit.

D

A. HAY. MONE.

E

perſecutoribus

41 Vere enim, ut ait Pſalmiſta, immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripit eos. Sed quamvis, eodem atteſtaote, juſtus quiſque in protectione Domini commoretur, evidentius tamen & ſeverius vindictam Dei experti ſunt, qui juſſu regis Henrici, ejuſdem nominis IV. Hirſaugienſes exterminare moliti ſunt, pro eo quod hæreſi ejus contra Romanam Eccleſiam noluerunt conſentire, nec aliquatenus ejus communione ſe contaminare; quippe qui erat ſcleratiſſimus, & omnium, quos terra ſuſtinuit, flagitioſiſſimus. Ipſo itaque annitente, quidam epiſcopus Argentinenſis, nomine Wernerus, militari manu aggreſſus eſt devaſtare Hirſaugiam, ſed eadem die, qua tantum ſacinus commiſſurus, equum loricatus aſcendit, ſubitanea morte, antequam loricam exueret, præoccupatus exſpiravit, & vivens in infernum deſcendit *h*. Vivus, inquam, ut ſcriptum eſt, in infernum deſcendit, qui prudens & ſciens, ut inique ageret, laboravit, qui innocentes Dei famulos perdere affectavit, quod ipſis etiam militibus, qui inviti ad auxilium ejus cogebantur, adeo viſum eſt abominabile, ut ei diſſuaderent & ad tale facinus auxiliari recuſarent. Hoc autem longe ante obitum Viri Dei contigit. Sed deinceps tale aliquid contra locum ſanctum, & ejus habitatores præſumendi, omnibus uſquequaque metum incuſſit.

h

F

parum dominibus

42 Operæ pretium eſt hic ſubſequenter ſubjungere aliud quiddam, huic non multum diſſimile, quod etiam valet ad terrendos & reprimendos invaſores Hirſaugienſis ſubſtantiæ. Vir quidam nomine Wintheir de Villa Allmendingen nuncupata, renuncians ſeculo, ſanctæ converſationis habitum ſumpſit ſub abbate Wilhelmo, ac de propriis rebus quoddam prædium, in prædicta villa ſitum, ad uſum fratrum Hirſaugienſium legitima donatione delegavit. Poſtquam autem uterque, ſcilicet abbas Wilhelmus, & vir prædictus ex hac vita migravit, juvenis quidam prædium auſu temerario, quaſi hæreditario jure ad ſe tranſmiſſum, uſurpavit. Cumque una die duas carra-

A carradas vini, & alia hujuſmodi violenter de
A. HAY, eadem poſſeſſione abduceret, in ipſo itinere
M. NE, pes unus boum, qui rapinam trahebant, con-
fractus eſt. Ipſe etiam juvenis, de equo, cui
inſedit, quaſi lethargum patiens, præceps cor-
ruit, atque amens factus, etiam uſum loquen-
di perdidit, in alienis manibus ſublatus: ſed
proceſſu temporis paulatim recuperatis viribus
mentis & corporis, ad ſe reverſus, cœpit ſe-
cum conſiderare tale flagellum, quale num-
quam antea expertus eſt, ſe non ſine juſto ju-
dicio Dei toleraſſe, habitaque ſecum deliberatione ad monaſterium Hirſaugienſe ſe deferri fecit, ibique mutat ſimul cum mente ſeculari habitum; Deo ſe fideliter mancipavit, & poſt paucos annos in ſancta converſatione feliciter vitam præſentem finivit,

Inſcrutabilia Dei judicia.

43 Ecce nos hæc audientes, & tam terri-
bile tamque tremendum Dei judicium ſuper bis
duobus conſiderantes, quorum alter repente præ-
ciuatus eſt in mortem; alter vero miſericor-
diter reſervatus eſt ad vitam meliorem, com-
petenter cum Pſalmographo poſſumus admira-
B ri & dicere: Venite & videte opera Domini,
quam terribilis in conſiliis ſuper filios homi-
num. Ex eadem etiam conſideratione cogimur
cum Apoſtolo proclamare: O altitudo divitia-
rum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incom-
prehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabi-
les viæ illius! Quis enim cognovit ſenſum Do-
mini? Aut quare, cui vult, miſeretur? Et qua-
re alium obdurat, ut non ſalvetur? Quocirca
quia ſecundum Salomonis eloquium, nemo ſcit
utrum odio an amore ſit dignus, ſed omnia in
futurum reſervantur: incerta timendo venere-
mur, & venerando timeamus occulta Dei ju-
dicia; dumque ſumus in hoc corpore, ſecun-
dum Pſalmiſtam ſerviamus Domino in timo-
re, & exultemus ei cum tremore.

Æternus

44 Quantum, ut diximus, curam gerat ſui
monaſterii ſanctus Wilhelmus, jam regnans
cum Deo, per aliam etiam viſionem ſatis ma-
niſeſte oſtenſum eſt. Quam, ſicut referente quo-
dam ſeniore, innocente & ſimplici viro, cui
eadem cælitus facta eſt viſio, didicimus, ſcri-
bendo poſteris tranſmittere neceſſarium duxi-
C mus, quia per eam admonentur Hirſaugienſes
tam futuri quam præſentes, ut ſtatuta ſæpe di-
cti Patris diligenter obſervent, maxime in di-
ſpenſatione pauperum & hoſpitum, in obſer-
vatione clauſtralis diſciplinæ. Statutum erat ab
ipſo communi ſeniorum conſilio, ut aliqui ex
laicis fratribus, qui ad converſionem veniunt,
in domo pauperum ſub laicali habitu ſervirent,
& tamen non de eleemoſyna, ſed de commu-
ni fratrum victu & veſtitu ſuſtentarentur. Hanc
conſuetudinem ſucceſſor ejus *i* ita immutavit,
i ut prædicti fratres de eleemoſyna, quam ad-
miniſtrabant, corporis neceſſaria ex toto con-
ſequerentur. Ex qua occaſione contigit res mul-
tum dolenda, ut peregrinis & aliis pauperibus
ſolita miſericordia ſubtraheretur, in tantum,
ut egeni per rigidas noctes hyemis excluſi,
præ fame & frigore, miſerabili clamore in
plateas perſtreperent, ita ut ſæpe quieſcentes
noctu fratres inquietarent.

quidam ſe-nieri

45 Super qua moleſtia abbas frequenter a fra-
tribus commonitus, cum emendare negligeret
hæc & alia multa hujuſmodi; nocte quadam,
in qua dominica Aſcenſio celebratur, unus ſe-
nior de eodem monaſterio, vita & moribus pro- D
batus, per nocturnam viſionem vidit ſe ſubleva-
ri, & quaſi ſupra montem incomparabiliter
ſublimem conſtitui, ubi omnia plena erant im-
menſæ lucis ſplendore, mira inſoliti odoris fra-
grantia, & beatorum ibi manentium concentu
dulciſſimo, quibus ipſe nimium delectatus, ac
jugiter intereſſe deſiderans, inter cetera, quæ
ibi vidit, etiam abbatem Wilbelmum, ſibi
olim familiariſſimum, recognovit, niveo aſpe-
ctu & habitu fulgentem. Cum quo etiam duos
viros pontificali habitu decoratos, ſed ſibi in-
cognitos, quæſivit ab eo, qui eſſent. Et audi-
vit unum eſſe S. Udalricum Auguſtenſem pon-
tificem; alterum vero Conradum Conſtantien-
ſem, æque virum ſanctum, & olim Epiſcopum.
Cumque & de aliis ibi viſis inquirenti Abbas
Wilhelmus reſpondens ſatisfaceret, ad ultimum
hæc ei Hirſaugienſibus notificanda injunxit:
Ex parte, inquiens, ſummæ majeſtatis Dei,
præcipio tibi, ut dicas abbati & priori, cete-
riſque fratribus Hirſaugiæ, quatenus ſecundum
quod a nobis acceperunt, egenis & hoſpitibus E
cum omni charitatis affectu ſerviant, mores &
vitam ſuam ſecundum regulam S. Benedicti cor-
rigant, ante omnia iram & indignationem,
odium & detractionem, quibus aſſidue Deum
offendunt, cum omni malitia, abjicientes, ſin-
ceram & continuam dilectionem invicem cuſto-
diant. Quod niſi obſervent, divinam procul
dubio ultionem ſe experturos ſciant.

eorum pauci prorum ora-bat.

46 His dictis, relicto eo, cui hæc dixit, ipſe
cum aliis, qui aderant, altiora quædam cæli
ſecreta penetravit. Ille vero ſenior, cui hæc
revelata ſunt, cum per ipſum non auderet, per
alium quemdam ſeniorem Abbati cuncta inti-
mavit. Qui priſtinam quidem abbatis Wilhel-
mi conſtitutionem de eleemoſyna obſervari juſſit,
cetera tamen, quibus monaſterium perturbave-
rat, incorrecta dimiſit. Quapropter ſecundum
prædictam comminationem beati Patris Wilhel-
mi, fere nil proſperum accidit. Nam parvo
poſt tempore monaſterii regimine exutus, &
pontificali inſula apud Spiram indutus, odia
omnium adverſum ſe ineptis moribus concita-
vit; ſed mors mature interveniens eum de
medio amputavit. F

Viſionibus an habenda fides?

47 Non eſt autem negligenter prætereundum,
ſed diligenter conſiderandum, qua ſanctiſſimus
Pater Wilhelmus veneratione dignus ſit in terris,
qui tantorum præſulum conſortio, ſecundum
prædictam viſionem, fruitur in cælis, quorum
ſcilicet glorioſam memoriam annua devotione ce-
lebriter recolit ſanctæ eccleſiæ plebs fidelis. Si
quis vero ob incredulitatem ſuam dubitans dicat,
hujuſmodi viſionem non eſſe obſervandam, ſed
inter vana ſomnia reputandam; hic talis indubi-
tanter ſciat, nuſquam in hagiographis ſcriptum
eſſe, ſed nec aliquando auditum fuiſſe, quod ullus
unquam homo dæmonum ſuggeſtione vel palam
vel occulte præmonitus ſit, ut declinaret a malo, &
faceret bonum, ſicut hic factum eſt per benigniſ-
ſimum Patrem Wilhelmum. Conſtat quoque
præclaros & præcipuos Eccleſiæ doctores bea-
tum Gregorium & Auguſtinum, nonnulla et-
iam ſecularium viſa perſonarum ſuis inſeruiſſe
opuſculis ob ædificationem fidelium, quibus
tamen non aliud adhibent teſtimonium, niſi
quod nominatim quidam teſtati ſunt, ea vi-
diſſe per ſomnium. Denique ut hæc omnia,

quæ

A quæ de ſancto Viro digeſſimus, puriſſimæ veritatis ſigillo concludamus, unum adhuc teſtimonium proferemus, quo eum probamus, in opus miniſterii, quo io domo Domioi tam fidelis ſervus & prudens laboravit, divina auctoritate aſſumptum, & vere ſecundum propoſitum vocari ſanctum, cui diligenti Deum, omnia cooperata ſunt in bonum.

Apparitio Wilhelmo facta,

48 Pater ſanctus cum gravi infirmitate vexaretur, ea ſcilicet, in qua Adæ debitum ſolviſſe dignoſcitur, a multis comprovincialium majoribus perſonis viſitatur, ut & devotioni ſuæ, qua virum Dei mirabiliter ſemper coluerunt, bono fine perſeverantiæ ſatisfacerent, & tam ſanctæ animæ egredienti animas ſuas commendarent. Igitur inter primos, præcipuus & devotiſſimus amator beati Viri viſitator affuit Wormatienſis Epiſcopus, qui tam ſimplici animæ ſemper familiariſſimus erat, & cui dilectus Domini ſæpius ſua ſecreta, nimia Epiſcopi familiaritate cogente, pandebat. Huic itaque tam excellenti & probatæ in eccleſia perſonæ, inter alia familiaritatis colloquia, B aperiebat, & ſub divini nominis atteſtatione confirmabat: Cum adhuc, inquit, eſſem Ratisbonæ in monaſterio S. Emerammi, quadam nocte apparuit mihi vir plenæ ætatis, mirificæ ultra humanum modum pulcritudinis, hilari vultu me compellans, & uvas ſpecioſiſſimas manu præferens, quas etiam mihi obtulit, dicens: Accipe dilecte mi. Cujus muneris novitate & tanti viri affabilitate perculſus, diu fateor mecum admirans permanſi ſtupidus.

ejus ſanctitatem commendat.

49 Tum ille: Scholam inſtituere curavi, cui te præficere ante omnia ſecula prædeſtinavi, quam ſi ſecundum placitum meum rexeris, bona mercede io æternum remuneraberis. Nil amice dubites, idem cooperator, qui & remunerator. Ad hæc verba evigilans, multa mecum tractavi, eademque ſæpius retractavi, cumque multis meditationibus diſtenderetur animus meus, tandem ad portum tutiſſimum magnæ miſericordiæ Dei confugi, & Domino meo omnia mea, quam intime poteram, commiſi. Et ecce ipſo die fratres C noſtri de monaſterio adſunt, litteras cum multimodis precibus afferuot, & vi quadam valiſſima de quiete monaſtica me abripientes parvitatem meam ſibi præeſſe compellunt, ac cum proteſtatione divini nominis, ne abnuerem poſtulata, cogunt. Suſcepi invitus, fateor, jugum Domini, devictus prece tam unanimi. In quo officio ſi quid Deo placitum feci, ipſi, ſine quo oil validum, nil ſanctum, ipſi, inquam, a quo bona cuncta procedunt, ſit pro his & univerſis miſeratioonibus & beneficiis ſuis, laus, honor, & omnimoda gratiarum actio per omnia ſecula ſeculorum. Ameo.

D A. HAY. MONE.

ANNOTATA.

a *De monaſteriis, a Beato fundatis, agit Comm. prævius a num.* 27.

b *Dicit Trithemius, morem hunc abolitum, ab* Wilhelmo *fuiſſe renovatum.*

c *Obſervat Stengelius, id contigiſſe anno regiminis* 13. *qui fuit dominicæ Nativitatis* 1081.

d *Res illuſtratur in Comm. prævi. num.* 3.

E e *Mabilio in notis hic refert ex Trithemio, eos fuiſſe, Joannem Spirenſem, & Gebhardum Conſtantienſem Epiſcopos; Abbates vero Theogerum, S. Georgii in Silva nigra; Notkerum Zvvifaltenſem, & tres alios, quorum nomina exciderint.*

f *An & quomodo corpora ſanctorum Apoſtolorum fuerint ſeparata, dictur tomo* 7. *Junii, pag.* 123. *a num.* 196.

g *Nobilis Francus, ſecundus Abbas Cluniacenſis, & primus monaſtici ordinis Nigrorum reformator. Obiit ſanctitate clarus* 943. *die* 18. *Novembris. Vitam ejus poſt Surium vulgavit Mabilio.*

h *Hiſtoriam hanc graphice deſcribit Trithemius. Bruſchius in Catalogo Epp. Argentinenſium, commenti arguit Chronicon Hirſaugienſe de hujus Epiſcopi morte. At contra comendit Mabilio Act. Bened. parte* 2. *Sec.* 6. *pag.* 738. *deferendum Vitæ præſentis ſcriptoris, qui rei geſtæ vel interfuit, vel ſaltem ſatis inſtructus ejuſdem eſſe potuit. Vide, quæ de Auctore in Comm. prævi.* §. 4.

F i *Gebhardus deſignatur, Abbas Hirſaugienſis* XIII. *præfuit annis* 14. *menſibus* 3. *teſte Trithemio.*

DE S. ALBERTO EPIC. CONFESSORE,

LAUDE POMPEIA IN ITALIA.

Ætas contra Ferrarium reſtituta, cultus apud Laudenſes, & quæ de geſtis ſuperſunt. J.B.S.

AN. M. CLXXIX.

Reſtitutio Sancti memoria

Auctum hunc nobis ſuggeſſit Ferrarius, tum in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi ejus elogium refert, tum in altero Generali, in quo ita annunciat: Laude Pompeia, S. Alberti Epiſcopi, ejuſdem urbis patroni. *In annotatis autem aſſerit, ſua ſe accepiſſe ex Tabulis eccleſiæ Laudenſis,* quæ illum hoc die cum octava, ſumma celebritate colit. *De Laude Pompeia veteri a Mediolanenſibus ſubverſa, & poſtmodum per Imperatorem Fredericum Ænobarbum inſtaurata, pridem egit Bollandus in S. Baſſiano ad* XIX. *Januarii pag.* 221. *ut proinde alia hic loci notitia opus non ſit. Quæro, ex quibus antiquis iſtius eccleſiæ monumentis eruere potuerit Ferrarius,* præfuiſſe *S. Albertum* eccleſiæ Laudenſi annis XXX. migraſſe *vero* hinc clarum miraculis anno 1123. *Neque illud intelligo, quod in priori Catalogo etiam annotaverat:* Cum S. Albertus, *inquit,* tertius Epiſcopus Laudenſis fuiſſe aſſeratur, illum multo ante id tempus vixiſſe obiiſſeque oportet, vel eam eccleſiam diu Epiſcopo caruiſſe, niſi tertius hujus nominis dicatur. *Vana ſunt dubia*

A Auctor J. B. S.

bis iſta omnia, neſcio a quo ſcitamente homine excogitata, & ſi ex ad genus documentis vitæ compendium, a ſe in priori catalogo editum deſcripſit Ferrarius, nihil dedit, quod ut indubitatum admitti poſſit, præſertim cum magis pleraque terminis complectatur, ut ex ejus verbis perſpicies.

2 *Sic habet*: Albertus Ripæ altæ (locus eſt Mediolanenſis diœceſis) ex Quadrella familia ortus eſt; quem ſacerdos quidam accerſitus, ut orando matri in partu periclitanti opem ferret, magnum futurum prædixit. Rem exitus comprobavit. In chriſtianis religione & virtutibus educatus, ubi ad virilem ætatem perveniſſet, pauperes ac opis indigi ad eum, ut apes ad alveum, * confluebant. Ita fuit in omnes pius & miſericors, ut victo & veſtitu humili contentus, in aliorum ſuſtentationem facultates ſuas expenderet. Factus ſacerdos, non multo poſt, Epiſcopus tertius Laudenſis creatur. Quo in munere nihil prætermiſit, quod ad boni paſtoris officium pertineret. Primus conſortium cleri Laudenſis inſtituit, multis illi facultatibus attributis, pro ſublevandis pauperum indigentiis, puellis in matrimonio collocandis, ſuffragiis defunctis porrigendis, clericiſque cathedralis eccleſiæ ſuſtentandis. Cum copioſe pauperum turbæ elemoſynam miniſtraret, ſemper tamen quaſi divinitus ducta, idem præſtandi aderat facultas. Quin etiam illud de eo memoriæ proditum eſt, quod cum omnem in eleemoſynas pecuniam inſumpſiſſet, poſt paucas horas, locum, quem vacuum reliquerat, pecuniis plenum reperit. Cum eccleſiæ ſuæ annos triginta præfuiſſet, miraculis clarus ad cæleſtem patriam evolavit IV. Non. Julii, circa annum ſalutis 1123. *Hucuſque elogium.*

3 *Dedit hæc Ferrarius, uti ex ejus fide ſuppono, tanquam deſumpta e ætatis monumentis, quæ procul dubio a Laudenſibus ipſis acceperat, quæque fortaſſe in officio eccleſiaſtico ſolita erant recitari, ab hominibus de vetta rerum hiſtorica & chronologica ſerie parum curantibus. Quod ſi rem omnem idem ipſe per ſe propius inſpexiſſet examinaſſetque, facile deprehendiſſet, non* tertium Laudenſem Epiſcopum *fuiſſe* S. Albertum, *nec* tertium iſtius nominis; *cum multi eum prægreſſi ſint, qui profecto quinque & viginti numero apud Ughellium recenſentur; ipſe vero Sanctus noſter ſolus iſtius nominis, in toto Laudenſium Epiſcoporum elenchо inveniatur. Longe etiam aberrat totius dictus Sanctorum Collector in epiſcopatus duratione, quam ad triginta annos peſſime extendit, quandoquidem annis non plenis duodecim tantummodo ſederit, electus* XXIX. *Martii* 1168. *defunctus porro hac* IV. *Julii anno* 1179. *ut manifeſte etiam pateat, mortis annum recte conſignatum* 1123. *quo fortaſſe necdum lucem Sanctus aſpexerat. Fortaſſe, inquam, nam de vera ejus ætate, ſeu quandonam natus fuerit, aut quamdiu vixerit, neque Ughellus quidquam certi reperit, neque ab aliis; quod ſciam, traditum eſt. Certe ducem alium ſequi debuit Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali, dum ad marginem adjecit annum obitus* 1180.

4 *Ceterum* S. Alberti *Laudenſis vitam nemo ſcripſit hactenus, ſaltem quæ nobis innotuerit; neque in ullis Martyrologiis, præterquam in recitatis modo Ferrarii Catalogis, & laudato Caſtellani Martyrologio Univerſali, ejus ſignatur memoria, neque multa de ipſius rebus geſtis Laude aut alibi ſupereſſe exiſtimo.* Virum honeſtum & religioſum *fuiſſe*, *irrefragabili teſtimonio conſtat, quod nonniſi verbas ipſa extorquere potuit. Sanctitatem probant ſecuta miracula, ſtabilitus pridem apud Laudenſes cultus, translatio corporis facta anno* 1588. *per Ludovicum Tabernam, ejus temporis Laudenſem Epiſcopum, & reliqua venerationis in ea civitate publica argumenta. Ad vitam ſpectant pauca admodum, quæ de eo collegit Ughellus Italiæ ſacræ tomo* 4. *a col.* 913. *ubi ab Alberico Merlino* S. Alberti *deceſſore, ad hujus geſta tranſit*: Ceterum cum inter Victorem pſeudopontificem, Alexandrumque III. teterrimum ebulliſſet ſchiſma, Albericus, æquiore cauſa deſerta, impii Ænobarbi acceſſit ad partes: quamobrem honore epiſcopatus exutum, Galdinus Archiepiſcopus Mediolanenſis legatuſque Alexandri III. illum ejecit e ſede anno 1168. Qui haud multo poſt, miſer verius quam eccleſiaſticus, contumax exceſſit e vita.

5 *Ex his noſcere incipimus vera* S. Alberti *tempora, quæ Ferrarius ſupra, tam male confuderat. Sic pergit Ughellus*: S. Albertum deinde de Quadrellis e caſtello Ripalta Glariæ Abduæ, illius oppidi Præpoſitum, famaque ſanctimoniæ inclytum, clerus, Galdino Archiepiſcopo Mediolanenſi adhortante, omnibus ſuffragiis provexit ad ſedem, unde Albericus exciderat, 1168. die XXIX. menſis Martii, qui fuit dies Dominicæ Cœnæ ſacer: quinta autem feria poſt Paſcha ſolenni ritu populoque lætante, obtenti epiſcopatus initi poſſeſſionem, ut refert Acerbus Murena in rerum Laudenſium hiſtoria. *Atque hinc demum nobis mutuanda, quæ de ſancto Laudenſi Alberto cum aliqua ſaltem certitudine memoriæ prodita ſunt a ſuſpecto quidem ſcriptore, & Frederici Ænobarbi, utpote Laudenſis urbis inſtauratoris, ſtudioſo encomiaſte, verum qui in hac parte tanto majori fida dignus ſit, quod ea, quæ narrat, propius aſpexerit; ſancto autem Alberto omnino non faveat, nullas laudes profundens, quam quas veritas ipſa, ut ſupra dicebam, ab eo extorſit; de cetero ſolam deceſſoris Alberici exauctorationem, S. Alberti electionis modum, & poſſeſſionis aditum deſcribens. Sic igitur habet Acerbus Murena ſub finem hiſtoriæ rerum Laudenſium, editæ an.* 1639. *a pag.* 121.

6 Interea Dominus Galdinus de la Sala, Mediolanenſis civis & clericus; & qui quondam Cancellarius Domini Ribaldi & Domini Uberti de Pirouano, Mediolanenſium Archiepiſcoporum per annos multos fuerat, & in locum jam dicti Uberti ad archiepiſcoparum Mediolani fuerat ſublimatus a Domino Alexandro Papa; in Lombardia ipſius Papæ tunc legatus conſtitutus, ſuos nuntios, ſcilicet Abbatem S. Ambroſii, & Abbatem S. Vincentii de Mediolano, miſit Domino Alberto de Cazano, majoris eccleſiæ Laudenſis tunc Præpoſito, ceteriſque Præpoſitis, Abbatibus, presbyteris & clericis, & etiam Conſulibus de Laude: dicendo atque monendo, quod ipſi partem Papæ Paſchalis & Domini Friderici Imperatoris omnino relinquerent, & parti Papæ Alexandri faverent; & ipſi Papæ de injuria ſibi facta ſatisfacerent, atque Epiſcopum Catholicum eligerent; & niſi hoc facerent, ab officio & beneficio eccleſiaſtico abſtinerent. Dictus vero Præpoſitus ceterique clerici hoc audientes, mœſti valde fuerunt; tum quia magna pars eorum mandato Imperatoris juraverant, ſe Papam Paſchalem pro Papa in perpetuum tenere, tum etiam

quia

* pirata,

B

C

D

E

F

ut Acerbo Murena,

qui deceſſoris ſui memoriæ exitium

Digitized by Google

A quia omnes fere fidelitatem juraverant Domino Alberto * Merlino, tunc temporis, ut eis videbatur, Laudenſi Epiſcopo Catholico, nec adhuc canonice jure depoſito; & ideo hoc facere timebant valde, & ſibi in maximum dedecus reputabant: inter ſe etiam conferentes, quod ſi etiam dicti Papa Paſchalis & Imperator victores adhuc exiſterent, ipſi in perpetuum ſe damnarent, & quilibet eorum dignitate & gratia privarentur.

* lege Alberico.

7 Formidabant nimis mandatis ſupraſcripti Galdini obedire; hoc etiam recuſare, quod eis mandaverat dictus Dominus Galdinus. Stupebant plures; tum propter Papam Alexandrum, & ſecundum Dominum Galdinum Archiepiſcopum, qui quaſi tum illis partibus victores exiſterent; tum propter civitates Lombardiæ fere omnes infimul conjurantes; quia ſciebant, quod ſi de Laude expellerentur, in Lombardia habitaculum, aut locum, in quo ſe poſſent reducere, non haberent. Tandem dubii, anguſtiis hinc inde ſatis diu revolutis, cum nullam miſericordiam a dicto Archiepiſcopo

B invenire poſſent, niſi, quod eis mandaverat, adimplerent; eligentes potius vivere quam mori; magiſque etiam ſtare in ſua patria, quam in aliena vagari; in Papam Alexandrum credere ejuſque parti favere, & Epiſcopum novum, ſecundum voluntatem Archiepiſcopi eligere diſpoſuerunt. Igitur die Jovis ſancta, quæ fuit tunc IV. Kal. Aprilis, Indictione prima, in anno MCLXVIII. ſupraſcriptus Dominus Albertus Laudenſis eccleſiæ majoris Præpoſitus, communicato inſimul conſilio, tam Laudenſis civitatis Abbatum, Præpoſitorum, preſbyterorum, aliorumque clericorum; quam etiam illorum, qui extra civitatem in epiſcopatu Laudenſi fuerant, ad honorem Dei & beatiſſimæ Virginis Mariæ, atque beati pretioſi confeſſoris Baſſiani, Dominum Albertum, tunc temporis eccleſiæ de Ripalta Præpoſitum, virum honeſtum & religioſum, elegit in Laudenſem Epiſcopum & paſtorem: proximo vero die Mercurii poſt Paſcha, Laudenſes Abbates, Præpoſiti, presbyteri, aliique clerici multi, Conſules etiam Laudenſes multique judices & ſapientes de Laude Pergamum, ubi

C tunc Dominus electus aderat, iverunt, & ipſum in ſequenti die Jovis proximo Laudem cum ineffabili gaudio conduxerunt: qui ibi honorifice nimis ab omnibus, tam clericis, quam laicis eſt ſuſceptus.

& S. Alberti electionis explicat.

8 *Hic Murena ſolam cauſam, ſeu occaſionem deſcribit, quæ factum eſt, ut expulſo Alberico Merlino, Ærobardi fautore,* S. Albertus *in Epiſcopum Laudenſem canonice eligeretur, cum hoc ſolo elogio, quod* vir honeſtus & religioſus *fuerit; neque ultra hiſtoriam ſuam ille produxit. Habetur ſpem deſtructa epocha initii epiſcopatus; geſta particularia toto reliquo vitæ tempore, nemo, ut diximus, ſigillatim proſecutus eſt. Virtutes aliquas & miracula, fide opinor bona, Ferrario indicarunt Laudenſes, quibus, procul dubio, addi poteſt, quod durante adhuc ſchiſmate, legitimo Eccleſiæ capiti Alexandro III. conſtanter adhæſerit. Cultus facer* S. Alberto *exhibitus eſt extra controverſiam: cetera, quamvarie pauca, cum anno & die obitus ex Ughello accipienda ſunt. Docet iſte, temporibus Alberti Alexandrum III. tranſlationem novæ civitatis Laudenſis e veteri loco ratam habuiſſe, & auctoritate Apoſtolica confirmaſſe, dato Venetiis in Rivo alto* XVII. *Kal. Julii anno* 1177. *diplomate, quod apud laudatum Ughellum exſtat, acceptum ex tabulario eccleſiæ cathedralis Laudenſis, opera* eruditi D. Defendentis de Lauda, ejuſdem eccleſiæ canonici. *Tum vero etiam ſubjicit,* ejuſdem Alexandri privilegium, E monaſterio SS. Fabiani & Damiani conceſſum, ad poſtulationem Galdini Archiepiſcopi Mediolanenſis ac Alberti Laudenſis.

D AUCT. J. B. S. De geſtis vir quadquam traditum eſt.

9 *Ea hic deſcribere, aut hujuſmodi incidentia fuſius proſequi, nec fori nec inſtituti noſtri eſt, Ughellum conſulat, qui ex prædictis diplomatibus plura diſcere voluerit: nobis ſat eſt; de ſancto* Alberto *Laudenſi protuliſſe, quidquid uſquam a ſcriptoribus traditum deprehendere potuimus. Ut hic finis ſit, reliqua, quæ ad rem faciunt, ex laudato Ughello deſcribimus, Sic ipſe qualemcumque Sancti noſtri vitam concludo, & nos cum illo*: Hanc Albertus Laudenſem eccleſiam pie ſanfteque adminiſtravit, coegitque clerum, optimis legibus exemplisque inſtitutum, vero Pontifici tertio Alexandro parere. Interfuit Lateranenſi concilio ab eodem Pontifice celebrato MCLXXIX. cui ſubſcripſit, reverſuſque ad eccleſiam ſibi concreditam, paulo poſt exceſſit e vivis die IV. menſis Julii ejuſdem anni. Sacrum ejus corpus tumulandum intulere in cathedralem, claruitque deinceps miraculis. Anno vero MDLXXXVIII. Ludovicus Taberna F Epiſcopus, ejuſdem ſacras reliquias recondidit ſub altari S. Trinitatis, ejus capite argenteo vaſe incluſo, ubi modo ſumma veneratione fidelium honorifice aſſervatur.

an de cultu dubitari nequit.

DE

A D

DE BB. BARDUCCIO ET JOANNE
DE VESPINIANO LAICIS CONFESSORIBUS,
FLORENTIÆ IN ETRURIA.

J.B.S.

SYLLOGE HISTORICA.

De pio eorum obitu, miraculis, cultu & reliquiis.

ANNO MCCC. XXXI.

De horum Beatorum vita & geſtis breviſſimam ſynopſim nobis reliquit, qui ambos de facie noviſſe potuit, Chronici Florentini Italici ſcriptor Joannes Villanus, libro 10. capiti 179. hunc titulum præfigens: De certis miraculis, quæ Florentiæ patrata ſunt. *Totum caput Latinum reddo*: Anno MCCCXXXI. vivere deſierunt duo boni & juſti viri, vitæ & converſationis ſanctæ, largarumque eleemoſynarum, tametſi laici eſſent. Alteri nomen fuit Barduccius, qui ſepultus eſt in S. Spiritus ad locum fratrum Eremitarum. Alter vocatus eſt Joannes de Veſpignano, quem depoſuerunt ad S. Petri majoris. Utrumque illuſtravit Deus apertis miraculis, ſanando infirmos & variis membris captos; uterque ſolenni funere clarus eſt; appenſæ utrique plures votivæ tabulæ cereæ. *Ita Villanus, cujus textum in Annalibus eccleſiaſticis, ad dictum annum* MCCCXXXI. *ſic contraxit Raynaldus*: Patrata etiam eodem anno Florentiæ plura miracula, duorum piorum ſecularium laicorum opera, quorum alter, Barduccius nomine, apud S. Spiritum fratrum Auguſtinianorum, alter Joannes Veſpignanus apud S. Petri majus templum . . . ac plurima ad eorum ſepulcra donaria ſunt appenſa.

Superflua virtutum & miracu-lorum mentio.

B

Acta, aut non ſcripta, aut perdita.

2 *Atque hæc eſt tota de utriuſque Beati Actis ſuperſtes notitia, a Silvano Razzio, parte 2. Sanctorum Etruſcorum ſic explicata, ut de amborum ſanctitate & cultu haudquaquam dubitari patiatur*. Crediderim ego, *inquit*, de eorum geſtis & miraculis longam hiſtoriam ſuperfuturam fuiſſe, niſi ſuborta lue, quæ annis poſt aliquot, nempe a MCCCXLVIII. graſſai cœpit, iſtarum, uti & aliarum rerum memoria omnino periiſſet. *Pergit Razzius narrare, eccleſiam S. Spiritus, in qua B. Barduccium ſepultum diximus, flammis ſic abſumptam, ut de ejus ſacro corpore nil poſtmodum auditum ſit, nec de reliquiis quidquam memoriæ traditum. Luctuoſi incendii tempus in ſchedam ad Papebrochium tranſmiſſa pridem denotavit Franciſcus Cionaccius preſbyter Florentinus, poſtremæ Vitæ Italicæ B. Humiliane auctor, de eo in Actis* XIX. *Maii, ſic ſcribens*: Quando anno MCCCLXX. nocte inter XIII. & XIV. Martii conflagravit templum & cœnobium antiquum S. Spiritus, in cinerem redacta ſunt, ſepulcrum, altare, votivæ tabulæ, & ceteræ omnes ſacræ memoriæ prædicti B. Barduccii.

C

Anno jam-pridem, ille-certus ſit dies obitus.

3 *At nihilominus cultum aliquem perſeveraſſa, teſtis iterum eſt ejuſdem ſchedæ ſcriptor, adducens Kalendarium aliquod Florentinum vetus ex tabulario Mss. Senatoris Caroli Strozzii num.* 1144. *librorum in folio, ubi in fine menſium ſequuntur peculiares indulgentiæ a Dominica Septuageſima uſque ad octavam Paſchæ in variis templis lucrandæ. Tum vero (hæc ſcripti verba ſunt)* Et octava Paſchatis die celebratur feſtivitas B. Barduccii in S. Spiritus. *Utrum is cultus hodieque perſeveret, exploratum non habeo; fuiſſe ante præfati templi incendium, & poſtmodum duraſſe, id ſatis eſt, ut Beato iſti locus hic ſuus concedatur, quamvis non magis huic diei quam cuilibet alteri incerto affigi poſſit. Huc inſeritur propter ſocietatem B. Joannis Veſpinia-*E *ni, quem coli aſſerunt Dominica infra octavam SS. Petri & Pauli, ob tranſlationem ſacri corporis eo die factam, pro qua viſum, hunc Julii quartum diem ſeligere, quamvis de cetero utriuſque Beati obitus dies incognitus ſit, utpote quem Villanus notare neglexerat.*

Primis jam vulnera igne abſumpta.

4 *Nihil a Papebrochio prætermiſſum eſt, quo diſtinctiores de utroque Beato notitiæ per amicos Florentinos acquirerentur; verum ex acceptis in-de litteris video, ipſum noſque adeo remitti ad laudatum ſupra Silvanum Razzium, qui ubi pauculà de B. Barduccio ſuggeſſit, de altero proſequitur. Sepultura B. Joannis, de qua Villanus loquitur, primum non in ipſo templo fuit, ubi modo exſtat, ſed ex more ejus temporis, in ipſo potius monaſterio ſeu clauſtro, unde cum aliis, quarum adhuc apparent veſtigia, ſublata fuit & in templum tranſlata, intercluſo ad ſeminarum monaſteria omni virorum acceſſu, qui ante Concilium Tridentinum liberius patebat. Huc adfert Razzius brevem aliquem commentariolum, apud ſanctimoniales repertum, in quo ſic Latine habetur*: Ad ſepulcrum namque hujus præclari viri (*B. Joannis*) ferunt, jam longo tempore cæcum illuminatum eſſe; quod quidem credere, ratus vitæ meritis, ſas eſſe exiſtimo. Ferunt autem, quod primo in clauſtro monialium S. Petri majoris humatus ſit, ubi ſe recondi adjudicavit. F

B. Joan. corpus integrum elevatum eſt.

5 *Scripſit non ſemel Florentiam Papebrochius ad impetrandum ſchedæ iſtius ſeu commentariioli ſincerum exemplum, irrito labore & conatu, cum in prædicto parthenone nihil inventum ſit; ut proinde ad Razzii fidem omnia revocentur, quamvis hic, nescio ob quam cauſam, ſolas ſcripti iſtius lacinias ſuggeſſerit. Ait igitur, ex primo iſto tumulo elevatum ſacrum corpus*, integrum ab omnique corruptionis lege immune, *debito cum honore in aliquo templi altari expoſitum, populo ad ſpectaculum concurrente. Tum pergit ſchedæ, cujus ſolius verba hic diſtinguimus*: Hæc interim dum aguntur, muliercula jamjam ætate decrepita, pede quidem clauda, & oculo orbata utroque, iis auditis, protinus ad eamdem baſilicam oratura, ut poterat aptius, præſtito juvamine ſe ſubvexit *&c. Ante præmonuit, omnimoda ſanitati reſtitutam. Sed mirus eſt*

Raz-

Tom. 2. Iulii Pag. 169

POLI

A *Razzius, qui autographum mutilans, verba ſua ei præferenda exiſtimavit. Ceterum ſacras exuvias in templi ſacello ad ſiniſtram deinde depoſitas aſſerit, ſic tamen ut cum non ſatis appareret, illuſtriori poſtmodum ſitu collocatæ fuerint, quemadmodum ex binis inſcriptionibus Latinis ad utrumque aræ, quam excudi curavimus, latus expreſſis infra oſtendemus.*

Tribuit de utroque paucis refert. 6 *Ultimam laciniam aſſuit Razzius, quæ ad beatum utrumque, ſeu ad utriuſque conjunctionem ſpectat, ſic a B. Barduccio incipiens:* Egit nempe veram, opinor, cum Joanne quodam de Veſpignano amicitiam. Crebro viciſſitudinarie conveniebant; de ordine orationis cumpunctioniſque ritu perſæpe condifferebant, unus alterum ad eleemoſynam, ad dilectionem, ad corporis macerationes, ad ſpemque æternæ vitæ promptiorem reddebat: eodemque tempore & menſe, carneis vinculis ſoluti, ad cœleſtia regna migrarunt, anno LXXXXVI. noſtræ vero recuperationis conceptæ MCCCXXXV. *Quid ſibi velit annus ille* LXXXXVI. *prorſus non intelligo, neque opus eſt quærere: mortis epocha hic appoſita non minus ſallit, oculato Villani teſtimonio ſtante pro anno* MCCCXXXI. *Nec moveor ſcrupulo eruditi Florentini, qui in* præclariſſimi Joannis Boccaccii, *anno* MCCCLXXV. *defuncti, teſtamento nomen alicujus Barduccii, tamquam heredis invenerit, quique adeo poſt annum illum* MCCCLXXV. *debuerit eſſe ſuperſtes. Noſter cum B. Joanne mortalitatem exuit anno ſupradicto* MCCCXXXI. *Ut verbo dicam; tantum ſubſtat horum duorum Beatorum fama virtutis, ſanctitatis & primitivi cultus, quantum evincit Villani ſynchroni ſcriptoris, de rebus ſuo tempore geſtis teſtantis, auctoritas.*

Ut falsi insimulat dissentientes Dantem. 7 *Obſervationem non incurioſam adducit laudatus Cionaccius, qua hiſce duobus ejuſdem temporis Beatis Florentinis aptari poſſe exiſtimat verba famoſiſſimi Etruſci poetæ Dantis, dum infernum ſuum canens, quærit cantu ſexto, utrum Florentiæ vel unicus homo juſtus reperiatur, idque reſponſi accipit:* Giuſti ſon due, ma non vi ſonn inteſi: *hoc eſt, viri duo juſti ſunt, ſed ii non audiuntur. Quaſi diceret, Barduccius & Joannes de Veſpignano pie & ſancte vivunt, verum tumultuanti populo plebique, in graves factiones diſtractæ, ignotiſſimi ſunt, neque adeo eorum virtutibus magnopere moventur, utpote contrariis obſeſſi vitiis, ſuperbia, invidia, avaritia, quibus inconditæ multitudinis corda accenduntur. Satis belle concordant conveniuntque res & tempora, Florentinis ſub ſeculi* XIV. *principium fœde inter ſe colluctantibus, Dante autem exulare juſſo, qui eum ad annum uſque* MCCCXXI. *vitam Ravennæ pretraxerit, Beatos illos, ſolos ex tota Florentia Chriſtianam juſtitiam ſectantes, noviſſe & laudare potuit; tanto enim magis ipſorum virtus enituit, quanto gravioribus flagitiis cives per id tempus immerſi eſſent. Valeat pia conjectura cum tam apparenti veriſimilitudine conjuncta.*

Explicatur B. Joannis monumentum. 8 *Reliquum eſt ut illuſtre cultus B. Joannis monumentum repræſentemus, aram ipſam ei erectam in dicta ſuperius eccleſia S. Petri majoris ſanctimonialium Ordinis S. Benedicti, in navi ſiniſtra, cujus hic effigiem ob oculos ponimus. Ad cornu Evangelii legenda hæc inſcriptio:* Sap. B. Joannis a Veſpignano, qui obiit A. D. MCCCI. (*lege* MCCCXXXI.) miraculis ac ſanctitate inſignis: pene vetuſtate conſumptum, Sebaſtianus Sandrius, Piſcienſis, templi hujus antiſtes, inſtauravit, annn ſaluis MDXCIV. *Infra ſunt inſignia Lemis repentis. Ad alterum latus eſt:* Oſſa B. Joannis de Veſpiniann, ad excitandam pietatem, ex adverſo & humiliore loco, in arca ſepulcrali ſublimius collocavit Dominicus Brunaccius, ædis antiſtes A. D. MDCXXI. *Inſignia caucrum referunt cum duabus ſtellis. Nec officio eccleſiaſtico nec Miſſa colitur Beatus iſte, attamen in hodiernum uſque diem feſtivitas ejus habetur Dominica infra octavam S. Petri Apoſtoli, quando ſublata anteriori parte arcæ, quæ altari impoſita eſt, reliquiæ populi venerationi exhibentur. Ortuſne ſit ex deſtructo Veſpaniano caſtello, aut ex gente Bruuia, non eſt unde certo colligas: depingitur barbatus, ſenex, ac ſenatorio habitu rubro; quibus aliiſque accuratius explicandis cum Florentia nihil obtineri potuerit, hic finem habeat commentarius.*

B E F

DE SANCTA ELISABETHA,

C F

LUSITANIÆ REGINA, VIDUA,

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI.

Conimbricæ in eadem Luſitania.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. C. I.

§. I. Initium & augmentum publici cultus. Acta, Conimbricæ legitime collecta, Romam Miſſa pro canonizatione.

An. MCCCXXXVI. OBſcura fuit extra *Luſitaniam reliquamque Hiſpaniam memoria ſanctitatis Reginæ* Eliſabethæ, *uti nunc paſſim vocatur* (*Hiſpani paſſim* Iſabellam *dicunt*) *uſque ad ſeculum Chriſti decimum ſextum: cujus initio ſummus Pontifex* Leo X. ad cujus aures cum perveniſſet, beatam Reginam Eliſabetham quam pluribus claram miraculis; ad inſtantiam Emmanuelis Portugalliæ Regis, per particulare Breve conceſſit; quod in eccleſiis & monaſteriis civitatis & diœceſis Conimbricenſis de hac beata Regina ſemel in anno commemorationem vel nfficium recitari liceret, & in eorum locorum eccleſiis & domibus, juxta piorum fidelium devotionem, ejuſdem imaginem depingi facere, ac illam inter alias Sanctorum imagines teneri, & ut Beatam coli & reputari; & ut poſſent Chriſti fideles ad illam preces effunde-

Publicus Eliſabethæ cultus aliquis, permiſſus a Leone PP. X.

A AUCT. C. J.

re, ab ipſaque petere, ut pro ipſis fidelibus apud Altiſſimum exorare vellet. Quam conceſſionem deinde Paulus IV. Papa extendit ad totum regnum Portugalliæ. *Verba ſunt illuſtrium virorum, Rotæ Romanæ Auditorum, Joannis Baptiſtæ Coccini, Alfonſi Manzanedi de Quiñones & Jacobi Cavalerii, in Relatione, quam pro canonizatione S. Eliſabethæ, ex proceſſibus rite examinatis, compendio collegerunt,*

propagatæ à Paulo IV.

2 *Irrepſit tamen error in dicto Leonis Brevi circa nomen Reginæ; ubi ſcriptum erat, Regina* Blanca, *pro, Regina* Eliſabetha *ſeu* Iſabella. *Quod iidem Auditores mox notans hiſce verbis:* Quia in dicto Brevi beatificationis Leonis X. aderat error (nam, ubi ſcribendum erat nomen Reginæ Eliſabethæ, ſcriptum fuit, Blancæ) ideo cum id Paulo IV. ſignificatum foret pro parte Joannis Regis Portugalliæ; per aliud Breve ſacræ Pœnitentiariæ mandavit Cardinali ſummo Pœnitentiario, vivæ vocis oraculo, ut præfatus error corrigeretur, & loco Blancæ, deſcriberetur, Eliſabethæ; & ut illud Breve extenderetur ad capellam regiam & ad totum regnum Portugalliæ; uti conſtat ex dictis Brevibus. *Proceſſum cultris hic apponere non debeo, poſtquam Urbanus PP. VIII. illam ſolenniter in album Sanctorum retulit,*

B

Surius an. 1576. excitat Regem Lusitaniæ Sebaſtianum,

3 *Florebat ſub Papa Paulo IV. in Cartuſia Colonienſi Laurentius Surius, defunctus ibidem anno* 1578. *collectis a ſe atque editis in publicum vitis Sanctorum per totius anni decurſum, & aliis operibus, notiſſimus. Is, ut cupiebat omnium regionum Sanctos colligere eorumque geſta publici juris facere; convenit etiam per literas illa ſuper re Regem Lusitaniæ Sebaſtianum; qui, illas ſibi fuiſſe gratas, declaravit anno* 1576. *per ſuum mandatum, quo injunxit D. Emmanueli Epiſcopo Conimbricenſi, Comiti de Arganil, ut ſequitur:* Dilectus mihi Pater Ordinis Cartuſienſis, nuncupatus Suriua, reſidens in Germania, habet noviter ſcriptas vitas Sanctorum: & quia ſecundum informationem quam habeo, ei deeſt ſolummodo volumen extraordinariorum Sanctorum; multum ſimiliter deſidero, ut iſte Pater ſcribat etiam vitas Sanctorum, qui in hiſce regnis quondam extiterunt, quique nunc fere in oblivionem venerunt; cum alioquin ob illorum opera, ſanctitatem & exemplum, necnon propter miracula, quæ Deus pro illorum meritis operatus eſt, deberent in viridi omnium memoria & recordatione verſari.

ut Sanctorum regni ſui vitas ſecum communicet, indat,

C

quod illo gratum habuit

4 Et ut hoc negotium effectum habeat, opus eſt, ut mittantur ex hoc regno dicto Patri ſummaria authentica Sanctorum prædictorum juxta formam de jure requiſitam. Igitur magnopere tibi gratulabor, ſi facias cum omni diligentia quæri iſtiuſmodi vitas in tabulariis veſtri epiſcopatus, & ordinabis, ut fiant hujuſmodi ſummaria ex ſcripturis antiquis, ſi ibi reperiantur; ſin minus, per inquiſitionem teſtimm vel per alium quemcumque modum, vobis bene viſum; illis tamen modis & formis quæ magis authenticæ ſint. Quæ ſummaria ſtatim mihi mittetis cum littera veſtra, directa Patri Surio, reddendo in ea dicto Patri brevem relationem eorum, quæ continentur in ſummariis; & magnopere mihi placebit, in eo ralem adhiberi diligentiam, quæ oſtendat zelum, quem habetis pro ſervitio Domini & ſpirituali fructu animarum. Datum Ulixbonæ die Auguſti quinta, anni milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi ſexti. Rex, Martinus Conſalves de Camera. D

& ſtatim executioni juſſio mandari.

5 *In executionem hujus mandati regii, prædictus Epiſcopus Conimbricenſis eodem anno & menſe, die ejus decimo nono, commiſit Licentiato Franciſco de Magalhais, Expeditoris ſui, negotium, auctoritate ſua & Regia peragendum; mandans inſuper, ut cum notario Apoſtolico adeat eccleſias & monaſteria iſtius civitatis, indeque extrahat* inſtrumenta vitarum & miraculorum, Sanctorum & Sanctarum, oriundorum & oriundarum in regno Luſitaniæ. *Item dat ei facultatem examinandi teſtes fido dignos ſuper miraculis. Denique mandat, ut quidquid inveneris inſtrumentorum, huc ſpectantium, per notarium deſcribi & actuari curet* in modo & forma, ut fidem faciant; *ſibique oſtendi,*

collecta in Lusitania, non in codice Romam miſſo

6 *Licentiatus Magalhais cum ſuo Notario Apoſtolico, commiſſionem Epiſcopi & mandatum Regis* E *quaviter exſecutus eſt eodem anno* 1576. *peractiſque rite omnibus, obtulit Epiſcopo ſuo ſua collectanea, ex vetuſtis monumentis, lingua, ut erant, Luſitana, notarialiter deſcripta. Hæc nos in codice compacta, & authenticata, deinde Romam miſſa fuerunt pro inſtituenda cauſa canonizationis Eliſabethæ Reginæ præcipue; cujus Acta in codice, ultimo leguntur loco; præcedentibus Actis quinque Martyrum Ordinis S. Franciſci, Marochii in Africa paſſorum, indeque Conimbricam translatorum; item beati Theotonii, primo Prioris monaſterii ſanctæ Crucis Conimbricenſis; & ſanctæ Martyris Columbæ: quæ omnia Romæ ex mandato Apoſtolico è vulgari antiquo idiomate Luſitanico translata fuerunt ſtylo ſimplici in Latinum. Opportune ego anno* 1698. *ibidem nactus ſum iſtius codicis atque interpretationis exemplum dono amici illic mei, Stephani Eſtiennot, Ordinis Benedictini, Congregationis S. Mauri, Romæ Procuratoris.*

ibique latiè, ut reddita

7 *Teſtimonium interpretis illic talis eſt:* Ego Rodericus Gomes, in Curia reſidena, traduxi hujuſmodi Acta miraculorum de Luſitano antiquo vulgari ad Latinum idioma, nihil addendo vel minuendo; ſed, prout tam arduo convenit negotio, *nempe de canonizatione Sanctorum. Et mox ibidem ſubjicitur teſtimonium de concordantia apographi noſtri Latini, cum autographo Romano, quod etiam nonnulla continet ad rem præſentem facientia, ut ſequitur,* F

& authenticum,

8 Præſens copia vitæ & miraculorum, ſanctorum Martyrum Marochii, ac B. Theotonii, ſanctiſſimi Prioris ſanctæ Crucis Conimbricenſis, ac B. Eliſabethæ reginæ Portugalliæ, extracta fuit ex interpretatione tranſſumpti, a judicibus remiſſorialibus & compulſorialibus ad Romanam Curiam, cum proceſſu remiſſoriali & compulſoriali, tranſmiſſi; & de vulgari Luſitano in Latinum ſermonem per ſupradictum interpretem deputatum, facta. Quæ copia de mandato Reverendiſſimorum Dominorum, Franciſci Sacrati Archiepiſcopi Damaſceni, & locum tenentis unius ex Auditoribus Rotæ, ac Joannis Bapt. Coccini, Decani, & Alfonſi Manzanedo, Rotæ auditorum; & præſentis eauſæ Conimbricenſis canonizationis ejuſdem B. Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ, judicum commiſſariorum, a ſanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatorum, per me auſcultata & collata; cum prædicta interpretatione, penes me exiſtente, concordat: quod atteſtor

A atteſtor ego infraſcriptus notarius; & in fidem, præſentem copiam ſeu exemplum ſubſcripſi & publicavi, hac die XIX. menſis Septembris MDCXIV. Vincentius Remerius Rotæ notarius, & hujuſmodi cauſæ ſcriba deputatus.

Digreſſio 9 *Divagemur tantiſper ab argumento hic primario. Acta quinque Martyrum Marochienſium Majores noſtri ample illuſtraruut ad diem* XVI. *Januarii; quæ huc augeri poterunt ſuo tempore, quando poſteri Januarium & Februarium pluribus tomis, quam nunc ſunt, vecudere debebunt; quia poſt illorum menſium editionem plurium Sanctorum Acta ex longo itinere, invitante Alexandro PP. VII. per Germaniam, Italiam, Galliam ſuſcepto, collegerunt Henſchenius & Papebrochius, tam ad primos duos menſes, quam ad reliquos ſpectantia: quæ autem ad Martium & reliquos anni menſes ſpectabant, jam inde impreſſa ſunt ſuis quæque locis, & porro imprimentur. At vero quæ ſpectant ad Januarium & Februarium, reſervantur, donec abſoluto, juvantibus Sanctis, anno toto, menſes iſti recudantur cum plurima acceſſione. Redeo ad codicem. Loco ſecundo habentur Acta S. Theotonii, de quo ſatis dictum eſt a Noſtris die* XVIII. *Februarii: tertio, Acta vel potius miracula S. Columbæ, hoc ipſo menſe Julio illuſtranda die* XX.

B

Elisabetha canonizatio anno 1625. & elogia in Martyrologiis, 10 *Eliſabetha Regina tandem anno* 1625. *ab Urbano PP. VIII. ſolenni canonizatione in album Sanctorum, applaudente univerſo mundo Catholico, relata eſt. Atque ſub idem tempus & poſtea, Martyrologi recentiores, illam ſuis operibus inſcripſerunt; Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, anno* 1625. *impreſſa ita illam notat ſub nomine* Iſabellæ *ad diem* IV. *Julii, ejus natalem:* Conimbricæ in Hiſpania, ſanctæ Iſabellæ Reginæ. *Arturus de Monaſterio in Gynæceo ſuo latius ſpatiatur:* Conimbricæ in Luſitania, Sanctæ Eliſabethæ viduæ, Portugalliæ Reginæ; quæ pietate & oratione, patientia & caritate atque caſtimonia inſignis; nec non ſub habitu tertii Ordinis beati Franciſci, humilitatis ac miſericordiæ & pœnitentiæ operibus jugiter intenta, miraculis in vita & poſt mortem claruit. *Caſtellanus in ſuo Martyrologio gallice edito Pariſiis anno* 1709. *ſimpliciter vertit textum Romani, ad diem* IV. *Julii, quo pridem ſignabatur; nulla mentione facta mutationis, ab Innocentio PP. XII. ad diem* VIII. *ejuſdem menſis Romano inſertæ, de qua mox.*

C

eidem Romano, nunc duobus locis poſito, 4. & 8. Julii. 11 *Sanctæ memoriæ, Romano Martyrologio primum adſcripta fuit poſt ſolennem canonizationem, ab eodem Papa, qui ipſam canonizaverat, Urbano VIII. ad diem prædictum* IV. *Julii hoc elogio, ſed ultimo loco:* Ulliſſipone, ſanctæ Eliſabethæ viduæ, Portugalliæ Reginæ, quam virtutibus & miraculis claram, Urbanus octavus in Sanctorum numerum retulit. *Ita editiones Plantinianæ annorum* 1635. *&* 1657. *Totidem verbis illud habet editio anni* 1678. *ſed ab ultimo loco elevatum ad primum. Editio poſtrema anni* 1701. *duobus locis Reginæ memoriam recolit, videlicet die* IV. *&* VIII. *Julii: mutationis quoque cauſam indicat die* IV. *penultimo loco:* Ulliſſipone, ſanctæ Eliſabeth viduæ, Reginæ Portugalliæ, cujus celebritas, ex diſpoſitione Innocentii Duodecimi, octavo Idus Julii recolitur: *Id eſt ipſo die octavo menſis iſtius: quo idem elogium, quod ſupra dedimus, primo loco abſque ulla mutatione nunc legitur, omiſſo tantum loco natali* Ulliſſipone; *fortaſſe in gratiam Conimbricenſium, qui malent legi,* Conimbricæ, *ubi corpus ſanctæ Reginæ, a morte ejus depoſitum, hactenus ſingulari religione honoratur.*

D C. J.

Anno 1695. conceditur officium de præcepto. 12 *Mutatio Martyrologii proceſſerit ex mutatione Officii divini de S. Eliſabetha, quod uſque ad annum* 1695. *legebatur* ad Libitum; *tunc vero, conceſſione Innocentii XII. cœpit legi* de præcepto *ſub ritu Semiduplicis per totam Eccleſiam. Decretum Romanum illa de re, hoc eſt.* Remiſſo ſacrorum Rituum Congregationi ſupplici libello, nomine ſereniſſimi Regis Luſitaniæ, a D. Benedicto de Fonſeca, ejuſdem in Urbe reſidente, Sanctiſſimo D. N. porrecto: in quo Sanctitati ſuæ ſupplicabat, ut Officium S. Eliſabethæ, regni prædicti Reginæ, hactenus in Eccleſia univerſali ad libitum ſub ritu ſemiduplici recitatum, in poſterum ſub ritu duplici de præcepto recitari, benigniter concederet. Sacra eadem congregatio, ad relationem Emin. & Reverendiſſimi Domini Cardin. de Abdua, Officium Sanctæ prædictæ in poſterum ſingulis annis ab Eccleſia univerſali ſub ritu ſemiduplici de præcepto recitari, eidemque diem octavam Julii fixam aſſignari poſſe cenſuit die XVIII. Decembris MDCXIV. *Annuitque Papa die* IX. *anni ſecuti.*

E

§. II. Indicatio multorum de Regina ſcriptorum, & explicatio eorum, quæ hic eduntur.

Vitæ pericula, & ſanctitas in ea ſcripta. DIximus jam generaliter nonnulla de codice, *è Luſitania Romam miſſo, continente Acta Sanctorum, quinque Martyrum Ordinis Minorum, Marochii in Africa paſſorum; item S. Theotonii Confeſſoris; S. Columbæ Martyris, &* S. Eliſabethæ *Reginæ. Nunc ſpecialius de Actis hujus ſanctæ Reginæ dicendum eſt. Legenda ejus, antiquitate venerabilis, autographa, vulgari Luſitanis lingua a ſupparis ætatis ſcriptore anonymo collecta, ſervatur in archivo Sanctimonialium monaſterii S. Claræ Conimbricæ; quod ipſa Regina, dum viveret, ædificandum curavit ac fundavit opulenter; in eoque poſt mortem ſepelivi voluit, & hactenus queſcat ac honoratur, multis miraculorum ſignis a Deo illuſtrata.*

F

duo exſtant penes nos 14 *Vitæ illius primariæ, vernacula lingua Luſitana ſcriptæ, exemplar nobis deſcribendum curavit, anno* 1671. *P. Antonius Macedo Societatis noſtræ, tunc rector Collegii & Academiæ Eborenſis; teſtatus ſui nominis ſubſcriptione & ſigilli impreſſione, exemplar ſincere ac fideliter tranſcriptum fuiſſe ex veteri autographo. Habemus ejuſdem autographi Luſitanici exemplar aliud, impreſſum a Doctore Franciſco Brandano, Parte ſexta Monarchiæ Luſitanæ, ſub finem. Præmittit illi Vitæ Brandanus hujuſmodi obſervationem ſuam:* Auctor Vitæ ſe nuſquam declarat; ſed ex ipſa colligitur, fuiſſe valde antiquum & morti ſanctæ Reginæ proximum. In capite libri depicta cernitur imago Sanctæ cum habitu, chorda, mantelo & velamine Ordinis S. Claræ. Tenet manu dextra crucifixum & in capite coronam ſpineam. Ad pedes abjecta jacent corona & ſceptrum regale; cum hac epigraphe Latina. Crux & ſpinea corona Domini mei, ſceptrum & corona mea. *Prologus ſcriptoris*

A. AUCT. C. J. *plenis ad vitam, in hoc codice impreſſo deſideratur, in noſtro Ms. præmittitur. Ex quo (quamvis nec ſui nomen auctoris indicetur) cognoſcitur clarius, ſcripterem proxime ab obitu Reginæ vixiſſe, dum ait, res geſtas ab ipſa, adhuc ſciri recordatione recenti, & ſupereſſe multos, qui illas viderunt atque interfuerunt.*

auctore anonymo; 15 *Binæ iſtæ vitæ Luſitanicæ, noſtra Ms. & impreſſa Brandani, ex eodem autographo noſcuntur deſcripta fuiſſe: conveniunt enim a capite ad calcem inter ſe; niſi forte, quod alicubi minus attenti librarii, alter nonnulla perperam expreſſerit aut etiam tranſilierit, quæ alter rectius excepit. Dictum eſt, auctorem hiſtoriæ nullibi declarare, quis aut qualis ſit. Si conjecturæ locus ſit, opinabor, forſaſſe Monialis;* ſuiſſe monialem. *Stylus namque femineus ubique ſe prodit, ſine arte; ſine tranſitionibus debitis; omnia fere conjungens per particulam &. Miſcet geſta diverſorum temporum, repetit alia alibi dicta, etiam in vicino loco, & quæ paucis dici poſſent, verboſe proſequitur; repetitque identidem nomina illuſtrium*

B *perſonarum cum adjuncto,* Don *aut* Donna, Rex, *aut* Regina, *etiamſi in verſu ſuperiore jam ſic nominatæ fuerint. Quæ plane aliquid femineum ſapiunt. Non tamen propterea negabo, hiſtoriam illam in ſua ſimplicitate veraciſſimam eſſe; cui nihil, ut loquitur Prologus, additum ſit, a veritate alienum.*

Ex eodem Latine verſa. 16 *Habeo quoque duplicem dicti autographi Luſitanici translationem Latinam: quarum altera nobis pridem ſubmiſſa fuit e Luſitania a laudato P. Antonio Macedo. Alteram juveni Romæ, juſſu Congregationis ſacrorum Rituum factam, ut jam dixi, Neutra placet, prout eſt. Prima namque dum voluit verboſitatem autographi codicis vitare, ita contraxit ſua, ut compendium potius videatur vitæ, quam vita ipſa. Altera, Romana, ſimpliciſſima eſt, eoque laudabilior; ſed in multis vix Latina; peccatque identidem contra leges grammaticales; & dum terminis atque locutionibus Luſitanicis latine reddendis nimis ſcrupuloſe inſiſtit, obſcurior ſæpe fit, quam ut a quolibet intelligi commode poſſit. Quam ob rem, ut ne tam indigne ſtylo gloria & præclara ſanctæ Reginæ geſta commaculentur potius quam illuſtrentur; conſtitui, ad majorem Dei ipſiuſque Sanctæ gloriam, recuſare verſionem iſtam Latinam, & conferre cum textu Luſitanico, & quid-*

C *quid perperam, aut minus latine, atque etiam barbare interpretatum ſuit, pro modulo meo emendare; quo geſta ſanctiſſimæ Reginæ, prout olim Luſitanice ſcripta fuerunt, nunc demum latine verſa, hoc in opere majori cum decore perennent, ac ſine faſtidio legantur. Non tamen cogites velim, me omnia dicti interpretis Romani, nova facere. Nequaquam. Varia, quæ ſimpliciter quidem, ſed intelligenter expreſſa leguntur; reliquam uti ſunt: plura, quæ ſecus, mutabo ex codice Luſitanico in legitimum ſenſum & aliquanto meliorem latinitatem; de cetero nihil hiſtoriæ additurus aut inde dempturus.*

Quando ſcripta ſit vita. 17 *Legitur num. 3. vitæ de Frederico, Eliſabethæ fratre germano, anno Chriſti 1337. defuncto;* qui nunc appellatur Rex in Sicilia. *Quod utique notat tempus ſcripturi præſens. Verum cum præcipua vitæ collector in prologo ſuo indicet, ſe res geſtas Reginæ ſcribere,* dum adhuc recenti recordatione ſciuntur; & ſuperſtites ſunt multi, qui illas viderunt: *utique ſignificat, ſe illas non vidiſſe; & poſt mortem Reginæ ſua collegiſſe & compoſuiſſe: inter quæ fuerint nonnulla, a contemporaneis Reginæ annotata, quibus non ſatis prudenter uſus ſit col-*

D *lector vitæ. Ipſe ſua ſcripſerit ſub annum 1370. quando ſupereſſe poterant multi, qui geſta viventis Reginæ viderant. Ultima tamen duo miracula, num. 130. & 131. relata, poſteriori tempore, nempe Æra Cæſarea 1420. & 1436. id eſt Chriſti 1382. & 1398. facta, an ab eodem auctore poſtea fuerint addita, an ab alio, non eſt facile dictu. Si auctor dum vitam ſcripſit ſub annum 1370. fuerit circiter 30. annorum, poteſt facile ad annum 1400. ſupervixiſſe. Certe poſt vitam ſcriptam, adiecta fuiſſe miracula illa duo indicat utrobique inutio expreſſa Æra: quod in præmiſſis miraculis, paſſim non fit. Ratio diverſitatis eſſe poteſt, quod auctor priora ex aliorum ſcriptis aut relatione excepiſſet; poſteriora vero ipſe viderit, atque adeo majoris fidei cauſa, etiam tempus expreſſerit, quo contigerunt.*

Alia vitæ. 18 *Plures ejuſdem ſanctæ Reginæ extant paſſim vitæ aut vitæ compendia impreſſa, quæ nos morari magnopere non debent, utpote ex fontibus noſtris deducta omnia. Vitam latine impreſſam primus, quod ſciam, edidit Fr. Thomas da Trugillo, Ordinis Prædicatorum, in ſuo Theſauro Concionatorum to-*

E *mo 2. Barcinone anno 1583. qua brevi compendio narrat præcipua quædam Reginæ geſta. Alteram, item latinam, verboſius & ſtylo potius oratorio quam hiſtorico conſcripſit noſter Petrus Perpinianus, impreſſam Coloniæ 1609. Magis hiſtoricam dedit, anno 1621. Antverpiæ cuſam, inter ceteros Luſitaniæ Reges, Antonius Vaſconcellus, & ipſe Societatis noſtræ; ſic ſcriptam, ut mereretur hiſce Actis Sanctorum adjungi, ſi vitam antiquiorem Ms. non haberemus.*

Variis linguis publicata. 19 *Ab anno 1625. poſt canonizationem ſolennem, prodierunt variis locis & linguis complura geſtorum compendia, quorum, quæ penes nos ſunt, ſcriptorum nomina, editionum loca, & linguas hic breviter indicaſſe, ſufficiet. Vulgarunt igitur vitas Sanctæ anno 1625. Antonius Gerardi Romæ, lingua Italica; ibidem D. Joannes Antonius de Vera & Zuniga, hiſpanice; item hiſpanice Matriti Fr. Hortenſis Felix Paravicinus. Anno 1626. Fr. Hilarion da Coſte Ord. Minimorum, Pariſiis latine. Anno ſequenti, Fr. Franciſcus Paludanus Ord. Minorum, Lovanii Gallice; item Belgice.*

Ordo his edendorum. 20 *Quem ordinem hic edendorum teneamus, accipe. Vitam damus primo loco, quæ antiquiſſima eſt, apud moniales S. Claræ Conimbricæ conſerva-*

F *ta: damus autem prout extat in codice noſtro Ms. & impreſſo Brandani Luſitanico, Latine verſam; uti jam diximus ſupra. Sequentur ſecundo loco, tamquam auctarium, miracula alia, quæ commiſſarius Epiſcopi Conimbricenſis anno 1586. collegit ex juratis teſtibus. Poſt hæc aderit Relatio Cardinalis de Monte, Epiſcopi Oſtienſis, dicta coram S.D.Urbano PP. VIII. anno 1625. XVIII. Januarii. Denique coronabit opus hoc Relatio alia, prius facta ab aliis Rotæ Auditoribus ſub Paulo PP. V. qua parte continet exactam narrationem de aperto anno 1612. ſarcophago ſanctæ & reperto corpore ejus, quaquaverſum integerrimo.*

21 *Igitur ut codici noſtro inſiſtamus; ſequitur (& erit §. 3. hujus Commentarii) Inſtitutio Proceſſus, ut commiſſionis Epiſcopi Conimbricenſis & Interarum Regis, facta per Commiſſarium Franciſcum de Magalhais Licentiatum; uti mox ſequetur; poſtquam hic peſuere titulum, qui in antiquo codice Luſitanico vitæ præfigitur, & eſt talis:* Liber, qui tractat de bona vita, quam duxit Regina Portugalliæ Domina Iſabella, ejuſque rebus bene geſtis & miraculis, tam in vita, quam poſt mortem.

§. III.

A

§. III. Inſtitutio proceſſus de geſtis ſanctæ Reginæ, per Commiſſarium Epiſcopi, Conimbricæ facti.

Anno Dominicæ 1576. ciuate Abbatiſſa S. Claræ.

ANno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexto, in hac civitate Conimbricenſi, in monaſterio ſanctæ Clarae extra muros, ubi præſens erat in clatris domus locutorii Illuſtriſſima Domina Helena de Meneſe Abbatiſſa dicti monaſterii, vocata ad inſtantiam dicti Licentiati Franciſci de Magalhais, qui coram me notario oſtendit dictæ Abbatiſſæ litteram & commiſſionem Regis Domini noſtri, ac Epiſcopi, ad executionem negotii, in ea contenti: & ab illa poſtulavit, ut ſibi oſtendi mandaret vitam ſanctæ Eliſabethæ Reginæ, quæ in dicto monaſterio erat; & miracula ejus, quæ ſcripta eſſent in forma authentica, quæ Deus Dominus noſter propter illius merita fecerat; ut tranſumptarentur & authenticarentur.

B

profert vitam S. Eliſabethæ,

23 Et dicta Domina Abbatiſſa viſis litteris & ſancto zelo ſuæ Majeſtatis, mandavit ſtatim, ex cartorio dicti monaſterii tranſportari librum quemdam ſcriptum in pergameno characterum antiquorum manuſcriptorum, compaginatum, & coopertum corio nigro, qui intitulatur ita: Liber qui tractat de bona vita, quam duxit Regina Portugalliæ Donna Eliſabetha; ejuſque rebus bene geſtis ac miraculis, quam diu vixit, & poſt ejus obitum.

qui jubetur a notario deſcribi.

24 Quem librum dictus Licentiatus poſtulavit, ut illum facerem ego notarius tranſumptare; & quod poſtmodum accedere debebat, ad faciendum ſummarium aliquorum miraculorum ex plurimis, quæ a dicta Regina fuiſſe facta, dicebatur: & injunxit dictæ Dominæ Abbatiſſæ, quod ſi in Cartorio dicti monaſterii aliquæ amplius eſſent ſcripturæ, ſpectantes ad vitam hujus ſanctæ Reginæ, & miracula ejus, ſibi darentur: & dicta Domina Abbatiſſa ei reſpondit, quod in eo fieri debebat diligentia. Et ego Notarius mecum tuli dictum librum, cujus copia talis eſt, ſicut ſequitur. Didacus Continho ſcripſi.

C

VITA

Auctore Anonymo fere coævo.

Ex Codice antiquo monaſterii S. Claræ Conimbricæ, Luſitana lingua ſcripto, hic in Latinum translato.

PROLOGUS AUCTORIS ET FIDES.

NE lapſu temporis ex hominum memoria excidant, tum vita, quam in hoc mundo duxit nobiliſſima Domina Eliſabetha, Dei gratia, Regina Portugalliæ & Algarbiorum; tum exitus,

quem habuit; tum etiam, ut conſervetur memoria rerum, quas Dominus noſter Jeſus Chriſtus per illius interceſſionem, tam in vita, quam poſt mortem, operatus eſt; deſcribam res ab ipſa, in vivis agente, geſtas, dum adhuc recenti recordatione ſciuntur, & ſuperſtites ſunt multi utriuſque ſexus homines, fide digni, qui illas viderunt atque interfuerunt; quæque toti regno Portugalliæ notoriæ ſunt, prout infra narrabimus ejus geſta opera & vitam, nihil addendo, nihil variando, quod a veritate alienum ſit.

D

ex MSS.

CAPUT I.

Majores, fratres, educatio Eliſabethæ.

Majores Eliſabethæ.

HÆc Regina originem traxit e Domo Aragonica, filia Regis Petri & Reginæ Conſtantiæ. Hic Rex Petrus fuit filius Regis Jacobi & Reginæ Violantæ, filiæ Regis Hungariæ *a*; Rex iſte Jacobus eripuit Mauris inſulas, Majoricam & Minoricam & Ebuſum & Ophiuſam *b* & totum Valentiæ regnum; fecitque illa juria ſui; & obtinuit Murciam adjuvandn Regem Caſtellæ *c*.

a

E

b

c

fratres ac ſorores.

d

3 Regina Conſtantia fuit filia Regis Manfredi, qui Manfredus fuit filius Imperatoris Frederici *d*. Dum vero eſſet adhuc Infans Rex Petrus, habuit ex Conſtantia Infantes, filios & filias; & fuerunt, Alfonſus, qui poſt Regem Petrum regnavit, & ſine liberis obiit *e*; & Jacobus, qui regnavit in Sicilia, & poſt obitum Alfonſi, regnavit in regno Aragonico. *f* Et Fredericus, qui nunc appellatur Rex in Sicilia *g*; & Petrus, qui obiit in regno Caſtellæ, tempore quo Infantes, Alfonſus & Ferdinandus *h* de la Cerda, bellum gerebant contra Regem Ferdinandum Caſtellæ *i*; volentes nominari Reges, Alfonſus quidem Rex Caſtellæ; Ferdinandus vero Rex Legionis. Habuit quoque filias Violantam, quæ fuit uxor Regis Roberti *k*, filii Regis Caroli *l*, fratris ſancti Ludovici, qui fuit Epiſcopus Toloſanus, & hanc Reginam noſtram Eliſabetham.

e

f

g

h

i

k l

nativitas revelata.

4 Hæc autem Eliſabetha tempore ſuæ nativitatis prodiit ex utero involuta in tegumento pellis, ita ut nullum ejus membrum appareret, quam pellem Regina ejus mater curavit includi in capſa argentea, quam repoſuit inter theſauros ſuos. Nata autem fuit hæc Eliſabetha Regina, quando currebat annus Æræ Cæſareæ milleſimus trecenteſimus nonus *m*; quia vero mater Regis Petri fuerat filia Regis Hungariæ *n*, & fuerat ſoror ſanctæ Eliſabethæ, huic Reginæ Portugalliæ fuit impoſitum nomen Eliſabethæ.

F

m

n

pax in nativitate ejus bella civilia inter patrem & avum.

5 Tempore autem nativitatis ejus magna bella excitata erant inter Regem Jacobum & ejus filium Infantem Petrum, patrem hujus Eliſabethæ, adeo ut Rex nollet videre Infantem Petrum filium ſuum, nec aliquem ex filiis ejus, qui jam erant nati omnes; quamdiu Rex Jacobus vixit; & elegit hanc Eliſabetham, quam ſibi magnopere dilectam habebat, multoties de illa dicendo, quod ſua neptis, & hujuſmodi alumna, debebat eſſe melior mulier, quam omnes, quæ originem habuerunt ex domo Aragonica; & in eo tempore fuit reconciliatus Infans Petrus cum dicto Rege patre ſuo.

A ex mss. 6 Translato autem ex hac vita Rege Jacobo o, regnavit Rex Petrus: & in insulis Majoricarum Jacobus, frater germanus Regis Petri; & iste Rex Jacobus Pater in vita sua donavit filio suo Jacobo, qui natus fuit post Petrum, regnum Majoricæ & comitatum Ruscinononiem, & dominium Montis-Pessulani. Et dicebat hæc Regina Elisabetha, se recordari, quod dum deferebatur Rex Jacobus, avus suus defunctus, ad Populetum p, ubi ipse elegerat suam sepulturam, viderat post eum ire dnos Reges, filios suos q, & tres Reginas, quæ erant, mater hujus Elisabethæ r, & Regina Violanta s, quæ fuit uxor Regis Alfonsi, Filii Regis Ferdinandi, qui per bellum recuperavit Hispalim a potestate Maurorum; & alia Regina t erat uxor Regis Jacobi, ad quem spectabat regnum Majoricæ.

Do exequiis avi et primo pasu hujus.

p

q

r

s

t

Singularis amor patris in hanc filiam.

u

B 7 Jam vero dum regnabat ipse Petrus, misit ei nuntios Rex Angliæ u, petens filiam ejus Elisabetham uxorem filio suo, primo heredi. Petiit quoque illam Rex Siciliæ Carolus filio suo Roberto collocandam: cum quo postmodum contraxit matrimonium Violanta, Soror germana Elisabethæ. Adeo autem hæc filia Elisabetha erat dilecta a Patre suo, tantaque in æstimatione ab illo habebatur, ut diceret, sibi grave futurum, dimittere filiam hujusmodi e domo sua, per quam cognoscebat, res suas domi & foris mirum in modum prosperari: esse illam dissimilem aliis id ætatis puellis, propter eximiæ bonitatis indolem ac virtutem.

Violanta soror, Roberto nupta.

x

8 Jam dicta porro Violanta ex hac vita migravit x, antequam Rex Robertus regnaret: & habuerunt filios, nuncupatos Petrum, & Carolum Ducem Calabriæ, qui postmodum ex hac vita migrarunt, vivente adhuc & regnante illorum patre. Subditi porro dicti Regis Petri opinabantur, quod Rex non sequeretur bonum consilium, quatenus volebat retinere in domo sua dictam suam filiam Elisabetham, & recusabat illam dare alicui ex viris tam nobilibus, qui eam petebant, in matrimonium.

ANNOTATA.

C a *Legebatur in versione nostra Ms. id est Latina Romæ facta ex antiqua lingua Lusitanica*, Regis Angliæ, *manifesto errore interpretis, orte ex vocabulo Lusitanico contracte, certe non integre, scripte, cum debuisset scribere* Regis Hungariæ, *uti habet vita impressa a Brandano Lusitanice; & mox num. 4. patebit, uxorem Jacobi I. Aragoniæ Regis* Violantam, *aliis* Ynlantam, *fuisse filiam Andreæ secundi, Hungariæ Regis, cum dicetur, Violantam illam fuisse sororem Elisabethæ, Lantgravio Hassiæ matrimonio junctæ & sanctimonia clarissimæ, quæ certo scitur Andreæ Hungarorum Regis fuisse filia, videlicet ex primo ejus thoro; Violanta vero ex secundo: itaque sorores fuerunt non uterinæ. Atque ex illa sancta Elisabetha, sorore aviæ suæ Violantæ, jam dudum anno 1235. Sanctis adscripta a Gregorio PP. IX. Elisabetha nostra nomen in baptismate accepit.*

b Majorica & Minorica, *Baleares insulæ in mari Mediterraneo satis notæ sunt. Ebusus & Ophiusa, minus claræ, veniunt nomine communi Pityusarum insularum, spectantque ad regnum Valentiæ. In nostro Ms. Lusitanico vocantur* Iviça & Fromenteira; *quod ultimum nomen interpres Romanus Latine verterat* Frontispicium, *utique ex ignorantia loci.* D

c *Nempe in sociali bello, quod Jacobus Aragoniæ & Alfonsus Castellæ Reges, egerunt contra Mauros Murciæ & Granatæ anno 1266. Quando & Murciam civitatem Rex Jacobus intercepit.*

d *Videlicet* secundi, *sed filius ejus nothus.*

e *Reguare cœpit, anno Christi 1285. Obiit autem improlis anno 1291. & successit in Aragonia frater Jacobus, Siciliæ Rex.*

f *Ab anno 1291. usque ad 1327.*

g *Ex quo, frater suus Jacobus prædictus, Rex Aragoniæ institutus & coronatus fuit Cæsaraugustæ 24. Septembris 1291. Ipse vere supervixit in Sicilia usque ad annum 1337. ante quem annum hoc insinuatur per illud* nunc, *vitam Elisabethæ scribi cœpisse. Qua de re vide Comm. prævium num. 17.*

h *Legebatur hic in utroque textu Lusitanico*, Alfonsus & Joannes, *indubie per errorem, pro* Alfonsus & Ferdinandus. *Fuerunt namque Alfonso X. Castellæ Regi, filio Ferdinandi Sancti, duo filii ex conjuge sua Violanta seu Yolanta, filia Jacobi primi Aragonum Regis, avi Elisabethæ nostræ; Ferdinandus primogenitus, & Sancius secunde loco natus. Ferdinandus hic, vivente patre Alfonso, suscepit ex Blanca, sancti Ludovici Francorum Regis filia, binam prolem masculinam, dictos historicis communiter* de Cerda *sive* de la Cerda, Alfonsum & Ferdinandum; *& Ferdinandus horum pater obiit anno 1275. Hi juvenes jure paterno succedere debebant in regna avi sui Alfonsi X. sed hic, seclusis nepotibus, regnare voluit filium suum secundo genitum Sancium, qui & cum ipso & post ipsum regnavit. Hæc præmonenda fuerunt, ad elucidandum præsentem historiæ locum, ubi infantes de la Cerda vocantur* Alfonsus & Joannes; *quod differt a communiore Historicorum placito, appellantium illos*, Alfonsum & Ferdinandum, *uti & appellat Bonifacius PP. VIII. in suo brevi ad Ferdinandum, Sancii filium, Alfonsi X. nepotem, tunc Castellæ & Legionis Regem, quem hortatur, ut concordiam ineat cum patruelibus suis, videlicet* Alfonso & Ferdinando, *natis quondam* Ferdinandi patrui tui. *Ita apud Odericum Raynaldum ad ann. 1301. num. 21. Vel igitur textus noster hic aberrat, dum Alfonsi de la Cerda fratrem vocat* Joannem, pro Ferdinando; *vel Ferdinandus hic debet binominis fuisse, quod aliunde nondum didici.* E F

i *Hic Ferdinandus, uti jam dixi, filius Sancii, nominis sui quartus, regnavit ab anno 1295. usque ad 1312. Hoc igitur intervalle temporis prædictus Infans Petrus, Aragonum Regis filius, occubuerit in bello Castellano.*

k *Dominati in regno Neapolitano post patrem Carolum, anno 1309. defunctum, usque ad an. 1343.*

l *Qui Carolus, nominis sui secundus in regnis Siciliæ, præter duos, hic nominatos filios, Robertum & Ludovicum, genuit ex Maria, Hungariæ regina, septem vel octo alios, & filias sex, rara principibus felicitate. Quorum nomina si quis noscere cupiat, consulere poterit Nicolai Parthenii Giannettasii Societatis nostræ Historiam Neapolitanam tom. 2. pag. 57. & alios. Hoc id non magnopere spectat.*

m *Est is annus a nativitate Christi Domini millesimus ducentesimus septuagesimus primus. Epocha namque Æræ Cæsareæ anticipat epocham Christi annis triginta octo: atque adeo ubicumque inveneris in hac vita certum annum Æræ Cæsareæ detrahe annos 38. & habebis annum Christi, Æræ*

præ-

A *prædicta correſpondentem. Hæc notanda initio fuere, ut ne lector, minus Chronologiæ peritus, hæſitet in ſequentibus, ubi ſcriptor paſſim utitur eadem Æra.*

n *Hic iterum legebatur*, Regis Angliæ, *per errorem, uti ſequentia verba declarant, quibus Violanta, mater Petri Aragoniæ Regis, vocatur ſoror ſanctæ Eliſabethæ, utique Hungaricæ; uti jam quotavi ſupra annotat.* a.

o *Anno regni ſui ſexageſimo ſecundo, Chriſti* 1276

p *Monaſterium celebre in Catalaunia, ab ipſo Jacobo Rege fundatum, in ſuam ſucceſſorumque Regum Sepulturam. Vulgo*, Poblete.

q *Videlicet Petrum & Jacobum; ille Rex Aragoniæ, iſte Majoricarum, a vivente patre nominati.*

r *Uxor Petri Regis Aragoniæ prædicti, Conſtantia.*

ſ *Filia Jacobi & ſoror Petri, Regum Aragoniæ; uxor vero Alfonſi X. Caſtellæ Regis.*

t *Nomine* Eſclaramunda, *Regerii Bernardi Comitis Fuxenſis filia, per maritum Regina Majoricarum.*

B u *Videlicet Eduardus, nominis ſui quartus, qui* rrgnavit *ab anno* 1273. *& anno* 1307. *mortuus, ſucceſſorem habuit filium ſuum Eduardum quintum.*

x *Anno* 1302. *poſt matrimonium quinquennale, cum Roberto contractum anno* 1297. *Supervixit autem ſocer ejus Rex Carolus uſque ad annum* 1309. *quo Robertus, ducta jam uxore altera, cæpit regnare.*

CAPUT II.

A multis expetita in uxorem, deſponſatur Luſitaniæ Regi Dionyſio, ad eumque deducitur maximo patris ſenſu, ob amorem quo filiam illam proſequebatur.

C Elisabetha ex voyage a piuribus petita, a

CUm itaque dicta Eliſabetha ita educaretur in domo patris ſui, poſt obitum avi ſui Regis Jacobi; jamque perveniſſet ad ætatem novem annorum, ex hac vita migravit in Luſitania Rex Alfonſus die decima ſexta a menſis Februarii, Æra milleſima trecenteſima decima ſeptima, & cæpit ibidem regnare Dionyſius ejus filius: qui audiens, Petrum Aragoniæ Regem, qui per id tempus ob facinora bellica reſque præclare geſtas, excellebat, fama ubique terrarum divulgatus, habere duas filias legitimas, ex quibus una erat dicta Eliſabetha; miſit eidem legatos ſuos & procuratores, qui dictam ejus filiam ſibi peterent uxorem. Pervenerunt autem legati iſti ad domum Aragoniæ, eo tempore, quo ſimiliter illuc venerant nuntii b Regis Angliæ b, & filii Regis Caroli c, qui c omnes prætendebant ſibi uxorem dari eamdem Eliſabetham.

10 Inter hæc conſiderans dictus Rex Petrus, a Rege patre omnibus conſideratis, quod unus illorum, qui volebant matrimonium contrahere cum filia ſua, erat jam Rex; quodque filia ſua poterat diſcedere e domo ſua cum titulo Reginæ Portugalliæ; conſiderans item, quod inter ſe & dictum Regem Portugalliæ Dionyſium nullum intercederet impedimentum ſanguinis, vel alterius generis; quodque ea de cauſa poſſet hujuſmodi matrimonium contrahi abſque diſpenſatione Pontificis Romani, qua D opus fuiſſet, ſi filiam ſuam deſpondiſſet filiis EX MSS. Regis Angliæ, aut Regis Caroli, propter conſanguinitatem, quæ intercedebat. Conſiderans denique Petrus, quod (tametſi ægre a ſe dimitteret filiam illam) id tamen Deo diſponente fieret in gratiam ejuſdem filiæ (hæc enim jam tum in tenella ætate deſerviebat Deo per orationes, jejunia & eleemoſynas; ſolabaturque legatos, qui ad patrem ſuum miſſi tam celeriter fuerant a Rege, quocum diſpenſatio ad contrahendum neceſſaria non erat) conſenſit in matrimonium ejus, cum Rege Luſitaniæ Dionyſio ineundum: & mox contracta fuerunt ſponſalia per procuratores, Equites, ad id a Rege Luſitaniæ deputatos d, ſubditos ejuſdem Regis, e Luſitania oriundos. *diſpenſatur Regi Luſitaniæ.* d

11 Dies certus, in quo deberet Rex Aragonum mittere ſuam filiam Regi Portugalliæ, conſtitutus fuit: miſitque pater cum illa epiſcopum Valentiæ e, & alios equites ex nobilioribus ſui regni; quamplurimas etiam matronas & virgines aliaſque mulieres: magna item munera & ſupellectilem argenteam ei dederunt Rex & Regina, illius parentes. Regi porro Petro, E patri ejus, moleſtum erat, & extraneum ei videbatur, quod a domo ſua diſcederet ſua prædicta filia, quam tantopere diligebat, exiſtimabatque, quod, illa in domo ſua commorante, recipiebat a Deo magna beneficia. Et hoc multoties repetebat. *Senſus patris ob diſceſſum filiæ.* e

12 Ideo Legati Regis Portugalliæ timentes, ut Rex tandem permitteret diſceſſum filiæ ſuæ, conſilium ei dederunt, ut propter infeſta bella, quæ eo tempore gerebantur inter Regem Caſtellæ Alfonſum, & Infantem Sancium ejus filium, qui poſt eum regnavit; dicta Eliſabetha per mare iter faceret ad regnum Portugalliæ. Timebat quippe etiam Rex ipſe Petrus, ne propter ſubſidia, quæ ferebat dicto Infanti Sancio contra Regem Caſtellæ ejus patrem, dictus Rex Caſtellæ impediret iter filiæ ſuæ. Quamobrem & determinatum fuit, ut mari faceret iter. *Iter jubetur ut varietur,*

13 Attamen Rex mutato conſilio, dixit ſuæ *mutatur a patre in terreſtre,* filiæ: Deus qui te vocavit ad hoc matrimonium, & te cuſtodivit, ut exires e domo mea, F Regina nominata, ipſe dignetur te cuſtodire ſine impedimento in hoc itinere. Et tunc iniverunt iter verſus Luſitaniam per regnum Valentiæ, & Rex comitatus fuit filiam ſuam, illamque amplectebatur cum lacrymis, dicens; Vidiſtiſne hominem, tam male conſideratum, *& filia ultionem hujus precatur* quam ego ſum, qui dimittat a ſe rem toto mundo cariſſimam dilectiſſimamque? Et multotius illi ſuam benedictionem dabat, dicens: Filia, tu terras petis alienas: ego te educavi & docui; nihil amplius habeo quod tibi conſulam. Nullam equidem vidi creaturam, quæ poſſit tecum comparari, quod ſpectat ad intellectum & bonos mores, quibus dotata es. Atque ita diſceſſit Rex a filia ſua; & plurimi equites tam Aragonum, quam Catalaunorum illam porro comitati fuerunt uſque ad regnum & dominationem Caſtellæ.

14 Ubi primum eo pervenit, obviam habuit *Excipitur honorifice a patruele ſuo.* Infantem Sancium fratrem ſuum patruelem, qui magnos honores exhibuit tum Reginæ, tum omnibus equitibus, illam comitantibus, & dixit; Soror mea, plurimum ſibi me obſtrin-

A ſtrinxit Rex Petrus pater veſter, per copias auxiliares, quas mihi hoc bello ſubmiſit: nec ſcio alium, cui plura debeam toto mundo, quam ipſi. Quamobrem ego quidem magnopere vellem te comitari ac deducere uſque in Luſitaniam: ſed nequeo; quia magnis denuo hic occupor bellis, quæ me loco cedere non permittunt. Attamen tecum mittam Infantem Jacobum, germanum meum & tibi fratrem patruelem, qui te comitabitur, & ſalvam perducet in Luſitaniam. Tum Infans Jacobus ſponſam regiam deduxit uſque ad terram Brigantiæ *f* regni Luſitaniæ.

15 Cum vero illuc advecti ſunt, invenerunt ibi Infantem Alfonſum, fratrem germanum Regis Dionyſii, & Comitem Portugalliæ, qui nuncupatur Gundiſalvus, cum aliis plurimis Portugalliæ Præſulibus & Equitibus, qui illic expectabant ad inſerviendum Reginæ. Tum vero dictus Infans Jacobus, conſignata Regina dictia Luſitanis, reverſus eſt in Caſtellam: iſti vero illam porro duxerunt ad oppidum Trioncoſum *g*, ubi Rex Dionyſius ei obviam venit, ibidemque celebratæ fuerunt nuptiæ *b*: & Rex deſignavit ei officiales ad ſervitium, ac dominia ad uſum *i*,

B

ANNOTATA.

a *Dies* XVI. Februarii, *legitur in apographo Luſitanico Ms. in impreſſo autem apud Braudanum eſt dies* XIII. *ejuſdem menſis, alterutrius errore. Vaſconcellus in geſtis Alfonſi hujus diem obitus nullum ſignat, contentus dicere, obiiſſe anno Chriſti* 1279. *qui etiam in hac Vita deſignatur per annum Æræ Cæſareæ* 1317. *Diem ego* XVI. Februarii *præfero, quia in libro obituario eccleſiæ ſanctæ Crucis Conimbricæ legitur Rex obiiſſe* XIV. Kal. Martias, *teſte Brandano Part.* IV.

b *Eduardi, ut jam notavi ad cap.* 1. *litt.* u,

c *De Carolo hoc, ejuſque filio Roberto, ſatis etiam dixi ibid. litt.* l. & x, *quod nempe Robertus pro Eliſabetha noſtra, quam ambiebat, tandem anno* 1297. *duxit ejus ſororem Violantam.*

d *Nominantur a Vaſconcello uti & a Curita, legati iſti*, Joannes Velho, Joannes Martinius & Vaſcus Pirezius.

e *Hic S. Ferdinandi, Regis Caſtellæ filius, Violantam Petri Aragonici ſororem duxerat, primogenitique ſui Ferdinandi demortui filiis præterm iſſis, ſucceſſionem regnorum contulit in filium ſecundo genitum Sancium; qui & ipſum patrem deinde bello exagitavit atque expulit e ſuis ipſius regnis, improbus hac parte filius. Huic Sancio, contra patrem ejus Alfonſum, ſuppetias tulit Petrus Aragoniæ Rex, atque ita recepta proteſtaque a Sancio Eliſabetha, per regnum Caſtellæ deducta ſuis in Luſitaniam.*

f *Brigantia, nota urbs, cum titulo Ducatus in Luſitania, verſus limites regnorum Legionis & Gallecæ.*

g *Luſitanis* Trancoſo; *quod media nondum via eſt a Brigantia Ulliſiponem verſus; in epiſcopatu Viſenſi, inter Lanegum & Guardiam.*

h *Anno, inquit Vaſconcellus, humanæ ſalutis* 1282. *menſe Auguſto.*

i *Ita in more poſitum eſſe Regibus Luſitaniæ, dicit idem Vaſconcellus, ut ſibi nuptis aſſignent peculiares redditus ex certis oppidis ampliſſimos; peculiares quoque aulicos ac miniſtros.*

D

CAPUT III.

Occupationes Reginæ in aula. Filia Conſtantia, Regi Caſtellæ nupta, moritur. Ejus animam e purgatorio liberat videtque.

HÆc Regina poſtquam nupta fuit, incepit ſe occupare in ſervitio Dei, dando eleemoſynas pauperibus juxta facultates ſuas, jejunando, commiſerando errantium & oppreſſorum, & recitando horas Canonicas breviarii: colligebat quoque in filo uniones; alioſque labores faciebat manuales, mandabatque talia fieri a ſuo quoque gynæceo, matronis atque virginibus: regebatque ſuam domum tam provide & ſolicite, acſi jam perveniſſet ad ætatem viginti quinque aut triginta annorum. Hoc modo cepit Regina tranſigere ſuum tempus ac diſponere de redditibus ſuarum terrarum: quæ vero ſibi dabantur a Rege, magna parte diſtribuebat in pauperes, egenos, & monaſteria, & mulierea verecundas ac in neceſſitatibus conſtitutas.

E

17 Cum pervenerat Regina ad ætatem decem & ſeptem annorum *a*, peperit filiam Conſtantiam, quæ poſtea fuit conjux Regis Caſtellæ Ferdinandi *b*, ex eaque Conſtantia dictus Rex Ferdinandus habuit filios, Alfonſum Regem Caſtellæ *c*, & Eleonoram, quæ fuit Regina Aragoniæ & uxor Regis Alfonſi *d*, filii Regis Jacobi fratris dictæ Reginæ Eliſabethæ; & ex hac vita migravit Regina Conſtantia in ætate juvenili *e*. Evenit autem quod paulo poſt, quam dicta Regina Conſtantia ex hac vita migravit, dum iret faciebat Eliſabetha cum Rege Dionyſio marito ſuo ex oppido Santarem *f* ad civitatem Ulliſiponenſem; eum perveniſſet ad oppidum, nuncupatum Azambuja *g*, quidam eremita occurrit Reginæ, clamans, & dicens; Per Deum, te precor, Domina, exaudi me, quia habeo quod tibi dicam; prohibitus autem ſum a tuis famulis circum circa comitantibus, ne tecum loquerer, & ad te pervenirem.

18 Regina id audiens mandavit, ut ad ſe adduceretur eremita; qui alta voce, ita ut circumſtantes audire poſſent, ſic locutus eſt; Domina Regina Caſtellæ, filia tua, Conſtantia, ex hac vita migravit, & in ſomniis mihi apparuit aliquoties in eremitorio, in quo vivo, dicens mihi, quod tibi nuntiarem, qualiter pœnas purgatorii ferebat; atque ſibi ſubvenires; & modus ſubveniendi, eſſet talis. Nimirum, ut curares pro ea Miſſam celebrari ſingulis diebus per anni ſpatium a presbytero eaſto, qui offerat ſacrificium ſuper altare, prout eſt ordinatum a ſancta matre Eccleſia.

19 Audito eremitæ nuntio, circumſtantes inceperunt ridere, dicentes; Si Regina Conſtantia pœnas pateretur in purgatorio, debebatne in ſomnis apparere tibi? An vero patri, aut matri ſuis, ejuſve fratri? Regina vero interrogavit, utrum aliquis cognoſceret dictum eremitam; qui reſponderunt, quod nemo ex illis illum cognoſcebat, nec ſciebat

locum

Occupatio: aut Reginæ ſeu ancyr.

Anno ætatis 17 parit filiam Conſtantiam,

a
b
c
d

e quo defuncta a ſuis & mortua

f

g

& penas purgatorii ſuſtinens,

matri ejus implorat:

pauciſſimo divinum per annum ſacrificia

A locum habitationis ejus, & poſtquam in dicto loco de Azambuja requieverunt, fecit & mandavit Regina quæri dictum eremitam ad loquendum cum eo, quem non invenerunt; nec ſciverunt locum, ubi habitabat, aut iter quod arripuerat. Et Regina retulit ſupradicta Regi Dionyſio, qualiter præfatus eremita ei apparuerit; quodque poſtmodum mandaverit illum quæri, ſed repertus non ſit.

ex mandato eremita

& voluntate Regis;

20 Rex vero reſpondit, eſſe conſentaneum fieri id, quod eremita aſſeruit: & Regina mandavit, quæri quemdam ſacerdotem, Ferdinandum Mendes, qui prout paſſim homines credebant, in ſtatu virginitatis a nativitate ſua permanebat, eratque honeſtus & caſtus vir: cui Regina injunxit, quod ex ea die Miſſam celebraret pro anima filiæ ſuæ Conſtantiæ, Reginæ Caſtellæ, per ſingulos ſequentes dies, per totum unum annum & uſque ad complementum ejus. Quod ita fecit dictus Ferdinandus Mendes.

apparuit matri filiæ gratias agens, & abiens in cœlum.

21 Anno autem finito, dum Rex & Regina B reſiderent in civitate Conimbricenſi, apparuit in viſione quadam nocte dicta Conſtantia dictæ matri ſuæ Eliſabethæ, & ſecundum ea, quæ referebat dicta Eliſabetha, ſibi apparuit veſtimentis albis veſtita, & dixit: Domina mea mater, jam libera ſum a pœna, qua torquebar, & vado ad locum, ubi in perpetuum nullam pœnam patiar: laudatus ſit Deus in æternum. Regina vero in dicta viſione, a ſomno excitata, id Regi nuntiavit; qualiter ſibi apparuerit filia ſua inter ſomniandum.

quam ab eo mater gratias Deo ſolemniter egit,

22 Diluculo autem, dum eſſet Regina ſuo in loco, ad audiendum Miſſam, venit dictus clericus Ferdinandus Mendes ad eam, dicens: Domina, propter quod nunc tibi placet, ut in poſterum Miſſas celebrem, quia jam annus finitus eſt, ex quo mihi mandaſti, ut celebrarem pro Regina filia veſtra? Regina vero dicebat, quod in illa hora, & quando viſionem illam vidit, non fuerat recordata de dictis Miſſis, quas pro ea celebrari mandaverat; id vero tunc recognoſcens, gratias Deo egit, in ejuſque honorem fecit celebrari alias Miſſas ſolennes per religioſos presbyteros; & alias eleemoſynas elargita eſt.

C

ANNOTATA.

a *Igitur anno Chriſti* 1288. *utpote nata ipſa anno* 1271.

b *Iſte fuit filius Regis Sancii; nepos Alfonſi ex amita Elizabethæ Jolanta, pronepos Ferdinandi ſancti, pariter Caſtellæ Regum ſui nominis* quartus; *duxitque Conſtantiam, Dionyſii atque Eliſabethæ Regum Luſitaniæ filiam, anno* 1301. *tunc natam annos* 13. *Suſcepit ex ea Ferdinandus duos tantum Infantes, de quibus mox, Alfonſum atque Eleonoram.*

c *Qui fuit* undecimus *ſui nominis, atque ab obitu patris ſui Ferdinandi, ſubitanea morte defuncti anno* 1312. *cœpit regnare adhuc plane infans, regnavitque ad uſque an.* 1350. *quo obiit.*

d *Hic Alfonſus Aragoniæ Rex IV. ſui nominis, Jacobi II. filius; duxit tandem anno* 1329. *Eleonoram, Alfonſi Regis Caſtellæ ſororem, ex eaque ſibi neptem Reginæ noſtræ ex filia Conſtantia, ipſe nepos ejuſdem ex fratre Jacobo.*

e *Anno* 1313. *die* 18. *Novembris, uti notat Brandanus ex Obituario Canonicorum Regul. de Olivveira, Archiepiſcopatus Bracarenſis, non diu ſuperſtes poſt obitum mariti Regis Ferdinandi, qui inciderat in diem* 7. *Novembris anni præcedentis.* D

MS.

f *Hiſpanis* Santaren, *Latinis paſſim* Scalabis; *olim, ut aiunt,* Julium Præſidium; *prope Tagum fluvium. Diſtat Ulyſſipone leucas circiter quatuordecim.*

g *Vaſconcello vocatur Latine* Arambuja, *aliis* Azambuja. *Ex itinere, quod Reges inſtituebant Scalabi Ulyſſiponem, colligitur, inter utramque illam civitatem, ejus ſitum quæri debere; eſſeque ad dextram Tagi ripam, fere media via.*

CAPUT IV.

Naſcitur Eliſabethæ filius, ſucceſſor Alfonſus. Æquanimiter fert lubricos amores mariti. Pacem conciliat inter Reges Caſtellæ & Aragoniæ.

E

CUm porro Regina Eliſabetha perveniſſet ad ætatem viginti annorum, peperit filium Regem Alfonſum Portugalliæ, iſtius nominis quartum, qui natus fuit in civitate Conimbricenſi die octava Februarii anni milleſimi trecenteſimi vigeſimi noni *a*, qui regnavit poſt Regem Dionyſium, patrem ſuum *b*, & dum eſſet Infans, uxorem duxit Beatricem, filiam Regis Sancii *c* Caſtellæ, & Reginæ Mariæ, uxoris dicti Regis Sancii; quam, dum puella *d* adhuc eſſet, adduxerunt ad regnum Portugalliæ, illamque educarunt Rex Dionyſius & Regina Eliſabetha, prout decebat filiam Regis.

Eliſabetha annos 20. ætatis ſuæ, parit filium, & in regno ſuccedit.

a

b

c

d

24 Cumque viverent maritaliter præfati Reges Dionyſius & Eliſabetha, obſervantes obligationes matrimonii, ut oportet inter conjuges; non deſuerunt, qui Regem allicerent ad peccandum cum aliis inſeſtis mulieribus & concubinis, illumque dimoverent a ſua conjuge, & incepit Rex habere concubinas; genuitque ex illis filios. Regina autem, licet eo tempore in ætate juvenili verſaretur, ſciretque quidquid Rex faciebat, nihilominus ſimulabat coram hominibus, acſi ſua id nihil intereſſet. Quando autem ei referebant; nunc Rex talem, nunc talem admiſit concubinam; tunc ipſa, monſtrans id ſibi curæ non eſſe, incipiebat orare & legere ſuos libros, & intendere aliquibus rebus, ſpectantibus ad ſervitium & laudem Dei cum ſuis matronis & virginibus.

Lenius fert lubricos mariti amores.

F

25 Propter hanc Reginæ indolem & animi compoſitionem, quæ Rex non ignorabat; conſciuſque, qualiter tacendo ſuum occultabat dolorem & faſtidium, nec ulli conquerebatur; ipſe ab errore ſuo & injuria, quam ſuæ uxori faciebat, revocatus eſt; timebatque Dei iram, quia non obſervabat matrimonii leges, prout a Deo & ſancta Eccleſia ſtabilitæ ſunt. Propter has conſiderationes, incepit Rex deſiſtere a prava conſuetudine peccandi. Quod ſi quando deinceps in ſimile peccatum incideret, id tam occulte faciebat, ut nulli innoteſceret.

atque reducit ipſum ad ſaniora conſilia,

26 Habuit interea Rex filios & filias ex dictis

A dictis mulieribus; quos Regina beoigne tolerabat, atque ad ſe adduci mandabat; quibus & veſtimenta & alimenta ſubminiſtrabat: quin & educabat illos, atque in nutrices eorum æque ac in alumnos plurima conferebat bona. Hinc præcipue mirabantur familiares & ſubditi ejus, quod tanta cum eſſet Regina, in tam juvenili ætate conſtituta, tanto intellectu & mentis compoſitione a Deo prædita, nullum in ſe dolorem aut rancorem conciperet ex actis talibus, ex quibus mulieres non mediocri ſolent excruciari dolore.

ex MSS. earumdem ſubditas, quod tam patienter illa ferret.

27 Poſtquam Regina venit in Luſitaniam, exorta fuit diſcordia inter Regem Dionyſium, & Infantem Alfonſum ejus fratrem. Quod conſiderans Regina, jamque videns, Regem obſidere aliquot caſtella, quæ Infantis erant, ne invaleſceret diſcordia, tractavit per ſe & per ſuum conſilium, tum Prælatorum, tum & aliorum proborum virorum, quo modo componi pax poſſet inter Regem & ejus fratrem Infantem. Deinde ad concordiam & pacem faciendum, tradidit ipſa Regi oppidum de Sintra, quod poſſidebat dono B Regis, deditque Rex alia loca infanti, quo ſe ſuſtentaret redditibus illorum; effecitque ut Infans remaneret cliens Regis, eique clientelam præſtaret, quoties opus foret.

Conciliat Regi fratrem ejus,

28 Si quando animadvertebat, Regem animo commotiorem eſſe in aliquem ſubditorum, non juſta de cauſa, ex prava ſuggeſtione malevolorum, dextre placabat iram ejus, explicando rei veritatem, ut erat. Numquam tamen voluit deprecari Regem, ubi de juſtitia agebatur, ut malefactoribus juſtas pœnas remitteret. Quod ſi odia forte diſcordiæque naſcerentur inter ſubditos regni ſui propter damna illata aut homicidia; ipſa ſtatim per ſe & per alios operam dabat, ut diſſidentium animi reconciliarentur, & pax coaleſceret. Quod ſi, qui damna iotulerant, non haberent quo ſatisfacerent; ipſa Regina e bonis ſuis ſatisfaciebat parti læſæ, quo concordia redintegraretur. Et ſane miram capiebat voluptatem ex eo, quod videbat inter ſuos, ſublatis diſſidiis odiiſque, concordiam regnare.

& aliorum odia, quæ poterat, tollit.

29 Cum magna excitata eſſet diſcordia inter C Regem Ferdinandum Caſtellæ, generum hujus Regioæ, & Regem Jacobum Aragoniæ, fratrem ejuſdem Reginæ, propter loca nonulla & oppida, quæ Rex Aragoniæ tenebat, erepta Mauris armorum vi: quæque Rex Caſtellæ ad ſuam proprietatem ſpectare dicebat, Rex vero Aragoniæ contrarium aſſerebat: atque etiam ſuper rebus aliis & prætenſionibus, inter eos exiſtentibus: hæc Regina Eliſabetha, conſiderans quam irreparabile damnum ex tali bello ſequeretur in Hiſpania; unde & plurimæ mortes ſubditorum hominumque innocentium, plurimæque ruinæ locorum & civitatum evenire oeceſſe eſſet,

Orta inter Reges Caſtellæ & Aragoniæ diſcordia,

30 Intelligeos quoque & timens, quod, ſi hoc bellum per multum tempus duraret inter dictos Reges, Mauri & infideles, Catholicæ fidei inimici, poſſent ioter ſe uniri, & arma ſua Chriſtianis inferre: ut hujuſmodi bellum & diſcordia, quæ inter dictos Reges exorta erat & creſcebat, evitarctur, tantopere hæc Regioa laboravit per ſe & alios, ut dicti Reges Caſtellæ & Aragoniæ in eo convenirent & compromitterent, ut Rex Portugalliæ Dionyſius judex eſſet ſuper hujuſmodi negotio. Hinc ſe obligarunt ſub certis pœnis, ut ſtarent judicio, quod Rex Portugalliæ inter eos determinaret, & obedirent cuicumque ſententiæ, ab eodem D prolatæ.

ea qua providens gravia Chriſtianis pro venture damna,

quæ illum in arbitrio Regis Luſitaniæ ponit.

31 Quamobrem venerunt Rex Dionyſius & hæc Regina Eliſabetha ad civitatem Turiaſoncoſem *e*, dominii Regis Aragoniæ, tranſeuntes per regna Legionis & Caſtellæ; & in dicta civitate infimul fuerunt congregati Rex Ferdinandus Caſtellæ & Regina Conſtantia, ejus uxor, & Regina, mater Regis Ferdinandi, Maria, & plurimi Infantes virique admodum divites Caſtellæ & Legionis, & plurimæ ac nobiles matronæ: in eadem quoque civitate præſentes fuerunt Rex Jacobus Aragoniæ, frater germanus hujus Reginæ, & Regina Blanca, ejus uxor *f*, plurimique viri & feminæ nobiles Aragoniæ & Catalauniæ.

quorum ipſa tandio Turiaſoncenſis locum tenuerat.

e

f

32 Dictus autem Rex Dionyſius inter eos extitit, ad illos componendum in pace, & juſtitiam adminiſtrandum, prout ſecundum jus foret conſentaneum. Qui in primis audivit rationes Regis Caſtellæ, quas adducebat & allegabat ad confirmandum jus ſuum: & poſtea audivit rationes Regis Aragoniæ, quas ille allegabat ex adverſo: & viſis utriuſque partis rationibus, judicavit inter eos, prout de jure cognovit: atque ita dictos Reges ad concordiam reduxit, ut omne malum ac diſcordiam, inter eos exeitatam, propter dictas prætenſiones, penitus extingueret.

ubi Rex Luſitanus litem inter diſſidentes compoſuit,

E

33 Diſceſſerunt autem ex iſto loco Reges prædicti, omnino reconciliati inter ſe, atque etiam pacti ſunt nova amicitiæ fœdera, ut alter alterum adjuvaret contra hoſtes ſuos: & uouſquiſque ad regnum ſuum ſe contulit. Rex autem Dionyſius, & hæc Regina Eliſabetha demorati fuerunt extra ſuum regnum Portugalliæ, pro dicta pace componcoda, ex prima hebdomade Julii, quo diſceſſerunt a regno ſuo, uſque ad feſtivitatem ſanctæ Mariæ in Septembri, ad quam feſtivitatem reverſi fuerunt ad regnum Portugalliæ, qui annus tunc temporis computabatur milleſimus trecenteſimus quadrageſimus ſecundus Æræ Cæſareæ *g*,

concluſum læti redeunt ad ſe.

Feſta hæc fuere, anno anno Chriſti 1312. ſed 1304

g

F

ANNOTATA.

a *Videlices Æræ Cæſareæ, qui eſt Chriſti* 1291.

b *Ab anno Chriſti* 1325. *quo pater mortem obiit.*

c *Iſtius nominis quarti.*

d *Sciendum, hoc matrimonium contractum fuiſſe a parentibus anno* 1298. *inter Alfonſum, tunc ſeptennem & Beatricem quinquennem, ſuo tempore ineundum. Ex illo tamen anno Beatrix in Luſitaniam traducta, ſub diſciplina Eliſabethæ noſtræ præcipue educata & inſtituta fuit; uti in hac ejus vita non ſemel confirmatur. De anno initi matrimonii paulo poſt dicetur. Interea adſcribo dicta hac de re Marianæ noſtri lib.* 15. *cap.* 5. A Caſtellæ Rege, *Sancio IV.* Dionyſius Luſitanus in partes attractus, inito fœdere; quod gemina affinitate confirmatum eſt. Conſtantia, Dionyſii filia, ... juncta Ferdinando eſt. Alcantii . . . ſolennitas peracta eo majori publicæ lætitiæ ſignificatione diuturnæque concordiæ certiori ſpe; quod Beatrix, Ferdinandi Regis ſoror Alfonſo, Dionyſii filio & heredi, octo annos nato, deſponſata eſt. Et quo major eſſet fides, de matris Reginæ manu,

ſocero

A ſocero tradita atque io Luſitaniam miſſa eſt. *Hinc & nonnulla, quæ in decurſu vitæ hujus de Eliſabetha noſtra & Beatrice, nuru ejus atque alumna, paucis ſubinde memorantur, claritatem acceperint majorem.*

e Turiaſo, *urbs epiſcopalis in finibus Aragoniæ, verſus regnum Caſtellæ. Videtur urbs illa ab interprete Latino confuſa fuiſſe cum Tarazcone in Provincia, quæ huc non ſpectat.*

f *Quæ fuit filia Caroli II. Regis Neapolitani.*

g *Ita correxi. Legebatur enim in utroque codice Luſitanico* duodecimus, *qui annus convenire hic non poteſt, ſive æram Cæſaris, ſive Chriſti Domini accipias. Certum namque eſt ex hiſtoricis, Hieronymo Surita Aragono, & Franciſco Brandano Luſitano, aliiſque; congreſſum Regum, Jacobi Aragoniæ, & Ferdinandi Caſtellæ, arbitrum inter illos agente Rege Dionyſio Luſitaniæ, factum fuiſſe anno Chriſti* 1304. *qui eſt æræ Cæſareæ* 1342.

CAPUT V.

B *Regina iteratas inter maritum & filium diſcordias prudenter componit. Ipſa, ex aula dimiſſa & bonis ſpoliata, reſtituitur.*

POſtquam reverſi ſunt Rex Dionyſius & Regina Eliſabetha de regno Aragoniæ, fecerunt nuptias Infantium ſponſorum, Regis Alfonſi eorum filii, & Beatricis *a*. Factæ autem fuerunt ſolenniſſime in oobili civitate Uliſſiponenſi: cum vero jam dictus Rex Alfonſus, dum Iofana eſſet, veniret in partem regni cum uxore ſua, ac de mandato patria commoraretur Conimbricæ, voluit pietatis ergn viſitare eccleſiam ſancti Vincentii Uliſſiponenſis, & relinquens Infantiſſam ſuam uxrem & filium ſuum, jam tum oatum, Infantem Petrum, Conimbricæ, iter ingreſſus eſt *b*: poſtquam vero illic pietati ſuæ operam ſufficienter dederat, venit ad nppidum, quod vocatur Sintra *c*. Interea Rex & Regina, illius parentes, diſcedebant Scalabi, Uliſſiponem peteotes.

Nuptiæ filii Alfonſi & Beatricis Caſtellanæ.

a

b

c

C 35 Cum Rex eo perveniſſet, perſuaſum illi fuit a oonnullis, uti dicebatur, redigere filium in ſuam poteſtatem *d*. Quæ res tam ſecreto fuit acta, ut oemo unus quidquam ſciret præter conſiliarios ipſos. Morabatur illo tempore Infans adhuc Sintræ: & Rex patet proceſſit ad locum, Lumear dictum, diſtantem leuca una Uliſſipone; miſitque illa nocte varias militiæ copias eo verſus, ubi infans erat, mandans, ut vias omnes inſiderent, quæ Sintram ducunt; nec ſinerent quemquam eo tranſire; ne quis forte conſilium Regis filio proderet.

Dionyſius Rex filium Alfonſum perſequitur,

d

36 Dormiebat Rex nocte illa cum Regina, atque ita clam curavit parari omnia, ad iter neceſſaria, ut nihil conſiliorum ejus aut agendorum prius innotuerit Reginæ, quam Rex diſcederet. Tum vero recogitans, quod diſceſſerat clam ſe, cum armata manu; ſuſpicari cœpit id, quod erat, valle Regem ſibi ſubigere filium Infantem; ac ſtatim certos homines dimiſit per vias diverſas, qui certinrem facerent Iofaotem & fugam ſuaderent, priuſquam eo loci Rex pervenuret. Res ſucceſſit ex voto Reginæ. Nam Infans, priuſquam Rex cum ſuis Sintram adveniret, jam certior factus de ſeeretn ejus conſilio, ſtatim ex oppidn diſceſſit, venitque ad locum illum, nbi ejus mater, quam a longn tempore non viderat, morabatur.

qui ops ma reſtituit.

D *ex MSS.*

37 Interea autem dum iſthæc dubio eventu agebantur, Regina cum ſuo gynæceu continuis nperam dabat nratinaibus, curabatque multas aelebrari Miſſas & officia recitari divina: & per has Reginæ orationes & pia npera, creditum fuit, Deum grande malum & graviſſima damna avertiſſe a regoo Luſitaniæ, quæ ei impendebant, ſi Rex in dicta civitate filium occupaſſet. Acceſſeraot oamque ad dictum oppidum cum Rege æmuli nonnulli, quibus (uti dicebatur) vnlupe fuiſſet, a Rege caſtigari filium Infantem. Ideoque quod per ſe ipſi facere nnn poterant, optabant illa nocte perfici ab inſtigatn Rege in Infantem. Regina porro dimittens filium, materne ac potenter monuit, ut dictn audiens eſſet Regi; cum ipſo rediret in gratiam; ipſum debito honnre & obſequio proſequeretur.

monetur que ob ea,

ut Regi obſequatur.

E

38 Poſt aliquod vero tempus, dum Rex demorabatur in oppido Scalabi, iterum ſuaſerunt ei quidam, ut dimitteret Reginam, eamque privaret villis & oppidis ac redditibus, quæ habebat; ſignificantes ei, quod nihil poterat ſtatuere in domo ſua, licet occultum, contra Infantem; quod non perveniret ad aures Reginæ, quæ de eo faceret certiorem Infantem; prout in dicto oppidn Sintra evenerat; ubi Rex cogitavit, illum poſſe ſub ſua poteſtate redigi, quodque, ſi Regina haberet ſua loca & nppida, ac reciperet redditus ſuos, ſemper ex eis poterat ſubvenire Infanti ad illum ſuſtentandum.

Suggeſtiones maligoorum

39 Tali motus conſilin Rex, conſtituit, ut Regina diſcederet ad oppidum Alaoquer *e*: & illam privarunt ſneis, oppidis & redditibus, quæ habobat. Cumque Regina obedienter id ferens perveniret ad dictum nppidum, in eoque moraretur, convenerunt ad eam viri oobilea, Reginæ clientes, qui arces ipſius & munita loca, jurata fidelitate nbtinebant; inſinuantes, quod, ſi Regina privaretur oppidis & locis, ac bonis quæ habebat, aut dimittenda eſſet a Rege, poſſent ipſi bellum ioferre Regi ex dictis arcibus, ſi in illis Regina recipi vellet. Venerunt quoque ad locum iſtum alii, qui dixerunt Reginæ, ſe audiviſſe, quod Rex eam ejecerat e domo ſua, & privaverat bonis, quæ habebat; quodque en veoerant, ut ſcirent, utrum ſupradicta eſſent vera, quæ ſibi dicta fuerant: ut autem certa eſſe compererunt, obtulerunt ei ſua caſtella, io quibus poſſet tutn commorari, ſi modo vellet; atque ex illis bellum geri ad vindicandum injuriam, ei illatam.

jubetur Regina recedere ex oppida & ſpoliari bonis ſuis;

e

F

40 Ad hæc Regina reſpondit, quod ſibi complacitum erat, quidquid Rex de ſe diſpooebat & mandabat; quodque (quandoquidem e ſervitio Regis aut beneplacito ejus id erat, ut in dicto oppidn ſe contineret) ipſa idem prorſus ſentiret probaretque: quaodo autem Regi placeret, ipſe pro ſe reducenda misteret, ſibique redderet quidquid in regno poſſidebat. Licet enim a Rege privaretur terris & oppidis ſuis, ab ao nihilominus ſuſteotari ſe debere. Et hæc omnia reſpondit cum incredibili urbanitate.

quod ſolio aquammoretur,

41 Cum

A ex MSS. *ac bellum fundamentibus ei ſo vindicandum,*

41 Cum vero plurimi, qui de redditibus Reginæ alebantur, diſplicuiſſet ſermo hujuſmodi, qualiter Regina nolebat conſentire aut mandare bellum geri; quodque etiam pro nihilo habebat injuriam ſibi factam; attento & conſiderato, quod machinantes dictam injuriam contra Reginam, nullum inde honorem aut commodum conſequebantur. Conſulebatur quoque Reginæ, quod ſi ex dictis caſtellis bellum inferret, fore ut breviori tempore reſtitueretur in bona ſua, quibus Rex eam privaverat. Regina vero reſpondebat omnibus illis, qui ſimile conſilium ei dabant; melius eſſe, quod ipſa paupertatem ferret toleraretque omnes injurias ſibi illatas; quam conſentire in bellum propter prædictas cauſas gerendum.

pericula oſſiſtit;

42 Bellum quippe, inquiebat, involveret plurimos, qui omni prorſus culpa carent, & innocentes ſunt ab injuriis mihi irrogatis; atque illis, ſi bella gererentur, neceſſario damna inferri deberent, tam in bonis ſuis, quam in perſonis: itaque expreſſe prohibuit dictis præfectis arcium, ne ullum bellum ex illis gererent. Quamdiu autem Regina morata fuit in dicto oppido, fecit ad ſe venire plurimas feminas, quas intelligebat vitam ſanctam ducere; faciebatque ipſa illo in loco magnam abſtinentiam, jejunando, certis hebdomadæ diebus ſine obſonio; & tempus ſuum expendebat orando & recitando officia divina. Cumque per aliquod tempus ibi morata ſic fuerat; Rex, cognita tanta Reginæ humilitate & mentis compoſitione, quibus prædita erat, miſit qui illam reducerent ad ſe.

B *& revocatur in aulam.*

Regi filium Conimbrica obſidente,

43 Attamen creſcente diſcordia in dies magis inter Regem & Infantem ſuum filium, elias excitata, Rex acceſſit ad obſidendum civitatem Conimbricam *f*, quam Infans ejus filius jam occupaverat, ad ſuſtentationem ejus applicatam, & ed ſuſtentationem famulorum ejus: & cum ibi exiſteret tota curia Portugalliæ, attamen diviſa: alii namque ſequebantur Regem, alii vero Infantem; magnam prorſus ruinam patiebatur terra ille. Tunc temporis illuc pervenit Regina, dolens de tante diſcordja, quam videbat accreſcere inter Regem & filium prædictos; moleſte ferens tantam ruinam, quantam videbat fieri in regno ſuo. Et ubi primum ad dictam, ſeu prope dictam civitatem Conimbricenſem pervenit; ſtatim tractavit inter Regem & filium, effecitque, ut civitas liberaretur obſidione; & Rex ſe conferret ad civitatem Lerienſem *g*. Effecit quoque, ut infans veniret ad dictam civitatem Lerienſem ad ſalutandum patrem, ipſumque egnoſceret tamquam Regem & dominum ſuum ac patrem; quod, uti vaſallus & filius, facere tenebatur; utque Rex Infanti filio ſuo daret redditus, quibus poſſet ſuſtentari, prout ſtatui ejus competebat.

C *venit eo Regina,*

obſidione ſoluta

ac filium patri reconciliat;

f

g

ipſeque reſtituitur a Rege in poſſeſſionem bonorum ſuorum.

44 Qua facta conventione, diſceſſit Rex, ite perſuaſus a Regina, propter præclara ejus opera, quæ faciebat; evitatis damnis irreparabilibus & calamitatibus, quæ toti regno imminebant, ſi diſcordiæ perduraſſent. Rex vero cum videret tantas Reginæ virtutes, & opere tam egregia, in quibus ſe occupabat, ei reddidit loca, oppida & redditus, quibus privata fuerat, ut dictum eſt ſupra.

45 Poſt aliquod vero tempus orta fuit alia diſcordia inter prædictos Regem patrem, & filium Infantem: non enim illis complacuit perſeverare in concordia & conventione, in qua Regina illos compoſuerat, & tanta zizania inter eos feminata fuit, ut quo tempore volebat Infans accedere Ulliſſiponem, ubi Rex reſidebat; Rex obviam venerit duabus leucis e civitate illa, nolens conſentire, ut illuc Infans accederet, dum ipſe eſſet in loco prope dictam civitatem, nuncupato Loures; cumque milites Infantis vellent accedere ad civitatem Ulliſſiponenſem, milites armati Regis prohibuerunt eis iter: cœpta eſt pugna inter milites Regis & Infantis *h*. Ex utraque parte fuerunt acies formatæ & multi percutiebantur ictibus lapidum & telis, & utrimque cadebant plurimi vulnerati & interfecti inter ecies.

D *In alia filii & Regis conventione*

h

46 Inter hæc Regina, videns Regem dominum ſuum & maritum, ejuſque filium Infantem, in tantum periculum adductos, ad præcavendum majus damnum & mortes plurimorum, qui inibi exiſtebant, unuſquiſque ad inſerviendum domino ſuo, quem ſequebantur, prompti; tam magno dolore affecta fuit, & amoris inflammatione, ut per medias acies prorumpere non dubitaret, inſidens mulo ſine duce, & ſine famulo, qui lorum mulæ teneret; & propter ictus lapidum & telorum, quæ emittebantur ex utraque parte, nullus aut vir aut muller audebat illam comitari aut retro ſequi.

ipſa per aures ac ve-la equitans,

E

47 Interea, dum dicta Regina ita inter acies proceſſit, non deſierunt volitare lapides ac tela, ex utraque parte emiſſa. Permiſit tamen Deus, cujus ſervitio Regina intendebat, illam liberari ab omni caſu fortuito; & pervenit ipſa ad locum, ubi Rex erat; & ex eo loco reverſa fuit ad Infantem; & aliquoties unam & alteram partem conveniendo; ita eos ad concordiam reduxit, ut perſuadoret Infanti, ſe ſubjicere Regi patri ſuo, & manum ejus deoſculari; Regi vero perſuaſit, benedictionem filio impertire, etque ita ex illo loco diſceſſerunt reconciliati: voluitque Deus illo die per interceſſionem & deprecationem Reginæ, liberare plurimos homines regni Portugalliæ a morte & aliis irreparabilibus malis.

utrumque ad pacem inducit.

F

ANNOTATA.

a *Filiæ Regis Caſtellæ Sancii quarti, uti jam dictum eſt initio cap.* IV. *Quo præciſe anno celebratæ ſint iſtæ nuptiæ, nondum certo dicis. Brandanus innuit annum* 1309. *quo eſt quintus a reditu Regum ex Aragonia.*

b *Hic* Petrus, *poſt alios filios filiaſque, Alfonſo & Beatrici natus, in lucem venit anno* 1320. *die* 19. *Aprilis; & fratribus præmature mortuis, ſucceſſit patri anno* 1357. *mortuus ipſe decennio poſt.*

c Sintra *ſive* Syntra, *prope ab oſtio Tagi fluminis verſus ſeptentrionem, diſtans Ulliſſipone verſus occaſum ſolis æſtivum, ad milliaria quatuor Hiſpanica. Vaſconcellus nobile ac amœnum vocat oppidum, natalibuſque Regis Alfonſi V. condecoratum.*

d *Videtur hæc prima Regis expeditio fuiſſe in filium, & contigiſſe anno* 1320. *poſtquam filius Alfonſus anno* 1319. *apertius affectare regnum patris cœperat, atque per Reginam Caſtellæ Mariam, ſocrum ſuam, curaverat rogari patrem ſuum, ut adminiſtrationem regni in ſe filium transferret. Eſt enim hæc Regis expeditio longe diverſa ab illa (licet iiſdem*

fere

A *fere in locis circa Ulissiponem facta fuerit*) *quam Brandanus anno* 1323. *describit, quamque hæc quoque vita memorabit paulo post. In hac quippe prima expeditione Rex cum suis copiis consedit in loco* Lumear, *ut filium Sintræ commorantem, fere inermem, occuparet; sed is a matre præmonitus, fuga se salvavit. In altera, Rex consedit cum suis in loco,* Loures *dicto, quo & filius armatus accessit, & collatis signis initium pugnæ datum fuerat; quando supervenit Regina, malo insidens, filiique animum flexit, pugnam diremit, & filium patri denuo conciliavit.*

e Alanquera *seu* Alanguera, *oppidum a dextra Tagi ripa ad sesqui leucam, ab oppido Azambuja, supra nominato, leucis duabus, media quoque inter Scalabim & Ulissiponem. Hoc autem quasi exsilium Reginæ, accidit eodem anno* 1320. *uti notat Brandanus.*

f *Hanc secundam Regis expeditionem in filium & obsidionem Conimbricæ, quam filius anno* 1321. *occuparverat, signat Brandanus an.* 1322.

g Leria, *civitas episcopalis sub Archiepiscopo Ulissiponensi, distat Conimbrica circiter octo leucis versus occasum hibernum.*

B h *Hæc tertia expeditio Regis in filium & pugna; quam Brandanus describit anno* 1323. *uti modo, annot.* d, *monuimus.*

CAPUT VI.

Exercitia pietatis Reginæ multimoda.

EXercitia Reginæ, vivente marito, istiusmodi erant. Qualibet die recitabat horas canonicas, & officium beatæ Virginis & defunctorum; faciebatque commemorationes plurimorum sanctorum & sanctarum; & frequentabat capellam, quam secum ferebat, valde divitem & abundantem ornamentis, cum capellanis suis & clericis, probe scientibus celebrare officia divina & cantare Missarum solennia juxta ritum sanctæ matris Ecclesiæ; a quibus Missæ celebrabantur in singulis anni diebus. Ad audiendum Missam quotidianam accedebat

C Regina, magna cum humiliate flexis genibus coram sacerdote, qui Missam celebrabat; deosculans ejus manus, & offerens munus suum ante altare, ab ea solitum offerri in qualibet die; quam oblationem augebat secundum qualitatem festivitatis.

49 Hora quoque Vesperarum, venientibus ejus capellanis & religiosis ad eas cantandum, Regina quoque ad illas audiendum accedebat: & ea præsente Veseras cantabant secundum qualitatem diei & festivitatis de præcepto Ecclesiæ consueto, novem vel trium lectionum. In illo tempore Regina jejunabat tribus diebus in hebdomade, & in omnibus Vesperis sanctorum, in Adventu & Quadragesima; ita ut jejunaret, & faceret abstinentias pro majori parte, imo plus quam per tres anni partes. Amplius autem jejunasset, nisi impedita fuisset a Rege, qui nolebat in eo consentire; & prohibebat Reginæ, quod non jejunaret. Ejus vero jejunium procedebat hoc modo.

50 Jejunabat a vespera festivitatis S. Joannis Baptistæ usque ad diem sanctæ Mariæ mensis Augusti; & Quadragesimam, quæ dicitur de

Angelis; quæ fit ex die sanctæ Mariæ Augusti; D
usque ad diem S. Michaelis mensis Septembris; EX MSS.
Aventum quoque & Quadragesimam, & feriaa sextas & sabbata, & vigilias Apostolorum, & sanctæ Mariæ, jejunabat in pane & aqua; & dies, qui dicuntur de sancta Maria per totum annum similiter in pane & aqua; & in plurimis vesperis festivitatum sanctorum, quos Regina singulari colebat devotione, & tunc ipsa faciebat vigilias & jejunabat.

51 Frequentabat etiam, iter facies, pro sua devotione qualiacumque loca pia & ecclesias, in quibus habitare sciebat religiosos aut religiosas, vitam sanctam ducentes; & multories visitabat plurimas ecclesias, pedibus suis iter faciens, licet sitæ essent in longinquis partibus; providendo ecclesiis, ad quas accedebat, de omnibus necessariis. Nullus accedebat pauper, qui ab ea eleemosynam non reciperet. Hinc propter eleemosynas, quas largiebatur, pauperes expectabant, qua Regina viam faceret; veniebantque de uno ad alium locum & sedebant in viis & in introitu villarum & oppidorum viri ac feminæ, ut reciperent eleemosynas: & quamvis magnus esset pauperum numerus, ne- E
mo tamen carebat eleemosyna. Id enim mandabat Regina suis eleemosynariis, ut omnibus pauperibus eleemosynas sine diminutione darent.

52 Plurimi quoque, tum viri, tum semine, quibus eleemosyna opus non erat, sedebant ibi cum pauperibus ad recipiendum eleemosynam de manu Reginæ, propter opinionem sanctitatis ejus. Plurimis pauperibus, quos videbat venientes per iter, ejus jussu vestimenta dabantur in domo sua. Visitabat crebro infirmos, imponens super eos manus suas absque ullo horroris sensu, jubebatque eis dari medicamina apta contra dolores, aut morbos, quibus laborabant. In qualibet Quadragesima faciebat miras eleemosynas pauperibus utriusque sexus, qui erant verecundiores. In die Cœnæ Domini lavabat pedes mulieribus pauperculis, licet haberent pedes, contagiosis infirmitatibus infectos, quos & deosculabatur; eisque vestes dabat, & calceamenta amore Dei.

53 Similiter in eo die faciebat cantari sibi F
Missam juxta ritum Ecclesiæ a presbytero paupere: & pauperibus infirmis, in majori miseria constitutis, dabat vestimenta: & feria sexta Parasceves sequenti induebat se vestibus lugubribus secundum qualitatem suæ personæ & audiebat horas canonicas, Passionem, & Mandatum, sentiens & ostendens magnum mœrorem & dolorem; recordata mortis & passionis Domini nostri Jesu Christi, quam pro nobis peccatoribus passus est; mandando in tali die distribui multas eleemosynas.

54 Eadem Regina prædicta multories confitebatur confessoribus suis, & numquam prætermittebat, quominus in festivitatibus Nativitatis, Paschatis, & Pentecostes reciperet sanctum Eucharistiæ Sacramentum magna cum humiliate & reverentia. In singulis annis dabat certos modios tritici e suis horreis, monasteriis fratrum Prædicatorum, existentibus in regno Portugalliæ, & fratrum Minorum, Carmelitarum, aliorumque, prout videbat opus esse & secundum locorum qualitatem.

55 Has similiter eleemosynas faciebat monialibus aliquorum Ordinum, quibus intellige-

Regina exercitia pietatis;

in officiis divinis;

in jejuniis;

etiam in pane & aqua;

in hebdomada sancta;

in ejus Sacramentum;

in aliquibus Religionibus.

A bat eſſe neceſſarias. Quando per villas & alia
EX MSS. loca tranſibat, eorum monaſteriis largiebatur eleemoſynas ſuas, prout conveniens erat, & eis dabat prandia ſua. Plurimis monachis & monialibus monaſteriorum extra regnum Portugalliæ, qui ad eam veniebant eleemoſynæ cauſa, ſimiliter illas dabat. Plurimi quoque erant religioſi & religioſæ, intra & extra regnum Portugalliæ degentes, quibus in ſingulis annis Regina dabat eleemoſynas ad ſe veſtiendum.

In ſuccurrendo vocabulis familiis

56 Neque ſolum ſua bona diſtribuebat inter pauperes, verum etiam liberaliter inter alios, tam viros quam feminas, dicens, quod multi, qui non videbantur indigere, pauperibus ipſis indigentiores eſſent, illique debere ad majus Dei obſequium liberalius dari: illi vero tales faciebantur, res ſuas per hujuſmodi dona Reginæ in meliorem ſtatum converſas & multiplicatas fuiſſe. Cum per aliqua loca regni Portugalliæ tranſiret, intelligereique, ibi feminas eſſe honeſtæ familiæ, & adoleſcentulas adeo pauperes, ut non haberent, unde ſibi veſtimenta compararent, timendumque eſſe, ne ſua corpora exponerent peccato; mandabat Regina emi pannos veſteſque confici; tum advocabat fidam aliquam feminam illius loci, dabatque ei in mandatis, ut dicta veſtimenta inter tales puellas & mulieres, quibus maxime neceſſaria eſſe judicaret, diſpertiretur. Et hæc omnia occulte faciebat Regina, prout aliqui de domo ejus, & ſecretorum conſcii, teſtantur,

B *& puellis periclitantibus ob inopiam,*

& publicis ædificiis.

Aliis item periclitantibus puellis diſtribuebat dotes ad ineundum matrimonium, ne ob rerum penuriam corporibus ſuis male uterentur. Quando denique Regina per iter conſpicaretur, alicubi ædificari opera publica, puta, eccleſias, hoſpitalia, pontes aut fontes; donabat e theſauris ſuis, quo dicta opera promoverentur, ipſaque partem haberet in omnibus, quæ recte fiunt.

CAPUT VII.

Varia pia loca, ab aliis fundari & ædificari cœpta, a ſe ſuſcipit perficienda.

C QUædam pia femina, nuncupata Biringueira Ayras, fundavit quoddam ordinis Ciſtercienſis monialium monaſterium,

Monaſterium, ab alio ædificari cœptum,

juxta oppidum Scalabitanum, quod ibi vocatur Almoſter: & antequam monaſterium illud abſolveretur, ex hac vita migravit. Prius tamen quam moreretur, probe ſciens, quam prona eſſet hæc Regina ad multiplicandum opera ſua pia in ſervitium Dei; quodque volentes iſtiuſmodi opera facere adjuvaret, concepit ſpem fore, ut dicta Regina opus, a ſe fundatum & ædificari cœptum, aliquando perficeret, atque e ſuis poſſeſſionibus adjiceret, quo poſſent moniales, ibi jam collectæ, honeſtius ſuſtentari & numero creſcere. Regina vero votis ejus reſpondit. Nam poſt obitum dictæ bonæ mulieris, fundatricis dicti monaſterii, ſuſcepit in ſe totum monaſterium: & de ſuis bonis fabricavit clauſtrum & domum infirmorum & alias domos & opera: illiſque monialibus multas eleemoſynas elargiebatur, illaque viſitabat, & de omnibus neceſſariis providebat, prout opus erat: & rogata, ut vellet dictum monaſterium recipere ſub ſua protectione, recepit.

Regina perficit,

recipit ut ſub ſua tutela.

D

58 Simili quoque modo quædam pia femina, nuncupata Major Dias, fundavit quoddam monaſterium monialium Ordinis ſanctæ Clarę, in quo jam erecta erat domus & monaſterium. Factum eſt autem, ut moreretur hæc pia mulier, & Prior monaſterii ſanctæ Crucis, qui tunc temporis erat, civitatis Conimbricenſis, allegabat, quod præfata Major Dias erat profeſſa ſui monaſterii: & quod loeus dicti monaſterii ſanctæ Claræ ſpectabat ad monaſterium, ubi profeſſionem fecerat. Atque adeo litigatum fuit coram judicibus, & coram Papa, ut parvus numerus monialium, quæ in dicto loco reſidebant, ab eo ejectæ fuerint: & fuerunt evacuatæ domus cum ſuo territorio a Priore monaſterii ſanctæ Crucis, & in poſterum remanſerunt dictæ domus depopulatæ, & dictus locus, in quo fuerat inceptum monaſterium in ſervitium Dei, remanſit receptaculum peccatorum, & peccatricum, omni prorſus verecundia carentium.

Aliud ſimiliter,

quod per illius diſſuaſum fuerat,

E

ipſa ſuſcipit ad alium ædificandum,

59 Cum Regina videret dictum locum ad talem reductum eſſe ſtatum: dolens de eo, determinavit fundare circa illum & erigere eccleſiam & monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ, ut ibi ſerviretur Deo. Recuperavit igitur dictum locum ab iis, qui poſſidebant: emitque poſſeſſiones ſitas prope eum: ac de licentia & mandato ſpeciali ſuæ Sanctitatis fecit illic fundari eccleſiam in honorem Dei & Virginis glorioſiſſimæ Matris ejus. In illo fundamento jaciendo & ædificatione interfuerunt plurimi Prælati & plurimæ aliæ perſonæ eccleſiaſticæ & ſeculares.

ejuſque poſitæ primum lapidem.

60 Regina autem ſuis propriis manibus, inſimul cum Epiſcopis, jecit lapides primarios fundamenti monaſterii, quod erigebat in habitationem monialium integræ vitæ, & bene verſatarum in Ordine ſanctæ Claræ, & aliarum, quæ pro tempore moniales idem monaſterium ingrederentur, ſequentes vitam priorum monialium, non mediocriter prudentium. Has ut obtineret, miſit Regina, qui accerlerent ex civitate Zamorenſi *a* undecim moniales ejuſdem Ordinis, quarum monialium vitæ modus præcellebat in tota Hiſpania; nec reperiebantur aliæ, quæ ita obſervarent regulam ſuorum Ordinum.

F *a*

& accreſcit aliarum monialium Ordinis ſ. Claræ,

61 Iſtæ autem moniales fuerunt ex dicto ſuo monaſterio tranſmiſſæ de licentia ſuorum ſuperiorum; cum quibus veneruntetiam fratres Minores, uſque ad civitatem Conimbricenſem, & illis ſe aſſociavit Pater, tunc temporis Miniſter, in provincia ſancti Jacobi, Porro, quando Reginæ fuit nuntiatum, quod moniales veniebant, perſonaliter ipſa & ejus filius infans, quaſi una leuca exierunt ad recipiendum hujuſmodi pauperes moniales, illaque honorandum. Tanta enim erat Reginæ humilitas, ut ſemper illas comitata ſit, quousque perveneruntad illum locum, in quo inceperat dictum monaſterium ædificare.

quas ea ipſa fundavit.

62 Quando autem moniales ingreſſæ fuerunt primas monaſterii domus, jam ædificatas; eo uſque Regina illas concomitata fuit, & mandavit fabricari domus ad eccleſiam, & earum jaci fundamenta, prout videbat opus eſſe. Poſtmodum autem receptæ ibi fuerunt plu-

A plurimæ filiæ nobilium equitum: eoque adduxit honeſtos viros, qui capellanorum officio ſungerentur. Cœpit quoque Regina emere plurimas poſſeſſiones, illaſque applicare ſuſtentationi dictarum monialium: ex quibus ſibi pro ſuo exercitio ſpirituali accepit duas, ætate proviectiores, quæ non promiſerant clauſuram.

Suſcipit item curam pauperum.

63 In tempore hujus Reginæ fuit Epiſcopus Egitanienſis *b*, Don Martinus nuncupatus, qui incepit fundare hoſpitale Innocentium in oppido Santaren, ubi educarentur pueri expoſiti: cumque Epiſcopus prædictus videret, quod tempus vitæ ſuæ proxime exſpirabat, ſupplicavit huic Reginæ, ut vellet ſuſcipere in ſe protectionem dicti hoſpitalis, utque hoc faceret amore Dei, ne perirent opera, quæ jam in eo fecerat, aut in profanos uſus converterentur. Regina ſupplicationi Epiſcopi annuit, ſe habituram loci curam ad ſervitium Dei.

b

B 64 Poſtquam vero Epiſcopus ex hac vita migravit, ſuſcepit protectionem dicti hoſpitalis & bonorum ejus, mandavitque illa recte adminiſtrari. Quamvis autem Epiſcopus conſtituiſſet, ut certæ feminæ maritarentur de dicto hoſpitali; Regina poſt obitum Epiſcopi juſſit omnes in dicto loco poſitos, alio migrare. Amplificavit ejus poſſeſſiones & redditus & domicilia: mandavitque ibidem educari pueros, & ſuſtentari certos pauperes, quibus dabantur alimenta & veſtimenta. Quando autem Regina ad dictum locum accedebat, curabat ad ſe adduci pueros, puellas & expoſitos, qui ibi nutriebantur; uti & nutrices illorum; jubebatque omnes accumbere menſæ, miniſtrabatque eis cibum & potum.

quod epiſcopus Egitanus cuperet confrovare;

illudque diues

ac bonis legibus ſtabilit.

65 Poſtquam vero pueri jam habebant ætatem ſufficientem, applicabantur exercitio quarumdam artium; quas ubi ſufficienter didicerant ad lucrandum victum, non providebatur iis amplius de rebus dicti hoſpitalis: mandabat tamen Regina, quod, ſi forte aliqui ex illis doloribus aut infirmitate gravarentur, nec haberent unde ſuſtentarentur; hoſpitale illorum curam haberet, & infirmos reciperet dictum hoſpitale, in quo fuerant educati, illiſque provideret, prout neceſſitas urgeret. Dicebat enim Regina, C quod mandabat ita dictorum puerorum curam haberi, quia patres eorum erant incogniti, & parentibus ac matribus carebant; & ideo rationi conſentaneum eſſe, quod locus, in quo fuerant educati, eis ſuccurreret in ſuis neceſſitatibus; ſiquidem dictus locus eis datus fuerat loco matris.

ANNOTATA.

a *Sat procul accerſitæ fuerunt moniales illæ, e regno Legionenſi Hiſpaniæ, extra Luſitaniam ſito, ubi eſt Zamora non ignobilis civitas & epiſcopalis ſeve ab initio ſeculi* 12.

b *Egitanienſis ſive Igæditanienſis epiſcopatus, in libris Conciliorum notus eſt. Diſſentiunt ſcriptores, cui Metropolitanæ ſuffraganeus ſit. Labbeus ipſum ſubjicit Ulliſiponenſi; fatetur tamen, a Miræo ſubjici Bracarenſi. Alii ſubjiciunt Emeritenſi. Omnes recte. Nam aliis atque aliis temporibus, aliis atque aliis Metropolitis ſuffragatus fuit. Videndum illa de re Concilium Lucenſe apud Labbeum; & in illud notationes Garſiæ Loayſa. Ibi invenies diviſiones varias epiſcopatuum Hiſpaniæ; videbiſque, Æra 607. id eſt anno Chriſti 569. ſub Theodemiro Principe Suevorum, Egnatienſem epiſcopatum ſubſuiſſe Bracarenſi: ſub Rege vero Gothorum Wamba, qui Æra 704. anno Chriſti 666. regnare cœpit, ſubjectum fuiſſe Emeritenſi (nam & hæc civitas olim metropolitana dignitate præcelluit) cui tunc etiam ſuffragabantur plerique Epiſcopi hodiernæ Luſitaniæ, ipſaque Ulliſipo & Igæditania: cujus ultimæ civitatis ſedes epiſcopalis deinde tranſlata eſt ab Innocentio PP. III. Guardiam, non admodum longe diſſitam; retinuitque diu antiquum nomen Igæditanienſis. Poſtquam vero Ulliſipo a Bonifacio PP. IX. anno 1390. elevata fuit ad dignitatem metropolitanam, ei juſſæ ſunt ſuffragari plures aliæ civitates, inter quas etiam eſt Igæditanienſis ſive Guardienſis. De hoc epiſcopatu ita notat Garſias prædictus:* Egitania, vel rectius, uti antiqua monumenta habent, Igæditania, & Igæditani, ut in veteri pontia Alcantaræ inſcriptione eſt; nunc vicus obſcurus, Eidania dictus, epiſcopalis ſedes in Guardiam tranſlata eſt.

D ex MSS.

E

CAPUT VIII.

Alia pia opera. Mors mariti. Peregrinatio ad S. Jacobi, & liberalitas ibi exhibita.

UBicumque Regina videbat aliquam mulierem, filiam viri nobilis, ſeu aliam, quæ paupertate premebatur; antea vero dives fuerat; tacite curabat illis provideri de ſuis bonis ad illas ſuſtentandum. In domo quoque Reginæ nutriebantur filiæ plurimorum virorum nobilium equitum, & aliorum honeſti ſtatus virorum: & poſtquam ad ætatem nubilem perveniebant, & inveniebant maritos ſibi æquales, illas maritabat; & aliis providebat de modo & vitæ ſtatu, prout a Deo inſpirabantur; & illis de ſuis bonis faciebant donationes juxta uniuſcujuſque qualitatem, & ſecundum ſtatum, quem eligebant: & quamplurimis aliis, quæ extra domum ſuam educabantur, quæ non habebant dotes, illis dabat adjutorium ad ſe maritandum, & ad alias neceſſitates, quibus laborabant; dicendo, quod aliquibus, qui videbantur habere neceſſaria, opus tamen erat adjutorio ad ſe ſuſtentandum, magis quam aliis, qui prima facie videbantur pauperes & deſerti. Sic etiam per loca, quæ Regina peragrabat, nullus aut pauper, aut infirmus, aut incarceratus erat, qui non eſſet particeps caritatis & eleemoſynarum Reginæ.

Alia Reginæ opera.

F

67 In omnibus ſuis factis ſemper ante oculos habebat ſervitium Dei; expendens, dum erat conjugata, plurimum temporis audiendo officia eccleſiaſtica, orando & contemplando. Cum vero tempus advenit, quo Rex Don Dionyſius incidit in morbum gravem, quo diutius laboravit; Regina ei inſerviebat, quatenus poterat, & Rex permittebat, quod in ejus ſervitio occuparetur: & illi inſerviebat tanquam ancilla domeſtica & ſimplex femina, habens curam ſui mariti. Ex illo morbo, Deo permittente, Rex ex hac vita migravit in arce oppidi de Santaren, ſub die Januarii octava anni milleſimi trecenteſimi ſexageſimi tertii *a*.

Mortuo Rege.

A *nicarum lib. 15. pag. 742. ſcribit, quod Alfonſo IV. Regi Aragoniæ, ex prioti matrimonio cœlibi, Eleonora, Regis Caſtellæ, Alfonſi XI. ſoror oblata ſit & acceptata.*

CAPUT IX.

Alia fundat pia loca, etiam ptochotrophia; colligit pias feminas, cum iiſque officia divina familiariter obit.

VOcavit itaque Regina lapicidas & fabros lignarios, mandavitque ab illis perfici *Varia jubet conficí ad ſua opera* in dicto monaſterio S. Claræ eccleſiam, jam ſtrui cœptam. Mandavit quoque, arcam ſibi ſepulcralem parari; item, conſtrui ſibi juxta monaſterium quaſdam domos nobiliſſimas, ad B ſuam & ſuorum habitationem; quo frequentius adire monaſterium & inviſere moniales poſſet & inſpicere opera, quæ ſuo juſſu fiebant, qualiter fabricarentur, & num omnia ſecundum ideam ac deſignationem ſuam recte *Juxta ſuam deſignationem.* mandarentur executioni. Erat quippe Regina tam intelligens architecturæ, ut fabri ejus ingenium admirarentur, corrigerentque ipſius ſuggeſtione, quæ minus recte operati erant. Similem quoque peritiam ſuam monſtravit alias, vivente adhuc Rege, in ordinandis ædificiis, tum quæ ipſi Regi ipſiuſque familiæ parabantur, tum quæ ipſa Regina ſibi curabat conſtrui in oppidis, quæ poſſidebat.

Colligit pias feminas, & ſecum ſuam ſollocat in monaſterio. 77 Inter hæc nolebat Regina diſcedere Conimbrica ad alia loca, ut coram videret ædificia ſua ad finem perduci, eaque amplificaret ac ditaret ex bonis ſuis in gratiam monaſterii. Colligebat quoque in dicto loco feminas, quæ propria ſua voluntate deſiderabant ſervire Deo & monaſterium ingredi: ipſaque Regina elegit eo in loco habitationem ſuam. Habebat autem ibi quamdam ſobrinam ſuam *a*, quæ volebat matrimonium *a* inire, eratque prædives. At poſtmodum, mutato propoſito, dixit, quod cum aliis ſuis virC ginibus opulentis pariter & nobilibus, volebat monaſterium ingredi.

a ſe recenter ædificato. 78 Regina, eo intellecto, ſecum ſemper illas habuit & adduxit ad dictum monaſterium, experturas, utrum nnvum propoſitum, quod dixerant ſe habere, exequi re ipſa poſſent. Ipſæ autem in nullo mutantes ſuum propoſitum, ingreſſæ fuerunt, moniales futuræ, dictum monaſterium in die Dominica Palmarum, præſentibus Alfonſo Rege, filio Eliſabethæ noſtræ, & uxore ejus Regina Beatrice; a quibus multum honoris recipiebat præfata Eliſabethæ ſobrina, quæ fuerat in ſuo palatio educata. Eadem deinde fuit ſecunda Abbatiſſa dicti monaſterii; vocabaturque Eliſabetha de Cardona, quia erat filia Raimundi de Cardona & Beatricis, ſororis hujus Reginæ; quam Beatricem Rex Aragoniæ Petrus, pater Reginæ Eliſabethæ, habuit ex quadam Infantiſſa Aragoniæ.

Pandat ptochotrophium 79 Porro ante veſtibulum domorum, quas conſtrui mandaverat Regina ad ſuam & ſuorum famulorum habitationem, curavit etiam

fabricari capellam cum ſuo cœmeterio; & domos hoſpitales, in quibus poſuit quindecim viros pauperes & quindecim mulieres etiam pauperes; utrumque ſexum ſeparatis in ædibus, & in medio conſtituit capellam. His autem pauperibus dabatur ſuum cuique demenſum panis & vini & carnis, aut piſcium, juxta qualitatem dierum: miniſtrabanturque illis lecti ad dormiendum, & veſtimenta ſingulis annis: ea lege, ut quotidie dictam capellam frequentarent, ſacrificioque Miſſæ ac Horis canonicis, quæ illic a conſtituto ad hoc capellano quodam & adjuncto ei miniſtro, ibidem habitantibus, peragebantur, intereſſent. Curavit quoque Regina, dictam capellam cum ſuo cœmeterio conſecrari: ipſaque multoties eo accedebat ad viſitandum infirmos, in hoſpitali prædicto decumbentes, & præſentabat ipſa perſonaliter dictis infirmis cibum, quem manducare debebant. D EX MSS. *utrique ſexui ſeorſim*

80 Abſoluta jam eccleſia monaſterii cum teſtudine ſua, juſſit Regina, monumentum *Monumentum ſibi fecit ponere* ſuum ſepulcrale, quod tum etiam confectum erat, collocari in medio novæ eccleſiæ. Quia vero monumentum illud permagnum erat, & E cancellis circum vallatum, occupabatur illis potior eccleſiæ pars: & quia illo tempore, quo dictum monumentum in eccleſia poſitum erat, tanta ſupervenit inundatio aquarum in civitate Conimbricenſi die Februarii decima octava, Æra milleſima tercenteſima ſexageſima nona *b*, orta ex effuſione fluminis Mondæ, quod civitatem prædictam circumfluit; ut prædictam eccleſiam non ſolum impleverit, ſed altitudinem quoque monumenti ſepulcralis exceſſerit: quale prodigium ab hominum memoria factum non fuerat. *atque ob inundationem aquarum* *b*

81 His de cauſis Regina, conſiderans, *alio transferre.* quouſque aſcenderant aquæ, & quomodo eccleſia grandi mole ſepulcri ſui impediretur; conſtituit illud alio transferre. Quapropter juſſit ſtatim in eadem eccleſia, quæ erat alta, conſtrui capellam, ſuper arcus elevatam, in medio eccleſiæ, adinſtar chori, ubi feminæ refiderent; relinquens ſpatium amplum inter chorum & capellam; & ibi juſſit poni F ſuum ſepulcrale monumentum, quod erat in inferiori eccleſia; uti & monumentum Infantiſſæ Eliſabethæ, ſobrinæ ſuæ, quam ipſa educaverat in domo ſua. Juſſit ibidem collocari altare, imagines & ſedilia pro clericis aliiſque, qui eo venirent, officia divina celebraturi, aut illis adſtituri. Atque ita exundatio aquarum prædicta, fuit cauſa, quod nunc ibi duæ ſint eccleſiæ & duo chori. Exiſtimatum autem fuit, quod Deus ideo tam altam atque inſolitam inundationem permiſerit, ut nnva iſtbæc opera conficerentur. Epiſcopus porro Conimbricenſis Raimundus conſecravit dictam eccleſiam & capellam atque altaria, in illis poſita, cum cœmeterio, quod prope abeſt.

Ditiorem de ſuis vi- 82 Poſtquam bæc quoque abſoluta fuit ec- *tæ.* cleſia, adjecit animum ad alia; ac in primis fecit concamerari clauſtrum; tum magnifica elevari ædificia ad uſum triclinii, dormitorii, valetudinarii & culinæ; tum officinas loco tali neceſſarias; denique totum monaſterium altis circum vallari muris. Hiſce ſimili-

militer perfectis operibus, Regina, ſolicita de ſalute animæ ſuæ, conſuluit viros aliquot doctos ac pios, utrum ſibi liceret (quod ardenter cupiebat) ingredi dictum ſuum monaſterium, in eoque includi, uti reliquæ moniales, ſuaque bona temporalia relinquere omnia. Reſponderunt Reginæ, quod, ſi monaſterium ingrederetur & includeretur modo prædicto, non tantum meriti conſequeretur; quantum conſequebatur per opera caritatis, ſuſtentando plurimas utriuſque ſexus perſonas extra domum ſuam, ſuis eleemoſynis; quæ prorſus derelictæ manerent, atque ad extremam paupertatem redigerentur, ſi ipſa talem ſtatum eligebat, in quo illarum miſetiis ſubvenire non poſſet, ſi bona temporalia, quæ habebat, dimitteret. His auditis conſiliis, Regina infinitas Deo gratias agebat pro univerſis beneficiis, quæ ſibi in hoc mundo contulerat, quodque dignatus fuerat perducere ad finem opera, quæ ipſa conſtruere cœperat in vita ſua, ad ejus laudem & honorem,

an non expedire in monaſterio includi,

quod diſſuadetur.

B

83 Poſtquam triclinium omni ex parte præparatum erat, ut in eo poſſent manducare moniales; die prima, qua determinarunt in eo manducare, venerunt Reginæ, Eliſabetha & Beatrix, uxor Regis Alfonſi, filii Eliſabethæ, ad manducandum in dicto novo triclinio: obtenta ad hoc facultate a ſummo Pontifice, ut ſibi liceret cum monialibus dicti monaſterii ſanctæ Claræ, triclinium ingredi & accumbere. Præfatæ autem Reginæ, poſtquam moniales accubuerant menſæ in dicto refectorio, ibant & redibant ad culinam, quærentes & portantes cibos, eoſque monialibus apponebant. Illud vero ſervitii faciebaot dictæ Dominæ Reginæ magna cum humilitate; cogitantes, quod in eo ſervitium Deo præſtarent, dum ſerviremt monialibus, quæ Dei amore mundum reliquerant, elegerantque viram ibi agere monachalem ſub clauſura dicti monaſterii. Et jam monialium numerus pervenerat ad quinquaginta, eoque amplius.

Monialibus in triclinio ſervivit;

C

84 Regina porro Eliſabetha ingrediebatur monaſterium, interque moniales verſabatur, quando volebat, cum plena facultate, per Breve Apoſtolicum ſibi data. Eaque de re curavit juxta portam monaſterii ſibi ædificari habitaculum, ad quod ex domibus ſuis regalibus veniebat, ibidemque per aliquot ſæpe dies pro libitu ſuo demorabatur, recitabatque Horas canonicas cum dictis monialibus; ſolita dicere, ſe, quamdiu inter illas verſaretur, magno animi gaudio delibari. Animabat quoque ipſas moniales, & hortabatur ad perſeverantiam in ſervitio Dei, cujus ſponſæ erant: & alia ejuſmodi colloquia, pietate plena cum illis miſcebat. Erat enim potens verbo.

cum illaque frequens verſatur.

ANNOTATA.

a *Hæc paulo poſt vocatur* Eliſabetha; *hic vero dicitur fuiſſe* ſobrina *Eliſabethæ noſtræ, eo quod mater ejus* Beatrix, *Raimundo de Cardona nupſui data, fuit filia, ſed illegitima, Petri III. Aragoniæ Regis, & eatenus ſoror Eliſabethæ noſtræ: uti num. ſeq. ſatis clare indicatur.*

b *Qui eſt annus a nativitate Domini noſtri* 1331.

D

CAPUT X.

Exercitia quotidiana in viduitate. Nobilitas ſanguinis & propinquitas cum omnibus fere Regibus Chriſtianis.

POſtquam hæc Regina pervenerat ad ſtatum viduitatis, expeodebat tempus ſuum in hunc modum. Habebat ſecum quioque moniales Ordinis S. Claræ, quæ probe oorant legere & cantare officia divina: quibuſcum ipſa ſurgebat e lecto ante ortum ſolis; recitabantque ſimul omnes matutinum officium cum omni devotione, obſervando in eo conſuetudinem ſanctæ matris Eccleſiæ Romanæ: poſt Matutinum recitabant Primam; poſt Primam, lucente jam ſole, præparabant altare, quod ſemper ſecum Regina habebat, habebatque in conclavi aliquo oratorium, ibique audiebat Miſſam privatam ſumma cum pietate: qua finita conferebat ſe ad ſuum palatium, ubi habebat capellam, inveniebatque ibi paratos capellanos & clericos ſuos ad celebrandum Miſſam & officia divina: ad quam ſimiliter capellam veniebant Virgines moniales & aliæ feminæ, quæ in domo Reginæ habitabant.

Exercitia quotidiana in viduitate;

E

86 Congregatis omnibus, clerici ac capellani ſtatim incipiebaot divina officia celebrare, & cantabaot paſſim Miſſam de Requiem pro anima Regis Dionyſii, & finita dicta Miſſa, quæ dicebatur pro anima Regis, clerici omnes cantabant unum Reſponſorium pro anima ejuſdem Regis, & omnes, qui divinis officiis aderant, orabant ſimiliter pro anima ejuſdem: poſt dictum vero Reſponſorium, Clerici incipiebant aliam Miſſam juxta qualitatem diei currentis; quibus Miſſis ita dictis & aliis Horis, quæ tali die celebrabantur & recitabantur à dictis clericis, incipiebat Regina cum ſuo gynæceo recitare Horas ejuſdem diei, tertiam, ſextam & nonam: quod ſi dies feſtus eſſet alicujus Sancti, antequam recitatet dictas Horas minores, audiebat prædicationem; & quando Miſſæ & Horæ canonicæ erant finitæ, jam tempus prandii inſtabat, ad quod ſe Regina conferebat.

cum domeſticis obitum ante prandium ſolito;

F

87 Poſt prandium jubebat comparere coram ſe minoſtros, operibus, quæ facienda curabat, præfectos: cum iiſque conferens, interrogabat de ſtatu operum; & recipiebat libellos ſupplices, qui ſibi offerebantur, & potiſſimum audiebat preces perſonarum religioſarum, ac etiam ſecularium tam divitum, quam paoperum, quæ ipſam poſtulabant aliquam gratiam & favorem: quibus & Regina, ſecundum qualitatem & oeceſſitatem ſupplicantium mandabat eleemoſynas dari ex bonis ſuis & grana ex ſuis horreis, & in his conſiderabat recte & ſtudioſe qualitatem uniuſcujuſque perſonæ, cui eleemoſynas & donationes faciebat. Similiter conſiderabat qualitates locorum religioſorum & ſecundum numerum inhabitantium, præſtabat ſingulis caritatem & eleemoſynas.

alia poſt prandium;

88 Tria ſingulariter in hac Regina emicabant opera caritatis. Succurrebat enim pauperibus & egenis per eleemoſynas quotidianas;

Opera caritatis ſingularia,

A nas: ſi quis ipſam offenderat, nullum commoti animi ſignum edebat, nec ſatisfactionem exigebat; ſed veniam facillime dabat. Imo numquam ab aliquo viſa fuit, irata eſſe. Caritatem quoque præſtabat in eo, quod curaret peccatores ad pœnitentiam adduci; illas præſertim feminas, proſtibula publica, quibus veſtes, & alimenta ſuppeditabat, ut a peccato abſtinerent; inducerenturque ad meliorem frugem, atque ad hoſpitale, quod in talium uſum jam exſtruxerat in civitate Conimbricenſi; niſi forte mallent publicæ peccatrices illæ, priuſquam in dictum hoſpitale inducerentur, habitare in oppido, nuncupato Tornes novas, ut ſe ibi abſtinerent a ſuis peccatis publicis; ubi etiam illis dabat veſtes & neceſſariam ſuſtentationem, ne poſtmodum ad peccata ſua redirent.

& miſericordiæ. 89 Septem quoque miſericordiæ opera exercebat. Nam nudos operiebat; eſurientes ac ſitientes ſaturabat; infirmos viſitabat, & viſitari faciebat; mortuos ſepeliri mandabat, & ad ſepulturam neceſſaria miniſtrabat; pro miſeris & B oppreſſis debita, ad quæ tenebantur, ſolvebat; & corrigebat errantes, hortabaturque ad perſeverandum in via Domini; hoſpitalia ſuſtentabat; redimebat captivos de ſuis pecuniis, & aliis adjutorium ad ſe redimendos dabat.

Exercitia veſpertina & 90 Ad horam diei conſuetam ſe recipiebat in conclave ſuum, & cum gynæceo recitabat Nonam *x*; & ſtatim dicta Nona, veniebant capellani & clerici ſuæ capellæ, & recitabant coram ea Veſperas, quæ ſecundum dierum feſtivitates cantabantur: & poſtquam audierat Veſperas illas, iterum eas recitabat ipſa cum ſuis monialibus. Adeo autem erat perita & verſata in recitatione hujuſmodi officiorum divinorum, ut, ſi ejus capellani in præſentia ejus alicubi errabant, aut non recte legebant, aut in modo cantus non bene continuabant: Regina illos corrigebat; & optime ſciebat legere latina & vulgaria verba.

& nocturna. 91 Dictis & auditis Veſperis, ſi erat dies, in C qua non debebat jejunare, cœna præparabatur (pro majori namque parte dierum hebdomadæ jejunabat) & ſubito poſt cœnam recitabat Completas & officium Defunctorum, & remanebat in cubiculo ſuo, & moniales recipiebant ſe in ſua. Regina porro (prout teſtificabantur famulæ, quæ ipſam in cubiculum ſequebantur) majorem noctis partem expendebat in contemplationibus & orationibus; multoties è lecto ſurgens ad obeunda exercitia ſpiritualia. Conſtituit quoque in duobus ſuis oppidis ſingula ſacella perpetua, nimirum in Leria & Obidos; ibique reliquit capellanis bona ad eorum ſuſtentationem: & quamdiu vixit, ſuſtentavit in oppido Lerienſi unum hoſpitale mulierum paupercularum & verecundarum, quæ aliàs divites fuerant, poſtmodum vero ad paupertatem redactæ erant; quibus victum & veſtitum abunde ſubminiſtrabat.

Gratias Deo agit, 92 Tandem his omnibus fundatis atque abſolutis operibus, gratias Deo egit recolens beneficia ejus, ſibi in hoc mundo, quamdiu vixerat, præſtita; ſeque offerebat paratam exire ex hac vita, quandocumque ei placeret. Inter alia numerabat beneficia, a Deo ſibi collata; quod ipſa per ſe videret progeniem ſuam, tot Regibus & Reginis illuſtrem, qualem nullus umquam aut Rex aut Regina vidit, aut ab aliquo viſam fuiſſe, auditu percepit. Viderat enim D Regem Jacobum ſuum avum, a quo fuerat educata, dum ipſe eſſet Rex Aragoniæ: & illo ex hac vita ſublato, viderat Regem Petrum, ſuum patrem Aragoniæ; & Jacobum, ſuum patruum, Regem Majoricarum, fratrem germanum ſui patris; & Dioyſium, ſuum maritum, Regem Portugalliæ; & Sancium *b*, amitinum ſuum, *b* Regem Caſtellæ. In beneficiis quoque ponebat, quod, dum eſſet conjugata cum Rege Dionyſio, reverſa fuerat ad regnum Aragoniæ, & ad civitatem Turiaſonenſem, ut dictum eſt ſupra*.

ex MSS.

** cap. 4. n. 11.*

93 Viderat inſuper Regem Aragoniæ Jacobum, fratrem ſuum: & poſt obitum ſui mariti, Regis Dionyſii, vidit in ejus locum ſuccedere Regem Portugalliæ, ſuum filium Alfonſum; & poſt obitum Regis Sancii Caſtellæ, vidit Ferdinandum, ſuum ſobrinum & generum *c*, Regem Caſtellæ: & poſt obitum Regis Ferdinandi, vidit Alfonſum, ſuum neporem, Regem Caſtellæ & Legionis, qui Alfonſus erat filius Conſtantiæ, filiæ ſuæ. Dicebat quoque, E quod viderat Reginas, Conſtantiam ſuam matrem *d* Beatricem ſuam ſocrum; & Reginam Caſtellæ Violantam, uxorem Regis Alfonſi Caſtellæ, filii Regis Ferdinandi, qui recuperavit Hiſpalim a poteſtate Maurorum; quæ Regina erat ejus amita, ſoror patris ſui; & vidit Reginam Mariam Caſtellæ, uxorem Regis Sancii, ſui amitini, & Reginam Blancam, Aragoniæ, uxorem Regis Jacobi, ſui fratris.

Quod videre longam ſeriem Regum & Reginarum

c

d

94 Vidit quoque Reginam Majoricarum uxorem Regis Jacobi, ſui Patrui; & vidit dictam Conſtantiam, ſuam filiam, Reginam Caſtellæ & Legionis; & vidit Reginam Mariam *e*, filiam Regis Alfonſi, filii ſui; eamdemque Reginam Caſtellæ, nuptam ex diſpenſatione Pontificis *f*, cum Rege Alfonſo Caſtellæ, nepote ſuo. Vidit Reginam Beatricem Portugalliæ, uxorem Regis Alfonſi ſui filii, filiam lui amitini Sancii, Caſtellæ Regis. Vidit Reginam Eleonoram *g* Aragoniæ, neptem ſuam, dum adhuc erat Infantiſſa, antequam matrimonium contraheret cum Rege Aragoniæ Alfonſo *h*. Plurimi quoque alii, tempore hujus Reginæ, Re- F ges & Reginæ extiterunt, cum quibus habebat rationem parentelæ & ſanguinis, quos tamen non vidit, quemadmodum viderat Reges & Reginas, quos jam nominavi, qui per litteras & nuntios ipſam conveniebant, & ipſa viciſſim illos.

familiæ ſuæ.

e

f

g

h

95 Poſt obitum Regis Petri, patris ejus, fuerunt Reges duo, hujus Reginæ fratres *i*, quos dum eſſent Reges, non vidit; ſed quando infantes erant, viderat illos in domo patris ſui. Fuerunt & Alfonſus *k* Rex in Aragonia, & Fredericus, qui fuit nuncupatus Rex Siciliæ. Fuit autem dictus Rex Aragoniæ Alfonſus, Reginæ nepos, filius ſui fratris, Regis Jacobi: poſt obitum porro Alfonſi, Rex Aragoniæ ſucceſſit Petrus, ejus filius, qui regnabat in Aragonia, tempore, quo hæc Regina ex hac vita migravit. Atque ita, vivente Eliſabetha, ſex *l* extiterunt Reges in Aragonia; in Caſtella vero extiterunt quatuor; Alfonſus, qui regnabat, quando hæc Regina venit ad Regnum Portugalliæ; & Sancius, filius iſtius Alfonſi; Ferdinandus, filius dicti Sancii, qui ex Regina Conſtantia, filia hujus Reginæ reliquit

Alii Reges ejus fratres aut conſanguinei,

i

k

e ſtirpe Aragonica,

l

Caſtellana,

Aliquit Regem Alfonſum, qui regnabat, quando ex mss. Regina hæc, ex hac vita diſceſſit.

Luſitanico. 96 In Portugallia porro tres Reges extiterunt, ipſa vivente, Alfonſus, pater Regis Dionyſii, Dionyſius ipſe, maritus hujus Reginæ, & Alfonſus, ſuus filius, qui regnabat in regno Portugalliæ, quando Regina vitam cum morte commutavit. Denique quo tempore hæc Regina vivebat, nullus erat inter Chriſtianos Rex aut Regina, ſanguine regali deſcendens, qui a coniunctione ſanguinis ejus eſſet alienus.

Francie, m Rex Franciæ Philippus *m*, qui regnabat in Francia, quando Regina in Domino requieviit, erat Reginæ conſobrinus, filius ſui fratris patruelis,

Sicule, n o Rex Robertus, erat frater ejus patruelis *n*: Rex Majoricarum *o*, erat conſobrius Reginæ, filius ſui fratris patruelis:

Majoricarum p Rex

Anglie, &c. Angliæ *p*, erat ſimiliter hujus Reginæ conſobrinus, & alii quoque Reges Chriſtiani cum Regina habebant ſanguinis commixtionem,

ANNOTATA.

B a *Supra num. 86. dictum eſt, horam officii divini Nonam fuiſſe cantatam a Regina ante prandium. Hic vero dicitur cantari poſt prandium antæ Vrſperas, An ferte aliis diebus ante; aliis poſt prandium, cantabatur ibi Nona?*

b *In Luſitanico apographo ſcribitur;* Don Sancho, ſeu primo com Irmano, Rei de Caſtella. *Interpres Romanus vertit*, Saocium, ſuum fratrem ex ſorore, Regem Caſtellæ. *Fuit Sancius ille, nominis ſui quartus, Alfonſi X. Regis Caſtellæ, filius ſecundo genitus, ſuſceptus ex Iolante ſeu Violanta, quæ fuit amita Eliſabethæ noſtræ, uti num. ſeq. clarius explicatur. Hinc intelligitur, Violantæ prædictæ filium Sancium Regem, fuiſſe amitinum S. Eliſabethæ; ſi recte velimus loqui.*

c Sobrinus *fuit Eliſabethæ, quia nepos amitæ ejus Violantæ, Reginæ Caſtellæ;* nepos *vero ejuſdem Eliſabethæ, quia natus ex filia ejus Conſtantia, itidem Regina Caſtellæ, quæ Ferdinando nupſerat.*

d *Hæc* Beatrix, *ſocrus Eliſabethæ, & mater mariti ejus Regis Dionyſii, utique fuerit Alfonſi X. Regis Caſtellæ, filia.*

C e *Legebatur hic nomen proprium* Margarita *in codice noſtro Luſitanico Ms. uti & in ejus interpretatione Latina, Romæ facta. Verum debet ibi erratum fuiſſe. Nam eadem vita Reginæ, Luſitanice impreſſa a Franciſco Brandano, quæ alioquin cum noſtra Ms. concordat in omnibus, hic legit* Moriam, *Alfonſi IV. Luſitani filiam, Eliſabethæ neptem. Similiter Vaſconcellus in Rege Alfonſo IV. filiam ejus, Alfonſo Caſtellæ nuptam, æque nominat* Mariam; *& alii paſſim: uſque adeo, ut niſi hinomiuis fuerit, erratum ſit in noſtro Ms, & ejus interpretatione latina.*

f *Qua diſpenſatio utique neceſſaria erat in matrimonio, quod contrahebatur inter duos patrueles, nepotem & neptem Eliſabethæ, ex filia ejus Conſtantia & filio Alfonſo.*

g *Hæc Regina Eleonora, Alfonſo XI. Aragoniæ Regi nupta, æque fuit filia Alfonſi Luſitani IV. Eliſabethæ filii; quam fuit ſupra dicta Maria, Caſtriliæ Regi Alfonſo nupta.*

h *Alfonſus iſte, quartus ſui nominis, Aragoniæ Rex; erat pariter conſanguineus Eliſabethæ, videlicet nepos ex fratre Jacobo II. Rege ejuſdem regni,*

D i *Videlicet Alfonſus & Jacobus, quorum ille ſucceſſit patri in Aragonia; hic vero in Sicilia, & Alfonſo fratre poſt regnum quadriennale mortuo abſque prole, accepit regnum Aragoniæ; Frederico fratre, de quo mox, in Sicilia regnante.*

k Alfonſus, *non ille, de quo jam dixi, fratre Eliſabethæ; ſed filius fratris ejus Jacobi Regis; uti mox explicatur.*

l *Sex quidem Reges hic indicantur, ſed ex illis quinque tantum regnarunt in Aragonia. Eo quippe non ſpectat* Fredericus, *Rex Siciliæ dictus. Ut igitur ſenarius Regum, qui in Aragoniæ dominati fuerunt durante vita Eliſabethæ, numerus compleatur, addi debet* Jacobus *Rex Aragoniæ, primus iſtius nominis; pater Petri III. Regis; avus Alfonſi III. & Jacobi II. proavus Alfonſi IV. abavus Petri IV. ſerie continuata regum Aragoniæ. Quem Jacobum I. etiam viderat Eliſabetha, utpote educata in ejus aula.*

m *Eſt hic Philippus Valeſius, qui regnavit ab anno 1328. uſque ad 50. natus ex Carolo, comite Valeſio, fratre Philippi Pulcri, Regis Franciæ; filio autem Philippi tertii Regis, cognomento Audacis ſeu Intrepidi, qui duxerat primis nuptiis* Iſabellam *ſive Eliſabetham, Jacobi I. Aragoniæ* E *Regis filiam, Petri tertii ſororem, amitam vero Eliſabethæ noſtræ. Unde colligitur, ſanctam hanc Reginam habuiſſe amitinum Carolum Valeſium jam dictum; & ſubamitinum, ejus filium Philippum, ultimis Reginæ noſtræ annis regnantem in Francia.*

n *Luſitanice hic legitur*, El Rey Ruberte ſegundo coirmão. *Interpres latinus vertit, ut hic legitur*, Rex Robertus erat frater ejus patruelis. *Puto ego, non alium Robertum Regem intelligi, quam Neapolitanum, qui pridem duxerat uxorem Violantam, Petri tertii Aragoniæ Regis filiam, Eliſabethæ noſtræ ſororem, ut ſupra dictum fuit. Unde proprie loquendo,* ſororius Eliſabethæ *dicendus eſſet, vixitque adhuc, moriente Eliſabetha, uſque ad annum 1343.*

o *Moriente Regina noſtra anno 1336. fuit Rex Majoricarum Jacobus ſecundus, filius Ferdinandi Infantis, nepos vero Jacobi primi. Hic autem Jacobus fuit frater Petri tertii Aragoniæ Regis & patruus Eliſabethæ.*

p *In Anglia, quando Regina noſtra obiit, dominabatur* Eduardus, *iſtius nominis ſextus. Non* F *additur hic, ex quo capite conſobrinus fuerit, uti in aliis ſupra. Nec operæ pretium puto, id hoc loco cum temporis jactura indagari; indagent genealogi. Aliquam colligo conſanguinitatem, ſed remotam, Eliſabethæ cum Eduardo VI. Anglorum Rege ex epiſtola Martini PP. IV. data an. 1283. ad Eduardum IV. Regem Angliæ, ſexti avum, in qua explicatur, filiam Eduardi IV. Eleonoram, Alfonſo, Petri III. Aragoniæ Regis filio primogenito, Eliſabethæ fratri, deſponſam contigiſſe quarto conſanguinitatis gradu, videlicet, Comitiſſam Provinciæ N. cujus filia Eleonora, Regi Angliæ Henrico III. nupta, illi peperat ipſum Eduardum IV. fuiſſe ſororem Amedei, Sabaudiæ Comitis, cujus filia, Manfredo Siculo nupta, illi peperit Conſtantiam. Hæc vero nupta Petro Aragonico, peperit ei primogenitum Alfonſum, de quo agimus: quique adeo (uti & ſoror ejus Eliſabetha noſtra) contingebat Eleonoram, Eduardi IV. filiam, ſibi deſponſatam, quarto ſanguinis gradu, uti & fratrem ejus Eduardum V. quinto autem gradu Eduardum VI. qui regnabat, quando Eliſabetha Regina Luſitaniæ moriebatur.*

C A.

A

CAPUT XI.

Caritas Reginæ in caritate annonæ : dolor ex diſcordia filii & nepotis Regum ; ſtudium eos reconciliandi ; ſupremus morbus, mors.

Caritas Reginæ tempore famis.

COmmorante Regina Conimbricæ ad perficiendum opera ædificiaque ſua, tam magna caritas annonæ ſupervenit in terra, ut in dicta civitate quilibet modius parvus frumenti valeret quindecim ſolidis, eratque modius ille tam parvus, ut non ſufficeret ad ſuſtentationem unius pueri per hebdomadam. Currebat tunc annus milleſimus trecenteſimus ſeptuageſimus primus *a*. Recurrebant autem ad illam civitatem plurimi pauperes, quibus Regina de ſuis bonis largas diſtribuebat eleemoſynas in pane & carne. Multi nihilominus præ inopia peribant, tam viri, quam fœminæ, enecti fame. Sie autem mortuos, ubi de illis primum reſciebat Regina, curabat protinus terræ mandari; linteamina & candelas ſubminiſtrari; ſandapilas & foveas fieri ad ſepeliendum. Curabat quoque in certis locis ac pagis, ubi quis ſic moriebatur, adeſſe Clericos, qui pro defunctorum animabus officia ex morte Eccleſiæ celebrarent & eorpora rite ſepelirent.

a

B

nihil ſolicitæ pro ſuis temporibus futuris.

98 Tanta porro tempore illo erat annonæ caritas, quanta ab hominum memoria non fuerat: quia homines, fame adacti paſcebant per herbas campi, tamquam animalia; & edebant carnes beſtiarum mortuinas, & alia, humanæ naturæ repugnantia. Regina interim eodem tempore ſuccurrebat pane & pecunia multis, tum alias divitibus, tum pauperibus obviis, tum Religioſis utriuſque ſexus; idque tanta liberalitate, ut a domeſticis ſuis reprehenderetur, cur ex tam profuſis eleemoſynis, quas diſtribuebat, ſibi non ſervaret aliquid in futurum. Nelciri quippe, qualia ſupervenire poſſent tempora. Quibus illa reſpondebat, quod potius fame periret ipſa, quam denegaret ſubſidium indigentibus tali tempore; qui alioquin deſperarent: quodque ipſa, ſi non opitularetur, in culpa eſſet mortis illorum: Deum ſibi ſubventurum in poſterum; ſe interea diſtributuram indigentibus annonam.

C

Dolor ex diſcordia filii & nepotis, Regis Luſitaniæ & Caſtellæ.

99 Dum Regina habitabat in domibus, quas ædificaverat in circuitu ſui monaſterii ſanctæ Claræ Conimbricæ, fuit ei nuntiatum, qualiter Rex Portugalliæ, ejus filius, & Rex Caſtellæ, ejus nepos, in proximo erant ad diſſolvendam pacem, inter eos initam; quod plurimum dolebat, dicens, quod, qui Regum animos eo incendebant, Reges non tantum amarent, quantum ipſa. Dicebat quoque per intervalla coram multis, hanc gratiam ſe Deum rogare, ut prius ex hac vita eriperetur, quam videret, Regum ſimultates in bellum erumpere; ex quo irreparabile damnum neceſſario ſecuturum erat; & violari ſanctas conſanguinitatis leges, quæ inter utrumque Regem intercedebat. Quod ſi alterius cujuſcumque conditionis homines, nec tam arcto propinquitatis vinculo colligati, quam Reges iſti, inter ſe diffiderent; deberent utique reconciliari, odia deponere, amicitiam priſtinam reſtaurare; & non credere ſuſurronibus, qui zizania diſcordiarum inter ipſos ſeminare nituntur.

D

EX MSS.

ex qua ſecuturum incommoda dant ſtatur.

100 Quid igitur (inquiebat) Reges oportet facere? Et Reges, qui tam nobili progenie conſpicui; jure ſanguinis ſui, Reges ſunt, viri magno ingenio judicioque prædicti? Quid? Illos propter dictas cautas non ſe demittere ad reconciliationem animorum? Quod ſi obſtinent animos ſuos & procedant ad bellum, quid conſequetur? Irreparabilis calamitas utrtuſque patriæ: mors plurimorum ſubditorum ſuorum & innocentium, ad quos lites atque diſcordiæ Regum nihil attinent. Conſequetur indidem exultatio ſuperborum; humilium autem oppreſſio. Qui Deo ſerviunt, faſtidio afficientur ac metu: qui vero diabolo, gaudebunt; divitias rapient, & audaciam ſuam augebunt. Adde, quod Reges, dum inter ſe diſcordes ſunt, non poſſint tam perſpicaces atque accurati eſſe, ad exercendam juſtitiam in improbos, ac ſolent tempore pacis. Ex qua tamen juſtitiæ adminiſtratione plurimum merentur apud Deum.

E

Iter ingreditur ad illos inter ſe concilliandos.

101 Igitur ad præveniendum malum, ne Reges, filios & nepos ſui, ſoverent diſcordias tam perniciosas, procederentque in bellum, conſtituit ſe conferre ad locum, ex quo utrumque Regem commodius poſſet convenire ad tractandum cum illis de renovanda amicitia, propter conjunctionem ſanguinis aliaſque rationes. Cum vero aliqui diſſuadere ei talem profectionem conarentur, tum propter graves illius temporis calores; tum quod ætas ejus magis indigebat placida quiete, quam ut labores itineris ſuſciperet; ipſa tamen, rata quod nulla in re gratius Deo officium præſtare poſſet, quam ſi Regum iſtorum componeret animos, atque bella impediret, tot damna & calamitates illatura; ingreſſa eſt iter, ac pervenit ad oppidum Extremos ſive Stremotium.

Morbus, & in re geſta.

102 Hic male habuit ex rumore, enato in altero brachio, & ſecunda feria non exivit è conclavi ſuo ad audiendum Sacra, in oratorio palatii, quemadmodum facere ſolebat; & Rex filius ſuus eum ipſa manebat. Accedebat quoque uxor ejus, Regina Beatrix, quæ ægram animabat, inſerviebat & recreabat, qua poſſet, in omnibus quæ placitura ſocrui putabantur. Cum vero Regina Eliſabetha ita jacebat in lecto ſuo, converſa ſubito ad aſſidentem ſibi Reginam Beatricem, dixit ei; Domina filia, date locum Dominæ illi, quæ iſtic vadit. Cui Regina Beatrix; Quæ, Domina mater, illic Domina eſt? Reſpondit ei; Illa, quæ huc venit, candidis veſtibus induta. Interea nihil horum videbat Regina Beatrix, quæ ſe videre Regina mater dicebat. Quamobrem exiſtimarum fuit, quod Deus ejuſque ſanctiſſima Mater, cui Regina admodum devota erat, talem Dominam miſerint ad confortandum ægrotam.

F

Sumit ſacram Euchariſtiam;

103 Frequenter confitebatur Regina ſuis ſacerdotibus, quos ſecum ducebat, peccata ſua: & feria quinta poſt feriam ſecundam, qua cœperat ægrotare, confeſſa fuit bene mane, audivitque Miſſam; qua finita, exivit alacriter, nemine adjuvante, è conclavi ſuo,

venit-

venitque ad altare, in quo confeſſarius ſuus ſacris operabatur, ibique flexis genibus, magna pietate, perfuſa lacrymis, corpus Domini accepit. Eodem die poſt Veſperas colloquebatur cum Rege, filio ſuo, & negantibus medicis, mortis periculum eſſe ex tali infirmitate, ſuaſit Regi, ut cœnatum iret. Et Rex dicens, ſe jam cœnatum eſſe, exivit cum præſentibus medicis extra conclave. Conſiſtentibus autem illis ante portam ejuſdem conclavis, Regina exivit è lecto, ad eumque ſe reclinans, cœpit animo linqui. Adſtantes continuo inclamant Regem, iſque accurrens, prehendit manus Reginæ & oſculatur.

deliquium animi patitur.

moritur pronepos.

104 Interim Regina ſibi reddita, narravit Regi de ſuo deliquio, locutaque eſt de Infantiſſa Eleonora, nepte ſua, Regis filia, quam ipſa plurimum amabat; uti & de aliis ſuis neptibus nepotibuſque. Inter hos ſermones ſentiens Regina ſibi finem inſtare vitæ, cœpit ita precari: Maria mater gratiæ, Mater miſericordiæ, Tu me ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe. Tum recitabat ſymbolum Apoſtolorum, Credo in Deum Patrem: Orationem Dominicam, Pater noſter; aliaſque preces: atque ita orans, cœpit langueſcere ac deficere adeo, ut verba ejus intelligi amplius non poſſent: ſicque in oratione vitæ tempus complevit; oculique ejus & os, egreſſa anima, ſine alicujus adminiculo, per ſe elauſa fuerunt. Et hic contulit ei Deus, quod ſæpe in vita petierat, ut in morte ſua Rex filius adeſſet. Obiit autem in Caſtello oppidi Extremotii die quarta menſis Julii, Æra milleſima trecenteſima ſeptuageſima quarta *b*.

b *Reliquos Reginæ, qui vivebant, quando obiit.*

105 Tempore illo, quo Regina ex hac vita migravit, habebat nepotes, Regem Caſtellæ *c*: & infantem Petrum *d*, filium primogenitum, heredem Portugalliæ, qui præſens erat in dicto oppido Extremotio, quando Regina obiit; & Reginam Mariam Caſtellæ *e*, quam Eliſabetha Regina educaverat; & Reginam Eleonoram *f* Aragoniæ; & Infantiſſam Eleonoram *g*, filiam Regis Portugalliæ; habebat vero pronepotes *h*, Infantem Petrum, filium primogenitum, heredem Regis Caſtellæ; & Infantes Ferdinandum, & Joannem, filios Regis Alfonſi & Reginæ Eleonoræ Aragoniæ,

c
d
e
f
g
h

ANNOTATA.

a *Videlicet Æræ Cæſareæ; Chriſti vero* 1333.

b *Reducitur Æra illa ad annum Chriſti* 1336.

c *Qui tunc fuit Alfonſus, nepos Reginæ ex filia ſua Conſtantia, Ferdinando IV. Caſtellæ Regi nupta.*

d *Erat ille Petrus tunc primogenitus Alfonſi filius, quia alii, priores natu, Alfonſus, Dionyſius, Joannes, obierant in infantia ſua. Quartus ei filius fuit hic Petrus, heres regni, nepos Reginæ noſtræ; qui natus fuit Conimbricæ anno Chriſti* 1320. *atque uxorem deinde duxit Conſtantiam, filiam Joannis Emmanuelis, ſive Manuel; qui fuit filius Emmanuelis, Infantis Caſtellæ, ex Rege Ferdinando III.*

e *Hæc quoque neptis Reginæ ex filio Alfonſo, nuptui data eſt Alfonſo Regi Caſtellæ, item nepoti Reginæ ex filia Conſtantia.*

f *Fuit hæc Eleonora, filia Ferdinandi IV. Caſtellæ & Conſtantiæ Luſitaniæ, filiæ veſtræ Reginæ Eliſabethæ, nupta Alfonſo IV. Aragoniæ; ut mox clarius intelligetur.*

g *Hæc Eleonora, filia Regis Alfonſi IV. Luſitaniæ, juncta matrimonio fuit Regi Aragoniæ, Petro IV. teſte Vaſconcello.*

h *Pronepotes Reginæ fuerunt ſequentes, Petrus Alfonſi XI. Caſtellæ primogenitus; item Ferdinandus & Joannes, ex nepte ejus Eleonora, filia filiæ ſuæ Conſtantiæ, & Rege Alfonſo IV. Aragoniæ progenitis.*

CAPUT XII.

Corpus ſeptem dierum itinere delatum Conimbricam in ſummo æſtu, bene olet; ſubſequunturque miracula.

IPſo die, quo Regina obierat, & in ſequenti mox nocte, & poſtridie curata fuerunt officia eccleſiaſtica pro ſolatio animæ ejus, a Prælatis, qui tunc ibi aderant. Quibus celebratis, omnibuſque ad deportandum corpus Conimbricam, in monaſterio S. Claræ deponendum, uti per tabulas teſtamenti ejus conſtitutum erat, paratis; fuerunt, qui Regi ſuaderent, ut corpus terræ mandaretur in monaſterio S. Franciſci, quod erat Extremotii; aut ſaltem tranſportaretur ad eccleſiam Cathedralem Eboracenſem, quæ diſtabat Extremotio tantum ſex leucis: atque poſtea inde, conſumptis carnibus, oſſa perferrentur Conimbricam. Ita illi ſuadebant Regi, quod timerent, ne corpus per longam viam, quæ erat leucarum triginta duarum, ita computreſceret, ut præ fœtore portitores illud perferre non poſſent; cauſantes, tum immenſos iſtius temporis calores, tum quod quatuor tantum aut quinque dierum ægritudine demortua Regina, corpus non emaciatum, ſed ſucci plenum reliquerat. Alii contra opinabantur, debere corpus tranſportari ad locum, quem ipſa Regina ſepulturæ ſuæ elegerat.

Poſt ſolemnia de loco, ubi corpus condatur.

jubet Rex deportari Conimbricam.

107 Auditis ſententiis, Rex, filius & curator teſtamenti materni, mandavit transferri corpus Conimbricam. Igitur feria ſexta, poſtridiæ mortis ejus, impoſuerunt feretro cadaver, & poſt meridiem ingreſſi ſunt iter. Interea obmurmurabant qui funus comitabantur, dicentes inter ſe, quod propter ardentem nimium ſolem & longam loci, quo pergebant, diſtantiam, adeo deberet fœtere corpus mortuum, ut nemo unus auderet feretro appropinquare. Potius igitur foret deponi illud Eboræ, uti ſuaſum fuerat. Nihilominus progrediebantur funeris cuſtodes, impenderuntque hujuſmodi translationi Extremotio Conimbricam per ardentiſſimos calores, dies omnino ſeptem. Interea aperuerant in itinere ſandapilam, conſpexerantque, toto eadavere tabem ae ſaniem emanare, eoque magis timebant, ut umquam poſſet ob corruptionem atque intolerabilem fœtorem perduci ad terminum præſtitutum.

quo oblatum, cum admiratione omnium, ſuavem exhalet odorem.

108 Complacuit tamen Domino in illo corpore notum facere hominibus, quam grata ſibi obſequia hoc in mundo præſtitiſſet Regina, dum formidantes, ne graveolentia fœtoris non poſſent funus proſequi; illico ſenſerunt, odorem inde effiari qui fragrantior erat, quam quidquid umquam in hoc mundo olfe-

A offeciſſent, aut credi poſſet: idque confirmabant non tantum, qui funus comitati fuerant, ſed alii quoque, qui eo confluebant, Prætules, virique ac fœminæ nobiles, qui illud rei pro magno habebant miraculo, videlicet quod corpus exanime, tot jam diebus vitæ functæ, non tantum non fœteret, ſed ſuaveolentiam exhalaret: eoque reddebant gratias Deo laudeſque, pro eo, quod in Regina, quæ ſemper ei fidelis famula extiterat, demonſtrabat miraculo, dum corpus, quod ſecundum naturam ſuam fœtere debebat, ſuavi odore contra naturam imbuerat. Eoque majus apparebat eſſe miraculum, quod, cum laxa eſſet ſandapila, corpus modo in hanc, modo in oppoſitam partem impingebat quaſſabaturque, adeo ut undique contuſum & ipſa ſandapila nonnullis locis ſoluta eſſet, non ſine multorum ſenſu atque dolore.

Volunt corpus noctu ſepelire ad vitandas turbas,

109 Septem igitur dierum ſpatio facta per immenſos calores incommodo tempore tranſlatione corporis Extremotio Conimbricam, depoſuerunt illud ipſo die, quo allatum fuit, in eccleſia monaſterii, quod ipſa curaverat ædificandum: conſtitutumque eſt ab Epiſcopo Lamecenſi, qui pro curatore teſtamenti erat, & ab aliis, qui funus comitati fuerant, ut ad vitandas turbas & clamores populi (innumeri quippe omnis ſexus ac ætatis confluxerant ad videndum) ſepeliretur clanculum nocte proxima, ſtatuta hora, qua cuſtodes obdormiviſſent; ponereturque in monumento, quod ſibi pridem Regina faciendum curaverat; jamque apertum erat, relicta ſuo loco ſandapila, qua corpus allatum fuerat, ad diſſimulandum, translatum eſſe. Id negotii datum fuit fidis aliquot Reginæ amicis & Prætori urbis; qui accedentes, ut ſtatuta hora opus exequerentur, tam alto omnes obruti ſunt ſomno, ut ante diem clarum non evigilaverint. Neque tunc potuerunt corpus transferre, quia jam aderant Eccleſiaſtici, qui debebant officia celebrare pro defuncta: eodemque die plurimi concurreruot ſacerdotes, tam ſeculares, quam clauſtrales, qui pro Regina ad aram fecerunt.

B

omnes obdormiſſent uſque in clarum diem,

C

quo publice delatum eſt ad locum ſuum,

110 Sub hæc ſelecti fuerant viri aliquot honoratiores civitatis, qui in eadem lectica, qua corpus apportatum fuerat Extremotio, deferrent illud ad eccleſiam majorem, in cujus ſuperiori ſacello poſitum erat Reginæ monumentum: & fieri aliter non potuit, quin aliquid humoris, è feretro ſtillantia, infecerit manus ac veſtes portantium: ubi vero corpus fuerat delatum ad ſacellum ſuperius, moniales porro curarunt ipſum deferri intra clauſtra monaſterii, ibique querulis vocibus lamentabantur, ſe nunc per mortem Reginæ defertas atque orphanas eſſe. Inter alias aderant una, cui nomen Conſtantia Agnes, Conimbricæ nata; quæ tam graviter laborabat toto ore, ut dentibus fremeret ac labia morderet: cum vero dentes exciderent, nimio clamore ac lugubri vociferatione totum turbare monaſterium ſolebat. Hæc ſpe ducta, futurum, per illud Reginæ corpus, quæ tam præclara opera fecerat in vita ſua, ut a Deo gratiam ſanitatis obtineret, acceſſit & oſculata eſt ſandapilam.

& moniales duo ægra ejuſdem ſandapilam,

omnium oſculatur,

111 Tunc ablatum eſt inde corpus, ac delatum ad jam dictum ſacellum, monumento ibi includendum, ſubſequentibus monialibus & ipſa Conſtantia, quæ interea ſenſit, ſe priſtino cruciatu ſuo liberatam, ac labia totumque os ſibi reſtitutum eſſe. Quamobrem etiam Deo mox gratias egerunt omnes præſentes, quod ei placuiſſet infirmæ per interceſſionem Reginæ, illo die planam ſanitatem reſtituere, quod nullæ potuerant longo tempore præſtare artes medicorum. Atque hæc coram Fr. Salvatore, Epiſcopo Lamecenſi, qui antea viſitator fuerat monaſterii iſtius S. Claræ, teſtatæ ſunt Moniales, quæ viderant infirmam Conſtantiam, miſerabili modo, qui dictum eſt, cruciatam, antequam Reginæ corpus eo allatum eſſet: poſtmodum vero die ipſo adventus, viderunt omnino curatam atque incolumem. Habetur de his inſtrumentum authenticum, factum manu Martini Alfonſi tabellionis Conimbricenſis.

D

EX MSS.

Progressus corporis ex mari pro miraculo habent.

112 Poſtquam corpus in monumento ſuo depoſitum fuit, admirari cœperunt inter ſe, qui illud Extremotio adduxerant; & habere pro miraculo manifeſto, quod corpus exanime, jam dies novem ſpiritu carens, per incenſi caloris æſtum, tam longo itinere varie conquaſſatum ac tabe manans, tam ſuave oleret. Alii dicebant ſibi viſum eſſe per viam, quod incederent per roſeta; alii, quod accefferint ad feretrum olfaciendi cauſa, quodque nullo umquam ex odore tantam ſenſiſſent fragrantiam: & omnes, qui talia experti erant, laudes & gratias referebant Deo, quod tantum donum tribuiſſet cadaveri unius fœminæ, ut quod horrendum fœtere debuiſſet, tam gratum contra naturam emitteret odorem. Et hujus rei inſtrumentum extat, de mandato Epiſcopi Lamecenſis ſcriptum per Joannem Domingues, tabellionem Conimbricenſem; & ſubſcripſerunt nomina ſua, qui talia teſtati fuerunt, quotquot ſcribere noverant.

E

CAPUT XIII.

Miracula varii generis in curationibus ſubitaneis.

Per clavum transfixus, ita non curatur, ut non ſuperſit cicatrix.

F

DEpoſito rite in monumento corpore, cum vellent bajuli auferre lecticam, qua funus allatum fuerat, offendit illa virum bonum, civem Conimbricenſem, Ferdinandum Eſteves nomine; qui dum conatur io confera hominum turba, locum bajulis facere, quidam clavus lecticæ pedem ejus perforavit ſummo cum dolore: quo tandem inde extracto, non potuit ſe homo movere loco, jacenſque queritabatur: Ah! bona Domina, aliam remunerationem expectabam pro obſequio, quod tibi præſtare volui, quam huc venire ſanum & redire claudum! ab eaque petiit magna cum fiducia, ſibi ut a Deo impetraret levamen doloris & curationem. Et ſtatim in ipſa hora levavit ſe ſtetitque pedibus ſuis, ita curatus, ut nec vulnus nec veſtigium vulneris in pede appareret. Hac quoque ſuper re habetur inſtrumentum Joannis Domingues ſupra dicti.

Curantur ſurdi,

114 Fidem quoque fecerunt & verbo veritatis teſtati ſunt, Alfonſus Martins, Clericus Epiſcopi Lamecenſis, & Joannes Macheira, Reginæ quondam architectus; quod

dum

A dum comitabantur ſeretrum, quo corpus Re-
EX MSS. ginæ deferebatur Conimbricam, doloribus fe-
brium ambo laboraverint: quodque implorata
ejus interceſſione apud Deum, ſanitatem recu-
peraverint, ac deinceps ſani permanſerint. Ita
illi dixerunt & jurejurando confirmarunt coram
dicto Epiſcopo Lamecenſi, prout continetur in
tabulis ſcriptis per Martinum Alfonſum, No-
tarium Conimbricenſem.

Puer diu-turnus in manu,

115 Verſabatur Conimbricæ in domo Regi-
næ mulier quædam, nuncupata Maria Migueis,
oriunda ex civitate Lerienſi, nutriens ibi filio-
lam alicujus equitis; cui a longo tempore na-
tum fuerat in manu dextra tuber quoddam gran-
de. Illa, diſcedente Regina Extremotium,
manſerat Conimbricæ cum aliis nutricibus, quæ
alias equitum filias ibidem ex mandato Regi-
næ nutriebant. Illis, poſtquam Reginæ corpus
in monaſterium fuiſſet illatum, colloquentibus
forte de ejus in vita geſtis, ſupervenit
alia mulier, Maria Domingues nomine, quæ
Reginam Extremotium comitata fuerat; di-
xitque Mariæ Migueis nutrici, ora Deum, ut
tibi auferat de manu tuber illud deforme at-
que noxium. Aga, ego hic tibi pannum li-
neum, quo affectum Reginæ brachium & ap-
plicata ei emplaſtra fuerunt involuta: cumque
jam ſederent ad prandendum, impoſuerunt dic-
tum pannum tuberi nutricis, & circum bra-
chium ligarunt. Finito autem prandio, ſurgen-
tes, inſpexerunt, diſſoluto a brachio panno,
tuber, & non invenerunt ſignum ejus vel mi-
nimum. Et teſtificatæ ſunt omnes, qualiter an-
te prandium dicta nutrix habuerit dictum tu-
ber, at vero, ſtatim poſt prandium viderint dic-
tum tuber evanuiſſe: idque teſtificatæ ſunt ſub
juramento ad ſancta Dei Evangelia. Et ſuper
eo factum fuit publicum inſtrumentum per
Martinum Alfonſum, Notarium Conimbri-
cenſem.

cæca.

116 Eodem tempore, quo corpus Reginæ
tranſportatum Conimbricam fuit, habitabat ibi-
dem in parochia S. Chriſtophori, mulier quæ-
dam, cui nomen Maria Martins, a longo tem-
pore cæca, adeo ut diſtinguere nequiret colo-
C rem album a nigro. Habebat autem ſororem
Margaritam Martins, nuptam cuidam viro,
qui nuncupabatur Paſchalis Laurentius; & ha-
bitabant in dicta parochia S. Chriſtophori. Hi
vero audientes, qualiter Deus per invocatio-
nem hujus Reginæ præſtaret magna beneficia,
curarunt cæcam deduci ad ſepulcrum ejus. Cum-
que eo perveniſſet, poſtularetque a Deo, ut ſi-
bi per merita Reginæ lumen oculorum reddere
dignaretur, ſomno capta fuit: atque mox ex-
citata, altero vidit oculo, & circumſpexit fa-
cellum, ubi erat, & in eo ſepulcrum Reginæ,
perſolutiſque ibi gratiis Deo pro beneficio ac-
cepto, reverſa eſt ad domum ſororis ſuæ, ubi
denno ambæ ſimul gratias Deo egerunt, contu-
leruntque ſe ad Fr. Salvatorem, Epiſcopum La-
mecenſem, conteſtatæque ſunt ſuper ſancta Dei
Evangelia, ſic, ut dictum eſt, omnia eveniſſe.
Et hæc alii confirmarunt, qui ſimul venerant
teſtimonium veritati daturi eorum, quæ vide-
rant oculis ſuis. Imo notorium erat in paro-
chia, ubi Maria habitabat, ipſam a multo tem-
pore cæcam fuiſſe. Et hæc omnia coram Epiſ-
copo depoſita excepit in tabulas ſuas Martinus
Alfonſus, Notarius publicus.

117 Nondum dies triginta effluxerant a ſe- D
pultura Reginæ, cum ad ejus monumentum ve- *Hirudo in corpore hominis per nares ejecta.*
nit quædam mulier, incola loci de Sanſius jux-
ta oppidum Condeixa, nominata Dominica,
habebatque in corpore ſuo hirudinem, quapro-
pter pallens tabeſcebat. Multi artis medicæ pe-
riti tentarunt beſtiam alicunde expellere, ſed
nihil profecerunt. Cum vero inaudiviſſet, mul-
ta mortalibus beneficia præſtari a Deo per pa-
trocinium hujus Reginæ, venit ad ejus ſepul-
crum; cumque ibi ploraret ipſa, multi homi-
nes utriuſque ſexus, qui illo in loco alebantur
ex fundatione Reginæ, & Deum pro animæ
ejus refrigerio orabant, ad illos converſa, ex-
plicuit infirmitatem ſuam. Interea hirudo ac-
ceſſit ad labia ejus. Quod conſpicatus cuſtos
lucernarum, arrepta forcipe, conatus eſt be-
ſtiam extrahere, ſed non potuit, quia illico ſe
receperat in os & fauces: attamen ipſa, per ſe
paulo poſt egreſſa per nares, inſpectantibus cun-
ctis, præcipitavit in terram. Quapropter om-
nes, qui aderant, ſimul gratias egerunt Deo,
quod ſuo in conſpectu tam inſigne miraculum
operatus eſſet. Atteſtatio totius rei ſcripta eſt E
per Martinum Alfonſum, ſæpe dictum.

Fabianus curatio gravis,

118 In dicto monaſterio, quando corpus Re-
ginæ eo allatum fuit, agebat Sanctimonialis,
quæ graviter laborabat è genibus, adeo ut ſe
loco non poſſet movere. Hæc coram Epiſco-
po Lamecenſi ejuſque Viſitatore, ſub obedien-
tiæ præcepto, ut verum diceret, & nihil a
veritate alienum admiſceret, depoſuit, ſe pia
precibus imploraſſe opem Reginæ, ut ſibi im-
petraret a Deo vacuitatem dolorum uſumque
genuum ac pedum, quo poſſet frequentare
chorum, diviniſque officiis aſſiſtere: Deum
vero per patrocinium Reginæ deſideratam ſibi
gratiam contuliſſe, omni infirmitate depulſa;
quæ nec rediit deinceps. Atteſtatæ ſunt reli-
quæ Moniales, quæ dictam deponentem vide-
rant diu infirmam & deinda ſubito curatam,
ita ſe rem habere: & Martinus Alfonſus, No-
tarius Conimbricenſis, cuncta retulit in tabu-
las publicas.

& cæcitatis,

119 Scalabi in parochia S. Nicolai commo-
rabatur fœmina, cui nomen Taraſia Rodri- F
gues, ambobus oculis cæca, ut nihil quidquam
videret. Audivit multa dici de munificentia
Dei in miſeros mortales per interceſſionem Re-
ginæ: quam & ipſa votis ſuis interpellavit,
ut lumen oculorum reciperet, atque illico re-
cepit. Hinc Scalabi nudis pedibus venit Co-
nimbricam, & recta ſe contulit ad ſepulcrum
Reginæ: juravitque per ſancta Dei Evangelia
ita eveniſſe, uti ſupra relatum eſt; adjungens
quoque, quod in Scalabi, patria ſua, per eam-
dem Reginam plures ægri conſequebantur a
Deo beneficia curationum. Quæ omnia ſub ju-
ramento dictæ Taraſiæ excepit Martinus Al-
fonſus, Notarius.

& brachii vulnerati

120 Dominus Stephanus Gonſalves Leitam,
magiſter Equitum Ordinis Chriſti in Luſita-
nia, accepto vulnere in altero brachio, il-
lud movere nequibat, nec aliquid manu pre-
hendere. Recogitans ille vitam Reginæ, cu-
jus miniſter fuerat; quam fideliter & ſan-
cte Deo ſervierat; convertit ſe ad illam,
gratiam petens curationis brachio ſuo. Ec-
ce autem quod petiit, continuo conſecu-
tus eſt, integritatem & uſum læſi brachii,

nec

A nec ullum deinceps dolorem ſenſit, omnino curatus. Et hæc ita retulit Conimbricæ, die prima Novembris, Æra MCCCLXXV. juravitque ita factum eſſe præſentibus, Præfecto urbis, Clericiſque & Equitibus multis.

Et epiſtemonis

121 Prope ab Ulliſſipone abeſt monaſterium, quod nuncupatur Chelas; in eoque ſerviebat Deo Sanctimonialis quædam, nomine Margarita, quæ convenit Reginam, in dicta civitate tunc commorantem; cruciabatur autem vehementi dolore, tota pallida. Interrogavit accedentem Regina, quid pateretur, quod tam pallida eſſet. Reſpondit, ſibi ulcus ſupra ſtomachum enatum; hinc cruciari. Et Regina, facto crucis ſignaculo, manum impoſuit affectæ parti. Et monialis, reverſa ad monaſterium ſuum, reperit ſe ſine ulcere, ſine dolore, juravitque ſuper ſancta Dei Evangelia, ita factum eſſe; quod & teſtificatum habetur per Michaelem Martins, tabellionem oppidi Scalabitani. Idem affirmavit Urraca Vaſques, & ipſa Scalabitana, fœmina ſanctæ vitæ, ac Deo dicata per votum virginitatis; quacum intima neceſſitudine Regina, dum vivebat, con-

B jungebatur; & ſecreta cordis ſui cum fiducia communicare ſolebat. Idem teſtatæ etiam ſuerunt aliæ Moniales dicti monaſterii de Chelas.

Et tumi corruptionis

122 Conſueverat Regina, uti ſupra dictum eſt, quot annis in Cœna Domini lavare pedes aliquot mulierum. Accidit autem, vivente adhuc Rege marito, inter illas comparere unam, cujus alterum pedem cancer morbus depaſcebat, jamque digitos ejus propemodum exederat. Ut ad illam Regina acceſſit, lavit alterum pedem integrum: alterum vero mulier abſcondit, noluitque immittere in pelvim. Cui Regina; Agedum, amica, profer & pedem alterum. Dixitque miſella; Nihil opus eſt, Domina, illum lavari. Tunc Regina, converſa ad jam memoratam Urracam Vaſques, ſecretariam ſuam, mandavit illi, ut pedem protraheret, pelvique imponeret: quod ita fecit, uti juſſa erat. Dixerunt autem, tum ipſa, tum aliæ miniſtræ, quæ aquam ad lavandum apportabant, quod viſo pede, taliter exeſo, inhorruerint, vultumque averterint: Reginam vero

C ſine faſtidio illum laviſſe, ſolummodo ſolicitam, ut quam leniſſime ipſum tractaret, ne inferret dolorem; tum mantili quoque totum pedem abſterſiſſe, & loco, ubi cancer ſerpebat, oſculum impreſſiſſe. Dein mulier paratæ menſæ accubuit, comedit, ac domum reverſa eſt alacris; pedem ſanata; dixitque palam omnibus, ſe ſimul atque Regina plagam pedis oſculata ſuerat, ſenſiſſe illum ſibi, abſterſo dolore, reſtitutum eſſe: nec male habuit deinceps. Confirmarunt hæc jurejurando jam dicta Urraca Vaſques & Domina Catharina, mater Domini Laurentii, Epiſcopi Salmaticenſis, ſe dictam mulierem vidiſſe & laborantem cancro, & liberatam, uti dictum eſt.

vulnerati in capite

123 Scalabi quadam Feria ſexta Majoris bebdomadæ volens Regina amore Dei miſericordiam exercere in elephantiacos, curavit multos elam congregari uno in cubiculo palatii ſui; quibus & prandium appoſuit, & ipſa inſervivit & largas eleemoſynas diſtribuit. Illi vero, poſtquam manducaverant, exiverunt, remanente uno; qui, quia claudus erat & infirmus, non potuit tam prompte incedere, ut reliquos comitaretur. Illum forte invenit janitor, &, quid factum eſſet, ignorans, percuſſit baculo caput ejus, dicens, elephantiacorum non eſſe, penetrare in palatium Reginæ. Supervenit Urraca Vaſques, quæ ſciebat, cur homo ille intraſſet, videnſque percuſſi caput ſtillare ſanguine, ingemuit, nuntiavitque caſum Reginæ: quæ ait ad Urracam; Recipe hominem in conclave tuum; & mox ſubſecuta illuc, impoſuit manu ſua vulneri album ovi, deditque pecunias homini, quo ipſe ſui vulneris curam haberet; ac abiit. Die poſtero autem miſit ad ſaucium (quia plaga ei videbatur profundior eſſe) qui ſciſcitaretur, qualiter ſe haberet; & reſponſum accepit, recte omnia habere; ſaucium, ex quo manus Reginæ vulnus obligaverat, ſine vulnere fuiſſe, ejuſque veſtigium non ſupereſſe. Hæc quoque prædicta Urraca Vaſques, interpoſito juramento, in præſentia Epiſcopi Ulliſponenſis teſtata reliquit.

D ex mss.

Tota corpore doloribus cruciata, ſubito ſanatur,

124 Eadem, modo dicta, Urraca affirmavit quoque de ſe ſub juramento, quod, quo tempore Dionyſius Rex & hæc Regina inviſerunt filiam ſuam Conſtantiam, Caſtellæ Reginam, poſt mortem Ferdinandi Regis, mariti ejus, in civitate Rodrigo, ſen Mirobriga; ipſa Urraca patiebatur gravem dolorem, qui per intervalla adeo ſe intendebat, ut ægræ appetentiam cibi & facultatem loquelæ eriperet, ipſaque exagitata mente, ligari manus pedeſque ſuos debuerit: neque vero medicorum ars ullum doloribus lenimen afferebat. Acceſſit ad ægram Regina conſolatum; & illa recolens animo conſtantem ejus in famulando Deo ſervorem, dixit ei; Domina, orate pro me Deum, ut aut mitiget dolores, quos patior; aut evocare me ex hac vita dignetur potius, quam ut ſic patiar diutius. Regina vero, ejus miſerta, oravit ad Dominum; manus ſuas capiti ejus impoſuit; corpori toti crucis ſigna impreſſit: & ægra continuo bene habuit, neque deinceps tales dolores umquam ſenſit, quibus alioquin antea frequenter ſolebat afſligi.

E

F

puella cæca illuminatur a viſitante Reginam ſua cruce,

125 Proficiſcebatur Regina Conimbrica Portum civitatem, cum ei in via occurrit quædam fœmina, in loco, qui dicitur Arriſana, rogans ut parvulæ ſuæ filiæ, quam dicebat a nativitate cæcam ſuiſſe, ſuper oculos imponeret manus. Fecit id Regina, & proceſſit via ſua. Ubi vero eadem reverſa eſt, acceſſit denuo ad eam dicta mulier cum ſua filiola, cui Deus jam conceſſerat uſum oculorum, eamque Reginæ monſtrabat. Illa vero mulieri mandavit, id ſub ſilentio ut haberet ſecretum, ac nulli revelaret; illumque in finem, tam matrem quam filiam novis donari veſtibus curavit. Hæc plurea domeſtici Reginæ viderunt, & pro certo habuerunt, tum quod dicta filiola a nativitate ſua fuerat cæca; tum quod oculis apertis vidit, poſteaquam illis Regina impoſuerat manus. Nihilo tamen minus non permiſit Regina, quamdiu vixit, talia a ſuis dici.

Item ante ad ejus ſepulcrum.

126 Alfonſus Fernandes, Conimbricæ in S. Georgii Canonicus Regularia, matrem habebat cæcam, quam curavit adduci ad ſepulcrum Reginæ. Adducta eo fuit per alios, rediit per ſe apertis & videntibus oculis. No-

A totum hoc fuit, tota civitate Conimbricensi. MXXXIII. Similiter multi ad idem sepulcrum veniunt infirmi; alii, febribus quartanis obnoxii; alii, a dæmonis infesti; alii, aliis modis vexati; & reverruntur inde omnes curati & liberati magnis suis. Et talia curationum beneficia, quæ passim obtinentur, tam frequentia sunt, ut longum foret singula commemorare. Omnes enim, qui vitam Reginæ norunt, facile intelligunt, propter merita ipsius Deum talia operari.

Desiderium matris, videndi filii, dudum peregre agentis impletur.

127 Taveiro Lusitanis oppidum est prope Conimbricam. Incolebat illud mulier, habens filium, qui dudum è patria sua digressus, peregre agebat; nesciebatque mater, viveretne an mortuus esset. Quamobrem confugit ad sepulcrum Reginæ, supplicans, ut, si filius suus adhuc viveret, copia sibi fieret illum videndi, antequam ipsa moreretur. Aberat tunc filius facile triginta leucis, qui postea fassus est, tantum sibi tunc inspiratum fuisse desiderium invisendi matrem, ut nihil supra; statimque itineri se commisisse; atque infra diem octavum, ex quo mater Reginam interpellaverat, ejus domum ingressum esse. Ex quo mirata mater, primo quoque tempore cum filio suo accessit ad corpus Reginæ, eique & Deo gratias egit, quod deprecationes suas tam benigne ac prompte exaudisset per patrocinium Reginæ.

B

Mortuus vivificat.

128 Eboræ in domo Benedicti Peres, mercatoris, decumbebat quidam ejus famulus, & vehementer torquebatur ex eo, quod deglutierat hirudinem, quæ jam dies quindecim ejus faucibus inhærebat, nec poterat expelli aut evomi. Unde adeo guttur inflatum fuit, ut jam biduo ultimo nec cibum sumere, nec loqui ullo modo posset. Quamobrem timebant omnes, ne illo die ex hac vita migraret, jamque præparaverant pro funere efferendo, necessarios pannos ac cereos. Ipso die advenit eo Joannes Anes & de Corruche, vestiario Regio præfectus, ut salutaret D. Lupum Esteves Gayam, habitantem in domo Benedicti Peres, de quo supra, in qua etiam decumbebat prædictus æger. Ut autem illic vidit multam hominum turbam, scisciatur, quid rei id esset; intellectoque, hominem illic decumbere moribundum, dixit; si tempus permittat, ut

C se æger possit commendare Reginæ Elisabethæ, ac vovere, ejus se visitaturum esse sepulcrum, absque dubio illum per intercessionem Reginæ obtenturum vitam longiorem. Inter hæc, jacebat æger oculis in cœlum fixis, ut crederetur ab omnibus jam jam exspiraturus. Cum fœminæ, quæ prope adstabant, ipsum compellaverunt nomine suo, & dixerunt, si se commendaret Reginæ Elisabethæ, futurum, ut per ipsam a Deo levamen acciperet. Et æger non sine pietatis sensu manus in cœlum levavit, & continuo cœpit tussire ac sanguinem vomere. Quapropter adstantes levaverunt tantisper caput ejus; cœpitque denuo sanguinem vomere & cum sanguine hirudinem: & statim illo die locutus fuit ac bene habuit. Stephanus vero Martins, alias de Gayam, pater dicti Lupi Esteves, collegit hirudinem & involvit linteo.

129 Contigit, Abbatem de Alcobasa tenere in obscura turri inclusum quemdam monachum suum jam annos quatuor. Erat ille quidam patruelis ex oppido Scalabitano, Rui-

D

Liberatur quadriennio captivus;

sius Martins nomine, qui dudum nequidquam allaboraverat per intercessiones Magnatum, ut dicto carcere monachum liberaret. Interea audivit, quod Deus per hujus Reginæ patrocinium multa operaretur mirabilia; se ad illam per orationem convertit; monuitque etiam monachum, ut & ipse pro sua liberatione eamdem interpellaret. Facta oratione die XVII. Martii, anno Æræ Cæsareæ MCCCLXXVII. *a*, liberavit eum Dominus carcere: qui per eumdem patruelem suum visitavit sepulcrum Reginæ, eique obtulit dona. Et hujusce rei, jurejurando probatæ, extat testimonium publicum, a Martino Esteves, Conimbricensi notario, factum.

a 1339

item demones a septem deputati ad Reginæ sepulcrum,

130 Anno Æræ Cæsareæ millesimo quadringentesimo & vicesimo *b*, die decimo octavo Aprilis, venit ad monasterium S. Claræ Conimbricæ mulier quædam, nata, ut dicebat, in civitate Lamecensi, infesta a dæmoniis; atque affirmabat, quod 101 in se dæmonia habuerat, quot dies annus numerat: quodque per

b 1382

E plures peregrinationes, quas instituerat ad varia Sanctorum lipsana, tam in Lusitania, quam in Castella regns, omnibus illis infestis hospitibus liberata fuisset, exceptis septem, quæ declaraverant, se non exitura, nisi in tacello, ubi quiescit corpus sanctæ Reginæ Elisabethæ, Comitabantur illam duo Fratres Ordinis sancti Francisci, consanguinei ipsius; ambo fratres germani, patria Scalabitani, alter Franciscus, alter Stephanus nominati. Hi, ut ad tacellum

quæ alibi non potuerat expelli,

Reginæ pervenerunt, ibidem nocte sequenti vigilias egerunt cum multis aliis, tam viris, quam fœminis, qui dictum monasterium, & palatia Reginæ circum ædificata inhabitabant: inter quos fuerunt quidam Joannes de Porto cum uxore sua Margarita Alfonsi; quædam Marina de Penella cum sua filia: Gundisalvus Laurenzo, procurator dicti monasterii; item alius ejusdem monasterii minister, Dominicus Ames & Michael Domingues, xeppuochus, aliique multi, qui mulieris dæmoniacæ commiserati, amore Dei ibidem excubabant. Mane cum illuxisceret, exercuciarunt dæmones mulierem, more suo, vehementissime: moxque dederunt dictis Fratribus signa, quæ promiserant, sui discessus, præsentibus omnibus jam F nominatis testibus cum aliis pluribus non nominatis; & statim accersita fuit Abbatissa monasterii, Beatrix Pimentel, cum suis Monialibus, ut viderent miraculum magnum, quod Deus per merita Reginæ operabatur in liberatione istius dæmoniacæ. Deo gratiæ, laus & gloria.

Tuber in vola manus curatur.

131 Aliud quoque miraculum fecit Regina benedicta anno Æræ *c* (millesimo quadringentesimo) trigesimo octavo, die XV. Septembris, in adolescentula Religiosa, cui in vola manus dextræ excreverat tuber, quod expungem vocant, magnitudine dimidiæ fabæ, quod ei creabat acrem dolorem & usum manus impediebat: confugit illa ad Reginam sanctam, manumque ceream ei obtulit; & curata fuit. Res testatissima est tum per abbatissam monasterii, Dominam Catharinam, tum per reliquas Moniales, quæ asseverant, tuber a viginti circiter diebus, in vola manus, induisse colorem nigrum instar picis; & deinde

c 1338

per

A per ſe excidiſſe ſine ſcitu monialia, ſine ſenſu doloris. Gratiæ laudeſque referantur Deo prn hoc aliiſque compluribus miraculis, quæ Deus feeit, & quotidie facit per merita hujus ſanctæ
d & benedictæ Reginæ. d

ANNOTATA.

a *Ad hoc caput nihil magnopere annotandum venit. Æra hæc Cæſarea* 1373. *deſignat annum Chriſti* 1335. *quo res non poteſt acta fuiſſe: quia mox ſequitur, veniſſe hominem* ad ſepulcrum Reginæ, *gratias ei acturum. Regina quippe illa Æra* 1373. *adhuc in vivis erat; ſequenti mortua. Quapropter debuerit hic notari, aut Æra* 1383. *aut etiam poſterior. Imo poterit hoc miraculum, ſeu liberatio è carcere contigiſſe poſt ſcriptam vitam, uti diximus in Comm. prævio contigiſſe duo ſequentia. Habet enim æque ac illa, adſcriptum annum Æræ.*

b *Iſte annus Æræ* 1420. *eſt Chriſti* 1382.

c *Notabatur hic in utroque apographo Luſitanico tantum Æra* triceſima ſexta. *Supplevi,*
B *ut vides, per incluſa uncis. Et ſic notabitur Chriſti annus* 1398. *Alia, quæ ad hæc duo aut etiam tria poſtrema miracula ſpectare poſſint, vide in Commentario prævio, num.* 17. *& hoc loco Annot.* a.

d *Hic finitur codex antiquus Luſitanicus. Brandanus in ſua editione, paucula ſubnectit, de quibus monet Macedo, quod in autographo non legantur.*

SUMMARIUM

Miraculorum recentiorum,

Collectum Conimbricæ auctoritate epiſcopali, ex depoſitionibus teſtium, citatorum & juratorum, anno MDLXXVI.

Ex interpretatione ſupra dicti Roderici Gomes, hic minus liberaliter, quam in
C præmiſſis Actis, ab editore mutata.

Hucuſque deſcripto codice antiquo de vita & miraculis Reginæ, ante & poſt mortem factis ſubjicitur Summarium aliquorum miraculorum *ejuſdem Reginæ; monenturque lector in codice noſtro proceſſuum ſic annotari:* Finita extractionne dicti libri antiqui, prædictus Commiſſarius vigore Commiſſionis Epiſcopi & literarum Regis, monuit Abbatiſſam & Mnniales S. Claræ ad ſubjiciendum ſe examini ſuper aliis miraculis beatæ Reginæ, & ad examen proceſſit, ut infra. *Notandum quoque, quod teſtes infra examinati, aut potius examinatæ (omnes enim fœminæ ſunt, ſeu moniales, ſeu ſeculares) paſſim juramentum præſtent de dicenda veritate, an* per habitum ſuæ profeſſionis, *videlicet moniales: aut* per ſanctæ Dei Evangelia, *nempe ſeculares. Item, quod poſt Depoſitiones paſſim ſubſcribantur nomina, tum teſtis deponentis; tum Commiſſarii, de Magalhais; tum Secretarii, Coutinho. Quæ nobis videntur hic prætermittenda, ne earumdem formularum iterata identidem repetitio naufeam pariat lectori. Sufficiet hic illam monuiſſe, dictas for-*

mulas initio ac fine cujuſque depoſitionis ſic fere D
legi, quemadmodum illas in prima depoſitione EX MSS.
Helenæ Abbatiſſæ adſcripſimus num. 3. *&* 6.

INSTITUTIO HUJUS PROCESSUS.

ANno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto in hac civitate Conimbricenſi & mnnaſterio ſanctæ Claræ ad clathros locutorii illius, præſente in parte interiori Illuſtriſſima Domina Helena de Menetes, Abbatiſſa, præfatus licentiatus Franciſcus de Magalhais ei dixit, quod jam erat tranſumptata & exemplata vita hujus ſanctæ Reginæ, quodque ad majorem Dei laudem & gloriam, & hujus ſanctæ Reginæ oportebat examinare teſtes ſuper aliquibus modernis miraculis, quæ, ut dicitur, ſingulis diebus Deus Dominus noſter operatur per merita hujus Reginæ, ex fide implorantium ejus juvamen; atque ita finem ex- E
animi imponere juxta mandatum Regis, Domini noſtri, prout ſanctus ejus zelus deſideravit.

Promiſſus hic annus 1576. *Coimbricæ*

a Quamobrem debere Abbatiſſam, ad majorem auctoritatem, & aliquot Religioſas ejus, teſtificari, quidquid ſcirent de miraculis Reginæ: quodque ſimiliter interrogarentur faeriſtana & perſonæ laicæ, quæ ſcientiam haberent hujuſmndi miraculorum. Et Abbatiſſa dixit, ſe paratam eſſe ad teſtificandum: & mandavit religioſas & laicas perſonas, extra monaſterium degentes, in quibus Deus per merita hujus ſanctæ glorioſæ Eliſabethæ, npera admodum miraculnſa operatus erat: eoſque teſtes dictus Licentiatus ſtatim examinavit ſummarie; detulitque eis juramentum ad ſancta Dei Evangelia, quatenus laicis; religinſis vero ſub juramentn habitus ſuæ profeſſionis, injungendn eis, quod nec magis, nec minus dicerent, ultra quod ſciebant, & in veritate res ſe habuerant, quod ita facere promiſerunt; & ſequentia depoſuerunt.

ab eadem commiſſarium de Magalhais inſtitutus.

CAPUT I. F

Miracula varia, fere ſubitanea.

MAter Domina Helena de Menetes, Abbatiſſa dicti Monaſterii ſanctæ Claræ, jurata ſub habitu dicti mnnaſterii ſanctæ Claræ ſuæ profeſſionis, declaravit, eſſe verum; quod hæc ſancta Regina Eliſabetha, quæ hoc mnnaſterium fundavit, in eo jaceat ſepulta; cujus corporis reliquiæ fecerunt & faciunt plurima eademque evidentiſſima & continua miracula. Quia, inquiebat, pauco abhinc tempore quædam mnnialia, vocata Euphraſia, cum per multum tempus capta eſſet una parte corporis ſui, ita ut ſurgere nnn poſſet, nec mnvere brachium aut crus; nec ea parte quidquam ſentiebat, licet pungeretur acicula fortiter. Quia porro magnam devotionem habuit dicta Religioſa ad dictam ſanctam Reginam, rogavit, ut deferretur ad elathros, qui cingunt ſepulcrum Reginæ; unxitque ſe oleo lampadis ejus. Cum vero ibi inter dolores ſomno

Depoſitio ipſius Abbatiſſæ

ſuper curatione monialis ſuæ paralyticæ

A correpta fuiſſet ; ubi primum evigilavit, totam ex mss. ſe comperit priſtinæ ſanitati reſtitutam eſſe. Hinc pro tanto miraculo fuit ſtatim facta proceſſio ſolennis ad dandum laudes Domino noſtro, quatenus fuerat obtentum meritis hujus ſanctæ Reginæ. Et dixit Abbatiſſa, quod Epiſcopus, D. Joannes Soares, hujus civitatis Conimbricenſis, mandavit actuari ſummarium pro verificatione hujus miraculi per ſuum provilorem.

& aliorum male affectorum,

4 Fecit etiam Regina ſancta aliud miraculum in perſona Simoniſſæ Botelha, Religioſæ profeſſæ ejuſdem monaſterii, in cujus manu natum fuit quoddam tuberculum, ex quo magnum dolorem, impedimentum & triſtitiam recipiebat: quæ, ubi primum ſe unxit oleo lampadis Reginæ, ſanitatem recuperavit & tuberculum diſparuit; & manus ejus impedimento fuit liberata, & in priſtinum ſtatum reſtituta. Alia quoque famula hujus monaſterii, habuit aliud tuberculum, multo majus, in manu ſua, quæ ubi primum Reginæ ſe commendavit, ungendo ſe oleo lampadis ejus, ſanitatem recuperavit & tuberculum diſparuit.

B Alia quoque monialis, D. Maria de Silva nuncupata, dum eſſet adhuc novitia, valde infirmata eſt ex neſcio quo ſubitaneo malo, quod tenuerat jam dies undecim, quibus nec manducavit nec bibit, nec aliquid in ſtomachum miſit. Hæc tandem adducta eſt ad ſepulturam hujus ſanctæ Reginæ; & ſtatim bene valuit, & bibit jus gallinæ, & perfectam ſanitatem recuperavit.

qdam proles habitæ. ſium, per oleum lam padis,

5 Ultra hæc miracula, ſunt alia valde particularia, quæ Deus operatus eſt, per merita hujus ſanctæ Reginæ, in plurimis perſonis, accedentibus ad viſitandum ejus ſepulturam, eique cum devotione ſe offerentes: dixitque, quod nunc ſibi fuerant allatæ litteræ cujuſdam monialis monaſterii oppidi de Torres novas, quæ fuerat educata in hoc monaſterio Sanctæ Claræ, habebatque in genu magnam infirmitatem, ex qua magnos patiebatur dolores & labores jam per plurimos menſes; quæ ubi primum ſe unxit oleo lampadis hujus ſanctæ Reginæ, quod ſibi fuerat miſſum ex hoc monaſterio, ſtatim melius habuit & ſanitatem recu-

C peravit. Quo de eventu, Medici & Religioſæ admirati fuerunt, & magna cum fide & devotione crediderunt, fuiſſe miraculum, quod Deus operatus eſt per merita ſanctæ Reginæ, quia per remedia & medicamenta naturalia non poterat dicta infirma tam brevi tempore ſanitatem recuperare. Cognito autem miraculo illo, duæ Religioſæ, quæ habebant ſingulæ tumorem ſub brachiis, acceſſerunt ad præfatam monialem, & flexis genibus petentes dictum oleum, illo ægras partes unxerunt, atque illico diſparuerunt tumores, & ſanitas recuperata eſt. Has litteras (inquiunt Examinatores) nobis oſtendit Abbatiſſa, in qua copioſius dicta miracula continentur & declarantur, cum magnis laudibus Deo datis & gratiis, propter miracula, quæ operatus eſt.

denſqus & infirma ad ſepulcrum adducta.

6 Dixit quoque Abbatiſſa, quod Maria de Beja, vidua, uxor Georgii Barboſa civis, cujus anima requieſcat, dum eſſet admodum infirma & capta membris ſuis, fecit ſe deferri in lectica; ſeque obtulit cum magna devotione huic Reginæ ſanctæ, & juxta ſepulturam ejus una nocte dormivit; & die ſequenti diluculo ſana reperta fuit, & pedibus ſuis ambulavit per eccleſiam, viſitando altaria illius. Sunt & alia, præter jam dicta, miracula plurima, de quibus ſacriſtana laica extra clauſtrum monaſterii, habens curam capellæ hujus ſanctæ Reginæ, teſtificari poteſt, quæ vidit. Vidit autem multos, diverſis infirmitatibus laborantes, qui ſe ibi obtulerunt Reginæ, & ſanitatem recuperaverunt. Et nihil amplius depoſuit: ſeque hic ſubſcripſit; Didacus Continho, notarius ſcripſi. Franciſcus de Magalhais. Soror Helena, Abbatiſſa.

D

7 Mater ſoror Ambroſia Regum, Vicaria dicti monaſterii, jurata dixit; eſſe vera omnia contenta in hoc teſtimonio, ſupra proxime ſcripto, quæ depoſuit dicta Domina Abbatiſſa; quibus omnibus & ipſa præſens extitit, & omnia ſuis oculis vidit fieri in dictis Religioſis & famula. Præterea ſe ſcire dixit, quod dum eſſet in hoc monaſterio quædam Religioſa, vocata Vereita, vita jam functa, non mediocriter infirma, & in magnum periculum adducta, ex tumore quodam, quem habebat in parte ſecreta ſui corporis, de quo magnam recipiebat inquietem. Expectabatur autem ſequenti die chirurgus ad aperiendum igne & ferro dictum tumorem; cum monialis magna cum fiducia ſe obtulit ſanctæ Reginæ & oleo ejus uncta fuit; cumque mane excitaretur è primo ſomno, invenit tumorem apertum cum magna puris copia, quæ effluxerat, & ſana facta eſt abſque inciſione & opera chirurgi aut medici.

Ulcus in partibus ſecreti die ferro inci dendum,

E

ſponte ſua aperitur & curatur:

8 Dixit item, quod aliæ Religioſæ, vita jam functæ, vocatæ Franciſca da Silva, natus fuit intra os quidam carbunculus, qui exibat ultra linguam, afferebatque ei magnum impedimentum ad loquendum & manducandum. Cumque illa ſe offerret dictæ Reginæ & quotidianum aliquod penſum pietatis in ejus honorem obiret per dies undecim (talia quippe exercitia pietatis hic obiri ſolent in memoriam undecim dierum, quibus Reginæ corpus tranſportatum fuit de oppido Extremotio, ubi ex hac vita migravit, ad hoc monaſterium & ſepulcro incluſum fuit) in ultima dictarum dierum aſcendit per ſcalas ad cancellos, qui ſepulcrum circumdant, ubi iſtiuſmodi exercitia obiri ſolent; ſubito cecidit in terram dictus carbunculus; & monialis remanſit libera & ſana.

Item carbunculus in ore, loquelam impedit:

F

9 Dixit inſuper præfata Teſtis, quod alia monialis, olim Abbatiſſa dicti monaſterii, ouncupata ſoror Heaebra ſancti Antonii, laborabat morbo inteſtino, quo miſere cruciabatur non abſque periculo vitæ, quando moniales ſolenni ritu attulerunt habitum hujus ſanctæ Reginæ, & poſuerunt ſuper dictam infirmam, quæ ſtatim correpta fuit ſomno, & ſana facta eſt. Addebat teſtis, quod ultra jam dicta miracula, quam plurima alia fiebant quotidie ad invocationem hujus ſanctæ Reginæ: propter quæ magna fide & devotione ad illam homines frequenter a plurimis & longinquis partibus concurrebant opem ejus imploraturi.

nec ullo modo loqui poſſit,

& alii plures

10 Mater Eufraſia, profeſſa monialis hujus monaſterii interrogata dixit, quod cum

ipſa

A ipſa eſſet per tres menſes admodum infirma, & capta parte dextera ſui corporis, patereturque acerbiſſimos cruciatus, nec poſſet moveri aut verti in alterum latus; magna fide & devotione ſupplicavit Religioſis, ut ſe adducerent ad cancellos juxta ſepulcrum hujus ſanctæ Reginæ die Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis Mariæ; ubi ſe unxit oleo, ac ſomnum cepit: excitata vero, ſana fuit ab omni infirmitate ſua; laudanſque Deum Dominum noſtrum pro tanta gratia & miraculo, reducta eſt a Religioſis in ſolemni proceſſione cum canticis & hymnis, plene & perfecte ſanata. Dixit quoque, quod & alia plurima miracula, nec non illa, quæ in ſuperioribus reſtimoniis relata ſunt, vidit & audivit: quodque maxima ſit fides & devotio populi erga hanc ſanctam Reginam.

Paralytica cruribus mo-veri fibat, unctione ejus lampadis ſubito curatur.

Item alia, die aſſiſtit.

11 Mater ſoror Simoniſſa da Priſão, Religioſa profeſſa hujus monaſterii S. Claræ affirmavit, quod in ſua ſiniſtra natum fuit tuberculum quoddam in hebdomade majori Quadrageſimæ; quodque per ſpatium ſex menſium ei nequidquam applicuit plura medicamina, B a medicis atque chirurgis præſcripta; cum tandem illi decreverunt, tamquam ſupremo remedio, incidere tuber: quando ipſa nimium afflicta, devovit ſe magno animi ſenſu ac fiducia Reginæ, unxitque per aliquot dies oleo lampadis ejus; & tuber paulatim emollitum, detumuit & omnino diſparuit in menſe Septembri; liberaque ipſa & ſana remanſit. Item quod famula quædam monaſterii ejuſdem, nuncupata Maria Cordeira, habens & ipſa tuberculum, ſtatim ubi primum illud unxit oleo lampadis dictæ ſanctæ Reginæ, ſanatum fuit, prout Teſtis ab ea audivit; & audiverunt ab ea reliquæ hujus monaſterii Religioſæ: & ſimiliter Teſtis vidit miraculum, quod contigit in perſona matris Euphraſiæ, ipſumque retulit, prout ſupra relatum & teſtificatum eſt.

ac tertio i

aut non quarta, labore; ex mamilla.

15 Silveſtra Pires, uxor olim Emmanuelis Pires, cujus anima requieſcat; incola in burgo juxta palatia Reginæ ſanctæ & monaſterium Sanctæ Claræ, ubi nata & educata eſt, teſtis jurata ad ſancta Dei Evangelia, verum dicere promiſit. Interrogata autem ſuper contentis in termino ſuperiori, dixit, quod infirma admodum fuit, cum magno dolore in C altera mamilla, quæ valde intumuit & lac ejiciebat; eoque devenit, ut vellent medici illam ferro aperire: cum ipſa ſe obtulit Reginæ ſanctæ, & fecit in ejus laudem dici Miſſam, ſeque linivit oleo lampadis ejus; quod ubi primum fecit, per ſe apertus fuit tumor pectoris ſui, & ſana remanſit abſque alio remedio humano.

Curatur claudus;

13 Deinde dixit, quod ejus nepos natus fuit claudus pede, quem defectum ipſa Teſtis in eo detexit quatuor diebus, poſtquam natus fuit; quamobrem cum mater infantis mœrore afflicta eſſet msgnopere, Teſtis illam hortata eſt, ut devoveret infantem ſanctæ Reginæ; cui & obtulit Miſſam; qua celebrata, vitium claudi pedis curatum fuit in puero. Idem puer, cum provectæ jam ætatis eſſet,

ifem bibit ſua cum aqua hirudinem ſine noxa evomit.

bibit cum aqua hirudinem; ex quo acerbis torquebatur doloribus & copioſum vomebat ſanguinem. Hinc eadem Teſtis ejuſque neptis, commiſeratione tactæ, orarunt ſanctam Reginam flexis genibus magna cum fiducia: D ſtatimque birudo per os pueri exivit, & liber remanſit de tanto malo & labore per merita ſanctæ Reginæ. Addebat, quod de iſtiuſmodi miraculis plura alia, valde admiranda, audiverat narrari, quorum nunc non recordatur diſtincte. EX MSS.

CAPUT II.

Proſecutio miraculorum iſtiuſmodi.

PElonia Roiz vidua, uxor olim Franciſci Joannis, lapicidæ, incolens hæc palatia ſanctæ Reginæ, teſtis jurata, reſpondit ad interrogata, quod habuerit in capite ſuo tuber magnum, veluti caſtaneam, non ſine gravi doloris ſenſu. Videns autem, atque ex aliis quoque intelligens mirabilia, quæ ad invocationem ſanctæ Reginæ fiebant; quomodo quoslibet, quibuslibet morbis gravatos, ſanitati reſtituebat; ſeſe illi commendans atque devovena, venit ad ejus ſacellum & ſepulcrum; E obivitque ibi certa pietatis opera per dies undecim; atque inter orandum imponebat caput ſuum ſuper ipſum ſepulcrum ſanctæ Reginæ; ac ultimo die decidit ex capite ejus dictum tuber, quod manu accepit, & maximas Deo gratias egit, quod tantam gratiam & miraculum in ſua perſona operari dignatus fuiſſet.

Sanatur alius in capite,

15 Præterea depoſuit, quod ſimile tuber natum fuerit in pectore filiæ ſuæ virginis, magnos ei afferens dolores, cui ipſa ſualit, nulla ut adhiberet malo ſuo medicamina præter invocationem nominis ſanctæ Reginæ; in qua magnam fidem haberet, & procul dubio ſanitatem recuperaret: filia autem die quadam valde diluculo invocavit Reginam, uti juſſa erat; & continuo poſt, inclamavit matrem, uti ſibi opem ferret, quia tuber, quod habebat in pectore, ruptum erat. Et exinde ſana fuit. Dixit inſuper, quod alia ſua filia, habens verrucas ſeu clavos in pedibus ſuis, vovit ſanctæ Reginæ undecim dierum obſequium, & ſanitati reſtituta fuit tranſeundo ſub ſepulcro ejus. Item quod ipſa Teſtis habuerit unum panem, qui fuerat oblatus ad ſepulcrum ſanctæ Reginæ ex voto, quem inde accepit & ſecum portavit religionis ergo: quodque illum ſervavit anno integro, nec mucorem contraxit. Accidit autem, ut veniret quædam mulier ex oppido dos Carvalhais hujus diſtrictus Conimbricenſis in peregrinatione ad hanc ſanctam Reginam, cum magno dolore & anguſtia, emittens magnam copiam ſanguinis per iter. Teſtia illam vocavit, & partem ei dedit dicti panis, quam ægra maceravit aqua, aquam illam bibit, & ſtatim evomit hirudinem, cujus cauſa fluxum ſanguinis patiebatur, & ſanitatem recuperavit.

item . in pectore,

& in pedibus.

F *Siſtitur vomitus ſanguinis,*

16 Maria Cordeira, famula dicti monaſterii *a* teſtis jurata, dixit, eſſe verum, quod habuerit in dextra quoddam tuber magnum per aliquot annos, quando ſe tandem commendavit magna cum fiducia ſanctæ Reginæ; cumque eſſet quadam die nimis afflicta dolore, ſub veſperam lenivit dictum tuber oleo lampadis dictæ Reginæ; & ſta-

Manus, diu impotens operari, reſtituitur; a

A tim tuder ſubſidit atque diſparuit: remanſitque ex MSS. ipſa ſana & libera; quod pro miraculo habet, per ſanctam Reginam facto. Vidit quoque oculis ſuis religioſam Eupbraſiam, de qua ſupra, membris captam; ipſamque cum aliis portavit ad cancellos ſepulcri ſanctæ Reginæ ex lecto, ubi jacebat; quæ eadem die ſanitatem recuperavit.

Item alia. 17 Guiomara Cordeira, filia Annæ Pires, teſtis jurata, dixit ad interrogata, verum eſſe, quod habuerit tuber in ſua ſiniſtra, magnitudine unius nucis, quod ei magnum faſtidium & impedimentum afferebat, ita ut non poſſet aliquod ſervitium facere: quodque voverit undecim diebus ſingulare aliquod obſequium præſtare ſanctæ Reginæ; cum die tertia manum unxit oleo lampadis illius, quæ inde inflata eſt non ſine dolore: altera vero die vacua fuit a dolore & plene ſanata, nullo tuberis relicto veſtigio. Confirmavit, quod ſua ſoror, Maria Cordeira, teſtis ſupra nominata, habuerit ſimile tuber, & ſimiliter per ſanctam Reginam curata fuerit,

B *Pſoliasis, & verrucæ depellantur.* 18 Catharina Gil, vidua, uxor Joannis Locis, cujus anima requieſcat; incola in hoc burgo ſanctæ Claræ & palatiis Reginæ ſanctæ, teſtis jurata dixit, quod fuit valde infirma iſchiade, patiebaturque quotidie quindecim vel ſedecim diverſos paroximos, quibus a ſtatu mentis dejiciebatur ad tempus: quodque ſe commendavit magno pietatis ſenſu ſanctæ Reginæ; & ſanitatem recuperavit. Exinde vero, jam ab annis novem uſque ad præſens tempus, ſingulis fere diebus viſitat Teſtis ſepulturam Sanctæ, eique gratias agit pro tam inſigni beneficio, ſciens infirmitati ſuæ nulla medicorum remedia profuiſſe; ſolum autem ſibi profuiſſe oleum lampadis ſanctæ Reginæ, quo ubi primum linivit crus ſuum, ſtatim ipſa ſanitati fuit reſtituta. Dixit etiam Teſtis, quod quædam filia ſua, quæ habebat manus admodum yerrucoſas, ubi primum ſe obtulit ſanctæ Reginæ, curata fuerit, diſparentibus illico verrucis.

C *Vers, mente & rem uſu privata, ſibi reſtituuntur.* 19 Maria Paes, vidua, uxor relicta a Franciſco Vos, cujus anima requieſcat, lapieida, incolens jam dictum burgum S. Claræ & palatia ſanctæ Reginæ prope hoc monaſterium, dixit, quod cum morbi cujuſdam graviſſimi violentia, corpore ac mente debilitata, linguæ aliorumque fere omnium membrorum uſu deſtituta, nec non tota cæca eſſet, ita ut nihil videre poſſet, nec oculos aperire, liniverit illos oleo lampadis hujus ſanctæ Reginæ, ſeque ei religioſiſſime commendans, receperit omnimodam vacuitatem a doloribus atque infirmitatibus ſuis, ut & uſum liberum oculorum. Dixit quoque, quod hebdomade præterita, Dominica Martins, ſua vicina, dum eſſet membris corporis capta & loquela privata, uncta fuerit oleo lampadis dictæ ſanctæ Reginæ; & ſequenti die libera, ſana & incolumis apparuerit tota. Item dixit, quod dum Eliſabetha, uxor Antonii dal Poè, civis hujus civitatis, ſimiliter capta membris corporis ſui, in lecto jaceret per multum tempus; ſe obtulit & invocavit magna cum pietate ſanctam Reginam, & ſanata eſt. Teſtis illam vidit, adeo infirmam, uti ſupra dixit, jacentem in lecto; & poſtmodum ſanam in hac eccleſia hujus monaſterii; ad quam venit inſtar peregrinantis ad ſanctam Reginam.

D 20 Druſiana de Medeiros, ſacriſtana *b* capellæ Reginæ ſanctæ, habitans in circuitu hujus monaſterii S. Claræ, teſtis jurata dixit, quod quatuordecim abhinc annis inſervit capellæ hujus ſanctæ Reginæ; quodque illo tempore vidit notabilia admodum miracula, facta in cæcis, claudis, ſurdis, membris captis, ac laborantibus infirmitatum generibus. Inter hæc ſunt, quod vir quidam oppidi Dalonſam, ſub rotis carri onuſti contritus fuit, fractis oſſibus; cujus uxor illum devovit ſanctæ Reginæ, unxitque oleo lampadis ejus, & omnino ſibi reſtitutus eſt: qui & conſuevit deinde quot annis huc peregrinari cum uxore ſua ad ſepulcrum ſanctæ Reginæ, atque undecim dierum obſequium ei perſolvit. Præterea affirmavit Teſtis, quod quidam homo ex oppido Averio venit ad dictam capellam, ferens manum valde inflatam, & parte jam exeſam a ſpina venenata, in quam offenderat; nec poterant ei mederi chirurgi & medici. Is igitur oblivit manum oleo lampadis dictæ ſæpius Reginæ, abiit domum ſuam, & per iter inſpiciens manum, invenit ſpinam inhærare panno, è manu extractam; & ſic liberatus fuit omni periculo.

b *Curationes plures, ſere per oleum lampadis obtentæ,*

ab homine oleribus ſub curru oneſto,

ab helminthibus manum & brachium, venena ejus vehentibus;

E 21 Item dixit, quod mulier, oriunda ex loco, nuncupato Mons major, venit ad dictam capellam, habens brachium ex morſu viperæ tumidum valde: quæ, ut primum levit oleo brachium in puncto morſus, repente ſanitatem recuperavit. Item quod alius incola oppidi da Veiro, venit ad hanc ſanctam Reginam, in peregrinatione male habens ex pede luxato cum gravi dolore; qui coram Teſte illum unxit oleo lampadis: ac die ſequenti oſtendit eidem reſtitutum pedem & recte ambulabat. Item vidit Teſtis, qualiter quædam Maria de Beja *c*, uxor Georgii Barbola, hujus civitatis, ad hanc capellam portata fuit ab aliis in peregrinatione, quaſi omnino capta omnibus ſuis membris; & in capella pernoctavit, liniens ſe oleo lampadis; ac poſtera luce apparuit toto corpore curata. Dixit item: Duobus abhinc annis venit huc quædam mulier ex oppido Dancæa, muta, & omni prorſus loquendi facultata privata, captaque membris ſuis: quæ poſita ante ſepulcrum Reginæ, clamavit, qua potuit, muta vociferatione, aſpiciendo & indicando lampadem, cum Teſtis oleo lampadis livit os & guttur infirmæ, quæ incontinenti incepit loqui, & libera ac ſana fuit ab omni infirmitate ſua.

a mulier paralytica.

F

& muta.

22 Dixit etiam, quod alius ex oppido Averio eodem venit in peregrinatione ſub feſtum S. Bartholomæi anno præterito, habens magnum tumorem in ventre, cui medici remedium ſalutis dare non potuerant, ſeque unxit dicto oleo; & die ſequenti fuit excitatus a ſomno ſine ullo tumore aut malo aliquo. Item quædam creatura *d*, rure nata, fuit huc adducta, toto capite leproſa, & uncta fuit oleo prædicto: & poſt paucos dies totum caput ejus extitit mundatum. Cæterum affirmavit Teſtis, quod tribus ab hinc hebdomadibus cecidit ipſa ex alto & fregit tergum, unde magnum percipiebat dolorem, & non poterat

ab habente tumorem in ventre,

& leprum in capite; d

ab ipſa teſta ex lapſu graviter læſa dorſo;

A poterat incedere ; nec medici afferebant lenimen. Cum tandem, utut potuit, acceſſit ad mundandum capellam ſanctæ Reginæ, invenitque ſuper imaginem ejus flores ſiccos, quos in pulverem redegit, ſeque unxit oleo lampodis, & deſuper poſuit dictos pulveres, & ſanitatem recuperavit. Denique dixit, quod ultra hæc miracula, vidit & audivit plurima alia, de quibus ad præſens non recordatur. Ceterum affirmavit, quod cum haberet filium ſuum ætatis unius anni, admodum infirmum oculis, quos habebat quaſi reflexos, ex quibus & ſanguis manabat cum cæcitate, Teſtis filium ſuum poſuit ſuper ſepulturam hujus ſanctæ Reginæ, ejuſque oculi fuerunt compoſiti in die ejuſdem ſanctæ Reginæ & fuit ſanus *e*.

& a filio ejus, ſanus poſtea.

ANNOTATA.

a *Hæc eſt illa famula, de qua, abſque nomine, depoſuit Helena de Meneſes, Abbatiſſa, num.* 4. *idem miraculum referens.*

b *Hæc illa eſt Sacriſtana, ad quam num.* 6. B *provocavit jam dicta Abbatiſſa.*

c *De eodem, ejuſque curatione etiam depoſitum eſt ſupra, num.* 6.

d *Per* Creaturam *intelliguntur hic Luſitani æque ac Itali infantem, ſeu maſculum, ſeu ſeminam.*

e *Nota etiam, quod in hiſce miraculis nonnulla ſemel iterumque repetantur, a diverſis nempe teſtibus. Sic curatio ſubitanea Euphraſiæ monialis a diuturna paralyſi, refertur primo ab Helena de Meneſes, Abbatiſſa monaſterii, num.* 3. *Idem, & alia, per dictam Abbatiſſam depoſita, confirmat Ambroſia Regum, monaſterii ejuſdem Vicaria, æque ac illa, Teſtis de viſu, num.* 7. *Deinde Euphraſia, in qua miraculum factum fuerat, id ipſum de ſe teſtatur num.* 10. *Et confirmat ſoror Simoniſſa num.* 11. *in fine.*

Sic tuber in manu Simoniſſæ ſanctimonialis enatum, & curatum oleo lampadis, narratur a prædicta Abbatiſſa, num. 4. *& diſtinctius ab ipſa Simoniſſa, num.* 11. *ubi ſe cognominat* de Priſao ; *priori loco dicta* Botelha ; *unde, neſcio. Certum tamen eſt ex omnibus circumſtantiis, eamdem Simoniſſam eſſe.*

C *Similis curatio tuberculi in manu cujuſdam ancillæ dicti monaſterii per oleum lampadis, refertur num.* 4. 11. *&* 16. *Ultimo loco deponit ipſa ancilla de ſe, & vocatur* Maria Cordeira: *primo autem loco anonyma eſt.*

Maria de Beja, vidua, omnibus membris diu captæ, curata dicitur num. 6. *&* 21. *Fortaſſis & alia ſunt, quæ repetantur aut confirmentur ab aliis.*

COMPENDIUM VITÆ,

Ab Auditoribus Romanæ Rotæ ex proceſſibus collectæ.

EX præmiſſis, Vita antiqua ſanctæ Reginæ, miraculis, teſtium juratorum depoſitionibus; aliiſque, e Luſitania allatis Romam, legitimis monumentis, ibique per deputatos ad hoc Conſultores ac Theologos atque Auditores Rotæ, uti fit, diſcuſſis ac rigide examinatis, per Eminentiſſimos quoque S. R. E. Cardinales approbatis, collectum tandem fuit compendium rerum præciarum ac probatarum, per tres Rotæ Auditores, Joannem Bapt. Coccinum, Alfonſum Manzanedum & Jacobum Cavalerium. Quod compendium, præter res ipſas, habet etiam citationes locorum, ubi in Proceſſibus probatæ fuerunt. Inde porro aliud compendium brevius extractum eſt: quod citationibus prætermiſſis, aliiſque nonnullis, cautmus oratione ſeu omnem dilucide proponit. Utrumque compendium habeo præ oculis, alterum manu ſcriptum, alterum typis vulgatum Romæ, recitatum coram Urbano PP. VIII. a Franciſco Maria a Monte, Epiſcopo Oſtienſi, Collegii Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Decano, die 3. *Januarii anno* 1623. *non diu ante ſolemnem Eliſabethæ noſtræ canonizationem. Hoc præ illo edendum nobis hic ad poſteritatis memoriam cenſemus, prout Romæ impreſſum fuit, titulis tamen, qui illic textui inſeruntur, ad marginem rejectis. Ex titulum præſimmarem.* D Ex 1466

RELATIO

FACTA IN CONSISTORIO E

SECRETO CORAM S. D. N.

URBANO PAPA VIII.

A FRANCISCO MARIA

EPICOPO OSTIENSI

S. R. E. CARD. A MONTE,

DIE XIII. JANUARII MDCXXV.

Super vita, Sanctitate, actis Canonizationis, & miraculis piæ memoriæ beatæ Eliſabethæ, Luſitaniæ Reginæ.

INDUCTIO RELATIONIS. F

SAnctitatem in regno, quaſi gemmam in auro Beatiſſime Pater, ſapientes rerum æſtimatores jure ſuſpiciunt; qui probe norunt, & ſocietatem ejuſmodi tam præclaram eſſe, quam raram. Ut enim Veritatis æternæ vox eſt, quovis certior oraculo; difficilis atque anguſtus eſt aditus in cælum iis, qui nimis late poſſident terram. Quod ſi ad faſtum & pompam Regiæ Majeſtatis, feminei ſexus accedat natura, plus nimio proclivis in vanum formæ ſtudium, & levem pulchritudinis ambitionem; vix ullus relinquetur ſanctimoniæ locus. Atque adeo ſi quæ ſit femina, regio ſplendore conſpicua, quæ fulgeat etiam claritate virtutum, appellari merito poteſt, cæleſte prodigium. E cælo quippe detur, neceſſe eſt, quod tam difficile reperitur in terris. Neque alius quiſquam ſanctitatem Regibus, quaſi novam coronam imponere, aut debet aut poteſt; niſi Rex ille Regum, in cujus manu cor Regis eſt, & per quem Reges regnant. Hic inter alias feminas, nobiliores virtute, quam genere, in quibus dare ſpectaculum voluit mundo patientiæ ſuæ, Beatam Eliſabetham, Luſi-

A Lusitaniæ Reginam, elegit: ut humanum ge-
ex mss. nus doceret exemplo suo, posse unum caput corona duplici nobilitari; altera majestatis in terris, altera sanctitatis in cælo. Quod geminum decus in Elisabetha statim agnoscet, qui res ab ea, tota vita præclare saoacteque gestas, voluerit intueri.

2 Hæc sane Regina adstitit, si minus a dextris, saltem ante conspectum Dei in vestitu deaurato, circumdata varietate. Quid enim aliud fuit ejus ætas universa cum summa morum integritate atque innocentiæ laude transacta; quam aurata quædam vestis, quæ non solum oculos animosque mortalium in sui contemplationem admirationemque rapiebat; sed ipsos etiam cæli cives, ipsum rerum omnium parentem ac moderatorem Dei, ad tam singulare spectaculum invitabat? Quid tam multæ, tam variæ, tamque insignes animi dotes atque virtutes, quibus anima illa puríssima fuit a teneris exornata; quid, inquam, erant aliud nisi gemmæ pellucidæ, pretiosique lapilli, quorum varietate circumdata, cælesti Re-
B gi pulcherrimum sui specimen dedit? His illa conspicuis cælo terræque prænitens ornamentis, non Lusitaniæ modo, in qua tanta cum sanctimoniæ laude regnavit; non Hispaniæ, cujus e nobilissima provincia Aragoniæ felicem nacta est hujus lucis usuram; sed Christiano cuilibet regno proposita fuit a supremo rerum Principe Deo, tamquam numeris absolutum omnibus Regum exemplar. Ab illa discent, qui sceptra moderantur; quanto plus religioni tribuendum sit ac Deo, quam privatis aut publicis utilitatibus; quanto comparanda sit studio, Principes inter, pax atque concordia; quam pie gubernanda sit etiam Regia familia; quanta exhibenda sit egentibus liberalitas; quam humaniter ac benigne populi complectendi. Nulla denique laus regalis ac virtus in hac Principum Christianorum idea desideratur.

3 Unum tantum desiderari videtur, non tam ad hujus absolutionem imaginis, quæ divinæ dexteræ ductibus, variis virtutum coloribus jam olim fuit expressa; sed ad religio-
C sissimam Catholici Regis petitionem, ad commune totius Lusitaniæ votum, ad publicam principum utilitatem, ad Christiani nominis gloriam ac splendorem: ut ipse, Beatissime Pater, qui Dei vices apud homines geris, & hominum causas agis apud Deum, beatam hanc Reginam in Sanctorum numerum, usitatis Ecclesiæ cæremoniis, referre non dubitea. Quem ad finem de vita, sanctitate & miraculis hujus beatæ Reginæ, juxta sacros canones, inquiri, pro sua benignitate jussit Sanctitas Vestra. Quapropter fabricatis de more necessariis processibus, illisque per deputatos idoneos viros mature discussis; in eo statu versari nunc hujusmodi causa censetur, ut legitime instructa videatur. Jussu igitur Sanctitatis Vestræ coram ampliss. sacro Senatu statum illius brevissime relaturus, ordine tripartito sic illum exponam.

4 Primo loco beatæ Reginæ vitam integerrimam, ac mortem sanctissimam explicabo.

Secundo, præclaras illius virtutes.

Tertio, insignia per eam, tam viventem, quam mortuam, patrata miracula; & res in D causa gestas.

Quæ tria si satis Vestræ Sanctitati probata fuerint; postremum caput recensendum decreverit; reliquum erit, rogatis de more singulorum Reverendissimorum Dominorum meorum sententiis; quid pro Dei gloria, & Catholicæ Fidei exaltatione magis expediat, deliberare ac statuere.

RELATIONIS PARS PRIMA.

DE VITA REGINÆ.

REgium genus ab utroque parente traxit Elisabetha. Pater ei fuit Rex Aragoniæ *Genus Elisabethæ*, Petrus, Jacobo Rege natus, & Violantia Regis Hungariæ filia. Mater Constantia, Mansfredi Siciliæ Regis filia, Frederici Secundi E Imperatoris neptis. Nata est Elisabetha anno a Virginis partu MCCXXI. Prodiit autem ex utero genitricis, iis (præter morem) undique involuta membranis, quas secundas appellant; quod fortasse prodigium cælitus datum fuit, quasi futuræ modestiæ verecundiæque præsagium. Recens a partu, ad Regem Jacobum avum allata, atque ab eodem ad sextum ætatis annum Christiania moribus imbuta fuit: de qua ille prædicare, ac pene prædicere solitus erat: neptem illam, atque alumnam suam, seminatum omnium optimam clarissimamque futuram, quæ ex Aragoniorum Regum stirpe natæ unquam fuissent. Ex *educatur*; humanis erepto Jacobo Rege, sexennis puella reducitur in patris domum. Ibi, quam ab avo didicerat, prosecuta est integerrimæ vitæ rationem. Pueriles ludos, ornatum corporis, voluptatum delicias fugiebat. Divinis precibus, ciborum abstinentiæ, caritatis operibus impense vacabat: ut Pater ipse fuerit solitus affirmare, suarum rerum, ac regni felicitatem F Elisabethæ virtutibus ac meritis apud Deum, acceptam esse referendam. Ubi vero plenia jam annis nubilis fuit, ob egregiam tantæ virtutis famam late vagantem, a pluribus Christianorum Principum filiis per crebras legationes ac litteras postulata in matrimonium est. Vicit unus ex omnibus Lusitaniæ Rex *nuptiæ*, Dionysius, Alphonsi Tertii filius; cui regiis & christianis ritibus nupsit Elisabetha anno partæ salutis MCCLXXXII. Ejus discessum ægerrime tulit Parens, cum diceret lacrymabundus, abstrahi a se rem omnium charissimam & pretiosissimam.

6 Nuptiis maximo cum apparatu, &, qua *studium pietatis in Deum* Reges decebat, pompa, celebratis, Elisabetha ætatis anno decimo septimo Constantiam peperit: vicesimo vero, regni heredem Alfonsum. Interim illa non minorem excolendis virtutibus, quam liberis educandis, dabat operam; viro placere studens, sed magis Deo. In sacris precibus assidua, frequens ad rem divinam erat; ubicumque versaretur, sacellum habebat religiose ac magnifice orna-

A ornatum, ſacerdotibus, ſymphoniacis, aliiſque ſacris miniſtris inſtructum. Ibi ejus erat requies; ibi fere ſemper habitabat. Humanitatis vero, manſuetudinis, ac providentiæ laude omnium ſibi animos demerebatur. Cum vero Dionyſius Rex annos aliquot cum illa conjunctè integreque vixiſſet; vel ætatis flexu, vel flagitiolorum conſiliis, & quibuſdam quaſi voluptatis injuſtæ præſtigiis faſcinatus, animum ac voluntatem ab ea cœpit avertere, nullo ipſius merito: atque ad alias amorem tranſtulit mulierculas, a quibus ſingulis ſingulos liberos, ſeptem nempe, ſuſcepit. Hæc ab aliis aliiſque nunciis accipiens Eliſabetha, tam palmarem injuriam, tam patienter ac moderate tulit, ut admirationi omnibus eſſet, imo pueros ipſos, aliunde Regi natos, educavit pro ſuis, & diligenter ad omnem laudem inſtitui curavit. Quibus excelſiſſimæ ac Deo plenæ mentis indiciis victus, ac mutatus in meliorem frugem Dionyſius, reliquum tempus cum uxore caſte ſanctoque traduxit.

& moritum, aliquem ei injuriam.

B 7 Interea componendis Principum, aliqua ſibi affinitate junctorum, diſſenſionibus, ut multum operæ poſuit Eliſabetha, ita plurimum gloriæ reportavit. Ac primo quidem ortum inter Dionyſium Regem, & ejus fratrem Alfonſum, grave diſſidium, vel potius apertum bellum, copiis utrimque coactis, & univerſa ferme Luſitania pro diverſis partibus armata; ſedavit ac diremit amantiſſima pacis Regina, fuſis ad Deum precibus, ac votis aſſiduis; adhibitis Antiſtitibus ac principibus viris; ſuis poſtremo ad utrumque adhortationibus, atque obſecrationibus ſæpius interpoſitis. Deinde vero non minore induſtria, ut ceſſarent mota jam arma ab Rege Dionyſio in Ferdinandum puerum, Caſtellæ Regem, ejuſque tutores. Tum graviſſimæ aliorum Principum affinium diſſenſiones pacatæ, quæ ruinam univerſæ Hiſpaniæ ſecum trahere videbantur: ſed nulla glorioſior, ac magis neceſſaria conciliata pax ab Eliſabetha, quam cum Dionyſius parens, & filius Alfonſus, pluſquam civilia inter ſe bella ſuſcepiſſent.

amor pacis conciliando

C 8 Iratus enim Dionyſius ob arrogantiam filii, qui ſtipatus ſacinoroſis hominibus, patris auctoritatem atque imperia contemnebat, atque ipſum regno dejicere velle videbatur, eum opprimere ſtatuit ex improviſo. Ad omnes vias poſuit cuſtodes, ne quis ad Alfonſum periculi nuncius perveniret: tum armari milites juſſit, & expeditos proficiſci ſecum contra filium; ut juſtum de illo, ſed acerbum ſupplicium ſumeret. At Eliſabetha, rei facta certior, multos diverſis itineribus nuncios clam dimiſit, qui ſignificarent filio, ſummum, in quo erat, diſcrimen; monerentque, ut iram patris effugeret. Ipſa interim Sacris pluribus, ob eam rem fieri juſſis, precibus & lacrymis expoſcebat a Deo, ut tantum a viro, a filio, a regno malum averteret. Ejus itaque diligentia ac pietate factum eſt, ut ſaluti ſuæ conſulens filius, ex eo loco digrederetur, ubi opprimendus erat a patre. Ad matrem vero ſe conferens, pro tanto beneficio maximas egit gratias. Illa verbis, monitis, precibus contumacem Alfonſi animum infringere aggreſſa eſt: ſed fruſtra; nam his nihilo melior factus, aut ſedatior, ſceleratum parare cœpit in patrem bellum. Pater, & facinoris indignitate commotus, & ſtimulatus ab aliis, omnem quærebat viam ad impietatem filii vindicandam. Exulcerabant hæc animum Eliſabethæ; quæ ſummopere cupiebat, ac poſtulabat a Deo mitiorem viro mentem, filio ſaniorem.

bonum diſſidentis

D *EX MSS.*

9 Non tamen deſuere, qui eam apud Dionyſium nimiæ caritatis in filium, & indulgentiæ muliebris accularent: atque adeo ſegregandam illam dicerent, & ademptis caſtellis, in liberam cuſtodiam tradendam, ne qua filium ope juvaret. Aſſentitur iis Dionyſius; amandat Eliſabetham; bonis fere omnibus ereptis, vetat egredi ſtatuto loco. Ne verbum quidem illa contra viri acerbum imperium dixit: ſtatimque paruit; &, reclamantibus aliis, moderata eſt. Interea Alfonſus expugnandis, atque in ſuam poteſtatem redigendis urbibus; Dionyſius iis, quæ a ſuis poteſtate E deficiſſent, diruendis atque evertendis; uterque in Luſitania miſere devaſtanda, opes omnes operamque ponebant. Quo tempore beata Regina religioſiſſimis quibuſque feminis, undique ad ſe convocatis, cum iis tota erat in jejuniis, precibus, lacrymis, aliiſque piis operibus, ad exorandum Deum, ut impendentem ruinam cæleſti aliqua ope ſubmoveret. Ubi vero audivit, bellum vehementibus utrimque odiis inflammari magis in dies, neque extingui poſſe quodammodo, niſi vel viri vel filii ſanguine, civium ſtrage, civitatum excidio; continere ſe non potuit, quin ſua ſalute, ſuorum incolumitati poſthabita, e cuſtodia convolaret ad caſtra; virum obſecraret, filium obteſtaretur, cum utroque per Principes viros ageret, lapidem omnem moveret, ut patris in gratiam filius reconciliaretur. Conceſſum tandem eſt magis divino munere, quam humano, quod Eliſabethæ pia ſedulitas merebatur; ſed non diuturna fuit illa concordia.

illum:

Maritum & filium ad rebellan.

10 Cum enim contra voluntatem patris, Alfonſus ad urbem Scalabi (vulgo Sanctarenum) accedere inſtructo agmine conaretur, obviam illi cum exercitu proceſſit Dionyſius. Ergo armatas acies contra filium pater direxerat: datum utrimque fuerat belli ſignum: F concurrebant ex utraque parte cognatis armis milites: ventum erat ad manus: cum Eliſabetha tam novæ indignitatis admonita, ſine famularum comitatu, ſine cultu, raptim accurrit: interponit ſe inter virum & filium; non a telis ultro citroque jactis deterrita, non a ſuæ vitæ periculo retardata; filium adhortationibus morigerum patri, virum obſecrationibus placatum filio reddit: utrique vitam, utriqua ſalutem reſtituit, propemodum deſperatam.

pacificat cum vita ſua periculo.

11 Filiam habuit, ut injtio dictum eſt, Eliſabetha Conſtantiam. Hanc ut ſolarentur ob mortem viri Ferdinandi, Caſtellæ Regis, adiit cum uxore Dionyſius. Secuta Reginam eſt Urraca Vaſchia, ejus familiaris; quæ cum ſubitis, acerrimiſque doloribus cruciaretur, Eliſabetham rogavit, ut illius mali ceſſationem fuſis precibus impetraret a Deo. Qravit: impetravit. Cum vero, Conſtantia e vivis erepta, Regina Olyſſiponem iret cum Dionyſio; ab ignoto quodam Anachoreta monita eſt, ut pro filia, quæ purgante igne torque-

Filiæ defuncte animum

ſacrificiis & precibus explat.

A quebatur, unius anni ſpatio quotidie ſacrum
EX MSS. fieri per integrum caſtumque ſacerdotem curaret. Id enim ſe in ſomnis ab ipſa Conſtantia cognoviſſe, dicebat. Fabula videbatur aliis. At Regina, de viri conſilio, filiæ voluntati morem geſſit: quæ exacto jam anno videndam ſe per quietem præbuit matri, e cruciatibus in æternam felicitatem tranſeuntem.

Mariti mors & mœrori habitus.

12 Jam vero Dionyſius, ætate gravis, & imbecilla valetudine affectus, in morbum incidit. In quo vel maxime nituit conjugalis Eliſabethæ caritas, aſſiduitas, diligentia: non uxorem præſtabat ſe, ſed ancillam: adeo in rebus demiſſe aſſidueque miniſtrabat. Igitur annum agens ille ſexageſimum quartum, omnibus rite peractis, quæ vel Chriſtianum hominem, vel prudentem Regem decebant, exceſſit e vivis anno a Chriſto nato MCCCXXV. menſe Januario; cum ſex & quadraginta regnaſſet annos. Ex hoc obitu, ſui jam facta
B juris Eliſabetha, annum agens quartum ſupra quinquageſimum, ſtatim atque vir mortuus eſt, in cubiculum ſe recepit cum una a carioribus ancillis: ibique ab ea ſuſcepit, cum eximio animi ſenſu, veſtem, aliquot annis ante præparatam, religioſarum Virginum propriam: tum rudi funiculo præcincta, candido linteo caput velavit: hoc habitu proceſſit in publicum ante viri cadaver. Proſecuta deinde eſt ſolenne funus cum pari laude conjugalis amoris, & pluſquam feminæ ſortitudinis, ad vicum uſque Odivellas prope Olyſſiponem, in templum Ciſtercienſium Virginum, S. Dionyſio dicatum, atque ab Rege Dionyſio ædificatum; ubi Regis ejuſdem corpus, ex ipſius teſtamento, cum præclaro funeris apparatu ſepultum eſt.

Peregrinatio Compoſtellana.

13 Ex eo tempore beata Regina pro mariti anima ſuas preces, lacrymas, jejunia, pœnas alias, ſponte ſuſceptas, offerens, aliorum obſecrationes & ſacrificia frequenter aſſidueque juſſit offerri. Quin etiam ad Compoſtellanum S. Jacobi templum, ætate Regis obitum conſequente, ſe contulit; illudque procul aſpiciens, deſcendit in terram, ac pe-
C dibus itineris reliquum confecit. Obtulit ad eamdem diem pretioſiſſima munera; coronam gravi pondere, multis, & magnis gemmis illuminatam; veſtes pennis pulcherrimis, margaritis, & lapillis incentibus diſtinctas; undulata peripetalmata, acu picta; pocula ex argento prægrandia; mulam, aureo, argenteo, gemmeo inſtrumento præclaram; pontificalem denique ſacrorum ornatum, numeris omnibus abſolutum. Ingentes vero pecunias, partim in templi ſumptus obtulit, partim egentibus diviſit. Peractis omnibus religionis officiis, Compoſtellanus Archiepiſcopus proficiſcenti ſcipionem dedit & peram; piæ peregrinationis inſignia, ipſi longe cariſſima. Sub anni finem ad anniverſarias Dionyſii exequias, ejus adivit ſepulcrum cum Alfonſo filio, ubi magna ſacerdotum & monachorum frequentia, juſta funebria Regi magnifice inſtaurata ſunt.

Converſatio cum monialibus S. Claræ.

14 His rite peractis, Regina domeſticas omnes opes, vel in ſacros uſus convertit, vel aliis diſpenſavit. Ipſa ſolitudini, jejuniis, precationibus vacare impenſius cœpit. Sacrarum Virginum domum prope Conimbricam, S. Claræ nomine ædificandam ſummo ſtudio curavit: ædes etiam ſibi aliquas ſecus eum locum poni voluit, ut facilior & brevior eſſet ad Parthenonem trajectio; cujus pro voluntate ingrediendi, ac famularum Chriſti dulciſſima conſuetudine fruendi, poteſtatem a Summo Pontifice impetrarat. Publicas, & privatas identidem ad eas adhortationes habebat. Ex illo numero & S. Claræ familia, quinque apud ſe feminas, integritate conſpicuas, habebat aſſidue, eum quibus religioſam extra clauſtra degebat vitam. Quamquam enim Deo ſe conſecrare inter ſacras Virgines habuerat in animo; a prudentibus tamen æſtimatoribus rerum, datum ei potius conſilium fuit, ut ad majorem omnium utilitatem, publicam illam perſonam ac dignitatem retineret. Omnibus igitur una præſto erat opibus, conſilio, auctoritate, quacumque alia re juvare poterat. *Ædificia aliquot extruuntur.* In ædiculis prope memoratum Parthenonem, quindecim egentes viros, ac totidem feminas
E ſibi vicinas, ali perpetuo certis ſumptibus juſſit: Sacerdotemque proximum cum ſacello, & cœmeterio conſtituit, qui ſacrum iis præſentibus quotidie faceret, & ſolennes omnium horarum precationes concineret. Interea Caſtellæ Regem Alfonſum, nepotem ſuum, audiens alterius ab uxore feminæ conſuetudine teneri, eum adivit, ac fidem ab illo extorſit, honeſtius in poſterum vivendi. Plurimum exinde temporis atque operæ impendit in eo divæ Claræ cœnobio perficiendo, amplificando, exornando; in quo ſuas omnes contineri delicias axiſtimabat. Quo die primum in nova cœnatione Moniales diſcubuerunt, miniſtravit eis Regina cum ſua nuru Beatrice, Regina, raro chriſtianæ demiſſionis & caritatis exemplo.

Munificentia in ſuos.

15 Anno vero MCCCXXXIII. Conimbricæ Regina commorante, ingens annonæ caritas ac fames eam urbem vexavit. Enituit tunc, ut cum maxime, B. Eliſabethæ caritas in omne hominum genus; adeoque liberalem ſe cunctis præbuit, ut ab opum adminiſtratoribus admoneretur, ne ob alienorum opitulationem ac ſuſtentationem nimia aſſiduam, ſibi poſtmodum
F ſuiſque deeſſe cogeretur; ſed illa, Deo freta, *Iterata peregrinatio ad S. Jacobum.* anguſtos aliorum animos reprehendit. Cum vero jam ad quartum & ſexageſimum annum perveniſſet, S. Jacobi templum inviſere iterum voluit: quod tamen eſt maxime mirum, ac minimum credibile videtur; tantum ſuſcepit itineris, femina id ætatis, & Regina, paucis comitata, mutato veſtitu ignobilis, imo ſua ſarcina gravis, per vicos & domos mendicans, pedibus & ivit, & rediit. Sed jam tempus erat, ut e terris, ubi peregrinata diutius illa anima fuerat, remearet in cælum, patriam ſuam.

Dum paci componendæ operatur.

16 Ergo, cum ad ſedandas Alfonſi filii cum Caſtellæ Rege nepote diſcordias, ad oppidum Eborenſe, Stremotium appellatum, (ubi tunc filius verſabatur cum conjuge) ſe contuliſſet; partim ætatis imbecillitate, partim itineris defatigatione, in morbum incidit, qui ſupremus illi fuit: & quamquam filii ac nurus aſſiduitate, diligentiſſime curaretur; inanis tamen omnis cura fueceſſit. Jam anim illa vocabatur a Deo, Deiqua Parente; ut illud præmonſtraſſe videtur, quod paulo ante ſupremum diem evenit. Nam

præ-

A præſentibus multis, ac nuru præſertim, nihilque videntibus: Filia, filia, exclamavit, concede quæſo, locum illi mulieri. Cui mulieri? Reſpondit nurus, admirans. Illi, inquit, quæ amictu candido venit ad nos. Jam vero morti ſe proximam intelligens, divinis myſteriis, ac ſupremis Eccleſiæ Sacramentis ſeſe ſanctiſſime munit; ut piæ vitæ religioſa mors optime reſponderet. Poſtquam autem cum Alfonſo neceſſariis de rebus regni colloquuta aliquantulum eſſet; a filio, quam relinquebat, ad cæleſtem converſa Parentem, quam adibat, ſupremis & ſolennibus iis vocibus illam compellavit:

pia mortis.

Maria Mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu me ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.

Deinde Fidem ex Apoſtolorum ſymbolo profeſſa, traditam a Domino precationem, aliaſque recitavit, voce paulatim ac ſenſu deficiente: donec animam Auctori ſuo reddidit; ita compoſito corporis habitu, ut non tam periiſſe, quam obdormiſſe videretur in Domino.

B In hunc modum beata Regina vitam integerrime traductam ſanctiſſima morte coronavit, quarto Nonas Julii, anno a Chriſto nato MDCXXXVI, ab ipſius beatæ Eliſabethæ ortu LXV.

RELATIONIS

PARS SECUNDA.

DE VIRTUTIBUS.

ETſi tota vita ſanctorum hominum perpetua quædam eſt exercitatio virtutum, atque adeo illa cognita, hæ debent eſſe perſpectæ: par eſt tamen ad eorum clarius agnoſcendam ſanctitatem, virtutes ſingulas diligentius contemplari. Quæ igitur in beata Regina præſtantis animi dotes præcipuæ floruerunt, per RR. PP. Rotæ Auditores confirmatæ, & per Sacrorum Rituum Congregationem legitime comprobatæ fuerunt, hæ potiſſimum numerantur.

C

18 FIDES. Quantum hac prima Chriſtianæ religionis virtute præſtiterit beata Regina, nemini poterit obſcurum eſſe, qui reputaverit animo, eam primo a Chriſtianis & Catholicis Regibus ortam fuiſſe; qui toties noſtram fidem contra perfidos hoſtes, contra Saracenos & Barbaros fortiſſime defenderunt. Deinde ſacris illam aquis ablutam, & aliis Eccleſiæ myſteriis rite munitam, ſemel ſuſceptam fidem conſtanti animo ad extremum uſque vitæ ſpiritum retinuiſſe: ac poſtremo jam ex hac vita migraturam, intermortuis vocibus perfectum illud Fidei compendium ab Apoſtolis concinnatum, recitaſſe: quæ omnia meruerunt, ut Eliſabetha ſemper ab omnibus habita fuerit ſacroſanctæ fidei non excultrix modo religioſiſſima, ſed etiam ſtrenuiſſima propugnatrix.

19 Enituit etiam hujus Fidei ſplendor e piis illis operibus, quibus beata Regina tantopere fuit omni tempore vitæ conſtanter addicta. Li- D
et enim Fides, ex Theologorum ſententia, in mente & cogitatione præcipue ſita ſit; ut ea tamen juvet, opus habet operibus, Fidem confirmantibus, ſine quibus mortua eſt, ut Jacobus Apoſtolus pronunciavit. Qualis igitur, & quam vivida in illa fuiſſe Fides dicenda eſt, cujus univerſa vita bonis operibus conſecrata fuit? Integri dies in divino cultu ab ea traducebantur, præſertim poſt obitum viri. Nam de multa nocte vigilans cum feminis, piorum ſtudiorum ſociis, matutinis precibus recitandis vacabat. Diluculo ſacrum fieri jubebat in ſuo cubiculo. Inde in publico ſacello cum omni familia intererat alteri ſacrificio, quod cum lugubri cantu fiebat pro demortuo Rege ac marito. Tertium denique ſacrum, ejus diei proprium, coram ſe ſupplice volebat celebrari. Divini officii reliquas Horas poſtea peragebat. Tum ad juvandos alios, vel re, vel verbis, incumbebat. Inde ad ſeſe colligendam, vel contemplationi, vel ſacri cujuſpiam libri lectioni ſe dabat. Ad ſeram poſtremo noctem divinas res mente pertractabat, eum incredibili ſenſu voluptatis, & E
dulcium copia lacrymarum. Ut jam tum totos dies non terræ, ſed cælo vivere videretur.

20 Ejuſdem Fidei excellentiam tunc beata Eliſabetha præ ſe tulit vel maxime, cum graviſſimis vexata calamitatibus, & rerum adverſarum jactata tempeſtatibus, rectum tamen tenuit curſum pietatis in Deum. Et præſertim cum a viro Dionyſio Rege, feminis aliis in amore poſthabita poſt conjugium; cum ab eodem relegata in liberam cuſtodiam, periculoſiſſimo tempore; cum tot ſuorum vidit, & deflevit in univerſis Hiſpaniæ regnis diſſidia. Quibus omnibus acerbiſſimis caſibus, in ejus vitæ narratione commemoratis, concuti quidem ipſa potuit atque percelli; de recta vero mentis ac fidei ſtatione deturbari non potuit.

21 SPES. Non alium ſibi proponere viſa eſt beata Regina ſcopum, in quem omnia ipſius vota collinearent; niſi illum, qui non confundit, nec deſerit ſperantes in ſe. Hinc factum eſt, ut in quibuſcumque periculis, ac neceſſitatibus nihil haberet antiquius, quam ad ſacras preces, F
ad pia ſacrificia, ad jejunia, ad voluntarias pœnas; uno verbo, ad divinam opem implorandam confugere. Cumque in regio collocata faſtigio, rebuſque circumfluens omnibus, quibus humana inhiare ſolet ambitio, in iis ſpem ſuam collocare potuiſſet, ut plerique mortalium faciunt; ſtatuit illa, non in principibus, ac principatibus, non in copia divitiarum, non in amplitudine regni, non in multitudine militum ſubjectorum; ſed in eo ſolo ſpem omnem reponere, a quo vitam ſperabat ſempiternam.

22 CARITAS IN DEUM. Hæc Regina virtutum, perfectio legis, & vinculum perfectionis non ultimum obtinuit locum in anima, laudum feraciſſima, beatæ Reginæ. Teſtatur hoc univerſa illius vita, quæ perpetuum amorem præ ſe ferebat in Deum. Nam & parentes coluerat, & virum diligebat, & filios materna benevolentia complectebatur, ob unius amorem divini numinis, quod ceteris omnibus anteferebat. Ex eadem vi caritatis oriebatur ille fluxarum opum & mortalium rerum contemptus, opinione major. Inde etiam erat odium, quo vitia & impuritates proſe-

A quebatur; ut ſi quando divinam lædi Majeſta-
ex MSS. tem animadvertebat; injuriam ſibi fieri, ſe ipſam læſam exiſtimaret. Hujus denique vis amoris dulces ei reddebat acerbiſſimas pœnas, quas ipſa ſibi ultro inferebat: jucunda jejunia, quibus frequenter enutritum in regum deliciis corpus macerabat; nocturnas vigilias, diurnos labores, longas peregrinationes, non faciles modo, ſed etiam apprime ſuaves.

23 Verum ille præ ceteris religionis ſenſus, quo venerabile Sacramentum, ejuſque inſtrumenta, miniſtros, celebrationem proſequebatur, locupletiſſime teſtari poteſt hanc in Deum eximiam caritatem. Deferre ſolita erat B. Eliſabetha ſecum, quocumque iret, ad rem divinam faciendam, aprum altare, omnibus rebus inſtructum atque ornatum; ut ubicumque eſſet, in ſuo cubiculo ara pararetur ad ſacrum; eoque, ceu domeſtico ſacrario, frequenter uteretur: quaſi moræ impatienti ipſius amori in Deum, ac deſiderio, fieri non poſſet ſatis, niſi in promptu eſſent, ac prope, quæcumque ad
B evocandum e cælo ſponſum animarum adhiberi ſolent. Erga ſacerdotes vero tanta erat pietate atque obſervantia, ut ſacrificio præſens, poſt Apoſtolorum ſymbolum decantatum, accederet ad altaris gradus, more majorum; & in genua procumbens, oſculanſque manus ſacerdoti, pecuniam offerret modo majorem, modo minorem, ut diei ratio poſtulabat. Agnoſcebat illa nimirum in quolibet Sacerdote, ſummi Sacerdotis ac Pontificis Chriſti perſonam; eamque demiſſe venerabatur, diligebat ardenter. Unde etiam oriebatur ſancta illa cupiditas rei divinæ, qua impellente, Eliſabetha ſingulis diebus ternis intererat ſacris.

24 CARITAS IN PROXIMUM. Amoris in Deum legitimus partus eſt Amor in proximum, recteque unum internoſcitur ex alio; velut ex imagine filii plerumque cognoſcitur parens. Hujuſmodi vero virtute quantum B. Eliſabetha floruerit, nimium eſſet exemplis omnibus confirmare. Hujus enim exhibuit ſpecimen ſingulare, cum vitam ac ſalutem ſuam in diſcrimen adduxit, ut virum cum filio pugnantem, eidem pacatum redderet; atque utriuſque vi-
C tam, & ex ea ſuſpenſam Luſitani regni ſalutem ac tranquillitatem tueretur. Hanc oſtendit illa, in Conimbricenſi penuria ac fame liberalitas, in omne genus hominum effuſiſſima. Eamdem virtutem declarat celeberrimum illud S. Claræ cœnobium, ſacris virginibus ab ea juſſum exædificari tanta cum diligentia atque aſſiduitate, tot redditibus dotatum, tot nobilium feminarum frequentia nobilitatum, illius præſentia toties illuſtratum; ut ibi jam tum ſitum cor ſuum habere videretur, quemadmodum ibidem poni poſt obitum voluit corpus ſuum.

25 Almoſterienſe quoque monaſterium prope Scalabin, ſeu Sanctarem, a Berengaria, nobili femina inchoatum, Eliſabetha perfecit. Aliam domum, ubi partus, a parentibus expoſiti, educarentur; quam Martinus, Epiſcopus Guardienſis, morte occupatus, abſolvere non potuit; non modo abſolvit beata Regina, ſed redditibus etiam, & excipiendorum numero puerorum amplificavit. Xenodochium e regione ſuæ domus, prope Conimbricam erexit; ubi triginta pauperes, non ſolum certis attributis ſumptibus alebat ac veſtiebat; ſed etiam D
ſua identidem præſentia, allocutione, miniſtrandi quoque officio ſolabatur. His illa deliciis, his amœnitatibus proxime fruebatur. Non exiguum frumenti numerum dabat religioſis familiis; quæ in quibuslibet Luſitaniæ partibus verſabantur. Cœnobiis monachorum, quacumque iter faceret, certam pecuniæ ſummam quotannis aſſignabat in veſtem. Nullus inopum occurrebat, in quem non ſtipem illa benigniſſime conferret, atque ex infinita multitudine, qua ſe videbat aſſidue circumfuſam, vacuum abire neminem patiebatur. Quos intelligebat præ pudore ſtipem cogere non audere, quamvis id ſuaderet neceſſitas, non ſolum ſublevabat pecunia, ſed etiam alebat. Denique communis omnium parens, & patrona cenſebatur. Hæc autem omnia, quæ memorata ſunt e multis pauca, quam aliam habuerunt originem, niſi perennem illam, ac liberalem in proximos caritatem?

26 PRUDENTIA, JUSTITIA, FORTITUDO E.
TEMPERANTIA. Proximum ab iis virtutibus, quæ Deum ſpectant, locum obtinent illæ, quæ morales inter præcipuæ, Cardinales dicuntur. Earum etiam ornatu ſplendido cumulare Deus voluit B. Eliſabetham, quæ mundum omnem muliebrem, & exquiſitum corporis cultum, animo ſupra muliebrem conditionem erecto, negligebat.

27 Prudentiam igitur præ ſe beata Regina tulit eximiam; quoties graviſſimis inter Principes viros diſſenſionibus, una ipſa femina intervenjens, modum ac finem imponere, & optavit & ſcivit. Ardentia, non tota modo Luſitania, ſed per univerſam Hiſpaniam, bella prope civilia non ſemel Eliſabetha reſtinxit, ac lites de poteſtate atque ambitione difficillimas, quas Reges ferro decidere, ac multorum hominum ſanguine terminare decreverant; ipſa potuit imbellis, ſui ſagacitate conſilii, ſuis ad Principes allocutionibus ſedare. In rebus vero domeſticis diſponendis, in ſuæ ditionis adminiſtratione, mirum, quantam reportavit ab omnibus prudentiæ laudem; quam a ſapientiſſimis majoribus hæreditario jure ſuſceptam, ingenii ſui ſolertia propagavit, au- F
xit induſtria.

28 Juſtitia vero tantum Eliſabethæ cordi fuit, ut quæ ſemper erat elementiſſima, atque in juvandis miſeris vere mater; in puniendis tamen ſontibus, hoc eſt in protegenda juſtitia, virilem quemdam rigorem nacta videretur. Illud etiam proprium juſtitiæ munus exequebatur, unicuique tribuendi jus ſuum. Deferebat enim illa pietatis obſequium Deo, caritatis affectum viro, humanitatis officia reliquis omnibus: ut quæ juſtitiam, tamquam Regina, exactura eſſet ab aliis, juſtitiæ ſpecimen præberet in ſe, tamquam æterno Regi ſubjecta.

29 Fortitudinis declarandæ tot habuit argumenta beata Regina, quot illi Deus obtulit Patientiæ tentamenta: quo enim animo, & quam forti pectore tulerit juvenis viri in conjugali fide, atque amore inconſtantiam; filii patri rebellis, imo bellantis in patrem, arrogantiam, ſibi totique regno funeſtiſſimam; jacturam cariſſimorum ſibi capitum; & alia multa, quæ illi adverſa aque aſpera contige-
runt;

A runt; ſatis eſſe potuit exploratum ex iis, quæ ſuperius narrata ſunt.

30 Temperantiam poſtremo diligentiſſime ſemper coluit Eliſabetha, cum omnium admiratione: nam in cibo potuque non modo moderata, ſed etiam parca, non tam abjecit a ſe ſupervacaneas, quam neceſſaria ſubtraxit. Quadruplex illa jejunium ab adoleſcentia ſolemne habuit; quadragenarium & commune Chriſtianorum omnium; id, quo præparari ſolent homines religioſi ad Chriſti adventum, & quod Angelorum appellant a die feſto B. Virginis Aſſumptæ ad Archangeli Michaelis diem; ac poſtremo a feriis S. Joannis Baptiſtæ, ad diem aſſumptæ Virgini ſacrum. A vino conſueverat abſtinere. In reliquis vero corporis voluptatibus adeo ſibi temperavit, ut non e noſtræ mortalitatis origine nata, ſed e beatarum choris mentium, ad mortales tranſmiſſa potuerit exiſtimari.

31 ALIÆ QUÆDAM VIRTUTES. Quæ baſis aliarum virtutum & fundamentum appellari ſolent animi demiſſio & chriſtiana humilitas, B tanto fuit in beata Regina admirabilior, quanto videbatur ab ejus conditione remotior. Raro ſiquidem infra alios abjiciunt ſeſe, quos ſupra ceteros evehit faſtigium dignitatis. Et tamen Eliſabetha plerumque non Reginam ſe præſtitit, ſed ancillam: quamquam en magis tum diei Regina meruit, quod ſtrenue regeret ſurgentes cum Regia majeſtate ſuperbiæ motus. Miniſtravit illa, ut dictum eſt, religioſis S. Claræ Virginibus; famulata ſæpius eſt ægrotis pauperibus. Verum una præ omnibus humilis animi ſignificatio admirationem pariat maximam neceſſe eſt. Sextis omnibus feriis quadragenarii jejunii tredecim pauperes elephantiaſi ſeu lepra contaminatos, in ſuas ædes occulte duci jubebat; ibi lavabat eis pedes ac ſtipem tribuebat. Feria vero quinta ſanctioris hebdomadæ, mulieribus aliquot, eodem affectis morbo, pedes abluebat, abſtergebat linteo, oſculabatur; poſtremo novam veſtem & calceos præbebat: ut ambigi poſſet, an eſſet in illa caritas altior, an profundior humilitas.

32 Ceteras ejus virtutes enarrare, longum eſſet. Flnruit enim illa manſuetudine quadam C inſigni, qua ſibi omnium animos facile demerebatur; Fide in virum, conjugiumque conſtanti, neque ullis ejus injuriis, aut aliorum delationibus labefactata; Pietate ac Religione, quæ, ut paulo ante dictum eſt, integros io ejus vita ſibi dies vindicaret; Perſeverantia demum in piis ac juſtis rebus, quæ veluti virtutum reliquarum corona, regium illius caput in cæli regia circumplexa eſt.

33 FAMA ET EXISTIMATIO SANCTITATIS. Ab ipſo ſtatim exortu B. Eliſabetha ſpecimen præbuiſſe viſa eſt ſanctitatis, cum ſecundinis illis (ut appellant) prodiit involuta; quas quidem parens Conſtantia (quaſi jam tum proſpiceret in puella ſanctum quid, ac divinum) in argentea capſula conditas, in ſuis theſauris juſſit aſſervari. Ut vix in lucem editi corporis beatæ Reginæ, ſaeræ tamquam reliquiæ, in pretioſis loculamentis reconderentur. Avus vero Jacobus præſenſiſſe quodammodo futuram ſanctimoniam credi poteſt, cum eam ex Aragoniæ Regum ſtirpe feminarum præſtantiſſimam pronunciavit. Simile de illa judicium fuit Petri parentis; ſimile viri Dionyſii; ſimile Alfonſi filii: omnium demum, qui eam noverant, de ejus eximia ſanctitate una fuit ſententia. Ad ejus non modo humanam opem, ſed etiam efficaces ad Deum preces multi mortales eujuſvis generis confugiebant, velut ad ſacram anchoram, aut ſalutis aram. Ejuſdem extinctæ patrocinium bono ſuo imploravere complures, ut in ſubjectis miraculis videre erit. Toto denique Luſitaniæ regno, tot continentibus annis, de ipſius ſanctimonia, ac meritis apud Deum, publica fama percrebuit; ac Deus ipſe veracem eam eſſe, tot collatis per miraculum beneficiis, ejus patrocinio impetratis, palam omnibus comprobavit. D

EX MSS.

RELATIONIS PARS TERTIA.

DE MIRACULIS IN VITA ET POST MORTEM. E

MIRACULUM I.

Puella a nativitate muta, ſolo tactu mammæ beatæ Eliſabethæ, ſermonem conſequitur.

UT illuſtrior eſſet Eliſabethæ Reginæ ſanctitas, voluit etiam Deus illi miraculorum addere lucem, quæ tantopere mortalium oculos animoſque perſtringit. Aliquot igitur beatæ hujus Reginæ meritis patrata miracula; tum e certiſſimis hiſtoriis deprompta, tum juratis teſtibus confirmata, proferentur in medium. Ac primo, quæ dum illa viveret, edita ſunt.

35 Cum aliquando Regina Eliſabetha proficiſceretur Conimbrica in urbem Portum, per vicum quemdam iter habebat, nomine Arriſaoam. Hic illi proceſſit obviam ruſticana quædam femina, filiolam ſecum ducens ab ortu cæcam. Oravit Reginam ſupplex, ut oculos puellæ manibus tantum attingeret. Illa obſecratione ſimul ac miſeratione permota, morem geſſit matris voluntati. Poſt paucos dies obviam Eliſabethæ venit eadem femina, exultans & geſtiens cum filiola; quæ ſtatim atque tacta fuerat, ulum oculorum acceperat. Agunt immortales Reginæ gratias. Hæc vero, ut erat ab ambitione laudis & gloriæ alieniſſima, vetuit illas quicquam hac de re dicere, quoad ipſa viveret: idque ut ab iis facilius impetraret, veſtem utrique dono dari juſſit; & miraculum beneficio cumulavit. Quod totum, & veriſſimis mandatum eſt hiſtoriis, & multorum teſtium juramento confirmatum. F

MIRAC. II.

Tuber in ſtomacho Margaritæ cujuſdam, a beatæ Reginæ crucis ſigno ſponte diſſipatur.

36 In æde ſacrarum Virginum, cui nomen eſt Chelis, prope Olyſſiponem, nobilis erat & religioſa mulier, Margarita Freila. Hæc Reginam, in urbe commorantem, inviſere decrevit. A qua ſtatim atque pallida viſa fuit maciegue confecta, cauſam rogatur tantæ tenuitatis. Tuber, inquit, quod natum eſt ſuper ſtomachum, hujus vultus, & magni mihi cruciatus eſt cauſa. Signum illa crucis impoſuit ægræ parti; quo facto, reſedit omnis tumor, diſceſſit dolor. Margarita, gravi morbo liberata, non potuit ſe præ gaudio continere, quin illico palam omnibus faceret, ſe ope Reginæ ſanitatem fuiſſe conſecutam. Id cum ad aures Eliſa-

A bethæ perveniſſet, non parum illi moleſtiæ attulit; accerſit ad ſe mulierem, graviter accuſat, imperat ſilentium ea ſuper re in poſterum. Neque enim id beneficii ſuæ deberi virtuti dicebat, ſed omnium bonorum auctori Deo, cujus erat laus omnis & gloria. EX MSS.

MIRAC. III. *Leproſus graviter in capite vulneratus, beatæ Reginæ manibus ovi albo impoſito, confeſtim a vulnere liberatur.*

37 Solita erat beata Eliſabetha, feria ſexta ſanctioris hebdomadæ Elephantiacos aliquot, ſeu leproſos ad ſe accerſere, iiſque pedes abluere, & ſtipem elargiri, cum pari laude demiſſionis animi & caritatis. Id aliquando cum perfeciſſet in oppido quodam, Scalabi appellato (vulgo Sanctarem) ex iis unus, quibus id præſtiterat officium, reliquis tardior, ob morbi vim vehementiorem, ſubſtitit parumper in Regia. Quod ubi janitor quidam animadvertit, ferox & aſper, ac rei geſtæ ignarus, acerrimis eum conviciis eſt inſectatus. Cumque ille reclamaret, fuſtem arripiens, hominis, qui ſe præ morbo commovere vix poterat, caput ſumma vi percuſſit & graviter vulneravit. Concidit infelix in terram, ea plaga accepta, & calamitatem ſuam cœpit ejulans lamentari. Adfuit & vocibus, & miſerabili ſpectaculo, Urraca Vaſchia, Reginæ ob ſtudium pietatis familiariſſima; ad Eliſabetham excurrit; quid factum fuerit, narrat. Illa hominis miſeri atque innocentis calamitate commota, in ſuum cubiculum eum imperat deportari; deinde album ovi exceptum ſtupa, vulneri ſuis ipſa manibus imponit, additaque pecunia in reliquos ſumptus, hominem dimittit. Poſtridie, quam hæc geſta fuerant, ſcitatum mittit, qui ſe æger habeat. Optime, reſponſum fuit; & cicatricem poſt factam a Regina medicinam, ſtatim fuiſſe obductam. Ita regii famuli injuſtiam beatæ Reginæ ſanctitas & clementia compenſavit.

B

38 Feria quinta Sanctioris hebdomadæ lavabat beata Eliſabetha de more duodecim muſierum, Elephantiaſi ſeu Lepra laborantium, pedes. Quibus etiam pecuniam & veſtes elargiri ſolebat; & ad menſam ſplendide acceptis miniſtrare. Earum una pedem alterum cancro affectum tam male habebat, ut parum abeſſet, quin duo digiti deciderent. Altero igitur abluto pede; ut alterum in pelvim immitteret, Regina poſtulavit. Illa conſcia latentis mali & horribilis deformitatis, pedem illum, aut Reginæ manibus attingi, aut oculis videri, indigniſſimum judicabat; ideoque magis eum oculebat. Regina Urracæ Vaſchiæ, quæ huic facto aderat, jubet, ut ipſa mittat in pelvim, recuſantis pedem. Id ubi factum eſt, tam gravis illico afflatus eſt odor, ac peſtilens, ut omnes regiæ miniſtræ, cum eum præ faſtidio ferre non poſſent, ſe proripuerint foras. Eliſabetha ſola manſit, quæ chriſtiana magnanimitate, & caritate memorabili ardens, ulcus non modo non horruit, ſed ſuis manibus tractavit, ac medicinam aliquam adhibere contendit. Accedit ergo plena miſericordiæ, plena humanitatis; procumbit ante miſeram feminam; fovet calida pedem, & ulcus leniter ac molliter expurgat. Denique ad operis ſanctiſſimi & glorioſiſſimi ſummam, ipſum cancrum, cujus vel odor erat intolerabilis, oſculatur & ſalutare ſignum crucis imponit: mirum dictu; ſed tanta virtute dignitſſimum: nulla interpoſita mora, & ſigno crucis & oſculo, & ſimul ingenti ſanctæ Reginæ merito, inſanabile ulcus factum eſt ſanum.

MIRAC. IV. *Inſanabile cancer, ſigno crucis, & oſculo beatæ Reginæ ſanatur.*

C

39 Jacebat aliquando beata Regina, gravi ſtomachi morbo laborans, in oppido Alenquerio. Præſcripſerunt ei medici, quod requirere videbant morbi genus, ut vino modico uteretur. Illa, quæ abſtinere ſolita erat vino, cum id curationi valetudinis neceſſarium eſſe non duceret, negavit ſe eſſe facturam. Aquam igitur afferri ſibi juſſit; quæ bis allata, bis in vinum eſt commutata: ut quodammodo videretur eo miraculo Deus & religioſo beatæ Feminæ propoſito, & medentium præſcripto ſatisfacere velle.

D

MIRAC. V. *Aqua in vinum a beata Eliſabetha converſa.*

40 Ut erat in egenos maxime liberalis beata Eliſabetha, in ſinu ſæpe ferebat, quæ iis benigniſſime diſpenſaret. Accidit, ut eam, hæc in ſinu clam gerentem, vir ipſius Rex Dionyſius obſervaret, qui forte factus ei fuerat obviam. Et facile, quid rei eſſet, ſuſpicatus; non ut illam a beneficiendo revocaret, ſed ut Regis ac viri poteſtate uteretur; interrogavit, quid in ſinu portaret. Eliſabetha, vel operis boni gloriam diſſimulans, vel timens, ne id facere prohiberetur in poſterum; Roſas, reſpondit; ac Dionyſii juſſu, explicato ſinu, opes illæ diſtribuendæ pauperibus in recentes roſas commutatæ cernuntur, manifeſto miraculo; cum ea pars anni ageretur, quæ gignendis intempeſtiva roſis eſt, hiems videlicet. Ex præclaro facinore duxit originem illa pictorum conſuetudo, ſanctæ hujus Reginæ imaginem cum roſis in ſinu paſſim effingendi.

MIRAC. VI. *Opes, pauperibus diſtribuendæ, a beata Regina, medio hyeme vertuntur in roſas.*

E

POST MORTEM MIRAC. I. *Incorrupta corporis, & ſuavis odor.*

41 Summus ille bonorum omnium Auctor, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis beatam Eliſabetham non ſolum in humanis agentem, divinis illuſtravit virtutibus & miraculis; ſed etiam ad æternæ felicitatis regna translatam, admirabilibus rerum eventibus nobilitavit in terris. Ac primo quidem ejus corpus a corruptione liberum integrumque monſtravit in hunc modum. Teſtamento mandaverat beata Regina filio Alfonſo Regi, ut ipſius corpus ex oppido Stremotio, ubi diem clauſura erat extremum, Conimbricam, in ædem monialium S. Claræ deferri curaret. Cum vero Conimbrica centum & viginti octo millibus paſſuum a Stremotio diſtaret; & Julii menſis vehementiſſimi calores, quo illa tempore obierat, obſtarent, quin corpus tam longe deportaretur, ſine maximo putrefcentis cadaveris fœtore, atque intoleranda tam deferentium, quam funus comitantium moleſtia; pleriqne cenſebant opportunius fore, ſi vel in templo S. Franciſci in eodem oppido, vel in æde maxima Eborenſi, non ita longe diſſita, corpus tumularetur; exeſa deinde oſſa Conimbricam transferrentur. Abnuit nihilominus Alfonſus a ſuprema matris voluntate recedere, ac funus juſſit Conimbricam deduci. Tempus æſtivum; circumfuſi frequentia populi, eam proſequentis extinctam, a qua vivente tot fuerat beneficiis ornatus; ſuccuſſio loculi, in quo fuerat incluſum cadaver, juſtum timorem incuſſerant omnibus, ne paulo poſt, ob intolerandum fœtorem, cœptum opus deferere cogerentur. Non tamen ejus corpus deſeruit divina Providentia, cujus animam aſpectu ſuo beabat in cælo. Septem

F

non tantum dies aliquot poſt obitum,

A ptem dierum ſpatio delatum cadaver, non modo gravis odoris nihil afflavit; ſed potius tam ſuaves circumfuſæ multitudini inſpiravit odores, ut in eo loculo pro putreſcenta cadavere omnia aromatum genera concluſa viderentur. Quod ubi palam omnes cognovere, ac propius accedentes experimento comprobarunt; in effuſam lætitiam, in Dei laudem, in venerationem ſacri corporis ſeſe totos converterunt.

Jul. & anno 1576.

42 Verum adhuc majus exhibere Deus voluit ad beatæ Reginæ gloriam, in ejus corporis integritate miraculum. Anno enim Domini MDXII. VII. Kalendas Maii *, Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Epiſcopi Conimbricenſis, & Lerienſis, & Doctor Franciſcus Vazius Pintus, hujus cauſæ Judices Commiſſarii, cum aliis præcipuis Medicis, Sacræ Theologiæ Magiſtris, ac Religioſis viris, præſentes adfuerunt: dum beatæ Reginæ ſepulcrum patefactum, & ſacrum ejuſdem corpus recognitum fuit. Inventum igitur hoc eſt integrum atque incorruptum, candido colore; B cum carne, cum rutilis capillis, naſo, auribus, oculis minime tabefactis, reliquis etiam partibus inſtructum ac membris; quæ tacta non frangebantur aut liqueſcebant; manabat e corpore ſuavis admodum ac jucundus odor, neque ſolum id expers corruptionis extiterat, ſed veſtes etiam circumjectæ, ac plura lintea ſuperimpoſita, ſolida, atque tenacia permanebant. Nemo denique ſpectantium, & rem adeo novam atque inexpectatam admirantium, non agnovit, atque extulit divinæ potentiæ vim; quæ vitæ animæque integritatem, qua beata hæc Regina pollebat, ipſius poſt mortem, corporis integritate cenſuit remunerandam.

* 7mo XVII. Kal. April.

MIRAC. II. *Faber, e tecto cadens, beatæ Reginæ ope implorata, ſuperſtes attollitur.*

43 In monaſterio S. Claræ pars quædam ædium fabricabatur, & jam tecti ligna imponebantur. Ibi Dominicus Matbadus, faber lignarius, operam dabat lignis, clavorum adminiculo configendis. Ecce autem inopinato aliquot ex iis lignis tecfixa dilabebantur in terram; ſecumque fabrum illum præcipitem trahebant. Tum ille beatæ Eliſabethæ ſalutare ſubſidium in tanto vitæ diſcrimine implo- C ravit: nec ſurdis auditus eſt auribus. Extemplo, pet ſummum miraculum, ipſe una cum lignis, occulta quadam vi, ſurſum relatus, & in eumdem locum, e quo ecciderat, reſtitutus fuit. Ligna etiam ſuis reddita ſedibus & coaptata. Dominicus a præſenti periculo liber & incolumis, cum admiratione & ſtupore ſpectantium, tantum in ſe beatæ Reginæ beneficium ex animo teſtatus eſt.

MIRAC. III. *Monialis, cruribus male affectis, ob ſuccuſſu impeditis, beatæ Eliſabethæ imploratione ſanatur.*

44 Anna Azpilcueta, una erat e ſacris Virginibus, quæ prope Conimbricam in vico, cui Cellis nomen eſt, B. Mariæ ſacrum cœnobium colunt. Hæc diu capta cruribus & reſolutis nervis, ita tenebatur, ut per ſe incedere nullo modo poſſet. Nullum a Medicis non tentatum remedium fuit; ſed ſanitatis reſtituendæ gloria beatæ Reginæ relinquebatur. Proximus erat ſolennis beatæ Eliſabethæ dies: nocte vero, quæ antecedebat, Annæ Magiſtra, plura exponens beneficia, illius Reginæ imploratione ſuſcepta, hortatur eam, ut ab ipſa præſens auxilium petat: morem geſſit illa diligenter; & in arctiſſimum ſomnum ſoluta eſt. Ecce autem per quietem audire ſibi D videtur imperantem, ut ſurgat; valetudine EX MSS. jam Eliſabethæ ope, teſtituta. Excitata virgo, artubus contremuit omnibus: exilit e lecto ſola: veſtes induit: in odeum (vulgo chorum) venit: ubi ceteræ matutinas preces canebant. Mirantur omnes, lætantur, præ animi pietate lacrymantur. Rem hanc totam publicis litteris commendavit Martinus Azpilcueta, is, qui Pontificio juri lumen ſuis libris attulit immortale.

MIRAC. IV. *Quinquagenaria mulier tot abundet em- ſequitur ope beatæ Reginæ ad paupertatem ſuperan- dam.*

45 In oppido Sarnacenſi Conimbricenſis Diœceſeos, Maria Antonia, Michaelis Aloyſii uxor, quinquagenaria erat; etiam a duobus ac viginti annis infœcunda: quin etiam ex morbo quodam, ab antiquo tempore in ſiniſtro ubere, lacte carebat. Hæc nepotem ex paupere filia parvulum ſuſceperat educandum: Equitis etiam cujuſdam Ulyſſiponenſis filium lactabat. Quamobrem nepotem cibis dulcibus enutrire tentavit, quæ tamen ille reſpuebat. Venit igitur una cum eo Conimbricam, ad S. Claræ cœnobium; infelicem pueri conditionem amicis monialibus enarravit; retulit E ab iis conſilium, ut rem totam beatæ Reginæ commendaret; ac ſummo mane jejuna reverteretur illuc, vinum hauſtura cum croco, quam beata Eliſabetha potionem ad ejus mali remedium præſcripſerat. Sequitur illa conſilium: vino illo ſumpto, ad beatæ Reginæ ſepulcrum accedit ſupplex; ſummis eam precibus obſecrat, ut ſibi lac a Deo impetret, ad miſellum nepotem enutriendum. Audita eſt obſecratio; lac ſtatim ſenſit uberibus largiter affuſum, ut abunde poſſet in poſterum, derivatum cælitus alimentum, inſtillare nepotulo.

MIRAC. V. *Angina, morbiſque aliis Agnes Dalmeida liberata, tollis capiti imponet a beata Regina.*

46 Agnes Dalmeida, Joannis de Guerre medici uxor, ſeptima poſt filii partum hebdomade, in anginæ morbum incidit, quo vehementer cruciabatur; neque ſumere cibum, neque proferre verbum poterat; lac etiam defecerat ad natum puerum nutriendum. Vit, ut artis medicæ peritus, plurima illi adhibuit medicamenta; ſed fruſtra: quin adeo morbus in dies invaleſcebat, ut jam vit de ſalute conjugis deſperaret. Ergo Berenſem in agrum ſe contulit, ad accerſendam filio nutricem. F Ibi dum nocte curis anxius, commoratur, ſubit animum ſanctitas beatæ Eliſabethæ. Illic ſuam enixe religioſeque commendat uxorem. Flagitat ab illa præſens in tanto vitæ diſcrimine ſubſidium. Summo mane reverſus domum, uxorem reperit ſanam, atque ab omni ægritudine liberam; quærit ex illa, qua hora ſe melius habere cognoviſſet; exacte eam uxor indicavit: tum is probe perſpexit, eodem temporis articulo, quo ipſe procul domo pro uxore beatam Reginam oraverat, ab eadem ſe elementer auditum, impetraſſe, quod poſtulabat. Singulares uterque gratias Deo agit ac beatæ Elisabethæ. Idem poſtea vit templum adivit, ubi beatæ Reginæ corpus aſſervabatur: interfuit ſacro, iterumque ſupplicter ab eadem popoſcit uxori lac, quo natus infans nutriri poſſet: domum reverſus, hoc etiam ſe beneficio cumulatum agnovit, & veneratus eſt adeo liberalem beatæ Reginæ beneficentiam.

47 In S. Claræ cœnobio Conſtantia Ania, civis

A civis Eborenſis, jam diu inſanabili atque horribili morbo premebatur. Peſtiferum quoddam ulcus ei labia gingivaſque cum maximo cruciatu corrodebat; ſenſimque ſerpebat latius; & parum aberat, quin illa dentes omnes amitteret. Præ doloris impetu vociferabatur aſſidue, ceterarumque tranquillitatem & religioſam quietem interturbabat. Nullum medicorum artificium ſufficiens erat ad eam peſtem depellendam. Cum igitur beatæ Reginæ corpus ab oppido Stremotio, Conimbricam in S. Claræ cœnobium allatum eſſet; ſtatim Conſtantia, magna cum pietate ac fide acceſſit ad feretrum, ubi corpus adhuc inſepultum jacebat: itaque loculum oſculata eſt, ut oris partem, lue confectam, ei applicaret: recedit deinde cum ceteris. Ubi vero ſacrum beatæ Eliſabethæ corpus ad ſepulcrum deferri cœpit; Conſtantia ſe cruciatu liberatam cognoſcens, advocat ſocias; iis os inſpiciendum præbet: nulla peſtis illius indicia apparebant. Quo miraculo omnes obſtupefactæ, conclamant una voce, magnam eſſe Reginæ ſanctitatem; quam Deus tam inſigni miraculo teſtatam omnibus atque exploratam eſſe voluerit.

ex MSS. MIRAC. VI. *Inveterati morbi ſanatur oſculo ſororis, ubi jacebat beatæ Elisabethæ corpus.*

B

EPILOGUS.

De Actis cauſæ & legitima illorum confectione.

JAm vero quod attinet ad res in cauſa geſtas, & Acta Canonizationis, ad S. Veſtram ita refero. Cum fama ſanctitatis beatæ Reginæ, frequentia miraculorum, quæ ipſius apud Deum meritis edebantur, magis increbreſceret: atque in ejus venerationem Chriſtianorum hominum animi vehementius incitarentur, anno Chriſti MDXVI. Luſitaniæ Rex Emmanuel, per Michaelem Sylvium, Legatum ſuum, a Leone X. Pont. Max., S. Veſtræ prædeceſſore, & poſtulavit & impetravit, ut beata Eliſabetha, tota Conimbricenſi diœceſi ſolemni ritu cum Beatæ titulo coleretur, ejuſque imagines publice ac privatim dedicare liceret. Anno vero MDLI. Lucius Andreas Reſendius, vir apprime doctus, in ejus honorem ſacras laudes, quas vulgo vocant officium, compoſuit. Nec multo poſt Rex itidem Luſitaniæ Joannes, Emmanuelis filius, a Pont. Max. obtinuit, ut in Regia eamdem ſibi venerari liceret. Ac Pompeius Zambeccarius, Summi Pontificis Legatus, anno MDLIII. omnibus orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam ad beatæ Reginæ ſepulcrum recitantibus ipſius feſto die, cum octo inſequentibus, & aliorum quorumdam Sanctorum, conceſſit omnes pœnarum remiſſiones (Indulgentias appellant) quas conſequuntur, qui iiſdem diebus Romæ templa, vel intra, vel extra mœnia, religioſe inviſunt.

C

Poſt aliquot annos Rex etiam Luſitaniæ Sebaſtianus (qui ad regni tranquillitatem ac ſalutem beatæ Eliſabethæ meritis a Deo dicitur impetratus) egit apud Paulum IV. Pontificem Maximum, ut ſuperiorum Pontificum diplomata de beata Regina amplificaret; idque conſecutus eſt, ac præterea potaſtatem, ejus imagines exponendi, annua ſacra faciendi, eique preces fundendi per univerſam Luſitanorum Regum ditionem: ejuſque feſtus dies dictus eſt is, quo migravit in cælum, nempe IV. Nonas Julii.

D

Anno deinde MDCXI. Catholicus Rex Philippus, hoc nomine tertius, & Regina Margarita Auſtriaca, poſtularunt a Paulo V. Pontifice Maximo, S. Veſtræ prædeceſſore, ut canonizare, & in Sanctorum catalogum adſcribere dignaretur beatam Eliſabetham. Cum igitur tantorum Principum petitioni Sanctiſſimus Pater plurimum deferendum cenſuiſſet, cognitionem ejus cauſæ demandavit tribus ſacræ Rotæ Auditoribus, Franciſco Peniæ Decano, Franciſco Sacrato, & Alfonſo Manzanedo. Hi vero conceſſerunt ſuam remiſſoriam, & compulſoriam in forma directa, Epiſcopo Conimbricenſi, Lerienſi, & Doctori Franciſco Vazio Pinto, qui Catholicæ Majeſtati erat a conſiliis; ut adhiberent neceſſarias probationes teſtibus ac ſcriptis; aliaque authentica documenta ſtatuerent ſuper vita, ſanctitate ac miraculis beatæ Reginæ. Hi omnes cum cauſæ Procuratoribus, examinatis multis teſtibus, extractis juribus, & juridicis proceſſibus formatis, Romam eos ad jam dictos Rotæ Auditores tranſmiſerunt. Dum vero in hujuſmodi proceſſibus diligenter expendendis tempus atque operam illi impenderent; accidit, ut Paulus V. prius, deinde Gregorius XV. Pontifices Maximi, S. Veſtræ prædeceſſores, ex hac vita migrarent; quapropter inchoatum opus abſolvi non potuit.

E

Poſtquam vero S. V., poſtulantibus meritis, ad iſtud Pontificatus faſtigium evecta eſt, inſtare iterum cœpit Catholicus Rex Philippus, per ſuum totius Luſitanici Regni Agentem, Michaelem Suarium Pereiram, ut religioſum hoc munus perduceretur ad exitum. Placuit S. V. tam æquis tanti Principis poſtulatis aſſentiri. Quapropter a Rotæ Auditoribus, Joanne Baptiſta Coccino Decano, Alfonſo Manxanedo, & Rotæ Locumtenente Jacobo de Cavalariis, relatum fuit de ſtatu cauſæ; clareque ſignificatum, poſſe eam ad noſtram Sacrorum Rituum Congregationem tranſmitti; ut cum ipſa vidiſſet ac perpendiſſet ea, quæ in re videnda & perpendenda judicaret, ſuper petita Canonizatione ſuam ſententiam diceret.

F

Nos vero, Beatiſſime Pater, accepta relatione vitæ ac miraculorum beatæ Reginæ, & S. Veſtræ voluntate percepta, habitis ſuper ea pluribus ſeſſionibus, in quibus dictorum Auditorum concluſiones accurate ac diligenter examinavimus; unanimi conſenſu cenſuimus, omnes ſupradictos proceſſus fuiſſe & eſſa validos, legitimos, & legales, & eorum probationes ſuper ſanctitate ac miraculis beatæ Eliſabethæ fuiſſe legitimas & ſufficientes.

Hæc ſunt, Beatiſſime Pater, quæ ex legitimis Actis hujus cauſæ dicenda fuerunt de vita & moribus beatæ Reginæ Eliſabethæ, deque miraculis, illius beneficio patratis. Quibus copioſius in multis Congregationibus perpenſis atque diſcuſſis, Cardinales Congregationis ſacrorum Rituum in eam ſententiam unanimes venerunt: Poſſe Sanctitatem Veſtram

A ſtram (ſi ei placuerit? ad ulteriora procedere; & Canonizationem beatæ Reginæ Eliſabethæ juxta ſacros Romanæ Eccleſiæ ritus perficere, & ſolenniter celebrare.

APPENDIX

De viſitatione corporis beatæ Reginæ, inſtituta Conimbricæ anno MDCXII.

IN vita præmiſſa legimus loco non uno, corpus ſanctæ Reginæ defunctæ, Extremotio per æſtivos caleres dierum ſeptem itinere, Conimbricam fuiſſe deportatum; & non tantum nihil fœtoris, quod naturali rerum humanarum curſu fieri debebat; verum etiam, operante Deo, ſuaviſſimum multorum aromatum odorem exſpiraſſe; idque a comitatis per iter ſunus voce pro miraculo habitum atque legitime atteſtatum fuiſſe; uti videre eſt num. 112. vitæ. Cardinalis autem Franciſcus Maria, Epiſcopus Oſtienſis, in ſua, hic etiam præmiſſa Relatione, coram Urbano PP.VIII. recitata, quæ compendium eſt Relationis Auditorum Rotæ, meminit num. 42. de viſitatione atque inſpectione ſacri corporis Reginæ, poſt annos ab obitu & ſepultura ejus 276. facta 1612. ſeptimo, uti ipſe quidem perperam ait, Kalendas Maii, pro XVII. Kal. Aprilis. Sed meminit perpaucis, cum tamen in Relatione Auditorum Rotæ res illa pluribus & diſtincte tractetur: dignaque eſt, quæ poſterorum memoriæ tota commendetur, atque etiam in hoc opere perennet. Ecce igitur Relationem illam, prout ipſam Auditores Rotæ, Conimbricæ ipſis miſſam, expreſſere. Poſtquam locuti fuerunt de incorruptione corporis in tranſvectione Extremotio Conimbricam, ſic pergunt.

Corpus Reginæ poſt mortem diu integrum & odoriferum,

poſt annos 276. fit eidem inventum,

a Veritas itaque iſtius admirabilis incorruptionis mirificique odoris deprehenditur non ſolum ex ſupra dictis hiſtoriis, ſed etiam ex viſitatione ejuſdem corporis, menſe Martio anno MDCXII. facta, de ordine & commiſſione noſtra per Judices, quos ad hunc effectum in partibus deputavimus, in qua intervenerunt Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Conimbricenſis & Lerienſis cum aliis graviſſimis perſonis Eccleſiaſticis & Religioſis ac medicis & chirurgis, ad hoc per Judices deputatis, & fuit facta omni circumſpectione, diligentia & ſolennitate neceſſaria & declaratione ſideque dictorum medicorum & chirurgorum, prout tenor illius docet, quam in præſenti relatione ad unguem inſerere placuit, ut omnibus pateat de veritate iſtius inſignia miraculi, & prout ſequitur.

quando anno 1612.

publica confeſſione

3 Die Martii XVI. anni ſupradicti MDCXII. hora prima poſt meridiem, Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Conimbricenſis & Lerienſis & Doctor Franciſcus Vaſpinto, Judices commiſſarii iſtius cauſæ proceſſus & inquiſitionis vitæ & miraculorum beatæ Reginæ, Dominæ Eliſabethæ, in complemento eorum, quæ per commiſſionem Reverendiſſimorum Dominorum, Rotæ Auditorum, eis fuerunt ordinata; & ſecum adducentes Doctores, Balthaſarem de Azevedo, medicum majorem ſuæ Majeſtatis, Cathedraticum primarium medicinæ in hac univerſitate: Antonium Sebaſtianum etiam medicum; nec non Gundeſalvum Diaz Chirurgum, ſpecialiter vocatos & deputatos ad actum, de quo infra fit mentio, in præſentia mei Notarii & teſtium infraſcriptorum, & præſentibus hujus cauſæ procuratoribus, videlicet patre magiſtro Franciſco Suarez Societatis Jeſu, Cathedratico primario ſacræ Theologiæ; & patre magiſtro fratre Ægidio præſentationis, Ordinis S. Auguſtini, Cathedratico jubilato in cathedra veſpertina theologiæ; & patre Joanne Carvaglo, Cathedratico Digeſti veteris; omnibus Cathedraticis iſtius civitatis & Univerſitatis ejus, exiſtentibus & deputatis procuratoribus ad hanc cauſam a ſua Majeſtate. D ex mss.

4 Dicti Domini Judices acceſſerunt ad monaſterium S. Claræ prope & extra muros dictæ civitatis ultra flumen Mondam, & aſcenderunt ad capellam majorem prædicti monaſterii juxta chorum altum illius, ubi jacet ſepulcrum beatæ Reginæ Dominæ Eliſabethæ, olim iſtius regni Portugalliæ exiſtentis; & ibi viderunt dictum ſepulcrum, confectum ex lapide albo, qui producitur in quodam loco, nuncupato Anſam, qui diſtat duabus leucis ab hac civitate, confectum adinſtar arcæ concavæ pro parte interiori, unius ſolummodo lapidis, habentis tredecim dodrantes, vulgo palmos, in longitudine, & ſex in latitudine, & quinque in altitudine communes, collocatum ſuper octo leonibus ejuſdem lapidis cum ſuis capitibus ad foras, & in omni circuitu circumductum ſtructura imaginum figuraturum ejuſdem lapidis, medii corporis in duobus dodrantibus longitudinis. aperum ſepulcrum fuit, E quod in albo lapide exiſtit

5 Sepulcrum illud ex latere dextro oſtendit chorum monialium poſitarum in ordine proceſſionis cum ſuis libris apertis in manibus, acſi eſſent recommendantes animam Reginæ, vita functæ; & in principio hujuſmodi chori exiſtit quidam Epiſcopus, reveſtitus in Pontificali, concomitatus duobus miniſtris cum ſuperpelliceis: ex latere vero ſiniſtro exiſtit alter chorus cum imaginibus Chriſti, noſtri Salvatoris, & duodecim Apoſtolorum ejus. In capite, dicti ſepulcri, quod jacet ad Occidentem, exiſtit Chriſtus crucifixus cum imaginibus B. Virginis & S. Joannis ex una, & altera parte cum duobus ſcutis parvia armorum Aragonum: & in pedibus dicti ſepulcri, quod jacet ad orientem, imago S. Claræ & duarum Reginarum, cum duabus coronis deauratis in capitibus ſuis ejuſdem magnitudinis, & ſepulturæ, medii corporis: in quatuor vero angulis, quatuor animalia, figuræ quatuor Evangeliſtarum. ornatus cum ſcutis armorum & imaginum. F

6 Hæc capſa & arca cooperitur cum uno ſolummodo lapide ejuſdem magnitudinis; in cujus parte ſuperiori ſculpta eſt, figura corporis integri, eſtque imago & figura Reginæ, quæ intelligitur eſſe, ad ſimilitudinem ejus; & eſt veſtita in habitu monialium S. Claræ, cum velamine nigro, & ſuper eo, in capite quædam Conna *a* deaurata, circumligata cum cordula ejuſdem habitus & Ordinis; & ex ea in parte ſiniſtra, pendula quædam crumena; & ſuper ea, laborata quædam concha S. Jacobi deaurata; & manus poſitæ una ſuper alia, ſupra corpus; & ſub dextra, unus liber; & ex ſiniſtra, unus baculus, ejuſdem manufacturæ atque ſunt alter Ornatus lapidis ſuperioris, variis, *a*

A baculum, crumena, quæ reperta ſuerunt intra
EX MSS. ſepulturam ſuper tumulo ; & ad caput dictæ Reginæ ſiti ſunt duo Angeli, unus ex una & alius ex altera partibus cum ſuis thuribulis argentatis in manibus ſuis, offerentes incenſum corpori dictæ Reginæ ; & ad caput imaginis prædictæ Reginæ unus pulvinus lapideus deauratus & bene laboratus, qui videtur fuiſſe poſitus poſt ejus obitum, qui oſtenditur non eſſe ex eodem lapide ; & ex parte exteriori exiſtit figura cujuſdam Angeli cum brachiis apertis & uno mantili ſuper illis; & in mantili una figura parva, quæ denotat animam dictæ Sanctæ ; quæ imago vultus dictæ Sanctæ eſt depicta & incarnata cum oleo ; & repræſentat in ſe magnam majeſtatem & veneratione; & juxta dictam imaginem jacent ſcuta alia cum armis Portugalliæ & Aragonum, & Imperatoris.

In quo & epitaphii, 7 Porro pro parte ſuperiori hujus lapidis, qui deauratus eſt dicta parte, jacet epitaphium litterarum magnarum nigrarum verſuum ſequentium:

B Eliſabetha jacet ſaero hoc Regina ſepulcro,
Quæ meritis nitidi ſulget in arce poli.
Nempe ita dum vixit, cæco ſe geſſit in orbe,
Virtutum ut morum vixerit omne genus;
Quo ſuit, ut ſummo diva hæc ſelecta Tonanti
Regnet in Angelico, nos juvet uſque choro.

Et tota machina iſtius ſepuleri eſt circumſepta clathris ferreis in altitudine ejuſdem ſepulturæ, & in angulis pilaria *b* ferrea, ſuper quibus eſt fabricatum ſupercælum *c* ligneum deauratum, quod tegit totum ſepulcrum ; & in vacuo cæli aliud ſcutum armorum Portugalliæ & Aragonum diviſim. In pariete vero dictæ Capellæ, qui remanet ad partem capitis dicti ſepulcri, inſerta eſt petra cum rotulo *d* litterarum antiquarum Gothicarum deauratarum, quæ dicunt ſequentia: Æra MCCCCLXXIV. *e*, quarta menſis Julii in Caſtro de Eſtremoz, obiit inelyta Domina Eliſabetha, Regina Portugalliæ, & fuit ſepulta XII. die dicti menſis in hoc monaſterio S. Claræ, quod ipſamet fieri juſſit & dotavit: & fuit uxor Domini Dionyſii, Illuſtriſſimi Regis Portugalliæ ; & filia Regis Domini Petri de Aragoniæ & Reginæ Donnæ Conſtantiæ Reginæ Caſtellæ *f*, fuitque avia Regis Alfonſi de Caſtella, & Reginæ, Dominæ Mariæ, uxoris ſuæ: hos timuit, hos honoravit, iiſque benedixit, cujus anima requieſcat in pace.

b *c* *d* *e* *& in pariete ſcripto alio reſcripto.* *f*

Aperio ſepulcri, 8 Cumque ita præſentes eſſent dicti Domini, mandarunt accerſiri unum architectum & lapicidas officiales, qui cum inſtrumentis, quæ ad id portarunt, diſmembrarunt, diviſerunt & extulerunt dictum lapidem, qui operiebat dictum ſepulcrum, & intra, capſam illius invenerunt, & ſtatim fuit viſus unus tumulus tabularum ligni, coopertus pro parte ſuperiori cum panno depicto coloris rubei, jam pro parte exteriori conſumpto, clavibus *g* affixo circumcirca, & ſub eo laquear aliud inhærebat, de quodam corio bovis cum capillis, quod etiam cooperiabat & compaginabat dictum tumulum, de quo in capite XIII. Chronicæ Regis Domini Alfonſi *h* fit mentio; ſuper quo jacebat unus baculus in longitudine, qui habebat ſex palmos & dimidium ordinarios, coopertum laminis aurichalci deaurati, & laboratus conchis S. Jacobi, & in extremitate dicti baculi unus ſcipio petræ jaſpidis, coloris rubei cum vultibus; & ligatus dictus ſcripio cum baculo cum fimbriis aurichalci argentatis ; & ſuper baculo unum marſupium quadratum, quod ex parte exteriori videbatur de bombyce deonato ; intus vero ex corio, per aliquas partes conſumpto ; & intus dictum marſupium nihil aliud repertum fuit, niſi unum ſcapularium latitudinis unius manus tranſverſæ in quadro, & ibi laborata una erux fimbrii aurei ; quæ baculus & crumena intelliguntur eſſe, de quibus fit mentio in libro antiquo hiſtoriæ vitæ ejus *i*, qui baculus Reginæ fuit datus ab Archiepiſcopo S. Jacobi, cum accederet ad viſitandum ſepulcrum ſancti Apoſtoli, ut videretur peregrina S. Jacobi. Et dicta capſa exiſtebat ſana & integra, & quæ oſtendebat nullatenus fuiſſe tacta ex die, qua ibi fuit poſita,

h *ſe ſequentia inventa deſcribuntur;* *i*

ſervataque omnia, etiam corpus, 9 Dicti Domini Judices exinde tulerunt dictum baculum & crumenam, & ea tradiderunt Matri Abbatiſſæ dicti monaſterii S. Claræ, ut omnia ſervaret, tamquam reliquias dictæ Sanctæ, cum debita veneratione. Et ſtatim mandarunt aperiri dictam capſam per quemdam Religioſum Sacerdotem Societatis Jeſu : & intra eam repertum fuit quoddam involutorium *k* longitudinis tumuli, involutum in una culcitra goſſipii alba & craſſa, quæ eſt ſana & integra abſque ulla penitus corruptione, acſi parvo abhinc tempore ibi poſita fuiſſet. Et diſſoluto hujuſmodi involutorio apparuit infra dictam culcitram ſudarium panni lini ſuti, tam ſanum ac integrum & album, ut ſimili modo, videretur paullo ante ibi poſitum fuiſſe ; & eo aperto cum forfice pro parte ſuperiori apparuit alia culcitra magis ſubtilis & cum colore mutato; & ſub hujuſmodi culcitra jacebant amicicula *l* feralia panni lini, admodum ſubtilis & delicati, eum colore etiam fuſco ſeu mutato, quod videbatur eſſe ratione humoris, qui exivit e corpore, antequam ſiccaretur, principaliter cum per calores delatum fuiſſet, de quo hiſtoria facit mentionem *m*. Attamen exiſtunt ſana & fortia & ſine aliqua corruptione, quæ amicula feralia lini mandarunt, a Dominis Judicibus aperiri, quouſque detegeretur corpus beatæ Reginæ uſque ad pectus, quod repertum fuit valde ſanum, integrum, & ſine ulla corruptione, imo potius admodum odoriferum & album & carne coopertum; ita ut caput ſuos haberet integros capillos, rutilos & ſanos; & cum fuiſſent manu apprehenſi, fixi remanebant,

k *l* *m*

plane integra & incorrupta ; 10 Frons & omnis vultus cooperti ſunt cum eadem carne admodum alba & optime proportionata cum naſo, auribus, oculis, & ore, ſine aliqua corruptione, inhærente dicto capite corpori ſuo cum collo albiſſimo & integro ; & exinde ſequebantur pectora eum ſuis uberibus erectis, ſimiliter admodum alba & ficca, & impoſita manu remanebant ſolida & firma abſque eo quod frangerentur aut liquefierent; & brachium dexterę impoſitum ſuper pectus, integrum & conſolidatum cum corpore, carne coopertum, detectis venis & nervis in manu, quæ exiſtabat cum ſuis digitis & unguibus valde integra & conſolidata,

11 Val-

A *cum summa ſpectatione admiratione &*

11 Ex quibus omnibus circumſtantes fuerunt commoti ad devotionem magnam & veneracionem, intelligentes, quod ſtatus illius corporis tam integri, ſolidi & incorrupti & in omnibus partibus inhærentis, inſimul cum ſuavitate odoris, ex eo profluentis, & integritas pannorum, in quibus corpus erat involutum, offendebant bene ejus ſanctitatem: & volebat Deus illam manifeſtare non ſolum ex miraculis, quæ pro ea operatus eſt, & quotidie operatur; verum etiam per hoc medium; cum ducentis quaſi & octoginta annis *n* ibi jacebat ſepulta. Poſt hæc non fuit viſum prædictis Dominis Judicibus, quod debebat detegi dictum corpus per partes inferiores, quia tam integrum exiſtit, & propter reverentiam & honeſtatem dictæ beatæ Reginæ, & quia viſum fuit medicis, quod per ea, quæ viderant, exiſtebant reliqua omnia in eadem conformitate & integritate. Et ſic exiſtimarunt dicti Domini Judices, fuiſſe ſatisfactum cum diligentia & viſitatione ſepulcri juxta formam dictæ commiſſionis; & mandarunt ſtatim, quod dictum ſepulcrum clauderetur in ſtatu & forma, antea exiſtentibus; cooperiendo vultum & pectora dictæ beatæ Reginæ cum panno de Olanda novo, jungendo reliqua, quæ habebat, & cooperiendo tumulum cum panno novo ſerici gauſapini coloris conchiliati, & de omnibus prædictis mandarunt dicti Domini Judices, quod facerent hunc actum.

n

& clauſum denuo eſt ſepulcrum.

B

Atteſtatio teſtium & Notarii;

12 Quæ omnia ita ex fide mea vera eſſe affirmo, prout in eo ſunt ſcripta, quibus omnibus & ſingulis pro teſtibus interfuerunt, Rector Univerſitatis Don Joannes Continho; Pater Emmanuel de Lima Societatis Jeſu; Pater Guardianus S. Franciſci; Doctor Franciſcus Pereira, Decanus ſedis iſtius civitatis; Pater Joannes del Hado; Pater Andreas Palmerio, ambo religioſi Societatis Jeſu; Pater Antonius Monteiro, Prior Eccleſiæ S. Joannis, Aſſiſtens pro Notario; & Licentiatus Emmanuel Martinez, famulus dicti Epiſcopi; qui omnes cum Dominis Judicibus ſubſcripſerunt. Hoc actum Thomas Nunez, Notarius Actuarius iſtius cauſæ ſcripſi; Don Joannes Continho, Emmanuel de Lim-, Franciſcus Pinto Pereira, Joannes Del Hado, Andreas Palmeira, Antonius Monteiro, Emmanuel Martinez.

C

Item ſpecialis, Doctoris medici,

13 Doctor Balthazar de Azevedo, Cathedraticus ad primam, in hac civitate Conimbricenſi jubilatus Medicus major ſuæ Majeſtatis in Portugalliæ regno, notum facio; quod die decima ſexta Martii præſentis anni, præſens fui in monaſterio S. Claræ hujus civitatis; quodque coram Dominis, Domino Alfonſo de Caſtelbranco Epiſcopo Comite, Conſiliis ſtatus ſuæ Majeſtatis; Domino Martino Alfonſo Mexia, Epiſcopo Lerienſi; nec non Doctore Franciſco Vaſpinto, Conſiliario regio & Judice Palatii; ad horam Poſt meridiem aperta fuit ſepultura, in qua corpus Reginæ ſanctæ, Dominæ Eliſabethæ requieſcit; eaque aperta, erat ejus ſanctum corpus in quodam linteo involutum, ita ſanum & integrum, ut nec quidem frangi & diſrumpi facile poſſet: parte vero illius revoluta, vidi & notavi, quod ſanctus vultus ſeu facies erat ſine læſione, neque ulla deformitate, & ſolum ſicca & valde alba & pulcra, una cum collo, pectore, brachio & dextra, quam etiam detexi, vidi & palpavi, & totum erat conſolidatum & ſuo loco conjunctum; & ſic mihi viſum fuit, quod ceteræ partes eſſent, quæ non fuerunt detectæ, & exterius videbantur valde conformes & proportionatæ. Item adhuc habebat capillos in capite & frontem capillatam, ubi eitius deſunt, quos ego abſtraxi, & erant affixi & valde lenes, ſubtiles & bene colorati, quod pro re extraordinaria reputo, & de quo rationem reddam, cum mihi jubeatur, quod totum certifico ſub juramento mei muneris & gradus. Conimbricæ die tertia Aprilis anni MDCXII. Doctor Balthazar de Azevedo *o*.

D

EX MSS.

E

o

ANNOTATA.

a *Forte legendum*, corona. *Hunc enim locus proprius in vertice capitis eſt.*

b Pilaria, *ſunt* columellæ *aut* pilæ. *Ab hac enim voce derivatur* pilare *numero ſingulari.*

c Supercælum, *ſupremum tegmen, uti lectorum, ita hic ſepulcri, inſtar umbellæ; quod & ſimpliciter* cælum *vulgo dicitur.*

d Rotulus *eſt hic volumen explicatum, ut ſcriptura legi ab omnibus poſſit. Dicitur etiam* Rotula *&* Rotulum.

e *Notat hæc æra annum Chriſti vulgarem* 1336.

f *Hic certo error eſt. Non credo, commiſſum ab auctore epitaphii, ſed potius a librario, qui perperam deſcripſerit, poſito* Caſtellæ, *pro* Siciliæ. *Fuiſſe enim Conſtantiam, Eliſabetha noſtræ matrem, Manfredi Siciliæ Regis filiam, certo certius eſt, nec quidquam commune habuit cum Regibus Caſtellæ, unde iſtius regni Regina dici poſſit.*

g *Vult dicere*, clavis.

h *Videlicet filii Reginæ Eliſabethæ: quod, cui id lubet, per ſe inquirere permittam.*

i Vide ſupra in illa vita antiqua num. 72.

F

k Involutorium, *intelligit* involucrum.

l Amiciculum ferale *videtur hic ſonare induſium, cadaver proxime amicians.*

m *Facti ejus mentionem non ſemel in loco; præcipue num.* 108. *&* 112.

n *Recte dicitur ducentis & quaſi octoginta annis tunc corpus ſepultum fuiſſe. Vere enim ſepultum fuerat annis* 276. *uti initio hujus Appendicis diximus.*

o *Sequebantur Atteſtationes aliorum aliæ ſpeciales, videlicet* Antonii Sebaſtiani, *Doctoris Medici, &* Gundeſalvi Diaz *chirurgi; quas hic prætermittendas duco, quia ejuſdem propemodum tenoris ſunt cum præmiſſa.* *

* Vide infra pag. 641. & ſeqq.

QUIN-

QUINTA DIES JULII.

SANCTI QUI III. NONAS JULII COLUNTUR.

S. Stephanus Epiſcop. } Martyres
S. S. Suera Epiſcopus } Rhegii
S. Agnes } in
S. Felicitas } Calabria
S. Perpetua }
S. Zoe Martyr, Romæ.
S. Agatho } Martyres
S. Triphina ſeu Triphon } in Sicilia
S. Strator }
S. Theodotus }
S. Merona, Marina, ſeu Marinus } Martyres
S. Rodoſia } Tomis
S. Magrinus } in
S. Secundinus } Scythia
S. Thomus ſeu Theonus }
S. Sodera ſeu Sodepha }
S. Arpos Martyr, Alexandriæ.
S. Cyprilla ſeu Cyrilla } Martyres
S. Lucia } Cyrene
S. Aroa } in Lybia.
S. Domitius Martyr in Syria.
S. Valerius Ep. Conf., Conſorannis in Novempopulania.
S. Baſilius & LXX. Socii Martyres, Scythopoli.
S. Agnes Martyr, apud Græcos.
S. Athanaſius Diaconus Martyr, Hieroſolymis.
S. Philomena Virgo, apud Septempedanos in agro Piceno.
S. Numerianus Ep. Conf., Treviris,
S. Trophima ſeu Trophimena, Virgo & Martyr, Minoræ in Italia apud Picentinos.
S. Moduenna ſeu Monenna, pluribus nominibus nuncupata, virgo in Hibernia vel in Anglia.
S. Athanaſius Confeſſor, in monte Atho.
S. Lampadus ſeu Lampadius, apud Græcos.
S. Athanaſius, in arbore dictus, apud Græcos.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Vedaſti translatio *Bellovacum, pluribus hoc die deſcribitur a Sauſſayo. Acta ejus illuſtrata ſunt* VI. Februarii

S. Anſelmus, Epiſcopus Cantuarienſis, *a Caniſio, Galeſinio, Maurolyco, Wione aliiſque ſignatur hoc die. Colitur & de eo actum eſt* XXI. Aprilis

S. Hugo abbas Cluniacenſis *eſt in Galeſinio, Maurolyco, Wione & Ferrario. Acta ejus illuſtrata ſunt.* XXIX. Aprilis

S. Marthæ matris S. Simeonis Stylitæ *hoc die commemoratio fit in Menologio Græco a Caniſio edito, in Menæis & Molano; ſed de ipſa cum filio actum* XXIV. Maii

SS. Donatianus & Rogatianus, *neſcio ob quam cauſam in Kalendariis quibuſdam notati, iidem ipſi ſunt, qui in Actis referuntur* XXIV. Maii

S. Bonifacius Epiſc. Martyr *in Kalendario aliquo, abſque alia notitia a Bollando inventus, non videtur alius eſſe a S. Bonifacio Moguntino, de quo in Actis* V. Junii

S. Syri *Genuenſis Epiſcopi memoriam reperio in ſcheda Ms., brevi elogio virtutes ejus & miracula complectente, cum hymno aliquo minervæ paulo craſſioris, quibus præfixa eſt hæc dies* V. *Julii. Ne de variis cultus ejus diebus jam dicta repetam, in Romano moderno ejus feſtivitas agitur, & quæ ad ipſum ſpectant, in opere noſtro ſatis explicata ſunt* XXX. Junii

B. Petrum de Luxemburgo, *S. R. E. Cardinalem volunt aliqui hac* V. *Julii ad Superos evolaſſe. De ea re diſputatur eo die, quo Acta ejus & miracula illuſtrata ſunt* II. Julii

S. Aggæus Propheta *cum elogio, hoc die laudatur in Uſuardo Hagenoyenſi, ſed de eo actum eſt* IV. Julii

SS. Innocentius & Sebaſtia *ibidem etiam huc translati ſunt cum ſociis.*

Item S. Laurianus. *De his omnibus videatur jam dicta* IV. Julii

S. Wilhelmi Hirſaugienſis *meminerunt hoc die Wion & Menardus. Vide* IV. Julii

S. Eliſabetha Regina Portugalliæ *perperam etiam huc adducta eſt; cum ſpectet ad* IV. Julii

Marcelliano eremitæ Torcelli *titulum* Sancti *tribuit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ & in Catalogo generali, tamquam qui acceptus ſit ex Tab. eccleſiæ Torcellenſis. Fatetur autem tabulas iſtas eſſe, Vitam S. Heliodo-*

A *Heliodori, Epiſcopi Altinatis, in qua verum eſt, mentionem fieri alicujus* Marcelliani eremitæ, *ut habes* III. *Julii. Aſt hunc Sanctorum honoribus donatum, uſquam deprehendi, nec in Tab. eccleſiæ Torcellanæ, ad uſum ſacrum confectis, cum inſcriptum invenit Ferrarius, ut aperte innuit ipſius annotatio, in Catalogo Sanctorum Italiæ.*

SS. Demetrius & Numerianus *conjuncti ſunt in Uſuardo Camberienſi. De poſtremo agitur hoc die. Quem Demetrium indicare velit, quærimus, qui nos doceat.*

SS. Martini, Theodori & Godephæ, Triphonis *nomina in Greveno non ſatis recte formata nec conjuncta, ex aliquo corrupto Hieronymiano codice accepta ſunt. Nomina & claſſes infra explicantur.*

Petranus presbyter in territorio Remenſi *ſoli Dempſtero hoc die notus eſt, neſcio unde erutus: pluſculum notitiæ & auctoritatis accedat neceſſe eſt, priuſquam ex ejus ſolius ſarragine Sancti, aut ab ipſo inventi, aut tranſpoſiti, aut luxato nomine producti, admittantur.*

B Udardus Epiſcopus, qui prius monachus Cupenſis, Deiparæ Virgini devotiſſimus ferebatur *ex eodem Dempſteri Menologio procedit; de quo etiam majorem & certiorem notitiam deſideramus.*

S. Doctrinus *aliquis & quidem* Confeſſor *additus eſt Greveno in Cartuſia Bruxellenſi; ſed de quo nihil hactenus ſciatur: ſiquid lucis aliunde accedat, dabitur ei alibi locus.*

S. Heraſmus *itidem* Confeſſor *refertur in Florario Sanctorum Mſ. ſed de eo etiam notitia aliunde requiritur.*

Dedicatio Sancti Juliani Martyris prope ſorum, *ſacris Græcorum tabulis hoc die inſcribitur, nempe Menæis impreſſis, Menæis bibliothecæ Ambroſianæ, & Maximo Cytheræo. Julianos Sanctos plures novimus; quem velint hæ tabulæ, non ſatis liquet, nec ſane operæ pretium eſt, de ea qualicumque dedicatione plura inveſtigare.*

Urſaria mater S. Bertæ, *ſanctæ titulo donatur in annotatione aliqua ad editionem Molani anni 1583. manu noſtri Andreæ Schotti, his verbis:* Eodem die (v. Julii) apud Blanſiacum

C cœnobium, ſancta Urſaria, mater ſanctæ Bertæ. *In Actis S. Bertæ, die præcedenti datis, mater ejus vocatur* Urſana, *de cujus ſanctitate aut cultu, nihil me uſquam legere memini.*

Alea ſanctimonialis *ex* XXIII. *Maji huc remiſſa eſt*, ut quæ in Vita S. Moduennæ abbatiſſæ ſuæ laudetur, *ſolata cum titulo* Sanctæ *iſto die a Bucelino. Putamus indicari* Aceam, *de qua nulla vita ſeorſim ſcripta eſt. Vide hoc die, quæ de S. Moduenna dicuntur.*

Hugo de Folietto, Canonicus Regularis S. Petri Cordubenſis, *apud Gbinium floruiſſe dicitur anno Dom.* 1120. *Fuit* moribus itemque litteris clarus, ſingulari vita & ſcientia, eloquentiaque nobilitatus, dulcis eloquio & converſatione ſpectabilis. *Scripta ejus ibidem enumerat; at de cultu ei umquam exhibito, altum filet.*

Fulbertus puer novitius *monaſterii Corbeienſis ex Vita S. Auſcharii adducitur hoc die a Bucelino, tamquam* Martyr & beatus. *Aliis opus eſt ſanctitatis & cultus indiciis.*

Didacus de Soria *Ordinis Prædicatorum, Epiſ-* D
copus novæ Segoviæ in inſulis Philippinis, longo & inſigni elogio ornatur in Marchefii Diario Italico ad hunc diem.

Adeodatam, *prioribus omnibus ſeculis ignotiſſimam Sanctam, hoc die nobis porrigit Tamayus in Martyrologio ſuo Hiſpanico, his verbis:* Toleti, S. Adeodatæ virginis ſanctimonialis, Ordinis Benedictini, de qua S. Gregorius Magnus celebre conſarcinat elogium, quæ, poſtquam innumeris floruiſſet virtutibus & ſupernaturalibus ornaretur favoribus, depoſito terreni ponderis ſæculo, cæleſtem induit chlamydem puritatis, apud Hetruriam Italiæ. *Mirus ſane eſt Sanctorum refoſſor Tamayus, dum hic ex S. Gregorii Papæ epiſtola* 54. *lib.* 7. *Sanctam eruit, quaſi ſanctus Pontifex eos omnes canonizaverit, ad quos umquam litteras dedit. Magnam fortaſſe gratiam a PP. Benedictinis ſe initurum ſperavit, dum* illuſtri Adeodata (*ſic eam compellat Gregorius*) *ipſorum Ordinem locupletavit. Verum ab iis admiſſam gratiam necdum comperi; nec ullum indicium affert Tamayus, ex quo de ejus cultu, vel* E
tantummode inchoato, certiores reddamur. Epitaphium metricum, quod inter Mſs. ſui Ault Hali *reperit, de genere earum mercium eſt, quas repudiare pridem docti ſumus. Cetera pro Tamayi ingenio exornata ſunt.*

Venerabilis Hugonis de S. Victore, Canonici regularis depoſitio *inſcripta eſt Florario Sanctorum* XI. *Februarii; at Maurolycus, Ghinius, & Ferrarius hoc die celebrant, tamquam* beatum: *verum Sauſſayus, Caſtellanus & alii, ſolo venerabilis aut* beatæ memoriæ *titulo honoraruns. Non gravabor hic adnectere Sauſſayi elogium:* Lutetiæ Pariſiorum, eodem die felicem animam ad fontem vitæ perennem emiſit beatæ memoriæ Hugo a S. Victore, ſuburbicarii illius cœnobii canonicus religioſiſſimus, qui Ordinem illic S. Auguſtini profeſſus, cæleſti pollens ſapientia, ſui temporis Auguſtinus appellari promeruit, ſcriptiſque præclaris, non modo Galliam, ſed univerſum orbem illuminavit, quin & bono odore replevit præſtantiſſimæ virtutis & admirandæ pietatis. Fuit enim beatus hic vir excelſus F
Theologorum apex, & Evangelicæ perfectionis, ac angelicæ puritatis vividum nitidumque ſpeculum. Verum, cum talis ac tantus eſſet, non intra S. Victoris baſilicam, dignum ſe cenſuit ſepeliri, ac voluit in clauſtro, humili ſicu humari, ubi ab æquis meritorum ejus æſtimatoribus, epitaphio honorifico non magis quam vero inſignitus eſt; quo in brevi urna proditur, magnum condi virum, qui nulli toto orbe ſecundus dogmate præcipuus, ingenio, ore, ſtylo & moribus inſignis, mirifice claruit. *Has & alias laudes promeritum venerabilem Hugonem, non diffitemur; at Sanctorum honoribus, aut Lutetiæ aut alibi cultum, necdum intelleximus, qui plura cupiunt, adeant S. Antoninum, Trithemium, Ghinium, opera ejus edita, aliosque ſcriptores de ejus patria, obitu, variiſque ad eum ſpectantibus litigantes. Communior ſententia eſt, mortem ejus confignandam anno* 1142.

Huamayus *aliquis* Ferguſſio *in Mſs. Surii ſine interpunctione adjungitur ex Tamlactenſibus additionibus: alii tamquam diverſum & ſublimem*

San-

A Sanctum *memorant. In catalogis noſtris ignoti ſunt, ut proinde certioribus monumentis opus ſit.*

Sequitur Edaoia ſive Edoena virgo de Tuaim-Noadh. *Gormon.* Edaina candida, liberalis & intemeratæ virginitatis, de Tuaim-Noa; in regione de Magh-Luire ad ripam Buili. *Similia canunt alii, & tutelarem ac patronam aiunt eccleſiarum parochialium.* Exſtat quoque, *inquit Sirinus*, ejus nomini ſacer fons, præclarus & vaſtus, perennium aquarum, Kill-oſcobano templo adjacens, ad quem multi confluunt ex devotione & ſpe idcirco conſequendæ cæleſtis opis, interdum etiam corporalis ſoſpitatis. *Hæc, ut negare non auſim, ſic in aliorum catalogorum ſilentio pluſculum lucis, ad ejus geſta illuſtranda, cenſeo exſpectandum, ne forte ſub alio nomine lateat, ut non obſcure ſubinſinuat Sirinus, dubitans an alia ſit a S. Moduenna, de qua hoc die agitur.*

Kilianus *tum recenſetur, neſcio quis, ſi non idem*
B *eſt cum Kiliano Herbipolenſi, de quo agendum* VIII. *Julii, ex certioribus, quam hæc ſint, monumentis.*

Everhardus converſus in clauſtro *reperitur in Kalendario Ciſtercienſi, alibi ſæpius a nobis citato. Ab Henriquez longo elogio ornatur, & multo longiori explicatione. Sequuntur Chalemotus & Bucelinus, qui nec ipſi a* beati *titulo abſtinent. Sufficient verba Sauſſayi, in additionibus ſic loquentis.* Obiit hodie piæ memoriæ Everhardus, monachus Villarienſis converſus, cognomine Silentiarius, qui perfectæ religionis cultor, percutienti aliquando ſe militi, non ſolum alteram genam obvertit, ſed & obſequium rependit. Ob quæ, aliaque Chriſtianæ pietatis facinora, admirandis etiam ſignis divinitus clarificatus, demum ad beatam perrexit ſupernorum civium manſionem. *Poſt diligentem inquiſitionem, etiam apud Ampliſſ. Abbatem Villarienſem, per unum è Patribus noſtris, necdum potui deprehendere, hunc* Taciturnum *eccleſiaſtico cultu magis præditum; quam Radulphum*
C *tacentem ſeu* Silentiarium, *monachum Afligemienſem.* XXX. Aprilis

Martham *etiam virginem ſanctimonialem Cameræ prope Bruxellas*, beatam *appellat Henriquez, quæ* diu ſanctæ Aleydi leproſæ miniſtravit, *&c. laudatur etiam a Bucelino. Audiamus hic vurſum Sauſſayum.* Eodem die in agro Bruxellenſi, cœnobio Cameræ S. Mariæ, deſiit eſſe mortalis, piæ itidem memoriæ, Martha virgo Sanctimonialis, mira humilitate & charitate præclara. *Hæc omnia probo & laudo, interim apud ſuas vix nota eſt.*

Franciſcus *Martyr Damiatæ*
Alvarus Pelagius *Epiſcopus*
Elias de Bourdeilla *Archiep.* } *Omnes ut beati*

Henricus Africanus *Confeſſ.*
Damianus & Raynaldus *Confeſſ.*
Jacobus Auximanus *Confeſſ.*
Joannes a Gallio *Confeſſ.*
Antonius a Zamorra *Confeſſ.*
Michael Apruſtenſis *Confeſſ.*
Auguſtinus Volaterranus *Confeſſ.*
Maria Suarez a Toleto *Vidua.*
} *memorantur ab Arturo, in Martyrologio Franciſcano, & ultima iterum in Gynæcco.* D

SS. Petri & Pauli Octava, per anticipationem *poſita eſt in Uſuardo Bruxellenſi. Spectat ad diem ſequentem* VI. Julii.

S. Siloem *ſeu* Siſoam, confeſſorem in Ægypto *notavit hoc die Caſtellanus; non recte: cum cultus ejus apud Græcos affixus ſit diei ſequenti, quo eum in poſterioribus editionibus conſignavit Molanus, ultimo loco his verbis:* Die ſexta, ſancti Patris Siſoæ magni. *Erravit Bailletus dum hoc die aliter in S. Siſoe vita retulit, Molanum diſerte adducens. Videſis die ſequenti* VI. Julii.

S. Paulus, Senonenſis Epiſcopus *Sauſſayi ſtylo exornatur hoc die, quem cur ſecutus fuerit Caſtellanus, plane ignore. Melius ſcripſiſſe videntur Galeſinius, Ferrarius & Ghinius, ſignantes ipſum cum germano fratre S. Heraclio* IX. Julii, *uti etiam expreſſe notant Sammarthani poſt Claudium Robertum, qui pro ſe habent Breviarium ipſum Senonenſe anni* 1625. *Cum autem ea omnia, quæ de S. Paulo dici poſſunt, cum Actis Heraclianis connexa ſint, de utroque agemus dicta die* IX. Julii. E

S. Cypriani Martyris translatio *una aut plures ad hunc diem non proprie ſpectant; cum omnia, quæ ad illuſtriſſimum Sanctum ſpectant, examinanda ſint* XIV. Septembris.

S. Nicomedis Martyris elevatio *indicatur in Additionibus Mſt. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, quæ neſcio unde accepta ſit. Loquitur opinor, de eo Nicomede, qui in Romano colitur, & de quo proinde agendum erit* XV. Septembris.

S. Wendelini confeſſoris translatio *notatur hoc die apud Grevenum, Floratium, Canſium & alios: natalis eſt* XXI. Octobris. F

B. Bertoldi, Ordinis Ciſtercienſis abbatis & ſecundi Epiſcopi Livoniæ *memoriam cum brevi vitæ compendio ſuis SS. Stanislaus ſubjunxit Martinus Baronius, Clericus Jaroslavienſis, pag. 43. ut qui* contra irrumpentes fidei Chriſtianæ hoſtes *pugnando interierit hoc die, anno* 1200. *Ab Henriquez vocatur* ſanctus Bertholdus; *a Chalemoto* beatus. *In Kalendario*, Bertoldus monachus de Luka, Apoſt. Liboniæ; *ſed ubique refertur* XXI. Octobris.

S. Conradi Epiſcopi & Confeſſoris translatio apud Conſtantiam *ſignata eſt in Additionibus Mſt. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. In Florario Sanctorum Ms. & in Ferrarii Catalogo videtur indicari natalis; aſt hic ſpectat ad* XXVI. Novembris.

DE SS. STEPHANO, PRIMO EPISCOPO RHEGIENSI ET SOCIIS, SUERA EPISCOPO, AGNETE, FELICITATE ET PERPETUA.

MARTYRIBUS RHEGII IN CALABRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C. I.

Cultus Sanctorum, elogia, ætas, vita non valde antiqua,

SEC. I, II. AUT III.

NOtiores olim fuere hi Sancti apud Græcos, quam apud Latinos. Meminerunt eorum nonnulla Menæa apud nos, Chiffletianum atque Sirmundianum; quorum illud die v. Julii legit; Στεφάνου Καλαβρ. τῆ ϑ αὐτῷ ἀνδρῶ. Hoc vero eodem die paulo explicatius; Τῶ ἁγίω Μάρτυρος Στεφάνου, τοῦ ἐν τῆ Ῥήγιον Καλαβρίας πεμένου. τῆ ϑ αὐτῷ ἀνδρῶ Ἁγίων μαρτυρησάντων. Sancti Stephani martyris, qui jacet Rhegii in Calabria, & ſociorum ejus ſanctorum, qui cum ipſo martyrium ſubierunt. *Monachis quoque Cryptæ Ferratæ, & aliis Eccleſiaſticis Græci ritus, celebrandum eodem die præſcribitur feſtum*, Τῶ ἁγίω Στεφάνου τῆ ϑ συναξίας αὐτοῦ. *Similia habent Menæa Græca Bibliotheca Vaticanæ; & alibi alia facile invenientur, quæ mihi viſa non ſunt, quæque jam dicta poterunt confirmare.*

Cultus apud Græcos.

B

2 *Nulla tamen apud Martyrologos Latinos* Stephani *hujus & Sociorum martyrum extat memoria. Quod indicium eſſe poſſit, non adeo celebrem, Scriptorum illorum temporibus, viguiſſe cultum in Eccleſia Latina. Atque hinc factum ſit, ut Rhegienſis archiepiſcopus, Annibal de Afflictis, vir multa ſanctimonia clarus, initio ſeculi ſuperioris ſupplicaverit congregationi Sacrorum Rituum Romæ, quo ſibi ſuiſque Rhegienſibus facultas fieret*, publice exponendi imaginem, S. Stephano Epiſcopo ſuo ac Martyri, atque altaria & templa in honorem ejuſdem erigendi. *Affert pro motivo talia impetrandi, quod* pridem, atque etiam tunc temporis, celebrabatur de eodem

Item apud Latinos.

C

ſancto Stephano Sociiſque, die v. Julii Miſſa &. alia Officia. *Et ſacra Congregatio*, referente Illuſtriſs. & Reverendiſſimo D. Franciſco, Sancti Angeli in Foro Piſcium Card. Buoncompagno, *gratiam petitam conceſſit anno* 1621. *De hiſce mihi conſtat, ita factum eſſe, ex teſtimonio* Nicolai Mariæ Modafari, *tunc Romæ eccleſiæ S. Thomæ in Parione Rectoris, & hujuſce cauſæ Agentis, atque eodem anno* 1622. *electi in Epiſcopum Bovenſem, qui ſuffraganeus eſt Rhegienſis.*

Successor auctus.

3 *Prædictarum ſcripturarum*, (*uti is addit, qui illas nobis ſubmiſit*) archetypa aſſervantur penes Joannem Simonem de Antonillo, U. J. D. virum eruditum & pium, & ipſi S. Stephano ſatis addictum, cujus devotione & expenſis ſacellum extat (*utique poſt acceptum illa de re reſponſum ſacræ Congregationis Romæ*) *exſtructum* in eccleſia Prædicatorum, S. Stephano dicatum, in quo annis ſingulis condecenti cum magnificentia Miſſæ ſacrificium & Veſperæ muſicis cum concentibus in feſto Sancti ſolenniter celebrantur. Circa iconem vero Antiſtitis Stephani, ejuſdem Acta & Martyrium hinc inde figuris & verſibus declarantur.

4 *Iiſdem fere temporibus, quibus Romæ petita conceſſaque fuit facultas conſtruendi* S. Stephano *altaria, ſacella, templa; impreſſit Ferrarius utrumque Catalogum ſuum, alterum nempe Sanctorum Italiæ, anno* 1613. *alterum illorum, qui in Romano Martyrologio non habentur, ann.* 1625. *In utroque commemorat, die* v. *Julii*, S. Stephanum, *ſed abſque ſociis; in priori quidem cum elogio hoc:* Stephanus, civis Rheginus, a S. Paulo Apoſtolo, cum ex Syria Romam ducibus, Rhegium, Brutiorum metropolim, appuliſſet, ad Chriſtum converſus & in fide inſtructus, primus Rheginorum Epiſcopus ab eodem Apoſtolo ordinatur. Qui poſt Apoſtoli diceſſum dum munus epiſcopale prædicando impigre exſequeretur, multis jam ad fidem perductis, in Neroniana perſecutione comprehenditur; cumque conſtanter in fidei confeſſione perſeveraret, atque multis affectus ſuppliciis, cruciatus omnes ſuperaſſet, demum capitis obtruncatione martyrium conſummavit. *In poſteriori autem Catalogo idem Ferrarius ſic habet:* Rhegii in Brutiis, S. Stephani, primi ejuſdem Epiſcopi & Martyris ſub Nerone.

Elogium primi, ex Ferrario.

E

5 *Non omni ex parte iſtæc concordant cum Actis Græcis, quæ mihi ab hiſce viginti annis, tunc Romæ agenti, a R. P. Joſepho Denti, Domus Profeſſorum Societatis noſtræ Præpoſito, Meſſanæ curata fuerunt deſcribi e codicibus Mſs. celeberrimi prope urbem illam monaſterii ſancti Salvatoris, Ordinis S. Baſilii; uti pluribus dixi ad Vitam S. Sebaſtianæ V. M. tomo* VI. *Junii, quæ inſidem ab eodem, uti multæ aliæ, mihi Græce fuerunt ſubmiſſæ. Hæc, inquam, Acta* S. Stephani *videntur ſons eſſe, ex quo, quotquot de illo Latine ſcripſere, ſua hauſerunt, aliis additis, aliis mutatis, pro ſuo cujuſque ſenſu. Sic* Stephanus, *qui in Actis Græcis legitur patria* Niczenus *in Bithynia fuiſſe, & cum* S. Paulo Apoſtolo Rhegium appuliſſe; *apud Ferrarium dicitur* civis Rheginus, *& ab appellente illas in oras Paulo*, Rhegii inventus, *atque ibi* ad Chriſti fidem converſus *fuiſſe.*

non ubique conſonum Actis.

F

6 *Hieronymus Marafioti in ſuo Calabriæ Chronico, Italice anno* 1601. *excuſo, pag.* 47. *& Marcus Antonius Politi in ſuo ſimiliter Chronico, Meſſanæ impreſſo ann.* 1617. *pag.* 80. *Item Paulus Gualterius in Sanctis Calabriæ, qui ann.* 1630. *Neapoli prodierunt, pag.* 53. *& Ferdinandus Ughellus in ſuo Italiæ ſacræ tomo* 9. *edito anno* 1662. *habent vitam S. Stephani, quam primus ex codice Græco interpretatus eſt Italice: ſecundus & quartus Latinam ediderunt ex alia atque alia interpretatione. Tertius e textu Latino*

quæ variis aliis Latinis.

A AUCT. C. I. *tino Italicam fecit cum oratoria interpolatione. Horum ego editionibus inter ſe & cum textu noſtro Græco collatis, quamquam eodem fere recidant omnia, malui tamen novam interpretationem facere, conſimilem noſtro Ms. Græco, illamque ſimul imprimere, ut omnia magis authentica ſint. Editio Ughelli propius inſiſtit noſtro Ms. Græco: Maraſiotana & Poſſiniana in paucis aliquantum diſcordant; & in illo præcipue, quod deſignent diem martyrii ſeptimum Julii; quem Ughellus, noſter textus Græcus, Menæa & Menologia citata, unanimiter aſſerunt* octavum Julii.

etiam adnotavit a Lapide

7 *Cornelius a Lapide in Acta Apoſtolorum cap. ultimo ad illa verba*, Devenimus Rhegium, *commentans, varia habet, quæ ſibi, tunc Romæ commoranti, ſubmiſſa fuerunt* a Rhegienſibus, viris eruditis & primariis: *atque ex illorum fide hæc narrat:* Silet hic multa Lucas; ac præſertim Rhegienſium a Paulo converſionem, uno die, quo apud eos hæſit, factam: quæ ex eccleſiæ Rhegienſis monumentis, eodem ævo (*nempe ſeculo Chriſti primo*) Græce conſcriptis; ac deinde in Latinum idioma translatis; & in archiepiſcopali archivio aſſervatis, a Rhegienſibus viris eruditis & primariis ad me Romam tranſmiſſa, hic tranſcribam. *Tranſcribit autem ibi Acta Latina* S. Stephaoi *Epiſcopi, a Paulo Apoſtolo Rhegienſibus, ut ajunt, in tranſitu ordinati: quæ alia non ſunt, quam quæ nos infra damus Græco-Latina: nec tamen ibi ſunt integra; nam deſinunt in martyrio his verbis*, quod digni fuerunt pro Chriſto mori: *nec quidquam habent de ſepulturâ ſanctorum corporum. Facile condono P. Cornelio, Theologo & Commentatori in ſacram Scripturam eximio, quod fide & auctoritate* Rhegienſium, virorum eruditorum & primariorum, *talia ſcripſerit. Ipſe interim nihil per ſe commentatur de mora aut non mora Pauli Apoſtoli apud Rhegium. Suppoſuit, vera eſſe, quæ Rhegienſes de mora ejus apud ſe unius diei, & de magna converſione gentilium illo die facta: item de Actis* S. Stephani, *ſeculo Chriſti primo Græce conſcriptis, affirmabant. Et ſiquid illa de re per ſe commentatus fuiſſet, utique obſervaſſet, quod ſi Paulus uno die Rhegii moram traxiſſet, non potuiſſet ſecundo die Puteolos attigiſſe: quod Lucas factum eſſe ait, Sed de his mox alia.*

B

C *a quibus in noſtro textu Græco aliqua ſupplentur.*

8 *Interea ex citatis editionibus animadverto, in textu Græco noſtro ſphalmata quædam commiſſa eſſe, veriſimiliter ofcitantia librarii, illis in locis, ubi ego per incluſa biſce ſignis [ ] verba ſupplere conatus ſum. Inter quas correctiones etiam eſt, quod tertium nomen mulierum, ſimul paſſarum,* Perpetua *deſideratur, quæ in Italico & Latino* Sueræ epiſcopo, Agneti & Feliciati *ſubnectitur. Ex his autem ipſis nominibus dubium oriri poſſit, an omnes iſti una cum* Stephano *paſſi fuerint ſeculo Chriſti primo. Acta quidem, etiam Græca, non tam antiqua ſunt, nec talia, ut illud ipſis ſuto credi poſſit. Teſtimonia Martyrologorum nulla reperiuntur. Cultus nec valde antiquus apud Latinos nec valde celebris fuit ante ſeculum* XVII. *quando ejus amplificatio petita fuit a S. Rituum Congregatione Romæ & obtenta, per facultatem exponendi publice imaginem Sancti, ejuſque nomini altaria & templa dedicandi: quæ ea tenus nulla habuerit. Locus, ubi ſepultum fuit corpus* in hodiernum uſque diem, *uti ſcribit hiſtoricus Rhegienſis Politus ann.* 1617, reperiri non potuit.

Vide illa num antiqua ſint,

an inde certi dici poſſit,

9 *Ex his, inquam, dubitari poſſit, an* S. Stephanus *cum Sociis ſuis martyrium paſſus ſit ſeculo primo; eoque magis, quod totis tribus primis ſeculis Epiſcopus, ſuæ civitatis alius, Rhegienſibus non fuit notus. Si dicas, per traditionem notum eſſe* S. Stephanum *pro ſeculo primo; quæram, cur alius epiſcopus pro eodem ſeculo & duobus ſequentibus, ſimiliter notus non ſit. Inquies, quia antiqua civitatis ſcripta interciderunt; ſupereſt autem vita* S. Stephani, *quæ ipſum S. Pauli Apoſtoli diſcipulum facit. Audio; ſed illa ipſa vita non ſapit longam antiquitatem; nec poteſt ante ſeculum decimum ſcripta fuiſſe, ſi non diu poſt. Spatio autem novem, decem, aut plurium ſeculorum tunc elapſo, quando ſcripta fuit, poteſt ſcriptor multa ignoraſſe de geſtis Sancti ſui, quemadmodum nunc nihil de illis ſcitur ex antiquitate præter id, quod in vita narratur: & magis poteſt ignoraſſe certum tempus, quo vixerit martyrioque coronatus fuerit. In hac porro ignorantiæ aut maligna traditionis vulgi luce ſcribere exorſo iſtum fuerit, aptiori tempore Stephanum adduci Rhegium non poſſe, quam quo Paulus Apoſtolus eodem appuliſſe ſcribatur: & præſumi poterat, ipſum ibidem poſt aliquem reliquiſſe Epiſcopum.*

D *S. Stephanum ſeculo Chriſti primo vixiſſe,*

10 *Tum vero quæri poteſt de Sociis ſymmartyribus S. Stephani,* Suera epiſcopo, *& mulieribus,* Agnete, Felicitate & Perpetua, *unde illos acceperit aut mutuatus forte ſit ſcriptor vitæ. Æque hæc obſcura aliunde ſunt: nec facile eapiam, quomodo illis induſtæ Religionis Chriſtianæ inſtitis, duo Rhegii fuerint Epiſcopi, quando de uno ſolo non conſtat certo. De mulieribus quoque certiora deſiderari poſſunt, ne quis cogatur ſuſpicari,* Perpetuam *atque* Felicitatem, *omnium fere antiquorum Patrum ſcriptis celebratas, in Africa cum aliis ſociis martyret, imunte ſeculo tertio paſſas, Rhegium traductas fuiſſe.*

unde autem ſcivit ſcriptor

E

11 *Ego quidem per hæc dubia mea nihil derogatum velim veritati; ſed magis cupio, veritatem ex aliis illuſtriorem fieri per aptas ad dubia mea Rhegienſium ſolutiones. Aliud quoque dubium hue pertinet, ubi de prima Rhegienſium ad Chriſti fidem converſione per Paulum Apoſtolum, ſermo eſt. Populorum vox, & quodammodo Evangelium, de quo dubitare nefas ſit, inſonat auribus, Paulum, cum è Syria Rhegium appuliſſet, ducendus Romam a Centurione & cuſtodibus ſuis ad tribunal Cæſaris, ingreſſu urbis Rhegienſis, cœpiſſe Chriſtum annuntiare: incolas autem obſtinato animo ea probrioſiſſe iſtiſmodi annuntiationem; tandem tamen, deprecante Paulo, ut ſe dicentem audirent tantillo tempore, quo parvulum candela fruſtulum, quod manu tenebat accenſum, deflagraſſet, id permiſiſſe. Tum vero Paulum candelæ ardentis fruſtulum impoſuiſſe columellæ, quæ forte adſtabat, marmoreæ; & hanc columnam, conſumpta brevi candelula flammam concepiſſe & perrexiſſe ardere. Quo viſo prodigio, incolas fidem Chriſti amplexatos fuiſſe.*

Dubitant poſſit an Paulus Apoſtolus urbem ſuam

F

urbem Rhegienſem ingreſſus fuerit?

12 *Hoc factum, non tantum vulgi ſermone, ſed etiam ſcripto celebratur a Marco Antonio Politi in Chronico Rhegienſi pag.* 80. *ſed obiter tantum. Primum mihi in his dubium eſt, utrum Paulum Rhegii miracula fecerit, aut aliquos ad fidem converterit, imo an iſtam urbem ex navigatione illa intraverit. Scribit Lucas, comes S. Pauli in navigatione Syraco-Romana, quæ vidit; & accurate notat moram, quam in civitatibus obviis traxerunt. Sic Melitæ, ait, hibernaſſe Paulum tres menſes, & quæ ibidem interea fecit miracula & converſiones gentilium, deſcribit. Syracuſis triduo ſubſiterunt; Puteolis rogatus Fratrum manſerunt: dies ſeptem. De Rhegio autem nihil ſimile meminit Lucæ textus. Ea verba, Actorum cap. xii,* Et cum veniſſemus Syracuſam, manſimus ibi triduo. Inde circumlegentes, deve-

nimus

A nimus Rhegium; & poſt unum diem, flante Auſtro; ſecundo die venimus Puteolos; ubi inventis Fratribus, rogati ſumus manere apud eos, dies ſeptem: & ſic venimus Romam. *Igitur Paulus & Lucas, navigantes Syracuſa venerunt Rhegium. Non dicuntur urbem intraſſe, nedum moram diuturnam ibi feciſſe; ſed potius iter proſecuti, e conſpectu Rhegii, ſavente Auſtro, poſt unum diem navigationis, venerunt die ſecundo Puteolos. Neque enim, ſi uno die Rhegii ſubſtitiſſent, potuiſſent die ſecundo Puteolos attigiſſe, quibuſcumque flantibus ventis, propter longinquam locorum diſtantiam.*

certe prodigium quod ei attribuitur nunc,

13 *Ita intellecto ſacri Scriptoris textu, uti plane videtur intelligi debere; evaneſcit prodigium columnæ marmoreæ ardentis in converſionem Rhegienſium, imo & converſio ipſorum per Paulum, & ordinatio Stephani tunc temporis in epiſcopum. Quod ſiquis etiam ſuſtinere velit, Paulum civitatem ingreſſum fuiſſe, ibique die uno manſiſſe, nondum columna marmorea arſerit. Quid enim? Si id factum fuiſſet, Lucas, Pauli ſocius, utique ſcriviſſet. Si ſcriviſſet, utique ſcripſiſſet. Utpote qui multo minora Pauli geſta in Melita inſula & alibi, tam ſedulo*

B *in memoriam poſteritatis ſcripto conſignavit. Utitur ea re ſimili, ſimili argumentatione S. Hieronymus. Legebatur ipſius adhuc tempore liber de geſtis Pauli*

illi operatus non eſt;

& Theclæ, in quo & de baptizato leone narrabatur. Quod refutaturus ipſe, ſic ait: Igitur Παύλου Pauli & Theclæ, & totam baptizati leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt, ut individuus comes Apoſtoli *Lucas*, inter ceteras ejus res, hoc ſolum ignoraverit? *Similiter quomodo idem ignoraverit, accenſam a parva candelula, prædicante Rhegii Paulo, columnam marmoream arſiſſe? Addit Hieronymus ex Tertulliano*, Presbyterum quemdam in Aſia, *eruditos* Apoſtoli Pauli, convictum eſſe apud Joannem, quod auctor eſſet libri, & confeſſum, ſe hoc Pauli amore feciſſe; & ob id de loco excidiſſe. *Digna fictoribus in rebus ſacris ac ſeriis pœna; ſive finxerint amore perſonæ privatæ, ſive amore patriæ, ut res ejus geſtas quam altiſſime repetant, aut converſionem ejus ad Chriſto fidem ab Apoſtolis deducant.*

C *poſt mille & amplius annos vix eruditi,*

14 *Procedamus porro. Non tantum Pauli tempore ignotum fuit prodigium ardentis columnæ, verum etiam mille annis poſt, uſque ad tempus, quo primaria* S. Stephani *vita, quam Græco-Latinam damus, conſcripta fuit. Ejus quippe auctor, quamvis Paulum inducat Rhegium; ibique fidem annuntiaſſe, multos baptizaſſe, atque etiam presbyteros & epiſcopos ordinaſſe dicat, adeoque innuat longiorem moram ibidem traxiſſe; tamen ſuo tempore nondum ſcivit, quod incolæ Rhegienſes initio*

neque unus credidit a prudentioribus.

pertinaciter prohibuerint Paulo prædicare fidem, deinde vero per prodigium columnæ marmoreæ ardentis converſi ab ipſo fuerint. Quin imo ſatis declarat auctor vitæ, Rhegienſes ab initio, abſque ullo ſingulari miraculo, Paulum concionantem promos auſcultaſſe: & ſicuti terra bona ſuſceptum ſemen multiplicat centuplum, ita illos ſuſcepiſſe verbum Dei ex ore Pauli. Debet igitur fabula iſta primum nata fuiſſe in vulgus, poſt ætatem dicti ſcriptoris & forte diu poſt, ex otioſi alicujus cerebro, quæ mox vulgo placuerit, atque etiam a prædicto chronographo Rhegienſi, Marco Antonio Polti, recepta fuerit. Scriptoribus aliis, Marafioto in Chronico Calabriæ, atque Ughello in Epiſcopis Rhegienſibus; item Paulo Gualterio in Calabriæ Sanctis, & vita S. Stephani; *qui ante & poſt Polium, ſua ediderunt; non auſis prædicti prodigii, ac talis converſionis Rhegienſium ad fidem Chriſti, vel verbo meminiſſe, quod ſciam.*

D AUCT. C. J.

15 *Supereſt, ut de ætate* S. Stephani *& ſociorum ejus martyrum, verbum addamus. Satis conſtare poteſt ex hactenus diſputatis, ipſum a S. Paulo e navigatione Syriaco-Romana epiſcopum Rhegii conſtitutum non fuiſſe: id interim ajunt Rhegienſes: atque adeo ex illorum opinione conſtitutus fuit anno Chriſti 56. quo illac tranſiit Paulus. De anno autem determinato martyrii nihildum apud ipſos legi. Ferrarius ſcribit, paſſum eſſe* Stephanum ſub Nerone: *quod certat cum Actis, in quibus legitur, ipſum præfuiſſe epiſcopum* annos decem & ſeptem. *Ex quo conſequitur, martyrio defunctum eſſe anno 73. quod æque ſuſtineri non poteſt. Quia ſcitur, nec illo anno, nec aliquot præcedentibus, nec aliquot ſubſequentibus, perſecutionem ullam fuiſſe motam contra Chriſtianos. Quamobrem aliud tempus quærendum eſt, quo epiſcopus factus, quoque martyrium paſſus ſit* S. Stephanus. *Illud autem invenire, non erit facile: cum Ughellus dicat*, poſt Stephanum uſque ad Conſtantini Magni tempus, Epiſcopos, qui in civitate Rhegienſi floruerunt, deſiderari. *Rogo igitur Rhegienſes, ut ipſi novæ curæ in rem illam tamquam ſuam, propius inquirant.*

Quando & epiſcopus factus ſit S. Stephanus

quando oſtellus martyrio.

E *Antiquiores paſſim effectæ.*

16 *Nobis quidem experientia conſtat, ubique gentium obtinuiſſe & obtinere, eſſeque pluribus quodammodo innatam, ut rerum ſuarum antiquitatem affectent, eamque quam altiſſime attollant: quod & frequenter uſurpavit in Actis Sanctorum, quæ poſt longa tempora ex caliginoſa traditione aut apocryphis ſcriptis colliguntur. Id accidiſſe ſanctis Galliæ prioribus epiſcopis, luculenter teſtatur Philippus Labbe, antiquitatis eruditus, ſi quis alius, in Breviario ſuo chronologico Hiſtoriæ ſacræ & profanæ, ad annum Chriſti 69. ita ſcribens anno* 1665. Ab annis facile octingentis plures Majorum noſtrorum credideruot, quod primi epiſcopi fundatores eccleſiarum noſtrarum per Galliam, fuerint diſcipuli aut Chriſti Domini, aut ſanctorum Petri, Pauli aut Clementis, &c. quodque veneriot prædicare Evangelium in vaſtas halce provincias ſeculo primo Chriſtiaoiſmi, S. Urſinum Bituricenſium, S. Auſtremonium Arvernorum, S. Martialem Lemovicenſium, S. Frontonem Petrocoriceoſium, S. Eutrophium Santonenſium, & *quos porro recenſet magno numero alios:* quos *inquit*, doctiſſimi viri, Faber, Bolquetus, Launoyus, Patres Sirmondus & Petavius, alique plures, F cenſuerunt non veniſſe niſi ſeculo tertio aut quarto. *De nonnullis Sanctorum illorum & nos tractavimus ea Actis noſtris, & fere conſentimus cum ætatis Auctoribus.*

etiam in rebus ſacris,

17 *In Sicilia quoque Syracuſani, qui ſanctum ſuum Marcianum, primum civitatis epiſcopum nominant, contendunt que, Antiochia fibi a S. Petro Apoſtolo ſubmiſſum fuiſſe, oſtenduntur ad diem* XIV. *Junii noſtri, aberraſſe, ipſumque Sanctum, imperantibus Valeriano & Gallieno, ſeculo tertio, martyrium ſuſtinuiſſe. Umbri ſimiliter, ut ſuper diximus in Tractatu præliminari ad Tomum* I. *Julii, affectant antiquitatem primorum aliquot Epiſcoporum ſuorum, quos ajunt a S. Petro Apoſtolo e Syria ad ſe miſſos fuiſſe; qui non niſi temporibus Diocletiani & Maximiani vixerunt ac martyres facti ſunt. Nihil attinet plura congerere exempla. Res eruditis notiſſima eſt. De* S. Stephano, *primo Rhegienſium epiſcopo, jam oſtendiſſe mihi videor, ipſum nec ſeculo primo, nec a* S. *Pau-*

AUCT. C. J. *aut non in Stephano mſto.*

la Apoſtolo, quando is navigavit Romam, ordinatum fuiſſe Epiſcopum: quando autem ordinatus fuerit, nequeo divinare; quia de hoc Stephano ſilent tam Martyrologi Latini, quam alii ſcriptores antiqui, ſaltem qui ante vitam ejus ſcriptam vixerint. Fortaſſis poſſet ejus martyrium ad tempora Diocletiani & Maximiani referri, quia nullis aliis ante illud tempus noti ſunt Epiſcopi Rhegienſes. Verum certiora de his expectabimus a Rhegienſibus ipſis, ut jam dixi.

18 *Diximus quoque, unde acceperimus Acta Graeca: & quia tarde fuerunt collecta, comperiuntur non magnae fidei eſſe. En ipſa, cum noſtra interpretatione. Titulus talis praefigebatur:* Ἄθλησις τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν ἱερομάρτυρος Στεφάνου, μητροπολίτου Ρηγίου ϕ Καλαβρίας. Certamen ſancti Patris noſtri, ſacri martyris Stephani, Metropolitae civitatis Rhegii in Calabria.

Adventus Sancti cum Paulo Ap. Rhegium.

A C T A

Auctore Anonymo, niſi forte ſit Metaphraſtes,

Ex Codice Ms. monaſterii ſancti Salvatoris, Ordinis S. Baſilii prope Meſſanam.

SAnctus hic martyr Stephanus, civitate Nicaea ortus, cum Paulus Apoſtolus proficiſceretur Romam, ipſum comitatus fuit uſque ad civitatem Rhegium Calabriae. Inveniens autem Apoſtolus civitatem illam, totam idololatram, praedicavit ibi verbum Dei: & quemadmodum bona terra ſemen recipit multiplicatque centuplum, ita incolae civitatis verbum receperunt. Interea catechizans ipſos Paulus, baptizavit plurimos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti; atque ordinavit ibi archiepiſcopum Stephanum, qui recte paſcens commiſſum ſibi gregem, multos in occidentalibus plagis, convertit doctrina ſua ad fidem Chriſti. Poſtquam igitur ſeptemdecim annos ibi exegiſſet, Epiſcopoſque & presbyteros conſecraſſet, atque eccleſia per Dei gratiam perampla eſſet; mota fuit perſecutio contra Chriſtianos.

martyrium

2 In illa autem comprehenſus ab Hierace Praeſide S. Stephanus, tamquam auctor Chriſtianiſmi, coactus fuit negare Chriſtum & ſacrificare idolis. Quod ille non ſuſtinens, potius confeſſus eſt, Chriſtum Deum eſſe & creatorem omnium; idola vero eſſe ligna & lapides, ſenſu carentia; opera manuum hominum, & diaboli inventa. Hinc ſine ceſſatione verberatur una cum epiſcopo Suera, & facies eorum lapidibus conteruntur, & in caminum ignis injecti, inde exierunt illaeſi. Quo miraculo plurimi crediderunt in Chriſtum, exclamantes; Magnus eſt Deus, quem Stephanus & Suera epiſcopi praedicant. Inter hos quoque erant honeſtae feminae, Agnes & Felicitas & Perpetua nominatae, diſcipulae ſancti Stephani; quae libera voce, ſtantes coram Hierace praeſide, confeſſae ſunt nomen Chriſti; ipſum Deum verum & factorem omnium praedicantes.

ctum Se-ioram,

3 Tunc Praeſes, iracundia plenus, praecepit ipſis gladio amputari caput, uti & Stephano & Sueraе epiſcopis. Quo facto, reddiderunt ſanctas animas ſuas Domino, gratias agentes & exultantes, quod digni fuerint pro Chriſto mori. Venerabile autem ſancti Stephani corpus a viris religioſis nocte intempeſta deportatum fuit in auſtralem partem ejuſdem civitatis, ac depoſitum in ſecreto ejus oratorio, quod circiter milliari uno a civitate abeſt, plurimas operans curationes. Reliquorum vero Sanctorum corpora, Sueraе Epiſcopi, venerabilis Agnetis, Felicitatis & Perpetuae, ibi a Fidelibus depoſita fuere, ubi occubuerant; pro mundo intercedentes.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Στεφάνου ὑπάρχει ἀπὸ πόλεως Νικαίας· καταχθεὶς ὁ Παῦλος τὸ ἀποστόλι εἰς τὴν Ῥώμην, συνακολούθησεν αὐτῷ ἕως πόλεως Ρηγίου ϕ Καλαβρίας. Εὑρὼν ὁ Ἀπόστολος τὴν πόλιν ὅλην κατοίδωλον, ἐκήρυξεν εἰς αὐτὴ λόγον Κυρίου, ὃν σπορὰ ἀγαθὴ ϕ σπόρον δεχομένη ἡ ἐκκλησία, ὅτως οἱ ἐν αὐτῇ ϕ λόγον ἐδέξαντο· καταχήσας ἐπ' ὀνόματι ἁ Παῦλος, ἡ βαπτίσας πλείους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς ἡ τοῦ Υἱοῦ ἡ ἁγίου Πνεύματος. φυτεύσας αὐτοῖς ἀρχιεπίσκοπον Στέφανον, ἐκκλησιοποιήσας ϕ ἐμπιστεύσας αὐτῷ ποίμνιον, ποιμὴν τῷ ἀληθεῖ (μέρει) ἐπιστρέψας πλείστους ϕ τῇ Χριστῇ πίστει τοὺς ἐν τῇ δύσει κλίμασι. Διατρίψας δὲ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἔτη ἑπτακαίδεκα, ἡ ἐπισκόπους ἡ πρεσβυτέρους χειροτονήσας, καὶ ϕ ἐκκλησίας Θεοῦ χάριτι μεγαλύνας, ἐκοιμήθη διωγμοῦ κῦ ϕ Χριστιανῶν.

2 Ἐκραταιοῦντος δὲ Γέρακος ἡγεμόνος ἐν Ἄγκυρᾳ πρωτίστου τοῦ χριστιανισμοῦ, ἡ ἐκκληθεὶς ἀρνήσασθαι ϕ Χριστόν, ἡ θύσαι τοῖς εἰδώλοις δι ὃ ἐν ἐκάχετο, ἀλλὰ μᾶλλον παρρησίᾳ ϕ Χριστὸν ὁμολογήσας, Θεὸν ὄντα, ἡ ποιητὴν πάντων· καὶ ϕ εἴδωλα, ξύλα ἡ λίθους εἶναδυνα, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, οἷ διεβόλου ἐφευρήματα. Διὸ τύπτουσι αὐτοὺς (σὺν τῷ Σευρῇ ἐπισκόπῳ) ἡ λίθοις εἰς ὅλας συνθλῶσι, ἡ εἰς κάμινον πυρὸς ἐμβαλόντες, ἐξῆλθον ἀβλαβεῖς· ὅθεν πλείους ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ, ἡ μέγας ὁ Θεὸς ἀνεβόησαν, ὁ υἱὸς Στεφάνου, ἡ Σευρᾶ ϕ ἀρχιερέων κηρυττόμενοι. Ἐν οἷς ὑπῆρχον γυναῖκες σεμναὶ, Ἀγνῆ, φιλικιανὴ (ἡ Περπετοῦα) προσαγορευόμεναι, μαθήτριαι τοῦ ἁγίου Στεφάνου ὑπάρχουσαι, παῤῥησιάσμεναι ἐμπροσθεν τοῦτου Ἱέρακος ἡγεμόνος, ὁμολόγησαν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν ἀληθινὸν ἡ ποιητὴν πάντων ἀναφῤῥῆξαι.

3 Τότε θυμῷ πλησθεὶς, ἐκέλευσεν ἀνοῖξι ξίφει ἀποκεφαλίσαι ἅμα Στεφάνῳ ἡ Σευρᾷ τοὺς ἀρχιερέας. Οὗ γενομένου, παραυτίκα ἀπέδωκαν αἱ ἅγιαι αὐτῶν ψυχαὶ τῷ Κυρίῳ, ἐξομολογούμενοι τῷ ἀγωνίσασθαι, ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀποθανεῖν. Τὸ ἡ σῶμα τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Στεφάνου ὑπ' ἀνδρῶν εὐσεβῶν σωϕ ἡ τιμίων κομισθὲν, ἐν τῷ νοτιωτέρῳ μέρει ϕ αὐτῆς πόλεως, κατεσθὲ ἐν τῷ εὐκτηρίῳ αὐτοῦ οἰκτῷ, ϕ ἀπὸ σταδίων ἐνὸς ϕ πόλεως, πλείστας ἰάσεις ἐποιήσεν. Τὰ ἡ ϕ λοιπῶν ἁγίων τὰ σώματα, Σευρᾶ ἐπισκόπου, σεμνῆς Ἀγνῆς ἡ φιλικιανῆς (ἡ Περπετοῦας,) ἔνθα ἀπεκεφάλισαν, ὑπὲρ τοῦ κόσμου πρεσβεύοντες.

DE

DE SANCTA ZOE MARTYRE

ROMÆ.

Ex Actis S. Sebastiani.

J. B. S.

AN. CCLXXXVI. *Primum fuisse Romani parvi auctorem, qui Sanctos plures ex Actis S. Sebastiani, hoc & duobus sequentibus diebus, sacris Fastis inseruerit, pridem suspicatus sum, idque satis videtur ostendere antiquiorum Martyrologiorum de iis silentium. Ita ipse scripsit hoc die,* Romæ, natale Zoæ, uxoris Nicostrati. *Ex laudatis Actis breve elogium concinnavit Ado, ab Usuardo sic ferme contractum, quemadmodum in Romano bodie legitur. Rabanus, qui Romanum parvum non vidit, de Zoe non memini: in Notkero dies aliquot desiderantur: Wandelberti metra dedimus in nostra Usuardi editione. Paulo pluribus ex extato fonte ornatur, sed* XV. *Julii, ab eo, quem Florum esse putaverunt Majores nostri. Assumentum est, quod in unico Hieronymiano contracto, nempe Augustano habetur,* Zoæ uxoris Nicostrati. *Ceteros Martyrologos, præsertim recentiores non enumero, neque inde describenda sunt longiora aut breviora encomia, quæ alia complecti non possunt, quam quæ mox, ut magis genuina, subjiciam. Nota est insignis S. Sebastiani oratio, per quatuor capita ad* XX. *Januarii deducta, qua clarissimos Martyres, fratres geminos Marcellianum & Marcum, suorum lacrymis & precibus prope nutantes, ad constantiam egregie excitavit, aliosque ad fidem convertit, quæ inter eam, qua de agimus,* S. Zoam *vel* Zoen *cum marito Nicostrato, ut habet ad dictum diem* XX. *Januarii, capite* 7. *ex quo potius quam ex Equilino aut Mss. verba ad Sanctam nostram spectantia, quidquid ab hypercriticis nonnihil vellicentur, deservio.*

A Romani parvi auctore, Fastis primum inserta.

B 2 Igitur cum hæc beatissimus Sebastianus, indutus chlamyde, succinctus balteo, ex suo ore proferret, subito per unam fere horam, splendore nimio de cœlo venienie, illuminatus est, & sub ipso splendore, candidissimo pallio amictus est ab angelis septem clarissimis, & juvenis apparuit juxta eum, dans ei paeem, & dicens: tu semper mecum eris. Hæc autem gerebantur omnia intra domum Primiserinii, nomine Nicostrati, apud quem custodiebantur Marcellianus & Marcus. Qui Nicostratus habebat uxorem, nomine Zoen, hæc ante sex annos, ægritudinis nimietate, facta est muta, prudentiam tamen audiendi & intelligendi non solum non amiserat, verum etiam melius quam prius habuerat, aurium officium obtinebat.

oratione & signis S. Sebastiani mutata ei restituitur.

C 3 Hæc itaque cum intellexisset omnia, quæ B. Sebastianus dixerat, & tantum lumen circa eum vidisset; cumque omnes tremefacti, miraculi stupore tenerentur, innuebat manu omnibus, ut quasi exprobrandi essent, qui tam evidenti assertioni non crederent, & genibus ejus advoluta, rogare eum manum indiciis cœpit. Sed S. Sebastianus cum videret eam cordis secreta, linguæ expressione declarara non posse, causas hujus silentii perc*unctatus*, didicit sermonis illi copiam nimia vi infirmitatis ablatam. Tunc B. Sebastianus dixit: Si ego verus Christi servus sum, & si vera sunt omnia, quæ ex ore meo hæc mulier audivit & credidit, jubeat Dominus meus, Jesus Christus, ut redeat ad eam officium linguæ, & aperiat os ejus, qui aperuit os Zachariæ Prophetæ sui; & fecit crucem in os ejus.

& loquelæ recipit.

4 Atque ad hanc vocem S. Sebastiani, exclamavit mulier voce magna, dicens: Beatus es tu, & benedictus sermo oris tui; & beati, qui credunt per te, Christum filium Dei vivi. Ego enim vidi oculis meis angelum, ad te venientem E de cælo, & librum ante oculos tuos tenentem, ex cujus lectione universa sermonis tui oratio decurrebat. Benedicti, qui in omnibus, quæ locutus es, credunt, & maledicti, qui dubitaverint vel in uno verbo ex his omnibus quæ audierunt: quoniam sicut aurora superveniens universas tenebras noctis excludit, & omnium oculis lumen, quod nos cæca negaverat, reddit; ita lux sermonum tuorum omnem caliginem omnemque ignorantiæ cæcitatem exterfit, & oculis recte credentium serenum post noctis tenebras diem reddidit: a me autem non solum incredulitatis tenebras exclusit, verum etiam sermonis mei ostium, quod per sex annos clausum erat, patefecit.

credent auditum S. Sebastiano assistentem.

Natus Martî sacrificare.

5 *Pergunt Acta a num.* 25. *memorare, quid Nicostratus egerit,* videns quod esset tanta virtus Christi in sua uxore celebrata, *ac deinde a cap.* 8. *ad* 19. *quæ a SS. Marcellino & Marco, a S. Sebastiano, a S. Polycarpo presbytero, aliisque præclare gesta sunt, donec cap.* 20. *& sequentibus ad eorum martyria deveniatur, quorum antesignana fuit Sancta nostra, ceteris fortiter & gloriose præ*lucens. *Actorum verba denuo transsumo, ad quæ suo loco videri possunt Bellandi notationes & quæ ad Martyrologium observavit Baronius. Ita prosequuntur:* Verum, quia multum est, si velimus ea prosequi, quæ & quanta per eos fecerit Christus, qualiter unusquisque ad palmam martyrii venerit, tantummodo explicemus. Beatissima Zoe in Apostolorum natali, dum ad confessionem Petri Apostoli oraret, ab insidiantibus paganis arctatur, ducturque ad Patronum regionis Naumachiæ, & compellitur Martis statunculo, quod illic stabat, thuris guttas incendere. Tum illa respondit: Mulierem Marti sacrificare compellitis, ut ostendatis Martem vestrum muliebribus delectari. Sed ille impudicissimæ Veneri potuit pudorem eripere, mihi vero, tropæum fidei in fronte portanti, non poterit prævalere. Non enim ego meis contra eum viribus luctor, sed in Domini mei Jesu Christi virtute confidens, & vos & illum pariter ridendo contemno. F

fame diu cruciata concutur & in Tiberim abjicitur.

6 Tunc Patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam, & per quinque dies fecit eam nec lumen videre, nec cibum nec

A potum acciperet. Solum vox ejus, qui eam illic incluſerat, audiebatur, dicentis: Ibi moAUCT. rieris fame, & ſiti, & cæcitate, niſi te libaJ.B.S. turam promiſeris diis. Sed cum pertranſiſſent ſex dies, ſuggeſſerunt de ea Præfecto ſævienti, qui juſſit eam a collo & capillis in arborem excelſam ſuſpendi, & ſubter fumum ex ſterquilinio adhiberi. Statim autem ut ſuſpenſa eſt, in confeſſione Domini emiſit ſpiritum. Illi autem auferentes corpus ejus, ſaxo ligaverunt & Tiberis alveo immerſerunt, dicentes: Ne Chriſtiani corpus ejus tollant & faciant ſibi illam Deam. Igitur celebrato martyrio ejus, venit in ſomnis B. Sebaſtiano, & narravit ei, qualiter martyrium ſuſcepiſſet. Quod cum narraſſet S. Sebaſtianus, properavit ſe S. Tranquillinus, dicens: Feminæ nos ad coronam præcedunt, ut quid vivimus? ipſe quoque deſcendens Apoſtolorum natalitii octavo die, ad B. Pauli confeſſionem acceſſit, nihilominus & ipſe perpeſſus inſidias, tentus eſt, & a populo lapidatus, mortuus eſt, & corpus B ejus Tiberinn gurgiti mancipatum eſt. *Hactenus laudata Acta de* S. Zoes *martyrio.*

7 Ex his quidem apparet, *inquit Baronius ad annum* 286. *num.* 14. non latuiſſe ethnicos, ſolitos eſſe Chriſtianos religioſo cultu proſequi D Sanctorum memorias. Gentiles autem conſueviſſe demergere in Tiberim cadavera illorum, quos ſepultura privandos eſſe ducebant, innumera ſunt exempla. *Vide ibi. Conſignantur autem & hoc & ſequentia martyria ad prædictum annum* 286. *quo veroſimiliter plerique coronati ſunt, ut non diffitetur Tillemontius; qui tamen contra Bollandum, certamen S. Sebaſtiani non anno proximo ſequenti* 287. *ſed* 288. *inchoandum cenſet tomo* 4. *nota* 3. *pag.* 744. *Utcumque ſtatueris; cum reliquos præceſſerit* S. Zoe, *non video certiorem pro ipſa epocham reperiri poſſe, quam ſit annus* 286. *Paſſionis dies ſatis recte etiam collegit Romani parvi auctor, cum is ex ordine dierum, quibus capta, carcere detenta & martyrio affecta eſt, plane emelligatur, quemadmodum & die ſequenti in Octava Apoſtolorum S. Tranquillinum recte collocavit, quidquid de cetero non multum ſcrupuloſus fuerit in ſeligendis pro ſuo arbitrio conſignandiſque Sanctorum feſtivitatibus, ut alibi non ſemel notavimus. Atque hæc de Sancta noſtra dicta ſufficiant; neque enim hic repetenda, quæ ad* XX. *Januarii a Bollando abunde explicata ſunt, uti jam ſupra etiam monuimus.* E

Annus & dies paſſionis.

DE SS. MARTYRIBUS SICULIS

J.B.S. AGATHONE ET TRIPHINA, SEU TRIPHONE

Ex Hieronymianis cum Romano collatis.

V. JULII *De his duobus Martyribus nihil invenias apud pleroſque claſſicos Martyrologos, genuinum Bedam, Florum, Wandelbertum, Romanum parvum, Adonem aut Uſuardum (Notkerus hic deficit) ut eos in Auctariis Uſuardinis recte remiſerimus ad ſola Hieronymiana, ex quorum aliquo eos accepit Rabanus his verbis:* In Sicilia, natalis Agathonis & Triphenæ, *pro qua legendum monet editor Caniſius* Triphinam, *haud dubie ex Martyrologio Romano, cujus Reviſores nullum alium fontem hic habuere præter Bedam Plantinianum, quem in notis ſuis paſſim allegat Baronius. At Bedam illum plane ſuppoſititium eſſe, jam pridem extra controverſiam poſuimus. Hodiernus Plantinianæ iſtius Bedæ textus plerumque ex Adone & Rabano conſutus eſt, cum ea ſolum diverſitate quod* Triphinam *ſubſtituerit pro* Triphena *Rabani.*

S Tribina nomen.

C

2 *Sæpe alias monui, & præcipue in Uſuardina præfatione cap.* 1. *art.* 3. §. 2. *Rabanum in condendo Martyrologio ſuo, eam ferme ſolam operam poſuiſſe, ut Bedam in laboue Flori auctum, acceptis ex codice aliquo Hieronymiano nonnullis Martyrum nominibus, aliiſque paucis aliunde acquiſitis, per totum anni circulum impleret, unde facile intelligitur, ad primum fontem ſeu Hieronymiana exemplaria recurrendum, ut de his duobus Martyribus certi aliquid ſtatuatur, non circa ipſorum Acta, quæ nulla uſquam exſtant, nec circa palæſtram, quæ unus diſerte figuata eſt, ſed circa ſolam ſecundi nominis efformationem: videlicet, ſervenciumne ſit* Triphina *an* Triphon, *ſeu quod eodem recidit, virne an femina fuerit S. Agathonis ſocius. De ipſe Agathone ſatis certum eſt verum fuiſſe, ſive* Agatho *dicatur, ſive* Agathonus, *pro diverſa coacervum Hieronymianorum*

ex Beda Plantiniano ſumpta;

inflexione. Quidquid de cetero apud Grevenum, nomina confundentem, aut apud alios recentiores legitur, ad controverſiam dirimendam nihil admodum conferre poteſt.

3 *Quæritur itaque, quid probabilius ſcriptum olim fuerit a primo collectore Martyrologii iſtius, quod ſub ſancti Hieronymi nomine apud nos vetuit. Inter omnia exemplaria, a Florentinio edita, unum unicum reperitur Epternacenſe, in quo legatur:* In Sicilia, Agathonis & Trifiniæ. *Eo eum quidem codicem ut vetuſtiſſimum agnoſcimus, at navus ſuis plurimus non carentem, ut in concurſu aliorum omnium, de iiſdem Sanctis agentium, palmam ipſi ſalte tribuendam non cenſeamus: atqui codices reliqui univerſi, ſeu quos grandiores vocamus, ſeu quos contractos dicimus, nullum* F *Trifiniæ, Triphenæ ſeu* Triphinæ *nomen reſonant; putamus itaque recte conſequi, non* Trifiniam *ſed* Triphonem *vere enuntiandum. Ea textus ipſos, Luconſe & Blumianum diſerte leguut:* In Sicilia, Agathonis, Triphonis. Corbejenſia: *In Sicilia,* Agathoni, Triphonis, *ubi & Juſtus aliquis additur, reliquis præteritis. Ne recenſendis aliis, jam publici juris factis, moleſtus aut tetricus ſim; verbo dicam, & Gellonenſe, quod pridem excudi curavit Acherius, & quæquos nuper edita ſunt, tum tomo* 7. *Junii noſtri, tum in nova Anecdotorum Benedictina collectione, ſi de Sanctis his agunt, conſtantiſſime* Triphnnem, Trophnnem, Tryphonem *vel* Trofonem, *efferunt, nullo prorſus reperto, quod* Trifiniam, Triphinam, Triphenam, *aut quid huic nominis affine ſignaverit. In Florario Sanctorum Ms. etiam diſtincte legitur* Agathnnis & Triphonis.

ex Mollio Hieronymi nomen reſtituitur;

4 *Hæc recte deducta exiſtimo, neque dubito, veram*

A *verum lectionem esse*, In Sicilia, Agathonis & Triphonis, *quæ vel in ipsum Romanum Martyrologium reponi possit, ex quo, nisi vehementer fallor, occasionem aliqui sumpserunt, hoc die consignandi* Trophimam *alio nomine* Triphomenam *vel quotquot aliis modis efferre volueris, quam Patiensem ajunt scriptores Siculi, Minervæ in Picentibus peculiari cultu celebrem; de qua etiam hoc*

Ut legendum sit Triphonis.

die agemus; occasionem, inquam, sumpserint aliqui, Trophimam *etiam seu* Triphomenam *cum* Triphina, *in Romano expressa, confundendi, uti latius infra disputabitur. Hinc solum spectabat, ex antiquioribus monumentis vera Sanctorum istorum Siculorum Martyrum nomina eruere, quorum vetustissima in Martyrologiis Hieronymianis memoria satis demonstrata est.* D

DE SS. MARTYRIBUS TOMITANIS

STRATORE, THEODOTO, MERONA, MARINA SEU MARINO, RODOFIA, MAGRINO, SECUNDINO, THOMO SEU THEONO, ET FORTE SODERA SEU SODEPHA

Notitia ex Hieronymianis. J. B. S.

v. Julii B *Martyrologium Romanum in mutila horum Sanctorum hodierna annuntiatione ducem denuo habet Bedam Plantinianum ex Rabano, qui primus ex nostra classe Hieronymiana tria dumtaxat nomina non satis integre decerpsit. Difficultas est in definiendo totius cohortis numero, quæ in Lucensi ex septenis sociis componitur, in Corbejensi ad octo accrescit, in Epternacensi ad decem; in aliquibus nomina masculina, quæ in aliis feminine inflectuntur, ut in his codicibus frequentissime recurrit. Singula latercula, jam satis vulgata, describere, operæ pretium non est; nomina determinanda putavi ex plurium codicum concordia: alii statuant, quod maxime placet.* Stratoris *legunt Lucense, Blumianum & Barberinianum;* Stratonis *est in Corbejensi & Gellonensi, pro quo* Staris *reddidit Epternacense, alia serie Sanctos ordinans.* Theodoti *scribendum docent exemplaria pleraque, excepto rursum Epternacensi, ubi* Theodothæ. *Rursus* Meronæ *præstantius ex Epternacensi, Corbejensi & Autissiodorensi, quod etiam nomen aliqui masculinum faciunt.* Rodosiæ, *seu mavis* Rodaphiæ, *legunt Lucense, & Blumianum; Epternacense,* Rodopiæ, *Antissiodorense* Rodoliæ; *Corbejense* Rodeliæ; *si male elegerim, tu præfer, quod lubet, & si vis, recurre ad auctaria Bedæ, a nobis edita.*

Nomina varie enumerat & generis inflexa

C 2 *Dubium est, sitne adoptanda* Marina *Epternacensis codicis, pro qua forte alii legunt* Macrini, *vel* Magrini; *verum cum idem codex Epternacensis addat etiam nomen* Mafrimi, *verosimilius est per corruptum hoc nomen indicari* Magrinum, *seu* Macrinum, *eumdemque proinde a* Marina *distinguendum. Non ausim tamen* Marinum *adstruere, cum Rabanus ex* Marina *eum formasse videatur, aut* Marinum *pro* Macrino *sumpsisse, quemadmodum & pro* Soderæ *verosimiliter scripsit* Sodephæ. *Turpius nomina corrupere recentiores, qui* Martinum *pro* Marino, Godefam *pro* Sodephæ *fingere ausi sunt. De* Secundino *res satis clara est, sic enim habent Epternacense, Lucense, Blumianum, Augustanum, & Barberinianum, contra Corbejense, in quo solo* Secundi. *Magis placeret* Theoni *Epternacensis, quam* Thomi *alterum, nisi horum numerus prævaleret. Abundare videtur in Corbejensi particula ultima,* Item Theodoti, *qua etiam causa excludo* Rodiniam *Epternacensis, quæ eadem videtur cum* Rodopia, *in eo codice, ni fallor, repetita; ex qua alii* Rodaphiam *formant. De* Sodera *ejusdem codicis, quæ a Rabano in* Sodepham *transformata est, non eadem videtur ratio, licet enim ab aliis non notetur, verosimilius excludenda non est: addidi tamen particulam* forte, *ut rem non satis certam ostenderem. Nescio, cur in Romano legatur* Sodophæ, *ubi tam certum est, ex Beda Plantiniano annuntiationem controversam desumptam esse.* E F

Verosimilius desumitur.

DE S. ARPOTE ALEXANDRINO

Ex Hieronymianis. J. B. S.

v. Julii *EX solis Hieronymianis deducitur hic Sanctus, qui utrum Martyr an Confessor fuerit, dubium facit modus annuntiandi.* Arpotem *vero melius dici, quam* Apotem, *evincunt exemplaria ferme omnia tum magna cum minora, contra solum Epternacense, ita scribens:* In Alexandria, natalis Apotis: *illud* ꝟ natalis, *particula hic varius usitata, nescio quid sonat, quo confessorem indicet. Lucense, Blumianum, & codex Reg. Suecæ, seu Senonense S. Columbæ, eodem modo signant, sed melius* Arpotis. *Si satis verus est Corbejensis textus, omne dubium tollitur de debito* S. Arpoti *titulo; sic enim habet:* In Alexandria, natalis S. Arpotis confessoris. *Unde id tam distincte eruerit codicis hujus scriptor, incertum est. Auctuaria Bedæ nostri simpliciter legunt:* In Alexandria, S. Arpotis, *& semel* Erpotis. *In aliis Hieronymianis solo nomine notus est* S. Arpotes, *qui sive Martyr, sive confessor fuerit, hoc certum est, de ejus gestis nihil memoriæ proditum, saltem quod ad nos pervenerit.*

Martyr an confessor fuerit incertum.

DE SS. CYPRILLA SEU CYRILLA, LUCIA, ET AROA MM.

CYRENE IN LIBYA.

I. P. **Sylloge Hiſtorica.**

CIRCA INITIUM SECULI IV.

INter alias pro Chriſto mactatas victimas, non infimum ſibi locum vendicat ſancta martyr Cyprilla, ſeu Cyrilla, quæ immanibus primum excarnificata cruciatibus, tandem glorioſo perfuncta agone, urbem Cyrenen in Lybia glorioſo ſuo ſanguine nobilitavit. *Martyrologium Romanum* natalem ejus recenſet in hæc verba: Cyrene in Lybia, S. Cyrillæ, quæ in perſecutione Diocletiani ardentes carbones cum thure ſuper manum poſitos diu tenuit, ne excutiendo prunas, thus obtuliſſe videretur: deinde laniata, ac ſuo ſanguine purpurata, obviam ſponſo proceſſit.

Cultus.

B

nominis etymologia.

2 *Franciſcus Labienus in Menologio Gallice edito dicit perperam ſcribi* Cyrillam *in Martyrologio Romano, appellans ad Menologia & Menæa Græca; & probo ejus correctionem; cum in omnibus paſſim, quos conſulere licuit, exemplaribus Græcis, mox commemorandis, conſtanter ubique ſcribatur* Cyprilla, *exceptis Menæis Ambroſianæ bibliothecæ, ubi legitur* Cyrilla. *Natalis Martyris noſtræ legitur in Menæo Chiffletiano ſine elogio, ſed die* IV. *hujus. Verum hoc die* V. *conſtanter ſignatur apud Maximum Cyberorum epiſcopum, in Menologio Sirleti, uti & Menæis impreſſis, cum elogio. Idem Labienus in ſuum Menologium Gallicum fere tranſcripſit elogium Menæorum exuſtorum, vel a ſe, vel ab alio verſum, & modice amplificatum. Dicto Menæorum elogio præmittuntur duo ſequentes verſiculi, cum gratioſo quodam lepore, orto ex affinitate ſyllabarum in vocibus* κυπρίζω *&* κυπρίλλα. *Sic ſonant:*

Βότρυς δυπρίζων Κυπρίλλα τῷ Κυρίῳ,
Ἐξ ἀμάτων σάζεσα οἰνοπλοκίαν,

C Floridus eſt Domino martyr Cyprilla racemus,
Delicias vini, fuſo de ſanguine, ſtillans.

tempus martyrii.

3 *In Baſiliano Menologio refertur paſſa ſub Diocletiano; in Menæis autem impreſſis ſub præſide Digniano; quæ temporis notæ ſatis congruunt. Baronius martyrium annexuit anno* CCCX. Lucia & Aroa *in Baſiliano dicuntur* Sanctæ mulieres. *Hoc titulo abſtinent Menæa impreſſa; in quibus tamen narrantur accuſatæ fuiſſe apud præſidem Dignianum, coram eo comparuiſſe, & Chriſtum Deum confeſſæ. Signatur quoque memoria* Luciæ & Aroæ *in Menæo dicto Chiffletii, ſed* IV. *hujus. An fuerint* Cyprillæ *in martyrio ſociæ, ibidem non lego. Nec vero legit Labienus ſive in magnis Menæis, ut vocat, nec in Menologio; tametſi dicat credibile eſſe, etiam fuiſſe paſſas, propterea quod fidem eſſent confeſſæ; eaque de cauſa illas tamquam ſocias memorat ſeſe accenſere* S. Cyprillæ. *Idem auctor pro* Aroa, *ſicuti in Menæis impreſſis, Baſiliano Menologio & Menæo Chiffletiano ſcribitur, legit* Roa.

4 *In ſupplemento ad Menæa exuſta ex Synaxario Sirmondi & Mſ. Chiffletii, die* IV. *hujus in elogio Theodori epiſcopi Cyrenenſis, cujus ob Chriſti confeſſionem in carcere concluſi, exſtiterant miniſtræ, appellantur mulieres noſtræ* Sanctæ; *de qua re conſule dictum elogium die* IV. *hujus. Indidem etiam colligitur pro Chriſti fide interemptas fuiſſe* Luciam & Aroam; *quod conficio ex hac periodo inde avulſa. Μαθὼν ταῦτα ὁ Ἡγεμών, καὶ ὅτι ὁ Λούκιος χριστιανὸς γέγονε, προσέταξεν ἀναιρεθῆναι αὐτὸ ἁγίας Λουκίαν καὶ Ἀρόαν καὶ Κυπρίλλαν.* Præſes ubi hæc E intellexiſſet, quodque Lucius factus fuiſſet Chriſtianus, juſſit occidi ſanctas Luciam, & Aroam, & Cyprillam. *Atque illud perſpicue patet e verſiculis in citato Supplemento, quos ad majorem rei confirmationem, huc tranſcribi:*

Τοῖσι Κυπρίλλας πρὶν πάλαι ἐν πρὶ ξίφει,
Ὁ συμπαλαίστας Γαϊῷ Θεὸς πάλαι.
Ἔδειξεν ἦμιν Ἀρόαν καὶ Λουκίαν,
Ὡς καὶ κόρας οὔσας παρθὼν ξίφει.

Ad luctam, Cyrilla, Deus te firmet acerbam,
Quem colluctatum cum Jacob novimus olim,
Videre nobis Aroa & Lucia dedit,
Quod vel puellæ perpeti gladios queant.

Hic expoſitis, reddo Martyris Cyprillæ elogium ex Menologio Baſiliano.

elogium ex Baſiliano Menol.

5 Cyprilla, Chriſti Martyr, fuit e civitate Cyrenes, regnante Diocletiano. Progenitoribus orta Chriſtianis, viro juncta vixit annis duobus. Viro ejus defuncto, permanſit in viduitate annis octo & viginti. Theodorum vero ſanctiſſimum Cyrenes epiſcopum, carceri incluſum cum caſus ferret, ut ipſa capite doleret, ſanitatis F cauſa acceſſit; & ſanata ſervivit ei cum Lucia & Aroa, ſanctis mulieribus. Poſtea autem, Theodoro e vivis exempto. Præſidi oblata, Chriſtumque confeſſa, primo cæſa eſt; deinde carbonibus manui ipſius impoſitis, cogebatur a lictoribus, tenentibus ejus manum, diis thus offerre. Illa autem exclamabat: Non eſt hoc voluntarium ſacrificium: Ego enim Chriſto meo ſacrificio. Et ſic fata, in ligno ſuſpenſa fuit, & raſa, ſpiritum reddidit.

Menæis impreſſis.

6 *Elogium, in Menæis Græcis Martyri noſtræ & Menæis impreſſis adornatum, vix differta jam proclivo, ſi ſequentia excipias, videlicet, quod ex ejuſdem, equuleo ſuſpenſæ ac raſæ, vulneribus languis, e papillis vero lac inſtar fluminis defluxerit; ipſa vero animo defecta ſpiritum Domino reddiderit. Quam* Præſes juſſit a ſanctis feminis ſepeliri; quæ id cum ſuaviſſimo pſalmorum concentu fecerunt. Extemplo vero e ſepulcro ejus exundavit liquor quidam inſtar roris, præſens ad omnium morborum curationem medicina.

DE

DE S. DOMITIO MARTYRE IN SYRIA.

I. B. S. Diſquiſitio de pluribus ſynonymis Sanctis in hunc unum veroſimiliter conflandis.

AN. CCCLXIII. *Synopſ. Sanctii in Paſſis Græcis.*

Baronius duos confundit.

Utrum diverſi ab eo, de quo Chronicon Paſchale.

Idem videtur, qui in Chronico Paſchali.

Et in Menæis deſcribitur.

Boios jam ſanctos Dometios *ſeu* Domitios *in Actis pridem dedere Majores noſtri, alterum ad* VIII. *Martii, de cujus geſtis nihil repertum eſt, quique in pace quieviſſe ibi dicitur: alterum Martyrem glorioſum* ex Phrygia oriundum, *qui* die quadam, cum equeſtres ludi agerentur, & impuris dæmonibus offerrentur ſacrificia, diutius nequiit continere ipſe ſe, quin divino inflammatus zelo, in medium prodiret circum, anathemate devovens Julianum apoſtatam, & B idolorum cultores deſpuens, falſoque dictos deos ſubſannans. *Hic captus & in carcerem detruſus, cum Chriſtum abnegare renueret*, intra paucos dies . . . , ſacram cervicem ſubjecit gladio & capite minutus eſt. *Nihil additur, ex quo de hoc martyrii curiores fiamus. Tertium* S. Dometium *ſuggerit Menologium Sirleti apud Canifium, ad* VII. *Auguſti, & ipſum Martyrem, Perſam genere*, monachorum habitu indutum, qui propter Chriſtianæ fidei confeſſionem a Juliano apoſtata, cum duobus diſcipulis lapidatus, martyrii coronam ſuſcepit. *Neque hic certaminis paleſtra exprimitur, nam licet dicatur* veniſſe in urbem Niſibenam, *ibique* baptizatus *fuiſſe; ex Menæis conſtat, inde diſceſſiſſe, & alibi monaſticam exercuiſſe. Ceterum duos hic habes ex Faſtis Græcis ſanctos* Dometios, *ambos Martyres, amboe a Juliano, vel ſaltem ſub Juliano paſſos.*

2 *De* S. Domatio *ab eodem Apoſtata coronato, alia narratur hiſtoria in Chronico Paſchali, a Cangio edito, pag.* 297. *quam hic totam ex ejus verſione ſubjicio:* Hoc anno (CCCLXIII.) martyrium ſubiit hacce ratione S. Dometius. Cum C Julianus ad bellum proficiſceretur ac per Cyreſtica tranſiret, urbam vidit ante S. Dometii ſpeluncam ſtantem, ut curaretur; quis ille eſſet, rogavit: intellectoque monachum eſſe, populumque ibi cogi, ut ſanitatem conſequeretur, & ab eo benedictionem acciperet, hæcce nuntiavit, S. Dometio idem Julianus per Referendarium, qui Chriſtianus erat: Si, uti Deo tuo placeres, hoc antrum ſubiiſti, noli hominibus placere, ſed ſolitarius vive. Cui repoſuit S. Dometius; Anima mea & corpora jam pridem Deo conſecratis, in hoc ſpelæo memet incluſi: populum autem ex fide ad me venientem arcere non poſſum. Imperavit ergo Julianus, ſpelæum occludi, intuſque manens vir juſtus, S. Dometius, vitam finivit. *Hactenus Chronicon. Quæritur modo, utrum ſub diverſis in ſpecie characteribus hic expreſſis tres diverſi ſancti Dometii, an ſaltem duo deſcribantur; an forte unus ſit & unicus Phryx & Perſa, in quem diverſa quadrare poſſint.*

3 *Poſtremum videtur ſuppoſuiſſe Baronius, dum ad annum Chriſti* 363. *num.* 38. *ſic ſcribit:* Accidit autem, ut cum Julianus Niſibi eſſet, Dometius, ſanctiſſimus monachus Chriſtianus, natione Perſa, in ipſum magna conſtantia inſurrexerit, exprobrans apoſtaſiam, qua deſector pietatis factus, pro dæmonibus bellum gereret adverſus Sanctos. Quod ille indigne perferens animo, mox ipſum cum duobus ejus diſcipulis lapidibus juſſit occidi. *Pace Eminentiſſimi Annaliſtæ dixero, non ſatis conſtat, Niſibim unquem accеſſiſſe Julianum, neque id indicant Menæa aut Menologium, neque locum ſignant, ubi martyrium paſſus ſit S. Dometius cum diſcipulis: multo minus ceſant, ſanctum illum Perſam monachum,* E *apoſtaſiam Juliano exprobraſſe, cum hæc a Græcis tribuantur alteri illi* S. Dometio, *de quo ex Actis ad* XXIII. *Martii locuti ſumus, qui cum* ex Phrygia oriundus & capite minutus, *cum* monacho Perſa, *qui* lapidibus occiſus eſt, *non ſatis recte componi poſſe videtur, ut proinde ſi veri ſupponuntur Græcorum Faſti, ubilque turbationis circa hiſtoriæ circumſtantias in eos irrepſerit, duos ſaltem Dometios tantiſper diſtinguere neceſſe ſit.*

4 *At quid de* S. Dometio *Perſa &* S. Dometio *Chronici Paſchalis? Mirum ſane, ſi tres ſynonymi Martyres eodem tempore, eodem loco, & ſub eodem Apoſtata, ob Chriſti fidem cæſi fuerint: neque id ea cauſa admittendum videtur, quod notaverit Papebrochius ad Kalendarium Græco-Moſcum,* VII. *Auguſti, pag.* 37. *Dometium illum* cum duobus diſcipulis in Paleſtina monachum fuiſſe & ſub Juliano paſſum, ſicut habetur in epitome Actorum. *Intelligo in Menæis excuſis, ubi ad dictum diem* VII. *Auguſti, monachus ille Perſa cum duobus ſociis ſeceſſiſſe dicitur ad monaſterium ſanctorum Sergii & Bacchi, ac tandem Juliani juſſu, cum eiſdem lapidibus obrutus. Non inde, inquam, id ſequitur, nam licet in Paleſtina* F *fuiſſe admiſerimus, & ſocios habuiſſe & lapidatum fuiſſe, ſi cetera attendantur, proxime accedit narratio ad hiſtoriam Chronici Paſchalis. Etenim ex eo monaſterio profugit* S. Dometius, *tandemque* antrum quoddam humana manu factum ingreſſus eſt, & aliquamdiu ibi moratus, cœpit multis beneficiis divinis, ad ſe venientes in Chriſti nomine excipere & afficere. *Quidquid igitur plures vitæ circumſtantiæ in Menæis adducantur, ſumma eſt in præcipuo habitationis & miraculorum capite concordia; nec martyrii genus tantopere differt, potuit enim S. Dometius primum lapidibus appeti, ſeque in antrum recipere, quo occluſo, vitam illic finiverit. Ego certe hactenus non video, cur binæ illæ hiſtoriæ in unum eumdemque Sanctum convenire non poſſint. Id ut clarius perſpiciatur, ipſum Menæorum elogium ex Raderi Ms. apud nos verſione ſubjicio:*

5. Vixit Domitius hic imperante Conſtantino M., genere Perſa, eruditus in fide Chriſtiana a quodam Abaro Chriſtiano; relicta patria ſuperſtitione omnique affectu erga propinquos exuto, venit ad limites Perſarum & Romanorum in urbem Niſibin, ubi cœnobium ingreſ-

ius

A fua, & ſacro fonte ablutus, religioſam veſtem in-
AUCT. duit: ſed ex ingenti virtutis & religioſæ vitæ ſtu-
I. B. S. dio ac progreſſu, contracta ex inſtinctu diaboli monachorum ſuorum invidia, profugit ab illis in SS. MM: Sergii & Bacchi monaſterium, vi-tam Urbelis archimandritæ æmulatus eſt, quem ferunt intra ſexaginta annos nihil cocti cibi de-guſtaſſe, nec unquam recubuiſſe, nec aſſediſ-ſe, ſed ſcipione nixum, omnia naturæ & neceſſi-tatis officia executum eſſe. Hujus ſuffragio Do-mitius creatus eſt Diaconus, cumque illum ad ſacerdotii dignitatem vellet provehere, Sanctus inde receſſit, conſcenſoque monte quodam, omnibus ſe cæli injuriis, frigori, inquam, ar-dori, aliiſque patientiæ occaſionibus expoſuit. Hinc antrum quoddam, humana manu factum, ingreſſus, & aliquamdiu ibi moratus, cœpit mul-tis beneficiis divinis ad ſe venientes in Chriſti nomine excipere & afficere, multoſque morta-les ab idolorum cultu ad Chriſti fidem transfer-re. Quod ubi impius Julianus, ad ea loca profe-ctus, cognovit, S. Domitium lapidibus obrui
B præcepit. Miſſi ad illum occidendum, reperе-runt cum duobus diſcipulis laudes Horæ tertiæ ca-nentem, quem cum ſuis crebra lapidatione deje-cerunt & occiderunt.

cum quibus-vis Theye confundi poteris.

6 *Non omnia dixere ambæ hiſtoriæ, ſic ut ſa-mu-tuo excedant & excedantur; at vero tota rei ſubſtan-tia tam facile conciliari poſſe videtur, ut ex eo capi-te prorſus multiplicandi non ſint ſanctis Domitii. Quod ſi tantiſper ſuppenere liceat, erraſſe Græcos, qui ad* XXIII. *Martii Domitium ex* Phrygia oriun-dum *dixerunt, mutato etiam martyrii genere, nihil magnopere piaculi ſupererit, quo minus & iſte cum duobus aliis identificetur, ſiteque proinde ſolus, unus & unicus ſub Juliano in Syria Cyreſtica Martyr* S. Domitius *ſeu* Dometius; *idque adeo facilius quis admiſerit, quod Menologium Caniſii, a Sirlete verſum, non* Dometium *ſeorſim ſignet ad* XXIII. *Martii, ſed* Domitium *aliquem cum ſocio & ſo-ciabus, qui ſub eadem claſſe in Actis colligi pote-rant. In Kalendario Græco-Moſco nullus Dometius notus eſt dicta die* XXIII. *Martii: qui vero in Me-naeis ſole nomine notus alicubi eſt* Dometion, *quis vetet diverſum dicere, de cujus geſtis cum nihil me-moriæ proditum eſſet, auctor Menologii, Baſilii*
C *Imperatoris juſſu compoſiti, illa, quæ ad* XXIII. *Martii referuntur, ex ſeptima Auguſti accepit, eademque verbotenus aptavit* Dometioni *iſti ſuo, quemadmodum ex utriuſque elogii collatione manifeſte deprehendi; ut proinde auctor ille non maximam fidem mereatur, dum patriam & mortis genus trans-formaſſe videtur. Sed de his agi iterum poterit ad* VII. *Auguſti, quo in Romanum translatus eſt* S. Dometius *ex Menologio, cujus encomium ex Me-naeis manifeſte concinnatum eſt.*

Qui a Latinis hoc die colitur, idem eſt de quo Turonenſis.

7 *Hæc prius diſcuſſa oportuit, ut ad eum* S. Domitium *perveniremus, cujus natalis hoc die primum ſignatus eſt in Romano parvo Roſweydi:* In Syria, S. Domitii Martyris, *quibus quod adderet, nihil ſingulare reperio. Ado præter hæc verba:* Qui virtutibus ſuis multa incolis beneficia præſtat, *deſcripta ab Uſuardo & aliis, quæ niſi vehemen-tiſſime fallor, aperte indicant, conſultum ab Ado-ne Gregorium Turonenſem, de Gloria Martyrum cap.* 100. *quem hic totum tranſcribimus:* Domitius D equidem alius Martyr in hac habetur regione, qui cum multa beneficia incolis præſtet, ſichiaticis tamen veloci virtute medetur; nam fertur ab hoc Sanctus fuiſſe, dum in corpore eſſet poſitus, dolore detentus. Denique, cum multis, ut di-ximus, in hac neceſſitate laborantibus, mede-retur, quidam Judæus, ab ipſa infirmitate cor-reptus, Sancti baſilicam, quamquam Chriſto non crederet, devotus tamen expetiit, ſeque ad januam atrii deponi præcipiens, indignum ſe eſſe vociferans, qui ſanctum limen ingredere-tur: ajebat enim: Scio me quidem, glorioſe Martyr, legis velamine obcæcatum, cui impar-tiri miſericordiam dedigneris, ſed nunc ad te confugio, & ſupplex tuam miſericordiam po-ſco, ut averſa prius infirmitate corporis, lan-guorem incredulitatis avellas. Hæc cum ante portam anlæ fateretur, adveniente nocte, ob-dormivit; ſed Martyr beatus non longi ſpatio temporis diſtulit miſereri. Igitur ea nocte viſi-tans ægrotum per ſomnium, juſſit recedere ſa-num. At ille expergefactus, ſentit ſe redditum E incolumitati, confeſſuſque Chriſtum filium Dei eſſe Salvatorem mundi, ſanus abſceſſit. Quod videntes Chriſtiani, qui in ipſa tenebantur infir-mitate, querimoniasSancto inferunt, dicentes: Ecce nos bene Deum confeſſi, necdum meru-imus liberari, & incredulus hic in Chriſtum Re-gem, circumciſus carne, non corde, ſanus ab-ſcedit. Et hæc dicentes, cum ira lychnos baſili-cæ, qui ex camera dependebant, comminuere cœperunt. Sed nec his defuit miſericordia poſtu-lata, nam ipſa die ſanati, ad propria ſunt re-greſſi.

Perofficiliter omnes in unum confundi.

8 *Utut mira alicui videatur ea in iſtos Chriſtia-nos S. Domitii beneficentia, Gregorii auctoritatem convellat neceſſe eſt, qui hiſtoriæ fidem negaverit. Hoc poſtiſſimum hic controvertitur, utrum* S. Do-mitius *ille, a Gregorio deſcriptus, de cujus feſtivi-tate aut natali die ipſe nihil loquitur, utrum, in-quam, diverſus ſit ab eo* Domitio, *quem Marty-rologia, poſt Romanum parvum & Adonem, hoc die paſſim memorant, quod in notis ſuis ad Marty-rologium diſerte inſinuat Baronius:* Alius, *inquit,* hic videtur ab illo, de quo Gregorius Turonen-ſis, de Gloria Martyrum cap. 100. agit, *nullam* F *aſſerti ſui rationem afferens. Si quid conjicere li-ceat, verosimile eſt virum Eminentiſſimum exiſti-maſſe, Gregorium ibi non loqui de Martyre aliquo Syro, qualis in Martyrologio diſerte enuntiatur. At enim, ſi præcedentia S. Gregorii capita attenden-dantur, evidens eſt, ipſum illic non Europæos Sanctos memorare, ſed qui* apud Syriam requie-ſcunt, *in qua* regione *etiam* habetur Domitius, *cui proinde omnia Gregorii dicta competunt; adeo-que ſi ſingula recte expendantur & conferantur, fa-tendum tandem erit,* Domitium *bodiernum, alium non eſſe a* Dometio *Perſa Menæorum & Menologii, a* Dometio *Chronici Paſchalis, ferte nec ab eo* Do-metio, *de quo actum diximus* XXIII. *Martii. Ita hactenus ſentire liceat, ſiquid verosimilius reper-tum interea fuerit, examinabitur ad dictum diem* VII. *Auguſti,*

DE

A D

DE S. VALERIO EPISC. CONFESSORE

J. B. S.

CONSORANNIS IN NOVEMPOPULANIA.

v. Julii

CONſoranum, Conſorannum *ſeu* Conſorranę, Conſuarannæ, *vulgo* Conſerans Couſerans *& Coſerans, vel* S. Lizier de Conſerans, *ſumpta appellatione ex S. Licerii, ejuſdem loci Epiſcopi nomine, urbs eſt, ut a Sammarthanis deſcribitur, ſita in Novempopulania, ſeu Vaſconia, ſub metropoli olim Eluſa, nunc Auxitana, edito loco, ad quem planitias conſpicitur, quam Salatus, amnis modicus, e Pyrenæi montibus decurrens, irrigat, tandem in Garumnam aquas ſuas exonerans. Ad majorem civitatis notitiam plura ibi invenies, de ſitu jam dicta ſufficiant; Primus illic Epiſcopus, S. Gregorio Turonenſi teſte, fuit is, quo de hic agendum,* S. Valerius,

A Molano primum ſi- gnatus in Faſtis,

B *nuſquam in antiquis Martyrologiis notus, ut prima ejus inter Sanctos annotatio deberetur Joanni Molano, in ſuis hoc die ad Uſuardum additamentis ſic ſcribenti*: Depoſitio S. Valerii Conſeſſoria, primi Conſorani Epiſcopi, de quo B. Gregorius Turonenſis, De gloria Confeſſorum cap. 84. *Hæc minuto charactere adjecta ſunt, cum nota litteræ Q, quæ unde ſua Molanus deſumpſerit, nunquam fatis indicas. Quidquid inverim ejus ſit, nec Molano antiquior Martyrologus a quoquam citatur, neque ego vetuſtiorem reperi, qui de* S. Valerio *meminerit. Diem obitus nemo tradere potuit, at pro ſtabilienda anno ſolemnitate, Molani ſuffragio ſtandum putamus.*

Molanum ſequuntur Caniſius in Martyrologio ſuo Germanico, & Ferrarius in Catalogo generalis Sanctorum, cujus hæc ſunt verba; Conſorannis in Aquitania, S. Valerii Epiſcopi. *Sanſſayus ampliori phraſi, non multo plura, ſed pluribus dixit, oſtendens legiſſe ſe Turonenſis Gregorii elogium. Demus ejus verba*: Conſerannis in Vaſconia, S. Valerii Epiſcopi primi illius civitatis & Confeſſoris, cujus præconia

deinde a recentioribus,

C S. Gregorius in libro de gloria Confeſſorum, veraci laude commendavit. Memoriam ſanctitatis mox ab ejus obitu ipſa ſua eccleſia celebravit, nomenque reverendum Theodorus, ejus ſucceſſor perdignus, baſilica in ipſius recordatione condita honoravit. *Paria tradit Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali, quæ gratius erit ex ipſo fonte intelligere, atque ex ipſo perſpicere, jam a tot ſæculis notam, receptam, & cæleſtium honoribus decoratam fuiſſe Conſorannis & alibi* Valerii *noſtri ſanctitatem a tam inſigni præcone celebratam. Fatetur Runartius, in nupera operum S. Gregorii Turon. editione*, incertum *eſſe* quo tempore vixerit; *verum ſi recte ſignantur apud Sammarthanos nonnullæ ſucceſſorum epochæ, ſique immediate ſucceſſerint; Sanctum vixiſſe oporteret circa finem Seculi* v. *quod nec auſim aſſerere, cum S. Gregorii encomium remotiora tempora deſignare videatur. De ejus rebus geſtis nil quidquam ſcitur, fuiſſeque fortaſſe æternum ſepulta ejus memoria, niſi eam S. Gregorius ſuſcitaſſet. Habe modo ipſius narrationem ex citato cap.* 84.

Valerius, beatus confeſſor, Conſoranenſium primus Epiſcopus, hoc ſe revelavit modo. Nam oratorium ſuper ſe conſtructum prius habuit, ſed per incuriam ruens, oblivioni datum eſt, quo in loco quieſceret: hoc tantum ab incolis ferebatur, quod fuiſſet ante ſanctum altare ſepultus. Adveniens autem Theodorus Epiſcopus, oratorio ipſo in majori ſpatio ampliato, magnam effecit baſilicam: deinde ſanctum venerabilis viri corpus inquirens, reperit duo ſepulchra, ſed neſciebat, utrum eſſet ſacerdotis illius e duobus. Hinc convocato clero, vigilias tota celebrat nocte, deprecans ut ſibi beatus Confeſſor, quo in loco jaceret, exponeret; implevitque duas ampullas vino, & poluit ſuper utrumque tumulum, dicens: In quo falerna fuerint ampliata, ipſam manifeſtum ſit eſſe Valerii Antiſtitis ſepulturam: data vero luce, egreſſus de baſilica, & oſtiis figillis munitis, dedit membra ſopori. Surgens autem ad horam tertiam, venit ad ſanctam baſilicam, reſeratis oſtiis cum clero & populo, reperit ampullam unam parumper vini habentem, alteram vero in tantum ore patulo exundare, ut totum beati Pontificis ablueret monumentum. Pro hoc itaque cognovit Sacerdos, quis eſſet Valerii Epiſcopi tumulus. Sed evidentius adhuc ſcire cupiens, detegit monumentum, amotoque operatorio, reperit venerabile corpus valde integrum, de quo non cæſaries dicidua, non barba fuerat diminuta, neque aliquid in cute corruptum adſpiciebatur aut tetrum; ſed erant omnia inlæſa, acſi nuper fuiſſent reconditi; tantuſque odor ſuavitatis fragrabat e tumulo, ut non dubitaretur ibi quieſcere Dei amicum. Lauri etiam folia ſub ſe habebat ſtrata, de quibus adſumens Epiſcopus, multis infirmis præbuit medicinam. De veſtimentis igitur ejus reliquias ſumpſit: rurſumque operto tumulo, venerandum deinceps Antiſtitem honoravit, multaque miracula de his pignoribus cernens in poſterum. *His addunt Sammarthani hæc verba*: Jacere autem dicitur ſub pavimento ſaxeo, prope cornu ſiniſtrum eccleſiæ S. Licerii. *Huc uſque notitiæ ſatis confuſæ, quæ de S. Valerio colligi potuere.*

anterior eſt ex Greg. Turon. qui ejus inventionem deſcribit.

E

F

A

DE S. BASILIO ET LXX. MARTYRIBUS SCYTHOPOLI.

J. P.

Cultus ex Menæis impreſſis.

DIE V. JULII.

MArtyrum noſtrorum natalem habemus ex *Menæis impreſſis abſque elogio, hac die* v. *Julii*. Certamen ſancti Martyris Baſilii & ſociorum ejus ſeptuaginta Martyrum, qui Scythopoli martyrii lauream adepti ſunt. *Hanc annuntiationem deſcripſit Mammus, epiſcopus Cytherorum. Publicæ etiam veneration Martyrum Scythopolitanorum memoria conſecrata legitur in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ, atque in Menæo Chiffletii, ſed ibi citantur, omiſſo numero ſeptuaginta. Alia me latent, quæ ad patriam, modum martyrii, annum mortis, aut alia eorum triumphi adjuncta pertinent. In Menologio Sirleti, quod edidit Canſius, referuntur hi Martyres* VI. *hujuſ.*

B

DE S. AGNETE MARTYRE.

E

J. P.

Ex Menologio, Baſilii Imperatoris juſſu collecto.

V. JULII.

ANnua S. Agnetis *memoria in variis Græcorum faſtis conſignatur perquam jejune, nullo appoſito ebaracterе patriæ, palæſtræ martyrii, temporis vitæ ac mortis, aut Præſidis, ſub quo ſacros reportavit triumphos. Referunt illam hac die Menæa bibliothecæ Ambroſianæ, ac Menæum Chiffletii. Maximus, Cytherorum epiſcopus, illam annuntiat cum elogio, quod conſonat cum eo, quod contexunt Menæa Græca impreſſa. In Menologio Slavo-Ruſſico Sparwenfeldiano ſignatur memoria* S. M. Agnæ; *diciturque paſſa anno* CCCIV. *Menæa impreſſa duos verſiculos noſtræ Martyri adaptant.*

S. Agnetis cultus.

Ἄγνην λέγουσι εἰλῆφθαι εἰς οἶκον σκότου,
Πέμψαντες αὐτῇ πρεῖσσον αἰσχίαν.

Agnetem dum ad tecta trahunt tenebroſa procaces,
Dant caſtas habitare domos, dant luce coruſcas.

2 *Subdo elogium e Synaxario Baſiliano*: Martyr Agnes, congruos præ ſe ferens nomini mores, multas impudicas mulieres, eam inſtructione, quam hortatione induxit, ut a fœdo commercio deſiſterent, & in Chriſtum crederent. Quam ob cauſam a provinciæ Præſide comprehenſa, ac diris modis cruciata eſt. Dumque adduci haud poſſet, ut idolis immolaret, ad lupanar miſſa eſt, ab impudicis contaminanda. Verum Chriſto confiſa, qui & fidem & caſtitatem ſervabat, intacta & pura evaſit; ſervata ab Angelo Dei, prohibente ne quis ipſi appropinquaret. Unus ex illis propius accedere auſus, ſtatim illiſus eſt. Quod ubi Præſes accepit, accerſitam rogavit, ut mortuum ad vitam revocaret. Et, Sancta orante, illico revixit is, qui fuerat mortuus. Tum Præſes, ratus eum reſuſcitatum per artes magicas, flammis eam addixit. *Labierius ea, quæ ſcribit in ſuo Menologio de* S. Agnete, *mutuatus e Menæis Græcis, nihil habet ſingulare, quo longius hic nos moretur.*

Elogium.

C

DE S. ATHANASIO DIACONO MART. F

HIEROSOLYMIS.

J. P.

Sylloge Hiſtorica.

CIↃ. AN. CCCCLII.

DUm Theodoſius *pſeudo-monachus, ſacrilegiorum ac ſcelerum ſordibus contaminatiſſimus, & Eutychianæ ſectæ ſtudioſiſſimus propugnator, diabolica ſuper incude fabricatas contra ſynodum Chalcedonenſem calumnias diſſeminaret (quem Auguſta Pulcheria in ſua epiſtola Tom.* 4. *Concil. col.* 872. *vocat* Antichriſti præcurſorem) *dum Hieroſolymis cædibus ac flagitiis omnia ſua deque verteret; inventus fuit ibidem orthodoxæ fidei primipilus, heroico ſpiritu plenus, ſanctus martyr noſter* Athanaſius, *officio diaconus, qui vitæ ſuæ prodigus, mortiſque ac tormentorum contemptor, effrenatæ Theodoſii tyrannidi fortiter ſeſe oppoſuit. Nec vero generoſus hoſce ac magnanimus auſus glorioſus Athleta tulit impune, Quippe flagris diriſſime excarnificatus, dein gladio interemptus, levi hoc & momentaneo tribulationis, æternum gloriæ pondus ſibi comparavit.*

Theodoſii pſeudomonachi furori.

S. Athanaſius obtruncatur.

2 *Agit de illo Theophanes in ſua Chronographia, poſtquam recenſuiſſes patrata poſt finem Concilii Chalcedonenſis a nefario Theodoſio flagitia, concludens in hæc verba*: Tandem Theodoſius Athanaſium ſanctæ Reſurrectionis diaconum, ſummam ejus in Deum impietatem probris & reprehenſionibus infectantem necavit crudeliter, ſanctique corpus per urbem publice in ludibrium raptum, canibus objecit. *Marcianus Sancto ſynchronus tam graphice, tametſi non expreſſo nomine, depingit martyrum ejus, ut non videatur poſſe dubitari, an alteri Martyri dia-*

Agit de illo Theophanes.

A *diacono, quam noſtro, quam æque apte convenire, quæ ſcribit.*

3 *Audiamus verba, in epiſtola expoſtulatoria ad Ælienſes, inſerta tom. 4. Conciliorum, a col. 856. ubi, cum memoratus Imperator acriter commiſſa ab illis ſcelera perſtrinxiſſet, ſic pergit:* Inſuper & venerandæ memoriæ Diaconi commiſſa cædes, & quod illius corpus poſt necem etiam communi ſepultura privatum, inſenſibiliter tractum, ſubdebatur injuriis. *Miror, nullum apicem hoc die in Græcis Synaxariis, Menæis, aut Menologiis de hoc Martyre invenire; quem in multis exemplaribus fruſtra quæſivi. Ceterum meritiſſimo jure ex obſcura noctis caligine in publicam elatus fuit lucem, dum Romano Martyrologio inſcriptus, publicæ venerationis locum ibidem invenit, his verbis.*

& veneſtmillimus Marcianus imperator.

4 Hieroſolymis ſancti Athanaſii diaconi, qui pro ſancta Synodo Chalcedonenſi, ab hæreticis comprehenſus, & omnium cruciatuum genera expertus, ferro tandem occiſus, pro fide catholica mortuus eſt. *Quid vetat hiſce adjungere elogium, ex Nicephoro Calliſto lib. 15. cap. 9. Annalibus eccleſiaſticis a Baronio inſertum tomo 6. pag. 452. num. 30.* Magnam quoque *Theodoſius* perſecutionem movit in civitate Sancta adverſus eos, qui communicare cum eo nolebant; quoſdam namque tormentis cruciavit, aliquibus ſubſtantiam ademit, aliorum ædibus ignem injecit; ita ut urbs a barbaris capta videretur . . . Athanaſius quidam in diaconorum ordinem cooptatus, in media eccleſia Hieroſolymis cum multa dicendi libertate, iniquitatis ambitione throno ſanctiſſimo inſidente, vocem illam præclaram emiſit: Deſine Theodoſi tantam cædem committere: deſine Chriſto bellum inferre, & gregem ejus in prædonum morem e divino ovili ejicere: & aliquando tandem benevolentiam erga verum germanumque paſtorem noſtrum cognoſce. Hæc cum diceret, a ſatellitibus Theodoſii arreptus, & ex eccleſia raptus eſt, atque inſolentis petulantiæ & cruciatuum genus omne propter Chriſtum perpeſſus, & flagellis multis conciſus, poſtremo etiam ferro vitam amiſit. Cadaver ejus ex pedibus per urbem omnem raptatum, canibus tandem in eſcam projectum eſt. *Subdit Baronius, dicens, Martyris noſtri* pro Catholica fide ſuſceptæ coronæ, quintam Julii diem perpetuæ memoriæ conſecratam. *Atque hæc de Martyre apud ſcriptores.*

Cultus ex Martyrol. Rom.

B

elogium ex Nicephoro;

C D Auct. J. P.

5 *Ex dictis, determinatu facilis eſt ratio temporis, quo* S. Athanaſii *martyrium contigit. Cum enim concilium Chalcedonenſe inchoatum fuerit die* VIII. *Octobris* 451. *& abſolutum Kal. Novembris, ejuſdem anni; cum rurſum fatalis iſtius illatus non fuerit ſancto Martyri ante initum dicti concilii; nec diu poſt ejus finem; videtur commode conjici, ac definiri tempus martyrii in annum* 451. *aut proxime ſequentem.* *Theophanes in Chronographia pag. 29. connectere videtur annum mortis Pulcheriæ Auguſtæ cum turbis Hieroſolymæ a Theodoſio, ejuſque aſſeclarum colluvie excitatis, ac morte* S. Athanaſii, *quæ juxta hunc calculum debuiſſet incidiſſe in annum 453. æræ vulgaris, quoniam Auguſtæ prædictæ obitus ſignatur hoc anno. Baronius Sanctli noſtri obitum ponit anno 452.*

tempus Martyrii

E

DE S. PHILOMENA VIRGINE

APUD SEPTEMPEDANOS IN AGRO PICENO.

J. B. S.

SEC. VI. *Sancta hæc ante ſec. XVI. ignota*

QUæ hodie a *S. Severino* denominatur, *a Sixto V. anno* 1586. *die* XXVI. *Novembris epiſcopali cathedra illuſtrata civitas, olim apud Strabonem & Plinium Septempeda dicta eſt, atque inde vicini populi Septempedani appellati. Ex veteris urbis, quam Gothi, vel ut alii, Longobardi a fundamentis exciderant, ruinis muros ſuos extulit, a glorioſo ſuo Præſule S. Severino, ut dicebam, hodiernam nomenclaturam ſortita. In Piceno ſita eſt inter colles Apennino finitimos, videturque haſtenus retinere priſcam nobilitatem, cum municipium olim Romanorum ſpectabile videretur, inquit Ughellus tom. 2. col. 845. plura ibidem memorans, quæ huc non ſpectant. Ad rem noſtram plura contulit, qui Vitas S. Severini, S. Victorini & aliorum patriorum Sanctorum Italice, ex parentis ſui Valerii, Equitis S. Stephani, ſchedis deſcripſit noſter Joannes Baptiſta Cancellottus, & Romæ edidit anno* 1643. *quas inter etiam referuntur, quæ de* S. Philomena *vel* Philumena, *ipſi & aliis* Filomena, *ante ſeculum* XVI. *prorſus ignota, in Septempedanis tabulis reperiri potuerunt. Quæ priuſquam expendantur, obſervo, ſanctæ iſtius Virginis nomen Martyrologio Romano primum inſertum fuiſſe ineunte ſeculo* XVII. *expreſſum in editione Plantiniana anni* 1608. *ſub inflexione* Philumenæ, *in grandiori autem cum notis Baronii anni* 1613. *& ſequentibus impreſſionibus hoc modo*: Apud Septempedanos in Piceno, ſanctæ Philomenæ virginis, *non quod ullo modo natalis ſit, ſed quod reperto hoc die corpore, eum faciendæ commemorationi eligendum cenſuerint populares Septempedani.*

F

Mirifice inſerta eſt ea ſchedæ cum ejus corpore reperta 1527.

2 *Ad eum Martyrologii textum ſic notat laudatus Baronius:* Hujus corpus honorifice aſſervatur & colitur apud Septempedanos, nunc Severinates dictos, in eccleſia S. Laurentii, quo Totilæ regis Gothorum tempore, translatum fuit a S. Severino Epiſcopo, ut vetus inſcriptio docet, quæ una cum corpore reperta eſt, ſub majore altari anno Domini MDXXVII. cum illud in elegantiorem formam reſtitueretur, procurante Antonio S. R. E. Cardinale de Monte. *Hic paucis omnia complexus eſt Eminentiſſimus Cardinalis, quæ de* S. Philomena *poſterorum memoriæ relicta fuerant, ad ſolam & unicam ſchedulam, in ejus tumulo ſeu ſarcophago inventam, reducendam, neque enim alias reperti corporis aut nomen, aut ſanctitas, aut cultus, aut ætas, aut translationis primæ circumſtantiæ ullæ innotuiſſent, dum dicto jam anno* 1527. *foſſores, de tali theſauro, opinor, nil cogitantes, eum fortuito excavarunt. Annum hic repetii, quem etiam diſerte notavit D. Leonardus Francbi Sanctoſeverinas, in ſummario Latino Mſ. hiſtoriæ de geſtis ſancti Severini & ſancti Victorini fratrum; quæ omnia*

acce-

A *accepta ſunt ex longiori hiſtoria, eadem fortaſſe,*
AUCT. *quam modo citavimus, compoſita ab Equite Valerio*
J. B. S. *Cancellotto. Bollandus tomo 1. Jan. pag. 1103. is*
etiam ſubſcribit. Signant alii annum 1526. at facilis hic error, facile condonandus. En Leonardo to-
tam inventionis deſcriptionem accipe, ſtylo ejus
ſervato.

Severinatis hiſtoria ex Leonardo Francki.

3 Dum immineret adventus Gothorum in Septempedanos, Severinus tranſtulit corpus ſanctæ Philomenæ in cœnobium ſuum, quod uſque ad tempora authoris (*ex quo hæc deſumpta ſunt*) ignotum erat. Sed de anno MDXXVII. repertum fuit in hunc modum: videlicet, quidam Antonius de Monte, Epiſcopus Portuenſis, Cardinalis Papienſis & abbas ſeu Commendatarius tunc eccleſiæ S. Laurentii, dum vellet reædificare altare majus dictæ eccleſiæ, & vetus deſtrueret, effodit urnam ex populo, quaſi in heſternam diem inciſa, ſed non in recentem morem ſit dolata. Detegit, & illico apparet corpus admirandæ pulchritudinis & integritatis, pulchre veſtitum & ornatum, & illud auctor per partes deſcribit, & laudat veſtem zaphiream, herbas & flores recentes, omnia ſuavem olentia odorem. Fit frequens concurſus & præcipue virginum: ex collo exi-
B lit parva membranula involuta, pendens ex filo, in qua ſcripta hæc verba, videlicet: Corpus S. Filomenæ ex nobili proſapia Clavellorum Septemp. tempore Gothorum translatum in eccleſia S. Laurentii ſub altare majus. S. Eps. m. pp. ff. Cardinalis fecit ſepulcrum lapideum, in quo poſuit illud corpus, & vas cryſtallinum, in quo ſchedulam ſcriptam manu S. Severini repoſuit.

quo ſanctitatem, incorruptionem & cultum probat.

4 *Ex his aperto colligitur, quod ſupra diceba-*
mus, ſola brevi inſcriptione contineri omnia, quæ
de S. Philomena *tradi poſſunt, quæque celebriori*
hodierno apud Sanſeverinates cultui occaſionem de-
derunt, abbreviatis ſiguis ſeu vocibus ſic explica-
tis, ut hunc ſenſum reddant: Severinus Epiſcopus manu propria ſcripſi; *de qua re, qui dubi-*
taverit, reperi hactenus neminem. Deſcriptionis
& expoſitionis fidem equidem non arguo, neque
repudiari velim eamdem hiſtoriam, a Cancellotto
pluribus verbis, quæ rei ſubſtantiam minime augent,
Italice deductam pag. 129. & 213. ubi plurimum
& merito exaggerat incorruptionem ligni uſque a-
deo teneri, quod annis tribus & octoginta ſupra
C *nongentos loco humido integrum perſtitiſſe neceſſe eſt,*
ſi vere a S. Severino ſacrum corpus tranſlatum &
eo loci occultatum fuerit, quemadmodum docet præ-
dicta inſcriptio, ex qua tria potiſſimum deduxit
Cancellottus. Primum ait, diſertis verbis, declarari antiquitatem familiæ Clavellorum, quod argu-
mentum avide arripuerit Sanſovinus, ut ad remo-
tiſſima illa ſecula Clavellorum genus eveheret.
Tum vero Sanctæ patriam, quam inde Septempe-
danis ſuis non male vendicat. Demum S. Phi-
lomenæ *laureolam extollit, quam in innocentiſſima*
virginitate perſeveraſſe multiſq; virtutibus claruiſ- D
ſe, cælum ipſum, vel eo ſigno demonſtraverit, quod
in humido fundo tot ſeculi incorrupta permanſerit,
de ipſis elementis quodammodo triumphans.

5 *Atque hæc quidem ſigna de peculiari Virginis*
ſanctitate, de longi temporis incorruptione, de ſta-
bilito apud Sanſeverinates ejuſdem cultu, nullum
prorſus dubium nobis relinquunt, iiſque adeo docu-
mentis muniti S. Philomenæ *locum in Actis noſtris*
ſecure dedimus. Ceterum in ipſa quantumvis brevi
vitæ epitome aliqua occurrunt, quæ hic prætereunda
non cenſuimus, ne in rebus hujuſmodi diſcutiendis
diligentiam noſtram deſiderari patiamur. Candide
fatentur, non defuturos, qui inſcriptionem ipſam,
ad juſtæ critices regulas expenſam, non continuo ad-
mittendam putent, quod aliter a Francho, aliter a
Ferrario, aliter ab aliis referatur, nonnullos, qui
litterarum explicationem non tam certam exiſtiment.
Magis etiam urgere poterunt alii, priſcarum ſcri-
bendi formularum periti, non videri talem teſtan-
di rationem S. Severini temporibus convenientem Se-
verinus Epiſcopus manu propria ſcripſi: *ut non* E
dicamus, inficias ituros viros doctiores, talem chartam, talibus terminis conceptam, a S. Severino ſcri-
bi potuiſſe eo ſeculo, quo de talibus familiarum co-
gnominibus, ante ſeculum X. *incognitis, necdum*
cogitatum fuerat, quod non obſcure pridem evice-
runt viri eruditi, a Papebrochio poſtremum allegati
in Reſponſionibus ad art. 3. a num. 72. ut proinde
Clavellorum nobilis proſapia *ſeculo* VI. *non magis*
exſtiterit, quam Brixianæ illæ, quas excuſſerat lau-
datus Magiſter noſter ante tom. 2. Aprilis, pag. XLI.
num. 9. quodque inde fiet conſequens, inferre ſe
poſſe exiſtimabant, S. Philomenam Clavellam *S.*
Severino ignotam fuiſſe. Ita prorſus arguent ſeve-
riores critici, quorum argumenta diſſolvenda non
ſuſcipimus; nobis enim hic ſufficit, Sanctam retu-
liſſe, cujus ſaltem cultus eccleſiaſticus fama duo-
bus ferme ſeculis legitima auctoritate receptus eſt:
controverſa illa aliorum examini relinquimus.

Celebritas ſanctæ Philomenæ ad Dominicam 1. Julii:

6 *Inter manuſcripta noſtra ſolium reperi, a P.*
Silveſtro Petraſancta Lauretani Soc. Jeſu Collegii
olim Rectore, ſubmiſſum, in quo aſſeritur, glorioſam
S. Philomenam *multa patrafſe miracula, & per-*
ro in dies, ad patrocinium ſuum devote recurrenti-
bus nova beneficia impertiri. Memorat item, ſupra- F
dictum S. R. E. Cardinalem de Monte ad majorem
celebrioremque ſacri corporis venerationem ſolicite
curaſſe, ut in aliquo templi ſacello ſacrum Sanctæ
corpus honorifice exponeretur, erecta ibidem ara ad
quam quotidianæ Miſſæ celebrarentur, conceſſis a
Clemente VII. pluribus indulgentiis. Sæva pignora
retecta populi conſpectui annis ſingulis pateut, dum
ojus feſtivitas recolitur, non quidem hoc die, ſed
Dominica prima Julii. *Quæ a Ferrario in Catalogo*
Sanctorum Italiæ non ſatis exacte ſcripta, pridem
obſervavit & refutavit Bollandus, loco ſupra cita-
to, ut hic nihil addendum ſuperſit.

De circumſtantiis, facilia aliiſque dubia bonæ criticæ

DE

DE S. NUMERIANO EP. ET CONF. APUD TREVIROS.

J. B. S.

DCLVII. *Hujus Sancti primam in Faſtis noſtris memoriam reperio apud Florarium Sanctorum Ms. in quod tamen librarii vitio pro* Numeriani *irrepſit* Muneriani ; *ſic enim ibi legitur*: Treviris, *Memoria quæ in Faſtis ;* ſancti Muneriani, ejuſdem urbis Epiſcopi & Confeſſoris, anno ſalutis DCLVIII. *qui a vero non multum aberrat. In Uſuardi auctarium etiam refertur, primum ab editione Lubeco-Colonienſi*, Treveris, beati Numeriani Epiſcopi & Confeſſoris ; *quomodo etiam loquuntur Grevenus, Martyrologium Benedictinum aliquod, cujus ætatem ignoro, & ferme Canifius. Molanus legit*: Treberis, depoſitio ſancti Numeriani Archiepiſcopi. *Ex hoc in Romanum translatus eſt*, Treviris, ſancti Numeriani Epiſcopi & Confeſſoris, *ut fatetur Baronius in adjecta hoc die nota, ubi* ſucceſſiſſe *ait*, ſancto Radoaldo, clariſſeque circa annum Domini ſexcenteſimum quadrageſimum. *Ghinius, in ceteris Baronium ſecutus, ſcribis an.* 650. *Qui res Trevirenſes paulo accuratius diſcuſſit noſter Chriſtophorus Browerus, deceſſorem appellat* ſanctum Modoaldum, *de quo in Actis noſtris* XII. *Maii* ; *ſancti vero* Numeriani *obitum reducit ad annum* 657. *pauciſſima de eo referens, quæ hic ex ipſo ſubjicio. Sic habet ad dictum annum lib.* 7. *pag.* 356.

B 2 Inde (*nempe poſt obitum S. Modoaldi*) cura pontificia ad Numerianum translata, quo de nihil equidem præter epitaphii memoriam, veterum monumentis traditum reperio, ut vel hinc alluceat, haud in longum eccleſiæ curas protuliſſe. Eum rara & excellens virtus in Divorum ordinem, conſentiente vetuſtate, cooptavit, memoria ei conſecrata v. Julii. Corpus in B. Helenæ, ſuburbano veteri pago, quieſcit, æde, quam ante quingentos annos Archiepiſcopus Udo D. Helenæ Auguſtæ dicavit. Ut igitur hic omnia ſimul complectar, illius inciſum ſepulcro monumentum ita olim habuit:

Hoc recolle&ta in loculo ſunt pignora ſacra
Præſulis almifici Trevirorum Numeriani,
Qui ſuperos adiit, dum ternas Julius ambic
Nonas, perpetuo cum Sanctis jungitur ævo.

3 *Hic paucis habet, quidquid de* S. Numeriano *colligere potuit diligentiſſimus Trevirenſium Annaliſta, in unum obſervans per* E *& ex laudſcr. ti* recolle&ta *indicari non primam Sancti ſepulturam, ſed tranſlationem aliquam, quæ, quo tempore facta fuerit, ipſe ignoravit, nec ego quærere inſtituam ; videtur ſane inſcriptio illa non tantam ſapere antiquitatem. Nec omiſerim hoc loco Sauſſayi de* S. Numeriano *elogium, in quo id corrigendum, quod cum Brouweri narratione non convenit, dum Sanctum ait, S. Clodulpho ſucceſſiſſe. Audi ejus verba*: Treviris, Galliæ 1. Belgicæ metropoli, S. Numeriani Epiſcopi & Confeſſoris, qui divina gratia conſpicuus, S. Clodulpho in ea ſede ſucceſſit, poſtque ſanctiſſimam ſacri muneris adminiſtrationem, repoſitam in cælis recepit creditæ villicationis coronam. *De urbe Trevirenſi jam in Actis locuti ſunt Majores noſtri, ut de ea nihil hic annotandum cenſuerim.*

DE S. TROPHIMA SEU TROPHIMENA VIRGINE ET MARTYRE

F

C

MINORÆ IN ITALIA APUD PICENTINOS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

§. I. Certus Sanctæ cultus. Natalis, patria, tempus, locus ac genus martyrii incerta. Quæ hic dantur, non valde antiqua.

v. JULII *Minora, vulgo* Minori, *urbecula Italiæ in regno Neapolitano & Principatu Citeriori, in ora ſinus Salernitani, Archiepiſcopo Amalphitano ſuffraganea, quondam Rheginna minor dicta, magna veneratione & cultu proſequitur* S. Triphomenam *ſeu* Trophimenam ; *quæ &* Trophomenis, *Cultus ſolemnis* Trophumenis, Triphomenis, Trifomenis, Trophimc ; *& corruptius* Phonia, Fehronia, Trefonia, Triformia ; *eamque aſſumpſit in patronam, dedicata ejus nomini, ut teſtatur Ughellus, eccleſia cathedrali. Aguus de illa Auctores recentiores, Ferrarius in novo Catalogo Sanctorum, die* v. *Julii, eam confundens cum Triphina, Agathonis ſocia ; atque* celebritatem ejus hac die maxima ſolennitate peragi. *Accedunt Rocchus Pirrus in Notitia eccleſiæ Pactenſis, Octavius Cajetanus in Vitis Sanctorum Siculorum tom.* 1. *& alii. Codex Vaticanus, in nova Uſuardina impreſſione citatus, die* v. *Novembris mentionem facit* S. Trophimæ, Virginis & Martyris. *Habemus apographum Officii proprii, nec non lectiones novem, in honorem Martyris concinnatas, quas huc tranſcribere non cenſeo operæ pretium.*

2 *Feſtam* S. Trophomenæ *memoriam Q. Marius Corradus apud dictum Octavium Cajetanum, proſequitur honorifice, atque*, diem illi feſtum *diebus variis & locis* agi ſemel Nonis Novembris, cum divino conſilio corpus divinaque opera cognoſci ab ac-

A colis primum cœpit; aotea per multas homi-
Auct. J. P. oum ætates ignoratum ab omnibus. Iterum tertio Idus Quintiles, cum id amiſſum a Beneventanis longo intervallo receperunt. *Deinde ad ſolennitatem digreſſus*; concurritur, *inquit*, ad illa loca dieſque feſtos, ad ſalutandum corpus, ex remotiſſimis etiam urbibus, totaque res multitudine undique infinita & ſumma religione hominum frequentatur. Magnæ urbes olim Amalphia & Beneventum ſumma contentione de Trophimæ Virginis corpore decertarunt: *utriſque apud ſe corpus Martyris conditum eſſe contendentibus*. *Octavius Cajetanus ſcribit*, præcipuum etiam cultum eſſe apud Pactenſes: *Ibidemque* recens Joannem Matthæum Vinolum, ædem S. Trophimæ ædificari ex teſtamento juſſiſſe, dotaviſſeque. *Huc accedit annua ſupplicatio apud Minorenſes, ut ſcribit Joannes Bapt. d'Affliito, in opuſculo Italico de* S. Triphomena, *infra commemorando, in grati animi teſſeram pro viſibili protectione urbis Minorenſis, contra ingruentes Turcarum impetus, eadem Sancta ſoſpitante, defenſæ. Porro ex recentioribus ſtabiliendus fuit* Trophimæ *cultus, quando antiqua monumenta deficiunt.*

B

Incerta ſunt, quæ de Sanctæ patria,

3 *Ea, quæ ad Sanctæ natales, patriam, ætatem, martyrium, & cetera, huc ſpectantia, quæri poſſunt, incerta admodum & obſcura ſunt, nec antiquitatis auctoritate ſubnixa. Aſſignant Recentiores ipſi patriam, Pactas, civitatem Siciliæ maritimam; verum ſola vulgi opinio & conſtans fama videtur ſuffragari, altum de ea ſilentio annoſa retractis temporibus antiquitate. Aſſerit Rocchus Pirrus in Notitia quarta eccleſiæ Pactenſis pag.* 418. celebrem eſſe hanc Pactenſem urbem ortu D. Trophimæ, ſeu Triphomenes Virgioris & Martyris; *citatque ad marginem* Ms. eccleſiæ Pact. & Minoritanæ: *& profert locum e quodam Ms. apud Caracciolum Clericum Regularem; in quo dicitur* ſancta Triphomenes Virgo, origine Sicula, fuiſſe a Pacta urbe. *At quis acquieſcat, niſi ſoldiora monumenta viderit? Nequo magis rem evincunt ea, quæ Octavius Cajetanus habet in Animadverſionibus ad* S. Trophimæ *inventionem; diceus damnaxat*, Pactenſium antiquiores ſic memorare, Divam apud eos ortam, idque ab ævo immemorabili traditum, & Divæ nomen Febronia;

C cujus corpus in civitate Minora conditum eſt. *Tum nonnullis interjectis, adjungit*: Pactis ædes ac tabulas vetuſtas eſſe cum titulo: Divæ Febroniæ Pactenſi: extra urbem duobus paſſuum millibus ædem eſſe laceram, D. Febroniæ dicatam, juxta fontem, a Febronia eadem appellatum; *plures olim, ea lotos aqua, variis morbis levatos, matremque Rogerii Regis, Adelaſiam,* cum eo ſe fonte abluiſſet, lepræ, qua deformabatur, ereptam fuiſſe. Porro deſcriptam Febroniæ vitam Pactis extitiſſe, ſed periiſſe, cum claſſis Turcica urbem diripuit, incenditque. *Hinc liquet, quam obſcuris & incertis rationibus prætenſa* Trophimæ *patria ſtabiliatur, quarum pleræque, ſi non omnes, æque facile negentur, quam affirmentur.*

tradantur;

4 *Idem Auctor fatetur, ſe propendiſſe, ut eam patria Tyndaritanam faceret, aſſereus* attuliſſe *ſe* rationes, quibus, *inquit*, movebar; quod ex imbecillæ luot, & famæ, ut par eſt, nolim contraire, famam potius firmo, & Trophimam Pactis tribuendam cenſeo. Idem in urbe Minora traditum, ubi corpus S. Trophimæ ſervatum. Quod vero Pactæ ſex paſſuum millia Tyodaride diſtant, hinc factum, ut littus, cui utraque civitas, in edito ſita, incumbebat, Tyndaritanum & Pactenſe ex æquo diceretur; ut mirum non ſit, Trophimam ex ora Tyndaritana ſugam dici capeſſiviſſe. *Quid hic habet præter incertas conjecturas? Quare manent, de patria ſanctæ Martyris nihil afferri, quod convincat.*

D

uti etiam de tempore, loco mor- tis, &c.

5 *Neceſt, quod majorem lucem ſperes de tempore ac loco mortis. Novi equidem, Ughellum tomo* 7. *Italiæ ſacræ, ubi agit de Epiſcopis Minorenſibus, ſcribere*, paſſam eſſe Trophimam martyrium pro Chriſti fide in Sicilia, in qua erat oriunda ex civitate Pactenſi; Diocletiani & Maximiani adhuc ſæviente perſecutione, anno Domini, ut quidam ſcribunt, CCCXIV. *Minus reſtricte ſe gerit ſæpe dictus Cajetanus, dum in Animadverſionibus ad inventionem* S. Trophimæ, *pag.* 109. *dicit*, eam Imperatoribus ethnicis, Eccleſiam perſequentibus, Martyrem extitiſſe. At, *inquit*, quo Cæſare ſæviente? Aote Conſtaotinum Magnum crediderim. *Et rurſum pag.* 111. ratum, *ait*, fixumque eſto, D. Trophimam ſub ethnicis Imperatoribus, Eccleſiam vexantibus, martyrio coronatam fuiſſe. *Quanto melius facit Q. Marius Corradus apud eumdem Octavium Cajetanum pag.* 136. *quando aperte profitetur, nihil de adjunctis patriæ, loci, temporis, ac qualitate martyrii ſe explorati comperiſſe.* Perquiſivi, *inquit*, qui parentes ipſius eſſe dicerentur; qua in urbe Siciliæ res tam nefaria accidiſſet, qua hominum ætate, quibus tyrannis religionem oppugoantibus . . . in mari autem quo genere mortis perierit; utrum enim obitu, nece, an maris & laborum incommodo perierit; a quibus tandem ſit ei honos habitus ſepulcri, nihil eſt omnino, unde cognoſcatur.

E

de Trophimenæ noſtra.

6 *Ex iis, quæ ſub initium diei quintæ hujus menſis Julii, dicta ſunt de SS. Agathone & Triphina ſeu Triphone, queſtio, ibidem tacta, hic enodanda ſupereſt, utrum confundenda ſit* Triphomena *ſeu* Trophima *cum* Triphina, *quæ paſſim additur Agathoni ſocia, ſicut uſum fuit Ferrario*) *eam confundere, contra ſentiente Joanne Bapt. d'Affliito, in opuſculo, idiomate Italico impreſſo Neapoli, anno* 1660. *quod agit de vita, Martyrio ac miraculis* S. Trophimæ, *ſeu, ut ipſe ſcribit*, Trofimenæ. *Conatur ibidem probare, unam diſtinguendam ab alia, quod diverſis ambæ celebrentur diebus*; Triphina *quidem quinta hujus, ratione martyrii, uti aſſerit, tum obiit*; Trophima *vero die* XIII. *hujus, non quod tum ſit mortua, ſed translata; ſolla luce gloriaſi ipſius triumphi, prout affirmat, recurrente ad* V. *Novembris*; *provocatque ad continuatam plurium ſeculorum praxim, & modernam Minoræ. Tum profert rationes Cajetani, de quo ſupra, dicentis*: Putat Philippus Ferrarius, Triphinam eamdem eſſe, quam Trophimenam, cujus corpus aſſervatur Mioore apud Amalphitanos, ſed fallitur. Omoino diverſæ ſunt; primo ex oomine, tum ex die mortis, qui Triphinæ quinto Julii, Trophimæ ſeu Trophimenæ quinto Novembris accidit. Deniique ex genere mortis.

F

ſimulque, ex diverſo

7 *Prætenſam inſuper utriuſque Sanctæ diſcriminationem probat ex diverſitate effornationis, qua exprimitur in Breviario anno* 1582. *videlicet* Trophimenis *non* Triphinæ. *Hinc tranſit ad apparitionem, monialí cuidam a* S. Trophimena *factam, quaſi cælo teſte res evicta ſit; invento utique numiſmate ab dicta moniali, in quo ſignabatur*

A *latur ab una parte vultus Domini noſtri Servatoris, cum hac epigraphe*, Pax vobis *; ab altera autem parte, virgo coronata, dextera ferens crucem, palmam ſiniſtra, duoſque ſub pedibus habens tauros. Eidem annumerati inſcripta fuiſſe narrat hæc verba*: S. Trofimena V. M. Padr. di Minori. *Verum ſimiles apparitiones fidem apud nos antequam mereantur, neceſſe eſſet authenticis teſtimoniis ſtabiliri, quæ vix umquam ſperari poſſunt in viſionibus aut apparitionibus privatis; cum nihil ſit commune, quam mulierculas ſibi ſomnia fingere; & videre ea, quæ non ſunt tamquam ea, quæ ſunt.*

8 *Nec fortius convincunt rationes aliæ, ſupra ab eodem Aſſlitto coacervatæ, ex diverſitate nominum, ſolennitatis, ac temporis martyrii, e quibus nititur probare diverſitatem perſonarum, de qua hic agimus. Et ſane illarum imbecillitas ex jam dictis: nam quidnam in tanta nominum confuſione, tantaque patriæ, temporis, martyrii, & aliorum huc ſpectantium adjunctorum obſcuritate & incertitudine invenias præter tenebras? Præſertim cum* B *nulla extent Acta; ſcriptor ſit nullus ante ſeculum, ut opinor, decimum ſextum, qui facem præferendo, tenebras diſpellat. Nihil hic attinet repetere, quod poſitum eſt ſupra, quando de Agathone & Triphina egimus, Triphinæ nomen e Beda Plantiniano acceptum, & Martyrologio Hieronymiano videri reſtituendum, ac mutandum non jam in feminam, ſed in virum Triphonem. Vide, quæ ibidem dicta ſunt; & intelliges, ignotam atque Martyrologiis claſſicis fuiſſe memoriam Triphinæ vel Triphonis, quam* Triphomenæ *aut* Trophimæ; *adeo ut nimium non foret, confuſionem aliquam hic inductam fuiſſe a recentioribus.*

9 *Ms. quod hic damus, de tranſlatione & miraculis, a P. Alegambe die* v. *Maii* 1644. *Neapoli Bollando miſſum, non habet, quo valde commendetur ab antiquitate, auctore inducente ætatem, qua ſcripſit, hiſce verbis*: Et hic impoſui finem huic S. Legendæ hujus almæ Virginis, hodie factæ quarta die Januarii MDCI. *Suppreſſa duo* C *alia apographa; alterum ex Lectionario Ms. monaſterii S. Joannis Monalium Capuæ deſumptum; alterum item Capuanum ejuſdem cum hoc poſtremo argumenti; & quod ni ejuſdem fontis? Huc tranſmiſſum a D. Silveſtro Aloſſa. Obſervandum porro eſt, in hoc Ms. quod hic proferemus, narrari res, plurium ſeculorum interjectu ab ætate ſcriptoris remotas; uti patet ex narratione tranſlationis reliquiarum* S. Trophimæ *Amalphim, tempore Sicardi, Principis Beneventani, anno* 837. *juxta calculum Octavii Cajetani, in Animadverſionibus ad Vitas Sanctorum Siculorum. Memorantur ab hoc eodem adeo recentis apographi ſcriptore plurima alia, longo tempore ipſum antegreſſa, celato fonte, è quo ſimilia hauſit; ut mirum non ſit lectoris fidem in multis vacillare. Et ſane fateor candide, non parum mihi diſplicent tam frequentes viſiones & apparitiones, quæ plerumque ſolent eſſe ſuſpectæ. Interim videtur dubitari non poſſe, quin illud antiquius exemplar ſcriptor præ oculis habuerit, ut liquet ex hac clauſula, quæ miraculorum narrationi in tranſlatione Beneventana, per Urſum Epiſcopum facta, ſubditur*: Multa miracula facta ſunt eodem die, quæ oculis noſtris perſpeximus, ac propriis manibus tetigimus ac palpavimus, ad laudem & gloriam ejus, qui vivit in ſecula ſeculorum.

10 *Jam vero origo apographi noſtri indicatur ex his notis eidem præfixis, quibus traditur de-*

cum Triphina Agathonis ſocia

De Ms.

quod hic damus.

ſcriptum de verbo ad verbum ab originali codice de chartis pergamenis, antiquiſſimis characteribus ſcripto, qui conſervatur in eccleſia Minorenſi, per Joſephum Jaſellum, J. U. D. Neapolitanum anno MDCXLVII. menſe Februarii. *In dicto apographo ſatis incudoſo nonnullos levioris momenti apices mutavi. Feci quoque collationem cum editis apud Ughellum, adeo Mſ. noſtro conſonis, ut manifeſte indicent unum eumdemque fontem. Nunc apographum noſtrum ſubjicio.* D AUCT. J. P.

Hiſtoria inventionis ac translationis, & miracula

Collata cum editis apud Ughellum Tomo 7. Italiæ ſacræ.

PROLOGUS AUCTORIS.

NOtum eſt omnibus, fratres cariſſimi, quia, qui fideliter Deo ſerviunt, per itineris ambulantes ſemitam gradiuntur, qua magnitudinem regni cœleſtis poſt iſtius vitæ decurſum conſequi poſſint: Scriptura namque dicente: Arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam; lata & ſpatiola, quæ ducit ad mortem. Nemo venit ad Patrem, dicit Dominus Jeſus, niſi per me. Ego ſum oſtium, ſi quis introjerit, ſalvabitur. Ingredietur & egredietur, & paſcua læta inveniet. Certe igitur, iſtius S. Trofimenis munere promiſſionis nullatenus dubitare oportet, dilectiſſimi fratres, ſed mutuo excitari, ut per id oſtium ſubſequentes ingredi mereamur, per quod, præcedentibus ſacratiſſimis meritis, ingreſſi ſunt Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, atque Virgines ſacræ. Nemo lucernam accendit, & ſub modio ponit, ſed ſupra candelabrum, ut hi, qui ingrediuntur, lumen videant. Et alibi: Civitas, in alto poſita, abſcondi minime poteſt, ut ab omnibus videatur. Secretum regis, dicente Sapientia, celare bonum eſt, opera autem Dei revelare, honorificum. *Secundo ſcabrum exemplo.* F

2 Fuit igitur (tempus, quo) Iſrael, ſicut in hiſtoria veteris teſtamenti depingitur (qui ſacros apices non ignoratis; ſed ut reor, optime noſtis) Ægyptiis ſerviebat operibus duris luti & lateris. Cumque numero ſaltem multiplicarentur, & fortiores illis exiſterent, præcepit obſtetricibus Ægyptius Rex, ut mares necarent, puellas vero innocuas reſervarent. Accidit interea, ut Moyſes puer ex tribus peractis menſibus ſecundum Cæſaris * imperium a patre miſſus in ſiticella eſt, poſituſque hic a recto ripæ fluminis, ſtante procul ſorore patris ſui, & conſiderante ſortunam. Deſcendente etenim Pharaonis puella, ut juxta morem in flumine lavaret; cum vidiſſet eamdem ſiſcellam, juſſit adduci ad ſe, & referans, invenit infantem, quæ illius miſerta, tradidit cuidam mulieri nutriendum, adultumque adoptavit in filium, & vocavit nomen ejus Moyſen, quia de aqua tulit eum. Factus eſt autem vir prudentiſſimus, mitiſſimuſque inter omnes orientales, (&) credita ſunt illi eloquia Domini. *Opera Dei* ** al. regis.*

3 Decurſis autem multorum annorum cur- *ſemlare.*

A riculis, cum populus Hebræorum ſervitutis jugo tabeſceret, cerneretque ſui Dominus populi afflictionem, præcepit eidem Moyſi, ut educeret populum ſuum de terra Ægypti in manu forti, & brachio extento. Ingreſſis itaque filiis Iſrael, Moyſe duce, mare rubrum, factę ſunt illis aquæ murus a dexteris, & a ſiniſtris, & ambulaverunt per medium maris ſiccum. Currus autem Pharaonis, & exercitus ejus demerſi ſunt in medio maris. Hoc eſt nempe ſecretum regis, quod pater Moyſi in ſiſcella celavit, & eo ſunt opera Dei honorificata, quę filia Pharaonis reſervavit. De hoc etenim prædicator egregius ait: Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri (imaginis) filii Dei. Et iterum: Illos, quos vocavit, ipſos & magnificavit. Alias autem omnia in figura contingebant illis. Scripta ſunt enim hæc propter nos, in quos finis ſeculorum obvenit.

B magnificat. 4 Et aliter ſecretum regis celare bonum eſt (ei) qui uſu bonæ converſationis ſic viam ſanctitatis arripuit, ut ab hominibus nequeat penitus intueri. Opera autem Dei revelare honorificum eſt; illa videlicet, quæ emolumenti ſui municipio jam lærabunda fidelis anima fruitur, & operatione perfecti operis conſummata, omni opere bono incipiat apparere, Sic ſcriptum eſt: Videant opera veſtra bona, glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Sed quia deeſt aliquid, quod de hac ſententia adhuc expreſſius dictum non eſt, Domino adjuvante, in quantum poſſumus, & veracius referamus. Videtur etenim quis ruderibus vitiorum multatus, deſidioſus vere, cujus & præcordia divinorum ſunt mandatorum obtuſa. Huic ſecreta regis minime ſunt pandenda, ſed celara potius retinenda, quarenus ſanctum canibus non tradatur, & margaritæ ante porcos minime diſpergantur. His utique opportunius eſt Dei opera exhibere, qui verbum Dei audiunt corde perfecto, & optimo, ut fructum aſſerant in patientia. Agri cultura igitur vomere exaratoris, ibi (ab) agricolis irrumpitur. Ubi adeo pinguis gleba ſit, ceoruplicatum ſuis cultoribus tribuat fructum, & penitus ſeri numquam deſiſtat.

C

CAPUT I.

Inventio ac Translatio corporis S. Trophimenæ.

Corpus S. Trophimenæ. COmpellitis nos, cariſſimi fratres, aliqua ſanctiſſimæ Trofimenis miracula, quæ per eam Dominus operatus eſt, phaleratis verbis perſtringere, qui vix valemus etiam communes apices, ſentinis vitiorum multati, ad liquidum elimare. Quapropter frareręæ charitatis requiro commodum, pro nobis interveniatis apud Deum, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quatenus noſtri januam cordis aperiat ad exprimenda ejuſdem miracula, qui dudum vilis aſelli humanas loquelas edere juſſit. Credo equidem, imo veraciter teneo, veſtro interceſſu hoc magis ad demulcenda multorum corda perducere, quam pro noſtræ imperitiæ ſuadela aliquid exornare. Advecta ſiquidem hæc ſancta Virgo Æolicis finibus, uti tumuli ipſius carmina deſignant *b*, intemerata littus Reginarum *c* Angelo duce, meruit obtinere *d*. Quæ cum incurioſe ad prędicti littoris oram in ſuo tumulo delitеſceret, tandem aliquando mulier quædam, fluvio, Dei nutu, quo ſordes veſtium, vel operatio coli ablui ſolent, cępit tundere ſuper ſanctiſſimæ Trophimenis tumulum fortuter, quod vulgo mulierculæ filatum *e* vocant.

quomodo ſit inventum. 6 Cumque ſpelæa vicina ex hoc ſubtilius reſonarent, & illa, ut dictum eſt, fortiter tunderet; ſubito manus illius areſactæ ſunt; amiſerunt, quod tenebant, officium mulicbre. Illa ergo medullitus tacta dolore, cum ab hujus loci accolis interrogaretur, quæ illius infirmitatis eſſet mœſtitia; ait: Niſi mihi presbyteros, qui hic morantur, convocaveritis, vobis omnino nullum audebo dare reſponſum. Et illi: Quare, inquiunt? Illa autem: Timeo, quia, qui areſecit manus meas, ne forte vernaculum linguæ meæ decurtet. Illis igitur temporibus in prædicto loco plerique Parthenopenſes *f* presbyteri commorabantur pariter cum ſacerdotibus Amalfitanis *g*, idcirco quia, ſicuti plane nunc decernitur, multæ eccleſiæ erant ſacerdotibus Chriſti, quæ modo pene deſtructæ ſunt, ac viduatæ. Convocatis etenim presbyteris feriatim, quæ acciderant mulieri illi, ſummo conamine cępit referri. Quo viſo ſacerdotes miraculo, ac talia attoniti audientes, veloci curſu concito pergunt ad littoris oras, orantibus (populis) ubi tumulus beatiſſimæ Martyris erat advectus. Cumque Domini ſacerdotes diu tentarent ex qua parte latentem tumuli theſaurum poſſent enotare, & noſcere, ſeu viri, an mulieris eſſet religio, inſtinctu afflati divino, verſi ad prædicti tumuli caput, reperiunt carmina, poetali facundia ita celata *h*;

Qui tumuli cauſas ingreſſus diſcere quæris,
Martyris hic Trophimes, intactaque Virginis artus,
Et pia membra cubant, quæ dum præcepta prophani
Temporis, & mundi polluta altaria vitat,
Sicanius fugiens devota puella parentes,
Æquoris in medio naturæ ſorte quievit,
Membra dedit Reginniculis, animamque Tonanti.
Hinc Chriſti inter odoriferas depaſcitur aulas.

ac translatum. 7 Quis ergo hujuſce rei prærogativa non obſtupeſcat, quando prælago ſpiritu poeta facundus in jam dicto tumulo talia poemata pinxit, atque celavit. Ergo cum a jam dictis ſacerdotibus prædicta carmina legerentur, & cernerent, quod in eodem tumulo dumtaxat preciosa margarita lateret, maturo curſu ad Epiſcopi Amalphitanæ ſedis limina properant, ut theſaurus, qui omnibus diu incognitus fuerat, eunctis fidelibus promulgaretur. Illo igitur tempore Pontificali culmine redimitus Petrus *i* eccleſiam gubernabat Amalfitanam: is etenim nimio ductus amore, cum ab eiſdem ſacerdotibus ordinatius tale tantumque miraculum attonitus præhauſiſſet, aſcito ſuo Diacone, ac Primicerio, ceteriſque presbyteris, omni cum diligentia eiſdem, ut audierat, cępit referre ſermonem, qui dum venerabilis Epiſcopus,

ſicut

A ficut ad magnæ feſtivitatis diem inſula exornaretur, adjuncto ſecum clero, Rheginnas properant, ubi virginale decus, margaritaque pretioſa degebat. Illud denique eſt, & utriuſque ſexus conventicula facta: inventum Epiſcopus & ſacerdotes, adhibitis ſecum hujus incolis loci, cœperunt amplecti ſanctum onus, turba fidelium procul ſpectante, & laudibus, quibus poterant, gratiarum actionem in commune Domino rependente.

ab homini. bus non poteſt loco moveri,

8 Suppoſitis etenim humeris, dum ad ſepta, ubi nunc ejus baſilica cernitur eſſe, ſanctum onus omni conamine vellent portare, nullo modo eſt permiſſum, mirum in modum, vel quantulumcumque ſaltem exagitare. Quocirca dum in iſtiuſmodi opere curſus diei eſſet finitus, & ſeſe nec moveri, neque contracta attrahi penitus permiſiſſet; uſus tandem bono conſilio præſatus Epiſcopus, juſſit adduci pulcherrimas* vitulas, quæ jugo liberrimæ, & coitus eſſent ignaræ, ut ad id officium ipſæ prærogarentur. Ergo ad-

** al. plurimas.*

B ductis, & jugo illarum cervicibus poſito, tanta velocitate ſacrum permotum eſt onus, ut non illud ab illis, ſed illæ ab illo viderentur portari. At ubi nunc ejus eccleſia eſt conſtructa, cum fuiſſet delatum, fideliſque plebecula, accenſos cereos manibus tenentes, Domino pſalmodiam decantarent; mulier, cujus aretactæ fuerant manus, dum circa ejus feretrum poſita, curaret avidius attrectare, ita ad eam ptiſtinæ ſalutis officium eſt regreſſum, quaſi nihil incommodi aliquando ſuiſſet perpeſſa.

ſed a viro lis reſpersarum, ſo lenni ritu reconditur.

9 Convocato igitur in unum Chriſticolarum cœtu, Epiſcopoque jubente, ut omnes accenſos manibus cereos retinerent, & modulatis vocibus pariter laudes ſacratiſſimæ Virgini exhiberent, adductis ſarculis, ubi nunc ejus ſanctum cernitur conſtructum altare, ibi præfatus deſignans Epiſcopus & ſacerdotes, nudatis cruribus, fodere viciſſim cœperunt. Cavato namque mauſoleo,

** al. & minime.*

& non minime* in altum defoſſo, eum eo locello, quo inventa fuerat, in aromatibus pretioſis ſanctum condiderunt corpus, ubi nunc ad laudem nominis ejus multa fiunt mirabilia, Domino cooperante. Tempora ſiquidem paſſionis ac perſecutionis illius, quia evidentius non annotantur, nullus fidelis, obſecro, ambigat. Quæ nimirum tot beneficia ſibi petentibus præbet, procul dubio pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum incunctanter effudit. Quid mirum,

C ſi terrenus judex, aliuſque perſecutor incertus ſit; cum per eam Dominus plurima, ac certiſſima miracula operetur. Cujus munia ſanctitatis, & inſignia miraculorum hic conſtat eſſe; illic ſine dubio, ubi eſt requies, beata inter Angelos exultat cum ſanctis Martyribus ſociata. His igitur prælibatis, quia finem poſtulat ſermo, & valetudo me mei pectoris coangustat, obſecro, ut ſi ineptum quid inveneris, o lector, non noxam, ſed potius veniam cedas. Credo equidem, me præmium a Domino recepturum, ſi veſtro, qui legitis, interventu merear adjuvari. Unde ſupplex ſanctitatis veſtræ oretenus poſco ſuffragia, ut non me judicetis indignum, quaſi aliquid ex meo deſcripſerim, ſed percontans ac diſcens, hoc ſcripſi, quod a viris fidelibus eſt relatum.

ANNOTATA. D EX MSS.

a *Vult Cajetanus, hic intelligi oram Siciliæ ad Tyrrhenum mare, cujus litori exadverſum reſpondent inſulæ Æolidæ; ſic dictæ ab Æolo, Iliacis temporibus ibidem regnante.*

b *Nulla in carminibus inſulæ Æoliæ mentio. Quid ſi hic legas* Sicanicis *vel* Siculis?

c Minora *olim dicta fuit* Rhegina Minor, *ut monuimus in Comm. prævio; forte a verbo ῥήγνυμι* effringo, illido, erumpo. *Quaſi dicas*, Rheginnam, *idem eſſe, quod* eruptio, fractura, *ſeu* vallis.

d *Unde eo ſit delata, quamdiu ibidem jacuerit* Trophima, *neſcitur.*

e *Per* filatum *ſignificatur genus retis, quod &* ſordus *dicitur. Hic videtur intelligenda congeries, ſeu glomus filiorum.* E

f *Sunt Neapolitani. Notum illud Virgilii lib.* 5. *Georg. v.* 563.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope.

g *Picentinorum ducatuſque Amalphitani metropolis eſt Amalphis, Minoræ vicina.*

h *Hæc omnia adſcribit Cajetanus miniſterio Angelorum, ſed non probat ita factum fuiſſe.*

i *Vixiſſe Petrum tempore Sicardi, Principis Beneventani, auctor eſt Ughellus. Ex morte, ſepultura, atque exhumatione, de quibus infra cap.* 2. *colligitur obiiſſe proxime excidio Amalphitano a Longobardis patrato, adeoque juxta dictum Ughellum, circa annum* 839. *Vide annotata ad cap.* 2. *lit.* c.

CAPUT II.

Iterata corporis Translatio.

F *Curam movet.*

LIbet, fratres cariſſimi, de ſacratiſſimæ Virginis Troſimenis miraculis, Domino annuente, aliquid ſub brevitate perſtringere, quia jam, ut conjici poteſt, de inventione corporis ejus cunctis fidelibus ſatis eſt promulgatum. Valde etenim præpoſterum eſt judicandum, ſi hæc non intimatur fidelibus auribus, per quam Dominus non deſinit ſedulo plurima mirabilia operari, cum & ille, qui ea pangere viſus eſt, ab inaudita invaletudine, & incognita medicis, ſertur ab illa eſſe curatus. Merito itaque hanc nos oportet laudare, quæ privilegio ſanctitatis, ſuffragia uberrima petentibus numquam præbere deſiſtit. Quis enim ægrorum, vel ægrotantium, ad ejus pie baſilicam accelerans, non illico recipit ſanitatem? Languoribus quippe variis, & diverſis præventos infirmitatibus, non ſolum inviſibiliter, ſed etiam viſibiliter fertur curare.

corporis ac ſpiritus.

11 Sed & modo recitetur, quomodo viſibiliter curaverit, atque curet; eo quod ad alia illius miracula veritur ſtylus, ſuffragante eadem, dicetur in ſubditis. Hoc denique privilegio, fratres, ſancti Martyres ſunt donati, ut qui ad eorum contubernium pia devotione, ac mente fideli acceſſerint ægroti, vel ægri, non ſolum exterius, ſed etiam interius a nævo, & ſorde purgentur pecca-

A torum. Sancti igitur Apoſtoli, per quos Eccleſ. MSS. ſia Dei, fidei ſumpſit initium, & a quibus Martyrum ſunt dedicatæ primitiæ, cum in uno conclavi ſederent, hoc a Domino reſponſum acceperunt: Accipite, inquit, Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et alibi: Et qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit. Ecce hoc voluit Dominus eſſe membra, quod eſt etiam ipſe caput: ipſe etenim Dominus virtutes operatur in Sanctis, qui pro univerſo mundo pretium ſanguine fundens, ab erebi barathro ejuſdem triumphando revenit.

per Sanctos ia Hinc ſiquidem Pſalmiſta, plenus ſpiritu Sancto, ajebat, eum diceret: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Dominus Deus Iſrael, ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus. Et alibi: Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, & juſtitia tua exultabunt; tua, non ſua; gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur; ut notam faciant
B filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. Igitur repoſita corporis Beatæ hujus inventione, qualiterque ſecundis impellentibus zephyris, eam ad Rheginnarum advexerint oras, evidentius enodata, ad translationem ſancti corporis articulum ejus vertentes, divina favente clementia, illud ſcilicet propalemus, quod luce clarius multis fidelibus eſt deſignatum.

13 Temporibus itaque eximii Principis Beneventani, Sichardi *a* nomine, cui pene tota Auſonia *b* obtemperabat, facta eſt non minima
a
b
Tempore Sichardi, principis Beneventani diſſenſio inter utrumque populum Amalphitanum videlicet & Salernitanum. Itaque dum ſui regni gubernacula præfatus Princeps moderatiſſime gubernaret, & Primi civitatis ejus conſilio & fortitudine ſumma pollerent, quidam Amalphitanorum majores natu, inique ferentes natale ſolum, hujus ſe dominatui ſponte propria ſubdidere: qui cum ab eo infinita dona perciperent, miſſis occulte epiſtolis, arte, qua poterant, atque blanditiis, ſuos ſemper affines atque fratres monebant, ut propria quæque diriperent, & ad prædicta dona quantocius feſtinarent. Qui cum talibus, ut dictum eſt,
C diu monitis ſuaderentur, protinus illis fertur tale remiſiſſe conſultum: Vobis argentum, aurumque nobis, & euncto populo noſtro, niſi totam Lucaniæ regionem & finitima prædia jurejuraodo diſtribueritis, veſtris ſuaſionibus aſſenſum numquam præbebimus.

Trophimenis corpus. 14 Interea, firmata clam conditione, factum eſt, ut Tyrrheni æquoris inſulas Auſoniæque univerſa loca gloriolus Princeps circuiret, quatenus corpora Sanctorum, quotquot invenire poſſet, Beneventum debito cum honore deferret. Plebejo conſilio dantes operam natu majores Amalfitanorum, antequam hæc inclita Longobardorum gente regio deſolaretur, ablata eſt a propria aula Chriſti beata Martyr, ita ut veſtra fraternitas eſt auditura. Appropinquante itaque termino deſolationis civitatis jam dictæ, cum populus formidine maxima teneretur, ne ſorte ingruentibus Longobardis a propria fruſtrarentur Patrona, collecta multitudine populorum ac deſtinatis navigiis pergunt, ubi ſancta Dei Martyr delitescebat. Dirupto igitur altari, ſub quo Chriſti Virgo degebat, & Petro ſecun-
c do *c*, imponente antiphonam: Laudate Dominum in ſanctis ejus, Laudate eum in firmamento virtutis ejus. Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis ejus: cœperunt milites Chriſti, quo tumulata erat, ſarculis fodere, clero quoque hanc antiphonam, pariterque alternatim canente, Surgite Sancti de manſionibus veſtris, & proficiſcimini in viam præparatam; locum ſanctificate, plebem benedicite, & nos famulos veſtros in fide cuſtodite. D

15 Cumque avidius animo devoto in hu-*Amalfim delatum,* juſmodi opere perdurarent, tandem animo diu deſideratam, quam quærebant, ſub tribus cameris mire conſtructis, reperiunt ſanctam Chriſti Martyrem illibatam in ſuo, uti fuerat temporibus priſcis tumulata, locello, Locellus autem iple ſuper nitidiſſimos pumices ſedens, habebat tres operis pretioſi ampullas, quarum una, quæ geſtabat oleum miri odoris, reſidebat ad caput ejus. Reliquarum vero una oblervabat ipſius Sanctæ pedis veſtigium, altera alterum. Quis enim quantum
E conjici poteſt, ambigit, hoc ad gloriam deificæ Trinitatis pertinere, & ad teſtimonium Pſalmiſtæ comprobandum, qui unicuique animæ fideli, ſectanti juſtitiam, & odienti iniquitatem, Spiritu ſancto inflammatus, pangebat: Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. His itaque geſtis, tanta profecto odoris fragrantia eſt circumquaque diffuſa, ut non ſolum, qui aderant, omnium odoramenta aromatum deguſtarent, verum etiam hi, qui ad obſervanda navigia perſtiterant, affererent, numquam ſenſiſſe tantæ alias virtutis odorem. Ut autem omnibus hæc viſio eſt manifeſtata, navigiis derelictis, nautæ currunt haud procul a littore, & ecce Petrum Epiſcopum cum ſuo Petro Archidiacono, ceteriſque presbyteris, reperiunt propriis ulnis in tenuiſſimo panno ſanctam Martyrem ſimul geſtantes.

16 Qui eum nimio tumultu, & populi vo-*Manus ſibi quisque.* eiferatione Epiſcopus opprimeretur, & ſiſteret aliquantiſper ante ejuſdem baſilicæ ſanctæ veſtibulum, attrectata a quibuldam Virgo prædicta, ex membris illius ſelici rapina ſurtim, quæque poterant, diripiebant. Mira res, &
F agnita cunctis fidelibus, ita guttatim ſanguis ejus fluebat terra tenus poſt tot annorum curricula iterum, ceu proprio carnificis, & laniſtæ jugulo ferireiur. Concurſio interim utriuſque ſexus ob iſtius ſpectaculi decus, haud ſecus erat, quaſi triticeæ meſſis tempore formicas videas propriis cervicibus vicilim ſarra vehere, donec ſua promptuaria repleant, quibus ſuis temporibus ſuſtentari valeant, & ſua edulio tenuiſſima corpora ſatiari. Venerabila namque ſanctiſſimæ Trophimenis cor-*in templo S. Virginis Mariæ honorifice collocatur.* puſculum nautica pinus cum ingenti honore tum Amalfim deferret, collocaverunt in ecclefia beatiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ honorificentiſſime. Quo etiam pontificali præceptione quidam obtemperantes e clero, die noctuque fidele Deo ſervitium exhibentes, ad gloriam ipſius nominis, certis diei horis cantica laudis explebant.

17 Expleto igitur octavi diei curſu, intem-*Tunc temporis S. Martyris ſepulcri.* peſta nocte, quando ſopore gravi corpora ſeſ-
ſa

A ſta premuntur, in extaſi poſitus prædictus Epiſcopus, videt in viſione jam dictam Martyrem Chriſti, rubicundo pallio coopertam, aliaſque illam Virgines ſubſequentes, ſibique manu intendentem, atque compellatione minaci dicentem: Cur, Epiſcope, meum temere tumulum auſus es violare, pariterque meum cunctis corpuſculum revelare popellis, & ex corpore meo quoſdam artus violenter divellis? Nempe quia nullus pudor mei ergo fuit, ſcias te proxime moriturum, cadaverque tuum ex ſepulcro expellendum, & a canibus comedendum: omnes enim Præſules dormierunt unuſquiſque in throno ſuo, tu autem de ſepulcro tuo ſolus pelleris. Denique expergefactus Epiſcopus, cum tremebundus volvere ſecum cœpiſſet, quid in horrore viderat viſionis nocturnæ, mox jubet fieri ſibi ſepulcrum in pariete, quaſi cubitis tribus in ſublime a terra, ad partem Aquilonis in eccleſia beati Joannis Præcurſoris atque Baptiſtæ, ubi ſanctæ purificationis & baptiſmatis B unda, oova ſoboles renaſcitur, & proles fœcunda.

In viſione prænunciat 18 At ubi Epiſcopi juſſio eſt impleta, & parata, ut dictum eſt, ſepultura, mox e veſtigio ſubſecuta eſt tam crudeliſſima febris, ut vix trium dierum ſpatio hac luce perfrui videretur. Cum decurſis vitæ ſuæ temporibus, & finito termino, quem nullus hominum præterire poteſt, gregi ſuo vale dicens, ac ſecum ſumens viaticum, exiit hominem, plenus dierum. His namque præmiſſis, cum non multo poſt iſtius terræ deſolatio immineret, utriuſque populi præſtigio confirmato, maleficio videlicet Longobardorum capta eſt civitas, ac depopulata penitus ſine ſanguinis effuſione. Hujus ſiquidem civitatis loca, dum hac illac luſtrando pergerent, & circuirent cubiculorum penetralia, & aditus eccleſiarum, ſi forte theſauros occultos, & reconditos invenirent, præſertim cum opibus plurimis eſſent ditati, tandem aliquando veniunt ad tumbam, ubi Epi- C ſcopus e vicino ſepultus jacebat. Qui dum ſperarent ob fabricæ recentis obſtacula, quod in Præſulis tumulo aurum argentumve lateret, confringentes illum, invenerunt Epiſcopi cadaver jam fœtidum in monumento, compage corporis & pene omnibus ſolutum membris. O incomprehenſibile Dei judicium, & ineffabilis virtus ejus! Turba omnis retro coacta eſt, & ſepulcrum dimiſſum eſt patens, nequaquam opertum.

Et deinde impleta. 19 Peracto igitur excidio, cunctiſque mœniis dirutis civitatis, adhuc ibidem civibus commoraotibus, canes rabido ore latrantes, maturo curſu currentes abſtrahunt a tumulo prædictum cadaver Epiſcopi, uti vaticinatum fuerat a ſancta Martyre Chriſti eidem Epiſcopo, ac revelatum. Hinc eſt, quod Apoſtolis, qui ad prædicandum miſſi fuerant, Dominus dicit: Qui vos audit, me audit, & qui ſpernit vos, ſpernit eum, qui me miſit. Et alibi: Qui autem erubuerit me in terris, & ego erubeſcam illum coram patre meo, qui eſt in cœlis. Itaque factum eſt, ut circum cuncta depopularentur, (&) non ſolum civitatis muoltio intrinſecus, ſed etiam extrinſecus prædia cuncta conciſionibus ſubjacerent: adeo ut per continuum annum unum, & eo amplius tantæ denſitatis fructus tam (noo) ſuccreſcerent, ut non aliud, quam ab olim, ar- D buſcula intonſa putares.

EX MS. *Iterata corporis* 20 Revera dum una contererentur, unuſque fieret populus Salernitanus atque Amalfitanus, & mutuo connubali fœdere conſtringerentur, quamquam ab eximio principe prædia infinita perciperent, doniſque plurimis augerentur, qui aulæ regiæ dignitati obtequi voluiſſent, tamen plenitudine uſi ob Longobardorum ſtropham, qui eos principi concuſſabant, quod Duci Parthenopenſi quidam Amalfitanorum flecterent caput, cœperunt volvere ſecum, ut excidium, quod nuper ex illis perpeſſi fuerant, illud in civitate facerent Salernitana. Hæc inter accidit, ut principale culmen Beneventanæ ſedis gubernacula diſponeret ipſo in tempore, & jura Salernitana caſtaldei *d* gubernarent ipſius, idem vero *d* Princeps tum ſorte Benevento diſceſſerat, & luſus cauſa, ſeu arte venationis in prædio Abellanenſi *e* tentorium fixerat. Qui, dum *e* quadam die accipitrem ſuum, ut fama eſt, mitteret, & una cruribus longis capta eſſet avis: heu! (proh dolor!) interfectus a E ſuis non minimis plagis vitam cum regno finivit.

Benevento. 21 Fuit enim largus, & omnibus dapſilis, maxime Amalfitanis, in donaria tribuendo, athleta fortiſſimus in acquirendo Sanctorum corpora, promptus, ſtatura optimus, & mente decorus, uno ſolum, quod pudenter dicimus, omnia bona ſua (proh pudor!) diſſipans, venereo fractus morbo, ſæpius carnis ſuæ voluptati operam dabat. At quia longum eſt ipſius, quæ geſſit, narrare omnia, ad ea, quæ omiſimus, ſtylum vertamus. Comperta igitur evidentius Principis morte, populus Amalfitanus illico ſanctuarii Dei ornamenta diripientes, igneque ſuppoſito antiqua civitatis mœnia concremantes, cum ingenti gaudio, & victoriæ palma ad propria ſunt reverſi. Merito etenim ſuo digna ſatisfactioone tale recipit excidium, quæ numquam novit aliquando Chriſticolarum Dei baſilicis, & populi Amalfitani parcere ædibus. Igitur quia omiſſum eſt, quam altercationem habuit F uterque populus de ſanctiſſimæ Trophimenis Virginis corpore, cum hinc exirent, & una pariter habitarent, compendioso ſermone cum uno ejus miraculo, Deo propitiante, fideliter declaramus.

ad Minoriſſa. 22 Denique procedentes hinc Amalfitanorum militum multitudo (&) Majores cum populo Rheginnæ, ac clericis, qui videbatur illorum, petiverunt principi, ſanctæ ſibi reddi corpus Virginis Trophimenis. Quibus dictis, conceſſum eſt, & a principe imperatum, ut Beneventum mitterentur legati, ſi forte ab e- ** al. Impetratum.* lecto venerabili Urſo *f* talia impetrarent. *f* Quapropter miſſis in ejuſdem rei negotio Conſtantino venerabili presbytero, & Sergio venerando ſacerdote, concivibus Rheginnis, partim venerabilem Electum verbis poſtulare ceperunt pacificis; partim obtemperare nullo modo principi, niſi ab eo corpus beatæ Trophimenis Virginis obtinerent. Quo audito, Vir Dei electus ingemuit, atque ex intimo cordis trahens ſuſpiria, tale eis fertur reddidiſſe reſponſum: O ſacerdotes Domini venerandi, quod petitis, adimplere minime præva-

le-

A lemus. Quin imo inter Sanctorum reconditas thecas, quo & beati corpus requieſcit Bartholomæi Apoſtoli, ſola ipſa nocturno tempore, quaſi lucens candelabrum flammeſcit; adeo ut manſionarius, illius luce ductus, aditus, ubi corpora Sanctorum quieſcunt, cunctos perluſtret.

ex MS.

23 At quia præpoſterum eſt, ut a propria fruſtremini Patrona, neque illam vobis damus, neque tenemus. Cui cum dicerent prædicti ſacerdotes, Quomodo datis, vel quomodo retinetis? Protinus idem Electus reſpondit: Ab articulo pedis illius uſque ad ſummitatem capitis ejus, omnibus illius corporis beatæ Trophimenis divellimur membris, & placida mente donamus, ut & vos particulatim illius obtineatis corpuſculum, & nos ab illo penitus non
B fraudemur: tanta etenim Dominus per eam mirabilia operatur, quanta nullum Sanctorum hic requieſcentium, manifeſtum eſt operari. Cumque hæc, & his majora de ea miracula prædicarentur, quod venerabilis ſpopondit Electus legatis, honorifice adimplevit. Omnibus ex membris conceſſit Virginis almæ, Electus populo, & legatis inclinatus, ampla dona dehinc tribuit, nempe & gazas peregrinas, atque ſuo populo lætantes jure remiſit.

Translatio

24 Venientibus autem legatis cum corpore Virginis in civitatem Salernitanam, ſole ſuos radios ſub umbraculo emittente, populus avide præſtolans, cum præfatæ Virginis corpus B. Trophimenis recepiſſent, clerus, & populus dictæ civitatis cum magno gaudio receperunt, & per illam noctem prædicti legati cum tam præclara, & pretioſa margarita in dicta civitate requieverunt, ubi ad laudem, & gloriam nominis ejus, intus juxta mœnia civitatis eccleſiam fabricaverunt, & in eodem loco, qui uſque in hodiernum diem dicitur vicus S. Trophimenis, ſedem accepit, elegit, & requievit. Tertio Idus Julii, clara luce ſole ſuos radios
C illuſtrante, prædicti legati una cum clero, & populo dictæ civitatis, honorifice & proceſſionaliter dictum pretioſum & ſanctiſſimum corpus Virginis uſque ad littus maris conſociaverunt,

ſalvatis

25 Et in eodem tres erant naviculæ, quæ venerant a Rheginnis cum clero Amalfitano, & Parthenopenſi ſimul conjunctis cum Rheginnis clericis, & præfatæ Virginis corpus B. Trophimenis cum magno gaudio receperunt atque honore, & in una illarum, quæ erat in medio id poſuerunt cantantes, exultantes, atque dicentes: O quam præclarum & glorioſum eſt regnum Dei, in quo cum Chriſto gaudent & exultant omnes Sancti, amicti ſtolis albis, ſequuntur Agnum, quocumque iverit. Movete Sancti Dei de manſionibus veſtris ad loca deſtinata, quæ vobis jam ſunt placita, & parata. Et ecce populus, cuſtodiens judicium, & faciens juſtitiam & jucunditatem in omni tempore. In te ſperaverunt, Domine, uſque in æternum. Via Sanctorum racta facta eſt, & iter eorum tutum; ambulate Sancti Dei, & orate pro nobis ad locum deſtinatum, & vobis a Deo præparatum.

Quæ ploriſ

26 Et ſicut Domino placuit, in veloci curſu, ſol antequam ſuis radiis totum orbem illuſtraret, applicuerunt in Rheginnis, in loco ubi domum ſuam elegerat, & ibidem erat præſul Amalfi-
D tanus ſimul cum clero ſuo, & adjunctis Rheginnis clericis, & Parthenopenſi . . . & aliis quibuſcumque cum magno populo Parthenopenſi, ac Amalfitano, & jam dictum corpus ſic receperunt, laudantes, & dicentes: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ: & Laudate Dominum in Sanctis ejus. Oſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini. Cum jucunditate exibitis, & cum gaudio ducemini: nam montes & colles exilient, expectantes nos cum magno gaudio, & exultatione. Ambulate Sancti Dei, & ingredimini in civitatem Domini: ædificata eſt enim vobis eccleſia Dei, ubi populus convenire debeat, adorare majeſtatem Domini Sabaoth. Ambulate Sancti Dei ad locum deſtinatum, qui præparatus eſt vobis ab initio mundi, & uſque in ſeculum. Et tunc prædictus Dominus Epiſcopus cum ſuo Archidiacono, ac primicerio, & aliis nobilibus tam laicis, quam clericis Parthenopenſibus & Amalfitanis, cum
E magno jubilo & gaudio jubilantes, & lætantes, & feſtum magnum facientes, in terram pannos ſericos proſternentes, olivarum ramos in manibus bajulantes, dictum ſanctum corpus ſanctæ Virginis Trophimenis jam receperunt, & in eorum propriis humeris bajularunt uſque ad locum primum ſibi a Deo datum, & electum, cantantes, & dicentes; Ingredimini Sancti Dei, præparata eſt enim a Domino noſtro Jeſu Chriſto habitatio ſedis veſtræ. Sed & populus fidelis cum magno gaudio ſequitur iter veſtrum, ut oretis pro nobis.

hic deſinit liber.

27 Et poſuerunt illud in eodem loco, ubi
F ipſa ſibi primum habitaculum prælegit, & in eodem requieſcit, ſic omnes cantantes, & dicentes: Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: cantate Domino canticum novum, laus ejus in Eccleſia Sanctorum. Sub altare Dei omnes Sancti clamant, & ſedem accepiſtis, intercedite pro nobis ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: a templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent Reges munera: corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt, & vivent nomina eorum in æternum, & variis & diverſis coruſcant miraculis.

ANNOTATA.

a *Sigonius ex Leone Oſtienſi apud Cajetanum, ponit initia principatus Sicardi ſub annum Chriſti* 834.

b *Ea pars Italiæ, in qua Beneventum & Cales.*

c *Ughellus tom. 7. Italiæ ſacræ refert ex Diptychis, Petrum ſecundum electum anno* 848. *Joannem PP. VIII. ad eumdem epiſtolas direxiſſe anno* 880. *Verum qui hæc cohærent cum chronologia hujus hiſtoriæ; quæ contingere debuiſſet, calculo prædicto inſiſtendo, Petro nondum electo Epiſcopo Amalphitano; dicente Ughello, poſtquam hanc hiſtoriam narraſſet*; Petrum, Amalphitanum Epiſcopum, qui & venerabilis ſenex, & omni laude digniſſimus memoratur in Triphomenis Actis, videri ex hac mortali vita ſubtractum, miſerabili quidem & infelici exitu, ex Martyris vaticinio, circa annum Domini 839. quo anno, vel poſteriori, ut Oſtienſis ſcribit, D. Bartholomæi Apoſtoli corpus, Beneventum

trans-

A translatum est. *Quomodo, inquam, Petrus idem anno circiter 839. fuerit mortuus, & anno 848. tandem, ad episcopatum electus?*

d *Tradit Cangius, sta appellatos a Longobardis, locorum, prædiorum ac villarum præfectos, rerum dominicarum actores, procuratores, administratores, villicos.*

e Abella, *oppidum Campaniæ in Italia & in Hirpinorum confinio, Straboni & Ptolomæo; quæ & Avella: nunc etiam* Avella, *urbs regni Neapolitani in provincia Terræ laboris, ut habet Baudrand.*

f Ursum *tradit Ughellus de Epp. Beneventanis, ad hanc sedem simul & ad Sipontinam promotum sub principatu Sicardi, de quo supra, circa annum 833.*

CAPUT III.

B *Miracula.*

Muto loquela,

OUidam presbyter Parthenopensis, nomine Maurus, qui ibidem morabatur, quadam nocte sibi gutta descendit a capite, propter quam, totam loquelam perdidit annis tribus, & mensibus octo, ita & taliter, quod nisi per nutum, & scripturam nihil potuit dicere, atque fari. At ut ipse præfatus Maurus vidic beatæ Virginis corpus B. Trophimenis, sicut prædicti legati ostenderant prædicto Præsuli Amalfitano, & aliis nobilibus in dicto loco, ubi ante fuit, & nunc est, sicut Dominus Urius electus Beneventanus eis assignaverat, & sibi fieri fecit publicum instrumentum, quomodo ipsi legati, videlicet presbyter Constantinus, & presbyter Sergius, & alii, dictum sanctum corpus totum & integrum a pede usque ad caput assignaverunt, & nihil fuit exinde diminutum, vel ablatum: unde legati præfati sic assignare voluerunt, & C ostendere publice. Et tunc dictus presbyter Maurus devote ivit, & vidit. Et cum osculatus fuisset sancti corporis pedes & manus, concito solutum est vinculum linguæ ejus, & publice locutus est: Benedictus Deus.

Claudus pueo gressus reddituv.

29 Quidam puer, ætatis annorum novem, qui a sua nativitate fuit claudus, & privatus gressibus, qui numquam surgere potuit, nec ambulare, a suis parentibus asportatus, tanto miraculo visto, & statim, ut portaverunt dictum puerulum in ulnis suis ad tumbam dictæ B. Virginis Trophimenis, statim ut ipse vidit, surrexit sanus, & cum suis pedibus reversus est domum, magnificans Deum. Et multa innumerabilia miracula ibidem facta fuerunt eodem die, quæ oculis nostris perspeximus, & vidimus, manibusque palpavimus, ad laudem & gloriam nominis sui, qui vivit & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Sanctæ eidem presbytero apparet,

30 Post desinlationem civitatis Amalfiæ, cum corpus sanctissimæ Virginis Trophimenis hinc fuisset ablatum, presbyter quidam ædituus, & hujus ecclesiæ Rheginnis custos, super ea vehementissime dolens, quotidie contristatus, flens & ejulans, ultro citroque pergebat. Qui dum incurinsus & negligens ad officium peragendum desisteret, quasi jam non ibi Christi Virgo maneret, matutinalibus una dierum horis ecclesiam introgressus, vidit beatissimam Virginem, thuribulum manu tenentem, basilicam- D ex ms. que suam pretiosis aromatibus fumigantem, talia namque cum cerneret presbyter, obstupefactus terram vestigio pressit pedis, & ultro ingredi non est ausus. Cumque omnia juxta consuetudinem suam Virgo perficeret Christi, hora, qua voluit, his verbis eum allocuta est, dicens: O custos, & inspector basilicæ meæ presbyter, quare non certis horis Domino Deo vota laudis ad meum reddis honorem? Ad quam presbyter: Quæ as Domina mea, ex cujus ore tam mellea degustn verba?

non ad fulcitum hortatur.

31 Et illa: Ego sum Trophimenis, ecclesiæ meæ custos, & habitatrix in sempiternum. Cui presbyter: Et quomodo, Domina, tuam ingredi possum ecclesiam & præcnnia tollere laudis, quando hinc ablata es, & aula vestræ beatitudinis remansit inhonorata? Ad quem Virgo: Ne credas, inquit, presbyter, me hinc esse sublatam, quia ubi pristinus meus persistit tumulus, illic requiescit & cruor E quem pro nomine Christi in medin fudi maris. Quapropter fixum, venerabilis presbyter, tene juxta Pauli vocem, spiritu hic me esse, etsi corpore non sim vobiscum; semperque in hoc respice loco, ubi priscæ habitationis conversatin nostra fuit. Hæc cum dixisset, evanuit ab oculis ejus, ac sese tenebris immiscuit atris, ad cælestia scilicet regna, ubi segnat Dominus noster Jesus Christus in secula seculorum.

Presbyteri alium more fidem,

32 Constantinus namque venerabilis presbyter, cujus superius fecimus mentionem, cum juxta beati Erasmi martyris basilicam, patruum suum, nomine Petrum, quia defunctus fuerat, traderet sepulturæ, expletis exequiis, ex more præcedens, causa orationis ecclesiam ingressus est beatissimæ Trofimenis. Cumque pro suis criminibus attentius Dominum deprecaretur, ita repentinus eum invasit languor, ut vix ab ejusdem ecclesiæ liminibus egredi potuisset. Qui dum nimio febris ureretur ardore, & debilitas, ac familia cuncta parentum ejus, propinquum expectaret interitum, eo quod nullius medicorum sustentari potuisset medela, F tandem aliquando decreverunt eum Parthenopen deportare, quatenus illic, Domino annuente, reciperet sanitatem. Quamobsem præparato navigio, statimque applicantes, requieverunt psrumper in ecclesia beatæ semper Virginis Mariæ, expectantes a villicis suis, quotquos necessaria valetudini forent suæ.

ab irrevocatum pudicam.

33 Interea dum ista geruntur, mulier quædam, quæ erat ejusdem Episcopi ancilla fidelis, venit ad visitandum eum, &, sicut mos est feminis, dum inter se vicissim multa protraherentur colloquia, persuasit ei, & quibusdam dedit potionem herbis confectam; quam cum gustasset, protinus obdormivit; & ecce vidit in visione visendi gratia duas ante se stare puellas, quarum pulcritudo talis erat, ut vinceret solis & lunæ candorem. Decebat enim, quoniam quæ Christo sunt desponsatæ, eas sol, & luna mirentur, ipsi enim soli servant fidem, ipsi se tota devotione committunt, cujus mater virgo est, cujus pater seminam nescit. Hæ denique tenebant in manibus suis singulos calamos virides, florenteseque. Una autem illarum rubicundum in collo gustabat velum. Altera vero, quantum

cum-

A conjici poteſt, nihil hujus rei notitiam depor-
ex MS. cabat, niſi calamum tantum, quem manu te-
nebat.

priſtinæ valitudini reſtituit.

34 At ubi appropinquaverunt, ut illo coram adſtarent, blando eum ſermone ſalutaverunt, atque ei dixerunt: Salvet te Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Quibus ille reſpondit: Bene veniſtis Dominæ meæ: bene veniſtis. Et repetens: Quæ eſtis, Dominæ, vel unde veniſtis? At illæ reſponderunt dicentes, Legatione fungimur ſanctiſſimæ Trophimenis. Quocirca certum te volumus fieri, Presbyter, quod a beata ſis Virgine caſtigatus, in cujus aulam membra pollutus introiſti, cum exequias tui perſolveres patrui: caſtigans etenim caſtigavit, ſed morti non tradidit te, oravit enim ad Dominum, & per ejus interceſſionem, ecce factus es ſanus. Vide ne ulterius talia facere præſumas: & hæc dicentes, fixerunt calamos ad caput & ejus lectuli pedes, atque curvantes eos, fecerunt in modum arcus, & deſuper rubicundum, quod in collo
B una geſtabat, pallium proſtraverunt, & quaſi thalamum facientes, vale dixerunt, & ab oculis ejus evanuerunt. His igitur geſtis, expergefactus venerabilis Presbyter, cum ſeſe parentes illius mutuo hortarentur, ut id, quod cœperant, perficeretur, ſubito manu ſilentium imperans, ait: Deo gratias, Deo gratias. Sit nomen Domini benedictum: benedicta gloria Domini da loco ſuo, Nolite contriſtari, neque turbemini; quia per interceſſionem ſanctiſſimæ Trophimenis, ecce factus ſum ſanus. Tunc omnes in commune Domino cœperunt grates omnium creatori rependere, qui ſalvat ſperantes in ſe. His itaque omnibus prælibatis, retro, unde venerant, domum reverſi ſunt: ubi nulla præoccupante mora, luminaribus præparatis, cum magna devotione ad ejus nominis titulum perrexerunt, vota pro eo ſolventes beatiſſimæ Trophimeni, cujus interceſſu priſtinæ eſt redditus ſanitati.

Pulcha puſilla dono accepit ſpiritum immundum.

35 Piiſſimi quoque temporibus Pulchais Præfecturii (*præfecti*) puella quædam, nomine
C Theodonanda, tradita eſt viro cuidam, nomine Theodonanda, tradita eſt viro cuidam, nomine Mauro in matrimonio. Hæc itaque viro ſuo copulata, quia necdum nubilis erat, plurimis moribunda jacens temporibus, quotidie ſui cruciatus miſerrimum præſtolabatur interitum. Eodem itaque tempore archiater Salerni non mediocri medicinæ ſalubritate pollebat Hieronymus, qui dum ſibi adducta eſſet a parentibus, ut aliquo ei proficuo medicinæ ſubveniret remedio, reſpuens eam, projecit dicens: Incurabilis eſt paſſio ejus, nequibo eam curare. Deprecantibus autem illis, ut ſui miſereretur, tandem aliquando precibus victus, interrogavit, quot temporibus hoc laboraret D
exitio? Reſponderunt dicentes, menſibus quatuor. Quapropter adducti deſperationis triſtes miſeria, venimus, ut, præveniente clementia Dei, per te ſoſpitatem recipiat.

medicus deſperans remittit,

36 His itaque precibus archiater Dei famulus, victus, cœpit ſuæ artis quærere librorum immenſa volumina, ſi forte titulum infirmitatis hujus per lectionis curam poſſet agnoſcere: cumque has, & illas legeret valetudines paſſionum, & nuſquam reperire potuiſſet, quali laboraret incommodo, ait: Regredimini fratres hinc, quia nullum medicinæ ſublatium ei præbere queo; hoc autem ſcitote, quia aut miſericordia Dei ſalvanda eſt, aut juſto judicio punienda. His auditis, amaro luctu flere cœperunt, & valedicentes venerunt Rheginnas, ut depoſitam, ſecundum archiatri dictionem, ſibi lugerent. Inter hæc igitur iſta & illa loquentes, mutuis exhortationibus ſurrexerunt, ut eam deferrent ad baſilicam S. Trophimenis (erat autem in prædinio ſuo haud procul ab ejuſdem eccleſiæ ſeptis. Adducta igitur puella ad ſanctæ tumulum Trophimenis *a*) apprehendens eam quædam ſanctimonialis, nomine Agatha, jactavit eam ſeminecem ante altare orans, & cum parentibus triduo exitum expectabat ipſius. Valetudo autem corporis talis erat; agitabat enim brachia ſua ſurſum, rurſum . . . deponens inferius, velut milvus, cum longo volatu aerem verberat.

ope S. Trophimenis ſanatur;

37 At cum his languoribus fatigaretur puella, reliquerunt eam parentes ejus cum prædicta ſanctimoniale, & abierunt huc illuc (quærentes) quod opus habebat. Orante autem ſanctimoniale, paululum accepit ante altare ſoporis, & ecce puella pedetentim exiens, flumen petebat ſita: needum enim fluminis alveus properaverat. Et ecce vidit pulcherrimam puellarum puellam, dantem ſibi tres in dorſo ferulas, ac dicentem: Cur auſa es de templo exire, revertere, & noſtrum ſemper habeto pavorem. Cumque puella trepidans iret, & ſanctimoniali narraret, gaviſa protinus eſt, ut ſancta ei Trophimenes ſpecialiter appareret. His igitur beneficiis delibata, videns iterum eadem ſanctimonialis oleo pavimentum ſudare
F nimis, odoriſque (plenius), intentiſſime Deum orans, ſanctam invocans Trophimenem; juſſit, ut exuviis corpus exueret, . . . Quæ unxit corpuſculum ejus oleo ſancto, & ſtatim ſana eſt facta ab infirmitate.

ANNOTATA.

a *Uncis incluſa deſiderantur in editis apud Ughellum.*

DE

DE S. MODUENNA SEU MONENNA,

MONYNNA, MONYMA, MONINIA, UNA AN PLURIBUS.

COMMENTARIUS CRITICUS. J. P.

§. 1. Vita a Conchubrano ſcripta, chronologice examinata.

Primi vitæ auctoris,

Sacris inſcripta tabulis legitur hac die S. Moduenoa, *virgo & abbatiſſa, qua, præter diverſas nominis efformationes, in proxime antegreſſo* titulo *propoſitas, dici etiam poſſit* Modovena, Modwena, Movena, Mowena. *Quæritur, unamne tantum Sanctam tam varia nomina, an varias deſignent. Priuſquam ad quæſtionem reſpondeam, cen-*
B *ſeo quædam præmittenda, ad rei explanationem; deſumpta materia ex ejus vita, a Conchubrano conſcripta. Enimvero videntur ea in illarum vitarum reponenda numero, quæ quaſi dedita opera, ſeu potius ignorantia & imperitia auctorum videntur coaluiſſe, ut lectori hagiophilo moleſtiam crearent, obtrudendo hiſtorias male cohærentes, parachroniſmos palpabiles, hyperbolas, eventus rerum vitæ credibiles, ne dicam magna ex parte fabuloſos, & cetera id genus, torquendo potius, quam recreando paſcendove ingenio excogitata. Principio quaſdam hallucinationes temporis in medio ponamus. Exponit vita Auctor numero 4. & alibi plus ſemel per decurſum*, S. Moduennam *ſynchronam fuiſſe S. Patricio, magno Hibernorum Apoſtolo, pio utrimque neceſſitudinis uſu intercedente; a quo ipſa virginale pallium acceperit in Hibernia, & ad virginitatis ſtudium inducta ſit, uti habes citato numero quarto.*

error chronologicus,

C 2 *Id quod non contigit ante annum* 432. *cum tunc temporis S. Patricius, apoſtolicos laboros auſpicatus, Hibernicæ expeditioni initium dederit. Nec fieri porro hoc potuit poſt annum* 460. *quo mortalitatem exuit ille præſul, uti aſſeritur in ejus Commentario prævio die* XVII. *Martii. Supereſt ergo, ut collatum* S. Moduennæ *pallium ſeu velum virginale ſtatuatur a S. Patricio in Hibernia, medio circiter ſeculo quinto. Vide jam, quam apte nota illa temporis cohæreat cum alia epocha, quam habet in eadem vita cap.* 2. *num.* 23. *ubi narratur Alfredus, Regis Angliæ, puta Ethelwulfi ſeu Adulphi filius, uti cum Cappravio, tradunt auctores, in Hiberniam profectus, atque ibidem in morbum lapſus, valetudinis gratia ſe contuliſſe ad* S. Moduennam, *petiiſſeque ab ea & impetraſſe priſtinam ſanitatem. Cenſent auctores Alfredum illum ſeculo demum nono claruiſſe, editumque in lucem, ut ſignat Uſſerius in Indice Chronologico, anno* 842. *Patet itaque Auctorem vitæ impegiſſe in turpem parachroniſmum, dum res combinavit, quatuor ſeculorum intercapedine disjunctas.*

perperam combinatis

3 *Imo gratis conceſſo,* Moduenoam *& Alfredum contemporaneos fuiſſe (non illam quidem* Moduennam, *de qua hactenus, verum aliam, poſtliminio ſubſecutam, de qua videbitur poſtea) Alfordus noſter ad annum* 871. *num.* 35. *dicit ſe pendere ſatis in præbendo aſſenſum, & neſcire ſe fatetur, quo illa profectio referri debeat. Cur enim, inquit, ante ætatis annum vigeſimum diſcederet Alfredus in Hiberoiam? qui domi medicum habebat S. Guerir, a quo etiam curatus eſt. Cur autem poſtea, rebus in patria periclitantibus, patriam deſereret, cujus invigilare ſaluti, ei tanquam Angliæ regi incumbebat*; aut curari potuerit in Hibernia, qui gravi ægritudine laboraſſe dicitur, ad ætatis annum XLVI I. quo tempore dudum objerat S. Moduenna.

E *ætatem S. Patricii cum ætate Alfredi.*

4 *Quidquid ſit de hac Alfordi conjectura, hoc certum, ſanationem illam eum* Moduenna, *S. Patricio, Hibernorum Apoſtolo, ſynchronam, combinari nequaquam poſſe. Idem parachroniſmus committitur apud Cappravium, tam quando* Alfredus, filius Adulphi regis Weſtſaxonum (qui maximam ægritudinem a multis diebus contraxerat, de qua nullus eum medicus ſanare poterat . . . . cum magno comitatu mare tranſiit, *& per Moduennam* ſanatus eſt) *quam, quando narratur Moduenna*, aſſumpta Athea virgine, ad patrem Alfredi, quem ſanaverat, perrexiſſe, & honorifice ſuſcepta eſſe; *ubi additur, quod* commendaverit *Moduennæ*, rex Athulphus ſororem ſuam virginem Editham nomine, Chriſto conſecrandam, quatenus ſub ejus diſciplina & habitu ſanctimoniali, pia devotione Deo ſervire poſſet; tradita illi a Rege terra, quantam ipſa voluit. *Quæ omnia, non ſecus ac priora, ex alio Auctore vitæ jam commemorata, ſi* S. Moduennæ, *Hiberorum Apoſtolo contemporaneæ, adapture volueris*; F *manifeſtum eſt erratico te utrobique paſſu procedere, atque impingere in feriem temporis valde craſſe. Ad rem faciunt verba Uſſerii, qui poſtquam in Indice ſuo Chronologico pag.* 1127. *dixiſſet*, Darerca, quæ & Moninna, ſoror B. Patricii, mortem obiit anno DXVIII. *mox remittit lectorem ad Eccl. Britannicæ Primordia, pagina* 824. *ubi adjungit hac fortaſſe vocis homonymia Conchubranum decepium*, Moninnam, *quæ vixit tempore S. Patricii, confudiſſe cum* Movenna *ſeu* Moduenna, *quæ poſterioribus temporibus claruit.*

Duas Darerc. rat confudit Uſſerius;

5 *Sed non concipio, quomodo idem auctor*, Conchubranus *corrector, corrigendus non ſit ipſemet in eo, quod, ubi illum incuſat, quod confuderit duas* Moduennas, *duas ipſe* Darercas *ſeu* Moninnas *confundere convincatur; alteram videlicet numeroſæ ſobolis matrem ac S. Patricii ſororem, cum altera, quæ ævum vixiſſet, virginalemque ſtatum profeſſa, tantum quantum a priore diſtinguitur; de qua priore, ait loco ſupra citato pag.* 825. *illam* in thoro maritali viventem, genuiſſe novem ſanctos Epiſcopos & duas ſanctas Virgines, *idque ſe legiſſe* in Opere tripartito. *Ex dictis liquet, quanta in vita, a Conchubrano conſcripta, inveniatur confuſio temporis, quanta perſonarum, quanta inde*

difficultates chronol. ingerat.

rerum

A *rerum perturbatio. Maibeurius tom. 2. Trophæorum Bened. pag. 910. agens de* S. Moduenna, *ſeu ut ſcribit ipſe,* Modwena *aut* Modovena, *aliam adhibet machinam, qua expediat tricas iſtas chronologicas; verum an non fruſtra ſe torquet, ac ſortaſſe rem magis implicat? Poſtquam enim dixiſſet,* Moduennam *circa annum Chriſti 850. in Anglia ſanctitate effulſiſſe, ac monaſteria conſtruxiſſe, hærere hic aquam ſentiens, neque ſatis ea congruere cum ætate Patricii, ſic proſequitur:* Vel minus vera ſunt, quæ de ea, a S. Patricio ad monaſticam vitam amplectendam converſa, habituque ſanctimonialium amicta, ſcribit Capgravius, *qua de re & vita noſtræ auctor ſæpe citatus Conchubranus;* vel de alio omnino ſancto Patricio, quam Hiberniæ Apoſtolo, qui ſcilicet poſt primum, circa annum Chriſti DCCC. claruerit, relatio ipſius eſt intelligenda.

Auct. J. P.

quem ſolvit Maibeurius.

6 Sed non ſic ſolvit difficultatem dictus auctor: nimus enim diſerte exprimatur a Conchubrano Patricius, magnus Hibernorum Apoſtolus; nimis idem ſignate videtur recenſeri apud Capgravium, quam ut alium aliquem poſterioris temporis ſubſtituere illi apte quis poſſit. Mitto, quod ille, qui ſubſtitueretur, fortaſſe non poſſet oſtendi umquam extitiſſe in rerum natura. Thomas Sirinus ad illuſtrandam vitam S. Moduennæ, *in ſcripto poſthumo, a FF. Minoribus Hibernis Lovanii non ita pridem ad nos tranſmiſſo, nonnulla digeſſit, in omnem ſe torqueus partem, ut alium paraclronifmum explanet, quem invenies in Conchubrano, cap. 4.*

B

Secundas partes hujus diſſimat.

7 Narratur illic Oſid, alias Oſitha, S. Moduennæ *diſcipula, per triduum ſubmerſa, ejuſdem* Moduennæ *opera, vitæ priſtinæ reddita eſſe, quod medio circiter ſeculo ſeptimo debuerit contigiſſe, ſi quidem Oſitha prædicta eadem ſit cum illa, quæ virginitatis lilium martyrii purpura imbuiſſe narratur pluribus annis poſt medium ſeculum ſeptimum, apud Alfordum noſtrum tom. 2. pag. 283. n. 8. ubi etiam arguit Albericum Verum, Joannem Tinmuenſem, Capgravium, Surium, & poſt eos Baronium, quia plura, ad memoratam virginem ſpectantia, confuſe conjecerint in unum annum 653. Martyris breve compendium refert dictus Baronius ad eumdem an. 653. & nos de ea alibi ſumus die VII. Octobris, ejus cultui ſacra. Verum, ut, unde tantiſper digreſſi ſumus, ad Sirinum revertamur; deducit ille*

C *ex citato Alberico Vero (Weerum ille ſcribit)* Moduennam *viviſſe ſeculo ſeptimo,* dum in vita S. Oſithæ, quam impuberem illa educaverat, matrem ei tribuit Wilteburgam, filiam Pendæ, regis Merciorum, *quem ex Malmesburienſi de geſtis Regum Anglorum lib. 1. c. 3. anno 655. prope octogenarium occubuiſſe refert;* ad patrem Frithewaldum Regem, illum utique Frithewaldum ſubregulum, cujus adminiculo S. Erconwaldum Londonienſem, monaſterium Corteleiæ opulentia rerum & monachis impleviſſe, notat ad annum DCLXXV. Wigornienſis. Sponſum vero Sigerum, orientalium Saxonum regulum, quem Beda lib. 3. cap. 30 anno DCLXV. cum ſui parte populi, relictis Chriſtianæ fidei ſacramentis, ad apoſtaſiam converſum, ſed paulo poſt ad viam juſtitiæ reductum *memorat,* Conſecratores denique, a quibus religionis habitum, velumque accepit, Æccam & Badwinum, orientalium Saxonum Epiſcopos, anno DCLXXIII. Wigornienſi teſte ordinatos.

8 Ex quibus tot notis *concludit, quemadmodum teſte ducunt auctores* Oſitham, ejuſque magiſtram Moduennam eo ſeculo vixiſſe; ita quoque optime *inferre* Uſſerium pag. 707. & Bollandum ad 1. Februarii in Commentario ad vitam S. Brigidæ, §. VI. Oſitham, nnn ut in eadem illa vita (librario veroſimiliter mendo) dicitur, anno DCLXII. paſſam a Danis, Angliam vaſtantibus, martyrium, ſed longe ſerius, puta anno DCLXXV. ut Uſſerius in Indice Chronologico opinatur. *Tandem concludis præterea, quod, quia in aliis S. Oſithæ apud Capgravium, idem, quos ex Alberico ſupra dedit, dictæ Oſithæ deſiguentur parentes, magiſtra, ſponſus, & initiatores, idemque martyrii tempus; concludit, inquam,* non videri *ſibi* credibile, quod alteruter eorum in una eademque vita Moduennæ, quæ in eadem dicitur a S. Patricio, in Hiberniam *digreſſo*, anno *videlicet* CCCCXXXII. ſanctimonialis facta, & anno ætatis ſuæ CXXX. defuncta, ſcripſerit, eamdem tempore Alvredi ſive Alfredi, & patris ejus Athulphi ſive Æthelwulphi, Regum occidentalium Saxnum viviſſe; ſed potius tempore aliquorum e ſeptimo ſeculo regum, puta Oſwii aut filii ejus Alfredi, qui etiam occidentalibus Saxonibus imperarunt; pro quibus quiſpiam alius ſubſtituiſſe videatur Athulphum & ejus prænominatum filium. *Addit* hanc ſe de tempore converſantis in Anglia Moduennæ ſententiam, ut veram, aut certe ut probabiliorem amplecti.

D *ex T. Sirino propoſitus.*

C. J.

E

9 Verum illa ſententia P. Sirini haud ſolvit nodum; præterquam enim quod ſubſtitutio Alfredi, ſeculo ſeptimo regnantis, pro alio, qui ſeculo nono floruit, non ſatis videatur fundata; manet, vel hac gratis admiſſa, difficultas alia; quod nimirum, juxta epocham ſuperiorem S. Patricii & S. Oſithæ, non videatur poſſe intelligi cum hac & cum illo viviſſe S. Moduenna, *niſi demus ei plus quam ducentos annos, a S. Patricio, medio circiter ſeculo quinto, virginali pallio donatæ; ac ultra medium ſeculum ſeptimum inſtituenti dictam S. Oſithaam, ſaltem juxta ea, quæ ex aliis de tempore, quo illa vixit, ſupra diximus, & admittis cisatus Sirinus; de quo ſtatus poterit die VII. Octobris. Ut labyrintho iſti, ambagibus perplexo, filum aliquod accommodarent auctores, inveniendo egreſſui idoneum,* Moduennam *fecerunt deveniſſimæ ætatis virginem. Dicitur apud Capgravium viviſſe 130. annos; quibus adduntur tres alii anni in apographo noſtro, poſt hymnum, quem ibidem vitæ Conchubranicæ ſubnexum reperio. Sunt, qui ulterius procedant, teſte ſupra dicto Sirino in Ms. poſthumo jam citato, vitam ejus protrahentes ad annos 180. ſed quanam veri ſpecie?*

non ſolutus.

F

oſcillantes Uſſerio.

10 Uſſerius, agens de tempore, quo floruit Monenna *ſeu* Moduenna, *tametſi ſit Chronologus cetera ſatis accuratus, vix novit, ubi firmum pedem figas. Poſtquam enim reſtituiſſet Conchubranum affirmare, quod illa fuerit* tempore Cælestini Papæ, qui S. Patricium ad Hibernienſes gentes, ſub caligine peccatorum & ignorantiæ poſitas, miſit; *adjungit,* ad Columbæ Dunkeldenſis epiſcopi, *quam ad S. Patricii* tempora, Monennæ exitum fuiſſe potius referendum; *puta ultra medium ſeculi ſeptimi; idque non audet aſſeveranter adeo affirmare, quin aperte fateatur ſe ex ſola ſuſpicione procedere, quam dicit ſibi movere Oſithæ virginis Acta, in quibus traditur* S. Modwenna, *ejus fuiſſe magiſtra, adeoque coæva extitiſſe. Dein*

A *memorat idem auctor Polydorum Virgilium & Nicolaum Harpsfeldium*, qui nono poſt Chriſtum ſeculo Moduennam & Oſitham floruiſſe volunt, illos ſecuti auctores, qui Alfredum filium regis Anglorum, a Monenna vel Modwenna *ſanatum*, magnum illum Alvredum, Regis Adulphi ſive Æthelwulphi, occidentalium Saxonum regis fuiſſe filium; vel qui Editham, cui Oſitha adoleſcentula a Modwenna commendata fuiſſe legitur, regis Edgari germanam ſororem fuiſſe retulerunt. *Ita ille, proponens difficultates, non diſſolvens. Videri poteſt a pag. 705. de Britannicarum eccleſiarum primordiis.*

§. II. Dictorum parachroniſmorum origo videtur eſſe plurium Sanctarum fere homonymarum confuſio. Vita unde ad nos miſſa; quis ejus auctor.

Ex confuſione trium Moduennarum

SED *jam ſat multis videor oſtendiſſe, vitam* B Moduennæ, *a Conchubrano ſcriptam, laborare multiplici lapſu chronologico. Reſtat, ut in originem inquiramus, detecto ejus fonte; ac malo denique iſti, quoad fieri poteſt, remedia afferamus. Jam diximus ex Uſſerio, auctorem vitæ Moduenninæ Conchubranum, fortaſſe vocis homonymia deceptum*, Moninnam, *alias* Darercam, S. *Patricio ſynchronam quidem, at non ſororem, confudiſſe cum* Movenna *ſeu* Moduenna, *quæ poſtea claruit. Uſſerii ſententiæ adſtipulatur Jacobus Waræus de ſcriptoribus Hiberniæ lib. 1. pag. 57. affirmans duas a Conchubrano confuſas eſſe vitas, nimirum alteram* Moninnæ, *quæ &* Darercæ, quæ obiit ad Kilsleve, alias Kilslevecolin in com. Armachano III. Julii, anno æræ noſtræ Chriſtianæ DXVIII. aliis DXVI. *alteram* Moninnæ *ſeu* Monennæ, quæ longe poſterior, vixit circa annum DCXL. *Sed errat, quod ſcribat* Darercam *illam fuiſſe ſororem S. Patricii. Hæc enim cum conjugata fuerit & multorum liberorum parens, ut ſupra diximus contra Uſſerium, &* Moninna, *ſeu* Movenna *alia, de qua hic quærimus, fuerit virgo, jam patet, ambas diſtinguo amplius, quam auctor illic putaverit, nec videtur a Conchubrano confuſa vita* Moninnæ *aliis* Darercæ, *S. Patritii ſororis, ſed*

C *alterius, cujus feſtum celebratur* VI. *hujus.*

In unam ſolam, videtur orta confuſio temporis,

12 *Alfordus noſter Annal. tom. 3. pag. 125. parachroniſmum emendaturus, recte obſervavit* duarum virginum præclaras virtutes, confuſa nimium ratione temporis, ad unam, nominum ſimilitudine referri. *Additque* Moncnnam *quidem* potuiſſe a magno Patricio doceri, Oſitham & alias in Britannia virgines erudire, aliaque facere prioribus ſeculis propria, *ſed monet, diſtinguendam eſſe ab ea, quæ vixerit ſeculo nono, tempore Alfredi*, & communiter Moduenna appellatur, ſcribiturque mortua anno ſuperiori, *id eſt* 870. *Sed ſi duarum dumtaxat* Moduennarum *confuſio ſtatuatur, tamquam radix totius parachroniſmi, non magis videtur hic poſſe intelligi; quam in ſententia Sirini, ſuperius propoſita, quomodo una eademque* Moduenna *tranſire potuerit a tempore Patricii ad tempora Oſithæ, id eſt a medio circiter ſecule quinto ad medium ſeculum ſeptimum & ultra; niſi ducentos circiter illi annos concedamus, ut antea argumentabar contra Sirinum, inhærendo ſuppoſitioni chronologicæ S. Oſithæ, prout ſolet communiter determinari, quæ poterit examinari die* VII. *Octobris.*

D AUCT. J. P.

trium ſubſtitutione Moduennarum

13 *Ut igitur in hac materia, longe intricatiſſima, exponam id quod ſentio, per probabilem ſaltem conjecturam, videtur triplex in vita a Conchubrano conſcripta commiſſus parachroniſmus non aliter poſſe corrigi, quam ſubſtituenda tres* Moduennas, Monennas *aut* Moninnas; *unam magnæ Patricio, alteram S. Oſithæ, tertiam Alfredo contemporaneam; quas tres, quia ex nominis affinitate, ut opinor, in unam conflavit, non diſtinguendo perſonas, etiam rationem temporis non diſtinxit, ſed confuſæ factæ, multis temporum intervallis disjunctæ. Auſam præbuerit vita* Darercæ *Virginis, quæ &* Monynna *dicta, auctore incerto litteris commiſſa, majorem præferens antiquitatem, quam vita, a ſæpe dicto Conchubrano edita; quantum apparet ex majori magiſque nativa ſimplicitate, brevitate, ac plurium ſuperfluorum omiſſione. Caret enim parachroniſmis, caret narrationibus male cohærentibus, caret exaggerationibus, ad ornatum quodammodo compoſitis, & quoad multa, niſi fallor, incertis, ne dicam fabuloſis; caret prologo & epilago. E quibus indiciis, tamquam totidem notis characteriſticis conficio, vitam hanc anonymam Conchubraniana vetuſtiorem eſſe; hanc ex illa eſſe compilatam, auctamque; atque ex trium* Movennarum, *longo temporis ſpatio inter ſe diſtantium vitis*, Movennæ *unius geſta eſſe conſcripta, quæ non unius, ut plurium fuerint. Nam utraque vita, tam recentior illa, quam diximus, a Conchubrano compoſita, quam antiquior anonymi auctoris, plurimum conveniunt inter ſe, quoad ſubſtantiam, & non rare etiam verbis, omnino conſonant; id quod pluribus demonſtrabo inferius, daturus ſpecimen ex paucorum locorum collatione.*

E

corrigenda.

14 *Natus itaque Conchubranus vitam* Darercæ *ſeu* Monynnæ, *ratuſque* Monennas, Movennas, *ſeu* Moduennas, *poſterioribus temporibus ſubſecutas, unam tantum eamdemque fuiſſe virginem abbatiſſam, fortaſſis, ut fieri in biographis non raro aſſolet, deceptus homonymia vocum, ea, quæ de pluribus alibi ſcripta reperit, uni applicavit, unice ſecurus, aut potius ignarus, quam imperite ſuis hæc diviſa eſſent temporibus, quam male cohærentia. Niſi perplacet ſuſpicari, vitio interpolatorum non pauca fuiſſe addita, confuſa, commixta perperam ac vitioſe. Jam datam ſtatim fidem libero, & ex paucorum locorum unius ad alterum collatione oſtende ad oculum, vitas Anonymi & Conchubrani inter ſe ſimiles eſſe, delebans nonnulla fragmenta, quibus ſtabiliatur aſſerta recentioris vitæ ſeu Conchubranianæ confuſio.*

F

Oſtenditur vita Conchubraniana ſonte

15 *In vita itaque Anonymi num. 1.* Darerca *ſeu* Monynna *dicitur* in Conalleorum finibus orta, patre Motteo. *Conchubranus ſic habet num. 3.* De . . . Conalleorum populo S. Movenna patrem habuit, nomine Mauchteum. *Anonymi de tradito* Movennæ *ſeu* Monynnæ *pallio virginali a S. Patricio, ita memorat: A Sancto Patricio* benedictione data, monitiſque competentibus, virginalem ipſa habitum, conſecratum prope Brius piſcinam, quod in latinum translatum, largitatis ſeu abundantiæ ſonat, accepit; per quod dabatur intelligi, ipſam futuram eſſe fontem vivam aquarum ſpiritualium, de quo multi poculum vitæ haurirent. Prædictus ergo Pontifex ſalutaribus monitis ad virginalis vitæ dignitatem cohorta-

A AUCT. J. P. *horsatus*, ei mandavit, quod alias virgines ſibi copulaſſet, quas Dei docuiſſet timorem; quarum & adjutorio ſuffulta, ſolatio lætificata, bonum, quod inceperat, facilius perficere poſſet. *Audi nunc, quam ad amuſſim conſonet vita Conchubraniana, num.* 4. Poſt hæc etiam virginale pallium ſanctum, S. Patricio benedicente, promeruit recipere juxta piſcinulam Briugis, quod in Latina ſonat largitatis. In piſcina aquæ, juxta quam S. Movenna recepit pallium virginale, abundantiam in ea gratiarum & virtutum cum benedictione Epiſcopi procedere, de qua & omnes haurirent quotidie ſanitatum gratiam & fluenta aquarum vitæ. *Poſt hæc, præmiſſa commendatione ſtatus virginalis, S. Patricius* addidit, ut alias virgines ſibi copularet, quas in timore Domini ab adoleſcentia ſecum nutriret, quatenus earum ſolatio ſuffulta, facilius poſſet implere & perficere bonum, quod inceperat.

author vita anonymus 16 *Vita anonyma num.* 2. *narrat ſequentia:* Cuidam religioſo presbytero . . . curam cuſtodiendi eam pſalmoſque docendi commiſit *S. Patricius. Tum pauculis interjectis num.* 3. *de* B Monynnæ *memoria, ingenio ac progreſſu*, Octo virgines, unaque vidua cum ſuo infantulo nomine Luger, *dicuntur eidem* junctæ, quem ipſa Darerca in filium adoptavit; deinde eccleſiaſticis moribus imbutum, pontificalis ordinis honore ſublimavit. Qui bonis exigentibus moribus, toti ſuæ, Conalleorum videlicet, præſidens genti, eccleſiam de Ruſchah in campo Cualgme Dei conſtruxit honori. *Confer hæc cum iis, quæ ſuper eadem argumento narrat Conchubranus num.* 5. Commendata eſt ergo Movenna ab epiſcopo Patricio alii religioſo presbytero, ut eam in primis pſalmos doceret; *tum pauculis interpoſitis de ingenio, memoria ac progreſſu, junctæ ipſi narrantur* octo virgines & una vidua cum infantulo, quem epiſcopum eſſe factum poſtea ſuæ gentis, conſtat præclarum, id eſt Conallæ Dominum, nomine Luger, qui primus eccleſiam Ruſcanæ in Colgi campiolo fundaverat ſine dubio. Hic privilegio dignitatis ſanctitatem recipere promeruit per benedictionem S. Movennæ, quem illa ſibi in primis in C locum filii ab infantia adoptavit. *Nec minus utriuſque vitæ identitas comprobatur ex ſequentibus, quibus* Movennæ *virginis iter ad Ibarum epiſcopum ſignificatur in hæc verba, n.* 4. Virgo igitur Chriſti, in Domino confiſa, cum præfatis octo virginibus ac vidua prædicta, & quibuſdam aliis, iter arripuit ad reverendum pontificem, Ibarum nomine, in inſulis occidentalis Hiberniæ commorantem, venire cupiens, perveniens quoque . . . ad Virum Dei. *Quæ quam ſimillime exprimit Conchubranus, n.* 7. In Dei nomine cum ſuis puellis & una ſupra dicta vidua, infantulo dimiſſo, & cum aliis comitibus, pro Chriſto iter agentibus, proficiſcitur, ut tradunt, ad ſanctum epiſcopum Ibar, in illis temporibus commorantem in inſulis ultra Hiberniam in occidentali oceano poſitis tribus.

omiſſa 17 *Proxime ſubſequuntur in vita anonyma & vel maxime ad propoſitum noſtrum conducunt:* Poſt hæc prædictus pontifex Ibar, de præfatis inſulis ſe transferens, meridianam adiens Hiberniæ plagam, ad Inſulam, quam modicam Hiberniam vocant, in qua tandem obiit, pervenit. Oves vero Chriſti ſuum ſequuntur paſtorem. Qui cum ad Lagenenſium pervenit regionem, famam ſanctæ Virginis, S. Brigidæ, ibi converſantis, audiverunt. *Eadem proſus refert vita Conchubrani, n.* 29. Sanctus vero Ibar epiſcopus ſupradictus, Inſulis, Domino itineris duce, in meridianam Hiberniæ partem pergit; adiens ibi parvam inſulam, quam modicam Hiberniam vocant, in qua & poſtea poſt gloriosam vitam reconditus eſt. Ovis Chriſti paſtorem ſequitur, S. Movenna cum Virginibus Epiſcopum, & ſalutaris doctrinæ magiſtrum conſequuntur. Devenientes in Lagenorum terram, eam & ſupradicta jacet inſula parte meridianæ, audita S. Brigidæ (fama) S. Movenna cum puellis, ad ſe pertinentibus, Epiſcopo permittente, ad illam divertit viſitandam. *Hæc ſufficiant pro ſpecimine ad comprobandam vitæ anonymæ & Conchubranianæ ſimilitudinem, convenientiam, identitatem. Cui hæc non ſufficiunt, percurrat utramque vitam, & conferat inter ſe, & plurima ubique patentiſſima deprehendet indicia, quibus de aſſerta identitate indubitatiſſime convincatur. Vita utraque typis vulgabitur die* VI. *hujus, occaſione* Monynnæ, *quam* E *diximus, ſeu* Darercæ, *cujus feſtum tunc celebratur.*

feſt ab eodem Conchubrano 18 *Tum lector bagiophilus diſcernere poterit pro prio marte, quot gradibus vita anonyma præſtet vitæ Conchubranianæ; ſive conſideret temporis, locorum, perſonarumque coherentiam; ſive ſimplicitatem nativam ſtyli, ſive abſentiam mutuarum rerum, quas puto non paucis lectoribus diſpliciturus. Hujuſmodi ſunt primo, quod Conchubranus tribus vicibus eam narret Romam iter inſtituiſſe; & ultima quidem vice cum centum ac decem, ſi credimus, eſſet annorum. Ulterius pergit auctor apud Capgravium, atque, quod vicibus omnino tribus, nudis pedibus, in cilicio, comitante Lazara Virgine* Moduenna *Romam profecta ſit, nulla, ne unus quidem itineris, in vita anonyma recurrente mentione. 2. Quod Conchubranus a n.* 72. *commemorat exortam inter Hibernos, Anglos, ac Scotos pro adeptione corporis* Moduennæ *poſt ejus obitum contentionem, ac mirifice, auctore S. Columchilla epiſcopo, compoſitam; rem geſtam paucis etiam recenſuit auctor apud Capgravium; Anonymo nullum pretenſæ contentionis habente apicem. 3. Quod Conchubranus, nec non auctor apud Capgravium, exprimant præter nomen* F *patris, nomen etiam matris* S. Moduennæ; *mirum unde nomen matris acceperint, præſertim cum in vita Anonymi illud videam prætermiſſum. 4. Quod hiſtoria, in vita Conchubrani relata n.* 9. *quæ etiam legitur apud Capgravium (cujus ſumma eſt quod puella quædam Orbila cuſtodiæ alicujus loci deſtinata; at formæ ſuæ metuens, ne quid integritati noceret, per* Moduennam *fuerit deformata, & in anum mutata) quod hæc, inquam hiſtoria, huc intruſa videatur ſine ſufficienti fundamento, ne dicam fabuloſe, de qua apud Anonymum nulla eſt memoria. 5. Apud quem cordatum ſcriptorem non vacillavit fides hiſtoriæ n.* 15. *a Conchubrano narratæ, de exhibita Glumelath tyranno ac latroni, mirabili viſione; nec non de ſtupenda illius ſimul cum alio ad fidem & ad frugem converſione, dein ad epiſcopatum electis? Factam quoque deſcribitur apud Capgravium. Nullam de ea ſyllabam, ſcripto prodidit Anonymus.*

pluribus auctus 19 *Quid dicam de duabus vaccis, furto ablatis, niſi obſtitiſſet calor fluminis, uti habet apud Conchubranum num.* 6. *Quid de obteſtatione porcarii, cui, Moduennam & ejus ſocias ad feſtum dierum jejunium compellenti, ſervandi ab eadem porci*

præ-

A *prædicti narrantur a num.* 10. *Qui de porcella vocato & colle ; ac iterum vitæ reddito, de quo num.* 12. *Quid de Cheviu, a diabole vexato ; quem dira meditantem ac minitantem*, Movenna *ſigno* Crucis *ad ſanitatem deduxit ? ſicut exponitur a num.* 19. *Quid de aquis baculo Sanctæ* Moduennæ *benedictis & ſurſum attractis ad montis cacumen, num.* 21. *Quid de lupo, ad* Moduennam *accito, vituli a ſe prius devorati locum ſupplente, & vituli vice a vacca amato, a num.* 22. *Quid de Alfredo, regis Angliæ filio, de quo ſupra ſatis multa, a* Moduenna *in Hibernia a gravi infirmitate ſanato, ſicut dicitur num.* 23. *Quid de intentata monaſterio* S. Moduennæ *direptione, primo in auferes eorum, deinde perpetrata ; quæ calamitas animum ipſi injecerit tranſfretandi in Angliam, quo modo tam miserabili delata memoratur, terra avulſa navis vicem ſupplente. Videſis a num.* 24. *Quid de regis Angliæ inſtituta ſorore ; quid de eccleſia a* Moduenna, *obſecundante dicti regis Angliæ liberalitate, poſtquam ille in Hiberniam rediiſſet, reſtaurata, ut legitur num.* 27.

B 20 *Mitto dicere de puella Oſitha, per triduum aquis ſubmerſa, & dein ope* S. Moduennæ *ad vitam revocata, uti habes num.* 40. *de qua abunde in præcedentibus, ubi diximus eam hiſtoriam ab auctore huc imperite translatam eſſe, non ſine paracbroniſmo & confuſione ; de qua apud auctorem anonymum ſæpe memoratum nulla ſit mentio ; non magis quam de puero alio reſuſcitato, n.* 46. *de ampulla vitrea reperta, num.* 58. *de tribus itineribus Romanis, num.* 39. 55. 66. *de quibus itidem ſupra. Accedit eo, quod magna ſit apud anonymum a Conchubrano diverſitas, exprimendi perſonas, quæ* Moduennam *ſub ultimum vitæ tempus viſum narrantur num.* 36. *his verbis :* Rex Eugenius Conayl, qui tunc temporis tribus præerat provinciis, videlicet Morceyne, Cuailgne, & Coba, aliique populorum majores cum magna multitudine uſque ad propinquum monaſterio locum unanimiter eam viſitare venerunt. Et hi omnes miſerunt epiſcopum Herbeum ... ad ipſam virginem Dareream. *Conchubranus autem rem geſtam ita recenſet nu.* 67. Venerunt ad illam viſitandam Congal, qui erat rex Scotiæ in illo tempore, & Rotheri & Cobo & Bollam & Choili & omnes

C majores natu populi ... Miſerunt itaque epiſcopum Romam, fratrem Movennæ. *Mirum, ni & hic Conchubranus more ſuo quædam perperam confuderit.*

ni dicam corruptus. 21 *De translatione corporis* S. Moduennæ *in Angliam, nec non ſuborta de illo habendo inter Anglos, Scotos, & Hibernos & ſopita controverſia, nihil me legere apud Anonymum, monui ſuperius. Diſpiciat nunc lector, num ſat multa ſint indicia ad judicandum, vitam a Conchubrano conſcriptam, fœde corruptam, imperiteque confuſam, vitio temporis laborare non uno, aliuſque ſcatere narrationibus ; quibus, ut dixi, veroſimiliter auſam præbuerit trium* Moduennarum *in unam confuſio ; quæ ſi diſtinguantur hoc modo, ut una ſtatuatur floruiſſe ſeculo quinto, altera ſecula ſeptimo, tertia denique ſeculo nono, tolerabilis utcumque vita, a Conchubrano edita, videri poterit, tametſi non pauca etiamnum ſuperſutura ſint, quæ ad ſuorum trutinam revocari queant. Atque hæc præcipua ſunt, quæ hic examinanda putavi. Meminerit lector interea temporis, vitam Conchubranianam in pleriſque coincidere cum ea, quæ exſtat apud Cappgravium, adeoque pleraque, quæ militant contra illam, etiam contra hanc militare.* D AUCT. J. P.

22 *Obiter hic obſervari velim, nonnulla apud Cappgravium narrari, quæ non lego apud Conchubranum ; videlicet hiſtoriam de duabus virginibus, fluminis fundo abſorptis cum navicula, & deinde ſervatis ; adeo ut dicantur aquæ utrimque diviſæ, geminis adſtare muris, ſiccum per medium flumen tranſitum* S. Moduennæ *præbuiſſe. Item de quodam nobili, qui narratur vaſtaſſe monaſterium Burtonienſe, a dæmone arrepto ac ſuffocato ; de igne,* Moduennæ *feretrum invadente, ſed extincto ; denique de quodam Vicecomite, arctiſſimæ cuſtodiæ incluſo, atque ad invocationem ſanctæ ejuſdem Virginis liberato ; de quibus nihil Conchubranus.* De vita apud Cappgravium ;

23 *Atque hæc ſat multis de vitæ a nobis editæ perturbatione ac confuſione ; ſupereſt ut nonnulla ſubjungam de ejus auctore. Ad apographi a nobis vulgati marginem adſcripſit Papebrochius, quod illud acceptum referre debeamus D. Dugdal, qui ipſum miſit anno* 1678. *idem iſte, ni fallor, prænomine Guilielmus, Monaſtico Anglicano notiſſimus reipublicæ litterariæ. Fons autem primigenius, de quo præcipue hic quærimus, deſignatur ibidem in margine his verbis, vel laudati Dugdalli vel alterius manu adjectis, quibus notatur prodiiſſe ex codice Ms.* in bibliotheca Cottoniana ſub effigie Cleopatræ A 2. *Eumdem fontem indicat Waræus.* de apographo

24 *Nomen auctori vitæ Conchubrano fuiſſe, jam iteratis vicibus inſinuavimus per decurſum hujus Commentarii ; qui idem eſt fortaſſe cum illo, de quo agit Colganus tom.* 2. pag. 632. *col.* 2. *eum catalogo ſcholaſticorum Hiberniæ interſerens, his verbis :* Conchouranus ſcholaſticus de Gleannuſſem, *quem ibidem refert obiiſſe mortem anno* 1082. *Meminit de illo plus ſemel Uſſerius, utque* vetuſtiorem vitæ Mouinnæ ſcriptorem nondum *ſe vidiſſe. Diſtinctiſſime de illo Waræus lib.* 1. *de ſcriptoribus Hiberniæ, in Hibernia natis, ita loquens :* Conchubranus ſcripſit vitam S. Movennæ, al. Modwennæ Virginis 3. libris. In fine operis, *ſeu vitæ, apud nos n.* 78. nomen ſuum ſic aperit : „ Harum virtutum lectorem „ ſimul & auditorem per Dominum teſtor, ut „ pro me valde miſero Domini ſervo Conchu„ brano, peccati ſarcina oppreſſo, piis oratio„ nibus intercedant ad Dominum. „ *Tum citatis hiſce Conchubrani verbis, pergit rurſum Waræus : Scripſit* porro *Conchubranus*, duos hymnos alphabeticos in ejuſdem Moninnæ laudem. Cum vero duæ fuerint Moninnæ ; una vulgo Darerca dicta S. Patricii, quæ obiit ad Kilsleve, al. Kilsleve-Cuilin in Com. Armachano, III. Julii (*citatis ad marginem* Annalibus Ultonienſibus Mss.) anno æræ noſtræ Chriſtianæ DXVIII. aliis DXVI. altera longe poſterior, quæ vixit circa annum DCXL. harum vitas confundit Conchubranus ; *in quo hallucinatur æque ac Uſſerius, quem ſupra numero* 5. *dicebamus confundere Dareream ſororem S. Patricii, multæ prolis parentem, cum Darerca virgine ; quibus adjungi poterat id, quod citatus Sirinus in ſcripto poſthumo notatum reliquit ; nimirum, quod ſoror S. Patricii* ſanctimonialis, non tamen virgo, ſed multæ ſobolis ſanctæ mater erat, nec umquam Moninna audiit, aut Culennium montem inhabitavit, aut ad ſextum ſeculum pertigit, Patricium ipſum & nativitate & magna ætate prægreſſa. & Auctore vitæ Conchubranæ.

A 25 *Verum, ad Waræum revertamur*, Habetur, *inquit*, autographum *vitæ S. Moduennæ* in Auct. J. P. bibliotheca Cottoniana (unde apographum habeo) sed in initio manu recentiori, Galfrido Burtonienſi monacho, qui de eodem argumento ſcripſit, falſo adſcribitur. Utcumque autographum, characteris antiquitate auctorem vixiſſe ante exitum ſeculi XII. indicat. *Unde colligas nihil miri eſſe, ſi prædictus auctor, ſive anno* 1082. *ut placuit Colgano, ſive ſerius ſit mortuus, tanta temporum diſtantia ſejunctus ab ævate Sanctæ, cujus vitam literis commiſit, in variis ſit balluciuatus, errore, quantum ſuſpicor, inde exorto, quod Sanctas Virgines uomine homonymas, numero tres, in unam confuderit, ut ſupra monuimus; niſi culpa videatur ex parte conferendæ in imperitum interpolatorem, qui poſtea, quædam de ſuo adjecerit. Nimis itaque ex vero jam dudum prædixit Bollandus noſter in Comm. prævio de S. Brigida:* Vitam .. Monennæ .. correctione haud levi indigere. *Pollicetur ibidem hanc ſeſe daturum ex Capgravio,*

B *datum ſortaſſe Conchubranianam, ſi habuiſſet ad manum; quam fatetur ſe non vidiſſe. Neutram dare potuit, nole operis nimium ultra fermatam in principio de illo ideam ac deſignationem excreſcen-*

te, quam ut ad menſem Julium pervenire laudatus operis inchoater potuerit. D

26 *Præplacet nobis edere vitam Conchubranianam præ ea, quæ legitur apud Capgravium; cum hæc jam ſit impreſſa; illa, ut putamus, hactenus fuerit inedita. Et parum refert utra prælo detur, cum ambæ ſint ejuſdem fere furfuris, ut jam diximus. Eam diſpertitam in libros tres ac varia capita in noſtro Ms. nos more noſtro aliter diviſimus. Adjiciuntur in apographo duo hymni alphabetici, in laudem* S. Moduennæ *concinnati; quos vix opera pretium puto excudere. Hinc liquet, apographum noſtrum, ſeu fontem ejus, ſeu materiem, ſeu diviſionem ſpectes, coincidere cum eo, quod paulo ante deſignatum vidimus a Waræo. Ad extremum, juvat meminiſſe, quod Pitſeus in Appendice illuſtrium Angliæ ſcriptorum affirmet ex Lelando, vitam* Movennæ *conſcriptam fuiſſe a Galfredo Burtonienſi, qui floruerit anno* 1216. *ſed eam hactenus videre nobis non licuit.* Hæc præfatus, *nunc vitam ipſam ſubjungere deberem more nobis uſitato; ſed differendam potius cenſui in diem* VI. *hujus, quando dabitur vita* S. E Monynæ *ſeu* Darercæ, *ut ſic unam cum altera commodius lector conferre poſſit, & inſpicere, quam vera ſint ea, quæ hactenus dicta ſunt.*

DE S. ATHANASIO CONF.

IN MONTE ATHO.

ITEM DE SS. LAMPADO SEU LAMPADIO, ET ALIO ATHANASIO,

IN ARBORE DICTO.

J. P.

Sylloge Hiſtorica.

SEC. X. C

MOns *Athos in Macedonia, multorum quondam Sanctorum virorum alter memorabilis, ſanctiſſimum quoque Chriſti confeſſorem* Athanaſium *rerum aſceticarum diſciplina excoluit, mundoque ſpectabilem præbuit ſanctitate. Ferrarius illum una cum* S. Lampado *annuntiat Julii die* V. *Galeſinius ſolum* Athanaſium *commemorat die* VI. *ejuſdem menſis, alio prætermiſſo. Meminit etiam de illo Molanus in additionibus ad Uſuardi Martyrologium. Horologium Græcum, Menæum Chiffletianum, Maximus Cytherorum Epiſcopus, utriuſque memoriam referunt. At Epitome Menologii, ſolius* Athanaſii *memnit, uti etiam Typicum S. Sabæ; Menæa vero Bibliothecæ Ambroſianæ, ſolius* Lampadii *nomen exprimunt. Menologium Sirleti feſtam* Athanaſii *lucem conſignat hiſce verbis:* Eodem die (v. *Julii*) natalis ſancti patris Athanaſii ex monte Atho, qui patriam habuit Trapezuntem, nobilibus ortus parentibus, in urbe Conſtantinopoli, diſciplinis non mediocriter eruditus: qui amore ſolitudinis & quietis, effectus monachus, Athanaſius dictus eſt; antea *Culius ſo-* *cum* vocabatur Abramius, qui multis virtu- *ctus,* tibus clarus, migravit ad Dominum. *In Menologio Slavo-Ruſſico leguntur ſequentia:* Beatiſſimi P. N. Athanaſii Athonici. *De S. Lampado alium eſt ſilentium.* F

2 *Ceterum* Athanaſius *ibidem additur* vixiſſe *æras, quo vixit;* ann. DCCCLXXXVIII. ſub Baſilio *Juniore, Orientis imperatore*, & Conſtantino *Porphyrogenito, Baſilii fratre. Si deſignatio prædictæ æræ ſubſiſtat, mirum accidit, nihil de* Athanaſio *haberi in famoſo apud nos Menologio, juſſu Baſilii præſulati collecto; niſi tunc forte unidum obierat. In Ephemeridibus Græco-Moſcis, tom.* I. *Maji, habetur* S. Athanaſii *notio ſequenti verſiculo Græco-Latine expreſſa:*

Πίμπτῃ δ' ΑΘΑΝΑΣΙΟΝ ἄγει τὸν ἀοίδιμον.

Angeli Athanaſium ducunt ad ſidera quinta.

3 *Nullibi diſertius* S. Athanaſii *publicus exhi- verſiculi* betur cultus, *quam in Menæis Græcorum impreſſis; cujus poſt annuntiationem, ſubjectaque ei carmina, elogium inſuper non parcum eidem concinnatur. Annuntiatio his conſtat verbis:* Eodem menſe *Julio*, die V. ſancti & deiferi patris noſtri Athanaſii in monte Atho. *Verſus tenoris ſunt ſequentis:*

Ἁ θεσπίῳ ἐν μαθηταῖς ἐξαίδι
Νεοῦ λύχνου σωμάτων καὶ λόγου.
Μέγας μὲν Ἀθανάσιος ἀρχὴ πατέρων,
Θεῖος δ' Ἀθανάσιος ἐσθλὸν τέλος.
Κἠν τῷ Ἀθανασίῳ ἀνδρὶ χαίρουσι,

Ἀλλ'

A Ἀλλ' ὑπὸπτος ἦν πολλὰς τοῖς τότοις.
Athanaſio cum his tribus ſodalibus
Ruina templi, templa ſolvit corporum.
Incipere magnus docuit Antonius Patres,
Docet Athanaſius claudere ſupremum diem.
Tempore Athanaſius poſterior etſi fuit,
Tamen labore vicit antiquos ſuo.

Supplementum Mſ. ad Menæa Græca impreſſa, conſtans e Synaxario P. Sirmondi, & Mſ. Chiffletii, exhibet memoriam ſancti Patris Athanaſii *Athonitæ*, & ſex diſcipulorum ejus, templo ſuper eos delapſo. *Sequuntur duo verſiculi, qui coincidunt cum duobus primis inter ſex jam relatis. Subtexo elogium e Græca in Latinam linguam converſum, præcipua rerum ab eo geſtarum capita, ac virtutum inſignia complexum, quod in dictis Menæis ſic ſonat.*

Et elogium 4 Athanaſius, illuſtre univerſi orbis ſidus, patriam habuit Trapezuotem in Laſica, parentes vero nobiles & Dei amantes. Ac pater quidem genus traxit ex Antiochia, mater autem pariter Antiochena ſoli alumna extitit. Hujuſmodi autem exordia puer nactus, & tam præ-
B clara ſtirpe progenitus, uberes inſtitutionis fructus protulit, & ſacratum litteratum tradidit diſciplinis. Quarum ut guſtum percepit, deſiderio flagrare cœpit ad ſummum eruditionis apicem contendendi. Porro principem Conſtantinopoleos civitatem ingreſſus, immodice ſelo litteris implevit, partim ipſe ab aliis inſtitutus, partim etiam multorum ipſe factus inſtitutor; adeo ut admodum ætate juvenis, jam canum præ ſe ferret ſenſum & ſenilem prudentiam. Temperantiæ ſtudebat impenſe, & in aſceticam perfectionem unice incumbere videbatur jam tum. Cum ita fixum haberet ad illius culmen pertingere, Cyminam conſcendit. Eſt vero mons hic Cyminas in Aſia, altus & prope impervius; in quo erat monaſterium, cui præerat Michael, cognomine Malinus, vir ſanctus, & exercitatiſſimus monaſticæ inſtitutionis cultor, quique ſubditos ſuos ad cœleſtem vitæ inſtitutionem dirigebat. Hiſce adſcriptus Vir ſanctus, Athanaſii nomen accepit, nam antea vocabatur Abramius, omneſque exiguo admodum tempore commilitones
C laboriosis exercitationibus ſuperabat, carnem in ſervitutem redigens & affligens; ſolamque cœleſtis converſationis traditionem præ oculis habens. Inde autem, quod ob virtutem omnibus in honore eſſet, ad Actæ montem in Macedonia altum & protenſum tranſiit, qui velut dorſum ſubanguſtum longo ſpatio in mare excurrit.

et Menæis Ianuar. 5 Ibi ſenis cujuſdam diſcipulus factus, conjuncta prudentiæ modeſtia, ample&ctitut obedientiam, multiſque apud ipſum rerum ſpiritualium ſudoribus exercetur. Inde digreſſus, juxta divinum monitum, in interiores præmonſtrati montis receſſus ſeſe abdidit. Ac multum rogatus a Nicephoro Phoca, viro belli ac domi ſpectatiſſimo, quocum erat jam intima neceſſitudine conjunctus, Dei Matri magnificum templum exſtruxit, cellaſque plurimas & magnas domos, ad vitam & habitationem fratrum, ab ipſis fundamentis erexit. Lauram præterea, multorum virorum capacem, magnis laboribus molitus, emigravit ad Dominum. Tametſi nec vitæ finis martyrii quodammodo gloria carebat. Nam veluti ſi adamantis inſtar graviſſimis laboribus non diſtraheretur, cameratam porticum in advtis reſtaurare conabatur. Quam, ubi concendit, clauſurus opus, *aliud* diſruptum, venerabilem una cum ſex aliis Virum, ſepelivit. Hic, quemadmodum affatim inſtructus liber de ipſo narrat, multorum quoque aliorum miraculorum patrator fuiſſe perhibetur, ſermonibus eruditis, operibus, & prævisionibus condecoratus. Leprolum quemdam ſanavit; alios ſecum navigames, & jam in profundo maris mergendos, ſimul cum navi, periculo exemit. Poſt vitam vero ejus athletice peractam, quidam linteamine involutus, quod ſanguine ejus tinctum fuerat, a graviſſimo morbo convaluit. Plurima inſuper alia, & narratione & memoria digna, mirabilium Deus, per ipſum patrare non ceſſat in dies.

D Auct. J. P.

Obſervationes noſtræ 6 *Ex brevi quidem hoc pro magni Anachoretæ noſtri meritis, ſed honorifico tamen elogio, diſſimulat nonnulla adjuncta, quæ non oſcitanter præterire, ſed ſedulo obſervari velim a lectore. Patria ei fuiſſe dicitur Trapezus in Laſica. Quæ poſtrema vox, ne quemquam ceſpitare cogat, moramve injiciat; meminiſſe debemus, Lazos populos nunc pari eos,*
E *qui inter Pontum Euxinum & Phaſim fluvium, medium ſpatium occupant; qui terræ tractus indubie regio Lazica fuerit appellata. Ad Michaelem Malinum quod attinet; ſub cujus diſciplina S. Athanaſium rei monaſticæ operam dediſſe ex jam citatis Menæis vidimus; diſerta ejus fit mentio in Indice Mſ. in Typicum Sabæ, quem habemus, die* XII. *Julii. Ceterum ex familiari neceſſitudinis uſu, qui inter Sanctum noſtrum & Nicephorum Phocam ducitur intercedſſe, abunde declaratur, quo tempore vixerit* Athanaſius; *etenim cum memoratus Nicephorus regni gubernacula adniſiſſe feratur anno ſalutis* 963. *eademque amiſiſſe anno* 969. *a conſpiratis interfectus; jam facile quis ſtatuet de tempore, quo vixit Sanctus, quo de agimus, & concordari commode illud poterit cum epocha chronologica Conſtantini ac Baſilii, ſuperius aſſignata. Utinam ſi liber ille, non qualis qualis, ſed ſcientiæ, ſen* abunde inſtructus, *& omnibus ſuis numeris abſolutus, qui in Menæis conſcriptus traditur de rebus geſtis* Athanaſii, *aliunde tandem emergeret, nullus dubito, quin nobis aperiretur amplissimus campus, excurrendi in*
F *Viri laudes, & venuſtiſſimos variarum virtutum flores decerpendi ac colligendi ad Sancti gloriam, & poſterorum imitationem.*

De S. Lampadio. 7 *His de* Athanaſio *collectis, proximus ſuccedat labor, ut nonnulla de* S. Lampado *vel* Lampadio *referantur. Præter ea, quæ diximus in initio hujus Sylloges hiſtoriæ, de* S. Lampado *habe ſequentia. Elogio* S. Athanaſii *jam dato, proxime in Menæa ſubtexitur hæc* Lampadi *animadverſio:* Eodem die, ſancti patris noſtri Lampadi.

Λαμπάδα ὅσιον ἀρετῶν ἄθλοις, Μακαρ,
Λαμπάδι χαίρων ὡι χαρᾶς τῶι ἱεροῖς,
Lampade, ſuccenſa virtutum lampade gaudens

Poſt fata ingrederis cœleſtia lampade regna. *Elogium ejus, quod proximum a præditis verſiculis locum in Menæis obtinet, quod & idem legere eſt in Anthologio Græcorum, ſic ſonat Latine:* Lampadus ab ipſis incunabulis ad diſciplinam aſceticam adjecit animum, & per abſtinentiam atque aſſiduas preces ſenſu carnis ſpiritui ſubjecto, ſolis inſtar effulſit, ac diaboli-

A licis fraudibus obcæcatos illuminavit, Sanctus
Auct. ille, dum etiamnum in vivis degeret, mira-
J. P. cula ſtupenda patravit; & poſtquam migravit
ad Dominum, jugiter his, qui ea petunt,
præbere non deſinit. Teſtatur hoc ſpelunca,
in qua venerandæ ejus ac ſanctæ reliquiæ con-
ditæ aſſervantur. *Elogio Lampadi apud Maxi-
mum Cytherorum epiſcopum ſuperſedeo, quod
convenit cum jam dicto, Præter paucula hæc,
quæ de ipſo docui, nihil habeo, quod magnopere
hus referri mereatur, loco & anno natali, die
mortis, & ceteris, ad eum ſpectantibus, obſcu-* D
ra oblivionis nocte ſepultis.

8 *Occaſione Athanaſii, ſupra commemorati, ja-* *& Athana-*
verit meminiſſe eorum, quæ in Ephemeridibus Græ- *ſio in arbo-*
co-Moſcis die v. *Julii referuntur*, de altero Atha- *re dicto.*
naſio, *ἐν τῷ δένδρῳ*, id eſt in arbore, cogno-
minato, qui tamen poſt alios illuſtres Sanctos
inventus *ibid. ſcribitur* in Diptycho Conſtanti-
nopolitano: nomen vero nullis uſpiam faſtis
adſcriptum. *Ita ibidem. Sed nec ullas mihi ha-*
ctenus hujuſmodi Athanaſius *occurrit.*

DIES SEXTA JULII.

SANCTI QUI PRIDIE NONAS JULII COLUNTUR. E

B

S. Iſaias Propheta & Martyr, in Pa-
læſtina.
SS. Romulus & Socii MM. in Tuſcia.
S. Tranquillinus Martyr, Romæ.
S. Artos Martyr, Alexandriæ.
S. Zoticus
S. Palladius — Martyres in Syria.
S. Severus
S. Zetus
S. Philippus
S. Arator
S. Zoticus — Martyres Neveduni.
S. Amandus
S. Artes
S. Iſaurus — Martyres apud Græcos.
S. Felix
C S. Peregrinus
S. Ermias
S. Dominica Martyr, Tropææ in Calabria.
S. Noiala Virgo Martyr, Pontevici in Ar-
morieis.
S. Archippus — Martyres apud Græcos.
S. Philæmon
S. Apollonius
S. Alexandrius
S. Epimachus
S. Oneſimus
S. Siſoes anachoreta, in Thebaide.
S. Aſtius ſive Aberiſtus Epiſcopus Mar-
tyr, Dyrrachii.
SS. Nicolaus & Hieronymus Martyres,
Brixiæ.
S. Palladius Epiſcopus Confeſſor, in
Scotia.
S. Darerca ſive Moninna, in Hibernia,
Scotia, vel Anglia.
S. Gervaſius Diaconus Martyr, in agro
Cabillonenſi.
SS. Bertarius & Atalenus Martyres, apud
Sequanos.
S. Severus Epiſcopus Confeſſor, Cæſenæ
in Italia. F
S. Goar Presbyter Confeſſor, in agro Tre-
virenſi.
S. Sexburga Regina Abbatiſſa Elyenſis,
in Anglia.
S. Angela Virgo, in Bohemia.
S. Godeleva Virgo Martyr, Ghiſtellæ in
Flandria.
B. Petrus a Cruce, Viterbii in Italia.

PRÆ-

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Gudilæ Virginis Translatio *prima recolitur hoc die, ut conſtat ex Martyrol. & Breviario Bruxellenſi, Radulpho de Rivo, Martyrologio Colonienſi Greveni, Germanico Canſiſii & aliis. De ea egimus* VIII. Januarii

S. Earcongothæ virginis *nomen reperitur in aliquo Kalendario Benedictino. Data eſt Vita ejus natali die* XXIII. Februarii

S. Walteri abbatis translatio *inſcripta eſt Florario Sanctorum Ms. Ejus Acta ſub nomine* Galterii *& quæ ad eum ſpectant, illuſtrata ſunt* VIII. Aprilis

S. Mechtildis *alias* Mathildis *a Menardo annuntiatur*, monaſterio Diezzen in Bavaria, *ut* virgo abbatiſſa, *cujus elogium pluribus proſequitur Bucelinus. Hoc etiam die vitam ejus dedit Ægidius Rambecus, monachus Shyrenſis in Bavaria, tomo* III. *Kalendarii Benedictini, unde ipſam habemus deſcriptam. Verum Sanctæ iſtius Acta pridem illuſtrata ſunt* XXXI. Maii

S. Hilarion junior Hegumenus Dalmatarum *Conſtantinopoli, ad hunc diem a Caſtellano in Martyrologio univerſali translatus eſt, veſcre ob quam cauſam: nam a Græcis colitur & de ipſo actum eſt* VI. Junii

S. Syra Virgo Trecenſis *male hoc die ſignatur a Ferrario, qui eam apud alios reperit eo, quo colitur & de qua actum eſt die* VIII. Junii

S. Teufredi diaconi *depoſitionem hoc die ſignavit codex Uſuardinus Antverpienſis major, quem in Anglia auctum diximus, uti & Raſvveydinus, in quo* Theofredi *ſcribitur, unde mihi ſuſpicio, ſanctum Anglicum indicari, eo magis quod & a Wiſfordo in ſuo Martyrologio relatum inveniam, at nulla addita majori notitia. Alii ſcribunt* Teufredum & Theofridum. *Grevenus vero, mutato, opinor T in L, ſcribit hoc eodem die:* Leutfredi diaconi & confeſſoris. *Neutrum me hactenus noſſe fateor; ſi de* Leufredo *abbate apud Ebroicas ſermo ſit, videantur dicta* XXI. Junii

S. Lucia virgo Martyr, *alias* Luceia *in faſtos Græcos hoc die recepta, inde in Romanum tranſiit cum magno ſociorum comitatu, quorum nomina, nonnihil hinc inde immutata, ſuadere ferme poſſeus, aliam eſſe Sanctorum claſſem ab ea, de qua egit Papebrochius* XXV. *Junii, niſi ibi omnia accurate examinaſſet. Eadem recurrit etiam* I. *Julii. Dexter eam ipſam hoc die in Hiſpaniam tranſtulit*, & apud Juliobrigam *collocavit, imo & aliam reperit* apud Heracleam juxta Calpem: *utramque diſtinxit & vario exornavit Tamayus in Martyrologio Hiſpanico, fœcundus Sanctorum multiplicator. Additiones Cartuſiæ Bruxellenſis ex* Luceia *formarunt* Luceriam. *Una eſt Sancta cum* Auceia *Rege & aliis illuſtrata* XXV. Junii

Octava Apoſtolorum Petri & Pauli *in omnibus prope codicibus Hieronymianis ponitur, excepto Epternacenſi. Beda, Romanum parvum, Ado & tota eorum progenies eamdem Octavam conſignarunt. De Octavarum inſtitutione & antiquitate non eſt hic differendi locus: quæcumque ad Sanctos Apoſtolos ſpectant, ſatis ſuſe illuſtrata ſunt* XXIX. Junii

S. Pauli Apoſtoli primus ingreſſus in urbem Romam *ab Adone, Uſuardo &c. æque ac Octavus poſitus eſt. Vide etiam die* XXIX. Junii

S. Syrum Epiſcopum Genuenſem *retulit hoc die Ferrarius, forte ex Uſuardo aliquo auctu, quales ſunt Strozzianus & Meduceus, citati inter additamenta in nupera editione. In Romano habetur S. Syrus, & de eo actum eſt* XXIX. Junii

S. Leontii, Auguſtodunenſis Epiſcopi depoſitio *ex Hieronymianis a nobis collocata eſt* I. *Julii; cur eadem hoc die in iiſdem recurrat, equidem ignoro. Ceterum ejuſdem Sancti repetitiones in his codicibus haud infrequentes eſſe, ſæpius alibi dicendum fuit. Quod* Legontus, Legontius & Legontitus, *ex amanuenſium levitate ſcriptum alicubi fit, nec id harum rerum peritus mirabitur. Eſt qui* Lugduno *S. Leontium tribuat, ut etiam invenies in auctariis Uſuardinis. Solus codex Epternacenſis legit:* Auguſtoduno, paſſio Leontii Epiſcopi, *cum tamen ab aliis pro confeſſore accipiatur. In vetuſto Martyrologio S. Saviniano Levitania ad* VII. *Julii reperio:* Auguſtudu-no, depoſitio S. Leontii, Epiſcopi & Confeſſoris. *Dubium non videtur, quin ubique de Sancto uno eodemque ſermo ſit, qui proinde quærendus eſt ad præfatum diem* I. Julii

S. Otto Epiſcopus Bambergenſis *locum reperit hoc die in aliquo Sanctorum catalogo non magni momenti. Acta ejus illuſtrata ſunt* II. Julii

SS. Baſilius & ſocii Martyres LXX. apud Scythopolim paſſi *referuntur in Menologio Sirleti, hac die* VI. *verum de iis actum eſt* V. Julii

Septuaginta Martyres *referuntur hoc etiam die in Menologio Sirleti. De iis actum fuit ſupra* V. Julii

S. Athanaſii monachi *in* Græcia *ſcribit hoc die Galeſinius, at in notatione errorem ſuum indicat, cum ibi inſinuet agi de illo, qui fuit in monte Athos. Vide die præcedenti* V. Julii

S. Tertullinus *aliquis* Martyr *ſatis rotunde inſcribitur Florario Sanctorum Ms. tamquam qui paſſus ſit* anno ſalutis CXX. *Notus eſt* S. Tertullinus IV. *Auguſti in Uſuardo & hodierno Romano celebris, in nonnullis auctariis Uſuardinis* XXX. *&* XXXI. *Julii ſignatus; at de altero major aliunde aptanda notitia.*

Catanenſes Martyres *pro hoc die alicubi annotavit Bollandus, forte alio die recurrent, hactenus mihi ignoti ſunt.*

Golinia *etiam celebratur in catalogis Hibernicis, & accedit quidem auctoritas Florarii Ms., in quo leges:* In Hibernia, Goliniæ virginis. *Multum vereor, ne & hoc nomen alicunde corruptum ſit, certe major notitia deſideratur.*

Noninna virgo in Hibernia *refertur hoc die a Greveno, quæ & in Kalendariis Hibernicis* Noninnia Moninia, *& aliter effertur, at veriſimillime indicatur* Moninna, *de qua &* Moduenna *hoc & præcedenti die ſatis actum eſt.*

Silveſter S. Palladii ſocius in Marria *huc remiſſus eſt* XI. *Junii ex Menologio Scotico Dempſteri & ex Ferrarii catalogo; ſi forte hoc die certi de eo aliquid haberi poſſet. De S. Palladio egimus, at de Silveſtro repertum nihil.*

Joannes Kinigamus *Anglus, ut* doctrina, prudentia & omni virtutum genere fulgidus Carmelita, *cum titulo* beati *ſignatur in Acto hunc ordinata, additurque, ſanctiſſime obiiſſe an-*

A *ao* 1399. *Eboraci in Anglia, vocarique beatum a Leandro & in Kalendario Ordinis.*

Tres filias Ernini apud Eanach Dirmaigbe *apud Syrnum reperio: item* Fedchno de Magh ſive Campo Fuibe; *de quo Gorman:* heros noſtræ gentis de Autro Fube: *rurſus* tres filias Manii de Airiodh-boinne, Dermora, Ethnea & Cumana: *Gorman*, Feſtivitas laudatarum Manii filiarum. *Hæ adducuntur verba Tripartitæ vitæ S. Patricii lib.* 3. *cap.* 2. *apud Colganum; ſed clariora requirimus; neque omnes, qui in S. Patricii vita memorantur, tanquam aliqua virtute præditi, Sanctis adſcribi poſſe, recte quis dixerit.*

Veronica virgo Tertiaria Dominicana *Ferrariæ, ut* miris virtutibus celebris *ab Arturo annunciatur in Gynæceo, & ex ipſo a Marcheſio.*

Anonymi quatuor Martyres a Geuſiis paſſi in Belgio,
Theodoricus confeſſor, Miſnæ miraculis clarus,
Joannes a Cruce, in India occidua celebri eccleſiaſtes,
B Dominicus a Frontera, confeſſor,
Franciſca a Bracamonte virgo in territorio Salmantino,
} *memorantur ab Arturo in Marlio, & poſtrema iterum in Gynæceo.*

Yſaiæ abbatis, de quo in Vitis Patrum, *eſt additio Mſ. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum: verum alia auctoritate opus, priuſquam iſte hoc die recolatur.*

Stephanum V. PP. *hoc die laudat &* Sanctum *appellat Bucelinus, quærimus alia documenta.*

Guilielmus de Campellis, cognomento venerabilis, *apud Bollandum in Prætermiſſis* xxv. *Januarii, melius eo die mortuus aſſeritur, quam hoc referatur ab Henriquez, quem Chalemotus ſecutus non eſt, Non repetam, quæ ibi Bollandus paucis confutat, nec Bucelinus majori auctoritate inter Beatos Guilielmum computavit. Vide Bollandum loco citato.* Hermannus monachus Heiſterbacenſis cœnobii & ibidem Cantor *etiam* Beati *titulo & inſigni elogio ornatur ab eodem Henriquez, item a Chalemoto & Bucelino. Mira quidem de Hermanno narrat Cæſarius, ſed quæ exhibitos ipſi Sanctorum honores necdum demonſtrant,* Benedicta ſanctimonialis, cœnobii Glaſcovienſis in Polonia, *potuit quidem hoc* C *die* in odium fidei & religionis a barbaris & ethnicis hominibus trucidari, *ut ex Breviario narrat Chalemotus; at non probat, pro martyre hactenus ab Eccleſia agnitam.*

S. Paotænus, *ſub nomine* Panthemii, *cum ſatis longo elogio memoratur in Uſuardo Bruxellenſi,* D *qui non ſemel pro ſuo lubitu dies anticipat, colitur is* xii. Julii

S. Eoaldi Epiſcopi Viennenſis, *corrupto etiam nomine in* Foldi, *meminit idem codex Bruxellenſis, ex quo forteſſe tranſiit in editionem Lubecæ Colonienſem: ſed & is reducendus eſt ad diem ſequentem* vii. Julii

Theodoſia *mater S. Procopii, huc per errorem remiſſa* 29. *Maii; melius* 30. *Junii ſignata eſt, & remiſſa ad* viii. Julii

S. Landradam Virginem *Greveno male attexuit Cartuſia Bruxellenſis in additionibus Mſs.; ſpectat enim ad* viii. Julii

Joel Propheta *a Romano parvo & Adone hoc die ſignatus, ab Uſuardo translatus eſt ad* xiii. *Julii. In auctariis nonnullis ad hunc diem retractus eſt, nos cum Romano, de eo agemus jam dicto die* xiii. Julii

S. Phocas *Menologio Sirleti hac die inſcriptus eſt; idem veroſimiliter, qui in Synaxariis Sirmondi & Chriſſletii die præcedenti inſignitus eſt titulo* Thaumaturgi, *haud dubie occaſione* Phocæ miraculi, *quod in Menæo Chriſſletii notatur, eadem die* v. *Julii; nempe quod Sanctus ille captivum quemdam e Saracenorum manibus liberaverit, nii ſuſius alii faſti exponunt. Ceterum cum de* S. Phoca Martyre *in Menæis impreſſis & etiam in Menologio agatur die* xxii. *Julii, eo differendum cenſuimus, quidquid ad* S. Phocam, *unum an plures, ſpectat, cum idem nomen iterum recurrat die* ii. *Auguſti. Vide igitur* xxii. Julii E

S. Hermetis translatio Rotornacum *annotata eſt a Molano & ab aliis poſt ipſum, ut facta ex monaſterio S. Cornelii ad Indam, non procul Aquiſgrano. Examinabitur ea translatio ad diem* S. Hermetis *natalem* xxviii. Auguſti

B. Siardi Ordinis Præmonſtratenſis, Horti S. Mariæ in Friſia Abbatis, *Translatio, hoc die anno* 1617. *ſolenniter facta Tongerloam; ejuſdem Ordinis præſtantiſſimam abbatiam in Campinia Brabantiæ, diſſitam Antverpia ad novem circiter leucas. Acta Translationis, ab ampliſſimo & doctiſſimo viro, Auguſtino Wichmanno, ibidem Abbate, pridem collecta, benigne nobis ſubmiſit a paucis annis Adm. R. D. Reinerus Vicbet, ibidem* Canonicus. *Qua de re pluribus* F *agendum ad Natalem hujus Viri* xiii. Novemb.

S. Beggæ translatio *eſt inter additiones Mſs. Cartuſiæ Bruxellenſis, Sanctæ natalis eſt, & de ipſa agitur* xvii. Decembris

DE S. ISAIA PROPHETA ET MARTYRE,

IN PALÆSTINA.

J. B. S.

Veterum de S. Iſaia teſtimonia

VI. JULII. NOn ſolum Sancti, *ſed & Martyris titulum Prophetæ* Iſaiæ *deberi, pridem in Eccleſia receptiſſimum fuiſſe, præter Martyrologia noſtra, docent ſcriptores alii Martyrologi vetuſtiores; quos inter illuſtris ſecundi ſeculi Philoſophus & glorioſus Martyr S. Juſtinus in Dialogo cum Judæo Tryphone, ex ſancto noſtro Iſaia duplicem Chriſti redemptoris adventum demonſtrans, eidem exprobrat, nulli mirum videri poſſe, quod Judæi, iſta non intelligentes, odio implacabili Chriſtianos perſequerentur, cum & ipſi ſacris Prophetis necem intuliſſent, expuncto e ſacris Litteris mortis genere, ut ſatis aperte indicat pag.* 21. *ſec.* 2. *Bibliothecæ PP. edit. Colonienſi: diſertius autem pag.* 32. *ubi ait, multas prophetias a Judæis concedi, quas ſi intellexiſſent eorum doctores, eas profecto ſuſtuliſſent, quemadmodum & quæ de Iſaiæ morte feruntur, quem lignea ſerra, inquit, ſecuiſtis. In eamdem ſententiam locuti ſunt, qui*

ſub

A *ſub Epiphanii & Dorotbei nominibus circumferuntur, ſcriptores certe antiqui, aquo eo S. Iſidorus Hiſpalenſis de Patribus veteris Teſtamenti, qui & ipſe diſerte teſtatur, ab impio Manaſſe extenſum Prophetam, a vertice per medium ſerra ſecari juſſum, atrocique eo ſupplicio & cruciatu extinctum. Non dubium eſt, quin paria tradat S. Zeno Epiſcopus Veronenſis, in notatione a Baronio citatus, ut hic pluribus non referam Tertullianum, SS. Hieronymum & Auguſtinum, Theodoretum & alios, unde non male S. Iſaiæ verba Pauli applicueris, Secti ſunt.*

& elogia a variis variorum

2 *Exſtant alia S. Iſaiæ elogia, a variis vario ſermone edita, quorum, & manuſcripta nonnulla apud nos inveniuntur, pro ſcriptorum ingenio brevius aut profuſius collecta & exornata. Eorum aliqua in geſtis S. Prophetæ enarrandis ſiſtam; alia prophetias ejus ipſarumque verificationem decurrunt; alia temporibus ordinandis inſiſtunt, Sanctæ vitam ad CXXX. annos extendentes, ac de uxoribus & liberis ejus non pauca diſquirentes, quorum plerague hic prætereunda cenſuimus. Etenim Chronologium veteris Teſtamenti non ingredimur; quæ prophetiarum ſenſus varios attingunt, ab interpretibus ſuſo explicantur; aliqualo vitæ &*

B *geſtorum compendium ex variis & dubiis concinnavit Petrus Equilinus Epiſcopus, quod totum infra dabimus: iſtorum enim Sanctorum, non tam prolixas hiſtorias, quam cultum in Eccleſia admiſſum in hoc opere proſequimur. Neque tamen prætermittere viſum eſt ea, quæ ex S. Iſidori encomio huc ſpectantia, Equilini narrationi paucis ſuperaddi poſſunt.* Tantam nimirum *in Iſaia* fuiſſe ſanctitatem & vitæ excellentiam, ut unam tantum dicatur habuiſſe tunicam cilicinam. Quamquam etiam poſtmodum pro delictis populi abjecit, & ſacco membra cooperuit; ſed & hoc extremum depoſito, juxta imperium Domini, nudo corpore, nudoque veſtigio, in conventu populorum verſatus eſt, ſicque æſtivum fervorem hyemiſque pruinas atque imbrium tempeſtates ſuſtinuit, ut Dei præcepto obediret & deploraret populi delicta.

A Græcis colitur 25. Jan. & 9. Maii;

3 *Ad cultum quod ſpectat propius, ut a Græcis incipiamus; voluit Bollandus inter prætermiſſos ad* XXV. *Januarii*, S. Iſaiæ Prophetæ commemorationem, prope S. Laurentium Conſtantinopoli, fieri eo die conſueviſſe, ut patet ex

C Menæis & Maximo Cythereo, quæ aut quamobrem inſtituta, *inquit*, non latet: *neque feſtivitatis iſtius cauſa ſatis liquide probari hactenus a quoquam potuit. Videretur ratio aliqua erui ex Codino de originibus Conſtantinop. pag. 48. ubi ita habet*: Templa SS. Iſaiæ & Laurentii ab Imperatore Marciano & ejus uxore Pulcheria ædificata fuerunt; quorum tempore ſanctum corpus Iſaiæ Prophetæ Hieroſolyma allatum fuit. *Aliter loquitur Cedrenus infra: ceterum ex laudato Codino conjiciendum eſſet, iſtorum Imperatorum tempore dedicatam fuiſſe prædictam S. Iſaiæ eccleſiam eo die* XXV. *Januarii, unde commemoratio illa inſtituta & obſervata fuerit. Menæorum ejus diei textus nihil dirimit* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆ ἁγίᾳ Προφήτᾳ Ησαΐᾳ ναὸς ἐν τῇ ἁγίᾳ Λαυρεντίᾳ. *Nec Cangius in Conſtantinopoli Chriſtiana pag.* 109. *aliud ſuſpicari audet, quam quod hæc ad ædis encænia ſpectent, quamquam id non ipſi magis quam nobis conſtet, cum faſti Græci rem explicare neglexerint. Hæc, inquam, verisimilem ſaltem ejus diei cultus rationem ſuggererent, niſi iidem Græci rem aliunde interturbarent.*

D 4 *Cur enim ſolemni officio colitur apud eoſdem, & qui eorum ritum ſequuntur, Ruthenos aliosque* J. B. S. *Maii, ut ibi in prætermiſſis etiam obſervatum eſt? (Cepci recolunt VI. Septembris & XXIX. Decembr.) Et hic divinanda eſt ratio, fortaſſis valde arbitraria; vel quod eo die Conſtantinopolim allatum ſit corpus, vel quod in ædo S. Laurentii tunc primo depoſitum, vel quod inde translatum ſit. Ex Menæis non hic plus lucis quam ſupra accipias, ſic legunt: Ἄγλαισις τῇ ἁγίᾳ ενδόξῳ προφήτῃ Ησαΐᾳ, ubi non translatio aut eccleſia dedicatio, ſed ſanctæ Prophetæ certamen indicatur, ut inde etiam in Ephemeridibus Græco-Moſcis ante tomum I. Maii. Longiori elogio Sanctum proſequuntur Menæa, brevieri Menologium. Aſt ea quoque omnia ad martyrium referuntur. Neque vero adeo certa videtur Codini narratio de tempore translationis corporis ſancti Prophetæ, cum teſte Cedreno in hiſtor. compend.* Anno XXXV. *Theodoſii Junioris, ſeu Chriſti anno* 442. Penenade advectæ ſint reliquiæ vatis Iſaiæ & in divi Laurentii templo repoſitæ. *Hoc equidem ita concilianda exiſtimo, ut prima*

E *translatio debuerit facta fuiſſe Joroſolymis Penenadem ſeu Cæſaream Philippi, deinde altera Conſtantinopolim S. Iſaiæ translatio debeatur Theodoſio, templi autem ædificatio Marciano & Pulcheriæ. Rejicienda porro quæ in Chronico Paſchali pag.* 153. *& apud alios ſcripta invenies, quaſi ſeculo adhuc* VII. *in priori ſuo Hieroſolymis ſepulcro ſanctus Propheta jacuerit.*

Latinorum conſenſus in 6. Julii.

5 *De cultu apud Latinos brevior eſt controverſia, nam quod a Florario manuſcripto prima Maii, vel ab aliis alio forte die conſignatus ſit, id perperam factum docet reliquorum Claſſicorum Martyrologiorum conſenſus poſt Bedam, Romanum parvum, Wandelbertum, Rabanum, Adonem & Uſuardum, apud quos S. Iſaiæ commemoratio hoc die conſtanter celebratur. Priidem monui, ravam eſſe in Hieronymianis Sanctorum antiqui fœderis memoriam, uti & illud, ſæpe pro arbitrio ſelectos eſſe dies, ut iſtorum & aliorum Sanctorum cultui deputarentur, Beda ejuſque deſcriptor Rabanus ſimpliciter loquuntur*: Iſaiæ Prophetæ. *Romanum parvum ſcripſerat* Iſaiæ & Joheli Prophetarum: *ea quo Ado*, Natalis Iſaiæ & Joel Prophetarum. *Ita conjunctos divulſit Uſuardus, translato Joele in* XIII. *hujus menſis, ut ibi dicemus. Ejuſdem eſt*

F *appoſitum elogium fortaſſe ex S. Iſidoro acceptum*: Apud Judæam, Iſaiæ Prophetæ, qui ſectus in duas partes occubuit, ſepultuſque eſt ſub quercu Rogel, juxta tranſitum aquarum; *quæ eſt ipſa Romani hodierni annuntiatio. Recentiorum Martyrologiorum additiones aut elogia tanti non ſunt, ut hic deſcribi mereantur; at locus laudus eſt Metricæ Wandelberti.*

Eximius vates pridie diſſectus, in orbe
Martyrio Iſaias virtute atque ore coruſcat.

De variis Sancti reliquiis & templo Beatæ.

6 *S. Prophetæ veneretionem in Eccleſia Latina non parum auxerunt obtentæ variis locis ejus ſacræ reliquiæ, quæ quo ſeculo huc tranſierint, quo tempore partem conſecutus ſit theſaurus Sandionyſianus prope Pariſios, equidem divinare non auſim. Neque vero ea ſola in urbe memorantur; nam in officio proprio eccleſiæ metropolitanæ Brunduſinæ, Romæ impreſſo an.* 1583. *in reliquiarum catalogo annumeratur etiam aliqua S. Iſaiæ. Maſinius item, Bononiam ſuam perluſtrans, in duobus templis, nempe S. Stephani & S. Joannis in Monte, S. Prophetæ exuvias reperit, quas mirum*

A *eum eſt non aſſervari in eccleſia parochiali, ejus no-*
Auct. *mina ibidem dicata, ut teſtis eſt idem Maſinus. In*
J. B. S. *ſacra & civili magnitudine Coloniæ, ad templum S. Gereonis pag. 266. non quidem partem corporis S. Prophetæ, ſed* de Sepulchro Iſaiæ *memoravit Geleni-*
us. Nec Belgium noſtrum caret pretioſarum exu-
viarum particula, cum in Hierogazophylacio ſuo notaverit Rayſſius pag. 278. in cœnobio Letienſi bo-
norari de oſſibus Iſaiæ Prophetæ: *quod diſtinctius habet Braſſeur in ejuſdem abbatiæ Cimeliarchio;* Iſaiæ Prophetæ officulum, cum breviuſcula in-ſcriptione Græca. *Plura unde quæram, non habeo; quamvis haud dubitem, quin in aliis alibi ſa-*
cratis ejuſdem S. Prophetæ ipſiſna cuſtodiantur, quæ haud temere dixerimus, tempore ſacrorum bel-
lorum in Occidentem fuiſſe allata. Neque de eccleſiis ultra diſquiram. Venetiis conſecratum S. Iſaiæ *tem-*
plum refert Ughellus tom. 5. col. 1264.

Elogium Petri de Natalibus

7 *Supereſt modo, ut ea, quæ laudatus Equilinus Antiſtes, aut alunnde accepit, aut ſuo marte collegit, ſubjungamus. Sic habet lib. 6. cap. 60.* Iſaias Propheta, nobili genere ortus in Hieruſalem, patre Amos, non illo quidem, qui ex XII. minoribus Prophetis tertius eſt, ſed altero nobili
B Hieroſolymita progenitus fuiſſe perhibetur. Hic enim de Hieruſalem, ille de Theona oriundus exſtitit: hic genere non infimus, ille paſtor ovium & ruſticanus fuit. Hujus enim ſanctitati divina Scriptura teſtimonium in locis pluribus perhibet, & ipſum omnes doctores, & Joſephus Judæorum hiſtoriographus; necnon ejus vitæ exitum quem martyrio peregit, in ſanctorum Patrum catalogo computandum expreſſius docent. Cœpit autem Iſaias prophetare ſub Ozia, Rege Juda, & Hieroboam, Rege Iſrael; cujus prophetia protenditur per tempora trium Regum ſubſequentium, videlicet Joatham, Achaz & Ezechiæ, Regum Juda, ut ipſemet in exordio ſuo teſtatur: & ſub Manaſſe Rege prophetandi & vivendi finem fecit circa principium regni. Hic autem, ut ait Hieronymus, in ſermone ſuo diſertus eſt, quippe ut vir nobilis & urbanæ elegantiæ, nec habens quidquam in eloquio ruſticitatis admixum, unde accidit, ut præ ceteris florem ſermonis ejus translatio non potuerit conſervare.
C Qui etiam non tam Propheta dicendus eſt, quam Evangeliſta, ita enim univerſa Chriſti Eccleſiæque myſteria ad liquidum proſecutus eſt, ut non eum quis putet de futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere.

ex variis Scriptoribus

8 Prophetavit autem Iſaias in Hieruſalem & in Judæa, nec non decem tribubus in captivitatem ductis, ac de utroque regno nunc commixtim, nunc ſeparatim texit oraculum. Et licet interdum ad præſentem reſpiciat hiſtoriam, & poſt Babyloniæ captivitatem, reditum populi ſignificet, in Judæa tamen omnis ei cura de vocatione gentium & de adventu Chriſti eſt. Hic ſanctus Propheta Ezechiam Regem Juda, divino reſponſo ad ſe facto, confortavit, ne timeret a facie Sennacherib Regis Aſſyriorum, cum Hieruſalem obſediſſet, promittens Regi, & in hoſtibus plagam, & in populo Dei ſalutem affuturam. Quod & factum eſt, angelo Domini in caſtris Aſſyriorum centum & octoginta quinque millia percutiente, & Sennacherib effugaote, ut ſupra dictum eſt in geſtis Ezechiæ Regis. *Nempe* XXIV. *Junii, ubi eum cum Joſia conjunxit, quemadmodum & Grevenus, quem deſcripſit Canſius, Aſt duos iſtos Reges inter prætermiſſos merito reſe-* D
vandos ceuſuit Henſchenius die XXIII. *Junii, quo eos collocavit Grevenus, quod in antiquioribus Faſtis eos non reperiſſet, Quo ea libertas, Sanctos illos veteris Teſtamenti noſtris adſcribendi evaſerit, non oſcitanter inſiguavi die 1. Julii in S. Aarone, nec video cur eam imitari debueris recens Legendarius Gallus, cetera hypercriticus. Ad Iſaiam redeamus.*

9 Hujus etiam orationibus Dominus placatus *non ſatis indubitatæ fidei* ſuper lacrymis ejuſdem Regis, cum illum occidere primitus decreviſſet, adjunxit vitæ ipſius annos quindecim, in cujus ſignum ſolem per decem horas in eclyptica retrogradari fecit, ut ſupra in eadem hiſtoria dictum eſt. Hujus etiam Prophetæ temporibus erat piſcina extra urbem, quando exercitus Sennacherib Regis Babylonis obſedit Hieruſalem, ſed precibus ſuis impetravit Iſaias a Domino, quod ſiccabatur, quando hoſtes ad eam deſcendebant; & cum cives egrederentur, deſcendentes ad ipſum fontem, erant ibi aquæ ſicut prius: & ſecundum quod dicit Epiphanius, ad preces Iſaiæ copioſius ſolito egreſſæ ſunt aquæ de fonte Syloe, hoc enim ſtagnum vocatur in Evangelio natatoria Syloe. *Hæc ex pſeudo-Epiphanio, haud dubie ex Judæorum traditionibus non-*
nihil auctæ & exornatæ ſunt. Vera hiſtoria traditur E
lib. 2. Paralipomenon cap. 32. Quod cum vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Jeruſalem, inito eum Principibus conſilio, viriſque fortiſſimis, ut obturarent capita fontium, qui erant extra urbem: & hoc omnium deceroente ſententia, congregavit plurimam multitudioem, & obturaverunt cunctos fontes, & rivum, qui fluebat in medio terræ. *Vide illic plura ad Iſaiam ſpectantia, uti & lib. 4. Reg. cap. 18. 19. &c. Jam mo-*
nuimus in Equilini elogio dubia veris admixta eſſe. Sic pergit.

collectum. 10 Mortuo autem Ezechia, cum filius ejus Manaſſes regnare cœpiſſet, & idola ac aras ſimulacrorum, quæ pater ſuus deſtruxerat, renovaſſet, & populum in viis gentium errare feciſſet; eum quoque Prophetæ miſſi a Domino redarguerent, nemini eorum parcebat, ſed plateas Hieruſalem Propbetarum ſanguine purpurabat. Inter alia vero ſcelera ſua, Iſaiam Prophetam, F
avum ſuum maternum ſecundum Hebræos, vel ſecundum alios affinem ejectum extra Hieruſalem, circa dictam piſcinam Syloe, ſerra lignea per medium ſecari fecit. Qui dum in priocipio ſectionis anguſtiaretur, petiit ſibi dari aquam, ut biberet: & cum nollent ei dare, Dominus de ſublimi immiſit aquam in os ejus, & continuo expiravit, nec inde carnifices deſtiterunt a ſectione. Ob hanc enim aquæ miſſionem, confirmatum eſt nomen Syloe, quod interpretatur miſſus. Nec ſepelierunt eum in ſepulcro Prophetarum, ſed ſub quercu Rogel, juxta tranſitum aquarum memoratæ piſcinæ, quem fecerat Ezechias. Unde in jugem memoriam ſancti Prophetæ, adhuc aquæ in piſcina Syloe, non jugiter, ſed in certis horis ebulliunt. Et quia oratione ſancti viri aquæ illæ a Domino divinitus datæ fuerant, populus Prophetam glorioſe ſepelivit in loco prædicto pridie Non. Julii, etiam ut orationibus ejus, poſt mortem ipſius, indeſinenter bujus aquæ beneficio potirentur. Hæc Joſephus & Hieronymus, & ex hiſtoria Schol., atque ex Chron. Guilelmi,

DE.

DE SANCTO ROMULO EPISCOPO, EJUSQUE SOCIIS MARCHITIANO, CRESCENTIO, DULCISSIMO ET CARISSIMO MARTYRIBUS, FÆSULIS AC VOLATERRIS IN ETRURIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Acta varia. Cultus antiquus. Romuli epiſcopatus. C. J.

SECULO I.

Acta S. Romuli varia.

S*anctum* Romulum *fuiſſe diſcipulum S. Petri Apoſtoli, ab eoque ordinatum primum Fæſularum epiſcopum, Roma Fæſulas miſſum eſſe ad prædicandum illis gentibus doctrinam evangelicam, paſſim opinantur ſcriptores poſt S. Antoninum Florentinum, Franciſcus Cataneus Diaccetius, epiſcopus Fæſulanus, in Vita* S. Romuli, *Italice edita Florentiæ anno* 1578. *Scipio Ammiratus in epiſcopis Fæſulanis, ibidem* 1637. *impreſſit; Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ; Plucidus Puccinellus in vita B. Andreæ Scoti excuſa Mediolani* 1645. *Ughellius in Italia ſacra, aliique, qui de* S. Romulo *tractant.*

2 *Antiquiora conſulere monumenta de tanta antiquitate rebuſque dubiis, par eſt. Habemus Acta* S. Romuli *variis Mſs., quorum quæ antiquiſſima habentur, tranſcripta nobis fuerunt e Paſſionali pergameno Mſ. cœnobii Bodecenſis, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, diœceſis Paderbornenſis, continente menſem Julium; atque incipiunt:* Erat in civitate Romana homo quidam, nomine Argoltus, habens filiam, quæ vocabatur Lucerna. Hæc cum proceſſu temporis ad nubiles ætatis annos perveniſſet, ſervus patris ſui, vocabulo Cyros, venuſti ſatis aſpectus, vehementer urebatur in amore ejus, & tandem potitus votis, oppreſſit eam. *Ex qua natus eſt, ut ibidem dicitur* Romulus, *qui juſſu Angeli infans expoſitus fuit in ſilva extra portas Romanas, ibique nutritus a lupa; eo ſcire modo, quo Romulus & Remus, Romæ conditores.*

ex Codice Mſ. Bodecenſi,

3 *Similia his Acta, Mſs. & quidem duplicia, habentur in bibliotheca Strozziana Florentiæ; altera codice ſignato n.* 3. *altera n.* 11. *Priora ab ipſo principio conveniunt cum Bodecenſibus; poſteriora totum principium in pauciora contraxerunt hoc paginarum exordio,* Cum beatus Petrus, Apoſtolorum Princeps, Eccleſiam ſibi commiſſam augere cupiens, divina revelatione Romam veniſſet, & ibidem varias tribulationes ab idolorum cultoribus propter nomen Chriſti ſuſtinuiſſet; atque fama illius, virtute miraculorum, cum turba credentium circumquaque creviſſet; beatus Romulus, nobili quadam progenie Romanorum ortus, utriſque jam parentibus orbatus, adhuc parvæ ætatis juvenis, errore tamen infidelitatis detentus, viſis atque auditis tot miraculorum ſignis, beatiſſimo Petro adhæſit, & ab ipſo ſe baptizari petiit: quem Juſtinus presbyter juſſu Apoſtoli more ſolito catechizavit, & trina merſione in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis baptizavit. Beatus vero Petrus, pater ſuſceptionis ejus effectus, de ſacro fonte baptiſmatis ipſum levavit.

ex duplici Strozziano,

4 *Hæc vita Strozziana ſecunda, per omnia ſimilis eſt illi, quam ex codice pergameno eccleſiæ Cathedralis Fæſulanæ anno* 1655. *acceptam, Vir eruditus Franciſcus Maria Florentinius, Lucenſis, inſeruit ſuis* Hetruſcæ Pietatis Originibus; *quod opus poſthumum, dignus tali patre filius, Marius Florentinius vulgavit Lucæ anno* 1701. *Ut autem hæc vita codicis Fæſulani concordat ab initio cum ſecunda Strozziana, ſic utraque in progreſſu convenit cum Strozziana prima & Bodecenſi, præter exordia, quæ hic breviora ſunt; dignoſcuntur tamen contracta eſſe ex longioribus aliarum vitarum, prætermiſſis illis omnibus, quæ primum auctorem fictionis & falſitatis manifeſtiſſime arguunt, quæque e ſequacibus cognita pro talibus, propterea reſciſſe fuerint, ut ne lector totam vitam ex ficto principio, fictionis ſuſpectam haberet. Quæ tamen ſuſpicio, etiam mutato vitæ principio, de reliquis remanere in prudentiorum animis poteſt, exiſtimaturorum, quod quæ a fabulatore manifeſto inchoata ſunt, non abſque fabulis finiantur.*

ex Fæſulano,

ex Neapolitano,

5 *Reliquæ vitæ, quas habemus Mſs., non tam vitæ ſunt, quam panegyres, pro concione dictæ ſeculo* XV. *Unam talem nobis ſubmiſit P. Antonius Beatillus Neapoli anno* 1640. *ſub hoc titulo* Natalis S. Romuli epiſcopi Fæſulani. *Et continuo ſequuntur hi verſus,*

Signifer æterni nos audi, Romule, Regis,
Hunc populumque ſimul, Sancte tuere tuum.
Viribus Altitoni Regis te, credimus omnes,
Promeritiſque, Dei nunc pietate frui.
Quapropter petimus, quo nobis janua cæli,
Ex precibus ſanctis, ſit pateſacta tuis.
Ne nos in tetrum permittas, poſcimus, orcum
Ire, Dei præſul & venerande Pater.
Sed quos peccatum propellit de paradiſo,
Illuc inducant acta benigna tui.

An hi verſus qualeſcumque, ipſius Oratoris ſint, an ab alio præmiſſi, equidem ignoro, nec vero intereſt ſciri. Panegyris ſic incipit: Scimus, Fratres cariſſimi, quia quotiens Sanctorum natalitii diem ad honorem Chriſti, cujus præceptum ſecuti ſunt, celebramus; non eis gaudia vel honores augemus, ſed noſmetipſos

A AUCT. C. J. ipſos adjuvamus. Illi enim plenum & perfectum gaudium in Chriſto, cum quo regnant, poſſident, ſecui ipſe promiſit in Evangelio, dicens; volo, Pater, ut ubi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus.

ex Florentino S. Marci. 6 *Aſiam panegyrim mihi indicavit non ita pridem adm. R. P. Dominicus Maria Sandrini, Ordinis Prædicatorum, ſcriptor Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Florentinæ, conſervari in ſua Conventus S. Marci bibliotheca, ad populum dictam a Magiſtro Simone de Bertis, ejuſdem Ordinis, anno 1430. Obiit ille, uti legitur in Bibliotheca Dominicana Altamura, anno 1491. ut debeat admodum juvenis panegyrim ſuam recitaſſe. Recitavit autem illam Florentiæ, cujus etiam epiſcopum facit S. Romulum; altera vero Panegyris dignoſcitur recitata fuiſſe Feſulis. Neutra quidquam novi, quod ad hiſtoriam ſpectet, docere poteſt: ambæ docent, celebriorem ſeculo* XV. *fuiſſe cultum S. Romuli tam Feſulis quam Florentiæ,*

ex Bambergenſi. 7 *Eccleſia Bambergenſis in Franconia, in Breviario ſuo, impreſſo Dilingæ anno* 1575. *celebrat die* XIX. *Aprilis feſtum ſanctorum* Dulciſſimi & Cariſſimi martyrum, *recitatque de illis Lectiones*

B *proprias, extractas, uti apparet, e longioribus S.* Romuli *& Sociorum Actis, quatenus in his ſermo eſt de Dulciſſimo & Cariſſimo prædictis. Cur autem hoſce duos ſingulariter, abſque S.* Romulo *aliiſve Sociis, colant Bambergenſes, & cur* XIX. *Aprilis, indagare volui; ſcripſique ad R. P. Adamum Heidt, Collegii Societatis noſtræ illic loci Rectorem; qui per ſe ſuoſque in quæſtiones, a me propoſitas, facta apud inſigne Capitulum Cathedralis eccleſiæ diligenti inquiſitione, reſponſum dedit, quod ſequenti §. commodius explicabo, hic tantum obſervans, quod Lectiones breviarii Bambergenſis, & Acta brevia Mſs., e quibus illæ fuerunt compoſitæ, quæ nos quoque pridem habuimus, nihil ſubſidii afferre poſſint veritati hiſtoriæ. Neque amplius quid poſſunt afferre Acta impreſſa a S. Antonino, a Franciſco Cattaneo, a Silvano Razzio, ab aliis. Omnia namque deſumpta ſunt ex Actis antiquioribus, quæ damus.*

Antiquitas Actorum 8 *Hæc de variis S.* Romuli *& Sociorum Actis prænotanda fuerunt, ut facilius illorum antiquitas atque auctoritas deprehendi poſſit. Omnium igitur hactenus enumeratarum vitarum antiquiſſima ſit,*

C *uti eſt ampliſſima, illa, quam num.* 2. *& 3. ex codice Bodecenſi & altero Strozziano indicavimus. Quando autem illæ primitus ſcriptæ fuerint, alia eſt indagatio. Stylus antiquus non eſt, ſed magis ſapit ſeculum* XI. *aut* XII. *quando plura ejuſmodi ſcripta de antiquis Sanctis, ex qualicumque traditione aut obſcura vulgi memoria, noſcuntur collecta fuiſſe, de quibus alioquin nulla apud ſcriptores antiquiores mentio extat: uti nuper, id eſt die præcedenti, etiam vidimus in S. Stephano, quem primum epiſcopum, a S. Paulo Apoſtolo civitati ſuæ conſecratum fuiſſe, credunt Rhegienſes in Calabria. Hactenus certe a me inventus non eſt, nec ab aliis citatus, quod ſciam, ſcriptor, qui S.* Romuli *mentionem faciens, antiquior ſit ſeculo* XI. *præterquam quod S.* Romulus *eccleſiæ nominetur in privilegio Zenobii II. Feſularum epiſcopi, dato an.* 966. *apud Ughellum. Nulli certe Martyrologorum, qui ante illud tempus Sanctos ſuos undequaque collegerunt, notus eſt noſter S.* Romulus: *quod ſane mirum foret, ſi Acta ejus aliqua illorum tempore extitiſſent.*

ara magna. 9 *Adde, quod in ipſis Actis civitas Volaterrana nominetur* Antonia, *quemadmodum etiam nominatur in Actis Sanctorum Juſti & Clementis Volaterranenſium Patronorum, quæ vi Maii noſtri illuſtrata invenies, atque ex hoc ipſo capite, quod Volaterræ vocentur ibi* Antonia, *probatum videbis, Acta ipſa ante ſeculum* XI. *ſcripta non fuiſſe (quia nomen illud* Antonia *pro Volaterris, recentius inductum fuit, tali antiquitati ignotum) quamquam aliqui credebantur vulgo, antiquiſſima eſſe. Imo ex eodem capite videntur Acta S.* Romuli *compilata fuiſſe ſub idem tempus, quo Acta Sanctorum Juſti & Clementis Volaterranenſium, quorum civitas non longe diſtat a Feſulis: ut communi zelo eodem tempore utraque civitas Sanctorum Patronorum ſuorum geſta, quæ eatenus populariter narrabantur, ſcripto conſignanda putaverint; eaque collegerint (uti temporibus illis frequentius fiebat) quæ magis admirationi legentibus ferens, quam certa relatione ſubnixa convenienter veritati.*

D

10. *Poſtquam talis vita* S. Romuli *vulgata fuit, aliæ atque aliæ deinceps inde fuerunt extractæ, quales ſupra indicavimus: & omnes ſunt breviores, reſciſſis nempe illis narrationibus, quæ magis fabuloſæ poterant cuivis apparere. Antoninus certe, jam citatus, in ſuo Actorum Romuli compendio vix quidquam tetigit illorum, quæ primo intuitu cognoſcuntur fictitia eſſe: reliqua vero, quæ contraxit, ita caſtigavit, ut per ſe videri poſſint non eſſe ficta. Sed ex talibus compendiis, de fictione aut veracitate primorum Actorum, dijudicari non poteſt. Poſt S. Antonini ætatem proxime ſecuti biographi & Martyrologi, Bonimus Mombritius, Petrus de Natalibus, Belinus de Padua, Franciſcus Maurolicus, Joannes Molanus, nihildum de Romulo, nedum de Sociis meminerunt.* Recentiores, qui Romuli non meminerunt.

E

11 *Meminerunt tamen, ipſo forte Antonino vivente, codices Mſs. Florentini, alter Mediceus, alter Strozzianus, imo & impreſſus anno* 1486. *in privatis additionibus ad Martyrologium Uſuardi, hoc modo:* Io Tuſcia Feſulis, Paſſio ſancti Romuli, ejuſdem urbis epiſcopi & martyris, & ſociorum ejus, ſcilicet Cariſſimi, Marchitiani, Creſceotii & Dulciſſimi, qui fuerant diſcipuli beati Petri Apoſtoli, & ab eo ad prædicandum verbum Dei ad eamdem civitatem miſſi ſunt. *Proſequitur Codex Strozzianus.* Prædictus autem ſanctus Romulus, a S. Petro conſecratus epiſcopus prædictæ urbis, una cum Sociis ſub Repertiano tyranno gravia & horrenda tormenta ſuſtinentes, & demum mortem pro Chriſti nomine paſſi, martyrii coronam adepti ſunt, & ad radices montis, in quo prædicta civitas Feſulana ſita eſt, ibidem ſepulti ſunt. alii, qui meminere, tamen & plenius quidam Codices ſcripti.

F

12 *Sub idem fere tempus notavit ſcriptor quidam Anonymus, in Florario noſtro Mſs. hæc pauca die* VI. *Julii:* In Tuſcia, Romuli epiſcopi & martyris. *Paulo poſt, Carthuſiani Colonienſes in ſuis ad Uſuardum additamentis plenſcula notarunt:* In Tuſcia, Romuli epiſcopi & martyris, diſcipuli beati Petri; Marciani & aliorum. *Deinde Petrus Galeſinius, qui Acta prima, aut ex illis per S. Antoninum contracta, viderit, prolixius inde texuit elogium:* Feſulis in Hetruria, S. Romuli epiſcopi & martyris. Is beati Petri apoſtolorum principis diſcipulus, Feſularum primus, Bergomi tertius epiſcopus, Feſulanos Chriſti ſacris imbuit; deinde Brixiæ aliiſque locis diſſeminato Evangelio, & divine mirificeque geſtis rebus, cum magnam multitudinem hominum ad fidem convertiſſet, Angeli admonitu Feſulas rediit; ubi pro Chriſti gloria, Domitiano Imperatore, martyrio & in illo Martyrologium Rom.

Digitized by Google

A tyrio coronatus eſt. *Ex Galeſinio profluxerit idem Sanctus in Martyrologium Romanum cum elogio magis contracto*: Fęſulis in Tuſcia, ſancti Romuli epiſcopi & martyris, diſcipuli beati Petri apoſtoli, qui ab eodem miſſus ad prædicandum Evangelium, cum in multis Italiæ locis Chriſtum annuntiaſſet, rediens Fæſulas, ſub Domitiano principe martyrio coronatus eſt cum aliis ſociis.

Antiquus Romuli cultus & eccleſia,

13 *Hæc omnia, niſi auctoritatem primorum Actorum, e quibus ſumpta ſunt, non augeant; probant tamen ab immemorabili tempore cultum publicum* S. Romulo *delatum fuiſſe. Quod & factum eſſe antiquiſſimis temporibus, decent eccleſiæ, olim ſub invocatione ejus dedicatæ. Zenobius namque, fecundus ſui nominis, epiſcopus Fæſularum, in ſuo Præcepto apud Ughellum tomo 3. col. 276. ait, ſe*

quæ jam anno 966

anno 966. veniſſe in eccleſiam ſancti Romuli confeſſoris, ubi ſanctiſſimum ejus corpus quieſcit humatum; *quæ tunc* deſolata & in ruinis poſita erat. *Ex quo colligi poteſt, aliquæ ante ſecula conditam fuiſſe. Superfuit tamen adhuc in eo loco, ferè reparata ab ipſe Zenobio, uſque ad tempora Jacobi Bavari, ejuſdem Sedis epiſcopi & annum Chriſti* 1028. *quando illam iſte cum Sede epiſcopali (erat enim cathedralis) & corpore* S. Romuli *tranſtulit in*

B *civitatem, ſubſtituto in priori loco, monaſterio S. Bartholomæi.*

& 1028. miraban. vos rursù.

14 *Opeæ pretium fuerit, Præceptum Epiſcopi, quod Ughellus col. 288. totum deſcripſit, quatenus huc ſpectat, ſubjicere.* Anno ab Incarnatione Domini vigeſimo octavo poſt mille .... Ego Jacobus, Feſulanæ eccleſiæ epiſcopus, ... tota intentione & ſtudioſo opere ad reparandum meæ eccleſiæ, quaſi jam perditæ & deperatæ, honorem; animarum (ſaluti) intendi; ſiquidem, ut vera manifeſtum eſt ratione, ſoris a pravis conculeata hominibus, intus vero negligente ſqualore ſœdata, clericorum ordine inculta manebat. Erat enim epiſcopatus longe a prædicto oppido, atque difficultate itineris, per devexi montis latus, raro a clericis frequentabatur. In hac ſiquidem eccleſia corpus beati Romuli martyris cum pluribus aliis martyribus & confeſſoribus quieſcebat. Decrevi igitur mecum, atque prudentum conſilio habito prius, juvante Domino, intus meam eccleſiam ordinavi, atque de loco,

C in quo ſanctum corpus prædicti martyris fuerat, ſedem epiſcopatus auferens, volentibus clericis & laicis, ſimul cum prædicti martyris ſacro corpore intra urbem Feſulanam epiſcopatus cathedram locavi.

An Romulus a S. Petro ordinatus fuerit Epiſcopus,

15 *Et hæc ſufficiant, ad probandum Sancti noſtri cultum, etiam antiquiſſimum: non item, ad probandam veritatem Actorum; in quibus cum multa ſint certo conficta, alia ſint incertiſſima, utpote poſt mille a martyrio annos primum compilata; vix invenias in illis, quod prudenter credi poſſit verum eſſe, niſi forte pauca, quæ per traditionem ad poſteros propagari facilius potuerunt iis in locis, ubi peracta fuerant. Qualia ſunt, quod Romulus cum aliquot ſociis martyrio coronatus fuit Fæſulis, ibidemque ad radicem montis ſepulturam obtinuit. An tam facile per traditionem ſciri potuit poſt mille annos, quis Pontifex Romanus Romulum ordinaverit Epiſcopum ac miſerit ad prædicandum Evangelium? Acta quidem id tribuunt S. Petro Apoſtolorum Principi: ſed & tribuunt eidem alia, quæ certo falſa ſunt. Ege, ut illud credam verum eſſe; non tamen credam auctoritate Actorum: quæ pariter aſſe-*

D *runt, eumdem Romulum, e ſtupro natum, Angeli monitu in ſilva prope Romam expoſitum, ibi a lupa enutritum, & a S. Petro, Nerone imperante, in ſolenni venatione cum lupa nutrice (poſtquam tum illa egerat Romulus per trecentos dies) captum fuiſſe &c. Qui hæc credit ex Actis, credat quoque eadem licet, eumdem Romulum, nuper infantem trecentorum dierum, ab eodem Petro, adhuc exiſtente Romæ, ordinatum fuiſſe epiſcopum pro eccleſia Fæſulana. Nemo unus habitationem Petri Apoſtoli Romæ ultra annos* XXV. *extendit; ab initio autem imperii Neroniani, ſub quo natus dicitur Romulus fuiſſe, non ſuperfuit Petrus niſi annos* XIII. *Intra hos igitur annos* XIII. *oporteret Romulum & natum fuiſſe & epiſcopum ordinatum; ſi a Petro Apoſtolo ordinatus fuit.*

& quidem pro determinata aliqua eccleſia.

16 *Epiſcopum tamen fuiſſe Romulum, quando miſſus fuit ad diſſeminandum verbum Dei, omnino credibile eſt, a quocumque demum Pontifice Romano miſſus ſit. An vero ordinatus fuerit epiſcopus pro determinata aliqua eccleſia, merito dubitari poteſt. Exeuim & Volaterrani & Florentini & Pergo ſeu Bergomenſes in Inſubria, æque ac Fæſulani eumdem Romulum epiſcopum ſuum faciunt; non alia* E *utique de cauſa, quam quod illis in civitatibus fidem prædicaſſe legitur. Et quomodo pro aliqua iſtarum eccleſiarum ſingulariter epiſcopus ordinari potuit Romulus, ubi nulla tunc eccleſia erat; quandoquidem ille cum ſuis dicitur primus ad converſionem iſtarum gentium miſſus Roma fuiſſe & quidem a S. Petro Apoſtolo. Unde non videntur Fæſulani Romulum potiori jure ſuum primum epiſcopum facere, tamquam pro ſua tantum eccleſia ordinatum, quam reliquæ civitates, quas dixi; niſi forte, quia ultimum Fæſulis vixit, ibique per martyrium obiit. Sed hæc caſui adſcribenda ſunt. Poterat Volaterris, Florentiæ, Bergomi, poterat alibi, quam Fæſulis, ultimum diem clauſiſſe: Neque vero mors epiſcopi, in loco certe obita, efficere poteſt, ut iſtius loci cenſeatur epiſcopus proprius ex ſua ordinatione fuiſſe.*

Actorum qualitas

17 *Quid nunc facto opus ſit de primis & integris Actis, vix queo reſolvere. Demuo illa ut ſunt, an per compendium? Dedecori Actis Sanctorum verti poteſt, ſi dein integra. Si non dein, veritas cognoſci non poterit. Hujus autem cauſa, & Acta Sanctorum noſtra illuſtramus, & veritas legentibus offendiculo eſſe non debet, etiam illis, quorum hic maxime intereſt. Demus igitur Acta illa, quæ hactenus impreſſa non fuerunt, ut quivis inde de au-* F *ctoris ingenio & de compendiis aliorum, per ſe dijudicare poſſit. Sunt ab initio meræ fabulæ. Quis de ſequentibus præſumat meliora? Ubi tot nomina Romanis illo tempore ignota: tot miracula, eodem fere modo facta variis in locis: tot orationes a Sancto ad Deum fuſæ pro ſanatione infirmorum, quæ a contemporaneo ſcriptore vix ſciri potuiſſent. Denique ubi narratur in fine prodigium de puero, qui Chriſtianis bonam aquam, gentibus vero ſanguinem miniſtraverit, poſquam ancilla quædam, inde hauriens, tranſeunti illac ad locum martyrii Romulo, & aquam petenti, negaverat ob metum fatellitum.*

eadem ut judicio Florentinorum accidiſſe.

18 *Scripſit ilia de re mihi vir Religioſus, doctus & hiſtoriæ eccleſiaſticæ Florentinæ collector, anno* 1711. *quo pauca antiquiſſimorum Actorum* S. Romuli *probaret.* Acta, *inquit*, plurima habemus, & quæ antiquiora, ſunt in bibliotheca Laurentiana, quæ multis ſcatent mendis, illis ſimilia, quæ in S. Juſto Volaterrano optime correxiſtis. Hæc quoque ponunt Antoniam civitatem pro Volaterra; & ſimilia, quæ exhibent,

A AUCT. C. J. opus poſt milleſimum exaratum: ab hoc autographo ſcriptores poſteriores ſua acceperunt, & ſimilia de ſancto Martyre poſuerunt. Factum de aqua putei in vinum verſa (*an ita in codice Ms. Laurentiano legatur? Noſtri omnes habent, aquam putei converſam fuiſſe in ſanguinem, ſed bibentibus gentilibus tantum, non Chriſtianis*) parum ſecurum puto, licet puteus in cathedrali Feſulana hactenus inſpiciatur; ſed primis novem & decem ſeculis, antequam eccleſia illa ædificaretur in monte, jacuit ignotus, nullo veteris veneratio-nis aut ſigni monimento approbatus. *Igitur talis miraculi opinio, quæ nunc pro veritate habetur, primum profluxit ex ingenio illius, qui primus Acta finxit, poſt mille & amplius annos a martyrio Sancti.*

Quando ſcripta ſit vita, & a quo.

19 *Idem Religioſus vir in eadem epiſtola ſua notavit mihi ſequentia*: Inveni in codice Ms. antiquo Senatoris Caroli Strozzæ, quod ex ſcriptoribus vitæ S. Romuli fuit Guido Canonicus eccleſiæ S. Romuli de Florentia, qui vixit anno MC. Forſan ille fuit, qui ſcripſit primam Laurentianam. *Id admodum veriſimile mihi quoque eſt, qui jam ſupra inſinuavi, vitam primam & primariam ſub illud tempus videri ſcriptam fuiſſe. Unum objici poſſit, quod qui anno* 1100. *ſcripſit, debuerit mentionem feciſſe de translatione* S. Romuli, *ſeculo præcedenti ex antiqua ejus, ad radicem montis, media fere via inter Florentiam & Fæſulas, eccleſia, celebriter facta ad novam intra muros Fæſularum. Æquum ſane id fuiſſet. Prætermiſit tamen illa ſcriptor. Rationes ſi quæris, conjecturas dabo. Affectat per omnia in ſcripto ſuo vetuſtatem. Nihil enim profert, quod non putaveris, vivente Romulo, factum eſſe; quæ poſt martyrium ejus facta ſint, ne verbo quidem tangit. Deinde, minus honorificum putaverit futurum fuiſſe eccleſiæ ſuæ* S. Romuli *de Florentia, cujus erat Canonicus, ſi memoriæ prodidiſſet, corpus Sancti, quod propius ſemper requieverat, longius uſque ad Fæſulas tranſlatum fuiſſe cum detrimento ſuæ eccleſiæ de Florentia. Utut eſt, ipſe ſcripſit, quod voluit, de antiquitate tantum. Inſpiciamus ipſius ſcripta, prout ſcripta primitus fuerunt.*

B

C §. II. De SS. Dulciſſimo, Cariſſimo atque Creſcentio ſeorſim.

Quinam fuerint.

S Romuli *magiſter, qui ipſum juſſu S. Petri Apoſtoli inſtruxerit ac baptizaverit Romæ, quique cum illo deinde Evangelii annuntiandi cauſa ab eodem Petro miſſus Sutrium, eoque, aſſumptis aliis* duobus viris religioſis Marchitiano atque Creſcentio, *profectus, ac inde denuo, cum ſuis diſcipulis reverſus ſit Romam, vocatur in Actis* Juſtinus Presbyter. *Mox ibidem jubetur Romulus, a S. Petro jam ordinatus epiſcopus, iter ingredi Fæſulas cum prædictis Marchitiano & Creſcentio, ſed divertere ad civitatem Antoniam (quæ ſunt Volaterræ) & cognoſcere, qui ſe habeant Diſcipuli* Dulciſſimus & Cariſſimus, *eo jam prius ablegati. Ubi autem Volaterris præclara egerant, dicitur Romulus cum* ſociis ſuis, *declinans a Fæſulis ob incolarum feritatem, perrexiſſe Brixiam atque inde Bergomum, ac demum Fæſulas veniſſe, ubi martyrium invenit. Dubitatio hinc oritur, quinam hoc in itinere Romulo a Volaterris ad uſque Fæſulas,* Socii *fuerint, an Marchitianus & Creſcentius tantum, quos Romæ acceperat; an etiam Dulciſſimus & Cariſſimus, quos Volaterris invenerat, an alii. Nihil ego quidem hic velim decidere, opinari tamen licebit, Romulum novellam Volaterris fidei plantationem noluiſſe relinquere ſine cultoribus evangelicis, qui illam porro rigarent ac colerent, ne ſuffocaretur in herbis.*

C

D

21 *De Juſtino Presbytero prædicto, S. Petri Apoſtoli ſocio, Romuli baptizatore, nihildum inveni antiquioris ſcripti, quam Acta Romuli, & hæc de morte, mortis loco ac tempore, cultuque ejus tacent. Socios Romuli, putant Fæſulani, apud ſe cum ipſo per martyrium coronatos fuiſſe & conſepultos. Volaterrani interim vendicant ſibi corpora Sociorum ejus, nominatim ſanctorum Dulciſſimi, Cariſſimi atque Creſcentii, tamquam apud ſe paſſorum. In Actis dicitur quidem Romulus* cum ſociis *profectus fuiſſe Volaterris, Brixia, Bergomo uſque Fæſulas; ſed toto hoc itinere ac tempore nullum exprimitur Sociorum illorum nomen. Num.* 13. *tantum memoratur, Romulum, Fæſulas tandem ingreſſum, illic invenuſſe Marchitianum atque Creſcentium, jam tum multa ab incolis ob prædicationem fidei paſſos. An etiam illi cum Romulo ejuſque ſociis, quos Bergomo Fæſulas induxerat, martyrium ſubierint; an vero, præſente jam ibi præſtino Magiſtro ſuo cum aliis ſociis, ipſi alio operam & prædicationem ſuam contulerint, ex Actis intelligi non poteſt. Sed neque in translatione veteris* S. Romuli *eccleſiæ, ad radices montis ſitæ, facta ſeculo* XI. *ab epiſcopo Jacobo Bavaro ad novam intra civitatem Fæſulanam, mentio fit ullius Sancti illic quieſcentis nominatim, præter ſolius* S. Romuli: *tantummodo dicitur (uti in Commentario noſtro legere eſt)* in hac ſiquidem eccleſia veteri, corpus Beati Romuli martyris cum pluribus aliis martyribus & confeſſoribus quieſcebat. *Unde igitur habeant poſteri, Fæſulis nominatim paſſos & conſepultos cum Romulo fuiſſe ſanctos Dulciſſimum, Cariſſimum, Marchitianum atque Creſcentium, diſcere cupio.*

S. Romuli ſocii.

E

Eorum corpora.

22 *Certiora videntur habere Volaterrana monumenta, quibus ſibi vendicent corpora ſanctorum Dulciſſimi, Cariſſimi atque Creſcentii, relata in authenticum inſtrumentum publicæ viſitationis & recognitionis Reliquiarum ſanctarum ſuæ civitatis, inſtitutæ anno* 1647. *Legitur ibi, quod cum anno* 1491. *antiqua eccleſia S. Juſti Volaterris reſtauraretur, cæmentarii detexerunt puteum, Sanctorum corporibus plenum, cujus operculum cum tolleretur, tanta odorum fragrantia inde diffuſa eſt per totam eccleſiam, ut omnes mirarentur. Inter alia Anonymorum corpora, illic inventa, fuerunt tria, quæ appoſita inſcriptione antiqua, in papyro exarata, præferebant nomina* Dulciſſimi, Cariſſimi *atque* Creſcentii: *& hæc D. Juſtus, tunc monaſterii S. Juſti Abbas, quam maxima reverentia & pompa in eadem eccleſia repoſuit, & in arca marmorea condidit una cum prædicta inſcriptione antiqua, cui & ſuam addidit in memoriam poſterorum, hoc teſtor.*

F

Ubinam condita.

23 Anno Domini MCCCCLXXXXI. inter reſtaurandum hoc altare, invenimus puteum, plenum Reliquiarum, diſcooperiendo lapidem, revolutum mirum in modum; quo tanta fuit frequentia odoramentorum per totam eccleſiam, quod fabricatores & omnes, qui aderant in dicta eccleſia, ſummopere mirabantur. Inter alios cognoverunt ſanctiſſimum Dulciſſimum, Cariſſimum atque Creſcentium, diſcipulos beati Petri Apoſtoli, miſſos ante

in

A in civitatem Antoniam. *Satis ſimplex hæc inſcriptio eſt: teſtatur tamen certo, utpote perſonarum religioſarum, quæ adfuerunt & viderunt & olfeceunt, inventionem corporum contigiſſe anno 1491. atque inventa fuiſſe trium nomina, per antiquam papyrum indicata, Dulciſſimi, Cariſſimi & Creſcentii: quidquid ſit de diſcipulatu S. Petri, & appellatione civitatis Antonia, quæ videre aut per ſe cognoſcere non potuerunt auctores Inſcriptionis, ſecuti opinionem vulgi, quæ tunc erat, fundatam in Actis* S. Romuli.

Varia teſtia corporum viſitationum; 25 *Inventionem illam trium corporum ſubinde confirmarunt viſitationes aliæ: quarum una facta eſt anno 1579. a Guidone Serguidio, epiſcopo Volaterrano, qui eaſdem reliquias cum iiſdem inſcriptionibus invenit, agnovit, & feſtivus cleri laſtratione, eas ex arca magna marmorea eductas, in S. Jacobi altari ſub campanis in eadem eccleſia, in capſa ex nuce fabrefacta, collocavit cum lamina e plumbo quadrata, hujus facti teſte. Anno 1612. capſa illa nucea, ob præſentiam Magni Ducis Coſmi ſecundi ejuſque familiæ, denuo aperta & inſpecta fuit. Item anno 1627. ſacra oſſa inſpecta, & novæ capſæ*

B *elegantiori incluſa (eo quod, vetere S. Juſti eccleſia, ubi quieſcebant, ruinam minitante, nova exædificari debuit) translata fuerunt ad tempus, in eccleſia S. Marci; atque inde in novam & magnificam S. Juſti reducta ſunt. Denique in publica viſitatione, quam dixi, anno 1647. die VIII. Januarii denuo examinata ſunt omnia, & ampliori teſtimonio approbata.*

quid dici poſſit de illis, qui Faſulanis 26 *Eſt qui Faſulanis ſuffragari cupiens, nec audens inventionem prædictorum corporum Volaterris negare, confugit ad tempora Jacobi Bavari, epiſcopi Faſulani, qui anno 1028. eccleſiam* S. Romuli *cathedralem e radicibus montis in civitatem tranſtulit una cum corpore* S. Romuli; *quaſi is tunc temporis etiam effoderit corpora SS. Dulciſſimi & Cariſſimi, atque illic* donaverit Gottefrido, aut alteri, Epiſcopo Volaterrano; *atque adeo ab illo tempore prædicta Sanctorum corpora tantum fuiſſe Volaterris, paſſorum tamen Faſulis. Equidem levis hæc conjectura. Reponent Volaterrani, ſuos Sanctos in puteo cum aliis anonymis anno 1491. inventos, inſcripta habuiſſe nomina non tantum Dulciſſimi & Cariſſimi, ſed etiam Creſcentii; & hoc conſtare ex antiquiſſima inſcriptione, ibidem ſimul inventa. Dicent, incertiſſimum eſſe, an aliquis epiſcopus ſuus, ſeu Gottefridus, ſeu alius, in tranſlatione* S. Romuli *Faſulis adfuerit, præterquam quod epiſcoporum ſuorum ſeries per illa tempora tam obſcura ſit, ut Ughellus nullum pro anno 1028. invenerit, tantum dicens, Vidonem floruiſſe anno MXXVI. & Gaufridum vixiſſe anno MXXXIV. ut in medio relinquas, præfuerint anno 1028. alteruter illorum, aut tertius aliquis, aut ſedes vacaverit.*

C

ac Volaterrani, 27 *Reponent prætores Volaterrani, quod Jacobus Bavarus, quamvis ſupra num. 14. generatim dicat, plura Martyrum & Confeſſorum corpora quieſcere in antiqua* S. Romuli *eccleſia; dicat pariter, unius tantum* S. Romuli *corpus ſe tranſtuliſſe ad novam eccleſiam, nulla uſpiam mentione facta Dulciſſimi aut Cariſſimi, eodem Creſcentii. Reponere etiam poſſent, ſi dictorum Sanctorum corpora ſeculo XI. Faſulis dono Jacobi epiſcopi deportata fuiſſent Volaterras, quomodo illa ſive Gaufridus ſive alius epiſcopus, non ſtatim publicæ venerationi expoſuiſſet? Quomodocunque theſauri memoria ſtatim obliterari, & obliterata manere potuiſſet usque ad annum 1491. quo inventa tandem ſunt corpora? Quomodo (quod incredibilius videri debet) eadem corpora penetraſſent in puteum ſubterraneum, nulli notum uſque ad finem ſeculi XV. quando inventus fortuito fuit, multis anonymorum quoque martyrum oſſibus repletus?*

D AUCT. C. J.

28 *Ego quidem opinabor, donec alius certiora* ea ſibi unus dicentibus, *docuerit, puteum illum temporibus gentilium imperatorum, fuiſſe receptaculum hominum promiſcue pro Chriſto cæſorum; ſupra quem puteum, ceſſantibus per Conſtantinum Magnum perſecutionibus, Chriſtiani venerationis cauſa ſuperædificaverint eccleſiam, quæ lapſu temporis amplior & amplior facta, novis circum fundamentis effoſſis, reinnuerit in medio ſui ſub terra puteum, qui paulatim etiam, ſuperinjectis ædificii prioris ruderibus ac terra e novis fundamentis effoſſa, altius fuerit depreſſus. Donec tandem illic locus, ut poneretur novum altare, terra altius effodi debuit; ſicque detectus fuit puteus, operculo ſuo adhuc clauſus. Si quæras, cur tria tantum nomina Dulciſſimi, Cariſſimi atque Creſcentii ſuis corporibus adſcripta fuerint, non aliorum; cauſa videri poteſt, quod illi non de promiſcua Martyrum turba fuerint, ſed Apoſtoli Volaterrarum; utpote qui primi Roma miſſi, Evangelium Chriſti illic annuntiave-* E *runt, quod Acta* S. Romuli *etiam dicunt; potuitque res illa, publice nota ac memorata digna, facilius ad tempora Scriptoris Actorum propagata fuiſſe; quam ſingularia nomina illorum, qui illic a Romulo miraculoſe curati, converſi & baptizati fuerunt.*

quid dici poſſit de illis, qui Faſulanis 29 *Dixi ſupra numero 7. in breviario imperialis eccleſiæ Bambergenſis, anno 1575. impreſſo, celebrari pro die XIX. Aprilis officium de ſanctis Dulciſſimo & Cariſſimo. Plura ſecundi cupidus, conſului ſuperrime illa de re per varias quæſtiones R. P. Adamum Heid, collegii noſtri Bambergenſis Rectorem, qui facta per ſe ſuoſque ſedula inquiſitione apud DD. Canonicos, reſpondit XXIII. Decembris 1728. hunc in modum. Eſſe hodiedum oſſa dictorum Sanctorum in cathedrali eccleſia, bene multa, capſulæ arcuatæ ac deaurato incluſa, cum hac inſcriptione,* Corpora Sanctorum Dulciſſimi & Cariſſimi Martyrum & Diſcipulorum S. Petri Apoſtoli. *Officium de illis, ex quo eccleſia Bambergenſis ab annis circiter 30. abrogato veteri ſuo breviario, aſ-* F *ſumpſit Romanum, non amplius dici: dictum tamen eatenus fuiſſe per annos ſorte ducentos, idque XIX. Aprilis. Inſtrumentum de modo ac tempore, quibus Reliquiæ Bambergam aliæque fuerint, non inveniri: putari autem, allatas fuiſſe cum aliis Sanctorum Reliquis a S. Henrico imperatore, eccleſiæ ſuæ fundatore.*

De Martyrum officio.

30 *Hæc opinio (quamvis reliqua dicta ſint ve-* Reliquiis. *riſſima) de adventu Reliquiarum a tempore S. Henrici, vera eſſe non poteſt. Valeant allatæ fuerunt Faſulis, vel Volaterris. Alteruter namque loco paſſi ac ſepulti fuerunt Sancti iſti. Neutro autem loco expoſitæ fuerunt earum Reliquiæ publico cultui tempore S. Henrici; latentes eatenus in antiquis ſepulcris ſuis, nondum inde elevatæ. Faſulanus Epiſcopus, Jacobus Bavarus, primum locavit corpus* S. Romuli *ex antiqua cathedrali ſua, tranſtuliſque in novam anno 1027. poſt obitum S. Henrici imperatoris; & neſcitur, ſimul elevaſſe corpora SS. Dulciſſimi & Cariſſimi; imo nec ſcitum ſuit, an illa ibi vere quieſcerent. Multo minus poteſt S. Henricus Reliquias illas tranſtuliſſe Volaterris: quippe quæ tunc adhuc latebant in antiquo puteo, unde non emerſerunt ante annum 1491.*

A Auct. C. J. *Quid igitur? Eſſe Sanctorum iſtorum Reliquias, & oſſa bene multa, in eccleſia Bambergenſi, fuiſſeque ibi officio eccleſiaſtico cultas, negari non poteſt: transferri a S. Henrico non potuerunt: Faſulis nulla certa memoria eſt, Sanctos ibi paſſos eſſe & quieſcere: Volaterris conſtat, ſacra corpora ibi fuiſſe inventa anno 1491. Inde igitur debent ſub illud tempus Reliquiæ Bambergenſes allatæ fuiſſe, a quacumque demum id factum ſit.*

ACTA APOCRYPHA

Ex codice Ms. monaſterii Bodecenſis, diœceſis Paderbornenſis, collata cum aliis.

CAPUT I.

S. Romuli conceptio, educatio, captura, baptiſmus.

B

ERat in Romana civitate homo quidam, nomine Argolus, habens filiam, quæ vocabatur Lucerna. Hæc cum proceſſu temporis ad nubiles ætatis annos perveniſſet, ſervus patris ſui, vocabulo Cyros, venuſti ſatis aſpectus, vehementer urebatur in amore ejus, & tandem potitus votis, latenter oppreſſit eam: a quo cum illa ſe concepiſſe cognoſceret, metuens valde parentes ſuos, quos hujus rei cauſa latebat, inſtante jam partus tempore, intentionem cordis ſui eum intimis votis detinebat ad Dominum, qui ſolus eſt refugium miſerorum; & hanc orationem eum uberrimis lacrymis fudit ad ipſum: Deus cæli terræque creator, cujus nutu cuncta ſubſiſtunt, & in cujus nomine Pater meus baptizatus eſt, libera me de manibus ejus, ut per auxilium ineffabilis miſericordiæ tuæ, mortem, quæ exceſſibus meis jure debetur, poſſim evadere. Cum hæc & ejuſmodi orationum verba ad Dominum frequenter dirigeret: Ecce nocte quadam Angelus Domini per viſum dixit ei: Lucerna, ne interficias infantem, quem habes in utero tuo, ſed inquire obſtetrices, quæ poſtquam pepereris, deportent eum extra civitatem, & ponentes juxta rubum in loco occulto, regrediantur ad urbem. Dominus enim meus Jeſus Chriſtus curam illius habebit, & te miſericorditer, ut petiſti, ab inſtanti periculo liberabit.

S. Romuli conceptio.

ejulatus ejus.

C

2 Poſtquam igitur infantulus juxta Angeli ſermonem, depoſitus eſt extra civitatem ab obſtetricibus, continuo veniens lupa, projecit ſe ſuper puerum; atque in modum nutricis ſtudioſiſſime refovens eum, curam, quam Dominus matri ſuæ promiſerat, egrediens exhibebat. Mira res: ſed tamen tota fide credenda. Quid enim impoſſibile Deo? Qui & quondam per corvum, Eliæ quotidianum victum deſtinavit; ſi & hunc famulum ſuum, per quem multas virtutes operaturus erat, educari per lupam voluit? Sed his prætermiſſis ad rei geſtæ ordinem articulum flectamus. In illis diebus exeuntes ab urbe Roma venatores Imperatoris Neronis, invenerunt lupam & infantem cum ea, per devia ſilvarum circum errantem, & admiratione perculſi ſtabant, conſiderantes, quomodo lupa oves, aliaſque beſtias attraheret, & eidem infantulo, velut propriæ ſoboli, miniſtraret. Cumque regreſſi fuiſſent ad urbem, & nuntiaſſent inaudita hæc mirabilia Domino ſuo, ille vocans ad ſe Proconſulem; Mitte, ait, nuntios per totam urbem Romam, ut omnes congregentur venatores ſimul; quibus in unum eo provenientibus, ait Rex: Ite, & ſolerter inquirite lupam & infantem, & captos ſimul ad me adducite. At illi abeuntes venerunt ad ſilvam: & poſt diutinæ inveſtigationis fatigationem, viderunt a longe ſtantem puerum in agro cum lupa. Circumdantibus autem undique illis, proſilivit lupa celeriter, ſequente eam puero *a*; & ſic manus inſequentium eos, evaſerunt. Duobus igitur diebus illos inſequentes, comprehendere non poterant.

expoſitio in ſilva;

D

venatores ad ipſum,

a

3 Tertia vero die reverſi, Regi nuntiaverunt, quomodo eos viderint, & per duos dies capere non potuerint. Quo audito, miſit Rex Præfectum ſuum ad Petrum Apoſtolum *b*, ut narraret ei mirabilia hæc. Sanctus itaque Petrus, hujuſmodi rei ſermonem audiens, gratias agit Deo & dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui dignatus fuiſti ad litus maris me vocare ad te; mitte Angelum tuum ad me, qui mihi hujus rei veritatem patefaciat. Et ecce eadem nocte apparuit ei Angelus Domini, dicens ad eum: Surge Petre, & convoca omnes Chriſtianos, qui in hac urbe commorantur, præcipiens eis, ut tollentes retia ſua una teeum pergant ad ſilvam, lupam & puerum, de quibus audiſti, capturi. Surgens autem Petrus fecit quod cælitus ei juſſum fuerat. Cumque diu quæſiſſent in agris eos, nec invenire potuiſſent; dixit ad eos Petrus Apoſtolus. State foris ſilvam & diligenter ſpeculamini, ne forte clam pertranſeant. Ego opaca ferarum luſtra, ſilvas pulſaturus intrabo. Et paululum procedens flexit genua, orans ad Dominum & dicens: Domine, qui miſiſti Angelum tuum ad me, ut mihi injungeret hanc venationem, mitte puerum ad me, ut eum comprehendam: ſtatimque apparuit ante eum lupa & infans.

item alio S. Petri Apoſtoli

E

b

eaque mi-rabilia.

F

4 Tunc dixit Apoſtolus ad puerum: Adjuro te per Dominum vivum, ut ſi de lupo procreatus es, fugias ab oculis meis: ſi autem de homine, venias ad me, ut manibus meis teneam te. Mox fugiente lupa, puer accedebat ad eum; quem ille in ulnas ſuſcipiens, oſculabatur eum: & egreſſus, clamabat ad comites ſuos, dicens: Venite ad me omnes & videte, quia Dominus curam habet de iſto. Tendite ergo nunc retia veſtra, ut capiamus & ipſam, quæ eum nutrivit: quam cum comprehendiſſent, ponebant juxta eam puerum, & ipſa lactabat eum, tamquam genitum a ſe. Quod Chriſtiani videntes cum magna admiratione, glorificaverunt Dominum & Apoſtolum ejus Petrum: reverſique ſunt ad urbem, lupam & puerum ſecum ducentes. Petrus itaque miſit utroſque in cuſtodiam, oves dimittens ad eos, præcepitque cuſtodibus, ut caute obſervarent, quid de ovibus facerent. Igitur cum eſſent ſimul, lupa ſolito more irruens ſuper oves, carnem earum diſcerpſit, quam puer una

Capiuntur iterum lupa & puerum.

eum lupa nutrita ſua.

cum

A cum matre ſua crudam devorare cœpit. Hoc viſo, euſtodes nuntiaverunt hæc omnia Petro Apoſtolo, qui veniens, invenit lupam & infantem ſimul erudas carnes edentes; ingreſſuſque cubiculum, præcepit, ut lupa extra muros educta, illæſa abire permitteretur; puerum vero beato Juſtino tradidit baptizandum, poſtquam egerat eum lupa trecentos dies.

& baptizatur, 5 Poſt hæc Juſtinus presbyter, ponens vas plenum aqua ſupra petram, ſanctificavit eam & dixit ab beatum Petrum Apoſtolum: quo nomine vocabitur? Cui hæſitanti de nominis appellatione, Juſtinus presbyter dixit; confirmemus eum in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti; & vocetur nomen ejus Romulus. In hoc itaque convenientibus utriſque, *inſtruitur.* baptizatus eſt puer Romulus a Juſtino presbytero. Petrus vero ſuſcepit eum manibus ſuis a lavacro. Deinde commendatus cuidam nobili feminæ nutriendum, cum manſiſſet apud eam duobus annis, revocatus eſt ab Apoſtolo Petro. Erat autem puer pulcher aſpectu, ore facundus, & quantum puerilis ætas patiebatur, jam tum bonis operibus aptus. At ubi pro-

B ductus eſt ante conſpectum Petri Apoſtoli, accepit eum in brachia ſua, dans ei oſculum pacis, & dicens; Benedico & confirmo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut os tuum, Spiritu ſapientiæ impletum, libere prædicare valeat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Hæc dicens accerſivit ad ſe Juſtinum ſacerdotem, & commendans puerum fidei ſuæ, rogavit, ut litteras & omnem diſ-

c ciplinam divinæ legis perdoceret cum *c*.

ANNOTATA.

a *Mira vet. Infans, nondum anno natus, potuit ſalire, ut lupa veterana, atque ita evadere manus venatorum.*

b *An hæc credibilia cuiquam videri poſſint?*

c *Nihil attinet pluta annotare ad præmiſſa, quæ cuivis legenti non poſſunt non videri mera fabula eſſe.*

CAPUT II.

C

Prædicat Sutrii, Volaterris, Brixiæ, Bergomi; & miracula ubique patrata.

Prædicat, CUmque per quinque annos ſcientiam litterarum vigili mente percepiſſet, & jam abundanter notitia verbi Dei imbutus, per populos Romanæ civitatis ſemina vitæ, novus

a tiro fereret *a*; nec non & languentes in Chriſti nomine curaret; nunciatum eſt hoc cuidam homini, qui vocabatur Chariſius, qui habebat duos filios, quorum alter, Vicinior nomine, graviter a dæmonio vexabatur: alter Penſior dictus *b*, irremediabili languore

b cruciabatur. Condolens itaque Chariſius infir-*miracula patrata.* mitati filiorum, venit ad Apoſtolum Petrum, & provolutus pedibus ejus, cum lachrymis dixit; Domine Pater, ſi per te ſanitati redditi fuerint duo filii mei, quorum alter a dæmonio, alter gravi membrorum dolore cruciatur; ſtatim ab idolorum cultura recedam;

& Deo, cui tu ſervis, cum omni domo mea D credere incipiam. Quod ſi tu pigritaris ipſe EX MSS. venire mecum, mitte diſcipulum tuum Romulum, de quo audivi, quia & ipſe virtutes operetur in nomine tui. Dixit ergo beatus Petrus ad Romulum, diſcipulum ſuum: Vade in nomine Domini, & impoſita manu ſuper infirmos, utroſque reſtitue priſtinæ ſanitati; ut tota domus illa converiatur ad Dominum Jeſum Chriſtum, qui eſt ſalvator & liberator eorum. Protinus obediens Magiſtri ſui verbis Romulus, perrexit cum Chariſio ad domum ſuam; & facta oratione, utroſque filios ejus liberavit ab imminente languore: quo viſo, Chariſius credidit Domino cum omni domo ſua, & baptizatus eſt in eadem hora *e*.

e 7 Nec multo poſt Petrus Apoſtolus videns *Sutrium mittunt cum Juſti-* gratiam Dei cooperari diſcipulo ſuo Romulo, *no,* miſit eum cum Juſtino presbytero ad civitatem Sutrinam, ut docerent ibi verbum Dei. Qui conſurgentes, aſſumpſerunt ſibi duos viros religioſos Marchitianum & Creſcentium; & venientes ad civitatem quamdam, quæ vocatur Nepina, audierunt ibi pueros & puellas colloquentes de Juſtiniano epiſcopo, qui verbum E vitæ quotidie prædicabat in eadem urbe, quos interrogans Juſtinus presbyter, dixit: Quo nomine vocatur hæc civitas *d*? Et illis reſpon-*d* dentibus, Nepina; adjecit, Quem Deum colitis? Alii, inquiunt illi, credunt in Jeſum Chriſtum; alii non. Tunc adeuntes ſervi Chriſti domum Juſtiniani *e* epiſcopi, manſerunt *e* apud eum nocte illa; & altera die pervenerunt ad civitatem Sutrinam: ubi cum ingreſſi fuiſſent domum cujuſdam divitis, nomine Pergami, & prædicarent in ea verbum Dei, interrogavit eos Pergamus & dixit: De qua civitate egreſſi eſtis? Reſponderunt de urbe Roma miſſi ſumus ad locum iſtum, ut annuntiemus vobis vitam æternam; quam ſi adipiſci vultis, baptizetur prius unuſquiſque veſtrum in nomine ſanctæ Trinitatis. Ad hæc *qui baptizat ibi 30.* Pergamus; Et eſt, inquit, vita præter iſtam? *perſonas,* Juſtinus dixit; ſi altera vita non eſſet, ſtultum videretur, ſi ſpontanea voluntate vellemus perdere iſtam: porro cum ſit altera immortalis, ubi nullus dolor, nullus labor, nullum penitus invenitur faſtidium; quare non F amittamus iſtam miſeram & caducam, quæ diverſis eaſibus ſubjacet & properemus ad illam, ubi perennis vita manet, ubi angelorum organa jugiter reſonant, ubi de ſola viſione Conditoris, Sanctorum animæ in abundantia gratuitæ pietatis replentur? Audiens hæc Pergamus, projecit ſe ad pedes Juſtini presbyteri, dicens: Per Chriſtum te conjuro, baptiza me, ut particeps fieri merear illius vitæ. Baptizavit igitur Juſtinus presbyter Pergamum, & cum eo promiſcui ſexus in domo ſua homines quinquaginta.

8 Cum autem in eadem civitate commora-*& Romulus* rentur, venit ad Juſtinum presbyterum vidua *ſanat mulie-* quædam, nomine Cariſtia; & projecit ſe ad *rem Cariſtiæ filiam,* pedes ejus cum lacrymis dicens: Veni Domine, ad domum ancillæ tuæ, & impone manum tuam filiæ meæ, quæ officio linguæ privata eſt jam longo tempore, & ſi reſtitueris eam ſanitati, credam Deo tuo: atque de meis facultatibus, quidquid tibi placuerit, ordinabo. Hac voce ſupplicantis vidnæ Ju-

A stinus presbyter inclinatus, misit cum ea Romulum, manens, ut in nomine Christi restitueret ægrotanti puellæ ulum loquendi. Qui statim ut ad domum illius accessit, flectens genua sua, oravit ad Dominum & dixit: Domine Jesu Christe, qui me per Apostolum tuum Petrum ad agnitionem veritatis venire fecisti, aperi os hujus puellæ, ut in restauratione suæ salutis cognoscat te creatorem suum: magnificet nomen sanctum tuum in secula seculorum. Hæc eo dicente, continuo enodatum est vinculum, quo constrictum erat os puellæ: & incipiens plano sermone loqui, asserebat, quod verua esset Deus, quem prædicaret servus ejus Romulus & socii ipsius. Pagani veco, viso tanto miraculo, abrenuntiantes idolis, crediderunt in Dominum Jesum Christum, & baptizati sunt una cum Caristia & filia ejus.

Baptizantur multi.

Ejecti indè, Romam pedibus,

9 Interea ducti zelo quidam de primoribus civitatis, accusaverunt servos Dei apud ducem regionis illius, qui erat subregulus Neronis Imperatoris: cujus animum exasperantes adversus illos diversis suggestionibus, ejecerunt

B eos tandem ex finibus ejus, interminantes, quod carnes eorum variis tormentis laniarent, si deinceps eos intra mœnia suæ urbis reperirent. Regredientes igitur ad urbem Romam Justinus & socii ejus postquam commorati sunt in Sutrina civitate centum quadraginta diebus, retulerunt per ordinem Apostolo Petro omnia, quæ circa eos divina gratia ostenderat in prædicatione sua: qui cum audisset, quam multi recepissent fidem Domini nostri Jesu Christi, laudes & gratiarum actiones egit divinæ pietati, & post hæc dixit ad illos: Jam

& mittuntur Fesulas.

multum temporis est, qun duos ex discipulis meis Carissimum & Dulcissimum ad civitatem

f Antoniam *f* direxi, ut corda hominum, inibi habitantium, pabulo vitæ reficerent, eosque ad fidem Christi, quantum ipse largiente prævalerent, converterent; de quorum prædicatione, quoniam eo quo eos illuc destinavi, nihil certius cognovi; volo te, frater Romule, cum commilitonibus tuis Marchitiano & Crescentio dirigere Fesulam, us & ipsi prædices Evangelium regni Dei: & in præfata

C civitate diligenter inquiraa, quomodo se habeant fratres nostri.

Diversis Romulus cum suis Volaterras,

10 Legatinnis hujus officium libenter susciens beatus Romulus, per impositionem manuum beati Petri, Episcopus est consecratus; statimque cum duobus adjutoribus suis iter aggressus est: cumque perveniissent ad urbem, quæ dicitur Antonia, & appropinquarent portæ civitatis, obvium habuerunt juvenem quemdam, quem interrogantes, dixerunt. Dic nobis, n bone Juvenis, si prædicator nominis Christi aliquis verbum vitæ prædicaverit in partibus istia. Ad hæc ille, Venerunt, ioquit, ad urbem hanc dun viri, ætate qnidem floridi, sed sapientia magni; quorum prædicatinne commoti cives nostri gravitor virgis cæsos a civitate expulerunt. Audivimus autem, quam latebram foveant, in latere prope positi montia. Audiena hæc beatus Romulus celeriter cum sociis suis ad ostensum montem

ubi duos alios invenit socios,

properabat: & inveniens ibi confessorea Christi Carissimum & Dulcissimum, verbis pacificis salutavit: quibus inter oscula & mutuos amplexus denuntians caulas itineris sui, reduxit eos secum ad civitatem; & ingressi sunt D domum cujusdam hominis, qui vocabatur Victimus; apud quem cum morarentur aliquot diebus, filius illius in gravissimam incidit ægritudinem, ita ut & mater & omnes affines ejus lugubres voces ineffabiliter emittentes, nocte & die plangerent super eum; quorum lamentationibus condolens beatus Romulus, dixit ad patrem illius; Si crediderit, o Victime, in

sanat infirmum, tamque ejus familiam baptizat.

Dominum Jesum Christum, ipse potens est sanare filium tuum. Vix servus Domini verba compleverat, & ecce Victimus prostratus pedibus ejus, promisit se idolis abrenuntiaturum, si quslicumque modo sanum potuisset habere filium suum. Tunc orationem fudit ad Dominum beatus Romulus, dicens: Domine Jesu Christe, in cujus nomine Magister meus Petrus plurimas virtutes operatur, jube sanari hominem istum, ut cognoscat te verum Dominum, liberatorem animarum & corporum. Hæc dicens, posuit manum super corpus infirmi, & illico surrexit acsi nihil umquam

E mali passus fuisset. Quo viso pater & mater cum magna devotione crediderunt Domino, & baptizati sunt eadem hora cum omni familia sua.

Pretergressus Fesulas, Brixiæ & Bergomi prædicat, mortuos suscitat.

11 Cum igitur mansisset in eadem civitate multis diebus sanctus Romulus, & ab idnlorum cultura animas multorum per constantiam prædicationis & efficaciam virtutum revocasset, cognoscens, quod pagani, qui Fesulæ morabantur, tam sævis moribus essent, ut nullius prædicationibus assensum præberent, elegit magis ad alia loca prædicando transmigrare, quam semina verbi Dei super sentes iocassum ferere; arripiensque iter, venit cum sociis suis ad urbem Brixianam, in qua filium cujusdam viduæ suscitavit, atque multos ad Dominum convertens, a faucibus antiqui hostis eripuit. Post hæc veniens Pergamum, moratus est ibi annum & dimidium, ubi cum duos mortuos suscitasset B. Romulus, & multas alias virtutes fecisset, multi crediderunt in Dominum.

ANNOTATA.

F a *Nempe, puer octo annorum, uti ex computatione supradicta colligitur. Nondum compleverat annum unum, quando captus fuit; mox a nobili femina per biennium enutritus, atque exinde, jam triennis puer, a Justino presbytero per quinquennium litteris, etiam sacris, imbutus; Romanos fidem Christianam docuit & miraculis clarere cœpit.*

b *An hæc duo filiorum nomina speciem habent nominum, apud Romanos tunc temporis usitatorum?*

c *Præfestina hæc baptizatio videri potest tot hominum gentilium absque prævia institutione rerum credendarum.*

d *Otiosa interrogatio. An non noverat Justinus, presbyter Romanus, nomen & situm civitatis, ad quam missus fuerat, vix dimidii diei itinere Roma distantis?*

e Justinianus *episcopus Nepesinus apud Ugbellum nullus est. Primo loco ponitur* S. Rumanus, *tamquam a S. Petro Apostolo ordinatus episcopus ac Nepetem missus; ubi martyrio coronatus fuisse dicitur, ac bodiedum ut civitatis Patronus colitur.*

f Antonia, *vox recentior, pro Volaterrana civitate; post seculum decimum adinventa.*

C A-

A

CAPUT III.

Angeli monitu tendit Faſulas, inde ejicitur, fuſtibus cæſus: demum regreſſus, mittitur in carcerem & martyrium ſubit cum ſociis ſuis.

Inde Angelo jubente ac ducente tendit Faſulas;

DEinde cum deliberaret apud ſe, velle ibi ad agonem certaminis accedere, & cum palma martyrii ad Dominum tranſire; & non ultra jam ad alia loca, prædicando tranſmigrare; ecce Angelus Domini in ſomnis eum vehementer increpavit, præceptumque Magiſtri, licet invitum, perficere coegit. In ipſo autem noctis medio, a ſomnio exurgens, vocavit ſuos ſocios, illiſque viſionem & angeli increpationem retulit; nec moram ibi facientes, ductore Angelo, Feſularum venerunt ad

B urbem: cumque civitati appropinquarent, beatus Romulus proſtratus in orationem, dixit: Deus, creator cæli & terræ, mitte cognitionem nominis tui hominibus civitatis iſtius, ut relicto infidelitatis errore, convertantur ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Reſpondentes autem ſocii ejus, dixerunt, Amen.

Recipitur in domo ejuſdam Adriani;

53 Stabat autem ſuper muros civitatis puella, quæ audita oratione Romuli, accurrit ad patrem ſuum, dicens; Ante portam civitatis accedere audivi homines orantes in cælum, quorum ſermonem ignoro; ſcio tamen quia digni ſunt intromitti in civitatem. Mitte ergo & induc eos in domum tuam. Tunc beatus Romulus ac ſocii ejus, ingreſſi civitatem, pervenerunt ad domum Adriani, qui erat pater prædictæ puellæ, & cum honore recepti ſunt ab eo. Dixit autem puella, filia Adriani, iſtum hominem vidi ante portas civitatis orantem, & dicit ei pater puellæ, quod nomen eſt tibi? Reſpondit; Romulus. Unde,

C ait, venis? De Roma venio, inquit, cum ſociis meis, volentes vobis viam veritatis

atque invocati ſocios ſuos ſecum Romæ profectos,

oſtendere: ut idolocum culturam relinquatis, & creatorem veſtrum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui a Judæis crucifixus eſt, colatis & adoretis. Dicit ei Adrianus: Venerunt ad *a* nos etiam duo juvenes ab urbe Roma, nomen Chriſti prædicantes, quorum alter Marchitianus & alter Creſcentius dicitur; quos noſtri cives comprehendentes, graviſſimis ſuppliciis affectos ab urbe expulerunt. Ego vero ſuſcepi eos in domum meam, curam eorum habui. Marchitianus autem & Creſcentius, hoc audientes, gaudebant quidem de adventu Sanctorum; ſed verecundati ſunt prodere ſuas paſſiones, quas ſine fructu aliorum ſuſtinuerant. Peracta igitur ſuſceptione & agnitione mutua, conſolabatur eos beatus Romulus & confortabat in Chriſto.

Adrianum vero cum ſua familia baptizat,

14 His ita geſtis, videns Adrianus devotionem & fidem Sanctorum, dixit ad Romulum: Quæ eſt virtus Dei tui? Reſpondit Romulus: virtus Dei mei talis eſt, qua, invocato ejus nomine, mortuos ſuſcitamus, leproſos mundamus, dæmonia ejicimus, & alias virtutes plurimas per Chriſtum operamur. In D quem ſi credere volueris, talium ſignorum. EX MSS. potentiam conſequeris, & æternæ vitæ gaudia habere poteris. Tunc Adrianus, auditis ſermonibus beati Romuli, dixit: Vere cognoſco, quod Chriſtus per os tuum loquatur. Nec mora, Adrianus idola deferens, ac beati Romuli pedibus advolutus, rogabat, ut baptizari mereretur. Sanctus ergo Romulus inſtructum fide, baptizavit eum cum uxore & filiis, omnique domo ſua. Multi etiam alii ipſa die per prædicationem ejus crediderunt in Dominum Jeſum Chriſtum.

uri & puerum Celſum, dæmonio liberatum, cum ſua familia baptizat.

15 Erat quidam juvenis in eadem civitate, qui vocabatur Celſus, & a dæmonio vexabatur. Audiens hoc ſanctus Romulus, venit ad domum ejus, & invenit patrem & matrem, omnes vicinos ac notos ejus, flentes ſuper eum; videnſque illum acerrime vexari, dixit parentibus ejus; Quid fletis? Si credideritis in Dominum Jeſum Chriſtum, fletus veſter in gaudium convertetur. Accedentes itaque pater & mater juvenis, proſtraverunt ſe ad pedes beati Romuli, orantes cum E lacrymis, ut filium ſuum ab immundo ſpiritu liberaret. Omnes etiam qui aderant, conſtanter aſſerebant, ſe in Chriſtum creditu ros, ſi orationibus ejus ceraerent puerum a dæmonio liberatum. Et converſus beatus Romulus ad ſocios ſuos, Marchitianum videlicet & Creſcentium, Cariſſimum atque Dulciſſimum, dixit: Oremus fratres ad Dominum Jeſum, ut creaturam ſuam, quam voluit ſuæ imagini eſſe conſimilem, ab immundo ſpiritu dignetur liberare; ut aſtantes, viſo hoc miraculo, credant in eum & baptizentur; quos & faciat ſupernæ civitatis eſſe concives. Cumque ab oratione ſurgerent, beatus Romulus poſuit manum ſuam ſuper caput pueri, dicens: In nomine Domini Jeſu Chriſti præcipio tibi dæmon, ut exeas ab homine iſto: ſtatimque ululatum diræ vocis emittens, reliquit puerum. Omnes vero, qui aderant, Dei laudantes potentiam, crediderunt Domino Jeſu Chriſto, quem prædicabat beatus Romulus. Ipſa autem die baptizatus eſt puer, qui dæ- F monio fuerat liberatus, & pater ac mater ejus, aliique promiſcui ſexus numero quaſi nonaginta.

Repellitur civitate, fuſtibus cæſus,

16 Tunc beatus Romulus cœpit ordinare clericos, per totam civitatem illam, qui & eos, qui crediderunt, in fide confortarent, & incredulos ad viam veritatis reducere ſollicite curarent. Audiens interea Repertianus, qui erat comes Feſulanæ civitatis, quod Romulus cum ſociis ſuis, idolorum culturam deſtrueret, & novam quamdam ſectam partibus illis induxiſſent: miſſis apparitoribus, præcepit eos adduci ad ſe. Cumque adducti fuiſſent, dixit Comes ad beatum Romulum: Audivimus, te contra leges noſtras agere; & ideo volumus, ut aut diis jam in præſentia noſtri libamina offeras, aut de hac urbe cum ſociis tuis quantocius recedas. Ad hoc ſanctus Romulus reſpondit: Neque diis tuis libamina offeram, neque oves, quas mihi Dominus meus hic dedit, derelinquam. Comes itaque ſuper hoc ſermone commotus, juſſit latera Sanctorum vehementer ſuſtibus tundi; & ita cæſos a mœnibus civitatis expelli.

Quod

A Quod cum factum fuiſſet, beatus Romulus gratias egit, hanc orationem fudit ad Dominum pro inimicis ſuis: Domine Jeſu Chriſte, qui miſiſti ad me Angelum tuum, ut reduceret me ad urbem iſtam, inclina corda habitatorum ejus ad te, & remitte eis injuriam, quam ſervis intulerunt tuis.

At domus ferrea,

17 Hac oratione completa, cum jam ſol tenderet ad occaſum, latenter ingreſſus eſt urbem cum ſociis ſuis, & in domibus fidelium latitans, femina vitæ cordibus audientium infundebat. Erat autem in eadem civitate femina quædam, nomine Vienna; quæ veniens occulte ad beatum Romulum, dixit ad eum; Rogo, Domine, ut ventas ad domum ancillæ tuæ, & reſtituas ſanitati filium meum, jam per multos dies gravi detentum infirmitate. Hac ſupplicantis voce motus ſanctus Romulus, venit ad domum Viennæ, & aſpiciens languentem puerum, nomine ſun vocavit eum & dixit: Nimior, in nomine Domini ſurge, &
B ſta ſuper pedes tuos. Nec mora, ſurrexit puer & una cum matre ſua baptizatus eſt. Plures etiam audito hoc miraculo crediderunt Domino, & baptizati ſunt in domo Viennæ cum omni familia ipſius.

mittitur in carcerem cum ſuis.

18 Ut autem nunciatum eſt Repertiano comiti, quod Romulus cum ſociis ſuis reverſus eſſet in urbem, ira repletus, juſſit eos, a carnificibus comprehenſos, ſortiter alligari & in ima carceris cuſtodia detrudi: cumque detruſi fuiſſent beati milites Chriſti, circa mediam noctem juvenis quidam, veniens ad eos niveo amictus indumento: Ego ſum, inquit, Jeſus Chriſtus, pro cujus nomine hæc patimini: confortamini & nolite timere, nun enim vos deſeram; ſed ad cœleſtia regna per martyrium
vinculo diſſolutis ſolvuntur. venire faciam. His dictis, diſparuit, qui loquebatur; & ſtatim ſoluta ſunt omnia vincula, quibus conſtricti fuerant milites Chriſti. Completis poſt hæc tribus diebus, dixit militibus ſuis comes Repertianus: Eamus ad carcerem, & inimicos deorum noſtrorum, jam pœnarum atrocitatibus conſumptos, extra civitatem projici faciamus. Cum igitur appropinquaſſent carceri & audiviſſent voces pſal-
C lentium ibidem; iratus (eſt) Comes vehementer adverſus cuſtodes, qui eos cuſtodiebant; putans quod & ipſi credidiſſent in Dominum illorum, & ideo ſolviſſent vincula de manibus damnatorum. Sed hujus rei certitudine ab ipſis cuſtodibus audita; ducantur, inquit Comes, rebelles iſti foras muros civitatis; & ſi ſacrificare diis noſtris contempſerint, tam diu carnes eorum ſuppliciis afficiantur, quouſque de hac vita miſerabiliter migrare co- D gantur.

19 Miniſtris itaque juſſa complentibus, cum traherentur athletæ Chriſti per plateas civitatis & graviſſime fuſtibus cæderentur; beatus Romulus vidit puellam quamdam de puteo aquam haurientem; & petiit ſibi potum ab ea miniſtrari; porro puella, metu carnificum exterrita, aquam, quam vir Domini quærebat, renuebat dare. Unde factum eſt, ut puteus ille in ſanguinem verteretur, ita videlicet, quod paganis haurientibus inde fieret ſanguis; Chriſtianis vero, ſuns dulciſſimi ſaporis. Poſtquam ergo producti ſunt ſancti Martyres extra civitatem, & nullis perſuaſionibus revocari potuerunt ab intentione cordis ſui, capitalem ſententiam ſimul omnes ſuſceperunt; & ad cœleſtia regna cum martyrii trophæo feliciter pervenerunt, quorum corpora Chriſtiani colligentes, ſepelierunt ad radicem montis ejuſdem urbis pridie Nonas Julii, regnante Rege regum omnium, Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui E cum Patre & ſancto Spiritu vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Puteus, ob negatum Romulo potum.

vertitur paganis bibentibus in ſanguinem, non item Chriſtianis

ANNOTATA.

a *Quomodo Marchitianus atque Creſcentius pervenerunt Fæſulas ante Romulum, qui illos ſibi Romæ adlegerat laborum ſocios, ſecumque duxerat Volaterras? An igitur illos etiam ſecum perduxit Brixiam & Bergomum? Non putem. Acta n.* 11. *tantum dicunt, quod Romulus a Volaterris arripiens iter, venit cum ſociis ſuis ad urbem Brixianam: & num.* 12. *exiſtens Bergomi, vocavit* ſocios ſuos *atque ivit Fæſulas ductore Angelo. Rurſum num.* 13. *interrogatus Fæſulis ab hoſpite ſuo, unde veniret; reſpondit*, de Roma venio cum ſociis meis *ad prædicandum vobis Chriſtum. Tum hoſpes ait*; Venerunt ad nos etiam duo juvenes ab urbe Roma, nomen Chriſti prædicantes, quorum alter Marchitianus & alter Creſcentius dicitur, quos noſtri cives comprehendentes, graviſſimis ſuppliciis affectos, ab urbe expulerunt. Ego vero ſuſcepi eos in domum meam & curam eorum habui. *Hinc colligas, Romulum Volaterris diſcedentem, duxiſſe* F *quidem ſocios ſuos Brixiam, Bergomum & Fæſulas, non tamen duxiſſe Marchitianum & Creſcentium: quandoquidem hi ante illum ejuſque ſocios, jam Fæſulas pervenerant verberaque fuerant paſſi. Relicti ergo fuerint a Romulo Volaterris ad novellam illic Chriſtianitatem porro excolendam; aut alio miſſi ad prædicandum: certe prius venerunt Fæſulas quam Romulus,*

D E

DE S. TRANQUILLINO MARTYRE ROMÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J.B.S.

Cultus ex Martyrologiis, reliquiæ, Acta.

AN. CCLXXXVI. Quod de ſancta Zoe dictum eſt die præcedenti, & hoc & ſequenti die repetendum; nempe, diverſos Martyres in Actis S. Sebaſtiani commemoratos, & antiquioribus faſtis præteritos, ab auctore Romani parvi in varios dies, prout ipſi maxime convenire viſum eſt, veriſimillime diſtributos eſſe. Et de aliis quidem major dubitatio eſſe poſſit, veroſve eorum natales aſſecutus ſit; at S. Tranquillini paſſionis dies tam clare circumſcriptus eſt, per octavas Apoſtolorum, ut pro hac ſaltem parte controverſia moveri prorſus nequeat. In Hieronymianis ſeu majoribus ſeu minoribus, ſeu puris ſeu interpolatis, aut in Rabano, nulla ejus memoria. Is qui ſub nomine Fleri a Majoribus noſtris editus eſt, Sancto elogium concinnavit, ea phraſi & ſtylo, ut ſatis conjicias, eum nec Adoni nec Uſuardo præluxiſſe, quemadmodum monui in Uſuardina editione, atque ex infra dicendis manifeſte perſpicies. Ita ſcribit: Romæ, paſſio S. Tranquillini, patris Marci & Marcelliani, qui doctrinis B. Sebaſtiani Chriſtianiſſimus effectus, dum ad Confeſſionem S. Pauli acceſſiſſet, perpeſſus inſidias, tentus & a populo lapidatos, mortuus eſt, corpuſque ejus Tiberina gurgiti mancipatum. Scriptum in geſtis B. Sebaſtiani. *Wandelbertus de ipſo ita cecinit.*

Tranquillino ſimul duplici ſplendore coruſcas,
Sanctorum genitor, Sanctos comitate peremptus.

a Romani parvi annuntiatio eſt: Et Tranquillini Martyris: *cui hæc adjunxit Ade:* Romæ natalis S. Tranquillini, patris Martyrum Marci & Marcelliani, qui ad prædicationem B. Sebaſtiani, credens in D. Jeſum Chriſtum, die Octavarum Apoſtolorum, dum ad B. Pauli Confeſſionem oraret, tentus a paganis ac lapidatus, martyrium conſummavit: *quæ Uſuardus contraxit in hunc modum:* Romæ, natalis Sancti Tranquillini Martyris, qui dum ad B. Pauli Confeſſionem oraret, tentus a paganis ac lapidatus, martyrium conſummavit. *Noſkerus vacat hactenus. Uſuardi auctaria non enumero. In Romano additum eſt*, a B. Polycarpo presbytero baptizatum, *quod ex S. Sebaſtiani Actis etiam notaverat Galeſinus, ac præterea a* S. Cajo papa presbyterum ordinatum eſſe, *idque tradunt laudata Acta num.* 68. *Videſis annotata Baronii, quibus* Confeſſionis *notionem erudite explicat. Mitto reliquos omnes Martyrologos recentiores, apud quos nec plura, nec ſelectiora invenies, quam quæ hic ex Actis S. Sebaſtiani excerpta ſunt, & fuſius infra deducentur. Non placet Ghinii epocha, ad marginem adjecta, quaſi martyrio coronatus fuerit* S. Tranquillinus *anno* CCXCV. *cui certo præferendus eſt annus ſupra in ſancta Zoe definitus, nempe* CCLXXXVI.

3 *Non incidiſſet mihi, ſcrupuloſius inquirere in locum, ubi ſacrum ſancti Martyris corpus depoſitum ſit, & hoc die celebrius colatur, non magis quam de laudata ſancta Zoe, cum ſacras utriuſque exuvias Romæ certo depoſitas exiſtimarem, ut diſerte teſtatur Abbas Carolus Bartholomæus Piazza, in ſuo ſacro Romæ Chriſtianæ Hemerologio ad* V. & VI. *Julii. De priore certe nihil occurrit hactenus, quo dubitem. At de* Sancto Tranquillino *ſcrupulum ingeſſit ſcheda aliqua manuſcripta, Viterbio olim miſſa, continens ſerium Sanctorum ibidem quieſcentium, inter quæ reperio* Corpus S. Tranquillioi Martyris: *& paulo poſt ſub hoc titulo;* Feſta particularia Sanctorum, de quibus fit officium Viterbii, propter ſacras reliquias ibidem aſſervatas; *ordine autem ſuo,* menſe Julii die VI. Tranquillini Martyris, duplex; *utrum vere* S. Tranquillini *Martyris Romani ac ſanctorum Marcelliani & Marci patris, an alterius ſynonymi, è cryptis ſeu catacumbis eruti, poſtmodum tali nomine donati, equidem non habeo unde ſatis dijudicem.*

Sacri corpus Romæ depoſitum eſt.

E

4 *Potior ſane videtur conditio Romæ poſſidentis, præſertim cum laudatus Piazza diſertiſſime aſſerat,* feſtum *S. Tranquillini* celebrari *hoc die* ad ſanctorum Coſmæ & Damiani in foro Romano (*hodie* Campo vaccino) ubi ſacrum *Sancti* corpus quieſcit. *Magis etiam urget Panciroli us in Abſconditis Romæ Theſauris, dum pag.* 96. *non minus expreſſe tradit, corpus* S. Tranquillini *ac filiorum Marci & Marcelliani in prædicto Sanctorum Coſmæ & Damiani templo, non ſolum quieſcere & honorari, ſed repertum fuiſſe anno* 1582. *Viterbienſibus incumbit antheſtice docere, a quo, qua occaſione & quo tempore ad ſe tranſlatum fuerit pretioſum depoſitum, ſiquidem perſuaſum habeant, eſſe ipſum verum & proprium corpus ejus* S. Tranquillini, *de quo hic nobis ſermo eſt. Nonnullas ejuſdem Sancti partes aut reliquias, in aliis templis, opinor, Romanis, veneratioui expoſitas teſtatur præfatus Panciroli us: pro remotioribus locis unum reperio, multarum reliquiarum collectorem Maſſium, in ſua Benonia perluſtrata, ad hunc diem tomo* I. *pag.* 373. *ſcribentem, aliquas Sancti noſtri aſſervari in templo S. Mariæ Servorum, in platea majori. An & quæ aliis locis colantur, exploratum non habeo.*

non tranſlatum Viterbium,

F

5 *Exſtat hic præterea duernio excuſus in quarto, hunc præferens titulum:* Honor Sanctorum, Sanctorum reliquiis, publice deductis ſuſceptiſque; Vilnæ habitus ano. MDCXXXI. pridie Non. Julii, *quo deſcribitur ſumptuoſa & prope incredibilis pompa, in tranſlatione, ſeu Vilnam Lithuaniæ metropolim inductione unius ſupra quadraginta ſacrorum corporum aliarumque plurimarum notabilium reliquiarum, de quibus ita ſub finem loquitur opuſculi ſcriptor:* Porro ſanctorum Martyrum corpora, ante viginti annos privatim in hanc urbem, è liberalitate primum Clementis VIII. & Pauli V. PP. Maximorum, deinde Sereniſſimæ Margaritæ Auſtriacæ, Hiſpania-

nec Vilnam in Lithuania.

A Auct. J. B. S. ſpaniarum Reginæ illata, & peculiari Dei inſtinctu, nil minus, quam id cogitantibus Societatis Jeſu Patribus, intra privatos parietes aſſervata, hoc primum anno elata in lucem & conſpectum hominum . . . . . quo P. Nicolaus Lancicius huic provinciæ Præpoſitus acceſſit, cujus opera, illa per Sereniſſimæ Reginæ legatum donata, pro regni Poloniæ & M. D. Lithuaniæ provinciis fuere, non prius publicis excepta honoribus, quam graviſſimo illuſtriſſimi Epiſcopi Vilnenſis decreto, poſt rite conſiderata publica, omni exceptione majora diplomata ac teſtimonia, fuiſſent declarata, tamquam verorum Martyrum & Sanctorum reliquiæ, publico dignæ cultu, & non juratis tantum teſtificationibus virorum graviſſimorum, ſed divinis etiam miraculis, in Acta publica relatis, confirmatæ.

quomodo circa hujusmodi Sanctorum solemnitates

B 6 *Sequitur* : Ipſorum vero SS. corporum & ſacrorum lipſanorum, ſolenni hac pompa in urbem Vilnenſem importatorum, & in deſignatis eccleſiis depoſitorum, hæc ſunt nomina ... *Ea inter* in eccleſia parochiali S. Joannis ejuſque ſæcellis ad academiam Societatis Jeſu, pro ſacra Confraternitate SS. Corporis Chriſti, *notatur* Corpus S. Tranquillini Martyris. *Aſt exiſtimare equidem non auſim, Patres noſtros Vilnenſes ſibi unquam in animum induxiſſe, apud ſe collocatum fuiſſe ſacrum corpus illius* S. Tranquillini, *de quo hoc die agimus ; ſatis enim indicat tota relatio, & præſertim pars ejus ultima, a nobis recitata, eorum corporum pleraque ex iis eſſe, quæ a Romanis cœmeteriis accepta, per orbem Chriſtianum diſperſa ſunt variis nominibus appellata, quæ eorum virtutibus aptata novimus, indice in hunc finem excuſo ; quale certe eſt illud* Tranquillini, *ſanctis Martyribus omnibus convenientiſſimum. Plura iſtiuſmodi ſacra corpora in templo noſtro Domus profeſſæ Antverpienſis honorantur, quorum unum, ſub* S. Victoris *nomine, in luctuoſiſſimo & æternum deplorando elegantiſſimæ juxta ac pretioſiſſimæ eccleſiæ marmoreæ incendio* XVIII. *Julii anno* 1718. *periiſſe dolendum eſt*.

ex iisdem Actis S. Sebastiani

C 7. *Ad Sancti noſtri geſta quod attinet, non aliunde ſecurius decerpi poſſunt, quam ex non ſemel laudatis S. Sebaſtiani Actis, unde die præcedenti ea deſumpſimus, quæ de ſancta Zoe paucis relata ſunt. Ibi cap.* 2. *graphice deſcribitur periculoſum certamen, quo ſanctorum Marcellianus & Marci conſtantia acerrime oppugnata eſt. Habes num.* 6. *matris blanditias ; proximo ſequenti* S. Tranquillini *patris, tunc adhuc etbnici*, infirmi & gravis ſenio *tenerrimas querelas, quæ vel heroicam fortitudinem frangerent. S. Sebaſtiani longa oratio & inſignia miracula nutantes confirmarunt, eoſque omnes, qui ad labefactandos SS. Martyres acceſſerant, ad Chriſti fidem ipſe convertit, ut videſis cap.* 9. *tum ſequens, omnium præparationem ad baptiſmum, quem ſuſcipiunt cap.* 11. *num.* 35. Cumque clamaret Claudius, credere ſe, & deſiderare fieri Chriſtianum, juſſit Sanctus Polycarpus, ut darent ſinguli nomina ſua. Primus itaque dedit nomen ſuum Tranquillinus, pater Marcelliani & Marci. Poſt hunc ſex amici eorum, *&c. Tum num.* 36. Igitur omnes iſti LXVIII. a S. Polycarpo presbytero baptizati, & a S. Sebaſtiano ſuſcepti ſunt. *Primi* de fonte ſani elevati *filii Claudii, alter hydropicus, alter vulneribus plenus*, ut nec ſignum in eis alicujus morbi præteriti remanſiſſet.

præmissis tur Sancti baptismus

8 Poſt hos autem infantulos Tranquillinus, pater SS. Marcelliani & Marci, qui ita podagrico & chiragrico fuerat dolore conſtrictus, ut ſicut ſupra dictum eſt, vix in manibus portaretur. Hunc dum exuerent indumentis, & ille intolerabili ſe diceret dolore torqueri, interrogat eum Polycarpus presbyter, dicens : Tranquilline, ſi ex toto corde credis, unigenitum filium Dei Dominum Jeſum Chriſtum tibi ſalutem poſſe conferre, & omnibus peccatis tuis indulgentiam condonare, proprio ore edicito, Tranquillinus reſpondit : Ego indulgentiam ſolam peccatis meis dari & deſidero & credo. Ceterum etſi poſt baptiſmatis ſanctificationem in doloribus fuero, non potero de fide Chriſti ulterius dubitare. Probavi enim & ex toto corde credens, in mea mente conſenſi, quod filius Dei ſit Dominus Jeſus Chriſtus, qui poteſt & animabus & corporibus ſalutem tribuere, & a morte æterna ad vitam perpetuam revocare. Hæc cum dixiſſet voce magna, omnes Sancti præ gaudio lacrymas E effundebant & rogabant Dominum, ut fidei ejus fructus oſtenderetur. Sanctus igitur Polycarpus confeſſor & presbyter, mox ut eum chriſmatis linivit unguento, interrogavit eum iterum, ſi crederet in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ; ſtatim ut reſpondit, Credo ; reſolutæ ſunt manus ejus, quæ erant nodoſæ, & genua ſimul & plantæ pedum ejus ita ſunt incolumes redditæ, ut acti puerulus renovatis pedibus ſuis in fontem deſcenderet, clamans & dicens: Tu es Deus unus & verus, quem miſer iſte mundus ignorat.

& eorum inter ſe connubium.

9 *Ad rei feriem intelligendam, meminiſſe oportet, cap.* 2. *num.* 4. *præmiſſum eſſe, ſanctos Marcellianum & Marcum*, non ſolum genere clariſſimos viros, ſed & facultatibus dilatatos, quorum erat pater Tranquillinus nomine, & mater Marcia vocabatur ; qui illos ſequebantur eum uxoribus eorum & filiis ; nimio enim in ſuis nepotibus ducebantur affectu. Unde factum eſt, ut ab Agreſtio Chromatio, urbis Romæ præfecto, triginta dierum indncias impetrarent, in quorum ſpatio ageretur cum eis, quatenus F ad thurificandum idolis conſentirent. *Harum induciarum tempore ea peracta ſunt, quæ totis undecim capitibus narrantur, de S. Sebaſtiani prædicatione, SS. Marcelliani & Marci confirmatione, aliorumque converſione & baptiſmo, quæque non magis ad hodiernum Sanctum noſtrum, quam ad reliquos ſpectant. Demum cap.* 12. *ad ea, quæ S. Tranquillino ſunt propria, deſcenditur, cujus Acta tribus ferme capitibus, mox tranſcribendis continentur ; quibus ſubjungendum erit martyrium ex cap.* 20. *num.* 75. *Omnium explicationes & annotationes, ut & ſingulares circumſtantiæ de Caſtulo, palatii Cæſarei ætario, Confeſſoribus hoſpitium & neceſſaria ſuppeditante, aliaque ex laudatis S. Sebaſtiani Actis repetenda ſunt.*

Ex Actis S. Sebaſtiani

Capp. XII. XIII. & XIV.

DIebus igitur acceptæ dilationis expletis, Agreſtius Chromatius urbis Romæ Præfectus

A fectus ad ſe Tranquillinum patrem Marcelliani & Marci venire jubet. Quem cum de ſuorum perquireret arbitrio filiorum; Tranquillinus reſpondit: Ad referendas beneficiis veſtris gratias nullus mihi oris ſufficit ſermo. Niſi enim currentes ſententias veſtri frena moderaminis tenuiſſent, & ego filios amiſiſſem, & me patrem filii non haberent: Congratulantur mihi omnes, quos tenet paternus affectus, & pungit caritatis ſtimulus; etiam veſtra, credo, quod mihi congaudeat celſitudo, quando morituris vita collata, & anxiis lætitia reddita, ſollicitis ſecuritas reſtituta.

aperit, ſe Chriſtianum eſſe fatetur;

2 Tunc Præfectus, æſtimans filios ejus ſuas velle idolis inclinare cervices, ait: Venienti ergo die debita numinibus a filiis tuis thura reddantur: per quæ & tu filiis perſeveres incolumis, & tibi filii condonentur. Audiens hæc Tranquillinus dixit: illuſtriſſime virorum, examinis veſtri libram ſi velitis erga me & filios meos æqua lance penſare, agnoſcere poteritis hoc Chriſtianum vocabulum magnæ eſſe virtutis. Præfectus dixit: Inſanis, Tranquilline.

B Tranquillinus reſpondit: Inſaniam paſſus ſum & animæ & corporis, ſed ſtatim ut credidi Chriſto, & animæ meæ recepi & corporis ſanitatem.

nec errare Chriſtianos, ſed gentiles,

3 Præfectus dixit: Ego, ut video, ad hoc inducias ſceleratis filiis tuis dediſſe cognoſcor, ut eos ſolum tu illos ab errore non tolleres, ſed illi te ſuis erroribus irretirent. Tranquillinus dixit: Per gloriam veſtram, nomen ipſum erroris diſcutite, & videte, quæ opera erroris nomine nuncupentur. Præfectus dixit: Tu dic, quæ opera erroris nomen accipiant. Tranquillinus dixit: Primus error eſt viam vitæ relinquere, & per viam mortis gratanter incedere. Præfectus dixit: Et quæ eſt via mortis? Tranquillinus dixit: Non tibi videtur via mortis eſſe, mortuis hominibus deitatis omen impoſuere, & figuras eorum per ligna & lapides adorare?

quod deos, non eſſe deos oſtendit.

4 Præfectus dixit: Ergo non ſunt dii, quos colimus? Tranquillinus dixit: In tantum non ſunt dii, ut legatur in codicibus publicis, & quam male ſint nati, & quam iniquos & crudeles & ſceleratos parentes habuerint; & quam

C inique & doloſe & fraudulenter vixerint, & quam miſerabiliter mortui ſint. Numquid antequam Saturnus Cretenſibus imperaret, & filiorum ſuorum carnes comederet, Deus in cœlis non erat, aut Creta inſula habebat Regem, & cœli Deum non habebant? Valde errat, qui putat Jovem, filium ejus, imperare fulminibus, homuncionem, in quo malitia & libido regnabat. Quem non perſecutus eſt, qui patri non pepercit? Aut quam ſordem non exercuit, qui ſuam germanam accepit uxorem? In foro, in plateis, in domibus, atque in omni loco quotidie legimus, quia ſordidiſſima Juno, quod & ſoror & conjunx ſuerit, gloriatur: & rapti Ganymedis honor turpiſſimus atque inceſtiſſimus, ab ipſis, a quibus Jovis colitur, non negatur. Non ergo erras, vir ſublimiſſime, qui tales colis, quales Romanæ jubent leges pro ſui facti qualitate damnari, & relicto Deo omnipotente, qui in cœlis regnat, lapidi dicis, Deus meus es, & ligno dicis, Adjuva me?

5 Præfectus dixit: Ex quo cœpiſtis blaſphemare deos, & a cultura eorum recedere, ex eo diverſis cladibus Romanus orbis opprimi-

D tur, Tranquillinus reſpondit. Non eſt verum. Nam ſi recenſeas decadas ſtylo Livii digeſtas, illic invenies Jovi thura ponentes, una die viginti tria millia Romani exercitus Juvenes cecidiſſe. Sed & illud non es immemor, quod Senonenſes Galli etiam Capitolium occupaverunt, & omnem Romanam manum ſuis ludibriis ſubjugarunt. Diverſas fames, & innarrabiles peſtes, diverſas captivitates, diverſas effuſiones ſanguinis Romanus orbis paſſus eſt, antequam unum colerent homines Deum. Nunc vero ex quo inviſibilis & verus Deus cœpit a credentibus coli, aucta pace exultat Romanum imperium. Sed quod pejus eſt, Deus, qui hoc præſtat, non cognoſcitur; ſed creaturæ ejus adſcribitur, quidquid a Creatore præſtatur.

EX MSS. Chriſtianos ob ejuſmodi clades non periſſe.

falſum non eſſe Deum.

6 Præfectus dixit: Si ille colendus eſt, qui humanis commodis aliquid præſtat, nullus ofi ſol habebitur deus, qui aſpectu ſuo terræ viſcera vegetat, ut ſemina ſuſcepta parturiat, & genuinæ ſobolis grana in culmo reſtituat, atque univerſis ſalutis noſtræ utilitatibus, & lu-

E men & reſtaurationem pariter tribuat & vigorem. Tranquillinus reſpondit: Et in hoc error eſt infinitus. Nam ſi hodie per ſervum ſuum quiſpiam clientibus ſuis tribuat, quod rogatur, infinita ſtultitia eſt, ſi neglectus ille, qui præſtitit, ſervus, per quem præſtiterit, honoretur. Et ut aliquam hujus dicti comparationem exhibeam; numquid cum naves Romanis alimenta deferunt, navibus potius quam Regibus gratiæ referuntur? Si ergo non navigantibus, ſed imperantibus, homines, quod annonantur, adſcribunt, quanto magis ſoli Deo agendæ ſunt gratiæ, cujus nutu & hæc omnibus uſibus noſtris elementa deſerviunt, & ſol ipſa quotidie terra marique periter & claditur in fine diei, & in diei iterum renovatione aperitur?

Chriſti divinitatem defendit,

7 Præfectus dixit: Si ergo unus & inviſibilis eſt, quem colitis, Chriſtum, quem Judæi crucifixerunt, non colitis. Tranquillinus dixit: Recte hæc inquireres, ſi credere deſtinares. Incredulis enim omne, quod noluit, vanum videtur. Semel enim in præceps voluntas mortalium declinans, omne quod vituperat

F vituperari deſiderat; & vult, ut laudetur ab omnibus, omne quod laudat. Sed ſapiens pro merito ſuo cuicumque rei, aut vituperationem ſuam impendere nititur, aut laudem. Præfectus dixit. Ego te de Chriſto veſtro interrogo. Si enim a vobis hoc colitur, quod iſtis oculis non videtur, Chriſtum non colitis, qui & viſus eſt, & auditus, & interrogatus, & omnia quæ humanæ fragilitati competunt, in ejus leguntur paſſione completa.

quo ſenſu humana natura,

8 Tranquillinus dixit: Audi ſimilitudinem & intellige veritatem: verbi gratia, ſi hodie annulum tuum, habentem gemmam pretioſum videas in cloaca, aut in ſterquilinio voluntatem, & ad hunc eruendum mittas ſervos tuos; illi autem nec illum poterint liberare, ſed & ſeipſos in aliquo, dum illum conantur eripere, polluerint; poſtea vero tu ipſe, deponens has ſericas, quas indutus es, veſtes, induas te ſervilem tuoicam & deſcendens in cloacam, mittas manus tuas in ſtercoribus, & annulum aureum ſimul tuis manibus

A nibus repræſentes & gemmam, præ gaudio omnes amicos tuos invitas ad epulas & lætaris ſuper annulum & gemmam, quod ſint de nimiis ſqualloribus liberata. Præfectus dixit: Hanc propoſitionem ad cujus ſimilitudinem artuliſti? Tranquillinus reſpondit: Ut oſtenderem tibi unum inviſibilem Deum nos colere.

ex nos.

ut corpus noſtrum cum auroum ſo-quatur.

9 Præfectus dixit: Et quod eſt aurum? Aut quæ eſt gemma, quæ interquirinm volutabatur? Tranquillinus reſpondit: Aurum, corpus humanum eſt, gemma vero anima eſt, quæ in ipſo corpore incluſa eſt. Corpus vero & anima unum hominem faciunt, quomodo aurum & gemma unum annulum facere comprobantur. Sed quantumvis pretioſus tibi ſit annulus, longe ſatis homo pretioſior eſt centuplum & carus Chriſto. Tu miſiſti ſervos tuos, ut annulum de ſordibus eriperent, & nulla ratione eum eruere potuerunt. Miſit & Prophetas ſuos Deus de cœlo, loquens ad eos, ut humanum genus a ſordibus hujus mundi eriperet: & nulla ratione omnino hoc facere vel inſtantia potuerunt. Tu depoſuiſti aureas veſtes, & ſervili indumento indutus, deſcendiſti in cloacam, & manus tuas miſiſti in ſordibus, ut annulum de ſordibus liberares.

B

& animam ejus gra-tuam ſordi-bus quæ-rat.

10 Exuit & ſe Majeſtas divinitatis ſuæ ſplendore, non tamen ſuperna relinquens; & induit ſe ſervili noſtri corporis indumento, & huc in cloacam hujus mundi, cœlo deſcendens, miſit manus ſuas in ſordibus paſſionum noſtrarum; & paſſionem, quæ meritis noſtris debebatur, in ſemetipſo ſuſcipiens, gloriæ nos ſuorum reddidit digitorum. Nam qui per incredulitatem volutabamur in ſqualloribus mundi, per fidem abluti a ſordibus, divinis ſumus manibus, ut ille tuus annulus, reſtituti. Numquid ſervi tui, qui te negaverunt Dominum ſuum, dum te in habitu ſervili reſpicerent, non potuerunt ut rebelles occidi? Ita & qui negant Chriſtum Dominum ſuum pro hoc, quod ſemetipſum a majeſtate exinanivit, & formam ſervi ſuſcepit, nullatenus potuerunt æterni ignis pœnas evadere. Ideo denique nobis, qui in eum credimus,

C æterni ſontis unda ſubvenit, ut æternus ignis ab æterno ſonte vincatur, & infidelitas a fidelitate ſuperetur.

Fidem profitetur & receptam ſanitatem;

11 Præfectus dixit: Ut video, non ut filios tuos ab hac intentione tolleres, popoſciſſe probaris inducias, ſed ut has aniles fabulas ad noſtra tribunalia meditatus afferres. Tranquillinus dixit: Nnn meditantur diſcipuli Chriſti, quid in conſpectu Judicum profequantur. Sic enim præmonuit, dicens: Quando poteſtatibus hujus mundi vos cauſa mei nominis tradent, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis divinitus in illa hora, quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Dei, qui loquitur in vnbis. Non ergn meditando egn, ſed credendo inveni creatorem meum, & qui eram podagricn & chiragrico dolore contractus & quaſſatus, ſtatim, ut Chriſto credidi, acſi parvulus nmnium membrorum meorum recepi ſanitatem. Conſtat ergo apud animum meum, ipſum me creaſſe, qui me renovare dignatus eſt, & ſicut dedit reſtaurationem corpori, ita quoque animæ poſt iſtam vitam dare promiſit, ſi tamen non dubius nec timidus hominum terrnribus frangar; ſed in ejus nominis confeſſione perdurans fidem integram, quam me Deus fecit invenire, conſervem.

D

minus ſy-nodorum conſentit.

12 Præfectus dixit: Ignoras, Tranquilline, quanta invictiſſimorum Principum erga Chriſtianos ira deſæviat, & ideo quaſi ſecurus, quod tibi videtur, ſine timnre profequeris. Tranquillinus dixit: Stultus timor eſt, quo plus timetur humana indignatio, quam Divina. Numquid ſi in medio canum latrantium venerimus, & vano furore nos cœperint ſuis morſibus attrectare, poſſunt nobis de anima tollere hoc, quod nos homines ſumus rationabiles, cum ſint illi canes, & irrationabiles & inſani? Ita qui nobis recte credentibus iraſcuntur, ſævire quidem poſſunt, & inferre iniqua ſupplicia; numquam tamen de corde noſtro hoc auferre poterunt, quod Dominum Jeſum Chriſtum & creatnrem eſſe credimus, & redemptorem noſtrum ac reſtauratorem eſſe gaudemus. Tunc Præfectus juſſit eum recipi a commentariis, dicens; Proxima te audiam ſeſſione.

E

Ad Chromatium rurſus vocatur, adducit S. Polycarpum.

13 Poſt hæc mittit & adduci eum ad ſe præcepit per noctem occulte, & offerens ei infinitum pondus auri, dicebat: Oſtendi mihi medicamentum, ex quo recuperaſti ſalutem. Cui Tranquillinus ait: Scias grandem iram & furorem Dei paſſuros eſſe, qui gratiam ejus vel venumdandam exiſtimant vel emendam. Unde ſi vis a podagrien dolnre liberari, crede Chriſtum filium Dei, & liberaberis, & ſicut hodie me vides, ita ſalvus eris. Nempe vix manibus deferebar, & undecim annos per omnes junctnras nervorum in corpore meo dolorum nodis aſtrictus, vix ori men panis alienis manibus tradebatur. Illico, nt Chriſtum verum Deum eſſe credidi, ſalutis meæ gaudia recepi, & ſum incolumis, quia verum Deum Salvatorem meum agnovi. Tunc Præfectus dimiſit eum, dicens: Adduc ad me, qui te Chriſtianum fecit, ut, ſi mihi promiſerit ſanitatem, poſſim & egn fieri Chriſtianus. Statim autem Tranquillinus veniens ad S. Pnlycarpum presbyterum, narravit ei omnia, quæ geſta vel dicta ſunt, & ducens eum intra domum occulte,

F

Præfecti eum aſpectibus præſentavit.

Martyrio afficitur.

14 *Huc uſque poſita a* S. Tranquillinn *principia converſionis Chromatii, quam a S. Polycarpo perfectam legere quilibet poteſt in totius dicti S. Sebaſtiani Actis cap.* 14. 15. 16. *&* 17. *Tum vero quæ in Chriſtianorum gratiam ab eodem S. Chromatio geſta ſunt cap.* 18. *quæ a SS. Sebaſtiano & Tiburtio cap.* 19. *Demum* 20. *capite incipiunt Sanctorum cædes a S. Zoe, ut die præcedenti abunde oſtenſum eſt.* Igitur celebrato martyrio ejus, venit in ſomnis B. Sebaſtiano, & narravit ei, qualiter martyrium Domini ſuſcepiſſet. Quod cum narraſſet S. Sebaſtianus, proripuit ſe S. Tranquillinus, dicens: Fœminæ nos ad coronam præcedunt, ut quid vivimus? Ipſe quoque deſcendens Apoſtolorum natalitii octavn die, ad B. Pauli Confeſſionem acceſſit: nihilnminus & ipſe perpeſſus inſidias, tentus eſt, & a populn lapidatus, mortuus eſt, & corpus ejus Tiberino gurgiti mancipatum eſt.

D E

A

DE S. ARTOTE MARTYRE D

ALEXANDRIÆ.

Ex Hieronymianis. J. B. S.

VI. JULII MUtilos & ab aliis manuſcriptis varios non nihil *codices ſuos fatetur hoc die Florentinius, recte ſupra ſubjungens, ia aliis etiam codicibus nævos reperiri.* Cum autem, *ipſo rurſus teſte*, in aſſignandis Martyrum locis accuratius ſit vetuſtiſſimum, *nempe Epternacenſe, ex ipſo deſumimus primum Martyrem* S. Artotem, *non tamen ſine aliqua formidine, ne idem ipſe ſit, qui die præcedenti ſub* Arpotis *nomine conſignatus eſt, & Alexandriæ adſcriptus. Nomen aliter efferunt codices Lucenſes,* B *dum ſcribunt:* In Alexandria, Arithonis, *ſocios ei adjungentes, quos Syriæ melius tribuis jam dictum Epternacenſe, ut infra paulo clarius patebit. Blumianum deformius nomen attulit* Arithoſi; *neque rectius Hieronymiana minora, inter quæ Auguſtanum legit* Arioti, *Labbeanum* Artoli, *Barberinianum* Arthoti, *in quibus ſociis quoque, modo uni* Zotico, *modo pluribus conjungitur, cum tamen multo veriſimilius ſit, etiam ex Florentinii ſententia, ſolum ipſum* S. Artotem *ad Alexandriam pertinere, ceteros vero ad Syriam, ut in ſequenti claſſe* E *examinandum erit.*

DE SS. MARTYRIBUS SYRIS

ZOTICO, PALLADIO, SEVERO, ZETO, PHILIPPO ET ARATORE.

Ex Hieronymianis, I. B. S.

VI. JULII LAudatus codex Epternacenſis poſt primam annuntiationem, *de qua jam diximus*, In Alexandria, Artotis, *immediate ſubnectit*: Et in Syria, Zotici, Palladii, & Severi, Zeti, Philippi, Oratoris. *Poſtremi nominis litteram primam mutare auſus ſum ex conſenſu Rhinovienſis, Richenovienſis & Regmæ Suecia, codd. Hieronymianorum parvorum, in quibus contractior quidem textus eſt, ſed idem prorſus nomen*: In Syria Aratoris. *Sicuti magis placeat* Oratoris; *ſic legatur, per me licet: modo ne claſſis illa Alexandriæ collocetur, vel cum interpolatis Lucenſibus, vel cum Corbejenſi, in quo ita habetur*: In Alexandria, Artoti, Zeti, Pallati, Philippi, Severi, Juliani. *Hic Julianus in nullis aliis codicibus notus eſt, non magis quam* Orator, *ac proinde a nobis merito excluſus. Non aliter manipulum iſtum ſex Martyrum commode ordinari poſſe exiſtimavi, cum ia aliis apographis, & præcedat & ſequatur confuſio, ut in Nevedunenſibus mox dicemus.*

C

DE SS. MARTYRIBUS NEVEDUNENSIBUS F

ZOTICO, AMANDO, ARTETE.

Ex Hieronymianis. J. B. S.

VI. JULII *IN his tribus paulo major difficultas, cum Syriæ tribuantur in nonnullis majoribus & minoribus apographis; in vetuſtiſſimo autem* Zotici *nomen hic plane præteritum ſit. Sic enim legit*: Neveduno, Amanti, Artetis. *Verum cum alibi* Zoticus *conſtantiſſime reperiatur, putavi, alius duobus annumerari ipſum poſſe. Sic habent Lucenſia*: In Syria Neveduno, Zotici, Amandi, Sichetis, *male, opinor, pro* Artetis. *Corbejenſe*: In Syrica Neveduno, Zotici, Amandi, Artetis. *Fallor, ni pateat ſatis, in his codicibus nomina iſta* Syria *&* Syrica, *ex priori annuntiatione huc male tranſpoſita: fruſtra enim in Syria* Nevedunum *quæſierit, ut ante me etiam obſervavit Florentinius. Ubinam vero propria reponendum ſit* Nevedunum *iſtud, equidem hactenus non definio. Videant harum rerum curioſi diſſertationem noſtri Januigi tomo* VI. *Junii a pag.* 17. *ubi de eo oppido accurate diſputat*, Nevedunum, *quod* IV. *&* VI. *Junii nominatur, ſub iſta propria efformatione Galliæ vindicans, ex vetuſto Martyrologio S. Savini de Levitania, a Sauſſayo edito, quod Sanctos dumtaxat Galles complectitur.*

2 *At enim cum prædictum iſtud Martyrologium de hodiernis Nevedunenſibus Martyribus nec verbo meminerit, nihil vetat, ad Dautbium* Nevedunum *noſtrum quærere, de quo vide ibi plura diligentiſſime diſcuſſa. Ceterum, quod ſupra dicebam,* Zoticum *aliquem Neveduno etiam hoc die tribuendum, tametſi &* Zoticus *alius Nevedunenſis* IV. *&* Amandus *ſeu* Amantius VI. *ejuſdem menſis inveniantur, præter apographa Corbejenſe &*

A *Lucenſe, docebunt etiam Rhinovienſe, Richenovienſe & Reginæ Sueciæ, in quibus* Zoticus *Nevedunо diſerte adſcribitur. Quamvis de cetero lubens fatear, & confuſionem Sanctorum & repetitiones in codicibus iſtis raras non eſſe. Quod autem apud* AUCT. J. B. S. *Grevenum Martyres iſti in Syria collocentur, id ex* D *audacia aliqua, ſimili Barberiniano, qui in Bedæ editione excuſus quoque eſt, profluxiſſe non dubitamus. Ex recentioribus Martyrologiis nihil hiſce accedere poteſt aut decedere,*

DE SS. ISAURO, FELICE, PEREGRINO, ERMIA, ET SOCIIS MM.

J. P.

Sylloge Hiſtorica.

SEC. IV. *Horum Sanctorum Martyrum occurrit memoria in Menæo Chiffletii, & ſic annuntiatur:* Γ τοῦ ἁγ τοῦ νυσ. Iſauri & ſociorum ejus. *Similiter eorum natalis inſcribitur Menologio Baſilii-* Cultus ſo- *no:* Ἀθλησις τῶν ἁγίων Μάρτυρος Γ τοῦ, ἡ σὺν τοῖς αὐτοῦ. Certamen ſancti Martyris Iſauri, & ſociorum ejus. *Subnectitur ſequens elogium:* Iſaurus, B diſpenſator myſteriorum Chriſti, & ſocii ejus, in civitate Athenienſi nati ſunt, imperante Numeriano. Poſtquam diſceſſiſſent a ſua patria, ad civitatem Apolloniadem profecti ſunt; &, Angelo Dei id ipſis revelante, ingreſſi ſunt ſpeluncam, in qua habitabant Felix & Peregrinus, & Ermias, qui & ipſi Chriſtiani erant. Hi ſanctum Iſaurum conſpicati, adeo ſunt gaviſi, ut facultates ſuas darent pauperibus, ſequerentur ipſum, & ſub ipſius inſtituerentur diſciplina. At propinqui eorum, conati illos traducere ad propria, ſed irrito tentamine, accuſarunt eos Præſidi civitatis; qui comprehendit illos, & capite truncavit. Iſaurus vero Chriſti diaconus, & ſocii ejus, vincti ad filium ipſius dimiſſi ſunt, ut torquerentur; & in ignem projecti, ſed abſque læſione egreſſi, plures induxerunt, ut in Chriſtum crederent. Cumque hanc ob cauſam commoviſſent Præſidem, capite minuti ſunt.

2 *Ex nota temporis, per imperium Numeriani ſuperius appoſita, facile ſtatues lector, quo circiter* tempus martyrii, C *tempore juxta hanc ſupputationem Martyres noſtri claruerunt; cum regnare cæperit Numerianus anno 283. eique anno proxime ſequenti occiſo ſucceſſerit Diocletianus. Puta itaque illos interemptos ſeculo quarto aliquantulum adulto. In Menæo Mazarinizano ſocii conjunguntur quatuor ſancto Martyri, nimirum* Baſilius, Philæmon, Ermæus, & Peregrinus *cum elogio. Satis habeo hinos ibidem appoſitos verſiculos coronidis loco ſubjungere:*

Τμηθεὶς Γ σωρὸς σὺν συνάθλων πεντάδι
Γ σώμασι τοῖσδε καρδίαν νίκην μίαν.

Cum quinque ſociis ſciſſus Iſaurus caput,
Ratione Iſauræ præditæ cor dividit.

Iſaura *urbs eſt in* Iſauria, *quæ &* Claudiopolis E *dicta eſt, teſte Ammiano apud Baudrand. Per* Iſauram intellectualem *ſeu* ratione præditam, *ego hic puto metaphoricè intelligendum Martyrum quinque agmen, cujus* cor *ſeu* medium *deinde* Iſaurus, *medius utique inter quatuor Martyres, ſeu duos utrimque, capite truncatos. Ita ego quidem alluſionem ſuperiorem in* Iſauro & Iſaura *intelligendam autumo. Sed ne minutiis hujuſmodi inhærentes, extra oleas vagemur.*

3 *Die* VII. *hujus habentur in Menæis Bibliothe-* et Socii, *cæ Ambroſianæ nomina Martyrum noſtrorum inſcripta, additis inſuper duobus aliis,* Baſilio & Innocentio, *una cum elogio; in quo illud occurrit ſingulare, quod, poſtquam* Iſaurus cum ſociis, Apollonio, Præſidis filio, traditi eſſent, & ab eodem, igne & aqua probati, & præter opinionem ab hiſce ſervati, multos ad Chriſti fidem traduxerint; inter quos erant Rufus & Rufinus, germani fratres, civitatis Apolloniadis ſpectatiſſimi. Tandem ſententia mulctati, capite truncantur. *Ms. Synaxarium P. Sirmondi refert, SS. Martyres die etiam ſeptima hujus, adjunctis quoque* Baſilio & Innocentio, *& omiſſo* Ermia, *in hac verba:* Ἀθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Γ τοῦ σὺν τοῖς αὐτῶ, Βασιλίου, Γ πρεσβυτέρου, Φίλικ & ἡ Περιγρίνου. Paſ- F ſio ſancti Martyris Iſauri & ſociorum ejus, Baſilii, Innocentii, Felicis & Peregrini. *Patet igitur ex dictis, non eumdem ubique diem cultui, non eoſdem martyrii ſocios aſſignari.*

DE S. DOMINICA VIRG. MART. *TROPÆÆ IN CALABRIA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C. I.

Obſcura memoria S. Dominicæ apud antiquos; recenter clarior facta apud Tropæenſes. Cultus & officium eccleſiaſticum.

VI. JULII. *Tropæa, civitas epiſcopalis ac maritima in Calabria Ulteriore, olim celebrior, quam modo, multis laudatur ab antiquitate, a conditore, a ſitu, ubertate & ſalubritate, a virtute bellica, viriſque* Tropæa laud. *domi ac militiæ claris, purpura quoque Cardinalitia fulgentibus: ab his, inquam, laudatur Tropæa in Præfatione prolixa ad Vitam S. Dominicæ virginis & martyris & loci Patronæ, ab Antonio Barone, Societatis Jeſu Presbytero, anno 1690. Neapoli Italice editam.*

2 *De Sancta illa, cujus hiſteriam ſcriptor iſte* De Domi- *ultra modum, fortaſſis amore patriæ, videtur ex-* nica quid Martyrolo- *tuliſſe;* gia.

A *tuliſſe; nihil invenias apud Martyrologos antiquos. Primus, quod ſciam, ejus meminit Franciſcus Maurolycus, Abbas Meſſanenſis, in ſuo Martyrologio, anno 1568. Venetiis edito, his verbis die* VI. *Julii:* In Campania ſub Diocletiano, ſanctæ Dominicæ virginis & martyris, quæ idolis fractis, igne beſtiiſque ſuperatis, decollata, migravit ad Dominum; cujus corpus Tropææ quieſcit in Calabria. *Petrus Galeſinius, Maurolyco contemporaneus, in ſuo Romanæ Eccleſiæ uſui accommodato Martyrologio, impreſſo Venetiis 1578. eadem habet paulo verboſius; fateturque in Notationibus, ſe ſua habere ex Maurolyco, at copioſius explicaſſe*, prout e priſcis tabulis accepit. *Ex illis porro eadem Sanctæ translatæ eſt cum ſimili elogio in Martyrologium Romanum. Hæc igitur tria elogia cum ejuſdem tenoris ſint*, ex priſcis, *quod ait Galeſinius*, tabulis *accepta fuerint.*

quid Ughellus, 3 *Alii deinde alia recentius & liberius adjecerunt. Ughellus ſic ſcribit tomo 9. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Tropæenſibus*: Sanctam Dominicam virginem & martyrem, tutelarem Divam Tro-
B pæenſes adorant, quæ ſub Diocletiano imperatore cum fregiſſet idola, ad beſtias damnata, ſed ab illis nil læſa, demum capite obtruncato, migravit ad Dominum. Natalis ejus agitur VI. Julii: cujus corpus aſſervari ajunt in cathedrali, Deiparæ virgini Aſſumptæ dedicata. *Hactenus convenienter Martyrologio: quæ vero ſubdit paulo poſt, ex bodierna Tropæenſium opinione acceperit; quod* porro S. Dominica in hac diœceſi nata, ſub Diocletiani perſecutione martyrii palmam accepit in Campania. Ejus corpus, ad natale ſolum ab Angelis translatum, ſumma veneratione colitur. In ejus honorem pii fideles eccleſiam condiderunt, ac cœnobium excitarunt.

quid Gregorius de Laude habeant. 4 *Ejuſdem cum Ughello ætatis ſcriptor Gregorius de Laude, altas de Lauro, Abbas Sagittarienſis, in geſtis beati Joannis Joachim Abbatis, anno 1660. Neapoli vulgatis, pag.* 311. *agens de quadam antiqua eccleſia* S. Dominicæ; *quam opinatur imperante Diocletiano exſtructam fuiſſe, ita pergit:* Siquidem S. Dominica, circa annum CCLX. ex Dorotheo & Arſenia, in quodam pago Tropæenſi lata, & in fide catholica optime enutrita; proinde cum ſanctis genitoribus in Campaniam ad
C Diocletianum traducta; a quo, poſtquam illa ſimplici ſputo perfregiſſet idola; ad meretrices, ad ignem, ad beſtias & ad rotam damnata, & numquam in aliquo læſa, & tandem capite obtruncata (cujus corpus, ad natale ſolum ab Angelis translatum, ſumma veneratione recolitur) tale ſuæ ſanctitatis præbuerat experimentum, & fidelium pectoribus devotionem ingeſſerat, ut etiam Chriſticolæ, illi (qui, ut ejuſdem Diocletiani tyrannidem evaderent, ad latifugia ſe receperant) eccleſias erexerint ac ejus nomini dicaverint circa annum Domini CCCI. eodem tyranno imperante: ut illius memoria excitati, ſecuri pervenirent, conſummato agone, ad ſupernæ civitatis gaudia. *Hæc a me citata præcipue ſint, ut cognoſcatur, qualem ideam ſcriptor ille habuerit de geſtis & martyrio* S. Dominicæ, *qua de agimus.*

Eccleſia S. Dominicæ ſatis antiqua. 5 *Interea quod meminit de eccleſia* S. Dominicæ, *quam ait* antiquiſſimam *fuiſſe, facile concedam*; *non item, quod extructa fuerit anno Chriſti* 302. *ac nomini ejuſdem* S. Dominicæ *dedicata, Diocletiano adhuc imperante. Anno* 1200. *ſub extitum vitæ B. Joannis Joachim abbatis inſti-*

ſtitutoriſque Congregationis Florenſis, adhuc ſtabat D *eccleſia* S. Dominicæ *cum adjuncto monaſterio monachorum Benedictinorum in loco Fluminis Frigidi, diœceſis Tropæenſis, ubi paulo poſt ædificatum fuit monaſterium B. Mariæ Fontis Laureati, Ordinis Florenſis; atque ita titulus* S. Dominicæ *obliteratus fuit. Hæc ſolidiora ſunt, conſtantque ex literis fundationis, per Simonem Mamiſtran, Dominum Fluminis Frigidi factæ, ſignatis anno* 1201. *approbatis per Richardum epiſcopum Tropæenſem anno* 1202. *& confirmatis per Innocentium PP. III. an.* 1203. *Litteræ iſtæ legi poſſunt apud ipſum Gregorium de Laude a pag.* 311. *& apud Ughellum tom.* 9. *a col.* 633. *Poteſt igitur iſta* S. Dominicæ *eccleſia ſeculis tribus quatuorve prius conſtructa fuiſſe (ſi tamen tam din) ac merito antiquiſſima dici: tametſi ad tempora Diocletiani ejus origo non attollatur.*

6 *Similia, atque duo citati Auctores, de Do-* Recentiores *minica memorant alii, recentiſſimi omnes, non* de ipſius geſtis *tamen eadem ſententia: & plura quam ceteri, memoriæ Antonius Baro in ſua* Dominicæ *vita, oratoria potius verboſitate, quam hiſtorica narratione æſtimanda. Hic ad calcem operis ſui collegit* E *elenchum Scriptorum, quorum opera ipſe uſus eſt. Illi autem omnes intra hæc noviſſima duo ſecula vixerunt; ut nihil inde de veritate rerum, mille quadringentis ante annis a ſingulari perſonæ geſtarum, illorum auctoritate prudenter concludi poſſit. Primo tamen loco proponit in ſuo elenchо, citatque vitam S. Dominicæ*, quæ conſervatur, *in quo*, in bibliotheca eccleſiæ Salvatoris Græcorum, civitatis Meſſanenſis, atque extracta eſt ex eorum Menologiis & Officiis eccleſiaſticis. *Talem (quæ aliquatenus antiqua foret) optabam videre vitam aliquam. Sed videor mihi noſſe, inde expectandam non eſſe. Nam, quam Baro hic vocat vitam* S. Dominicæ, *ipſe impreſſit in ſuo opere, Græcolatinam: nec eſt aliud quam* Ἀκολουθία, *a Græcis in divinis Officiis intermiſceri ſolita, per modum hymnorum & ſequentiarum, ut vocant Latini; e quibus vix quidquam deduci hiſtorice poteſt ad cognoſcenda vere geſta, utpote quæ verſantur fere in meris laudibus, ex ingenio hymnographi depromptis, ad honorem Sancti, cujus Officium canitur.* F

7 *Secundo loco citat* Lectiones, approbatas *& ſuffrag.* Romæ a ſacra Rituum Congregatione, anno *tat.* 1670. *pro eccleſia Tropæenſi; ratus inde omnimodam veritatem acquirere res hiſtoricas, prout in Lectionibus, quæ ad uſum ſingularis eccleſiæ petuntur approbandæ, narrantur. Sacra Congregatio in iſtiſmodi non ſolet ſpondere pro veritate hiſtoriæ, ſibi oblatæ; ſed potiſſimum dijudicare, an nihil in illis ſit, quod a cunctorum fidelium ſenſu abhorreat, aut ſacris canonibus, in breviario Romano præſcriptis, adverſetur. Tertio loco citat* Lectiones de S. Dominica magis antiquas, extractas ex breviario Gallicano. *Fateor, lectiones illas magis antiquas eſſe, quam ſint, quæ anno* 1670. *a Congregatione Rituum fuerunt approbatæ: vix tamen majorem, quam trium ſeculorum ætatem habent. Sed non capio, quale breviarium illud Gallicanum ſit, quod eccleſiæ Tropæenſi in Calabria, longiſſime a Gallis remotæ, ſubminiſtraverit lectiones de ſua* S. Dominica *proprias, antequam ipſa tales haberet. Atque hæc ſunt ſubſidia, quibus Antonius Baro putat, ſuam* S. Dominicæ, *ſub imperatore Diocletiano paſſæ, hiſtoriam ſufficienter probari.*

A AUCT. C. J.

8 *Ego antiquiora deſidero. Quæ dum quæro apud Martyrologos noſtros Latinos, nullum inveniо ante ſeculum* XVI. *uti jam inſinuavi, qui vel nomen habeat hujus* S. Dominicæ, *ne quidem Pulſanenſis Martyrologii collector, qui in regna Neapolitano ſcripſit ſeculo, uti videtur,* XIV. *aut* XV. *Scriptum Latinum, quod de geſtis* S. Dominicæ *agat, antiquius non habeo (quamvis ipſum non valde antiquum ſit) quam quod Antonius noſter Beatillus olim Neapoli ad nos miſit* ex vetuſto breviario Cleri Tropæenſis, pro die feſto ſanctæ Dominicæ virginis martyris. *Continet tres lectiones, a clero recitari ſolitas. Sive autem illæ ex memorato breviario Gallicano deſumptæ, ſive ab ipſis Tropæenſibus, quod veroſimilius videtur, compoſitæ ſint, nihil id magnopere ad rem facit. Lectæ ſaltem fuere olim in eccleſia Tropæenſi atque adeo illic probatæ.*

Scriptores qui ſint antiquiores, apud Latinos,

quæ apud Græcos

9 *Ad faſtos Græcos quod ſpectat; nota eſt* S. Cyriaca M. *in Typico S. Sabæ, Horologio Græco, Menæo Cbiffletii, ſed die* VII. *hujus (quo etiam ſignatur in Actis, mox dandis poſt hunc Comm.) item in Menologio Slavo-Ruſſico. Supplementum ad Menæa Græca excuſa, e Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii, eam refert die* XXVI. *Julii, hiſce verbis:* Ἀθλησις ἁγίας καὶ παρθένου Κυριακῆς, ἧς ἡ μνήμη γεγένηται Δομετίου καὶ Εὐσεβίου. Paſſio ſanctæ ac ſemper virginis Cyriacæ, & parentum ejus Dorothei & Euſebiæ. *Quæ annuntiatio diſtincte noſtram Martyrem indicat, ut patet ex nominibus parentum, eidem adjectis. Diverſam vero Cyriacam ab hac, qua de jam agimus, ponit die* XIX. *Maii in Actis ſuſpectis S. Philetæri Martyris, ac Chiffletii Menæis cum verſiculis duobus, inde colligas, quod hæc ibidem dicatur igne martyrium conſummaſſe. Vide etiam ea, quæ inter Prætermiſſos dicta ſunt, eadem die* XIX. *Maii.*

B

Sanctæ parentes, nati vitæ, commendatio,

Sanctæ apud Maximianum Cæſarem Nicomediæ,

torquentur

10 *Scriptum quoque Græcum de eadem Sancta, ſub nomine Græco,* Cyriaca, *habemus e Synaxario Ms. noſtri P. Jacobi Sirmondi; in quo pro die* VI. *Julii notatur:* Μνήμη ἁγίας Μάρτυρος Κυριακῆς. Memoria ſanctæ Martyris Cyriacæ. *Subjunguntur verſiculi duo de eadem Sancta, & elogium non inconcinnum, complectens compendium vitæ. Poteſt ſcriptum fuiſſe ſeculo* X. *aut* XI. *certe ſtylus habet aliquid fameſi Metaphraſtis, præſertim in multitudine ac diverſitate ſupplitiorum, quibus Martyr cruciata fuerit. Hanc porro* Cyriacam *Græcorum, eamdem eſſe cum* Dominica *Latinorum; & hoc elogium Græcorum eſſe antiquius, quam ſcripta Latinorum illa de re, colligitur tum ex hiſce elogii verbis:* Γεννᾶται δέλτα παιδίον εἰς ἡμᾶς κυριακήν, ἐπονομασθὲν αὐτῷ Κυριακόν. Parentes filiolam, quod die Dominica ſibi nata eſſet, appellaverunt Cyriacam *Græce, quod eſt Latinis* Dominica; *tum ex eo, quod pleraque, in elogio Græco memorata, de* Cyriaca *referantur etiam in Latinis de* Dominica: *quod præcipue patet in Martyrio & varius tormentorum generibus, quæ utrobique eadem fere ſunt; uti & tempus martyrii* ſub Diocletiano; *& nomen patris* Dorotheus, *& alia.*

C

quæque hic dabuntur.

11 *Hæc duo monumenta Mſs. putamus hic per typos conſervanda, non tamquam omni ex parte nobis probata, ſed tamquam vetuſtiora. Et primo quidem ipſo dabimus Græca veluti primigenia; deinde Latina, in tres Lectiones, pro Officiis divinis olim recitari a clero Tropæenſi ſolitas, diſtributa: ut ſic quivis per ſe poſſit cognoſcere, quid in hiſtoria de geſtis* S. Dominicæ, *ante annos mille & quadringentos martyrium paſſæ, antiquius, quid recentius ſit; cum illiſque conferre, quæ nunc demum recentiſſime de eadem ex traditione & conjecturis narrantur. Elogium Græcum nihil meminit de patria ſanctæ ſive* Dominicæ *ſive* Cyriacæ; *parentes ejus appellat Dorotheum & Euſebiam; atque, illos quidem, verberibus excepiſſe, a Diocletiano miſſos fuiſſe ad Juſtum ducem; filiam vero ad Maximianum (vectius diceretur ad Maximinum) Cæſarem Nicomediæ; ipſamque invenuiſſe, in Bithynia Aſiæ provincia poſt multos cruciatus obiiſſe; nec verbum habet de loco ſepulturæ aut translatione corporis. Primo verſiculos exhibeo, quos ſequatur dictum elogium, a Pinio noſtro ſic latine reddita.*

D

Κυριακὴ δεινὸν, ἢ τορὸν φάσμα,
Προφρίσσει πλὴν ἢ πλουτεῖ ξίφει.
Quamvis Cyriaca mortua ictum prævenit,
Tamen expetitus Martyrem gladius facit.

E

12a In diebus Diocletiani imperatoris, Dorotheus quidam Chriſtianus & Euſebia conjux ejus, liberis carentes, Deum orabant, ut ſibi daretur fructus lumborum ſuorum, ut illum Den offerrent. Cum autem genuiſſent puellam in die Dominica (*illa Græcis* Cyriaca *dicitur*) Cyriacam ipſam cognominarunt; baptizatamque & ſapientia Domini inſtitutam educantes, virginem ſervarunt, utpote quam vellent Deo offerre. Exorta vero perſecutione, traditi ſunt Diocletiano imperatori; qui poſtquam eos in quæſtionem adduxiſſet, & cecidiſſet, parentes quidem miſit ad Juſtum ducem, Cyriacam vero ad Maximianum Cæſarem Nicomediæ.

13 Hic iterum quæſtionem inſtituit; cumque illam in fide firmam & inconcuſſam inveniſſet, humi proſtratam, multis horis verberavit. Sancta vero orante, in furias agebatur Judex adverſus non obſequentes; dixitque ad ipſum Sancta; Non fallo, Maximiane, numquam mei dominaberis, Deo me juvante. Et tranſmiſit eam Hilariano præſidi Bithyniæ; qui illiam denuo percontatus, ad idolorum templum adduxit. Ipſa autem ubi oraſſet, magnus terræ motus factus eſt, omniaque templi ſimulacra delapſa, diffracta ſunt, & comminuta, tamquam pulvis; & turbo venti ſuperveniens, diſperſit pulverem in aera, ac fulgur ignis accedens, Hilariani præſidis faciem combuſſit; qui e ſolio delapſus, exſpiravit.

F

oratione vertit genuflexi;

14 Poſtquam autem alius Præſes, ipſius ſucceſſor, veniſſet, omnia edoctus, Sanctam flammis adjudicavit; accenſaque magna pyra, ipſam in medium projecerunt. Hæc autem manibus ſurſum extenſis, multo tempore Deum oravit; cumque ſudus ac purus eſſet aer, nebula e cœlo deicendit, omnemque ignis vim extinxit, Martyre neutiquam læſa. Porro Præſes, feras in ſtadio contra ipſam diſſolvens, nihil profecit. Nam feræ pedibus ejus advolvebantur; propter quod multi crediderunt in Chriſtum.

obiit in pace.

15 Dein Sancta in carcerem conjecta fuit, ac poſtridie, cum præſideret Præſes, ſententiam adverſus eam tulit. Lictores ipſam apprehenderunt, & eduxerunt extra civitatem, ut capite truncaretur. Quæ, poſtquam petiiſſet tempus orandi, & Chriſtianos, qui ipſam ſequebantur, inſtituiſſet, inclinata in terram, quievit in pace. Milites vero mortuam conſpicati, obſtupuerunt. Et facta eſt ad ipſos vox: Diſcedite, fratres, & narrate omni-

A omnibus magnalia Dei. Illi autem abeuntes, glorificaverunt Deum.

De Actis Græcis

16 *Dictum elogium valde conſonat Actis paulo prolixioribus, poſtea hic dandis, quorum compendium eſt. Notantur excerpta eſſe e pervetuſto codice Calabro bibliothecæ Ambroſianæ, non addito nomine Auctoris. Quid ſi cum proportione iiſdem applices ea, quæ ſupra de ætate & charactere elogii dicta ſunt? Sane videtur non parum in illis reluceve Metaphraſtes; ſive tormentorum coacervationem varietatemque, ſive colloquia, identidem recurrentia conſideres.*

& Latinis.

17 *Acta Latina, Græcis recentiora, ſive Lectiones, quas olim eccleſiæ Tropæenſi fuiſſe in uſu diximus, narrant, Dominicam* in civitate Campaniæ ortam *fuiſſe; patrem habuiſſe* Dorotheum, *matrem vero* Arſeniam; *parentes a Diocletiano in exilium miſſos* ad Euphratis fluminis partes, & Domnicam *Maximiano cæſari præſentatam: demum in fine addunt,* Corpus ejus miraculoſe Tropæam Calabriæ delatum fuiſſe, quæ quondam Magna Græ-

B cia dicebatur. *Denique recentiſſimi ſcriptores aliquot, alii ex aliis, nunc proiunt* Domoicam *in civitate Campaniæ martyrium ſubiiſſe; poſtridie vero martyrii, inde per manus Angelorum corpus fuiſſe deportatum Tropæam in Calabria: inquirunt etiam in circumſtantias rerum, de quarum facto nihil ex Actis conſtat; videlicet, an* S. Dominica *locum natalem habuerit civitatem Campaniæ, aut ipſam Campaniam civitatem, an vero Tropæam in Calabria. Addunt alia ex ſuo ingenio; paulo antiquioribus, nedum antiquiſſimis, ignota.*

Varia nomina, præſertim Euphemiæ,

18 *Ut vero* Dominicæ *gloriam latius extendat* (*quaſi vero ea Sanctæ gloria ſit*) *variis ipſam nominibus baptizat Baro pag. 75. appellans* Euphemiam, Siculam, Palmam, Martam, Battonam, Nicetriam; *atque hæc nomina ſint* Domoicæ *propria apud diverſas nationes; omniaque eamdem perſonam ſanctamque notent* Dominicam. *Vanæ cogitationes hominum!* S. Euphemia *ſub Diocletiano celeberrima Chriſti martyr fuit Chalcedone in Bithynia, antiquorum Patrum atque Hiſtoricorum ſcriptis celebrata; ubique terrarum in Aſia, Europa,*

C *Africa, ædificatis ejus nomini eccleſiis & ſingulari cultu honorata. Et hæc in Calabria & diœceſi Tropæenſi mutuata ſit nomen ſuum a* S. Dominica, *nullis olim Patribus aut Hiſtoricis vel nomine cognita? Ejuſdem Euphemiæ nomen hucuſque ſervat ſinus maris, qui Tropæam alluit,* vulgo dictus, Golfo di ſanta Eufemia. *Ejuſdem, jam tum ſub finem ſeculi IV. gloriabatur S. Paulinus, epiſcopus Nolanus, ſe in ſua S. Felicis eccleſia reliquias habere, ita canens Natali 9. pag. 610. in editione Roſweydi:*

Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris,
Signat virgineo ſacratum ſanguine litus.

Fuit enim Chalcedon prope a mari in Bithynia, Aſiæ minoris provincia ad Propontidem.

19 *Pronior ſuſpicio eſſe poſſit, cur eadem Sancta a Tropæenſibus duobus nominibus,* Dominicæ *atque* Euphemiæ *appellata fuerit; quia amatores* Dominicæ, *quæ tunc obſcuri nominis erat, nec acta propria habebat, illa mutuati fuerint a S. Euphemia: atque inde Euphemiam quoque ſuam* Dominicam *appellaverint. Certe Euphemiæ Acta, apud Surium XVI. Septembris legenda, multum affinitatis habent cum iis, quæ turde collecta fuerunt ſub nominibus* Cyriacæ *ac* Dominicæ; *præſertim in illis, quæ ad martyrium ejuſque modum ſpectant: quin & palæſtra martyrii, quam conſtat Euphemiæ Bithyniam fuiſſe, tribuitur etiam S. Cyriacæ,*

Dominica aſſicta,

atque adeo S. Dominicæ *in dicto elogio ſuo. Hinc porro deduceretur, corpus* S. Dominicæ, *quod, uti ſcribit Ughellus, Tropæenſes* ajunt aſſervari in Cathedrali ſua, Deiparæ Virgini aſſumptæ dicata (*alii ajunt, alibi latere; quæſitumque operoſe, nondum fuiſſe inventum*) *non aliunde, quam ex Bithynia ad ipſos, quocumque demum modo, allatum fuiſſe. Quod item poteſt anſam dediſſe, cur* Euphemiæ *ac* Dominicæ, *in eadem provincia Bithynia paſſarum, atque apud Tropæenſes, alterius miraculis, alterius corpore, notarum, confuderint aliquando nomina.*

D AUCT. C. J.

ubi & Hadriani ex Nicetria.

20 *Alia* S. Dominicæ *nomina ſupra enumerata, magis peregrina ſunt & aliunde minus nota, nec a nobis inquirenda. Unum autem, quod pag. ſequenti ſcriptor ſuperaddit,* Hariola, *ejuſque origo plane fabuloſa cenſeri poſſunt. Scribit, Julianum apoſtatam, infeſtiſſimum reputaſſe nomen* Dominicæ, *propter innumera & ſtupenda miracula, quæ ad ejus invocationem paſſim fiebant. Hinc eumdem Apoſtatam promulgaſſe edictum, quo mirabilia* Dominicæ *ſigna depingebantur, tamquam*

E *præſtigia dæmoniaca magorum, juſſitque ad abolendum* Dominicæ *nomen, ipſam ab omnibus* Hariolam *deinceps nominari, atque eccleſias omnes, a fidelibus ejus nomine dedicatas, æquari ſolo. Tunc ſubnectit Scriptor ſingulare exemplum, quod Siculi, populus Daciæ (nunc Tranſilvaniæ) denuo adficarunt* S. Dominicæ *eccleſiam ſub nomine* Nicetriæ: *quo intellecto, miſit continuo Julianus, qui illam demolirentur, voluitque inſuper rogionem ipſam ignominiæ cauſa deinceps appellari* Hariolam.

An Dominica nomen & geſta, ſub Juliano Apoſtata ubique,

21 *Hæc compendio & ſpeciminis ergo, libuit annotare ex hiſtoria Baronii loco citato. Vellem antiquiorem rei teſtem adduxiſſet, quam ſint ſchedæ Scipionis Scombati poſthumæ, quas tantum citat, oblitus notare, an a viro adhuc ſano, an deinde conſcriptæ fuerint. Certe ne ſano quidem atque eruditiſſimo, talia poſt tot ſecula commentanti, tuto credi poſſet. Fatetur Baro non uno loco, Patres & Hiſtoricos paulo antiquiores nihil meminiſſe de* S. Dominica. *Hoc autem loco exiſtimat, ideo Patres, qui alias ſanctas Virgines ac Martyres, Soteram, Agnetem, Luciam atque alias ſimiles, ſuis ſcriptis impenſe laudarunt, ſilentio tranſiiſſe* Dominicam; *quia ejus nomen Julianus ubique abolevit ejuſque eccleſias deſtruxit, magnaque & ſtupenda miracula magicis artibus imputari per edictum publicum juſſit.*

poſſint eadem ſcriptoribus omnibus ignota fuiſſe.

F *& nunc demum, nullis poſſe,*

22 *Mirabilis ratiocinatio! Unde celebrior & immortalis fieri debuiſſet memoria* S. Dominicæ, *inde concludit, illam penitus fuiſſe obliteratam. Si enim tam celebre fuit nomen* S. Dominicæ *tempore Juliani; ſi tot ei dicatæ extiterunt eccleſiæ, eæque ſimul omnes (nam ultra biennium non imperavit Julianus) & ubique fuerunt deſtructæ; ſi tam frequentia ſtupendaque miracula per orbem vulgata fuerunt, uti ſcriptor adſtruis: quomodo fieri potuit, ut talium, publice geſtorum, Patribus aliiſque ſcriptoribus, qui poſt martyrium* Dominicæ, *ante imperium Juliani, quibus ſub ipſo, & ſecutis temporibus floruerunt plurimi, nihil innotuerit? Si tamen id fieri potuiſſe putas obſtinate, omniaque illa publice geſta, una cum Juliano, in terra, oblivione perpetua, fuiſſe ſepulta; dic, ſodes, quis nunc tandem ætate noſtra, poſt tot ſecula oblivionis, omnia illa geſta ſuſcitavit a mortuis, atque tam clara in luce poſuit, acſi ipſe vidiſſet audiviſſetque coram omnia? Dicis præterea,*

miſſima eſſe.

AUCT. C. J.

A nomen S. Dominicæ, *tunc calaberrimum*, per Jubilæum publico edicto fuiſſe mutatum in Hariolæ. *Quis illud edictum vidit? Quis legit? Quis ejus meminit? Nemo certe ibi legere nomen novum* Hariolæ *potuit, quin ſimul cognoverit, cujus loco fuerit ſubſtitutum. Sed horum nullus teſtis. Æque igitur nomen* Hariolæ, *atque geſta Juliani & edicta ejus contra* S. Dominicam, *quæ tot ſeculis ſilentio ſepulta fuerunt, aut potius numquam facta ſunt, nunc demum producuntur & ſcribuntur ut vera.*

Traditio populorum, quæ ſæpe caveſ poſſis.

23 *Sed nolim ego hiſtoriam aut potius panegyrim, recentiſſime excogitatam de rebus antiquiſſimis juxta & obſcuriſſimis incertiſſimiſque refutando, oleum & operam perderem. Opus illud publici* D *juris eſt, ut poſſit a quovis legi. Mihi ſufficit indicaſſe, nihil inde præſidii poſſe trahi ad aſſtruenda nunc antiqua* S. Dominicæ *geſta. Quidquid de illis ſcire nunc poteſt, id eſt de parentibus & loco natali* Dominicæ, *de loco item & modo martyrii, de translatione corporis, & alia, peti debent ex Actis, quibus antiquiora non habentur monumenta; traditione populari, duorum triumve ſeculorum, de factis ſingularibus & antiquiſſimis nihil obtinente, niſi illa in Actis, aliiſve reſpective veteribus ſcriptis fundetur, aut antiquis monumentis, puta templis, ſepulcris, certa corporum præſentia, vel ſimilibus, fulciatur.*

de factis ſingularibus antiquis.

ACTA GRÆCO-LATINA

E pervetuſto codice Calabro bibliothecæ Ambroſianæ, f. N. n. 151. Interprete J. P.

B

CAPUT I. E

S. Cyriacæ parentes; eorum, nec non ſanctæ Martyris in fide conſtantia.

Sanctæ Cyriacæ parentes,

DOrothei patris, matriſque Euſebiæ, vitam veritati conformem viventium, familiam illuſtravit a teneris unguiculis Cyriaca filia, quam ſuſceperunt. Quo tempore Diocletianus & Maximianus Cæſares jura dabant, vix dum Chriſtianorum cuiquam per malignum, bonique oſorem diabolum loqui licebat. Non igitur eriminari deſtiterunt ſervos Dei, collucentes faces in tenebroſis locis. Et vero tum cæleſte eos bravium urgebat, tum operarii iniquitatis ſub auſpiciis diaboli, dogma Chriſticolarum invidinſe vellicabant in dies; tum nonnulli ſervorum Dei, intimo lætantis animi jubilo geſtientes, hymnos gratiarum actionis Domino offerebant. Atque hi, qui accuſabant apud impium Imperatorem, a erudeliſſima C ſanguinis ſiti non ceſſabant. Dein Chriſtiferum rapientes gregem, ad impiiſſimum Diocletianum deducunt.

eorumque ad filiam,

2 (Tum Parentes Cyriacæ) venientes occulte, ac libertate ſua utentes, Virginem producunt in medium, & ſic ipſam alloquuntur: Domina filia, caſtitatem tuam cuſtodi; ſicut præclara Chriſti virgo, intaminatam ſerva carnem tuam: lampadem tene erectam; quando ad ſponſum immortalem Chriſtum, qui te vocat, ingrederis, ut admittaris tamquam oblatio, pro parentibus tuis ſecundum carnem, legatione functura; patremque tuum Chriſtum, & Mariam matrem tuam, immunem maculæ columbam, exoratura, ut per te, Filiæ, nobis locus requiei detur.

pro ſervanda virginitate & vera religione hortatio.

3 Obnixe ergo precatis & obteſtatis divinam bonitatem, nobis ut donavit; & nos Chriſto te obtulimus, carnis primitias, ut in domo Dei pro nobis ores. Nam ecce incides in manus impii Diocletiani, & varia ſupplicia te manent. Bonum tuum certamen abſolve, ut ad conſpectum regis Chriſti ingrediaris. Tyranni ergo enmminationes, &, quam intellexeris, hominis mortem, ne metue: ſed enim hominibus, mori nolentibus, mors imminet; at vero juſtis mors nnn eſt, ſed

Ὀνόματι Δωροθέου ὑπάρχου ἦν βιωσάντων σὺν τῷ ἁγιωτάτῳ Δωροθέῳ πατρὶ τῆ Εὐσεβίᾳ μητρὶ Κυριακὴ θυγάτηρ ἐνδοξοτάτη ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων. Ἐβασιλεύσαν μετ' ὀλίγον ὁ χαρὶν Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς οἱ τύραννοι, ὅτε οὐδὲ μόλις τινὰ τῶν Χριστιανῶν ἐξῆν ὄφιν τὸν πονηρὸν καὶ μισητὸν τὸν διάβολον· οὐκ ἐπαύοντο δὲ διαβάλλοντες ἐνοχλοῦντες τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, λύχνους φαίνοντας ἐν σκοτεινοῖς τόποις. Προτρέποντο δὲ αὐτοὺς οἱ ὁ F πονηρότατοι βραβεῖον. ἐβόσκοντο δὲ ὑπὸ τοῦ διαβόλου οἱ τοῦ φιλοχρίστου δόγμα πᾶσαν ἡμέραν οἱ τοῦ ἀδίκου ἐργάται. Ἅμα δὲ κατακρινόμενοι ὑμνολογοῦντες τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ πατέρα, ἀκαταπαύστως ἐδόξαζον τὸν Κύριον. Καὶ ὅτε διαβάλλοντες οὐκ ἐπαύοντο τὸν πανεύφημον βασιλέα, οὗ ἡ βασιλεία αἰωνόβιος. Ἐπὶ τοῦ Χριστοφόρου τοῦτον ἀρτίσαντες, ἀπάγουσιν τῷ ἀνοσιωτάτῳ Διοκλητιανῷ.

2 Ὅτε εἰσῆλθον καθ' ἑαυτῶν ἐλθοῦσα κατέχουσι αὐτὸν μέσον τῆς Παρθένου, καὶ λέγουσιν αὐτῇ· Κυρία θύγατερ, φύλαξον σου τὸ ἁγνίαν, ἵνα Χριστῷ σωθῇς· ὅταν ἔλθῃ σε πάρεσις τὸ κάρπα, ἑρμῆ σου τὸ φῶτα τὸ λαμπάδα, ἵνα μέλλῃς ἀπιέναι εἰς τὸ ἀθάνατον γυμφῶνα, πρὶ τὸ καλέσῃ σε Χριστὸν, ὅπως ἂν δεχθῇς εἰς προσφορὰ, προσβάλουσα ὑπερ ἐμῶν σώρκα σῶν γονέων, καὶ δυσωπήσῃ τὸ σωτῆρα σου Χριστὸν, καὶ Μαρίαν τὸ μητέρα σου, τὸ ἀσπιλον, περιστερὰν ἵνα ἡμῖν δώσῃ τόπον ἀναπαύσεως ἐξ' σῦ, τέκνον.

3 Ποῖα δὲ εὐδοξόμεν καὶ ὑπισχνούμεν τὸ ἁγαθὸν Θεὸν, καὶ ἐχαρίσατό σε ἡμῖν, καὶ ἡμεῖς προσενέγκαμεν σε τῷ Χριστῷ, παρτοφορίαν σαρκὸς, ἵνα προσδέχηται ὑπὲρ ἡμῶν εἰ τῷ οἴκῳ τὸ Θεῖ. Γὰρ τὸ θυσίαν ἔχεται εἰς σὲ χεῖρας τὸ πανεύφημ Διοκλητιανὸ, καὶ τὸ ποικίλους πολυτελίσαι· πλησίον σε τὸ ἁγ. δὸν ἀγῶνα, ἵνα ἀτενίζῃς εὐπάτειαν τὸ βασιλέως Χριστὸ. Μὴ δὲ φοβηθῇς τὸν ἄνθρωπον τὸν τύραννον, καὶ εὐτυθάνατον δάνατον τὸ ἀνδρῶν. Καὶ τὸ μὲ βουλομένοις τὸ δάνατος ἀπαντᾶ τοῖς ἀνδρώποις· ἀν ἔστι δὲ τοῖς δικαίοις

Dei-

A διανοῦ, ἀλλ' λύσις ἀπὸ σώματος, ψυχῆς ἐ ἀνάπαυσις. Καὶὼς ἀνιστάμενοι διδάσκουσι τὰ παιδία, ἐνίσσουσι αὐτοῖς οἱ ὑπηρέται, οἱ ἀμὲ συμβάλλοντες ἔτος Μαχηδίᾳ, παρίστασιν αὐ βήματος αὐ Διοκλητιανῦ. Εἰσαχθέντων ἢ αὐτῶν, ὁρᾷ αὐτοὺς, λέγων·

4 Εἴπατέ μοι, τίνας θρησκείας ἐστέ, ἢ τίνα σέβεσθε θεόν; Ἀποκριθέντες ἢ οἱ Ἅγιοι, ἔφησαν· Τί δέλεις περὶ Θεῦ, βασιλεῦ, ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων ἴδεν, ἢ ἢ ἰδεῖν δύναται; φοβερὸς γάρ ἐστιν ἢ πῦρ ἐνάντιον αὐτῦ προπορεύεται, ἢ φλογιεῖ κύκλῳ ἔτος ἐχθρὸς αὐτῦ, καὶ ἐὰν ἀπέσωσιν περὶ αὐτῦ οἱ θεοί, εἰς ὃν ὑμεῖς πλανᾶσθε ἀναστάμενοι, πυκάνονται ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. Βασιλεῦ γάρ ἐστι καὶ ἔτος αἰώνιος. Ἀποκριθεὶς ἢ ὁ Διοκλητιανός, ἔφη· Μὰ τὸν ὑμῶν σωτῆρας καὶ ἢ ἢ θεὸν ὑμέτερον, ἢ φιλίαν· ἐὰν μὴ πίσθητε τοῖς ὑπ' ἐμῦ λεγομένοις, καὶ θύσητε τοῖς ἀσεβέσιν ἢ αἰωνίοις θεοῖς, ἐκ ἀνυχάσω ἔως ἂ ἐξολοθρῦ τὸ γένος ἢ Χριστιανῶν, ἴν' ἔτος εἰς ἔτος θεὸς μεγίστω τρόπαιον ἔχων, ὑπὲ παίτας δέξηται.

B 5 Νῦν ὃν πίσθητί μοι, ἢ τοῖς θεοῖς θύσατε. εἰ ἢ μή, ἀσυγκαθέτοις πικραῖς ὑμᾶς βασάνοις παραδόσω καὶ παρανίμφομαι εἰς ἕνα τόπον, ἢ ὅπ ἢ ἰδίων κατοικηδήσεσθε οἰκιῶν, ἀλλ' παῖσι τὰ πράγματα ὑμῶν δοθήσονται ἑτέροις. Ἀποκριθεὶς ἢ ὁ μακαρίῳ Δωρόθεϊ, εἶπεν, Ἔα σοι ἐξεῖναι, βασιλεῦ, τοῖς ἐν αἰχμᾷ· ὑμεῖς ἢ χρημάτων κατατρύσασθε, τὸ μέτριον ἢ ὑπερβολὴς ἐπιθυμοῦντες, ὅπως αἰωνίων κατατρυφήσωμεν πλούτων, φῶς ἢ ἐμπύρευτον πατέρα, ἢ κύριον ἡμῶν, Γιὸν Χριστόν, ἢ δημιουργὸν πάντων ζωὴν ἢ πνεῦτα, τὸ φῶς ἢ ἀληθινόν, ἢ ἥλιον ἢ δικαιοσύνης, ἢ ἀκοίμητον ἡδυπάθειαν, εἰς ὃν ἢ ἐλπίδα ἔχομεν ἢ σῶσαι δέομαι ἐν τῇ δόξῃ τῦ Πατρός.

6 Τότε θυμῷ ἄκρῳ ἐξαρθεὶς ὁ Διοκλητιανός, ἐκέλευσεν ἢ Δωρόθεον ἐν μάστιξιν κατεξανθῆναι, ἢ ἢ Εὐσέβειαν σύντα τυφλίζεσθαι ἐκπυρεῖ. Καὶ μὴ τὸ βασανισθῆναι αὐτοὺς, παραπέμπει αὐτοὺς Ὑπερ, τῷ δυκὶ ἐν τοῖς μέρεσι Μελιτίνης, πλησίον ἢ C χώρας ἢ Ἐφραντίδῃ ἐπαρχίας. Τὸν ἢ μακαρίαν Κυριακὴν κατασφλᾶν αὐτὸν Μαξιμιανῷ τῷ καίσαρι· καὶ αὐτὸν παρέδωκεν αὐτὸν ἐν φύλακι γυναικὶ ἀξιολόγῳ ἐ σωφροσύνῃ ἔτος ἡμερῶν δέκα, ἐ χρῦ τὸ πλῆ ἢ δεκα ἡμερῶν ἵνα ὁ μακαρία Κυριακὴ δοξολογέσα ἢ θεόν, ἐ λαμβάνουσα τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου ἐχομένη, ἐ λέγουσα.

7 Κύριε Γεσοῦ Χριστέ, ὁ σωτήρων ἐ ἀγωνιζόμενος, ἢ ὑπερμάχων, ἐ βοηθῶν τοῖς σοῖς δέλοις· ὁ θέλων παῖσι σωθῆναι, ἢ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, κατηξίωσε νῦν θεότητά σε, πλοῦτον ἔχων ἢ ἐλπίδα, μηδεὶς ἄρχων ἀμαρτίας ἐ ἀνομίας ἄρχων κατ' ἐμῦ, ὅπως μὴ καταγελασθῶ, ὦ τὸ Θεῦ, εὐθύνων σου, ὑπήκοῳ ἢ ὦ ἐ ἐλάσσων, μὴ ἀποστρέψῃς ἄρσενον ἁμαρτολὰ πρόσωπόν σου, ἀπορίζοντος, ὅτι ἐλάσσων ἐλπίδι, ἐ οἰκτείρησον, ἐ δίκαιός ἐξαίρεσίν με ἐν ἀνόμοις ἢ αἰώνιος· Ἀμήν.

8 Καὶ παραγενόμενοι οἱ στρατῶται, ἤγαγον αὐτὸν πρὸς Μαξιμιανόν, ἐ λέγει αὐτῷ ὁ Μαξιμιανός, Κυριακή, θῦσον τοῖς θεοῖς, ἐ μὴ ἢ ἐμὲ σωτῆρας, παρακάλεσόμαι σὲ γονέας σου ἵνα ἢ ἐξελεῖν, ἐ ἃ ἐν αὐτοῖς μοι, παρασχῶ σοι ἵνα ἢ ἔλυσε βασιλέας. ἢ πάντα σὲ ἀφαιρεθέντας, ἀποδοθήσεταί σοι μᾶλλον ἢ ἐν λύτρα, ἐν περιμένουσί σε, θῦσον τοῖς θεοῖς, ἢ ἀπολῦ σε. Μαθόντα ἢ ἡ ἁγία Κυριακή, λέγει· Ὦ τάξει ἄτακτος, ἢ νόμῳ ἄνομε, ὑπὸ διαβόλου πεμπόμενος, ἐ ὑπὸ δαιμόνων γραφόμενος, ἢ ὑπὸ Μαξιμιανῦ ἐκφορούμενος, ἐ ὑπὸ μᾶλλον διακονούμενος· μέχρι τοῦτο ἢ παρανόμου φυλῆς ἐργάται ἐν ἁμαρτίαις ἢ ἀπολεῖσθε ἀμετάλλοι αἱ

solutio a corpore, & animi sequies. Jamque puellam instituere desierant; cum ministri, de improviso intervenientes, Beatos comprehensos ad Diocletiani tribunal sistunt. Quo ubi essent deducti, sic eos interrogavit, dicens: D EX MS.

4 Dicite mihi, quam profitemini religionem, quemve colitis Deum? Respondentes Sancti: Quid, ajunt, de Deo vis, Imperator? quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, Tarribilis enim est, & ignis ante ipsum præcedit, & inflammabit in circuitu inimicos ejus; & si quidem de ipso audierint dii, quos errore decepti vos colitis, ceræ instar liquescent a facie ignis. Rex quippe est in secula. Respondens autem Diocletianus, dixit: Per salutem meam, deorumque benevolentiam, & amicitiam juro; si dictis meis non obtemperaveritis, & sacrificaveritis invictis atque æternis diis, haud equidem desinam, donec Christianorum genus deleatur, ut pro maxima, quam de deorum cultu curam gero, honore ab omnibus afficiar. *Verba Imperatoris Diocletiani.*

5 Nunc itaque morem mihi gerite, diisque sacrificate: sin minus; acerbis vos tormentis coactus dedam, atque in aliam civitatem dimittam. Nec domibus propriis fruemini, sed vestræ facultates omnes aliis dabuntur. Respondens autem beatus Dorotheus, dixit: Jam tibi facultas datur, Imperator, fac propere: etenim nos divitias contemsimus, mediocrem opulentiam desiderantes, ut cælestium divitiarum deliciis fruamur apud Patrem cælestem, Dominum nostum Jesum Christum, vitæ omnis ac spiritus creatorem, veritatis lumen, justitiæ solem, oculum somni expertem, in quo spem habemus fore, ut perfecti inveniamur in gloria Patris. *ad sanctos Martyres & illorum religionem.* E

6 Tum Diocletianus, gravi furore accensus, Dorotheum quidem flagris exarnificari, Eusebiam vero tenebris excæcari, obnixe justit, dein cruciatibus affectos, transmisit ad Justum, Ducem in partibus Melitinæ, prope regionem Euphrantidis; beatam vero Cyriacam ad Maximianum Cæsarem dimisit. Hanc ille in custodiam tradidit mulieri, a moderatione animi laudandæ, ad usque decem dies. Quibus exactis, beata Cyriaca, laudando Deo, ac capiendo e manibus angeli cibo intenta vacabat, & dicebat: *Dorotheus & Eusebia supplicia affirmantur.*

7 Domine Jesu Christe, qui adjuvas, comitaris, sustines, & defendis famulos tuos; qui omnes vis salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; supplico divinitati tuæ, ut spem habeam perfectam, nihilque in me inveniat sceleratus iniquitatis princeps, ut non confundar, Fili Dei, coram te. Nam benignus es ac misericors, qui non avertis faciem a peccatore, confugiemte ad te, quia misericors es, ac miserator, justusque ac verax permanes in secula seculorum. Amen. F *Cyriaca Christum affata.*

8 Postquam accessissent milites, duxerunt eam ad Maximianum: Cui ille: Cyriaca, diis sacrifica, & per salutem meam juro, revocabo ab exilio parentes tuos; & si quid rogaveris me, præbebo tibi a regno meo, & quæcumque ablata sunt, restituentur tibi; tu modo propter rerumnas, quæ te manent, diis sacrifica, & absolvam te. Postquam subrisisset S. Cyriaca, dixit: O ordo inordinatus, & lex iniqua, a diabolo missa, a dæmonibus scripta, a Maximiano vulgata, a magis administrata. Quousque tandem operarii nationis impiæ veram Christi vineam deserere non desinent, seminantes zizania in me- *ducitur ad Maximianum; eumque alloquitur.*

A dio frumenti? Verum enimvero, tu Domine ad
MS. adjuvandum famulam tuam festina: Educ me de laqueo isto, quem absconderunt mihi, qui volunt supplantare me, & de insidiis, quibus conturbarunt me. Da, Domine, ori meo laudem, ut in conspectu Angelorum psallam tibi, & adorem te, & gloriam asseram, ut coram confitear tibi, in secula seculorum. Amen.

Maximianus ossa torquetur;

9 Tum Maximianus iratus, e solio suo surrexit, jubens beatam Cyriacam projici in terram & calcari, donec tortores deficerent. Tum vero in tanta pressura jacentem se videns, invocabat Dominum suum, Jesum Christum. Quando autem quiescebant omnes, impius Maximianus spumabat; donec mentis inops factus, simul ipse cum omnibus conticuit. Interea beata Cyriaca Dominum suum Jesum Christum adorayit, dixitque: Fili Dei Patris tui cælestis, qui uno verbo omnia operatus, propter infirmitatem nostram descendisti in terram, humanum induisti corpus, & ab iniquis suscepisti mortem, ut nos redimeres, & oblationem æterno tuo Patri offerres per proprium tuum corpus; ad
B corporum nostrorum infirmitates respice, quoniam benignus & misericors es; neque enim muliebrem naturam in nihilum rediges, propter eam, quæ in prævaricatione serpentis decepta fuit. Supplex ergo te rogo in dolore animæ meæ, exaudi me, Domine Deus meus: nam benignus es & misericors, & glorificatus es in secula seculorum.

Idol idem, fortitur profligatur,

10 Tunc adduci illam jubet & dicit ei: Per salutem deorum, nisi abneges Crucifixum, diisque sacrifices, non effugies judicium meum. Respondens beata Cyriaca, dixit: Non sit tibi cura de alienigenis, quos in errorem inducere potuisti: sed potius non otiare quoad servos Christi, & adversus Ecclesiam Dei arma converte, quantum potes: nam portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Non clam me est, astute te moliri instinctu diaboli. Ast oro Dominum meum Jesum Christum, qui, natus e virgine, formosa columba, pro nobis pugnat, confugientibus ad se; qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui non derelinquet me, sed sanctificabit, vi-
C resque sufficiet, tamquam præclarus defensor, ac victricem faciet apparere contra adversarium. Non itaque iniquitatis arguatur virtus Christi, sed qualis fuit ab initio, & usque in finem, deputetur.

Ipse demones ejurantes.

11 Gravissimo admodum furoris æstu percitus, nec non S. Cyriacæ confutatus dictis, Vilissimum, inquit, nefariorum Galilæorum est dogma, nemine, quamquam tot subiati e medio sint, volente diis sacrificare. Qualis tandem ipsorum est Deus, quod propter nomen ejus tanta multitudo mortua sit, tanta porro mori eligat potius, quam nomen ejus prævaricari. Nihil sane quidquam prodest cædes illorum spectare in imperio meo, qui, dum vivunt, credunt, sanguinem justum injuste effusum esse.

Ab Illustre consule

12 Beata Cyriaca, gaudio multo gestiens, dixit: Præclara oratio, o Consul! nam qui Christum confitentur, mortem non veriti, in regnum Dei intrare nituntur, & ad vitam per Christum confugiunt sempiternam. Atque ego Christum intuor, qui est veritas, & lumen ineffabile, oculus vigil, tempestate jactatis perfugium, portus, serenitas, immortalis margarita, cælestis panis, bonorum mensa, æternæ vitæ corpus, fons illimis, thesaurus inviola-

Χριστὸν λυματόμενοι, σπάρασιν μέσον σε αἴσυξι- D
ζωίας; Ἀλλὰ σπεῦσον, Κύριε, οἱ σὸ βοήθησον σὴ σὺν δίκῃ, ἐ ἐξάγαγε με ἐκ παγίδος ταύτης, ἣν ἐπρυφίῳ μοι ὑποσκελίσαι με δόλοτροι, ἐ λογισμοῖς, οἳ ἐξεπήρξαν με. Δός, Κύριε, τῷ στόματί μου ἄσμα, ἵνα ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι, ἐ βήματί σε, ἐ προσφέρω δόξαν, ἵνα ἐναντίον ἐξομολογήσωσί σοι αἱ τῶν αἰώνων τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

9 Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Μαξιμιανὸς, κέλευσε ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, ἵ κτυπῆσι ἡ μακαρία Κυριακὴ χοϊκῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἕως ἂν ἐξάπασι οἱ στρεβλωταί. Ὅτε μὲν οὖν τοιούτων ὀρῶν διέτεινε κακῶν, καὶ ἀτειλημένη ἦν τοῖς διατόνοις τοῦ Χριστοῦ. Ἡσυχασάντων δὲ πάντων, ἐ αὐτὸς Μαξιμιανὸς ἀφρίζοντος, ἐ ἅμα τοῖς γενέσθαι, ἐσίγησε μετὰ πάντων. Ἡ δὲ μακαρία Κυριακὴ προσηύξατο πρὸς τὸν ἀνάξιον δεσπότην, Υἱὸν Χριστοῦ, τὸν ὄντα· Τέ σὺ Θεὸ ἀπερμάνε τοῦ πατρὸς, ὑποπίσας ἐπὶ λόγῳ πάντων, ἐξ' οὗ ἐμαυτὴν ἐδεδώκειν καθόλου ἐπὶ γῆς, ἵ ἐδεδύκεις σῶμα ἀνθρώπου, ἵ κατεδέξω δεινὸν ὑπὲ ἀνόμων, ἵνα ἡμᾶς λυτρώσῃς καὶ προσφορὰν ἀράγῃς σὺ ἁμαρτιῶν τῷ πατρὶ ἐξ' σὺ εἶδίν σε σώματος· ἐπίδε ἐπὶ ἡμετέραν συμφύτων ἀσθενείαν, ὅτι βουλεγχὴς ἵ ἐλεήμων ὑπάρχεις, μὴ ἐξολέσωμεν φύσιν γυναικῶν ἐξ' ἣ ἐπὶ τῇ παραβάσει σὺ ἐφιεὶς, ἀπεπλάσω. Ὑμνῶδία δὲ σε ἐν ἐδοὶῳ ψυχῇ μου, ἀοίκητόν μου, Κύριε, ὁ Θεός μου· φιλάνθρωπος ἵ ἐ ἐλεήμων, δεδοξασμένος εἰ εἰς αἰῶνας αἰώνων.

10 Τότε κελεύει ἀχθῆναι αὐτὴν ἐ λέγει αὐτῇ· Μὰ τὴν σωτηρίαν τῶν θεῶν, εἰὰν μὴ ἀρνήσῃ τὸν Ἐσταυρωμένον, ἐ θύσῃς τοῖς θεοῖς, οὐκ ἐκφεύξῃ σὺ δικαστήριόν μου. Ἀποκριθεῖσα δὲ ἡ μακαρία Κυριακὴ, εἶπεν· Οὐ μέλει σοι περὶ ἀλλοφύλων, ἵν ἀπατᾶσαι ἐδωλοῦσι· ἀλλὰ μᾶλλον σκόπησον τῷ σὲ τῷ Χριστῷ δόλων, ἐ ἐκλίζων τῷ τὸν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ τοχάσεσθαι· σὺναι γὰρ ἔδε ἡ κατισχύσουσιν αὐτῆς· οἶδα ἵ γὰρ ἐγείσκω, ὅτι ὑποβαλόμενος ὑπὸ τὸ ἀβύσσου, ταῦτα φρονεῖς· ἀλλ' ἔξελθε ἀπὸ Κυρίου μου, Υἱοῦ Χριστοῦ. Ἡ τοιχάσεται ἐκ τῆς Παρθένου, ἡ καλὸς ποιμαίνει, ἐς τολμᾷ ὑπὲρ ἡμῶν, τῷ καταφλέγοντας αὐτὸν, πάντα αἰδρεῖον δόλον ψυχῶν, καὶ ἐκ ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ἐς ἐκ ὀχυρωτέρα μου, ἀλλ' ἀγίαν, καὶ δίκαιον δίκην, ὡς καλὸς ἀντιμισθὸς, ἵ φωνὴν μὲν τιμωτὰ αἰώνιον τῶν αἰώνων. Μὴ οὖν παραπείσῃς δέξασθαί ἐ δώσεις σὺ Χριστῷ, ἀλ' ὡς ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους. F

11 Πικρὸν ἵ χαλεπαινόν ὑπὸ ἡμερικὸν γενόμενον, ἐπὶ ἐ ἀγίας Κυριακὴ τῷ λόγῳ πλουτεχόμενος, λέγει· Ἀπάνσιστον σὺ δόγμα τῷ μιαρῶν Γαλιλαίων, τῷ τοσούτων ἀπαρτισθέν, ἵ μηδενὸς βουλομένου θύσαι τοῖς θεοῖς. Ποιητὸς τοίνυν ἄρα ὁ Θεὸς, ὅτι ὑπὲρ τὸ ὀνόματος αὐτοῦ τοσοῦτο πλῆθος ἀνῃρέθη, καὶ ἵν ἀποθνήσκει πρὸ τοῦ μᾶλλον, ἢ παραβαίνει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Συμφέρει ἐσ τῷ ἕνεκεν μιᾶς καθορᾶν ἐ πᾶσαν ἀπώλειαν, ἀλλὰ δίκαιον κρίνειν ἐκχυνόμενον τοῖς πιστεύειν εἰσ' ἐ ζωήν.

12 Ποθεὶ ὁ χαρὰ πλησθεὶς ὁ μακαρία Κυριακὴ, εἶπεν· Καλὸς ἐλάλησας ἐ λόγον, Τέκνωλ, ὅσοι ἐ Χριστὸν ὁμολογοῦσι, μὴ δειλιῶντες ἐ θανάτου, βιάζονται εἰσελθεῖν εἰς ἐ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἵ καταφεύγουσι εἰς ἐ ζωὴν ἐ αἰώνιον, ἐξ' Χριστὸ. Κρίνω ἐ Χριστὸν δικαίαν, ἐ ἀληθινὸν, ἵνα φῶς τὸ ἀνεκλείπτον, ἐ ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, οὗ καταφύγιον τῶν χαμαζομένων, ἐ λιμένα ἐ ἄδιον, ἐ ἀδιάπτωτον μαργαρίτην, ἐ ἄρτον ἄφατον, ἐ τράπεζαν τῶν ἀγαθῶν, τὸ σῶμα ἐ ἀφθαρτον ζωῆς, ἐ πηγὴν ἐ ἀκήρατον, ἐ θησαυρὸν ἀσύλ-

A ἀσύλητον, ἢ τ' σωτῆρα αὐθρώπων ἔ δημιυργὸν τῆ κόσμε, καὶ ἀρχιτέκτονα τῆ ἐπερανίων, τ' ἐὐσεχῆ τῆ Χερυβίμ. Αὐτ' ἀγαπῶ, τ' ἐρχόμενον ἐν τῆ δόξῃ τῆ Πατρὸς, τ' ἐξελόμενόμε ἀπ' δουλείας τῆ κακῆς, τ' παραδόναι με εἰς τ' ἐλευθερίαν τῆ ἁγίε πνεύματος εἰς ὑιὸν αἰῶνος τῆ αἰώνος. Ἀμήν.

13 Καὶ ταῦτα ἀκέσαντες Γλαυκανὸς, λέγει τοῖς ὑπηρέταις ἑαυτῦ. Ἀρπάσαντες τὸ ταχέως ἀνελόντες τ' τῶν τῆ μεγάλε Διοσκόρε. Μὴ βουλομένης ἢ δῦναι τοῖς θεοῖς Ὀφθαι, βιασάμενοι αὐτὴν, ἐσύραντες αὐτὸ ἐπ' εἰδωλεῖον, τ' ἦσαν αὐτῆ ἐφ' Γλαυκανὸς. Προσελθὲ, Κυριακὴ, τ' προσενέγκαι αὐτοῖς θυσίαν, τ' ἅμα τῆ κομψολογίας τῆ Ἐσταυρωμένε· βλέπε τὸ πλῆθος τ' προσκυνόντων, τ' πείθου. Πρέπει γὰρ σε θεοῖς ὑπηρετῆν, ταρδεῖον ἀχλύωσαι. Καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ ἁγία Κυριακὴ, ἔφη. Πρέπει σε, Γλαυκανὲ, τῷ σκότε δουλεῦσαι, τ' τῷ χάῳ δῦναι, τ' ἢ γενέσαι τῷ πυρὸς, ἵνα σὺ μίαν μόνην κληρονομῇς, ὅπου τ' ἢ σκώληξ ἀπρὸς ἢ σβέννυται, ὅπου τ' ὁ βρυγμὸς ἢ ὀδόντων.

tus, hominum ſalvator, conditor mundi & architectus Cæleſtium, *moderator* Cherubim; ipſum diligo, qui venturus eſt in gloria Patris, & eripiet me e ſervitute ſatanæ, & dabit mihi libertatem Spiritus ſancti in ſecula ſeculorum. Amen. D ex MS.

13 His auditis, Hilarianus miniſtris ſuis dicit, Arreptam illam mox deferte ad templum magni Dioſcori. Cum vero ſancta diis ſacrificare nollet; bajulantes eam, adduxerunt ad templum idolorum, & Hilarianus ad eam, dixit: Adeſdum Cyriaca, & offer ipſis ſacrificium, ac phalerata Crucifixi verba mitte: multitudinem adorantium vide & obtempera: te namque, quoniam virgo es ſtrenua, diis miniſtrare par eſt. Et reſpondens Cyriaca, dixit: Tenebris ſervire te par eſt, ſectari chaos, & gehennam ignis, cujus cito hereditatem adibis; ubi etiam iovenies vermem numquam dormientem; ubi & ſtridor dentium. *rapuerunt eam.*

B

CAPUT II.

Confortatur e cælo; præſes Hilarianus morte punitur: idola, ignem ac feras vincit Cyriaca, & ab Angelis cælo infertur. E

Ἐπεστράφη δὲ ἁγία Κυριακὴ, τῷ βδελύγματι, ἔγω φησὶν, λεγῶ· Μὴ σχῇς οὕτως μέτα χαρᾶ, ἀκαθαρτότατον πνεῦμα· ἡ πλάνη σε δεινῶς κατελαγήτω καὶ ἡ ἀναισχυντία, ἀσχημονήτω καὶ ὁ πατὴρ· ἐξυρήσωσί σε οἱ σύμβουλοί σε πανδημεὶ σε οἱ δαίμονες· ὑπερευχαριστήσωσί σε οἱ μιαροὶ μετέπειτε· ἐκδαφισθέντω οἱ ἀρχοὶ τ' παρανόμε, ἕ ὁ βασιλεία αὐτῆ διαρπαγήτω, ὁ οἶκος αὐτῆ ἀναχθέντω εἰς αἰχμαλωσίαν, τ' ὀργανὶς αὐτῆ κατασκαλευθέντω ὑπὸ ῥομφαίας· γενηθέντω ἔρημοι ἡ ἔπαυλις ἢ βασιλεία αὐτῆ· νικηθέντω αὐτὸ ὁ δαίμων τῆ Χερτῆ· καταβαλέντω C αὐτῆ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, κατελθόντ ἀπ' ὀρέσβυς ἐξ ἐρανῆ, τ' δόντ αὐτῆ φῶς περιφερὲς ἀγγέλε ἢ ἀβύσσε, τ' σκεδασθέντω ἡ βασιλεία σε Χριστὲ ἡ ἀναρίθμητος, τ' ὁ ὄρθρος σε ἀνίκατος, τ' ἡ κυρία τ' ἀδιάλειπτος, ἐξουσία ἀπερίγρητος, ἡ ἐφ' ἡμῖ ἢ προφητῶν γνωρισθεῖσα, τ' ἐφ' ἡμῖ μακρόθεν Ἀποστόλων σε ἡμῖν ὁμιλήσασα.

SAncta vero Cyriaca converſa, abominationi, ſeu idolo dicit: Ne quietem habeas & gaudium maledicte ſpiritus. Tua potentia, fraus eſt. Impudentia tua obſtupeſcat, confundatur tuus pater, affeclæ tui te lugeant, lamentis te dæmones proſequantur, magnates tui nefarii obmuteſcant; iniqui poteſtas evertatur, & regnum ejus diripiatur; abducatur domus ejus in captivitatem: & exercitus ejus abſumatur a gladio: fiat habitatio regni ejus deſerta, ſuperet eum virtus Chriſti, dejiciat eum Spiritus ſanctus, deſcendens tamquam legatus e cælo, & det ipſum angelo abyſſi, qui tartarum tenet: feſtinet immutabile regnum tuum, Chriſte, & ſolium tuum inviſtum, & principatus perennis, & poteſtas, nullis circumſcripta terminis, quæ & per Prophetas manifeſtata, & per beatos Apoſtolos in nobis converſata eſt. *ſed fruſtra* F

15 Σὺ τὲ ἐλθὲ, Δέσποτα Ἰησοῦ Χριστὲ, τ' ζωοποιήσας τὰ νενεκρωμένα, τ' σώσαι τὰ ἀπερδόντα τὰ πεπλανημένα, σὺ Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ. Ἴδὲ, ἢ ἐν τοῖς διοῖοις τοῖς λογισμοῖς, εἰσὶν λύκων γνώμῃ καὶ ἁλάβυτο κῆ ἢ σωμείων σε· δεῖξον ἐν αὐτοῖς τὰ θαυμάσιά σε, ἵνα πτοηθῶσι τὰ ἐνδύμημα αὐτῶν. Καὶ φωνὴ ἐκ τῆ ἁγιῆ ἦλθεν, λέγουσα· θάρσει, Κυριακὴ ἀλλοφύλε· ἰσχύσον τὰ βασιλεῦ Χριστὲ ἢ δεήσεί σε· ἴσχυε τ' ἐνδυναμῦ, ἕ μὴ φοβηθῇς Γλαυκανὸν τὰς ἀνείλας· ἐγὼ εἰμὶ Ῥαφαὴλ ἀρχάγγελος, ὁ λαλῶν σοι, ἀπεσταλμένος ὑπὸ τῆ Σωτῆρος ἐνισχύσαί σε, τ' μεταδῶναί τοι ἐγὼ μετ' Τ' ὑψίσ, ἐπ' ὀνόμα ἐλπίδα σε εἰς τὲ Χριστὲ, ἕ ἐξελόμαί σε τ' δεξάσαι ἢ ἐνδυναμῶσί σε Κύριος.

16 Γενομένε ἢ φωνῆς ταύτης, σημεῖον ἐγένετο τ' ἀπ' τροπαίε τῆ βδελύγμα, ἔγνε τὰ εἴδωλα ἐν τῷ ναῷ, τ' ἐγένετο κονιορτὸς, τ' φῶς ἔλαμψεν, τ' ἀπεκυλίσθη ἐξαίφνης τὰ ἵππος ὅπου εἶδωλα ἦν τῷ ναῷ ἵνα τὰ ἁγιαλὰ ἢ θαλάσσης, τ' ἦλθεν ἄφνω ἀστραπὴ πυρὸς ἕ ἁρλαξεν τὰ πρίσσωτον Γλαυκανὲ, τ' πεσόντ αὐτὰ ἐπὶ γῆς ἀπὸ, ἦλθεν ἄγγελος πυρὸς καὶ ἅρπασε τὰ σῶμα αὐτῆ, τ' παραγενόμενοί τινες τῶν οἰκετῶν αὐτῆ, ἦραν αὐτὰ τὰ σῶμα, τ' ἔθαψαν ἐπὶ σορῷ ὑψηλῇ.

15 Tute ipſe Domine Jeſu Chriſte, veniſti, ut diſperſa quæreres, mortua vivificares, ſaucia ſanares. Ecce ſunt, qui tamquam feræ, rationis participes, vulpinum aoimum aſſumunt contra gregem tuum. Oſtende io ipſis mirabilia tua; quia malo eſt cogitatio eorum. Et vox de cælo, venit, dicens: Macte animi Cyriaca victrix; exaudivit preces tuas Chriſtus rex, confortare & eſto robuſta: Hilarianoi minas ne metue. Ego ſum Raphael archangelus, qui loquor tecum, a Servatore miſſus, ut coofortem te, & communicem tecum verba Altiſſimi; quia ſpem tuam poſuiſti io Chriſto, eripiam te, & Dominum glorificabis, qui te confortat. *Idola deſtruit & Chriſto cum ſibi confortatur e cælo*

16 His dictis, ſignum Crucis fecit, & abominationem omnem, idola videlicet, quæ eraoc io templo, contrivit, atque in pulverem redegit: lux effulſit, obortaque procella, idola, quæ ibi erant, e templo exegit oſque ad littus maris; & venit repente fulgur ignis, vultumque Hilariani uſſit; qui cum e ſolio delapſus eſſet, venit angelus amarus, & ſpiritum ejus ſuſtulit. Et cum acceſſiſſent aliqui e domeſticis ejus, corpus ejus ſuſtulerunt, & poſuerunt in excelſo tumulo. *convitiis idolis, & Hilariano morte punito.*

18 Et

Ex ms. ſolitor. præſide

17 Et poſt Hilarianum venit crudelis ſucceſſor, Præſes competens, e Campania oriundus. Ad eum adduxerunt B. Cyriacam: ad quem cum illa veniſſet, interrogavit eam, dicens: Virgo generoſiſſima, adeſdum: audi me, & dictis meis obtempera, diſque ſacrifica, hoſtiam illis immolans, ut opum affluentiam & facultatum poſſeſſionnes a me accipias. Sin reculas, & vnluntati meæ non obedias, feris te tradam, & Imperatoria mandata implebo, ut alii, hoc conſpicati, perterrefiant. Cave igitur ne & mihi, ſicut Præſidi, deceſſori meo, ſucum facias, qui poſtquam, tibi indulgens, deorum offenſionem incurriſſet, extremum vitæ diem morte concluſit,

In qui gemit, vel ſuſpirando ægre respirat

18 Inter hæc, B. Cyriaca, graviter gemens, & ad cælum ſuſpirans, flevit, dixitque. Infelicisſime malum caput, facies impudens & tenebris obducta; O non a Den enutrite, perfice ea, quæ tibi ſuggeruntur a patre tuo diabolo, cujus pars erit tecum. Nnn enim potes ancillam Dei decipere, inviſibili Chriſti virtute confirmatam. Nam humilitatis meæ propugnator eſt, teque concludet in carcere abyſſi, ubi, qui ſecum ſentit, Hilarianus pœnas dat. Ducaphernes α iratus, omnes una cum Cyriaca in ſtadium juſſit abduci, ingentemque accendi pyram, atque ita in medium illam conjici. Nec mora, me-
B diam illam arripientes, in ignem immittunt. Et jam permagna pyra ardebat, & ſublime in cælum aſcendebat; dum in medio ſtabat Cyriaca, cum clamore & fletu orans. Altiſſimum, extenſis ſurſum manibus, lugens ac dicens: Eripe me, Domine, propter prodigia tua, quæ patraſti ſervis tuis, tribus pueris, & ex hac pyra eripe me. Cuſtodi me, ut conculcatis inimici teliis, benedicam tibi in ſecula,

qui ad ejus preces extinguitur.

19 Dum ſerenus erat aer, factus eſt e cæln ſonus, & nubes ingruit, & aquarum copia, igniſque eſt extinctus. Tum conſtitit B. Cyriaca, & ſic dixit: In conſpectu angelorum pſallam tibi, & adoro te, Domine, quia exaudiſti me, & liberaſti animam meam de laqueo hac, quem abſconderunt, qui ſupplantare me volunt; & benedicam nomen tuum ſanctum & terribile, & tibi offern hoſtiam laudis, fructum labiorum meorum. Exaudi me, Domine, & noli tardare: ne quando dicat inimicus: Prævalui adverſus eam: imple faciem eorum confuſione, & immerge eos in puteum corruptionis: quia maligne egerunt contra ſanctos tuos, & exacerbaverunt Spiritum ſanctum: delebis eos, &
C non ædificabis eos: & qui timent te, videbunt te, & lætabuntur, & qui diligunt te, dicant ſemper: Magnificetur Deus in ſecula. Amen.

Ad feras damnatur,

20 Aceitos miniſtros ſuos, Ducapherneshis verbis compellat: Quid faciendo, eam ad cultum Deorum adducam? Illi vero reſponderunt, dicentes: Jube magnitudini tuæ confici amphitheatra; & viſis feris timebit, & ſacrificabit. At enim feræ tibi ſunt prorſus immites. Atque ita viſum eſt. Jamque preco contenta voce, dixit: Cyriaca ſacrifica, ne morare; crudeles namque feræ paratæ ſunt adverſum te. Feris autem adductis, Beata orabat, dicens: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælo, donec miſererais ancillæ tuæ, & liberes me ab omni tribulatione. Simul atque ſtadium erat ingreſſa, Præſidem conſpicata, dixit: O Præſes, quem juſtitia perſequitur, & impietas miſarorum & falſorum deorum conſtringit; tua potentia eſt devicta; ira tua fracta: concidit tua vis; imperium tuum diris devotum. Induiſti ignominiam & confuſionem, o execrande, & gehennæ ignis

17 Καὶ ἦλθε διάδοχος τοῦ Ἱλαριανοῦ τῆμοῦ, ἐκ D
χων ἐπίσκοπον ἀπὸ Καμπανίας, καὶ προσήγαγον
αὐτῷ τὴν μακαρίαν Κυριακήν, καὶ ἐλάλησεν αὐτῇ,
παρακαλῶν αὐτὴν, λέγων· Παρδεύα εὐγενεστάτη, ἄκου-
σόν μου, καὶ πείσθητι τοῖς λεγομένοις ὑπ'
ἐμοῦ καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς, προσφέρουσα αὐτοῖς θυ-
σίαν, καμβάνουσα παρ' ἐμοῦ τιμὴν ἀφθόνου χρημάτων καὶ
κτήσεως περισσῆς. Εἰ δὲ μέντοι ἡ παρακοή σου,
καὶ μὴ ὑπακούσασα θεοῖς ὑπ' ἐμοῦ σεσοφισμένοις,
θηρίοις σε παραδώσω, καὶ πλησίον τῶ προσώπου τῶ
αὐτοκράτορος, ἵνα καὶ ἄλλοι διορίσωσιν, φόβῳ σχῆ-
σιν. Μὴ οὖν κἀμὲ ὑπαγόρευε, ὡς ἐπὶ ἐμοῦ ἄρ-
χοντος, ἵνα σὲ ἰχθύσω σε, προκρίσεως τοῖς θεοῖς,
ὡς τίνι σὲ βίῳ ἐκλέρουσα,

18 Ἡ δὲ μακαρία Κυριακὴ στενάξασα πικρῶς, καὶ
ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβλέψασα, ἐδάκρυσε, καὶ ἔκλαυ· Παρδεύα
καὶ κακὴ κεφαλή, καὶ πρόσωπον αἰσχρότατον καὶ διεσκο-
τισμένον καὶ ἐσκοτισμένον ὑπὸ τῶ σκότους τοῦ Θεοῦ, τοῦ
πατρὸς τὰ πατρός σε τῶ ἐβδέλυκτοβαλδιμένε, ἐν μέ-
σῳ ἐνεῖ μισεῖ σε· ἐ δώσει γὰρ ἐδὲν τῶ Θεοῦ πλανή- E
σαι, ἐσφραγισμένῃ σφραγῖδι ἀφθάρτῳ δυνάμει τῶ Χριστῶ. Ἔστι
γὰρ ὑπέρμαχός μου ὑπὲρ ἐμοῦ παντὸς ἐσοῦ, καὶ κατακλεῖ σε
τῷ δεσμωτηρίῳ τῶ ἄβυσσου, ἔνθα συγκαρὶ σὺ Ἱλαρια-
νὸς δικαίζεται. Καὶ ὀργισθεὶς Δουκιφέρνης, ἐκέλευσε
τὸν ἀθλίαν ταύτην τὴν παῖδα ἅμα τῇ ἁγίᾳ Κυριακῇ,
καὶ πυρὰ τυμπανηθῆναι ἐκκαυθῆναι, καὶ ἤδη μεγίστη ἦν
ἐν τῷ μέσῳ, καὶ μετεωριζομένη ἐντὸς ἱερείας ἐστὶ
τὸν τῦρ. Καὶ πυρὰς τυμπανηθεῖσα ἐβοᾶτο, καὶ ἐπὶ
τῶ ὕψους κάνεμένη, ἵστατο εἰς τὸ μέσον, δεομένη τῶ
Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ δακρύων, καὶ τὰς χεῖρας ἀναπέτα-
σα, κλαίουσα, λέγουσα· Ἔξελό μου, Κύριε, τὸν τεθαμα-
σιά σε, ἐν οἷς ἐποίησας τοῖς δούλοις σου, τοῖς τρισὶν παισὶν,
καὶ ἐκ πυρὸς τούτου ἀφελοῦ με· σῶσόν με, ἵνα κατανυ-
γῶσα τὰ βέλη τῶ ἐχθρῶ, ἐλογήσω σε ὁ ἐπὶ πάντα αἰῶνας.

19 Καὶ ἐπὶ τοσοῦτο διεγεῖρε τὸν ἀέρα, ἦχος ἐγένετο ἐκ τοῦ
οὐρανοῦ, καὶ ἐλθὼν νεφέλη καὶ πλοῦτος ὑδάτων, καὶ κατα-
βέβοδε τὸ πῦρ. Καὶ ἐστὼς ἡ μακαρία Κυριακὴ, λέγου-
σα ὅτως· Ἐνώπιον ἀγγέλων ψαλῶ σοι καὶ δέομαί σου,
Κύριε, ἐκ τοῦ ἐκκρυβῆναί με καὶ ἐρύσασθαί με ἐκ
παγίδος ταύτης, ἣν ἔκρυψάν μοι, ὑποσκελίσαί με
θέλοντες, καὶ ἐλογήσω τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον καὶ φοβερόν,
καὶ σοι προσφέρω θυσίαν αἰνέσεως, καρπὸν τῶν χειλέων
μου. Ἄκουόν μου, Δέσποτα, καὶ μὴ χρονίσῃς, μὴ τα- F
χύνῃς εἰς ἐμὲ ἐπὶ τὸ ἐχθρόν· Ἔσχυσε πρὸς αὐτὸν
πρόσωπα αὐτῶν ἐκπίπτειν εἰς φρέαρ ἀφθο-
ρᾶς, ἐκ ἐνεπλήσθησαν κρίσεως· ἐδὲν Ὅσιόν σου καὶ πυρ-
ἐκρηξας τὸ ἅγιον ὄνομα· καθελεῖς αὐτοὺς καὶ οὐ
μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς, καὶ οἱ φοβούμενοί σε, ἰ-
δόντες σε καὶ ἐφρασθήσονται, καὶ πᾶσα γλῶσσα
σε ἐξομολογήσεται ἐπὶ πᾶσιν· Μεγαλωθήτω ὁ Θεὸς
καὶ ἔστω αἰῶνες. Ἀμήν.

20 Προσκαλεσάμενος ὁ Δυκιφέρνης ἔστω ἐκ-
μήτας αὐτῷ, λέγων· Τί ποιήσας ἐπίγνω αὐτὴν εἰς προσ-
κύνησιν τῶ Θεοῦ; Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, ἔστω. Καλέσον
τὸν μεγίδη σε κωνίγια ἀμφιθεάτρια, καὶ ἰδοῦσα αὐτὸ
θηρία, δειλιάσει, καὶ θύσει· αὐτὸ γὰρ σοι δέ-
ρει ἀώρατοί εἰσιν· καὶ ἐδέξαν οὕτως. Καὶ ὁ κή-
ρυξ εἰ φωνῇ λέγων. Θῦσον Κυριακή, καὶ μὴ βρα-
δύνει· πικροὶ γὰρ θῆρες ἀτιμοδόσται κατά σου. Ἀ-
γομένων δὲ τῶ θυσίαν, εὐχετο ἡ Μακαρία, λέγου-
σα. Πρὸς σε ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, ὁ κατοι-
κῶν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἕως ἂν ἐλεήσῃς τὴν
δούλην σου, καὶ λυτρώσῃ με ἀπὸ πάσης θλίψεως.
Καὶ ἅμα τῶ εἰσελθεῖν ἐν τῷ σταδίῳ, ἐδοῦσα
ὁ Ἄρχοντα, ἔφη· Διέδεγμένε ἐκ ὁ δικαιοκρίτης,
καὶ σπεδόμενε ὑπὸ ὁ ἀσεβείας τῶ ἀτιμοκτόνε
τῶν καὶ ψεύδεσιν θεῶν, ταπεινωθεὶς ἐ δύναμαι,
πίδρωσόν σε ὁ ὀργὴ, κατατίμησόν σε ὁ ἰσχύς,
ἐβδελύχθη σε ὁ κράτος. Περιβέβλησαι τὴν αἰ-
σχύνην καὶ τὴν ἐντροπὴν καταδεδυκασμένος, καὶ ὁ

γέεννα

A γενέσθω ὡς σοὶ πιστεύεται. Ὁ δὲ Κύριός μου Ἰησοῦς Χριστός, ὁπόταν θέλῃ με, καὶ ἐν παντὶ τρόπῳ σε, ἐκ τοῦ παρόντος πονηροῦ ἀπαλλάξει.

20 Ὀργισθεὶς δὲ ὁ μισθὸς Ἄρχων, ἐκέλευσε τὸν ἀποστολικὸν τοῦ Σωτῆρος καὶ τοῦ παιδὸς τοῦτου ἱερουργὸν ἀνελεῖν· ἐξαχθέντα γὰρ τὸν παρθένον, καὶ τῶν ἀσεβῶν Καισαρείων φρουρούμενον, ἵνα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀπολεσθῇ· ἐκεῖνοι δὲ ἀκαταλήπτως τὸν ὄχλον, ἐγένετο μία φωνή· Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν· μεγάλη ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ὑπερμαχοῦντος τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐλπίδα ἐχόντων. Πολὺ γὰρ πλῆθος ἦν ἐπισυναχθέντων ἐπὶ τέλους τῷ Κυρίῳ, εἰς ὃν διάπυρα νίκη τοῦ Χριστοῦ ἦν ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ Κυριακή. Τὸ γὰρ παράνομον κατασχεθέντος καὶ ἀπορμισθέν, ἐκέλευσεν ἐπιτελεσθῆναι Ὀλύμπια ἢ βδελυγμάτων ἄτοπ ἀγάλματα· ἐν παρυφεστῶτος μὴ πάντα δορυφόρα αὐτοῦ ὑπηρεσίας, εἰλκετο ἐπ' ἀγορὰν ἀμπὶς τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου. Καθελκυσθὲν δὲ τῆς ἱερᾶς διώροφος τοῦ πλήθους τοῦ σκοπεῖν λόγα. Τῶν δυσσεβούντων πάλαι κατέλιπον τοιοῦτον ἴσως ἐν ἄνθρωπον, ἵνα σὺν πάρεσι δίκαιοι.

B 22 Κατέκλεισαν δὲ τῶν μαχαιρῶν Κυριακὴν, ἔτος πέμπτον ἀνθρωπισάμενοι αὐτὸ τοῦ ζῆλον, φυλάσσοντες ἐν τῷ δήμῳ. Ἤρχετο δὲ εἰς ὀρθρισμὸν ἡ τοῦ Χριστοῦ Δούλη, ἐ λέγων· Μακάριος, ὃν παιδεύσῃς, Κύριε, ἐβοήθησάς μοι εἰ σὺ πλέον ἐν ἐμοῦ μοι, καὶ ὅτι παρέσχου ἐνδράσαν ἐν ψυχῇ μου, ἀπέδωκαν αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἀνομίαν αὐτῶν, ἐκατὰ τὰ πονηρίαν αὐτῶν ἐγὼ δὲ ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ σοί, συχνὰ ἐν σωτηρίᾳ σου, ῥύσαι με ἐκ τοῦ ἐχθροῦ μου· ἐξελοῦ ἐν ψυχῇ μου ἐκ θανάτου, ὅτι οὐδαμοῦ μου ἀπὸ δακρύων, ὅτι οὐδαμοῦ μου ἀπὸ ἀκρίων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος, ἵνα εὐάρεστος γένωμαι τοῖς αἰῶσι αἰῶνος.

23 Μετὰ δὲ πολὺ πλῆθος τῶν ἁγίων Κυριακὴν, ἐ μὴ ἐκκλίνουσαν ἐν ὁμολογίαν τοῦ Χριστιανῶν, ὀρθρου γενομένου προσκαλεσάμενος ὁ μιαρὸς Δεκιανὸς τοὺς ἑαυτοῦ ὑπηρέτας, λέγει· Λαβόντες τὴν ἀσεβεστάτην παῖδα ἐκπέμψατε, σύρεσθαι ἔξω τῆς πόλεως αὐτὴν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἐκεῖ καὶ ἕλκετε ἐν μιαρᾷ αὐτῶν δρυοπάσῃ ἄφρα τοῖς Ἐπιφανέσιν αἱβρισίοις. Λαβόντες δὲ τὸ μέσον τῆς πανηγύρεως τοῦ μαχαιρῶν Κυριακὴν, ἀπήγαγον ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ τοὺς τραχεῖς τόπους (καὶ) τὰς ἀνοικουμένας, καθὼς ἐδιδάχθησαν, καὶ ἄλλον διάστημα μιλίων τριῶν· ἐπορεύοντο δὲ (ἄνδρες) ἐ γυναῖκες· καὶ ἕτεροί τινες οὐ μὴ οἰκεῖοι ἐ μάρτυρος Κυριακῆς, ἐ ἄλλοι πλείονες τῶν τόπων, ἐ ἤρξατο πλανᾶσθαι, ἐ αἰτήσασθαι αὐτοὺς ἐπιτρέπειν αὐτῷ ἐλίγον, ἵνα εὔξηται.

24 Παρέσχον δὲ ἀνδρὶ τῷ ἁγίῳ Κυριακῇ. Ἀναχωρήσαντος δ' ἐν αὐτῇ διάστημα ὀλίγον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰς χεῖρας ὡς τῷ ὕψει ἁπλώσας, ηὔξατο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, λέγων· Σὲ ἐπικαλοῦμαι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ἐπὶ σοὶ τὸν ἐ τὴν ἐλπίδα τοῦ θάνατον, καὶ ὁ φοβοῦμαι τὸν θάνατον. Ἔρχομαι πρὸς σε, τὸν ἀγγελικὸν ζωῆς· δόμαι σε, καὶ ὀξέως βράβευσον τὸν οἰκεῖον ἀριθμὸν ἐπὶ τοῖς, ἵνα μὴ κοινὸς κυρίευσῃ ὁ βασιλεὺς τῆς ἀδικίας τοὺς ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου δουλεύοντας, καὶ δὸς μισθὸν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομά σου, Κύριε. Προσδέξαι τὴν ἐμὴν ψυχὴν.... καὶ καταξίωσόν με μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τοῦ βασιλείας ἐ ἀφθαρσίας τῶν αἰώνων τῆς αἰῶνος. Ἀμήν. Καὶ παρεγένοντο ἄγγελοι φωνοῦ, καὶ ἅλαβον τὸ πνεῦμα τοῦ ἁλησφόρου μάρτυρος Κυριακὴν ἀγαλλιάσει, καὶ ἐπορεύοντο εἰς τοὺς οὐρανούς.

25 Εἵρων δὲ πλῆθος τῶν συναλλόντων ἀστεροειδῶν τῶν ἀγγέλων. Ἐγένετο δὲ δύο ὡρῶν διάστημα ἐπικαλουμένου τοῦ Μάρτυρος, καὶ ἀνεχώρουν, κειμένου ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ παρεκλήθησαν οἱ στρατιῶται, ἤγγισαν τῷ λειψάνῳ, καὶ εἶδον αὐτὸ πλαισιῶσαν, Καὶ

participe. Nam exsudivit me Dominus meus Jesus Christus, & non timebo malignum & turbulentum ingenium tuum. D ex Ms.

21 Impius Præfectus, ira fuccenſus, feras diſſolvi, ac virginem exadverſum ſtave juſſit. Quæ caven *b* egreſſæ, & Beatam veneratæ, ad loca ſua redierunt. Et mox exclamantis turbæ facta eſt una vox: Magnus Deus Chriſtianorum! magna potentia Chriſti! propugnantis eos, qui in ipſo ſpem ponunt. Et ſane magna multitudo eorum, quia convenerant, crediderunt Domino, contemptatis victoriam Chriſti, per ancillam Chriſti Cyriacam. Iniquus vero Præſes, confuſus, & incertus animi, Olympios ludos, & abominanda certamina apparari juſſit. Quo ubi ipſe cum omni ſuo militari ſatellitio adveniſſet, ſancta quoque Chriſti agna a lictoribus trahebatur. Atque ad occaſum ſolis, in templum ingreſſus ſatanæ aſſecla, ſuis edixit: Impiſſimam puellam in carcerem detrudite uſque in craſtinum, ut finem ſtatuam. aquibus eā laditur, ſed honoratur. b

22 Beatam itaque Cyriacam carceri manciparunt, conſtrictis in ligno *c* pedibus, & cuſtodia portæ admota. Verum Ancilla Chriſti oravit in carcere, & dixit: Beatus, quem tu erudieris, Domine. Auxiliatus es mihi in multitudine dolorum meorum: & quoniam iniqui quæſierunt animam meam, retribue illis, Domine, ſecundum iniquitatem eorum, & ſecundum malitiam eorum. Ego autem exultabo in te, quia conſecuta ſum ſalutem per te: nam cuſtodiens ſalvaſti me: eripe animam meam a morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapſu, ut placeam tibi in ſecula ſeculorum. Ruſſus ea carcerī inclu- ditur; c E

23 B. Cyriaca multum perpeſſa, & a confeſſione Chriſtianorum non declinante, orto jam ſole, advocans miniſtros ſuos impius Præſes, ſic dixit: Impiſſimam hanc puellam accipientes, procul extra civitatem abripite, & e medio rollite ocius, & corpus ejus ſubducite nefariæ ſuperſtitioni eorum, qui Crucifixum colunt. Nec mora, in medio tribunali B. Cyriacam comprehenſam duxerunt extra civitatem per loca aſpera & occulta, ſicut in mandatis acceperant, & trium milliarium ſpatium emenſi ſunt. Sequebantur autem (viri,) mulieres, & alii nonnulli, beatæ Martyris familiares, & venerunt prope locum, ubi moritura erat. Et rogavit milites, plusculum ſibi indulgerent ad orandum. denique a Præſide ad mortem condemnata, F

24 Annuerunt viri votis B. Cyriacæ. Poſtquam ergo ad modicum ſpatium ſeceſſiſſet, cælum aſpiciens, manibus ſurſum extenſis, tales ad Dominum ſuum preces fudit. Invoco te, Domine Jeſu Chriſte, & in te ſpem poſui, & non timebo mortem. Venio ad te, fontem vitæ: obſecro te, ut cito populum pacis præmio dones, ut non amplius dominetur regnum inimici; ſed ſuſcita imperatores, orantes in nomine tuo: & da mercedem his, qui invocant nomen tuum, Domine. Suſcipe animam meam, ... & electis tuis me accenſe in reſurrectione regni tui, fine ac corruptione carentis, in ſecula ſeculorum. Amen. Et acceſſerunt Angeli, luce fulgentes, & acceperunt ſpiritum victricis martyris B. Cyriacæ in exultatione, & diſceſſerunt in cælum. impetrata meta ad orandum,

25 Videbat autem multitudo, quæ convenerat, diſcedentibus Angelis. Jamque ſpatium Martyris orantis fuerant duæ horæ, quibus precata eſt, jacens in terra. Et advenientes milites acceſſerunt ad corpus, & mortuum eam invenerunt. Tum ex aere ultro mori- tur, & ab Angelis in cœlū fertur.

A acre insonuit vox B. Martyris Cyriacæ, dicentis: Ex MS. Discedite, Fratres, in civitatem cum pace, & prodigia magna recensete, quæ mihi fecit Dominus, ancillæ suæ. Audita voce, collapsi in terram, cum lacrymis & compunctione glorificarunt Deum; & civitatem ingressi sunt, percutientes pectora sua, & confitentes peccata sua. Ex hac vita migravit S. Cyriaca die septima mensis Julii, sub Hilariano, Maximiano, & Ducapherne; regnante apud nos Domino nostro Jesu Christo. Ipsi gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Φωνὴ ἦλθε ἐκ τοῦ ἀέρος ἐκ μαρτυρίου Κυριακῆς, λεγούσης. Πορεύεσθε, ἀδελφοί, εἰς τὴν πόλιν μετ' εἰρήνης, καὶ διηγεῖσθε τὰ μεγάλα δυναμώματα τὰ γενόμενα εἰς ἐμέ, ὅτι Κύριος ἐποίησε. Ἐκ τούτου τῆς φωνῆς, πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν μετὰ δακρύων ἐξομολογοῦντο ἑαυτοῖς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ ἐπέστρεψαν πρὸς τὸν Θεόν, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἐτελειώθη δὲ ἡ ἁγία Κυριακὴ μηνὶ Ἰουλίῳ ζ' ἐπὶ Ἱλαριανοῦ, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καὶ Δουκεφέρνου, καθ' ἡμᾶς βασιλεύοντος τὰ νυῦν ἡμῶν Ι. Χ. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

ANNOTATA.

a *An Græca voce* Δουκεφέρνης *designatur nomen appellativum*, dux, *aut quid simile, an potius nomen proprium? Hanc postremam acceptionem videtur suadere finis hujus capitis; ubi dicitur de S. Cyriaca, quod,* ἐπελειώθη δὲ ἡ Ἱλαριανὴ ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καὶ Δουκεφέρνης.

b *Ita reddidi vocem* φυτίων, *quam frustra quæsivi. Quid si Græco-barbare formata sit a Latina,* fustis: *quasi dicas caveam ferarum, fustibus seu palis clathratam?*

c *Latinis dicitur* nervus. *Lignum hoc erat compedis species, in modum asseris, in quo variæ erant foramina, ad immittendos reorum pedes, ac pro modo delicti vel pœnæ, in remotiora ducendos.* B

ACTA LATINA

Ex vetusto, uti nominant, Breviario ecclesiæ Tropæensis,

Lectio 1. BEata virgo Dominica sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, ex patre Dorotheo & matre Arsenia in civitate Campaniæ orta fuit, qui Christo devoti, genuerunt filiam unicam, nomine Dominicam. Erat autem tunc persecutio maxima Christianorum. Hi vero, cum filia denuntiati, quod Christiani essent, filiam confortabant, dicentes: Esto fortis in agone filia, & virginitatem inviolatam observa: tormenta timere noli, quia parvus est labor, & requies æterna. S. Dominicæ patrius;

Lectio 2. His dictis, a ministris tenti, coram Diocletiano ducuntur, qui primo blandiens, deinde minis terrens, sacrificare nolentes, baculis cæsos in exilium ad Euphratis fluminis partes destinavit, & Dominicam Maximiano Cæsari præsentari mandavit. Data autem per decem dies mulieribus, ut ejus animam immutarent, Dominum precabatur, ne eam confundi permitteret. Iterum autem coram eo perducta, ait Imperator: Dominica, sacrifica diis. Illa, o transgressor, inquit, legis, consilium maligni, servus dæmoniorum, quare non cessas in medio tritici seminare zizania? Foramina in ligna missa C

Lectio 3. Tunc Imperator de solio surrexit, & in via consterni præcepit, (& in) terra pedibus conculcata (est.) At illa cælum suspiciens, ait: Domine secundum misericordiam tuam, cordis mei preces exaudi, & ad templum ducta, idola contrivit, in igne posita, evasit: feris exposita, mansuetas reddidit; & videntes conversi sunt. Confusus autem Imperator, extra civitatem occidi mandavit, & (illa,) orans ad Dominum, ait: Domine, ad te venio, fontem vitæ; da pacem populo tuo; Ecclesiæ prælatos, & sacerdotes conserva, & me invocantem ne deseras. Et decollata, inter Angelorum manus, militibus videntibus & conversis, migravit ad cælos vi. die Julii. Corpus autem ejus, miraculose Tropæam Calabriæ Tormenta et mors ejus.

delatum est, quæ quondam magna Græcia dicebatur. E

Adduntur in Ms. nostro Orationes duæ, quarum altera patrocinium Sanctæ invocatur; altera postulatur, ut Deus revelare dignetur ipsius corpus: quod anno 1624. operose quæsitum, hactenus inventum non est.

Oratio 1. Deus, qui B. Dominicam, virginem gloriosam, per martyrii palmam ad cælestem fecisti ascendere gloriam, da, quæsumus, ut qui ejus hodie natalitia colimus, ejusdem promissa patrocinia in cunctis misericorditer sentiamus. Per Dominum. Orationes propriæ.

Oratio 2. Deus, qui Angelorum ministerio B. Dominicæ, virginis & martyris tuæ corpus Tropæam mirabiliter deferri voluisti, tribue quæsumus, ut ad tui nominis laudem, seclusa omni errore, ope tua adinvenire valeamus, & præclari corporis inventione, secura mente potiamur. Per Dominum.

In festo S. Dominicæ Virginis, & Martyris: Duplex primæ Classis.

In primis Vesperis omnia de communi Virginum Martyrum præter Orationem, quæ est propria: commem. de Octava Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, nisi venerit in Dominica, quia tunc fit etiam commem. Dominicæ. Officium.

Oratio 3. Deus mirabilis in Sanctis tuis, qui beatæ Dominicæ duplicem coronam virginitatis & martyrii tua gratia contulisti, concede nobis famulis tuis, ut de carne, mundo & diabolo triumphantes, æterna præmia ipsius patrocinio consequamur. Per Dominum nostrum &c. F

Ad Matutinum & Laudes omnia similiter, ut in eodem communi. Lectiones Primi Nocturni de Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios, de Virginibus præceptum Domini non habeo.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv. DOminica Virgo, pios & nobiles parentes habuit Dorotheum, & Arsenium, a quibus ab infantia, Christiana religione imbuta, sanctos mores sumpsit cum lacte. Delati autem Parentes ad Diocle- Lectiones.

A cletianum Auguſtum, quod Chriſtiani eſſent, cum ad martyrium in Campaniam ducerentur, filiam hortati ſunt, ut memor æternitatis, fidem, ac virginitatem illibatam ſervaret, ſpretiſque tormentis, fortis in agone permaneret.

Lectio v. Perducti vero ad tribunal ad abnegandam fidem, verborum primum blandimentis illecti, tum pœnarum metu deterriti ſunt; ſed cum a propoſito removeri nullo modo poſſent, fuſtibus acriter cæsi jubentur, deinde Dorotheo, & Arſenia ad Euphratis fluminis oras in exilium deportatis, Dominica Maximiani Cæſaris judicio reſervata eſt, a quo quibuſdam feminis impuris tradita, ut eam ad immolandum idolis inducerent, cum nec a fide avocari, nec impudicos earum ſermones audire poſſet, Dominum precabatur, dicens: Fiat cor meum immaculatum Domine, ut non confundar.

Lectio vi. His auditis, Maximianus iterum Dominicam coram ſe conſtitutam, in confeſſione fidei conſtantiſſime perſeverantem, in terram proſterni, pedibuſque ſatellirum conculcari mandavit; perducta deinde ad templum, eum ſigno Crucis idola fregiſſet, in ardentem fornacem conjecta eſt, a qua fine læſione egreſſa, feris objecta fuit; & illæ feritatis oblitæ, ſe ad Virginis pedes, ei blandientes, abjecerunt; quibus cum maxima admiratione perſpectis, multi idolorum cultores ad Chriſti fidem converſi ſunt. His tandem, & aliis cruciatibus ſæviſſimis, hilari animo ſuperatis, capite abſciſſo, nobiliſſimum certamen conſummavit. Ejus corpus Tropæam in Calabria, in qua civitate nata fuiſſe dicitur, Angelorum miniſterio ex veteri traditione delatum, magna ibidem fidelium veneratione aſſervatur. D ex MSS.

DE S. NOIALA VIRG. ET MART.

B

PONTE-VICI IN ARMORICIS. E

Notitia ex Proprio Venetenſi.

J. B. S.

VI. Julii. *De ea Sanctæ præter cultum*

Stius Sanctæ cultum hoc die nos docent Officia Cathedralis eccleſiæ Venetenſis in Britannia minori diverſarum editionum 1630. 1652. *&* 1660. *his verbis:* Die VI. Julii, pro commemoratione S. Nnialæ virg. & Mart. oratio, indulgentiam, de communi. *De* S. Noiala *apud Martyrologos ad uſque ſeculum* XVI. *nec verbum reperias; primus ipſam retulit Sauſſayus, & quidem in ſola Appendice ad Martyrologium ſuum Gallicanum, hoc modo:* S. Noyala (*ſic ipſe & Arturus ſcribunt*) virgo & marryr, honoratur in eccleſia oppidi de Pontiny (*pro* Pontivy) Venetenſis diœceſis, ubi pretiosum ejus corpus condigna veneratione habetur. *Cultus diem indicare non potuit, haud dubie quod Sanctæ natalem ignoraret, ut ad* XXX. *Martii in Prætermiſſis obſervatum eſt. Sauſſayum deſcripſit generalis collector Arturus in Gynæceo, ſupra ductorem aliquid auſus, dum tricesimum illum Martii diem, ex proprio beneplacito, aſſignavit.*

C

nihil hactenus innotuit.

a De ſingulis certiora ſe exſpectare *jam ab annis quinquaginta & amplius citato loco ſignificarunt Majores noſtri, cum autem nihil acceptum ſit, Sanctam ſolo nomine notam, hic tradimus, quam Caſtellanus in ſupplemento Martyrologii univerſalis ſuperaddi voluit textui, non* XXX. *Martii, ut Arturus, ſed* XXX. *Maji, ſic ſcribens:* Ponte-Vici (*a Pontivy*) diœceſis Venetenſis, S. Noyolæ, patronæ eccleſiæ ejuſdem loci. *Mirum profecto, ſi nec Caſtellano innotuerit certus dies, quo Sancta colatur, niſi fortaſſe alio tempore in Cathedrali, alio in propria eccleſia feſtum celebretur: unde judicium ſumi poteſt, Sanctæ natalem, martyrii genus ac tempus, patriam & ætatem in ipſo loco ignorari, quæ ſi aſpicua tradita eſſent, Britannicorum Sanctorum tam ſeduli hiſtoriographi Alberti le Grand diligentiam haud quaquam effugiſſent. In hiſce tenebris id erat reliquum, ut ad locum ipſum recurreretur exploraturus num inde lucis aliquid acquiri poſſet. Scripſi itaque ad R. P. Chomel, Rectorem collegii noſtri Venetenſis, rogavique impenſiſſime, co-*

uaretur ipſe, utpote loco vicinior, eruere quidquid aut hiſtoria, ſi exſtaret, aut ſaltem popularis traditio de S. Noiala *circumferret. Conſuluit is Pontevicenſem paſtorem, R. A. D. du Bortiez, ex cujus reſponſe, dato* XXIV. *Januarii* 1719. *recte nos conjeciſſe intelliges.*

3 De S. Nnyala, *inquit*, nihil eſt quod Rev. veſtræ ſignificem; nullæ de ipſa lectiones præſcribuntur; nihil proprii præter ordinem officii, in quo ejus commemoratio ſignatur VI. Julii. Sola apud nos Sanctæ iſtius ſuperſtes eſt traditio, neque ipſam agnoſcimus ut eccleſiæ noſtræ titularem, cum ea S. Petro dicata ſit, ut patronam tamen colimus, quemadmodum Venetenſes S. Vincentium venerantur. Exſtat hic ſacellum ejus perantiquum & elegans, quin & vicina eſt parochia, Sanctæ ipſius nomine inſignita. Vulgari lingua Britannica nuncupatur SAINTE NOALUEN, quaſi quis dicat S. NOYALA ALBA. Vidi in ejus ſacello vetuſtum pluteum, in quo rudi penicillo depicta erat ejus hiſtoria, appoſitis inſcriptionibus characterе Gothico. Dicitur ex Anglia huc appuliſſe cum ſua nutrice, trajecto mari in arboris folio. Aiunt, capite plexam non procul a Beignan, apud ſacellum vulgo du Bezo, juſſu tyranni Nizon ſeu Nizan; eamque huc veniſſe, cervicem manibus præferentem. Tyrannum hujus nominis in annalibus Britannicis me reperire non memini; reliqua hiſtoria ſic implexa eſt, ut difficillime fidem inveniat. Hoc certum eſt, ſumma pictate & celebri veneratione a populo honorari, præſertim Quadrageſimali tempore, quo ingens fit è vicinis pagis ad Sanctæ ſacellum concurſus. Verbo dixerim, præſatum S. Noyalæ ſacellum pictura, deauratione & cetero ornatu, nulli alteri in tota Britannia cedere. *Hoc diligentiæ noſtræ pretium fuit. Obſervat demum, unos plures* Noyalæ *appellatione gloriari, quin & familiam ſupereſſe iſtius nominis, cujus genealogiam texere nihil ad nos attinet, nec ad* S. Noialæ *gloriam conferre quidquam poteſt.* *Reſponſum Pontevicenſe.*

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ARCHIPPO, PHILEMONE, ITEM APOLLONIO, ALEXANDRO, EPIMACHO, ET ONESIMO.

J. P. Notitia ex Menæis.

VI. Julii HOC ordine, *quem in titulo posuimus, Menæa Græca excusa, Martyrum horum natalem commemorant. Menæa sequitur Maximus; episcopus Cytherorum. Annuntiatio eorumdem paulo aliter exprimitur in Menæo Mazarinæano, & sic sonat:* Eadem die (VI. Julii) Sanctorum Martyrum Philemonis crucifixi, Archippi ab equis tracti, Onesimi gladio perempti. Recolitur autem illorum memoria in sanctissimo eorum oratorio, quod est ultra in Elæa. *Quibus ibidem accinuntur sequentes versiculi;*

Cultus sub Iuli

B

Γαυρῶι Χειτῶν, φίλαμα ψυχρόν, Φίλημον,
Γαυρῶις ἢ ἐμὲ σὸ φίλτρον ἄνοιε τὸ ζόον.
Τὸν ἀρχικλῆ σοι πρὸ φρενῶν ἔκπαγλον,
Ἄρχιππε, δάκρυ πρὸς σὸ πρὶ ἵππων δράσυ.
Ἀθλοφόρε Ὄρθε Ὀνησίμῳ ἐκ ξίφους,
Λαβὼν τὸ καμφὸν ἐ ἀδλοθέτῳ σῴῳ.

Christum, Philemon, osculum effer frigidum,
Teque effer ipse, servidum philtrum illius.
Vere imperantem mentis invictæ impetum
Archippe præfer contra equum ferociam.
Onesimus propæa per gladium tulit.
Semper virentis laureæ capiens decus.

Alludit ad nomen Philemonis,

2 *Observa alludionem ad voces homonymas* φίλημα, *nec non* Φίλημον & φίλτρον. *Item in adjectivo* ἀρχικλῆ, *substantivo* ἵππων *& proprio* Ἄρχιππε. *Sacris quoque Martyrum Fastis nostrum agmen annumeratum reperio in Menæis bibliothecæ Ambrosianæ hoc die. In Menæo Chiffletii signantur* Philemon, Archippus & Onesimus; *& paulo post sequitur* Apollonius & Alexander, *prætermissa* Epimacho.

De S. Apollonio,

3 *De S. Apollonio habemus ex supplemento ad Menæa impressa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chiffletii:* Ὁ ἅγιος Ἀπολλώνιος εἰ πλοῖ βληθεὶς, πλοῖο πυρποληθέντος, εἰ δικαίως τε. S. Apollonius, in navigium injectus, navigio incenso, in mari martyrium consummavit; *cujus triumpho ibidem accinitur:*

Ἀπολλώνιε ἀμφιδέξιος ἔχυ
Ἄβλαβ᾽ φῶς ἄμφω ἢ θάλασσαν ἢ φλόγα.
Debet duobus hostibus Apollonius
Resistere ambidexter, & flammæ & mari.

E

De S. Alexandro,

4 *De S. Alexandro, seu, ut ibidem scribitur,* Alexandrio, *reperio sequentia in eodem supplemento, prætermisso titulo de S. Epimacho, cujus tamen nomen exprimitur in disticho, mox dando:* Ὁ ἅγιος Ἀλεξανδρῖνος ἐν τρίχυ δεθεὶς ἢ εἰς κατωφερὲς τόπον ἀφεθεὶς τελ. S. Alexandrion ad rotam ligatus, & deorsum demissus, martyrii cursum confecit.

Ἀλεξανδρῖνον κὶ κατωφερὲς τρίχυ,
Ἀνωφερῆ ὑψοῦσε, κὶ θεῖον λόγον.
Humilis Alexandrius in loca decidens,
Divina juxta oracula exaltabitur.

De S. Epimacho.

5 *De S. Epimacho, prætermisso, ut dixi, titulo, sic ibidem canitur:*

Πλέον τι τόσχυν ἄθλον ἢ τὸ ξίφος.
Ἔφασκε τόσχυν Ἐπίμαχος ἐν ξίφει.
Perferre majus aliquid ense voluimus,
Epimachus, inquiebat, ensem perferens.

At locus eorum cultui dicatus, his declaratur:
Τεμένει ἢ ἐ ἀνθῆι ἐπικεῖται τὸ τὸ ἐξαίσιον.

DE S. SISOE MAGNO CONF.

C F

IN MONTE S. ANTONII, IN THEBAIDE.

J. P. Sylloge Historica.

Sec. V. VIrtutes *ac miracula illustre apud Græcos* S. Sisoi *peperere nomen. Magni passim in Græcis Fastis titulo honoratur. Habetur inscriptus Typico Sanctæ Sabæ, Menæis bibliothecæ Ambrosianæ, epitome Menologii Graci, Horologio Græco, Maximo Cytherorum episcopo & Menæis impressis, in quibus ultimis adduntur sequentes versiculi;*

Cultus,

Κῦρι Σισοῖ ἀειπλε ψυχῶι ἴχοι,
Ἀ᾽πλᾶς εἶος ἀεὶ ἁμαίου κλέος.
Nos Sisoes jam Sisoes; nam cor gerens
Innocuum, abivit salvus ad cœli decus.

Lepor poeticus petendus ex affinitate vocum ἀειπλέ, εἶσε, & εἶος, *cum nomine proprio* Sisoe, *quasi dicas*, Sisoes, *id est* læsus, nocens *nomine tenus, jam non est* Sisoes *re: nam innocuam habens animam, salvus abivit ad cœlum. Ita ego quidem allusionem hanc poeticam intelligendam censeo; quam pluribus indagare, non est hujus loci.*

Gesta ac miracula ex Menologio Basiliano

2 *Subdo elogium sancti Confessoris nostri ex Menologio Basiliano:* Beatus Sisoes cum (Christum) Deum dilexisset a puero; & Crucem ejus imposuisset humeris, ipsum secutus est; aciesque invisibilium hostium in fugam vertit, ac transiit ad stadia laboriosa alceticæ

A vitæ. Altiſſimo autem humilitatis conſcenſo culmine, etiam patrandi miracula donum accepit. Etenim vel ipſos mortuos ſuſcitavit, dæmones ex hominibus ejecit, ægrotos ſanavit, nec non plurima alia patravit miracula. Erat autem in congreſſu blandus, moderatuſque, & dulcis in apophthegmatibus, è quibus plurima conſcripſit ad multorum utilitatem. Præterea non paucos fratres diſſidentes, per appoſita exempla ad pœnitentiam convertens, emendavit. Illud etiam peculiare habuit, quod nullum umquam hominem dijudicaret. Sic igitur angelico more tranſacta vita, ad Deum, quem deſiderabat, migravit, recipiens cœleſte regnum, quod ſibi præparatum erat.

& Sirlet. 3 *Eadem fere, nonnullis prætermiſſis, leguntur in Meneis impreſſis. Sirletus ſic breviter ipſum recenſet:* Commemoratio ſancti patris Siſois, in exercitatione monaſticæ vitæ admodum inſignis, cui propter eximiam humilitatem & reliquas virtutes, ſuſcitandi mortuos gratiam conſulit Chriſtus Dominus. *Menologium Slavo-Ruſſicum Sancti quoque noſtri natalem commemorat:*

B B. P. N. Siſoi Magni. *Molanus e Græcis fontibus eum quoque in Martyrologium ſuum tranſtulit, & ſignate quidem eadem hac ſexta die; quem alibi apud Latinos non reperias. Errat itaque Baillet, dum aſſerit, quoſdam Martyrologos Latinos habere hunc ſanctum Abbatem die* v. *hujus menſis, citans in margine* Molanum ad Uſuardum.

Nonnulla vitæ ac mortis adjuncta 4 *Audiſti ſuperius in Menologio Baſiliano factam eſſe mentionem de apophthegmatibus, ad plurimam utilitatem conſcriptis a Sancto noſtro. Id quod ad alias characteriſticas notas, ad eum pertinentes, viam nobis aperuit, quæ alioquin hic in tenebris ſepultæ latuiſſent. Igitur ex illis habemus, Abbatem noſtrum vixiſſe tempore magni aſcetarum patriarchæ Antonii, ac primo vitæ aſceticæ operam poſuiſſe in deſerto Scetis: quod cum videret nimis frequentatum, majoris ſolitudinis gratia, ſe abdidit in montem S. Antonii, a vita & morte ejuſdem Sancti ſic αὐτοψαριτὴν nuncupati, de cujus ſitu pluribus diſſernur ad diem* XVII. *Januarii, paragrapho ſecundo Commentarii prævii. Porro receſſus ille non diu poſt mortem S. Antonii contigit; quæ cum acciderit anno* 356. *jam facile ſtatues de tempore dicti receſſus. Aſcetam noſtrum ibidem commoratum ad uſque annos duos ſupra ſeptuaginta, conficitur ex apophthegmate inferius poſito, num.* 32. *Atque hunc mortem Sancti affigere poſſumus anno circiter* 429.

C *Utendo ex apophthegmatibus.* 5 *Illud obſervandum*, Siſoem, *quo de hic agitur, diſtinguendum eſſe a duobus aliis ejuſdem nominis, altero quidem Thebæo, altero autem Patræo, de quibus agitur apud Cotelerium in Monumentis eccleſiæ Græcæ inter Apophthegmata Patrum tomo* 1. *pag.* 671. *&* 674. *& alibi. Hæc & plura alia illuſtrari poterunt ex manipulo apophthegmatum, quæ delibo ex eodem tomo* 1. *Cotelerii, a pag.* 162.

Docet Siſoes oblivionem injuriarum, 6 Frater injuria affectus ab alio fratre, venit ad abbatem Siſoem, & dixit ei: Injuriam paſſus ſum ab aliquo fratre, ac volo me ipſum ulciſci. Senex vero hortabatur his verbis: Nequaquam fili, ſed potius Deo relinque ultionis partes. Excepit ille; Non ceſſabo, donec vindicavero me. Tum ſenex; Oremus, inquit, frater. Surgenſque ait; Deus, non amplius egemus, ut noſtri curam ſuſcipias: nos enim acceptæ injuriæ pœnas exigimus. Hoc igitur audito, frater procidit ad pedes Senis, dicens: Non amplius contendo cum fratre. Ignoſce mihi, Abba. D AUCT. J. P.

tentatio-nem, 7 Frater ita interrogavit abbatem Siſoem: Quid faciam; quia ad eccleſiam occurro, ubi ſæpe agape celebratur, & retinent me. Ait illi Senex: Res eſt laborioſa. Igitur Abraham diſcipulus ejus percontatus eſt; Si fiat occurſus in Sabbato vel Dominica, & frater biberit tres calices, num multum eſt? Reſpondit Senex: Si non ſit ſatanas, multum non eſt.

fugam alterius ſitus, 8 Diſcipulus abbatis Siſois dicebat ei: Pater ſenuiſti, abeamus jam prope terras habitatas. Ait Senex: Ubi non eſt mulier, illic pergamus. Tum diſcipulus: Et quis locus eſt, non habens mulierem, niſi eremus? Senex: In eremum ducito me.

9 Frequenter diſcipulus abbatis Siſois, aiebat: Abba ſurge, manducemus. Ille ad eum: Non comedimus, Fili? Reſpondebat; Non, Pater. Tum Senex, Si non comedimus, affer, & cibum capiemus.

cuſtodiam linguæ, E 10 Pronuntiavit aliquando eum fiducia abbas Siſoes: Confide, ecce a triginta annis non amplius deprecor Deum propter delictum; ſed ad hunc modum precor: Domine Jeſu, protege me a lingua mea. Atque huc uſque prolabor quotidie per eam, & pecco.

11 Frater dixit abbati Siſoi: Quare non receduut a me affectus? Ait illi Senex: Vaſa eorum intra te ſunt. Da eis pignus ſuum, & diſcedent.

animi demiſſionem, 12 Reſidebat aliquando abbas Siſoes in monte abbatis Antonii, & moram ſciente miniſtro ejus, nec veniente ad eum, non vidit hominem ad menſes decem. Ambulans autem in monte, reperit Pharanitem, venantem feras. Cui ſenex: Unde, inquit, venis: & a quanto tempore verſaris hic? Ille reſpondit: Vere, Abba, a menſibus undecim in hoc monte dego, nec vidi hominem præter te. Quibus auditis, Senex ingreſſus in cellam, percutiebat ſe: En Siſoes, inquiens, exiſtimaſti te aliquid feciſſe: atqui nec ſicut iſte ſecularis, adhuc feciſti.

fugam gu-la. 13 Celebrata eſt oblatio in monte abbatis Antonii, illicque inventum eſt doliolum vini: F unus vero e ſenibus, accipiens parvum vas cum calice, detulit ad abbatem Siſoem, deditque ei: qui bibit. Similiter fecit ſecundo, & ſuſcepit. Præbuit eidem tertia vice, nec accipere voluit, dicens: Deſine Frater: an neſcis, quod ſatanas ſit?

ſui contemptum, 14 Convenit aliquis fratrum abbatem Siſoem in montem abbatis Antonii, & inter loquendum dixit: Nondumne perveniſti, Pater, ad menſuram abbatis Antonii? Ait illi Senex: Si vel unam cogitationem abbatis Antonii haberem, totus evaderem inſtar ignis. Verumtamen novi hominem, qui licet cum labore, poteſt ferre cogitationem ſuam.

eorum obedientiam; 15 Venit aliquando Thebæorum quidam ad abbatem Siſoem, deſiderans monachum profiteri. Interrogavit eum Senex, utrum aliquem ad ſe pertinentem haberet in ſeculo? Reſpondit ille: Hsbeo filium: Tum Senex: Vade: projice eum in flumen; tuncque fies monachus. Cum igitur diſceſſiſſet, miſit Senex fratrem, qui prohiberet illum. Dicit frater; Deſine, quid agis? Ille excepit: Ab-

A AUCT. J. P.

bas juſſit, & projicerem. Itaque ei frater: Sed modo vetuit projiceres. Et relicto eo, acceſſit ad Senem: factuſque eſt probus monachus propter obedientiam ſuam.

16 Frater interrogavit abbatem Siſoem, an pari modo veteres perſecutus fuerit ſatanas. Et ait illi ſenex; Nunc magis. Quia tempus ejus appropinquat, atque conturbatur.

fiduciam in Deum,

17 Tentatus eſt aliquando a dæmone Abraham, diſcipulus abbatis Siſois, & vidit Senex, quod cecidiſſet. Itaque ſurgens, expandit manus in cœlum, dixitque; Deus, velis nolis, non dimitto te, niſi curaveris eum: ſtatimque medelam conſecutus eſt.

Iterum ſui contemptû.

18 Percontatus eſt frater de abbate Siſoe hunc in modum: Agnoſco memoriam Dei permanere apud me. Ait illi Senex: Non magna res eſt cogitationem tuam cum Deo eſſe: ſed magnum eſt conſpicere, ſi tamquam omni creatura inferiorem. Id enim corporeo labori junctum, deducit ad habitum humilitatis.

de Sancti ſplendore, & apparitionibus ante mortem,

B

19 Referebant de abbate Siſoe, quod quando morti proximus fuit, ſedentibus circa eum patribus, vultus ejus reſplenduit tamquam ſol; dixitque illis: Ecce abbas Antonius venit. Paulo poſt: En, inquit, venit Prophetarum chorus. Iterumque facies ejus majorem in modum reſulſit. Et ait; En, chorus Apoſtolorum acceſſit. Adhucque os ejus duplo fulgentius evaſit. Ecce autem ipſum, quaſi cum quibuſdam loquentem. Itaque rogaverunt eum Senes dicentes: Cum quo differis, Pater? Reſpondit: Angeli venerunt, ut me aſſumant: & obſecro, ut permittar paullulum agere pœnitentiam. Excipiunt Senes: Non eges pœnitentia, Pater. Tum Senex ad ipſos: Revera, non mihi conſcius ſum, quod pœnitentiæ initium poſuerim. Intellexerunt vero omnes, eum eſſe perfectum. Iterum facies illius ſubito facta eſt velut ſol; ex quo territi ſunt cuncti. Ait illis; Videte: Dominus venit, dicens; Afferte mihi electionis vas eremi. Statimque tradidit ſpiritum: ac evaſit tamquam fulgur, nec non repletus eſt totus locus bono odore.

contemptu gloriæ humanæ,

C

20 Profectus eſt abbas Adelphius, Epiſcopus Nicopoleos, ab abbatem Siſoem, in montem abbatis Antonii; cumque diſceſſuri eſſent, antequam iter aggrederentur, curavit, ut a mane comederent. Erant autem jejunii dies. Poſtquam ergo poſuerunt menſam, ecce fratres pulſant. Dixit diſcipulo ſuo: Trade illis parvam pultem, quia defatigati ſunt. Ait ei abbas Adelphius: Sine utique, ne dicant, abbatem Siſoem de mane manducare. Et intendit in eum Senex, mandavitque fratri: Vade, da illis. Ut ergo conſpexerunt pultem, ita locuti ſunt: Non hoſpites habetis? Num & Senex vobiſcum comedit? Reſpondit frater: Etiam. Quocirca cœperunt affligi ac dicere: Ignoſcat vobis Deus, quod Senem ſiveritis modo cibum ſumere. Nonne ſcitis per multos dies maceraturum eſſe ſe? Quos cum audiiſſet Epiſcopus, inclinavit ſe coram Sene, inquiens: Ignoſce mihi, Abba: quia humanum quid reputavi: tu vero, quod Dei eſt, feciſti. Tum ei abbas Siſoes: Niſi Deus glorificaverit hominem, hominum gloria nihil eſt.

21 Venerunt quidam ad abbatem Siſoem, ut audirent ab eo ſermonem; nec quidquam locutus eſt eis: ſed ſemper aiebat: Ignoſcite mihi. Cernentes autem ſportulas ejus, dixerunt illius diſcipulo Abrahamo: Quid facitis de ſportulis his? Reſpondit; Huc & illuc impendimus eas. Quo audito, Senex ait: Etiam Siſoes hinc & inde manducat. Illi vero audientes, multum animæ lucrum fecere; atque abierunt cum gaudio, ædificati in humilitate ipſius.

D *humilitate,*

animi puritate,

22 Sciſcitatus eſt abbas Ammon Rhaithenſis abbatem Siſoem: Quando lego Scripturam ſacram, vult animus apparare ſermonem, ut habeam ad interrogationem. Aie illi Senex: Non eſt operæ pretium: ſed potius a puritate mentis aequire tibi, tum ſolicitudine carere, tum loqui.

Mortuum puerum ad vitam revocat,

23 Acceſſit aliquando ſeculi vir cum filio ſuo ad abbatem Siſoem, in montem Abbatis Antonii: atque in via contigit mori filium: nec turbatus eſt pater, ſed fidei plenus, portavit eum ad Senem. Et cum filio proſtravit ſe, quaſi humiliter ſalutans ad accipiendam a Sene benedictionem. Deinde ſurgens, reliquit puerum ad pedes Senis, ac egreſſus eſt. At Senex, qui exiſtimabat, quod ad ſalutationem proſterneret ſe, ait illi: Surge, exi ex hoc loco: neſciebat enim mortuum eſſe. Et confeſtim ſurrexit, atque abiit. Quem cernens pater, obſtupuit: proinde intrans, cum veneratione ſalutavit Senem, remque ei nuntiavit. Senex vero audiens, triſtitia affectus eſt: non enim voluiſſet id accidiſſe. Denuntiavit autem homini diſcipulus Siſois, ne cuiquam diceret uſque ad mortem Senis.

E

edit eorum plum fiducia in D. & humilitatis,

24 Tres ſenes adierunt abbatem Siſoem, auditis, quæ ad eum pertinebant: & ait illi primus; Pater, quo modo poſſum evadere igneum flumen. Ille vero non reſpondit. Dicit ei ſecundus: Pater, qua ratione effugere potero ſtridorem dentium & vermem, qui numquam dormit? Tertius pariter interrogat. Pater, quid faciam? Memoria exteriorum tenebrarum enecat me. Reſpondens autem Senex, dixit eis: Ego horum nullius recordor: cum enim Deus miſericors ſit, ſpero, quod mecum facturus ſit miſericordiam. Eo audito ſermone, ſenes triſtes abierunt. Nolens autem Senex finere ipſos eum triſtitia diſcedere, reverti fecit, & dixit: Beati eſtis, fratres, atque vobis invidi felicitatem veſtram. Primus enim veſtrum locutus eſt de igneo flumine, ſecundus de tartaro, tertius de tenebris. Si ergo mens veſtra recordationis hujuſmodi tenet dominium, fieri nequit, ut peccetis. Quid vero acturus ſum ego duri cordis homo, cui non eſt conceſſum ſcire, quod vel maneat homines ſupplicium: unde ſingulis horis peccо. Tunc illi, venia ab illo ſuppliciter petita, profeſſi ſunt; Sicut audivimus, ita etiam vidimus.

F

ſpe de miſericordia Dei,

25 Percontati ſunt nonnulli ex abbate Siſoe: Si lapſus fuerit frater, nonne debet ad annum pœnitentiam agere? Reſpondit; Durum eſt hoc verbum. Aiunt; Verum ſex menſes? Iterum reſpondit; Multum eſt. Excipiunt; Uſque ad quadraginta dies? Ait; Adhuc multum eſt. Illi. Quid ergo, ſi prolapſus fuerit frater, & ſtatim agape celebretur, ipſene veniet ad agapen? Dicit illis

illis Senex ; Nequaquam : ſed neceſſaria eſt paucorum dierum pœnitentia. Confido enim in Deum, quod ſi is homo ex tota anima egerit pœnitentiam, vel intra tres dies illum admiſſurus ſit Deus.

Tempeſtuoſa.

26 Cum aliquando abbas Siſoes veniſſet ad Clyſma, acceſſerunt ad eum videndum ſeculares viri. Ii multa loquebantur, nec quidquam ipſis reſpondit. Poſtea illorum unus dixit ; Quid moleſti eſtis Seni ? non manducat ; ideo neque poteſt loqui. Excepit Senex : Ego, ubi neceſſitas poſtulat, comedo.

27 Abbas Joſeph requiſivit ab abbate Siſoe, quanto in tempora debeat homo affectus reſcindere. Ait illi Senex: Tempora vis dicere? Et abbas Joſeph ; Etiam, inquit. Dicit ergo Senex : Qua hora affectus venerit, illico abſcinde eum. *Proxime ſequitur apud Cotelerium apophthegma de Siſoe Petreo, quod prætermitto.*

28 Aiebant de abbate Siſoe, quod ſedens in cella, ſemper oſtium clauderet.

Quomodo ſe exſeruerit ergo Ariomanes ;

29 Venerunt aliquando Ariani ad abbatem Siſoem in montem abbatis Antonii, & cœperunt contra orthodoxos garrire. Senex vero nihil quidquam reſpondit eis : ſed vocato diſcipulo ſuo, dixit: Abraham affer mihi S. Athanaſii librum, ac legito. Tum tacentibus illis, agnita eſt eorum hæreſis. Dimiſitque ipſos cum pace.

quanti faceret ſolitudinem ;

30 Venit aliquando abbas Amun e Rhaitu in Clyſma, ut inviſeret abbatem Siſoem ; & cernens ipſum afflictum, quod reliquiſſet eremum, ait : Cur doles, Abba ? Quid enim jam inde poteras in ſolitudine facere, qui ad tantam perveneris ſenectutem? At Senex oculos in eum intendit cum triſtitia ; dixitque : Quid mihi profers, Amun? Nonne enim mihi ſufficiebat ſola mentis meæ libertas in eremo?

31 Sedebat aliquando abbas Siſoes in cella ſua : cumque pulſaſſet diſcipulus ejus : clamavit Senex, Fuge, Abraham, ne ingrediaris ; jam quæ hic ſunt, otio carent.

quamdiu, relicta Scetide, viverit ibi mortuus.

32 Frater abbatem Siſoem interrogavit hac oratione: Quomodo Scetim reliquiſti, cum abbate Or conſiſtens, & veniſti, ut ſederes hic? Reſpondit ei Senex; Cum inciperet Scetis frequentari, eamque audiiſſem mortuum eſſe abbatem Antonium, ſurrexi, & profectus ſum huc in montem, atque inveniens iſta loca quieta, ad paucum tempus reſedi. Ait illi frater; Quot annos hic tranſegiſti ? Senex: Septuaginta duos.

33 Dixit abbas Siſoes ; Quando adeſt homo, tui curam habens, non oportet, ut præcipias.

Decet ſoni ſimplicem,

34 Frater ſciſcitatus eſt abbatem Siſoem, ſi in via ambulaverimus, & itineris dux aberravit, oporteatne ei declarare ? Reſpondit Senex ; Non. Subjunxit Frater ; Sed ſinemus, ut nos a via avertat ? Tum ei Senex ; Quid igitur, accipieſne baculum, quo illum verberes ? Ego novi fratres, quibus iter agentibus, noctu aberravit eorum ductor: erant autem duodecim, omneſque ſciebant evagari ſe, & unuſquiſque ſecum contendit, ne diceret. Die autem exorto, comperiens viæ dux, quod deerraſſent, ait illis ; Ignoſcite mihi, deflexi de via. Cunctique exceperunt ; Nos quoque noveramus, ſed reticuimus. Quo ille audito, demiratus eſt, dixitque ; Ad mortem uſque Fratres abſtinent a ſermone. Ae Deum laudibus celebravit. Diſtantia autem viæ, a qua abducti fuerant, duodecim erat milliarium.

Auct. J. P.

35 Venerunt quodam tempore Saraceni, & ſpoliaverunt Senem, ipſiuſque fratrem. Cumque hi exiiſſent in ſolitudinem, ut aliquid eſculentum invenirent, reperit Senex ſtercora camelorum, quibus fractis, nactus eſt grana hordei. Manducavit autem unum granum, & alterum in manu ſua poſuit. Veniens vero frater ipſius, offendit eum comedentem, & ait : Hæccine eſt caritas, quod invento eſculento, ſolus veſceris, nec vocaſti me ? Reſpondit abbas Siſoes ; Non tibi feci injuriam, Frater : Ecce partem tuam in manu mea ſervavi. *Subduntur apophthegmata duo de abbate Siſoe Thebæo, ſeu habitatore Calamonis Arſenoitæ, quæ tamquam a noſtro inſtituto aliena prætereo.*

ſervet fraternam caritatem ?

tradit modum ſe gerendi in proſperitate adverſa,

36 E Patribus quidam interrogavit abbatem Siſoem ; Si, dum ſedeo in aremo, venerit barbarus, occidere me volens, & prævaluero ei, interficiamne ? Reſpondit Senex : Nequaquam : ſed illum Deo committe. Qualiſcumque enim tentatio evenerit homini, oportet dicat ; Propter peccata mea hoc contigit. Quod ſi bonum acciderit, dicat; Ex Dei diſpenſatione eſt. *Mitto tria proxima, alterum de Siſoe Thebæo, alterum de Siſoe Petræo, tertium rurſus de Thebæo.*

poſt lapſum ſemper ſurgendum monet.

37 Frater interrogavit abbatem Siſoem, dicens; Quid faciam, Abba, quia cecidi ? Reſpondit Senex; Iterum ſurge. Frater ait; Surrexi rurſuſque cecidi. Excepit Senex; Exſurge iterum atque iterum. Rogavit ergo Frater; Quo uſque? Reſponſum dedit Senex; uſque quo aſſumptus fueris, ſive in bono, ſive in delicto. In quo enim invenitur homo, in eo & proficiſcitur.

Varia ex apophthegmate

38 Frater de Sene ſciſcitatus eſt hunc in modum ; Quid faciam ? Quia vexor propter opus manuum. Amo enim plectam, nec eam poſſum conficere. Reſpondit Senex, ex dicto abbatis Siſois, non faciendum eſſe opus, quod nos delecter.

Dixit abbas Siſoes, Quære Deum, nec quæras, ubi habitet.

Dixit iterum, quod pudor & timoris vacuitas ſæpe peccatum producant.

Frater petiit ab abbate Siſoe, quid faceret: Dixit ei; Res, quam quæris, eſt tacere multum, & humilitas. Scriptum enim eſt: Beati, qui immanent in eo. Sic poteris ſtare.

Dixit abbas Siſoes ; Abjectus eſto ; voluntatem tuam poſt tergum projicito; curis te liberato, & habebis requiem.

Frater abbatem Siſoem interrogavit : Quid agam propter affectus ? Et ait Senex : Unuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua.

39 Frater interrogavit abbatem Siſoem, ut aliquod ei verbum doctrinæ proferret. Ille vero infit; Quid me cogis loqui otioſe : ecce, quod cernis, facito.

46 Abiit aliquando ad miniſterium abbas Abraham, diſcipulus abbatis Siſois, & ad multos dies noluit ab alio quoquam miniſtrari, dicens: Sinamne alium hominem mecum aſſuefacere, præter fratrem meum! Nec admiſit donec rediiſſet ejus diſcipulus, ſed laborem pertulit.

A AUCT. J. P.

41 Referebant de abbate Siſoe, quod cum ſederet, clamavit voce magna; O calamitas! Interrogat eum diſcipulus ipſius: Quid habes, Pater? Reſpondit Senex; Unum hominem quæro, quocum loquar, nec invenio.

& deo quæro.

42 Perrexit aliquando abbas Siſoes a monte abbatis Antonii ad exteriorem Thebaidis montem, atque ibi habitavit. Erant porro eo loci Meletiani, incolentes Calamonem Arſenoitæ. Quidam igitur, comperto, quod exiſſet in exteriorem montem, deſideraverunt eum videre. Dixerunt autem: Quid agemus? Nam in monte degunt Meletiani. Et ſcimus quidem Senem per illos non lædi: nobis vero timendum, ne forte volentes congredi cum Sene, incidamus in tentationem hæreticorum. Quocirca ne occurrerent hæreticis, non inviſerunt Senem.

43 Narraverunt de abbate Siſoe, quod in morbum inciderit: ſedentibus autem circa eum ſenibus, loquebatur cum quibuſdam. Aiunt ei; B Quid vides, Abba? Dicit illis, Cerno quoſdam venientes ſuper me; quos rogo, ut ſinant me paululum pœnitentiam agere. Tunc ad eum quidam e ſenibus; Si permiſerint, modo poteſne utiliter vacare pœnitentiæ? Reſpondit Senex; Quamvis nequeam, tamen parumper ingemiſco ſuper anima mea, idque ſufficit mihi.

44 De abbate Siſoe commemorabant, quod quando venit in Clyſma, ægrotavit, & ſedente eo in cella cum diſcipulo ſuo; ecce audita eſt januæ pulſatio: quam percipiens Senex, ait diſcipulo ſuo Abrahamo? Dic ei, qui pulſat: D Ego Siſoes in monte, ego Siſoes in matta. Ille vero audiens evanuit. *Totus apophthegmatum de abbate Siſoe manipulus concluditur iſtuc uſus aliis, quæ, quoniam agunt de Siſoe Thebæo, non tango.*

45 *Colligo, non omnes ubique coſdem reluxere* *An omnes apophthegmata ſint intelligenda de Siſoe Magno.* *characteres in allatis apophthegmatibus, atque adeo non æque certo conſtare, an omnia ſint intelligenda de uno eademque* Siſoe *noſtro, cognomen* Magni *adhæſiſſe jam diximus, an vero quædam ex aliis referenda ſint ad alium vel altos ejuſdem nominis eremicolas, de quibus ſupra. Non pauca tamen hic occurrunt, quæ ſatis conſtanter conſonant cum elogio Baſiliano, ſupra producto, in quo memoratur dulcis fuiſſe in apophthegmatibus, & plurima ex iis exaraſſe ad multorum utilitatem; ſingulari animi demiſſione, ac virtute ſuſcitandi mortuos. Quibus, in dicto Menologio expreſſis, apprime congruunt ubique propemodum in ſingulis apophthegmatibus ſpirans ſui contemptus; ſuſcitatio pueri mortui, uti habes num.* 23. *nuncupatio, qua a Domino, paulo ante mortem ſibi apparente, dictus fuit vas electionis, ut refertur n.* 19. *denique exactis in monte annis duo ſupra ſeptuaginta, ſicut legitur nu.* 32. *Quæ omnia videntur potius quadrare* Siſoi Magno, *alioque noſtro, quam aliis, quorum nomen videtur obſcurius fuiſſe, neque tanta fulſiſſe celebritate. Atque hæc de* Siſoe, *ejuſque apophthegmatibus dicta ſufficiant, de quibus etiam videri poteſt Roſweydus ſparſim variis locis in Vitis Patrum. Agit etiam de Sancto noſtro Hiſtoria Monaſtica Gallice edita, lib.* I. *pag.* 56.

DE S. ASTEIO, ASTIO, VEL ABERISTO EPISC. ET MART.

J. P.

Sylloge Hiſtorica.

VI. JULII C

Cultus in nobilis Græcis;

Menologium Baſilianum hoc die natalem hujus ſancti Martyris annuntiat his verbis: Ἀσθένιος ὁ ἁγία ἱερομάρτυρος Ἀττάλου, ὑπατείαν Δυρραχίου. Certamen ſacroſancti Martyris Aſteii, epiſcopi Dyrrachii. *Ibidem ſequitur* ejus *elogium:* Aſteius, ſanctus Martyr, vixit ſub Traiano imperatore. Ab idololatris captus, Agricolao præſidi traditus eſt. Cumque juſſus eſſet Chriſtum negare, & idolis ſacrificare, neque eo adduci poſſet, in carcerem miſſus eſt. Porro priuſquam comprehenderetur, tale contemplatus fuit ſomnium. Vidit ſeipſum ſupra petram ſtare, unctum pice & oleo; & expergefactus, dixit clericis ſuis: Fratres, oportet me pati propter Chriſtum. Ceterum unuſquiſque veſtrum diſcedat, ubi ſalvus eſſe poſſit. Hæc locutus, comprehenſus eſt, uti dictum; & ſtans coram Agricolao, Chriſtumque confeſſus, in carcere concluſus fuit. Unde dimiſſus, plumbatis cæſus; dein melle unctus, ſuſpenſus in ligno fuit tempore æſtivo, ut a veſpis & muſcis depaſtus, e vita excederet. Hoc facto, gratanter cruciatum perferens, animam Chriſto tradidit.

F

Vitus martyrii;

a *Paulo contractius ſanctum Martyrem confi-* *gnant Menæa typis edita, quibus conſonat Maximus, epiſcopus Cytherorum. Menæa quoque ejus habentur in Menæis bibliothecæ Ambroſianæ, & Chiffletii. Sirletus breviſſimum ei elogium contexuit his verbis:* Certamen S. Aſtii, epiſcopi Dyrrachii, qui ſub Traiano imperatore, præſide Agricolao, in Chriſtianæ fidei confeſſione perſeverans, plumbatis cæſus eſt, & poſt alios cruciatus precibus ad Deum miſſis, animam Deo tradidit. *Ex appoſita nota Imperatoris ac Præſidis, ſub quibus paſſus dicitur ſanctus Auctor, facile cuilibet innoteſcit character chronologicus, ſub initium ſeculi ſecundi a partu Virginis collocandus.*

ex veſtis Aberiſtus vocatur.

3 *Ferrarius in novo Catalogo Sanctorum pro* Aſtio *ſcribit* Aberiſtum; *veſtæ obſervans in notis, ſe ſuſpicari, mendum eſſe in codice vel Græco, vel Latino. Sacram Martyris memoriam recolit Martyrologium Romanum die* VII. *hujus.*

DE

A D

DE SS. MARTYRIBUS BRIXIENSIBUS

NICOLAO ET HIERONYMO

Ex Tabulis Brixianis. J.B.S.

VI. JULII. *Rejecta legenda, quæ apocryphâ oſtendit Papebrochius.*

Sancti hoc Chriſti pugiles, alii fratres, alii patrueles, coronatos anno a natali Chriſti CXXXIII. Kalendis Julii, pontificatus Teleſphori anno II. & XIV. imperii Ælii Adriani, *aſſerunt Acta ſatis mira, quæ Fabius Delius Romanus, ex Fabii Bruſati, Clerici Brixienſis hiſtoria, anno primum 1416. fabricata, cum longo Pedroccha familiæ elogio edidit anno 1591. Bernardinus Faynus deſcripta huc tranſmiſit: Papebrochius vero parte 3. Propylæi ſui antiquarii ante tomum 2. Aprilis cap. 5. num. 37. & 38. fabuloſa oſtendit & plane reſpuenda; rationes a ſe ibi adductas, adverſus P. Sebaſtiani inſultus accuſationes egregie tutatus in Reſponſionibus ad varios articulos, imperiti juxta ac imprudenti rogeſtos, præſertim ad articulum XI. a num. 59. Quanti momenti fuiſſent Papebrochii argumenta, colligere potuerat prætenſorum errorum exhibitor ex ſilentio Abbatis Onuphrii Stellæ, in ſuis declamationibus nihil proferre auſi, quo prædictorum Actorum fidem vindicandam ſuſciperet. Subjnxuit porro Papebrochius citato num. 59.* Si tamen pro hac Vita, ſecluſa fictione, quidquam probationis certioris aliquando inveniatur, licebit de illis, ut ſanctis Martyribus, non autem ut Pedroccha familia prognatis, agere I. Julii.

nullus certus propugnare ausus eſt;

2 *Et vere de ipſis inter prætermiſſos & in alios dies rejectos locuti ſumus dicta die I. Julii, huc ambos transferentes, quod non illo, ſed hoc die, ſub ritu Officii duplicis Brixiæ coluntur, teſte laudato Bernardino Fayno, in ſuo Martyrologio, ut noc dicemus. Cum igitur Vita iſta ſeu Legenda, ſeculo primum quinto decimo conficta, non videatur ullo pacto propugnari poſſe, certe a toties quadraginta & amplius ab edito Aprili annis, ejus patrocinium nemo ſuſceperit; verbo,* probationis certioris *nihil prorſus inventum aut adductum ſit, nec facile ſperari poſſe exiſtimemus; id unum reſtat, ut de cultu ipſis exhibito, facta omnimoda præciſione a Pedroccha, vel alia quacumque hodierna familia, ſeculo ſecundo Brixiæ minime reperienda; reſtat, inquam, ut de ſolo cultu hic breviter agamus, lectorem de cetero remittentes ad præfatum Propylæum antiquarium & Reſponſiones, articulo etiam 3. §. 8. art. 10. §. 6. & variis aliis locis conſulendas. In* Martyrologio ſanctæ Brixienſis eccleſiæ, *Ughelli dono hic ſervato, ſic legitur Kalendis Julii*: Brixiæ, natalis SS. Martt. Nicolai & Hieronymi, quos S. Apollonius Epiſcopus convertit ad Chriſtum ac baptizavit, & panem angelorum eis, dum eſſent in carcere pro Chriſti nomine, per feneſtram ferream occulte in nocte cum aliquibus Chriſtianis miniſtravit, & ad martyrium incitavit. Horum corpora jacent in eccleſia S. Aphræ.

de ſolo cultu autem actum eſſe ſatis verisſimile,

3 *Scripſerat ante Ferrarius in Catalogo Generali, iiſdem Julii Kalendis*: Apud Brixiam, SS. Martyrum Hieronymi & Nicolai. *Notavit autem ibi, ſe ſua accepiſſe* ex monumentis monaſterii S. Fauſtini. Paſſi ſunt, *inquit*, ſub Adriano Imperatore, prope urbem, ubi nunc eſt Burgus S. Fauſtini, ubique eorum corpora requieſcere dicuntur. Erant fratres ex familia Pedroccha, quæ adhuc floret, pro ut in Vita ſive hiſtoria dictorum Martyrum, anno MDXCI. edita. *Atque ea eſt Bruſatiana legenda, quam apud nos manuſcriptam exſtare & pridem merito rejectam diximus. Audi modo Bernardinum Faynum in ſuo Brixiano Martyrologio, typis edito, etiam ad Kalendas Julii*: Brixiæ, ſanctorum fratrum Nicolai & Hieronymi Martyrum, in eccleſia ſanctæ Aphræ. His pro fide in carcerem conjectis, beatus Apollonius Epiſcopus, ab angelis monitus, nocte ſacram Euchariſtiam porrexit & martyrium prænuntiavit. Unde ſub Hadriano, variis tormentis vexati, obtruncatis via Cremonenſi eorum corporibus, animæ ad cælos evolarunt. E

excluſa ea quoque familia fictitia oſtenſa.

4 *Nec prætermittenda Fayni annotatio, quæ eſt ejuſmodi*: De his, ex priſca & nobili Pedroccha familia natis, ſcripſit vitam latino idiomate Fabius Clericus de egregia Bruſatorum ſtirpe, anno MCCCCXVI. quam Achilles Pedroccha, juris utriuſque conſultiſſimus, libro illo aureo, a ſe edito (Reſponſum vocant) & Brixiæ impreſſo anno MDCXIX. inſeruit. Hanc ipſam edidit quoque materna lingua Abbas Alcaquius Martinengus in ſuo libello Sanctorum. Horum item memoriam agunt Martyrologium Ferrarii & Brixianum manuſcriptum, nec non & tabella ſacrarii ſanctæ Aphræ, ubi eorum corpora quieſcunt, inditans ibi eorum feſtum, ſub ritu duplici, die VI. hujus, forſan ex aliqua translatione, cum vere paſſi ſint hac die anno ſalutis CXXXIII. Quorum ſanguis tanta virtute floruit, ut eodem quidam oppreſſus a dæmone, cum decollarentur, præter ſpem aſperſus, illico ab immundis ſpiritibus liberatus fuerit. *Atque hæc ſunt, quæ de his Sanctis Brixiæ circumferuntur, accepta potiſſimum ex toties jam citata Bruſati Legenda, quam a me hic adoptari minime velim intelligas: cultum unice admitto, donec reliquorum* probatio certior *acceſſerit.* F

Dubium, ubi ſacra corpora requieſcant.

5 *Ut autem perſpiciant Brixienſes, me nec lites ſequi nec movere, rogatos ipſos velim, obſecrovent, a Ferrario ſic ſcribi*: Paſſi ſunt ſub Adriano Imperatore, prope urbem, ubi nunc eſt Burgus S. Fauſtini, ibique eorum corpora requieſcere dicuntur. *Ita ille, a quo non parum diſſonans Martyrologium Ms. Ughellianum & alterum a Fayno editum, in quibus diſerte aſſeritur, Sanctorum corpora quieſcere in eccleſia aut Sacrario S. Aſræ. Neque cum alterutra opinione ſatis componi poſſe videntur, quæ ſcripſit Fabius Delius ſub præfationis ſuæ finem, in hæc verba*: Reliquum eſt, ut una cum omnibus aliis Chriſti fidelibus, Deo noſtro clementiſſimo, quantas maximas animus noſter capere poteſt, gratias agamus, quod hujuſmodi hiſtoriam diutius delitescere non permiſerit. *Parco iis gratiis,*

A tis; *hoc ad rem ſpectat*: Sed ſicut ipſorum ſanctorum Martyrum corpora IN BASILICA SALVATORIS BRIXIÆ VENERANTUR, & eos invocantibus indefeſſi apud ipſum Deum exſtant patroni, ita voluerit eorum vitam, miracula & martyrium omnibus innoteſcere. Vale. Romæ x. Kal. Febr. MDXCI. *Ego hic eumdem ſepulturæ aut venerationis locum non reperio, niſi* & baſilica Salvatoris & eccleſia S. Afræ *pro uno eodemque templo accipiantur, ſive* in Burgo S. Fauſtini, *quod utinam in Cælo ſuo Brixiano explicaſſet Fayus; qui pag.* 171. *duplex quidem nomen tribuit eccleſiæ S. Afræ; at in Burgo S. Fauſtini ſitam, necdum didici.*

AUCT. I. B. S.

Quid a Brixienſibus fieri conveniat.

6 *Ad hæc & hujuſmodi intricata negotia ſi paulo oculatius attenderent Brixienſes, vanis ſatyris & inanibus declamationibus aut lamentis mortuos vel ſuperſtites Sanctorum hiſtoriographos inceſſere deſinerent, in id potius operam & ſtudium conferentes, ut ſedatis prius inteſtinis controverſiis, ſolido aliquo & erudito opere Sanctorum ſuorum Acta* D *ſaltem probabilia, incertas traditiones, dubias depoſitiones, cultus inutiles & chronologicam ſeriem expenderent, & ad juſtæ criſeos normam revocarent; hiſtorica methodo, a ſanctitatis hodiernarum affectus fuligine extergerent; ab evidentibus fabulis expurgarent, non per mera patriæ præjudicia aut inolitas vulgi opiniones, quæ indoctæ plebi relinquenda ſunt, ſed per fidei humanæ vera receptaque ab eruditis principia & momenta. Hac ratione ſemel ſana, ſpondere audeo, numquam futurum, ut de Hagiographis merito conqueraniur; quibus id ſacroſanctum eſt, ſincerum veritatem omni conatu inquirere, dubia ut certa non admittere, fabellas ab hiſtoria eccleſiaſtica excludere, libenter docere & diſcere; ſed falſa, quamdiu falſa apparent, non truſide refellere, nihil attendendo ad decantatas ſæpe navias, rerum poſſibilitatem potius, quam exiſtentiam certatim eggerentes. Hiſtoricæ diſcant agere, qui hiſtorias meditantur.*

B DE S. PALLADIO EPISC. ET CONF. E

SCOTORUM APOSTOLO

FORDUNI IN SCOTIA.

I. B. S.

SYLLOGE HISTORICA

De cultu, patria, legatione, geſtis & ſcriptis.

§. I. De S. Palladii cultu & Officio eccleſiaſtico.

ANNO CCCC. XXXI.

Ex Scotorum libertate difficilis æſtimatur. C

PRimam ſui in hiſtoria eccleſiaſtica notitiam *Proſpero Aquitano* debet ſanctus hic Palladius, *vocatus ſubinde* Scotorum Apoſtolus; *celebritatem conſulere Beda, Sigebertus, Marianus Scotus & alii, qui ferme Proſperum ſecuti ſunt, & auctores vitæ S. Patricii in nonnullis paulo liberaliores; at poſtremis hiſce ſeculis late patentem famam conſecutus eſt, ex vulgatiſſimis Scotorum Hibernorumque diſceptationibus, utraque gente, tamquam pro aris & focis, ut de S. Rumoldo plurimiſque aliis non ſemel in Actis noſtris diximus, ad vendicandos ſibi Sanctos acerrime depugnant. Litigationum cauſam ſæpius expoſuere Majores noſtri, deductam plerumque a ſola* Scotiæ *vel* Scotorum *appellatione, modernis Scotis omnia ſibi rapientibus, quæ vel eminus Scotici quid ſonant, Hibernis contra non aliam Scotiam per aliquot ſecula (aliqui ad plura extenduut, alii contrahunt) agnoſcentibus, præter illam ſpſam inſulam, quæ hodie Hibernia nuncupatur. Mihi fixum ſemper fuit, ab odioſa ea quæſtione, quatenus liceret, præſcindere, utriuſque partis argumenta curſim ſolum attingere, de cetero ea proſequi, quæ ad Sanctos ſpectant propius, relicta ambabus partibus libera ad digladiandum arena. Ad hanc ferme normam certum eſt exigere, quæ de* S. Palladio *dicenda ſunt, ubi non de Scotica origine contenditur, ſed de laca, ut ajunt, caprina, ad quos nimirum a Cœleſtino Papa miſſus ſit. Præfixum in titulo ordinem ſequimur, ductu a cultu exordio.*

In antiquis Martyrologiis ſignatus non eſt.

2 *Antiqua veneratione* S. Palladio *Chriſtiane exhibitæ indicia in Faſtis ſacris haud reperies: nam qui in Hieronymianis hoc die refertus* Palladius *ſeu* Pallattius, *genere, ætate & laurea ab eo, quo de hic agimus, longiſſime diſtat. Neque tranſitus dies hactenus cuiquam certo innotuit, neque ſatis proinde perſpicio, quid Grevenum induxerit, ut hoc die ipſum conſignaret, niſi in veteri aliquo codice ita ſcriptum procul dubio invenerit. Si, quæ de Sancti obitu in variis S. Patricii vitis exſtant, recte expendantur, non meoſe Julio anni* 431. *defunctus* F *eſt, multo melius Januario, cujus die* XXVII. *ejus natalem ſeu feſtivitatem referunt Catalogi Sanctorum Hiberniæ, tum Mſs. tum excuſi; eſt enim longe veroſimilius, ſub jam dicti anni finem,* XV. *Decembris, vitæ metam attigiſſe, quemadmodum notavit Wareus de ſcriptoribus Hiberniæ pag.* 101. Obiit (*S. Palladius*) apud Pictos in itinere Romam reverturus, XV. Decembris, anno ab adventu Salvatoris CCCCXXXI. eodem nempe anno, quo in Hiberniam (*Epiſcopus*) venit. Sic vulgo traditur. *Sic tradit Balæus apud Uſſerium, ſic Uſſerius ipſe pag.* 814. *ſic poſt illos Sirinus in Ms.* S. Palladii *vita, per RR. PP. Franciſcanos Hibernos Lovanienſes mecum benevole communicata.*

a recentioribus Hibernis XV. *Januarii*

3 *Interim a Bollando inter Prætermiſſos dici* XXVII. *Januarii, ſic obſervatum legimus*: S. Palladius Scotorum Apoſtolus refertur hoc die a Ferrario & Martyrologio Anglicano; a pluribus & vetuſtioribus XI. Julii. *Signatur utique in Wilſonii Anglico Martyrologio; ibidem ea die ornatus elogio, quod non magis probare auſim, quam lectiones Aberdonenſes, infra producendas. Brevius de* S. Palladio *agit Ferrarius*; Fordu-

Digitized by Google

duni

A duni in Scotia, S. Palladii Epiſcopi & Apoſtoli Scotorum, *in notatione falſa nonnulla veris admiſcens; hoc recte effatus*; ejus reliquias Forduni in maxima veneratione haberi: *idque ex Baronii Annalibus haud dubie deſumptum fuerit, ubi ad annum 429. num. 4. de* S. Palladio *ait*: Quem jure, ut ſuum Apoſtolum, venerati ſunt Scoti, magno honore proſequentes ejus reliquias, in Mernia Scotiæ provincia collocatas. *Mentem ſuam hic declarare incipit Baronius, in tota hac controverſia partibus modernorum Scotorum ſatis aperte favens, ut ex ſequentibus non minus clare patebit, Sed cultum proſequamur.*

hoc de a Scoti,

4 *Qui ſint illi* plures & veteſtiores *Martyrologi, quos* S. Palladium *hac* VI. Julii *referre inſinuat Bollandus, nec ſatis expreſſit ipſe, nec ego in tot noſtris codicibus deprehendi. Inter omnes hujus diei Uſuardinas additiones unicum eſt authenticum ex Grevano deſcriptum, quo ſimpliciſſime annuntiatur*: Palladii Epiſcopi & Confeſſoris. *Reſpexerit fortaſſe Bollandus ad veteres Catalogos Mſſ. Sanctorum Hiberniæ & Scotiæ, quos plures habemus: at nec hi inter ſe conveniunt, Hibernicis ſtemmatibus pro* XXVII. *Januarii, Scoticis vero pro hac die, quos in Martyrologio ſuo Univerſali ſecutus eſt Caſtellanus. Illorum coryphæus Dempſterus in Menologio Scotico ſatis magnifice*: In Mernia, Palladii Diaconi S. R. E. Cardinalis, Scotorum Apoſtoli, a S. Cæleſtino Papa miſſi, ut Scotos, diu antea in Chriſtum credentes, a Pelagiana peſte in Anglia graſſante, tutaretur. *Dempſtero ſuccenturiatur Camerarius*: Sanctus Palladius Epiſcopus & Scotorum velut Apoſtolus, miſſus a Cæleſtino Romano Pontifice in Scotiam, tum ad diſciplinam eccleſiaſticam (quæ Scotorum primariis, a Maximo tyranno victis & Scotia exactis, multum elanguerat) priſtino ſplendori reſtituendam, tum etiam ad Pelagianam hæreſim præcavendam. *De reliqua elogii ſerie, quam craſſis erroribus ſcatere ait Sirmus, inferius ſermo recurret.*

B

facti corporeis poſſeſſoribus;

5 *Hæc facit id, quod in fine ſubjicis*: Deinde vita, imo ipſa veſtigia illius ſancti Viri in Scotia oſtendi poſſunt, & pretiolæ reliquiæ olim Forduni colebantur, Polydorus in hiſtoria Anglica lib. 1. &c. Imo ante 150. annos capſæ ipſius auro argentoque & gemmis ditiſſimæ, ſunt reparatæ a Guilielmo Scheuves, ſancti Andreæ Archiepiſcopo. *Aureum mediocritatem non novit ſcriptor hyperbolicus, non unas capſas eaſque ditiſſimas commentus, pro quibus ad Boetium nos remittit, quem ſi in fonte legerit, aut non intellexit aut turpiter corrupit. Hæc ſunt Boetii de* S. Palladio *verba, lib. 7. fol. 128. verſo*: Poſt multos tandem pios ſudores ac religioſa opera, Chriſti dogma propalando, pro mortalium ſalute impenſa, Forduni (vico in Mernia nomen eſt) beatiſſimum hujus vitæ exitum ſortitus, ſatis conceſſit: ubi ſacræ ejus reliquiæ, in multo habitæ honore, a multis illuc religionis cauſa confluentibus, vel hac noſtra ætate venerandæ, oſtenduntur. Has Wilhelmus Scheuves, ſancti Andreæ olim Archiepiſcopus, vir undequaque eruditus, effoſſas humo multis piis precationibus ſolennique apparatu, in capſulam argenteam honorifice locavit, quarto anno poſt Chriſti adventum in carnem, ſupra nonageſimum milleſimum quater centeſimum. *Quis hanc vel verbum excudat, de* reparatis capſis *quodammodo pluribus, iisque omnibus* auro argentoque & gemmis ditiſſimus?

C

6 *At certe ſtabilitum in Scotia* S. Palladii *cultum hæc plane demonſtrant, quæcumque demum auctoritate id factum fuerit, de quo ſcrupulum nimis religioſum movet Dempſterus Hiſtoriæ eccl. Scotorum lib. 15. num. 998. ubi Martyrologos immerito incuſat, quaſi injuris & iniquis fuerint gentis ſuæ gloriæ, quod potius imputare debuit minus celebri Sanctorum ſuorum famæ in aliis orbis partibus. Non recte tamen inde deducit Sirmus, nullo unquam eccleſiaſtico officio cultum fuiſſe in Scotia* S. Palladium, *cum in Breviario eccleſiæ Cathedralis Aberdonenſis, excuſo* 1509. *impenſis Valteri Chepman, cujus Ms. apographum penes nos eſt, quodque alibi citavimus, referatur vita in ſex lectiones diſtributa, quamquam mendis refertiſſima, ſub hoc titulo*: Vita S. Palladii Archiepiſcopi Cardinalis, Scotorum Apoſtoli (vulgo S. Padie) a Cæleſtino primo miſſi, ſub Eugenio II. anno CCCCXXXII. Julii VI. *Incipit ab oratione*: Deus, qui Scotorum populo B. Palladium Pontificem & fidei Catholicæ apoſtolum pariter & doctorem providiſti, concede nobis, quæſumus, ipſius interventu tuam ineffabilem conſequi miſericordiam, & vita, te mediante, perfrui ſempiterna. Per Dom. &c. *Totum officium ſumitur ex Communi Confeſſoris & Pontificis. Audiamus lectiones, ex quarum una aut altera de reliquis facile ſtatues.*

D

AUCT. J. B. S. *apud quas etiam Officia eccleſiaſtica feſtivis hoc oratore,*

E

7 Palladius Pontifex egregius, ex Ægyptiaca gente illuſtribus ortus natalibus, ſub D. Evagrio monacho, viro religioſiſſimo, qui duorum Mariorum diſcipulus eſſe fertur; dum juveniles in eum expugnarent anni, ſub religioſorum habitu & norma ſancte & devote militavit. Sub cujus ditione & regula Chriſtiana, enunciare fidem didicit & cognovit. Qui paulo poſt, ejus propter vitam approbatam, ab angelo aſſumpto oraculo commilitonibus dixit: Opportunum namque eſt, ſi illum, quem prædicamus, inſequi voluerimus, nos ea, quæ didicimus, aliis in ipſius honore, qui hæc ſingula nobis adminiſtrat, palam edocere, & quæ circa hujuſmodi fidem minus intelleximus, fideliter ab aliis diſcendo inveſtigare. Admonitu vero præfati angeli, ex Ægypto Romam venit, ubi a Cæleſtino Papa plurimum in pretio habitus eſt, & reputatus, qui ob ejus iunc vitæ ſanctitatem, a dicto Cæleſtino in Epiſcopum, Spiritus ſancti gratia inſtitutus eſt. Beatus interea Cæleſtinus, Dei favore ductus, cupiens orthodoxam ampliare fidem . . . apud Scotos . . . . anno CCCCXXXIV. B. Palladium, quem nuper ordinaverat Antiſtitem & fidei militem, perſuaſit, ut Scotorum genti Romanam Catholicamque fidem prædicaret *&c. Hæc ſufficiant, utut male corraſa & coagmentata; quibus non magis ſubſiſtunt lectiones reliquæ, ad eamdem normam compoſitæ; id unum nobiſcum, quod poſtremo quærebamus, probantes, nempe Sanctum noſtrum eccleſiaſtico officio in Scotia non carniſſe, quod de Hibernia dici poſſe, nemo oſtendit hactenus, ut in hac ſaltem parte potior ſit Scotorum conditio.*

cujus lectiones non ſubſiſtunt.

F

§. II. De S. Palladii patria, legatione, geſtis & ſcriptis.

QUam certum videtur ex præmiſſis lectionibus aliiſque, de ſancti Palladii *cultu* recte ſtatui, *tam eſt perſpicuum, non ex tam malo con-*

Non obſcurabit monachi,

ſtat.

A AUCT. I. B. S. *ſuæ hiſtoria, neque ex Fordum Scoti-chronico, neque ex recentioribus explorandam* S. Palladii *patriam, de qua pluribus ſatis prædare diſputat laudatus Sirinus, eos omnes refutans, qui Græcum, Ægyptium, Galatam, Hibernum aut Britonem fuiſſe cenſuerunt; utpote, qui ex meris conjecturis, nullo nixi fundamento, in unum Palladium collegerint, quæ ad varios ſpectare indubitatum eſt. Et ſane cum ſynchronus nullus de* S. Palladio *uſquam meminerit, excepta ſola Proſpero; is vero patriam ejus nullo modo attigerit, Romanæ Eccleſiæ* Diaconum *dumtaxat* (*non* archidiaconum, Archiepiſcopum *aut* Cardinalem) *aſſerens, id unum reliquit probabiliſſime ſupponendum, non monachum aliquem orientalem, multo minus Britonem, ſed clericum Italum fuiſſe ſanctum noſtrum* Palladium.

ſed patria Italus fuiſſe videtur.

9 *Probat id Sirinus variis argumentis, quæ ſat erit hic curſim delibaſſe. Exiguum fructum in Hibernia feciſſe Sanctum admittunt omnes, cauſam ipſe prudenter allegat, ignorantiam linguæ vulgaris, unde ab incolis ſpretus & repulſus fuerit. Præterea, veroſimile non eſt, ſcriptores vitæ S.*

B *Patricii tacituros fuiſſe* S. Palladii, *ejus deceſſoris patriam, ſi Britonem aut Hibernum novuſſent; ubi contra S. Evanus diſerte affirmat*; Et cum ad ſuos reverti ſtatuiſſet, morbo correptus, in terra Pictorum deceſſit, *Reverti ſtatuerat in Italiam; eſt hæc igitur, & non alibi quærenda Sancti patria. Adde illa Probi, de geſtis Palladii loquentis verba*: Neque ille voluit longum tranſigere tempus in terra non ſua, ſed reverti diſpoſuit ad eum, qui miſit illum, *quæ ſatis aperte indicant, nihil minus fuiſſe* S. Palladium, *quam Hibernum aut Britonem: quod pluribus evincere, operæ pretium non video, neque de ea re animoſius certant jam dicti litigantes,*

Veroſimile eſt, binas legationes

10 *Longe difficilius eſt aliam telam, magis intricatam retexere de legatione* S. Palladii *ſeu miſſione; fuerintne illa in gratiam Scotorum hodiernorum, an potius Hibernorum ſuſcepta, pro qua ipſi contentioſiſſime inter ſe dimicant, animis ambitioſa utrimque pietate. Baronius ſic Scotorum nomen accepiſſe videtur, ut de hodiernis a Proſpero actum inſinuet. Id certo conſtat ex iſtius ſcriptoris Chronico, ſub conſulatu Florentii & Dionyſii, hoc eſt anno 429. invigilaſſe Cæleſtinum Papam, ut Pelagianæ hæreſeos reliquiæ in Britannia extingverentur, auctoremque Pontifici fuiſſe* Palladium diaconum, *ut eo*

C *mitteretur S. Germanus, Autiſſiodorenſis Epiſcopus. Audi ejus verba*: Agricola Pelagianus, Severiani Pelagiani Epiſcopi filius, eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſinuatione corrupit; ſed ad actionem Palladii diaconi, Papa Cæleſtinus Germanum Autiſſiodorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, & deturbatis hæreticis, Britannos ad catholicam fidem dirigit.

ad Scotos ſuſcepiſſe.

11 *Ex his verbis, ut obiter dicam, quidquid contra arguat Sirinus, non improbabiliter deduxit Baronius, jam ab eo anno 429. primam ſuam in Britannias legationem ſuſcepiſſe* S. Palladium, *vel cum S. Germano, vel forte citius; qui vel ex eo tempore in Hiberniam tranſiens, adverteuſque neceſſariam ſibi majorem auctoritatem, Romam reverſus, ibidem Epiſcopus a Papa Cæleſtino conſecratus, inde rurſus ad eoſdem Scotos deſtinatus ſit, quam alteram legationem, tacito tamen* S. Palladii *nomine memoret idem Proſper libro contra Collatorem cap. 21. in editione anni 1711. col. 363.* Nec vero ſegniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberavit, quando quoſdam inimicos gratiæ, ſolum ſuæ originis occupantes, etiam ab illo ſecreto excluſit oceani, & ordinato Scotis Epiſcopo, dum Romanam inſulam ſtudet ſervare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam. *Inchoate, inquit Sirinus, nam completam converſionem Hiberniæ S. Patricio tribuendam, clamant omnia totius Hiberniæ monumenta. Rectiſſime, ſi de Hibernia locutus eſt Proſper.* D

Primum Scoti filii fuerint

12 *Porro ſic intelligenda eſſe poſtrema Proſperi verba, docet ipſe diſtinctius* (*inquiunt ſcriptores Hiberni*) *in præfato Chronico, ad conſulatum Baſſi & Antiochi, quæ ſignatur annus 431. ita ſcribens, ut habet noviſſima editio Chronici integri, jam citata*: Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatur a Papa Cæleſtino Palladius, & primus Epiſcopus mittitur. *Hæc cum aliis ita combinanda videntur, ut in Britannias miſſus ſit* S. Palladius, *qui* inſulam ſervaret Catholicam, *veroſimiliter paulo ante SS. Germanum & Lupum, quos in Britannia reliquerit, ipſe vere tranſierit ad Scotos, ut* Chriſtianos faceret. *Verum obſtare videntur particulæ,* ad Scotos in Chriſtum credentes. *Hæc ipſa eſt in-* E *gentium altercationum inter adverſas partes infelix auſa, quam ambæ pro ſuo arbitrio & nationali ſpiritu ita flectunt & involvunt, ut ego quidem ad animos placandos componendoſve arbiter fœdere haudquaquam velim.*

ex Proſperi verbis

13 *Scotos illius temporis, ſaltem eos, quos Proſper indigitat, Hibernos fuiſſe, haud obſcure demonſtrant cætera ejus verba, dum Scotorum inſulam a* Romana *ſeu Britannica diſtinguunt, cujus pars fuit eſtque hodie Albania, ſeu minor Scotia, quæ numquam inſula ſeorſim fuit, quæque Proſperi tempore Scotiæ nomine non venit. Itaque inſulæ* barbara, *ab* inſula *Britannica* Romana *ſejuncta & contradiſtincta, non poteſt non eſſe Hibernia, quidquid, ut ſupra diximus, alter ſentiat* Baronius, *in modernorum Scotorum partes inclinans; cum vero utrobique de iſdem Scotis loquatur Proſper, agens de ejuſdem gentis ad fidem Chriſtianam converſione, quis ſatis dubitet, quin etiam utrobique Hibernia indicetur? Sic arguunt Hiberni eorumque fautores; fateorque ingenue, maximi apud me ponderis eſſe hoc argumentum, Scotos plane exarmaturum, ſi Proſper paulo apertius duas diverſas inſulas expreſſiſſet. At rurſus contra,* Scotos in Chriſtum credentes *ultimo loco appellat Proſper; non erga Hiberniam, quam Chriſtiana primum feciſſe* S. Palladium, *contra Collatorem idem Proſper aſſerit.* F

non ſatis perſpicuum videtur.

14 *Hoc rei totius nodus, is ferme Scotorum Achilles eſt; verum ſi recte expendatur, ipſis æque ac Hibernis ſolvendus, cum necdum ſatis conſtet, per id tempus magis credentem fuiſſe gentem unam quam alteram, tametſi verſiculos ſuos adſtruant Scoti, ut ad tertium ſeculum converſionem ſuam reducant, quod ipſis concedere viſus eſt Baronius, aliis non tam facile id admittendum exiſtimantibus. Et vero ſi admittatur, ipſos tantum non conficiet Proſperi auctoritas, cum eis non ſecus ac Hibernis deglutienda maneat hæc pillula, quod eorum regio* barbara *a S. Palladio facta ſit* Chriſtiana, *adeoque ante annum 429. talis non fuerit. Cæterum, ut ſemel dicam,* Scotos *apud Proſperum, non aliter concipi poſſe, quam Hibernos, tam manifeſtum aliquibus videtur, ut omnia mire torqueanda ſint, ad alium ſenſum inde eruendum. Teſtium nubes producitur apud Uſſerium in Britannicis pag. 798. uno conſenſu affirmantium, ad eandem* Scotiam

A

transmissum fuisse S. Palladium, *ad quem ei successor datus est S. Patricius; eique inhabitatum est, postremum in Hiberniam directum, ac totius insulæ, si non primum, saltem verum fuisse apostolum; quid clarius consequi potest, quam, ad eamdem insulam destinatum fuisse* S. Palladium. *Idem sensum scripserunt alii, numero plures, sequentium pag. 799. ab eodem Usserio recitati.*

fecunt tamen Hiberni,

15 *Sic itaque concilianda essent Prosperi verba, ut cum Chronicon suum, verosimiliter repetens ea, scripserit post annum 433. quando jam Patricius fructuose in Hibernica vinea laboraret, satis familiari historicis prolepsi usus sit, pro eo anno credentes neminem, qui dum scriberet, vere poterant* credentes *appellari, quibusque adeo famosos versus de ingratis aperuerit;*

——— nunc sævas gentes & barbara regna,
Ignoti prius aut ipsis nova gratia Christi
Asperitas & terra sibi templum condit in omni.

Alii aliter Prosperi sensum explicant, & quamquam Kenannus, Albeus, Duslanus & Ibarus in messe Hiberniæ ante SS. Palladium & Patricium fudisse velint, id Prosperi minime adversari contendunt. At quomodocumque verba ejus citatis locis accipiantur, de Scotis Hibernis intelligenda esse, non soli Hiberni, sed Tillemontius & eruditi alii partium studio haberi, passim hodie admonent, ut superfedeam reverendis pluribus Sirini argumentis, quibus Joannem Majorem, Buchananum, Leslæum aliosque Scotos, & nostrum etiam Mochadem Alfordum, paulo asperius refellit, commenta & figmenta appellans, quæcumque ab eis, rerum suarum fabulis ornatoribus, excogitata sunt, ad persuadendum per Scotos *Prosperi, indicavi Albienses seu Scotos hodiernos, in quo plures habes sibi consentientes.*

B

quæ male impugnat Camerarius.

16 *Minimi apud me ponderis sunt quæ congessit Camerarius, cujus sententiam, superius promissam, huc adducimus:* Porro S. Palladium ad nostros Scotos, non Irlandos seu Hibernos Irlandicos missum fuisse, omnes omnium gentium ætatumque scriptores consentiunt, quia illi, ad quos missus, in Christum jam credebant, ut testantur Ado, Prosper Aquitanicus & alii jam citati; at Hiberni Irlandi vix centum annis post in Christum credebant. Vide Sigebertum, Adonem, Bedam, Hermannum Contractum, Comitem Averingem, Matthæum West-monasterienſem anno ccccxxxiii. Florentium Vigornienſem anno ccccxxi. Polidorum Virgilium lib. 3. Frecul. Lexovienſem lib. 5. cap. 33. Primus enim Hibernorum Sinellius, baptizatus a S. Patricio, fuit ut minus lxxx. annos post hunc Palladii in Scotiam appulſum. *Paucis verbis, inquit Sirinus,* tot eruda commenta, ſtupendos & ſtolidos errores, imo errorum monſtra eructat Camerarius. *Quibus vero non magni momenti rationibus ſe huic tueatur, vide in famoſo ejus opere de Scotorum pietate a pag.* 225. *Qua autem ratione Scotis habeatur maxime venerandus & colendus ſit* S. Palladius, *ſupra abunde oſtenſum eſt. Atque de his plus ſatis.*

C

Utrum primus Hiberniæ Epiſcopus;

17 *Alia ſupereſt difficultas in ei* primus Epiſcopus, *quaſi ante* S. Palladium *nullus in Hibernia Epiſcopus fuerit; quod genti illi non placet, alios* Palladio *ſuiſſe Epiſcopos, ſupra animadvertit, memorant, qui unicum illum excolere coeperint, unde alia naſcatur ſatis obſcura controverſia. Refert Sirinus textum Chronici ſupra citati, in quo vox illa* primus *expreſſa non eſt, quemadmodum vere habetur in Chronico a Du Cheſne edito, tomo 1. de ſcriptoribus Franciæ pag.* 205. Ad Scotos in Chriſtum credentes, ordinatus a Papa Cœleſtino Palladius Epiſcopus mittitur: *quæ ſi genuina Proſperi lectio eſt, eo minuſcula quæſtio, quam & ita explicandam putat laudatus Sirinus, ut vi* primus *cadat in primum Epiſcopum, a Cœleſtino miſſum, poſt quem ſecundus fuerit Patricius, ab eodem in Hiberniam deſtinatus; vel in primum Epiſcopum ad totam Hiberniam directum, non primarium inſulæ Epiſcopum; quod eo tendunt omnia, ut ſalvetur hominum ſtorum ſcrupulus, non ferens, quod* S. Palladius *abſolute dicatur primus Epiſcopus ad Scoto-Hibernos miſſus, in quo me fateor tantum non videre piaculi, quandoquidem ſcriptores illi Hiberni, qui de primatu, ut loquar, Chriſtianitatis adverſus æmulos ſuos Scotos contendunt, non tantæ auctoritatis ſint, quantæ eſt ſolus Proſper Aquitanus, ex quo, tanquam ex purioſſimo fonte, habentur omnia, quæ de* S. Palladio *noſtro cum aliqua certitudine recepta poſſunt. Vide Uſſerium a pag.* 800. *hæc paulo aliter interpretatum, & Tillemontium monumentis Hibernicis non nimium fidentem tom.* 14. *pag.* 155.

D

Auct. J. B. S.

quid ibidem oſtenſum;

18 *De iis, quæ in brevi ſuo apoſtolatu aut geſſit aut pertulit* S. Palladius, *nihil tradidit Proſper; pauca dixere ſcriptores vitæ S. Patricii, quarum tenuis vetuſtas collegerunt Uſſerius & Sirinus, jam non ſemel citati, his ſigillatim non animadvertendis, cum in ea ſatis conveniamus, circumſtantias vero omnes, in quibus potiſſimum diſcrepant, admirandas non cenſeamus, præſertim, quod ab aliquibus Martyr dicatur, alii alia aſſerant non magis probata, dum interim aliqui dubitent, utrum vere a Cœleſtino ordinatus ſit S. Patricius, & ab eodem ſucceſſor* S. Palladio *datus. Habe pauca, quæ de ea in vita per Jocelinum ſcripta, edidit Papebrochius ad* xvii. *Martii, tomo* 2. *pag.* 545. Præmiſerat præfatus Papa (*Cœleſtinus*) prædicandi gratia in Hiberniam ante illum, alium doctorem, nomine Palladium, archidiaconum ſcilicet ſuum, cui adjunctis ſociis, contulit copiam librorum; utrumque ſcilicet Teſtamentum cum reliquis Apoſtolorum Petri & Pauli, & Martyrum plurimorum. Hibernicis vero, prædicationi non credentibus, ſed obſtinatiſſime oppugnantibus, a regione illorum diſceſſit, Romamque tendens, in Britannia infra fines Pictorum, in fata diſceſſit. Quoidam tamen in Scotia ad Chriſtum convertens baptizavit, treique eccleſias, de robore extructas, fundavit, quibus diſcipulos ſuos prælatos, Auguſtinum videlicet & Benedictum, Silveſtrum & Solomum, collatis codicibus ſuis & reliquiis Sanctorum, reliquit. Huic, fructuoſiori legatione & labore, ſanctus Patricius ſucceſſit, quia, ut Hibernico proverbio dicitur; Non Palladio, ſed Patricio Dominus convertendam Hiberniam conceſſit. *Tantum de geſtis.*

E

F

an aliquid ſcripſerit.

19 *Ad ſcripta quod attinet, nihil magnopere dubii hodie reliquum eſt, poſtquam Uſſerius pag.* 802. *Waræus a pag.* 100. *Sirinus & alii pridem demonſtrarunt, opera, noſtro* S. Palladio *attributa, aut fictitia eſſe apud Balæum & Dempſterum; aut perperam ei adſcripta, utpote quæ ab ſynonymis Palladiis compoſita ſunt. Videatur Uſſerius loco citato, ubi Palladii alius propria patria & ſcripta aſſignatus, plurima vetſtæ illuſtres, quæ a Tritemio, Poſſevino & aliis perperam balleus confuſa fuerunt; Balæum & iſtic & alibi merito ſæpe exagitans, ut cui conſuetudo fuerit, non alia ſolum*

A AUCT. J. B. S. *lum auctoribus tribuendi, quæ ſcripta fuiſſe ab eis alicubi legiſſet, ſed etiam quæ ſcribi ab eis probabiliter potuiſſe, ipſe conjeciſſet. Ut verbo rem totam abſolvam, a* S. Palladio *noſtro ſcriptionis quidquam memoriæ poſteritatique proditum fuiſſe, nihil eſt quod factas fidem. Et ut* D *Uſſerii, tamquam acatholici, auctoritas in hic infringenda putetur, videri de eadem re poteſt Tillemontius tomo 14. pag. 737.*

DE S. DARERCA SEU MONYNNA VIRG.

IN HIBERNIA, SCOTIA, VEL ANGLIA.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Darercæ cultus; monitio de ejus & S. Moduennæ vita, hic danda.

SEC. V. AUT VI. *Vix ulla hujus ſanctæ Virginis; ſub nomine* Darercæ, *ſive in Martyrologiis claſſicis ſive aliis recentioribus, occurrit mentio. In Catalogo Sanctorum Hiberniæ excuſo, quem edidit* S. Darercæ ſoboles Fitz Simon *noſter, in ſerie Alphabetica ponitur* Darerca virgo, *citaturque Joſcelinus: ſed hic agit de* Darerca, *S. Patricii ſorore, multorum liberorum matre. In eodem Catalogo nulla* Monynna *nota eſt. Ponitur tamen* Noninia *virg. VI. Julii, citato Mart. Carth., Martyrologio fortaſſe Carnuſienſium col. Rurſus in ordine menſium ad* VI. *Julii, non* Monynna, *ſed* Nonnina *ſignatur. Grevenus in Auctariis legit:* In Hibernia, Noninnæ virginis; *ſed* Darercam *non novit. In Mſs. poſthumis Sirinianis, a FF. Minoribus Hiberniæ, Lovanii degentibus, huc ad nos tranſmiſſis, notantur ſequentia:* Moninna de Sliabh Cuillium, quæ & Darerca prius dicta. *Citatur* Ænguſſius.

B

2 *Tum pergit:* Moninna montis Culenni, ſuavis, ſtrenua imitatrix Magnæ Mariæ, palmam cepit præclaræ victoriæ. Gorm. Monina, munda ſanctimonialis; virgo Sleve, ſive montis Cuilium. Cal. Caſſel. S. Monnina, virgo Sliabh Cuilium, quæ prius Darerca, & Sarbilia dicta eſt. Hoc etiam ultimum nomen ei tribuit Maguir, & veteris Martyrologii Tamlact. hæc appendix: Moninna a parentibus prius vocata eſt Sarbilia, in baptiſmo autem Darerca; a Poeta vero dicta Moninna: quod ſic accidit. Ninninus Poeta, mutus factus, apud Darercam, ſpe recuperandæ loquelæ, jejunabat, primamque vocem emiſit; Nin, nin; & hinc Darerca junioribus virginibus dici cœpit Moninnia. *Ita lege in poſthumis Sirini Mſs.; unde utiquid lucis accedit ad memoriam ſanctæ* Darercæ; *quidquid ſit de origine mox recenſita cognominis* Moninnæ *vel* Moninniæ. ex Mſs. poſthumis Sirini

C

3 *Proſequamur cum dictis Mſs., in quibus meminit vernaculorum aliquot diſtichorum, a variis compoſitorum;* ex quibus, *iaquit,* (prætermiſſis pauculis *ſibi* obſcuris) hunc ſenſum colligo: Moninna munda, virgo pura, aurum nitidum, nobile pignus, caſtrorum acies, gaudium omnis ſobolis, murus ſeu propugnaculum fortunarum ſuorum clientium. Corpus ſuum Chriſti amore afflixit, vacua mœroris, in devotione ſtabilis: a quo tempore zona ſe cinxit monaſtica, numquam cibo ſatura, numquam pranſa eſt. *Affert præterea diſtichon aliud, quod aut etiam Annales Dungallenſes ad annum* 517. *adducere, ex eo metientes ætatem hujus ſanctæ Virginis, huic æquivalens;* suum parvo plagio.

Vincenos novies annos emenſa Moninna eſt,
Perſiſtens ſoſpes corpore, mente vigens.

De ætate Darercæ *egimus alias, ubi de S. Moduenna, die* V. *hujus; adeo ut ſupervacaneum foret ius hic quidquam adjungere. Caſtellanus in additionibus ad Martyrologium Univerſale,* S. Darercam virginem *commemorat, quam dicit coli* in Hibernia.

4 *Eadem etiam occaſione, conferendo duas vitas inter ſe, alterum quidem ab anonymo ſcriptam, alteram a Conchubrano, deteximus in hac poſtrema errores chronologicos, ſtricas, narrationes rerum incredibilium, confuſiones, & cetera id genus, quæ vix legas ſine nauſea. Hæc ibidem tum præmiſimus, ut eſſent quaſi præliminaria ad utramque vitam, hic a nobis dandam, & exhibendam lectoris oculis, ut ex utriuſque collatione diſpiciat, nimis eſſe vera, quæ tunc temporis de utraque diſputavimus. Ad quod juvari quoque poteris ex annotatis, utrique, præſertim poſtremæ vitæ adjunctis.* E Cur S. Darercæ & Moduennæ vitæ bis datur.

V I T A

Auctore Anonymo conſcripta.

Ex Ms. Hibernico Seminarii Salmanticenſis Societatis Jeſu. F

CAPUT I.

S. Darercæ natales; acceptus habitus virginalis a S. Patricio; profeſſio vitæ perfectioris; miraculum, prædictio futurorum.

S. Darercæ natales. Virgo venerabilis nomine Darerca, cognomento Monynna, Conalleorum *a* finibus orta, patre Motteo *b*, optimo viro. Hæc in campo Cola progenita, religioſorum cura parentum, prout decuit, enutrita, teneræ ætatis initiis immarceſcibilem virginitatis florem, quam diu vixiſſet, Dei gratia perſuadente, ſervaturam decrevit. Peractis poſt ejus nativitatem aliquot annis, contigit, ſanctum Patricium *c* in eam, in qua ipſa fuit nata, deveniſſe provinciam, in qua nonnullis ad eum, ut ſacro baptiſmatis fonte tingerentur, ac manuum impoſitione confirma-

a
b
c

A fit marentur, religioſorum virorum cura adductis, inter ceteros undique confluentes, ſancta Darerca veniens, eidem ſe repræſentavit Epiſcopo.

Accipit habitum virginalem a S. Patricio.

2 Quam Pontifex ſanctus, Spiritu ſancto plenus intuens, ſanctum propoſitum ejus intelligens, ſervenſque deſiderium ad ſerviendum Deo percipiens, benedictione data, monitiſque competentibus adhibitis, virginalem ipſa habitum, conſecratum prope Btiu... *d* piſcinam, quod in Latinum translatum Largitatem ſeu abundantiam ſonat, accepit, per quod dabatur intelligi, ipſam futuram eſſe fontem vivum aquarum ſpiritualium, de quo multi pocula vitæ hauriunt. Prædictus ergo Pontifex ſalutaribus monitis, eam in propoſito incepto corroborans, ac virginalis vitæ dignitatem collaudans, ei mandavit, quod alias virgines ſibi copulaſſet, quas Dei docuiſſet timorem, quarum & adjutorio ſuffulta, ſolatio ædificata, bonum, quod ioceperat, facilius perficere poſſet. Deinde cuidam religioſo presbytero prope parentes ejus inhabitanti, curam cuſtodicadi eam pſalmoſque docendi commiſit.

d

cujus monaſterio

B

aliar ſibi virgines aſſociat.

3 Sub hujus magiſterio ipſa aliquando tempore degens ingenii ſubtilitate tradita facile percipiens, memoriæ fitmitate percepta tenaciter retinens, brevi ſpatio magnum accepit incrementum. Cui, prout referunt, imprimis octo virgines, unaque vidua cum ſuo infantulo, nomine Luger *e*, ſunt junctæ, quem ipſa Darerca filium adoptavit, deinde eccleſiaſticis moribus imbutum pontificalis ordinis honore ſublimavit. Qui bonis exigentibus moribus, toti ſuæ Conalleorum videlicet præſidens genti, eccleſiam de Ruſcach in campo Cualgine *f*, Dei conſtruxit honori. Virgo itaque prædicta nonnullo tempore cum ſuis parentibus habitavit. Sed in ſua gente, licet ad fidem converſa, nullas monialium manſiones adſpiciens, ſuis parentibus atque cognatis relictis, abire cogitavit. Noluit enim ſuæ religionis propoſitum vanis ſecularium populorum colloquiis, ineptiſque confabulationibus, parentum ſtcquentationibus, ut ſæpiſſime contingit, enervari.

e

f

C

Profectio ad Iberum ep., cujuſque ſub di ſciplina progreſſus.

4 Virgo igitur Chriſti, in Domino confiſa, cum prætatis octo virginibus ac vidua prædicta & quibuſdam aliis iter arripuit, ad revetendum pontificem, Ibarum *g* nomine, in inſulis occidentalis Hiberniæ commorante, venire cupiens: perveniens quoque ſancta Darerca cum ſuis ad virum Dei, longo tempore ſub ipſius diſciplina cum multis aliis virginibus permanſit. Poſt hoc prædictus Pontifex, de prætatis inſulis ſe transferens, meridianam adiens Hiberniæ plagam, ad Inſulam, quam modicam Hiberniam vocant, in qua tandem obiit, pervenit. Oves vero Chriſti ſuum ſequuntur paſtorem.

g

h

Viſit S. Brigidam i.

i

5 Qui cum ad Lagenenſium *h* pervenit regionem, famam ſanctæ virginis, ſanctæ Brigidæ *i*, ibi converſantis, audiverunt. Qua audita, ſancta Darerca cum ſuis virginibus, habita magiſtræ licentia, ad eam divertit viſitandam; apud quam nihil honoris accipiens, ſed in omnibus humiliter ſe gerens, aliquanto tempore permanſiſſe perhibetur. Quantum vero ipſa ſe humiliabat, tantum Deus meritis virtutum, eam præ omnibus aliis exaltabat, ut etiam poſt Brigidam vitæ ſanctitate, & morum honeſtate, & virtutum gratia, ſecunda putaretur.

D

ex MS.

Facta monialis, miraculis claret.

6 Omnibus ergo monaſterialibus obediens juſſionibus, jubente Abbatiſſa, ſit portaris hoſpitalis. Hoc quoque officium ipſa omnibus complacens ſolicite complevit. Donavit enim ei Altiſſimus gratiam conferendi ſanitatem infirmis, & ad expellendum ab obſeſſis dæmones. Talibus itaque ſignis in vulgo de ea notificatis, omnibus extitit venerabilis, in tantum, quod alimentis, ac muneribus a pluribus ſuæ ſanctitati collatis, quotidie viſitaretur. Sed ex iis omnibus nihil ſibi reſervans, in Deum curam ſuam jactans, cuncta pauperibus, ad ſe venientibus, propter Chriſtum erogabat.

Ab invida divis vicinoſquis fruſtra abſorbetur.

7 Cumque ſorores murmuraſſent, quod omnia in uſus pauperum, nihil ſibi reſervando, largiretur; confidens in Domino ipſa reſpondit: Si Chriſtum firma fide ſorores meæ ſecum poſſident, victu, veſtituque contentæ, cuncta ſufficieoter habebunt. Qui enim divites eſſe cupiunt, diaboli tentationibus ſuccumbentes, cutis ac ſolicitudioibus coarctari non deſinunt. Si quod in me culpatis, Chriſto in ſuis membris operante, quotidie fecerimus, ipſe poteſt, quando vult, & vobis damna, quæ putatis, reſtituere, mearumque ſororum aviditatis & inediæ labores alleviare.

E

Deo fruta, miraculo comprobatur.

8 His itaque dictis, in Deo confidens, lectum, ubi pauſare conſueverat, adſcendens, duodecim veſtes optimas, licet ante ibi numquam viſas, invenit. Quas cum Virgo Chriſti videret, eas a Deo ſibi collatas credens, obtulit ſanctæ Btigidæ, dicens: O Domina Brigida, ecce quæ Deus veſtræ ſupplendæ paupertati donavit. Cui ſancta Btigida reſpondens, ait: Veſtes a Domino tibi tranſmiſſas tuis ſororibus pro velle tuo divide, eis enim magis, quam noſtris ſunt neceſſariæ. Narratur & aliud grande miraculum ad eamdem Virginem fuiſſe factum; videlicet quemdam pauperem, prædictas veſtes ſanctæ Darercæ a Deo fuiſſe donatas, temete denegantem, ſubita morte præventum, ejuſdem precibus vitæ ſuæ fuiſſe reſtitutum.

Id negans, pauper morte, a ſancta vita reddetur.

F

Ad Iberum ep. regreſſa, ejus tum pervenit ſapientiam ſapiet.

9 Poſt hæc, præfatum Epiſcopum adiens, ſub ejus tutela in Ardconaiis habitavit, virginibus & viduis quamplurionis inibi congregatis, nec non & reginis ac nobilibus matronis, ad eam undique confluentibus, totius probitatis magiſtra, tam verbis quam exemplis bene vivendi modum monſtravit. Quodam alio tempore contigit, nimium ſolis ardorem æſtivo tempore terras deſiccaſſe, in tantum, quod ciſternæ & fontes aquarum deficerent. Sorores ergo ſanctæ Darercæ, quibus aqua defuit, conqueſtæ ſunt coram Magiſtra de penuria aquæ. Dei vero famula illarum quæſtionibus ſolicitata, vivarum fontem aquatum ſuis precibus a Deo impetravit. Hæc aqua, quamdiu prædictus fervor extitit, non ſolum monialibus, ſed & iis, qui circum adjacebant, habitatoribus, indeſinenter hauſtum præbuiſſe perhibetur.

Spiritus in eas propheticus

10 Quo divulgato miraculo, non ſolum ſeminæ, ſed & viri, ſanctæ Virginis præſentiam adire deſiderabant. Quibus licet am-

A tavit, finito quoque itinere ad campum, nomine Murthennæ, qui ſuæ gentis præcipua fuit inhabitatio, tandem pervenit. Quæ gens priſcis temporibus artium magicarum peritia præ aliis collateralibus gentibus imbuta, gratia tum Dei per ſanctum Patricium operante, Chriſtiana fuit effecta. Ibi igitur Virgo Chriſti inhabitans, ut certiſſime fertur, nullum fuit intuita virum. Si quando vero neceſſitas egrediendi cellam perurgebat, ut ſcilicet infirmos viſitaret, ac vinctos prece vel pretio e carcere ſolveret, nocturno tempore, ne ab hominibus videretur, iter agebat, & ſi quos in via obvios habebat, velata facie alloqui ſolebat.

miraculorum inſtitutio.

Aquam in vinum convertit; unciam ſui panis vitam reſtituit;

17 Quodam tempore ad quaſdam Dei famulas, Campani ſcilicet filias, quadam nocte pervenit, eumque pro facultate illarum ſponſa Chriſti cum ſuis largiter eſſet procurata, quod eis in procurando defuit, videlicet potus, unde tanti hoſpites exhilararentur, divina gratia per manum ejus ſubvenit. Ipſa namque benedicens vas aqua plenum, Deo per ipſam operante, aqua illa in optimum vinum convertitur. Fertur etiam dum hoſpitaretur apud quemdam de vicinis ſuis, nomine Deneth, miraculum valde præcipuum ibi feciſſe, videlicet vitulum, quem hoſpes, facultate quidem pauper, ſed caritate dives, ejus occidit refectioni, craſtina die vel ipſum val alium ei prorſus conſimilem cum ſua matre ſuiſſe repertum.

B

vas pene vacuum benedicens,

18 Deinde tranſacto tempore prædictus Deneth, ſuum perambulans agellum, ſanctam Darercam cum ſororibus, nocturni itineris ſudore laſſas, inveniſſe refertur. Moris anim erat ſponſæ Chriſti, de nocte plus quam de die ambulare, ne columbinos aſpectus rerum humanarum ſpecies corrumperet. Præfatus ergo vir famulæ Dei ſupplicat, quatenus ad ejus hoſpitium declinare dignaretur; condeſcendens quoque amatrix pietatis precibus ſupplicantis, quod petiit, hoc impetravit. Cumque domum ſimul intrarent, devotus hoſpes, cibum potumque pro modulo facultatis ſuæ hilariter miniſtravit. Refectione igitur percepta, virgo benedicta ſupellectilem domus, ſed præcipue vas illud, unde cereviſia fuerat allata, benedixit.

C

vas cereviſia replet adeo

19 Modicum vero cereviſiæ, quod in vaſis fundo remanſit, benedictionis ejus gratia ita augmentatum eſt, ut ad vaſis ſummum cito creſceret. Deinde hoſpitem alloquens, ait ad eum: Hoſpitibus a te invitandis, de hoc vaſculo quantum luffecerit, una quidem vice te credas eſſe propinaturum. Modicam quoque quam hue uſque paſtæ dediſti ſubſtantiam, tibi amodo Deus omnium retributor bonorum, tuiſque poſteris multiplicabit: ſupra namque facultatis tuæ poſſibilitatem in famulos, famulaſque Chriſti, fuiſti ſecutus hoſpitalitatem, & his dictis diſceſſit.

in gremio hoſpitalitatis, ſibi præſtitæ, ut multis hoſpitibus ſufficeret.

20 Poſt vero famulæ Chriſti egreſſionem contigit, eumdem hominem Regem Conalleorum, domum ejus pertranſeuntem, ad refectionem invitaſſe. Rex autem paupertati ejus parcere volens, prius aſſentiri noluit, tandem tamen invitantis devotione devictus, ei præbuit aſſenſum. Diſcumbente vero eo cum ſuis, dapes apponuntur, & cereviſia de vaſe, a ſancta Virgine benedicto, affluenter propinatur. Hæc vero cereviſia per benedictionem ſanctæ Darercæ, duobus diebus, & totidem noctibus omni multitudini, quæ cum Rege erat, ſuffeciſſe perhibetur. Supradictus igitur vir, qui ex ms. benedictionem ejus accepit, de die in diem in bonis creſcebat, ejuſque poſteritas in populo ſuo pluribus annis primatum obtinuit. D

ANNOTATA.

a Liffeus, fluvius Lageniæ, *inquit Colganus in tom. 2. pag. 714. Præmiſerat ibid. pag. 112. num. 71.* Pars Liffei fluminis, in cujus ripa *eſt Dublinium*, Hibernis olim vocabatur Dubhlinn, id eſt nigricans alveus, ſen profundus alveus.

CAPUT III.

Vita aſcetica; varia miracula; publica veneratio.

E

E monte Focartha migrat. a b

SAncta ergo virgo ad natalem, prout diximus, perveniens, provinciam in monte Focartha *a* prius habitaſſe refertur. In eodem quoque loco cum ſuis ſororibus, CL. numero, Deo fideliter ſervivit *b*. Nocte vero quadam clamores celebrantium nuptias audiens, ac frequenter audire pertimeſcens, inde ſe tranſtulit ad quemdam locum prope montem Culim poſitum, ut ibi dulcia ſponſi ſui colloquia ſine impedimento mundialium audiret.

Aſperitas vitæ; victus;

22 Ad hujus quoque montis radices quamdam cellulam pro famulabus Chriſti conſtrui fecit. Johannis igitur Baptiſtæ ac Heliæ prophetæ filia, aſperis induta pannis, quæ ſortis Heremita cum ſuis conſororibus, tenaciſſimo caritatis glutino ſibi invicem indiſſolubiliter cohærentibus, in prædicto deſerto ſortiſſimam fertur peregiſſe militiam. Ibi enim ut lucerna ſuper candelabrum poſita, miraculorum lumine clareſcens, tetras Aquilonarium tenebras efficacia devotæ orationis effugaſſe non dubitatur. Quantis etenim orationum ac vigiliarum frequentationibus, quantiſque manuum laboribus ſe afflixerit, & qualibus præliis contra dæmones deſudaverit, & quantis miraculorum effulſerit coruſcationibus, nullus ad plenum numerare vel ſcire potuit. F

vita anachoretica;

23 Omnia namque bona quæ egerat, a notitia hominum, prout potuit, celare elaboravit, propter ea, quæ certa neceſſitas hominibus demonſtrari coegerat. Ita namque piorum heremitarum veſtigia ſecuta fuit, ut proprio labore terram lodiens, eam ſeminaſſet: virilem enim animum in femineo gerebat corpore: quapropter ſareulus foſſoriumque in ſuo monaſterio poſt ejus obitum pluribus annis honore debito ſunt relervata. Ejus etiam pelliceam melotemque, holoſericis veſtibus pretioſiora, & pectinem ligneum, quo ſemel in anno, in cœna videlicet Domini, niſi ſumma neceſſitas infirmitatis compelleret, crines pectinare conſueverat, cum magna veneratione longo tempore reſervaverunt.

publica veneratio

24 Ipſa itaque degens in latebris, virtutum ſplendore in cunctis Hiberniæ partibus fuit celebris. Hinc progreſſu temporis ab omnibus in circuitu regionibus, nobiles matronæ ejus præſentiam adire ſolebant, geni-

A bus in terram flexis, petentes, ut ejus colloEX MS. quiis uterentur, vel orationibus Deo commendarentur. Præterea Virginum Christi numerus quotidie crescebat, & non solum de propinquis, verum & de remotis regionibus, eleemosynis frequenter missis, grex Christi pascebatur.

Sorores famelicas pascit;

25 Deinde quodam tempore, monialibus prope (ad) mortem fame laborantibus, per cujusdam prudentis viri stimulationem, de celsitudine contemplationis ad compatiendum sororibus fuit pulsata. Qui sic ait: Quamdiu consorores tuas Christique famulas inedia tabescere patieris? Eis enim, si velles, subvenire posses. Hoc audito Virgo Christi, rubore verecundiæ perfusa, defectibus aliorum plusquam suis compatiens, confidens in Domino, multa vasa jussit suis colligere, & in loco secreto & competenti poni mandavit. Dehinc oratorium ingressa, in oratione pernoctans, ad Dominum, qui dixit: Petite & dabitur vobis, preces effudit, & quia digna fuit exaudiri, quod petiit, impetravit. Crastina namque die cuncta vasa necessariis plena sunt reperta.

B

Vitulum a lupo raptum, precibus refocillandum.

26 Alio tempore vitulos monialium, juxta montem monasterio propinquum pastos, lupi subito de nemoribus irruentes, invaserant. Vitulis quoque in fugam versis, unum secum rapuerunt. Moniales quoque, quidquid acciderat ipsi Darercæ conquerendo retulerunt, quæ respondens: ait: De hoc solicitari nolite. Qui enim Danielem Prophetam de ore leonum eripuit incolumem, de luporum dentibus ereptum, sanum restituet vitulum. Itaque crastino die lupi vitulum intactum ad sua pascua reduxerunt.

Lupis in fera conversis;

27 Transacto deinde aliquanto tempore, latrunculi quidam prope monasterium perambulantes, a quadam muliercula, eis occurrente, quærunt, unde veniret, vel quo iret. Quæ respondit: De prope venio: ad sanctam Darercam vado. Cui deridendo dicunt. Sciat Darerca, nos non esse divites, & licet multa munera sibi undique transmittantur, nostram tamen qualemcumque eleemosynam, a nobis nunc ei per te deportandam, assumere dignetur: usum enim ejus diu credimus ei duraturum. Dehinc uno de lapidibus, qui coram aderant, apprehenso, humeriſque tremebundæ vetulæ impositio, contestantes eam, quatenus in sanctæ virginis Darercæ præsentia, lapidem deponeret; & sic eam abire permittunt. Cumque mulier, quod jussum fuerat, compleret, ponens scilicet lapidem coram Virgine, statim transmutatur in salis substantiam.

C

alimenta pauperis

28 Quædam famula Christi in secreta quadam cellula prope monasterium, vitam heremiticam ducens, habitabat, huic enim quotidiana refectio de monasterio transmittebatur. Cumque una dierum prandium per quamdam de monialibus mitteretur, latrunculos portatrix incurrit, & raptis a se cibariis vacua redire permittitur. Quæ cum matri, quod acciderat, retulisset, consolando eam, ait: Tui laboris præmium tibi manet integrum, & quod a te fuit raptum, Deus tibi reddere potest intactum. Prædicti vero latrones post captam prædam, devia quæque petentes, divina virtute sunt excæcati, ut in nemoribus, ubi peritissimi erant, tribus diebus errarent.

D

a latronibus rapta, & miraculiter reddita, non sine ipsorum conversione.

29 Tandem resipiscentes, culpam, quam commiserant, in se vindicari fatentur, & secundum arbitrium sanctæ Virginis pœnitentiam se acturos spondent, si rectam viam agnoscerent: & quia pronior est Deus ad miserandum, quam ad condemnandum, prius quam culpam suam agnoverunt, divina virtus oculos eorum aperiens, viam ad monasterium, quod prope fuerat, demonstravit. Cumque ad monasterium venirent, sanctæ Virgini se præsentaverunt, reddentes, quod abstulerant, veniam humiliter prostrati postulant, & injunctam pœnitentiam voluntarie subeunt, & rapinis abrenuntiantes, cum emendatione vitæ recesserunt.

Virginem Brignat mittit in Britanniam;

30 Inter alias Dei famulas quædam Dei virgo, nomine Brignat cum sancta Virgine cohabitasse traditur; hujus enim futuræ sanctitatis indicia considerans, eam in Britanniam insulam de Rostnatensi monasterio, conversationis monasticæ regulas accepturam, misisse perhibetur. Illa vero, uti erat filia sanctæ obedientiæ, sine cunctatione iter arripiens, ad optatum locum sine viæ dispendio pervenit. Mansit ergo prope præfatum monasterium, de mandato sanctæ matris complendo solicita, in quodam hospitiolo, ubi psalmos, aliosque sibi necessarios perlegit libros. Completa ergo sancta obedientia, Deo cooperante, sicut in egressu, sic & in regressu, prosperum iter agens, ad suam reversa est abbatiam.

E

puellam vitæ restituit, Familiari, tot ejus cum angelis;

31 Post hæc quamdam puellam neophytam, repentina morte præoccupatam, precibus suis devotissimis meruit sancta Darerca resuscitare, quæ multis annis postea supervixit. Præterea, sicut conversantium cum ea testimonio veridico comprobatur, angeli eam frequenter visitabant, & cum ipsa colloquium familiare habebant, quod ex sequenti miraculo certissimum esse comprobatur. Quadam enim nocte, sororibus ad celebrandas Matutinas egredientibus, ipsa, pulsato signo, silentium indicens, ait: O benedicte Domine, quid nobis hac nocte contigerit, silentio prætermittere non debemus. Nostræ namque preces hucusque vix ultra culmen ecclesiæ ascendere potuerunt, & hospites angeli nos visitare consueverunt, quos tamen hac nocte visitare nos non video: hoc enim nostris exigentibus peccatis contigisse non dubito.

F

conscientia notat

32 Nostras itaque conscientias, in quantum possumus, scrutemur. Hoc audito, moniales perterritæ, magistræ magis, quam sibi credentes, in terram prostratæ ceciderunt. Una igitur viduarum, quæ de seculari conversatione nuper fuit conversa, surgens ait: O Domina, hujus rei causam meum peccatum esse confiteor, duos namque sotulares *c* a quodam viro, cui illicite fueram copulata, confiteor me recepisse, &, oblivione retardante, licentiam vestram non habui, quos propter frigus in pedibus porio.

c

spiritu prophetico præditæ.

33 Cui sancta Prophetissa ait: Expedit ut hæc calceamenta demergantur in profundum aquarum, pro quibus absentiam patimur angelorum. Una igitur de sororibus vocata, videlicet Brignat nomine, de qua paulo ante fecimus mentionem, aliisque cum ea, ait sancta Darerca: Ite, inquit, & illos sotulares

in

A in quodam profundo loco abſcondite, ubi eos nemo poterit reperire. Quibus abeuntibus, & mandatum complentibus, ceteræ moniales inceptas peragunt vigilias. Finitis quoque vigiliis, ait Virgo benedicta: Gratias, inquit, Domino noſtro devotis mentibus agere debemus, quia jam noſtræ orationes, nullo prohibente obſtaculo, cæleſtia pertingere poſſunt, & deſiderati hoſpites (cauſa) offenſionis meæ, jam noa videre non dedignantur. Hinc liquido datur intelligi, quoniam a principalibus ſa mundaverit, quando ſuas orationea a venialibus peccatis impedire perſenſerit, & quanta diligentia, majora non ſinebat creſcere, quæ tanta feſtinantia minora curavit emendare.

ANNOTATA.

a *Eſt* Fochart *quidam pagus comitatus Lutbenſis & diœceſis Ardmachanæ in Ultonia. Adi Colganum tom. 2. num. 617. & notam proxime ſequentem.*

B b *Tradit Uſſerius in Indice Chronologico*, Monennam . . . . Fochardæ in agro Louthiano delubrum conſtruxiſſe.

c *Id eſt* ſubtalares, genus calceamenti, quaſi ſub talo proprie. *Ita Papias apud Cangium, & patet ex proximis verbis*: Expedit, ut hæc calceamenta.

CAPUT IV.

Familiaritas cum Angelis; viſitur a Rege Eugenio morti proximo, & a SS. Apoſtolis Petro & Paulo; apparitiones poſt mortem & mirabilia.

PRædictæ ſorores, impleta obedientia, revertentes, ac oſtium oratorii pulſantes, matutinale officium completum eſſe perceperunt. Aliis itaque ſe comitantibus virgo, Brigida nomine, ait: Vos antequam dieſcat, ad quieſcendum parum, dormitorium intrate. C Cumque dormitotium intraſſent, ipſa Brigida virgo, ad cubiculum, ubi ſancta Darerca orare ſolebat, atque angelorum colloquium habere ſolebat, acceſſit. Cum vero loco appropinquaret, quaſi duos cygnos inde volaſſe conſpexit. Quos diligentius intuens, quidquid videbatur latuiſſe, percipiens, inſpicere audebat. Terrore igitur viſionis mirabilis perculſa, in terram corruens, Deumque, ne periret, inſtantius orans, tandem tremebunda ſurrexit atque oſtiolum ſuaviter pulſans, obedientiam ſe peregiſſe indicavit, nimiumque perterrita, vix poterat ſeipſam retinuiſſe. Cui ſancta Darerca ait:

35 Signa te ſignaculo crucis, forſitan beſtiarum vel dæmonum viſio, prout in heremo ſæpe contigit, te dementavit. At illa; Non eſt ita, Domina, ſed duos cygnos candidiſſimi coloris de tua cellula conſpexi aſcendiſſe, ex quorum viſione mirabili pavere incepi. Et mater ad filiam ait: Nunc ſcio vere, quia Deus, qui revelat multa propter (ſalutem) hominum, de hac nunc lua gratia te ditaſſe dignatus eſt. Tempus itaque eſt, ut

Familiaritas cum angelis

probata ex viſione Brigidæ virginis.

terram tuæ nativitatis inhabites, aliiſque gratiam tibi datam proficias. Et addit: Oculia quoque, quibus angelos conſpexiſti, carebia amodo, ſed meliores, unde Dominum conſidereа, pro eia habebis. Tuam ergo viſionem, antequam moriar, nulli revelabis. Ancilla igitur Chriſti, juſſioni ſuæ Dominæ parens, patriam ſuam adivit, aptoque loco monialium habitationi reperto, una dicta de monaſterio ſanctæ Darercæ ſemoto, corporalibus orbata luminibus, quam diu vixit, permanſit *a*.

36 Iis peractis, appropinquante die ſolutionis debiti (naturæ) ſanctæ Darercæ, ipſius ægritudinis aggravatio longe lateque divulgata, populia circumquaque poſitis in magnum convertit luctum. Quapropter rex Eugenius, Conay, qui tunc temporis tribua præerat provinciis, videlicet Marceyne, Cuniſgæ, & Coba, aliique populorum majores, cum magna multitudine uſque ad propinquum monaſterio locum, unanimiter eam viſitare venerunt. Et hi omnes miſerunt epiſcopum Herbeum, de quo antea ſecimus mentionem, ad ipſam virginem Darercam, ut nuntium populi totius fidelium proferre:, dicendo hæc verba: O Domina! per noſtram obſecramus conſanguinitatem (ibi namque multi de ejus gente inerant, ipſe & rex Eugenius ex parte matria, Conalenſis erat) perque eam, quam carne & anima tenemus, affinitatem, ſupplicamus, quod ſaltem unius anni circulo nobia in terria cohabitare digneris.

37 Ne ergo hoc anno morte tua nos orphanos eſſe concedaa. Nos etenim certi ſumus, quia quidquid a Domino poſtulaveris, ſtatim obtinebis. Quiliber enim (omnium) noſtrum, qui eſt homo poteſtatia, pro vita tua Domino liberam donabit ancillam. Omnis quoque vir, arma portans integræ ætatis, vaccam propria voluntate donabit. Hæc omnia ſimul collecta tuæ ſubjacebunt voluntati. Quibus illa per Epiſcopum remandat, hæc dicens: Vos a Domino, qui fecit cælum & terram, benedicti fitis, qui humiliantes veſtram dignitatem, me vilem languentemque viſitare veniſtis.

38 Si enim heri, & nudius tertiua hoc peteretia, forſitam Dei clementia veſtræ petitioni conſentiret, ſed hodie vobis acquieſcere nequeo: hoſpites enim venerabiles (qui noſtra colloquia audientes, Petrus videlicet, & Paulus, pro mea anima ſecum ducenda Dei condignatione lunt tranſmiſſi) nunc mihi præſentes lunt. Hos enim adſpicio quoddam inter ſe linteamen habere, mirabili artificio compoſitum, auroque intextum. Cum iia ergo oportet me exire ad Dominum meum, qui eos pro me miſit. Sed Deus omnipotens, cui prompta voluntas pro opere tenetur, veſtræ condignam reddat recompenſationem. Id autem, quo meam propoſuiſtis vitam redimere, quiſque veſtrum pro ſua anima Deo donet. Benedicti fitia a Domino, qui fecit cælum & terram, &c. Benedicti, inquam, cum uxoribua & liberis, & poſſeſſionibus veſtria. Meam quoque pelliceam ac melotem, nec non & ſarculum, ceteraque utenſilia apud vos relinquo. Quod ſi contra hoſtes provincias veſtras devaſtare

a Pitſeus a rege Eugenio vix movet proxima.

mirſa fuit regis deſiderio.

A SS. Apoſtolis Petro & Paulo viſitata

A venientes ; vobiſcum deferatis, per ea, Dei
EX MS. gratia donante, victoriam habituros eſſe non dubietis.

39 Sed veſtros terminos, ad alias regiones
omnia ſuis ſanctæ præcepta, depopulandas, niſi forte majori cogente potentia, tranſgredi non præſumatis, ne ultio digna Dei ſuper vos veniat. De mea autem abſentia triſtari nolite. Credo namque Chriſtum, eum quo jam manebo, non minus vobis largiturum eſſe quidquid poſtulavero in cælis, quam ea, quæ ab eo poſtulaverimus in terris.

& dicta vade, narrat. 40 Hæc & iis ſimilia remandans per præfatum Epiſcopum valedixit ſingulis, propriis nominibus appellatis. Sed populus hæc audiens arma projecit, ſtens ac ejulans, immanem planctum ad æthera tulit. Tandem exhortationibus Epiſcopi conſolati, quique ad ſuas ædes ſunt reverſi. Diſpoſitis itaque cunctis impoſterum ad ſuum monaſterium pertinentibus, pluribuſque futuro tempore venturis, prophetiæ ſpiritu per ordinem pronunciatis, die, quo talia facta ſunt, id
B eſt pridie Nonas Julii, qui & octava beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli natali, bono certamine certato, curſuque feliciter ſervato, migravit ad Chriſtum, cum quo regnat in ſecula ſeculorum.

41 Poſt tertium vero obitus ſui diem, uni de
S. Darerca poſt obitum apparens, monet ſororibus, cui nomen erat Tannat, poſt Completorium, quadam nocte, qua neſcio cogente cauſa, de dormitorio venienti, juxta crucem, prope monaſterii portam ſtans in oratione, corporali ſpecie perhibetur apparuiſſe. Quam Tannat agnoſcens, ad ejus procidit pedes, dicens: Domina quid me jubes facere? At illa: Dormitorium repeda, & ſororibus manda, quod in tali tempore ſilentii legem diligenti ſtudio cuſtodire laborent, nec ſuas voces ex dormitorio audiri permittant. Cur enim tranſgreſſæ ſunt regulam, cujus terminus nullatenus tranſgredi liceat? O meæ filiæ, non debetis negligere modica, ne poſtmodum ſimili modo negligatis majora. Sed tu, ipſa ſeptimana tranſacta, ad me
C venies.

42 Interim ergo iter tuum propera. Et illa
de obſervando ſabbato, prædicta ejus morte. tali gaudens pollicitatione, magiſtram comitata fuit uſque ad fontem in ſeptemtrionali parte monaſterii poſitum, ubi ex oculis evanuit. Revertens quoque mulier ad domum, totum, quod ſibi contigit, conſororibus enarravit, quæ tantæ viſionis revelatione partim gaviſæ, partim pavore perculſæ, proſtratæ corruerunt in terram. Prædicta vero Tannat, ſeptimana tranſacta, viaticum ſumens, deinde ſororibus valedicens, ſuum intravit cubiculum, ibique pedes utroſque colligens, ac ſemetipſam extendens, in Chriſto
Columna pauſavit.

43 Poſt obitum ſanctæ Darercæ, prout ipſa conſtituit, Bia fuit Abbatiſſa, deinde in Diu, deinde Derlaſre, quæ LX. annis monaſterio præfuit. In hujus corpore præclarum contigit miraculum. Ipſa namque Hibernicæ nationis juxta
b morem, eccleſiam de levigatis tabulis in Ben*b* Darercæ monaſterio, ſtudioſo conſtruens artificio, opus inceptum fere conſummavit, lignum,
c & id quod Latini (ſpinatum *c*) vocant, quod ſcilicet lignum (poni) poteſt in ſummitate ædificii ad conjungendum duos parietes, pro complendo artificio adhuc deſuit. Artifices quoque pro quærendo tali ligno tam neceſſario, nemora adeunt, quærunt, tandem inacceſſibili loco & arduo in- G
veniuntur.

44 Incilam quoque arborem nulla arte, pro- *nulla arte mobilis, ab angelos alio delata creditur.*
pter difficilimum loci ſitum, amovere potuerunt. Abbatiſſa talia ſciens, ac de conductu ligni ad monaſterium deſperans, ad ſanctæ Darercæ patrocinium ſe convertens, ait: Sancta igitur Darerca jam vivit in cælo, cui hæc domus ædificatur in terra; quæ poteſt nos adjuvare ſi velit. Craſtino ergo die in plano loco, prope monaſterium ſito, qui ſine jumentorum vel hominum injuria adiri poſſet, præfata columna ab artificibus fuit inventa. Deinde carpentariorum
d curioſitas explorare volens, ſi tanti ligni veſtigium aliquod apparuiſſet, nec ullos ramos in ſummitate arborum confractos conſpexerunt. Hinc datur intelligi, quod id, quod humanis viribus non potuit fieri, divina virtute, miniſtrantibus angelis, facillime fuit completum. Lignum enim, quod in altiſſimis rupibus fuerat inventum, nec arte humana potuit per terram de tam eminenti loco deduci, per artem angelicam E
fine difficultate ad planam viam per aera fuit devectum.

45 Quodam alio tempore venerabilis vitæ Epi- *Aqua in ea reuſitam converſa,*
ſcopus, cujus nomen Fibartus, agnomenque erat Firnianus, ad præfatum monaſterium iter tendens, ex abrupto de monte, prope monaſterium poſito, deſcendiſſe videbatur. Agnito vero ejus adventu, ipſa Abbatiſſa, Derlaſre nomine, poellæ ſibi miniſtranti ait: De fonte ſanctæ Darercæ aquam hauri, & capſas, in quibus aliquid fermenti remanet, ex ea imple, impletaſque capſas, omnibus excluſis, ſola remanens, auxilium ſanctæ Darercæ precibus efflagitat. Quod cum feciſſet, virtute benedictionis, quidquid in nomine virginis Darercæ dedit, aqua fervens in optimam cereviſiam eſt verſa, potati ſufficienter recreati ſunt, qui potaverunt. Finit e. *e*

ANNOTATA.

F

a *Nuſquam legi celebrati nominis Brigidam, quæ colitur* 1. *Febr. cæcam fuiſſe. Quare cenſeo de alia hic agi.*

b *Fortaſſis hic ſignatur* Benchorum, *monaſterium celebre in Ultonia, teſte Colgano tom.* 2. *pag.* 706.

c *Erat hic hiatus, quem ſupplevi ex alia vita Conchubrani. Vocis* ſpinata *ſignificationem habes ibidem in annotatis ad cap.* 8. *lit.* d.

d Carpentarius, *hic eſt* faber lignarius *vel* tignarius, *Gallice* charpentier.

e *Si vitæ productæ characteres omnes matura trutina quiſpiam expendere voluerit, & conferre cum Conchubranana; non dubito, quin habiturus ſit indicia ſatis multa, unde vitam, hic datam, longe eidem anteponat, tamquam veriorem, ſinceriorem ac vetuſtiorem. Vide, quæ diximus die* 5. *hujus, a pag.* 241. *& hic inſuper in commentario prævio. Atque ut, ſicut contraria juxta ſe poſita, magis eluceſcunt, res pateat ad oculum, ſubdo vitam a Conchubrano conſcriptam.*

VI-

A

VITA

S. MODUENNÆ, PLURIBUS NOMINIBUS NUNCUPATÆ,

Auctore Conchubrano.

Ex codice Ms. Bibliothecæ Cottonianæ, ſub effigie Cleopatræ A. 2.

Collata cum Vita S. Monynnæ ſeu Darercæ.

B

PROLOGUS AUCTORIS.

FUit inter Hibernenſes gentes virgo vitæ venerabilis & morum ſancta induſtria decorata, nomine Movenna, gratia meritorum in omnibus partibus Hiberniæ, Scotiæ, & finibus Angliæ famoſa. Cujus (virtus) omnem illuminans Aquilonir partem, velut lucerna maxima ſuper candelabrum poſita, cunctar ibi tetras ignorantiæ tenebras illuſtravit. Habitantibus in regione umbræ mortir, lux orta eſt eis. Habitavit ergo multo tempore, Boreali ſub axe juxta Colim montem, qui eſt in confinio provinciarum, cognomine Orientalium, quas ſibi ab Ocidente & Septemtrionali vendicat; & Connalleorum provinciæ, quam in Meridiem & Auſtrum proſpicit. Ad cujus radices, a parte Aquilonis (habitavit) conſtructo glorioſo loco competenter, ſicut propheticum intonat oraculum, dicens: Mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni.

a Ergo magno Regi ædificato cordium ſanctorum templo, de quo Apoſtolus ait: Vos eſtir templum Dei vivi, & ſpiritus Dei habitar in vobir, non ex lignis & lapidibur, ſed de ſanctis hominibus ferventiſſimo caritatis glutimine; ut ſit omnibus cor unum, & anima una; quaſi fortis eremita, virgo Chriſti Movenna, ſanctam peregit militiam, ut poſtea, cum ad hoc, ſecundum ordinem perventum fuerit, Deo cooperante, dicemus. Sed nunc de hujus vita vel virtutibus etiam ab infantia ſua vel teneris ætatis temporibus, quid nobir apud nos a veriſſimir teſtibus traditum eſt, Deo volente, & ſuis adjuvantibus meritis, in quantum poſſumus, ſermonibus proferre conamur *a*.

C

ANNOTATA.

a *Caret prologo Vita Monynnæ ſeu Darercæ, & vel in ipſo limine prodit majorem ſimplicitatem atque adeo antiquitatem, quam hæc Vita; de cujus valore commentarius criticus de una an pluribus* Monennis *ſeu* Moduennir, *&c. die* x. *hujus.*

D

CAPUT I. EX MS.

S. Moduenna natales; virginale pallium a S. Patricio ei collatum; vitæ perfectioris profeſſio; prædictio; miraculum.

DE ſupradicto itaque Conalleorum *a* populo ſancta Movenna patrem habuit nomine Maugtheum, regentem Oveahhulue & totam terram in circuitu Hardmacha *b*, a Luue uſque ad Uuleſter, proſapiæ cognationis Hileth, optimum virum, ſicut in hoc probari poteſt, quod magnam gratiam in conſpectu Domini invenit, qui talem filiam habere promeruit, quam ſibi a nativitate ſua Dominus elegit: Mater vero ejus Coman nomine, nobiliſſima filia regis Dalbranaith, qui regebat omnem terram a Duvelin *c* uſque Regunleth. Nam & illa in finem, optimam vitam duxit per quindecim annos. In illam denique provinciam, in qua Movenna cum parentibus habitabat, ſanctus hoſpitio devenit Patricius *d*, miſſus a Cæleſtino Papa, ut verbum Dei omnibus Hibernienſibur, in captivitate diabolica poſitis, prædicaret, nonnulliſque ab ipſo in baptiſmum rraditis, vel manuum impoſitione conſummaris, venit & ipſa Movenna pulcherrima filia, cum aliis fidelibus obviam Epiſcopo, & totius Hiberniæ illius temporis Apoſtolo, quæ ab eo benedictionem intellexit. Vir Deo plenus religioſæ virginis & Deum timentis ſanctum deſiderium fervere comperit, qui ſpiritualia monita in quantum potuir vel ipſa capere vel tempus ſinere, largitus eſt.

a S. Moduennæ natalem *b* *c* *d*

E

4 Poſt hæc etiam virginale pallium ſanctum, ſancto Patricio benedicente, promeruit recipere juxta piſcinulam Briugis, quod in Latino ſonat, largitatis. In piſcina aquæ, juxta quam ſancta Movenna recepit pallium virginale, abundantiam in ea gratiarum & virtutum cum benedictione Epiſcopi procedere, de qua & omnes haurirent quotidie ſanitatum gratiam & fluenta aquarum vitæ. Docuit ergo Epiſcopur ſanctur & ſponſo Chriſto vero deſponſatam filiam diligenter mandata Dei ſcire, & ex corde intelligere; quia tanta diſtantia eſt inter virginitatem & matrimonium, quantum inter matrimonium & Chriſtum; virginitar enim prima eſt virtutis indicio, Deo proximior, ſimilir Angelis, parens vitæ, amica ſanitatis, domina gaudii, dux virtutis, fundamentum & corona fidei, ſpei amminiculum & caritatir ſubſidium. His diligenter præceptis inſtructa, etiam hoc Patriciur addidit, ut alias virgines ſibi etiam copularet, quas in timore Domini ab adoleſcentia ſecum nutrirct, quatenus earum ſolatio ſuffulta, facilius poſſet implere, & perficere bonum quod inceperat.

Virginale pallium accepit a S. Patricio.

F

5 Et tradidit in manu ſua virginem pulcherrimam, nomine Atheam. Commendata eſt ergo, ab Epiſcopo alii religioſo presbytero, ut eam in primis pſalmos doceret & in divinis ſtudir ſemper nutriret. Cum benedictione Epiſcopi Patricii revertitur parentum

docetur pſalmos.

A tum domum, cum quibus ſeorſum aliquanto
MS. tempore permanens, presbytero docente, quod omnes mergit homines in interitum; nam & ille bene lectitabat pſalmos. Multum in ea memoria & ardens ingenium prævaluerat, cito legens & firmiter lecta mente retinens. Lectio augebatur de die in diem. Refert quidam, quod eſſet nata bonis ac piis parentibus, bene nutrita, vulgo pulcherrima, corpore & anima caſta, in domo parentum crevit adulta: voveratque ſe Domino ab infantia ſua virginitatis coronam ſanam & integram, quamdiu viveret, ſervaturam. Junctæque ſunt in loco, qui dicitur Fochard, imprimis octo virgines, inter quas erant & Brigida, Athea, & Orbile, & una vidua cum infantulo, quem epiſcopum eſſe factum poſtea ſuæ gentis conſtat præclarum, id eſt Cooallæ Dominum, nomine Luger *e*. Qui primus eccleſiam Ruſcane in Colgi campiolo fundaverat ſine dubio. Hic privilegio dignitatis, ſanctitatem recipere promeruit per benedictionem ſanctæ Movennæ, quem illa ſibi imprimis in locum filii ab infantia adoptavit. Ibique in nativitate ſanctæ Brigidæ illam eccleſiam Movenna ædificavit.

Alias ſibi adjungit virgines octo, & eccleſiam ædificat.

e

B

6 Contigit autem in una nocte, quod fures furarentur duas vaccas, quas habebant. Cumque veniſſent ad flumen, quod vocatur Ffertas, hoc miraculum evenit, ut tam calidum fieret flumen, ut comburerentur pedes illorum. Et per totam noctem ambulantes, nullo modo tranſire potuerunt. In ſummo autem mane, inventi ſunt juxta eccleſiam, & pœnitentiam agentes, cum lacrymis receperunt fidem, dicentes; ſe ſemper amplius non furari. Poſt hæc, aliquanto tempore cum parentibus tranſacto, monaſteriiſque puellarum adhuc inter illas gentes, utpote nuper jactatis fidei ſeminibus, (adhuc raris) ſubvenit in ſanctæ virginis mente pia cogitatio, ut a ſeculi hominibus, licet parentibus & cognatis, recederet, quæ ſeculo propter Chriſtum renuntiaverat; ne ejus animi propoſitum, quod Domino direxerat, vel ſecularium rerum inepta & vana confabulatio, vel antiqui adverſarii ſemper ſurripiens nequam perſuaſio ab incepto removeret.

Fures miraculoſe ad confeſſum.

C

7 In Dei nomine cum ſuis puellis, & una ſupradicta vidua, infantulo dimiſſo, & cum aliis comitibus pro Chriſto iter agentibus, proficiſcitur, ut traduxit, ad ſanctum epiſcopum Ibar *f*, in illis temporibus commorantem in Inſulia ultra Hiberniam in occidentali oceano poſitis tribus, in uno vocabulo coarctatis, id eſt Triairna. Ubi multum temporis in Dei ſervitio & diſciplinarum ſanctarum ſtricta regula, & dura vitæ, ſed recta abſtinentia, in vigiliarum & lectionis aſſiduitate nimia, ſub epiſcopi illius poteſtate tranſegit. Congregatis ad illam ibi multis Chriſti virginibus, fit etiam novus & Apoſtolicus virginum Chriſti chorus. Mariæ ad pedes Domini ſedentis & bonam partem eligentis exemplum imitatur.

Relicta patria domo vocat perfectiori vitæ.

f

E monte Focerda migrat propter locorum ſterilitatem.

8 Igitur ſancta Movenna, veniens ad monticulum Fochardæ, primum ibi habitare cœpit. Congregatis ſimul multis Chriſti virginibus, habuit, ut refertur, in illo tempore centum quinquaginta. Interim fluxerat temporis ſpatium. Alia nocte audivit de proximis villulis, quæ ſupradicto ſubjacebant monticulo, ſeculares aliquos cantus, qui laſcivientium eſſe, & vana lætitia proclamantium, cognoſci poterant, interrogabat ſancta Movenna ſorores, quidnam eſſet hoc, quod ſic homines vana garrulitate clamarent. Indicatur ei, in domo alicujus de vicinis pronubentium eſſe cantus, ubi humana copula ſponſa carnali ſponſo deſponſata erat. Dixitque ſancta Movenna ſuis ſororibus: Nos, quæ ſpiritali ſponſo ſumus conjunctæ, & Chriſto Dei filio deſponſatæ, ſpirituales cantus die ac nocte convenit audire. Ad remotiora ab omnibus loca debemus recedere, ubi orationi tantum & lectioni poſſimus vacare, & Angelis Dei pro nobis & cognatis viſitari ſit poſſibile. Mane autem facto, miſit fratrem ſuum, Roman nomine, in deſerta proxima, explorandorum locorum gratia; & invento ibi juxta Colim montem aptiſſimo & a Domino revelato loco.

D

9 Tunc dixit ſancta Movenna ſuis ſororibus: Neceſſe eſt, ut una puella cuſtodiat locum iſtum. Et reſponderunt ei: Quæ poteſt hic manere niſi Orbile? Prudentiſſima filia regis eſt & nobiliſſima. Et ait ſancta Movenna ad illam virginem: Cum Dei gratia oportet te hunc locum cuſtodire. Cui reſpondit Orbile: Non poſſum ſine te eſſe propter nobilitatem corporis mei, & capillos capitis & pulchritudinem, quia valde timeo præſentiam juvenum. Hac de cauſa non licitum eſt mihi, hunc locum cuſtodire. Tunc ſurrexit ſancta Movenna, & oravit; & poſt orationem inſufflavit ſuper capillos capitis, & ſtatim facti ſunt candidi ſicut nix quaſi in ſenectute *g*. Cui reſpondit Orbile, gratias agens Deo: Timeo Domina, quod ſpecies corporis adhuc me decipiet. Audiens hæc ſancta Movenna, corpus illius timentis præcinxit ſua zona benedicens. Perfectis talibus, puella transfigurata eſt in ſpeciem anus; & inde mutato nomine vocata eſt Servile. Videns hoc Servile, quod factum eſt de corpore ſuo, bona voluntate gratias agens Abbatiſſæ, reſpondit: Intento corde volo locum cuſtodire. Tunc ſancta Movenna tradidit ei locum ad cuſtodiendum, & perrexit ad prædictum locum, qui vocatur Chelledene, id eſt Cellula montis, cum Virginibus ſuis. Quo cum perveneruntur, illic habitare incipientes, invenit illas ſilveſtris homo, porcarius alicujus Regis de orientalibus, nomine Macloithe, porcos paſcens per ſilvas.

Servula puella miraculoſe deformata.

E

g

F

Modumna cum ſocialibus, viſitat oboedientiam.

to Primo admirari cœpit, vel tales perſonas in deſerto conſiſtere, vel multitudinem ancillarum Dei, nihil ſecum de alimoniis habentes, unde viverent, præter herbas. Sed forte ibi erant hominibus paſcuales arbores & arborum cortices, unde poſſent vivere. Primo, ut ruſticus homo, cœpit illas conteſtari per Deum, ne de ſilva quidquam ſumerent, donec ſuo Domino illarum adventum enuntiaret; putans ille miſer, vel iram Domini ſui ſuſtinere, ſi tacuiſſet, vel ſilvas, quibus porci ſatiabantur, deficere, ſi tantam multitudinem veſci de lignorum radicibus vel corticibus fineret. Poſt hæc ille malefactor pergit ad Dominum ſuum, procul poſitum, narrans de ancillarum Dei adventu in fines ſuos. Cui reſpondit Rex, ſe eſſe lætum debere in illarum adventu, & donare eis licentiam de omnibus quæcumque voluiſſent, &

illis

illis opus eſſent. Inter hæc, ut tradunt, tranſierant ſeptem dies, quibus ſorores Chriſti, ruſtici conteſtatione conſtringebantur, oe de ſilvis, ut dixi, quidquam guſtarent; donec reverſus eſſet illa homo: frigidis & inedia deficientibus, vel etiam extremum ſpiritum exhalantibus, donatur eis licentia veſcendi de arboribus ſecundum Regis mandatum.

ad 7. diem jejunium compulſa, ſalvos ei porcos prædixit.

11 Cœpit ſubulcus, poſtquam pervenit, porcos quærere perditos, & diu quæſitos invenire non potuit. Venit ad ſanctam Movennam homunculus, complangenique ſe dixit: Veſtri cauſa porcos perdidi & diligenter quæſitos non inveni; mala hora venitis in iſtam terram, pro quibus perdidi meam pecuniam. Cui ſancta Movenna, triſtem conſolans leni alloquio, per nuntium dixit: Mente benedicte, ſecurus eſto, porci ſervati ſunt a Domino; & a nobis exiens, nunc invenies porcos integro numero incolumes & ſalvos. Crede Deum ubique poſſe quodcumque ſanum & integrum voluerit, ſervare. At ille digreſſus ab eis in verbo hoc, porcos in illa hora omnes invenit, ut ſancta Movenna certo eventurum prædixit.

Porcellum occiſum, & aſſum

12 Et aſſumens unum ex iis porcellum, poſt non (longam) moram temporis, ad Chriſti ſorores deculit dicens: Oblatiunculam meam vobis detuli, quia recte conſuevi ſtis: pecuniam enim mihi creditam, tota integra ſeptimana, nullo alio conſervante, orationibus veſtris (& me) ſervaſtis in deſertis, non ſolum ab hominibus, ſed etiam a beſtiis intactum. Bona hora vos vidi, quia nunc cognovi, quod eſtis perfectæ ancillæ Chriſti. Dixeruntque ad eum ex verbo ſanctæ Movennæ ſorores: Tuam oblationem non recuſamus, ſed his nobis veſci non eſt conſuetudo carnibus: nos in deſerto propter Chriſtum venimus: de ſeris deſerti, quibus ſervis Dei conſuetudo vivere eſt, ſi Dominus ibi in promptu dederit, aliquid ſumamus. Poſtquam vidit ruſticus oblationem ſuam, quam diu vivam dilexerat, & interfectam coxerat, a ſororibus non eſſe receptam, corde ſuſpirans, triſtitias magnas agebat; nam inopia cibi non erat ei, nec cui venderet, aut idem quid faceret, omnino inſciens erat.

vitæ ruſticæ cauſa.

13 Audiens virgo Movenna, ſpiritu Sancto repleta, dolores ruſtici non taliter conſolari, juſſit ad pedes ſuos coctum porcellum afferri, fruſta cujus compoſuit, gratia Dei ſecata membra collocavit, atque ſua benedictione videnti ruſtico porcellum vivum reddidit *b*. Eadem hora ab eis digreſſus, poſt modicum, captum cervum adportavit ſororibus, dicens: Ecce ſine labore & aliqua injuria invenire mihi citius contigit, quod veſtro propoſito in Deo magis placuit. Deinde aſſumentes cervum cum gratiarum actione, quaſi a Domino tranſmiſſum, accipiunt, credentes ſemper in ejus nomine, cujus eſt omnis terra cum ſua plenitudine. Et in hoc ſemper habebant totum deſiderium, etiamſi ſupra vires propter Chriſtum ſuſtinerent laborem durum. Non putabant autem etiam carnes reliquas ad veſcendum eſſe illicitas, quia ſapienter audierant, omnia mundis eſſe munda, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

14 Sed ſolent nonnulli Sancti, & maxime monaſteriales inter illas gentes homines, cum quibus magna pecorum abundantia viget, omnium animalium non veſci carnibus, ne ſecularibus videantur adſimilari, quibus ſemper in hoc pandet omnis cura, ne aliquid deſit in menſa, Cervis vero & apris ſive capreis veſcuntur, eo quod rareſcentius adprehendantur, & ne putentur licita damnare, illorum carnes, quando Dominus tranſmittit, cum gratiarum actione percipiunt. Sed & illorum eſt, ſimiles perſonas, ſi omnibus, quibus utuntur Chriſtiani, vivant, non refutare, recte intelligentes, quod ſcriptum eſt: Qui manducat, Domino manducat, & gratias agit Deo; & qui non manducat, manducantem non ſpernat & reliqua; ſcientes per omnia, locum & tempus & perſonam eſſe ſervanda.

Cur nonnulli Sancti non veſcantur quibus carnibus.

ANNOTATA,

a *De* populo Conalleorum *habes in annotatis ad caput* 1. *vitæ S. Monynnæ littera* a.

b *Ultoniæ provinciæ in Hibernia caput, ad fluvium Kalin ſita,*

c *Id eſt* Dublinium, *urbs primaria in Lagonia provincia Hiberniæ, olim* Develin *dicta ab Anglis. De nomine matris S. Moduennæ hic appoſito, & ab antiquiore auctore prætermiſſo, locuti ſumus in Comm. critico, num.* 18.

d *De hujus adventu agit Commentarius criticus die* v. *hujus, de una an pluribus* Moduennis *&c.*

e *Dictum de illo in annotatis ad cap.* 1. *Vitæ S. Monynnæ littera* e.

f *Nonnulla de illo in annotatis ad cap.* 1. *Monynnæ lit.* g.

g *De illo miraculo agitur in Commentario critico, num.* 18.

h *Miraculum hoc, tam mirabilibus adjunctis auctum, ſubſimile credo, narratum ab auctore ſuſpectæ fidei, & ab auctore Anonymo ſeu primo fonte præterito. Plura Comm. crit. n.* 19. *Accidit, quod tot ſeculis poſt Monennæ, Monynnæ ſeu Darerææ mortem, auctor hujus vitæ ſcripſerit. Vide ibid. num.* 25.

CAPUT II.

Tyrannum ac latronem mirabiliter ad frugem reducit Moduenna; alium a diabolo vexatum placat; aquam baculo in montem ducit; lupum cicurat. Alia quædam mirabilia; aqua in vinum converſa.

Glumelath tyrannus a

IN tempore illo erat quidam tyrannus nomine Glumelath *a*, in illa terra deſolata ac deſerta, cum perverſis ſociis ſuis nulli parcens, quorum numerus erat quinquaginta, juxta eccleſiam Movennæ. Quadam die contigit, quod octo presbyteri, miſſi a ſancto Patricio epiſcopo, veniſſent, ut viſitarent ſorores in deſerto poſitas, & maxime Movennam Abbaciſſam. Cumque inveniſſet eos Glumelath, juxta viam, ubi ipſe manebat, interfecit illos.

A illos. Cumque audiſſet Movenna malum, quod ex MS. factum fuerat, ſurrexit & dixit virginibus ſuis: Eamus & quæramus pacem in terram iſtam. Reſponderunt virgines dicentes: Non debemus ire ad latrones, quia vnlunt nos damnare. Et dixit ſancta Movenna: Dominus defendet nos. Eamus & poſtulemus corpora Sanctorum ad ſepeliendum. Et exiens comitata quinquaginta virginibus, pervenit ad locum, ubi erat Glumelath, in campum, qui vocatur Machdathevens.

ac latro, 16 Videns has tyrannus adpropinquantes, gaviſus eſt valde, & dæmonio impletus, dixit ſuis comitibus: Ecce quinquaginta virgines veniunt ad nos, ut unuſquiſque noſtrum habeat uxorem. Tunc tyrannus obviam venit Abbatiſſæ, ut apprehenderet eam & uxorem haberet, & dixit: Ecce quod deſideravi multis diebus. Et reſpondit ſancta Mnvenna: Propter nobilitatem tuam, da nobis pacem interim, ut loquar tecum parum, & dic ſociis tuis, ne noceant ſororibus meis. Et dixit tyrannus militibus ſuis: Expectate parumper, ut loquar cum Movenna. Et fecerunt ſic. Et dixit Abbatiſſa

B ad Glumelach: Domine mi inclina caput tuum in ſinum meum. Et cum inclinaſſet caput in ſinum illius, dormivit ſtatim, & omnes ſocii ejus ſimiliter. Et hinc oravit ſancta Movenna ad Deum & dixit: Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, fiat vnluntas tua in cœlo & in terra, & adjuva nos. Poſt hæc deſcendit Angelus Domini de cœlo & dixit: Ne temeas filia, quia tecum ſum, & modo accipiam ſpiritum iſtius tyranni, & tu veni mecum.

obſtupuit et confuſus, 17 Et aſſumpſit eos ſpiritualiter, & oſtenſus eſt eis infernus, & regnum cœlorum, & viderunt locum pulcherrimum cujuſdam Pontificis, qui vocabatur Chevin; interrogavit Glumelath, cujus erit hic locus. Et dictum eſt ei; Paratus eſt in honore Chevin. Et poſt hæc oſtenſa ſunt eis & alia multa (&) reverſi ſunt ad corpora. Tunc ſurrexit ſancta Movenna & dixit eis: Surgite, ſurgite, ſurgite, quia tribus diebus & noctibus non vigilaſtis. Et ſic factum fuit, ut a prima hora diei Jnvis, uſque

C ad horam nonam diei Saturni non ſurrexerint. Tunc incepit ſancta Movenna hymnum cum virginibus ſuis. Hibernia oſtentis eſt hominibus maxime mirabilis, & cetera. Cumque ſurrexiſſet Glumelath a ſomno, dixit ad ſanctam Movennam:

ſimul cum alio mira biliter ad fidem con verſus & epiſcopus effectus. 18 Vis dare mihi locum Chevin, & nnn nocebo tibi neque virginibus, quæ tecum ſunt. Et reſpondit Abbatiſſa: Quomodo poſſum tibi dare locum alterius militis Chriſti, & neſcio ego, utrum erit mihi proprius locus in cœlo. Et ait tyrannus, vere & ſi non dederis mihi locum illum, ſtatim eris uxor mea ſine mora. Et reſpondit Abbatiſſa: Si credideris in Dominum Jeſum Chriſtum & baptizatus fueris, & meum conſilium feceris, non pejorem locum habebis. Et dixit ille; Faciam quodcumque præceperis, ſi illum locum mihi dederis; ſed non accipiam alium locum. Et ait illi ſancta Mnvenna; Habebis: ſed ſurge & veni mecum. Et eſto fidelis ad mortem, & habebis locum illum. Tunc ſurrexit Glumelath cum Afin, filio ſororis ſuæ, & ſeparati ſunt ab aliis ſociis ſuis, & venerunt cum ſancta Movenna & ſororibus ad eccleſiam, quæ vocatur Chilleſleve,

D & illic baptizati fuerant, & illa doctiſſima Abbatiſſa docuit eos pſalterium. Et poſtea ſanctiſſimi Epiſcopi effecti ſunt.

Chevin a diabolo vexatum 19 Poſt hæc autem venit diabolus in ſimilitudine clerici ad Chevin, & dixit ei: Ecce Glumelath, latro peſſimus, præceſſit te in regno cœlorum, & abſtulit locum tuum a te. Et reſpondit Chevin, & dixit: Vere non poteſt illud fieri, ſicut mihi videtur, ullo modo. Et dixit inimicus: Si nnn credis, mitte duos clericos mecum ad cœnnbium Movennæ, ut probent quod dixi. Reſpondit Chevin: Fiat ſic. Et exierunt ſimul ad monaſterium & invenerunt Glumelath & Afin cum ſororibus, legentes pſalmos. Et videntes reverſi ſunt, & nuntiaverunt domino ſuo, quia verum eſſet. Et tunc dixit diabolus ad Chevin: Quid ſunt primi tui maximi labores diurnarum orationum? Et quid ſeptem annorum, quibus uſque modo paſtus es radicibus urticarum? Ecce Movenna abſtulit locum tuum a te, & dedit peſſimo latroni Glumelath. Tunc valde iratus fuit Chevin, & dixit clericis ſuis: Præparate mihi arma, & eamus in locum Glumelath, & deſtruamus cœnnbium Movennæ.

E

& diro modo diſcedens, ac vituperat Movenna ſigno Crucis ad ſe vocat deducit. 20 Et exierunt, ut facerent mala, ut annuntiaverat Angelus Dei ſanctæ Mnvennæ; & dixit illi: Vade cito in occurſum Chevin: quia diabolus tentat illum. Et ait Abbatiſſa ſororibus: Orate pro nobis & pro his fratribus. Et exivit ſanctiſſima in occurſum illius, & invenit eum in loco, qui dicitur Surde & alios multos cum eo. Et vidit ſancta Movenna quaſi parvum nigrum puerum, ſtantem juxta pedem ſiniſtrum Chevin. Et dixit ſancta Movenna ad Chevin: Nnnne vides diabolum ad ſiniſtrum pedem tuum, monitu cujus huc veniſti de loco ſancto tuo? Signa cor tuum, frater, & oculos tuos diligenter. Et fecit ſic. Cui reſpondit Chevin: Vere ſoror mea, modo video. Et expulit ſancta Mnvenna diabolum ab eo, & ſignavit eum manu ſua, & adduxit ſecum admnnaſterium & præparavit ei balneum bonum in petra duriſſima, ſupra parvi montis cacumina *b*.

b

F

Aquam hau rire ſuo homini ſuſtinuit ſed ſemetipſa hinc ad eum mon tis. 21 Et acceſſit ſancta Movenna ad frigidum ſnntem ſuum; quo ſnlitis noctibus ſedens uſque ad mamillas in aqua, totum decantare ſolebat pſalterium, & impoſita benedictione cum baculo ſuo, juſſit aquam in nomine Dei Patris omnipotentis ſequi illam. Et feceſſit inde ad culmen proximi montis, quo præparaverat balneum, poſt ſe trahens ſuum baculum; & aqua ſecuta eſt eam uſque ad ſummum, & per virtutem ſanctæ Virginis aqua attracta, de imis in balneo recepta, gratia Dei ſit ſemper calida. Deinde uſque ad hunc diem multi habentes infirmitatem, in nomine ſanctæ Virginia, per balneum recipiunt ſanitatem. Et dixit ſancta Virgo ad Chevin: Ecce balneum tibi offero in honore tun, & non deficiet aqua mea. Et vocatum eſt balneum Chevin, quia ſancta Movenna dedit illud tyrannn, ut eriperet eum a diabolo.

Lupus devorari a ſe vituli locii mirabiliter ſuppliat. 22 Contigit quadam die, ut unus lupus venerit juxta eccleſiam, ubi manebat ſancta Movenna, & interfecit unum vitulum, quem cuſtodiebat ſupradictus puer, nomine Luger. Venit autem puer ante pedes Abbatiſſæ flens & ululans atque dicens: Quare perdidi vitu-

lum

A lum meum, O Domine! Ad illa, ſanctiſſima reſpondit: Nreſcio, fili mi, ubi eſt vitulus tuus. Et reſpondit puer: canis devoravit vitulum meum, & adhuc jacet ſuper illum. Et dixit ſancta Movenna ad eum: Accipe baculum meum in manu tua, & dic ei, ut veniat ad me. Exivit autem puer, & invenit lupum adhuc rodentem oſſa, & dedit ei iſtum ſuper dorſum; & dixit ei: Præcepit tibi Movenna, ut cito venias ad eam. Et ſumexit lupus & præceſſit puerum ad modum domeſtici canis. Cumque ſtetiſſet coram Abbatiſſa, dixit ei: Quare, o miſer, interfeciſti vitulum noſtrum? Ecce præcipio tibi in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ Mariæ Virginis, ut ſis in loco vituli quotidie, & fiat vacca lactifera, quaſi habuiſſet vitulum. Et ſic factum eſt, ut vacca diligebat lupum & lingebat eum, quaſi eſſet vitulus proprius, & lupus cuſtodiebat illam vaccam quaſi paſtor. Sed & uſque hodiernum diem de genere iſtius ſunt lupi juxta eccleſiam, & per tria millia cuſtodientes pecora eccleſiæ, & omnes diligunt & agnoſcunt genus illorum, quia minores ſunt, quam alii lupi, & albi ſunt in frontibus illorum, & vivunt ſemper de venatione tantum.

B

c Alfredus regis Anglie filius fugatur.

23 In tempore illo Alfredus c, filius regis Anglicorum, habens infirmitatem maximam, perrexit ad ſerviendum Conaldo Regi in Hibernia. Cui Hibernienſes dixerunt: Vade ad Abbatiſſam Movennam, & pete, ut pro infirmitate tua Dominum Deum ſuum deprecetur. Cujus interceſſione ſtatim tibi ſanitas reddetur. Credidit, & morbo expulſo, virginis intervenu ſanus efficitur. Recepta ſanitate rediit ad regem, quærens licentiam redeundi in patriam. Cum autem Rex audiſſet & ſciret, quod filius regis Anglicorum vellet redire in patriam adquiſita licentia: cœpit cogitare, unde haberet pecuniam, quam ſibi dare deberet, quia noluit, ut expers munerum ab eo recederet. Tunc juſſit miniſtris ſuis, ur provocarent conſiliarios ad ſe; a quibus conſilium quæſivit, quam regionem prædari deberet, ex qua tanta pecunia recedenti daretur, pro retributione ſervitii ſui, ut accepta pecunia honorabiliter redire in patriam ſuam poſſet.

C

* I. reſpondit. Meditato monaſterii S. Modoenna diripiendi veſtatio

24 Quorum unus reſpondens *, cui nomen erat Chanoncim; dicens: O Rex honorabilis, erige aures meis conſiliis; nam in eccleſia Movennæ, multæ ſunt divitiæ; quas ſi vis rapere, milites tuos bene reſtaurares. Audiens hæc princeps, ſciens gratiam Dei eſſe cum ea, timens illuc ire, dixit: Notum eſt nobis pluribus, quod cunctis malefactoribus pro amore illius gravem vindictam reddit Deus. Et dictis illius deprecans, reſpondit conſiliarius; Si vobis videtur licitum, mitte mecum exercitum tuum, ut deſtruam cœnobium, & tibi reddam totam virginis Movennæ pecuniam. Et dixit Rex: Si auſus es, vade. Et huic annuit, & aſſectum itineris implevit; & cum exercitu magno exivit. Et hoc miraculum media nocte contigit, ut hoſtes venientes ex improviſo totam terram illius Chanoncim vaſtarent, & omnia bona ſua arriperent, neſciente illo, cujus terra juxta cœnobium ſanctæ Movennæ fuit; & ipſe cognatus illius (erat.)

25 Et juſto Dei judicio contigit, ut malum, quod ſanctis monialibus inferre voluit, ſibi ipſi eveniret; ſicut ſcriptum eſt: Convertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet. Tamen omnia bona monaſterii illius violenter rapuerunt, nulle rimore Dei & Sanctorum ejus perterriti. Et quidquid raptum eſt inde, datum eſt filio Regis Anglorum, & reverſus eſt in patriam ſuam cum plurimis donis. Cum autem audiſſet ſacroſancta virgo Movenna, quod locus Deo conſecratus vaſtaretur a tyranno, cognato ejus, irata eſt ei valde & dixit: Hoc dei Deus, ut ſit ſemper in vaſtuodine terra illius: & eccleſia, Deo adjuvante, iterum renovabitur. Et factum eſt ſic.

D

Ex ore in caput ejus deſcendit iniquitas ejus. Pſal. 7. Monaſterium diripitur.

26 Et tunc ſancta Movenna, commota de eo, quod factum fuerat, exivit ad litus, quod eſt juxta Fochart cum Brigida & Athea & Luge. Et clamaverunt ad Dominum ſurriter & rogaverunt eum, ut daret eis auxilium trans mare eundi. Cum vero oraſſent; ecce Angelus Domini deſcendit de cœlo coram eis, & circumcinxit partem de terra in circuitu illarum ſanctarum Virgioum, & mare circuivit illam ſignatam terram; & abſtulit eam de loco ſuo, & erat ea pro navi uſque in Britannia, & ibi poſita eſt juxta caſtellum, Daganno nomine, ſicut venit de Hibernia ſub pedibus ſanctarum Virginum, ſic permanet uſque hodiernum diem: non creſcit, neque minuitur, ſed ſemper aqua marioa circuit illam. Dixit autem ſancta Movenna ad Brigidam & ad Luge: Expectate hic & ædificate eccleſiam in loco ſancto iſto, donec revertamur ad vos. Et nos ibimus ad curiam Regis, ut res noſtras inquiramus, quæ ablatæ ſunt violenter a nobis. Poſt hæc vero inveneruni Regem in villa, quæ vocatur Streneshalen, juxta ſilvam, quæ dicitur Arderne,

Animum ad iracundiam convertit in Britanniâ; quo mira. biliter delata eſt, terra vaſta, navis ultro ſuppleat. E

27 Cumque vidiſſet Rex virgines ad ſe venientes, valde lætus effectus eſt in adventu illarum. Et cum audiſſet, quod de eccleſia illius eſſent homines & pecora, reddidit omnia, & dixit ad eam Rex: Dabo tibi iſtam villam cum ſorore mea virgine, ut doceat eam diſciplinam divinam. Et reſpondit ſancta Movenna; libenter fiat. Et manſit illic tribus menſibus, & juſſit ſancta virgo Atheam, ut doceret virginem, Regis ſororem Pſalterium. Sancta Movenna vero reverſa eſt ad Brigidam cum donis pluribus, & ſervi Regis cum illa, donec eſſent naves paratæ. Et tunc exivit Abbatiſſa & Brigida cum familia ſua in Hiberniam, & reſtituir eccleſiam ſuam.

In Hiberniâ reddit, regis liberalitate ornata, monaſterii ſui reſtaurat.

F

28 Nunc ad narrationis ordinem, jam ſecundo incipiente libello, revertamur. Igitur ſancta Movenna pervenit tandem itinere facto in Hiberniam, in campum Murthemne, in quo Conalleorum gens maxime viget, de qua & ipſa ſanctiſſima Movenna, ut dixi, procreata eſt; antiquitus præ exteris gentibus, quæ in confinio ſunt, magicarum artium libris imbuta, ſed nunc, ſubacta gentilitate, Chriſti fide tota effecta eſt Chriſtiana per ſanctam Movennam. Divertens itaque ad alias Chriſti famulas, quas Campani filias nuncupant, feciſſe narratur grandu miraculum. Quarum unam ſemper in comitatu habue-

Æquum in viaum convenit.

habuerat, & nunc earum monaſterium, poſtea ex ms. ab alio, ibi principatum tenente, vocabulum ſortitum eſt: cujus nomen erat Luger. A quibus eum omni gaudio ſuſcepta, quæ caritatis erant, in quantum potuerant, in eam fecerunt, & quod illæ non habuerunt, id eſt potum, quo lætificarentur tantæ hoſpites Chriſti, Deus operatus eſt per advenum hoſpitum, de aqua jucundiſſimum vinum. Nam benedicens ſancta Movenna aquæ vaſculum, in domum adportatum, Deus mutavit laticis undam, virtute ſumma converſam, in vini naturam, ut caritati ancillarum Dei, quod deerat, ſuppleretur. Multis his ſervis Dei certiſſimum eſt, inter illas terras hoc contigiſſe miraculum; quæ vineas non generant, ut vinum de his ſumerent, ut haberent ſufficienter, ut puto, ſervæ Dei hauſtum vini, ad peragenda myſteria corporis Chriſti.

ANNOTATA.

a *Quid de toto ſequentis miraculi contextu ſentiamus, habes in dicto Commentario critico, num. 18.*

b *De hoc miraculo, prout etiam, de pluribus ſequentibus, ibid. num. 19.*

c *Patentiſſimi parachroniſmi vitæ hic arguuntur in dicto Commentario critico, quem videſis a principio.*

CAPUT III.

Moduenna viſit S. Brigidam; coruſcat prodigiis; profuſa ejus miſericordia divinitus compenſatur; aquas miraculoſe producit; ſpiritu pollet prophetico; facit, ut fluvius detumeſcat.

S. Brigidæ viſit,

SAnctus vero Ibar, Epiſcopus ſupradictus, de prædictis inſulis, Domino itineris duce, in meridianam Hiberniæ partem pergit; adiens ibi parvam inſulam, quam modicam Hiberniam vocant, in qua & poſtea poſt glorioſam vitam reconditus eſt. Ovis Chriſti paſtorem ſequitur. Sancta Movenna cum virginibus Epiſcopum & ſalutaris doctrinæ magiſtrum conſequuntur. Devenientes in Lagenorum a terram, cui & ſupradicta adjacet inſula, parte meridiana: audita (fama) ſanctæ Brigidæ, ſancta Movenna cum puellis, ad ſe pertinentibus Epiſcopo permittente, ad illam divertit viſitandam. Apud quam habitavit non parvo tempore, humiliter ſe dejiciens; in quantum (vero) ſemet ipſam præ ceteris humiliabat, tantum illam Dominus ſuper omnes virtutum meritis exaltabat. Erat enim affabilis, lenis, hoſpitalis, omnibus ornata bonis moribus, cunctis in Chriſto placuit; omneſque inimici verſutias non ignorans: erat enim a dextris & ſiniſtris, annis ſpiritualibus valde munita. Donavit autem illi Dominus etiam ſanitatum gratiam, ut diverſorum malorum languore depulſo, infirmitates varias ſanare, & verbo & oratione (dæmones) de obſeſſis depellere corporibus (poſſet). Credidit illi omnis populus, in tantum, ut magnis etiam donis & muneribus quotidie ditaretur. Sed ex his nihil ſibi reſervans, quæ in Chriſtum ſuam jactaverat curam, cuncta pauperibus miſeris & peregrinis, qui ad ſe quotidie veniebant, propter Chriſtum, pauperem pro omnibus & peregrinum factum, erogabat.

Ab immediti cleri molestia

30 Deinde compertis bis, quæ ſancta Movenna quotidie largiebatur, dixit ad illam familia ſanctæ Brigidæ: Quid ita facis? Cur munuſcula, quæ tibi a Domino & a populo donantur, in alios expendis, & nos non requirens, etiam tuorum, qui ad te pertinent, curam negligis? Et ſpiritu invidiæ aliqui inſtigati, ſub oſtenſa figura religionis, etiam hæc dicebant. Non audiſtis in Apoſtolo eſſe ſcriptum; Qui negligit curam ſuorum, & maxime domeſticorum, fidem negavit, & eſt deterior infideli: en ſorores, quæ tecum venerant, pene conſumptis his, quæ apportaverant ſecum, non habent ſufficientiam; & tu dividis, quæ illarum ſunt, forte habentibus ſuperflua? Quibus ſancta Movenna leniter reſpondit: Si in Chriſtum habent fidem non fictam, cibum & corporis indumentum habentes, contentæ erunt. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa & inutilia. Si propter Chriſtum feci, quod in me culpatis; qui dixit in ſe fieri, quidquid in ſuis membris impletur: & vobis poteſt damna, quæ putatis, reddere; & illis mercedem laboris & nuditatis, quando vult, tribuere. Quid plura? Surrexit illa continuo, corde confidens, in Chriſtum omnia poſſe, quando vult neceſſitatem habentibus ſubvenire; levanſque oculos ſubito ad lectulum, in quo panſare aliquid putabatur: vidit, ut refertur, duodecim veſtes optimas, ibi ante numquam viſas, eredenſque a Domino ſibi eſſe allatas, ſtatim detulit ſanctæ Brigidæ, dicens. Ecce Dominus quod vobis reddidit, habetote, & ſit ſororibus in ſupplementum curæ. Cui dixit ſancta Brigida: quæ tibi a Domino tranſmiſſæ ſunt, tuis, ut tibi placet, divide; nobis plus habentibus, non licet habere.

Frustra hominibus eam abluere volentibus,

Perstat in proposito,

Et a Domino compensatur

31 Reverſa ergo a ſancta Brigida ad Epiſcopum Ibar, habitavit in Airdconaiis. Congregatis ibi ſimul multis Chriſti virginibus, ſub poteſtate Epiſcopi vivebant, quarum quotidie augebatur numerus, & non ſolum virginum & viduarum multitudo, ſed & reginæ & quam plurimæ matronæ ad illas quotidie confluebant. Cunctis ſalubertimæ vitæ præceptis totius bonitatis magiſtra tam verbis, quam exemplis ſancta Movenna omnes hortabatur. Contigit deinde alio anno inter illas terras, nimio ætatis calore eogente, humidas deeſſe populis aquarum copias; ita ut non ſolum laculi vel ciſternæ ſiccarentur, ſed & fontanei rivuli minus fluerent. Sorores ergo cum ſancta Movenna, quibus diſcurrendi non erat licentia, aquarum penuria ſentiebant damnum: non (enim) tantum pro domeſticis neceſſitatibus, ſed & ſitientibus, imo ſpiritum reſocillare cupientibus, aquarum ſatiamenta deſuerant. Videns hæc S. Movenna, aliorum injuria commota & ſancti Heliæ exemplum ſecuta, fontem aquarum vitæ, pro tranſitoriis deprecatur aquis, & in illa nocte, qua orationem pro adipiſcendis aquis ad Dominum fudit, ciſterna nocte aquis impleta, aquarum copia mane (apparuit). Divulgatum eſt autem tale miraculum S. Movennæ in multos

Aquarum penuriam ſupplet,

replera miraculoſe cisterna.

Digitized by Google

A multos populos, ita ut quotidie inceſſabiliter venirent ad illam, non ſolum feminei ſexus hominea, ſed & maxime principes, quibus honor & dignitas maxima erat, ſi ſanctæ Virginis benedictionem accipere mererentur.

Spiritus in ea propheticus.

32 Porro propheticus in ea ſpiritus, inter ceteras ejus virtutes primatum tenebat, ut eventura frequenter prædiceret & prænuntiata ſemper eventus probaret: ſicut & in hoc intelligi poteſt, quod ſequitur. In alia die, de vicinis filia alicujus, ab Epiſcopo commendata, ad S. Movennam adducitur, ut illam cum ceteris virginibus in Dei timore & monaſterialibus nutriret diſciplinis. Quia receepta, & cum ſororibus dimiſſa, ſancta Movenna dixit virginibus: Iſtam parvam filiolam, hac hora ad nos ductam, debemus etiam præ ceteris diligentius nutrire; hujus enim cauſa, tempore (ſuo) eogetnos neceſſitas de iſto migrare loco. Quod ita certiſſime evenit, ut S. Movenna per ſpiritum prædixit.

futurorum prædictione probatur.

B 33 Nam prædictam puellam, paulatim crescentem & ad juventutis etiam ætatem pervenientem, cœpit antiquus bonorum adverſarius diabolus ſpiritu agitare invidiæ. Cujus invidia, ut legitur, mors intravit in orbem terrarum: malum diſcordiæ, quod Deus præ odibilibus ſex deteſtatur, inceſſanter ſemper ſeminabat. Dicebat enim ad Epiſcopum: Nullus te in populo nunc requirit; omnium dona & munera (eorum) qui in tuis commorantur finibus, ad iſtas deferuntur peregrinas, nullius momenti nunc reputantes, quod iſtas, utpote imprimis peregrinas, propter Dominum benefaciens adduxiſti: ſe enim magnificari & elevari deſiderant, quanto magis nos nullius eſſe bonitatis arbitrantur. Hæc & his ſimilia cum ſuis parentibus & vicinis, diabolo ſuadente, ſuſurratis, ſcholam Epiſcopi etiam, & eos, quos ſibi ſciebat in populo privatos, his venenoſis commovebat verbis. Sed Epiſcopus, ut erat homo mitiſſimus, his non accommodabat auditum ſermonibus.

Pluvius cursus ripas inundasse,

34 Hæc audiens S. Movenna, dixit ſororibus: Ecce quod Dominus de filiola vobis oſtendit, imprimis nunc apparet. Si nobis ſimul hæc incipiunt facere, ſcio, quod poſt mortem

C meam non poteritis hic habitare. Melius eſt ergo, aliorum invidiæ locum dare & ire, quam in tali animarum rancore cum ceteris ſimul perire. Omnia quæcumque nobis Dominus hic dedit, eum illis relinquenda ſunt: præter veſtes noſtras communes nihil portabimus de omni erippa *b*: quæ illi diligunt, cum illis maneant. Nos quem diligimus & in quem noſtram jactavimus curam, præcedit nos, & ſubſequemur, ut nobis commodum & ſibi placitum perducat ad locum. Proficiſcuntur inde, Domino comitante, & itineris duce S. Movenna eum ſororibus non minus, ut referunt, quinquaginta: pergentesque viam, veniunt ad quemdam fluvium, per quem ſibi tranſitus eſſe debuerat, non tam magnum, ut parvulos vel mulieres tranſitu impediret. Subſiſtentes paululum, vident fluvii verticem contra ſe ſtatim intumeſcere & eperbolire *c*, ripaſque exundantem tranſfluere. Intuens hoc S. Movenna, ſubſiſtit, dicens:

35 Quid eſt, quod nobis fecit Dominus? Sine dubio, noſtra culpa hoc præbuit nobis ſa-

ceere, quod videmus, rivulum, inſolito ſibi more, Deo volente, contra nos elevari. Scrutemur diligentiſſime noſtras conſcientias, ſi forte in aliqua noſtrum tranſgreſſionis culpa (reperiatur) ut illam pia confeſſione emundans, immunis eſſe poſſit a pœna. Reſpondens una de ſororibus, ſemetipſam accuſans, dixit: Confiteor culpam meam, quam ſtulte commiſi, pro qua iſtud impedimentum, ut puto, videmur pati. De monaſterio noſtro egrediens, vidi diverſas in ſale ſiccari cepas, & unum de alio, quod noſtrum eſſe putabam, capitulum adportavi, quo ſciebam pro dolore, in modum colerii ?, tuos oculos perungi. Ago inde pœni- *vaccilyptus?*

D *ex MS. conſtantis Modoennæ detentis.*

tentiam, qualemcumque jubeas, tantum, ut mea culpa, quam ſola commiſi, multis non faciam injuriam. Cui dixit S. Movenna: Refer ergo ad domum, de qua venimus, quæ attuliſti. Si majora, quæ noſtra erant, ibi Dominum propter dimiſimus, minora, ſine eorum licentia, cum quibus dimiſſa ſunt, abſportare non debueramus. Sicque factum eſt, ut reportata ad terram, ſibi a Domino deſtinatam, in parte Aquilonis Hiberniæ ſitam, ibi S. Movenna (ad) cognationem propriam (miſſa ſit)

E quaſi ad aves domus Iſrael, quæ perierant.

ANNOTATA.

a *Habes de hoc terræ tractu in annotatis ad c. 1. vitæ* S. Munynnæ *lit.* b.

b *Per hanc vocem intellige certi generis* panum, *aut quid ſimile*, *Gall.* crepe.

c *Id eſt* ebullire.

CAPUT IV.

Miracula alia per S. Moduennam patrata; iter primum Romanum.

Apud S. Brigidam Moduenna aliquandiu morata,

CEpto itaque itinere, Chriſto comite, recta via proficiſcuntur Aquilonis ſub axem, pervenientesque, ut referunt, in Limphi Campaniam, in cujus optima & planiſſima ſeptemtrionali parte monaſterium S. Brigidæ modo conſtructum eſt, veniunt ad S. Brigidam, manentesque apud illam aliquantis diebus, ſem-

F per deſiderabat S. Movenna audire, quæ ſibi & ſuis in Domino potuiſſent proficere, ut exirent in peregrinationem Romæ. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis. Quando tempus poſtea eundi ad optata loca advenerat, quaſi apis prudentiſſima melliſluis onuſta ſancta Movenna colloquiis, dixit ad ſanctam Brigidam: Da benedictionem tuam ſuper nos, & pro nobis Dominum diligenter roga, ut viam noſtram in ſe recte dirigat, & ad loca deſtinata ſua miſericordia incolumes perducat.

ejus petita benedictione deſcendit.

37 Cui ſancta reſpondit Brigida: Deus omnipotens cuſtodiat vos in via, qua pergitis, ut ad deſiderata habitacula proſpere perveniatis; protulitque vaſculum argenteum, quo potum Hiberneneſes principibus haurire ſolent, quod vocant eſcra, dicens: Accipe munuſculum de manu mea quod tibi do, ut fiat de illo aliquis profectus tibi, &, quæ tecum ſunt, Chriſti ſororibus. Accipit ergo vaſculum ſancta Movenna, in nullo contradicere non au-

ex MS. *vaſculum argenteum a Brigida oblatum,*

A dens, nec volebat : accepta (autem) benedictione a S. Brigida, quidquam de rebus portare præſentibus noluit, ſed ſalutatis cunctis ſororibus, iterum, quaſi aliquid obliviſcens, intro domum ingreditur, reponitque vaſculum ſupradictum illic in ſuperiori loco, ubi ſervari poſſit, & non videri continuo. Deinde, reſalutatis omnibus, deſideratam perguut viam, tandemque perveniunt. A Domino deſcripti ſunt, credo, ab æterno remuneratore, ipſa ſorore mea S. Movenna, fraterna caritate intercedente, præmium qualecumque accepturi. Inter hæc, tranſactis aliquantis diebus, vaſculum argenteum ſupradictum invenitur, & quomodo contigit, S. Brigidæ enuntiatur. Quæ nuntiantibus reſpondiſſe fertur : Vas quod tribuimus in Dei donarium, non licet nobis habere ad uſum noſtrum, & ne de hoc imbecillioribus aliqua ſuppliçatio vel dubietas in mentem veniat, Dominus ad quem vult locum, vaſculum perducat.

Et a Moderna eſt repoſitum,

a Brigida flumini imprecatur

38 In flumen, quod nobis eſt contiguum, mittendum eſt, & Dominus, ut voluerit, & B S. Movennæ (fuerit) meritum, faciat, quod ſibi placet. Itaque ut certiſſime adfirmant, qui ſic antiquitus habent ſibi traditum, ita factum eſt: vaſculum in flumen miſſum eſt nomine Life *a*, quod in mare Hibernicum fluit orientale, & Domino conſervante & portante, quocumque modo inventum eſt a Ronan Epiſcopo, fratre Movennæ, ut habet opinio, in capite litoris, ſicut Scoti locum nominant, Stanitibæ, quod de mari erumpens orientali Scotico & in circum tendens, inter Bairne & Coilgi campiolum primo porrigitur : deinde uſque ad fines populorum, cognomine Orientalium, multum ſilvis & montibus coarctatum, in longum extenditur; in quorum confinio, ut ſupra dixi, juxta Colim montem, S. Movennæ collocatum eſt monaſterium. Epiſcopus hoc inventum ſecum admirens, detulit S. Movennæ vaſculum. Quo agnito, omnes glorificaverunt Deum, in tali facto agnoſcentes, donum ſibi tranſmiſſum a Domino. Inter monaſterium S. Movennæ & S. Brigidæ, eſt iter quinque vel ſex dierum, etiam his qui per terram recto itinere pergunt ſine mari, ſicut nos frequenter C probamus. Tale autem, ut mihi videtur, miraculum utriſque reputandum eſt. Quod enim fides S. Brigidæ indubitata credidit, id eſt, Chriſto conſervante, vaſculum non perire, hoc humilitatis S. Movennæ & meritum, & in ea rerum omnium verus contemptus promeruit perficere, ut illa haberet, tamquam a Domino ſibi proprie miſſum vaſculum, quod propter Dominum dimiſit in camera repoſitum. Et quod illa ab humana laude celare voluit, Deus claro miraculo poſtea manifeſtavit.

a

& mirabiliter per aquas ad Modennæ defertur.

39 Poſt hæc vero in peregrinatione exierunt

Romæ pro- ficiſcitur cum S. Brigida.

S. Movenna & Brigida, & Romam petierunt. Quæ cum veniſſent in Britanniam ad Arderne, perrexerunt ſimul Athea & Ite cum Abbatiſſa. Et poſtquam Roma reverſæ ſunt, exiit Brigida ad patriam ſuam in Hiberniam. Aliæ vero virgines manſerunt ſimul in ſupra dicta ſilva, in priore loco tribus annis. Tunc dixit eis ſancta Movenna : In iſtam ſilvam ibo juxta vos, & ædificabo alium locum. Et fecit ſic: & habitaverunt ſimul ſancta Movenna & Athea tribus annis. Ite vero & Oſid in primo loco manſerunt.

40 Quadam vero die dixit Ite ad puellam D ſuam Oſid *b*: Duc volumen iſtud ad S. Movennam. Exivit puella cum volumine. Cumque veniſſet ad quamdam aquam, ut tranſiret pontem (erat enim unum lignum) cecidit in medio fluminis, & merſa eſt in profundum. Die vero tertia perrexit Ite ad Movennam & invenit eam juxta flumen. Nam & illa exierat, ut quæreret puellam. Interrogavit autem Ite, ubi eſſet puella. At illa reſpondit; Nescio vere, Et ait Ite : Nudius tertius miſi eam cum volumine; & miror valde, quare non eſt reverſa; & reſpondit : Non vidi illam, Eamus & inquiramus eam. Paſtores autem erant juxta illos, qui dixerunt : Vidimus eam nudius tertius euntem ad pontem, & ultra non vidimus eam. Tunc dixit S. Movenna: Vere merſa eſt in aqua: eamus & quæramus eam in flumine. Cumque pervenirent ad flumen, clamaverunt ad Deum, ſuſis lacrymis & dixerunt: Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, per interceſſionem ſanctæ Matris tuæ & ſancti Petri & Pauli atque Andreæ & omnium Sanctorum, redde nobis E puellam noſtram.

Puellam erubus dde- buiſſe aqua & ſubmerſam b

41 Et completa oratione, dixit ſancta Movenna: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, principio tibi puella, ut reſpondeas nobis, ſi es in iſta aqua. Et exclamans voce magna, mixtis lacrymis, ter vocavit Oſid. Vix finita oratione, reſpondit puella in profunda aqua, & dixit: Ecce ego, ecce ego Domina. Et dixit ei ſancta Movenna: Surge in nomine Domini, & veni foras. Et ſurrexit ſtatim, & venit ad illam, & ſignavit eam ſancta Virgo, & tradidit in manu Ite, & dixit. Ecce puella, manete in pace, quia non eſt mihi licitum manendi vobiſcum; nam ibo ad Hiberniam viſitare eccleſiam. Reſponderunt Virgines dicentes : Vare & nos tecum ibimus & te nullo modo dimittemus. Et poſt hæc exierunt omnes ſimul trans mare in Hiberniam & manſerunt illic pene ſeptem annis,

ad vitam revocat.

Lupi vitu- lum re- ſtituunt

42 Alio die ſororum vitulis in aliquo agello paſcentibus juxta montem, luporum de ſilvis irruit impetus, vitulique in fugam diſperſi, unum ex his lupi rapaciſſimi rapiunt, & diu perſecutus, utpote per ſilvas raptus, tenebris ſupervenientibus, non comparuit. Narrant F hæc ſorores in auribus ſanctæ Movennæ, quæ contigerant, conquerentes. Quibus illa dixit : Fidem in Chriſtum habete & mentem eſtote ſecuræ; ſub cujus etiam poteſtate vivunt & beſtiæ, poteſt inter luporum dentes ſanum cuſtodire vitulum, qui quondam Danielem Prophetam eripuit de ore leonum : propter hoc enim lupi vitulum rapuerunt, ut mirabilius intactum reddant, & craſtino ad vos, Deo volente, ſanum reducant. In facto mane, videntibus *illa ſum reducunt.* omnibus, lupi reduxerunt eumdem vitulum, a ſe pridie raptum, ſanum & invulneratum, quaſi de paſcuis alibi non exiviſſet. Quis neſciat, quod per orationes ſanctæ Movennæ, inter rapaces beſtias incolumis ſervatus eſt vitulus: non quia cura Domino maxime eſt de pecoribus; ſed quia Sanctos ſuos vult in magnis, ita & in minimis magnificare, ut numquam ceſſent illum diligere, quem creduot omnia, quæcumque vult, poſſe facere.

A N-

A

ANNOTATA.

a *De hoc flumine agitur in annotatis ad priorem vitam, num. 16.*

h *De hoc miraculo vita prior nihil habet, ut notatum inveniet lector in commentario noſtro critico, n. 20. Videat etiam, quæ diximus n. 7.*

CAPUT V.

Reliqua ejus miracula.

Lapis in ſalem convertus.

QUodam caſu temporis, peſſimi homines latrocinando nonnumquam penetrantes, invenerunt non longe a monaſterio venientem quamdam. Quibus interrogantibus unde veniſſet, vel quo exire vellet, tremebunda reſpondit: Non de longe venio, & ad ſanctam Movennam properare debeo. Cui iterum irridentes dicunt: Nos non ſumus locupletes in iſta terra: dic ad Movennam, nobis ne ſit irata; cui undique tranſmittitur adeo multa pecunia, noſtram tamen oblatiunculam, quam nunc habemus, ad illam porta, quam credimus multo tempore poſſe perſeverare, ſi ſecum potuerit fructum facere, apprehenſoque uno lapillo de his, qui coram erant lapidibus, & qui ab illa poſſet portari, miſeram abire permittunt: poſitoque in ejus ſcapulis onere, conteſtantur illam, alibi non de collo onus deponere, niſi præſente ſancta Movenna. Quo perveniens, & onere depoſito coram ſancta Virgine, inveniunt impoſitam ante duriſſimam petram in naturam ſalis ſtatim tranſmutatam. Quod enim increduli, ſubſannando virtutem Dei fecerant, virtus ſuperna mirabiliter commutavit. Petra enim ſcandali erat & lapis offenſionis, virtutem Dei non credentibus; ſed eorum duritia in naturam ſalis tranſmutatur, quando fidelibus virtus patefacta monſtratur, quæ eorum animas in interitum & alias in vitam æternam ducit.

Alimonia pauperis.

44 Fuit alia Chriſti famula, nomine Suil, non tam longe habitans a monaſterio ſanctæ Movennæ. Cujus monaſteriolum ſemper ibi conſiſtit, ad quam alimonia quotidie imprimis a ſancta portabantur Movenna. Accidit autem alio die, unam de ſanctæ Movennæ ſororibus vetulam cibaria ad ſupradictam portantem, in via latrunculos incurriſſe peſſimos, raptiſque ab ea per vim cibariis, demiſerunt illam exire vacuam. Revertens ad ſanctam Movennam, narrat, quæ acciderant. Cui reſpondiſſe fertur ſancta Movenna: Tui laboris & devotionis præmium integrum tibi manet in cœlo, & a latronibus intactum. Sed & hoc, quod illi rapuerunt peſſimi, poteſt Dominus ſervare, & ab eis intactum, quando vult, reddere. Poſt hæc, illi raptores per deſertum cum prædiola, avia petentes, viam ignorare cœperunt, in illa terra, in qua peritiſſimi erant; nullamque viam invenire vel cognoſcere poterant.

a latronibus rapta & mirabiliter reddita.

45 Excæcavit autem illos virtus divina, ideo non poterant agnoſcere terrena. Tribus ergo, ut referunt, continuis diebus in ſilvis errantes, hoſtium, quos in illo confinio eſſe ſciebant; ſed (tranſiiſſe) putabant, intra fines ſe (eſſe) intelligunt. Ergo, licet ſero, miſeri divino nutu, pro culpa, quam commiſerant, ſe eſſe conſtrictos (advertentes), confitentur invicem ſuum delictum, & promittunt ad ſanctæ Movennæ judicium facere pœnitentiam, ſi Dominus eorum oculos aperuiſſet, rectam cognoſcere viam. Et in illa hora apertis eorum oculis, intelligunt ſe eſſe in loco proximo ſororum Chriſti monaſterio. Deinde venientes ad monaſterium, primo reddunt quæ portaverunt ab eis intacta, juxta prophetiam ſanctæ Movennæ. Subitaneus enim ſtupor incognitæ viæ, eorum mentes perculſit, & adverſariorum in unaquaque hora ſemper ſuſpicatio illos non permiſit, Domino volente, etiam vel cupida manducare. Ergo agnoſcentes culpam ſuam, eorum confitentur errorem, proſtratiſque in terram vultibus, promittunt ſe implere indicatam ſibi pœnitentiam; acceptoque remedio vulnerum, in viam ſuam reverſi ſunt, promittentes, latrocinia poſt hæc numquam facturos, etiamſi Dominus eiſdem concederet longo tempore vivere.

Filia mortua, & puer vivo reddi.

46 Multa mirabilia præter hæc, quæ per S. Movennam Dominus operatus eſt, certiſſime etiam adfirmant, quod nuper pervenientem ad Chriſti fidem filiam, & ſubita infirmitate, morte oppreſſam, facta longiſſima oratione S. Movennæ, Dominus vitæ reddidit. Et quæ erat mortua ad ſepulturam ducta, per orationes ſanctæ Movennæ ſuſcitata, multis temporibus, ut referunt, poſtea permanſit in vita. Ex ore Domini quotidie audivimus, etiam quæ videntur hominibus incredibilia, per Sanctos ſuos eſſe facienda miracula; quibus imprimis, euntibus ad prædicationem jubet, leprosos mundare, mortuos ſuſcitare, dæmones ejicere, & cetera, quæ conſequens lectio divini demonſtrat verbi. Et iterum: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, faciet, & majora horum faciet; licet in hoc teſtimonio intelligere quidam volunt, hoc ſpiritualiter per Sanctos magis impleri poſſe, in his qui ſemel mundati vel reſuſcitati ſunt (dum ſic) permanent, ut iterum numquam moriantur, ſed ſic vivant in vitam æternam. Narrant etiam ſimiliter hic mirabile per ſanctæ Movennæ Domini factum; alium puerum, non credentem ſed denegantem, quod ſuperius diximus, donum eſſe divinum, ſubita morte ſtatim percuſſum, & per S. Movennæ preces vitæ iterum redditum (&) reſtitutum *a*.

a Idem narratur de orbiſa vitula.

47 Narrant item & aliud S. Movennæ miraculum factum in domo alicujus viri de vicinis, nomine Deneth, qui in ejus adventu & aliorum bonorum ſecum comitantium, occidiſſe narratur ſuum, quem habebat, vitulum. Non enim magnam habebat facultatem; ſed in corde ſuo collocaverat abundantem caritatem. Et hoc comperto, quod fecit ille homo, ſancta Movenna pollicita eſt illi, bene facienti Dominum in futuro retributurum, præparanti refectionem in adventu Chriſti hoſpitum. Hoc ergo confirmant ibi etiam præſens factum inauditum ſignum, quia craſtino die, ejuſdem ætatis & coloris eum ſua matre inventus eſt vitulus, qualis & ille qui hoſpitibus fuerat pridie occiſus, ut uſque hodie affirmant, & unum & eumdem eſſe vitulum, quem & pridie occiſum & craſtino cum

A matre vivum invenium (referunt) *b*. Taliſetiam virtus divulgatur per ſanctam Movennam.
ex MS. *b* Quod autem incredibile eſt, Deus volens vel conſumpta redintegrans, poteſt in omnibus ſuam virtutem oſtendere, aut animal ſimile ex qualicumque materia facere, aut aliunde, qui omnia ex nihilo fecit eſſe, & cunctorum hominum corpora, qualicumque morta conſumpta, reparabit in reſurrectione.

Mira Moduennæ 48 Alia vice ſupradictus homo, apud quem factum eſt, quod de vitulo enarravimus, invenit in alio agello ſuo ſanctam Movennam cum puellis ſuis Athea & Ite & Oſid *c*, in die requiei. Narrant ergo certiſſime de ſancta Movenna, poſtquam de peregrinatione Roma reverteus *d*, in terram venerat ſuæ cognationis ſanctæ, ſexum virilem numquam intueri, Sed quando neceſſitas proficiſcendi alibi cogebat infirmos viſitare, aut vinctos precibus ſive muneribus ſolvere, vel captivos redimere, illam affirmant in nocte procedera, ſi autem neceſſitas cogeret, facie operta pallio, homines contrai-
atulorum ſuſtodia.
B re vel appellare ſemper volentem junioribus exemplum relinquere, ne per feneſtras ullatenus finerent mortem ad animam intrare. Solebat enim, ut prædixi, plus in nocte in illa terça ambulare, ne humanis ſe in die commiſceret aſpectibus, & ſuperveniente ſole, ſi non eſſet domus apta in propinquo ad manendum, etiam ſub quodam umbraculo in alio ſecreto loco, vel in papilione, ab æſtu vel pluvia defendente, manebat.

49 Rogavit ergo illam ſupradictus homo, diligentiſſima per Deum conteſtans, ut ad domunculam ſuam, quam habebat remotam, ſecum venirent, affirmans in poſſeſſiona ſua nihil eſſe, quod ſervos Chriſti impediret ad ſa
Veſculum vacuum he-ſpitibus ; venire. Poſt noonulla, impetrata petitione, illo precedente, ſequuntur aum ad domum ſuam; lavatiſque pedibus Chriſti virginum pio obſequio, & menſa appoſita cœnula miniſtratur. Potus autem de cereviſia miſcetur. Finitis iis, & domum & omnem ſupellectilem hoſpitis benedixit; hoc etiam, ut ferunt, dicens: Monſtrate mihi, inquit, etiam vaſculum cerviſarium, de quo attuliſti nobis potum, ut & ipſum diligentius benedicamus. Quo coram appoſito, modicum, quod intus remanſit, diligenter benedixit; & in hujus virtute benedictionis, parum, quod in vaſculo erat, uſque ad ſummum vaſculi labrum creverat. Dixit iterum ad hoſpitem: ſi aliquos bonos homi-
C *pura vepiti adoeſſiabi-ter,*
e nes, quoſcumque *e* valueris, invitaveris, potum eis ſufficienter de iſto vaſculo, ſi credideris, habebis. Modicum ſubſtantiam adhuc habuiſti; ſed nunc multiplicare Dominus vult tibi bona, & tuis poſt te heredibus, eo quod ſemper etiam ſupra facultatem ſuiſti lætus in recipiendis Chriſti hoſpitibus. Multi enim, ut Apoſtolus ait, per hæc placuerunt Deo, Angelis receptis hoſpitio.

ut multi hoſpitibus ſuffocarit. 50 Poſt ſanctæ Movennæ (benedictionem), inde digreſſus, illa ſupradictus homo Bar *f* regem, ad quem pertinebat, ſecus ſe prætereuntem accerſivit dicens: Veni Domine mi ad domunculam ſervi tui; jam enim prandium, ut habui, qualecumque paravi. Cui Rex reſpondiſſe fertur: Multi ſumus, ut vides, & habemus alicubi paratam cœnam. Dixit iterum homo: Nolo vos impedire ad præparata exire; ſed prius
f mecum exibitis etiam paululum guſtare. Quid plura? Rex cum omni multitudine veniens ad domum ejus, appoſito prius prandio, biberunt omni illo die & nocte, de illo tantum ſupradicto vaſculo, potum a ſancta Movenna benedictum; ſequenti etiam die & nocte ſimiliter biberunt. Et quantum de cervifia, ut referunt, placerna hauriebat, tantum interius benedictio redundabat. Hoc omnes cognito, valde mirati ſunt, magnificantes ſanctæ Movennæ virtutem in tali facto, ſcientes, quod multa mirabilia præter hæc perfecit, largiente Domino. Quotidie videtur impleri, quod Scriptura ait: Benedictiona juſtorum exaltabitur civitas. Et iterum: Benedictio Domini divites
D faeit. Ille ſupradictus homo poſt ſanctæ Movennæ benedictionem, ſemper melius & melius habuit, & ſua generatione, in populo poſtea multo tempore primatum obtinuit, eo quod ſanctæ Movennæ benedictionem recipere promeruit.

E

ANNOTATA.

a *Ignotum hoc miraculum auctori Anonymo, ut obſervavimus in Comm. critico n.* 20.

b *Pauciſſimus ac ſimpliciſſimis verbis ſimile prodigium recenſet vita Anonymi; quod pene ſupra fidem exaggerat Conchubranus, magno argumento, quod dictus Anonymus ipſo fuerit antiquior vitæ ſcriptor.*

c *Comites illæ, plus ſemel a Conchubrano expreſſæ, aliunde videntur huc per confuſionem intruſæ; cum in Anonymo nulla earum ſit mentio.*

d *Terna profectio Romana, quam inſtituiſſe in decurſu hujus vitæ perhibetur Moduenna, ſuſpecta eſt, quia nulla, ne unius quidem itineris memoria apud Anonymum. Vide etiam Comm. criticum n.* 20.

e *Nimia hic videtur exaggeratio, a qua abſtinuit Anonymus; qui hoc factum ſimplicius, brevius, adeoque veroſimilius expoſuit.*

f *Nomen regis ſuppreſſit Anonymus. Mirum unde acceperit Conchubranus.*

F

CAPUT VI.

S. Moduennæ virtutes; ſecundum itur Romanum; multarum eccleſiarum ædificatio; miracula; Angelorum colloquium.

Moduenna vigilia, & abſtinentia, & macerato corpore, MUltis itaque annis ſancta Movenna, juxta prædictum montem cum ſuis virginibus, conſtructo monaſtario, ſanctam peregit militiam. Quantum vero ſe in vigiliis & orationibus, inceſſabiliter cum multis etiam laboribus (&) corpuſculum afflixerit; quantum jejuniis creberrimis, & lectionis interea aſſiduitate nimia carnem attenuans maceraverit; qualibus ſpiritualibus præliis contra dæmones dedudaverit; vel quot & quales creberrimas ab inimico pertulerit inſidias; quantis miraculorum coruſcationibus effulſerit, nullus hominum ad integrum numerare potuit. Omnia enim ab hominum notitia, in quantum potuit, celaverat, præterquam (dum) manifeſtari hominibus neceſſitas certa cogebat. Ita namque priorum eremitarum & anachoritarum veſtigia ſecuta eſt, ut etiam propriis pedibus in ſarculo terram araret, &
miraculo
ſemi-

A seminata poſtea ipſamet, in quantum ſuſtinere poterat, exercebat.

vita anachoretica, omnibus numeris abſoluta.

52 Viriliter enim animum & ſanctum flagrans deſiderium (habebat), & in deſertis erat conſuetudo habitare locis, maxime juxta montes, & ſupra nudam petram nudis membris in vigiliis & orationibus pernoctare, vel pſalterium in aqua uſque ad ſcapulas decantare, & virilem animum geſtabat in femineo ſexu; & pro laneis vel lineis veſtibus, quaſi quædam filia Heliæ & Joannis Baptiſtæ diſcipula, (melote) utebatur. Sarculus itaque ejus & foſſorius, in quibus operabatur in ſuo monaſterio, pro eburneis oſſibus rarius uſque hodie cuſtodiuntur. Pelliceam autem illius & melotem, ibi conſervata, & holoſericis merito multo pretioſiora, illic ſimiliter repoſita vidimus; pectinemque ejus lignum, quo caput pectinabat ſemel, ut refertur, in anno, id eſt in cœna Domini, vel quando ſumma neceſſitas infirmitatis cogebat, honorifice conſervantes, ſecum habent, merito magis pretioſa, quam ſi

B de auro fuiſſent facta.

publica ornamenta;

53 Quantum autem ſemetipſam humilians propter Chriſtum deformaverat, tantum illam Dominus gratia virtutum exaltavit. Progreſſu namque temporis cœperunt ab omnibus in circuitu viſitari nationibus, & honoribus (affici) multis virgines Chriſti nobiliſſimæ. Etiam Reginæ, audita (fama) ſanctæ Movennæ, depoſito regali faſtigio, ad illam quotidie veniebant, ſuppliciter in terram poſtratæ, & deprecabantur, ut ejus juſſu, ſi eſſet poſſibile, vel etiam colloquio ditarentur. Quotidie creſcebat numerus virginum Chriſti, & non ſolum de propinquis, ſed & de longinquis regionibus eleemoſynæ multæ quotidie mittebantur, ſive in jumentis & pecoribus, ſive in ciborum & veſtimentorum abundantia, juxta illarum terrarum conſuetudinem; quæ omnia expendebat ſancta Virgo in pauperum & peregrinorum, viduarum & pupillorum neceſſitates, vix relinquens, quæ infirmis primæ & extremæ ætatis ſolatio forent.

ſorores familiæ ſe paſci ſubmiſſe ſtudio alienos alimente.

C 54 Alio tempore, inedia perſtante, ſorores Sanctæ prope ad mortem ductæ ſunt; ſed de ſua incommoditate quidquam dicere non audebant nec volebant. Sancta autem Movenna in tali etiam virtute præ omni primatum tenuit; ipſa enim, quod natura humana non ſuſtinet, pene deſiderio carebat, ciboque ſemper fruebatur, dulci colloquio Chriſti. Audet ergo, ut refertur, homo Dei perveniens ad ſanctam Movennam, dicere: Cur ſorores Chriſti moriuntur, te præſente, inedia confectæ? quia ſi volueris, potes, Deo adjuvante, illas citius ſublevare. Multum enim melius eſt, ut per te poſſint vivere, quæ Chriſto omni vitæ tempore deſerviunt quotidie. Quid plura? Quaſi rubore ſuperfuſa, juſſit a ſororibus vaſcula parari plurima, & omnia in apto reponi loco, (&) benedicens ſingula, Chriſtum oravit; ſequentique poſt hæc nocte, oratorium ingreſſa, vigiliis preces Domino fudit, confidens in eum, qui dixit: Petite & dabitur vobis, & reliqua. Ut qui toto mundo ſua dona ſine ceſſatione præparat, etiam ſuis privatis ancillis, quæ in ſe tantum jactaverant curam, alimenta tribueret. Mirum dictu, craſtino ſubſequenti, omnia vaſcula, ut refertur, inventa ſunt plena, quæ in veſpere præcedente, dimiſſa ſunt vacua.

D Videmus nunc Spiritus ſancti dona ſine perſo- ex MS.
narum acceptione tribui, ſed non ſine meritorum gratia commereri. Qui enim in Heliſeo, quondam Propheta maximo, operatus eſt, per Benedictum quemdam monachum ſimilia fecit, cujus vita & virtutes a ſancto Gregorio Papa *b* *b*
deſcribuntur. Nunc etiam per ſuam famulam Movennam, licet in extremis terrarum finibus ſitam, facere non dedignatur, ut a ſolis ortu uſque ad occaſum ſuum laudabile nomen magnificetur. In Chriſto enim neque maſculus neque fœmina, ſed omnia in omnibus Chriſtus.

Romæ patio domno cum quinque aliis ſanctabus.

55 Poſt hæc vero cepto itinere, Chriſto comite, ſanctæ virgines trans mare in Scotiam, ad ſanctum Andream iterum transfretaverunt in Britannniam, & ædificaverunt eccleſiam in honorem ſancti Michaelis Archangeli in cacumine montis, qui modo vocatur Edeneburd. Erant enim quinque virgines, quarum iſta ſunt nomina; ſanctiſſima Abbatiſſa Movenna, Athea, & Ede, Oſid, & Lazar: & habitaverunt E
ibi quinque annis. Et inde profectæ ſunt petentes limina ſanctorum Apoſtolorum Petri ſcilicet & Pauli, atque Andreæ, ut horum precibus adjutæ, regnum cœlorum valerent aſcendere. Cum autem veniſſent ad fluvium, qui dicitur Trente, qui decurrit juxta montem Calvum, qui Anglico ſermone dicitur Calvechiſ, ædificaverunt ibi eccleſiam, qui locus Deo conſecratus & ſancto Andreæ, vocatur Andreſeie: quia eſt parva inſula, & tunc erat deſerta, & habitaverunt in ea ſancta Movenna, Lazar & Athea ſeptem annis. Ede vero & Oſid in priore loco in Arderne ſupradicta ſilva; & poſtquam Roma reverſæ ſunt, ex altera parte aquæ ædificaverunt eccleſiam in honore ſancti Petri & Pauli ad radicem montis Calvi. Et fecit Deus per illas multa miracula juxta prædictum fluvium. Sed quia tantum favorem populi ſancta Movenna adepta eſt, voluit tunc ibi manere, & dixit ſororibus ſuis:

Alii duæ eccleſiam.

viſitant ſorores in Hibernia.

56 Viſitare volo, Deo permittente, ſorores meas in Hibernia. Reſponderunt virgines cum fletu dicentes: Ibimus & nos tecum. Quæ ait: Non fiat ſic, ſed cum gratia Dei manete hic & oſſa mea cum oſſibus veſtris, Deo F
volente, cum gaudio expectate. Et dixerunt: Si ita erit, magnum donum dediſti. Et ait ſancta Movenna: Quadraginta diebus & noctibus manete mecum hic, ut faciamus orationem, & Dominus Jeſus Chriſtus perficiat, quod prædiximus, & fiat ejus voluntas. Cumque completa eſſet oratio virginum, apparuit eis Angelus Domini, & dixit: Fiat vobis ſicut petiſtis. Et poſtquam benedixit eis Abbatiſſa, perrexit ad Hiberniam; Athea vero manſit in Andreſeia, ſicut præceperat ei ſancta Movenna. Erat enim cognata Abbatiſſa; propterea poſtulaverunt, ut remaneret cum illis.

moleſtatur error.

57 Adhuc autem gentilitas & maximus tenebatur error per totam Anglicam terram. Sanctiſſima omnipotentis Dei virgo Movenna multas in Dei nomine ædificavit eccleſias; quaſdam in Hibernia, quarum iſta ſunt nomina: Id eſt Focarde, deinde Cehlleſcleve, & poſt Cheveglas; & ædificavit ec-

ex MS. c

Quo tempore Moduenna floruerit; alia ab ea eccleſia adſignata. d

A cleſiam unam in Surde, & alteram in Ahrmacha, nec non & Mitha: & multas e alias, quarum nomina hic non ſunt ſcripta. Hæc autem ſancta Virgo viguit ac floruit virtutibus divinis ac miraculis, & fuit in tempore Cæleſtini d Papæ, qui ſanctum Patricium ad Hibernenſes gentes, ſub caligine peccatorum & ignorantiæ poſitas, miſit. Sed hæc interim. In Anglica vero terra quaſdam conſtituit eccleſias; quia in tempore illo, ſicut dixi, maximis gentilitatiſ tenebris tenebantur. In Arderne vero, maxima & longiſſima ſilva, tres conſtruxit eccleſias; quarta autem in quadam inſula poſita in fluvio ſupradicto Trente, qui juxta montem decurrit Calvi.

Ampulla vitrea, ipſo ab Moduenna nomine reperta; B

58 Unus de Poetis Scotorum præclariſſimus, nomine Brendem, vir ab infantia oculis orbus, ſed (qui) in arte poetica inter omnes erat præcipuus, venit ad quemdam fluvium nomine Berbam. Et ille in navicula tranſiens, cecidit deſurſum ampulla vitrea, quæ erat de vino plena, in profundum aquæ; quam diu quærentes numquam invenire potuerunt, & omni ſpe inveniendi ablata, dixit poſtea in ſuo, quod per verbum canebat, carminiculo. Si iſta ampulla nunc fuerit inventa, ſanctæ Movennæ ſine dubio erit donanda, ut habeat illa ſecum in altaris miniſterio, quod ſuum meritum monſtravit de profundo. Et (dum) hæc canebat in ſua lingua, unus proſpiciens vidit vaſculum ſanum & integrum juxta ſe in aqua poſitum, quod aſſumens, foris produxit de aqua & ad ſanctam Movennam poſtea tranſmiſit, quod (ob) invocatum nomen ejus Deus monſtravit e.

e colloquia cum Angelis.

59 Angelos Domini cum S. Movenna colloquutiones habere frequenter aſſiduas, non dubium eſt, & die nocteque ab illa numquam defuiſſe, ex quo monaſterium collocaverat, uſque ad mortis ſuæ diem, exceptis tribus, ut alii affirmant, noctibus, alii una nocte, qui ab initio ſemper ſibi traditum adfirmant, & quid (cur ſic) traditum, cauſæ extitit, ſequens contextus verbi monſtrabit.

ANNOTATA.

C a *Ea, quæ hic ſequuntur uſque ad n. 55. excluſive, conſer cum iis, quæ narrat Anonymus a num. 22. & videbis rurſum quædam admiſcuiſſe Conchubranum.*

b *Vitam S. Benedicti a S. Gregorio Magno conſcriptam, habes XXI. Martii.*

c Moduennæ, *aut* Monynnæ *alias* Darercæ, *S. Patricio coævæ, non videntur adjudicandæ tot, quæ hic agglomerantur, eccleſiarum erectiones, propter ſilentium Anonymi, qui opera tam præclara non tacuiſſet; ſed forte alteri* Moduennæ *ſeculi ſeptimi aut noni, ſiquidem illæ exiſterint; de qua re Commentarius criticus.*

d *Creatus anno 423, mortuus anno 432. Ambulat hic rurſum Conchubranus in ſæpedicto parachroniſmo, de quo Comment. criticus noſter. Vide etiam notam præcedentem.*

e *Deſideratur hæc hiſteria apud Anonymum.*

D

CAPUT VII.

Nitor conſcientiæ; familiaritas cum Angelis; prophetia; tertium iter Romanum; ædificata in Scotia eccleſia; mortis prænotio; viſitur a SS. Apoſtolis Petro & Paulo; ejus obitus.

Conſcientiæ nitor

ALia nocte ſororet oratorium ingreſſæ (ſunt) ad Matutinas ibi peragendas vigilias, finitisque aliquando orationibus, ſigno pulſato, ſilentio dixit ſancta Movenna ſororibus: Puellæ benedictæ Domini, non debemus feſtinando negligere, quod in iſta nocte video vobis evenire. Debemus enim noſtras, in quantum poſſumus, orationes ad Chriſtum ſurſum erigere, Et nunc ultra oratorii culmen non poſſunt aſcendendo tranſire. Debemus hac hora, in quantum poſſumus, omnes E noſtras conſcientias mundando inveſtigare; ſanctos enim hoſpites, qui nos viſitare ſoliti erant, multum miramur ſolito tempora non venire. Si namque noſtra delicta qualiacumque non fuiſſent, ſine dubio more ſolito ſemper advenirent. His auditis, omnes ancillæ Domini ceciderunt in facies ſuas, timore in ejus verbo perterritæ, plus eredebant verbo Abbatiſſæ, quamvis ſciebant in ſuis conſcientiis nihil peccare: ſicut & Apoſtolis quondam Domino Chriſto dicenti; Quia unus veſtrum me tradet, reſpondiſſe leguntur ſinguli, dicentes: Numquid ego ſum Domine? Quod enim in corde ſuo unuſquiſque non habuit, ſupra ſe ſcire Dominum vere putavit. Reſponditque una de pœnitentibus, quæ nuper de ſeculo venerat, dicens: Mea culpa ſine dubio hæc vobis feci. Nunc enim recordor, quod pœnitentiam meam promittens, oblita ſum duos ſolatures a confiteri, quos ab alio ſeculari viro, mihi licita ante copulato, adportavi, & illos in iſta nocte ſub pedibus propter frigus habui. a F

61 Dixit ſancta Movenna: Melius, ut illi ſubtulares imponantur in profundiſſimum branum b, pro quibus nunc abſentiam ſentimus Angelorum. Vocata itaque una ex ſororibus Brignam & aliis cum ea ex ſororibus, dixit eis: Ite, & illos ſubtularet in aliquo profundo abſcondite, ubi nemo illos poſſit invenire. Illis exeuntibus juſſa complere, quod reſtabat vigiliarum, rite peragunt. Dixitque ſancta Movenna: Deo omnipotenti gratias debemus ex toto corde agere, quod orationes noſtræ, ut ante, ad ſuperna nunc aliquid poſſint aſcendere, & noſtri optati hoſpites non timeant ad nos venire, rejecta materia Dei offenſæ. Nunc aperte poteſt intelligi, quantum ſe mundaverat ab omni macula principalis peccati, quæ orationem ſuam ſenſerat his minimis impediri. Non ſineret majora delicta ſuccreſcere, quæ ſic voluit ſine ulla mora in tantum etiam minima purgare.

Brignam nomen novum. b

62 Raverſæ ſorores, impleto præcepto, pulſato oratorii oſtio, vident omnia eſſa in ſilentio. Familiaritas cum Angelis

A silentio. Dixitque Brignam ad sorores, quæ secum erant: Ite, dormitorium ingredientes, aliquantulum paulate antequam lucescat mane. Illis intrantibus, revertitur ad oratorium sanctæ Movennæ, in quo, cubiculo diligenter clauso, solebat diutius in oratione persistere super nudam petram, (&) cum Angelis Dei mutuis conlocutionibus familiariter termocinari, sicut amicus cum amico loquitur. Adpropinquansque, eminus intuetur duos, ut sibi videbatur, cygnos de domuncula, in qua sancta Mnvenna requiescebat, in cælum vnlare. Quos diligentius primo intuens, mirari cœpit, & aliud esse sciens, quam sirma monstrabat, nnn audebat diutius aspicere, sed cito in terram corruens, cœpit Dominum instaotius orare, timens ne periret, perculsa stupore visionis Angelicæ. Tandem ergo tremebunda levat se de terra, & appropinquans ostiolo, cœpit leniter pullare.

probata ea visione Brigidæ.

B 63 Auditn in domuncula pulsantis motu, dixit: Ego sum Ancilla tua, quam misisti, & fecimus, quæ nobis, ut putamus, jussa sunt. Sed ounc timore concussa & omnibus tremulatis membris, vix spiritum cohibeo meum. Cui sancta Movenna clementer respondit: Signa diligenter tuum cor, forsitan bestiarum vel dæmonum horrorem inveniſtis, quæ nmnia in desertis solent accidere, & sexum femineum potest modicum commovere. At illa dixit, aliam esse causam concussæ mentis, & non de horrore procedere rei corporalis; sed hæc & hæc a me visa sunt, & non potui nec volui te celare, Cui dixit sancta Movenna: Nunc credo, quod te Dominus bonis omnibus non privabit, quandn secreta sua, quæ ab aliis celantur, tibi revelavit: non privabit enim bonis qui ambulant in innocentia cordis sui. Et nunc tempus est, ut in tua terra propria habites (&) aliis proficias.

cui prædixit certa eorum S. Movennæ.

64 Ad hoc enim te Dominus servavit, ut per te ædificentur deserta & inveniatur perdita massa, qua inventa, Christo & Angelis fiat magna lætitia. Nunc autem scias, quod visu oculnrum, quibus nunc vides, post talem visionem carebis, meliores oculos habens, quibus paradisum videas, & similis Angelis, quos vidisti, in splendnre fulgebis firmamenti. Sed

C aote mnrtem meam de tali visione nulli dicas. Nunc autem festinabis, ut potueris, ad terram tuam, sciens, quod pergentibus semper de nostris, inter me & te, sive in vita, sive post mortem nostram, numquam accidet malum vel aliquid contrarium. Quod veriſſimum esse, usque hodie probatur, periculnsa semper & ardua ambulantibus inter illa duo mnnasteria, numquam audivimus accidisse quidquam mali. Post hæc, illa festinans ad terram nativitatis suæ, quæ a mnnasterin sanctæ Movennæ unius diei itinere disjungitur, invento ibi apto loco, usque ad diem mortis suæ orbata oculis corporis, sic permansit, ut futurum sancta Movenna prædixit.

e Virgo Movenna jussu in Britannia profecta.

65 Habuit sancta Mnvenna secum unam de puellis nomioe Lazar *e*, quam supra memoravimus, virginem Christi perfectam, sicut postea probavit eventus, quam sancta Abbatissa prænonere volens, videns in ea sanctissimæ vitæ industriam, dixit ad illam: Vade propter Christum in peregrinatinnem in alienam terram, quam diligo, trans mare in Britanniam; & ego veniam illnc, Deo volente, propter Dominum. Perge ad locum, qui vocatur Andresid, in quo cupimus sukcipere maxime præcepta disciplinæ. Surrexit illa complere, nihil contra dicens indubitata fide. In illo itaque itinere hoc mirabile contigit, quod obedientiæ sanctæ Movennæ meritum promeruit: quia sic omnia, quæ sibi erant necessaria, in itinere semper præparata invenit, ut de sui itineris commoditate, quam propter Christum & obedientiam susccpit, nihil defuerit, quod raro contingit his, qui non solum per varia terrarum pericula, sed etiam per fluctivaga maria transeunt. Ad mare autem pervenientes, ubi transitus de Scotia in Britanniam est, navim paratam invenerunt in portu, quæ illas trans mare perduxit ad monasterium destinatum. Juxta quod in hospitio permanens multo tempore illa prædicta puella, postea iterum exivit Romam.

D MS. *obedientia in omnibus obtemperatio.*

Tertium iter Romæ nom; edificata in Hyeria ecclesia.

66 Cum vero esset sancta Movenna centum & decem annorum, cœpit ire Romam *d* noviſſima vice; duabus enim vicibus ante ad prædictam perrexit nrbem; pervenerat etiam in Albaniam, id est in Scotiam, in qua ædificaverat ecclesias in Christi nnmine, quarum hæc sunt nomina. Una est Cbilnecase

E io Galnneie; altera vero in cacumine montis, qui appellatur Dundeuel, quia sic semper solebat, sicut prædiximus, ut supra nudam petram nudis membris in noctibus oraret Deum, qui semper orandus est, sicut Scriptura ait: Orate sine intermissione, & reliqua. Tertia autem io alin mnntis Dunbreten. Quarta in castello, quod dicitur Strivelin. Quinta vero Dunedene, quæ Anglica lingua dicta Edenburg. Sexta *e* enim nnns Dunpeleder, & illic traosfretavit mare in Albaniam ad sanctum Andream. Post hæc vero exiit ad Aleethæ, ubi modo est nptima ecclesia, quam Lonfortin ædificavit cum quodam fonte sanctiſſimo, & mansit illic aliquanto tempore, & multum dilexit illnm locum, in quo in finem vitæ suæ, ut affirmant, Domino volente, emisit spiritum.

e

Mortis præscia sorores accersit; visum a Rege Pictorum.

67 Cum autem agnoviſſet sancta Movenna, Spiritu sancto revelante, quod exitus vitæ appropinquasset, tunc misit nuntium in Arderne ad sorores Athea, Osid & Ede, ut venirent ad eam in locum, qui vocatur Loofortin

F io Scotia. Et venerunt & maoserunt cum illa aliquantis diebus. Et appropinquante noviſsimn die, & andita infirmitate ejus in populo, maximum id contulit omnibus luctum. Veneruntque ad illam visitandam Congal *f*, qui *f*
erat Rex Scotiæ *g* in illo tempore, & Rntberi *g*
& Cobo & Bollan & Choilli & omnes majores natu populi cum ceteris multitudine propinquantes usque ad monasterii loca. Miserunt itaque Episcopum Ronam *h*, fratrem Movennæ, ad illam ponentes verba hæc in ore ejus: Obsecramus te propter consanguinitatem nostram (nam & ipse Rex matrem habuit Conalneam) & germanitatem, quam habemus, & io carne & in Deo, ut etiam uno anno nobiscum maneas, & quasi orphanos nos in isto annn non derelinquas. *h*

mirum sui relinquerat desiderium.

68 Credimus enim & scimus, quia quæcumque Dominum rogaveris, sine dubio ab illo impetrabis; nos autem nmnes, quanticumque hic sumus, & omnis populus similiter nobilcum

A cum demandat iſtam petitionem præſtes, &
AX MS. quicumque de nobis Principes, vel qualemcumque principatum tenentes, donabimus ſinguli ancillam Domino pro tua vita; & omnis vir de toto populo, qui poteſt armatus incedere, voluntario animo donabit vaccam ætatis integræ; & de iſta pecunia ſimul in unum congregata, ſaeies quodcumque tibi placeat. Quibus illa per Epiſcopum remandat, hæc dicens; Benedicti vos a Domino ſitis, qui dignitate depoſita ad me infirmam viſitandam veniſtis. Si pridie vel nudius tertius veniſſetis, forſitan Dominus ſua pietate conceſſiſſet, ut veſtra petitio prævaleret.

A SS. Apoſtolis Petro & Paulo ad cælum deducenda viſitur, promittit beneficium

69 Hodie non poſſum veſtræ petioni adquieſcere, quia venerunt ad me hoſpites venerabiles valde, qui noſtros ſermones audiunt, qui miſſi ſunt a Domino, animam meam recipere ſecum, Petrum & Paulum dico, quos video habere ſecum linteamen album de auro, ut mihi videtur, mirabiliter ornatum, & cum illis me oportet exire ad Dominum meum, qui miſit illos, Jeſum Chriſtum. Donet autem Dominus veſtro adventui mercedem, quod voluiſtis donare voluntarie pro mea vita, unuſquiſque donet hoc ad Dominum pro ſua anima propria. Benedictionem meam, quam poſtulaſtis, ſine dubio recipietis. Benedicti enim vos a Domino, qui fecit cælum & terram, cum uxoribus & liberis, filiabus & filiis, & omnibus, quæ ad vos pertinent, ſitis in omnibus benedictione Dei ditati. Pelliceam meam & melotem, & cetera mea utenſilia pro theſauris vobiſcum tantum dimitto. Reliquiæ meæ cum baculo meo in aliam terram apportentur. Quæ ſi vobiſcum habueritis, contra inimicos pergentes, qui veniunt veſtros depopulare fines, victoriam per hæc habere Dominus vobis promittit. Extra vero terminos terræ veſtræ alias gentes adire bellando non debetis, ſed ſi illæ gentes voluerint veſtros devaſtare terminos, & ubi pugnare contra illos neceſſitas coget, ſemper vobis victoria proſpere ſubveniet.

B

& munitione, diffidque vale, migrat a vita.

70 Alias autem gentes adire extra fines terræ veſtræ, niſi majore poteſtate cogente, vos (non) oportet, oe forte ira Domini ſuper vos veniat. De mea autem abſentia nolite eſſe triſtes: credo enim ſine dubio, non minus poſſe impetrare a Domino de his, quæ vobis proficiant, ſi ad illum exiero, quam quando fui vobiſcum in ſeculo; hæc & his ſimilia diligenter eis demandans per Epiſcopum, vale dixit ſingulis, nominibus ſuis, qui hæc audientes per renuntiantem Epiſcopum, projectis armis, omnes fletu maximo planxerunt pro ejus abſentia, quam ſciebant orationibus ſuis adjuvare poſſe per omnia. Poſt hæc conſolatione ſuſcepta, & ab Epiſcopo confortati, acceptu benedictione ſanctæ Movennæ, reverſi ſunt ad ſedes ſuas. Ergo eadem die, ante diſpoſitis omnibus, in futurum ſuo monaſterio pertinentibus, & prædictis per ſpiritum, quæ temporibus futuris per ordinem poſtea evenerunt; cum his vero hoſpitibus, qui ei in obviam
i proceſſerant, die tertio Nonas Julii *i* perrexit ad Chriſtum, die ſeptimo a natali Petri & Pauli Apoſtolorum, cum quibus exiit ad regnum cælorum, regnarura cum Chriſto in (ſecula) ſeculorum. Amen.

C

ANNOTATA.

D

a *Diximus de hac voce ad caput* 3. *vitæ prioris in annot.*, *littera* c.

b *Vox abſtruſæ ſignificationis. Videtur ſignificare* foſſam *aut aliquid ſimile, quantum colligitur a proximis verbis*, Illos ſubtulares in aliquo profundo abſcondite.

c Brignat *virgo apud Anonymum num.* 30. *narratur miſſa in Britanniam a Monynna. Nova hic rurſum confuſio ex alia atque alia hujus narrationis diverſitate in utraque vita.*

d *Obſervatiunculas noſtras de tribus biſce itineribus Romanis protulimus ſupra in annot. ad cap.* 3. *littera* d, *& in Commentario critico ſupra citato.*

e *Unde ea hauſit Conchubranus, de quibus nihil Anonymus. Conjectura eſt, perperam huc eſſe intruſum tam multiplicem in Scotia fundatarum eccleſiarum numerum, ex multarum Moduennarum in unam ſolam confuſione, quarum e tribus antiquiſſima ac S. Patricio ſynchrona, fuerit Hiberna; altera Scota, altera Angla fortaſſe extiterit. Vide quæ ſupra ad cap.* 6. *littera* e.

E

f *Alius hic comitatus a Conchubrano, alius ab Anonymo ad viſendam* Moduennam *veniſſe aſſeritur, ut notavimus in Comm. critico num.* 20.

g *Videtur aliquid veriſimilitudinis addi ex hac narratione, conjecturæ noſtræ de una* Modnenna *Scotica.*

h *Frater* Monynnæ *ſeu* Darercæ *ab Anonymo vocatur* Herbe, *numero* 16. *item* Herbeus *num.* 36. *dicitur morituræ adfuiſſe. An ille* Ronan *alterius forſan* Moduennæ *frater?*

i *De ſancta* Moduenna *agitur hac die, tametſi die quinta Julii hic memoretur obiiſſe. Vide quæ diximus in Commentario vitæ S. Monynnæ ſeu Darercæ prævio.*

CAPUT VIII.

F

Moduenna poſt mortem apparitio & prædictio; lis de poſſeſſione ſacri corporis ſuborta & compoſita; ejus tranſlatio & prodigia.

Moduenna poſt obitum apparens, ſuas monet de filentio obſervando. Prædicit ſororis mortem; a

POſt tertium obitus ſui diem ſancta Movenna oſtendit ſe corporali viſu alii de ſororibus nomine Taunat *a*, venienti de ſororum dormitorio poſt completorium, neſcio qua cauſa cogente, viditque ſanctam Movennam juxta crucem foris in proximo ſitam, in oratione ſtare. Qua agnita, ad pedes ejus corruens, dixit: Domina, quid me jubes facere? Cui illa reſpondit: Introiens domum, ad cunctas dices ſorores, ut magis in tali tempore habeant ſanctum ſilentium, & ne earum ſermones ſonare audiantur foras extra domum. Quid tam cito obliviſcuntur ſtatutæ regulæ, cujus terminos non licet ullatenus tranſgredi? Non debetis, filiæ meæ, negligere etiam modica, ne ſimilirer negligantur & majora. Tu ergo vadens, iter tuum præpara, quia mecum exibis tranſacta ſeptimana. At illa gaudens in tali ſponſione, deduxit eam aliquatenus uſque

A que ad modicum, ut dicunt, fontanum in ſeptemtrionali caſtelli parte poſitum. Reverſa ergo Taunat domum, nuntiavit hæc ſororibus, quæ ſancta demandaverat Movenna. His auditis, timore perterritæ, cunctæ in terram proſtratæ ſunt, gaudentes ſimul & trementes de manifeſtatione tantæ viſionis. Completis autem ſeptem diebus, ut prædictum eſt, Taunat omnibus valedixit ſororibus, lacrymantibuſque ſingulis de ejus abſentia, ſimul gaudentes de itineris duce, intravit, ut aſſirmant, ſuum cubiculum. Et ibi preces recolligens, ejus anima cum ſancta Movenna migravit ad Dominum.

diſcordia inter varios de poſſeſſione ſacri corporis ſuborta componitur.

71 Poſt dormitionem vero ſanctæ Movennæ, turba multa convenerat de Hibernia, Scotia, *b* & de Anglia ad locum, ubi fuit defuncta. Et propter corpus ejus prælium *b* voluerunt facere, quis tolleret. Venit etiam Archiepiſcopus Columchille pacem facere inter illos. Dixerunt Hibernenſes, cognata eſt & de terra noſtra nata, & ideo volumus adducere corpus ad propriam patriam. B Scotici dixerunt: Et de genere noſtro eſt, & ad nos venit, & finem vitæ ſuæ nobiſcum fecit, & debet nobiſcum manere. Dixit vero Athea, & qui cum ea erant: Pro caritate Dei, Columchille, audi nos. Prætierunt jam .... anni, quibus dixit nobis ſanctiſſima virgo; Oſſa mea cum oſſibus veſtris . . . erunt Deo volente. Et nos credimus & ſperamus, quod non poteſt aliud fieri cum voluntate Dei. Quia illa cauſa huc venimus. Et reſpondit ſanctus Columchille, & dixit: Omnibus dabo vobis rectum conſilium.

Quomodo illud tranſlatum.

73 Jejunemus hodie & faciamus orationem ad Deum, ut nobis det conſilium bonum & faciat pacem inter vos. Et fecerunt ſic. Mane autem facto, dixit ſanctus Columchille Epiſcopus: Eligite ex vobis octo homines, quatuor de Scotia, & de Hibernia duos, & alios duos de Anglia. Et illi de Scotia accipiant feretrum in occidentali parte, & alii quatuor in orientali parte, & Dominus dividat inter vos, quorum ſit. Et ſic factum eſt, ut Scotigenæ exirent cum integro feretro, & corpus illius ſuper illud, ſicut eis videbatur, ad eccleſiam, quæ vocatur Aleecht cum feſtinatione (deferrent.) Hibernenſes vero C & Anglici exierunt cum Athea, & venerunt illa die cum integro feretro, & corpus ſuper illud (erat) integrum juxta caſtellum, quod dicitur Scrivelin, ad eccleſiam, quæ vocatur Eclees. Et poſtea adduxerunt corpus ejus de loco ad locum, uſque dum venirent ad prædictum locum, quem ſibi elegit in vita. Nam & baculus ſuus cum ea illic poſitus. Pellicea vero ejus & melotes & cetera utenſilia pro theſauris in Hiberniam ducta ſunt ad eccleſiam, quæ dicitur Chelleſcleve.

74 Poſt ſanctæ Movennæ dormitionem, ſicut *Columna.* illa conſtituerat, Bia, filia Ailella fuit ſecunda Abbatiſſa. Tertia Dognidui, filia Morhai, filii Lilac. Quarta Dielaiſre, filia Daiſremi, filii Buiſſidi *c*, quæ monaſterio puellarum præfuit *c* quinquaginta annis. In cujus tempore contigit in omni Scotia famoſum & tam grande miraculum. Eccleſia in monaſterio ſanctæ Movennæ, cum ſupradicta Abbatiſſa (eſſet,) conſtruitur tabulis dedolatis juxta morem Scoticarum gentium, eo quod macerias Scoti non ſolent facere, nec factas habere. Tota ergo eccleſia pene ad integrum conſtructa, iterum artifices & lignorum D cælores vadunt ad ſilvas ſibi propinquas, arbores ex MS. ſecare, ad ea, quæ deerant domui, perficienda. Inventiſque ſufficienter apparatui aptaverant longiorem arborem, & groſſiorem quærunt, quæ in ſummo culmine ambarum ſub ſe & in ſe, ſummietatem contineret parietum, quam latine ſpinatam *d* vocamus.

d *nullis machinis humanis loco mobilis,*

75 Itaque diu quæſita illa ſpinata columna & non inventa, tandem in arduo & ſatis maximis petris circumvallato loco inveniunt arborem ad opus aptam, ſecuribuſque ſecatam, dimiſſis omnibus ramis & radicibus talliatam *e*. Putabant enim in primis aliquo modo per trochleas inde attrahere poſſe; ſed movere vel modicum ſpatium nulla machina hominum vel fortitudo boum propter loci difficillimum ſitum (poterat.) Domum artifices cum operariis redeunt, & hæc, quæ contigerant, ſanctæ Dirlaiſre dicunt. Quibus illa dixit; Sancta Movenna vivit in cælo; in cujus honore domus ædificatur in terra, illa poteſt vos adjuvare. E

e

ab Angelis alio tranſportata reditur S. Mobenna intervenire.

76 Itaque ſic factum eſt, deficiente inde machina humana, ſubſequenti nocte aderat virtus divina. Nam ſupradictam ſpinatam Angeli ſine dubio a Domino miſſi tranſportaverunt ad locum planum, ubi adiri potuit ſine ulla injuria hominum & jumentorum. Venientes die craſtino artifices, ſuper via, non longe a monaſterio poſita, invenerunt columnam, quam crediderunt numquam adiri poſſe per magnam & difficillimam ſilvam. Et hoc miraculo diffamato, omnes, qui audierant, glorificaverunt Deum, dicentes, ſe alibi non audiſſe plus factum mirabile, quam quod fecit Dominus per meritum ſanctæ Movennæ. Explorantes autem otioſe artifices, ſi deprehenderent maximæ columnæ aliquod veſtigium; videbantur ab eis in ſummitate arborum fracti ramuſculi, ut ſibi videbantur, quaſi a columna facti. Inde ſuſpicabantur per aerem columnam eſſe ab Angelis ſubvectam. Et nunc illa domo renovata, illa ſupra dicta ſpinata in reliquiis *f* reputatur.

f *Aqua*

77 Alia vice in tempore ſanctæ Dirlaiſre, F ſanctus Epiſcopus, nomine Fuibar, cognomento Vinuiamus, ad monaſterium ſanctæ Movennæ direxit iter, & nullo nuntio ante ſe miſſo, deſcendere videtur de aliquo non tam longe montenlo. Quo viſo & agnito, dixit ſancta Dirlaiſre puellæ, quæ ſibi miniſtrabat: Hauriſte nunc feſtimanter aquam de ſanctæ Movennæ fontano, & implete cupas, quæ in domo ſunt aqua, in quibus videtur aliquid fermenti remanſiſſe. Completiſque vaſis uſque ad ſummum, & aliis egredientibus domum, ſingula benedixit vaſa, quibus in virtute benedictionis ferventibus, dixit ad puellam, ſibi præ ceteris fidam: Proba, qualiter eſt, quod in vaſis ſervet. Quæ, juſſa complens dixit; Perfectiſſima cerviſia eſt in vaſis, & ſimilem illi numquam guſtavi. Cui dixit ſancta Dirlaiſre: Ante mortem meam nulli dicas de hoc, quod contigit, quia meritum ſanctæ Movennæ & Epiſcopi hæc fecerunt Sancti. Sed ne ulla humana adulatio hoc mihi imputet, nolo ante mortem meam, ut alius præter te ſciat.

in cerviſiam converſa. Epiſcopus eam laudat.

78 Veniente ergo Epiſcopo cum ſuis, initoque convivio, biberunt omnes talem cerviſiam tam perfectam, ut omnes conteſtarentur, nullam

A lam alibi unquam inveniri ſimilem. Tam lætis effecti (ſunt) ut niſi, Epiſcopo prohibente, pene omnes ebrii devenirent *g*. Harum virtutum lectorem ſimul & auditorem per Deum teſtor, ut pro me valde miſero Domini ſervo Conchubrano *b*, peccati ſarcina oppreſſo, piis orationibus intercedant ad Dominum, ut, quod, impediente adverſario, viribus meis implere de Dei præceptis non valeo, ut debeo, ſororum mearum meritis pro me intercedentibus, ante mortem meam perficere poſſim; ut mortis vinculis abſolutus per earum ſuffragia, Chriſto præſtante, tranſire merear in Sanctorum conſortium cælicolarum, in manſionibus ſimul perfectorum cum Chriſto, qui regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Ortum Modvennæ dat Hibernia, Scotia finem,
Anglia dat tumulum, dat Deus alta poli.
Prima dedit vitam, ſed mortem terra ſecunda,
Et terram terræ tertia terra dedit,
Auſer Lamfortim, quam terra Conallea profert.
Felix Burtonia Virginis oſſa tenet.

EX MS. *g* *b*

D

ANNOTATA.

a *In vita* Monynnæ *ſeu* Darercæ *ſcribitur* Tannat.

b *De hac prætenſa contentione prorſus tacet auctor Anonymus; ut diximus in Commentario critico, ſæpe jam citato.*

c *In ſerie harum abbatiſſarum rurſum habet aliquid ſingulare Conchubranus; & non parum apud me vacillat vel ideo ejus fides.*

d Spinatum *ſeu* Spaldum *eſt murus exterior, vel prominens, Italis* Spaldo. *Hic eſt columna.*

e *Gallico-barbare a voce Gallica* tailler, ſecare.

f *Nihil ſimile habet Anonymus in narratione hujus hiſtoriæ.*

g *Inepta auxeſis, qua abſtinuit Anonymus.*

h *Actum de eo eſt in Commentario critico ſæpiſſime memorato.*

E

DE S. GERVASIO, DIACONO MART. IN AGRO CABILONENSI.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti ætas, cultus, Acta.

SEC. IV. AUT VI.

APud priſcos Æduos, *in hodierna Burgundia, pagus eſt a ſancto hoc* Gervaſio *nuncupatus, eccleſia jam a multis ſeculis ejus nomini conſecrata, tribus circiter leucis Cabilone diſtans, in quo ipſe martyrii palmam conſecutus eſt, uti ad Bollandum ſcripſit P. Claudius Perry, e Societate noſtra, dum Acta, a ſe deſcripta, tranſmitteret anno* 1653. *Brevia ſunt, & pro eo, quæ ſcripta videntur ſeculo, fortaſſe* IX. *aut* X. *ſatis accurata, ſi paucula reſcindantur, quæ difficultatem ingerunt; imprimis circa Sancti natales & originem, quam e Cenomanis, neſcio an ſatis recte, repetunt, vivente tum adhuc S. Pavatio, (qui ibi* Panacius *dicitur) utpote qui* S. Gervaſium *ſacris undis ablucrit. Iſtius autem Cenomanenſis Epiſcopi tempora, ſi Catalogis credimus apud Papebrochium* XIX. *Junii in S. Innocente, ita ordinanda ſunt, ut Pavatius ſederit ab anno* 303, *ad* 356. *atque adeo ſub initium ſeculi* IV. *natum oporteat Sanctum noſtrum, qui cum adhuc juvenis diaconus martyrium ſubierit, ſeculum quartum, in ea hypotheſi, certo non exceſſit. At enim is, qui paſſionem deſcripſit, ætatem ipſius cum S. Lupo Cabilonenſi, quem conſtat vixiſſe ſub initium ſeculi* VII. *aliquo modo componere videtur, unde nodus ſatis implexus exurgit, niſi S. Pavatio Cenomanenſi aliud nomen ſubſtituatur, Epiſcopi ſaltem ſeculo* VI. *viventis, qualis eſſe potuerit S. Bertichramnus, de quo vide laudatum Papebrochium dicto die, tomo* 3. *Junii, pag.* 86a.

ſancti tempora non exacte cognoſcuntur

c

cum S. Pavatio Ep. Cenomanenſi.

2 *Et vero in Cenomanenſi Antiſtitis nomine verſimillime erratum, inde etiam colliges, quod Epiſcopus, qui* S. Gervaſio *baptiſmi gratiam contulit, ea potiſſimum cauſa tale nomen ei impoſuiſſe dicatur, quia ejus cathedralis eccleſia* S. Gervaſio, *S. Protaſii ſocio, eſſet dicata. Actorum verba ſunt infra num.* 3. Eique ob amorem ſancti Gervaſii Martyris, in cujus honore ſedes illius civitatis eſt conſecrata, Gervaſii nomen impoſuit. *Ut lapſum eharus percipias, notabis Cenomanenſem eccleſiam, antea B. Mariæ & B. Petro ſacram, appellationem alteram non acceptiſſe ante tempora S. Innocentii ſeu Innocentii, qui ſedem iſtam tenuit ab anno* 496. *ad* 542. *ut in ejus vita pag.* 859. *apertiſſime dicitur. Is S. Principio ſuccedens, eccleſiam a S. Victurio reſtaurari cœptam, cum ampliaſſet & perfeciſſet*, altare fecit, in quo reliquias SS. Gervaſii & Protaſii honorifice collocavit . . . . & taliter in honore Sanctorum Gervaſii & Protaſii, mutatum eſt ejuſdem eccleſiæ nomen, propter virtutes ſcilicet, quæ ibidem innumerabiliter, in memoria ſanctorum Gervaſii & Protaſii factæ ſunt. *Cum igitur ante finem ſeculi* V. *eccleſiæ Cenomanenſis titularis patronus eſſe non potuerit* S. Gervaſius, *omnino conſequens eſt, perperam in hac Acta S. Pavatii, ſeſquiſeculo ſenioris, nomen fuiſſe intruſum.*

F

reducenda ponitur ad S. Paulum Cabilonenſem.

3 *Non ignoro quam frequentes ſint hujuſmodi prolepſes in iis, qui chronologiæ parum periti, poſt multa a Sanctorum obitu ſecula, Acta hinc inde ex vagis relationibus compilarunt; at hic tam ſtudioſe expreſſa eſt ratio imponendi nominis* S. Gervaſii, *ut vix credere poſſim, ſcriptorem id temere confinxiſſe; atque idcirco, pro ea ſaltem parte, ad rejiciendam S. Pavatii epocham plane inducor. Non eſt tam aperta combinatio Sanctorum Pavatii Cenomanenſis & Pauli Cabilonenſis: potuit enim ſecule uno & altero ſepultus fuiſſe* S. Martyr Gervaſius, *priuſquam ſancto Cabilonenſi Epiſcopo in viſione appareret moneretque de cura ſepulturæ ſuæ ſuſcipienda: attamen id mihi quidem verſimile non videtur, nam ea verba unm.* 10. Excrelcente poſtea circumquaque miraculorum ejus fama, *tantam latitudinem haud facile patiuntur, cum tam immediate Sancti ipſius ſepultura*

Digitized by Google

A *tura ſubjecta ſint & fabricationi cellulæ* in qua fuit devotionis famulatum anta tanti Martyris præſentiam *variis populi* quotidie exhibere potuerint. *Quis credat, a ſeculo* IV. *ad* VII. *permanſiſſe* parvulam *illam ſtraminearn* e lignis *cellulam, & tum demum* per viſionem monitum *fuiſſe S. Paulum Cabilonenſem Epiſcopum. Cum igitur non obſcura appareant indicia, pro ſuppoſitione nominis S. Pavatii, ſcrupulo mihi non erit hunc quoque auctori errorem adſcribere, quo ſublato, cætera melius ſubſiſtant.*

Prideaux cit. loc. ait quis falſis ignotus.

4 *Quidquid dubii ignotus ſcriptor reliquerit circa temporum compoſitionem, jam abunde expenſum, ex prædictis Actis & monumentis hodiedum exſtantibus, plane conſtat*, S. Gervaſium, *utut in latiore acceptione Martyrem, ab ipſa cæde, per latrones patrata, communi olim & populi acclamatione*, devotionis famulatum *obtinuiſſe*, & excreſcente circumquaque miraculorum ejus fama, conſtructum *primum* cellulam, *deinde* eccleſiam, *illamque* in honore ſancti Martyris Gervaſii conſecratam. *Cæterum fateri debeo, ex tot codicibus Uſuardinis, quamtumvis auctis, quot in noviſſima editione adducta ſunt, nec unum eſſe, qui de*

B *hoc* ſancto Gervaſio *ullam faciat commemorationem. Ferrarius eum primus in ſuo catalogo conſignaſſe videtur ex tabulis eccleſiæ Cabilonenſis*: Cabilone in Gallia, S. Gervaſii Diaconi & Martyris. *Molanus ſcripſiſſet* in agro Cabilonenſi; *at levia id genus ſphalmata Ferrario facile condonanda, nec & Sauſſayo, in ſupplemento Martyrologii ſui, hoc die ſcribenti*: Cabilona in Æduis, natalis S. Gervaſii diaconi & Martyris, ibi in propugnatione pietatis laureati. *Optime Caſtellanus, haud obſcure innuens, id ſibi in Legenda diſplicere, quod ſupra arguendum putavimus*: In Burgundia, S. Gervaſii, quem legenda natum vult Cenomanis, baptizatum a S. Pavatio, qui colitur ut diaconus & Martyr in diœceſi Cabilonenſi.

Acta Chiffletiana duobus locis interpolata

5 *Ut ad Acta ipſa veniamus, auctoris ætas nec per rimam apparet, ut ad quod ſeculum revocari debeant, omnino divinandum ſit, Infinuat, ſe ſcribere*, quæ ſibi dicta ſunt, *vel, quæ multi retulerunt, vel* quæ verſantur in ore omnium: *populares narrationes ſeu traditiones intelligo, quæ ſeculo* IX. *antiquiores non oſtendunt: quod ſi admiſeretur, vere in iis erari* Robertum, glorioſiſſimum Francorum Regem, *jam ad* XI. *ſeculum devolverentur. Miſit ad Majores noſtros Acta hujuſmodi, notiſſimus in hoc opere Petrus Franciſcus Chiffletius, ſub hoc titulo*: Paſſio S. Gervaſii, Cenomanenſis diaconi & Martyris, ex duobus

C antiquis codicibus manuſcriptis, *cui ſub finem ſuperſcriptum eſt hoc parembeſis*, accepto a Roberto glorioſiſſimo Francorum Rege, regali præcepto, perpetualiter poſſidendum, *quam ita explicare conatus eſt Chiffletius, tanquam aliter interpungendum & male intruſum a poſteris, qui privilegii confirmationem, diu poſt ſcripta Acta, a Roberto Rege acceperint: alias pro Roberto, ſubſtituendum eſſet* Childeberto. *Verum eo difficultate nos liberant Acta alia, cum hac inſcriptione*: Paſſio S. Gervaſii Martyris. Hanc ex veteri legendario eccleſiæ Cabilonenſis deſcripſit Claudius Perrius, e Societate Jeſu. Feſtum ejus celebratur in eccleſia Cabilonenſi, ſub ritu ſemiduplicis, VI. Julii. *Adſcripſit Bollandus, ſe eam accepiſſe anno* 1653.

6 *Huic Paſſioni plane conſimilis eſt, quam ſub eodem titulo in Cabilonenſi hiſtoria, duobus tomis anno* 1662. *Gallice Lugduni edita, vulgavit auctor, qui ſub Illuſtri Orbandalo latere voluit, a qua Paſſione æque ac a Perriana plane abeſt tota ea periodus, quæ de Roberto Francorum Rege memi-*

D *nit; ut ſatis detur intelligi, notationem aliquam marginalem in textum ſubinde irrepſiſſe. De cætero Acta illa Chiffletiana, alias iſtis multo emendatiora & correctiora ſunt, a nobis nihilominus cum jam proxime citatis diligenter collata, quorum variantes, quæ alicujus momenti ſunt, in annotatis indicare non negligemus. Alteram præterea difficultatem ingerunt, utut præſtantiora Chiffletii Acta, dum ſub finem, non ſine manifeſto alio errore, ſic legunt*: a beato Flavo (*ſeu Flavio*) jam dictæ civitatis primo pontifice, *in qua emolanda nonnihil ſe torquet deſcriptor, verum cum parvicula iſta primo, quam falſam agnoſcit ipſe, in Cabilonenſibus Actis recte prætermiſſa ſit, non eſt, quod nimoris momenti trivæ diutius nos moreneur.*

Auct. J. B. S. cum Cabilonenſibus confertur.

Doctrina catholicæ Eccleſiæ circa Euchariſtiam.

7 *Poſtrema difficultas, & Sancto & Actis quodammodo extranea, offertur ex verbis numeri quarti*; in os illius infantis, ſicut moris eſt, ſanctum Chriſti corpus miſit. *Ad quæ Chiffletius*: Prioribus aliquot a Chriſto ſeculis fuit conſuetudo in E omnibus aut plerisque eccleſiis, ut, ſi propter vitæ periculum, nondum ratione præditos infantes baptizare neceſſe eſſet, iis ſecundum baptiſmum, etiam Euchariſtia, ſub duabus ſpecibus inter ſe permixtis, in os immitteretur. Id in Galliis fieri ſolitum, vel ex hoc loco apparet, quod & apud Græcos, Afros, Italos atque Hiſpanos, fuiſſe uſu receptum docant Dionyſius Areopagita, Cyprianus, Auguſtinus, Gregorius Magnus, & Patres Concilii Toletani ſecundi, locis, quæ referunt & expendunt Theologi, præſertim Suarez diſp. 62. de Euchariſtia, ſectione 4. & diſp. 69. ſect. 2. Vaſquez diſp. 212. cap. 2. & Joannes Martinonus diſp. 28. ſect. 8. Nec dubium eſt, quin infantes baptiſmo ſanctificati, capaces fuerint Sacramenti Euchariſtiæ, adeoque quoddam gratiæ vi iſtius acceperint, ut citati doctores egregie probant, At non fuiſſe illis ad ſalutem neceſſarium, ſancitur in Concilio Trideotino ſeſſ. 21. cap. 4. canone 1. Unde Auguſtinus, qui aſſerere videtur, fuiſſa Euchariſtiam etiam infantibus neceſſariam, intelligendus eſt (ut bene notant citati doctores) de corpore Chriſti myſtice participato per baptiſmum, F cum aptitudine ad illud realiter percipiendum, non autem de Actuali ejus perceptione.

S. Euchariſtiæ poſt baptiſmum confirenda.

8 *Nolim doctoribus illis & Chiffletio refragari; ac memini me non ſemel legere & audire argumentum viri in Auguſtino verſatiſſimi, quo oſtenderet, non minus fortiter docuiſſe S. Doctorem, realem & actualem Euchariſtiæ ſumptionem parvulis ad ſalutem eſſe neceſſariam, quam docuerit, eoſdem parvulos, ſine baptiſmo decedentes cruciari pœna ſenſus. Hujus pariatis diſſimilitudinem ſolutionem necdum ſe reperiſſe, nec ab ullo percepiſſe, aſſerit laudatus Auguſtini diſcipulus. Verum quidquid ejus ſit, vetitum hodie in Eccleſia Catholica Euchariſtiam infantibus porrigere, certiſſimum eſt: cur vero prioribus illis ſeculis permiſſum fuerit, non eſt hujus loci operoſius examinare. Putat Chiffletius, id tunc conceſſum, quia plerumque adulti erant, qui baptiſmo lavacro regenerabantur. Patrum & aliæ congruentes rationes adduci, quas ſcriptoribus polemicis colligendas relinquimus. Apud Orientales*

ple-

A AUCT. L.B.S. *plerosque annos recepium etiam hodie uſum illum conferendo poſt baptiſmum Euchariſtiæ, eamque apud ipſos, ad ſalutem neceſſarium exiſtimari, ex verbis* ; NISI MANDUCAVERITIS *&c. retuli in appendice ad tractatum de Patriarchis Alexandrinis pag. 141. num. 191. ubi Coptorum ritum invenies. Longior paulo hac digreſſio; ad S. Gervaſii Acta revertamur.*

PASSIO

Ex duobus vetuſtis Mſs. codicibus Chiffletianis, collata cum alio Legendario Cabilonenſi.

Prologus ſcriptoris. VIrtutes, quas Rex cæleſtis, qui ſemper eſt in ſanctis ſuis mirabilis, mira ſuæ divinitatis potentia per eos eſt operatus, in quibus ſibi ſtatuit templum ſuæ inhabitationis, tanto ſtudio illuſtres viri atque doctiſſimi ſcribere
B ſunt conati, ut non ſolum viſa, verum etiam audita lyculenta ſcriberent ſtylo: non modicum credentes fore emolumentum poſteris, ſi talia eis relinquerentur ſcripta, per quæ mentes illorum excitarentur ad appetenda cæleſtia, & vi-
a tanda hujus labilis vitæ quæque *a* fragilia. Quorum ego ſtolidus provocatus exemplis, licet ſim expers totius ingenii atque facundiæ, curavi tamen ſcribere, quæ mihi dicta ſunt de beato
b Gervaſio Martyre, ipſius Martyris fultus juvamine *b*. Confido enim ab eo poſſe mihi dari os & ſapientiam, in cujus pectore ſunt
c reconditi omnes *c* ſapientiæ theſauri.

Parentes pauperum. 2 Gloriuſus igitur Chriſti Martyr Gervaſius, Cenomanenſium partium civis, honeſtis & Deum timentibus eſt ortus parentibus: cujus pater & genitrix, ortodoxæ fidei cultu inſignes,
d inter ſuos *d* ſumma nobilitate & gratia enituere ſublimes. Qui nobiliſſimi parentes, appropinquantibus jam ſenectutis diebus, cum ſe ſine liberis eſſe cernerent, indicibilis mœroris contritione ſemetipſos afficientes, illius felicis Annæ exempla ſequentes, quod ſuis meritis aſſequi nequierant, hoc a Dei miſericordia ſibi
C fieri poſtulabant. Adeunt ergo ambo ſupradictæ civitatis Pontificem, nomine Panacium *e*,
e f virum æque ſanctitate *f* omnigena præcelſum *g*:
g demiſſis vultibus humiliter deprecantes, quo ſuis orationibus ſupernam flecterent clementiam, ut ex eis talis procederet filius, cujus mentis ſanctus foret inhabitator Spiritus; quique cogitatinne, & aviditate, atque felicibus in illa æterna patria verſaretur actibus.

impetratus S. Gervaſius, 3 Nec diu diſtulit reſpectus divinæ dignatinnis, tam felici præbere aſſenſum precatui: conceſſit enim ei, quod diu deſideraverant, genueruntque hunc, de quo loquimur, filium; quem eum magna lætitia ſupradicto deferentes Pontifici, Deo, & illi, quod optatum munus acceperant, gratias retulerunt. Venerabilis autem Pnntiſex, eos delectabili vultu intuens, ait: Oportet delectiſſimi mei, ut hunc parvulum, quem Deus mihi & vobis dedit, motus veſtris lacrymis atque ſuſpiriis, ei ex toto offeramus: poterit enim vobis ipſe alios dare, qui ſeculi hujus valeant perfrui honore & dignitate; iſte etenim & in præſenti magnus, & poſt vitæ curſum multis erit profuturus. Talia Pontifex ſereno ore proferens, D
præparatis quæ ad baptiſterium conveniunt, ipſe per ſemetipſum fontem ſanctificavit, atque piis manibus infantulum baptizavit, & ſancto chriſmate conſignavit: eique ob amorem ſancti Gervaſii Martyris, in cujus honore ſedes illius civitatis eſt conſecrata *h*, Gervaſii nomen impoſuit. *h*

& ab Epiſcopo Cenomanenſi baptizatus, 4 Illud vero non eſt prætermittendum, quod illi, qui geſta iſtius Martyris audierunt, nobis, qui hæc ſcripſimus, retulerunt. Dicebant enim, quod in hora, qua ſæpedictus Pontifex, peracto baptiſmate, in os illius infantis (ſicut moris eſt *i*) ſanctum Chriſti corpus miſit, in labiis illius guttam ſanguinis vidu: quod ſagaci mente intuens, cunctis circumſtantibus ait; Pro certo ſcitis omnes, quia iſte parvulus, ſicut eſt beato Gervaſio Martyri conjunctus nomine, ita erit fortis Chriſti aſſertor, conjunctus & ſanguinis effuſione. Creviz igitur puer, & litterarum traditur ſtudiis; atque in tantum totius ſapientiæ meruit imbui diſciplinis, ut eligente jam dicto Pontifice, & collaudantibus ceteris, ordinaretur idoneus miniſter levitici ordinis. Quod officium fideliter peragens, & bonorum operum ſtudiis exornans, factus imitator beati Laurentii Martyris, omne quod habebat, totum larga manu dabat egenis, ſperans ſe ab eo recepturum mercedem in cælis, qui dicit in Evangelio, quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *i* E

Romam profiſcitur. 5 Diſtributis itaque in hoc opere omnibus patrimoniis & facultatibus, cum ſpiritu & rebus, perfectus Chriſti pauper eſt effectus. Hoc ardentiſſime inhærere cordi, ut parentes & patriam relinqueret, Romamque pergeret, atque beato Petro Apoſtolorum Principi fide tenus deſerviret. Aecepta namque pontificali licentia, cum multis aliis Chriſti fidelibus iter illud arripiens, ſicut deſideraverat, Romam pervenit: ibique ſuis ſociis, quod eis celaverat, patefecit ſecretum, ſe numquam ad patriam reverſurum: quibus illi auditis, cum lacrymis & gemitu ad ejus ſe provolventes veſtigia, precabantur, ne eos deſereret; nullam ſe habiturum mercedem pro hac peregrinatione, ſi illic remanens, illos fineret cum dolore diſcedere: & maxime, quia Epiſcopus non dederat ei licentiam remanendi, ſed potius euodi & redeuodi. Qua ille tatinne enn-
victus, illius Samuelis ſecum dicta revolvens, melior eſt obedientia quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum, fraternæ caritati ſolatium præbuit, & eis in redeundo comes adhæſit. F

Iude redeuntem filii viri cujuſdam ſubito 6 Multis denique apoſtolicæ benedictionis gratiis, necnon & ſanctorum Apoſtolorum interceſſionibus muniti, Italiam tranſeuntes, & per confragoſos & dubios inceſſus, atque aſpera Peninorum k montium loca incedentes, tandem tranſito Arari fluvio, veniunt in partes Cabilonenſium civitatis. Tune ſanctus Gervaſius, Spiritus ſancti gratia roboratus, ſuperna providente elementia, quæ eum ſibi Martyrem præordinaverat futurum, diſjunctus paululum a ſociis, Corianæ ingreſſus devia ſilvæ *l* incidit in latrones: qui in illum torvis oculis reſpicientes, eum undique nu- *k* *l*

datis

A datis gladiis circumdederunt; feroci sermone, cur secreta habitationis suæ loca adire auderet, vel quis esset, inquirentes. Ille autem velut alius Abel, nullius malitiæ conscius, & de Dei misericordia securus, inter frementes gladios, & persequentium fremitus, verum se Christi servum, & ab infantia Christianum, atque ad perferendum universa pro Christi nomine tormenta, paratum esse, libera voce professus est: multaque illis Evangelicæ doctrinæ dogmata prædicans, nullatenus feroces illorum animos, ut a suis cessarent nequitiis, valuit mitigare; erant enim vasa totius iniquitatis, ideoque (ut dicit Psalmista) longe erat a peccatoribus salus.

In qua a latronibus interficitur

7 Tunc illi, Christi nomen pro nihilo ducentes, & sanctæ institutionis verba respuentes sancti Viri sanguinem innoxium, certatim corpus illius laniando, fuderunt. Vir autem sanctissimus, imitator Dominicæ passionis & pietatis factus, elevatis in cælum oculis, & ad Deum tota mente conversus, in hæc verba orationis prorupit, dicens; Domine Jesu Christe, qui pro nostra salute pendens in Crucé,

B patrem, ut tuis ignosceret persecutoribus, exorare dignatus es, ignosce, quæso, & istis, in me suam operantibus iniquitatem, ut non sit illis causa damnationis, effusio mei sanguinis. Gratias ago tuæ immensæ benignitati, quod in hac die cum palma Martyrum me pervenire concedis ad gloriam regni tui: precorque, ut me conjungas beato Stephano Protomartyri, cujus fungor ordine levitici ministerii. Hæc dicens, solutis vinculis carnis, cum magno lumine claritatis, famulantibus angelicis choris, ingressus est aulam regni cælestis.

Quorum unus puni[tur], alter mortem evitat.

8 Unus autem ex persecutoribus, videns sancti Viri patientiam, & miram animi constantiam, atque perfectam caritatem, in fine servatam, & etiam usque ad ipsos inimicos indeficienter extensam, relicto conventu malignantium, toto Christum corde secutus, omni diligentia Sancti corpus custodivit; ceteri autem, ut multi retulerunt, & adhuc versatur in ore omnium, miserrimam diversis suppliciis finiere vitam: & in tantum eorum progenies maledictionis vinculo a Deo tenetur adstricta, ut nullum eorum, dum de hac vita decedunt, velit terra susci pere: quæ res vere experta est, & visa multis. Convocatis itaque, is, in quem

C Deus mutationem dexteræ excelsi ostenderat, e vicino fidelibus Christianis, passionem per ordinem enarravit; utpote qui viderat & audierat.

Sepultura miraculo dirigit.

9 Quod illi audientes, & præ gaudio flentes, sanctissimum corpus statim Christiano more decenter composuerunt, & plaustro cujusdam vidnæ, junctis duobus tenerrimis jumentis *m*, & necdum edomitis superponentes, Domini clementiam exorare cœperunt, ut eum illuc recto itinere dirigeret, ubi in perpetuum quiescere disposuerat. Mirum dictu! nullo tangente, ductu tamen (ut credimus) angelico, perventum est ad locum, ubi nunc pretiosa Christi Martyris membra quiescunt. Ibi tanta immobilitate fixa jumenta stetere, ut a loco moveri, nullo urgente, valerent. Cernentes igitur in hac re miram Dei dispositionem, accensis cereis, & præparatis aliis ministeriis, cum magno clericorum numero, & utriusque sexus conventus, venerabile corpus sepulturæ tradiderunt, parvulam ex lignis desuper cellulam constituentes, in qua suæ devotionis famulatum ante tanti Martyris præsentiam quotidie exhibere potuissent. D

Ex mss. *ad quam si-quis trahva-ferunt.*

10 Excrescente postea circumquaque miraculorum ejus fama, beatissimus Lupus *n*, venerabilis Cabilonensis ecclesiæ Præsul, a beato Gervasio per visionem est admonitus, eumque talibus alloquiis est affatus; Cur, Deo digne Sacerdos, aliis utilitatibus intentus, mei immemor existis? Si ex toto non vis Dei amittere gratiam, adhibeto sepulturæ meæ solicitudinis tuæ curam. Cumque venerabilis Sacerdos eum, quis esset, inquireret, cujus faciem splendor tantus irradiaret: Ego sum, inquit, levita Christi Gervasius, ab orthodoxis parentibus procreatus; & has in partes adveniens peregrinus, pro Christi nomine martyrium suscepi; & nunc ad te venio. Si vis esse particeps meæ societatis, constitue mihi locum orationis, ubi Deus digne collaudetur a te, & a ceteris fidelibus suis. *n*

ecclesia ædificatur.

11 Quo audito, venerandus Domini Sacerdos; honorabiliorem in supradicto loco construens ecclesiam, illam in honore sancti Martyris Gervasii consecravit: multisque ampliatam prædiis, monasterio beati Petri, Apostolorum Principis, ab antecessore suo beato Flavo *o*, jam dictæ civitatis Pontifice, constructo *p* (accepto a Roberto, gloriosissimo Francorum Rege, regali præcepto, perpetualiter possidendam) tradidit. In ejusdem vero ecclesiæ dedicatione, multa Deus ad declarandam gratiam sui Martyris, & meritum ejusdem, qui dedicabat, Pontificis, ostendit miracula: reddendo scilicet cæcis visum, & variis languoribus detentis perfectam corporum sanitatem; quæ & nunc nostris operatur temporibus, ad laudem & gloriam nominis sui, Jesus-Christus, Dominus noster. E *p*

ANNOTATA.

a *In aliis est* quoque: *sed hæc lectio præplacet. Sic duobus post verbis, habemus* ergo: *melius hic* quorum ego.

b *Omissa in aliis sunt hæc verba*, ipsius Martyris fultus juvamine; *quæ nos præterecunda non putavimus*. F

c *Sic melius, quam* omnia, *ut in Ms. Perrii & in edito*.

d *Recte* suos, *non ut in aliis*, summos.

e *De S. Pervatio Cenomanensi, diximus in Commentario prævio*.

f *Ita legendum; non* sanctissimum, *quod sensum non facit*.

g *Quid hic significare possit* missisque militibus? *Ita tamen scribunt citata alia Acta; & paulo post*; quod *pro* quo; flecteret *pro* flecterent, meritis *pro* mentis, *ut manifeste pateat, castigatiorem esse Chiffletii lectionem, in qua variantes alias minutias observare vix operæ pretium est*.

h *Quo tempore Cathedralis Cenomanensis S. Gervasio consecrata fuerit, diximus in Commentario*.

i *Et de hoc prisco Ecclesiæ more, apud Orientales etiam hodie usitato, ibi pluribus*.

k *Satis intelligitur, quid auctor velit*.

l *Notat Chiffletius, proximam olim fuisse eam silvam ecclesiæ & pago, qui nunc est S. Gervasii, excisam postmodum, hodie, aut virescere gramine, aut segetibus luxuriare*.

A m *Non desunt aliis in Actis nostris hujusmodi* ex Mss. *exempla.*

n *De S. Lupo pluribus actam in Commentario. Ætas ejus colligitur ex S. Gregorii Magni epistola* 52. *lib.* 9. *Registri, data mense Julio, Indictionis* IV. *hoc est anno Christi* 601. *qua Minnae Telosano, Sexto Massiliensi, Lupo Cabilonensi commendat monachos, quos ad S. Augustinum in Angliam mittebat. Hinc etiam conjice antiquitatem ecclesiæ S. Gervasii, si eadem adhuc persistat, quæ a S. Lupo fundata est,* D

o *Dies supra in Ms. Chifletii, quod sequimur, perperam addi* S. Flavo *seu* Flavio *pervicaculam primo, quam hic expunximus.*

p *Ea hic, ex margine prave dubio, in textum transiit parenthesis*, accepto a Roberto, gloriosissimo Francorum Rege, regali præcepto perpetualiter possidendam; *de qua nihil in Mss. Pervii, neque in Cabilonensis historiæ excusis Actis, quæ hic Chifletianis prætuli.*

DE S. BERTARIO ET ATALENO MM.

PROPE FAVERNIACUM APUD SEQUANOS.

J. P. COMMENTARIUS PRÆVIUS. E

Sanctorum cultus; Reliquiæ; tempus vitæ ac Mortis; Acta Mss. duo; aliorum circa ea observationes, fuerintne Martyres, nec ne?

B

AN. CIR. DCCLIV. AUT DCC LXVII. *Cultus fecit e Martyrologiis*

BErtarium *mundo dedere parentes e provincia Aquitaniæ, & verosimiliter idem terræ tractus* Atalenum, Bertarii *o sorore nepotem; quamquam nihil de hoc ultimo certi litteris mandatum norim; Burgundiæ comitatus virtutum præbuit & mortis palæstram. Porro quam antiqua est ac certa Sanctorum nostrorum gloria, tam mirum est sub obscura pene caliginosæ oblivionis nocte hactenus latuisse sepultos, parcamque admodum vel nullam apud scriptores rerum Burgundicarum eorum reperiri mentionem. In Codice Usuardino montis Sancti memorantur hoc modo, die* VI. *Julii*: Natale SS. Martyrum Bertarii sacerdotis, & Ataleni levitæ. *Petrus Franciscus Chifletius noster, curiosus in paucis antiquitatis indagator, e Ms. Martyrologio Luxoviensi sic ambos annuntiat*: Pridie Nonas Julii, Sanctorum Bertarii & Ataleni Martyrum qui ab Allobrogis interfecti sunt. *Eadem prorsus annuntiatio, iisdem verbis expressa, legitur inter auctaria Usuardi, non ita pridem illustrati. Castellanus ambos inseruit suæ Martyrologio Universali, sic loquens ad diem prædictum*: Menulfi (a Menoux) prope Faverniacum (*vulgo Faverne*) in Burgundiæ comitatu, martyrium S. Bertarii presbyteri & S. Ataleni diaconi, quorum reliquiæ honorantur in Florida valle (Florival) in ducatu Luxemburgensi.

C

ac tuitione T. Chiflet. opb. Wilibrordi.

2 *Nec vero minus præstanter sanctorum Martyrum rem gessit P. Christophorus Wilthemius, dum occasione jubilæi in pagos tractusque, Luxemburgo circumjacentes, excurrens, apostolico animarum studio incensus, venatus simul fuit nonnulla monumenta sacra, ad præsens institutum perquam accommodata, de quibus ita scribit ad Bollandum, in litteris, die* XXI. *Augusti* 1651. *Luxemburgo datis*: Occasione jubilæi, quod sanctissimus Dominus noster nuper dedit, excurri per Mosellæ ripam, & dein per fines Lotharingiæ nostrique Ducatus, versus Mosam, inter cetera, tum profana tum sacra monumenta, reperi passionem sanctorum MM. Bertarii & Ataleni, qui pridie Nonas Julii passi sunt, & coluntur tamquam patroni secundarii in pago Floreoville, sito ad Sesmarum fluvium, *vulgo dictum* Semuy, qui prope Arlunum scaturit, Pagus ille distat Arluno septem leucis, seu horis circiter, estque ditionis nunc Luxemburgensis, per confiscationem bonorum Roberti comitis a Marka, cujus majores, has SS. Reliquias è Burgundia attulere, & festivo die coluere, & etiamnum colunt parochiani, ut supra, VI. Julii.

Reliquiæ.

3 *Ita ille de publica Sanctorum nostrorum veneratione, adjungens sequentia de reliquiis sigillatim*: Asservantur, *inquit*, adhuc reliquiæ ibidem in theca, quæ figuram brachii exprimit, Ossis pars est exiguitudinis ovi, quam alterutrius, seu Bertarii seu Ataleni asserit pastor loci, vir, & doctrinæ & probitatis notæ, qui & Ms. commutavit, *breviorem Sanctorum vitam complexum, de quo paulo post recurret sermo, ubi de Ms. agemus ex professo. Laberius,* F *datis Mussiponti ad Bollandum litteris die* XIII. *Januarii* 1649. *scribit*: SS. Bertarius, & Atalenus Martyres coluntur in episcopatu Tullensi, in pago Brurevilla.

ætas vitæ ac mortis.

4 *Verum jam a cultu sacro ad ætatem, qua claruere tam in vita quam in morte, progressio instituatur, Acta proxime hic a nobis danda, statim vel in ipso limine hisce verbis*: Diebus Pippini gloriosissimi Francorum regis, *distinctam temporis notam exprimunt, quo* SS. Bertarius & Atalenus *floruere, videlicet versus medium seculum octavum. Ceterum, quod annum natalem eorum spectat, nihil habeo vel e vita vel aliunde, ex quo definiam. Major mihi affulget lux quoad diem mortis, quæ probabiliter videtur incidisse spatio circiter temporis medii, quod intercedit inter annum* 764. *&* 767. *aut* 768. *Id ipsum probandum assumo hoc pacto. Vivere desierunt Sancti eo tempore, quo peregrinationi Romanæ se dederunt, cum in itinere isto, necdum finibus comitatus Burgundiæ egressi, mortem a latrone subierint, ut dicitur in vita cap.* 1. *Itaque necesse est, ut & iter prædictum & obitus contigerint ante annum* 767. *aut* 768.

5 *Etenim cum bona Waifarii venia & consensa,*

eius

probabiliter dubitat, contra Castellanum.

A *cui tamquam Domino* Bertarius, *ejus domesticus, suberat, ut colligitur item ex cap. 1. iter Romanum arripuerint, propositum suum,* duci Waifario patefacieotes, atque ab eo licentiam itineris postulantes, *ut ibid. habes num. 5. cumque idem Waifarius obierit, ut signanter narratur ibid. nu. 3. non diutius quam* circa triennium paterna potestate simul & malitia potitus contra regem, Dominum suum Pippinum, *digresso ad monasterium patre Aquitaniæ Duce; cum, inquam, objerit anno 767. aut juxta Labbeanum calculum, anno 768. restat, ut meditatum iter Romanum inchoarint non ante annum circiter 764. aut proxime sequentem, neque post annum 767. aut ex proximum 768. ergo medio, inter hoc tempus, intervallo. Quo itaque fundamento Castellanus in suo Martyrologio Universali Martyres nostros collocat versus annum 715?*

Mss. nostra & multa annotata

6 *De nostris Mss. sic habeto. Vita, huic Commentario subjungenda, originem habet* ex Ms. codice S. Mansueti Tullensis, *prout sua manu in dicto Ms. nostro annotavit Petrus Franciscus Chiffletius, qui illud primo misit ad Alexandrum Wilthemium: ac deinde ab eodem Wilthemio pervenit*

B *ad nos* XIV. *Maii* 1661. *uti adscriptum reperio manu Bollandi. Huic consonat aliud nostrum Ms. e Literaria supellectile Ill. Viri, Cancellarii Franciæ Seguierii profectum, quod eatenus usui nobis adjumentoque fuit, ut cum Tullensi S. Mansueti, quod mox fumus daturi, collatum a me studiose fuerit, & alterum ex altero corrigi potuerit & emendari. Est in manibus vita alia Ms. minor, ab eodem P. Alexandro missa, antea promissa a P. Christophoro Wilthemio in epistola superius producta, hisce verbis:* Ms. Passionis communicavit, *supra laudatus pastor,* antiquo charactere, centum & amplius annorum, in charta tamen. Incipit autem sic: „ Temporibus Pippini & Wai„ ferii, quorum primus regebat regnum Fran„ corum, sequens vero dux, &c. „ Finit vero sic: „ Celebratur autem dies passionis eorum VI. „ Nonas Junii, quorum meritis ab insidiis ini„ micorum nos eripiat Dominus, cui laus & im„ perium per infinita secula. „ Quod si R. V. exemplar non habeat, describam & mittam, nihil enim mihi jucundius quam nobilissimo R. V. pro gloria Dei & Sanctorum susceptio labori, pro mea tenuitate cooperari.

unde desumpta.

C 7 *Supervacaneum interea judico illud exemplar hic recusum exhibere, cum non videatur tale quid mereri ob inopiam novæ lucis. Adde, quod defectibus non careat, ut dum asserit* Atalenum *esse natum e sorore* Bertarii *anno quadragesimo Pippini. Præterea dum dicit sanctos Martyres profectos esse Romam tempore Leonis Papæ. Primus error tam est crassus, ut sua sponte ruat; secundus refellitur ex dictis. De nomine scriptoris, aut ætate, qua vixit, nullum vestigium nactus sum, nedum certi aliquid aut explorati, unde lectorem instruam. Ad annotata, ad calcem capitum consueto more adjecta, quod attinet; non mediocri nobis subsidio fuit plus semel laudandus Petrus Franciscus Chiffletius, e cujus epistola die* IV. *Januarii* 1661. *Divione data, observationes nonnullas delibavimus. Juvit quoque nos alia epistola ab aliquo Societatis nostræ Religioso scripta ad Christophorum Wilthemium, notas ejusdem Chiffletii, super præsenti argumento consulti, complectens, quæ post prædicti Christophori mortem, a P. Alexandro Wilthemio* IX. *Maii* 1659. *ad Bollandum transmissa fuit. Porro vix quisquam melius no-*

bis hic prælucere poterat, quam dictus Petrus Franciscus, cum ad aliarum, tum Burgundicarum in primis rerum ac locorum peritiam accederet, quod, gente Burgundo-Sequanus, domo Bisuntinus, & habitatione Divionensis esset, atque adeo non multum remotus a locis, quæ illustrabat. D Auct. J. P.

8 *Non fert animus pluribus inquirere, utrum Sancti nostri fuerint stricti nominis Martyres, an secus. Suppono cuilibet notum, cujusmodi ex causa debeat inferri mors, ut evecta conseatur ad laureolam martyrii. Quoniam vero nullam istiusmodi causam in toto vitæ decursu invenio, in qua referuntur spe prædæ a latrone e medio sublati esse; non possum non admirari auctorem tanto laborare opere, tanto contendere conatu, adductis variis, sed non æqualiter omnibus atque æque fortiter urgentibus exemplis, pro strictæ nuncupationis martyrio, ut eos laureatis Martyrum choris ter beatis associet. Hisce non obstantibus Martyrum nomine eos appellavimus, quali eos nomine appellatos invenimus.* Sancti nostri nisi stricti nominis Martyres.

ACTA E

Ab auctore Anonymo conscripta.

Ex Ms. Codice S. Mansueti Tullensis, collato cum alio Ms. Seguieriano.

CAPUT I.

S. Bertarii natales; sancta inter improbos vita; tentatum iter Romanum cum Atareno nepote; illata utrique a prædone mors.

IN diebus Pippini, gloriosissimi Francorum Regis, qui bello triumphali tyrannidem Haistulphi Longobardorum principis semel & secundo *a* contrivit, bisque Papam Romanum Stephanum *b*, ab ejus oppressione violenta liberavit; claruit quidam laudabilis vitæ sacerdos, nomine Bertarius *c*, stirpis origine utroque parente Aquitaniæ. Hic cujus meriti & sanctitatis fuerit, probat conversatio sancta, qua bonus inter malos emicuit, quoniam inter spinas velut rosa pullulavit. Et sicut ait quidam divinæ contemplationis theologus, non magnæ laudis esse, si bene inter bonos, sed si bene inter malos vivitur, sic vixit in Waifarii *d*, Ducis Aquitanorum, nefanda domo, tamquam novus Loth in Sodomorum medio, quem beatus Apostolus Petrus suo testimonio commendat, cum de illo ita memorat in epistola sua. Et justum Loth, inquiens, oppressum a nefandorum injuriosa conversatione eruit Dominus. Aspectu enim, & auditu justus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. Quia vero scriptum est, Qualis pater familias, tales & domestici ejus; paucis notificandum videtur, quis fuerit iste Waifarius, ut hujus Sancti patientiam plenius admiremur. Bertarii natales. F *a* *b* *c* *d*

A EXMSc. *Sonsit inter imperator.*

2 Erupit enim malignus de malignis, pejor de peſſimis, filius Hunaldi ducis, illius ſcilicet, qui crebro contra dominum ſuum prædictum Pippinum Regem rebellavit, crebroque defectu * ad ſui deſperationem adductus, hoc modo malitiæ ſuæ ſatis congruo ordine effectus eſt monachus. Cum filium ſuum Waifarium vidiſſet excreſcere corporis enormitate, & virium valetudine, conſiliorumque ſubtilium acumine paternas artes ad quæque pervertenda tranſcendere, mala quidem de ſe contra Regem commemorans, pejora vero de ſucceſſore filio lætus exiſtimans: ad comparationem quippe aſtutiæ & fortitudinis filii, ſua pro nihilo ducens conamina, elegit illi facultatis libere laxare frena, ut ipſe monaſterio lateret otioſus, & ille regem impugnaret (bellicus:) unde voluit, eum ita ſibi ducaminis heredem ſubſtituere, ut nullus ob propinquitatem illi poſſet contraire. Idcirco germanum ſuum Hattonem ad ſe callide con-
B vocans, oculos ei evulſit, atque his ſuffultus meritis, monaſterium intravit.

vita imperat. gerat

3 Waifarius autem circa triennium paterna poteſtate ſimul & malitia potitus, contra regem dominum ſuum Pippinum caſſo conamine multa molitus, in primis vigore Auſtrauldi, & Galemanni Comitum, Pippini perditis copiis deſtitutus, capta etiam matre, cum duabus ſororibus ſuis, & in poteſtatem regiam redactis, ipſe perimitur anno ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo *e* ab Incarnatione Domini: quod Hunauldus * genitor ejus audiens, monaſterium illico *f* relinquere, atque ad vomitum, ut canis, rediens, reſumptis armis, & recepta conjuge, ſtatuit, ut quondam, contra Regem rebellare, non jam ut pridem contra Pippinum, ſed contra filium ejus Carolum; nam ille jam objerat. Sed viribus caſſatis verſus in fugam, atque ab inſequentibus capius, & ut fugitivus reductus ante Regis præſentiam, ibi * omni poteſtate privatus, amiſit pertinaciam coactus & invitus.

e ** al. Hunpaldus.* *f* ** al. ubi.*

& patitur.

4 Videat aliquis, ſi potuiſſet in tanta peſtilentia dari locus ſanctitati, ubi ſeditioſum regnum, perjurum dominium, jus fidei cor-
C ruptum, ſtatus militiæ contra fas in Regem conjuratus, contra Dei ordinationem animatus exercitus, domus intus peſſima, pejor foris curia, clam nefanda conſilia, palam juſſa nequiſſima; ecce liquido datur intelligi inter tot turbines Sanctus iſte quam patienter vixit, qui dicere poterat juxta Pſalmographum: Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Unde factum eſt, ut etiam Waifarius veſanæ mentis homo eum honoraret vehementi * animo, atque ample-
** al. revere-bat.* ctetur amore præcipuo. Conſequens enim erat, ut eſſet amabilis mortalibus, quem gratioſum meritis ſanctitatis fecerat omnipotens Deus.

g Atalenus ex ſorore nepos ſocius Romæ petit.

5 Erat autem illi nepos ex ſorore *g*, Atalenus nomine, quem ipſe ſacro abluens Baptiſmate imbuerat Sacramentis fidei Catholicæ. Hic ab ipſa infantia eruditus gemina ſcientia atque in ea proficiens moribus & vita, avunculum tamquam patrem excolebat jugiter, atque illi obſequendo inhærebat, qui per ſingulos gradus eccleſiaſtica traditione promotus, officium ad altare Dei jam ſuſceperat diaconatus. Aliquando igitur pari conſilio de-

D creverunt, ut ſub obtentu orationis, Romæ beatum expectarent Petrum. Hoc quoque duci Waifario *b* paeſacientes atque ab eo licentiam itineris poſtulantes, ſic eis reſponſum eſt: Gravis enim videtur, amici, labor veſter, tam longinqua via *, ſed gravior abſentia veſtra: manete, quæſo, in hac provincia, ne afflictionem nobis ingerat veſtra ſublata præſentia. Votum (inquit) hujus viæ Deo obtulimus, quod infringere omnimodis pavitamus. Et ille; Ite, ait, cum bono; Dominus ſit vobiſcum in itinere cœpto, dirigatque Angelum ſuum in comitatu veſtro.

b ** al. longinqua via*

ſalutato ſepulcro S. Martini Turonis;

6 At illi ut ſancti, & religioſi viri, quonism obtinuerant facultatem abeundi, ſtatuunt in primis tendere Turonos ad limina ſancti Martini, ibique provoluti ante ſepulcrum, totis implorant præcordiis Conſeſſorem ſanctum, ut pro peccatis ſuis exoraret Dominum, quatenus eis & delicta relaxaret, & viæ illorum propitius proſperator intereſſet. Exinde greſſum movent verſus Aurelianenſem civitatem, ibique ingredientes ſanctæ Crucis ædem venerabilem *i*, precantur ſe muniri ejuſdem ſanctæ Crucis ſignaculo, cujus ſe credebant redemptos myſterio. Deinde viſentes loca ſancta, viæ ſuæ contigua, atque commendantes ſe Deo per ſingula, tandem iter dirigunt contra meridianam plagam, ut expedito pede E properare poſſent Romam.

i

ſed in prædecimo incidentes,

7 Emenſi autem iterando (*itinerando*) fines totius Franciæ, propinquarunt cito greſſu ad metas Burgundiæ: ingreſſique Portuenſem comitatum *k*, indepti ſunt in villa Manaore *l* hoſpitium, ubi manebat quidam eques ſolummodo nomine Servatus, ſed omnium * ſcelerum immanitate perditus. Erat enim peſſimus homicida, & inſignis latro, qui vias inſidiis aſſiduis infeſtando, convectabat prædas, & vivebat rapto. Huic peſſimo domino pejor erat famulus, qui ſibi quæque mala imperata peragebat nequius, cujus nomen interpretatum ſuis conſtat moribus; vocabatur ſiquidem Agenulfus, id eſt agendo nulli fidus. Cui ait dominus ſuus; Cum matutino tempore ſolis radio fugabuntur tenebræ, pergito quantocius quæque vicina vel longinqua perluſtrare, & ſicubi ad prædandum quippiam inveneris, celeri repedatu nunciare feſtinabis. At ille impiger, facto mane, F carpit iter, dans aureis ſilvis atque campis oculos, nec non impulſis utrobique curſibus, tandem impegit, ubi erat ſanctus cum Atalenо Bertarius.

k *l* ** al. omni.*

ejuſque doctrinâ deditus.

8 Jam a præfata villa ſancti viri diſceſerant, ac longiuſcule progreſſi, quemdam ſontem offenderant, alellogue ſublevato ſarcina, illi gramen *, ſibi ſontem legerant. Ex-
** al. gramen.* tracto deinde ſtanneo de capſella calice, accumbenteſque ſecus ſontem, cœperunt bibere. O egregia cupiditas, quam præclaros facis ocullos, quos invadis! nam Agenulfus calicem ſtanneum, te agente, putavit argenteum, & ſanctos Oratores exiſtimavit mercatores, intentuſque ſarcinulis, credidit ſe adeptum copiam auri & argenti. Tunc callide percunctari ſtuduit regionem, domum, facultatem, cauſas itineris, inſuper & addidit: Unde, ſi dignamini, procurabo vobis aptam domum in iſta nocte. At illi reſponderunt: Ubi

Do-

A Dominus conteſſerit, ſequimur, tecumque quoquaverſum duxeris, eomitamur. Et adduxit eos in domum domini ſui, ubi Servatum invenerunt, cum matre ſua, nomine Boblia, tunc temporis in illis partibus præcipuæ famæ ſemina, quæ bonitate conſpicua, hoſpitalitate præcipua, Deum ſupplex metuebat, ſed cui fuiſſet melior ſterilitas, quam de malo pullo infelix fecunditas.

dicti prædicti matris fruſtra obſtrepente,

9 Iterum interrogatio revolvitur, & eadem, quæ ab Agenulfo requiſita fuerant, curioſe replicantur. Reſpondent ſe Aquitanos a Domo Waifarii ducis egreſſos, itineris Romani viam

** al. iidem.*

aggreſſos; e duobus unum Diaconum, alterum Presbyterum; & quia Presbyter quidem *Bertarius, Diaconus vero Atalenus vocaretur: ad hæc mulier compuncta ſervos Dei agnovit, quoniam pietas elementiſſimi cordis ſonabat ex eorum lenitate ſermonis. Tunc pro eis pie filium ſacrilegum deprecatur, ut ab eo nihil mali paterentur. Deinde ſanctum expoſtulat Presbyterum, ut cum Diacono dignaretur in craſtino viſitare ſuam domum, manebat enim in

m

villa vicina, quæ dicebatur Rauſerias *m*, ubi

n

conſtructa erat in honore ſancti Valerii *n* baſilica. Dominica autem die poſtera cœperunt

B velle ire, quo mulier invitarat. Igitur ingreſſus Agenulfus ad Dominum ſuum, furiata voce caulatus, increpabat eum, eo quod Sanctis

** al. commeatum.*

dediſſet abeundi comitatum *, & Servatus ait, Matris preces me compeſcunt, ne in eis mittam manum. Mater, inquit Agenulfus, dedit muliebre conſilium, ut hodie ſuſcipias irrecuperabile tibi damnum. Nam unde ſic videntur ſeſſi, niſi ab importabili pondere auri & argenti? Quapropter eos velociter proſequamur, antequam villæ præſidio fulciantur.

eundo obſtrepentem.

10 Ad hæc Servatus auri ſame capitur, qua vehementer agitatus, Dei Servos inſectatur, ac mox inſiliens equo, gradu ſertur rapido, quo non ſegnior Agenulfus juncta fronte nectitur, atque pari ſreti curſu Sanctos Dei conſequuntur. Quorum impetum eum ſanctus vidiſſet Bertarius, quid curſus ille portenderet, conjectatur protinus, & ait: Aſpice, dileſtiſſime fili, quam ſubito de amicis eruperunt inimici, qui nos impugnare moliuntur gratis. Unde ſi poſſibile eſt, fugam tentemus, ut nos a morte, quin potius ipſa ſuga illos ab homicidio liberemus. O mors quando imminet acerbitas tua, quam amara ſentiris, & horrenda, maxime eum quiſpiam ſoſpes & vividus

C tua vicinitate repentino incurſu coarctatur! Unde accidit, ut ſanctus juvenis Atalenus pauliſper propoſiti ſui oblitus, obvias inferre tentaverit ſanctas manus, quamvis telis inermis, armatis tamen animis. Nam a vicina ſepi, arrepto palo fraxineo, toto anniſu rapiebatur prælio, quod cum ſanctus vidiſſet Bertarius, mente mœſta tremefactus, exclamavit protinus; Præcipio tibi per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ne contra eos tuum leves brachium, ſed fige in terram baculum, & excipe martyrium. Abſit enim, abſit dileſtiſſime, ut maculetur noſtra devotio viciſſim fuſo ſanguine, quoniam ille, qui dixit, In patientia poſſideri animas, dicare poteſt præſenti patientia noſtra martyria.

11 At ille, figens palum in terram, horam præſtolatur ultimam. Mira dicturus ſum; lignum aridum deſeruit ſiccitas, & induit viri-

D ditas, miſſaque deorſum radice ſuculenta, ſuccedit viror per ramorum brachia, quæ induta Ex MSS.
eortice, ſoras trudunt ſolia: hinc crepta * grandis arbor ſit fraxinus pulcherrima, quæ Sanctorum teſtis extat adepta de victoria. Porro gladiis extractis latrones decollaverunt ibidem glorioſos Martyres. Cumque prædæ inhiarent, & ſarcinulas diriperent, invenerunt nihil præter veſtem ſacerdotalem, Geneſim, miſſale, & ſanctæ Eugeniæ *o* paſſionem: ſuper ipſas * vero ſolummodo reliquias Sanctorum, auri quoque & argenti nil omnino repererunt. Tunc confuſione induti, & timore perterriti, perditaque omni ſpe conſilii, ſed & adventu tremefacti ſupra nominati Galemanni Comitis, unum tantum elegerunt præſidium, ut capita clericali more tonſurata ingererent * in Lentanam *p* fluvium. Sciebant quippe, quia de clericis major fieret inquiſitio, atque pœnarum numeroſior exactio.

infigni trophæo martyrum.

** cruda.*

** al. ipſos.*

o

** al. mergerent.*

p

ANNOTATA.

a *Semel anno 755. & ſecundo, anno proxime ſequenti 756. De qua re diffuſe Baronius.*

b *Fuit is Stephanus ſecundus, qui & tertius.* E

c *Al.* Bertharius.

d *Res eccleſiaſticas hic coactus reſtituere a Pippino, ſponſionem dedit; verum proximo poſt anno fœdifragus, perfidiæ pœnas luit, a Pippino victus, occiſus a ſuis in Petrocoricenſi provincia, die ſecundo Junii 768. Atque hæc ſuprema fuit Pippini expeditio, poſt quam, tota Aquitania in poteſtatem redacta, non diu poſt e vita exceſſit, nimirum XXIV. Septembris ejuſdem anni. Ita cenſet Labbeus in Chronologia. Baronius de perfidia Waifarii tractans ex Aimoino, annectit ejus mortem anno 765. ſed perperam: uti conficitur tam ex dictis, quam ex ſequentibus; ubi dicitur obtruncatus anno 767.*

e *Conſule notam præcedentem.*

f *Factum id narrat Labbe anno 769. & cohæret cum morte Pippini ſupra determinata, poſt quam contigit Hunaldi e monaſterio egreſſus.*

g *Al.* Aihalenus.

h *Ex hoc loco tempus martyrii noſtrorum Sanctorum determinatum invenies in Comm. prævio.*

i *Huc pertinet inſigne miraculum, quod D. le* F
Mair in Antiquitatibus Aurelianenſibus cap. 39. ex Andrea Ducheſnio recenſet, de Normannis, anno 865. omnia vaſtantibus, qui Aurelianis civitatem & eccleſias cremaverunt, præter eccleſiam ſanctæ Crucis, quam flamma, cum inibi multum laboratum a Normannis fuerat, vorare non potuit. *Rem aliunde confirmatam vide apud citatum le Mair.*

k *Sauſſayus in ſuo Martyrologio Gallicano ad diem* XXII. *Octobris, ſcribit* Portum Buxinum, *non* Bucinum, *atque ſitum eſſe* in territorio Lingonenſi, *ubi celebratur paſſio* S. Valerii Martyris, beatique Deſiderii, epiſcopi Lingonenſis, itidemque Martyris diſcipuli. Comitatus Portuenſis invenitur mentio in pluribus inſcriptionibus, annorum 600. & amplius antiquitatem habentibus. Prope aberat ab Arari, nec non metropoli (Burgundiæ) Portus ad Ararim, qui meo judicio eſt Portus Buxinus, vel Abucini in Provincia Maxima Sequanorum, illuſtris martyrio S. Valerii archidiaconi Lingonenſis, quo tempore Deſi-

A derius dictæ civitatis erat epiſcopus. *Ita Petrus* ex MSS. *Franciſcus Chiffletius, de quo in Comm. prævio. Alius Chiffletius (prænomen non apponitur) Bruxellis ſcribens die* XV. *Februarii* 1665. *ſic in prædicta Petri Franciſci verba commentatur:* Portus Bucinus eſt ad fluvium Lupam, *qui &* Lupus *dicitur, neque procul abeſt a civitate Dolenſi, Burgundiæ Metropoli*. Portus ad Ararim, *inquit*, eſt ad fluvium Ararim, perquam remotus ab altero. Non itaque unicus poteſt eſſe portus, ſed duo.

l *Petrus Franciſcus Chiffletius, in litteris ad P. Chriſtophorum Wilthemium noſtrum datis, de quibus in Comm. prævio, obſervat ſequentia:* Machare nomen corruptum eſt. Legenda Sanctorum, quam duobus ex locis habeo, legit Manaore, & nihil eſt aliud (mea quidem ſententia) quam pagus vulgo dictus Menoux inter Amance & Borurgignon.

B m Rauſerias pagus eſt Roſieres in decanatu rurali Faverniacenſi; qui nactus patronum in præſentia S. Simeonem, potuit antiquitus habuiſſe S. Valerium, mutationibus patronorum valde frequenter accidentibus, uti apparet in multis aliis eccleſiis. *Ita Petrus Franciſcus Chiffletius.*

n *De illo agitur ſupra littera* k.

o *De qua ſuo tempore ad diem* XXV. *Decembris.*

p Fluvius *vulgo* Lentene, *ſeu Lantaine*, non procul diſtat inde, *a loco videlicet littera* m *nominato. Ita Chiffletius.*

CAPUT II.

Sanctorum corporum inventio, & agnitio; translatio nequidquam tentata; erectum altare. Num martyrum numero accenſendi.

Inventio corporum.

IN loco ergo, quem incolæ nominabant Artannm, ibi profundaverunt capita Sanctorum. Ipſa die piſcator quidam egreſſus a villa, quæ dicitur Burgundionum *a*, receptus navi retia ſubmerſit ad piſcandum, & tandem pervenit, ubi capita ſuper aquas reddiderat profundum. Quæ ut ferri ſuper aquas vidit, ingenti pavore perculſus, intremuit, verſiſque in fugam veſtigiis, toto niſu datur campis. Verum reverſus intra ſemetipſum, & quid cauſæ foret, quod viderat, volvens ſecum, repedavit, unde fugæ ſumpſerat primordium. Denuo itaque ad aquam reverſus, vexillo ſanctæ Crucis armatur: deinde capita extracturus, navim ingreditur, & ſubinde jactis retibus, intrat maxima piſcium copia cum ſanctis capitibus *. Quibus deputatis uſibus neceſſariis ad villam capita reverenter deportavit. Jam fama pervolaverat totam vicinam, procumbere duos jugulatos Rauſerias juxta villam, Texentes ergo Burgundionenſes vimineas ſportellas, reportaverunt capita, ubi jacebant corpora, & ſecundum ſigna inciſuræ, curaverunt cuique caput ſuum reddere.

C

* al. omnib. hab.

13 Habitabat in Faberniaco *b* caſtro quædam Deo ſacrata, nomine Gpidila *c*, in monaſterio ſanctæ Mariæ Chriſti ſervitio deputata. Quæ comperto Sanctorum martyrio, uno ex monaſterii ſacerdotibus illuc directo, dedit operam, diligenter inquirere, utrum jacerent in ſuæ poteſtatis ditione. Fecit ſacerdos ſicut imperatum fuit, & renunciavit, quaſi ſtadiis duodecim longe illos eſſe a poſſeſſione monaſterii. Cum autem Deo ſacrata didiciſſet, quod non ſatis procul a monaſterio eſſent, juſſit ſacerdotibus & ceteris clericis, ut ſecum illuc uſque pergerent, atque ſi daretur copia, eos Faberniaco transferrent. Tunc perventum eſt ad corpora Sanctorum. Porro ſanctimonialis femina cœpit gravi mœrore anxiari, quoniam qui eſſent, aut unde veniſſent, vel quibus appellarentur nominibus, nequibat percunctari. Tandem reſponſum hujuſcemodi a circum manentibus audivit; Eſt mulier in villa, quæ vocatur Rauſerias, quæ ad domum ſui filii cum eis eſt loquuta, ipſa dicitur ab iiſdem inquiſiſſe, & patriam, & viæ cauſam, eorumque vocabula.

b

c

agnitio

D

14 Itaque Deo ſacrata juſſit adduci mulierem, cœpitque ſciſcitari ſuper Sanctis rei veritatem; at illa quam pro filio ſcelerato conſcientia miſera territabat, rei ſeriem propalare metuebat. Exinde ſanctimonialis, ejectis luminibus in cælum, lacrymoſis gemitibus implorabat omnipotentem Deum: Te invoco, creator altiſſime, qui juſta poſtulantes conſuesti exaudire. Ingrediantur, quæſo, preces ancillæ tuæ intra ſacrarium cæleſtia miſerationis, ut divinitus inde adipiſcar gratiam manifeſtæ exauditionis; quatenus agnitis horum Sanctorum nominibus, ſciamus, quos venerari, deprecari, excolere, & honorare debeamus. Tunc ad Bobliam converſa. Adjuro te (inquit) per eum, qui te redemit, Jeſum Chriſtum, rumpe iſtud pernicioſum ſilentium, & tam nocivam taciturnitatem refera, in Sanctorum gloriam & laudem; & quemadmodum ab eis didiciſti, ita plane indicans refer deſiderantibus nobis: dic qui fuerint, unde venerint ſub habitu clericali, cujus gradus vel ordinis, aut quibus nuncupati ſint vocabulis. Mulier autem affectu rejecto nequiſſimi filii, nudam veritatem nudis verbis promulgavit.

per lavrouk manum

E

F

15 Hodie, ait, evolvitur tertia dies, ex quo vidi eos ſanos & incolumes, Romam ſe tendere velle dicentes. Ex quibus iſte ſenior, Bertarjus nomine, ſacerdotem (ſe) indicavit; juniorem vero, id eſt Atalenum ſcilicet, nepotem ſuum diaconum pronunciavit, atque oriundum ab Aquitanica regione uterque ſe prodidit. Talia dicentem altus mœror deprimebat, unde ab imo corde profunda trahens ſuſpiria, demum elata voce in gemitum ita plangens ejulabat: Heu me cunctis mortalibus infeliciorem! cujus devotio verſa in perniciem iſtos Dei martyres præcipitavit in mortem, quos dum invitarem ad meum hoſpitium, tradidi miſera in decollationis exitium. Neſciebam penitus, quod lingua mea peſtifera parturiret hæc funera, dum in domo propria putabam illis parare charitativa obſequia, ſicque occaſio finis fuit eis ipſa via. His & ſimilibus dolorum ſtimulis ſemetipſam lamentantem non ferens ancilla Dei, cœpit eam his admonitionibus conſolari: Non oportet, dilectiſſima, ut tantopere conturberis, quia coram Deo non de eventu, ſed de arbitrio voluntatis ſtat ſententia judicis * 1 por-

fuſſe alibi viſa Gpidila.

* al. judicis

A porro certo crede mihi, quoniam ex hoc non ſolum expers eris culpæ, verum etiam mercedem recipies voluntatis bonæ; & quamvis minime adimpleſſes in eis bona opera, quæ volebas, ſufficere tamen creditur, (de) ſanctorum Patrum ſententia, bona voluntas.

fruſtra tentanti revelationem eorum Patrocinium;

16 Interea venit cœnobialis familia, ut juſſu abbatiſſæ, ab eo loco levantes Martyrum corpora, transferrent, ut putabant, Faberniaco tumulanda. Quibus a terra ſublatis feretroque cervicibus ſubjectis, ita ſunt bajulantes cælitus virtute Sanctorum ſolo fixi, acſi lapides hominum vice obſtarent, ſitu immobili. Omnium una erat vociferatio, connitendi impulſio, abeundi exhortatio: inde alii atque alii concurrebant, irruebant, & neſcientes, quid portantes paterentur, remorantes increpabant. Hi datis & acceptis manibus, præcedentes trahebant; illi terga ſubſequentium ſubnixis palmis impingebant; ſed ubi nutus deeſt cæleſtis, fruſtra laborat conatus mortalis, faſce preſſi defecerunt, & quod ferre non valebant, laſſo collo dimiſerunt, & quo martyrium acceperant (loco), illic Sanctos humaverunt, domicilioque ſuper

B eos ſtabilito, ſtupeſcentes abierunt. Nunciata

d ſunt hæc Boſoni *d*, Luxovienſium *e* abbati, qui

e hæc eadem per epiſtolam mandavit Chryſopoli-

f tano *f* Pontifici, ac pariter venientes, ubi corpora quieſcebant ſepulta, inquirenteſque & addiſcentes ſanctitatis ſigna, in honore ſanctæ Dei genitricis, ad caput ſepulturæ altare conſtruxerunt.

multa erga miracula, & al. ornatiora.

17 Ab illo die, in loco ipſo Chriſtus Dominus pro eis virtutes multas oſtendit, cæcos, claudos, mutos, energumenos, variis languoribus obſeſſos celeberrime * curando. Nec prætereundum videtur ſilentio, quæ remedia languidi ſuſceperint ex memorata fraxino, quam ſanctus Atalenus humo fixerat, beato jubente Bertario. Quicumque capitis ſive dentium pervaduntur doloribus, mox ut caput obtexerunt arboris hujus frondibus, fugata peſte, ſine mora recreantur. Delato autem ex eodem ligno in modum ariſtæ pertenui ſpiculo, atque deinde paululum ſanguinis elicito, protinus omnis angor ſedatur, ac in priſtinam quietem omne illuc flagellum, pace facta, commutatur.

Crux & patientia,

18 Fortaſſis imperitus aliquis apud ſe muſ-

C ſitare conabitur, quod talis occiſio non martyrium, ſed eventus deputetur: ſed tu, qui hujuſcemodi martyrium interpolare contendis, errorem intuere diligenter, quo cæcaris; quo perſpecto, defere, quod male ſentis, & amplectere, unde poſſis edoceri. Vide prius, utrum poteris auferre ab his beatis Viris martyrii coronam, qui antequam decollarentur, Martyres exiterunt per patientiam: ubi tibi illud Apoſtoli excidit; Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis? Certe ubi crucifixionem nominat, paſſionem deſignat. Quod etiam experimento probaverat quidam beatæ mortificationis inſinuator vigilantiſſimus, cum ſuis diceret auditoribus: Paſſionibus Chriſti per patientiam participantes, ut regni ejus mereamur eſſe conſortes.

vide S. Auguſtinum

19 Prætermittam paululum majora, & veniam ad minora. In his, quæ proferre volo, audi credulus magiſtrum, non me pauperem & exiguum, ſed ſanctum doctorem, beatum Auguſtinum. Quidquid, ait, divinitus ante illud ultimum judicium vindicatur, ſive per improbos, ſive per juſtos, ſive per neſcientes, ſive per ſcientes, ſive occulte, ſive palam, non ad interitum hominum, ſed ad medicinam valere credendum eſt. Quam ſcilicet medicinam qui reſpuerint, extremo ſupplicio præparantur. Quod ſi ita eſt, imo quia ita eſt, ubi vindictam nominavit, non ſanctos per peccatores deſignavit; ſi illi, qui peccatorum noxa conſtringuntur, per flagella quælibet adipiſcuntur medicinam, & niſi per impatientiam reſpuerint, inde conſequuntur veniam; quid de illis, qui innocentiſſime & ſancte vivunt, cum ſecundum corpus gladiis impiorum patienter intereunt (dicendum?) O quanto vertice attollitur in arduis culmen patientiæ! quam Dominus tanto erigit altitudinis cacumine, ut in ea dicat ſitam poſſeſſionem animæ.

ex MSS.

& Chriſto, Domino,

20 In patientia, inquit, veſtra poſſidebitis animas veſtras. Numquid dixit in jejuniis, in vigiliis, in illis aut in illis virtutibus poſſideri animas? Sed quia omnium virtutum perſeverantiam obtinet patientia, ideo in ea datur poſſideri animas. Hanc iſti Martyres ſancti pro maximo munere Deo obtulerunt, quoniam ſpe E collocata in cælis, corpora carnificibus tamquam oves lanianda tradiderunt. Inde eſt, quod verum afferimus martyrium, quod patientia conſtat eſſe conſummatum. Sed forte non adquieſces, niſi exhibeam tibi teſtes: Abel non legitur reluctatus; tamen a fratre peremptus, ut vere martyr in eccleſia honoratur.

martyrium eſt.

21 Sed dices, illum habuiſſe bona opera, quæ ferre non potuerit fratris invidia: reſpondeo, iſtos habuiſſe majora, qui mandata ſecuti apoſtolica, tamquam hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti, fide & vita in Eccleſia probati, miniſtri ſancti conſtituti ſunt altaris, adepti conſecrationem veram corporis & ſanguinis Agni, qui tollit peccata mundi. Quorum ſi adhuc volueris adnullare martyrium, neceſſe jam tibi eſt, ut evacuare contendas ſanguinem innocentem, juxta tuum eventum repentino Herodis furore fuſum. Si illos ſine intellectu, ſine ratione, ſine ſermone, ſine confeſſione pro Chriſto trucida- F tos bonitas divina martyres ſacravit, ob hoc ſolummodo, quia nativitas pueri Jeſu, mortis eorum occaſio fuit; iſti per te excluderentur a laureis victoriæ, qui cum ſe potuiſſent forſitan viriliter defendere, elegerunt pro Salvatoris nomine, proprium cruorem per tolerantiam offerre? Tu auferes Deo vigorem ſuæ pietatis, martyriumque nutibus tuis ita ordinabis, ut niſi ante Decios, Valerianos, Diocletianos, & Maximianos chriſtianitatem defenderint, per patientiam ſanctos quoſque decollationem amplectentes, ſumma bonitas coronare non poſſit.

Alterum Martyrum exemplo

probat aut Elve, noſtro ac Sanctos eſſe martyres.

22 Numquid juxta te peribit in Eccleſia Lamberti *g* Pontificis & Martyris corona, cujus ſanguinem gratis ſudit inimicorum veſana protervia? Aut Gengulfi *h* Lingonenſis defloreſcens emarceſcit palma, quem adulter immolavit clericus, ne ipſum a ſancto Viro juſta ultione deſtinatus truncaret gladius. Hos in martyrum numero ſancta recolit Eccleſia, & tu, quæſo, noli furari ſub eventus nomine, talium coronas, quia hujuſcemodi

g

h

latro-

A latronibus lamentabilis illa clauſura januæ non
EX MSS. aperitur, ubi non ſuribus, ſed fatuis dicitur virginibus: Amen dico vobis, neſcio vos. Sed jam ad miracula, ſtyli contorqueamus mucronem, quæ ſanctum martyrium eorum commendant poſt glorioſam mortem, ut ſignis & prodigiis convictus, des nobiſcum gloriam Deo in ſanctis Martyribus.

ANNOTATA.

a Villa Burgundionum *locus in Burgundiæ comitatu, vulgo dictus* Bourguignon, *una leuca Faverniaco diſtans, de quo nota proxime ſequenti.*

b *Reddo e Gallico ea, quæ notavit Chiffletius;* Faberniacum, ex veteri Pontificali eccleſiæ Biſontinæ, eſt abbatia Faverniacenſis (de Faverne) cujus in ignoratione verſatur fundatio. Conjectura nihilominus mea eſt, fundatam fuiſſe paulo poſt Luxovienſem, ut ibidem admitterentur mulieres aut filiæ, vivere volen-
B tes ſub regula S. Columbani. *Ibidem dictus auctor obſervat, Euſemiam & Luciam, ante ſuam benedictionem, vovisſe obedientiam Hugoni archiep. Veſontionenſi.* Anno denique, *ait* MCXXXII. archiepiſcopus Veſontionenſis Anſericus, Rainaldo comite Burgundiæ, nec non pluribus aliis Dominis comitatus, monialibus Faverniacenſibus abſcedere juſſis, abbatiam ipſarum conceſſit monachis Benedictinis, qui eam poſſident etiam nunc, admiſſa ab anno MDCXIII. reformatione S. Vatoni & S. Hydulphi, ex auctoritate Pauli V. *Ita rurſum Chiffletius. De miraculo, quo ſacra Euchariſtia Faberniacenſis, a flammis intacta evaſit, rebus circum omnibus combuſtis, & nullo nixa admiculo ſuſpenſa permanſit medio in aere, in eadem a ſolo diſtantia, Chiffletius tres lectiones nobiſcum communicavit, quæ huc non ſpectant.*

c Abbatiſſa Faverniacenſis. Fuit illa, quæ revelari ac tranſportari ad ſuam eccleſiam juſſit corpora SS. Bertarii & Ataleni. Vulgus eam nominat S. Guendam (Guende) & reli-
C quiæ ejus in veneratione ſunt in eccleſia ſuæ abbatiæ, *uti notat Chiffletius. Nam locum hunc olim extitiſſe monaſterium fœminarum, diximus ſupra.*

d *Videtur eſſe Gedeon, doceſſor Bernuini, qui perperam dicitur in parva legenda, quam habemus,* Widignus.

e Luxovium *oppidum in ducatu Burgundico cum abbatia cognomine, de qua Aimoinus monachus.*

f Veſontionenſi. *Nam* Veſontio *in libris Conciliorum dicitur* Chryſopolis, *uti vulgo notum eſt.*

g *Colitur die* XVIII. *Septembris, quando de illo plura.*

h *Fuit hic martyr Varennenſis in Burgundia & Lingonenſi diœceſi, de quo ad diem* XI. *Maii. Floruit ſeculo* VIII. *ſub Pippino, adeoque Sanctis noſtris fuit coævus.*

D

CAPUT III.

Latrones Martyrium in poſteris puniti; mulier ter a Sanctis in viſu monita, eorum corpora tranſfert; conditum ius a clerico templum.

Poſteri... rum, qui Sanctos occiderunt.

IGitur omnis poſteritas illorum, qui Dei Sanctos occiderunt, quotidianum prodigium pœnis ſuis, ſub oculis omnium, etiam tacentes exponunt. Quod ut planius recitare valeam, paulliper ſtylum reflectam ad Sanctorum ſepulturam. Locus, in quo prius (terræ) commendati ſunt, erat ſicuti & nunc eſt, ſilvis denſis nemoroſus. Unde accidit, quemadmodum in ſerie paſſionis diximus, ut prima baſilica, præ feſtinatione, lignea ſuper eos texere-
E tur, ubi aſſiduis miraculis invitati populi, diſjectis parietibus illius primi oratorii, opere venuſto lapideum ædificaverunt, & ob adventantium inundantiam illic forum ſtatuerunt. In cœmeterio ergo largus fons exoritur, qui exinde cito curſu in rivum extenditur. Ibi in die ſolennitatis eorum, dum celebrantur nundinæ rerum venialium, fons ipſe præbet ſitientibus affluenter gratum potum. Tunc ſi forte contigerit, ut quiſpiam ex memorata illa mala progenie ſe inibi ingeſſerit, non ſolum rivus, ſed etiam ipſa vena in intimos ſinus ſic refugit, ut, qui modo gravidis manibus immenſum extrahebant balneum, de repente vix udare queant cochlearium.

quomodo & quæ miracula eum puniant.

14 Quod miraculum ex tunc ita cælitus ad nos uſque porrigitur, ut (ſi) quis forte ſuper hoc aliqua hæſitatione mordeatur, illuc pergens, hæc vera comprobavit. Sub oculis ſolis hujus eſt videre miſeriam, ſuper talium miſerorum proſapiam; primis incrementis, crudo robore eorum convaleſcit adoleſcentia, informatur corpulentia, redundat ſubſtantia, viget vivax prudentia, ſed hæc omnia exinde labefactata, ætate ſuccidua, ita ignominioſa oblivione ſepelit mendicitas, ut vix credi poſſit, quod eos habuerit aliquando felici-
F tas. Talibus initiis videntur indicare, quales potuiſſent eſſe, ſi a Martyrum occiſione priores eorum manus voluiſſent prohibere, cum ſubſequens indicet vindicta, quanta ſuper eos conſurgant occiſorum judicia.

Mulier vidua.

15 Bertarius denique & Atalenus, beati Martyres Chriſti, proceſſu temporis apparuerunt cuidam viduæ in ſomnis, monentes, ut quantocius ad locum ſepulturæ ipſorum iret, & inde cum ſarcophago corpora eorum adſportaret, ac B. Liderici villa, in loco, qui ſibi monſtraretur, tumularet. Illa autem, ſomno digeſto, evigilans, & quaſi ex ratione, quæ viderat, conjectans, credidit non poſſe fieri, ut ſancti Viri impoſſibilia juberent ſibi. Contemplabatur quippe, ſe conſractam ætate ſimul & invalitudine, viribus humanis & adjutorio carere, cum nullum adeſſet ſolatium præter parvulum filium, duas vaccas, & unum carpentum. Hæc conjectura excuſans ſe apud

ſe,

A ſe, cœpit omnino viſioni, quam viderat, diſeredere. Et ecce denuo Martyres ſancti, mulieri apparentes, cœperunt adverſus eam per viſum conqueri, dicentes: Quare fidem non accommodaſti præceptis noſtris, ſed cordi tuo innixa, quæ inepte conjecturis, ſequeris?

26 Ad hæc illa, Domini, ait, quæ ſum ego, aut quæ auctoritas poteſtatis meæ, ut fœmina admodum vilis, hæc audeam ſaltem penſitare, quanto magis haud impune cuipiam enarrare? Ecce in primis deſunt uſquequaque auxilia, omnes loci illius vias diu noctuque terit undecumque condenſa frequentia, & vos dicitis: Vade, & transfer inde noſtra corpora. An militum turmis ſuccenturiata, viam viribus rumpam, & per medium tot populorum vadens & rediens, vos in oculis omnium tollam? Num ſola pergens, oneri plurimorum ſive boum, ſive hominum me ſubjiciam? Quærite, quæſo, Domini, eui talia jubeatis, & (mulierem) inopem pauperculam (in) impoſſibilia ne protrudatis. Sancti dixerunt: Noli timere, ſed B vaccas illas carpento junge, & aſſumpto puero illuc uſque perge, atque ſucceſſus, quos tibi exhibebimus, ſecura proſequere.

Invita famulæ ſibi apparentibus, renuit,

27 Tunc expergefacta, & anxio ſpiritu conterrita, viſioni quidem fidem adhibuit, ſed ut revelatione tertia roboraretur, precibus inſtabat aſſiduis. Tertia demum vice apparentes, atque horrificis terriculamentis mulierem increpantes, jubent, ut impetrata ſine mora peragat, ne tarditatem hujus inobedientiæ feriret ultio divina. Quæ ſtatim lecto ſe proripuit, carpento vaccas ambas ſubligavit, puerum quantocius ſecum aſſumpſit, & ad locum noctu feſtina pervenit. Molem ſarcofagi tantæ magnitudinis reperiunt, ut funibus adhibitis, vix portari poſſet cervicibus quadraginta hominum. Nam in una rupe cavata videbantur duo vaſa, & ab invicem dividebat corpora jacentia quædam media ſponda, quæ artificis induſtria ex eodem lapide inter utrumque conſurgebat. Tunc tanti oneris pondus a capite & pedibus inter ſe dividentes, nihilque omnino difficultatis ſentientes, carpento impoſuerunt, ſicque retro, C unde venerant, redierunt.

transferri corpora mirabiliter.

28 Peniet aliquis, cur grandem illum lapidem duorum ſarcofagorum a mulierecula & puero ſolummodo Sancti levari voluerunt, videlicet ut hujuſmodi miraculo daretur in martyribus gloria Deo, & ſedaretur in repetentibus ſeditionis præſumptio. Additum eſt etiam huic inſigni facto, ut in tantorum millium ſpatio illis occurreret nemo in eundo, aut in revertendo, cum ſicut ſupradictum eſt, jugi frequentia per dies & noctes viæ omnes replerentur inundante populo. Corpore vero Sanctorum, ubi viſum fuerat, poſuerunt. D *ex MSS.*

29 Quidam clericus, nomine Merannus, familia perdives & opibus, aliquando in ſupradicta villa commanens, in proprio morabatur, Huic menti incidit, ut nobiliorem baſilicam conſtrueret, ut ſanctos Martyres in ea, quaſi anguſtius collocaret: quod conſilium prius a Deo dignum duxit implorandum, & a Sanctis requirendum, in quorum ſe devoverat obſequium. Loco ergo contemplato, mediocri * villæ loco, cum machinibus a, cæteriſque operariis, incumbere conabatur fundamento, mox ut ab ea die aurora mortalibus lucem refudiſſet in craſtino. Interea orationum facta ſupplicatione, egreſſus ab aditis veteris baſilicæ, tenebris ingruentibus verſo die in noctem, datis membris lectulo, ſolvitur in ſoporem. Vallis ſuperjacebat colli, cujus in edito fabricam erigere moliebatur, quæ etiam aptiori planitie accommoda illi ſtructuræ videretur, niſi craſſo cœno regeretur cum arenis paluſtribus. *Quidam clericus* *al. in editiori.* a E

30 Ecce autem illi oſtenditur in ſomnis quaſi rota egrederetur ab janua oratorii, ferens cereum ex utraque parte accenſum transforamen modioli, quæ inde in vallem rapido curſu impulſa, ſui flexu circuitus deſignavit & ambitus & ædis futuræ ſpatia. Rumpente autem ſolis ſpiculo noctis caliginem, convocat presbyter Merannus ruſticorum concionem, atque exponit eis rotæ memoratam viſionem: quæ expoſita, vadit, ſi qua ſui ſigna reliquiſſet, quærere, reperitque tritam orbitam, ab oſtio eccleſiæ ſignantem iter, quod ſolo carri rotæ præferant, cum a devexo montis planitiem petierant; quam ſagaci perſequens indagine ax his, quæ per ſoporem viderat, invenit nihil defuiſſe. Quibus indiciis * alacriter certificatus, imperat præſcindi arvum ſarculorum dentibus. Tunc pro palude, quam horrebat, apparuit terra ſolidiſſima, ſecuroque artifice, jecit templi fundamenta. O præclara Sanctorum (miracula) quorum virtutes ſentiunt inſenſibilia. Rupes oblita ponderis manu levatur fragili, verſa palus in ſolidum, ſuſcepit ædificium. *eorum SS. ibi templi condit.* 1 *al. amici bus.* F

Cetera deſiderantur.

ANNOTATA.

a *Id eſt*, latomis, *Gallice* maçons.

DE

DE S. SEVERO EPISCOPO ET CONF.

CÆSENÆ IN ITALIA.

J.B.S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti cultus non antiquus, patria & ætas controverſa, legenda incerti auctoris.

SUB FINEM SEC. VI. *Ex Ferrario, Ughello & aliis.*

DE *Cæſena deque Cæſenatibus pridem egit Bolandus* XX. *Januarii ad vitam S. Mauri, eorum Epiſcopi & ſingularis protectoris, urbem ex Leandro Alberto paucis deſcribens. At tomo* 2. *Italiæ ſacræ col.* 451. *plura tradidit Abbas Ughellus, eamque, ut media omnino Æmiliæ via, ad collis radices prope fluvium Sepim ſitam, inter Faventiam & Arimenum, in hodierna Romania, Romanula ſeu Romandiola collocavit; cetera, quæ ad originem, vetuſtatem, viciſſitudines, pulchritudinem, agri feracitatem jucunditatemque, cleri & populi numerum, opes ac nobilitatem ſpectant, ſatis fuſe proſecutus, ut hic actum agere ſupervacaneum ſit. Utrum urbis etymon ab* antiqua Sena, *an quod a* Sapi, *vel* Sepi, & Rubicone fluminibus ager diviſus, *quaſi* Cæſa ſena, hodie Cæſena nuncupetur, *docebit Bernardini Manzonii, ad ſuam Cæſenæ Chronologiam præfatio. Citat Ughellus Scipionem Claramontium Cæſenatem hiſtoricum, ex quo procul dubio ſua acceperit. Hunc mihi videre non licuit, at cum nihil ab Ughello præterniſſum putem, ſaltem quod ad* ſanctum Severum, *quo de hic agimus, referri poſſit, ex ipſo, Ferrario, & laudato Chronologo Manzonio ea decerpam, quæ huc conducere exiſtimavero.*

B

Aſſeritur Sancti cultus.

2 *Quamvis ſeculo ſexto* S. Severum *vixiſſe oporteat, nihilominus faſtis omnibus ſacris præteritus, exiguum intra ambitum famæ ſuæ & gloriæ celebritatem extendit, cum memoriam ejus primus ſuſcitaverit Philippus Ferrarius, tum in Catalogo Sanctorum Italiæ, ſub hoc titulo.* De S. Severo Epiſcopo Cæſenate & protectore ejuſdem urbis, *tum in generaliori Catalogo*; Cæſenæ, S. Severi Epiſcopi, ejuſdem urbis protectoris. *Ex alterutro eum certo deſumpſit Caſtellanus in Martyrologio univerſali, hoc eodem die ſimpliciter ſcribens*; Cæſenæ, S. Severi Epiſcopi, *ubi interim ab omnibus citatis ſcriptoribus diſſentit, Sancti ætatem extendens ad annum* 580. *motus fortaſſe variis chronologicis, ea vita expreſſis, quas aliter inter ſe combinari poſſe non crediderit. De cetero in veneratione apud Cæſenates olim fuiſſe* S. Severum, *& modo* inter Divos ejus urbis tutelares haberi, *teſtatur etiam poſt alios laudatus Ughellus, cum Manzonio memoratus ſacras ejus reliquias, imo* ſacrum ejus corpus, ad parochialem *eccleſiam*, ſuo nomini dicatam, translatum eſſe anno MDCXI. die prima Decembris, *quam tranſlationem ſine ſcrupulo quis dixerit, cauſam fuiſſe renovatæ ſolennitatis.*

C

Sunt qui S. poſt Cæſenatum dicant.

3 *Et hæc quidem extra dubii aleam poſita videntur, non item ætas & patria, in quibus aſſignandis diſcrepant ſententiæ. Cæſenates impugnat Ughellus, æque ac Ravennatem hiſtoricum Hieronymum Rubeum. Scripſit hic hiſtoriæ ſuæ lib.* 3. *pag.* 170. *ad annum* 565. *in hunc modum*: Sub idem tempus, Epiſcopo Cæſenæ mortuo, quæ olim urbs Flavia curva Papia dicebatur; Ravennæ in D. Joannis Evangeliſtæ, dum omnes non unum ſentiunt, columba cælitus demiſſa, eligitur illius Epiſcopus Severus Ravennas diaconus. *Utrum hic e Ravennas patriam, an ſolum diaconi munus afficiat, ex ſenſu non ſatis liquet: at certe oppoſita plane eſt Cæſenatum opinio, etiam circa electionis & ordinationis locum; de quo teſtabitur Manzonius, ſic breve ſuum elogium incipiens*: Severus de Cæſena, diaconus Ravennas, Cæſenæ in eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ in Murata, anno Domini DLXV. eligitur, ſigno columbæ cælitus demiſſæ, patriæ ſuæ Epiſcopus. *Ita prorſus ſentire Cæſenates, minime dubium eſſe videtur, tametſi vita ipſa Ms. apud nos ex bibliotheca Vallicellana in novem lectiones diſtributa, & a Claramontio* in fine quarti libri hiſtoriarum, *ac rurſus ab Ughello typis excuſa, Cæſenatibus ſatis favere non deprehendatur.*

D

E

4 *Itaque veriſimilior eſt opinio Ughelli aſſerentis, exterum fuiſſe* Sanctum Severum, *utpote* Alemannum natione. *Natur is hoc argumento, quod Cæſenatenſis eccleſia perantiquam ad Matutinas laudes olim* S. Severo *cecinerit antiphonam*: O proles Alemanniæ, ſanctitatis ſpeculum, urbis Cæſenaticæ nobile depoſitum, intercede pro nobis, qui te elegit. *Legendum opinor*, apud Deum, qui te elegit. *Et vero Alemannum fuiſſe, non ſolum ſub generaliori appellatione, ſed Suevum proprie, ſeu ex veteri Alemannia, indicat Ferrarius in annotatione, his verbis*: Sunt qui Severum, ex Ulma, Germaniæ urbe, ortum duxiſſe, ac Benedicto I. Pontifice maximo, ab Eleutherio Epiſcopo Ravennate ordinatum diacnnum volunt. *Gentem ſat eſt admittere; verum ut ea ordinatio ſubſiſtat, quærendus primum Eleutherius, qui Ravennæ Epiſcopus fuerit tempore Benedicti I. PP. inter annum* 572 *& an.* 577. *quod mirum eſt, ſcriptores tam leviter venditare, priuſquam vel curſim examinent, utrum ullus unquam Epiſcopus Ravennæ ſederit, tali nomine nuncupatus. Ceterum ad* S. Severi *natale ſolum quod attinet, vitæ de eo ſilentium & poſitiva veteſtæ antipbonæ affirmatio Ughelli opinationem non parum ſtabiliunt*; *nos rem totam lectoris arbitrio relinquimus.*

Ejus natalis ſolum certum.

F

5 *Non minus ambigua ſunt, quæ de Sancti ætate controvertuntur. Ex Alterum ſupra citatorum ancipiti periodo rem involverunt ſcriptores omnes, Rubeum, opinor, ſecuti; quibus nil dubii eſt, quin electus fuerit Epiſcopus anno* 565. *unde Manzonius & Ughellus, cum Sancto ſex annos epiſcopatus tribuant, mortem ejus conſequenter affigunt an.* 571. *Turpius hiſtoriam implicuit Ferrarius, auſus ſcribere*, S. Severum Cæſenæ NATUM

Alterum parentes Sancti ætatem confudit.

Pela-

A Pelagio ſummo Pontifice & Juſtino Imperatore. *Antequam ultra pergamus, proponenda eſt periodus ipſa, quærendumque faciliùs ejus explicandæ modus. Ita loquuntur præfata Acta*: Tempore itaque, quo Pelagius PP. Romanæ Eccleſiæ cathedram digne teneret & regeret, apud nos Ravennatis eccleſiæ dignitatem Agnellus Archiepiſcopus primus gubernabat, Romani vero imperii ſceptrum Juſtinus minor, qui Juſtiniano ſucceſſit in regnum, in Græcia viriliter retinebat. Sub quo etiam Narſus Patricius, Romæ exiſtens, Italiæ curam religioſe habebat; ſub horum ergo juſti regiminis moderamine, contigit quemdam, miræ ſanctitatis puerum, nomine Severum, ad ſanctæ Cæſenatis eccleſiæ gremium Dei deſtinatu veniſſe.

magis utiliter a Ferrario invocata.

6 *Hæc ne præ oculis habuerit Ferrarius, non facile dixero; quæ in annotatione obſervavit, rem non elucidant.* Ex quodam, *inquit*, epitaphio ſub tumulo ejus S. Severi, in propria eccleſia, quæ parochialis eſt, apparet illum anno Do-

B mini DLXVIII. vixiſſe ſub Pelagio Papa: quod tamen chronologiæ eccleſiaſticæ & Baronio in Annalibus adverſatur. Nam Pelagius II. cujus tempore Severus floruit, Juſtino Juniore Imperatore, Pontifex factus eſt anno DLXXVIII. quare pro anno DLXVIII. reponi debet DLXXVIII. Quod autem in ejus vita natus legitur Pelagio Papa & Juſtino Imperatore, id potius ad vitam, quam ad nativitatem referendum eſt; ſiquidem ex aliis Cæſenæ monumentis habetur, Severum ex Ulma urbe profectum, diaconum ordinatum fuiſſe ſub Benedicto I. Illud quoque corrigendum eſt, quod dicitur, Severum natum, quo tempore Narſes Patricius Italiam adminiſtrabat. Id namque multo ante ſub Juſtiniano I. contigit. *Dubia hic aliqua, falſa nonnulla aſſerit Ferrarius, corrigendus ipſe in iis, quæ corrigit, ut ex dictis & dicendis fatis manifeſtum fiet. Non placent tot annorum & annorum ſubſtitutiones; atque idcirco quærenda, quantum poteſt, via compendioſior.*

quæ hic pro babitus re ſtituuntur.

7 *In Actis res unica, a ſcriptore anonymo, non ſatis hiſtoricæ perito, confuſa, moleſtam parit, nempe Juſtinus minor cum Pelagio PP. Agnello Archiepiſcopo Ravennate, & Narſo, potius Narſete Patricio compoſitus. At facili negotio difficultas evaneſcet, ſi non plura nomina, ſed unicum mutes Juſtini in Juſtinianum, quo facto res tota fluet commodiſſime. Etenim ſedit Pelagius I. poſt Vigilium, uſque ad annum* 559. *Juſtinianus obiit anno* 565. *Narſes ex Italia primum evocatus eſt* 567. *Si itaque puer ſeu potius adoleſcens in Italiam & Cæſenam venerit S. Severus an.* 536. *vel* 557. *nihil erit quod chronologiam turbet. Uterque autem cetera cum Epiſcoporum ſerie, apud Ughellum utrumque ordinata, componantur, id unum ſuppenendum erit, Sanctum adoleſcentem novem viriliter annis* eccleſiæ *Cæſenatenſis* patrono inhæſiſſe, a quo litterarum divinarum ſcientia perfecte imbutus *fuerit*. Poſt vero non longo tranſacto temporis ſpatio, *magiſtro* naturæ concedenti *ſucceſſerit, anno, ut volunt Cæſenates*, 565. *ea ratione, quam ex Actis intelliges. Si cum Ferrario ad Pelagium II. recedis, non jam unum unicum mutandum, ſed gemina delenda erunt, Agnelli videlicet & Narſetis, cui mere gratis Marcum aliquem ſubſtituere Ughellio viſum eſt; ut quocumque te vertas, aliqua adhibenda ſit correctio, nulla autem minor & conveni-*

entior, quam ea, quæ hic propoſita eſt, a

D *qua tamen per me licet diſſentiat, qui voluerit, modo rem melius tueatur.* Anct. J. B. S.

Acta non videntur magna ab fidei.

8 *De Actis ipſis quod dicam, vix quidquam ſupereſt: nec auctoris nomen, nec ætatem quis facile eruerit; neque adeo ſatis liberum eſt de eorum fide & auctoritate quidquam ſtatuere. Ravennatem fuiſſe ſcriptorem, ex eo ferme perſpicies, quod S. Severi tempore S. Agnellum dicat* apud nos, *hoc eſt in ejus patria Ravennatem eccleſiam gubernaſſe. De cetero ea ſe collegiſſe ait, quæ* vel vetuſtate narrante audivit, vel quorundam apicibus ſcripta eſſe cognovit, *quaſi dicat, nonnulla ſe in Cæſenatis eccleſiæ tabulis ſcripta reperiſſe, reliqua ex populari traditione hauſiſſe, quale iſtud pariſſimum fuiſſe ejuſmodi, de miraculo demiſſæ ex cœlo columbæ, cujus prodigioſo indicio S. Severum electum, ſupra dictum eſt: quod quam Ravennæ pervulgatum fuerit, alibi non ſemel in Actis hiſce traditum invenies. Decorem & veriſimilitudinem ſermoni conatus eſt ſcriptor, a communi ſenſu* XII. *&* XIII. *ſeculis legendarum ſtylo haud multum* E. *abludens. Vitam igitur damus ex codice Ms. bibliothecæ Vallicellanæ, collato cum editione Ughelli, ex qua ad calcem ſuperaddenda fuerunt lineæ aliquot, ſeu media ferme lectio, quæ in apographo noſtro deſiderabatur.*

VITA

Ex codice Ms. Biblioth. Vallicellanæ, collata cum editione Ughelli.

LECT. I. SAnctorum geſta præſulum, quæ Dei donante gratia, partim communi omnium locutione ad memoriam laudabiliter reducuntur, partim divinæ Scripturæ libellis ſcripta eſſe videntur, non immerito matris eccleſiæ Patres, annua reducta ſolennitate, ad communem totius populi auditum ſacræ Scripturæ eloquiis recitari decreverunt: ſunt enim, ſicut divina teſtatur Scriptura, lucerna ſuper candelabrum poſita, quæ ſuæ lucis fulgore, cunctis, Domum Dei ingredientibus, ne offendant, lumen præbet, unde eorum vita & coruſca miracula in ſanctis eorumdem ſolennibus, nobis non ſine cauſa quotidie recitentur; ſcilicet, ut eorum ſanctæ vitæ teſtimonio informati, & melliſluæ prædicationis paterno verbere caſtigati, de virtute in virtutem ambulando, Deum deorum in Sion, ſicut & ipſi, videamus. *Exemplo ſi. Patrū.* F

LECT. II. Ex his vero extitit unus beatæ memoriæ ſanctus Severus Epiſcopus, qui Dei cooperante miſericordia, Cælenati eccleſiæ præſidens, populum ſibi commiſſum die noctuque ſanctis orationibus Deo commendans, adhuc in carne degens, ſaluberrimis monitis quotidie excolens, eum a vitiis purgans, virtutibus, quibus Chriſto placeret, inceſſanter replere ſtudebat, poſt ſanctam etiam mortem ſuam, eumdem Cælenatum populum ſaluberrima miraculorum multorum prædicatione informans & edocens, Deo, ut juſtum eſt, inceſſanter reddit amabilem. Nunc ergo ad ea, quæ de ſancto Severo Epiſcopo, vel vetuſtate nar- *Cæſenatibus patronus propo-nitur.*

Digitized by Google

A rante audivimus, vel quorumdam apicibus ſcriptos eſſe cognovimus, Deo donante, proveƈtum tranſitum faciamus.

ex mss.

In Cæſenas ædibus juvenis vivit,

Lect. iii. Tempore itaque quo Pelagius PP. Romanæ Eccleſiæ cathedram digne teneret & regeret, apud nos Ravennatis eccleſiæ dignitatem Agnellus Archiepiſcopus primus gubernabat, Romani vero imperii ſceptrum Juſtinus minor, qui Juſtiniano ſucceſſit in regnum, in Græcia viriliter retinebat, ſub quo etiam Narſus patritius Romæ exiſtens, Italiæ curam religioſe habebat; ſub horum ergo juſti regiminis moderamine, contigit quemdam miræ ſanƈtitatis puerum, oomine Severum, ad ſanƈtæ Cæſenatis eccleſiæ gremium Dei deſtinatu veniſſe, quæ alio tunc vocabatur nomine Flavia curva Papia, qui prout erat puerilis ingenii & columbinæ ſimplicitatis, in eadem eccleſia die noƈtuque exiſtens, Domino ſe continuis jejuniis & orationibus, prout poterat, commendabat.

ab Epiſcopo inſtruƈtus & diaconus ordinatur,

Lect. iv. Cum autem jam tantæ eſſet ætatis, quod litteras diſcere poſſet, ſicut de eo Domini diſpoſuerat gratia, ejuſdem eccleſiæ inhæſit patrono, a quo litterarum divinarum ſcientia perfeƈte imbutus, ſicut etiam juſtum erat, ſortitur

B in clerum, & de gradu in gradum, ſicut matris Eccleſiæ uſus eſt, Dei in eo creſcente gratia, certis temporibus ab eodem in diaconatus officium ordinatur. Poſt vero non longo tranſaƈto temporis ſpatio, prædiƈtus Antiſtes, qui eum ſuavitatis amore quaſi proprium filium gubernabat, ſicut Domino placuit, naturæ concedens, ſanƈtam animam Deo reddens, vita privatur. Exequiis ergo, more Pontificum digne compoſitis, quia indignum eſt & ratione carens, eccleſiam ſuo diu privari paſtore, convenit univerſus clerus & populus, communi deſiderio & voto eligendi ſibi paſtorem, ad eccleſiam beati Evangeliſtæ Joannis, quæ tunc caput epiſcopii erat.

eidem defuncto, per columbæ ſpecimen ſucceſſor deſignatur.

Lect. v. Inter quos etiam aderat beatus lavita Severus, una cum clero & populo, obnixis

C precibus exorans & poſtulans, ut dignum ſibi Dominus provideret Antiſtitem. Orantibus autem univerſis, & ſupplici voce ac mente Dominum communiter poſcentibus, mira res, ſtupore digna, miraculis plena, cernentibus, qui aderant, univerſis, ecce per feneſtram eccleſiæ advenit columba, ove candidior, cælitus miſſa, per eccleſiam volitans diuque circumiens, tandem ſuper caput beati requievit Sevari; quo tanto viſo miraculo, populus ſtupens & gaudens, altiſonis vocibus una clamare cœpit: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ: per columbam enim deſignavit dignum nobis Antiſtitem, qui nos verbo prædicationis ſuæ vere redimet de manibus inimici.

Summa ubique populi gaudia,

Lect. vi. Canonizatus ergo ex more Pontificum beatus Severus, populo gaudente ad unum, & tandem donante gratia, pro populi voto catholice conſecratus, non ut piger paſtor, ſed ut ſervus vere fidelis, commiſſi gregis curam fideliter cœpit habere: videlicet amans ſibi commiſſas oves, prædicationis verbo inceſſanter exhortans, dum cujus erant, ut aſſiduus paſtor, innoxias conſervare ſtudebat; ne lupus inſidians, de Chriſti ovili ſaltem detraheret unam, vigiliis etiam & orationibus pernoƈtando, ſeipſum Deo commendans, pauperum curam habens ut pater, humilitatis & charitatis exemplum ſe cunƈtis proponebat.

D

cum omnia eſſent fœcunda,

Lect. vii. Sed quia, veritate teſtante, urbs ſupra montem poſita, non poteſt abſcondi, nec lucerna accenditur, ut ſub modio concludatur; jam qualiter Deus beatum Severum Epiſcopum, poſt ſuſceptæ conſecrationis gratiam, primo hominibus manifeſtare voluit, vertendo dicamus. Quodam igitur tempore, cum peccatis exigentibus, tanta eſſet aeris ſiccitas, ut nec nubis indicium per longa temporis ſpatia apparuiſſet, nec ros ad terram, areſcentibus herbis, cadere cognoſceretur, per quod terra, multo pulvere ſqualens, ſpem ſegetum & novalium omnium negare videbatur; concurrit univerſus populus virorum & mulierum, cum parvulis & puellis, ad præfatam eccleſiam beati Severi, clamans & ejulans, atque dicens: Domine propitius eſto nobis miſeris, & terræ aridæ imbrem tuæ miſericordiæ, nobis miſertus, infunde.

pluviam e cælo impetrat.

Lect. viii. Et hoc dicentes, clamabant: Sancte Severe, ſerve Dei, adjuva nos. Tune beatus Severus Epiſcopus, his commotus precibus, miſeriæ eorum compatiens, lacrymas fudit, & ſanƈtas in cælum elevans manus, hanc ad Dominum orationem edidit, dicens: Omnipotens Deus, rerum omnium creator, qui ſolus omnia noſcis & omnia contines, E qui in prima eccleſia tua Hieruſalem, Salomoni dilecto tuo dixiſti; Hæc eſt domus, quam elegi mihi in ſempiternum; hæc eſt domus, cum elauſero cælum propter peccata hominum, ut non pluat, ad quam confugient homines & rogabunt me, & ego miſertus aperiam cælum, ut pluat, & ſubveniam eis. Tu ergo, Pater ſancte, qui idem es ſemper & immutabilis, ne reſpicias ad ſcelera & peccata noſtra, quæ multa ſunt; ſcilicet reſpice ad ſolam miſericordiam tuam, qua ſuſtines nos, & terræ nimium ſitienti, aquę fluenta cælitus funde, ut populus, qui nimia ſiccitate & aeris calore laborat, ſciat te Patrem miſericordiæ & pietatis eſſa, & glorificet nomen tuum ſanƈtum & glorioſum in ſecula ſeculorum.

ſonitu ubertatem & mirantur.

Lect. ix. Cumque omnes, qui aderant, una voce dixiſſent, Amen: res valde ſtupenda, cum eſſet nimia cœli ſerenitas, ſubito nubes undique venientes ventorumque (vi) inglomeratæ ad unum, tantam aquarum denſitatem dederunt, ut terra rigata, rivulis ſatiata fuiſſet, & herbæ, quæ quaſi prius emortuæ videbantur, reviviſcerent penitus: quo tanto viſo miraculo, populi, qui aderant cuncti, laudantes & benedicentes Dominum, ad beatum Severum, ſervum ejus, F læti & alacres remearunt. Angelus autem Domini beato Severo oranti apparuit, dicens; Famule Dei Severe, vigilaoter ora, quoniam venies ad eum, quem mente & puro corde dilaxiſti. Angelicæ viſionis monitus oraculo, ad eccleſiam univerſos convocavit, ac verbum ſalutis ipitians, ſuaque quod dies inſtabat extrema, cunƈtis reſeravit. Multitudo populorum, qui convenerant, hæc audientes, lamentabantur cum indicibili cum ululatu, deſcendentes afflicti, ſeque amplius conſolari diffidebant. Cum autem appropinquaret hora, ut de corpore

A pore migraret ſpiritus ejus; B. Severus devoti cleri in medio, jugiter Deum obnixus orabat, tanto odore circa eum, quæ aderant populorum turbæ ſacrique eleri, in templo ſancto repleti ſunt, ut omnium aromatum vinceret ſuavitatem. Quis poterit tot ſigna, quæ aperte Dominus fecit, beate Pontifex, digne laudare? Tu languidum, a medicis recuſatum, de cicatricibus liberaſti. Mulierem dæmoniaco plenam ſpiritu, liberam ad propria reſtituiſti.

Auctoris mens. Ughelli & Ferrarii.

Huc uſque Acta qualiacumque, rudi ſtylo, ſæpius obſcure compoſita & verboſius extenſa, in quibus nihil occurrit obſervatione dignum, quod in Commentario noſtro prævio explicatum non ſit. Nam quod num. 6. utatur ſcriptor voce canonizatus, *ſatis intelligitur de electione agere. Utrum vero olim in uſu fuerint, vel hodie apud Cæſenates in Officio eccleſiaſtico recitentur præmiſſæ novem lectiones, nuſquam traditum invenio. Supereſt pars hymni ad Veſperas, quam Vitæ a ſe editæ ſubtexuit Ughellus, his verbis:* Adhuc Spoletn vehitur ſalutis defide-

rio, languens, qui ſanus repetit ad propria cum gaudio. De partibus Apuliæ profectus eſt hydropicus, & liberatus rediit ab omni morbo protinus. *Patet, ſermonem eſſe de duabus miraculoſis ſanationibus; metri aliqualis rationem abſque jactura neglexi. Poſtremum locum teneat epitaphium a Ferrario recitatum, ſeu* carmen, *ut ipſe ait,* in æde S. Severi marmori inſculptum, licet incomptum. *Quale ſit, tute judices, ſignatam epocham ſupra correximus. Eu verſiculos:*

Spargitur e cælo pluviarum copia tanta,
Mille quadringentis quadragenis eunibus annis,
Qua Rubicon, Sapis ſe expandit in agros
Omnes, & tellus ſua pondera ferre recuſat.
Id quod cauſa fuit, quod tecta excelſa ruerunt
Urbibus atque locis, necnon & templa Severi
Præſulia & ſancti, Cæſenæ paſtoris amœnæ
Qui fuit, & viguit ſub nati tempore Chriſti,
Annis quingentis cum ſexaginta duobus,
Junctis ſex aliis, Pelagii tempore Papæ.

D ex MSo E

B DE S. GOARE PRESBYTERO CONF. E

AD S. GOAREM IN AGRO TREVIRENSI.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Locus depoſitionis, antiquus cultus, ætas, qua vixit,

Sec. VI. *Glorioſus Chriſti Confeſſor*, S. Goar *ex Aquitania in agrum Trevirenſem profectus, ut relicta paterna domo, amicis ac conſanguineis, ſolitariam vitam degeret: apprime gnarus, eum bene vixiſſe, qui bene latuit, cellam ibidem a ſe exſtructam incoluit. Hanc* juxta cellam, *inquit Coinius in Annal. eccl. Francorum Tom. 3. pag.* 208. oppidum crevit haud ignobile, cui nomen hodie a ſancto Goare, vulgo S. Gauer. Situm illud eſt in læva Rheni ripa, Weſaliam ſuperiorem inter & Bnppardiam, diœceſis Trevirenſis oppida. *Idem terræ tractus ab aliis dicitur* Trichoria, *nomenclatione, ut fallor, derivata a Græca voce* χώρα, regio; *&* τρὶς, ter; *quia teſte Brovvero*, triplicis ſoli regio eſt, nimirum triangularis reſpectu Moſellæ & Rheni, *ac Germaniæ ſuperioris regiuncula, eorumdemque fluviorum ripis interamnis.*

Locus depoſitionis.

C

antiquus cultus.

2 *Ceterum celebratior eſt ubique paſſim tum apud antiquiſſimos tum apud recentiores Martyrologos ſancti Confeſſoris memoria, quam ut pluribus de eo coacervandis annuntiationibus aut elogiis operam ponere neceſſe ſit; præſertim cum ea, quæ huc pertinent, abunde videri poſſint in Uſuardo, a paucis annis illuſtrato. Quid tamen vetat, unam aut alteram annuntiationem delibare? Martyrologus metricus Wandelbertus*, VI. *Julii, ſic habet:*

Tumque Goar Chriſti colitur famuluſque facerque.

Audi Uſuardum: In Pago Trevirenſi S. Goaris presbyteri & Confeſſoris. *Pluribus ſuperſedeo, quæ paſſim obvia ſunt. Nequeo tacitus præterire, aſſervari penes nos legendam antiquam, de qua agitur inferius num.* 20. *in qua poſt vitam* S. Goaris, *ejuſque miracula, auctore Wandelberto conſcripta, ſubnectitur Officium proprium*

Julii Tom. II.

& Miſſa de eodem Sancto, non appoſite tempore, quo ea primum cœperint adhiberi. Antiphonæ ad primas Veſperas, Matutinum ac Laudes conſtant hexametris verſibus, parte ſui media & poſtrema conſonantibus ſeu ſimiliter cadentibus, quas vulgo dicimus Leoninos; atque hoc, ſi indulgere conjecturæ mihi liceat, videtur indicio eſſe, dictum Officium redolere circiter undecimum ſeculum, quo iſtud carminum genus maxime fertur floruiſſe. Feſtum Sancti, in archidiœceſi Trevirenſi celebrari ritu ſemiduplici; at in diœceſi Spirenſi ritu duplicis minoris, diſce ex ſcripto, huc miſſo.

F

Varium

3 *In determinanda ratione temporis, qua ſanctus* Goar *vixit, non æque apud auctores conflat, quam de loco, quo vivere deſiit. Juveris prius in medium proferre ſententias aliorum, quam certi aliquid definire. Agmen ducat Sigebertus in Chronico ad annum* 600. *ad propoſitum noſtrum ſic loquens*: S. Goar, veniens ex Aquitania, claret in Gallia. *Sigeberto conſonat Ms. Ultrajectinum S. Salvatoris, de quo infra, in hæc verba:* Anno Mauritii imperatoris decimo ſeptimo S. Goar veniens ex Aquitania, claret in Gallia. *Coinius in Annal. Francorum tom.* 2. *profectionem* S. Goaris *in Auſtraſiam, ponit contigiſſe anno* 618. *atque adeo videtur ſupponere primos hauſiſſe natales vergente ad finem ſecule ſexto. Jam vero quo tempore prædictam profectionem inſtituit; anno nimirum Clotarii ſecundi regis* 35. *cenſet idem auctor, Trevirenſis Cathedræ regimen adminiſtraſſe Felicium, cui proximos in archiepiſcopatu ſucceſſeres facit Sebaudum & Medoaldum (de quibus paulo poſt) & poſt hoſce duos collocat Ruſticum, ejuſdem Cathedræ moderatorem, illum ipſum, apud*

AUCT. J. P.

quem Sanctus noſter falſi ab calumniatoribus criminis accuſatus, ac citatus, ut cauſam ſuam diceret ac ſe purgaret, comparuit, ſtrenueque innocentiam ſuam probavit, edito coram frequenti eccleſiaſticorum confeſſu, omnis retro ſecuturæ poſteritatis memoria dignißimo miraculo, de quo in hac data vita, capite 2. hujus miraculi eventum Cointius combinat cum anno Chriſti 640. alibi denique ſancti Confeſſoris noſtri obitum conſignans anno 647. ſub Sigeberto, Dagoberti regis Francorum filio.

de ætate, qua vixit S. Goar,

4 *Habes Cointii de ætate, qua vixit ſanctus* Goar, *rationem chronologicam; cujus fere veſtigiis inſiſtit Baillet in vita* S. Goaris, *dum ponit eum eſſe natum anno* 585. *mortuum vero* 649. *juxta plauſibiliorem, uti ipſe affirmat, opinionem:* Alii, *inquit*, eum ſerius aliquoto removent, alii promovent ad annum 647. Alii, qui a punctis liſce fixis recedunt, manifeſto errore labuntur. *Ita ille more ſuo ſatis affirmate & erudite, an tam vere & ſolide, poſt videbitur. Cointii epochæ chronologicæ ſubſcribit Mabilio in notis ad vitam* S. Goaris, *quam ut conciliet cum nota characteriſtica temporis, ab antiquiſſimo auctore vitæ expreſſa, hiſce verbis:* In diebus Childeberti, regis Francorum, filii Chlodovæi, erat vir venerabilis, nomine Goar, *ita notat:* Filii nomine intellige pronepotem. Quippe hic locus de Childeberto, Sigeberti ſenioris filio, intelligeodus eſt, qui Childebertus Auſtriæ & Aquitaniæ parti poſt patrem imperavit ab anno DLXXV. ad DXCVI. uti Carolus le Cointe ad an. DXCVII. num. 10. jam obſervavit. Nam Sigeberto, Dagoberti ſenioris filio in Auſtria regnante, S. Goarem obiiſſe, ex ſequentibus patebit.

ſententia inferitur.

5 *Tum ut auctoritatem quamdam conciliet ſuæ opinioni, pergit in hæc verba:* Hunc textum recte explicavit Wandelbertus ioſra: „ Fuit autem io diebus Childeberti regis Francorum, „ qui ortus eſt ex proſapia regis famoſiſſimi „ Hludovici, „ *Jam vero quid cauſæ eſt, quod rex ille, ſub quo* S. Goar *ultra ſeptem annos vixit, nomine Sigebertus, uti memoratur ad calcem vitæ proxime ſubjiciendæ, fuerit Sigebertus, Dagoberti ſenioris filius, Auſtriæ rex, & non alius? Rationem ſuggerit Mabilio in nota, verſus Vitæ Goarianæ finem:* Cum Sigebertus ex Theodorico ortus, paucis diebus regis nomen obtinuerit, S. Goaris obitum referimus ad annum circa DCXLIX. . . . Certe Sigebertus ante annum DCXL. junior, quam ut iſtud factum cum S. Goare ab ipſo geri poturſſe videatur. *Atque hanc admittendam cenſet Mabilio temporis epocham in ætate* S. Goaris *figenda.*

Præferenda videtur

6 *Chriſtophorus Brouverus noſter, vulgatis Annalibus de orbe litterario meritiſſimus, & accuratus cumprimis rerum Trevirenſium indagator, multum diſſentit a ſuperiorum auctorum calculo chronologico, atque hujuſmodi ſeriem temporis ordinandam cenſet. Frequentatæ a* S. Goare *Trevirenſis ſolitudinis exordia ponit anno* 519. *antiſtite eccleſiæ Trevirenſis, Vibitio*; ſi quidem, *inquit*, eum Childeberto, Clodovæi filio, Theodorici fratre regnante vixiſſe prodit Wandelbertus in memoria S. Goaris. Ubi tamen Felicis nomen, quod nulli veteres epiſcoporum iodices recipiunt, obliterandum ducimus, genuino Fibitii, ut legere poſteri, ſubſtituto. *Illuſtre, coram Ruſtico, epiſcopo Trevirenſi, loqui juſſo triduano infante, patratum miraculum, de quo ſupra, conjicit in annum* 566. *qui fuit ætatis Ruſtici II.* 48. *Trevirenſis epiſcopatus tertius, quo tempore in Auſtraſia regnabat Sigebertus. Denique* S. Goaris *obitum affigit idem Auctor anno* 575.

opinio Brouveri

7 *Atque hanc quidem poſtremam temporis rationem, a Brouvero ordinatam, tamquam probabiliorem ac veriorem, quantum mihi quidem aſſequi licuit, relictis aliorum auctorum opinationibus, amplectendam cenſeo, Momenta rationum, quæ id ſuadeant, breviter diſcutiamus. Quatuor ab antiquo Vitæ ſcriptore exprimuntur puncta chronologica, in quibus tamquam in cardine, hæc, quæ præ manibus eſt, omnis quæſtio vertitur; videlicet Childebertus Rex Francorum, filius Chlodovæi, præteres Fibitius archiepiſcopus Trevirenſis, quorum tempore vitæ ſolitariæ primordia poſuit Confeſſor noſter; Ruſticus inſuper archiep. iidem Trevirenſis, quo præſente famoſum edidit miraculum. Denique Sigebertus rex Francorum; quo vivente,* S. Goar *migraſſe ad ſuperos ab ſcriptore vitæ memoratur.*

tamquam chronologicis punctis quatuor opus.

8 *Quod quatuor iſta puncta fixa temporis apte inter ſe cohæreant, paucis accipe. Childebertus præfectus regnare cœpit anno* 511. *deſiit* 558. *Fibitius vero præfuit cathedræ Trevirenſi anno* 519. *uti ſignatur in Indice chronologico rerum Trevirenſium apud Brouverum. Itaque Childebertus & Fibitius vixerunt ſimul, relictaque dicatur eorum temporibus vitam ſolitariam auſpicaturus* S. Goar, *relicta Aquitania, patria ſua, ad Trevirenſem agrum diverſiſſe. Ruſticus autem ſupra dictus ſedem Trevirenſem rexit anno* 564. *mortis intervenu depoſuit anno* 573, *die* XIV. *Octobris, prout notatur in eodem Indice chronologico:* S. Goar *memorabile coram ipſo prodigium edidit anno* 566. *ut dicebam ſupra, quæ rurſum perquam concinne concordant.*

Palmaris difficultas de Sigeberto objecta

9 *Major difficultas occurrit in Sigeberto, Rege Francorum, quo regnante* S. Goar *mortis debitum perſolviſſe perhibetur ab ſcriptore vitæ, atque antea recuſaſſe oblatum ſibi ab illo Trevirenſem archiepiſcopatum, de quo agitur in Vita a num.* 19. *Hoc, quantum conjicio, temporis punctum, in errorem induxerit Cointium, & forte ejus ſequaces; anſamque præbuerit perturbandi totam ſeriem chronologicam, in epiſcopis Trevirenſibus perperam recenſendi, adhibendæque contortæ interpretationis, per Childebertum filium Chlodovæi, diſertiſſime in vita expreſſum, intelligendo Childebertum, Chlodovæi pronepotem. Nimirum voluit dictus auctor ad Sigebertum, Dagoberti ſenioris filium, qui regnare cœpit anno* 636. *uſque ad annum* 663. *alias omnes in vita* S. Goaris *expreſſas chronologiæ notas revocare, ratus, ut exiſtimo, ſe rem confeciſſe, quia Sigebertus ex Theodorico natus, paucis diebus regis nomen obtinuit, neque adeo ſupereſſe alium, rationi temporis figendæ magis accommodatum.*

expeditur ac diſſolvitur.

10 *Invenicudus itaque alius Sigebertus, a prioribus duobus diſtinctus. Non opinor alium hic intelligi poſſe, quam Sigebertum Auſtraſiæ regem, natu minimum e quatuor filiis Regis Clotarii, qui Sigebertus ab auctore vitæ dictus fuerit rex Francorum, vel quia fuit filius regis Francorum, vel quia regni Franciæ, quatuor inter fratres poſt Clotarii mortem diſpertiti, partem obtinuit. Niſi malis vel ex auctoris errore, vel alterius interpolatione, adjunctas particulas* regis Francorum *huc irrepſiſſe. Utut eſt, ſi noſtra hæc conjectura minus tibi arrideat; tu fac meliorem reperias, cujus adminiculo quatuor puncta temporis, ſuperius a me propoſita, combinare poſſis.*

11 *Sed*

A 11 *Sed ne hæc interpretatio ex meo dumtaxat ſenſu deprompta videatur, adduco Wandelbertum, de quo paragrapho proxime ſequenti recurret ſermo, manifeſte a nobis ſtatuem, dum in principio vitæ, a ſe conſcriptæ, dicit ſanctum Goarem* manſiſſe, *id eſt* vixiſſe, *uſque ad Sigebertum regem; cujus demum filium? An ſenioris Dagoberti regis? minime gentium; ſed illum, qui* Mediomatricum *regni ſedem habuit. Quid clarius in rem noſtram dici potuit? Quid aliud eſt dicere, ſedem regni fixiſſe in urbe Mediomatrico ſive Metenſi, quam regem Auſtraſiæ fuiſſe Sigebertum, de quo hic agimus. Accedit eo, quod videantur conſpirare adjuncta, loquendi & agendi modus, verba denique ipſa, de quibus conſule ſtacum vitæ illico producendæ, quæ non obſcure videntur indicare Sigebertum, qui urget* Goarem *ad acceptandum epiſcopatum Trevirenſem, qui, indultis ei tergiverſanti diebus viginti deliberationis, dimittit illum in pace, rurſumque ad ſe, expleto iſto tempore, reverti jubet*

B *ad Metenſem civitatem; qui duos ſacerdotes Euſebium & Agrippinum miſit, id a* S. Goare *rogatus, ut extrema ei cum morte luctanti officia præſtarent, hæc, inquam, non obſcure videntur indicare Sigebertum non totius regni Francici monarcham, ſed Auſtraſiæ dumtaxat regem extitiſſe.*

12 *Jam vero propoſitum mihi fuit, ne vel ad latum unguem deflectere ab epocha epiſcoporum Trevirenſium, prout ea a laudato* Brovvero *contexitur, ſcriptoribus aliis valere juſſis; propterea quod ille auctor magis mihi videatur ex profeſſo, quod ajunt, res Trevirenſes, atque adeo ſeriem Chronologicam epiſcoporum Trevirenſium pertractaſſe, & examinaſſe, aliis, qui res hujuſmodi ex incidenti tractant, non raro ſua ex aliis tranſcribentibus.*

13 *His ita conſtitutis, jam lubet vitæ totius Goarianæ ſeriem contexere juxta ſupputationem chronologicam ſuperiorem. Quoniam nuſquam lego, quotenus exiterit* S. Goar, *quando ex Aquitania ad agrum Trevirenſem migravit, ponamus habuiſſe* 24. *annos circiter, atque adeo vitalem lucem hauriſſe cœpiſſe anno circiter* 495. *cum anno* 519. *ut diximus, in Germaniam adventarit. Poſt annos* 47. *in ſolitudine exactos, fuerit vocatus ad Ruſticum, ſuam contra calumniatores innocentiam probaturus. Denique poſt oblatum, ſed conſtantia heroica recuſatum, petito & obtento* 20. *dierum ſpatio deliberandi, febre valida atteritus, ſeptem circiter poſt annos, vitam mortalem cum felici immortalitate commutaverit, anno* 575. *uti legere eſt in Indice Chronologico apud* Brovverum. *Summa itaque vitæ totius* S. Goari *coactas annis circiter octoginta, mortui, ut tradit auctor vitæ in* ſenectute bona, *diſſentiente nobis* Cointio, *qui annos illi dumtaxat tribus duos circiter ſupra ſexaginta. Numero annorum vitæ, ita a nobis determinato, ſuperadditur a Wandelberto ſeptem annis poſtremis, jam dictis, tricennium cum tribus menſibus. Verum, ſi Mabillioni credimus, in notis ad vitam* S. Goaris, *a Wandelberto exaratæ*, ex primarii auctoris mente, tres annoi, quibus S. Goar afflicta fuit valetudine, inter ſeptem annos illos computandi ſunt.

§. II. De variis Mss., res geſtas S. Goaris tractantibus.

NOn parca nobis exemplarium, de rebus a S. Goare geſtis, tractantium ſuppetit copia. *Unum eſt inter cetera, ex Ms. Ultrajectino S. Sal-*

vatoris deſumptum, quod compendii munere hic fungi poſſet; verum propterea quod nihil ſingulare lectorem doceat, quin ex aliis vitis paulo prolixioribus explanatius habeatur, exiſtimavi non eſſe operæ pretium illius argumentum typis ſubjicere. Aliud inſuper eſt, quod adjectis ad marginem notis indicat ſuam originem hoc modo; Ex Mss. montis S. Mariæ & Accincti monaſterii, & Vallis Lucentis. *Aliud ad manum eſt* ex Ms. monaſterii Boni fontis. *Quibus adde duo alia in pergameno expreſſa majoris formæ, e duobus voluminibus compacta, quorum unum adſcribitur fuiſſe monaſterii Vallicenſis, Ordinis Ciſtercienſis.*

D

15 *Quid ſilentio involvam aliud exemplar? quod apud nos aſſervatur, quodque tranſcriptum notatur* e Ms. ſancti Audomari, *in cujus ſuperiore parte annotatum reliquit Bollandus, quod* Extiterit in Ms. Reginæ Sueciæ, num. 13. Vita S. Goaris cum nulla noſtrarum in omnibus conveniens; magis tameo cum hac, ut videatur ex hia, mutato verborum contextu, deſcripta, phraſi plerumque retenta, ſubinde mutatis verbis, ali-

E quibus ſubinde omiſſis: *Ultimo denique loco aliud exemplar ſubnectit, cujus geneſim ad marginem conſignat Roſvveydus his verbis.* Ex Ms. Bertiniano vetuſtiſſimo.

16 *Mſs. Audomariacum & Bertinianum, perfectiſſime conveniunt. Permodicam diſcrepantiam tribuo amanuenſibus, aliunde vix dignam conſideratione. Porro viſum eſt hæc exemplaria deſtinare ad prælum, tamquam pura & genuina. Non parum videntur, meo quidem judicio ad probandam primævam ſimplicitatem, conducere ea, quæ in notis obſervamus quoad nonnullas voces, de quibus ad notam lit. 1. cap. primo, & lit. c cap. 2. Et vero in hujuſmodi inſtrumentis incredibile eſt, quod gradibus anteeat nativus loquendi candor, & non quæſita nedum affectata, ſed ſponte oblata loquendi ſimplicitas. Spero equidem fore, ut tot diverſa unius vitæ exemplaria ſubſerviant correctioni vitæ, quam proxime dabimus, uti videre erit in annotatis.*

17 *Wandelbertus, diaconus & monachus Prumienſis, Martyrologio metrico notiſſimus, juſſu abbatis ſui Marcuvardi duos de* S. Goare *libros conſcripſit, priore quidem vitam Sancti noſtri complexus, quam, retento antiqui ſcriptoris argumento, elimavit & expolivit; poſteriore autem profectus*

F *miracula, poſt Sancti tranſitum patrata, quæ dictus auctor antiquus, quantum ſcimus, indicta reliquerat. Audiatur laudatus Wandelbertus, ita in prologo loquens.*

18 Quoniam itaque me, ſancte & amaotiſſime pater Marcuvarde, novo operi manum imponere compellitis, ut actus ſancti Confeſſoris Chriſti Goaris, qui hactenus vili admodum ſtylo & ſermone, multorum auditus offendente, conſtiteruot, accuratius debeam explanare, additis ex novo miraculis, quæ apud ejus memoriam a pluribus geſta fideliter referuntur; breviter eis, quos hæc fortaſſis mea ſcripta movere poteruot, ſatisfacio, me oeque præſumptive corrigendi ejus operis, cui majorum ſtudia cefferiot, auctoritatem adſumere, oeque arrogaoter novæ condendæ ſcripturæ litterariam operam adhibere; ſed ut ſimpliciter obedientiæ debitum ſervem, quod in priocipio poſui perpeodere, quod opera Dei ſecundum Scripturam, glorioſum ſit enarrare, & ſanctorum geſta ætati poſt oos hominum profutura mandare. *Excerpo, quæ ad idem propoſitum*

junta ſeniorem Epp. Trev. epocham.

a Brovvero ordinatam.

Chronologia totius vitæ S. Goaris concinnatur.

Auctor J. P. Bvntlic Mss.

quæ habemus

locus ſupparationis, quamnam & cui his dentur

poſteriorem ſuo vitæ a Wandelberto conſcriptæ,

ut pote novo omnium antiquiſſimo.

Digitized by Google

A AUCT. J. P. *habes curatus Auctor in fine libri primi, ubi satis significas, suum se consignasse votum ex antiquo Auctore anonymo*: Hæc, *inquit*, habui de vita sancti viri Goaris, quæ scripturæ mandarem, accepta ex vetustis & perantiquis exemplaribus; quorum rerum gestarum narratione veritatem fide integra subsequens, solam sermonis, quæ eruditos non perum offendere poterat, simplicitatem ... corrigere studi.

Quando exaratus & quibus nitatur testimoniis.

19 *Quod attinet ad tempus, quo scripsit, videtur illud utcumque colligi ex libro de miraculis, in hæc verba*: Hæc de miraculis B. Goaris merito ostensis atque exhibitis, brevi & aperto, quantum potui, sermone digessi, narrationem ad annum DCCCXXXIX. Incarnationis dominicæ perducens. *Quo autem majorem suæ miraculorum narrationi conciliet auctoritatem idem Auctor, ita pergit, dicitque se non omnia retulisse, sed* ea tantum, *ait*, (ut in libelli hujus principio admonui) scripturæ mandanda, quæ relatu virorum fidelium didici, quæque non eis modo, qui retulere, sed omnibus pene locum frequentantibus, haberi notissima comperi. Quamquam non omnia, quæ ab eis ipsis, quorum fidei specialiter credendum putavi, relata sunt, scripserim: alioquin aut modum suscepti operis excessissem, aut auditoribus longior justo prolixiorque fuissem ... Quare etiam vacantes pergamenas huic libello subjicere placuit, ut edito opere prælenti, futuris post hæc temporibus, quæ inferenda prudens aliquis æstimaverit, opportune possit inserere.

B

Libellus ejusdem Auctoris de miraculis.

20 *Miracula itaque*, quæ, *uti ponitur in titulo apud Mabilionem, illis præfixo*, gesta sunt apud memoriam S. Goaris, ex quo ecclesia ejus ædificari cœpta est feliciter, *subtribus consequenter monasteriis Prumiensis abbatibus, nimirum Assuero primo, Tancrado secundo, & Marcuardo tertio, dicti monasterii abbate patrata, a Wandelberto narrata, & ab Auctore antiquiore præterita, dabimus post vitam. De antiquo auctore ut breviter quædam dicamus, quodnam ejus nomen fuerit, quodnam professus sit vitæ institutum, quo anno scripserit, hactenus me latet, latuitque Mabilionem, qui anonymum eum vocat, & antiquum scriptorem, atque juxta epocham ipsius*, S. Goaram *affigenis anno circiter 649. uno minimum sæculo juniorem, quam fuerit Wandelbertus, qui aliquam Auctoris anonymi scripta*, vetusta & perantiqua exemplaria *non vocasset, Interea, stante chronologia* S. Goaris, *superius a nobis ordinata, videtur auctoris ætas ulterius removenda, ut intelligatur* S. Goari, *cujus res gestas litteris mandavit, proximior extitisse, si verum sit, quod, ut ait Mabilio, subæqualis ipsi fuerit.*

C

In quo divisio cum segq. sicuti.

21 *Iis, quæ hactenus de variis exemplaribus dicta sunt, corollarii loco annectatur elenchus antiquorum titulorum, prout in libello secundo Wandelberti de miraculis* S. Goaris, *apud Mabilionem reperiuntur.*

Incipit alter (libellus) de miraculis, quæ gesta sunt apud memoriam S. Goaris, ex quo ecclesia ejus ædificari cœpta est feliciter.

I De Translatione corporis S. Goaris.

II De vino quod excrevit in cupa sub Asuero abbate.

III De vino, quod aperto cupæ cuniculo mansit.

IV De servo Widonis cujusdam claudo & sanato.

V De quodam Freculpho, mente capto.

VI De Walterio, homine nobili dæmoniaco. D

VII De Reginario, ejusdem Walterii patruo, pro superbia punito.

VIII De piscibus, in festivitate S. Goaris divinitus datis.

IX De Heriwino comite, flagello divino commonito.

X De Eufimia abbatissa, similiter emendata.

XI De Imperatore Carolo, ob dissimulatam pericli tato.

De regina Fastrada ibi sanata.

XII De eo, qui ambulans super glaciem, periclitatus est & salvatus.

XIII De quodam Isenhardo, procuratore villæ regiæ, cæco & sanato.

XIV De nimia rivuli exundatione & turricula salvatione mirabili.

XV De muliere quadam Scotticæ nationis, ibi sanata.

XVI De ancilla cujusdam Hadebaldi, bis sanata. E

XVII De alia cæca.

XVIII De cujusdam ancillæ filio parvulo cæco & muto.

XIX De muliere claudâ ex urbe Moguntiaco.

XX De figulis ob contemptum punitis.

XXI De infante, qui equo trans Rhenum incolumis vectus est.

XXII De Willigelmo quodam, dæmonio tradito, & postea erutо.

XXIII. De quodam Wolvone presbytero.

XXIV De negotiatore, nomine Badoardo propter cæsum servum mortuo.

XXV De cujusdam Humfridi servo, a vinculis mirabiliter soluto.

XXVI De abbate Maximino, ob dissimulationem periclitato sed salvato.

XXVII De quodam Fresone, similiter prope periclitato.

XXVIII De negotiatoris servo ex aquæ periculo mirabiliter erutо.

XXIX De lumine divinitus in lucernis ecclesiæ succenso.

XXX De Imperatore Hludovico, ibi a pedum dolore relevato.

XXXI De muliere Scottica, ibi a claudicatione sanata. F

XXXII De infante dæmoniaco apud memoriam S. Goaris, promissa a patre api, curato.

XXXIII De lumine bis in lampade succensa divinitus.

XXXIV De infante claudo & surdo, & item puella cæca ibi sanatis.

XXXV Commemoratio quemadmodum & a quo ejus Cella S. Goaris fuerit monasterio Prumiæ sociata, incipit feliciter.

§. III. De reliquiis S. Goaris; translatione; fama posthuma.

Lotharingorum rabies.

OPpidum, *cui a* S. Goare *fundatore*, Goaris *nomen est, a parvis initiis excitatum, lapsu temporis paulatim auctum, ingenti convenarum concursu frequentatum, crebris deinde prodigiis illustratum, non primævo semper religionis ac pietatis cultu floruit; sed enim ibidem quoque luctuosa (prob dolor!) ac tragica bacchantis luctheri hæresis, prout in aliis hoc multis Germaniæ locis, parces egit suas, tempusque fuit, quo diffusum opp-*

A *oppidum ſub dominatu principis hæterodoxi gemens, adeo auctoris ſui ac fundatoris memoriam, tam longa ac diuturna annorum ſerie continuatam, tam conſtanti venerationis ſacræ ſucceſſione longe lateque propagatam, tanta cum propenſione ac gratiarum ſignificatione ad poſteros tranſmiſſam animadvertit, ſi non penitus abolevit, ut nullas ſacri depoſiti reliquias ſervari, apud ſe atque honorari ſuſtinuerit.*

cultus S. Goaris, eruſque reliquiæ inviſæ;

23 *Audiatur Browerus in Annal. Trev. ad an.* 846. *pathetice ad propoſitum noſtrum loquens, his verbis*: Hoc noſtro depravatiſſimo ſeculo, errorum turbine correptus & occupatus locus, (*de oppido* S. Goaris *ferme eſt*), ut ſanctitate quondam & miraculorum fama ſole exſtitit, ita a reliquo nunc & etiamnum ſano corpore avulſus, ſqualet atque ſilveſcit, ſuis contentus vizarnis. Tot quippe cæleſtium virtutum S. Goarem id olim oppidum decoraſſe prodigiis, ecquis ibi, rogo, jam meminit? Aut quæ reliquiæ ibi veteris cultus & hoſpitalitatis? Aut quod vel tenue priſcæ ſanctitatis hæres imprimis veſtigium? Haud aliter res habet, ex quo tempore B. Goar ne oſſa quidem ſua in oppido tueri valuit, cujus patrimonium exſtruxerat, felicitatem auxerat, avitam ſimul fidem & ſanctimoniam procul iis mitraſſe ſedibus. Nec tacitus hanc conditionem ferat Divus, qui juſtiſſimæ apud Deum querelæ loco, cenotaphio ſuo idem optet inſcribi, quod ſuo ſepulcro Scipio Africanus ſuperior, injuria expertus pro beneficiis: Ingrata patria, ne oſſa quidem mea habes. *Idem Browerus ſcribit loco citato*, S. Goaris *brachium Confluentiæ aſſervari, ita loquens*: Aſſervat S. Caſtoris baſilica apud Confluentes, inclyti Confeſſoris venerabile brachium, ex argento ſolerti manu ductum, in quo eximia duo oſſa cernuntur, cum hac epigrapha:

brachium Confluentiæ aſſervatur.

Panditur ignaris, quod hæc ſint oſſa Goaris. *Vide ea, quæ habentur infra num.* 27.

De translatione corporis ex Melegnis & Wandelberto;

24 *Ad ſanctæ noſtri Confeſſoris translationem quod attinet, jam pridem a deceſſoribus noſtris notatum eſt ad diem* XXV. *Maii inter prætermiſſos & in alios dies rejectos, quod* S. Goaris presbyteri translatio inſcripta ſit Ms. Florario, Martyrologio Coloniæ & Lubecæ, anno MCCCCXC. excuſo, & auctario Greveni. *Quid ut intelligendum ſit translatio ea, quæ facta eſt tempore Caroli Magni,*

C *nec non Aſſueri, primi abbatis Prumienſis abbatis, allaborantibus tribus Epiſcopis, nimirum Lullo archiepiſcopo Moguntino, Baſilio Ep. Spirenſi, & Mehingodo Ep. Wirtziburgico (ut nuncupatur a Wandelberto) ſeu Herbipolenſi? Ejus deſcriptionem vide inter miracula, a Wandelberto collecta a num.* 5. *Baſilium inter Epp. Spirenſes non invenio apud Bruſchium.* Pro Baſilio, *ſcribitur in noſtro Cod. Moguntinenſi* Baſinus, *qui & inſertus legitur Catalogo Epp. Spirenſium apud dictum Bruſchium, ſuppreſſo tempore creationis epiſcopalis ac mortis; ibidem tamen præfuiſſe perhibetur non ſub Carolo Magno, ſed temporibus* Caroli Martelli annis ſeptem, menſibus octo. Quando ex hoc ſeculo emigrarit, aut quo anno præſidere cœperit, ignoratur.

& Mss.

25 *Tranſlationem aliam, eamque recentiorem docuit me P. Jacobus Frantzen, Societatis noſtræ ſacerdos, ex oppido* S. Goaris, *in quo eadem Societas Reſidentiam habet, ſcribens* XVII. *Maii* 1719. *ſe* collegiſſe præpropere, *in defectu aliorum plurium documentorum, quæ ſperaverat*, ea, quæ potuit colligere vel ex libris, vel ex inſtrumentis de tranſlatione S. Goaris Darmſtadium; quæ inſtrumenta tam manifeſte docent dictam tranſlationem, ut de ea, *inquit*, dubitare non poſſim. Similiter vix dubitare *ſe ſcribit*, quin Darmſtadii S. Goaris reliquiæ adhuc hodiedum aſſerventur; *licet Sereniſſimo aliiſque conſiliariis de hoc nihil conſtet. Subjungo a prædicto Patre communicatum extractum ex literis Joannis Henrici Loskeul (pro quo forte legendum monet idem Pater,* Loskanten) *cellarii Richenbergenſis, ad D. Joannem Wolffgangum de Weitelshauſen, dictum Schrautenbach, ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Camerarium, inferioris comitatus Cattimelibocenſis ſupremum ſatrapam. Epiſtolæ exordium ſeu potius inſcriptio, e Germanico Latine reddita, ita ſonat*: Epiſtola cellarii Loskandten ad archiſatrapam Schrautenbach, concernena corpus S. Goaris, quod Darmſtadium aſportavit . . de dato XX^i. Decembris MDCXXVI. *Senſus extracti hujus epiſtolæ ita fere, ut addatur, Latine reddi poſſet*: Juxta veſtræ Streouitatis mandatum, die Veneris, XVI. hujus, apud noſtrum clementiſſimum Principem & Dominum, Haſſiæ Landgravium Georgium me ſubmiſſiſſime ſtiti; litteras Veſtræ Strenuitatis mihi commiſſas altiſato clementiſſimo Principi, una cum S. Goare ad manus extradidi, &c. Darmſtadii XXI. Decembris MDCXXVI.

D

AUCT. J. P.

E

26 *In Epiſtolæ prædictæ apographo nonnulla mutantur, quæ ab inſtituto, quod tractamus, non ſunt aliena, & ideo hic non prætermittenda; videlicet*, quod anno MDCXXVI. Princeps Darmſtadienſis arcem Rheinfellanam, una cum comitatu Cattimelibocenſi ex Haſſo-Caſſellanorum poteſtate eripuerit; qui Haſſo-Caſſellani anno MDCXLVII. eamdem arcem rurſus recuperarunt; quo tempore Erneſtus, Haſſiæ Landgravius, fuit colonellus legionis equeſtris, cui paulo poſt per pacta familiæ, dicta arx una cum comitatu ceſſa eſt. Idem Erneſtus anno MDCLII. religionem Catholicam amplexus eſt. *Demum poſt varias haſce atque alias viciſſitudines, optimo loco religionem Romano-Catholicam eſſe apud Goarienſes, patrocinante, ut pie credimus, ſancto Fundatore ſuo, inde liquet, quod poſt difficultates non leves & controverſias, quoad poſſeſſionem utrimque motas, tandem Haſſo-Caſſellani, juſſu ſuæ Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Caroli VI.* ante 5. vel 6. dies, ex hoc, *ut ſcribit Frantzenius* 17. *Maii* 1719. diſtrictu recedere debuerint; *dolens ipſe*, quod plura de S. Goare communicare non poſſit, eo quod archivium anno 1695. vel ſeqq. a Caſſellanis inde aſportatum fuerit Caſſellas.

Viciſſitudo oppidi S. Goaris.

F

Reliquiæ ubi ſint?

27 *Idem P. Jacobus Frantzenius ſcribit ad me ex oppido* S. Goaris, *annotaſſe aliquem R. P. Superiorem (Reſidentiæ haud dubie, quam ibidem habet Societas Jeſu) reliquias hujus loci ſub hoc titulo*: Syllabus reliquiarum ſacrarum, quas ſereniſſimus Landgravius Haſſiæ Carolus in ſacrario noſtro depoſuit XVI. Junii, MDCLXXV. *adjectis in fine hujus ſyllabi ſequentibus*: De corpore ſacro S. Goaris, patroni noſtri; *deinde fieri mentionem de tranſlatione corporis Darmſtadium, juſſu Landgravii Darmſtadienſis Georgii, de qua ſupra; atque inter* 21. *puncta, eidem Principi propoſita, ad vigeſimum primum, quod huc ſpectat, ipſum reſpondiſſe Germanice, quod Latine ſonat in hunc ſenſum*: Pro tranſportato S. Goare vult clementiſſimus Prioceps ordinare, ut Domino primario

A Auct. J. P. præfecto reſtimatur, quod in eam rem expendat. *In confirmatione additur, ita habere in* originali reſponſo Cellarii, quod datum Darmſtadii xv. Decembris MDCXXVI. aſſervatur in Cancellaria Rheinfelſiana, *quod ſupradictus Superior anonymus ſibi amice communicatum ſcribit, ab ampliſſimo Domino Joanne Nicolao Trarbach, Cancellariæ directore, feſto S. Annæ* MDCLXXV.

falſo a nonnullis dicitur in Hiſpaniam delata.

28 *Obſervat in ſuo ſcripto, ad nos tranſmiſſa, idem P. Franzenius, falſa eſſe, quantum ſaltem ad reliquias* S. Goaris *ſpectat, ea quæ ſcribit Joannes Judocus Winckelman, in tomo de Principatibus Haſſiæ & Herſfeldiæ, Germanico idiomate anno 1711. abs ſe edito, ubi pag. 116. agit de oppido Goariano. Atque apud dictum auctorem legitur, quod anno 1626. dum oppidum Goarianum eſt expugnatum,* milites Hiſpani cum monachis & ſacerdotibus, quos penes ſe habebant, ſepulcrum S. Goaris aperuerint, & ibidem repertas reliquias, una cum elegantiſſima bibliotheca, quæ fuerat in ſacriſtia, ſecum abduxerint, ac in Hiſpaniam miſerint.

B *Quæ aſſatim confutantur e tranſlatione Darmſtadiana, ſupertus ſat multis ſtabilita.*

De ſtatua Sancti.

29 *In tanta veterum monumentorum de* S. Goare *penuria, non negligenda ſunt, quæ habemus de ſepulcrali ejus lapide, qualemqualem antiquitatis notam præferente. Petiit delineationem dicti lapidis, & tandem obtinuit Papebrochius. Ad cujus notitiam ſubſerviet notitia ſtatuæ Goaricæ, de qua ex* S. Goare *ſcribit ad ipſum ſequentia Nicolaus Graff, Societatis Jeſu, & ſic ſonant:* Ad ſtatuam, *in pariete templi ejuſdem Societatis poſitam,* nulli reperiuntur characteres, præterquam hi pauci, qui tranſlationis e ſummo templo, *quod tunc ab acatholicis frequentatum fuiſſe ſcribit,* ad noſtrum meminerunt: & ſunt ſequentes; *quos in eadem epiſtola exprimit:* Statua S. Goaris, quinto Chriſti ſeculo harum regionum Apoſtoli, tranſlata ex crypta majoris eccleſiæ anno MDCLIV. & poſitæ ſunt hæ literæ ſupra caput prædicti Sancti.

lapide ſepulcrali;

30 *De ipſo autem lapide ſepulcrali ſcribitur in literis, datis Coloniæ Agrippinæ die x. Decembris 1694. ad Papebrochium:* Tandem aliquando accipio delineationem ſepulcralis lapidis S. Goaris, quem in præſentia ſua delineatum, D. Servatius (Noethen) hujus urbis bibliopola teſtatur, in omnibus prototypo ſuo eſſe ſimillimum. Menſuram ejus rogatus, dicebat eſſe communis ſepulcralis lapidis, & in muro ſeptemtrionem verſus a terra elevatum videri in eccleſiæ medio. Iſtas tamen minutias R. V. facile intelliget ab ejuſdem loci Rectore. Quæ ſub pedibus ejus conſpiciuntur ſpiræ, infernalis ſerpentis eſſe videntur. *Supra caput Sancti cæleſtes genii duo tenent caſtrum; quo haud dubie indicatur oppidum Goarianum, quod fundationem ſuam debet Sancto, cujus nomen gerit. Per ſacellum, quod geſtat manu ſiniſtra, cellam vulgo dictum* S. Goaris, *poſtliminio tempore Caroli Magni Prutenſi monaſterio pacifice aſſertam; prout narrat Wandelbertus, agens de miraculis* S. Goaris *in fine; per Angelos, amictum ſeu caſulam attollentes, miniſterium ſacrum ſacerdotii, quo conſtanter functus fuit; per ſerpentem, quem pedibus calcat, invidiam intelligo, tam gloriose a ſancto Confeſſore ſuperatam præclariſſimo paſſim miraculo; de quo ſupra jam pluries; uti etiam inferius in Vita, num. 14. Nihil* D *dictum lapidem pluribus hic deſcribere, cujus ſchema, in æ inciſum, intuendum exhibeo.*

E

31 *Pauca, quæ gloriam poſthumam ſancti Confeſſoris poſſunt illuſtrare, idem Franzenius, de quo jam pluries, ex dicto Winckelmanno deſcripta, ad nos miſit, quæ hic refero. Locutus auctor de obitu Sancti, quem affigit anno 618. allegans inſcriptionem, quæ eſt in templo Goarienſi prope cathedram;* S. Goar, monachus Gallus, obiit DCXI. *ſcribit, ſacellum, a* S. Goare *eructum, poſtmodum commutatum* fuiſſe in cœnobium Benedictinorum; & tandem MCXXXVII. in capitulum, in quo XII. Canonici & VII. Vicarii, modicis licet expenſis ſuſtentati ſunt,, *addiſque,* hos reditus, ſecuta reformatione, in ſuſtentationem parochorum, ludimagiſtrorum & pauperum ſtudioſorum expenſos eſſe. Templum Goarenſe exſtructum fuit MCDXLI. turris vero exſtructa eſt MCDLXIX. ut patet ex hac inſcriptione,

ac gloria poſthuma.

F

aUrora MartIs,.. sanCtI feſta JoannIs
InCLIta baptIstæ pILa LoCata fUIt.

In duabus campanis hæc eſſe dicitur inſcriptio;

Sancte Goar, Domini Confeſſor & alme
ſacerdos,
Propicius nobis tu peccatoribus adſis.
Hujus vocis tractus, depellat dæmonis actus.

Ad laudem Dei, (&) beati Goaris Confeſſoris, hujus eccleſiæ patroni iocliti, anno Domini MCDVI. (MDVI.) conflata ſum a Wilhelmo Rode. *In alia campana eſt hæc inſcriptio Germanica, Latine ita ſonans;* Maria vocor, pro omnibus peccatoribus oro, in Dei nomine ſono: omnem malam auram pello; Wilhelmus de Rode fundebat me anno MDVI.

VI.

A

VITA

Auctore Anonymo, forte ſubequali.

Ex Ms. Bertiniano veteriſſimo ad alia Mss. collato.

CAPUT I.

S. Goaris ortus ; religio in Deum ; vita ſolitaria ; hoſpitalitas ; innocentia miraculo comprobata.

t. Goaris natalis i

IN diebus Childeberti, Regis Francorum, filii Clodovei, erat vir venerabilis nomine Goar, homo Aquitanus, cujus pater vocabatur Georgius, & mater ejus Valeria. Hic erat vir glorioſus, aſpectuque decorus, mente humilis, corpore caſtus, perfectus in fide, egregius in opere, in virtute ſummus, in prodigiis clarus, cognitor ſecretorum cœleſtium, præſcius futurorum *a*, qui continuatis jejuniis & orationibus inſtans, futura prænoſcere meruit ſacramenta. Hicque in Germanorum oppida conveniens ſuper fluvium Rhenum infra terminum Vuaſaliacinſem *b*, ſuburbano Treverico, ubi fluviolus Worica *c* vocabatur. Ibique ipſe Vir Dei, una cum conſenſu Epiſcopi, qui tunc temporis Treverorum Præſul eſſe dignoſcebatur, qui nuncupabatur Felicius *d*, eccleſiolam fecit, multorumque ibi reliquias collocavit, id eſt ſanctæ Mariæ matris Domini, ſanctique Baptiſtæ Johannis, & duodecim Apoſtolorum Chriſti, & aliorum multorum Sanctorum: ibidemque ipſe vir Dei ſanctus Goar die noctuque Deo ſerviens in jejuniis, vigiliis, in multa patientia, in longanimitate, in caſtitate, in pura prædicatione, in oratione aſſidua, in charitate non ficta, juxta apoſtolica præcepta *e* a dextris & a ſiniſtris, in virtute Dei.

a *b* *c* *Urga Deum ac Cœlites veligio.* *d* *e*

C

converſio animarum

2 Huic enim Dominus tantam gratiam concedere dignatus fuit, ut multi quoque paganorum, per verbum ipſius, ad ſalutem animarum ſuarum pervenirent, quod tamen aſſidue manifeſtatur in loco, ubi idem vir Dei ſanctus Goar in corpore requieſcit. Quia ibi cæci illuminantur, ſurdi auditum recipiunt, dæmones effugantur, & febribus, vel ab aliis infirmitatibus multi curantur, multæque aliæ præclaræ & magnæ virtutes ibi oſtenduntur per ſervos Chriſti, qui cuſtodiunt præcepta Domini, juxta Prophetam dicentem in pſalmis : Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.

Vacat Miſſæ & pſalmis indies

3 Hanc quoque venerabilis Dei famulus ſanctus Goar habuis conſuctudinem, uc omni die excepto Paraſceve Miſſarum ſolennia celebraret, & pſalterium omni die compleret. Peregrinos quoque, qui ibidem per illam ſemitam pergebant, libenter ſuſcipiebat *f*, & alebar eos ibidem voluntarie, cum hilaritate ſecundum vires ſuas, ex quo illi Dominus ordinabat, juxta Dominicum præceptum: Quamdiu feciſtis uni ex his minimis fratribus meis, mihi feciſtis. Dumque in his vel aliis hujuſcemodi virtutibus, (ſic) exercitaretur famulus Domini, adjuvante graria Domini noſtri Jeſu Chriſti, invidus omnium diabolus in hoc valde dedignabatur, quod tam pretioſa gemma, vel margarita, in oppido Germanorum conſiſterer, vel per verbum ejus tantas ei animas aſſidue auferret, & ad Dei culturam revocaſſet; multas ei, & magnas tribulationes, tamquam leo rugiens, ingerebar. Sed vir Dei ſanctus Goar hæc nullatenus metuebat, quia conſiderabat præcepta apoſtolica, quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.

f D

ex Mss.

Dæmon invidens.

4 Contigit enim quodam tempore, per inſidias inimici, ut quidam legati Epiſcopi Treverici, qui vocabatur Ruſticus *g*, ad cellulam viri Dei Goaris adveniſſent, non ſimplici corde, ſed quaſi ſpeculatores, ut ibi aliquam rem novam *h*, vel inanem invenire potuiſſent. Quorum vocabula hæc ſunt: Unus eorum dicebatur Albuinus, alter vero Adalvuinus *i*. Qui ibidem non pro Dei amore venerunt, ſed pro vana opinione, ut aliquam accuſationem in Servo Dei invenire potuiſſent *j*. *k*. Dicebant enim ſe luminaria partibus ſancti Petri Treverico quærere, ſed in ſemetipſis magis tenebras habebant, quam lucem. Beatus autem Goar, qui non pro alia aliqua re, niſi tantum pro amore Dei omnia faciebat, cœpit ſecundum conſuetudinem ſuam, ſicut ſolebar, mane curſum ſuum complere, & Miſſarum ſolemnia celebrare, & cum peregrinis ac pauperibus non pro aliqua gula, ſed pro amore Dei perfectam & Deo acceptabilem facere charitatem, juxta quod ſanctus Joannes Apoſtolus dixit: Qui maner in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, & perfecta charitas foras mittit timorem.

g *h* *i* *j* *k*

a leg. ep. Treverenſis

5 Hæc furenti animo cogitantes illi inſidiatores, intra ſemetipſos cœperunt verbis promere, quod mente tractabant, ac publice dicebant, quod eum accuſare deberent ad ſuum Epiſcopum, quod & fecerunt, putantes miſeri, quod aliquid de ſubſtantia ejus lucrari vel acquirere potuiſſent, dicentes; ſe etiam eum vidiſſe ſine temperamento mane edentem vel bibentem. Quod enim vir Domini ſpiritualiter faciebat, hoc illi miſerimi mala eum conſuetudine agere æſtimabant. Reverſi denique legati ad ſuum Epiſcopum, omnia ei narrant, quæ venenoſo animo conſinxerant, ſimulque aſſerunt, ſe alia atque alia multa reprehenſibilia vidiſſe apud eum, vel quod ad partem parœciæ Trevericæ nihil profeciſſet, niſi ad malum exemplum: ſed falſa & inanis erat eorum loquela. Hæc audiens Epiſcopus Treverorum, ſtatim & ſine mora jubet ipſos legatos ad Dei hominem reverti, & virum Dei ſanctum Goarem cum omni celeritate ſibi præſentari præcepit, dicens, quod inquiſitionem de eo facere voluiſſet, qua de cauſa hæc ageret exempla in ſua parochia. Qui venientes ad hominem Dei, dicunt ei dolole: Epiſcopus noſter Ruſticus has ſalutes tibi mandat, quaſi ullam occaſionem celatam habere potuiſſent, addentes etiam iſta: Mandat re feſtinanter ad ſe pergere Treveris civitate, ut tecum poſſit colloqui.

e F

6 Audiens hæc famulus Domini, ſanctus Goar,

A Goar, cum gaudio dixit ad eos: Faciat, in- ex Mas. *fabéle ac cufanus & auctus*, quit, Dominus, ut ſine mora poſſim comple- re obedientiam, quam præcipit Dominus meus Epiſcopus. Nocte autem illa fecit eis convivium ſecundum vires ſuas, & ipſe in Dei laudibus, ſicut ſolitus erat, permanſit. Mane vero poſtquam pſalterium, vel curſum complevit, cœpit etiam Miſſarum ſolennia celebrare. Cum totum officium ſuum completum habuiſſet die illa, dixit ad puerum ſuum: Fi- *l* li, fac nobis de paupertaticula noſtra *l* aliquid, unde charitatem iſti legati domni epiſcopi ſimul nobiſcum faciant, quia in itinere ſunt, & forſitan nobis Deus aliquem pauperem vel peregrinum adducet, ut nobiſcum faciat charitatem. Quod audientes illi, qui fuerunt miſſi, furenti animo non potuerunt malitiam, quam gerebant in corde, abſcondere, dicentes ei: Nec tu benefacis, qui ita agis, nec nos tibi in hoc conſentientes erimus. San- B ctus Goar dixit: Mala domus eſt, in qua dominus non timetur. Si Deum timuiſſetis, forſitan charitatem non recuſaretis. Interea iſta ſibi invicem colloquentibus, venit puer, & *m* dixit: Ecce peregrinus ſtat ad regiam *m* noſtram. Quod cum audiſſet famulus Dei, cum gaudio dixit; Voca illum. Qui cum vocatus veniſſet, dixit. Ecce quam bonum & quam jocundum, habitare fratres in unum; & ecce *n* alius *n* peregrinus venit, & fecit cum eo charitatem. Hæc videntes illi legati, cum magna lætitia ſtraverunt equos ſuos, dicentes intra ſe doloſe: Nunc manifeſte videmus, quid Epiſcopo noſtro nuntiare poſſumus. Et cœperunt rogare ſibi aliquid largiri viatici in itinere ad manducandum, vel ad bibendum; quod cum gaudio vir Dei facere præcepit.

Trevires petit.

7 Quod cum factum ſuiſſet, illi cum vociferatione cœperunt cogere illum, ut feſtinanter iterare (*itinerare*) deberent. Vir autem Dei cum hæc audiſſet, ſtatim & ſine *o* mora ſtravit aſinum, & manipulo *o* ſuo juſſit ſternere mulum ſuum, & cœperunt ambulare. Cum autem ambularent, vir Dei in pſal- C mis & hymnis meditabatur. Cumque miliario ſexto ambulaſſent, ubi Pauli Campus nuncupatur, dixit Albuinus ad Adalvuinum: Fames mihi eſt valida, & ſitis nimia me occupat. Et Adalvuinus dixit: Si celerius non bibam, forſitan modo moriar. Hæc dicentes intra ſe, feſtinanter ire cœperunt ad rivulum, ut ibi reficerentur: Qui cum perveniſſent ad locum, ubi rivulus decurrebat, guttam aquæ non invenerunt, miſerunt manus ad ſacculos *p*, ut apprehenderent aliquid, *p* quod manducarent, & nihil repererunt, ibique ſunt apoſtolica verba completa: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus. Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum.

accuſatores ſunt famelici eorum

8 Beatus vero Goar, ſequens eorum veſtigia, paulatim videbat eorum caſſum laborem, & hanc ſententiam intra ſe tacite conſiderabat. Interea labor eorum minor, & prolixior creſcebat. Et dixit Albuinus ad Adalvuinum; Talem ſitim ac famem numquam habui. Et hæc dicens, cecidit de equo ſuo quaſi mortuus, & Adalvuinus dixit ad virum Dei Go- D arem: Succurre nobis, pie ſacerdos, quia fame & ſiti modo morituri ſumus. Sanctus Goar cum hæc verba audiſſet, dixit ad eum: Fili recordari oportet, quia Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hodie, filii, quando vidiſtis me indignum & peccatorem charitatem facere, non debueratis excuſare. Nunc autem ad corripiendum vos facit iſta Dominus.

alie & eoh creat miraculoſe,

9 Interea iſta ſibi invicem colloquentibus, venerunt tres cervæ, miræ magnitudinis, veluti ſanctam Trinitatem præfigurantes, quæ ſteterunt a longe. Quas cum vidiſſet vir Dei ſanctus Goar, & invocaſſet ſanctam Trinitatem, juſſit eas ſtare, cumque ſtetiſſent, apprehendit vaſculum ſuum & mulſit illas. Quod cum factum fuiſſet, juſſit eas ire, & de ipſo lacte liniebat membra illorum, ſtatimque nullum dolorem ſenſerunt in ſe. Miſerunt manus ad ſacculos, & invenerunt ad manducan- E dum, & ad bibendum, uſque ad abundantiam, & aquam ſimiliter, & cœperunt epulari. Mirantibus autem illis, atque timentibus, dixit vir Dei ſanctus Goar ad illos: Filii, quod eſt ingenium, vel quæ eſt cauſa, pro qua me Epiſcopus ad ſe venire jubet? Scio enim ego, quia hoc, quod factum eſt, vidiſtis, non eſt ſine cauſa, vel quod Dominus hodie per beſtias oſtendit nobis, niſi forte fiat ad exemplum credulitatis eorum, qui in ipſo confidunt; quia potens eſt Dominus parare menſam in deſerto. At illi timore perculſi, non fuerunt auſi reſponſum ei dare, ſed putaverunt, ſe ſubitaneo mortis interire ſupplicio.

Stant coram epiſc. Trev.

10 Et cœperunt ambulare, & venerunt Treveris civitatem. Vir autem Dei ſanctus Goar orando eccleſias Sanctorum, ſicut ſolitus erat, circumibat, & illi legati feſtinanter venerunt ad Epiſcopum, inveneruntque eum in civitate, ſedentem in ſolio ſuo, una cum clero, & nuntiaverunt ei omnia, quæ eis contigerant, vel quod factum viderunt de ipſo ſancto Viro. Quæ cum audiſſet, cum iracundia cœpit dicere: Non eſt hæc alia cauſa, niſi præ- F ſtinatio *q*, qui ſic mane comedit, & beſtias *q* mulgit, inquirere debemus, quæ ſit cauſa vel religio, quod hæc facit: ſi ex parte Dei fiat, an ab adverſarii. Cumque hæc verba finiſſet, ecce vir Dei ſanctus Goar intravit in domum, ubi Epiſcopus ſedebat.

edito inſi- gni mira- culo,

11 Qui cum intraſſet, cœpit prævidere lo- cum, ubi diſcipulus ſuus ſtare potuiſſet, vel ubi cappam ſuam pendere vel abſcondere licuiſſet; & vidit de angulo domus per feneſtellam, exire radium ſolis, & viſum eſt ei vel manipulo ſuo *r* quaſi ſuſtis eſſet roboreus, ibi- *r* que pependit cappam ſuam, & miniſtrum ſuum ibidem ſtare præcepit. Quod cum vidiſſet Ruſticus Epiſcopus una cum clero ſuo, dixit: Videtis nunc quid facturus eſt? Non eſt hæc cauſa ex Deo. Si ex Deo fuiſſet, tam mane non comediſſet vel bibiſſet, quia anteriores Sancti per eleemoſynas, & jejunia intraverunt in regnum Dei, & amici Dei facti ſunt. Nunc autem iſta cauſa quæ ſit, neſcio. Mane comedit & bibit, beſtias mulgit, cappam ſuam in radio ſolis pendit. Accedat propius & reddat rationem, ſi ex Dei parte iſta facit, an ex adverſarii.

12 Cum-

respondet ad objecta.

12 Cumque interrogatus fuiſſet vir Dei ſanctus Goar, dixit: Deus judex juſtus & fortis, tu ſcis omnia, tu noſti, quia de adverſarii parte nihil conſentio, neque conſentire cupio, neque cappam meam in radio ſolis pendentem feci, ſed in fuſto roboreo. Et beſtias illas per nulla maleficia mulſi, ſed ipſe hora tranſacta, Dominus mihi eas ordinavit, ut miraculum ſuum oſtenderet incredulis iſtis, quos miſiſti ad me. De hoc vero, quod mane comedi, vel bibi, Dominus, qui inſpector eſt cordium, novit, quia non pro gula, ſed pro charitate hoc feci, ipſe enim novit, qui omnia judicat.

ANNOTATA.

a *Additur in Ms. Bonifontis:* Viſionum interpres.

b *Jam vulgo dicitur hic locus* Veſalia ſuperior, *Germanice* Ober weſel.

c *Alibi eſt* Wocra, Woſcara, Wocara.

B d *Nomen illud ita ſcriptum non reperiri in antiquis archiepiſcoporum Trevirenſium indicibus, monuimus ex Browero in Commentario prævio numer. 6.*

e *Additur in exemplari Bonifontis* per arma juſtitiæ. *Ita quoque legunt Mſſ. Mantis S. Mariæ, Ascitſi monaſterii, & Vallis lucentis.*

f *Eſt in apographo Bonifontis,* hoſpicio ſuſcipiebat.

g *De Ruſtico adi Comm. prav.*

h *Alibi eſt* nocivam.

i *Alibi legitur* Albonius, & Almanus.

k *Addit Ms. Bonifontis:* Et hæc ſuo ſeniori nunciare debuiſſent; *quæ tamen ſatis ſubaudiuntur.*

l *Expreſſio* de pauperticula noſtra *videtur redolere majorem ſimplicitatem, atque adeo antiquius exemplar, quam* de abundantia noſtra, *uti in aliis apographis noſtris legitur, vel apud Surium & Molsheimium,* de ſubſtantia noſtra, *ex Wandelberto,*

m *Per* regias, *intelligi* portas domus primarias, *auctor eſt Cangius. Alibi eſt* ante januam. *Wandelbertus habet* pro foribus, *quæ ſenſu conveniunt.*

C n *Nec Mſſ. Bonifontis, Montis S. Mariæ, Ascitſi monaſterii & Vallis lucentis, nec Mabillio, de alio hoc peregrino meminerunt.*

o Manipulus *hic pro ephippio, quo equus vel mulus inſternitur, accipi videretur, niſi difficultatem faceſſeret locus alter infra littera r.*

p *Alibi habetur:* Miſerunt manus ad Sitaciam & ad utrem.

q *Ita apographa duo, quæ hic damus, & Ms. Bonifontis. Alibi eſt:* Conſuetudo iſtius pertinacis viri.

r *Conſonant Mſſ. S. Audomari & Bertinianum; alia non habent vocem* manipulo; *quam putamus pro diſcipulo mendoſe irrepſiſſe.*

D

CAPUT II.

Innocentiam ſuam probat S. Goar iterato inſigni miraculo; recuſat conſtanter oblatum archiepiſcopatum Trevirenſem; ſupremus morbus & ſanctus obitus.

HÆC quoque ipſo viro Dei dicente, venit puer de clero Treverorum, nomine Seobgiſus, portans in brachio ſuo infantem, tres noctes habentem, qui fuit conjactatus in illa concha marmorea ante oſtium eccleſiæ, ſicuti eſt conſuetudo Treverorum, ut pauperculæ fœminæ infantes ſuos ſoleant jactare. Hæc autem erat conſuetudo illorum, ut quando aliquis homo, ipſos infantes projectos, quos nutricarios vocant, ab illis matricularis ſancti Petri enumerare videbantur, Epiſcopo ipſum infantem præſentare deberent, & poſtea Epiſcopi auctoritas ipſum hominem de illo nutricario confirmabat. Videns autem Ruſticus Epiſcopus illum infantem portari, dixit; Modo invenire poſſumus, ſi ex Deo eſt Goarin ſapientia, aut virtutes, quas facit, an ex adverſarii parte. Si ex Deo eſt, faciat nobis cognitum, quis fuit pater iſtius infantuli, vel matrem ejus denuntiet nobis, & credimus, quia non eſt ejus cauſa maligna. Et ſi hoc facere non poteſt, capitali vertatur *a* ſententia. Interim tamen, ut ſciamus, quæ eſt cauſa ejus, reddat nobis rationem. Non enim hoc dixit propter hanc cauſam, ut ipſe tunc cognitor de ſemetipſo fuiſſet; ſed quia ſcelera vel crimina ejus principalia jam latere non poterant,

Quo & puero alteri egregio miraculo

E

a

13 Qui dixit ad ſanctum Dei Goarem, Goar, Qui reſpondit, Ecce adſum. Ait ei; Multa de te audivimus, ſimulque & vidimus; non ego ſolus, ſed & tota plebs hic congregata. Modo oſtenda nobis, opera tua ſi vera ſint an falſa: ſi verum eſt, pro obedientiam veram jubeo tibi, ut facias iſtum infantem innoteſcere nobis genitorem ſuum, ſimiliter & genitricem. Si hæc facere poteſ, credimus tibi, & tuas virtutes. Sin autem; nihil tibi credere habemus. Quod audiens vir Dei beatus Goar, ſuſpirabat graviter, & lachrymas ſine ceſſatione fundebat, quare Pontifex ſuus et tam inanem atque ineptam obedientiam facere præcepiſſet, & dixit: Chriſte, fili Dei vivi, qui temetipſum exinaniſti, & formam ſervi accipere dignatus fuiſti, fac mecum, quamvis indigno clientulo tuo, miſericordiam tuam, ut cognoſcat iſte Epiſcopus vel plebs ejus, quia te diligo, te adoro, tibi ſervire cupio, Creator & redemptor meus.

gloriaſe ſit ſuis

F

14 Et hæc dicens, acceſſit ad illum hominem, quæ illum infantem in brachio gerebat, dixitque ad illum: Quot noctes habet iſte infans? Ille reſpondit, Tres. Vir Domini ſanctus Goar dixit: Trinitas ſancta te invoco, atque te infans in nomine Trinitatis conjuro, ut mihi genitoris tui nomen pandas, ſimiliter & genitricis tuæ. Reſpondit autem infans (&) dixit, Iſte eſt pater meus Ruſticus Epiſcopus, & mater mea Aſiaia *b* nuncupatur.

jubens infantem viri, de nomine matris ſuæ parentes.

A patur. Quod audiens Ruſticus Epiſcopus, ecREMISS. cidit ad pedes ſancti Goaris, dicens: Nunc ſcio vere, quia Goar vir ſanctus eſt, ego enim iſta ſcelera ſic abſconſa eſſe putavi, ut nullus homo alius ſcire deburſſet, niſi ego & illa femina, & unus puerorum meorum. Hæc audiens vir Dei ſanctus Goar, ſtabat obſtupefactus, atque in exceſſu mentis poſitus dicebat. Heu! Domine meus, quare per me miſerrimum depublicatus es *c*? Melius fuerat antea abſconſa confeſſio, quam iſta principalis depublicatio. Sermo enim divinus non poteſt immutari, ubi dixit: Nihil opertum, quod non reveletur, & occultum, quod non ſciatur.

Epiſcopum ad pœnitentiam hortatur.

15 Nunc vero adquieſce conſiliis meis, & accipe duram & prolixam pœnitentiam *d*, ut non ſolum ſit in verbis, ſed & firmam radicem teneat in corde tuo, ut diabolus, qui abſconſa opera tua maligna gaudebat, de tua publica confeſſione, & digna pœnitentia ſatis ingemiſcat. Noli eſſe deſperatus, ſed fidenter attende dominica præcepta, qui dignatus eſt dicere; Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Ideo audi conſiliam meum, & conſidera ſententiam, quam beatus Joannes Evangeliſta dixit; Age pœnitentiam, & opera tua priora fac, & ſubteriora dimitte. Et Dominus per prophetam Ezechielem dixit: In quacumque die converſus fuerit peccator, omnia peccata ejus in oblivione tradentur. Miiis eſt Dominus, ad dimittendum nobis, tamen oportet eſſe nos (promptos) ad obe*aſſumpta in ſe ſeptem pœnitentiæ.* diendum. Ego enim ſecundum parvitatem meam, in quantum pietas divina me exaudire dignabitur, Deo mihi vitam concedente, pro te ſeptem annis pœnitentiam facere cupio, vel quantum neceſſe ſit, quia multis & magnis viris pro te pœnitere ſcio, ſed & confidero, quod dixit beatus Jacobus Apoſtolus; Orate pro alterutrum, ut ſalvemini a peccatis veſtris. Nam ego ſic facere cupio, Chriſto mihi opem ferente.

Sigebertus rex crimen epiſcopi 16 Hanc denique famam audiens Sigebertus *e*, Rex Francorum, ſtatim & ſine mora tranſmiſit legatos ſuos, rogans ſanctum Virum Dei Goarem ad ſe venire. Qui cum veniſſet, interrogavit ei univerſa per ordinem quæ geſta fuerant, tam de legatis Epiſcopi, quam de beſtiis, ſed & de Epiſcopo, & de infantulo loquente. Hæc rege interrogante, beatus Goar nihil ei reſpondit. Tunc rex Sigebertus commotus dixit: Per obedientiam Regum, & principum ſeu Epiſcoporum vel ſacerdotum tibi commendo, ut omnia mihi per ordinem pandas, quæ dicta quæve ſunt facta inter te & Epiſcopum Treverorum, utrum vera ſint an non. Tunc reſpondens vir Dei beatus Goar dixit: Chriſti fili Dei, qui temetipſum exinaniſti & humiliari dignatus es, ut nos redimeres, & exaltares, miſerere mei quamvis indigno, tamen de tua miſericordia non deſperanti. Et accedens ad Regem dixit: Quid vis ut tibi dicam, aut unde præcipis, ut tibi reddam reſponſum? At ille reſpondit: De hoc, quod audivi contigiſſe inter te & legatos Treverorum, vel quæ ipſi Epiſcopo contigerunt.

ut ſcire vel ſcrutari, 17 Beatus Goar dixit: Dic mihi, qualitet tibi dictum eſt, ut audiam, & per obediendiam de hoc, quod præcipis, dabo tibi reſponſum. Tunc rex Sigebertus omnia ſicut contigerant, vel facta fuerant, univerſa ei per ordinem diſpoſuit. Tunc reſpondens ſanctus Goar Regi dixit; Ego obedientiam negligere non debeo, tamen aliud tibi non ſum dicturus, niſi quod tu ipſe dixiſti. Verumtamen ab aliis ſic cernitur factum fuiſſe, quomodo tibi dictum eſt. Mirante autem Rege atque dicente univerſa miracula, quæ facta fuerant, populus omnis clamabat ad Regem, ut ipſum ſanctum virum Goarem conſtitueret Epiſcopum Treveris civitate. Quod audiens Rex, gratuito animo voluntatem populi ſeu Clericorum volebat implere in famulo Dei, & una cum conſenſu ſacerdotum, dixit ad beatum Goarem, ut Epiſcopus fieret Treverorum.

quid reſpondere. 18 Statim autem, ut hoc vir Dei audivit, dixit: Melius eſt mihi mori, quam ſuper Epiſcopum adhuc viventem *f* miniſterium illius accipere & peccare in conſpectu Domini. Conſidera nunc, o Rex, ſententiam divinam. Quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſervus ſuper Dominum ſuum. Et ſi patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domeſticos ejus? Nunc igitur dimitte illum epiſcopum pœnitentiam veram atque perfectam agere, vel conſummare, dicente Domino; Dimittite, & dimittetur vobis. Etſi Deus te Regem ſeculi conſtituit, ſcias te Regem ſempitenum habere in cœlis. Ideo dimitte Ruſticum pœnitere facinora ſua, ſicut vis, ut Dominus dimittat tibi facta tua. Hæc vero Rex audiens atque ex intimo corde ſuſpirium trahens, dixit: Per ſalutem Principum voluntarie obediam conſiliis tuis. Nam ſi Deus noſter hæc noluiſſet, per te tanta miracula non oſtendiſſet. Et adjecit: Vere aliud non fiet, niſi ut Epiſcopus ordineris Treverorum civitate.

Epiſcopatum Treverenſem 19 Cum audiſſet Vir Domini ſermones Regis, ſuſpiravit graviter, & dixit: Dimicte me ad cellulam meam remeare, & revertens ad te, dabo tibi de hac re reſponſum. Reſpondens Rex dixit: Vade in pace, & ſupra viginti dies, iterum revertere ad nos Mettis civitate. Hæc quoque cogitabat Rex, ut ibidem S. Goarem ordinare deberet Epiſcopum; ſed Vir Dei aliud cogitabat. Conſiderabat Vir Domini ſententiam divinam: Qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. Pergebat ergo ad cellulam ſuam. Cumque ibidem veniſſet, cœpit triſtis eſſe, & febre valida affligere corpus ſuum, die noctuque Dominum deprecans, ut ei Dominus donaret auxilium & adjutorium, & erueret eum de tam gravi jugo, quod Sigebertus Rex ei imponere cupiebat. Dominus autem exaudivit preces famuli ſui Goaris, & quoniam Sigebertus Rex illum ſupra viginti noctes ad ſe venire præcepit, nec in ſeptem annis illum poſtea vidit. Tranſactis autem ſeptem annis, Rex memoratus de eo præcepit legatis ſuis, ut ipſum ad ſe venire facerent.

conſtanter renuit. 20 Sed vir Dei, beatus Goar, pro ſe & pro aliis quotidie magna & inæſtimabilia munera Deo offerebat, & quotidie orationes vel poſtulationes faciebat pro omnibus hominibus, & pro Regibus, qui in ſublimitate poſiti erant, ut tranquillam & quietam vitam agerent, in omni pietate & caſtitate. Illis autem ſeptem annis tranſactis, ſine ceſſatio-

A fatione lachrymas fundebat, propheta dicente: Qui ſeminant in lachrymis, in gaudio metent. Ideo enim iſta faciebat Vir Dei, quia ſciebat, diem exitus ſui appropinquare. Qui dixit ad legatos Sigeberti regis: Filioli mei, dicite Regi veſtro Sigeberto: Hæc tibi mandat Goar, ultimus omnium ſervorum Dei, quia faciem meam non eſt amplius viſi rus; niſi forte ad cellam noſtram veniat, quia febre valida ſum correptus, & non tantum adhuc, quantum ſunt merita mea.

Supremus ejus nuncius.

21 Hæc denique audientes legati, nuntiaverunt Regi univerſa per ordinem. Quod rex audiens, cœpit ad eos dicere: Non eſt plebs iſta digna talem præſulem habere, neque ego talem poſſidere doctorem. Iterum tranſmiſit alios legatos Rex, ut eum rogarent ad ſe venire. At illi invenerunt eum multo magis, & prolixius febricitantem, & in Dei laudibus perſiſtentem. Qui dixit ad illos: Filioli mei, nolite fatigare vos, neque Dominum veſtrum Regem, quia nec in aſinum, vel in mulum, B neque in aliquod vehiculum ultra aſcendam. Confido enim in miſericordia Dei mei, quia me de hac cella alicubi non educat ſuper ſpatio milliarii unius, niſi forte ad ſepulturam meam.

Petitis a Rege duobus feundatibus,

22 Hæc quoque illo dicente, legati, qui fuerant miſſi, interrogabant eum, quid ſibi vellet, ut Regem de ſua cauſa rogare debuiſſent. Qui reſpondens dixit: Rogatio, & petitio mea hæc eſt, ut de loco iſto amplificationem ſibi in regno cœlorum conquirat. Et quando mihi extrema dies finiſque vitæ advenerit, auctoritate ſua tranſmitti mihi jubeat Agrippinum ſacerdotem & Euſebium, ad ſepeliendum corpuſculum meum, quandoquidem Deus voluerit, ut me jubeat migrare de hoc ſeculo. Poſt hæc legati regreſſi ad Regem, nuntiaverunt ei univerſa, quæ ab eodem ſacerdote audierant vel viderant.

ſepulturæ ſuæ miniſtris, monet.

23 Cumque Rex hos audiſſet, ingemuit, & immutata eſt facies ejus, juſſitque Agrippinum & Euſebium ſacerdotes ad ſe venire, præcipiens eis, ut eum ſumma diligentia hoc proviſſent, quod vir Domini Goar poſtulabat. C Factum eſt autem poſt annos tres, & menſes totidem, ut ipſe vir Dei febre valida corriperetur, & in ſenectute bona, veniente ad ſe Agrippino & Euſebio, eum aliis multis ſacerdotibus, & ſervis Dei, in ipſo oppido Germanorum, ubi cellulam ſuam conſtruxit, obiit in pace pridie Nonas Julias. Cujus ſanctum corpus Agrippinus & Euſebius, & alii multi ſacerdotes & ſervi Dei cum ſummo honore ſepelierunt in ipſo loco, ubi ſtarviolus, Uvoraca nominatur, ſupra ripam Rhani fluminis: ibidemque Dominus noſter Jeſus Chriſtus, filius Dei, beneficia omnibus credentibus, atque ibidem petentibus, præſtare dignatus eſt, qui cum eterno Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Alibi legitur* feriatur.

b *Al.* Affiagia, Flavia.

c Depublicatus, depublicatio, *in quibus conveniunt duo, quæ ſecuri ſumus, apographa, videntur ſapere vetuſtatem præ iis, quæ aliter legunt. Apographum tamen Boni fontis etiam legis* D *depublicatio, ſed pro* depublicatus es, *legis* ex mss. *devenisti publicandus.*

d *Salutarem ejus pœnitentiam, pium e vita diſceſſum, & cultum ſacrum memorat Coinius Tom. 3. Annal. pag. 209. citans Martyrologium Gallicanum Idibus Octobris, & Faſtos Belgicos Miræi ad diem* VII. *Junii.*

e *De quo Sigeberto hic ſit ſermo, dictum in Comm. prævio, a num. 9.*

f Quippe epiſcopo vivente quemquam ſuperordinari canones vetant „ niſi forſitan in ejus „ locum, quem capitalis culpa dejecerit „ habet Concil. Aurel. v. can. 2. An capitalis non erat Ruſtici Trevirorum epiſcopi culpa? Plane omnino. Et ſacerdotes ſeu epiſcopos, ob carnis lapſum gradu dejectos, reſtituere, olim nefas erat. Diſpenſatum tamen aliquando. In decimo Concilio Toletano Potamius Braccarenſis epiſcopus, ſpontanea commixtionis carnalis confeſſinne facta, non amiſit nomen honoris, fed perpetuæ pœnitentiæ officiis & ærumnis ex indulgentia addictus eſt, Fructuoſo in ejus locum ſubrogato. *Ita hic Mabilio.* E

MIRACULA

Auctore Wandelberto, monacho Prumienſi.

Ex Surio & Mabilione, cum legenda antiqua, edita Moguntiæ anno 1489. collatis.

PROLOGUS AUCTORIS.

Auctoris prologus.

EXplicitis jam, quæ de vita & actibus beati Goaris ſcripturæ a Majoribus utcumque mandata reperi, quæque hortatu veſtro, Pater in omnibus ampliectende, ut potui, corrigere ſtudui, aggrediendum mihi novum opus video: ut quemadmodum in prioris libelli Præfatione promiſi, ea, quæ de miraculis, F apud ſacratiſſimam memoriam ſupradicti Confeſſoris divinitus geſtis, a fidelibus didici, memoriæ poſterorum ſcribendo proponere debeam: quippe qui tam clara ea eſſe pervideam, ut quod hactenus præter paucissimos, quos eis intereſſe, vel ab his, qui interfuerint, audiſſe contigit, reliquos *a* omnino latuerit, non levi culpæ deputandum crederem, niſi banc ſcriptorum excuſaret inopia & uſus ille, qui quorumdam deſidia & torpore ſubrepſit, quo negligentius divina opera ſuſcipere, & beneficia, noſtris conceſſa temporibus, ut levia parvipendere conſuevimus. *a*

& in miraculis ſcribendis deſudet.

a Ego vero in his deſcribendis fidem eorum, qui hæc mihi retulere, pleniſſime ſubſequens, ea tantummodo comprehendam, quæ vel præſentes ſe ipſi vidiſſe, vel ab eis, qui viderint, accepiſſe confirmant: quamquam ea quoque tot ſint ac tanta, ut ſi omnia litteris tradere cupiam, modum me videam juſti voluminis exceſſurum. Unde æſtimare facile poſſumus, quanta illa fuerint, quæ per longa retro temporum ſpatia geri meritis

A meritis ejus viri & virtute potuerint, cum in
EX EDI- tantam excreverint quantitatem, quæ ab annis
TUS. plus minus ſex & ſeptuaginta geſta, & ad noſtram notitiam perlata noſcuntur. Neque enim credibile eſt, ſancti Viri merita in exhibitione miraculorum noſtris primum diebus cœpiſſe clarescere, & non etiam priori tempore eadem, quæ nunc conferuntur credentibus & devotis, per illum beneficia eſſe collata, tametſi qui ea poſteris ſcripto traderent, deſuere. Id etiam cunctos, in quorum hæc manus venient, ſcire velim, me in horum aſſertione non quibuslibet fidem accommodaſſe, ſed viris fide dignis, & de quorum veraci relatione vos ipſi, venerabilis Pater, arbiter ſueritis, præcipueque Herrado *b*, veſtræ congregationis monacho atque presbytero, & Theodado *c*, Cellæ Sancti Goaris clerico, qui & ævo maturiores eſſent, & a puero circa locum ipſum diverſati fuiſſent.

b *c*

ANNOTATA.

B a *Ita legitur apud Surium. Codex noſter Moguntinus habet* reliquis; *prout etiam Mabilio, addens:* Ciceronis plane oratio, alioquin ſerula caſtiganda. *Conſule Catilinariam.*

b *Ita cum Surio legit codex noſter Moguntinus. Mabilio habet* Herirado.

c *Ita Surius; codex noſter Moguntinus habet* Teodado. *Mabilio ſcribit* Theodrado.

CAPUT I.

Miracula ſub Aſſuero, primo Prumienſium abbate, patrata.

Cella S. Goaris Aſſuero Prumienſi abbati a Pipino traditur.

SED ut ad narrationem veniam, Cella S. Goaris poſt multos, quam ipſe deceſſerat, annos, cum in ea jam & Clerici, qui divina officia agerent, alendi ſtipendiis eccleſiæ haberentur, & populi frequentia major in dies exereſceret, a religioſo Francorum Principe Pipino, patre auguſtæ memoriæ Imperatoris Caroli, venerabili Aſſuero, qui tum monaſterio
C Prumiæ, quod tertius nunc ab illo, Pater optime, regitis, primus præerat, eſt commiſſa: ut ejus ſtudio & locus melioraretur, & qui in ipſo degerent Clerici, in religionis cultu & ſtudio docerentur. Quam ille ſuſceptam omni niſu excolere ac nobilitare deſiderans, baſilicam ſupra corpus Viri ſancti ædificare cœpit, quæ & amplitudine ſui populo reficiendo ſufficeres, & decore congruentior meritis beati Confeſſoris exiſteret. Quippe prius ibi duæ eccleſiæ, non multo a ſe ſpatio diſtantes, erant: quarum quæ ſitu minor erat, corpus venerabile in terræ ſinu continere credebatur: ſed locus ipſe ſepulcri incertus hominibus erat. Ea in ſui integritate relicta, fundamentis per circuitum jactis, hanc, quæ nunc uſque manet, ſuprascriptus Abbas conſtruxit: nec prior eſt ante diruta, quam omne præſentis ædificium compleretur.

Miraculum in ædificatione eccleſiæ.

4 Quo in tempore rem miram, qui bene noverunt proveniſſe teſtantur, quod, donec eſt ædificata baſilica omnis, nihil aquæ penitus ex imbribus, tametſi copioſiſſimis, in omne loci ſpatium ſic delapſum: ſed cum forte pluviæ fierent, ad medium Rheni ſpatium & D cacumen montis per circuitum pluvia decidens, reliquum, quod intererat, intactum penitus relinquebat. Ita divino miraculo palam fiebat, quam gratum illud ædificii opus ſuperno reſpectui foret, cujus inſtantiam imbres aliquatenus impedire prohibebantur. Perfecta baſilica, ubi jam tempus, quo divino nomini eſſet conſecranda, ſucceſſit, miſſi ſunt ab excellentiſſimo Principe Carolo Lullus Moguntiæ *a* Archiepiſcopus, vir Anglorum gente, moribus & vita laudabilis: Baſilius (Baſinus) *b* Nemeti, quæ civitas nunc Spira vocatur: & Mehingodus urbis, quæ trans Rhenum ſita, ſermone barbaro Wirziburg appellatur, Epiſcopi, qui omnes a beato Bonifacio *c* pontifice & martyre fuerant ordinati: ut per eos & eccleſia conſecrari, & corpus beatiſſimi Viri in eum, quo nunc ſitum eſt, locum transferri deberes.

a *b* *c*

Reliquiæ S. Goaris per triduum quæſitæ, E

5 Ventum erat ad locum, & conſecrata domo, translatio corporis parabatur, aderatque Aſſuerus Abbas cum monachis nonnullis, & infinitum vulgus undecumque confluxerat. Viſum eſt Epiſcopo triduano prius jejunio Domini voluntatem quærendam, & ſic ad levandas reliquias corporis accedendum. Eo igitur ab omnibus devote peracto, Lollus Archiepiſcopus in antiqua æde ſuos fodere præcepit, uti repertæ reliquiæ venerabiles levari tranſportarique deberent. Sed cum omne ſolum ejus defoſſum pertentatumque eſſet, nec tamen ejus, qui quærebatur, theſauri aliquod repertum indicium, turbatus Epiſcopus ex Abbate quærit, ſi in loco aliqui, qui Deo ſervirent, clerici haberentur. Cum ille ſex eſſe tantummodo reſpondiſſet, eos ad ſe Pontifex accitos hortatur, uti pro inveniendo patroni ſui corpore, divinæ miſericordiæ ſupplicarent, alios, qui aderant, in ſua propter tempus ſe recipere mandans, ipſe cum Abbate & coepiſcopis ad convivandum abſceſſit. Tum qui remanſerant clerici, ſolicite Chriſtum rogare, ut ubinam venerandæ reliquiæ conditæ laterent, reperire valerent.

quomodo eadem inventæ, & quid operatæ ſint; F

6 Erat inter alios quidam, Madalbertus nomine, clericus, manu dextra greſſuque debilis. Is correpto ligone ſimpliciter: Nunc, inquit, ſi Deus volet, ubi Dominus meus ſitus ſit, palam erit. Confeſtimque extra ſpatium illius antiquæ ædis progreſſus, & non longe ab otientali ejus pariete terram ligone percutiens, laterem ictu levavit. Quo levato, & modico foramine patefacto, manum debilem adhibuit, & hololericam veſtem, qua infra ſeptum, lateritio pariete ſtructum, ſarcophagus corporis tegebatur, comprehenſam traxit, moxque manus antehac debilis, ſanitati eſt reſtituta. Itaque feſtine detecto ſarcophago, & ad rem novam ſignorum commotione Epiſcopis & populo convocatis, omnibuſque, qui aderant, Deo laudes & gratias referentibus, corpus Viri ſancti intra ſarcophagum in locello plumbeo repertum eſt: quod illico levatum, atque in ſeretro compoſitum, ex eo loco ad oratorium beatæ Mariæ, quod ex antiquo in vicino ſitum erat, ſublatum eſt, referendum paulo poſt, ſpectante populo, in ædis novæ locum, ei recipiendo paratum.

7 Viſum deinde Epiſcopis eſt, ut quoniam propter

A propter anguſtias loci (nam ex altera parte Rhenn flumine , ex altera monte altiſſimo cingitur) vulgus nmne in unum coire non poterat , in longum circa radices montis diffunderetur , & ita reliquiæ venerandæ , propter frequentiam & deſiderium multitudinis paulo longius exportatæ , per ſuperiorem viam , quæ circa radices montis deducitur , in eccleſiam novam revocarentur . Hoc probato conſilio , cum levare ſeretrum Epiſcopi voluiſſent , ita eſt prægravatum , ut mnveri omnino non poſſet . Hinc nmnibus ſuſpenſis diutiſſime , & hærentibus , Archiepiſcopus Deo , ut poſt claruit , inſpiratus , alloquitur plebem , beatum Goarem , quoad vixerit , inanem gloriam mundi plauſuſque bnminum & ſavores , ut rem fragilem & caducam , amore bonorum perennium contempſiſſa , eaqua nihilo minus eum poſt nbitum quoque contemnere . Proinde oportere , corpus ſimpliciter & cum bumili devnione levatum , ab ipſa eccleſia in novam domum per illud , quod intererat , ſpatii reportari , neque ad vulgi favorem longius , ut ſtatuerant , circumduci . Vix pontifex verba finierat , & motum continuo feretrum tanta facilitate levatum eſt , ac ſi oneris aliquid habuiſſet numquam , relatæque in ædem novam per Epiſcopos & Abbatem reliquiæ venerabiles , in eo , qun nunc coluntur , loco , cum ſummo honore & reverentia ſunt conditæ . Denique pallium , quod ſuper ſarcophagum repertum ſupra diximus , hodieque ſupra altare eccleſiæ incorruptum perſeverat : ſic per longioris ævi tempora veſtis illa integra manet , cujus apud Deum merita ſemper indefecta perdurant . Conſummata in omni opere ſuo baſilica (& memnria ſancti Viri , ut oportebat nrnata) cœperunt miracula ibi beneficiaque divina ſubinde cumulari : de quibus hinc aliqua , ſi poſſim , tentabo perſtringere , quid ſub quo geſtum fuerit Abbate , ordine ſervatn , commemorans .

primo inu mabiles de- in la novâ eccleſiam delata .

Publik Eccleſiæ inaugura- tum ,

8 Aſſueri , qui primus cœnobio Prumiæ præfuit , tempore accidit , ut affnlet , ex terræ ſterilitate minorem in Gallieis regionibus vini copiam proveniſſe . Jamque nnvæ vindemiæ tempora propinquabant , & Clericis , in Cella viri Dei degentibus , una ſnlummodo vini cupa ſupererat . Ea cum cœpiſſet expendi , & quotidie cum iiſdem Clericis , tum hoſpitibus , quorum ibi ſrequentia non minima ſemper exiſtit , ex ea pocula præberentur , ſpatio nnvem ſive octo dierum tranſacto cum vix media ejus parte vel tertia vinum contineri putaretur , repente in ea ad ſummum uſque repertum eſt excreviſſe , ut ſubjacens quoque pavimentum vino excreſcente fuerit madefactum ; & merito , quoniam Vir beatus hoſpitalitatem proprie & ſincere , quoad vixit , exercuit , actum eſt ; ne vel ipſi ſervientibus , vel hoſpitibus , qui ſuperveniremt , unde vinum miniſtraretur , deeſſet . Et ut miraculum ſimile ſubdam , quodam tempore cum cellarius loci , nomine Horduinus , imminente jam noctis quiete , vinum de cupa quadam hauſiſſet , caſu contigit , ut cupæ cuniculum *d* , aliud ſnrte meditans , infirma clauderet , & abiret . Cumque ſequenti die regreſſus , ad eamdem cupam veniſſet , cuniculum quidem apertum invenit , & ante illum ductam aranei telam : ſed ita vinum in cupa ſteterat , ut ne unius quidem gutt æ de ea lapſæ indicium in pavimento reperiri valeret .

Vinum in vaſa divinitus augetur ;

d ac reliqua- tur .

9 Per idem tempus cnm ad locum , Widonis cujuſdam de nobilibus ſervus claudicans adveniſſet , meritis ſancti Viri ſanatus , eccleſiaſtico ſe ſervitio , permittente ſuo Domino , mancipavit , ac non poſt multum temporis presbyter factus , adhuc , cum hæc ſcribebantur , in vita ſupererat . Sub eodem Aſſuero quidam major regiæ villæ , quæ nnn lnnge poſita Waſalia dicitur , Frecholfus nomine , mente captus cum eſſet , a ſuis ad venerandam memoriam deductus , mentis ſanitatem recepit . Waltharius quidam , homo ſecundum ſeculum nobilis , qui nuncuſque ſupereſt , cum vexationem graviſſimam pateretur , & indubie ſpiritu dæmoniaco ageretur , inſutus corin , ad venerabilem cumulum eſt deportatus . Ubi cum aliquamdiu jacuiſſet , protenſis manibus ſeipſum ſuaque omnia ſancto Goari magnæ vocis profeſſione ſubjecit , & optimam inſuper vineam dedit , quæ nuncuſque in ejuſdem Cellæ poſſeſſione perdurat , continuoque ea , quam diutiſſime paſſus fuerat , amentia caruit . Is hodieque , licet in libertate propria maneat , & interdum avaritiæ æſtu ſuccenſus , ut a multis incuſatur , aliena quoque deripiat , ſervum ſe tamen S. Goaris ab eo ſanarum eſſe , voce liberrima proteſtatur .

Sanatur claudicans

demonia- cus ,

so Ejuſdem Waltharii patruus , nomine Reginarius , homn licet nobilis , moribus tamen & actu crudelitati atque avaritiæ ſubditus , cum locum ſanctum ſperneret , & omnes Romanæ *e* nationis ac linguæ homines ita quodam gentilitin ndin execraretur , ut ne videre quidem eorum aliquem æquanimiter vellet , ac ſi quos forte ex eadem familia comprehendere potuiſſet , crudeliter nonnumquam afficeret : cumque eodem ſtulto odio & animo barbarn venerabilem Aſſuerum , ejuſque nonnullos monachos deteſtaretnr , caſu iplo Abbate in Cella degente , per locum coactus eſt itineris neceſſitate tranſire : & cum jam eccleſiæ propinquaſſet , rogat ſervum , qui comitabatur , ut ſi poſſet , ea ſe via ducat , qua conſpectum baſilicæ Goaris , Romanorumque bominum , Aſſueri ſcilicet Abbatis & ejus comitum , præſentiam valeat declinare . Tanta enim ejus animum innata ex ſeritate barbarica ſtoliditas apprehenderat , ut ne in tranſitu quidem Rnmanæ linguæ vel gentis homines , & ipſos quoque bonos viros ac nobiles , libenter adſpicere poſſet . Promittit ſervus ſe poſſe , quod petebatur , implere . Ut igitur itineris aliquantulum confeceruut , & ad ipſum mnaſterii baſilicæque locum perventum eſt , monet ſervus Dominnm , ſi conſpectus eorum , quos borreat , vitare velit , breviſſimo tempore pallio caput operiat . Ille cum e veſtigio , quod monebatur impleſſet , & extra loci ſpatium proceſſiſſet . Modo , inquit ſervus , retro cave ne reſpicias , nam non aliter eorum , quos , ut poſſes declinare , petiſti , conſpicies neminem . Vix ea ſervus impleverat , conſeſtimque & ſub eodem pene momento prædictum Reginarium ventris apprehendit effuſio : nec magna mora ſecuta , poſt pauciſſimos dies vitam finivit . Ita qui ſtultiſſimo , immo ſuperbiſſimo animo , loci venerandi virorumque bonorum conſpe-

Aliud ob- temptum S. Goaris ad- punitus.

A ſtus horruerat, juſto Dei judicio, & luce mortalibus communiter attributa, & vita caruit.

A WANDELB. *Piſces miraculoſe ſalumina-ſtrati*

17 Cum ad feſtivitatem beati Goaris quodam anno ex monaſterio Prumia Affuerus Abbas veniſſet, unaqua ex monachis nonnulli; accidit, ut propter Rheni fluminis inundationem piſces, qui Abbati & fratribus poſſent miniſtrari, deeſſent. Cumque jam ipſe ſolennitatis dies illuxiſſet, & ante eccleſiam mane pauci de fratribus reſiderent, Anſegilus quidam bonæ vitæ, per jocum (monachus una reſidens *f*) ait: O beate Goar, ecce quam bonus es mercedis recompenſator! Nos tibi ſervimus, & in vigiliis atque pſalmodia, tuæ feſtivitatis gratia, laboramus: hodie ne unum quidem nobis, qui reficiamur, piſciculum præbes. Vix hæc ille verba finierat, & non poſt longum temporis intervallum in vafis, ex vimine ſalicum ad piſcandum paratis, quæ ouper a piſcatore de quadam arbora in præripio *g* fluminis ſuſpenſa, exereſcente poſtea flumina, in aqua remanſerant, duo non modici piſces, quos vulgo feluros dicimus, reperti ſunt, atque in præſentia fratrum, eo, quo conſederant, loco delati. Hoc autem piſce cauſa infirmitatis Abbas non utebatur. Tum ille, qui & prius. Pro nobis, inquit, nunc bene egiſti, piſces noſtræ refectioni providens: ſed illum lenem Abbatem tum negligere non debebis. Non enim his illa poterit uti. Hæc monachus, & modico tempore lapſo, cum a molendino farinam navicula piſtor deveheret, piſcis, quem lucium vocamus, navim ſaltu ingreſſus, comprehenſus eſt a piſtore, & in conſeſſu monachorum (necdum quippe de loco ſurrexerant) expoſitus. Nunc, inquit monachus, munus, beate Goar, impleſti, cum & nobis & ſeni tuo alimenta congrua providiſti. Res mira, ludentis potius, quam rogantis, voces tam facile exauditas.

f

g

B

meritis S. Goaris, miraculoſa in vita hoſpitalitas.

12 Sed hæc meritis beati Confeſſoris non ſunt diſſimilia, quoniam qui in carne vivens, indigentibus ſua pro Chriſto tribuerat, & hoſpitum refectionem gratam ſemper habuerat, merito poſt obitum quoque potuit ſibi ſervientibus talia procurare. Nam quantum apud divina judicia meritum habeat virtus hoſpitalitatis, quam Vir beatus ſingulariter, dum vixit, exſoluit; quantumque reverentiæ loco illi, in quo beata ejus membra quieſcunt, ſit omni tempore dependendum, teſtantur ea, quæ vel frequentantes illum divino beneficio conſequuntur, vel negligentes & aliqua diſſimulatione præterentes, divino nihilominus judicio patiuntur. Quod ipſum manifeſtius exempla ſubjecta monſtrabunt. Comes quidam, nomine Heriwinus, cum per locum tranſiens declinaſſet, & licet a ſuis, ut oraret, admonitus, pro feſtinantia itineris diſtuliſſet, non longe profectus, de equo cecidit, graviſſimoque lapſu contritus, ad eccleſiam ſuorum manibus reportatur: ibi (brevi) decumbens, apud memoriam venerandam ſanitatis eſt beneficium aſſecutus. Eodem modo Abbatiſſa oobilis ex urbe Mediomatricorum Euphemia, cum iter agens, illuc deveniſſet, nec oratum, ut omnes conſueverant, deſcendiſſet, pauln poſt de equo cecidit, & fractu crure, quæ ſponte noluerat, ad eccleſiam portatur invita, & ſeni-

C

Paral. S. Goaris ad eum negligenter tranſeuntes.

D

Diſcordia inter S. ſuos, Caroli Magni compoſita;

13 Naque diſſimilis meritorum ejus potentia in puniendis monendiſque etiam regibus extitit. Nam Carolus excellentiſſimæ memoriæ Imperator Auguſtus, a palatio ſuo, quod in præripiis Rheni fluminis ab ipſo conſtructum, Ingelheim dicitur, quodam tempore navigabat, in caſtellum, quod ſitum eſt ſuper confluentem Moſellæ & Rheni, deſcendere, ibique diſponens nocte manere, ſequentibus eum in ſingulis navibus filiis Carolo atque Pipino. Cumque ad monaſterium ſancti Confeſſoris Imperator navigio perveniſſet, obvius illi factus Abbas Affuerus, rogat, uti ad beatum Goarem exire, & in Cella ejus charitatem, ut verbo uſirato loquar, facere debeat. Negat ſuam præſentiam Imperator, & poſt ſe converſus, manu cognomini filio annuit, ut navim ad eccleſiam oraturus egrediatur; ipſe propoſito tetendit itinere. Egreſſo ad terram Auguſti filio, alter ejus filius Pipinus, qui poſt fratrem navi veniebat, putans patris eſſe navim, quam litori videret appulſam, egreſſus & ipſe eſt, fratrique neſciens in eccleſia ſociatus. Ibi quod inter eos graves aliquamdiu ſimultates & inimicitiæ fuerant, inſpirante ſuperna clementia, & opitulante Confeſſoris ſanctiſſimi merito, in fraternam concordiam & fœdus amicitiæ coierunt. Cibo deinde potuque ſumpto, alacres & læti ad locum ſupra nominatum, quem eum patre petere properaat, omnibus ſuis incolumibus, pervenerunt.

E

ab ingreſſu S. Goaris e caſtrum paruit, & alia in vero laborat.

14 Imperatur vero, qui filiis egreſſis, ſolus cum ſuis in navi remanſerat, cum ad prædictum locum tendere vellet, exorta repente denſiſſima nube, & nebulis tenebroſiſſimis ſubſecutis, ita in flumine deerravit, ut neque ipſe, neque comitum ejus quiſpiam, ſed neque navis gubernator, quo tenderent, quove navim agerent, ullatenus ſcire vel videre valerent. Sic per reliquum, quod ſupererat, diei, in pelago fatigati, vix poſtquam ſuam culpam Imperator agnoſcere, & beato Goari ſupplicare cœpit, multa jam die, & ingruente nocte in continentem egreſſi ſunt, tribus tamen aut paulo amplius a loco, in quem propoſueras egredi, miſſibus, ubi & ea manere noſta non ſine rerum neceſſariarum inopia compulſus aſt Imperator: factoque die, publice teſtatus eſt, ſui eſſe peccati & meriti, quod periclitatus in flumine, quod a commoditate itineris & apparatu regiæ manſionis ſit longiſſime diſparatus: nec fruſtra ſibi hæc accidiſſe, ſed B. Goarem pœnas pro contemptu meritas repetiſſe, ſeque ſupplicia expendiſſe merentem: vovere ſe & firmiſſime polliceri, numquam locum Viri ſanctiſſimi ulla, quamvis magna, itineris feſtinantia, ſi ad eum in vicinn veniat, declinaturum, quem tali incommodo ſit expertus poſſe de iis, qui ſe negligendum putaverint, expetere, quam voluerit, ultionem.

F

Sponſa imperatricis edomatæ.

15 His votis, ad Cellam viginti libras argenti & pallia holoſerica duo miſit: nec deinceps omni vita ſua, quod voverat, aliqua ex cauſa neglexit. Denique is, qui tum regiæ navis gubernator fuit, nunculque ſuperoſt, reique geſtæ indubitabile teſtimonium perhibet. Nec immerito regum illi fides & devotio

A devotio ſubjacet ; qui pro Chriſto non ſolum magnos & appetibiles, ſed omnes penitus mundi honores & caducas dignitates contempſit, & cum poſſet Epiſcopus fieri, noluit, potiuſque in humili ſtatu manere delegit, quam honorum faſcibus prægravari : quamquam in Chriſtianis principibus hæc circa ſervos Dei affectio tam ſit ſpontanea & devota, quam ſe noverunt tanto magis Deo gratos fore, quanto, qui ad tempus elevari per tumorem majeſtatis regiæ poterant, eligunt ſervis Chriſti humile ſe mente ſubmittere. Ejuſdem principis conjunx Faſtrada, cum vehementiſſimo dentium dolore torqueretur, & ad locum, ob remedium ejus doloris, oratum veniſſet, continuo ut ſupplex facta eſt, incommodo caruit. Oh quam rem data eſt ab Imperatore villa, quæ Naſonia nuncupatur, & in jure loci hactenus retinetur.

Quidam ſuper glaciem pervehitur, liberatur.

16 Per idem tempus accidit, Rheni fluminis aquam nimio frigore congelaſcere, ita ut inceſſus quoque quorumlibet animalium & vehiculorum ferre valeret : eratque quidam regiæ B villæ colonus, quam ſupra Vuaſaliam diximus appellari, cujus vinea haud procul a monaſterio vineis beati Goaris cohærebat, & ut nonnumquam evenit, hac ille occaſione ſolebat interdum particulas aliquas earumdem præripere vinearum, & ſuæ, fraude humani ingenii ſociare. Is cum die quadam ſuper glaciem fluminis ambularet, & ad ejus medium prope veniſſet, repente in multiplices partes per latiſſimum fluminis ſpatium glacies eſt reſoluta, atque ille glaciei fractæ ſuperincumbens, ſecundum flumen ferri tremens & anxius cæpit. Erat res ſummi periculi & deſperationis extremæ, hominem vi fluminis rapidiſſimi ac latiſſimi, fragmento glaciei tenuiſſimæ ferri, nec eſſe remedii quidquam, quoniam illi quemadmodum humano auxilio ſuhveniri poſſet, erat omnino nihil. Tum ille, cui evadendi periculum nec ſpes ulla, nec aliquod conſilium ſupereſſet, divinæ ſolummodo miſericordiæ ſupplicare, & beati Goaris merita in ſui liberationem expoſcere, magniſque vocibus veniam & auxilium flagitare. Ad ultimum, cum ſalutem penitus deſperaſſet, eductam manicam de manu projecit, reſpicienſque baſilicam, vineam ſuam ſancti Viri dominio tradidit. Nec mora, acta virtute divina glacies, inſtar naviculæ ad litus evexit hominem & incolumem expoſuit : qui mox vineam, de qua diximus ſupra, eccleſiæ mancipavit, in cujus nunc etiam jure perſeverat. Sic beati Confeſſoris meritum, hominem & pro culpa, quemadmodum oportuit, caſtigavit, & anxium de periculo mirabiliter eripuit.

Caſus a S. Goare, & ſanatus.

17 Iſnardus, fiſci regii procurator, cum iniquc multa contra familiam beati Goaris ageret, viſitatus ab illo per ſomnium eſt, & poſt increpationem, ſeveriſſime cæſus, ita ut die poſtero, greſſu non valens incedere, navi ad eccleſiam duceretur. Ubi aliquamdiu decubans, integram ſanitatem, excepto genitalium pondere, meruit : quæ etiam infirmitas indubitanter cauſa ſalutis illi relicta cognoſcitur. Hæc inter alia, quæ compendii cauſa ſuppreſſi, temporibus Aſſueri Abbatis, divina in loco virtute & Confeſſoris beati merito provenerunt.

D A. WANDELB.

ANNOTATA.

a *S. Lullus electus anno 756. præfuit annis 31. obiit 787. Ita Bruſchius in epiſcopatibus Germaniæ.*

h *Baſilius non invenitur inter epp. Spirenſes apud Bruſchium, ſed Baſinus, qui & ſcribitur apud Mabilionem & in Cod. noſtro Moguntinenſi.*

c *Primus hic fuit archiepiſcopus Moguntinus ; de quo videri poteſt Bruſchius loco citato.*

d *Al.* Duciculus, duciolus, ducillus, *ſignificat* epiſtomii vertibulum, ſeu paxillum, ori epiſtomii inſertum, *ita nuncupatum, uti habetur e Vita Ms. S. Romarici, ab* educendo. *Plura Cangius.*

e *Id eſt* Gallicanæ : *nam Gallos antiquitus* Romanos *dictos, Mabilio plus ſemel obſervavit.* Ee Lutzemburgum *oppidum, ait*, cui finitimi ſunt Trevirenſes, Galliæ Belgicæ populi, Auguſta Romandorum a Ptolomæo appellatur. *Et vero per* Romanos *hic deſignari populos Auſtraſiæ, liquet ex proximo ſequentibus :* Romanorumque hominum, Aſſueri ſcilicet abbatis & ejus comitum &c. E

f *Uncis incluſa leguntur apud Mabilionem, uti etiam alia, quæ eodem ſigno incluſa, per decurſum ſequentur.*

g *Id eſt*, in loco ripæ proximo. *Ode abbas Glannafolienſis, teſte Mabilione in notis his, uſus eſt hoc vocabulo in epiſtola, vitæ S. Mauri præmiſſa. Idem recurrit apud Wandelbertum numero proximo ſequenti 36.*

CAPUT II.

Miracula ſub Tancrado, ſecundo Prumienſium abbate ; teſte in multis oculato.

DIebus vero Tancradi, qui Aſſuero feliciter ex hac vita ſubtracto, in regimine monaſterii Prumiæ, ſimulque Cellæ S. Goaris ſucceſſit, hæc, quæ, ſuperna miſericordia tribuente, ſubjicere cupio, contigerunt : quæ & illi, quibus referentibus horum notitiam attigi, maxima ex parte coram politi adſpexerunt. Accidit aliquando ex pluviarum copia, ſubito rivulum, quem Vuocaram nominari in libello priori diximus, adeo exundaſſe, ut in magnam molem exurgens, obvia quæque non ſine periculo & damno multorum cruerit : quippe cum exundare primo cæpiſſet, incertum quo obſtaculo a curſu ſuo prohibitus, deſcendentibus ex concavitate montium aquis, in tantum excrevit, ut ad ultimum ruptis obicibus profluens, etiam grandes & firmiſſimas domos a fundamentis erutas, in Rhenum vi ſua dejecerit. Quo in tempore res miraculo digna provenit. Nam in quadam earum, quæ erutæ ſunt, domorum turricula, de qua ſigna penderent, ſtabat extructa, quæ nunc uſque tecto eccleſiæ ſuperpoſita manet : quæ cum multo infirmioris eſſet ſtructuræ, quam domus ipſa, in qua parabatur, & aquis ſupervenientibus ad medium ferme curſus impetum eſſet obvia facta, penitus tamen illæ-

Turricula in aquarum exundatione mirabiliter ſervata. F

A ſa duravit. Quodque majoris miraculi fuit, A. WANDELB. domus, in qua ſtabat, integris compactiſque inter ſe parietibus erutа, neque ſecum illam trahere potuit, & qua eam ſui apertura & ſolutione tranſierit, nullus hominum deinceps ſcire vel deprehendere valuit. Denique poſtquam agmen illud aquarum præteriit, in imo ejus turriculæ, duæ cum oleo ampullæ repertæ ſunt, quas, quis hominum poſuerit, vel unde provinæ ſint, nunculque neſcitur.

Debilis mulieris 19 Mulier quædam de natione Scottorum, nomine Brigida, debilis greſſu, a parentibus ſuis & civibus, ab urbe redeuntibus, ægra ibi relicta eſt: & cum aliquantulum ibi tempus tranſegiſſet, ſub die ſolennitatis annuæ, adſtante plebis multitudine, ſanata eſt & erecta. Item Hadelbodi * cujuſdam noti bomi- ** Mabil. Hadelaidis, nec non ce- ce ac muſi alterius ibi cæca.* nis ancilla, quæ & cæca eſſet & muta, ad memoriam venerandam, populo teſte, ſanata eſt. Sed cum his agnitis dominus, qui infirmam miſerat, ad ſuum ſervitium jam incolumem revocaſſet, mox in illam prior debilitas rediit. Coactus itaque evidenti miraculo ejus B dominus, manumiſſam ad locum reverti fecit. Nec multo poſt ſanitas, quæ collata ante fuerat, ſed temeritate hominis præpedita, correcto domino, ancillæ eſt reſtituta, quæ & reliquum vitæ ſuæ in eodem loco peregit. Denique adhuc ibi ſoror ejus degit, & certiſſima rei geſtæ teſtis aſſiſtit. Per idem tempus & alia mulier cæca, ſub Abbatis Tancradi præſentia, viſum recepit, pluresque ibi poſtea vixit annos.

Puer quoque de muti puero 20 Quodam item tempore, præſente eodem Abbate cum populo, quædam ex ancillis monaſterii, filium parvulum, qui ab ortu cæcus manebat & mutus, ad eccleſiam deportavit. Quam ut eſt puer ingreſſus, continuo cum matre loqui, & baſilicæ picturas ei digito cœpit oſtendere. Mirata mater rem, ſed propter repentinum eventum inſperati miraculi non eſt auſa publice, quod viderat, confiteri. Quæ mox ut eſt domum regreſſa cum parvulo, confeſtim in illum debilitas priſtina rediit, ut palam fieret, non debuiſſe matrem, quod divino ſibi beneficio collatum eſſet, ſilentio premere. C Itaque cauſam illam pertractans, culpamque intelligens, arreptum feſtine filium ad eccleſiam retulit, & rem omnem, ut ſe haberet, Abbati & populo pateſecit. Nec dilatum eſt diu beneficium, cui ad horam fuerat impedimento timiditas matris: ſed ut illa finem narrandi fecit, incolumitatem illico puer obtinuit. Ex urbe Moguntiaca ad feſtivitatem beati Goaris mulier clauda, poſito coram Abbate Tancrado, venit, & cum in vigiliarum die veſpertini pſalmi a Clero complerentur, ſanata eſt.

Item claudæ ſanatio.

Figuli ob neglectas preces naufragio pereunt. 21 Sed ut ea nunc quoque commemorem, quibus palam fiat, qui beati Viri meritum & reverentiam contemnere aliquatenus præſumpſerunt, quemadmodum vel emendati ſint, vel puniti; quodam tempore cum per Rhenum fluvium quidam figuli ollas, precio diſtrahendas, in navicula veherent, accidit una cum illis feminam quamdam fidelem cum parvulo filio adverſo flumine navigare. Cumque ad monaſterium ventum eſſet, rogat mulier comites, uti aut omnes oratum in eccleſiam pergant, aut, ſi id nolint, appulſa litori navicula, ſe in continentem exponant, paulumque in loco D certo ſuſtineant, donec poſſit ipſa ab oratione reverti. Egreſſa igitur ſola, pergit oratum, relicto in navi cum comitibus filio admodum parvulo. Illi deducta in locum ſuperiorem navi, cum eam aliquamdiu ſuſtinuiſſent, moras ejus non ferentes, abducta navi, iter propoſitum perſequuntur. Sed ultio divina mox conſecuta eſt, qua manifeſtum fieret, non debuiſſe illos, vel abeunte illa, oportunitatem orandi negligere, vel fidem ſuſtinendi moras ejus præſertim breves contemnere. Nam cum adverſo flumine navim agentes, contra eum locum veniſſent, ubi ex latentium ſub aqua ſaxorum voragine & undarum colliſione rapidiſſima, gravia ſæpe navigantes diſcrimina patiuntur, qui locus in flumine ab eccleſia beati Goaris paſſibus fere centum, aut paulo longius abeſt, rapta ſubmerſaque navicula perierunt.

Infans divinitus ſervatus. 22 Sed inutilis eſſe non potuit devotæ mulieris oratio, cujus etſi comites aqua ſubmerſit, filium tamen, divina virtute ſalvatum, & E merito Sancti protectum, nequaquam perdere valuit. Quippe illa, ut ab oratione rediens, ollas ſuper aquam ferri conſpexit, intellexit, quod erat, ſocioſque navimque periiſſe, ſolicitaque pro filio, quem una perditum ſuſpicabatur, oculos cum fletu maximo hac illacque circumtulit; ſed repente videt undarum dorſo ſublatum parvulum ripæ fluminis propinquare. Tantaque fuit miraculi claritas, ut infantem mater excipiens, invenerit eum a medio corpuſculi aquæ ſuperextantem, litora attigiſſe: quod nec virorum quidam ullus aliquando natandi peritia & viribus corporis potuit obtinere.

Alius puer a ſubmerſione liberatus. 23 In diſſimili cauſa non diſſimile miraculum ſub eodem extitit, quod propter ſimilitudinem rei geſtæ, præcedenti ſubjunxi. Mater cujuſdam infantis fere quinquennis cum eo, qui ipſum infantem de ſacro fonte ſuſceperat, navi circa ripas tracta, per fluvium aſcendebat, puerumque, equo ſuperpoſitum (id enim ex matre & patrino puer ipſe petierat) juxta in litore parens uterque fecerat ambulare. Tum equus, ut ſine rectore liber, navigantes præ- F teriens, ſponte ſe in flumen dedit cum puero, nec revocari ab aliquo potuit. Cumque ſaluti infantis omnes timerent, quippe quem in rapidiſſimum altiſſimumque fluvium ac latiſſimum equo, quem retinere nequiret, ferri conſpicerent, & S. Goaris ſuffragium magnia precibus poſtularent, equus cum incolumi puero, tranato flumine, in ulteriorem ripam exivit. Quæ res utique magno miraculo provenit, ut & equus ſine rectore tantum flumen, loco præſertim propter ſaxa difficillimo & periculoſo, tranſiret, & infans, qui nec in arido quidem equo ſedere noſſet, ſine periculo ullo evaderet.

Fraudatæ ecclesiæ S. Goaris pueri & curati. ** Mabil. Willigelmus.* ** Mabil. denique.* 24 Sed ut propoſitum perſequar, Willigelmus * quidam, qui nunculque ſupereſt, cum vineam a matre datam, da jure & poſſeſſione eccleſiæ S. Goaris ſubtraxiſſet, ſævo dæmoni eſt mancipatus, diuque * vexatus ab eo, vineam reddidit, & curari continuo meruit: ut hoc exemplo ceteri monerentur, voto parentum res, juri eccleſiæ mancipatas, ſubtrahi ab hæredibus filiis non oportere.

Wolvo

A Wolvo quidam, ab ineunte ætate ibi a matre nutritus, cum poſtea presbyter eſſet, decimas, quæ ex multo jam tempore eccleſiæ beati Goaris agrorum jure competerent, ſuis uſibus dolo malo conduxit. Nec magna ſubſequente mora, cæcus & mutus effectus, ad baſilicam Viri ſanctiſſimi a ſuis perducitur: ibi res patrimonii ſui cum reſtitutis decimis tradidit, & ſanitatem, placato eo, quem offenderat, meruit.

Iumentarii Dominus cohiberus. * *al.* Bodoaro. 25 Negociator quidam, Badoart * dictus, cum Rhenum navi aſcenderet, unus ſervorum, qui illum forte offenderat, ſupplicium metuens, de navi proſiliit, & concitus ad eccleſiam fugit. Tum ille, fugitivum ſecutus, ab eccleſia trahere cœpit, prohibente fieri & nomine beati Goaris rogante ſimul & comminante monacho Herirardo, qui præſens forte reſidebat, quo hæc ipſa referente cognovi. Sed negociator furore ſuccenſus, cum monachum rogantem æque minantemque contemneret, pro ſoribus eccleſiæ ad contemptus augmentum, tractum ab altari ſervum cecidit. Nec multum ſpatii interceſſit, &, ut cujus arbitrio paruiſſet, quemve contempſiſſet agnoſceret, immundo ſpiritui traditus, brevi vitam, nimiis cruciatibus extortam, finivit. B

Servus a vinculis miſerabiliter ſolutus. 26 Item Humfridi cujuſdam clerici eccleſiæ ſervus, cum pro culpa, in dominum commiſſa, a tergo vinctus brachia traheretur, & ſupplicia, quæ ſibi inferenda ſciret, animo perhorreſceret, quoniam aliter domini præſentiam ſubterfugere non valebat, eccleſiam reſpexit, & ad eam ſe cum prece tacitus inclinavit. Res digna miraculo: confeſtim vincula, quibus ligatus ducebatur, dicto citius laxata ſunt & ſolnta, exutuſque vinculis ſervus, ad eccleſiam ſeſe proripuit, nec repetitus a Domino, offenſam ſuppliciumque vitavit. Tantum apud omnipotentem Deum ſupplicatio, tacite Viro ſancto fuſa, convaluit, nec paſſus eſt Chriſtus eum manere ligatum, qui in neceſſitate animo ad Sancti altaris auxilium confugiſſet: ut hinc quoque daretur intelligi, quantum interceſſio illius ad animarum ſolvenda vincula prævaleret, cujus invocatio tanta facilitate ligamenta corporis diſſolviſſet.

Abbas Maximinus S. Goaris non præcavit, punitur. C *a* 27 Quodam tempore Abbate Tancrado in Cella poſito, Maximinus monaſterii S. Gereonis, quod apud *a* urbem Agrippinam, quæ nunc Colonia dicitur, ſitum eſt, Abbas a provincia Vangionum ex vindemiis cum onuſta vino navi & non paucis comitibus deſcendebat. Qui cum jam S. Goaris monaſterio propinquaſſet, ſuadetur a ſociis, uti appulſa in continentem navi, oratum ad Sanctum Goarem aſcendat. Ille moras ſibi non neceſſarias hac in re fieri dicere, fore opportuniorem tempore alio orandi occaſionem: ſic dehortatis comitibus, propoſitum iter perſequitur: ſed non impune illum ultio divina tranſire permiſit. Quippe ut in conſpectum Cellæ navis acta pervenit, repente ex maxima ſui parte demerſa, lapſiſque io aquam, quæ geſtaverat, vaſis, præſentis jacturæ & periculi metum cunctis incuſſit. Clamare omnes & auxilium lachrymabiliter implorare: culpam Abbas confiteri, & Sancti Goaris meritum exorare. Rem abbas Tancradus ex loco ſuperiori conſpiciens, & quanto in periculo verſarentur cuncti, conſiderans, ſuos e veſtigio mittit, mandat ſubſidium laborantibus ferri. Deducuntur continuo naves, & ſubſidium modis, quibus erat poſſibile, miniſtratur. Ita cum Abbatis auxilio & ſudore multorum, tum maxime beati Goaris opitulatione recuperata navi, vaſiſque receptis & opibus, incolumis ad litus Abbas progreditur. Egreſſi navi oratum feſtinant, perluaſum ſibi perenniter affirmant, ne locum, tanti viri meritis inſignem, facile umquam ſine ſupplicationis munere tranſeundum exiſtiment *b*. D A. WANDELB.

28 Conſimili prope eventu cum quidam ex Friſonum * gente negociator navim circa ripam ulteriorem ageret, neque littori, in quo monaſterium ſitum eſt, propinquare diſponeret, ubi ad ſcopulos illos, de quibus ſupra diximus, navis acta pervenit, ſubito rapta & in gurgitem undarum violentia tracta, præſenti cunctos diſcrimine perculit. Sed cum Dominus navis, S. Goaris ſæpe nomen & meritum iterans, ſubſidium expetiſſet, in portum continuo navis illæſa devehitur. Ille, ut continentem attigit, oratum perrexit, ac pro ſalutis munere veſtem holoſericam venerandæ memoriæ tribuit. Quæ etiam veſtis poſtea ab eo, qui hæc mihi retulit, Theodrado clerico ad Prumiam monaſterium eſt delata. *b* *Monetur invocato S. Goaris, naufragio eripitur.* * *al.* Frieſonum. E

29 Rem illaturus ſum, præcedentibus quidem non omnino diſſimilem, ſed quæ miraculi aliquid amplius habebat, & cujus tot ſunt pene fideliſſimi teſtes, quot loci ipſius habitatores tempore, quo geſta eſt, eſſe potuerint. Negociator ex ſupradicta Friſonum gente navim per Rhenum flumen agebat, &, ut moris eſt, quia adverſo flumine navigabat, funem a ſuis navim circa litus trahendum curaverat. Cumque jam Cellæ vicina attigiſſet, monetur a ſuis aliiſque in fluminis præcipitio * conſtentibus, uti ad orandum navim egredi debeat. Ille ſibi ejus tunc rei copiam non eſſe dicere, impediri mora propoſitum curſum, nec ſe poſſe niſi continusto navigio quietis congruum locum attingere. Ita animo fixo, navim agit, & ipſe & in ea clavum regens, cum uno ſervorum reſidet: reliqui ſune navim per litora trahunt. Erat inter eos unus, qui cunctos antecedens, extrema ſunis dorſo & ventri circumvoluta teneret. Ventum erat ad fluminis illam, de qua in ſuperioribus egimus, rapiditatem horribilem, cum repente navim undæ violentiſſimæ rapiunt, nec gubernatore ullo præſidio valente reſiſtere, longiſſime a litore ſubtrahunt. Ea rapta, cum vim ferre non poſſent, funem, qui per ripas trahebant, victi relinquunt: ſed is, qui cunctos præceſſerat, tam cito explicare ſe fune non valens, navim ſecutus, in gurgitem trahitur. Neque id dominus navis, qui in puppi reſidens laborabat, animadvertere potuit. Reliqui, qui a fune refugerant, magnis vociſhus navi & ſocio, qui ſub aqua trahebatur, opem divinam & beati Goaris merita ſuccurrere poſtulabaot. Tantaque tum aquæ vis & nudarum vorago fuit, ut non ante navis in curſum dirigi poſſet, quam longiſſime pulſa, in ulteriorem ripam non ſine magno plurimorum metu atque horrore exportaretur. Negociator vero, ut terram attigit, funem, qui navi cohærens per aquam fuerat tractus, a *Motus* * *Mobil. præcipitio.*

A ſervo colligi mandat. Quo collecto, in extre-
A. WANDELB. ma ejus parte ſervus, ſicut implicitus fuerat, invenitur. Qui diligentiſſime contrectatus, & modis variis pertentatus, non aliud potuit deprehendi, quam mortuus.

revocatur ad vitam. 30 Denique adhibito plurimo ſtramine, & igne circumcirca fuccenſo, nihil caloris penitus perſentire, vel aliquod vitæ indicium potuit edere. Quid plura? Devehitur rurſus in citeriorem ripam, ac de ſola ſepultura domini ejus & comites agunt. Rogatur cuſtos eccleſiæ, ut ad ſepeliendum mortuum loci alicujus copiam faciat. Eo obtento, dum ad ſepulturam aperiunt, interim cadaver, ut vere putabatur, exanime in cuſtodis ad horam manſione deponitur. Cum non poſt longum temporis intervallum incipit recaleſcere, & paulatim os aperire, ac ſpiritum ducere. Dehinc totum ſe elevaos, parum ſanguinis ore rejecit, & confeſtim ſurrexit incolumis, ita ut, oratione facta, & gratiarum actione ab omnibus reddita, ad ducendam, ſicut prius, ovium cum ſociis feſtinaret. Ea negociator ot
B vidit, emendatum ſe & pro culpa caſtigatum magnopere gratulans, argenti libram altari ſacro perſolvit, & cœpto dehinc itinere, ſuis omnibus incolumibus, abiit. Viderint, quid de re hujuſmodi ceteri ſentiant: ego confidentiſſime dixerim, beati Viri merita tanto eſſe poſt obitum clariora, quanto ſolicitius, dum viveret, humanas laudes & jactantiam fugerit. Neque in hujuſmodi ſignis & miraculis exhibendis cujuſquam Sanctorum (Apoſtolis & clariſſimis Eccleſiæ Martyribus dumtaxat exceptis) illum ioferiorem videri: quippe qui in diligendo Deum & proximum non facile
b quoque dlis judicetur inferior *b*: quippe tametſi in vita non multis, quæ homines noverint, miraculis claruit, ſed ea, quæ miraculis omnibus potior eſt, charitate clariſſimus extitit: ideoque poſt obitum quotidie in viventium fide tot tantiſque virtutibus claret.

a Supra ſſ. Herardus. 31 Præterea Heirardus * monachus, qui, ut ſæpe dictum eſt, horum mihi miraculo-
C rum certiſſimus relator extitit & veriſſimus, bis affirmat, nullo admovente extrinſecus ignem, lampadem, quæ coram memoria veneranda dependet, infuſo divinitus lumine ſplenduiſſe. Quod ipſum præſenti anno, quo iſta deſcripſimus, & ſuperiori contigiſſe, qui interfuerunt, affirmant: ſed id ſuo loco erit dicendum.

ANNOTATA.

a *Monaſterium S. Gereons intra muros Colonienſes incluſum, in collegiatam eccleſiam jam pridem converſum eſt: qua de eccleſia legendus Ægidius Gelenius in lib. 3. de Colonia Syntagm. 3.*

b *Refert Mabilio in notis ad hunc locum ex Gelenio, morem hunc perſeverare in præſentem diem; viatoribus nefas exiſtimantibus, ſi iſtac prætervehi, niſi, injecto in collum vinculo, ſeſe S. Goari mancipaverint; hoc etiam præſtare vel ipſos. nevatores, apud quos, ipſumque vulgus, aguota hujuſce religionis ratio. Scripſit ad me Franzenius noſter, de quo in Comm. prævio, lo-*
cum ſeu gurgitem, vulgo dictum die Gauck, valde periculoſum eſſe, atque anno 1719. quo hæc ſcribebat, aliquot naves ibidem ſubmerſas; alias in gravi ſubmerſionis periculo fuiſſe. D

c *Legit impreſſus codex noſter Moguntinus:* Quoquam illorum judicetur inferior.

CAPUT III.

Miracula, quæ ſub Marcuardo, tertio Prumienſium abbate contigerunt, expediuntur. Quando & a quo Cella S. Goaris monaſterio Prumienſi ſociata.

HActenus ea deſcripſerim, quæ Abbate Tancrado in hac vita ſuperſtite, facta inter alia referuntur. Nunc adjutore Chriſto, ad clariſſimi patris Marcuardi tempora, qui hoc ipſum opus mihi impoſuit, ſervato, ut propoſui, ordine, veniam. Et ot hæc E ipſa, rerum geſtarum ordine aliquantulum poſtpoſito, exordio clariori incipiam, excellentiſſimæ pietatis ſingulariſque clementiæ, & erga Chriſtianam religionem omnium Imperatorum ſtudioſiſſimus Ludovicus, qui adhuc, ſuperna miſericordia providente, rerum ſumma potitur, cum dolore pedum vehementiſſimo (quia olim infirmitate vir ille, etſi non continue, frequenter tamen affligitur) laboraret, atque ex palatio ſuo, quod in litore fluminis Rheni ſitum, Ingelheim ſupra diximus appellari, evectione navali deſcenderet, oratum ad S. Goarem exiit, vix in terram pedem præ dolore nimio ponere valens, & ſuſteotantium magis, quam ſuis greſſibus nitens. Cumque in eccleſiam perveniſſet, ante memoriam venerandam humillime ſe ac devote depoſuit, & in terra ſtratus, diutius peroravit. Ubi vero ſurrexit, ad Abbatem & clariſſimum virum Gerumgum, olim palatii ædilem, nunc monachum, converſus, Deo, inquit, gratias: nunc meritis Sancti Goaris levamen mihi datum perſentio, neque eo jam, cum quo huc veni, dolore la- F boro. Sic a memoria regreſſus, lætus & alacer diem totum duxit. Hæc ipſo Abbate, qui coram adfuit, referente cognovi: quamquam nec ego ipſe multum abfuerim, qui pridie ejus diei Imperatorem, prædicto dolore graviſſime laborantem, in palatio viderim. Sed huic rei geſtæ aliam, tempore paulo ſuperiorem, ſubjiciam. Mulierem Scoticæ nationis cives, ab urbe redeuntes, ægram & greſſu debilem ibi reliquerunt. Ea poſtquam ſex in loco menſes egit, ſub die ſolemnitatis annuæ, quæ agitur pridie Nonas Julii, inter veſpertinos pſalmos greſſus ſanitatem recepit.

Ludovicus Pius a podagra liberatur.

mulier a claudicatione.

33 Superiori anno, poſt ea, quæ de Imperatore retulimus, accidit, ut quidam ex ruſticis filium parvulum, dæmone plenum, ad eccleſiam cum fleru & ſupplicatione deferret. Quem cum ante memoriam flens & ejulans multis præſentibus expoſuiſſet; Sancte Goar, inquit, redde mihi nunc filium meum, & pullo, qui vexat eum, dæmone, ſana: egoque tibi pro munere apim unam (ſic enim vocare ruſtici examen apum con-

qui & puer a dæmone.

ſue-

A fueverunt) huc protinus adferam. Non inanis fuit ſimplex hæc hominis ruſtici poſtulatio, ſed continuo ſanctum integerrime parvulum lætus & gaudens pater domum revexit. Denique examen apum, ut pollicitus fuerat, obtulit, hodieque in hortis eccleſiæ permanet. Hæc cum ſæpedicto Theodrado, tum Heckeboldo, ipſius loci Præpoſito, viro ſane docto atque veraci, narrante cognovi. Et ut illud inferam, quod ſupra leviter tetigi, anno præterito in die ſanctiſſimo Paſchæ, cum Præpoſitus Heckeboldus ſub ipſo lucis exortu Miſſas agere vellet, itemque hoc eodem anno, quo iſta conſcripſimus, cum idem in Quadrageſima Miſſa ageret, & lumen eccleſiæ deeſſe quereretur, cuſtoſque depoſita lampade ac fine igne reperta, pro eo deferendo feſtinaret, ſubito, cernentibus multis, ſponte in lampade lumen accenſum enituit. Quod ibi crebro factum, plures viri fideles, qui interfuere, teſtantur.

Lampas accenditur.

B 34 Sed ut hæc miracula rerum nuperrime geſtarum narratione de præſenti concludam, ſub idem tempus, quo his deſcribendis manum impoſui, necdum libello edito, cum ad annuam beatæ depoſitionis ſolennitatem magna undecumque, ita ut ſolet, hominum multitudo confluereret, nota ex vicino mulier advenit cum filio fere ſeptenni, qui ab ortu ipſo claudus, mutus, ſurduſque permanens, infelici genitrici novos quotidie luctus & dolores adferret. Hunc mater, devota fide cum inter nocturnas vigilias coram ſepulcro venerabili expoſuiſſet, circa finem pſalmorum matutinorum cum canticum Evangelii clerus eccleſiæ caneret, infantulus lento anniſu repente ſurrexit, ac pedibus, quos uſque ad id temporis numquam terræ fixerat, adſtans, matrem clamore iterato vocavit. Flens præ gaudio, continuo mater accurrit, & filium, quem tot preſſum incommodis depoſuerat, ambulantem ſimul & loquentem audientemque recepit. Neque fuit Chriſto difficile, pro ſui merito Confeſſoris, uno eodemque tempore & poſſibilitatem loquendi puero & ſcientiam, quam majores audiendo numquam didicerant *, dare: cum ſit ipſe ſapientia Dei, quæ aperit ora mutorum, & linguas infantium diſertas facit. Tum vero omnium, qui aderant, mentes tanti replet ſtupor miraculi, tota in laudem Chriſti conclamat eccleſia, & unius infantuli ſalus miraculi, multorum ad fidem corda ſuccendit.

Infantulus claudus, unctus & furdus curatur.

C * al. percepere.

Cæca puella videt.

35 Eodemque die, cum Miſſarum ſolennia populus ſpectaret, & divina a ſacerdote myſteria agerentur, puella eadem prope, qua prædictus infans, ætate, diu cæca, quæ tum a parentibus fideliter ſuiſſet illiata, amiſſum lumen recepit. Ita gemino miraculo ſub uno die & ſancti Viri meritum palam cunctis enituit, & præſentium fides, Chriſti clementia quam non deſit invocantibus ubique præſens, agnovit.

a ſcriptionis tempus.

(36 Hæc *a* de miraculis beati Goaris merito oſtenſis atque exhibitis, pauca brevi & aperto, quantum potui, ſermone digeſſi, narrationem ad annum DCCCXXXIX. Incarnationis Dominicæ perducens, eaque tantum (ut in libelli hujus principio adnotavi) ſcripturæ mandans, quæ relatu virorum fidelium didici, quæque non eis modo, qui retulere, ſed omnibus pene locum frequentantibus haberi notiſſima comperi. Quamquam non omnia, quæ ab eis ipſis, quorum fidei ſpecialiter credendum putavi, relata ſunt, ſcripſerim, alioquin aut modum ſuſcepti operis exceſſiſſem, aut auditoribus longior juſto prolixiorque fuiſſem. Neque hoc opere facultatem alii de his ſcribendi præripui, ſed & hæc ipſa, quæ utcumque videntur a me eſſe propoſita, poterunt, qui volunt, pro ratione dignius explanare, & quæ in ſimilibus miraculis ſorte provenient, exemplo a vobis, Pater ampliſſime Marcuarde, & a me ſumpto deſcribere. Quippe ſi divina opera nobis glorificanda digniſſime proponuntur, oporter, ut non ceſſante virtutis divinæ beneficio, etiam ſcribendi non ceſſet intentio, & donec, qui explere poſſint, exiſtunt, litteris digna admiratione tradantur. Quare etiam vacantes pergamenas huic libello ſubjicere placuit, ut edito opere præſenti, futuris poſt hæc temporibus, quæ inſerenda prudens aliquis æſtimaverit, opportune poſſit inſerere.)

D A. WANDELB.

E

37 Decurſis jam, quæ de miraculis Viri ſancti ſcribenda ſuſceperam, videtur mihi neceſſario paucis eſſe monſtrandum, & poſt editos libellos duos quodam extraliminio memorandum, quemadmodum & qua ex cauſa Cella beati Goaris monaſterio Prumiæ fuerit ſociata, ut omni tempore ſub regimine & poteſtate Abbatis, qui ei monaſterio, authore Deo, præfuerit, ipſa quoque eſſe deberet. Excellentiſſimæ memoriæ Rex Francorum Pipinus, pater Imperatoris famoſiſſimi Caroli, poſtquam, ut omnibus prope notum eſt, amore Chriſti & uxoris ſuæ ſanctæ recordationis Berthradæ rogatu provocatus, monaſterium ſupraſcriptum conſtruxit, conſtitutis in eo monachis, qui Deo ſub regulari ordine militarent, venerabilem virum Aſſuerum regiminis præfecit officio: qui etiam eidem loco annis quadraginta quinque ſaliciſſime præfuit. Hunc cum pro ſuæ vitæ merito plurimum coleret, ejuſmodi conſtitutionis ei auctoritatem dedit, ut cum iter agens, ad aliquem juris regii locum veniſſet, licenter, quæ itineri eſſent neceſſaria, ſumeret.

A Pipino monaſterio Prumienſi fundatore

F

38 Cum ergo quodam tempore iter a monaſterio in Vangionum *b* provinciam ageret, & occaſione viæ ad S. Goarem declinaſſet, ubi tum rectoris nomine præerat quidam Herpingus nomine, neque commoditatem aliquam rerum neceſſariarum nanciſci potuiſſet, rem, ut erat geſta, paulo poſt Principi retulit, peſſimum eſſe dicens, eo loco humanitatem hoſpitalitatis omnis negari, ubi quondam ſub beato Viro ſingulariter virtus eadem viguiſſet. Pollicetur Rex hæc fore emendanda, cum temporis opportunitas arriſiſſet. Itaque non multo poſt poſitus in palatio, quod Atiniacum *c* vocatur, cum ad generalem populi conventum ſimul Abbas Aſſuerus veniſſet, evocatum ad ſe princeps ſuper his, quæ de Cella beati Viri dicta ab eo fuerant, commonefacit, eique regendam committit, hortatus, ut eam congrue diſponere, atque hoſpitalitati, quam in ea non ſit expertus, competentem efficere debeat. Hæc prima fuit Cellæ jam dictæ cum monaſterio Prumia, facta ex regis Pipini mandato & voluntate, conjunctio, quando non ipſi monaſterio & monachis ſubjecta, ſed Abbati

Cella S. Goarii ad unita b

c

bati tantum eſt beneficii ad regendum jure commiſſa.

A. WANDELB. *Subrepta de ea conjectura*

39 Regnante vero poſt patris obitum Magno Carolo, orta eſt inter Trevirorum pontificem tunc Weomadum, Abbatem Aſſuerum pro eadem Cella contentio, afferente Epiſcopo ad ſuæ eam eccleſiæ jus pertinere, Abbate contra dicente, eſſe illam Regis lege hereditaria poſſeſſionem, neque in ea poſſe ſibi aliquid eccleſia vendicare, quæ & ſibi eſſet a Rege Pipino commiſſa, & in dominium clariſſimi Caroli ſucceſſionis jure tranſmiſſa. Ita eis diu multumque certantibus, & re ad controverſiam ſæpe deducta, directi ſunt ex latere Regis & ſemel & iterum ac tertio legati fideliſſimi & veraces, qui cauſam diligenter inquirerent, litemque congrue terminarent: quique rem examinantes, non aliud, quam quod Abbas proteſtatus fuerat, invenerunt, regii ſcilicet (potius) quam eccleſiaſtici juris poſſeſſionem loci ſæpedicti exiſtere. Sed eum hæc Epiſcopo nequaquam ſufficerent, famoſiſſimus princeps habito in Saxonia ſuper ſontem *, qui Lupia dicitur, generali conventu, ſub præſentia totius regni prope Primatum, & utriuſque ordinis clariſſimorum virorum, rem per ſe examinandam ſuſcepit, omniumque, qui tum adſuere, judicio, juriajurandi conditio cauſidico monaſterii, tunc Ratberto nomine, eſt conſtituta, qua ille poſtea cum aliis duodecim firmavit, poſſeſſionem ſæpedictam non eccleſiæ Trevirorum, ſed dominio regio tantum competere.

B

* *forte Stafvio.*

40 Hoc ergo modo re definita, & Epiſcopo tandem acquieſcente, famoſiſſimus Rex cum ſuorum conſenſu, Cellam ſancti Viri monaſterio Prumiæ tradidit, edito traditionis ejuſdem privilegio, quo firmavit teſtatuſque eſt, ſe pro amore Chriſti & eleemoſyna parentum ſuorum, Pipini videlicet regis & reginæ Berthradæ, Cellam ipſam hac lege jam dicto monaſterio ſubdere, ut omni deinceps tempore Rectores monaſterii ejuſdem eam tenere, & rebus ejus libera conditione in uſus ſuorum Deoque ſervientium fratrum neceſſarios uti, ac ſine ulla cujuſquam contradictione, quæ utilitati communi competerent, de ea facere & ordinare deberent. Neque rebus ſolummodo, quas tempore eodem Cellæ dominium retineret, ſed & illis, quæ futuris ſucceſſionibus acquiſiſſet, jure firmiſſimo uterentur.

D

41 Hæc quemadmodum ſint geſta atque ſtatuta, poterit, qui voler, relecto eodem, quod hodieque in archivis ipſius monaſterii integerrimum manet, privilegio ſcire. Nobis rem breviter commemoraſſe ſuffecerit, ne id, quod eſſet utile cognitioni, penitus ſiluiſſe, & in hac parte circa beatum Goarem officio defuiſſe merito redarguerемur. Denique cum hæc ſcriberemus, ſicut in regimine monaſterii Prumiæ, ſic etiam in poſſeſſione Cellæ S. Goaris Aſſuero Tancradus, & ei Marcuardus vicaria mutatione ſucceſſerant. De Abbate porro Aſſuero & Cella ſancti Viri ea, quæ primo retulimus, ita eſſe geſta, quidam ex ſenioribus fratribus, non indignus fide, ab eodem Abbate ſe audiſſe eſt proteſtatus.

E

ANNOTATA.

a *Iſthæc uncis incluſa digreſſio deſideratur in Surio, invenitur apud Mabillonem & in codice noſtro impreſſo Moguntino. Dictus Mabilio teſtatur ſe hanc ex Remigiano deprompſiſſe.*

b *Urbs* Vangionum, *eſt* Vormacia, *vulgo* Worms, *ſatis nota.*

c *In Campania ad Axonam, vulgo nominatur* Attigny.

a *Carolo Magno ſuppoſito.*

DE S. SEXBURGA REGINA

ABBATISSA ELIENSI IN ANGLIA.

C F

J. B. S.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Glorioſa S. Sexburgæ progenies & cultus ſacer,

DCXCIX. ELienſis ſeu Elyenſi *inſula, quæ melius diceretur regia, paludibus obſita & variis aquarum divortiis interſecta, in bodierno comitatu Cantabrigiæ, pridem & fuſe in Actis noſtris deſcripta eſt tomo* IV. *Junii a pag.* 493. *præterquam quod & aliis locis de eadem facta ſit mentio, toties memoranda, quoties, ut fuit Sanctorum ſerax, ex iis aliquis illuſtrandus occurrit, qualis hoc die inclyta in paucis & glorioſa in ſacris noſtris tabulis celebratur, Sanctorum, ut aliqui volunt, filia, certe ſoror, mater & avia* S. Sexburga, *regina, ſanctimonialis, & poſt ſororem ſuam* S. Etheldredam, Etheldretam, Ediltrudem (*vulgo* S. Audry) *nominatiſſimi Elienſis cœnobii abbatiſſa. De ſanctiſſima progenie pridem ſcripſere Majores noſtri ad* XVII. *Martii tomo* II. *pag.* 605. *ubi de S. Witburga virgine, in hac verba*: In Heptarchia Anglo-ſaxonica floruit ſeculo Chriſti ſeptimo Anna, Rex Anglorum, vel hoc ſolum titulo felicior, quod quatuor genuerit filias, faſtis ſacris adſcriptas & cultu eccleſiaſtico honoratas: ex his ſuos natales habent S. Etheldreda XXIII. Junii, S. Ethelburga VII. Julii, Sexburga VI. Julii, & Witburga XVII. Martii.

De S. Sexburga ſanctæ familiæ ſuæ ſepius actum;

2 *En ſanctæ noſtræ* Sexburgæ *ſorores virgines omnes, omnes cœleſtium honoribus præfulgentes. Ambas filias olim illuſtravit Heuſebeuus S. Ermenildam reginam* XIII. *S. Earcongotam virginem Faræmonaſterienſem*, XXVIII. *Februarii*; *neptem & ipſam ſanctam, S. Ermenildæ filiam Werburgam, ejuſdem menſis die tertia. Quod ſi hiſtoriæ Elienſi credimus, Anna ſanctorum quatuor parens, ut jam innuebam, & poſtea patebit, ſacra veneratione non caruit: matrem vero Hereſwvitham, poſt viri cædem, ſanctimonialem Calenſem in Francia, inter Galliæ Sanctos collocare non dubitavit Sanſſayus ad diem* XXIII. *Se-*

cujus ambo hi etiam parentes aliquid Sanctitatis adſtruebant;

Digitized by Google

A *Septembris, inſcriptam quoque Martyrologio Anglicano Wilſoni primæ editionis, quem veriſimiliter ſecuti ſunt Ferrarius & Alfordus, Caſtellano non niſi venerabilis appellationem ei tribuente. Quod ſi vero parenti utrique competat eccleſiaſtica veneratio, jam illud gloriæ momentum Sanctæ noſtræ accedet, quod non ſolum ſoror, mater & avia, ſed & filia Sanctorum, rara ſane prærogativa, nuncupari poſſit, præterquam quod & materteram habuerit ſanctam, nomine Hildam, fratrem autem ſanctum Jurminum, ut eum vocat Thomas monachus, infra non ſemel citandus.*

ipſa certe Sanctorum ſoror mater & avia fuit;

3 *Ad diem* 11. *Februarii obſervaverat Henſchenius*, prognatam eſſe S. Wereburgam patre Wulfhero . . . ejuſque piiſſima conjuge Ermenilda regina, cui ſacer eſt dies XIII. Februarii: *hic vero de nobiliſſima æque ac ſanctiſſima progenie, multa ſtudioſe diſquirit & deducit, inter quæ hoc proxime facit, quod Regis Erconberti uxor ac S. Ermenildæ mater fuerit ſanctæ noſtræ* Sexburga, *quæ & aliam iſtam ſanctam prolem peperit virginem Earcongotam, laudatam a Beda, ut* condignam parentibus ſobolem magnarumque

B virtutum. *Cetera ad* S. Sexburgæ *parentes Reges, Reges maritum & generum totamque familiam ſpectantia, locis jam citatis, pluribus explicantur, non ab illuſtri regiaque ſtirpe & affinitate Sanctæ noſtræ hic gloriam quærimus, ſed a tot præclariſſimis ſanctitatis, in ejus proxima conſanguinitate argumentis, quod jam abunde ex parentibus, ſororibus, fratre, filiabus, nepte & matertera, oratione quantumvis brevi collegimus, aliqua repetituri die ſequenti, Poſtremum noto ex Henſchenio tomo* II. *Februarii pag.* 690. S. Sexburgam *in inſula Cantii orientalis Scbepeya monaſterium ſanctimonialium exſtruxiſſe, a quo vicus etiam nunc Minſter appellatur, Eam iſtic a morte mariti, (obierat Erconbertus anno* 664.) *a S. Theodoro Archiepiſcopo (qui anno* 668. *eam dignitatem ſuſceperat) velamine ſanctitatis accepto, aliquamdiu abbatiſſam vixiſſe &c. quæ ſequenti proxime paragrapho pluribus elucidabuntur.*

ſi non claſſicis Martyrologiis,

C 4 *Illuſtrium trium* S. Sexburgæ *ſororum virginum receptiſſimam venerationem jam ſatis inſinuavimus, porro & ipſam ſanctitatis titulo debitiſque honoribus mox cultam fuiſſe, oſtendit vitæ S. Etheldredæ auctor, laudatus Thomas monachus, dum eam in Actis tomo* IV. *Junii pag.* 517. Beatam *appellat & Sanctam, ſic loquens*: Poſt diſceſſum vero ſanctarum Etheldredæ, Sexburgæ, Ermenildæ atque Werburgæ. *In Martyrologiis claſſicis nulla quidem ejus memoria, verum in auctioribus Uſuardinis codicibus non ſemel annuntiatur, atque imprimis in Antverpienſi majore, codice perveteſte, atque olim in Anglia uſitato, de quo in noſtra præfatione num.* 217. *ſic laudatur*: Ipſa die in Britannia, depoſitio S. Sexburgæ. *Alter priori vetuſtior, ſed non æque purus codex Roſwveydinus ſeu Ultrajectenſis S. Mariæ, Sanctis Anglia itidem auctus, adjecit titulum* virginis, *qui quo pacto vidnis ſanctimonialibus aptari utcumque poſſit, alibi diximus, & ante nos euplicius Henſchenius tomo* II. *Februarii pag.* 691. *litt.* C.

ac ſaltem pluribus aliis inſcripto.

5 *Longius eſt codicis Altempſiani elogium hoc modo conceptum*: In Britannia, ſanctæ Sexburgæ, ſororis ſanctæ & perpetuæ virginis reginæ Etheldredæ, quæ copulata in conjugium erat regi Ovotibrichto, qui frater minor fuit Ermenredi, patris videlicet ſanctorum Aeltbredi & Ethelberti; ex qua Sexburga rex præ- D
fatus genuit duas filias, ſuique heredem in re- Auct.
gno Ethbrichtum, ſub quo Etbrichto prædi- J. B. S.
cti Martyres (*an Aeltbredus & Ethelbertus?*) occiſi ſunt. *Editio Lubeco-Col. legit*: Ipſo die, beatæ Sexburgæ virginis, ſororis ſanctæ Etheldredæ reginæ. *Brevius Grevenus*: Sexburgæ reginæ. *Tum Molani poſteriores editiones*: In Britannia, depoſitio S. Sexburgæ viduæ. *Florarium Sanctorum Ms. diſparata conjunxit*: Item ſanctarum virginum Godolenæ & Sexburgiæ. *Accedunt Galeſinus, Canſius, Ferrarius aliique recentiores: adde monaſticos Wionem, Dorganium, Menardum & Bucelinum cum prolixo elogio, quod ex ſecurioribus fontibus malus deſcribere. Nec placet Wilſoni annuntiatio in Martyrologio Anglicano hoc die, ubi nonnulla more ſuo admiſcet, quæ nec cum recta chronologia nec cum hiſtorica veritate ſatis conveniunt.*

Antiqua ejus Acta modum ſuperant.

6 *Dolendum vehementer, periiſſe, aut ſaltem hactenus repertam non fuiſſe hiſtoriam geſtorum* E
Sanctæ noſtræ, quam diſerte appellat auctor vitæ S. Etbeldredæ citato tomo IV. *Junii pag.* 517. *his verbis*: Sepulta eſt (*S. Sexburga*) in decenti loco poſt beatiſſimam ſororem ſuam, ubi virtutum ſuarum merita florere non deſinunt, ſemperque ejus præconia arripiunt incrementa, UT IN LIBRO ILLIUS ENARRATUR. *Hiſtoria Elienſis hinc inde paulo contractior, nonnullibi auctior, Monaſtico Anglicano atque etiam Angliæ ſacræ inſerta, idem aſſerit, ipſiſſimis illis Thomæ monachi verbis. Cæterum licet* illo libro *careamus, ærtiores de* S. Sexburga *notitias ſubminiſtrat idem illo vita S. Etbeldredæ ſcriptor, ut eum Papebrochius loco ſæpe citato edidit, ex quo & præfata Elienſi, Monaſtici & Wbartoni hiſtoria, aliquo uſque contexi poteſt hiſtorico-chronologica narratio, cum iis quæ noſter Alfordus tradidit, conferenda. His demum accedent Joannis Capgravii & Nicolai Harpsfeldii elogia potius quam Acta, quæ a Mabonio alioſque pro majori parte expilata, facile deprehendes. Atque hæc interim lectori ſufficere debent, donec feliciori aliquis* librum illum *a Thoma citatum, alicunde refoſſit.*

F

§. II. Præcipua vitæ capita chronologice ordinata.

S. Sexburgæ parentes junctis voluntatibus anno 620;

POſt *Sigeberti & Ægerici interitum, quem anno* ab Incarnatione Verbi Dei DCXXXVII. *affigit auctor noſter*, regni (*orientalium Anglorum vulgo* Eſtangle) ſucceſſor factus eſt Anna filius Eni, de regio genere, vir optimus atque optimæ ſobolis genitor. *Is vero* uxorem tanto condignam ſponſo *ſortitus fuerat*, pluribus antequam regnum adeptus eſſet annis. *Veroſimiliter ab anno circiter* 620. *Utriuſque conjugis virtutes prædicat idem Thomas monachus, hæc ſubjungens*. Nati ſunt eis liberi, quos vita laudabilis & mors nihilominus pretioſa commendat; filii autem duo Aldulfus & ſanctus Jurminus, ac filiæ quatuor; primogenita videlicet Sexburga, fœmina incomparabilis, Ædelburga, Etheldreda, atque Wirthburga. *Filiæ ſenioris & forſaſſe omnium primogenitæ ætatem quærimus, utcumque colligendam ex iis, quæ ſubjiciuntur num.* n. *noſtræ editionis*: Sexburga vero nupſit Viro, anno quinto regni

AUCTR. J. B. S.

Agni patris ejus, Erconberto Regi Cantuariorum. *Cum igitur Sanctæ noſtræ parens Anna regnum conſecutus dicatur anno 637. ſequeretur* S. Sexburgam *marito copulatam anno 642.*

ipſa primogenita nupſit Erconberto anno 640.

8 *Obſtat huic calculo Hiſtoria Elienſis in Whartoni Anglia ſacra tomo 1. pag. 595. ubi ſub ipſo principio ſic legitur:* Præfatus Anna occidicur a Penda Rege Merciorum anno regni ſui XIX. ab Incarnatione vero Domini DCLIV, & in loco qui Blydburg nuncupatur, ſepelitur corpus ejus, ubi uſque in præſentem diem, pia devotione fidelium veneratur. *Obſtat, inquam, quod annus 654. ibi ſit XIX. regni Annæ, & is regnum primum adorſus ſit anno 637. Hæc nos cogunt initia ejus referre ad annum 635. quo paſto recte fluet vitæ* S. Sexburgæ *ſeries chronologica, quam alia argumenta mox ſtabilient. Eam firmabit imprimis Venerabilis Beda hiſtoriæ ſuæ lib. 3. cap. 8. ita loquens:* Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo quadrageſimo Eadbaldus Rex Cantuariorum, tranſiens ex hac vita, Earconberto filio regni gubernacula reliquit: quæ ille ſuſcepta, viginti quatuor annis & aliquot menſibus nobiliſſime tenuit.

B

Poſt matrimonii annum 24. ſenile transfluxit,

9 *Hinc ſatis congrue inferunt Alfordus & alii, ab ipſo illo anno 640.* S. Sexburgæ *junctum fuiſſe Regem Erconbertum, adeoque cum ea in conjugio vixiſſe annis totis XXIV. nempe uſque ad annum 664. qui Erconberto ultimus fuit. Satis ſibi conſtat præfata hiſtoria Elienſis, dum paulo infra ſubdit:* Sexburga nupſit Erconberto Regi Cantiæ anno quinto regni patris ſui, quibus nati ſunt duo Reges, Egbertus & Lotharius, & duæ filiæ, Ermenildis & Erkengota. Sexburga vero poſt obitum viri ſui, qui XXIV. annis imperium rexit, aliquamdiu viriliter regno præfuit, donec impuberes annos Egberti filii ſui in robur virilis ætatis reformaverat. *Vixerit itaque in matrimonio* S. Sexburga *annis totidem quot regnavit maritus: cum autem annis circiter duodeviginti natam fuiſſe credamus, antequam ad virum acceſſerit, ſatis veroſimile eſt, ejus nativitatem ad annum 622. referendam; quod ſi vicennis fuerit, ortam dicemus circa annum 620. ut annos paulo minus quatuor ſupra quadraginta numeraverit, dum* viriliter *propria auctoritate* regno præfuit, donec impuberes annos Egberti filii ſui in robur virilis ætatis reformaſſet.

C

virgines congregavit in Schepeya inſula,

10 *Pergit hiſtoria:* Commendato ei demum imperio, veſtem jocunditatis depoſuit, habitumque mœroris ſuſcepit: tandem apud Schepeyam ... in Cantia votum ſuum dirigit; ubi novum habitaculum virginibus ſacris, quas ſibi aſſociaverat, conſtruxit; quæ etiam ab Egberto filio ſuo, pretio redemptas poſſeſſiones, eccleſiæ adjecit, in qua LXXVII. diſcipularum ſibi adjunxit collegium. Nocte autem quadam cum S. Sexburga ſopori ſe dediſſet; angelus Domini apparuit ei per viſum, dicens: Scias, quod non poſt multos hos dies, multis annis evolutis, defertores Dei regnum hoc invadent diripiendum, invaſum oppriment & affligent. Quod tunc completum in ſe fere tota Anglia eſt experta; quando ab aquilone ruit tempeſtas ſuper habitatores terræ, Inguare & Ubba navali certamine, cum triumpho regnum ingreſſis, & ſæviente gladio cædem Eccleſiæ Dei totentantibus generalem. *Hucuſque hiſtoria; cetera ex Thoma ipſo deſumemus. Nihil ſatis clare utroviſ loco exprimitur, unde quis facile diſcernat, quot annis* S. Sexburga *vidua regnum pro filio adminiſtraverit, quot in Schepeya morata ſit, quo demum in Elienſem inſulam ad ſororem abbatiſſam S. Etheldredam ſe receperit.*

D

unde circa an. 673. in Elienſem ſe recepit?

11 *Demus igitur aliquid veroſimillimæ conjecturæ. Conſtat ex Thoma æque ac ex hiſtoria ſeptennio aut circiter præfuiſſe Elienſi cœnobio S. Etheldredam, beata morte defunctam XXIII. Junii anno 679. electam proinde an. 672. vel ut alii apud Alfordum 673. haud dubie ſub principium. Abbatiſſa jam tum erat hæc Sancta, cum ad ipſam noſtra pervenit, itaque priorem ſuam in Schepeya habitationem non deſeruit ante annum 672. imo veroſimilius ſororis conjuncta non eſt, niſi anno proxime ſecuto 673. ſic igitur ſatis commode dividendum puto novennium illud intermedium, ab anno 664. ad 673. ut paulo plus quam triennio adfuerit filio in regni gubernatione, utpote quæ* velamen ſanctitatis *a S. Theodoro, ut ſupra obſervabat Henſchenius, acceperit, non ante annum 668. Porro alios quinque aut ſex annos ſtabiliendæ fundationi Schepeyanæ impenſperit, qua angeli monitu relicta, regina vidua ſororis virgini, jam parthenonis ſui præfes, ut humilis ſanctimonialis, ſenior juniori ſubeſſe voluerit. Ita rem totam ſatis nitide explicat monachus Thomas, citato non ſemel Junii tomo IV. pag. 510. num. 53.*

E

12 Sed & Sanctorum geoitrix Sexburga, ſoror ejuſdem beatiſſimæ matris Etheldredæ, conſiderans deſolationem in regno futuram, ſicut ab angelo Dei oraculum acceperat, concepit vitam pauperiorem arripere & ſe redigere ſub alterius poteſtate: iocongruum arbitrata aliis præeſſe, eum ipſa ſubeſſe prius non didicerat. Accerſit proinde mater filias, abbatiſſa monales ſibi conſortes in Chriſto, eiſque ſuam prodit voluntatem & votum, dicens; Vobis, o filiæ, Jeſum derelinquo rutnrem ſanctoſque angelos ejus paranymphos; filiam præterea meam Ermenildam vobis matrem conſtituo, ut corda veſtra illius animentur monitis, ſalutaribus ad cæleſtia erudiantur diſciplinis. Ego vero orientalem Angliam, in cujus oris orta ſum, iovifere (cupio,) gloriolæ ſororis meæ Etheldredæ magiſterio informanda, & regularibus ejuſdem minanda doctrinis; illius profecto communicare laboribus, illius participare intendens & præmiis. Deinde cum eis neceſſaria utiliter & honeſte proviſſet, in Ely uſque pervenit, & in occurſum illius tota ioſula gratulatur; regina reginam excipit, ſoror ſororem cum tripudio introducit. Fundunt ubertim præ gaudio lacrymas, ex vera caritate inter eas lætitia geminatur: Cæleſti namque dulcedine delectatæ, alterna invicem conſolatione proficiunt. Venit dives illa de prælatione ad ſubjectionem, de magiſtratu ad diſcipulatum, quæreos a beata ſorore formam diſciplinæ & humilitatis, tamquam Paulus ad pedes Gamalielis. Fœderatæ invicem beatæ ſorores in unitate fidei, per omnia viam mandatorum Dei ſolicite exequentes, curſum Dei placitum conſummare intendunt, ſanctiſque virtutibus proficiebant atque creſcebant uſque ad extremum vitæ ſuæ.

ſub t. Etheldredæ ſororis diſciplina ſtetit,

F

13 *Ne quis de S. Etheldreda obitus & præfecturæ tempore dubitare poſſit, ita utrumque diſerte definit Thomas num. 59.* Rapta eſt ad Dominum virgo Etheldreda in medio ſuorum IX. Kal. Julii, poſt annos ſeptem, ex quo abbatiſſæ

ut ei an. 679. vita functa, in abbatiſſa dignitate ſuccefſerit,

A tissæ gradum susceperat . . . anno ab Incarnatione Domini sexcentesimo septuagesimo nono. *Audi modo num. 63.* Igitur post gloriosum beatæ & gloriosæ Etheldredæ transitum . . . . providentia divina hominum saluti salubriter providente, substituta est in regimine animarum, in Elienſe monasterio, sub vitæ regularis observantia, soror ejusdem Deo devota Sexburga; non tam soror carnis cognatione, quam boni operis imitatione, quam habuerat in conjugem Erconbertus, Rex Cantuariorum. Quæ divina dispositione, post mortem sororis, a sororibus electa & dilecta meruit præesse in abbatissæ officio, (quæ) sub tramite justitiæ sororis sequebatur exempla. Cumque gregi dominico, suo & sororis suæ exemplo (quæ carne mortua apud Deum vivebat bonorum operum attestatione) ac magis prodesse satageret & studeret quam præesse; zelo divino mota atque solicita, secum diu pertractat atque disponit levare ossa gloriosæ virginis de loco, quo prius fuerant tumulata; nam tumulatio ejus celebris habebatur. Unde cum suis, crebrescente miraculorum frequentia, & quodammodo exigente, diem constituit, quo tantum posset revisere thesaurum, in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ honorabilius ac decentius collocare, atque in loculo novo gloriosius reponendum transferre, cum jam sexdecim annis sepulta esset.

B

cujus incorrupto corpore de tumulo levato 695.

14 *Ex præmissis illis sic vitæ ordinem coner digerere. Jam dictum est, ætatis annum quartum circiter supra quadragesimum attigisse* S. Sexburgam, *dum ei vox Erconberti conjugis ereptus est. Novemnium interposui priusquam in Elienſe cœnobium transiret, anno 673. vita per sexennium sanctissimæ sororis suæ Etheldredæ exemplis ita profecit, ut a sororibus electa & dilecta meruerit præesse in abbatissæ officio, demortua sorori subsistens anno 679. Inter essent igitur a mariti obitu ad susceptam abbatissæ dignitatem anni quindecim, quos si defuisse prave arari adjeceris, patebit sexagenariam prope fuisse sanctam vestram, duo Elienſium sanctimonialium & monachorum cœtus amissos declarata est. Constat porro, eandem ipsam sacrum sanctæ sororis Etheldredæ corpus plane incorruptum, non ſetto aut undecim, ut aliqui perperam narrant, sed totis sedecim post felicem transitum annis, teste Beda lib. 4. cap. 19. & monacho Thoma supernime citato, e terra levasse, nempe anno 695. ut dubium minime sit, quin eo tempore adhuc in virtis esset Sancta abbatissa, cum non defuncta anno 689. ut inter alia erravit Wilsonus: quamdiu autem celebri isti elevationi supervixerit, usquam traditum reperio. Satis placet nostri Alfordi opinio, de ætate ejus ad annum 699. protrahenda, quod indicare videntur Thomas*, multis volventibus annorum orbitis, *ut senissimum sit*, in senectute bona *a cœlesti sponso evocatam, cum ab anno octogesimo non procul abesset.*

C

ipsa sanctæ obitu circa annum 699.

15 *Ex num. 77. vita sanctissimæ animæ sanctæ coronidem subjicio*: Sancta denique Etheldreda, cum subita mutatione de hoc fragili corpore raperetur; soror ejus Sexburga, pretiosa virago, in monasterii regimine successit (ut jam dictum est,) gregemque ibi Dominicum, doctrina & forma veræ religionis instruxit. Hoc quippe in augmentum virtutis eam valde provexit, quod corpus jam dictæ virginis Etheldredæ adeo integrum illibatumque invenit, acsi eodem fuisset die humatum, quod per spatium plurimorum annorum demolitum atque consumptum æstimaverat. Et cum multis volventibus annorum orbitis indefessa ad cœlestè regnum anhelaret, graviter ægrotare cœpit, diemque suæ vocationis imminere præsensit. Quæ in medio suorum posita, sacrosanctis Jesu Christi mysteriis exitum suum munivit, cum fidei puritate in manus creatoris spiritum commendavit, sicque in senectute bona diem ultimum clausit. Sepulta est in decenti loco post beatissimam sororem suam, ubi virtutum suarum merita florere non desinunt, semperque ejus præconia arripiunt incrementa, ut in libro illius enarratur.

D

AUCT. J. B. S.

16 *Jam supra insinuavi, deplorandam jacturam nos fecisse, quod liber iste precul dubio interciderit; ceterum hactenus dicta & vitæ seriem aliquousque ordinatam & præcipua Sanctæ Abbatissæ Thomæ monachi & historia Elienſi sincere & fideliter ob oculos ponunt. Quæ superaddit Alfordus, ad annum 699. eatenus sunt omnibus adornata; quemadmodum & ea, quæ ex Capgravio mox dabimus: neque enim operæ pretium est, aliam Harpsfeldii orationem subnectere, quæ mera est Capgraviana paraphrasis, nonnullis sacræ Scripturæ locis intexta. Laudat S. Sexburgæ puritiam præfatus Alfordus num. 19. item pietatem, quod maritum induxerit ad tollendas toto regno idola, eaque delubra subvertenda, quod purgata provincia, castos mores induxerit, quadraginta dierum solenni jejunio data lege sancito, qua* aliaque, *inquit*, in Reginæ laudibus annales nostri ponunt, *quos ibi non inopportune locis indicatis citasset, si Capgravio antiquiores existimaverit. Addit templorum ornatum, altarium cultum, monasteriorum erectionem*; quæ regio ore jubebantur, regina suggerente. *Vide ibi plura, quæ vera esse quantumvis suadeant Sanctæ nostræ illustres virtutes, majori subleminus auctoritate fulcienda sunt, ut tamquam vera admittantur. Hibe modo supra promissum*

Datur hic elogium Capgravii

E

ELOGIUM

Ex Capgravio f. 278.

Ea ornamenta corporis,

SAncta Sexburga, vera Imperatrix, divitiis superabat, nec iis, quas tenebat, teneri poterat. Nemo illa inter delicias continentior; nemo in regio fastu humilior, nec spiritu pauperior. Fuit namque hæc Beata Regis Annæ Estanglorum filia, generosis moribus & omnibus amabilis ac gratiosa. Cum enim adolevisset, Erconberto, Regi Cantuariæ, a parentibus traditur in uxorem, natique sunt illi filii Reges Egbertus & Lotharius, filiæque quoque sanctissimæ Ermenilda & Erkengoda, quarum prior juncta est Merciorum Regi Wilfero, quæ sanctam peperit Werburgam; altera tranmarina monasteria adiit, ubi peregrina quiescens, se a Christo susceptam claris miraculis ostendit. Quis autem digne memoret, qualiter sanctissima Sexburga sub ipso jugo matrimonii vitam duxerit. Duces noverunt Dominam, pauperes alumnam: illi principem, isti frequentabant matrem; illi venerabantur majestatem, isti colebant humilitatem; superioribus imperialis, inferioribus videbatur æqualis: summis præcipiebat, infimis ministrabat; ut omnium mater, omnibusque erat amabilis, omnibus ve-

F

nera-

A nerabilis: rara erat in turba, frequens in eccleſia, Regem attentius accendebat ad divinum
AUCT. J. B. S. obſequium. Rex itaque crebro ipſius inſtinctu, primo omnia idola, quæ ſub prioribus Regibus adhuc erant reſidua, ab univerſo regno ſuo cum omni paganiſmo funditer exterminavit, regnumque Chriſti non tam dilatavit, quam totum Chriſti eſſe fecit.

quæ jam explicata ſunt.

2 Inſtinctu reginæ, Deo dilectæ, Rex monaſteria ampliavit, eccleſias conſtruxit: primus etiam Quadrageſimalis abſtinentiæ ita omnibus indixit obſervantiam, ut violatori deceneret vindictam. Liberos autem ſanctiſſima parens ad omnem Dei timorem & reverentiam erudiebat ac mandatorum ipſius cuſtodiam. Tandem Erconbertus vigeſimo quarto regni ſui anno obiit, & beata Sexburga regalia ornamenta cum pompa & luxu ſeculi abjicit, & habitum ſanctimonialem induit apud cœnobium Helienſe, ſub ſorore ſua S. Etheldreda. Se quoque in omnem virtutem erexit, vigiliis, jejuniis ac variis laboribus corpus affligere, voluptatum maculas igne amoris Dei decoquere, lacrymarum fluviis abluere, omnique continentia & humilitate æmulari ſanctimoniam beatæ ſororis ſuæ cœpit. Poſt obitum ſorori ſuæ ſucceſſit (in) regimine, omnium unanimi electione. Intellexit Beata tunc ſe majori oneratam diligentia, cum etiam pro omnium commiſſorum ſibi viglandum eſſet tutela. Omnibus ergo devote & humiliter ſatagebat miniſtrare. Inter innumera autem gratiarum Chriſti chariſmata hoc etiam altius accendit ad virtutum præmia, quod prædictæ germanæ ſuæ gleba, poſt ſexdecim annos ſepulturæ, inventa eſt tota incorrupta. Exacto tandem in bonis operibus vitæ ſuæ curſu, pridie Non. Julii ad æterna gaudia conſcendit, & juxta ſororem ſuam, ſepulturam meruit. Floruit circa annum Domini DCXL. *Vide* §. *præcedentem.* D

B DE S. ANGELA BOHEMICA, E

VIRGINE, UT VOLUNT, CARMELITANA.

J. P. COMMENTARIUS CRITICUS.

§. I. Proponuntur ea, quæ S. Angelæ Acta confirmant.

Acta S. Angelæ confirmantur

Summa profecto votorum meorum foret, ut omnia, quæ ad S. Angelam *pertinent, adeo certo conſtarent, ut ei, qui attentius iſta expenderit, non pauca occurrerent, quæ moleſtiæ non parum faceſſerent ac laboris. Id vero cum præter meum votum aliter acciderit, ingeramque ſeſe illuſtrandis hujuſce Sanctæ actis non pauca, quæ non mediocriter officiunt eorum ſinceritati ac firmitati, viſum fuit, momenta rationum candide & aperte utrimque exhibere, & veritatem inquirere, pro qua ſola omnis noſtra debet defudare contentio in proſecutione hujus operis, cujus eſt unicus ſcopus ſecernere vera a falſis, genuina a ſpuriis, certa a commentitiis. Confidevemus itaque in utramque partem accurate, ſepoſito partium ſtudio, quid pro, quid contra dici poſſit in præſenti argumento, ſitque ſcriptionis exorſus ab iis, quæ pro* S. Angelæ *exiſtentia, patria, vitæ profeſſione, & reliquis huc ſpectantibus militare potiſſimum poſſunt.*

C

ac variis auctoribus in Speculo Carmelitanis,

2 *Reverendus admodum Pater F. Daniel a Virgine Maria, Ordinis Carmelitani, provinciæ Flandro-Belgicæ præſes emeritus, nec non hiſtoriographus, parte quarta Speculi Carmelitici, abſe in lucem dati anno 1680. contento ſtudium non pauca coacervavit, vitæ* S. Angelæ *ad diem* VI. *Julii in eodem Speculo præmiſſa, quibus ſtrenue Sanctæ hujus cultum, vitæ Carmelitanæ profeſſionem, patriam, natales, Actorum ſinceritatem contra adverſarios ſecus ſentientes, propugnare ſatagit, proferens in medium auctoritatem Palæonydori, Ordinis Carmelitani religioſi, qui in Faſciculo tripartito, pluvet ſanctitate vitæ & doctrina Ordinem hunc & orbem illuſtrantes complexo, ita loquitur cap.* 12. Angela, filia regis Bohemiæ, quæ Pragam illuſtrat: Joanna & Anna Tholoſanæ ſacræ Virgines... Eliæ Mariæque ſequaces. *Et parte* 3. *lib.* 6. *qui continet collectionem exemplorum, cap.* 5. *uti citatus prædictum Speculum,* S. Angela, filia regis Bohemiæ, quæ a pueritia Deo & virgini gloriosæ in caſtitate & devotione ſervire ſtuduit &c.

nimirum Palæonydori, Boſtii, edit. Ms. Mechlinienſis,

3 *Proxime ibidem allegatur ejuſdem partis liber ſecundus, qui eſt Arnoldi Boſtii de Patronatu B. Virginis, cap.* 9. §. 3. Angela, filia regis Bohemiæ, *quæ deinde ſcribitur* ſub Eliæ chlamyde, copioſa ſanctitate, miraculoſiſque prodigiis lata claruiſſe. *Hiſce in hunc modum recenſitis, pergit P. Daniel loco citato*: In codice Ms. venerabilis antiquitatis, Carmeli Mechlinienſis, cujus hæc F eſt ſuperſcriptio exterior: „ Liber de peculia„ ribus geſtis Carmelitarum cum multis aliis„ Interior autem: Speculum Ordinis &c. frequens eſt mentio S. Angelæ. In primis folio primo pagina ſecunda in verſibus de præcipuis Ordinis hujus Sanctis, iſtud antiquatæ poeſeos extat diſtichon:

& Kalendario antiquo.

Angela ſponſa Chriſti, Boemorum filia regis
Angelice vixit, jam ſociatur eis.

Tum rurſum dictus auctor ita proſequitur: Folio quinto, pagina ſecunda in Kalendario pervetuſto, cujus frequens mentio fuit in antecedentibus, ad diem ultimam Februarii legitur: „ Sancta Angela, filia regis Bohemiæ, Ordinis noſtri. „ *Tum in Catalogo Carmeli*ti. fol. 77. pag. 2. tradi*dit*, qualiter pingendæ ſint Sanctæ Ordinis hujus, & quidem hæc ad propoſitum: „ S. Angelæ corona in capite, cum ciborio in mann „ ... Cur autem in præfatis Kalendario & Catalogo commemoretur ad diem XXVIII. Februarii, cum obierit VI. Julii, dicetur in ſequentibus. Alios ſcriptores de S. Angela tractantes refert P. Lezana in Annalibus.

4 *A ſcriptoribus domeſticis tranſit idem auctor*

ad

A Del Rio, Antonio Poſſevino, ad externos, institum defumens a Martino Antonio Del Rio noſtro, ſic de S. Angela commemorante: De prophetiis, ſeu revelationibus virginum ſeu mulierum, quæ canonizatæ, & notæ ſanctitatis fuere, multæ hujuſmodi, quarum extant revelationes, ut S. Angelæ, filiæ regis Bohemiæ, virginis, Ordinis Carmelitarum, quæ ſcripſit librum revelationum ante annos quadringentos. *Conſonat Antonius Poſſevinus in App. ad Apparatum ſacrum recognitum*: Angela virgo, *unque*, Raymundi Bohemorum regis filia, in Tyro Paleſtinæ poſt mortem patris, ſub doctore Brocardo Hieroſolymitano, Carmeli velamen accepit, & vitam agens anachoreticam, ſcripſit contemplationes de Chriſto, lib. 1. de Euchariſtia, lib. 1. librum item Revelationum. Vivebat anno MCXC. *Ad nomen, quo nuncupatum fuiſſe* S. Angelæ *patrem ſcribit Poſſevinus, animum advertens Speculi Carmelitici Auctor, obſervat ſequentia*: Quod nomen patris Raymundus; alii ſcribunt Uladislaus, ſeu binomius fuit.

B Joannes de Carthagena, Jacobi Friſio. 3 *Suum hic quoque locum habeat Joannes de Carthagena, qui, pronus in ſæpe memorato Speculo citatur, tom. 2. homil., lib. 17. homilia 4. ita in rem noſtram loquitur*: Poſtmodum vero, ut obſervavit D. Thomas 2. 2. quæſt. 174. non defecit ſpiritus hic propheticus in Eccleſia Chriſti, etiam in feminis. Etenim dono prophetiæ floruerunt B. Angela, monialis Carmelitana, filia regis Bohemiæ. *Vin' & Jacobum Friſium audire in ſua bibliotheca Tigurina, anno 1583. antea & edita? ut in eodem Speculo aſſeritur*. Angela virgo... ſub doctore Brocardo Hieroſolymitano, Carmeli velamen accepit. *Porro dictum velaminis impetrationem Speculi Auctor cenſet contigiſſe in hunc modum*: Quod dicitur a S. Brocardo Carmeli velamen accepiſſe, verisimiliter ſic intelligendum, quod Conſtantinopoli diſcedens versus Terram ſanctam, primum appulerit Tyrum, & ibi S. Brocardum convenerit, ac declarata ſuæ perſonæ conditione, facultatem tunc ab eo obtinuerit ſumendi religionis habitum; velum autem poſtea Hieroſolymis ab eodem acceperit.

Quid dicendum de facto Tyrio Angelæ. C 6 *Digreſſus Speculi Auctor ad determinationem epochæ Brocardianæ, locutuſque perpaucis ſed affirmate de vita monaſtica* B. Angelæ *in Bohemia exacta, poſt reditum e Terra ſancta, & per modum dubitantis, an non etiam vitam ſolitariam prædicta virgo egerit in civitate Tyro, ſeu in tractu eidem civitati vicino, progreditur ulterius, & compendium vitæ commemorat, ex Maraccio deſumptum, libro 1. cui titulus: Heroides Marianæ, ſeu de illuſtrium feminarum principum in Deiparam pietate, Romæ edito anno 1659. ex veteri Ms. codice & ex reverendo patre Paulo a Porta. Interim recudendo hic prædicto compendio ſuperſedendum nobis exiſtimamus, partim quia nihil novæ ac diſtinctæ lucis ſuppeditat, quæ in vita, inferius ſubnectenda, non habeatur; partim quia ſi cujus interſit, omnia is in Speculo Carmelitano videre poteſt. Notanda venit nihilominus epocha, qua floruiſſe ſcribitur ibidem Angela, videlicet anno 1230.*

codice, e quo deſumpta vita. 7 *Epitome vitæ, quam ibidem legere eſt, conſulto præterita, facere non poſſum, quin tranſcribam breviter ea, quæ affert Auctor Speculi in commendationem codicis, e qua vita* S. Angelæ *deſumpta fertur*. Vita, *inquit*, quam hic in capita diſpertitam damus, eſt ex vetuſto codice Ms. monaſterii Carmelitiſſarum provinciæ noſtræ Flandro-belgicæ Brugis, nuncupati Sion. Inde etiam eamdem habuit & Annalibus Carmelitanis inſeruit P. Lezana, ſicut teſtatur ipſe tomo 4. Annal., ad an. MCXCVI. num. 2. Vita S. Angelæ etiam traditur in libro, cui titulus, Decor Carmeli, auctore R. P. Philippo a SS. Trinitate, præpoſito Generali Carmelitarum Diſcalceatorum, congregationis S. Eliæ; *cujus hoc refert exordium*: Sicut inter homines, habemus Angelos & Angelinos, ſic inter mulieres habemus Angelas, Angelinas & Angelicas. Habemus etiam in noſtro Carmelo Angelam, vere hoc nomine digniſſimam, tum virginali puritate, tum omnium terrenorum contemptu ac rerum cæleſtium deſiderio, tum doctrina angelica in ſuis libris expreſſa, tum aſſidua Angelorum familiaritate, tum denique virtutum hernicarum exercitio. D Auctor. J. P.

dia obitus a 8 *De die obitus, cultumque ejus ſacro accipe ſequentia ex ſæpe repetito Speculo*: Dies obitus ejus in præfato eodice Brugenſi ſcribitur VI. Julii. Eumdem aſſignant præfati Joannes Paulus a Porta & Maraccius, atque etiam præfatus Pater Generalis. In antiquis quibuſdam Kalendariis ſeu catalogis ad diem XXVIII. Februarii commemoratur, veriſimiliter ob aliqua translationem, elevationem, aliamve cauſam, ſicut ſæpe in aliis Sanctis contingit. *De cultu ejus Dominica prima Julii, ex P. Ægidio Leondelicato, Scavenſi, ordinis Carmelit., in opere inſcripto, Hortus Carmeli, anno* MDC. *Panormi per Joannem Maringo typis edito, profert teſtimonium in hæc verba*: Sancta Angela, regia Bohemiæ filia, virgo, ſacri & antiquiſſimi Carmelitarum ordinis monialis, quæ ſanctitate illuſtrat Pragam, urbem regiam regni Bohemiæ. Celebratur de illa ſolemnis feſtivitas Dominica prima menſis Julii, in celebri Carmelitarum conventu civitatis Sciavæ in Sicilia, maxima cum devotione ac populorum illorum concurſu. Pœnitentes confeſſi, ſacraque communione refecti, lucrantur ibidem a primis Veſperis uſque ad ſolis occaſum ſequentis diei dictæ feſtivitatis, indulgentiam plenariam, conceſſam a Clemente VIII. uti patet ex ejus Brevi Apoſtolico, emanato Romæ X. Junii anni ſalutis noſtræ MDXCIII. Pontificatus ſui anno ſecundo. E F

culus ſed eius, 9 *Præcipua, quæ* B. Angelæ *cultum ſuadere poſſint, idem Speculum repræſentat ex P. Segero Pauli in Commentario hiſt. poſt vitam* B. Angelæ, *hiſce verbis*: B. Virgo Angela in ſuo ordine Carmelitico, an officio eccleſiaſtico olim culta fuerit, ob nominis ejus inſcriptionem in antiquis Kalendariis, negare nolim. Primo quia titulum ſanctitatis vita ipſius Ms. & præfert, & paſſim per totam vitam ſancta ac beata vocatur... Secundo, quia ab immemorabili tempore, ante centum, ducentos, & plures annos, is titulus ei datus fuit in vetuſtis Kalendariis hujus ordinis, præſertim in veteri Ms. Mechlinienſi. Tertio, quia ſcriptores antiqui, a centum & ducentis fere annis clari, iſto titulo eam decorant. Quarto, quia publice intra & extra eccleſias ordinis hujus, ipſius effigies tam depicta, quam ſculpta, ac populo veneranda ab immemorabili tempore, ſanctitatis titulo propoſita cernitur. Quinto, quod confirmationis loco ſit, quia extat Breviarium hujus religionis, impreſſum Pariſiis

A Auct. J. P.

anno MDXVII. in 12. in quo ante Commune Sanctorum repræſentatur hujus B. Angelæ ſculpta imagno in pleno habitu Carmelitico, cum ſanctitatis titulo & corona, ſanctis apponi ſolita, habens librum apertum in una, ac palmam in altera manu; ſuper caput vero hanc inſcriptionem litteris majuſculis: S. ANGELA: idque ad dextram S. Alberti confeſſoris, itidem Carmelitæ, illic effigiati; in medio vero utriuſque continetur Deipara Virgo Maria, ſtans in vertice Carmeli ...

Reliquiæ.

10 Extat quoque hic Coloniæ in Germania ex ipſius Beatæ Angelæ virginis ſacris reliquiis pars quædam ſat juſtæ quantitatis, cuidam tabellæ quadrangulari, venerabiliter & ſingulariter, non admixtis aliis reliquiis, impoſita, cum hac inſcriptione ex parte averſa: S. ANGELÆ VIRGINIS, ORDINIS CARMELITARUM, PRAGÆ REPULTÆ. *Iis, quæ pro* S. Angelæ *exiſtentia, cultu, ſanctitate, origine ac natalibus, hactenus dicta ſunt, addi poteſt annuntiatio Claudii Caſtellani, qui in additionibus ad Martyrologium univerſale, Gallice abs ſe vulgatum, ſic habet die* VI. *Julii*: In Bohemia, S. Angela vetus Carmelitana, Vladislai II. filia.

B

Balbinus addit ſingularem tractatum

11 *Quid? quod Balbinus noſter, de rebus Bohemiæ illuſtratis præclare meritus, Miſcell. hiſt. decadis* I. *lib.* 4. *qui eſt Hagiographicus*, §. 28. ſuit vero S. Angela, *inquit*, & virtute & ſcientiis omnibus ad miraculum exculta. Mirantur & commendant ejus opera, quæ Latine ſcripſit, exhortationes ad moniales ſuas, cæleſtes revelationes, ac librum de venerabili Sacramento, aliaque plura, Delrio, Poſſevinus noſtri, tum Carmelitani ſcriptores. Ac forte id eſt, quod eam in effigie apud S. Gallum Pragæ videmus inter Sanctos ejus ordinis depictam, librum tenentem, cui libro monſtrantia, ut vocamus in templis, ſuperſtat. *Quin etiam laudatus ſcriptor ſingularem tractatum exaravit, Speculo Carmelitarum partim inſertum, & ſubnexum vitæ* S. Angelæ, *tamquam Commentarii hiſtorici partem; que tractatu indicare voluit, quid de* S. Angela *ſentiret. Præcipua, quæ hunc faciunt, ne quid in hoc argumento neglectum, prætermiſſum, vel non ſatis expenſum, quiſquam conqueri poſſit, inde delibabo.*

C

de Angela Bohemica I

12 Sanctam Angelam, *inquit*, virginem & Bohemam, & ſanguine regio ortam, & Carmelitani inſtituti fuiſſe prorſus non dubito. Movet me Antonii Poſſevini noſtri fides, qui procul dubio, quæ in antiquis codicibus invenit, deſcripſit; nec cauſam ullam habuit fingendi; movet Delrii noſtri litteratura, & in Mss. excutiendis diligentia; movet denique Hiſtoriæ Carmeliticæ auctoritas; movent ipſi libri S. Angelæ, quos ſupereſſe ex Poſſevino cognoſcimus; qui ſui auctoris nomen produnt; movent etiam antiquæ imagines. Boleslaviæ in Bohemia non ita pridem videri deſiit in pariete ſuſpenſa imago S. Angelæ virginis, quæ in ſubſcriptione, regis Wladislai filia & Carmelitana fuiſſe affirmabatur. Idem apud S. Gallum Pragæ cernitur. Secundo, dari mihi poſtulo... mutationem nominum, in femineo ſexu præcipue, antiquis uſitatam fuiſſe, & maxime ſi mutatio ſtatus & conditionis accedat.

In quo non pauca in ejus favorem;

13 *Poſtulatum hoc ab omnibus admittendum tamquam indubitatum, adductis in medium variis utriuſque ſexus in Bohemia exemplis, confirmat, ſic tandem concludens*: His ita poſitis, & a lectore, ut ſpero, conceſſis, aio, probabile & plus quam probabile omnino mihi videri, S. Angelam ... virginem Carmelitanam, filiam Wladislai II. regis Bohemiæ fuiſſe, genitam ex prima ejus uxore Gertrude, Conradi III. Cæſaris ſorore, & filia S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ, ex Agnete, filia Henrici IV. Cæſaris; adeoque S. Angela virgo avum habuit Cæſarem Henricum, patruum Cæſarem Conradum, patrem regem Wladislaum II. matrem reginam Gertrudem, ſanctiſſimam feminam, quam a pietate commendant hiſtorici, fundatricem monaſterii virginum Præmonſtratenſium Doxanæ, fratrem regem Przemyslaum Ottogarum I. alterum fratrem S. Adalbertum, ſeu Albertum, Epiſcopum Salisburgenſem, fundatorem monaſterii ad Straubingam, Ordinis Præmonſtratenſis; ſororem vero B. Agnetem, prius Doxanæ prioriſſam, poſtea principiſſam & Abbatiſſam ad S. Georgium in Arce Pragenſi. Sed hoc ante omnia notandum, S. Angelam binominem fuiſſe, & vel in baptiſmo Helenam Angelam appellatam eſſe. *Hactenus laudatus Balbinus.*

D

E

Que tamen non carent difficultate.

14 *Nec vero rebus a ſe aſſertis adeo acquievit, quin ſatis foret gnarus, quædam contra objici poſſe; quæ an & quomodo expediri ac diſſolvi poſſint, puto ſequenti paragrapho commodius & opportunius diſcutiendum, cui itidem reſervamus alias difficultates in Speculo tactas, quoad* S. Angelæ *patrem, ab aliis Raymundi nomine compellatum, qualis inter Bohemiæ reges extiterit nemo, item quoad* S. Angelæ *chronologiam. Præter iſta argumenta, quæ modo protulimus, vix puto alia ſupereſſe quæ* B. Angelæ *favere poſſint. Ego enim ſic exiſtimo, ſi quid præterea ſolidi alicunde erui potuiſſet, haud illud neglexiſſet in medium proferre auctor Speculi Carmelitani, qui tam ex inſtituto tractavit de hac materia, quam pro viribus corraſit in patrocinium, quidquid uſquam potuit; adeo ut merito exiſtimandus ſit redegiſſe quaſi in compendium, quidquid ab antegreſſis ſcriptoribus fuit de* B. Angela *memoriæ proditum.*

Aliud Balbini in favorem S. Angelæ virginem.

15 *His, quæ pro Sancta diximus, coronidem adde, locum inſignem prælaudati Balbini, qui Miſcellaneorum hiſtoricorum Bohemicorum decadis* I. *lib.* 4. §. 28. *ita rurſum pronuntiat*: Duæ ſanctæ Virgines ex Bohemia, S. Angela, & S. Euphraſia martyr, quæ in patria ſua ignotæ, in regnis Hiſpaniæ coluntur. Conſulto duas hasce ſanctiſſimas virgines, Bohemis noſtris olim ignotas, etſi in Bohemia natas, ac proinde noſtras, tractatione conjungo. Diu dubitavi, utrum eas in hoc Sanctorum Bohemiæ cenſu collocarem: & ſuadebat altiſſimum omnium noſtrorum ſcriptorum ſilentium; at tandem invicta maximorum authorum authoritate ſuperatus ſuccubui, doque jam manus, & quamvis parentes certo nominare non poſſim, patriam tamen illis apud nos libenter concedo. S. Angelam Wladislai Bohemiæ regis filiam P. Joannes Tanner facit; ſororem P. Georgius Crugenius, quæ fratrem regem in Terram ſanctam cum copiis Bohemorum, ad auxilium Chriſtianis ferendum, proficiſcentem peregrina ſecuta ſit. Carmeliticum inſtitutum in Palæſtina amplexam eſſe, & angelicam prorſus vitam egiſſe, ejus ſancti Ordinis annales affirmant. Ferunt hujus ſanctæ Virginis vitam & res geſtas in Belgio nuper editas typis, quæ in manus meas non

F

vene-

A verunt ; ex his forſitan certi aliquid poſſemus ſtatuere. *Atque hæc ſunt, quæ in favorem* B. Angelæ *Bohemica proferenda putavi. Videamus jam quid contra dici poſſit.*

§. II. Proponuntur ea, quæ contra B. Angelam faciunt.

Vita Angeli ſæculo undecimo indigna.

QUod prænunciavit jam pridem P. Joannes Bollandus *in Prætermiſſis ad diem* XXVIII. *Februarii, vitam* nimirum B. Angelæ non tenui examine egere, *quam verum fuerit, indagandum venit. Rem totam, quo ordinatius pertractari poſſit, in tria potiſſimum capita diſtribuo. Primo tractabitur de vita; ſecundo de teſtimoniis auctorum, paragrapho progreſſo citatorum; tertio de rerum, perſonarum, locorum ac temporum adjunctis, Quodnam Auctori Vitæ nomen fuerit, incompertum habeo. Inſtituto fuiſſe Carmelitam, eruitur ex cap.* 2. *Vitæ, ubi narratur a puero Jeſu* Angelæ *porrectum fuiſſe* librum Latinum precum horariarum
B Ordinis Fratrum noſtræ Dominæ, ex quo Deum precaretur. *Monialium Hieroſolymitanarum Præfecta, primum in viſione, deinde etiam coram conſpicata* Angelam *in libro*, vidit eſſe noſtri (*Carmelitani*) ordinis preces, *ut ibidem memorat Auctor cap.* 3.

Ab auctore Antiquus non admodum auctoque ſcripto.

17 *Quo tempore dictus Auctor vixeris, teſtatum reliquit hiſce ad calcem vitæ verbis*: Intellexit autem S. Angela de hæreſi, quæ Pragæ exſurrexit anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo, quæ etiam nunc adhuc durat. *Non ergo habet Auctor, quo multum ab antiquitate commendetur, neque proin ejus exemplar tam eſt vetuſtum, ſive Brugenſe, ſive aliud deſignes, quam a nonnullis paragrapho præcedente obtrectatur; cum ſcriptum ſit juxta epocham* S. Angelæ *ſuperius fixam, ducentis circiter & amplius annis poſt mortem ejus, cum floruiſſe tradatur anno* 1190. *Quæro jam,*
T *quiſnam illi auctori auctor præluxit? Quo ex fonte ſua hauſit? Quo fundamento, quo teſte, quo vade ſinceram rebus a ſe narratis & incorruptam fidem*
C *conciliat? præſertim cum ſcripſerit tanta remotus temporis intercapedine a tempore, quo res, quas ſcribit, contigerunt.*

An alio prolixior quondam editus?

18 *Dicere cum P. Segero Pauli, quod* probabilitate non careat, eumdem ſcriptorem non primigenium vitæ iſtius auctorem fuiſſe, ſed abbreviatorem, *quod idem aſſeruerat præfatus ſcriptor in prologo, vitæ a ſe Ms. præfixo non videtur uiſi ſolida probabilitate. Quid enim? Conſideremus, quibus rationibus adductus Segerus, hanc conjecturam faciat*: Eadem acta, *inquit*, ſeculi hujus
t ſcriptoribus ignota ſunt, & ne quidem præcedenti ſeculo cognita erant Jacobo Friſio, qui tametſi in ſua Bibliotheca Tigurina aliquam hujus Virginis Angelæ memoriam fecerit, nihil tamen eorum adducit, quæ præſens vita complectitur; quin potius illorum, quæ refert, nulla in his actis fit mentio. Unde & conjectura non levis datur, eamdem vitam, quam hic damus, potius eſſe compendium quoddam ex ipſius fuſioribus olim ſcriptis, excerptum, in quo non pauca prætermiſerit abbreviator recentior, qui poſt annum demum MCDX. vixit.

P. Segeri Pauli hac de re judicium.

19 *Sed videtur conjectura hæc plane improbabilis. Fac enim Friſium in iis, quæ ſcripſit de* Angela, *præ oculis habuiſſe aliquem auctorem; quid probabit P. Segerus proliviori ſtylo eum conſcripſiſſe* D *vitam? Auctorem hunc fuiſſe primigenium, vitam-* Auct.
que, ab illo ſcriptam, fuiſſe genuinam, ſinceram J. P.
& puram? Quid ſi alii melius arguant, neutram harum vitarum (ſi quidem duæ exaratæ fuerint) eſſe genuinam, propterea quod altera ab altera in punctis non paucis diſcrepet? Ad hæc, quid ni potius ſua, quæ habet Friſius, hauſerit e compendio aliquo, ab ſcriptore quodam recenſiore concinnato? Conjecturæ P. Segero conjecturam meam oppono, & aperte pronuntio, non apparere mihi quidquam rationis pro aſſerendo vetuſtiore ſcriptore ex eo, quod Friſius in bibliotheca Tigurina quædam adducit, quorum nulla in hiſce actis, *ſeu vita*, fit mentio.

ejuſdemque vetuſtio.

20 *Enimvero ejus auctorem ſeculo decimo quinto floreutem, & habeo, & haberi volo primigenium, donec prior aliquis reperiatur; quem, niſi multum fallor, non facile quis repererit. Maneat itaque, quod initio aſſerebam, non multum commendari vitam* B. Angelæ *ab antiquitate ſcriptoris, neque majorem vetuſtiſſimo codici monaſterii Brugenſis, vulgo Sion nuncupati, eſſe ætatem, quam ſeculi decimi quinti. In promptu habemus vitam, ſermone Gallico expreſſam, quæ in pleriſque coincidit cum vita ſuperiore, in Speculo impreſſa, ſi pauca excipias, quæ in Gallicam irrepſerunt, & melius in Latina omittuntur. Ut quando dicitur Joannem, de quo vita cap.* 3. *num.* 8. *primo monachum Carmelitam, dein patriarchum Hieroſolymitanum, S. Angeli fratrem fuiſſe; floruiſſe* Angelam *circa annum* 1230. *Virginis patrem vocari Raymundum, Bohemiæ regem. In vita latina a nobis producenda, nomen patris* Angelæ *deſideratur, & ubi de Joanne, patriarcha Hieroſolymitano, inſtituitur oratio, nuſquam habetur, quod Angeli is frater fuerit. Denique nuſquam ibidem refertur, quo demum ſeculo* S. Angela *vixerit aut obierit. Et tamen, quod mireris, dicitur ad calcem vitæ Gallicæ deſcripta ac deſumpta hæc eſſe ex antiquiſſimo Ms., & Martino del Rio noſtro.* E

Num ſa-cerus codex, e quo de-ſumpta alia.

21 *Fuerintne errores iſti in codice ſeculi decimi quinti, ac poſtea correcti; an potius per alium deinde inſerti, parum refert. Videtur ſatis probabile, hoſce lapſus commiſſos fuiſſe in primigenio codice, cum vita Gallica tam perfecte cum illo conſentiat, adeo ut hanc ex illo eſſe converſam, non videatur poſſe dubitari. Ut ut eſt, abunde liquet, iſtiuſmodi obſervationes non multum conducturas ad ſtabiliendam vitæ* S. Angelæ *auctoritatem. Quibus accedit, quod non pauca præ ſe ferat indicia, non levem præbentia anſam, res in ea narratas accenſendi hiſtoriæ, debitis credibilitatis notis deſtitutæ; quæque idcirco defæcatioris judicii palæophilis fortaſſe videbitur vacillare.* F

Ejuſdem vitæ cha-racteres.

22 *Huſuſmodi indicia ſunt, vaga paſſim, indeterminata & indefinita rerum geſtarum narratio, omiſſis nominibus propriis perſonarum, adjunctis temporum ac locorum, aliiſque, quæ hiſtoriam circumſtant; deinde ad nauſeam repetita & coacervata apparitionum ac viſionum congeries, colloquia, exitus inopinati, ſpectacula, & cetera id genus. Atque hiſce defectibus laborare vitam, quam modo dabimus, ſi non omnibus, ſaltem pluribus, colligere facile poterit is, qui eam pervolvere voluerit. Ad quod juvari poterit ex annotatis ad vitam, ſi ea conſulat. Hiſce, ſeclufo partium ſtudio, ad veritatis trutinam libratis, ſic ſtatuo; vitæ, quæ in manibus eſt, ſive ipſius qualitatem, ſive Auctorem conſideres, non tantum eſſe deferendum, quan-*

A *tum Auctores, paragraphe præcedente allegati, deferendum esset; ne fortè aliquid de ea actum.*

AUCT. J. P. *Auctoris utpote recentioris*

23 *Nemo tam est peregrinus in re hysterica, qui ignoret, nihil illico standum esse numero auctorum; qui non rare aliena describunt, priores auctores secuti, non secus atque veris excusi. Attendi igitur debet ad alia, ad faciendam fidem accommodata; qualia sunt, si scriptor vixerit eo tempore; si res vel vixerit ipse ea, vel ex videntibus audiverit. Minorem meretur fidem, ceteris paribus, si proximus temporibus subsecutus, scribat ea, quæ ex sola aliorum relatu accepit; minimam vero, si plurium seculorum intervallo fuerit remotus. Qui posteriores non plus merentur fidei, quam meruerunt eum præcessit Auctores, quos secutus est. Igitur non fidendum auctoribus recentioribus, qui tribuendum plus quam ipsi fuit, a quo sua hauserunt, movet illud Baronii ad an. 1125. pag. 146. lit. B. Non debemus numero historicorum veritatem historiæ æstimare; sed quanta fide polleat primus auctor cujuslibet assertionis. Nam cliquos primum sequi auctorem, & ejus vestigiis inhærere, frequentiori usu in more positum reperimus.*

B

non tanti sunt in hac materia.

24 *Quæ cum ita sint, sequitur, quid sit statuendum de scriptoribus, magno numero nobis propositis paragrapho superiore. Provoco sententiæ oppositæ patronos, ut exhibeant vel unum, seculo decimo quinto antiquiorem. Quin imo plerique pene omnes non sapiunt nisi seculum decimum sextum ac decimum septimum, duos aude si enimas, auctorem vitæ proximæ dandæ, & Balduinum Leccsium. Hic dicitur in Speculo sæpe citato obiisse anno 1483. De alio altum supra. Et tamen volunt contrariæ sententiæ propugnatores, tam recentium auctorum numerosa congeries, tot seculorum assistentia, a rerum, quas tractant, ætate remotorum, nobis persuadere, vera esse ac sincera, quæ de Angelæ regia stirpe, itinere Hierosolymitano, quæ de apparitionibus, revelationibus, vita monastica, cultu ac miraculis, in medium protulerunt, post omnis antegressæ antiquitatis tam longum, tam constans ac perpetuum silentium. Credite posteri.*

Expenduntur

C 25 *Porro ut ad locos, ex auctoribus paragrapho præcedente in favorem S. Angelæ productas, singulatim respondeam; Pessevimus, dum scribit in Appendice ad Tomum primum Apparatus sacri, Angelam fuisse Raymundi Bohemorum regis filiam, convincitur errasse, accensendo regibus Bohemiæ Raymundum, qui numquam fuerit in rerum natura. Quæro etenim; quis Raymundus ille fuerit; quandæ vixerit; cui regi præcesserit, cui successerit in Bohemorum regni administratione; quando denique e vivis excesserit. Silent altum Regum tabulæ, silent auctores antiquiores, ex proposito de hac quæstione tractantes, teste Bohuslao Balbino, Bohemicarum Historiarum peritissimo, ut nominatur in Speculo sæpe dicto; qui post concinnatam pro S. Angela dissertatiunculam, ad venerabilem Patrem Carolum, Carmelitani ordinis, ex Comitibus Sclavatis, directam, Itaque non immerito Bollandus noster: „ Vita, inquit, B. Angelæ, quam Ms. nacti sumus, „ non tenui eget examine. In eadem sententia „ est P. Daniel Papebrochius, vir eruditissimus „ & dignissimus Bollandi successor, ut litteris, „ ad me Antverpia nuper datis, significavit, „ obiisse traditur B. Angela VI. Julii. Audin' quid sentiat Bohemicarum historiarum peritissimus auctor Balbinus de Raymundo, S. Angelæ patre, & de tota Angelæ vita, cujus narrationem minus probabilem prædicat, parce eam & nonnisi ex relatione aliorum enuntiat, timidumque in præsentis argumenti decursu ac cautum pedem figit?*

non conſecrantur inter ſe

26 *Minus mirum esse debet, quod hoc tempore duæ Sanctæ ex regio Bohemiæ sanguine, S. Angela & S. Euphrasia, apud Hispanos, aliosque scriptores legantur, de quibus patrii scriptores nihil omnino noverunt. Tanta fuit Majorum nostrorum in describenda principum ac regum genealogia negligentia! Quamquam, ut aliquando, quod pridem sentio, dicam; sæpe me timor invasit vehementique suspicio, ne in S. Angela, quam Raymundi Bohemiæ regis filiam tot egregii scriptores faciunt, omnes erremus. Quem enim unquam Raymundum Bohemia regem habuit? Movet etiam, quod hoc ipso tempore, Raymundum principis Antiochiæ filium & Boamundum Tripolitanum comitem ejus fratrem legamus; adde alia, quæ minus probabilem narrationem faciunt, de quibus ego singulari dissertatiuncula ad venerabilem patrem Carolum, Carmelitani ordinis, ex comitibus Sclavatis, directa. Itaque non immerito Bollandus noster: „ Vita, inquit, B. Angelæ, quam Ms. nacti sumus, „ non tenui eget examine. In eadem sententia „ est P. Daniel Papebrochius, vir eruditissimus „ & dignissimus Bollandi successor, ut litteris, „ ad me Antverpia nuper datis, significavit, „ obiisse traditur B. Angela VI. Julii. Audin' quid sentiat Bohemicarum historiarum peritissimus auctor Balbinus de Raymundo, S. Angelæ patre, & de tota Angelæ vita, cujus narrationem minus probabilem prædicat, parce eam & nonnisi ex relatione aliorum enuntiat, timidumque in præsentis argumenti decursu ac cautum pedem figit?*

E

postimodis auctorum

27 *Locus proxime citatus Balbini, secundisque curis castigatus de S. Angela, oppone quivis textui bene longo laudati auctoris in dissertatiuncula seu disquisitione particulari de S. Angela, de qua supra, a numero 11. Accedit eo, quod assignatus locus niteatur ut plurimum postulatis suppositionibusque, e quibus non tam probatur quid sit factum, quam quid congruo & convenienter, positis & admissis quibusdam postulatis, fieri potuerit. Atque hoc me gratis a me dictum quis quis unus, audiatur ipse Balbinus in Speculo Carmelitano ita inquiens: Ex certioribus certiora probari, docent philosophi. Adferam igitur hoc loco quædam probabiliora velut mathematici solent, qui dari sibi quædam ante omnia petunt, & postulata vocant. His jactis fundamentis, CONJECTURAM MEAM superædificabo. Primo S. Angelam virginem & Bohemam &c., quæ dedi in præcedente paragrapho.*

ex nullis conficitur

F 28 *Ex verbis laudati auctoris ibid. prolatis, ut dumtaxat conficitur, cum, scriptorum auctoritate impulsum, admittere, & exstitisse nonnullam aliquam S. Angelam, & patria Bohemam fuisse; de ejus parentibus, professione in Terram sanctam, professione Carmelitana, visionibus, apparitionibus aliisque ad eam spectantibus, adhuc is mihi ausus certe affirmare. Scriptorum seu numerum seu auctoritatem, præsertim si longius distans a rebus, quas tractant, non pluris esse facienda, quam ipsas pronagenitas fontes, nursum hic insinuatum volumus. Meminisse juvat, quam solide citatus auctor commenticias nonnullorum fabulas & aniles ineptias, asserentium S. Angelam rexisse Pragæ monasterium mulierum, atque eadem sepultam, confutat, loco citato sic prosequens: At quod iisdem Patribus (Carmelitis) narrantibus didici Pragæ ejusdem cœnobium Carmelitanarum Virginum rexisse, & Pragæ VI. Julii mortuam, sustineri non potest; cum, quod certissimo constat, nullum cœnobium aut parthenonem sacrum ejus ordinis ante Caroli IV. tempora Bohemia habuerit.*

plurimus, quæ de S. Angela narrantur,

29 *Quod ulterius hoc ratiocinio probat: Primus hic felicissimus imperator Carmelitanos altissimi operis basilica Mariæ ad Nives Pra-*

gæ

A gæ exſtructa, & cum cœnobio iiſdem donata, io Bohemiam adduxit, aliudque novum pro iiſdem cœnobium Tachoviæ fundavit; cujus exemplum Guttenſteinii Comites ſecuti, poſtea duo cœnobia Chiſſenſe, & Rabſteinenſe conſtruxere. *Ita locutus* Bohemicarum hiſtoriarum peritiſſimus, *profert deinde ſuas conjecturas, quæ nihil aliud probant, quam potuiſſe fieri, non autem factum eſſe, ut* B. Angela *in Bohemiam adventarit, adeo ut facile cuivis lectori colligere ſit, eum ſubtrimide omnia, nihil certi ſtatuere voluiſſe.* Potuit nihilominus, *inquit*, S. Angela ſpe certa novi cœnobii ſororibus ſuis fundandi, deſignata jam antiſtita, ad fratrem regem in Bohemiam veniſſe, & Pragæ, dum maximæ fundationi immineret, extingui, præſertim ſi in ea tempora conatus ineidit, cum ingratiſſimus imperator Fredericus Ahenobarbus regem Wladislaum, fratrem Virginis, dignitate regia deturbavit. Sed tumulti nullum Pragæ ſupereſt veſtigium. Quam facilis jactura ſepulcri! An deerant Pragæ cœnobia, ac maxime, quod ſoror B. Agnes regebat io arce, ubi conderetur? Satis de multum eootroverſa quæſtione.

dubia eſſe & intricata.

30 *Ex dictis abunde liquet, hiſtoriam* B. Angelæ *multis undequaque difficultatibus intricatiſſimam eſſe, idque unum pene videri hic certum, certi vix aliquid aut probabile poſſe conſtitui. Quo etiam non parum conducere poterunt variæ variorum ſcriptorum ac patentes hallucinationes, altero rem ſic, altero aliter enuntiante. Quot capita, tot ſententiæ. Viri ſpecimen? Daniel a Virgine Maria in Vinea Carmeli ait*, Angelam *floruiſſe circa ac poſt* 1190. *Maraccius cenſet floruiſſe circa annum* 1230. M. Antonius Alegre de Caſanate, *teſte Bollando in ſebedis poſtbumis, obſervationes in vitam* S. Angelæ *complexis*, in Paradiſo Carmelitici decoris (qui liber prohibitus, donec corrigatur) ſtatu 4. ætate 13. poſt Chriſtum, cap. 4. agit de Angela, aitque vixiſſe anno 1166. Sed videtur ambigere, Bohemam, an Tyriam faciat. *Quid plura? Auctor Speculi Carmelitani difficultatem ſibi objicit quoad tempus, a* S. Angela *impenſum in regimine monaſterii Hieroſolymitani, quam an ſatis ſolvat, aliorum ſit judicium.* Difficultatem, *inquit*, habet quod fuerit Prioriſſa electa, tempore quo patriarcha Hieroſolymitanus erat Joannes, frater S. Angeli, . . . circa annum Chriſti MCCXVIII. & quod annis 35. præfuerit ſuo monaſterio; ſic enim in Terra ſancta fuiſſet uſque ad MCCLIII. antequam Deiparæ monitu in Bohemiam rediviſſet, atque ita fuiſſet valde provectæ ætatis.

Adjuncta quædam.

C

In hoc argumento

31 *Tum remittit lectorem ad Philippum a SS. Trinitate, Ordinis Generalem; qui in vita* S. Angelæ *præſentes tricas emadare fatagit in hunc modum*: Quo anno diſceſſus Angelæ de Terra ſancta contigerit, & in Europam navigaverit, non ita conſtat. Qui dicunt ipſam præfuiſſe monaſterio Hieroſolymitano XXXV. annis, hunc diſceſſum differunt ad annum Chriſti MCCLIII. & coguntur admittere, ipſam virginem Angelam vixiſſe aote hunc diſceſſum XCIII. annos & additis illis, quibus ſupervixit io Bohemia, ad centeſimum circiter perveniſſe, aut forte ſuperaſſe, & manſiſſe Hieroſolymis poſt ultimam hujus ſanctæ civitatis ruinam, quæ contigit anno Chriſti MCCXLIV. Unde probabilius crediderim juxta alios & congruentius ad dictam beatiſſimæ Virginis revelationem, *de qua vide Vitam in fine*, illam præfuiſſe monaſterio Hieroſolymitano XXV. annis tantum (facile quippe mutantur numeri) & anno Chriſti MCCXLIII. paulo antequam Saraceni Hieruſalem caperent, ex illa diſceſſiſſe, & io Europam navigaſſe.

D Auct. J. P.

non ſatis apte cohæret cenſio

32 *Cui hic non diſplicèat ſolis uixa conjecturis de tam provecta* Angelæ *ætate ſententia! Pro tam grandi ætate cenſet auctor Speculi militare verba ſequentia vitæ cap.* 3. Qui ipſam vidiſſet, alteram eſſe Annam exiſtimaſſet, de qua in Evangelio. Illa autem annos ætatis habebat LXXXIV. *Bona conſequentia! Angelam ab Auctore vitæ nequaquam aſſimilatam fuiſſe Annæ ob æqualem ſenectutem, ſed potius ob continuata diu noctuque jejunia ac preces, intelligitur ex textu*: Qui ipſam vidiſſet, alteram eſſe Annam exiſtimaſſet, de qua in Evangelio; quæ non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens die ac oocte. *Quid? quod tota prægreſſa periodus deſideretur in vita Ms. P. Segeri, quæ penes nos eſt, adeoque mirum non foret, ſi quis interpolator recentior eam imruſiſſet.*

E

expendantur.

33 *Supereſt ergo, ut concludamus tam ea, quæ tempus ſpectant, quo traditur Angela præfuiſſe monaſterio Hieroſolymitano, quam ipſum tempus, quo in vivis extitit, neutiquam ſtabile eſſe, ſed vacillare, uno auctore ſic, alio aliter chronologicam utriuſque temporis ſupputationem ordinante. Nec vero convenit inter auctores de libris, ab* Angela *conſcriptis, prout jam pridem obſervavit Daniel Papebrochius parte* I. *Reſp.* §. 32. & 33. *ubi pag.* 293. *ſic loquitur*: A ſimilis fidei auctoribus ſuſfarcinatus in Bibliotheca Geſneriana augenda Joſias Simlerus, eidem Angelæ, . . . adſcribit librum I. Revelationum; quem ultimum Martinus Del Rio, libro 4. diſquiſitionum Magicarum capite 4. q. 3. ſect. 4. ſimili modo citat: ſed ambo corrigendi ſunt ex Antonio Poſſevino in Apparatu, ubi librum iſtum adſcribit Angelæ de Fulgineo. Merito ſane: nam totum textum habes inſertum hujus ejuſdem vitæ a Confeſſario ipſius Beatæ IV. die Januarii noſtri. *Ita ille.*

Quid reſpondendum ad abjectum cultum publicum

34 *Nunc vocat nos cultus publicus* S. Angelæ *apud Schiavenſes, paragrapho ſuperiore propoſitus & ſtabilitus. Daniele Papebrochio jam pridem in votis fuit, uti teſtatur loco citato*, videre bullam, & multo magis fundamenta Schiavenſium, ob quæ ipſi potius, quam alii toto orbe Carmelitæ feſtum illud agaot. *Hiſce ſubjungit idem Auctor hanc ſuam conjecturam; qua ſuſpicatur*, idem accidiſſe Carmelitis Schiavenſibus in Sicilia, quod accidit Auguſtinianis Forojulienſibus in Gallia. Hi ex mera conjectura perſuaſi, S. Maximam Callidiaenſem, XVI. Maii coli ſolitam, eamdem eſſe, quam Victor Uticenſis in Africa, ut ſibi notam laudat, aitque a Wandalica ſervitute dimiſſam, extitiſſe multarum virginum Dei matrem; ipſius ſibi cultum eo jure petierunt concedi, quo totum Africanum monachiſmum ad ſe trahit ordo iſte, veluti a S. Auguſtino inſtitutum; &, quod petierunt, impetrarunt, ut explicatur tom. 3. Maii, pag. 580.

F

S. Angela apud Schiavenſes.

35 Porro ſicut ea, cujus nulla nune diſtinctior extat notitia, ſed ſola memoria & veſtigia antiquiſſimi cultus, gratis præſumitur veniſſe ex Africa, cum longe veroſimilius ſit, oatam in Gallia, ex S. Hilarii regula vitam

A AUCT. J. P.

inſtituiſſe; ſic fieri poteſt, ut quædam S. Angela, poſt votivam ad ſacra loca peregrinationem, vixerit prope Schiavam ſolitaria; quæ tamen fuerit natione Sicula (nam Siculis frequentia videntur fuiſſe Angeli & Angelæ nomina) & cujus antiquiſſimus ibi cultus ſit, memoria vitæ diſtinctior nulla; atque hinc occaſionem ſumſerint Carmelitæ, eccleſiam, ei fortaſſis ab olim ſacram, tenendam nacti, ipſam confundendi cum Bohemi regis filia, de cujus vera exiſtentia optamus certiora doceri. Atque utinam Schiavenſibus eadem contingat felicitas, qua Forojulienſes anno MDCXLIII. ſuæ S. Maximæ corpus invenerunt. Tunc enim conſtaret, ſaltem illam, quæ Pragæ ſepulta fuit, uti prætenditur, cum Schiavenſium patrona male confundi.

Conciſio de Angela, ejuſque gente.

36 *Atque iſta eſt Viri conjectura; quæ fortaſſe rerum hujuſmodi gnaris non omnino diſplicebit in argumento admodum involuto, deficientibus certioribus documentis, quæ rem certo confirmant. Hactenus in medium prolatis ac utrimque agitatis iis, quæ ad* S. Angelæ *exiſtentiam, patriam, natales, vitæ inſtitutionem, cultumque publicum ſpectant; oratum volo lectorem, ut nobis certiora documenta ſuppediter de* B. Angela Bohemica, *paratiſſimis magis in ejus favorem loqui, ſi rationes aliæ id ſuaſerint. Viſum nobis eſt interea nihil determinare in utramque partem. Judicet æquus rerum arbiter, quæ quibus anteferenda ſint; & conſideret, num tantopere culpandus fuerit Papebrochius a prætenſo Exhibitore errorum, quod aliquando dubitaverit, num* S. Angela Bohemica *talis, qualis a patronis ſuis deſcribitur, aliquando extiterit in rerum natura.*

B

VITA

Ex impreſſis parte 4. Speculi Carmelitani, pag. 534. collata cum alia vita Ms. P. Segeri Pauli, Carmelitæ Colonienſis.

C

CAPUT I.

Angelæ natales; ſtudia; pietas; ſponſi terreni contemptus; epiſtola ad patrem.

a S. Angela natales ex ſtirpe & progreſſus in formula.

CIvitate Praga in regno Bohemiæ, orta eſt virgo Angela, filia *a* Regis Bohemiæ, pulchra quidem & caſta vultu, ſed multo ipſa in fide caſtior; ortu nobilis, ſed multo vita, ſanctiſſimæque vitæ uſu nobilior. Ac primum quidem juxta patris Regis voluntatem in monaſterio habitans, ut una cum Latino ſermone etiam bonos mores addiſceret, eoſque a teneris imbiberet; uſque adeo profecit, ut ſicut ferrum ferro limatur & exacuitur, & charitas charitate fovetur, ita & ipſa Virgo, aliarum virginum eruditione, bonitque ac laudatiſſimis operibus ſedulo ædificata, pro ſuæ mentis fœcunditate, plurimum fructum fecerit in ſacræ Scripturæ intelligentia, ac divinn amore: juxta id, quod patri ſuo Regi, ea de re atteſtata eſt, dicens: ſe in monaſterio vidiſſe ſanctum Hieronymum inter moniales, & cum illo S. Euſtochium. Contigit, ut quadam die ſub noctem, ſupplex ad Deum, coram altari ſummo preces faceret, proſtrataque ſomno paulatim vinceretur; quo in ſomno vidit gloriosſam Virginem Mariam, ſtipatam multitudine Angelorum, ſuaviſſimum concentum facientium. Quo ex ſomno ad ſe reverſa, cognovit eos canere: Ave Regina cælorum, ave Domina Angelorum. Hoc cantu finito prænonita eſt ab Angelo ad ſe miſſo, patri in animo eſſe, ipſam ad ſe accerſere, eamque conjugio jungere. Quapropter, inquit, proficiſcere *b* Hieroſolymam, ad monaſterium beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo.

D

Apparitio Virginis Mariæ.

b

Cœleſti modulatu tendit Hieroſolymam

c

2 Hoc ipſo tempore Pragam appulerat Regis Ungariæ *c* filius & regni heres, adolescens inſignis pulchritudinis, viſurus, atque allocuturus Regis filiam de futuro conjugio. At Angela noctu ſe amiciens amictu virili, rejecto habitu byſſino, majuſculo charactere (chirographum) ſcripſit in hunc modum. Ego Angela aſſumo mihi veſtes tuas, & togam meam admodum pretioſam tibi pro eiſdem relinquo. Hanc vendes, ut tibi pro ea alias veſtes compares. Facto ergo mane, adfuerunt Regia nuncii, qui filiam domum reducerent, ſed fruſtra: fuga enim ante elapſa erat. Inde turbatum fuit omne monaſterium, & Rex ipſe indignatus, monaſterium atque ipſum cubiculum filiæ ſuæ Angelæ ingreſſus eſt; in quo manu filiæ apiſtolam reperit, conſcriptam latine. Quæretis me, & non invenietis &c. Propterea conſilium meum tibi aperiam, & animi mei propoſitum hoc ſcripto manifeſtabo. Super omnia ſolum Chriſtum diligo, cui fidem meam ac meipſam deſpondi. Et propterea hinc ſum egreſſa, quod cor meum nimio deſiderio teneatur videndi cubiculi, ubi poſt meridiem ipſe cubavit, Ecce, nunc ſcis ubi ego ſim. Si ergo mihi mens eſſe pater cupis, ac me tibi habere filiam, ne præſume, obſecro, me ſeparare a vero meo cæleſti patre. Fateor, tu meus es pater, & ego filia tua ſum: Sed alium habeo patrem in cælo, qui Rex eſt Regum, & Dominus Dominorum. Ipſius ad me miſſa nuncia audivi. Audi, inquit, dilecta filia, & inclina ad ma aurem tuam, & oblivíſcere populum tuum, & domum patris tui.

E

ſcripta parat ad patrem & epiſtola.

F

3 Rex itaque ob hæc ſtupefactus, inquirit, an nemo ſit in monaſterio, qui ſciverit hujuſmodi illius propoſitum: ſed cum omnes ſeſe excuſarent, cauſamque diſceſſus dicerent ſe ignorare, domum ſuam reverſus eſt Rex, graviter ferens, quod ipſam aliquando, ejus inſtituendi cauſa, collocaſſet in monaſterio. At qui cum eo erant, viri nobiles, ipſum conſolabantur, ajebantque: Domine Rex, pone mœrorem; ſi enim Dei voluntas ſit, ut agat vitam religioſam, non licet, neque potea reſiſtere Deo; ſi autem hoc faciat ipſa ſuo tantum arbitratu, brevi te ipſius præſentia ſolabitur. Varium & mutabile ſemper femina. Pecuniam non habet, nec panpertati aſſuevit, neque ad labores apta eſt, quæ totam ætatem detrivit in ſcholis. Tantum mitte ad univerſa monaſteria

agre id ſe tentat.

atque

A atque hoſpitia ; facile eam rehabebis . Atque ita pacatior reddebatur Regis animus, nobilium interea conſilium exequens .

ANNOTATA.

a *De nomine patris* B. Angelæ , *ſat multa in utramque partem diſputata ſunt in Commentario prævio .*

b *Fallor , ſi lectori ſtatim veroſimilis futura ſit adeo præceps & repentina profeſſio ; neque prius mirarer , ſi deſideraret ſibi ſolide probari , quod tum temporis monaſterium monialium , de quo hic ſermo , Hieroſolymis extiterit .*

c *Omnia indeterminata , nomen filii , nomen patris ac regni , tempuſque , non ſapiunt aſſu genuina , uti monebamus in Comm. prævio . quod & alibi ſæpe fit in decurſu .*

CAPUT II.

B

Iter Hieroſolymitanum ; infidelis hominis converſio ; apparitio Deiparæ & pueruli Jeſu .

Converſio hominis infidelis , apparitio Deiparæ .

SAncta vero virgo Angela , dum ibat ad vaſtas ſolitudines , veſperi ad domum quampiam ſe recipiebat hoſpitis infidelis , quem in ſacris litteris erudiebat , convertebatque ad fidem . Antequam autem ſe quieti daret , ſecum ipſa locuta : Nova prælia , inquiebat , Dominus elegit & portas inimicorum ſuorum ſubvertit ; atque ita ſe Deo & beatæ Virgini , matri ejus benedictæ commendans , parumper ſomni indulſit corpuſculo , longo itinere fatigato . Prima vero luce apparebat ei beata Virgo Maria : Filia , inquiens , ſurge , quieti tuæ præparavi locum . Atque ita iſtinc dicedens , in abditam ſolitudinem perrexit , cui haud facile quis , ſolus ſe audebat committere . In qua cum aliquantum conſeceraſ viæ , obvios habuit aliquot , qui ipſam ex illa ſilva fugabant , veriti ne in illud horrendum nemus deſperatum veniſſet . Rogabatur , quid artis noſſet . Cumque C intelligerent , ipſam accurate ac nitide ſcribere ſinguli eam habere geſtiebant in foribam *a* .

a Iter Conſtantinop.

5 Inter alios miles erat , qui iter meditabatur Conſtantinopolitanum , & inde in Terram ſanctam . Hic ſubinterrogabat , quod ei nomen eſſet . Dicam , inquiebat , Domine , cum e Bohemia exceſſerimus ; nam nomen gloriolum eſt & admirabile . Miles , quid id rei eſſet , non intellexit ; emit ei nihilominus equum , eamque ſecum abduxit ex illis terris . Interea cum ſimul colloquerentur , ad eam converſus miles ; Die mihi , inquiebat , ſerio , unde tibi rudes illæ veſtes ? Nec vultui , nec manibus tuis , cum iſtis veſtibus convenit . Audi , ajebat , digniſſime mi Domine , ſermonem meum , rem enim omnem tibi enarrabo . Parens meus me in monaſterio erudiri fecit . Interea animo ibi concepi , ob Dei amorem videre Terram ſanctam . Sed quoniam monaſterio egredi non audebam propriis indutus veſtibus , veritus ſcilicet , ne a quopiam agnoſcerer , uni e famulis veſtes meas dedi , & , quibus indutus ſum , eram ipſius . Miles vero ad iſta nihil ulterius addidit , neque quid aliud eſt ſuſpicatus præter id , quod ex ipſa audiebat . Si quidem Jeſus , ipſius ſponſus , ſuam ipſe ſponſam conſervabat ; D IX SPEC. CARM. nec ſinebat militem quidpiam indecens de ea cogitare .

Jeſus ei apparens librum porrigit .

6 Pervenit itaque Conſtantinopolim & ingreſſi ſunt eccleſiam S. Sophiæ . Ubi ipſa in ſpiritu Jeſum loquentem audivit , ipſi incorruptas promittentem divitias . Quod ipſum cum Virgo Chriſti in ſpiritu intellexerat , Chriſtum vidit , Græce dictum Sophiam , id eſt , æternam Sapientiam , cujus honori principalis eccleſia Conſtantinopoli exiſtit dedicata . Apparebat autem ei Jeſus in forma pulcherrimi pueruli , porrigentis ipſi Latinum librum precum horariarum , Ordinis Fratrum noſtræ Dominæ , quo , Deum precando , uteretur .

ANNOTATA.

a *Quidnam* horrendi nemoris *incolis negotii cum ſcriba ? Dubito item , an credibiliora ſint , quæ toto hoc capite ſequuntur .* E

CAPUT III.

Ingreſſus in monaſterium ; apparet patriarchæ Hieroſolymitano ; eligitur prioriſſa ; ſancta ejus vita .

viſit loca ſacra .

POſtquam igitur S. Angela Hieroſolymam appulit , viſitavit cum dicto milite ſancta loca . At cum etiam veniſſent in eccleſiam ſororum noſtræ Dominæ , ſecreto cuidam devotæ ibi mulieri conditionem ſuam aperuit , atque animi item propoſitum . Mulier mox eam amicivit amictu femineo , ipſam ducens , ad Prioriſſam , rogatam , ut in monialem reciperetur . Verum ipſa Prioriſſa in viſu *a* noctis advenire quamdam viderat , quæ ſibi ad pedes advolvebatur , preces horarias latinas habens . Viſa ergo B. Angela coram , viſionis ipſa haud immemor , librum ejus inſpexit , & cognito , quod preces illæ vere eſſent noſtri Ordinis *b* , Angelam rogat , hunc librum unde nacta ſit ? Quæ cum reſponderet , Dei eſſe opus & donum , atque cujus eſſet filia aperiret , amice ab omnibus F ſuſcepta eſt . Ubi vitæ ſanctitudine , quam ducebat , adeo excelluit , ut poſtea ſuccedere digna fuerit in monaſterii præfecturam .

a cultrix mo-nasterii prioriſſa eam monialibus adjungit ,

b

& poſt ali-quem tem-pus patriarcha Hieroſol. fallam ,

c

8 Cum enim Prioriſſa ſupremum obieraſ diem , & moniales anniterentur de eligenda maxime idonea , (nam facile ſex idoneæ erant ad domus regimen) ſupplicabant S. Joanni , patriarchæ *c* Hieroſolymitano , qui etiam erat Ordinis Carmelitani , ut Deum precaretur pro ſufficienda in locum defunctæ bona moderatrice . Joannes igitur cum in ſacroſancto Miſſæ Officio perveniſſet ad primum memento , vidit coram ſe tranſeuntes ſex dicti monaſterii Virgines , & habebant ſingulæ lampades ardentes in manibus . Sed , quæ illarum poſtrema erat , S. Angela , geſtans manu ſua ciborium , cum obſcuro cryſtallo , ſimul aliis ſequebatur ; quam S. Joannes proinde dicebat præ aliis maxime eſſe idoneam . Sed Angela claritatem ſuam proferre nolebat in publicum , ex animi ſui ſubmiſſione , quæ ipſa ſignificabatur per cryſtallum ; ſicut loquitur David propheta : Qui mittit

in prioriſſæ dignitur .

A tit cryſtallum ſuam ſicut bucellas : id eſt, de EX SPEC. CARM. virtute humilitatis, uni amplius, alteri minus largius pro ſua divina voluntate, & hominum capacitate.

Vivens in regulari, d

9 Hæc veneranda Dei ſponſa Angela, triginta quinque annis *d* monaſterio in Hieroſolymis laudatiſſime præfuit. Nemo inter moniales ei ſimilis in pœnitentia, vigiliis, jejunio ac oratione ; &, quod his majus eſt, in humilitate. Etiamſi aliis præerat, non ſe jactabat, ſe ipſam præ ceteris exaltando. (*e* Ordinabat 18. moniales ad eanendas preces horarias.) Liberalis erat in pauperes, & afflictorum conſolatrix. Sæpe ei ſermo erat cum Angelo Dei, cujus erat ſoror ſimilis nomine, & virginali caſtitate, qui ipſi etiam prænunciabat, quod non eſſet ibi moritura. Accidit item, ut die Sabbati (quæ dies ſemper ei honori erat propter B. Virginem) Angelum videret, ad ſe venientem, qui illi loquebatur de regno Dei, & ſermonem finiens addebat : Qui perſeveraverit uſque in finem, is ſalvus erit. Quo dicto, cæleſtis Hieroſolymæ divitias ei oſtendit. (Qui ipſam vidiſſet, alteram eſſe Annam exiſtimaſſet, de qua in Evangelio, quæ non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens nocte ac die, ab eo tempore cum flammeum *f* recepit, conſecrataque fuit a patriarcha Hieroſolymitano, qui tum Deum precabatur, ut bonum in ea propoſitum uſque in finem conſervaret.) Hæc beata Dei virgo omni ſedulitate diu noctuque ſtudebat ſponſo ſuo placere, adeoque in amore ejus ſemper proficere. Quidquid enim vel ante fecerat bonorum, vel ipſo actu adhuc faciebat, videbantur ſibi pauca & exigua, præ humilitatis altitudine, qua eam Deus adornaverat. Unde & quidquid animus ejus deſiderabat, ipſe ſponſus Dei abunde ei præſtitit.

Sermo frequens cum Angelo.

B

f

ANNOTATA.

a *Ex antecedentibus & conſequentibus facile colliget lector, continuas pene tum hic, tum alibi per decurſum inſarciri apparitiones ac viſiones, prout innuebam in Comm. prav.* C

b *Scriptorem hujus Vitæ anonymum, fuiſſe Carmelitam, ex biſce voculis collegimus in Comm. prav.*

c *Nullum hoc tempore extitiſſe Patriarcham Hieroſolymitanum, nomine Joannem, jam pridem probavit Papebrochius in hiſtoria Chronologica patriarcharum Hieroſolymitanorum, tomo 3. Maji præfixa.*

d *Aliud ab alio tempus præfecturæ ejus aſſignari, dictum in Comm. prav.*

e *Uncis* [ ] *incluſa non lego in vita Mſ. Segeri Pauli ; uti & proxime ſubſequentia, eidem ſigno incluſa.*

f *Id eſt* velum, *ſumpto genere veli alio pro alio. Nam* flammeum *lego proprie eſſe genus veli lutei ſeu croceï, quod a novis nuptis geſtabatur in ſignum indiſſolubilis conjugii & boni ominis cauſa ; ſic dictum, quod eo aſſidue utebatur flaminica, id eſt, flaminis uxor. Videſis Lexica Latina de hac voce.*

D

CAPUT IV.

Pluvia precibus ejus impetrata ; monaſterium ab hoſtili invaſione præſervatum ; reditus in patriam ; ſanctus obitus.

Pluviam precibus ejus impetrat ;

A Ccidit, ut pene per ſemi-annum Deus pluviam non daret. Unde populus graviſſime afflictus, & animo conſternatus, ad Joannem Hieroſolymorum patriarcham veniens, communem miſeriam deploravit. Igitur dictus Patriarcha, aſſumpto ſecum diacono ſuo Euſebio, in monaſterium veniens, ita Prioriſſam aliaſque filias religioſas affatur : Filiæ cæleſtis ſponſi, Deum pro communi ſalute populi rogate. Beata autem Prioriſſa Angela : Dic, inquit, Hieroſolymitanis, ut veſperi confiteantur peccata ſua, die craſtina dabit eis Deus pluviæ ſufficientem copiam. Igitur ſancta Virgo, cum omni ſua humili congregatione, animum & totas ſe dederunt precando Deum ; populus vero confitendo peccata, & conterendo ſuper peccatis ſuis. Poſtridie, exaudita apud Deum ſanctæ Virginis oratione, cœpit pluere, dedituque Deus pluviarum abundantiam.

E

Fugat Sarracenos.

11 Saraceni conati ſunt monaſterium iſtud perdere, ſed precibus ejus ſunt fugati. Contigit, ut Mamoluca *a* quidam cum multis Æthiopibus veniret, ut monaſterium noctu per vim invaderet. Cumque illud cæpiſſet facere, audivit vocem : Non pecces in ciborium meum. Qua voce perterritus, anxius, & confuſus inde diſceſſit. Sedebat autem B. Angela ſuper lapidem ſepulchri Domini, uti altera Magdalena, amare flens : habens apud ſe ſuas ſpirituales filias, quas virtutem patientiæ docebat.

a

Monita a Deipara, ut Pragam redeat ;

12 Poſt, cum Deus Terram ſanctam occupari decreverat ab Ethnicis, & Chriſtianos occidi & diſpergi, venit ad ſanctam Angelam paulo ante beata Virgo Maria : Citius, inquit, demigra hinc : nam appropinquat tempus, quo Deus Terram ſanctam hanc, exigentibus Chriſtianorum peccatis, daturus eſt Ethnicis & Saracenis, ut eam inhabitent ; ſicut etiam indicavit S. Cyrillus. Propterea revertere in patriam tuam, & precare pro populo tuo, appropinquat enim ipſis magna tribulatio. Intellexit autem ſancta Angela de hæreſi, quæ Pragæ exurrexit anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo ; quæ etiam nunc adhuc *b* durat.

F

b

clam diſcedit, moritur inter Angelos ; miraculis claret.

13 Clam itaque inde diſcedens, trans mare navigavit, Pragamque veniens, in cellula ſeu anachoreſi includi ſe fecit, uſque dum vitam ſuam finit in eadem devotione. Completoque dierum vitæ ſuæ numero, ſanctiſſima Euchariſtia munita eſt ſacroque oleo perunctа, & ſic ſpiritum ſuum in manibus Dei tradebat die ſexta Julii ; aſſiſtentibus illi ſemper Dei Angelis ac ſuſcipientibus nobilem illam caſtamque animam, quæ tamquam ſoror Angelorum maculam numquam peccati mortalis habuiſſe creditur. Adducentibus denique eam cum hymnis & canticis, uti decebat, in chorum ſanctarum Virginum, in cæle-

A cæleſti paradiſo. Poſt mortem multis miraculis claruit.

ANNOTATA.

a *Mamaluccana gens ferunt cæpiſſe potiri rerum anno* 1250. *& extincta eſſe anno* 1515. *An commode hæc nota temporis queat conciliari cum anno* 1190. *quo dicitur floruiſſe* Angela, *conſiderandum relinquo lectori ex iis, quæ prævius habet Commentarius.* D EX SPEC. CARM.

b *Prævie diximus hinc colligi, quo tempore vixerit ſcriptor Vitæ.*

DE S. GODELEVA VIRG. ET MART.

CHISTELLÆ, DIOECESIS BRUGENSIS, IN FLANDRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

§. I. Ghiſtellæ conſpectus, Sanctæ patria, natales, ætas, nomen, conjux, martyrium & ſepultura.

B ANNO MLXX.

RErum *ad* S. Godelevam *ſpectantium, & toto hoc opere fuſius deducendarum, breve ſchema præmitto, ex quo locorum & perſonarum generalior ſaltem notitia legentium oculis primo intuitu obverſetur. Ut vero a præcipua martyris & perpetui cultus ſede ducatur exordium, ſic Ghiſtellam & alia huc facientia deſcribit V. C. & conſularis Jacobus Marchantius, in ſuis de Flandria Commentariis pag.* 87. Ghiſtella, illuſtris domus, cui pridem parebat, cognomentum, nuptiis tranſiit in familiam Bethunienſem atque Luxemburgiam, una cum Brugenſi telonio, Ghiſtellæ dynaſtis attributo, ut eo velut auctoramento, Oceanum Flandriæ affluentem, piratarum expertem ſervarent. A Comite Briennæ, Gallo, ut ſe facilius captivitate redimeret, in quam anno MDXLIV. inciderat, vendita fuit Joanni Carolo Affaitado, patricio Gremonenſi, qui Antverpiæ negotiabatur. Opificio Sayarum, quibus Ghiſtellenſibus nomen, ſpectabili dynaſtæ caſtello, nundinis menſe Novembri annuis, agroque fertili commendatur, non minua quam aſſidenti abbatia Benedictina feminea, dedicata memoriæ D. Godelievæ, quod nomen Theophilam ſignat, anno MLXX. hic ſtrangulatæ per duos ſervos domeſticos, cervici faucibuſque ejus mantile intorquentes, auctore Bertulfo marito, clari Ghiſtellæ generis, a matre, nurui infeſta, irritato in uxorem, Lonſordia ſtirpe nobilem formoſamque, ſed comendi & illecebrarum negligentem, pietatique in Deum, charitati in egenos nihil præferentem; cujus vitam exitumque perſcripſit Drogo monachus & ſacerdos id temporis. Ghiſtellanus.

Ghiſtellam a Marchantio laudatam,

C

2 *Fuſius longe & diſtinctius res Ghiſtellenſes proſequitur Vir itidem Clar. & immenſi laboris, Antonius Sanderus, in ſua Flandria illuſtrata tomo* 1. *a pag.* 329. *unde nonnulla, ad hiſtoriæ elucidationem opportuna, decerpenda cenſuimus. Sic ipſe locum, in excuſa lamina expreſſum, depingit:* Ghiſtella, a Stallo nomen urbi eſt, cui origo ab arce, libertas a Carolo Bono, privilegia a Guidone Dampetra, bonos a dynaſtis, circumvallatio prima a nobilibus ann. MCCXXVIII. munitio altera a Ludovico Niverneuſi ad annum MCCCXXIV. foſſarum eminentia a ſenatu anno MCCCCXXXIV, murorum alibi ſtructio deſtinata & inchoata a civibus MDXL. plane ut videatur oppidum cum ſeculis creviſſe, & unum ſingulis majeſtatis gradum conſcendiſſe: appellatum, privilegiatum, vallatum, munitum, clauſum, muratum in parte. Nuper & modo civilium bellorum fructus ſentit, horum pluribus deſtitutum, & caſtrum dumtaxat, veteris elegantiæ monumentum oſtendens; *quod hodie ruinam minatur, habitatore Domino vacuum. Pergit Sanderus oppidi decora & dynaſtarum familias deſcribere, de quibus ſatis dixit Marchantius; & nos Godeleviana paleſtræ ideam ſatis hic explicatam cenſemus.*

muſta ornamenta a Sandero,

E

3 *Neque enim jam enumerata omnia, & quot quos præterea laudatus Sanderus munifice congeſſit, Ghiſtellæ inſignia, tantum oppido famam & nobilitatem parunt, quantam & pridem attulere & hodiedum aſſertunt* ſanctæ Godelevæ *nomen, cultus, gloria & continuata miracula. Siquidem celeberrimam tota Flandria & reliqua ferme Belgio eam Sanctam, adeoque & Ghiſtellam reddidere egregiæ olim virtutes, quarum admiranda exempla reliquit, ſub beluinæ ſocrus & impii mariti ſervitute, non conjugis communionem, ſed durum paſſa martyrium, ſuſo dentium ſanguine corbinatum: quod non prodigia conſecuta ſunt, totis ſex ſeculis uſque hodie perennantia, tum Ghiſtellæ, ubi reliquiæ aſſervantur, tum ad medicinalem fontem, inter veteſta ſanctimonialium abbatiæ rudera, tum Brugis in parthenone ad concretum ſanguinem, tum pluribus aliis locis, ubi ejuſdem Sanctæ ſacra lipſana honorantur. Atque inde ferme tota, auſim dicere, quæ hoc tempore ſuperveſt Ghiſtellæ & Ghiſtellenſium per univerſam Flandriam & finitimas regiones commendatio, quod tam illuſtris Sanctæ ſacris pignoribus gaudeant, eo ritulo, ingenti concurſu populi, undequaque confluentis, quotannis frequentati.*

celeberrimam reddidit S. Godeleva

F

4 *Patriam* Sanctæ Godelevæ *tribuunt, quotquot de ipſa meminere ſcriptores, agrum Bonoienſem, ſeu potius Bolonienſem, Arteſiæ noſtræ finitimum, dominium olim perilluſtre Comitum, quos inter Euſtachius ille fuit, ex S. Ida parens trium filiorum, in hiſtoria Belli ſacri nominatiſſimorum, Euſtachii, Balduini & præ-*

cujus patrii & pervetusti nominis;

A AUCT. J. B. S. *præcipue Herculis Chriſtiani, Godefridi Bullionii, quas nominaſſe, laudaſſe eſt. Et vero Comitem Euſtachium eo potiſſimum memoro, quod ejus tempore primam lucem aſpexiſſe, ſaltem vixiſſe oporteat* S. Godelevam *patre* Wiſrido, Hufrido, Heinfrido *vel* Humfrido, *matre* Ogina, Ogena, *alias* Odgiva *ſeu* Odgeva, honeſtis & honoratis parentibus *genitam, in caſtro* Londefort, *ſeu* Lonfort, *quod noſter Jacobus Malbrancus, tomo* 2. *de Morinis, lib.* 8. *cap.* 59. *vocat* Hondefort, Wirſantum inter & Waſconvillare, ad Waſconingawallam, hodie Selaque fluvium, in Bononelo, *ſitum. Expreſſiores patriæ & generis* Sanctæ Godelevæ *characteres nemo, quod quidem ſciam, prodidit hactenus: unde* Lonfordiam ſtirpem *erueris Marchantius, fateor me ignorare, niſi ex caſtello illo, nativitatis loco, ut ex Ghiſtella Ghiſtellenſi, ſic familiæ Godelevianæ inditum cognomentum exiſtimaveris. Certa eſt Sanctæ patria, ſtirpis adjuncta admitti poſſunt; non item conſanguinitates cum aliis Belgii Sanctis, quas pie credulis confingere alicubi auſi ſunt. Jam Sanctæ ætatem, qua poterit veriſimilitudine explorabimus.*

B *non item portem ætatis ejusd.* 5 *Recte & eleganter, citato jam loco, Vitam a Drogone ſcriptam, contraxit laudatus Malbrancus, qui Legendam alteram, ab Anonymo interpolatam amplificatam, procul dubio numquam vidit, certe conſulendam nomine putavit. Et vero in Drogonis Legenda nullum ſatis certum aut expreſſum characterem reperire eſt, unde* Sanctæ Godelevæ *ætatem liceat preſſe definire; Anonymo autem, in iis, quæ ad tempora pertinent, quis ſatis, tuto fidere auſit, dum confidentiſſime multa & quidem perperam determinat, eo de ſitchano, ſaltem de licentiori amplificatione magis ſuſpectus, quo plura ex proprio penu Drogoni ſuperaddere præſumpſit. Sic ille vitam a ſe compilatam exordiatur:* Godeleva virgo Deo cara, de illuſtri proſapia, ex territorio Bolonienſi, caſtro Londefort, juxta villam Wierre Hinfridi originem traxit. Pater ejus miles, Heinfridus nomine, mater vero Ogena; ambo genere nobiles, virtutibus autem nobiliores, felicem hanc prolem, velut ſidus prælucidum, caliginoſo huic ſeculo genuerunt tempore Leo-

C nis IX. Pontificis Romani, anno videlicet a Dominica Incarnatione MLII. qui fuit annus Henrici Imperatoris tertii, XII. Philippi autem primi iſtius nominis Regis Franciæ, XXI. & Balduinni Inſulenſis, qui Benignus dictus eſt, ſeptimi Comitis Flandriæ, XVII.

Recepta eſt opinio, obiiſſe 1070. 6 *A ſignandis notis chronologicis longe melius abſtinuiſſes Anonymus; nam ut fatear, tempora Ludovici IX. PP. & annum* XVII. *Balduini Inſulenſis ſæcus congruere cum anno Chriſti* 1052. *erat auctor in annis Henrici Imperatoris; turpius Philippum Franciæ Regem appellat, turpiſſime annum ejus* XXI. *cum tunc necdum natus eſſet, anno primum ſequenti* 1053. *in lucem editus. Sic paſſim labuntur imperiti ſcriptores, dum Acta ſincera ſuis additamentis depravant. Mihi hactenus ſatis felici eſſe non licuit, ut certa nativitatis* S. Godelevæ, *deſponſationis, durationis matrimonii, aut cædis ejus tempora aliunde eruarem: cum enim ea Drogo, ut jam dicebam, exprimere omnino neglexerit, non video, quî id tutius facere potuerint ſcriptores, ſeculis aliquot ipſo poſteriores, ut paulo pluribus infra erit expendendum. Judicatur a majori ea Legenda, n.* 58. *Balduinus Comes, apud quem de Bertulfi mariti duritia conqueſti fuerint Sanctæ parentes: at nec inde deprehendi poteſt ulla diſtincta epocha. Ut paucis rem expediam; receptiſſima hodie eſt opinio, firmata auctoritate Meyeri, in Annalibus Flandriæ lib.* 3. *ad annum* 1070. *ſic ſcribentis:* Pridie autem Non. Julias eodem anno, Ghiſtellæ ſtrangulata a ſervis ſuis S. Godelepha, juſſu Bertulphi mariti. Mulier erat ſanctiſſima Bononienſis, genus ab Lonfordio caſtello oriunda, cujus tum Hemfridus & Odgina, ſpectabiles ejus parentes, tenebant dominatum. Bertulphus poſtea converſus ad pœnitentiam, in cœnobio divi Winnoci Bergenſis auſtere vixit & obiit. Vir erat dives ac nobilis, patria Ghiſtellanus, matris, ut referunt, impulſu ad tam atrox incitatus ſcelus. Hujus Divæ vitam luculenter perſcribit ad Ratbodonem Epiſcopum Drogo monachus, ſacerdos id tempus Ghiſtellenſis.

D 7 *Quæ ad Bertulfi converſionem, Drogonem & Ratbodonem attinent, alibi expendentur; liceat hic Meyerianæ epochæ, utpote veroſimillimæ, quam etiam ſuperius adoptavit Malbrancus, item Marchantius, Sanderus & alii paſſim; liceat, inquam, epochæ iſti ſubſcribere, & glorioſum* S. Godelevæ *exitum, dicto anno* 1070. *innectere. Prægreſſum vitæ ſpatium inde elicias & in ſeriem ordinet, qui poteſt; ego me fateor tacere malle, quam vane barbolari. Non adeo longum fuiſſe conjugii tempus, facile admiſero; verum & initium ejus & finem, non video cur contrahat vitæ majoris auctor Anonymus ad ætatem Balduini iſtius Comitis, qui nonniſi tribus annis imperitarvit, mortuus eodem, quo* S. Godeleva *anno* 1070. *Nuptui tradita fuerit Sanctæ annos circiter duodevigiti nata, ſexennium vel paulo amplius mariti tyrannidem paſſa ſit; ſic vitæ exordium referri poterit ad annum* 1045. *cædes, dum annum ætatis ageret quintum ſupra vigeſimum: ſed nec pro his vel verbum commutare lubet. Jam toties citatus Anonymus non tam ſcrupuloſe in iis verſatur; narratis enim, quæ in Sanctæ obitu contigere, miraculis, fictis Bertulfi lacrymis, atque ad exequias paratu neceſſariis, ſic pergit n.* 81. Multa procerum ſtipatus caterva, (*Bertulfus*) ſupremum defunctæ comitatus honorem, ſolenni ordine funerales pompas executus, beatum corpuſculum in eccleſia Ghiſtellenſi condiri procuravit, E anno tertio a contracto matrimonio, pridie Nonarum Juliarum, ſecunda feria, quæ erat Octava Apoſtolorum Petri & Pauli, anno a Dominica incarnatione milleſimo ſeptuageſimo, Henrici IV. Imperatoris tertiodecimo, Philippi II. illius nominis, Regis Francorum, anno VII. & Balduini Pacifici, Comitis Flandriæ, tertio & ultimo, nam & ipſe eodem ſub anno defunctus eſt.

ſed difficile eſt primum annum ordinare.

Fallit plerisque ſcriptor vitæ assumptus. 8 *Fallunt rurſus pleraque omnia, neque enim anno* 1070. *incidit ſexta Julii in feriam ſecundam, ſed in tertiam, ſub littera Dominicali C. & primi menſis G. Erat is Henrici Regis Romanorum* XVIII. *imperii ejus* XV. *Philippi, non ſecundi ſed primi Regis Franciæ,* XII. *Admiſto notam poſtremam, de anno tertio & ultimo Balduini Monenſis. Sufficiant hæc ſpecimina, ut aperte pateat, quam non levem eſſe oporteat ſcriptorem, qui ad veros characteres chronologicos facta, a ſe memorata, reducere conatur. Pari infelicitate prateuſam, neſcio quam, canonizationem, Romæ anno* 1084. *ut contendit, factam exequitur, Legendæ*

ſuæ

A *ſuæ n. 99. & ultimo, ubi annum iſtum* 1084. *connectit cum* D. Hildebrandi, *qui* & Gregorius VII. *Romani Pontificis octavo, cum Henrici IV. Imperatoris viceſimo ſeptimo, cum Philippi II. Francorum Regis viceſimo primo, & Roberti XI. Comitis Flandriæ, cognomento de Vriese, anno* 12. *in quo ultimo non tantopere aberrat; aſt in reliquis, more ſuo ceſpitat: ſiquidem annus jam dictus* 1084. *quo elevatum ſacrum corpus exiſtimamus, componendus eſt cum Gregorii XII. Henrici XXIX. Philippi, non ſecundi iterum ſed primi, XXVI. Verum hæc obiter hic dicta ſint, occaſione ſtabiliendæ ætatis* S. Godelevæ, *quam non video, ullis characteribus certo & determinate definiri poſſe.*

cum Malbranci eſt cultis non ſatis conciliandus.

9 *Laudatus Malbrancus in præfixa operi ſuo de Morinis chronologia, longe diverſum ab Anonymo ſyſtema ſibi formavit, dum ad annum* 1061. *ſic notat:* Godeleva e Bononenſi nobilibus oriunda, deſponsetur Bertulfo Ghiſtellenſi, qui peſſime uxorem habet. *Citat* Vitam, *ex qua non video, qua ratione epocham illam elicere ſe poſſe exiſtimaverit, non magis quam ſequentem, ubi ann.* 1067. *ait*, Godelevam fugiſſe ad pareotes, qui fruſtra

B per Comitem & Epiſcopum res componere nituntur. *Vadem ſibi rurſus adſciſcit* Drogonem in Vita, *apud quem fateor ego, certum characterem chronologicum eruere me hactenus non potuiſſe. In anno martyrii nobiſcum convenit; nempe* S. Godelevam, poſt ſonumeras moleſtias, juſſu Bertulfi a famulis ſuis ſtrangulatam anno MLXX. *Demus tantiſper, Malbrancum feliciter hic rem attigiſſe, certe multo felicius quam Anonymum; cum opinione noſtra non adeo difficulter conciliabitur. Anno* 1045. *nata ſit Sancta, & jam non ann.* XVII. *ſed cum Anonymo*, XV. *circiter aut* XVI. *attigerit, dum Bertulfo nuptui traderetur: vixerit in ea hypotheſi virgo, conjux & relicta, non ſolum per triennium, ſed per annos octo aut novem: magis hæc mihi placent, quam præceps ubique Anonymi ſupputatio, cui ut ſubſcribam, induci non patior; dum Sanctæ ætatem ad annos univerſim octodecim, matrimonium vix ad ternos contrahit. Verum nec pro ea Malbranci opinione contendere lubet, quandoquidem illam, æque ac alias, incertam exiſtimem; in hac parte multo veroſimiliorem,*

C *quod eos Sanctæ annos relinquat, quibus ad tot ærumnas, miſerias, anguſtias & ludibria devoranda robuſtiorem fuiſſe, paulo convenientius intelligamus.*

Replicatio nominis S. Godelevæ.

10 *Nomen* Godelevæ *non uno modo ſcribitur, ad unam vero eamdemque Sanctam modos omnes referri, indubitatum eſt. Drogo conſtanter exprimit* Godeleva, *id nominis Latine recte explicans* Deo cara, *alii* Theophila, *a Belgico* Godlief, *euphoniæ & feminei generis gratia* Godelieve, *unde aliqui* Godelieva; *quamvis in noſtro Ms. Aldenburgenſi, genuino, ut putamus, in principio ſcribatur* Godeleph, *ut etiam alicubi habet Anonymus interpolator, qui tamen plerumque cum Drogone reſtituit* Godoleva. *Sic paſſim Belgæ alii, excepto Meyero, cui præplacuit, inventum nomen* Godeleph *ſeu* Godoleph *reddere per* Godelepha *&* Godolepha, *Gallis ſtantibus pro* Godelene *ſeu* Godelaine, *unde* Godelena *ſeu* Godolena, *quemadmodum* Godolenum *abbatem Nobiliacenſem legimus ſec. 2. Benedict. Planum eſſet, ſequendam hac in parte Flandrorum nomenclaturam, niſi conſtaret, in ea Belgii ſeu Picardiæ regione natam* S. Godelevam, *in qua credibile non eſt, per id tempus in uſu fuiſſe linguam Flandricam, ſed puram putam antiquam* Gallicam, Guallicam, Wallicam *ſeu* Wallonicam, D
quæ omnia idem prorſus ſignificant, W æquivalente G, ut alibi me aliquando demonſtrare memini: apud Gallos autem nomen omnimode Flandricum cuiquam inditum fuiſſe, multis non vadebitur continuo admittendum. At tanti non eſt ea difficultas, quin commode ſolvatur, ſi dixeris, locum nativitatis Sanctæ ſatis vicinum fuiſſe partibus Flandricis, ut nominum communicatio haberi potuerit. Si id non placet; dic binomiam fuiſſe, aliter apud ſuos Bononenſes, aliter apud Flandros appellatam, quibus fortaſſe, a perpetuo Deo placendi ſtudio, a tot virtutum heroico exercitio & ſecutis miraculis, nomen Deo caræ *ſeu* Deo placeotis *imponere viſum fuerit; idque eo libentius quis crediderit, quod fortaſſe tunc non magis quam modo, matronas nobiles propriis nominibus indigitari in more poſitum fuerit. Utcumque verteris, tot Gallica nomina ſunt, longe aliter a Flandris efformata, ut exempla adferre ſupervacaneum judicemus.*

AUCT. J. B. S.

11 *Conjugem* S. Godelevæ *Bertulfum, aut ſuapte natura, aut feroci & rabida matre inſtigante, inhumanum & ferum fuiſſe, docet tota Sanctæ Legenda. Nec mirum ſane videatur, ſi Ghiſtellæ eo tempore repertus fuerit homo barbaris moribus præditus, cum in Actis S. Arnulfi, Sueſſionenſis Epiſcopi, iſtius partis Flandriæ apoſtoli, Aldenburgi anno* 1087. *pientiſſime defuncti, apud Mabilionem ſeculi VI. Benedictus, par. 2. pag.* 537. *n.* XVII. *ſic legamus:* Intra terminos parochiæ Geſtelenſis, quæ ſubjacet diœceſi Tornacenſi, eſt quædam vena terræ oigra & quaſi ſubrufa, quæ crebris paludibus interſita, non facile poteſt tranſiri. In his vero locis moratur genus hominum, atrocitatem ſemper geſtiens, ut vulgus Scytharum. *Meyerus ad ann.* 1083. *legit;* genus hominum atrociſſimum, qui omnem ferocitatem hujus gentis (*Scythicæ*) geouina animoſitate ſuperare videntur, *quinimo Ghiſtellenſes omnes iſtius temporis* gentem Scythicam *appellare non dubitat. Verba ejus ibidem ſunt:* Geſtellenſes, gens Scythica, nullis feritate ceſſere. *Cruda ſane & atra hominum iſtorum deſcriptio, ſed quæ ſolis Ghiſtellenſibus propria eo ſeculo fuiſſe non videtur.* *Quales olim fuerint Ghiſtellenſes;* E

12 *Quod certe facile admittet quicumque meminerit, illo tempore per quædam, imo per pleraque Flandriæ occiduæ loca, inteſtinas diſcordias, inveterata odia, quotidiana homicidia, & inſatiabiles humani ſanguinis effuſiones pacem & quietem totius regionis turbaſſe; quemadmodum luculentius explicant laudata S. Arnulfi Acta a pag.* 535. *n.* XIV. *Ut ut interim de Ghiſtellenſibus univerſim cenſeas, durum & barbarum fuiſſe Bertulfum*, S. Godelevæ *maritum, tam eſt manifeſtum, quam certum ſit, impio ejus juſſu innocentiſſimam conjugem immaniter fuiſſe ſtrangulatam. Audi de eo loquentem Malbrancum loco ſupra citato:* Oriundus erat, *inquit*, ab Normannis (qui Scythæ vocabantur, & huc Ghiſtellanam domum induxerunt) & Balduinum Flandriæ Marchionem ſibi conſanguineum prædicabat, vir animo vaſtus. *Ceterum de Bertulfo, quem ait Marchantius*, atrocitatem illam in eximiam reſipiſcentiam, cutiſque loricatæ caſtigationem in divi Winnoci Bergenſi alioterio convertiſſe, *erit infra proprius dicendi locus; hic reliquum eſt, ut martyrii & ſepulturæ brevem etiam imaginem exhibeamus.* *qualis Bertulfus S. Godelevæ conjux,* F

13 *Satis longam fuiſſe Sanctæ noſtræ ſub tam crudeli marito tyrannicam ſervitutem, clamant & explicant ambæ Legendæ Drogonis & Anonymi,* *cujus juſſu ſtrangulata & ſepulta.*

quam-

A AUCT. I. B. S. *quamvis hic, ut dicebam, temporum rationem ubique minimum coarctet: veram porro martyrii lauream conſecutam, probat effuſus ſanguis innocuus, mox ab obitu tot ſignis & miraculis a Deo condecoratus, quemadmodum & ſatræ exuviæ Ghiſtellæ depoſitæ, ut* Deo cara, *ut* Sancta, *ut* thaumaturga *a circumjacente late populo aquitæ fuerit, atque ut meritis apud Deum potens, in variis neceſſitatibus invocata & patrocinata, urgentibus certatim incolis, ut vita & miracula litterarum monumentis conſignarentur*. Eodem, *quo ſtrangulata eſt, die* acceleratam ejus ſepulturam, *aſſerit* Drogo, *apparatum deſcribit Anonymus, & tum in morte tum in ſepultura, ſigna nonnulla, de quibus Drogo non meminit: id utrumque memoria dignißimum cenſuit, quod*, quia panis deſuit, qui pro ſalute animæ erogaretur, icum ſit pro emenda annona: at eadem annona luxo fuit empturi ſuo, nam adeo accrevit per ſe in farinam redacta, ut modum menſuramque excederet, & emptor factum ſigni miraretur, dicens: Laus tibi, Deus; tum honori larga fuit, pro poſſa autem vixit pauperi, id

B etiam hoc miraculo divinitus demonſtraſti, *Nunc varia capita ad Vitas earumque auctores, ad cultum, reliquias, feſtivitates, miracula aliaſque* S. Godelevæ *prærogativas pertinentia, ſigillatim expendenda ſunt*,

§. II. De ſcriptore primæ & purioris vitæ S. Godelevæ, quam edidit Laurentius Surius, mutata dictione.

Drogoni, auctori S. Godelevæ ſcripturi,

MUltam din operam inſumpſeram, *ut ſinceram Drogoniani operis antigraphum manuſcriptum alicunde naucifcerer, quale olim certum eſt, habuiſſe Laurentium Surium, in eo de Sanctorum Actis non optime meritum, quod veneranda antiquitatis monumenta, pura & intacta ad poſteros non tranſmiſerit, uti de* S. Godelevæ *Legenda ultro ipſe fatetur his verbis:* Dictionem F. Laurentius Surius fere totam mutavit. *De ea Surii libertate ſatis alibi in his Actis dictum eſt. Operæ pretium equidem fuit, dum poſt varias inquiſitiones, tandem aliquando incidi in co-*

C *dicem Aldenburgenſem, qui, niſi vehementiſſime fallar, Drogonem ſincerum, genuinum & incorruptum exhibet, ut commentarii hujus paragrapho* SV. *demonſtrabitur, atque ex argumentis ibi adducendis facile colliget, quiſquis editionem noſtram cum Suriana conferre non gravabitur, manifeſtas in hac truncationes deprehenſurus, quæ textum non omnino quidem corrumpunt aut invertunt, at certe a nativa & germana Drogonis ſimplicitate longe recedunt. Verum hic anticipanda non ſunt, quæ jam dicto paragrapho diſcutienda ſuſcepimus, hoc potiſſimum hac diſſertatione diſquiſituri, ut quis Drogo iſte fuerit, Actorum* S. Godelevæ *ſcriptor, ex certis monumentis deprehendamus.*

varia opera perperam tribuuntur

15 *Drogonis appellationem ſatis communem olim fuiſſe, extra controverſiam eſto: plures homonymos ſeculo* XI. *exſtitiſſe, ex ſequentibus fiet manifeſtum. An ſcrupulo ducti ſint ſcriptores aliqui, ne nomen idem pluribus tribuerent, equidem neſcio: id certum eſt, plures Drogones in unum conflatos, tum a bibliographis, tum ab hiſtoricis, mutua abſque examine tranſcribentibus. Poſſevino præluxiſſe aliquem oportet, forteſſe Arnoldum Wion, infra audiendum, quem ipſe in Apparatu ſacro ſecutus ſit, dum* Drogoni Belgæ, monacho monaſterii S. Winnoci . . . deinde Geſtellenſis paſtori, poſtremo Epiſcopo Morinorum *varia opera tribuit, quæ ad Drogonem Morinorum Præſulem, nullo pacto ſpectare poſſunt. Poſſevinum deſcripſit Caſimirus Oudin, & procul dubio alii, quos colligere & enumerare nil juverit. Voſſius de hiſtoricis Latinis lib.* 2. *cap.* 45. *pag.* 373. *in eandem ſoveam incidit, in quam ſortaſſe protraxit famoſum Eliam du Pin, in noviſſima Scriptorum eccleſiaſticorum collectione ſec.* XI. *pag.* 109. *ubi monachum Bergenſem obiiſſe ſtatuit anno* 1070. *eodem ipſo, quo* S. Godeleva, *& nihilominus ejuſdem vitam ſcripſiſſe; quod veri Drogonis præfationi ex diametro repugnat.*

D

16 *Idem ſaxum non magis feliciter volverunt ſcriptores nonnulli Belgæ, quos inter Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis ſic rotunde enuntiat:* Godelevæ hiſtoriam Drogo monachus S. Winnoci Bergenſis, poſt Epiſcopus Morinenſis, ad Ratbodonem, Epiſcopum Tornacenſem (qui beatæ Martyris cnrpus anno MLXXXVIII. elevavit) accurate conſcripſit, legiturque apud Surium. *Arnoldus Wion in Ligno vitæ, lib.* 2. *cap.* 47. *pag.* 341. *ipſiſſima ferme ad verbum habet, quæ en ipſo accepiſſe videtur laudatus Poſſevinus. Molanum ambo perperam citant, in additionibus ad Uſuardum* v. *Auguſti: Nam licet is ibi monachum Bergenſem cum Morinorum Epiſcopo non recte confundat, at recte monachum, ſacerdotem Ghiſtellenſem, vitæ* S. Godelevæ *ſcriptorem, ab utroque jam dicto, & accurate diſtinxit. Hinc mirari deſine, ſi Swertium alioſque populares reperias in eodem luto hæſitantes, qui nullo prævio examine, apud quemcumque reperta, adoptare non dubitaverint.*

quæ adlatæ ſyncopum ſpectant;

E

17 *Id magis miror in noſtro Malbranco, diligenti ceteroquin rerum Morinenſium examinatore, qui & ipſe immanem iſtam confuſionem apertiſſime propugnat lib.* 8. *cap.* 29. *ubi ipſum Drogonem ex monacho Bergenſi & Ghiſtellenſi cutione Epiſcopum Morinenſem declarat his verbis;* Drogo fuit Epiſcopn nomen. Prius ex aſcetis illis Bertinenſibus exſtitit, quos Rodericus Bergas tranſmiſit, ad ponenda Winnnceoſis familiæ diſciplinæque fundamenta. Verum ut erat

F doctrinæ & eloquentiæ fretus præſidiis, cum nobilis Gheſtellæ vicus oppidumque curinoe ſuo eareret, in Drognnem ſtatim conjectus eſt Balduini Antiſtitis oculus, illicque voluit paſtnralem ejus probare operam, quæ, etſi manifeſtis jam iodieiis, per ſubciſivas interdum ſunctiones fat probata eſſet, omnium tamen ſuperavit expectatinnem, & ea in omnium oculis documenta dedit, quæ & Balduinum, adhue ſuperſtitem, & Robertum Regem, & complures abbates, & Epiſcopum, præſertim Ambiancenſem, cui olim fuerat elerici de munere io paueis commendatus, coocitarunt ad ex nppiduln eruendum hominem, & eelſo Morinnrum ſnlin cnnſtituendum. *Cum autem eodem libro cap.* 59. *pag.* 798. Drognnem monachum & Gheſtellenſis eccleſiæ presbyterum, *vitam* S. Godelevæ *martyris ſcripſiſſe aſſerit, tametſi memoria lapſus, incompoſſibilia tempora connectat; haud obſcure inſinuat, Drogonem eumdem, quem unicum novimus Ghiſtellæ paſtorem, ubique indicari.*

eidem a Malbranco, cum jam dicto conf. fuſo,

Drogo Morinorum Epiſcopus

18 *Utut verba ejus benignius quis interpretari voluerit, a prima ſaltem confuſione eximi omnino*

A *minime non poteſt: nam licet admittamus, Drogonem Epiſcopum, prius fuiſſe monachum (qui etiam teſte Malbranco clericus Ambianenſis fuit) at concedi prorſus non poteſt, eum fuiſſe monachum Bergenſem, multo minus curionem Ghiſtellenſem, a Balduino ſcilicet Morinorum Epiſcopo conſtitutum, in quam parœciam nihil unquam juris fuit Præſulibus Morinenſibus, utpote quæ ſemper Tornacenſi ſedi ſubjecta fuit. Ut in his preſſe & diſtincte procedam, ad tres articulos rem totam contrabo. Primus ſit: Drogo Morinenſis Epiſcopus diverſus eſt a Drogone monacho Bergenſi S. Winnoci, & quod inde conſequitur, alius omnino a Drogone ſacerdote ſeu curione Ghiſtellenſi. Articulus* II. *Drogo, alias Draco, monachus Bergenſis S. Winnoci, non fuit, nec veroſimillime eſſe potuit curio ſeu ſacerdos Ghiſtellenſis, atque adeo nec ſcriptor vitæ & martyrii* S. Godelevæ. *Articulus* III. *Drogo, ſcriptor vitæ* S. Godelevæ, *utroque jam dicto junior, monachus fuit ad S. Andreæ juxta Brugas, atque is ſolus & verus auctor eſt Actorum* S. Godelevæ; *quod paragrapho ſequenti ex profeſſo examinabitur: priores duo articuli hic primum ſtabilienda.*

B *a noſtro Drogone longe diverſi fuit eſt;* 19 *Probatio articuli primi pendet a vera notitia ſtatus & ætatis celebrioris Drogonis, Morinorum Epiſcopi, quem paſſim video, ex monacho Antiſtitem jubilarium appellari, etiam a Malbranco, utpote qui annus circiter quinquaginta epiſcopatum tenuerit, adverſis nonnumquam caſibus exercitatus jactatuſque. Hic ex monacho Sithienſi, ut declarat Mabilio in Annalibus Benedictinis tomo* 4. *lib.* 56. *pag.* 361. *jam ab anno* 1030. *multis, antequam* S. Godeleva *naſceretur, annis, Morinenſem regebat eccleſiam. Adducit vero idem Mabilio ibid. pag.* 368. *chartam præfati Drogonis, qua quædam altaria, Sithienſibus conceſſa, manumittit, in qua annus ejus epiſcopatus quadrageſimus ſextus componitur cum anno Chriſti* 1070. *apud Ipervium.* Quod argumento eſt, *inquit*, ejus initium ab anno 1024. vel ſaltem inſequenti repetendum. *Demum tomo* 5. *lib.* 65. *pag.* 117. *ex alio inſtrumento eruncis, Hubertum, Ternacenſem item Epiſcopum, in locum Drogonis ſucceſſiſſe, jam ab anno* 1077. *ut, ultra id tempus protrahi non poſſit Drogonis epiſcopatus, qui certe quinquagenarius fuit, ſi ab anno* 1025. *ad* 1077. *infulas*

C *poſſederit. Ab his nonnihil differt Malbranci calculus, ceterum ultra annum* 1078. *Drogonis tempora producere non audet.*

usque modo minus conſtiterit eum monacho Bergenſi, 20 *His præmiſſis, ut perſpicue intelligamus, utrum Drogo iſte, Morinorum ſeu Ternacenſis Epiſcopus, recte cum Bergenſi monacho coaleſcere queat, quærendum nobis eſt, an dicti characteres conveniant prædicto monacho ad S. Winnoci. Id ut breviter & dilucide explicem, deſcribo verba Mabilionis ſecul. VI. Benedictino, par.* 2. *pag.* 112. *ubi agens de hiſtoria translationis S. Lewinæ Bergas S. Winnoci,* auctore Drogone, ejuſdem loci monacho coæquali, *ſic habet:* Hiſtoriam translationis S. Lewinæ in monaſterium S. Winnoci Bergenſis ſcripſit Drogo presbyter, & quidem monachus S. Winnoci, ut non modo ex titulo, ſed etiam ex ipſo hiſtoriæ contextu appareat. Hunc Drogonem Meyerus & ex ipſo Molanus ac Miræus, eum fuiſſe putant, qui ſedem Morinorum tunc temporis obtinebat. At contrarium multa ſuadent: primum, bujus hiſtoriæ ſcriptor ſe presbyterum ſolummodo & monachum nuncupat: quin & ipſa epiſtola ad Ru-

moldum abbatem manifeſte indicat, illud opus Epiſcopi fœtum non eſſe. Nec dicendum, Drogonem, priuſquam e monaſterio Bergenſi ad epiſcopatum eveheretur, hanc translationis hiſtoriam ſcripſiſſe.

D AUCT J. B. S

ſcriptore translationis S. Lewinæ,

21 Drogo quippe anno MLVIII. quo hæc translatio contigit, jam multis annis eccleſiam Teruanenſem adminiſtrarat. Deinde hujus hiſtoriæ ſcriptor, qui ipſomet atteſtante translationi interfuit, eam a Bovone, Epiſcopo Orientali, factam fuiſſe, regnante Henrico in Francia, & vivente Drogone Morinorum Epiſcopo, aſſerit. Et libro ſecundo obſervat, paralyticum apud Leſſingas, præſente Drogone Epiſcopo Morinenſi, meritis S. Lewinæ fuiſſe ſanatum; quæ ſane omnia alium ab ipſo Drogone Epiſcopo auctorem hujus operis fuiſſe demonſtrant. *Argumentum idem verſaverat laudatus Mabilio ſeculo* 3. *Benedictino par.* 1. *pag.* 302. *in Obſervationibus prævis ad vitam S. Winnoci, cujus miraculorum ſcriptorem oſtendit, eumdem ipſum Drogonem, ſeu Draconem, Bergenſem monachum, a Drogone Epiſcopo diverſum; quod pluribus ibi legitur num.* 2. *ut proinde hujus monachi opera, nonniſi per errorem Morinenſi Epiſcopo attributa ſint.* Falluntur *utique, ut recte iterum Annales Benedictini tom.* 4. *lib.* 61. *pag.* 583. falluntur, *inquam*, qui hunc Drogonem monachum cum Drogone Epiſcopo Teruanenſi confundunt. *Atque hoc eſt, quod primo noſtro articulo demonſtrandum ſuſcepimus.*

E

qui non fuit ſacerdos Ghiſtellenſis.

22 *Nec minus falluntur, qui hunc Drogonem monachum volunt fuiſſe curionem ſeu ſacerdotem Ghiſtellenſem, ut eo pacto auctorem faciant Legendæ* S. Godelevæ, *quæ* Drogonis monachi & ſacerdotis Ghiſtellenſis *nomen in titulo Suri tuo præfixum habet, qui eſt alter articulus, ex eo capite jam nunc ſatis probatus, quod ſublata ſemel Drogonum Teruanenſis & Bergenſis confuſione, eodem ſtatu corruat neceſſe ſit, totum præſumtum Ghiſtellenſe ſacerdotium, Bergenſi monacho perperam adſcriptum; quandoquidem ei cœnobio nihil unquam juris fuiſſe ſciatur in parœciam Ghiſtellenſem; contra vero ex fidis inſtrumentis conſtet, eccleſiam illam diœceſi Tornacenſi tunc fuiſſe ſubditam, imo ad Epiſcopi ipſius patronatum ſpectaſſe, donec ipſa conceſſa fuit cœnobio S. Andreæ prope Brugas, & poſt varias viciſſitudines, in chronico Santandreano Ms. fuſius explicatas, ſic demum res ordinata, ut alternis vicibus Epiſcopus Tornacenſis, & prædicti cœnobi abbas collatoris jure utantur, quod hodieque perſeverare, exploratum habeo.*

F

Drogo non fuit monachus ſuus ad S. Andr.

23 *Atque ex eo demum cœnobio, non alunde educendus eſt verus Drogo monachus, qui Acta* S. Godelevæ *compoſuit, triginta, ut fallor, & pluribus annis Bergenſi monacho junior: cum enim iſte anno* 1058. S. Lewinæ *miracula colligeret, tum veroſimillime Drogo noſter Santandreanus necdum natus erat, quemadmodum ex ſequentibus ſatis perſpicies. Adde, quod* S. Godelevæ *Acta a Bergenſi illo monacho deſcribi omnino non potuiſſe, ſatis doceat ipſa præfatio, cum auctor ibidem diſerte profiteatur, ſe multis annis poſt Sanctæ obitum ſcribere, quippe qui ea ſolummodo referat, quæ* audivit ab illis, qui hodie & teſtes ſunt, quique viderunt, *ut certiſſime ad finem ſeculi* XI. *retrahenda ſint, ubi interim Drogonis Bergenſis ætas ultra annum* 1070. *qui & Sanctæ ipſi poſtremus fuit, produci non poſſe videatur, non-*

A AUCT. J. B. S. *nullis ejus obitum eo ipſo anno conſignantibus. Ex his autem ſatis manifeſte & liquido conficitur, quod articulo ſecundo probandum aſſumpſeramus; nimirum, Drogonem, alias Draconem, monachum Bergenſem S. Winnoci, non fuiſſe, nec verosimillime eſſe potuiſſe curionem ſeu ſacerdotem Ghiſtellenſem, atque adeo nec ſcriptorem vitæ & martyrii* S. Godelevæ, *ſed alium eo longe poſteriorem, nempe S. Andreæ prope Brugas monachum, &, Sandero teſte, ſacerdotem, non ſolum munere ſed & patria Ghiſtellenſem; de quo eum plura dicenda ſint, ſingulari paragrapho articulum ultimum, ad ipſum ſpectantem, diſcutiemus.*

§. III. Oſtenditur, verum vitæ S. Godelevæ auctorem, fuiſſe Drogonem monachum ad S. Andreæ juxta Brugas.

Sandero præiacente, confuſo

B NON diffitebor, *rebus mecdum operoſius expenſis, in poſtremam confuſionem jam refutatam, monachi Bergenſis & ſacerdotis Ghiſtellenſis me prope incidiſſe, a qua dubitantem abſtraxit Sanderus, prælata huc face ex ſuo Franconatu a pag. 329. ubi Ghiſtellum deſcribens, Drogonis characteres exhibet, a Bergenſi monacho plane alienos. Is igitur de ſacris Ghiſtellenſibus loquens:* Eccleſia Deiparæ, *inquit*, per Lambertum anno MCXVIII. contradita eſt Alardo, Priori tum Andreano juxta Brugas, unde miſſus e religioſis unus rem divinam curabat. Qualis fuit Drogo, auctor vitæ B. Godelevæ (Theophilam lonat) martyris, & miraculorum ejus ad tumulum patratorum. *Paulo inferius iterum ait:* Natus hic (*Ghiſtellæ*) Drogo monachus & ſacerdos, qui ad Radbodonem Epiſcopum Noviomenſem & Tornacenſem ſcripſit vitam & mortem ſanctæ Chriſti martyris Godelevæ, ſtrangulatæ per duos famulos Bertulphi Ghiſtellani, juſſu ipſius Bertulphi, mariti Godelevæ. *Antea notaveras pag. 293. agens de fundatione monaſterii S. Andreæ:* Circa annum MCXVIII. floruit Drogo, hujus cœnobii monachus & paſtor Ghiſtellanus, qui vitam ſcripſit B. Godelevæ martyris.

C *Atque hæc ſunt, quæ in ulteriorem diſquiſitionem me deduxerunt, nihil fiſum verbis Sanderi, niſi pateret fons, ex quo ipſam ſua hauſiſſe merito ſuſpicabar, nempe ex tabulis cœnobii ipſius Sanctandreani.*

ut reperta ſunt ea monumenta

25 *Uſus itaque favore & patrocinio illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Hedrici Joſephi, Epiſcopi Brugenſis moderni, & opera inſignis noſtri collaboratoris, adm. Rev. & Cl. D. Ludovici de Wale, Canonici Cathedralis & præſato Illuſtriſſimo a ſecretis, id obtinui, quæ res tota mirifice elucidabitur. Inſtrumentum mox ſubjiciam, ut ad me tranſmiſſum eſt, Walii ipſius manu ex autographo deſcriptum, videlicet ex codice membranaceo, continente Chronicam ſeu annales Sanctandreani cœnobii, e variis monumentis concinnatos ſub initium ſeculi ſexti decimi, utpote qui dicatus ſit* Reverendo Domino Joanni Aſſetio, ejuſdem monaſterii abbati dignißimo, *quem conſtat abbatem fuiſſe ſeptimum ſupra vigeſimum prædicti monaſterii, ſextum ejuſdem prænominis, ex monacho S. Vedaſti & præpoſito Alpenſi, qui eam* dignitatem adeptus eſt per liberam ſui prædeceſſoris reſignationem, & primo *ad cœnobium* applicuit cum magna pompa, ac nobilium dominorum ſpiritualium ac temporalium comitiva, XXV. Maji, die ſcilicet Urbani Papæ, quo die, eo D anno fuit ſolennitas Aſcenſionis Domini, anno ſcilicet MDXXV. *ut chronicæ ipſius ætas inde facile colligatur, quæ ab ante, an poſt adventum jam dicti abbatis compoſita fuerit, compertum non habeo.*

in prædicto Sanctorum ac laudat.

26 *Ipſummet codicem, charactere prorſus Flandrico exaratum, paulo accuratius examinavi & diſcuſſi, dum Brugis ad pauculos dies commoratus ſum, rebus Godelevianis colligendis intentus. Ex eorum:* Incipit Chronica monaſterii S. Andreæ juxta Brugas, Ordinis Benedictini, conſcripta ab Arnulpho Goethalſio, ejuſdem monaſterii monacho. *Hic in prologo monet, ſe ex corruptis ſolis litterarum, ex corroſarum tumbarum inſcriptionibus, aliorumque monaſteriorum chronicis ſua* laborioſiſſime collegiſſe, *operam & fide optima cœnobii ſui monumenta ita perſcrutatum, ut totius narrationis veritas in unum collocata ſit. Certe in iis, quæ curſim evolvi, de bello ſacro ſeu Cruciata, cujus occaſione monaſterium Santandreanum, juſſu Roberti Comitis, ſua ſumpſit incunabula; tum in ipſius primordiis primiſque Præpoſitis, nihil magnopere occurrit, quod cum iſtius temporis hiſtoria non ſatis recte componatur. Ut cetera, huc non facientia, tacitus præteream, caput* v. *titulus eſt:* De his, quæ geſta ſunt temporibus Priorum ſive Præpoſitorum noſtrorum, *antequam* abbas eligeretur, per annos circiter LXXXVI. *Hos inter ordine ſecundum memorat Alardum, de quo ſic ad rem noſtram ſcribit fol. 14. unde ſua ante tranſumpſerat laudatus Walius.* E

quæ ſatis manifeſta demonſtrata

27 Ablato itaque a nobis, ut prædiximus, & ad altiorem gradum aſſumpto religioſo Patre & inſtitutore noſtro Rodulpho, ſucceſſit eidem, non tam regiminis prælatione, quam ſanctiſſimæ converſationis imitatione, venerabilis Pater, nomine Alardus, qui ipſum noſtrum monaſterium annis multis ſtrenue gubernavit, & multis bonis temporalibus locupletavit. Conſiderans enim vir diligentiſſimus, exactum regularis diſciplinæ rigorem, abſque abundanti temporalium bonorum proviſione diu ſubſiſtere non poſſe, maxima in hoc ſtuduit ſollicitudine fratribus ſubvenire; & inter cetera exceſſentiſſimæ ſuæ memoriæ monumenta, adiit Reverendiſſimum Tornacenſem ac Noviomenſem Epiſcopum, Dominum Lambertum, qui Baldrico (de quo in ſuperioribus mentionem fecimus) in eiſdem epiſcopatibus ſucceſſerat, expetens ab eodem, quatenus ſibi & ſucceſſoribus ſuis concedere vellet eccleſiam Ghiſtellenſem, altare ſcilicet cum decima & ceteris redditibus ſuis, ſicut hactenus eccleſia Tornacenſis poſſederat; nam ad ipſius eccleſiæ jus, ipſa Ghiſtellenſis eccleſia pertinebat; ſub annuo ſtatuto pretio: quod ſicut fideliter expetiit, efficaciter obtinuit; annuo indicto pretio octodecim marcarum argenti, tribus terminis, ſingulis annis ſolvendarum, ſex ſcilicet marcas argenti in feſt. B. Remigii, ſex in feſto Purificationis B. M. Virginis, & ſex in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli: quidquid vero in eadem Ghiſtellenſi parœcia nobis emolumenti, divina gratia, proprio labore vel fidelium largitione excreſcere poſſet, abſque ulla calumnia, in noſtrum ſubſidium proveniret. F

28 Acta ſunt hæc conſilio & aſſenſu Roberti, archidiaconi præfati Epiſcopi Lamberti,

ac

prædictum Drogonem vitam S. Godelevæ ſcripſiſſe.

A ac cæterorum clericorum Tornacenſis eccleſiæ, quorum intereſſe poterat, & litteris authenticis roborata, ſimiliter & Apoſtolica auctoritate a Calixto Papa confirmata, anno Domini MCXVIII. Hæc etiam confirmata fuere a Simone Noviomenſi ac Tornacenſi Epiſcopo, qui præfato Lamberto in iisdem epiſcopatibus ſucceſſerat. Cumque jam cuncta rite ordinata forent, miſſus eſt ad Ghiſtellenſem eccleſiam gubernandam, in temporalibus & ſpiritualibus, vir religioſus, Drogo nomine, hujus noſtri monaſterii monachus, qui injunctum ſibi onus ſtrenue adminiſtravit, ad magnum eccleſiæ noſtræ emolumentum. Contigit autem eo tempore creberrima fieri miracula ad ſepulcrum divæ virginis Godelevæ, quæ a paucis tranſactis annis, per palmam martyrii cæleſtia regna conſcenderat: unde idem Drogo a ſuis parochianis plurimum exoratus, vitam ipſius martyris Godelevæ convenienti ſcripſit ſermone, ſicut ex eorum ore acceperat, qui ipſius vitam ſanctiſſimam & mortem innocentiſſimam oculis conſpexerant. *Sequuntur moleſtiæ per Anſelmum Tornacenſem Epiſcopum monachis ſubinde creatæ, demum compoſitio cum ſucceſſoribus inita, quæ etiam hodie utrique parti Ghiſtellæ ſua jura conſervat.*

B

Nimi mogitare vi-rentis fuit,

29 *Hæc ſi legiſſet vir non indoctus & hiſtoriæ noſtræ Flandricæ utcumque peritus, non tam rotunde, occaſione dubiorum ucorum Brugas tranſmiſſarum, ad amicum ſcripſiſſet:* Certum itaque eſt, quod Drogo monachus & ſacerdos Ghiſtellenſis, primus ſcriptor vitæ & miraculorum S. Godelevæ, numquam fuerit nec eſſe potuerit monachus cœnobii S. Andreæ prope Brugas, utpote quod tantum cœpit exſtrui anno MXCVIII. *Hæc quam facile concilientur, infra patebit. Aſſumptum probaturus, paradoxi quid inducit, dum audet aſſerere;* imprimis conſtare, abbatem S. Andreæ jus paſtoratus in Ghiſtelle tantum accepiſſe poſt quatuor ſecula a morte S. Godelevæ. *Legat, obſecro, chronicam a nobis jam recitatam, & paulo uſtius edocebitur.* Quod autem, *ita pergit*, communiter dicatur in his partibus, Drogonem noſtrum fuiſſe monachum S. Andreæ prope Brugas, inde potuit eveniſſe, quod diu poſtea, ſorte ſeculo XV. monachus quidam hujus cœnobii, qui & paſtor Ghiſtellenſis, ſcripſerit ampliorem vitam S. Godelevæ. Sed error eſt, hunc monachum appellatum fuiſſe Drogonem, ſed verius Sanderus refert, appellatum fuiſſe Oſtrogonem. *Hariolandum homini non fuit, ut Sanderi mentem probe intelligeres, ejus judicio jam pridem cauſa cecidit, qui multa his ſimilia liberalius commentus eſt.*

C

quæ contra objici poſſunt,

30 *Ego vero ex ſupra deductis, ſatis manifeſte patere exiſtimo, non alium fuiſſe Actorum* S. Godelevæ *ſcriptorem, præter hunc unum & ſolum Drogonem, ad S. Andreæ monachum, &, ſi Sandero credimus, patria Ghiſtellenſem. Atque hæc quidem plana videntur: non ita circumſtantiæ aliquæ, hic modo expendendæ & explicandæ, iis negletis, quæ numero præcedenti objiciebantur. Quæri poteſt, qua ratione Drogo iſte* vitam Martyris *ſcripſerit*, ſicut ex eorum ore acceperat, qui ipſius vitam ſanctiſſimam & mortem innocentiſſimam oculis conſpexerant; *quomodo, inquam, Drogo Santmarianus commode id facere potuerit, ſi non niſi poſt annum Domini* 1118. *Ghiſtellenſis eccleſiæ curam ſuſceperit? Acrius urgebis, ſi dixerit, non poſſe Drogoni adſcribi Legendam* S. Godelevæ, *utpote quæ dicata eſt Ratbodoni Epiſcopo Noviomenſi & Tornacenſi, quem conſtat Brugis fato prope repentino e vita ſublatum anno* 1098. *totis viginti annis priuſquam Drogo* miſſus eſſet ad Ghiſtellenſem eccleſiam gubernandam. *Alius contendet, prædictam vitam haud dubie editam, vulgatam, & a Ratbodone ante lectam fuiſſe, quam is ad corporis elevationem proceſſerit: quippe qui ex tali vita de geſtis, virtutibus ac miraculis edoceri debuerit; quis autem fingat veroſimile eſſe, quod Drogo ſcripſerit ante annum* 1084. *Vides, lector, quam intricati nodi intercedant in re, quæ extra omnem controverſiam poſita videbatur. Itaque ad eos ordine diſſolvendos accingamur.*

D

AUCT. J. B. S.

31 *Ad ultimum quod attinet, evellendus ſemel eximendusque eorum hominum ſcrupulus, qui putant in* S. Godelevæ *qualicumque canonizatione, vitas, cæremonias & ſolennitates hodiernis ſimiles aut proximas interveniſſe, atque adeo vitam continuo ſcriptam, inſtitutos proceſſus, collecta authentica documenta, quæ a Ratbodone non ſolum lecta & examinata, ſed Romam delata ſint,* a ſummo Pontifice ejuſque fratribus Cardinalibus approbanda... qui unanimi conſenſu Sanctorum catalogo *Godelevam* adſcripſerint, *ut pluribus commentitur Anonymus interpolator n. 99. Piam ego hæc omnia fictionem appello, a multis recentioribus & imperitis ſcriptoribus uſurpatam, variuſque Legendis audacter inſertam. Ratbodonem, ſub vitæ ſuæ extrema tempora Italiæ fines attigiſſe, apud Sammarthanos reperio, Romæ antea unquam fuiſſe, nemo, quod ſciam, tradidit: imo plane oppoſitum invenies in Annotatis ad Prologum Drogonis noſtri, infra ſuo loco producendis. Neque vero canonizationis iſtius cauſa tam longam peregrinationem ſuſcepiſſe cenſendus eſt, qui ſeculo iſtius receptiſſimo more, Sanctis cultum aliquem, Roma inconſulta, decernere poterat, per ſolam e terra elevationem, ut alibi etiam dixi contra infundatiſſimas præfati Anonymi & recentiorum Officiorum narrationes. Mihi ea dictis, & ex ipſo Drogonis opere eorum videtur, nullam adhucdum vitam, ſaltem non Drogonianam, ſcriptam fuiſſe, dum* S. Godelevæ *corpus anno* 1084. *a Ratbodone elevaretur.*

ea variis vel ipſius adjunctis,

E

F

32 *Salvanda tamen eſt ſecunda circumſtantia, quod Drogo noſter Vitam, a ſe compoſitam, inſcripſerit Ratbodoni Epiſcopo, cum id in prologo diſertiſſime profiteatur, ſic exorſus:* Domino Ratbodoni, Dei gratia Noviomenſi Epiſcopo, Drogo monachus & indignus ſacerdos, bonum, quod præſtat omni bono. *Unde conſequens eſt, ſcriptam fuiſſe vitam ante annum* 1098. *quo Brugis Ratbodo vivere deſiit, atque adeo multis prius annis, quam* 1118. *Drogoni cura eccleſiæ Ghiſtellenſis committeretur. Difficultas hæc, prima fronte implexior, ſeipſam facile evolvit, ſi paulo attentius obſervaveris, Drogonem,* monachum *quidem ſe & ſacerdotem appellare, ac necdum paſtorem aut curatum, imo nec ſacerdotem Ghiſtellenſem; cujus rei veſtigium nec in prologo nec in toto deinceps opere reperire eſt. Potuit ſane annis viginti & amplius* monachus & ſacerdos *fuiſſe Drogo, antequam curæ iſti paſtorali intenderis, potuit per id tempus vitam illam, ſolo in patriam amore, ab amicis rogatus conſcribere, antequam* miſſus eſſet ad Ghiſtellenſem eccleſiam gubernandam. *Neque enim uſquam aſſerit, rogatu parochianorum ſuorum ſe id feciſſe, quod perperam ſuppoſuit auctor Chronicæ*

non diſſi-multer fatea-tur;

A AUCT. J. B. S. *Santandreana, ſed ut melior teſtis eſt Drogo ipſe;* multorum fatigatus precibus & crebra exhortatione .... coactus ſum litteris mandare martyrium S. Godelevæ : *vel ut in noſtra editione;* creberrima multorum fidelium exhortatione... coactus ſum deſcribere martyrium S. Godeleph. *Ego fatigatores iſtos, precatores & coactores, intelligo Drogonis amicos & populares, qui id ab ipſo exegerint, dum ſacerdos & monachus eſſet, nulla tunc animarum cura onuſtus, certo mecum a ſuperiore ſuo Alardo* miſſus ad Ghiſtellenſem eccleſiam gubernandam.

ſuplicma obſcurior Sanctæ ætas.

33 *Decamus audaciter, Drogonem Acta illa ſcripſiſſe, vivente adhuc Ratbodone Epiſcopo, cui libellum ſuum commodiſſime offerre potuerit in ultima Brugas excurſione* 1098. *annis circiter octo & viginti poſt ſanctæ Martyris obitum, quando veriſſime dicere potuit, quod in citato prologo teſtatur :* Quæ vero ſcripſimus, illa pro certo ſic habere, ab illis accepimus, qui hodieque ſuperiunt, & ſuis ea oculis conſpexere: *vel ut nos legimus:* Sed nos quidem quæ ſcripſimus, hæc ita ſe habentia, ab illis qui hodie teſtes ſunt, B quique viderunt, audivimus. *Et ſic evaneſcit quæſtio prima, incongruentiam arguens in eo, quod ſupponat Drogonem ſcripſiſſe* exoratum a ſuis parochianis, *adeoque poſt annum* 1118. *annis ſcilicet* XLVIII. *poſt* S. Godelevæ *martyrium, quo tempore veroſimile prorſus non eſt, multos idoneos teſtes ſuperfuiſſe Ghiſtellæ, qui Martyris* vitam ſanctiſſimam & mortem innocentiſſimam oculis conſpexerant. *Aſt omnia quadrant apriſſime in annum, a nobis determinatum,* 1098. *unde omnia, quæ in vet. allo Chronicæ memorantur, intelligenda ſunt a Drogone facta fuiſſe, priuſquam curionis ſeu paſtoris munere, Alardi auctoritate Ghiſtellæ fungtus eſt, atque hoc pacto explanatæ manent difficultates omnes, quæ ad componenda Drogonis Santmareani tempora implexiores videbantur.*

Rei denuo probatur ex ipſis Actis

34 *Porro Legendæ Drogonianæ epocham, non aliter definiri poſſe, quam a nobis factum fuerit, nec fuiſſe opportune fingi potuiſſe, ſcriptam ipſam ante ſacri corporis elevationem, docebit Drogo ipſe apud Surium num.* 9. *in noſtra genuina editione n.* 26. *ubi tempora connectit, quæ certo elevationem non præceſſerunt. Narrans enim, puerum contractum per merita* S. Godelevæ *ſoſpitati reſtitutum, ita ſubjungit:* Nomen puero Algotus erat. C Traditus inde litteris, cum ad virilem perveniſſet ætatem, paulatim aſcendendo Diaconus ordinatus eſt. *Non opinor, indicari hic miraculum ipſo* S. Godelevæ *obitus anno patratum, quod etſi daremus, antequam Algotus, tunc puer ſeu infans, ad virilem ætatem pervenerit & diaconus ordinatus ſit, interceſſiſſe oportet pluſquam quatuordecim annos; nam Drogo de ordinatione priden facta loquitur; liquet igitur vitam ſcribi non potuiſſe ante elevationem, quam ſupra invectendam diximus anno* 1084. *His ſi junxeris & admiſeris ultima Suriana Legendæ verba, quibus elevationem factam memorat, quibus agit de filia Bertulfi ſanata, exſtructoque monaſterio, in quo nuvens cruor &c. ſatis perſpicue intelliges, Legendæ compoſitionem, quæ breviſſimo tempore adornari potuit, merito a nobis cum ultima Ratbodonis ætate conjunctam fuiſſe.*

Corrigen- dum Annal. Bened.

35 *Reliquum eſt, ut errorem non unum, qui in Annales Benedictinos irrepſit, corrigamus. Auctoris, cetera eruditiſſimi, inadvertentia in indice generali tomi* V. *ita ſcriptum reliquit:* Drogo, Teruanenſis Epiſcopus, Godelevæ vitam conſcripſit; *ibi remittens ad pag.* 256. *b, ubi nil ſimile reperitur, ſed ubi alia occurrunt non magis fundata.* Hoc item anno, *inquit*, conditum eſt prope Oſtendam puellare noſtri Ordinis cœnobium, eo videlicet in loco, ubi Godeleva, Bertulfi uxor, a furente marito ante annos octodecim ſtrangulata fuerat. Ejus vero corpus hoc anno MLXXXVIII. a Drogone Teruanenſi Epiſcopo e terra levatum, in idem cœnobium translatum eſt, *Deleri poſſunt hæc omnia, neque enim de initio fundationis monaſterii Ghiſtellenſis quidquam hactenus ſatis conſtat; Drogonem vero Epiſcopum Teruanenſem eo anno* 1088. *Sanctæ corpus e terra levaſſe, non niſi per inſignem memoriæ lapſum ſcribere potuit Mabillo, qui, ut ſupra oſtendimus, mortem iſtius Epiſcopi compoſuit cum anu.* 1077. *Quid autem Drogoni Morinenſi, utue eo anno* 1088. *ſuperſtitem fuiſſe putamus, quid, inquam, Epiſcopo iſti juris unquam eſſe potuit in Ghiſtellam, Epiſcopo Tornacenſi ſubjectam? Fluxiſſe ea exiſtimo ex præconcepta opinione de Drogone Morinenſi, auctore vitæ* S. Godelevæ, *quam ſupra oſtendimus, nullo pacto poſſe ſubſiſtere. Quod demum additur, de* translato in cœnobio corpore, *non ſatis digerent Ghiſtellenſes, perpetui ſacri depoſiti in templo ſuo poſſeſſores, ſaltem ad uſque ſeculum* XVI. D E

§. IV. Quæ vita a Drogone ſcripta ſit, an ea quam Surius edidit, an quæ a nobis datur ex Ms. Aldenburgenſi?

Auctor ſuæ vitis diu quæſtio,

AUctorem *Vitæ* S. Godelevæ, *Drogonem Santandreanum monachum, jam ſatis certo nos deprehendiſſe exiſtimamus; necdum tam clare liquet, quæ Vita aut Legenda, inter plures Drogonis nomen præferentes, ab eo ſcriptore vere concinnata ſit. Ne varia exemplaria, aut Officiorum eccleſiæ Ghiſtellenſis, ſeu monaſterii, aut alia, immenſum aucta & interpolata, in medium adducantur, ad duo præcipua apographa totam quæſtionem reſtringam. Primum nobis exhibet Laurentius Surius, cujus* dictionem fere totam *ſe* mutaſſe, *ultro fatetur; alterum e cœnobio Aldenburgenſi procuravit laudatus Clar. Walius, idque manuſcriptum, vili ſchemate in forma* 12. *charactere Belgico abbreviato & difficili exaratum, in* F *quo præter vitam* S. Godelevæ *continentur Legenda de S. Ambroſio; ſermo de vita S. Arnulfi; Dialogus de miraculis S. Petri Apoſtoli, per reliquias ejus, in Aldenburg conditas, geſtis; vita S. Auguſtini; Legenda de decollatione S. Joan. Baptiſtæ; vita S. Ægidii abbatis; paſſio SS. Martyrum Mauritii & ſociorum; item SS. Coſmæ & Damiani; vita B. Hieronymi; vita S. Galli; paſſio undecim millium Virginum, ac SS. Criſpini & Criſpiniani, cum uno alterove tractatulo non magni momenti. Hæc ad codicis notitiam dicta ſint, quem quidem ſeculo* XVI. *vetuſtiorem pronuntiare non auſim, aſt talem, ut in eo antiquam Vitam, ſicuti a Drogone primitus ſcripta fuit, me veriſimillime reperiſſe, poſt accuratum utriuſque apographi examen, plane in animum inducam.*

utra earum Legendarii præferenda eſſet,

17 *Placuit primum, & ut verum fatear, præplacuit Surii jam pridem recepta editio, ſatis correcta & nitida, pavergis tropiſque concinnatoriis omnino vacua, ſic ut brevi & ſuccincta ora-*

tione

A tione habeantur omnia, quæ ad S. Godelevæ hiſtoriam vere ſpectare dici poſſunt. Dubium ſubinde ingeſſere Officia eccleſiaſtica, ſeu vetuſtorum Breviariorum partheneonis Gbiſtellenſis, nunc Brugas translati, hymni, antiphonæ, lectiones, reſponſoria aliaque perantiqua, ad me Brugis tranſmiſſa, quæ ſatis aperte oſtendebant, non ex Vita, qualem edidit Surius, ſed ex alia longe vetuſtiori & paulo verboſiori deſumpta fuiſſe. Ubi demum Brugas excurrere licuit, ipſumque, quo de agimus, codicem penitius introſpicere, tum vere accrevit ambitio, quam demum Legendam præferendam cenſerem, Surianamne, an illam Aldenburgicam. Premebat receptiſſimum nobis argumentum, eo ſinceriores cenſeri oportere veteres Legendas, quo breviori rerum ambitu circumſcribuntur; cum igitur ea prærogativa excelleret Suriana editio, in eam ferme partem inclinabam, ut ipſam Aldenburgenſi manuſcripta puriorem crederem. Senſa mea nativa & ſincere explice, quo pateat, quam non leviter aut temere de hujuſmodi ſcriptis judicium a nobis feratur.

ut verbuſti accurata collatione

B 38 Domum redux, etiamnum natus ſum, ut libratis dimius & diligentius momentis, rem de integro diſcuterem, cumque vita illa Aldenburgica, bruto & deformi charactere depicta, ut typis aptaretur, a me deſcribenda eſſet, magis ſenſim ac magis obſervare cœpi, plus quidem verborum parumque ſententiarum in manuſcripto dari, attamen, nec periodum ullam, nec verbulum reperiri, quod hiſtoriam ipſam vel leviſſime interpolaret uſquam, mutaret aut vitiaret; uſque adeo ut in tota narratorum medulla, utraque Legenda omnimode congrueret, quemadmodum, præmiſſa hac notitia, ex ambarum collatione lectori æque ac mihi fiet manifeſtiſſimum. Hac greſſu poſito, probabiliſſima in hujuſmodi rebus conſequentia, deduxi, Legendam Aldenburgenſem manuſcriptam, Surianæ poſteriorem non eſſe; cum variſſimum ſit, juniorem quemvis ſcriptorem, rerum a priori narratarum ſubſtantiam intactam relinquere, ubilibet inventis ſuper addere, ut probe norunt, qui in hac palæſtra vel tantillum exercitati ſunt, & magis patebit, ubi ad grandiorem Vitam pervenerimus, ab incerto auctore ſcriptam & ſuſiſſime amplificatam.

in favorem cod. Aldenburg. obſtrepo.

C 39 Cum vero Surius tam rotunde aſſerat, ſe dictionem ſeee totam mutaſſe, quid promius erat, quam cogitare, id ſibi negotii aſſumpſiſſe Legendarium iſtum, non ſolum ut minus elegantem, longiorem & obſcuram quandoque Drogonis dictionem terſiori ſtyle & clariori oratione exprimeret, verum etiam ut parerga omnia, ad rerum earum ſeriem non magnopere ſpectantia, quæque verboſius Drogo exornaverat, proſus in biſce non laudanda libertate, prorſus reſcinderet, ſic ut ex tota Drogone ea ſolummodo ſumpſerit, quæ ad Sanctæ res geſtas, paſſionem & miracula unice pertinerent. Ita prorſus egiſſe laudatum Surium, ex pluribus locis, niſi vehementer fallor, a quolibet mediocriter docto, qui non oſcitanter utramque hiſtoriam expenderit, facillime deprehendetur: præterquam quod in jam toties dicta editione adjecta ſit ad calcem clauſula, quam a Drogone profluxiſſe neme admittet, qui, quid ſcripter iſte tote opere ſuo intenderit, attentius obſervabit. Sed jam ea utriuſque Legendæ collatione, quæ necdum ſatis illuſtrata ſunt, paula clarius elucidemus.

Ad rei totius evidentiam

40 Conferantur primum ambo prologi, mox apparebit, & ſenſus & verba multa utriuſque eadem prorſus eſſe, ut ſcriptorem alterum alterius apus videriſſe dubitari nea poſſit; at longiorem multo eſſe Aldenburgenſis codicis orationem, in qua Droge, ut lices ſupponere, Epiſcopum ſuum, veneratio- D
nis erge, efficioſius alloquitur, formulis per id tem- Auct.
pus ſatis uſitatis, ſed quæ Surii ævo, non mi- J.B.S.
nus quam hoc noſtro inſipidiores viderentur, quaſque ipſe abeſſe poſſe, abſque ulla reliquorum jactura, animadvertens, ea ſola ſervanda putavit, quæ Drogonis inſtitutum compendioſius & nitidius explicarent. Et hanc probatiſſimam conjecturam denuo ingerunt citanda ſæpius verba, dictionem F. Laurentius Surius fere totam mutavit. Ut ut ſit, alterutro modo exordium ſuum contexuiſſe Drogonem, debes eſſe extra omnem controverſiam, ut non ſatis intelligi poſſit, quid velit ſcriptor iſte Anonymus, qui longiorem S. Godelevæ Legendam ſubinde adornavit, dum numero ſuo 98. ſen penultime, alia Drogoni verba affingit, ipſum aſſerens ita ſumpſiſſe exordium: Benignitos omnipotentis utrumque ſexum od ſuam miſericordiam vocat, quæ ege ex loco omnibus ſanctis mulieribus communi adjecta exiſtimo, cum in ceteris ſenſum prologi Drogoniani verum plane & integrum referat. Nunc ambas Legendas paucis percurramus.

E 41 Duo numeri noſtri, 2. & 3. ita cum primo Surii paragrapho congruunt, ut ſola & mera obſervetur ſtyli diverſitas. Ad 4. 5. & 6. perge, nihil habes Aldenburgenſis codea, quo a Surio diſferat, præter moralia hinc inde ſententias a Surio contractas paragrapho ſuo 2. Rurſus numeri 7. 8. & 9. manuſcripti, paule magis pathetice deducunt, quæ Surius paragrapho ſuo 3. complexus eſt. Numerus 10. vel ipſiſmet verbis concinit cum Surii paragrapho 4. Numerus autem 11. nihil continet, quod Drogoni vere proprium dici aon poſſit. Suriani paragraphi 5. principium nihil a noſtro 12. & ferme 13. diſcrepat: at numeris 14. 15. 16. verboſior eſt Droge Aldenburgenſis, ut merito nonnulla tuto reſcindenda putaveris Surius. Ex numeris 18. 19. 20. 21. & 22. deme exclamationem unam aut alteram, & comperies, aptiſſime concordare cum Surii paragraphis 6. 7. & 8. In reliquis par utriuſque ſententia, vocibus dumtaxat plerumque diſſimilis: eadem prodigia de parte terræ in lapides pretioſos verſa; eadem prorſus & ſpecie & numero miracula, ut major utriuſque exemplaris conformitas deſiderari vix poſſit. Poſtiſſima circa ultimum Surii paragraphum difficultas expedienda ſupereſt. expenduntur ea eorum quæ utriuſque capita.

F 42 Legenda noſtra Aldenburgenſis abſolvitur in miracule de muliere, tinctoram die feſto parante, graviſſime punita & miraculoſe liberata; in Surii editione ſuperadditur: Anno Chriſti MLXXXVIII. elevatum eſt corpus S. Godelevæ apud Geſtellam a Domino Rotbodone, Noviomenſi & Tornacenſi Epiſcopo, III. Kalend. Auguſti. Filio vero Bertulphi ex ſecunda uxore, cum eſſet cæco a nativitate, ex aqua, ubi Sancta Dei fuit ſubmerſa, oculos lavano illuminata eſt, ibidemque cœnobium Virginum exſtruxit, ſub regula S. Benedicti militantium, ad honorem Dei & S. Godelevæ, cujus niveus cruce, qui ex ore & naribus in ſubmeeſione emanavit, in eodem monaſterio conſervatur, od perpetuam rei memoriam & ſignum virginitatis ejuſdem Sanctæ Dei. Drogonem hæc ſapere nunquam mihi viſa ſunt, & ſola hæc clauſula, in Aldenburgenſi codice non reperta, evidentiſſime oſtenderet, Legendam hanc noſtram vetuſtiorem eſſe ac proinde puriorem, ſiquid ea contineretur, quod non aliquo modo explicari, aut cum Drogonis ætate compoai omnino non poſſet. Ultima Surii clauſula abſurdiſſima,

A AUCT. J. B. S. *ſet, At cum errorem in anno 1088. alibi exceſſimus, cætera autem omnia plane contingere potuerint ante annum, quo Drogonem ſcripſiſſe cenſemus, nempe ante 1098. non ſemel anceps hæſi, quid de toto iſto Surii paragrapho decernendum eſſet. Drogonem, ut iterum dicam, poſt Sanctæ elevationem ſcripſiſſe, mihi perſuaſiſſimum eſt; eam autem, cui tot homines, etiam tum vivi, interfuerant, in ſua Legenda ſcriptorem iſtum neglexiſſe, non ſatis veroſimile multis videbitur. Eadem ratio pugnat pro illuſtri miraculo, in Bertulfi cæca filia patrato, quod etiam procul dubio accidit, antequam idem Droge de ſcribenda Sanctæ vita cogitaſſet. De cœnobio, tunc ſaltem probabilius mehoato, non minus certo teſtari potuit, ſic enim verum ſeries facillime ordinari poſſe videtur.*

Hinc rerum ſeries ſatis perſpicere potui

43 *Necdum ſatis perſpicere potui, unde eduxeris Mabilie, quod ſupra tam confidenter aſſerui, cœnobium iſtud Gheſtellenſe exordium ſumpſiſſe anno 1088. niſi ex adducta Surii clauſula colligendum putaris, eodem anno manum operi admotam, quo ſacrum corpus elevatum ibidem ſupponitur. Falſe quidem; verum de cetero circa id tempus inchoari opus potuiſſe, ſic veroſimile redderetur. Ex auctoribus Legendis, ſive Latina ſive Belgicis, & perpetua traditione habetur, Bertulfum, poſt S. Godelevæ martyrium, non ad alias nuptias tranſiiſſe, atque ex altera conjuge genuiſſe filiam illam, quæ cæca nata, circa nonum ætatis annum,* B *ex aqua, in qua Sancta Dei fuit ſubmerſa, oculos lavans, illuminata eſt. Duxeris uxorem Bertulfus, eodem quo Sancta periit, anno 1070. novemvi potueris eſſe filia anno 1080. tactus ipſe poſtmodum, ſive ex hoc aliiſque miraculis, ſive occaſione elevationis, ſive alia quacumque de cauſa, dolore cordis intrinſecus, potuit circa annum 1086. ſeculo valedicere, ut pœnitens Bergis S. Winnoci monachum induerit, quod ſuo loco dicemus, relictis, ſive ultro, ſive ex injuncta, a legitimis ſuperioribus, merita ad emendum parricidium pœnitentia, bonis omnibus, iiſque condendo cœnobio deſtinatis; quod filia non multo poſt executioni mandaverit, jam annum agens circiter duodevigeſimum: in qua rerum ac temporum ſucceſſione nihil eſt quod magnopere offendat; at nihil etiam, ut candide fateae, quod certis monumentis aut argumentis ſtabiliri queat.*

C *Et præſtio ſibi a Drogone argumento?*

44 *Atque ut iis annis, vel proxime ſequentibus, ante 1098. accidiſſe omnia concedamus, necdum conſequens erit, clauſulam, de qua agimus, Drogonis ipſius eſſe, utpote qui nihil minus in ſe ſuſceperat, quam ea deſcribere, quæ tunc ſub omnium oculis gerebantur; quippe ipſe ſuo prologo diſerte & clare profeſſus, ſe coactum litteris mandare martyrium S. Godelevæ, vel ut exproſſius in noſtro Aldenburgenſi codice loquitur:* Primum quibus parentibus ſit orta, & jam oubilis cui viro ſit deiponſata, & quorum inſidiis & a quibus & qualiter ſit martyrizata. *Hæc tria capita ſunt, quæ Drogo deſcribenda ſuſcerperat, quæque diligenter executus eſt, ſuperadditis etiam nonnullis miraculis, quæ ad ſanctitatem comprobandam ſufficerent. Fruſtra igitur quis ab eo exigat, ut Sanctæ elevationem, filiæ Bertulfi ſanationem, & adjuncta ibi reliqua, tunc omnibus, opinor, notiſſima proſequeretur, quæ ad vitam & martyrium S. Godelevæ prorſus non pertinebant: ut ſolo hoc argumento negare quis merito poſſit, clauſulam controverſam Drogoni tribui poſſe, quæ ſine dubio poſtmodum adjecta ab alio fuerit, ſique ad-*

eo purius Drogonis epus, quod ex Aldenburgenſi D *codice noſtro Ms. infra ſubjiciemus.*

quod confirmat editor vitæ Legendæ Belgicæ.

45 *Hanc opinionem egregie confirmat auctor vitæ Belgice anno 1619. ſub Drogonis nomine fideliter edita (nam quæ prius vulgata fuerat anno 1619. ipſiſſima eſt Surianæ Legendæ interpretatio;) confirmat hæc, inquam, auctor iſte, vir doctus & in dignitate, opinor, conſtitutus, qui viſitationi ſacri corporis anno 1612. interfuerat; in ſua vernacula præfatione perſancte teſtatus, ſe omnem diligentiam adhibuiſſe, ut ſincerum Legendæ Drogonis apographum Latinum unde unde erueret, cum aperte deprehendiſſet, Surianum opus valde contractum & vitiatum fuiſſe.* Quod tandem repertum, *inquit*, de integro in linguam Belgicam transferri curavi, & claritatis gratia, in varia capita diſpeſci. *Undenam exemplar ſuum obtinuerit, inducere prætermiſit, celato etiam proprio nomine, quod reſcire hactenus mihi non licuit; at ſi ipſe germanum Drogonis factum vere præ manibus habuit, non minus certum eſt, Legendam ipſam noſtram Aldenburgenſem, ſinceram & genuinam eſſe Drogonis ſcripturam, cum utraque a capite ad calcem integre & perfecte conveniat; emiſſa etiam in fine clauſula, de qua modo diſputabamus. Gratam igitur fore confidimus noſtram hanc editionem, ſervata primigenia ſcripturæ phraſi, quæ nativa ſua ſimplicitate numquam prælo ſubjecta fuit. Nunc ad majores Legendas Latinam Anonymi & Belgicas progrediamur.*

E

§. V. De Anonymo ſcriptore Legendæ auctioris, Belgice verſæ & amplificatæ, non multo melius poſtmodum contractæ.

Anonymus Legendæ vitæ grandioris ſcriptor.

HÆC *alia* S. Godelevæ *Vita eſt, numquam, quod ſciam, primigenia ſua Latina lingua hactenus edita, triplo auctior præmiſſa Drogoniana, quam auctor, quiſquis fuit (nam nomen, ſtatum, conditionem & ætatem ſtudioſiſſime diſſimulat) præ oculis certo habuit, in prologe ſuo diſerte præfatus:* Ex compluribus tamen, quæ vel Drogo reliquit, Vitæ Virginis primus conſcriptor, aut quæ docuit relatio probatorum veridica, vel certe, licet paueiſſima, quibus probabilis adſtipulatur coojectura, nonnulla colligentes, ſuccinĉto ac communi ſtylo, ad laudem omnipotentis Dei & honorem Virginis ac Martyris ſuæ Godelevæ percurreotes, prolixitatem, faſtidii matrem, refugere elaborabimus. *Habes verba loquentis ſpicilegi, non obſcure inſinuantis, ſe nonnulla reprehendiſſe, quæ a Drogone,* Vitæ Virgiois primo conſcriptore, *præterita fuerant: idque partim* ex relatione probatorum veridica, *partim* ex probabili conjectura, *qua paulo licentius uſum deprehendimus. Utrumque tamen haud agre admiſeretur, ſi paule exactius fidem liberaſſet, quam in iis quæ ſubjungit: nam* ſuccincto & communi ſtylo... prolixitatem faſtidii matrem eum refugiſſe, *numquam concedet, qui ea, quæ nos attentione, totam eam Legendam evolverit,* F

germanitatem ejus, curæ & ſollicitudinem

47 *Etenim opus bene longum, intricatiſſimo & prope illegibili charactere exaratum, quod a nobis non ſine tædio deſcribendum, in capita & numeros dividendum, & variis modis illuſtrandum fuit, fallor ſi ab ulla viro docto ſatis patienter legi poſſit, Auctor ſupra modum verboſus eſt, nonnumquam battologus, tot parergis, inductionibus, diſcurſibus*

versibus moralibus Legendam ſuam ſarciens, ut plerumque concionatorem te, non hiſtoricum audire exiſtimes. Profana ſæpiſſime ſacris importune admiſcet, grammaticum ſe & poetaſtrum ſplendide profitens, eo quandoque progreſſus, ut Sanctam ſuam Jovis filiam & Phœbi ſororem appellare auſus ſit; quæ mihi unumquam ſuſpicionem haud infundatam ingeſſere, ludimagiſtrum forte egiſſe in oppido Ghiſtellenſi, dum ibi res ſtarent floreretque, prout olim ſteriſſe & floruiſſe patria produnt hiſtoria, teſtante Sandero, populoſum olim valde ædificiſque excultum oppidum fuiſſe, ſed injuriis bellorum nunc fere attritum, ac tale, quod cum vicino Aldenburgo, aliiſque quibuſdam, eas temporum calamitates paſſus in Flandria oppidis, regia munificentia ac liberalitate, per immunitates & privilegia mereatur reſtaurari. Sane quantumvis in locos communes diffuſus ſcriptor, occaſionem ſæpiſſime habeat, ſe aut patriam aut manus prodendi, nuſquam vel rimam aperit, per quam in ejus cognitionem aditus pateat. Neque ætatem minus ſolicite obtegit, quam tamen aliquouſque me retexiſſe exiſtimo.

B 48 Eſt penes me volumen bene magnum manuſcriptum, in quo Legenda hæc noſtra, Belgice verſa, mirum in modum extenditur, atque hinc ea deſumpta eſt, quæ anno 1619. edita, etiam hodie in ſchobis, quas triviales vocamus, puerorum, prima elementa diſcentium, manibus paſſim teritur. In ea Legenda manuſcripta æque ac in edita, ſub finem reperio, Clericum aliquem Ghiſtellenſem, ipſam ex Latina Belgicam feciſſe anno Domini MCCCXLIX. unde id certo conſequitur, ſpicilegum ſcriptorem noſtrum, ante eum annum opus ſuum adornaſſe. An multo ante tempore? Non exiſtimo; nam cum procul dubio aviditſimi fuerint Ghiſtellenſes legendi Sanctæ ſuæ Patronæ vitam, quæ ſub veri ſcriptoris manibus tantopere accreverat, ut tribus & amplius ſuis partibus Drogoniacam ſuperaret, Latine autem perpauci in eo oppido intelligerent; haud equidem difficulter inducor, ut credam, eodem ipſo ſeculo XIV. forte ſub annum 1340. quid ni & ſerius, quid ni anno eodem ipſo, quo Latine compoſita eſt, lucem primum aſpexiſſe, atque ex eo tempore, poſtabita a pleriſque brevitori Drogonis Legenda, in Officia eccleſiaſtica mox admiſſam eſſe, ac Belgice verſam, omnium manibus teri cœpiſſe, eo gratuitus acceptam, quod Drogoniana non ſolum longior eſſet, ſed inauditis prodigiis turgens, multo etiam mirabilior.

C 49 Valde tetricum eſſet, totum opus diſcutere, aut prolixas ejus orationes, digreſſiones, parænefes ad varios ſtatus, & id genus profuſa diverticula ſub unum aſpectum hic ponere: lectores, vel mediocriter doctos, ſanè fatigabunt, ut tædium augere opus non ſit. At enim a noſtro inſtituto alienum non duxi, ea curſim prælibare, in quibus non jam ſolis oratoriæ artis pigmentis, longis verborum & troporum ambagibus, verum etiam rebus ipſis, Drogoni multipliciter ſuperaddits, Legenda hæc alteram excedat. Plerasque curſim annotabo, ductâ ab Anonymi chronologia initio. Jam dixi, Drogonis Legendam, cetera veram, germanam & genuinam, pro ſeculi iſtius more, ita ordinatam eſſe, ut non facile ſit temporum rationem ex ipſa eruere; adeo ut niſi prologus, Rainbodonis Epiſcopi ætatem clare exprimeret, non minus ad ſeculi undecimi principia, quam ad ejus finem reduci poſſent; quæcumque ipſe de S. Godeleva literis mandata reliquit: nam, ut alibi quoque notavi, ſimplex Balduini Comitis appellatio, nihil determinat, cum ab ejus ſeculi initio Balduinos in Flandria ſucceſſive rerum potitos, aliunde noverimus. Dum his lucem afferre voluit Anonymus, meras tenebras affudit. Satis monui ſupra infelicem fuiſſe in deſignandis temporum characteribus, quos neſcio unde congeſſerit.

50 Audi modo quam ſcite & diſtincte totam ætatis Sanctæ ſeriem revelet, ductis & quod excurrit, annis poſtquam ipſa e vivis exceſſiſſet. S. Godelevæ ortum confidenter affigit anno a Dominica Incarnatione MLII. ut habes ſuperius paragrapho primo, iis omnia adjunctis confirmans, ut verum, chronologiæ peritiſſimum, oracula fundere autumes, quæ ad juſtam criſim expenſa, pro majori parte falſacia deprehenduntur, ut ſuis locis demonſtravimus. Non minus decretoria ſunt, quæ ſancit vitæ ſuæ num. 20. nuptiarum ſolennia commemorans, quæ inchoata ſunt, inquit, anno ætatis Virginis quinto decimo, &c. Satis mature profecto, pro uſu patriæ. Tam teneram Sanctæ ætatem ex Drogone colligere non potuit. Martyrium conſignatur anno 1070. adeoque tota vita annis vix duodeviginti circumſcribitur. Mihi quidem ſatis credibile non eſt, tot perſecutionibus, moleſtiis, erumnis, talumniis & contumeliis, quas auctor ille ſuſo accumulat; non eſt, inquam, credibile, tot injuriis perfeadis, tenellam adeo Virginem ſufficere potuiſſe: nec magis pera ſuaſerit, ſermones tam ſapientes ipſam effudiſſe, quales ipſi paſſim adſcribis: demum, contigiſſe ea omnia vix trium annorum curriculo, neſcio an quis ſatis veroſimile exiſtimet. Cetera tadigimus.

51 Duo prima Legendæ capita, ſumme ex relatione probatorum veridica, an ex probabili conjectura, non facile definiam; id certum eſt, totam illam de S. Godelevæ in pauperes miſericordia narrationem, ut minimum probabilem conjecturam accipere ex ipſa Drogoniana vita, iis ſaltem locis, ubi Sancta oſtenditur, vel e minima panis portiuncula, ſibi a ſera ſocru & impio marito deputata, mediam ſemper partem pauperibus erogaſſe; unde non obſcure datur intelligi, creviſſe cum Sancta miſericordiam, quam procul dubio ab inenute ætate exercuerit. Utrum tam illuſtribus miraculis eam Deus manifeſtaverit, fides ſit penes auctorem & relationem, ſi ita vis, probatorum veridicam, quam habere ipſum potuiſſe, utut creditu difficile fatemur, certo impoſſibile nemo dixerit. Memorantur ab auctore, qui duobus circiter ſeculis poſt Sanctæ martyrium ſcripſit, atque adeo ex recepta Ghiſtellæ ejus tempore traditione, quæ crude rejicienda non eſt, eo tamen veroſimilitudinis minus habens, quo a Drogonis temporibus magis recedit, unde prudenter & ſenſate pronuntiavit laudatus Belgicarum vitarum anno 1619. evulgator, non eo authentiæ momento prædita cenſeri poſſe Anonymi placita, quæ accipi & credi debeant, quæ a ſynchrono Drogone fideliter tradita ſunt.

52 Quæ capite tertio de patrociniis ad impetrandam S. Godelevam a Bertulfe undecumque procuratis, adducuntur, uti & amplificationes capitis quarti, veriſimilitudinis limites tantopere non excedunt, ſuntque adeo ex probabili conjectura ab oratore ſuppoſita; quamquam defuturi non ſint, qui in his omnibus ſcriptoris prudentiam deſiderent, quod noſtro quodammodo poetico nimium indulgens, præceps in multa ruat, non quod factum fuerit, quemadmodum hiſtoria Drogonis, ſed quod vix fieri potuerit valde confidenter venditans. Hiſtoria capite quinto deducta, de volucribus in horreum compulſis, nihil habet quod fidem omnimode ſuperet, tametſi

D AUCTI J. B. S.

dum temporum characteres Drogonis ſuppeditabit.

E

F

plurima quæque alio adjicient.

quæ priori incognita fuerunt;

A Auct. I. B. S.

meſi a Drogone neglecta fuerit, potuitque ſane ex relatione probatorum veridica, ad ſcriptoris ætatem tranſmiſſa fuiſſe. Monſtrantur adhuc & mihi eorum exhibita ſunt ea monumenta, veteri parthenoni vicina, quæ cur in dubium revocem, prorſus non video. Exſtat ſacellum in colle, arboribus confito, exſtructum, quod rei geſtæ memoriam repræſentat, infra cum ipſis veteris monaſterii ruderibus in ære excuſum, quod ſi non avibus recipiendis, certe audiendæ Miſſæ apeſſionum fuerit.

poſterioum judicio non ſatis valent.

53 Capitibus ſexto & ſeptimo multa pie excogitata & oratoriis numeris amplificata ſunt. Contra ni vehementer peccare omnino videtur ablegatio Hacca & Lamberti ad reducendam fugitivam Sanctam, a quibus ipſa, utpote impiiſſimis nebulonibus, innumeris calumniis & injuriis, teſte Anonymo, affecta fuerat; ſic ut nonniſi imprudentiſſime tenebrionum iſtorum fidei ſeſe committere potuerit. Utus Sanctorum geſta laudanda extollendaque admatam, certe a tam parum conſentaneis eis affingendis, equidem abſtinendum cenſeo. Capita octavo num. 76. miraculum de terra in pavimentum mutata, uti & num. 78. concentum angelorum, aliaque capite nono

B ſuperadjecta, ignoraro potuit primus auctor Drogo, Anonymus autem ex populari traditione poſtmodum intelligere. Id miror, contra Drogonis expreſſa verba, ab hoc aſſeri, non terram, ubi Sancta interempta fuit, ſed eam ubi ſepulta eſt, in lapillos converſam. Sic miraculo tertio, mulier viro ſuppoſita eſt, ut vide apud Drogonem noſtrum num. 23. Cetera obſervabunt alii; ego hactenus dicta ſufficere exiſtimo, ut quilibet ſtatuat, quantum hæc Legenda diſtet ab iis probabilitatis gradibus, quibus Drogoniana conſtanter innititur.

Extant hic primum acta qualia fuerunt olim Vita.

54 Ut quid igitur, inquies, ea Legenda Latine nunc primum in lucem effertur, cum egregium Drogonis opus tot titulis & nominibus eam antecedat? Hæc qui objecerit, reſponſum habeat, ſapientibus & inſipientibus nos debitores eſſe; utriſque faciendum fatis. In omnium manibus eſt Belgica prædicti Anonymi Vita, eo gratior, ut dicebam, quo Drogoniana amplior & pluribus miraculis ornatior. Nobis integrum non fuit, ſontem ſubtrahere, unde omnia illa exorta noveramus, cujus apographum, niſi in Muſeo noſtro exſtitiſſet, Roſweydo, a Petro Rubeccio Brugis anno 1604. tranſmiſſum, neſcio

C an uſquam hodie reperire potuiſſem. Ut earum eſt omne rarum, ita & operam noſtram, in hac vita deſcribenda & illuſtranda collocatam, non putavi pretio ſuo earituram, præſertim cum auctor a Sanctæ ætate non tam ſit remotus, quam ſexcenti alii, quorum Legendæ in opere de Actis Sanctorum locum habent. Si in iis, quæ mihi minus placent, nihil diſſimulo, id certe obſtare non debet, quo minus qualiſcumque lucubratio, in debito verſimilitudinis gradu perſiſtat. Ut verbo dicam, tametſi fabuloſitatis argui poſſet, hinc tamen exturbanda non fuit, vel ea ſolum gratia, quod curioſis populariibus gratiſſimum fore cenſeam, uno quaſi intuitu contemplari omnia, quæ de S. Godeleva circumferentur, & rationum noſtrarum momentis, juſta lance examinatis, ſuum de iis paulo certius, quam ante potuerint, judicium depromere.

ut patent fore Legendarum Belgicarum.

55 Ecquis enim Flander, patriorum Sanctorum vel tantillum ſedulus cultor, S. Godelevæ martyris celeberrimæ, & ſtupenda prope veneratione a circumvicinis Ghiſtella, quin & a remotioribus populis honoratæ, geſta, martyrium & miracula non legerit, in iis, quæ ſupra dicebam, tritiſſimis exemplaribus, primis abecedariis in manu tradi ſolitis? Ecquis ea evolvens, ſaltem niſi hebes aut ruſticus D ſis, non continuo auctorem noſſe deſideret, cujus fide & auctoritate tot hiſtoriæ utantur? Eum hic, nativis, opinor, coloribus depictum, ex opere ipſo acceptis, quod jam ignotum omnibus videbatur: non ex ipſa Legenda Belgica multis locis ita interpolata, ut auctor vix agnoſcatur; in poſtremis autem editionibus ita luxata & contracta, ut inde non minus deformis reddita ſit. Sed Belgica illa hic intacta relinquimus, ſola ex iis miracula accepturi, quæ poſt Anonymi ipſius tempora geſta traduntur. Eruditis ſcribimus, quibus profecto non poteſt non eſſe voluptati, Acta Sanctorum qualiacumque, in ipſo primo germine contemplari. Quæ ab eodem Anonymo errata ſunt circa variat epochas & totam canonizationis hiſtoriam, alibi diſcuſſimus; quæ vero in hoc noſtro commentario locum non repererunt, in annotatis explanata invenies. Hæc de Anonyma deque ejus opere dicta ſufficiant. Proximum eſt, ut Legendis abunde illuſtratis, quæ ad Sanctæ eximium & toto ferme Belgio celeberrimum cultum attinent, ordine deducamus.

E

§. VI. De S. Godelevæ cultu ex Actis, Martyrologiis, aliiſque.

Religioſum cultum dum ſacri explicat.

CUltus S. Godelevæ in eccleſia Ghiſtellenſi, Virginum ibidem exnobio, & locis aliis religioſe & Catholico ritu exhibiti primordia repetit Legendiſta Anonymus, de quo jam ſæpe & proxime locuti ſumus, a prætenſa aliqua ſolenni canonizatione, per Ratbodonem, Noviomenſem & Tornacenſem Epiſcopum, Romæ procurata, uti numero 99. Legendæ ſuæ ultimo, pluribus communiſcivit; Ratbodoni ſcilicet, eam a ſumma Pontifice B. Gregorio VII. provinciam commiſſam memoranti, ut ſacra ejus, S. Godelevæ, oſſa de terræ pulvere transferenda, publicæque adorationi ſublimanda curaret. Qui negotium benevole executus ſit. Ceteris ſupereſſedeo, ſupra a nobis abunde refutatis, dum num. 31. totam illam canonizationis fermam, in Belgio per id tempus adhuc incognitam, ut apocryphum rejecimus, tamquam merum ſcrupulum eorum ho- F minum, qui poſtremis ſeculis Sanctorum Legendas, pro pia ſua ſimplicitate exornantes, iis deceſſurum aliquid gloriæ inepte imaginati ſunt, niſi canonizationes ſolennes, etiam remotiſſimæ fingerentur, ut de S. Rumolda Mechlinienſium Apoſtolo & Patrono, ad diem primum Julii, & pluribus aliis non ſemel in Opere noſtro dicendum fuit. Habes ad Acta S. Udalrici, quandonam prima canonizatio habita ſit.

poſt ſacri corporis e terra elevationem

37 Plena ſunt Acta innumeris Sanctis, bene & religioſe cultis, de quorum canonizatione, prout ea hodie accipi ſolet, numquam cogitatum fuit. Priorum iſtorum ſeculorum ea erat canonizationum ratio, ut elevato e terra, per legitimam auctoritatem, Sanctis corpore, auguſtiori loco reponi & a fidelibus honorari permitteretur: atque ea tota ſolemnitas eſt, a Ratbodone inſtituta, ad declarandam Sanctam noſtram cultu ſacro & religioſa veneratione dignam, qualis fuit ea, qua uſus eſt ſucceſſor ejus in ſede Tornacenſi Lambertus, qui anno 1121. Aldenburgi levavit corpus ſancti Arnulfi, Epiſcopi Sueſſionenſis, anno 1087. ibidem pie defuncti, ut eſt eo anno apud Meyerum in Annalibus, & nos ex Actis authenticis fuſius deducemus ad XV. vel XVI. Auguſti. Talem rurſus inſtitutæ ſucceſſor alter in eadem Tornacenſi

A *nacenſi eccleſia Epiſcopus Gerardus, dum anno 1159. de humiliori loco, in capſam meritis ejus decentem tranſtulit corpus S. Gutbagoni Oeſtkercæ, in eadem tunc Tornacenſi, nunc Brugenſi diœceſi, ut habes tomo 1. Julii pag. 670. Alia exempla procul accerſere, ſupervacaneum exiſtimo; hinc hæc in vicinia, in eadem diœceſi, & annis quidem poſterioribus peracta, ſatis oſtendunt, quid moris in Belgio tum fuerit ad decernendos Sanctorum honores. Vide Præfationem ad ſeculum* v. *Benedictinum a num.* 91.

factam non anno 1083. ſed 1084.

58 *Locus poſtulat, ut hic obiter ſaltem explicemus, quo anno a Ratbodone Epiſcopo prædictam Sanctæ elevationem factam cenſeamus. Opinionum diverſitas eſt inter Drogonem Surii ejuſque non paucos ſequaces; & alios, numero longe plures ac majori auctoritate fultos: illo, ut ſupra dicebamus, in ultima ſua clauſula additicia, ſignante annum 1088. aliis vero cum Anonymo, totum quadriennium reſcindentibus. Surium, utpote vulgatiſſimum, ſequuntur Miræus, Malbrancus, Mabilio & alii. At verba iſta clauſulæ ultimæ, in qua annus ponitur, ſupra ſatis oſtendimus, Drogonis non eſſe; forte nec ullius ſcriptoris antiquiſſimi; neque ſupereſt via alia ad excuſandum Surium, aut quod*

B *ſecutus eſt vitæ S. Godelevæ untigraphum, quam ſi dicamus, amanuenſis vitio decipi potuiſſe Surium ipſum, qui forte characteris Flandrici haud ſatis gnarus, ſiſræ figuram non diſtinxerit, cum ſeculo iſte, quo apographum ejus verosimiliter deſcriptum eſt, formæ numeri quarti, ab aliorum forma numeri octavi, non magnopere differret. Undecunque natus ſit error, ab aliis ex Surio acceptus eſt, & ſi-ve ea facto excuſari poſſit, ſive non; mihi longe verosimilius eſt, non anno iſto 1088. ſed quadriennio citius, anno nempe 1084. factam eſſe Ghiſtellæ, a Ratbodone Epiſcopo S. Godelevæ elevationem, annis non plus quatuordecim ab ejus glorioſo martyrio.*

ut habet Meyerus & ipſe Ghiſtellenſium traditio;

59 *Pro hac communiori opinione ſtat Meyerus in ſuis Flandriæ Annalibus, ad prædictum annum 1084. diſerte aſſerens:* Eodem item anno, iii. Kalendas Auguſti levatum apud Ghiſtellam divæ Godolephæ corpus ab Ratbodone Epiſcopo. *Sic item loquitur Anonymus, grandioris Vitæ ſcriptor, cum Legendis hodiernis Belgicis, ſive Officiis manuſcriptis, ſeu potius lectionibus, in pluribus monaſteriis*

C *Ghiſtellenſis codicibus repertæ; ſic Molanus, Marchantius, Sanderus & alii paſſim, ſic denique conſtans & perpetua Ghiſtellenſium traditio, contra jam dictam Surii clauſulam, etiam ex hoc capite rejiciendam. Atque ex jam dictis plane apparet, Meyerum hanc Godelevianæ elevationis tam receptam epocham, non ex Drogonis apographo, Suriano ſimili, qualc procul dubio numquam vidit, neque ex germano Drogone, qui a nobis hic editur, utpote apud quem nec de elevatione, nec de anno, quo facta fuerit ullo modo agitur; ſed ex certioribus aliis monumentis acceſſiſſe, ut mihi quidem, principio tantillam vacillanti, dubium modo non ſit, quin receptiſſima Ghiſtellenſium opinio longe præponderet, cum qua utique plane exiſtimo, cultum publicum, S. Godelevæ ſicite delatum, inceptſſe ab anno 1084.*

ex vetuſtiſſimis monumentis;

60 *Argumentum in hac re tantum non deciſivum, primum ſuggeſſit vita altera ſeu poſterior Belgica dani 1629. a me Ghiſtellæ inventa, in qua laudatus dibi editor, quem lipſanotheca Godelevianæ reſectationi & viſitationi, per Illuſtriſſimum Dyonyſium Cheſtophori anno 1623. factæ, interfuiſſe diximus, in quit, teſtis oculatus profitetur, ſe vidiſſe, legiſſe & deſcripſiſſe chartas antiquas, quæ in eadem theca hodieque aſſervantur, decretoriam ferentes ſententiam proſtabilita a nobis epocha. Cum nihilominus Belgicis iſtis verſionibus, quamquam a viro erudito procuratis, necdum omnino acquieſcerem, ſed ad ipſa latina antographa mevito appellarem, id demum precibus impetravi, ut Illuſtriſſimus Henricus Joſephus, modernus Brugenſium Epiſcopus, pro ſua in me benevolentia, theeam eamdem demum reſeraverit, quo factum eſt, ut omnis dubitatio tolleretur, quemadmodum ex teto inſtrumento, multis aliis confirmato, infra perſpicies. Non difficor, in prædictis antiquis chartis, præſertim in prima ac veruſtiſſima, nonnullos characteres chronologicos combinari, qui cum receptis canonibus non cohærent; at dandum id eſt ſcripturæ antiquitati, quæ hinc inde corroſa, recte tranſcribi non potuerit; vel annorum confuſio aliqua, obſcuris iſtis ſeculis fuerit, cujus rationem reddere promptum hodie non ſit. Neruti eruditi, quam immenſo labore conſtiterit, ut denſiſſimæ tenebræ rationi temporum ſuperfuſæ, a doctiſſimis poſtremorum ſeculorum viris diſpellerentur.*

D Autc. J. P.

E *in ipſa theca Ghiſtellæ reperta confirmata:*

61 *Juverit hoc loco primi Ghiſtellenſis inſtrumenti verba producere:* Hoc ſanctum corpus S. Godelephæ, evidentibus miraculis inſignitum, elevatum eſt in loco, qui dicitur Ghiſtella, atque in hoc repoſitum vaſculo, a Domino Radbodo, Noviomorum Epiſcopo, tertio Calendas Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimo quarto, Indictione quinta, Epacta nulla, regnante Philippo Rege anno vigeſimo quarto, epiſcopante præfato Epiſcopo Radbodo anno quinto decimo, principante Roberto, cognomento Friſone, in Flandria anno tertio decimo. Cujus elevationi interfuit Gertrudis Comitiſſa cum ſuis optimatibus *&c. Non placet* Indictio quinta *nec magis* Epacta: *non placet* annus xxiv. Philippi, *nec* xv. Ratbodonis, *cum anno* 1084. *connexi. Ceterum forte excuſari poterit, quod neglectis numeris incompletis, ſolos integros ſumpſerit. Legendum erat* Indictione vii. anno Philippi xxxvi. Ratbodonis xvii. *aſt ipſe ſic ſenſum forſaſſe intellexerit, ut legendum ſit; poſtquam effluxerant Indictiones quinque plenæ, quarum unde ſumat exordium, non liquet; poſtquam regnaſſet Philippus annis* xxiv. *Ratbodo* xv. *plenis & integris (annum Philippi* xxiv. *cum an.* 1084. *etiam alibi compoſitum obſervavit Labbeus.) Ita equidem ea utcunque explicare poſſe videor, niſi magis placeant modi excuſandi, numero præcedenti addutti. At quidquid ſit de iis incoherentiis, diſertiſſime notatur elevationis epocha, a nobis, ut opinor, jam ſatis ſtabilita.*

F

ut quandoquidem Officio reſtitui cœpit, non liquet.

62 *Sit igitur, ſi non prorſus indubitatum, ſaltem longe verosimillimum, Ratbodonis Epiſcopi auctoritate, S. Godelevæ cultum legitime redditum a facta prædicta elevatione anno* 1084. *triennio antequam Aldenburgi mortalitatem exueret illuſtris alius Flandriæ Sanctus, ejuſque pacificator apoſtolus, Suoſſionum Epiſcopus Arnulfus, nuperrime laudatus. An mox Officio eccleſiaſtico, vel in eccleſia Ghiſtellenſi, vel in Sanctimonialium cœnobio coli cœperit, memoriæ proditum non reperi, nec celebrioris feſtivitatis annuæ epocham ſatis tuto definire licet. Id certum eſt, ſingularem a principio venerationem tota late patria diffuſam, unde conſtare quit poſſit, non diu diſtuliſſe peculiares Sanctæ ſuæ cultrices Virgines, Officio ſaltem particulari, eam in ſuo parthenone honorare, quemadmodum ſatis de-*

mon-

A AUCT. J. B. S. *monſtrant vetuſti codices variæ formæ, quos Brugis in manibus habui, & ex quibus nonnulla decerpam paragrapho proxima ſequenti, Turbas Flandricas, nimis quam frequentes, ac præſertim, quibus ab impiis Calvinianis vicinomachis cœnobium deſertæ & Brugas ſe recipere coactæ ſunt, cauſam interrupiſſe ſuſpicor, unde demum ad commune de S. Virgine & Martyre Officium reducta ſunt omnia; non ſine ſpe, fore ut hodiernus Illuſtriſſimus Brugenſium Epiſcopus, ut Sanctorum gloriæ zeloſiſſimus eſt, proprium aliquando de tam illuſtri Sancta Officium omnes recitari procuret. Nunc alteram tituli partem ex Faſtis ſacris delibemus.*

Martyrio in Mſſtis ſanctæ tribuitur;

63 *Inter Martyrologia paulo antiquiora Belgica, ſeu Uſuardos, ut vocant augmentatos, nec unum reperitur, quod de* S. Godeleva *ſeorſim meminerit. Satis vetuſtum eſt, quod apud nos venit ſub nomine Editionis Lubeco-Colonienſis, in quo ſic legitur ad hunc diem* VI. *Julii*: Item S. Gadelenæ virginis & martyris. *Patet, opinor, indicari noſtram* S. Godelevam, *quæ etiam male exprimitur in Grevene*; Gadalevæ virginis & martyris: *ad quem ita notant additiones manuſcriptæ Cartuſiæ Bruxellenſis*; Alias Godelieve vel Godelenæ, a ſervis ſuis ſtrangulatæ, juſſu mariti Bertulphi de Ghiſtella in Flandria, qui magna ſe addixit poſt pœnitentia. Ipſa fuit orta a Benſrodio caſtello. Ejus translatio vel tranſitus (eſt), *Molanus in additionibus ad Uſuardum ſic legit*: In territorio Ghiſtellenſi, paſſio beatæ Godolivæ martyris. *Id imitari viſus eſt Canſius, dum ita ſcripſit*: In territorio Geſtellenſi, martyrium S. Godelevæ. *Florarium Ms. duas annuntiationes confundit*: Item ſanctarum virginum Godelevæ & Sexburgiæ. *Hinc ſupra diximus, nullum exſtare paulo antiquius Martyrologium Belgicum, quod de* S. Godeleva *ſeorſim meminerit.*

B

& forte vocabitur in Officiis Ghiſtellenſibus.

64 *Neque vero magnam antiquitatem ſapit Uſuardus aliquis auctior, apud ſanctimoniales Godelevianas Brugis aſſervatus, neque in eo prima manu memoratur Sancta, ſed ſuper eraſa antiquiori alia annuntiatione in membrana, ceteroquin ſatis calamo adſcriptum eſt.* Item paſſio beatæ Godelevæ virginis. *In alio codice itidem membraneo, manu exarato, abbatiæ S. Andreæ, ſcripto, ut annotatum eſt, anno* 1493. *quod Breviarium continet, præfigitur Kalendarium Sanctorum, de quibus ibi potiſſimum agitur, quos inter ad diem* VI. *Julii ſic legitur*: S. Godelevæ virginis & martyris, ſummum majus, *quæ verba, utpote ſolennius feſtum indicantia, rubrica diſtinguuntur. Rurſus in altero codice manuſcripto membraneo minoris formæ, Horas breviores complexo, qui etiam ad finem ſeculi* XV. *pertinere videtur, refertur ſuo loco in Kalendario cum rubrica*, S. Godeleva: *præterea in Litaniis, quæ in eodem codice habentur, poſt ſanctos confeſſores, primo loco invocatur*; S. Godeleva ora pro nobis. *Sequitur S. Anna, tum Maria Magdalena, Felicitas, Perpetua, &c. Alium codicem reperi, in quo Litaniæ eodem exſtarent. Sed hæc ſatis ex monumentis Ghiſtellenſibus.*

C

Molanus & Miræus

65 *Molani Indiculus Sanctorum Belgii paulo fuſius de Sancta noſtra meminit, recte ſecutus Meyeri opinionem de epocha factæ ſacri corporis elevationis*: S. Godeleva martyr, ſtrangulata eſt a ſervis ſuis, juſſu Bertulphi mariti anno milleſimo ſeptuageſimo, pridie Nonas Julii. Cujus vitam luculenter perſcripſit ad Ratbodonem Epiſcopum Drogo monachus, ſacerdos id temporis Ghiſtellenſis. Locus eſt quarto milliario a Brugis, ubi elevata eſt per Radbodum *, Tornacenſem Epiſcopum anno milleſimo octuageſimo quarto, tertio Kalendas Auguſti. *Huic marito jungetur elogium Mirei in Faſtis ſuis Belgicis & Burgundis, ſic ſcribentis*: Secundo lapide ab Oſtenda, Flandriæ oppido (quod triennalis obſidio noſtra ætate nobilitavit) Ghiſtella, ſeu Geſtella municipium viſitur, quo loco Godeleva, juſſu Bertulfi mariti, a miniſtris domeſticis duobus anno MLXX. eſt ſtrangulata. Eſtque ibidem poſtea inſignis virginum Benedictinarum abbatia, per Bertulfi ex altera conjuge filiam, conſtructa. Ob bellicos furores, Brugenſi in urbe moniales nunc domicilium habent.

D

* *idem eſt quod antea* Radbodo.

diverſis ſuis ſanctum attribuunt;

66 *Elevationis annum, ex Surii Drogone male notavit Miræus, nec magis feliciter* monachum *eum ſcripſit* S. Winnoci Bergenſis, & poſt Epiſcopum Morinenſem, *quod ſupra refutavimus. Habent & locum ſuum Molani Natales a Levvio editi*: Geſtellæ, paſſio beatæ Godelevæ martyris; quæ honoratis parentibus orta eſt in territorio Bolonienſi. Cum autem ob vitæ ſanctimoniam, juxta Flandricum ſuum nomen Godelieve, Deo valde chara eſſet, maritus Bertulphus, nobilis Geſtellenſis, fraude maligni ſpiritus, a tempore nuptiarum acerrimo odio & graviſſimis injuriis eam eſt proſecutus. Unde tandem fuga ſibi conſulens, parentibus calamitatis ſuæ hiſtoriam expoſuit. Hinc pater a Balduino Flandriæ Comite petiit, quod juſtum erat, decerni. Ille vero cauſam, quia eccleſiaſtici juris erat, ad Epiſcopum remiſit. Unde Bertulphus, tum Antiſtitis auctoritate, tum Comitis poteſtate, ſponſam reſumpſit, optima quæque promittens. Sed multo pejora conſecuta ſunt: non enim oderat tantum, ut prius, ſed animum in ejus necem obfirmabat. Illa interim ſe præcunctis Flandriæ mulieribus, quæ ſupererant, exaltandam, dono prophetiæ prædicebat. Nec multo poſt Bertulphus, Brugas adiens, ne cædis conſcius haberetur, per duos famulos curavit eam ſtrangulari: quod factum eſt anno MLXX. & mox diverſa miracula ſunt ſubſecuta. Apud piſtorem creſcebat farina, pro panibus in ſepultura diſtribuendis. Humus, ubi necata eſt, in candidos lapides vertebatur: aqua, in qua præfocata injecta erat, a febribus & aliis morbis, potata ſanabat. Similiter ſepulcrum & ſacrum corpus Dominus miraculis decorabat. Unde poſt annos quatuordecim Ratbodo Epiſcopus Noviomenſis, III. Kalend. Auguſti ſacrum corpus levavit; & ad eumdem vitæ & martyrii hiſtoriam conſcripſit Drogo monachus & ſacerdos Geſtellenſis.

E

F

uſi & plures alii cum Sanſovino.

67 *Vix elegantius & nitidius contrahi potuit* S. Godelevæ *vita, cujus alia compendia, non inelegantia, apud Hareum, Malbrancum, Cognatum in Hiſt. Tornacenſi tomo* 3. *pag.* 92. *aliosque invenies. Sanderus in Hagiologio Flandeiæ lib.* 3. *pag.* 273. *præter ea, quæ ex Melano & Miræo collegit, hæc de ſuo addidit*: Godeleva vero, etſi conjugata, quorumdam aſſertione virginalem caſtitatem ſervaſſe perhibetur, qualiter olim Julianus & Baſiliſſa Martyres, Henricus Imperator & Cunegundis, aliique quidam Sancti ſactitaſſe narrantur. Exili admodum ſtatura corporis fuit, quod

A quod ſpina dorſi, nuper a me apud Gandavenſem Antiſtitem Antonium Drieſtium viſa, de ſacro ejus corpore ſumpta, ac eidem ab Epiſcopo Brugenſi Dionyſio Chriſtophori donata ſatis declarat. *Ne in his nimium profuſi videamur, agmen claudat Sauſſayi laudatio, ipſo ſaltem ſtyle commendanda*: Ipſo die natalis S. Godelevæ matronæ & martyris, quæ in Bolonienſi territorio, pagn, qui Londefort dicitur, patre Wifrido, matre Ogina, honoratis parentibus nata, moribus & vitæ ſanctimonia, ſui generis nobilitatem plurimum illuſtravit. Cum autem præter egregias animi dotes, rara corporis venuſtate polleret, Bertulfo, viro nobili, ſed feroci in conjugium tradita, atque ab eo ſtatim gratis odio habita, modiſque omnibus vexata eſt, adeo ut ad victus penuriam redigeretur, ſervique imperio ſubderetur, qui cootumeliis (&) irriſionibus, piam Dominam, de heri inſtigatione exagitabat. At Chriſti ancilla, patientiæ innixa anchoræ,
B tot in fluctibus immobilis perſtitit, Dominique ipſius Servatoris exemplo & amore, malum in bono vincere perſtuduit, aſſidue nrationibus piiſque operibus intenta: donec tandem vir ejus, ad cumulum impietatis progreſſus, innocentiæ, pudicitiæ, totiuſque pietatis cultricem, qua indigniſſimus erat, per proprios famulos, injecto in ejus collum laqueo, crudeliter præcluſo ſpiritu interemit. At ipſa, pro laquen, quem a marito injuſte impieque perpeſſa eſt, a Deo palmam, in patientiæ admirabilis præmium recepit, & coronam gloriæ immarceſſibilem: utque in cælo æternis excepta eſt gaudiis, ſic in terra præclaris divinitus eſt illuſtrata miraculis.

§. VII. De celebri cultu Sanctæ olim exhibito Ghiſtellæ, ex vetuſtis Miſſalibus & Officiis eccleſiaſticis Mss.

C *Abrogata ipſius propria Officia.*

AB Actorum & Martyrologiorum fido, atque ab elogiis ſcriptorum particularium, gradum faciemus ad ea, quæ in S. Godelevæ *perpetuum honorem, publicus in eccleſia Officiis olim celebrata ſunt. Brugis mihi exhibita fuere multa antiqua volumina Mss. apud ſanctimoniales Godelevianas adhuc aſſervata; ex quibus manifeſte apparet, peculiari olim Miſſa & Officio, in Ghiſtellenſi ſaltem virginum parthenone, cultam fuiſſe ſanctiſſimam Patronam; quæ quo primum tempore, aut cujus juſſu intermiſſa fuerint, nec ſatis certo explorari poteſt. Proxum eſt conjicere, memoratos hæreticorum furores, eo non parum contuliſſe; vel potius primos Brugenſes Epiſcopos parum vitum Romanum, ex Concilii Tridentini præſcripto, in diœceſim ſuam induxiſſe. Dioniſiane ſunt bullæ ſanctiſſimi Pii V. Pontificis, Miſſali Romano juxta ac Breviario præfixæ. Utcumque id acciderit, non adeo contemnenda ſunt vetuſta illa monumenta, quamquam ſimplicitatem arui ſus redolentia, ut hic publici juris fieri non mereantur; præclara utique ſingularis per ea tempora in* S. Godelevam *venerationis argumenta, quæ veriſimillimum eſt, etiam in templo Ghiſtellenſi, & forte locis aliis uſitata fuiſſe, ut erat iis ſeculis major libertas in condendis uſurpandiſque Officiis eccleſiaſticis, ex proprio cujuſque ingenio, zelo ac pietate compoſitis.*

69 *Obſervo, libertatem illam paulo majorem fuiſſe in ſingendis reſingendiſque novis de* S. Godeleva *orationibus, ut ex antiquo Breviario infra patebit. In Miſſa peculiaris* Sequentia, *ut vocant, poſt Graduale ſubjungi ſolita, inſtitum non ſatis integrum habet. En paucis totum ordinem. Introitus ex feſto B. V. M. Aſſumptæ, aut ex feſto Sanctorum omnium ferme translatus aptatuſque* S. Godelevæ *paſſioni ſeu natali, & iterum exaltationi*; Gaudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes, *&c. Penitur hic oratio de Communi*; Deus, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, *&c. Item epiſtola, quæ eſt ad Corinthios*: De virginibus præceptum Domini non habeo, *&c. Graduale*; Audi filia & vide, *&c. Tum poſt* Alleluja; Crimina ſervorum dele Godeleva tuorum, Martyr martyrio ſanctificata pio. Alleluja: Egregia ſponſa Chriſti, implora pro nobis ad Dominum Jeſum Chriſtum. *Sequentiam ſtatim dabimus, & pro natali & pro elevatione. Evangelium legitur de parabola*, Simile eſt regnum cælorum theſauro abſenndito, *&c. Cetera nihil magnopere referunt, quod ſingularem obſervationem mereatur. Habe modo præfatam Sequentiam, de cujus principio non ſatis completo, ſuperius monui.*

70 O fideles ſymphoniam tangite; cordis, oris votn, voce pſallite: decenter categorizans, Godelevam (ſolennizans,) ſonet hymnologia. Florentis anois ætatis, floret flore caſtitatis, viget ſanctimonia; ſummn ſponſo diſpenſante, ſponſa fit hoc auſpicante, ætate feliciter, Socrus autem in hane furit, quam livoris ignis urit inextinguibiliter. Verbis matris virus fugit ſponſus, & a ſponſa fugit irregreſſibiliter. Clientelæ ſocrus, viri, hanc conflictus tundunt diri, ſed ſtat immobiliter. Probris, fame laceſſitur, ac diverſis expolitur tribulationibus. Sed adinſtar petræ dura convaleſcit ſub preſſura, hoſtis vel inſultibus. Palæſtrizans in palæſtra, galeante Dei dextra ſe, ſortitur bravium. Ad æterna regna ſortis transferenda, guſtat mortis inulte portirium*. Terra tranſubſtantiatur, in gemmas effigiatur, ubi morti traditur; ſanguis ejus alteratur, in marmor album mutatur, adhuc uti cernitur. Jam condigne præmiatur, byſſo, cocco peronatur, inter choros Cælitum. Soſpitati dat divina ægros plures medicina, ejuſdem per meritum. Sis malagma malaxato, vulnus noſtrum curato, tuo Martyr ſanguine. A te ne diſcriminemur, propter crimen, expiemur per te prorſus crimine. Proſcribe morbum animæ. Amen.

cum ſingulari Sequentia,

* *l.* portentum.

71 *Notavit Ms. codex*, in Elevatione S. Godelevæ, dici omnia ut in ejus natali, *ſi-ve, eamdem Miſſam die* XXX. *Julii recitari, quæ* VI. *Julii præſcribitur. Interim diſtingui aliquid videtur pro Elevatione poſt jam dictam Sequentiam, quo ferme Dragonis miracula recenſentur*: Soſpitati dedit ægros plures aquæ potio. In farioam fit redacti ſarris augmentatio. ℣. Terræ probat Godelevam in gemmaa mutatio. ℣. Ut oati, ſic mulieris ſanatur contractin. ℣. Ad ſepulcrum ſpiea eadit, volæ fit apertin. ℣. Ibi tinctrix liberatur baculi ſupplicio. ℣. Ergo melos Godelevæ, demus in præconio; nam qui juſte poſcit illam, pulſo culpæ vitio, ſanus revertitur. *Ceterum pars illa utraque, an utroque etiam feſto in uſu fuerit, fruſtra hic pluribus diſquiras. Præter Miſſam illam utriuſque feſti præcipui, eſt & alia*

eriam in feſto exalta-tionis uſurpari ſolita.

D AUCT. J. B. S. *continebant Miſſam ferme de communi VV. & MM.,*

E

F

A Auct. J. B. S.

alia votiva, cujusintroitus, Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis, *&c.*, *cum propria oratione hujusmodi*: Propitiare, quæsumus Domine, nobis famulis tuis, per S. Godelevæ merita gloriosa, ut ejus pia intercessione, ab omnibus protegamur adversis. *Reliqua a præcedentibus parum differunt, si secretam & postcommunionem excipiat, quas orationes hic adnectere, operæ pretium non videtur; jam Officia ecclesiastica alia percurramus.*

De variis Officiorum Breviariis.

73 *Varia Officiorum istorum exempla, non satis uniformia, ad me Brugis missa sunt, ut non semel mirari subierit, unde tanta variatio in ipsis intercederet, tum in orationibus, tum maxime in lectionibus, partim ex Drogone, partim ex Anonymo acceptis, atque inter se non recte compositis, ne dicam distortis. Serium eorum examen distuli, donec in loco fontes magis genuinos liceret inspicere, codices nempe ipsos, super memoratos, quos inter magni Antiphonarii aliique notis suis musicis ad cantum distincti, atque in choro olim usitati. Cum vero tam spissa volumina minus commode deferri huc possent; id plane feliciter evenit, ut parvulum codicem mihi obtulerit sæpe laudandus Clar. Walius*, scriptum per fratrem Johannem de Muer, monachum in S. Andrea, pro venerabili ac devota moniali, sorore Maria Luebs, cellereria monasterii S. Godelevæ, prope Ghistellam, anno gratiæ MDL. *In hoc igitur, cum aliis probe collato, cum plane omnia reperirem, quæ in majoribus illis voluminibus, grandi characterе exarata, continebantur, inde præcipua capita decerpsi, ex quibus sufficiens totius veteris Breviarii Godeleviani notitia habeatur. Proprium Officii ordinem describo.*

Propria antiphona ad Vesperas

73 *Godelevæ virginis & martyris, in primis Vesperis. Ant.* I. Ecce beat sanctam diadema duplex Godelevam; justitiæ palma martyriique rosa. *Ant.* II. Hæc est quæ immaculato spiritu, ac beatæ fidei dotibus, perpetualiter victura, victrix evolavit ad Superos. *Ant.* III. Ibi erit ei cum Sanctis æterna felicitas, felix æternitas, gaudium sine dolore, quiea C sine labore. *Ant.* IV. O! Martyr Godeleva, quæ stolam tuam lavare meruisti in sanguine Agni; ablue nostrorum fuliginem peccatorum. *Cap.* De Virginibus præceptum. ℟. Godeleva cum de carnis carcere solvitur, libere Regem regum aggreditur, cujus decore pascitur. ℣. Beata Christi vernula, cedar linquens tenebrosa. *Hymnus ad utrasque Vesperas & Laudes.* Godelevæ celebria adiunt ecce solemnia, quæ eelebri lætitia, concelebret Ecclesia. O! mira Christi gratia, per quam Martyr eximia, spernens mundi ludibria, cæli gaudet in curia. Deo reddatur gloria in vocum consonantia, laudes in hoc solempnio nostra decantet concio. En signa & prodigia monstrantur per confinia, sunt ægris multiplicia membra Sanctæ remedia.

Cum hymno & aliis hic proponuntur

74 Læti corde & animo, jubilemus Altissimo, qui te, Martyr, miraculis glorificat in seculis. Ergo sub fasce criminum gementes ora Dominum, ut de valle miseriæ nos cæli reddat patriæ. Vir, socrus cum familia, te lacerant invidia, gaudes & contubernio Dei florens martyrio. Applaudamus in organo, in cymbalia, in tympano: pro tanti festi gloria, sit laus Den per omnia. Amen. ℣. Adjuvabit. *Ad Magnificat. Ant.* Beata martyr Godeleva, dum naufragamur in hujus mundi profluvio, circa Christum per ævum sis nobis auxilio; cujus gratia, triumphans contraria, nunc insigni victoria, cæli gaudes in curia. *Oratio.* Deus electarum sponsus, & Martyrum palma, qui beatam Godelevam martyrem tuam, filio tuo sponsam consecrasti, eamque ab annis teneris divini amoris igne succensam, ita inflammasti, ut non solum mundanæ generositatis (gloriam) parvipenderet, verum etiam crudelissimum jugulationis tormentum patienter sustineret, tribue, quæsumus, ut qui passionis & mortis ejus insignia veneramur, ejus precibus & meritis, in cælis lucidas sedes percipere mereamur. Et sa. Per eumdem Dominum.

uni & invitatorium & hymnus ad Matutinum.

75 *Hactenus ordo Vesperarum: sequitur Invitatorium.* Christo multimodas pia concio concinat odas, cui canit in cælis martyr Godeleva fidelis. *Ps.* Venite. *Hymnus*: Hsc die dulcia cantemus cantica, levantes organa cordia concordia, qua enlit annua mater Ecclesia Godelevæ solempnia. Hæc erat inclyta stirpe progenita, renata postea baptismi gratia, adhuc puellula, adstans deicola, virginitate florida. Hinc nupsit homini Ghistellæ nobili, cujus aspectui refulsit oneri, quam omni domui sinebat subjici, tabe gravatus odii. Post plenus tædii, in sepestiflui, nolebat humili conjungi conjugi, sed miserabili pœna martyrii juffit exosam perimi. Qua facta martyre, lacus in gurgite solvitur corpore, noctis sub tempore, ad Regem gloriæ, palma victoriæ, conscendit expers maculæ. Ergo precamine victricis seminæ, nos purget crimine via divæ gratiæ, ut hostem vincere possimus strenue, virtutum fortitudine. Sit Regi gloria, laus & victoria regenti supera simul & infera, qui nobis omnia remittat debita, per Godelevæ merita. Amen. E

ut quibus de reliquis fiat judicium.

76 *Tædio sim, si totius Matutini antiphonas, lectiones, responsoria, versus, &c. sigillatim recensearn, tametsi eum propria sint omnia, sic ex ipsis* S. Godelevæ *Actis desumpta sunt, ut bis, tertio & sæpius eadem prorsus gesta repetenda essent, quæ in Drogonis Legenda postmodum denuo recurrent. Exemplo hic erunt sex antiphonæ primi Nocturni. Ant.* I. Igitur ex Bolonia, a parentibus clarissimis proles splendidissima Godeleva progenita. *Ant.* II. Nec sine divino constat moderamine gestum, ut in propatulo elaruit, quod tale nomen sortita sit. *Ant.* III. Ut enim credimus, disponente Deo, qui quos prædestinat, vocat, a parentibus illi in baptismate prælagum nomen Godeleva inditum est. *Ant.* IV. Godeleva quippe Teutonice, Deo cara sonat Latine. *Ant.* V. Hæc itaque adhuc invalida, ipsos annos pueritiæ morum cœpit maturitate transcendere. *Ant.* VI. Tandem annis nubilis, bonæ indolis adolescentula, cuidam Flandrigenæ nuptiali fœderatur copula. *Lectiones Drogonianæ sunt, a Legendæ exordio. Responsorium ex eodem fonte.* Denique cum eam vir suus, ad suæ proprietatis deduxisset habitacula, diabolica fraude decipitur. Et facti pœnitens, mox sponsam suam exosam habuit odio magno nimis. ℣. Ita ut esset majus odium, quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat. Et facti *&c. Atque hæc in specimen sufficiant.* F

77 *Pri-*

A *Lectiones ex vita deſcribenda non ſunt.*

77 *Primæ octo lectiones, pro duobus primis Nocturnis, vitam proſequuntur, quatuor ultimæ deſumptæ ſunt ex homilia S. Gregorii, in Evangelium*, Simile eſt regnum cœlorum theſauro, *&c. ut in Romano moderno. Additur in fine hæc oratio.* Omnipotens ſempiterne Deus, qui in ſexu femineo tua operaris magnalia, quique beatam Godelevam uni viro deſponſari, & ab eodem innumeris injuriis lacerari, & a famulis ſuis martyriſari, ut patientiæ fructum oſtenderet, conceſſiſti; concede, ut in adverſis conſtantiam, & in proſperis moderantiam habere mereamur; quatenus ipſa interveniente, ad cæleſtem Hieruſalem pervenire valeamus. Et ſa. *Ad Laudes recitatur eadem oratio, ponunturque hæc unica antiphona:* Godelevæ ſacræ feſtum recolamus alacre, quam Chriſtus ſanxit paradiſicolis & adauxit. *Capitulum, hymnus, verſus præſcribuntur ut in primis Veſperis. Antiphona autem ad Benedictus eſt hujuſmodi:* Chriſte Dei verbum, qui deſpicis omne ſuperbum, exaltans humiles, tollis de pulvere viles. Erige labentes, lacrymarum valle gementes, ſcilicet adſtantes, Godelevam nunc venerantes.

B *Quæ ſint propria ad Horas minores.*

78 *Habent & Horæ minores propria ſua. Ad Primam Ant.* Godeleva victrix tortiorum benedicta ſuorum; regnat in aree Dei per adepta jura trophæi. *Ad Tertiam Ant.* Bertulphi mater frendens ait hoſtis ut acer, heu cur nupſiſti cornici nunc turpiter iſti? Conſilium breve fac, ut opus leve: hanc nihil amato, nam nigra cernitur, & mala proditur affore grato. *Cap. & oratio, ut in Laudibus. Ad Sextam Ant.* O! ſalubris & ardens intentio ſanctæ mulieris, in deſiderio ſanctæ virtutis. *Cap.* Iſta eſt Godeleva, quæ manus ſuas extendit ad pauperem: dimidium dimidii panis pauperibus largitur, de reliqui, more ſolito reficitur. *℣. Oratio*, Indulgentiam nobis, Domine, beata virgo & martyr Godeleva imploret, *&c. Ad Nonam Ant.* Ecce Deo caræ rutilant ſolennia clare; quare terra, mare ſuper iis gaudendo beare. *Cap.* Facta eſt quaſi navis, *&c. Oratio*: Da quæſumus, omnipotens Deus, ut qui beatæ Godelevæ V. & M. tuæ natalitia colimus, & annua, *&c. In ſecundis Veſperis nihil novi præter antiphonam ad Magnificat.* O bone Meſſia, de Virgine nate

C Maria; inter ſidereas fac nos regnare choreas: nos quibus eſt celebre natale ſacræ Godelevæ.

Quid notandum in ceteris.

79 *Hactenus Officium præcipuæ feſtivitatis, ſeu paſſionis & natalis* B. Godelevæ *ad diem* VI. *Julii: in Octava, & per Octavam, ut opinor, nulla interce debat diſtinctio, niſi penes vitum ſolenniorem & minus ſolennem. Sequitur in codice celebritas alia elevationis die* XXX. *Julii, pro qua præmittitur per octo lectiones vitæ Drogoniana reliquum, uſque ad martyrium; & poſtea loco ſuo, tres lectiones, nonnihil interpolatæ, uſque ad finem. Tum rurſus idem Evangelium de* Theſauro, *cum oratione*, Preces populi tui, *&c. Inde Veſpera cum novis antiphonis, capitulis, reſponſoriis, verſibus et hymnis, antiphonis & reſponſoriis Matutini, Laudum &c. quæ hic deſcribenda non cenſui, cum ex præcedentibus, facile de his judicium ferri poſſit. Notanda rurſus nova oratio:* Deus, qui precibus martyris tuæ & virginis Godelevæ, cujus hodie elevationem colimus, a peccati contagione multos depuraſti, tribue nobis, quæſumus, ejus memores certaminis glorioſi, ſuis etiam apud te ſuffragiis adjuvemur. Et famulos. D

Ut hic demum Officiis illic ſuperſedeam; cetera quæ ad elevationis hiſtoriam pertinent, cum de ea Drogo non egerit, ex Anonymo deſumenda fuerunt, quæ in ejus Legenda fuſius deducuntur. Ad alia paulo majoris momenti curſum flectimus. AUCT. J. B. S.

§. VIII. De loco primæ ſepulturæ, elevatione, translationibus & recognitionibus ſacrarum reliquiarum Ghiſtellæ.

Ecclæ auguſtæ templi partis anterioris, modo deſtructæ.

Ghiſtellam, oppidum olim fuiſſe, ſuis quaſi buſcumque munitionibus circumcinctum, varius fortunæ bellorumque caſibus & viciſſitudinibus agitatum & concuſſum, ſic ut modo vix burgi, ut loquimur, ſeu municipii nomen mereatur, pluribus deduxit Sanderus in Franconatu ſuo illuſtrato, & nos ſupra ex ipſo & Marchantio, non perfunctorie ideam ejus delineavimus. Scriptor miraculorum ab anno 1488. ad 1506. Ghiſtellenſis clericus, haud dubie e ſacellanis unus, ſic ad prædictum annum 1488. diſertis verbis memorat: Anno MCCCCLXXXVIII. diris graſſantibus in Flandria inteſtinis bellis, feretrum cum reliquiis ſeu E corpore dictæ martyris Godelevæ, in quadam tumba lapidea, propter prælii timores, clam occultatum in eccleſia exſtitit. Sed tandem ultima Januarii ejuſdem anni, guerris indies creſcentibus, occulto Dei judicio, oppidum de Ghiſtella bellice capitur, comburitur & deſtruitur, una cum eccleſia. *Utrum ex eo tempore deſtructa manſerit pars anterior eccleſiæ, quæ ſane auguſta olim fuiſſe videtur, in eo ſtatu in quo modo eſt, ſolis murorum & columnarum ruinis exſtantibus; an, uti illic vulgi opinione fertur, reliquiæ hæ ſint furiarum, per Calviniſtas iconomachos, circa annum 1577. excitatarum, haud mihi ſatis promptum eſt, certo definire. Potuit anterior pars unquam reſtaurata fuiſſe, poſterior autem ex hæreticorum ruinis, in eam formam ſenſim emergere, in qua modo conſpicitur.*

Vetuſtiſſima olim ſepulta ſunt S. Godeleva F

81 *Solis oculis teſtibus opus eſt, ut quis ampli & magnifici olim templi molem dimetiatur, in quo præfatus miraculorum collector aſſerit, dicto illo terribili incendio* viginti unum altaria face deſtructa eſſe & conſracta. Turris etiamnum elegantiſſima eſt, & navigantibus Oceanum Pharus, *inquit Sanderus. Steterint templum idem eo ipſo tempore quo vixit, martyrium ſubiit, & ſepulta eſt* S. Godeleva, *dubitari ſaltem poteſt: ſtetiſſe, veroſimile redditur ex eo, quod eccleſia dedicata ſit B. M. V. Aſſumptæ*, S. Godeleva, *ſolum ut ſecundaria patrona a populo electa, alias principem locum haud dubie obtentura. Quæ, ut pro ipſo templi ædificio non omnino convincant; cum receptiſſima Ghiſtellenſium traditione ſupponere licebit, in ea anteriori templi parte ſepulturam habuiſſe ſacrum Martyris corpus, ibique manſiſſe totis illis quatuordecim annis, qui ab obitu, ad elevationem anno* 1084. *fluxiſſe traduntur. Vidi equidem in hodierno* S. Godelevæ *ſacello, ſeu in ſiniſtra ſuperſtitis templi navi:, monſtrari locum, lignea capſa, affabrefacta, & ſolitis martyrii ſignis ornata (quæ altaris uſum olim*

A *olim ſervivisſe dicitur*) *coopertum, quo Sanctæ tumulus vacuus repræſentatur; at nec vulgus ipſum*
Auct. *aut plebs ruſtica id ſe credere profitentur, cum a me*
I. B. S. *interrogati, unanimiter reſponderint: hanc quidem ſepulcri memoriam eſſe; verum apud Ghiſtellenſes id teneri communius, in parte templi anteriori, modo deſtructa, Sanctæ ſuæ corpus olim depoſitum: locum vero ſoli Deo bodie notum eſſe; quæ obiter indicaſſe ſufficiat, cum id pluribus diſquirere ſupervacaneum ſit.*

82 *De primæ elevationis anno, dirempta jam ſuperius controverſia; uam §. 6. ſupra oſtendimus, genuinum Drogonis Legendam ſiſtere in miraculis, paulo poſt obitum, certe veroſimiliter patratis ante elevationem, de qua nec verbo meminit, utpote omnibus, dum ſcriberet, notiſſima, & ad ſuum intentum nulle modo ſpectante. De Drogonis Suriani adjecta ultima clauſula, ſatis etiam diſputatum eſt. Patuit item, Anonymum interpolatorem pluſculum viæ decurriſſe, atque extra oleam ſaltitaſſe, præſertim ubi ſub finem totus eſt in deſcribendis proceſſibus, a Ratbodone vel ejus juſſu habitis, canonizatione Romana, ſubſecutaque ſolemniori elevatione, quam ad varios calculos chronologicos non ſatis apte reduxit: ut promde ad alia monumenta confugiendum fuerit, ex quibus de dicto elevationis anno, modoque ejus inſtituendæ ſimpliciſſimo certius edoceremur, quæ a laudato vitæ Drogoniana integræ Belgico editore nobis communicata, magis authentica poſtmodum obtinuimus ab*
B *ipſo moderno Illuſtriſſimo, qui litteras ſeu antiqua teſtimonia nobis tranſcribi curavit, reſervata lipſanotheca Ghiſtellenſi 27. Septembris 1719. recenſitiſque omnibus, quæ ad indubitatam fidem faciendam nobis neceſſaria videbantur. Primi & vetuſtiſſimi partem citato paragrapho dedimus, chronologicis notis ad veros calculos reductis. Hic inſtrumenta ſingula ordine producenda ſunt.*

De elevatione & ſacris translationibus &c.

ſertiora monumenta hic ſubjiciuntur.

83 *Ex litteris patentibus Illuſtriſſimi Dionyſii Chriſtophori, ſexti Brugenſium Epiſcopi, brevi producendis, id plane conſtat, repertas ab eo, dum anno 1623. ſolennem lipſanotheca Godelevianæ viſitationem & recognitionem inſtitueret*, litteras duas, in pergameno deſcriptas, quarum alteris, omnino integris *ſuas* transfixit. *Alias non integras fuiſſe, ſed corroſas, exeſas & laceras, ſatis indicat expreſſa inter utraſque oppoſitio. Laceram illam membranam ad ulnæ fere dimidium in longitudinem porrectam, & media parte latitudinis extenſam, etiam hodie in lipſanotheca depoſitam, in qua de prima elevatione anni* 1084. *itemque de prima translatione an-*
C *ni* 1380. *agitur, quæque bodie ſitu ferme conſumpta eſt, per notarium deſcribi curavit, ſuaque auctoritate communivit Guilielmus Epiſcopus Sareptanus, is nempe Caroli de Croy, Tornacenſis Epiſcopi Suffraganeus, qui anno* 1557. tertia vice prædictas reliquias tranſtulit ex feretro antiquo . . . . & recluſit in novo feretro argenteo, magnifice ornato ſplendentibus lapidibus & deauratis laminis. *Inde confectæ ſunt* litteræ *illæ* integræ *Sareptanæ, quarum exgraphum, a Clar. Walio deſcriptum, ad me miſit Illuſtriſſimus Henricus Joſephus van Sufleren, modernus Brugenſis Epiſcopus, poſtquam & ipſas & antiquiores chartas recenſuit, ut ultima collatione facta, die & anno prædictis, ut infra pluribus declarabitur; alias enim, ut teſtatur idem Walius*, deciſas litteras, & vetuſtate diſſectas & ſeparatas membranæ partes. . . . ſibi mutuo jungere, *ferme impoſſibile foret. Eu modo Sareptanum inſtrumentum integrum, in tres articulos a me diſtinctum,*

D

Prima elevatio anni MLXXXIV.

84 Hoc ſanctum corpus ſanctæ Godelephæ, evidentibus miraculis inſignitum, elevatum eſt in loco, qui dicitur Ghiſtella, atque in hoc repoſitum valculo, a Domino Radbodo, Noviomorum Epiſcopo, tertio Kalendas Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimo quarto, Indictione quinta, Epacta nulla, regnante Philippo Rege anno vigeſimo quarto, epiſcopante præfato Epiſcopo Radbodo anno quinto decimo, principante Roberto, cognomento Friſone, in Flandria, anno tertio decimo. Cujus elevationi interfuit Gertrudis Comitiſſa cum ſuis optimatibus, Ingelbertus abbas ſancti Winnoci, Walterus archidiaconus Tornacenſis, Walcherus ejuſdem eccleſiæ cuſtos civitatis, Wido Noviomenſis theſaurarius & concellarius, Albertus presbyter, Drogo Diaconus, Landricus ſubdiaconus, Rodbertus Brugenſis Præpoſitus, Thedbaldus decanus, Folbertus clericus, Deſiderius, hujus ſcripti notarius de Ghiſtella, Ramgerus presbyter, Joannes Eraldus, Folbertus & Landbertus, Frethabaldus & Erembaldus, Olfredus cuſtos eccleſiæ, & filius ejus Radbodus, & alii &c. innominati.

Referuntur teſtes hujus devotionis

E

Translatio anni MCCCLXXX.

85 Et cum reliquiæ ſancti corporis B. Godelevæ prænominatæ dudum elevatæ fuerint, anno præbabato per Venerabiles viros Patres ac Dominos, Dominum Radbodonum, Noviomenſium Epiſcopum, & alios ibidem exiſtentes, quorum nomina bonæ memoriæ præſens pagina declarat: ſecunda vice ſciendum eſt omnibus Chriſti fidelibus, quod anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo octogeſimo, videlicet quintodecimo menſis Maii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Urbani Papæ VI. anno tertio, Indictione III. vaſculum, in quo prima vice ſanctum corpus prædictum erat impoſitum, renovatum fuit cum magna devotione parochianorum de Ghiſtella, in quo renovato feretro, quo ad præſens utitur in eccleſia de Ghiſtella, oſſa ſancti corporis S. Godelevæ prædictæ cum magna devotione, more translationis ſunt recollocata per diſcretum virum Dominum Joannem Uromond, curatum de Weſtkercke, capellanum eccleſiæ de Ghiſtella, authoritate ſuorum ſuperiorum ſibi commiſſa, præſentibus ibidem diſcretis & honeſtis viris ac Dominis Nicolao Kempe, Lamberto Meenſſoone, curatis de Ghiſtella, Joanne de Fleuricourt presbytero, ſcriptore præſentium, Nicolao Marteel, Ægidio Dardebond presbyteris & capellanis ejuſdem eccleſiæ, & pluribus aliis presbyteris, clericis & laicis dictæ parochiæ de Ghiſtella parochianis,

F

Tertia translationis prima;

Altera translatio anni MDLVII.

86 Tertia vice fuerunt prædictæ reliquiæ translatæ ex feretro antiquo, *a* quo, inſtigante maligno ſpiritu, ſacrilegi homines nocturna ſpoliatione detraxerant plurimum argenti,

ut alterius ab Ep. Sareptano facta;

A genti, & reclusæ fuerunt in novo feretro argenteo, magnifice ornato splendentibus lapidibus & deauratis laminis, sub Missarum solemniis in dicta ecclesia, Dominica die, vigesima septima mensis Junii anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, tertio anno pontificatus Papæ Pauli quarti, Indictione prima, sub episcopatu Reverendi Domini Caroli de Croy, Episcopi Tornacensis, vivente Carolo Imperatore quinto, & regnante ejus filio Philippo, Hispaniarum, Angliæ, Franciæ, Neapolis, Ceciliæ Rege & Comite Flandriæ: Dominium obtinente Joanne Franciſco, filio Joannis Caroli de Affaytady: ministerio Reverendi in Christo Patris Domini Guilielmi, Dei gratia Episcopi Sareptani, Suffraganei Tornacensis, & Decani ecclesiæ Collegiatæ sancti Salvatoris oppidi Brugensis, Tornacensis diœcesis, ex commissione magnifici & B generosi Domini Guilberti Dognies Apostolici Protonotarii, archidiaconi ecclesiæ Cathedralis B. Mariæ Tornacensis, coadjutoris & Vicarii generalis prædicti Domini Caroli Episcopi Tornacensis, assistentibus Reverendis & eximiis Dominis Guilberto le Blou, abbate monasterii sancti Andreæ prope Brugas, Patrono ejusdem ecclesiæ Ghistellensis, Oliverio vander Hulst, abbate monasterii sancti Petri Oudenburgensis, & Fratre Jnanne de Muer, ejusdem monasterii Primre, Dominis & Magistris Joanne Ryex & Joanne Cock, curatis ecclesiæ B. Mariæ Ghistellensis: item Dominis & magistris Arnoldo Dierkena, & Hugone Cocns curato, Canonicis ejusdem ecclesiæ S. Salvatoris Brugensis.

eß millesimo &c. vsque sacrum infrascriptorum.

87 Convocatis etiam ibidem omnibus curatis agri Ghistellensis & aliis Ecclesiasticis pluribus: procurantibus & dirigentibus prædictam solemnitatem egregiis & circumspectis viris Nicolao Morasini, Baillivo primo Ghistellensi; C Adamo de Meuninck, Petro Igel ædituis & burgimagistris ibidem, & Joanne Almaere, æditio tertio, totoque senatu, aliisque plurimis tam nobilibus quam vulgaribus. Item prædictus Gulielmus Episcopus Sareptanus, collatione facta cum litteris antiquis, in parchameno scriptis, & in antiquo feretro repertis, referente Notario subscripto, reperit eas de verbo ad verbum concordare cum narratione prædictarum duarum præcedentium translationum. In quorum omnium & singulorum fidem, has præsentes litteras per me Notarium subscribi, sigillique sui oblongi appensione & sui nominis subscriptione fecit communiri. Et erat signatum Gulielmus Episcopus Sareptanus. In plica habebatur, da mandato Reverendi Domini Sareptani: & erat signatum Christianus Grave Notarius Apostolicus & Imperialis admissus. *Superiori actu erat appositum sigillum oblongum, referens sanctum Gulielmum, orantem ad cælum.*

Visitatio anni MDCXXIII.

Ratio infra visitationis,

88 Dyonysius, Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopus Brugensis sextus, perpetuus Flandriæ Cancellarius &c. Omnibus Christi fidelibus, præsentes litteras visuris seu legi audituris, salutem in Domino. Semper in Ecclesia Dei piè observatum est, & etiam deinceps illibate D observandum, tamquam articulum fidei, docet S. Concilium Tridentinum, ut reliquiæ Auct. J. B. S. Sanctorum, qui templa Spiritus sancti fuere, pia veneratione colantur & honorentur. Quare cum nobis constaret a plurimis annis, & præsertim ab erectione hujus episcopatus, nullam fuisse factam visitationem reliquiarum S. Godelevæ virginis & martyris, officii nostri esse putavimus, operam nostram in earumdem reliquiarum visitatione impendere. Itaque anno Domini MDCXXIII. mensis Julii die quinta, quando ob festum ejusdem Sanctæ, sequenti die celebrandum, ipsius reliquiæ Ghistellam ex monasterio S. Godelevæ, Brugis existente (ubi ob deploranda belli tempora asservabantur) erant transportandæ, nos ex eadem civitate Brugensi una cum feretro, in quo requiescunt eædem sacræ reliE quiæ, cum debito & honesto comitatu discedentes, ad oppidum Ghistellense nos contulimus.

solemnitas instituta,

89 In cujus ecclesia parochiali, die sexta Julii, post sanctarum Missarum solemnia, quæ in pontificalibus celebravimus, factaque eum reliquiis sanctæ Godelevæ per dictum oppidum processione, absolutaque concione, habita ad honorem ejusdem Sanctæ, pontificalibus Induti, accensis luminibus, totoque magistratu Ghistellensi faces ardentes manibus gestante, debita cum reverentia aperuimus prædictum feretrum ligneum, coopertum tela aurea, & insignitum aliqua ex parte cupro inaurato, hinc inde lapidibus cristallinis ornato, pertinens ad præfatam ecclesiam parochialem oppidi Ghistellensis: quod cum inspiceremus ac visitaremus; invenimus in eodem reconditas reliquias sacri corporis S. Godelevæ virginis & martyris solidas, nulla sui in parte corruptas, colorem castaneum referentes, una eum F duabus litteris in pergameno descriptis, quarum alteris omnino integris, hæ nostræ transfiguntur. Aperto itaque prædicto feretro, Christi fidelibus, qui devotionis & voti causa ad hanc solemnitatem magno numero convenerant, dictas S. Godelevæ virginis & martyris sacras exuporis reliquias speciatim ostendimus & exhibuimus.

multis præsentibus, & ecclesiasticis,

90 Qua ostensione peracta, & cantato hymno Te Deum laudamus, easdem sacras reliquias, balsamo odorifero conditas, & in octo fasciculos rubro serico & filis aureis obductos, distinctas, iterum in eodem feretro reposuimus & inclusimus, ac ejusdem feretri ostium sigillo nostro, ceræ rubeæ impresso, quatuor locis obfirmavimus: præsentibus ibidem & nobis assistentibus, admodum Reverendis Dominis Henrico vander Zype, abbate S. Andreæ prope Brugas, patrono prædictæ ecclesiæ Ghistellensis, & Maximiliano d'Engien, abbate S. Petri Oudenburgensis, & Reverendis ac Venerabilibus Dominis, Servatio Quinquero Decano, Arnoldo a Mechlinia Archidiacono, Joanne van de Velde, Archipresbytero, qui & nomine & ex commissione Reverendissimi in Christo Patris ac Domini Maximiliani Episcopi Tornacensis, hujus ecclesiæ etiam patroni, huic actui interfuit: Joanne Baptista Crocquet, Joanne Cerezo, Joanne Jacobs, Roberto Meynaerts Scholasti-

A stico, Francisco Peroulle, Petro Blende, Petro Knudde, Canonicis presbyteris ecclesiæ
AUCT. J. B. S. Cathedralis S. Donatiani Brugensis, nec non Domino Martino Herpels pastore Ghistellensi, & Domino Jacobo van Blootacker, capellano nostro, & aliis presbyteris ac clericis.

tum sacris ribus, ad id convocatis,

91 Præsentibus etiam ibidem in absentia nobilis viri, Domini Cæsaris Affaitadii, Baronis Ghistellensis, ejusdem conjuge Domina Magdalena de Camargo, Domino Ludovico de Camargo, ejus patre, Capitaneo turmæ equitum, & Domino Nicolao Morasini, Baillivo primo Ghistellensi, Adriano Storme burgimagistro communitatis, Maillardo Acke, burgimagistro Scabinorum, & reliquis de Magistratu, nec non magistris fabricæ & mensæ S. Spiritus ejusdem ecclesiæ, & plurimis aliis utriusque sexus Christi fidelibus, Acta hæc fuerunt Pontificatus sanctissimi Domini nostri Gregorii XV. anno tertio, imperante Ferdinando secundo, regnante Philippo quarto Hispaniarum Rege, Comite Flandriæ; eamdem provinciam pro eo gubernante Isabella Clara Eugenia Austriaca, Hispaniarum Infante. In quorum fidem, præsentes propria manu signavimus, & sigillo nostro ac secretarii nostri signatura communiri, jussimus. Anno a nativitate Domini MDCXXIII. mensis Julii die sexta, sanctæ Godelevæ sacra. *Hæc ex regesto episcopatus Brugensis accepta sunt.*

B

Postrema recognitio anni MDCCXIX.

Nostro desiderio satisfacturus Illustrissimus,

92 Henricus Josephus van Susteren, Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopus Brugensis, Perpetuus ac hereditarius Flandriæ Cancellarius, &c. omnibus has visuris salutem in Domino. Cum Patres Societatis Jesu, qui in domo Professa Antverpiæ conscribendis Sanctorum Actis, jam a multis retro annis, tam zelose ac sacræ historiæ tam utiliter insudarunt, jam eo sanctis suis & assiduis lucubrationibus deveniissent, ut concinnandæ vitæ sanctæ Godelevæ, quæ Ghistellis, diœcesis nostræ oppido VI. Julii summa populi veneratione colitur, sedulo jam occuparentur, ac propterea ea a nobis documenta, quæ in archiviis nostris vel alibi inveniri possent, præfatam Sanctam vel ejus sacras reliquias spectantia, enixe uti & reverenter expostulassent.

C

ut reliquiæ ipsas recognovit,

93 Hinc nos, nihil tam avide desiderantes, quam diœcesis nostræ Sanctam, quo possumus ampliore decore prosequi, & ejus exaltationi officium nostrum episcopale impendere, nec non etiam sanctissimis prædictorum Patrum desideriis juxta ac piis eorum intentionibus omni nostro conatu obsequi, nos XXVII. mensis Septembris noviissimi contulimus ad oppidum Ghistellense & ecclesiam ipsius parochialem, ibidemque omni, qua par est, reverentia, aperuimus feretrum ligneum, coopertum tela aurea, deauratis laminis & hinc inde lapidibus eristallinis ornatum, in quo reliquiæ S. Godelevæ virginis & martyris coluntur; quod invenimus interius bipartitum, in cujus anteriore parte erat fasciculus rubro serico obductus, in quo minora quædam ossa continebantur, in posteriori vero parte recondita erant omnia ossa majora sacri corporis prædictæ S. Godelevæ, in octo fasciculos, rubro serico & filis aureis obductos, distincta, ad modum quo has sacras reliquias descriptas & designatas invenimus in acta visitationis, quam instituit Illustrissimus Brugensium Episcopus Dionysius Christophori, anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, mensis Julii die sexta. D

& eas postmodum requirentibus, authentica instrumenta.

94 Acta vero ista adjacebat majoribus istis ossibus una cum testimonialibus Reverendi in Christo Patris Domini Guilielmi, Dei gratia Episcopi Sareptani, suffraganei Tornacensis & Decani Ecclesiæ Collegiatæ sancti Salvatoris oppidi Brugensis, de anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, vigesima septima mensis Junii. Quas quidem Sanctæ virginis & martyris sacri corporis reliquias, postquam præsentium aspectui & sacri oculi veneration exhibuissemus, iterum in eodem feretro eas reposuimus & inclusimus ac ejusdem feretri utriusque partis ostium sigillo nostro ceræ rubeæ impresso, obductis linteis, quinque locis obfirmavimus, præsentibus Reverendo admodum Domino J. Bellinck, præfati oppidi Ghistellensis Pastore & Decano Christianitatis, ac variis aliis diœcesis nostræ curatis, totoque magistratu Ghistellensi ac aliis numerosissimis utriusque sexus Fidelibus. In cujus fidem hasce signavimus, & sigillo nostro ac secretarii nostri signatura muniri jussimus. Brugis hac XXIX. Septembris MDCCXIX. *Signatum,* E

HENRICUS JOSEPHUS Episcopus Brugensis,

Locus sigilli,

De mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini mei
LUD. DE WALE SECRET.

§. IX. De gemino feretro seu lipsanothecis Ghistellensibus, variis casibus & adversitatibus expositis, sæpius Brugas translatis & relatis, modo Ghistellæ asservatis, & quotannis exponi ac circumferi solitis. F

1. Lipsanotheca ornatior reddita.

EX *præmisso paragrapho, atque ex instrumentis authenticis illic productis, abunde liquet, primam thecam, in qua post elevationem anni* 1084. *repositæ sunt sacra* S. Godelevæ *ossa, fuisse* vasculum, *opinor arculam ligneam, haud dubie nonnihil exornatam, quæ pro Ghistellensium oppidanorum in Sanctam veneratione, renovata fuerit anno* 1380. Vasculum, *inquit charta*, in quo prima vice sanctum corpus prædictum erat impositum, renovatum fuit cum magna devotione parochianorum de Ghistella. *Non exprimit instrumenti scriptor Joannes de Fleurycourt, in quo consisterit ea thecæ renovatio; verum ex altera translatione anni* 1557. *per Guilielmum Episcopum Sareptanum, Tornacensem Suffraganeum facta, colligi videtur, lamellas argenteas sectam & ornatam fuisse, quas nempe sacrilegi fures ab ipsa theca avulserint. Tertii instrumenti verba sunt;*

a quo

A a quo (*antiquo feretro*) inſtigante maligno ſpiritu, ſacrilegi homines nocturna ſpoliatione detraxerant plurimum argenti. *Ex quibus manifeſtum eſt, vel in ipſa illa renovatione, vel certo eo temporis intervallo, quod ab anno* 1380. *ad* 1557. *effluxit, argento tectam aut ornatam, eam, quæ de loquimur*, S. Godelevæ *lipſanotheeam, quæ furum ſacrilegio illuſtrior emerſit: inde anim uata occaſio, novam argenteam conficiendi*, magnifice ornatam ſplendentibus lapidibus & deauratis laminis, *prout ipſum inſtrumentum diſertiſſime aſſerit.*

in terribili incendio 1488. *cum ſervata eſt;*

96 *Ad priorem capſam pertinent bini caſus, ſane mirabiles; alter, quem memoras Vitarum Belgicarum editor, in appendice ad Legendam Drogonis, deſumpta, ut ait, ex libris Officiorum eccleſiæ Gbiſtellenſis, ubi cap.* 21. *pag.* 21. *hiſtoriam illam narrat de tribus furibus, ſæpedictæ lipſanothecæ ſpoliatoribus. Alter traditur a citato etiam alibi Clerico Gbiſtellenſi, qui miracula perduxit ad annum* 1506. *Nimirum, quod in terribili illo incendio anni* 1488.

B *de quo & ante meminimus, dum flammarum vi, non templum ſolum, altaria & campanæ, verum etiam* ſacrophaga metallina, nec non ferrea candelabra, circumquaque collocata, dinrurno igne cremante, incinerarentur, & quaſi in nihilum redigerentur; attamen Redemptor noſter dilectæ ſuæ pignora, lignea capſa tenui argento contecta ac gemmis ornata, comprehenſa, ita intacta conſervavit, ut nec minimus lapillus pretioſus rumperetur. *Illuſtre profecto miraculum, de quo nec monumenta Gbiſtellenſia, jam citata, nec vitæ Belgicæ, quantumvis extenſæ, uſquam meminerunt, cum tamen ea auctoritate nitatur, ut in præfatiuncula ſua teſtatur Clericus ille, ſe talia ſolum ſcribere*, quæ oculis propriis vidit, vel ab illis, quibus ea contigerunt, ſub juramento accepit. *Et potuit certe funeſto iſti incendio anni* 1488. *intereſſe, qui anno* 1506. in eccleſia parochiali B. Mariæ de Ghiſtella *adhuc* converſabatur, *cujus tractatulum, a me inter miracula integre prodeundum, Gbiſtellenſibus hactenus ignotum fuiſſe, mirari ſatis*

C *nequeo.*

poſtmodum a furibus ſpoliata,

97 *Ad alterum prodigium quod attinet, narratur id quoque in vita maxima Belgica edita* 1619. *iſdem prope in utraque editione verbis, quæ hic latina facio.* Contigit nocte quadam, ut tres fures irruperint in templum, ubi ſacra S. Godelevæ oſſa aſſervabantur in theca, rutilantibus lapillis ac nitente auro exornata, & quatuor pedibus leoninis, ex argento fuſis, ſuperpoſita. Dum autem fures iſti prædictæ thecæ propius ſe admoverent, argentum inde avulſuri; mirum dictu, quod tamen a viris fide dignis aſſertum eſt, erexit ſe capſa in pedes poſteriores, duobus prioribus, acſi vixiſſet, ſe adverſus fures propugnans. Quo viſo, eorum unus audacior in lipſanothecam inſiluit, eique diſtentis tibiis, tamquam equo inſidens, inde laminas binas argenteas, quibus Apoſtoli duo inſculpti erant, violenter abſtraxit. Perpetrato ſacrilegio, fugam arripientes, dum ſe ex oppido evaſiſſe crederent, comperiebant ſe eo adhuc concluſos eſſe, cumque ſemel ac iterum conarentur erumpere, nihil magis ſe profeciſſe, mirati ſunt; ſic ut toto triduo errabundi, nec elabi, nec edere aut bibere, nec quidquam ad naturæ exigentiam peragere poſſent. Tandem furreptas laminas aurifabro exhibuerunt, orantes ut eas a ſe redimeret. Hic vero eas e theca S. Godelevæ furtive ablatas agnovit, atque ex altercatione excitato clamore, populus vicinus mox concurrit, compulſique fures, crimen aperte faſſi ſunt: quod nobili genere orti eſſent, condonato mortis ſupplicio, exulare juſſi ſunt.

D Auct. J. B. S.

98 *Sic pari conſenſu memorant ambæ noſtræ Legendæ Belgicæ, nullo certo tempore aſſignato, quo res tam mira contigerit, quodque adeo ex recitatis præcedenti paragrapho inſtrumentis, notanter ex tertio Saveptano, cum aliqua veroſimilitudine colligi poſſe videretur, ſi adjuncta utriuſque narrationis ſatis inter ſe conciliarentur. Cum enim in inſtrumento res inſinuetur, quaſi non ita pridem facta, conjicere utcumque liceret, ſacrilegos iſtos, forte hæreſeos fuligine jam tum afflatos, ſeclus attentaſſe circa annum* 15 0. *ut tempus relinquatur novæ capſæ fabricandæ exornandæque neceſſarium, in quam anno demum* 1557. *altimo repoſitæ fuerint ſacræ S. Godelevæ reliquiæ. Atque hæc per conjecturam dicerentur, ex aliquali convenientia inter hiſtoriam Legendarum Belgicarum & textum inſtrumenti Saveptani. Aliqualis, inquam, convenientia; nam ſi ſtrictius accipiuntur ipſius inſtrumenti verba*, a qun (*feretro antiquo*) inſtigante maligno ſpiritu, ſacrilegi homines nocturna ſpoliatione detraxerant plurimum argenti, *amplius quid indicatur, quam avulſio* binarum laminarum argenteurum, quibus Apoſtoli duo inſculpti erant, *quæ cum ab aurifabro Gbiſtellenſi recuperatæ eſſent, reſtitus in integrum facile poterant, adeo ut ea cauſſa opus non fuerit, novum feretrum conficere, aut novo argento circumvеſtire. Adde, quod Legendæ Belgicæ paulo auguſtiorem faciant veterem illam thecam, quam auſus fuerit clericus Gbiſtellenſis, dum ſupra ait, anno* 1488. *eapſam* ligneam fuiſſe, tenui argento contectam.

cui an. 1557 *novæ ſubſtituta* 98.

E

F

99 *Utcumque rem explices, ex tam authentico diplomate ut certum admittere oportet, novum qualecumque, ſive argenteum ſive deargentatum feretrum Godelevianum, prædicto illo anno* 1557. *Gbiſtellenſium munificentia affabre factum; in quo, niſi vehementer fallor, ad hunc uſque diem, ſacræ S. Godelevæ exuviæ conſtanter depoſitæ fuerint, a nullo unquam Brugenſi Epiſcopo recognitæ aut viſitatæ ante annum* 1623. *ut in poſtremis Illuſtriſſimi Dionyſii Chriſtophori litteris expreſſe innuitur; quanto minus ex una theca in aliam translatæ. Difficultas non parva occurrit in eo, quod ſæpe dictum inſtrumentum tertium, ſeu Saveptanum, tam expreſſis verbis teſtetur, anno illo* 1557. reclusas fuiſſe *reliquias*, in novo feretro argenteo, magnifice ornato ſplendentibus lapidibus & deauratis laminis, *quod ſane de hodierna lipſanotheca, quam non ſemel accurate contemplatus ſum, dici omnino non poſſe, oculi teſtes prorſus evincunt; nam quanta quanta, lignea tota eſt, aureo panno veſtita, & aneis hinc inde columellis olim deauratis, ad ornatum potius quam ad firmitatem diſtincta. Ex adjecta delineatione, in æs inciſa, machinæ jam a ſeſquiſeculo & amplius perdurantis, ideam concipies, & rem facilius intelliges.*

novo feretro bodiedum ſuperſtes;

A

Auct. I. B. S.

D



E

B

Hic deſcriptio & repreſentatio.

100 *Aſpicis hic ædiculam, ut ita loquar, longitudine pedes circiter quatuor, latitudine unum, altitudine paulo plus quam duos continentem (quidquid delineatio oculos intuentium in dimenſionibus fallere videatur) cujus partes extenſiores panno aureo teguntur, latere uno ſtrangulationem, altero depreſſionem in aquam repræſentante. Aſſurgunt columellæ æneæ, olim, ut dicebam, deauratæ octo, quarum duæ utrimque, neſcio quam frontiſpicis ſpeciem referunt, cujus ſummæ pars incruſtatos habet lapides, referuntque inſignia tum oppidi Ghiſtellenſis, tum aliorum, qui verſimiliter ad primam capſæ fabricationem aliquid contulerunt. Latera anguſtiora, pro majori parte cupro deaurato obducta, columellas & ipſa ſuas, cum ſcutis gentilitiis oſtentant. Tectum ſuperius, forma antiqua ſeu Gothica, decoratur ornamento floreum quodammodo continuatorum, altitudinis trium fere digitorum, in aliis etiam partes decurrentium. Latus unum anguſtius parvæ & pertenui lamellæ argenteæ inſculptam exhibet epigraphen Flandricam, in qua id plane deeſt quod quærebatur potiſſimum, nempe quo anno aut facta aut reparata ſit toties dicta lipſanotheca. Sic ibi legitur:* Feretrum, in quo S. Godelevæ martyris corpus, reparatum Brugis A. M. .... *Si recte totum opus conſideravi & perſpexi, puto, exteriori iſti & apparenti tecto, alterum item ligneum impoſitum eſſe, in quo ſacræ reliquiæ aſſervantur, debitis ſigillis munitæ, quemadmodum in hujuſmodi thecis alias videre me memini. Cetera explicans adducta ſuperius inſtrumenta.*

C

Quomodo argentea dici potuerit.

101 *Reſtat modo difficultatis propoſitæ ſolutio, quomodo ſcilicet* feretrum argenteum *dici potuerit*, magnifice ornatum, *&c. anno 1557. in quo hodie vix argentei quidquam apparet, deaurati perparum. Cur autem confecta, idem prorſus numero feretrum hodie ſupereſſe, primo ratio eſt ipſa operis, jam plane ruinoſi vetuſtas, uſque adeo ut Ghiſtellenſes aperte profiteantur, de nova theca, eaque vere argentea, proxime deſignanda, ſeſe ſerio cogitare, in quam, anno poſt ultimam viſitationem centeſimo, quod eſt dicere poſt triennium, ſacra Patronæ ſuæ oſſa transferri velint. Altera ratio eſt, quod a nullo Epiſcopo Brugenſi, qui non diu poſt viſitationem anni 1557. eccleſiæ iſtius curam ſuſceperunt, aperta unquam aut recognita ſciatur fuiſſe ante annum 1623. ut prorſus aſſignari annus nequeat, quo ex argentea, ſi unquam fuit, in hanc ligneam ſacrum corpus transferri potuerit: eandem porro jam thecam exſtare, quæ erat a centum annis, in confeſſo eſt. Si quid igitur aut argenti puri aut laminarum deauratarum in ea theca olim fuerit, bellorum tumultibus & iconomachorum rabiei adſcribendum erit, quod modo eorum nihil ſuperſit. Neque vero mihi imaginor, ex ſolido argento fabricatam thecam anno 1557. ſed ita procul dubio ornatam fuiſſe, ut deargentata & deaurata omnia, cum ſuperſtitibus lapillis aliiſque lucentibus oculos intuentium ſic paſcerent, ut argentea & aurea omnia apparerent. Siquis aliter ſentiat, evertenda ipſi ſunt argumenta, quibus ſatis tuto nos innixi exiſtimamus.*

Obſolita ut plurimis locis deperiit deinde.

102 *In iis bellorum furiis, quibus ſeculo* XVI. *& principio ſeculi* XVII. *agitata eſt Flandria, variis locis latuiſſe ſacram thecam, certum eſt. Fugerant ex cœnobio ſuo Ghiſtellenſes ſanctimoniales anno 1577. ſub id tempus Brugis receptæ; apud quas lipſanotheca annis aliquot remanſiſſe, uſque ad 1623. fidem* F *facit jam dictum inſtrumentum Illuſtriſſimi Chriſtophori, dum ait,* eaſdem ſacras reliquias, ex monaſterio S. Godelevæ Brugis exiſtente, ubi ob deploranda belli tempora aſſervabantur, *Ghiſtellam tranſportatas fuiſſe. At enim multis aliis locis prius depoſitæ fuerant, antequam Illuſtriſſimus Rodoan eas ad dictum monaſterium deferri curaſſet. Nam ut narrat editor vitæ majoris Belgicæ contractæ cap. 51. pag. 66. dum furente hæreſi Calviniſtarum & monaſterium & eccleſia Ghiſtellenſis ab iis anno 1577. deſtructa fuiſſent, prædictas reliquias inde quæſivere milites Catholici ex præſidio Cortracenſi, qua in urbe cuſtodiæ ſunt uſque ad annum 1589. Brugas dein allatæ, committuntur fidei R. D. Andreæ Pannis, tbidem ad B. M. V. collegiatam Canonici; quo poſt annum vita functo, quievere in domo Pauli Sorge, dum viveret, Ghiſtellenſis ſcribæ, uſque ad annum 1604. quo demum jam dictus Illuſtriſſimus Rodoan, viſitaſe feretro calvariæ, ut mox patebit, & hoc & iſtud tranſferri juſſit ad monaſterium S. Godelevæ, quod jam Brugas tranſmigraſſe diximus.*

103 *Cui*

A

& poſtea Brugas & Ghiſtellum vitro circumquaque defertur.

103 *Cur poſt annum 1613. exſurgentibus aliis in ea Flandriæ parte bellorum tumultibus, ad idem S.* Godelevæ *cœnobium, ubi tamdiu depoſitæ fuerant, denuo relatæ non ſint, fugio pluribus inquirere: ex reſteſtis epiſcopatus Brugenſis id plane conſtat, non diu Ghiſtellæ remanſiſſe præfatas reliquias*, ſed propter quotidiana pericula & tumultus horum temporum, atque inimicorum incurſus, *initus eſt anno 1632. contractus inter Illuſtriſſimum Quinckerium & Baronem Ghiſtellenſem ac communitatem, ut feretrum S.* Godelevæ, *non amplius Ghiſtellæ aſſervaretur, ſed obtento conſenſu Decani & Capituli eccleſiæ collegiatæ S. Salvatoris Brugis*, in loco archivii *collocatum eſt, unde quotannis, de Illuſtriſſimi licentia, & ſub ſyngrapha eorum, qui Ghiſtellæ deputarentur, efferri poſſent, non diutius ſeris retinendæ, quam ad tempus ſolemnitatis*, a VI. *Julii ad* XXX. *diem ejuſdem menſis. Ita teſtantur articuli varii præfatorum regeſtorum, a me deſcripti, ex quibus liquet, annis multis continuis ſic a Ghiſtellenſibus receptas, ſic porro conſtanter relatas fuiſſe. Obſervavi inter alia, nonnumquam ſolum caput auferri permiſſum, nec ante anno* 1639. *forte quod tunc graviora pericula imminerent: ſaltem timerentur.*

Feretrum minus ex argento confectum.

B

104 *Non memorabo hic controverſias motas, quæ ſuper prædicto feretro ſubinde exortæ ſunt, ſic ut Dominus temporalis*, Comes de Ghiſtelle, *idem ad ſe deferri voluerit: hoc ad rem noſtram parerga exiſtimo; ad mihi exploratiſſimum eſt, Ghiſtellenſes zeloſos eſſe & pervigiles ſacri ſui theſauri cuſtodes. Præter deſcriptum jam a nobis majus ſacri corporis feretrum, eſt & aliud minus, idque vere ex argento conflatum, quo* S. Godelevæ *calvaries incluſa eſt. Facem refert femineam cum humeris & parte pectoris, relicto in ſummitate rotunde foramine, ubi per vitrum caput apparet, cui corona ex floribus contexta imponitur. Quo tempore vertex a reliquo corpore ſejunctus fuerit, muſquam traditum reperio; veroſimile eſt e theca extractum anno* 1380. *id me certo docet citatum regeſtum*; anno MDCXXVI. III. Julii Reverendiſſimum (*Dionyſium Chriſtofori*) repoſuiſſe reliquias capitis S. Godelevæ V. & M. ex theca cuprea deargentata, qua aſſervabatur, in argenteam, deforis vultus feminei, cum parte humerorum formam exprimentem, a ſe dono datam. Incluſa acta hujus repoſitionis tranſfixa litteris Reverendiſſimi D. Caroli Philippi de Rodoan quarti, dum viveret, Epiſcopi Brugenſis, fidem de veritate harum reliquiarum adſtruentibus. *Inſignia ſua merito appoſuit Illuſtriſſimus donator, quæ etiam hodie in interiori parte apparent. Facies ſubnigra mihi viſa eſt, forte quod peregrinorum pie inſixis oſculis, cum colorem contraxeris. Ad evellendos incredulorum ſcrupulos, litteras ipſas Illuſtriſſimi Rodoan hic inſerendas putavi. Sic ipſe loquitur.*

C

quod anno 1604. reperiebatur ſanctum.

105 Carolus Philippus de Rodoan, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Brugenſis, univerſis & ſingulis has litteras viſuris, lecturis ſeu legi audituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, coram nobis comparuiſſe in præſentia Reverendorum Dominorum Petri Pantini, Decani inſignis eccleſiæ collegiatæ ſanctæ Gudilæ oppidi Bruxellenſis & Vicarii Generalis exercitus ſuarum Celſitudinum; & Servatii Quinquerii, Arnoldi a Mechlinia, reſpective Archipresbiteri & Pœnitentiarii eccleſiæ noſtræ cathedralis, nec non Burgimagiſtrorum, ſcabinorum, conſulum & ſcribæ oppidi Ghiſtellenſis; Iſabellam, filiam piæ m. Pauli Sorghe, dum viveret, graphiarii dicti oppidi Ghiſtellenſis, quæ, prævio juramento ſolenniter præſtito, declaravit, calvariam a multis annis in ædibus dicti Pauli, patris ſui, ſedulo conſervatam fuiſſe pro reliquiis ſanctæ Godelevæ martyris; neque aliquid circa eamdem mutatum aut factum, ratione cujus ſuſpicio alicujus mutationis aut ſuppoſitionis cadere poſſit: ut merito pro vera & genuina calvaria dictæ beatæ Martyris haberi, venerari & coli debeat: atque eo magis, quod examinata capſa, cui dicta calvaria incluſa erat, invenerimus in eadem ſchedulam, antiquo eharactere, hæc verba continentem: Dyte Sodelieben Hoeft te Ghiſtelé dede in ſilver beſtaen de heoghe endemegende heere / Myn heere Met Jan van Ghiſtelé anno MCCCXCII. In quorum omnium & ſingulorum fidem, præſentes ſigilli noſtri appenſione ac ſecretarii noſtri ſubſcriptione juſſimus ac ſecimus muniri. Actum Brugis anno milleſimo ſexcenteſſimo quarto, die menſis Septembris decima quarta. In plica ſcriptum erat de mandato Reverendiſſimi Domini prædicti, Philippus de Lepelaere ſecretarius, & ſigillatum ſigillo dicti Reverendiſſimi Domini pendente ex duplici cauda pergamenea. *Ita apographum.*

D

Auct. J. B. S.

E

Vigilis obſervatores ſuadet Ghiſtellenſes.

106 *Ambarum thecarum Ghiſtellenſium repoſitorium ſic depingit A. R. D. Franciſcus Bollinck, modernus parochus, & Ghiſtellenſis diſtrictus decanus, viſitationem ſuam deſcribens, non ita pridem factam.* In ſacriſtia, *inquit*, reliquiæ S. Godelevæ aſſervantur, ioclulæ duabus valvulis cancellatis ferreis, cum tribus ſeris. Primæ clavem habet Paſtor, ſecundæ Comes, tertiæ magiſtri capellæ S. Godelevæ, & duabus valvulis ligneis cum una ſera, cujus clavem habet ſolus Paſtor. Ita ordinatum in Concilio Flandriæ: *a quo haud dubie compoſitæ fuerint ea, de quibus paulo ſupra meminimus, controverſiæ. Dum prædictæ reliquiæ* VI. *Julii & diebus ſubſequentibus uſque ad* XXX. *populi venerationi patent, feretrum minus argenteum menſæ impoſitur, altari* S. Godelevæ *proximæ, ad cornu Evangelii; theca major, duobus fulcris ligneis ſuſtentatur, ferme in medio ſacello ſeu navi proxime deſcribenda. Et minoris iſtius feretri delineationculam poſtulaveram, quæ cur adjecta non fuerit, cum levis eſſet jactura, quærere ſuperſedi. Res eſt pro aurifabri arte compoſita, haud multum diſſimilis virgineæ illi faciei, quæ lepſanothecæ graciori ſanctimonialium Brugenſium ſuperpoſita, paulo inferius conſpicienda exhibetur.*

F

§. X. De hodierna ſolennitate in eccleſia Ghiſtellenſi, incredibili populi concurſu a VI. Julii ad XXX. ejuſdem menſis, eleganti facello & puteo ſalutari.

Flandros ſumma in Sanctos pietas.

BElgas Catholicos, *eos potiſſimum, qui Flandriam incolunt, zeloſos eſſe in paucis Sanctorum cultores; adeo pervulgatum eſt, ut fruſtra ſit argumenta in eam rem congerere. Varias ab iiſdem ad varia patriæ ſanctuaria peregrinationes ſuſcipi, ad obtinenda cæleſtium iſtorum ſpirituum in variis neceſſitatibus, morbis & anguſtiis patrocinia, notiſſimum item exiſtimo. Sanctos inter Sanctaſve omnes, qui tota ea, quam late extenditur, patria præſentiſſime colantur, nullam invenire eſt, cujus vene-*

Digitized by Google

AUCT. J. B. S.

A *neratio & miraculorum prope continuorum fama latius extenſa ſit, quam* S. Godelevæ *gloria, utpote ad cujus reliquias, ex omnibus ferme totius Flandriæ urbibus, oppidis & pagis, toto quidem anni decurſu, ſed in natali potiſſimum celebritate* VI. *Julii, & diebus ſubſequentibus uſque ad* XXX. *ejuſdem menſis, majori numero & apparatu cives certatim & ruſtici confluant, adeo ut teſte R. D. Parocho & diſtrictus Ghiſtellenſis Decano, alibi a nobis laudato, qui jam per annos octo & triginta viueam iſtam excoluit, bis aut ter mille homines, ipſa* VI. *Julii ad eccleſiam parœcialem conveniant, præter alios, qui forte majori numero ad vetus ſanctimonialium cœnobium, (quod vulgo* Putten *dicitur, a foſſa, apinor, in qua* S. Godeleva *ſuffocata fuit) media circiter leuca ab oppido diſſitum, ex omni parte ingenti confluxu accurrunt, hauſturi ibidem ſaluberrimam aquam, uti ſuo loco dicemus.*

Ghiſtella generatim à Julii menſe dicta.

108 *Hic eam ſolum ſolennitatem præ oculis habemus, quæ in ipſa eccleſia Ghiſtellenſi celebratur, cuique ipſe interfui* VI. *Julii anno* 1719. *non ſine ſumma admiratione ob tantam populi multitudinem, quæ unde eo confluxiſſet, non ſemel incolas interrogavi, a quibus id reſponſi habui, mediocrem*

B *eo die hominum turbam conſpici; longe plures aliquando convenisse, & quotannis convenire ſolites, Brugis præſertim, vicino Aldenburgo, Oſtenda, Neoporto, quin & Furnis, Dunkerca, Bergis S. Winoci, Belliole, Ipris, Cortraco, Gandavo, Iuſuſulis, Tornaco aliiſque locis multo etiam remotioribus; tanta nimirum eſt Flandrorum quodammodo omnium in* S. Godelevam, *tamquam communem totius regionis patronam, tanta, inquam, in Sanctam ac pereunis fiducia. Et quamquam pleriſque illis in urbibus vel oppidis ipſiuſmet Sanctæ reliquiæ aliquæ honorentur, quin & in pagis vicinque nonnullis, ita tamen inter incolas receptum videtur, acſi ejus rei vote ſe obſtrinxiſſent, ut ſcrupule ſibi ducerent, ſtatis illis temporibus ad* S. Godelevæ *feſtivitatem Ghiſtellam non perrexiſſe.*

Sequenti multitudini eo confluxus.

109 *Teſtis ipſe fueram die* V. *Julii, ſeu in Sanctæ pervigilio, multorum Gandenſium in* S. Godelevam *Chriſtianæ fiducia, quos peregrinationi Ghiſtellenſi intentos, comites habueram in navi vectoria, Gandavo Brugas & vice verſa quotidie provehi ſolita, ubi & incommoda ſua palam narrabant, ob quæ Ghiſtellam peterent, tametſi Gandavi præſens adeſſet remedium, in iis, quas in parvo Beghinaſio (hoc eſt virginum conventicum hoſpitio) ſequenti proxime paragrapho ſumma veneratione coli oſtendemus, celeberrimis* S. Godelevæ *re-*

C *liquiis. Supplicum iſtorum non paucos agnovi, dum feſto ipſo die Ghiſtellæ una commorarentur. Non minor Brugenſium in Sanctam religio, ad cujus ſacrum ſanguinem apud Sanctimoniales, tote feſtivitatis tempore perpetua ferme ſupplicatio; quæ tamen unquam impedit, quo minus die ſolenni* VI. *Julii, civium non minima pars Ghiſtellam exurrat: eadem de reliquis vicinis oppidis eſte ſententia. Id equidem ſancte profiteri poſſum, me numquam in tam exiguo loco, tot homines certatim commeantes, tot rhedas, currus, eſſedas & id genus vehicula collecta vidiſſe, ut vix ſpatium ſupereſſet, quo commode pateret tranſitus: in vas porro Ghiſtella ad vetus monaſterium ſeu puteum ducente, continua prope & concatenata ferme peregrinantium ſeries.*

Par feſtivitati apparatus.

110 *Par eſt tantæ celebritati religioſus templi Ghiſtellenſis apparatus, par confluentis populi exſpectationi ſolennitas, ad pietatem compoſita omnia. Officium proprium eccleſiaſticum etiam in parœciali* D *Ghiſtellenſi de* S. Godeleva *recitatum olim fuiſſe, puto eſſe indubitatum, tametſi fortaſſe nemo ſatis hodie diſtinxerit, quod aut quale ex eccleſiæ proprium fuerit, aut in quibus diverſum a monaſtico cœnobii ſanctimonialium. Non uno eodemque ritu, nec ſub iiſdem aut formulis aut lectionibus, utrobique celebrari ſolitum, probant, ut ſollor, diverſa ipſa Officia, apud hodiernas religioſas Gelevianas reperta, quæ nemo admiſcerit, in eodem veteri monaſterio, ſaltem eodem tempore uſitari potuiſſe: unde ſubit merito ſuſpicari, nonnulla propria fuiſſe cœnobie ipſi, alia Ghiſtellenſi clero, (ubi capellanias ſeptem fundatas novimus, quas inter ordine tertia* S. Godelevæ *ſemper dicta fuit) ei, inquam, clero propria aliqua fuerint; alia fortaſſe locis aliis, in quibus per ea tempora ſingulares haberentur feſtivitates, de quibus modo, poſt patriam univerſam toties devaſtatam, nulla certa ſuperſit notitia. Sed de Officiis & Miſſa ſatis dictum eſt* §. 8.

Solenne Officium & Miſſa.

111 *Id ubi imprimis obſervavimus, Miſſas* E *proprias & Officia iſta antiqua omnia jam obſoleta eſſe, veroſimiliter a primis Brugenſibus Epiſcopis, ex præſcripto Concilii Tridentini & bullarum S. Pii V. prorſus abrogata, ut pronde nec Ghiſtellæ, nec in Godelevano Brugenſi cœnobio propriis hodie quidquam de* S. Godeleva *uſurpari poſſit. Hora canonicæ dicuntur de communi Virginum primo loco, quas ſequi neceſſe eſt, Miſſam ejuſdem ordinis*, Loquebar de teſtimoniis tuis, *cum oratione*, Deus qui inter cetera, *ut de ſanctæ Patronæ illibata virginitate nullum iſtic dubium ſupereſſe intelligamus. Primo feſtivitatis die*, VI. *Julii, duplex eſt primæ claſſis, ſeu feſtum ſolenniſſimum cum Octava: porro die Exaltationis*, Julii XXX. *ſit iterum de Sancta ritu duplici ſecundæ claſſis; atque die illo utroque, eſt feſtum obligans ſeu de præcepto, ex immemorabili præſcriptione, ut verbo & ſcriptis teſtatus eſt R. D. Paſtor & Decanus Ghiſtellenſis, piis nimirum* S. Godelevæ *clientibus ad feſta illa celebranda ultro & certatim properantibus, quod a pluribus ſeculis uſu inviolabili receptum fuiſſe, etiam patebit infra ex miraculis, ab eo Ghiſtellenſi clerico deſcriptis, qui ipſe ab anno* 1488. *ad* 1506. *perduxit; inter quæ reperietur miranda alicujus punitio, qui feſtum exaltationis* B. Godelevæ *ſervilius laborando violaverat. Eſt miraculum ordine ſecundum in claſſe ſecunda.*

F

Sanctæ cum templo ſuum.

112 *Ad ſanctiſſimæ ſuæ Tutelaris venerationem & cultus celebritatem, poſtremis hiſce annis contulere devotiſſimi alumni quidquid eo loci deſiderari poſſe videtur. Cum tota magnifici templi machina, excepta turri, olim deſtructa fuiſſe dicatur, & ſic adhuc manſiſſe anno* 1609. *ut memorant regeſta epiſcopatus Brugenſis, ubi eo anno ita legitur:* VI. Julii Reverendiſſimus in feſto S. Godelevæ profectus Ghiſtellam, interfuit ſupplicationi, viſitavit . . . eccleſiam diruram præter muros & columnas: *cum, inquam, ita olim jacuerit, etiam hodie tota ſua anteriori parte quouſque ad turrim protenditur, nonniſi diruros muros & columnas exhibet. Verum tres naves poſteriores reſtituæ ſunt, quarum media eborum conſtituit amplum & capacem, ſedilibus ſuis ornatum, altari principe dedicato Patronæ Eccleſiæ, ut ſupra diximus, B. M. Virgini Aſſumptæ, quod in aliqua notabili ſui parte mutatum & reſtauratum conſecrari vidimus ab Illuſtriſſimo moderno,*

dum

A *dum in dicta feſtivitate parrociam ipſam viſitaret, quo eodem tempore & S. Godelevæ aram, in navi propria ſeu ſiniſtra, a fundamentis non ita pridem erectam, eidem etiam ſacris aptam reddidit.*

113 *Porro facellum, ut ipſi vocant, ſeu potius navis Godelevæana, ceteris multo elegantior, ſiniſtrum templi latus occupat, jam dicta ara, perquam magnifica, locum non parum exornante. Picturæ* elegantes circumquaque ornatæ.

B

C

aptiſſime per ordinem diſpoſitis, queis præcipua Sanctæ miracula ſatis artificioſe exprimuntur, præclarum utique Ghiſtellenſium in ſanctiſſimam ſuam Patronam devotiſſimæ propenſionis argumentum, eorum præcipue curatorum, qui magiſtri capellæ S. Godelevæ & adminiſtratores nuncupantur, accepi, opinor, ex pia illa zelatorum confraternitate, quam merito locis ſupra citatis imponſe laudavit Sanderus, de Ghiſtellenſium rebus optime meritus. Ligneis repagulis affabre factis, tota ea navis anteriori ſui parte ita occluditur, ut deforis acceſſus nemini pateat, niſi ut ducibus, quibus ſolitus ad Sanctam concurſus fieri conſuevit.

Puteus libidem aquam piſtus.

114 *Aquam præcipue morbis propulſandis ſalutarem, ex cœnobis, quod* Pitkens *ibi nuncupant, famoſiſſimo puteo hauriri diximus dicemuſque deinceps; quo medicinali ſubſidio ne ii careant, quibus ad vetus iſtud monaſterium pergere quandoque otium aut facultas non eſt, altus in præfata Godelevæana navi puteus ſupplevit, qui olim in propatulo expoſitus, deformem reddebat eam, qua de agimus, navem ſeu facellum, feneſtra in ipſo templi extimo muro patente, per quam, clauſo etiam dicto templo, urceis a tranſeuntibus hauriri poterat. Incommodis omnibus proſpectum eſt, & puteum ipſum & feneſtram occludendo, muroque ante navis repagulum fabricato, cujus ope facilius aqua ipſa educatur ad ſubſidium & ſolatium advenarum peregrinorum, quos ibi magno numero prædictam aquam haurientes aſpexi. Quærebam curioſius, quam aquæ iſti virtutem meſſe crederent, cum verus S. Godelevæ puteus, non ibi, ſed quo extincta eſt loco, vim morbifugam habere crederetur, non vero aqua, quæ ſepulcro fuiſſet vicinior. Repoſitum eſt; etiam aquam iſtam a peregrinis potari, multaque inde referri beneficia, quod prædicto puteo immerſæ eſſent Sanctæ ipſius reliquiæ, unde & benedicta & ſalutaris reddita eſſet.*

Per Sanctæ reliquias e nobis relatas benedicta.

115 *Opportune accidit, dum Ghiſtellæ agerem, ut ipſamet illæ reliquiæ, puteo immergi ſolitæ, in Illuſtriſſimi Epiſcopi manus devenerunt. Eas repetebam foſſores, qui biduo aut triduo ante puteum repurgaverunt, ne in magna, ut tum erat, ſiccitate, aqua poſtulantibus deeſſet. Cylindrum contemplati ſumus permodicum, digiti annularis craſſitiem & longitudinem non excedentem, vitro utrimque argenteis circulis ornato, qui ubi ſolutus eſſent, apparuit vitrum cera obductum, qua extracta, invenimus involucrum membraneum, pereximiam oſſis ſacri particulam continens, at nullo tamen teſtimonio aut ſigillo munitam, ut bona fide hæc omnia facta perſpicias. Catenula argentea, ad utrumque cylindri caput affixa, anſam præbebat, qua puteo muro affixa, ſic perpetuo cylinder totus aquæ immerſus maneret, eaque ratione virtus aliqua medicinalis in elementum communicaretur; quemadmodum nobis expleuere ſanctimoniales Brugenſes, aquam ſeſe agrotis præbere, cui pari ratione immerſæ eſſent ſacræ S. Godelevæ reliquiæ: quod exemplo fuiſſe creditum Beghinis Gandavenſibus, aliiſque locis, ubi eadem aſſervantur, ut ibi undæ, per ſacra ipſa benedictæ, non minus quam ad Ghiſtellenſem verum puteum ſalutiferæ conferentur, Deo per S. Godelevæ merita, bonarum bonorum fiduciam haud dubie compenſante.*

D Auct. J. B. S.

E

F

Solemnis ejus ſupplicatio

116 *Hunc paragraphum coronidem imponam ac feſtivitatis parti, quæ ad Sanctæ celebritatem confert potiſſimum, nempe ut venerationis publicæ teſtimoniis, quæ & ſacra & communia ſunt. Fit inter plura alia, inquit R. D. Paſtor & Decanus, ſolenne ſacrum circa horam decimam, intra quod concio, poſt ſolennis ſupplicatio cum reliquiis. Claudit Venerabili, quod per Paſtorem circumfertur, ambitu plano & amœno, ſed ſatis magno. Celebritatem cohoneſtavit Illuſtriſſimus ipſe Epiſcopus, ſtatis ceremoniis ad templum a magiſtratu ductus, ubi paſtorali prædicatione, ingenti zelo & fervore, pro referti ſſima concione habita, ad aram pontificaliter operatus ipſe in ſupplicatione parochi vices ſuppleri voluit, anguſtiſſimum Sacramentum ut ferens, ex peractis jam officiis quantumvis fatigatus. Verum abundum agmen ducebant ipſa oppidi ſodalitia, & S. Godelevæ, per virginem aliquam repræſentatæ,*

con-

A confraternitas, atenſis ſedibus, modeſto omnes & habitu & inceſſu. Venerabile Sacramentum præcedebat AUCT. J. B. S. lipſanotheca major a duobus PP. Capuccinis, ſtola indutis bajulata; minor a binis ſacerdotibus ſecularibus, pluvialia geſtantibus; pone ſequente intredibili multitudine tum incolarum, tum peregrinorum confluentium, ſummo ordine & ſpectabili modeſtia.

§. XI. De S. Godelevæ reliquiis, variis locis per Belgium venerationi expoſitis, & in nonnullis magno populi concurſu frequentatis.

Præcipua S. Godelevæ reliquiæ

S*Acras ſanctæ Virginis & Martyris pleraſque omnes exuvias ſeu ſacra oſſa Ghiſtellæ & in Ghiſtellenſi parœciali eccleſia, primis ſeculis conjuncta*
B *manſiſſe, vel inde colligitur, quod nulla aut certe gariſſima veſtigia uſquam apparerent cultus alicujus, alibi ipſis exhibiti, quæ ſeculo* XVII. *proxime præterito, multa antiquiora ſint. Scio, Gandavi in minori Beghinaſio, ut Belgice vocamus, ſeu virginum congregatione, exſtare teſtimonium, paulo infra ſuo loco referendum, ex quo conſtat, partem aliquam concreti ſanguinis, amico cuidam dono datam ab abbatiſſa Ghiſtellenſi anno* 1548. *Scio in eccleſia Neoportenſi, de eodem ſanguine fuiſſe, jam inde a ſec.* XV. *At de iis reliquiis hic proprie non quærimus: in eo verſatur noſtra inveſtigatio, utrum in ulla alia, extra Ghiſtellam, eccleſia, legitima authoritate expoſitæ aut honoratæ fuerint, ante viſitationem ſeu recognitionem ab Illuſtriſſimo Chriſtophoro factam* VI. *Julii* 1623. *Anceps ſane quæſtio, cum pluribus locis per Flandriam & finitimas regiones, Sanctæ hujus reliquiæ haberi paſſim, qua quando, unde aut quomodo eo advenerint, nemo hodie facile explicet, ut proinde nec divinari poſſit, quo tempore aut qua occaſione ex alterutro feretro ſint acceptæ. In regeſtis epiſcopatus Brugenſis, ad* VII. *Januarii* 1615. *habetur*: Reverendiſſimus (*Rodoan*) dedit Abbati S. Joannis Ipris reliquias S.
C Leodegarii & Chriſtolii Pont. & Mart. Vincentii martyris, Arnulfi Pont. confeſſoris, S. GODELEVÆ VIRGINIS ET MARTYRIS. *Qua poſtrema, an oſſium, an ſanguinis fuerint, non ſatis diſtinguo.*

Ghiſtellæ manſiſſe videntur uſque ad ſec. XVII.

118 *De cetero, ſaltem negative, & ulterioris indagationis gratia, fas eſt arguere, ex eo, quod poſt adhibitam ſedulam diligentiam, nobis hactenus non conſtet, hujuſmodi pignora, præter jam dicta Iprenſia, alio tranſlata, religioſam venerationem habuiſſe, ante jam dictam epocham anni* 1623. *Certe ſi mecum loca percurreris, in quibus de* S. Godelevę *reliquiis certi aliquid repertum eſt, ut Brugis ad S. Andreæ & in abbatia Eecboutana, Gandavi in Beghinaſio & in ſacrario eccleſiæ cathedralis, in Sleydinghe & Pitthem; Tornaci, Namurci, Ipris, Cortraci, Bellioli, Oſtendæ; ea omnes præfinitum tempus ætate non ſuperant; ut ſi forte alicubi aliæ exſtent, illis antiquiores, id tuto affirmare poſſimus, ad noſtram notitiam non pervenerit; præterquam quod veroſimillimum ſit, nonnullas partes ſeu particulas ſacri corporis communicatas fuiſſe cum Ghiſtellenſi ſanctimonialium cœnobio (vulgo* Pitſens *dicto) unde forte in alias manus derivari potuerint; & viciſſim ab iſtis virginibus partes concreti ſeu calcinati ſanguinis, in antidorum, paræciali eccleſiæ conceſſas. Licebit hic ea tantiſper ſupponere, donec aliunde melius edoceamur.*
D *De aliis Gandavenſis Cathedralis reliquiis, olim ab Epiſcopo Janſenio, ac nuperrime ab Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Philippo Erardo vander Noot recognitis, uti & de Mechlinienſibus tirocinii noſtri agetur infra. Non negamus, alibi recondeas, ſed peculiari cultu honoratas fuiſſe ante prædictum annum* 1623.

poſt an. 1623. in variis partes diſtributa.

119 *Quæ & qualia oſſa in lipſanotheca Ghiſtellenſi integra ſuperſint, vocitata ſuperius inſtrumenta non explicant: id conſtat ex authentico Illuſtriſſimi Chriſtophori, de ſua viſitatione confecto,* eaſdem ſacras reliquias, balſamo odorifero conditas, & in octo faſciculos, rubro ſerico & filis aureis obductos, diſtinctas, iterum in eodem feretro repoſitas & incluſas. *Diſtinguit acta poſtrema Illuſtriſſimi moderni, oſſa minora ab octo iſtis faſciculis ſejuncta. Porro fatetur idem Illuſtriſſimus Chriſtophori, ſe nonnullas ex Ghiſtellenſi feretro partes offium ſibi deſumpſiſſe,* in præſentia Dominæ temporalis, & magiſtratus populique Ghiſtellenſis. *Demum ex ipſius regeſto cognovimus, partes alias indidem acceptas, donatas fuiſſe* Domino temporali, Abbati S. Andreæ, & Capitaneo Camargo; *ut qui ſocer eſſet Baronis Ghiſtellenſis, ejuſque quodammodo nomine ſolemnitati adſtitiſſet. Adfuerat quoque prædictæ viſitationi* R. D. Joannes vande Velde archipresbyter (*eccleſiæ Brugenſis*) nomine &
E ex commiſſione Maximiliani Tornacenſis E. piſcopi, *Ghiſtellenſis eccleſia, cum præfato ad S. Andreæ abbate, alternatim patroni; quo titulo, epinor ei traditam fuiſſe* partem ex ſpina dorſi dicti corporis S. Godelevæ virginis & martyris, pixidi, rubro ſerico obductæ & acu pictæ, incluſam, *quam ad Illuſtriſſimum Tornacenſem,* qui eas, *reliquias,* poſtulaverat, *deferret, ut patet ex regeſto f.* 3. *verſo, & ex inſtrumento dato Brugis* anno Domini MDCXXIII. menſis Auguſti die decima ſeptima.

120 *Inquiſitum Tornaci, quo poſtmodum* pars *illa* ex ſpina dorſi *deveniſſet; procuratumque per R. P. Joannem Baptiſtam di Waudripont, collegii illic noſtri Rectorem, a venerabili Capitulo authenticum teſtimonium de ejuſdem exiſtentia in ſacrario cathedralis B. M. Virginis, quod in honorem Sanctæ juverit hic totum tranſcribere; ſic ſonat*; Præſes, vacante decanatu, & Capitulum Cathedralia eccleſiæ Tornacenſis, omnibus, &c. Notum facimus & atteſtamur, quod in theſauraria eccleſiæ Cathedralis Tornacenſis, in armario novo, infixo in pariete, a latere dextro ingreſſus, ſive a parte Epiſtolæ, aſſere quarto ſeu baſi, numero lexto, reperiatur capſula coriacea, in qua recluditur re-
F liquiarium omnino cryſtallinum, circumcinctum circulis aureis, ex dono Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. Maximiliani Villani à Gandavo, dum viveret, Epiſcopi Tornacenſis. In uno quidem reliquiario requieſcunt reliquiæ S. Piati, & ſpina dorſi ſanctæ Godelevæ, quibus adjunctum eſt ſigillum aureum ſupradicti Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi ejuſdem D. Maximiliani Epiſcopi; & præfatæ reliquiæ quolibet anno exponuntur veneratio-ni fidelium in prædicta noſtra Cathedrali eccleſia. In quorum fidem præſentes litteras, per alterum ſecretariorum noſtrorum expediri ac ſigillo noſtro muniri juſſimus. Datum in loco capitulari die IV. Septembris anno MDCCXIX.

Quæ unquam miſſa fuerint ad Epiſc. Tornacenſem.

De

A De mandato Ampliſſ. & Venerabil. DD. *Signat* Van Melle ſecret. *& apponitur* ſecretum Capituli eccleſiæ Tornacenſis.

121 *Miſſæ fuerant Tornacum reliquiæ* XVII. *Auguſti* 1623. *non multa poſt, nempe die* IX. *Februarii anni* 1624. *ſæpe dictus Illuſtriſſimus Chriſtophori*, deſideratos latisfacere pio devotionis affectui, quem perilluſtris ac Reverendiſſimus D. Antonius Trieſt, Epiſcopus Gandenſis, gerit erga ſacri corporis reliquias S. Godelevæ virginis & martyris, *eidem* dono dedit & tranſmiſit notabile & integrum os ex ſpina dorſi dictæ Sanctæ. *De eo meminit alicubi Sanderus, atque ex affixi iſtius tenuitate arguit*, S. Godelevam *exigua fuiſſe corpore, contra quam teſtetur Anonymus, vitæ majoris ſcriptor, qui num.* 17. *eam nobis* ſtatura proceram *depingit. At quidquid hujus eſt, cum pridem intellexiſſem, magna populi devotione & concurſu frequentari Sanctæ reliquias in parvo Gandavenſi Beghinaſia, ſuſpicari mox*

B *cœpi, idem iſtud ſacrum os ab illuſtriſſimo Trieſtia virginibus iſtis conceſſum fuiſſe, unde ſolennis ibi cultus exordium capere potuiſſet. At poſtmodum opera noſtri P. Franciſci Cocquyt, melius ma edocuit R. D. Ægidius van Remſcke, ejuſdem Beghinaſii hodiernus paſtor, ex cujus fida relatione, quæ ad cultum Gandenſem ſpectant, mox ſubjiciam, ubi prius monuero, prædictas reliquias, ad Illuſtriſſimum Trieſtium miſſas, ab eo repoſitas eſſe in eccleſiæ Cathedralis ſacrario, ubi ipſas, theca decenter incluſas, dictus P. Cocquyt, litteris datis* XIX. *Octobris* 1719. *teſtatus eſt ſe vidiſſe, una cum Illuſtriſſimi Chriſtophori authentico teſtimonio.*

Alia hu ecclefia Gandavenſi collata.

122 *Illud ipſum ad me jam dicta die ſubmiſerat, & poſtea de integro huc deſtinavit P. Jacobus de Pauw, etiam noſtræ Societatis, authentica deſcriptum ab Adm. Reverendo atque Eruditiſſimo D. Goethals, Canonico Graduato & Secretario Capituli Cathedralis eccleſiæ Gandavenſis. Verum quum de eo jam ſatis egerim, non eſt apera pretium, ipſum hic inſerere; in id magis ferebatur tota mea invefligatio, ut poſtrema teſtimonii verba elucida-*

C *rentur, quibus* Præpoſitus, Decanus & Capitulum prædictum declarabant etiam & atteſtabantur, quod in dicta *ſua* eccleſia ioſuper aſſervaretur ciſtula lignea, rubro colore tincta, longitudinis circiter ſeſquipedalis, & altitudinis (a fundo uſque ad ſummitatem tecti) paulo majoris quam medii pedis: & ab una parte in medio tecti, eſſe arculam ovalem deauratam, cum hac inſcriptione, litteris oigris: RELIQUIÆ S. GODELEPHÆ MARTYRIS. Eſt prædicta ciſtula rite clauſa, *inquiunt*, & ocrimque munita ſigillis reſpective Revereodiſſimi Domini Epiſcopi Trieſt & Capituli noſtri. In quorum omnium fidem, haſce ſub noſtro ſigillo, & ſignatura R. D. confratris, ac ſecretarii noſtri, expediri curavimus, Gandavi anoo à nativitate D. N. J. C. milleſimo ſoptingentoſimo vigeſimo, menſis Februarii die decima ſexta. *Signatum* Goethals, *& impreſſum ſigillum in cera rubra.*

ſuperrime reſerata,

123 *Hæc piam meam curioſitatem magis accendorunt, ut quod ante per amicos rogari curaveram, id demum a benevolentia Illuſtriſſimi, jam ſupra nominati Gandavenſis Epiſcopi, impetrarem, nempe ut ad honorem* S. Godelevæ, *dignaretur ciſtulam illam reſerare, & de reliquiis, in ea ciſtula aſſervatis, requiſitum teſtimonium mecum communicare. Plurimum me debere profiteor Patrono Illuſtriſſimo, & laudato jam Adm. R. & Eruditiſſimo, Domino Canonico & capituli Secretario Goethalſio, quod deſiderio mea factum ſit ſatis, adeo opportune, ut vix tridua priuſquam hæc præla ſubjicienda eſſent, novum ejus & accuratiſſime deductum teſtimonium ad manus meas pervenerit: ex quo patebis, quod ſupra me ſuſpicari innuveram, alibi ſcilicet, præterquam Gbiſtelliæ, S. Godelevæ reliquias, pridem recondutas latera quidem poſſe, ſed quæ ſingulari veneratione honoratæ non ſint. Confidere audeo, acceſſurum ipſis aliquid ex iis, quæ longiori hoc paragrapho non oſcitanter illuſtrata ſunt. Ceterum tanti mihi viſum eſt laudatum inſtrumentum, ad alias quoque notitias deſerviens, ut integrum hic ad verbum attexere non dubitaverim. Ita ſanat:*

D AUCT. L. B. S.

124 In nomine Domini. Amen. Infraſcriptus Canonicus Graduatus & Secretarius Capituli exemptæ Cathedralis eccleſiæ ſancti Bavonis Gaodavenſis, declaro & atteſtor, me una cum Reverendo Admodum Domino Joanne vanden Hove Canonico & Theſaurario, ex parte dicti Capituli noſtri, adfuiſſe & adſtitiſſe Reverendiſſimo ac illuſtriſſimo Domino Epiſcopo, die XXVII. Februarii hujus anni MDCCXX. dum aperuit & viſitavit ſcrinium reliquiarum ſanctæ Godelevæ (quod nuper deſcripſi in atteſtatione, quam ea de re dedi ex ordinatione Capituli) & in hoc ſcrinio rite clauſo & ſigillato ſigillis (ut E in dicta atteſtatione dixi) Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Trieſt & Capituli ooſtri, nos reperiſſe parvam arcellam, itidem rite clauſam, & ſigillatam iiſdem ſigillis jam dictis: & in hac arcella erat incluſa burſula, in qua continebatur unum ex majoribus oſſibus ſeu vertebris ſpinæ dorſi dictæ Sanctæ. Dictæ arcellæ, ſupra pulvinar, colligata erat hæc ſequens atteſtatio.

exhibuit ea illas reliquias.

Ibidem recondita an. 1638.

125 „ Antonius Trieſt, Dei & Apoſtolicæ „ Sedis gratia, Epiſcopus Gandavenſis, abſen„ te Nicolao de Haudion Præpoſito, Fraoci„ cus de Gbiſtelles Decanus & Capitulum Ec„ cleſiæ Cathedralis ſancti Bavonis Gandaven„ ſis, notum facimus, nos die datæ præſen„ tium, capitulariter poſt ſummum ſacrum coo„ gregatos, ſacras has reliquias ſanctæ Godele„ væ martyris ex capſa reliquiarum ſanctæ Pha„ rahildis Virginis deſumpſiſſe, & in hoc ſcri„ niolo ſeparatim incluſiſſe, ut ſpecialiter & „ majori cum reverentia & ſolennitate colerenF „ tur. Ne autem majorum noſtrorum atteſta„ tiones ac de earumdem reliquiarum veritate „ teſtimonia obliterarentur, ea ſimul affixa, „ in capſula reliquiarum ſancti Bavonis, Pa„ troni noſtri, eadem die incluſimus. Actum „ Gandavi in loco Capituli ooſtri, anno Do„ mini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo octa„ vo, menſis Septembris die vigeſima oona. In „ plica habebatur: de mandato Reverendiſſi„ mi Domioi & RR. Dominorum: & erat „ ſignatum M. Guyart. Habebat autem dicta burſula, in qua præfatæ reliquiæ erant incluſæ, affixum exiguum fruſtulum membranæ, cum hac inſcriptione, charactere admodum veteri: OS DE CORPORE SANCTÆ GODELEVÆ MARTYRIS.

& a prima Gand. Sp. Cron. ſæculi

126 Deinde quæſivi & reperi illas, quas in ſupra ſcripta notificatiooe appellant, majorum noſtrorum atteſtationes ac de earumdem reliquiarum veritate teſtimonia, quæ ſunt hujus tenoris: „ Anno Domini milleſimo hu-

A „ quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, die de-
Auct. „ cima quinta menſis Septembris, Reveren-
J.B.S. „ diſſimus Dominus, Dominus Cornelius Jan-
„ ſenius, primus Epiſcopus Gandavenſis, præ-
„ ſentibus Marco Stercke Decano, Clemente
„ Crabbeels Archidiacono, Petro Gillis The-
„ ſaurario, Petro Simonis Archipresbytero
„ aliiſque multis Canonicis eccleſiæ Cathedra-
„ lis beati Bavonis (Reverendo Domino Vi-
„ glio Zwichemo, Præpoſito eccleſiæ, Bruxel-
„ læ in negotiis regiis occupato) feretrum,
„ quod dicebatur ſanctæ Pharahildis aperuit:
„ cum nimirum multo ſitu interius atque ex-
„ terius obductum ac magna ex parte diſſolu-
„ tum eſſet; ex eo quod totos fere duos an-
„ nos una cum aliis omnibus eccleſiæ reli-
„ quiis, propter metum Geuſiorum & hæreti-
„ corum, qui impie ubique & crudeliter cædi-
„ bus atque incendiis graſſabantur, in locis
B „ ſecretis & ſubterraneis collocatum fuerat.
„ Aperto autem feretro, inventum eſt in eo
„ parvum ſcrinium, undique bene clauſum:
„ quo aperto, inventus eſt faſciculus, funi-
„ culis colligatus, cum tali inſcriptione: Hæ
„ ſunt reliquiæ ſanctæ Pharahildis virginis cum
„ pulvere & quibuſdam oſſibus ex corpore ipſius,
„ quæ inventæ ſunt poſt lectum ſancti Bavo-
„ nis, eum frangeretur, ut melius & hone-
„ ſtius ædificaretur.

recognitus & approbatus an. 1574. „ 127 In ipſo autem faſciculo inventæ ſunt
„ quatuor aliæ chartulæ, ſingulæ ſuis reli-
„ quiis affixæ, ſubſequentis tenoris: Pulvis
„ de corpore S. Pharahildis, antiquitus com-
„ buſto. 2. Maxilla S. Pharahildis. 3. Maxil-
„ la cum tribus dentibus de S. Pharahilde,
„ & alia oſſa de corpore ipſius. 4. Os de cor-
„ pore S. Godelif. virginis. Et hæc omnia,
„ ſicut inventa fuerunt, in mundiora lintea
„ & aliam ligneam capſulam ſunt translata:
„ una etiam cum alio quodam faſciculo, qui
„ in prædicto feretro ſanctæ Pharahildis in-
„ veniebatur, in quo faſciculo involuta erat
„ cuculla ſancti Bavonis, ut habebat ſche-
„ dula quædam ſuperfixa, ſimul cum litteris
„ quibuſdam in membrana, munitis ſigillo ſan-
C „ cti Bavonis, ſequentis tenoris: „ Has re-
„ liquias tranſtulit Dominus Belto, abbas
„ Gandenſis cœnobii, in iſtud ſcrinium, quin-
„ to Idus Aprilis, & ſuo firmavit ſigillo,
„ anno Incarnationis Dominicæ MCLXXV. in-
„ dictione VIII. concurrentibus II. Epactis XXVI.
„ Ludovico Francorum Rege, Philippo Flan-
„ driarum Comite, Everardo Tornacenſium
„ Epiſcopo. In hujus rei & translationis
„ prædictarum reliquiarum teſtimonium, Re-
„ verendiſſimus Dominus prædictus præſentes
„ litteras fecit ſigilli ſui appenſione muniri.
Et erant iſtæ litteræ ſcriptæ in membrana,
cui appendet cum fruſto ejuſdem membranæ
ſigillum dicti Reverendiſſimi Domini, cum
hac circumſcriptione, SIGILLUM * CORNELII
* JANSENII * DEI * GRATIA * EPISCOPI *
GANDAVENSIS * impreſſum ceræ rubræ &
clauſum in pixide ex albo ferro. In quorum
omnium ac ſingulorum fidem, Ego infraſcri-
ptus haſce, ad requiſitionem RR. PP. So-
cietatis Jeſu, propria manu ſcripſi & ſubſi-
gnavi. Actum Gandavi undecima Martii MD-
CCXX. *Signatum* Gocthals, dicti Capituli Ca-
nonicus & Secretarius. *De his ſatis dictum eſt,* D
nunc ad Gandenſe Beghinaſium accedamus.

Præcedentis paragraphi, de S. Godelevæ reliquiis, pars altera.

Reliquiæ ibidem reliquiæ in Beghinaſio.

128 *De reliquiis* S. Godelevæ *in ſupradicto Beghinaſio depoſitis & cultu ſolenniſſimo honoratis, teſtimonium perhibet jam dictus R. D. Paſtor van Remſcke, quod hic ad verbum refero.* In ſacello infirmariæ, D. Godelevæ ſacro, in minori Beghinaſio, dicto Terhoyen, civitatis Gandavenſis, diverſa reperiuntur reliquiarum hujus Sanctæ particulæ. Prima cuſtoditur in ſerculo ligneo, affabre facto & deaurato, quod quotannis ſolenniter circumfertur in feſto dictæ Sanctæ VI. Julii, atque etiam in octava ejuſdem. In cujus ſerculi inperiori parte includitur pixidula deaurata, in qua continetur chartula, cui involuta eſt particula materiæ eandidæ, quam dicunt eſſe de ſanguine Martyris, in gutture coagulato ac E
mutato in caleem tempore martyrii. Item eadem pixide includitur ſegmentum parvum textilis ſerici, cui involvitur particula cranii Martyris immerſi goſſipio, eique apponitur hæc atteſtatio, inſcripta membranæ. Infraſcriptus, paſtor loci de Sleydingbe, teſtatur, ſe hac ſecunda Maii anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi noni, particulam reliquiarum ex cranio S. Godelevæ, dediſſe D. Paſtori in Beghinaſio B. Mariæ Terhoyen Gandavi, ſervata ſuæ eccleſiæ acta epiſcopali de veritate earumdem reliquiarum. Actum Gandavi die ut ſupra. Signatum erat Franciſcus Staes paſtor in Sleydingbe. *De fida collatione cum originali facta, teſtatur laudatus van Remſcke* 14. *Julii* 1719. *ſic porro pergens.*

quomodo & unde acceperit.

159 Habetur quoque particula reliquiarum altera, thecæ argenteæ incluſa, quæ populo oſculanda exponitur. Item in pixide parva, oblonga, pendula ex catena argentea, habetur particula reliquiarum, quam aquis, dum benedicuntur, immergunt. Hæc autem pixis, glutine compacta, aperiri non poteſt. Super his omnibus invenitur certificatio, quæ F
hic ſequitur membranæ inſcripta. *Belgicum autographum tranſſumpſit Remſckius, ego hic latine reddo.* Nos Godeleva Payers, Dei gratia, abbatiſſa cœnobii & hoſpitalis S. Godelevæ apud Ghiſtellam, omnibus hsa viſuris, ſeu legi audituris, notum facimus, quod ultima die Aprilis anni MDXLVIII. carus nobis & ſingularia amicus Ludovicus Boonis, natus Lovanii, & civis atque incola celebris emporii Antverpienſis, nos accefferit, humiliter ſupplicans & orans, ut ei particulam reliquiarum ſanguinis ſanctæ, reverendæ virginis & martyris, Dominæ Godelevæ ei largiremur, quod ex caritate & benevolentia libenter præſtitimus, ad augendum prædictæ reverendæ virginis ſanctæ Godelevæ honorem. In quorum fidem, nos ſupranominata Abbatiſſa ſigillum noſtrum hiſce apponi curavimus die & anno ut ſupra. *Sigillum dictæ Abbatiſſæ in cera rubra litteris appendere, teſtatur Remſckius, hæc demum addens:*

130

A 130 Aliam quoque habent dictarum reliquiarum particulam, argento inſertam, quæ ad ægros & afflictos gutture vel oculis defertur. Viſuntur autem & coluntur dictæ reliquiæ per annum, & præcipue per Octavam feſti dictæ Sanctæ, concurſu populi, qui deſcribi non poteſt, ac vix credi; ita ut a medio quintæ matutinæ, dum porta Beghinaſii aperitur, uſque ad nonam veſpertinam, dum clauditur, ad reliquias ſine difficultate & preſſura accedi non poſſit, totumque Beghinaſium cuntibus ac redeuntibus oppleatur. Plura quoque aquæ dolia, diebus ſingulis, in honorem & adhibitis Sanctæ reliquiis benedicuntur & a viſitantibus inſumuntur. Cordulas quoque ſericas benedicunt, cum invocatione Sanctæ ac reliquiarum attactu, quarum multas centenas annis ſingulis divendunt, gutturibus afflictis circumvolvendas & ſarendas. *Hactenus ex Remſekio laudatus P. Cocquyt. Rogaveram præterea, num grotæ aliquæ ſeu beneficia, precibus, meritis & interceſſione* B. Godelevæ, *iſtic ſerventur impetrata? Reſponſum eſt; de his multa quidem in vulgus ſpargi, at nihil authentici exhiberi poſſe, aut legitima approbatione ſignari. Officium de Sancta dicitur ut Ghiſtella, primo loco de communi Virginis & Martyris, & per totam Octavam ſolito ritu protrahitur.*

A quando & quamdiu ſolenniter ibi hæc ſuperatur.

Earumdem celebris cultus

131 *Ex his manifeſte perſpicis, quanta veneratione & fiducia* S. Godelevam *colant, non ſolum Beghinæ, ſed populus Gandavenſis, dicere liceat, propemodum univerſus: ea, opinor, conſolatione, quam inde referunt piæ animæ, tametſi impetrata beneficia, ad veram miraculi ſpeciem non continuo accedant, nec de iis accuratior notitia habeatur. Partem concreti ſanguinis, quæ ibidem aſſervatur, jam ab ipſo ſeculo* XVI. *illic eſſe potuiſſe, facile intelligis, atque ex eo communicatam cum Sleydinghenſibus, tametſi Beghinæ ipſæ animum ignorent, quo illas, aut a Ludovico Boonis aut ab ejus hæredibus acceperint, vel colere cœperint. Ceterum pia illa reliquiarum commutatio, facta anno* 1659. *inter Paſtorem Beghinaſii Gandenſis & alterum iſtum pagi Sleydinghani, Gandavo non procul diſſiti Boream verſus, lucem adduxit, quæ jam dicta ſunt, noſque manu ducit, ut de inſigni etiam* S. Godelevæ *apud Sleydinghanos cultu aliqua ſubnectamus. Prolixiores ea de re*

C *noſtriæ ſuggeſſit R. D. Martinus Steyaert, celeberrimi olim Doctoris Lovanienſis cognominis dignus ex fratre nepos, inter quas id maxime deeſſe, quod aſſerunt R. D. Breydel, Ecrnegemenſis in diœceſi Brugenſi Paſtor*, eccleſiam de Sleydinghe S. Godelevæ dedicatam eſſe. *Verum alia ita explicat præfatus Steyaertius, ut ex ejus ſcriptis aperte edoceat, ab illuſtriſſimo Trieſtio Sanctæ reliquias eo devenuiſſe, cum aliis ſanctorum Gervasii martyris & Amantii confeſſoris*, XVI. *Aug.* 1653.

In Sleydinghe non prorſus Gandavo.

132 *Id probant verba citati ſuperius R. D. Franciſci Staes, Sleydingenſis parochi, in libello ſupplici Illuſtriſſimo Trieſtio oblato, dum ita loquitur*: Exponit debita cum reverentia Franciſcus Staes, paſtor loci de Sleydinghe, qualiter dono perilluſtris ſui Domini Epiſcopi præſcripti, die XVI. Auguſti MDCLIII. acceperit ceritas quaſdam reliquiarum particulas ſanctorum Gervasii martyris, Amantii confeſſoris & S. Godelevæ martyris, cum facultate, eaſdem publico fidelium cultui ac venerationi in eccleſia ſua parochiali exponendi *&c. Hinc patet, ex quo fonte poteſſerint reliquiæ Beghinaſii ſupra memoratæ, utpote ab eo*

D. Staes acceptæ. Huc proprie ſpectat Steyaertii teſtimonium de S. Godelevæ *cultu in Sleydinghe, quem ſatis graphice deſcribit.* Ceterum, *inquit*, ſummo parochianorum & vicinorum concurſu reliquiæ illæ, a VI. Julii uſque ad XIV. ejuſdem menſis, utrimque incluſive, viſitantur. Annis ſingulis accreſcit confitentium numerus per dies novenæ ſingulos, quibus maturinum tempus, ut feſtum in eccleſia noſtra celebratur. Aqua per reliquias, capſula minori incluſas, benedicitur, & quaquaverſum ægris porrigenda abſportatur. Rumores, qui hinc inde de ſanatis & præſervatis a morbo gutturis adferuntur, utpote minus authenticos, hic non ſubjungo. *Signat* M. Steyaert, *Sleydinghe* XVII. *Octobris* 1719. *Quibus ita explicatis, ad diſtributionem ab Illuſtriſſimo Chriſtophori factam nobis redeundum eſt.*

D Auct. J. B. S.

133 *Ex prædictis reliquiis, ab ipſo dono datis, pars illa quæ ceſſerat Ampliſſimo D. Henrico vander Zype, ad S. Andreæ juxta Brugas abbati, in ejuſdem abbatiæ eccleſia depoſita fuerat, nam, quæ ab eodem abbate datæ ſunt novitiatui, ſeu hodierno Godelevianarum ſanctimonialium Brugis cœnobio, quæque ibidem venerantur ſum, acceperat ipſe a R. D. Blootacker, Illuſtriſſimi Chriſtophori primum ſacellano, poſtmodum cathedralis eccleſiæ canonico, ut fidem facit inſtrumentum authenticum, a me in ipſo cœnobio tranſumptum, quo notum facit omnibus, quorum intereſt, ſe* anno Domini MDCXXIII. die ſexta Julii, ipſo nimirum feſto S. Godelevæ virginis & martyris, Ghiſtellis interfuiſſe, tamquam patronum eccleſiæ, ſolenniter ibidem factæ a Reverendiſſimo D. Dionyſio Chriſtophori, Epiſcopo Brugenſi, viſitationi reliquiarum ajuſdem Sanctæ, & quod ibidem tunc idem Reverendiſſimus Dominus, cum aſſenſu adſtantis magiſtratus, aliquas ſibi dictarum reliquiarum partes ex feretro, in quo continebantur, aſſumpſerit. Cum vero præfatus Reverendiſſimus Dominus eaſdem reliquias ſemper ut veras certaſque habuerit atque coluerit, eaſque vitæ ſuæ tempore commiſerit cuſtodiæ venerabilis Domini Joannis Blootacker, ſui tunc Capellani, & nunc Canonici Cathedr. eccl. S. Donatiani Brugis, ante ſuam autem mortem, donatione inter vivos, eaſdem eidem D. Canonico dono dederit; per præſentes etiam atteſtamur, nos ab eodem D. Canonico, duo integra oſſa ſeu vertebras ex ſpina dorſi ſupradictæ Virginis impetraſſe, & alterum ex illis ſtatim donaſſe novitiatui monaſterii S. Godelevæ, ſeu reformatis Benedictinis, ad promovendum ibidem ejus cultum, honorem & amorem. In quorum fidem &c. Datum an. MDCXXX. die XXVI. Junii. *Signat ipſe cum proprii ſigilli impreſſione.*

Abbas S. Andreæ aliquas dedit monialibus S. Godelevæ;

E

F

134 *At major* S. Godelevæ *reliquiarum theſaurus in S. Andreæ abbatia permanſit, quam ut verbo explicari commode poſſit. Longiorem earum deſcriptionem ad me miſit Clar. Walius, cujus compendium hic exhibuiſſe ſufficerit. Eas primum refero, quas ſupra dixi, ampliſſimum illum Henricum abbatem accepiſſe ab Illuſtriſſimo Chriſtophori, ut jam ipſe teſtabatur, quæque ſæculo ſerico rubro incluſæ affixam habent inſcriptionem hujuſmodi*: Pars reliquiarum, quam habui ab Epiſcopo noſtro Dionyſio, poſt publicam viſitationem earumdem factam Ghiſtellis. *Junctæ ſunt literæ prædicti Præſulis, datæ* V. *Martii an.* 1614.

aliter miſſa ipſum & Cornelium

A J. B. S. *& ab eodem ſubſcriptæ, ejuſdem argumenti, cujus nonnullas jam retulimus. Ut paucis dicam, teſtatur, ſe Prælato Henrico*, dono dediſſe notabilem partem oſſis ex ſpina dorſi dictæ Sanctæ. *Partes conſimiles, at ſuperrime audivimus, accepit idem abbas a R. D. Blootacker ſupra memorato, unde* alterum ex illis *eſſibus ceſſit Sanctimonialibus Godelevianis reformatis. Teſtimoniales litteræ, ſuſius deductæ, fruſtra hic repeterentur: audi ſolam ejuſdem Abbatis atteſtationem*: Reliquiæ S. Godelevæ; nimirum pars ex ſpina dorſi, quam accepi a Dom. Canonico Joanne Blootacker, integram quidem, ſed inde exſecui pro Reverendiſſimo Epiſcopo noſtro (*tunc Nicolao de Haudion*) partem notabilem die 11. Maii MDCXLV. *Ad latus habebatur*: Alias etiam diſſecui particulas aliquas pro quodam monaſterio Iprenſi, & pro Beghinaſio Cortracenſi, *de quibus infra*.

plures ſervavit in ſui cæroſi ſacrario.

B 135 *Longiorem hiſtoriam texit præfatus abbas Henricus circa nobiliores ejuſdem* S. Godelevæ *reliquias, quas reperit poſt mortem R. D. Adriani van Dale, in ſuo monaſterio, dum viveret, Supprioris, de quibus cum aliquamdiu dubitaſſet, ubi prædicti Adrianus teſtimonium legit, quo perſancte profitetur, ſe* receepiſſe a D. Laotſoght, ſatis noto ſacerdote, & antea paſtore eccleſiæ collegiatæ B. Mariæ Brugenſis, qui retulit ſub juramento, ſe eas habuiſſe a religioſis antiqui monaſterii S. Godelevæ in de Sanſeſtract *easque eſſe* unam eoſtam iotegram ex corpore S. Godelevæ, *quam* tamen ipſe fregerat ad faciliorem commoditatem ſuam ſervandi: *biſce litteris ſedulo & accurate expenſis, credidit laudatus Abbas*, eas veras eſſe *S. Godelevæ reliquias*, quia vir ille, *inquit*, a quo eas aſſeverat ſe accepiſſe (*D. Adrianus*) nempe D. Joannes Laotſoght, fuit vir probus, pius & doctus, & mihi valde notus, qui noluiſſet eum decipere, maxime cum ſub juramento retulerit, ſe eas accepiſſe a religioſis S. Godelevæ, quas credo fuiſſe ipſam abbatiſſam ultimam veteris monaſterii, & ſororem Bernardinam converſam, quæ cum abbatiſſa fere omnia monaſterii extrema oegotia peragebat, & ab illo D. Laotſoght varia acceperat beneficia, *&c. Non opinor, pluribus argumentis opus eſſe. Scripſit hæc Ampliſſimus abbas die ultima Auguſti* 1649. *Ad Illuſtriſſimum Chriſtophori denuo regredimur*.

C 136 *Non parvo numero fuiſſe oſſa illa ſacra, quæ ex ſeretro Ghiſtellenſi ſibi aſſumpſerat, oſtendit citatus modo Canonicus Blootacker, qui & Ampliſſimo abbati Eecboutano D. Nicolao Trooſtenberg, partem eſſis largitur, quam ibidem vidi inſertam reliquiario ovali, radiis deauratis circumdato & cryſtallino vitro obtecto; ob quam partem, etſi non magnopere notabilem, ibidem officium ſit duplex de* S. Godeleva VIII. *Julii, translatum nempe propter Octavam Apoſtolorum. Miſſa ſumitur*, Me expectaverunt, *Evangelium ex feſto S. Agathæ. Teſtatur D. Blootacker*, ſe dediſſe partem oſſis ex corpore S. Godelevæ virgiois & martyris, quam Reverendiſſimus D. meus Dionyſius Chriſtophori, Epiſcopus Brugenſis, acceperat cum aſſenſu magiſtratus Ghiſtellenſis adſtantis *&c.* Hanc proinde partem oſſis prædictæ S. Virginis, ut veram certamque habuit & coluit, & mihi, ut tunc temporis ſacellano ſuo, cuſtodiendam commiſit, & tandem ante obitum ſuum, donatione ioter vivos, eamdem dono dedit. In quorum fidem *&c.* D Actum Brugis die VIII. Maii MDCXLV. *Atque hæc tota ratio cultus in abbatia Eechoutana; nec plura fieri exiſtimo in alia Sanctandreana, utut pluribus reliquiis ditata ſit, quia omnis populus Brugenſis non ad iſta cœnobia, ſed ad ſæpe dictum ſanctimonialium parthenonem, & in Sanctæ feſtivitate die ſexta Julii & per totam ſubſequentem ejus octavam, concurrere ſolet*.

De hieroſhecis in abbatia Eechoutana.

De S. Godelevæ reliquiis, pars tertia.

De cultu reliquiarum Cortracenſi.

PAulo longior, *ad viſitandas quaquaverſum* S. Godelevæ *reliquias excurſio, tam abundantem materiam ſuggeſit, ut eam partiri neceſſe habeam. Superius monui num.* 102. *ſacra Sanctæ lipſana, furentium hæreticorum manibus feliciter erepta, a Catholico præſidio Certracenſi in eam civitatem avecta, atque illic per annos circiter* XII. *ab anno numirum* 1577. *ad* 1589. *depoſita fuiſſe, ut minime mirum* E *videri debeat, ſi piorum civium animi, venerotione in Sanctam ignioli necdum plane exciderint, Cultus in eccleſia paraciali, S. Martino dicata, perſeveraus ad altare S. Annæ, ſuſpicionem ingerit, ibidem loci, aut ſaltem in iſtius templi ſacrario, ſacram ibecam Ghiſtellenſem olim depoſitam fuiſſe, quamvis id certo reſcire non potuerim. Verum utcumque id fuerit, reſcriptum mihi, iſtic adhuc* S. Godelevæ *memoriam vecoli, non ſine aliquibus ipſius Sanctæ reliquiis, quas ferc traditio, a Ghiſtellenſibus acceptas, in agnitionem officioſi obſequii per tot annos eis præſtiti. Beghinas porro, eccleſiæ iſti vicinas, pia æmulatione excitatas fuiſſe arbitror, ut tam ſolicite ejuſdem Virginis & Martyris reliquias & ipſæ quærerent, feliciter demum obtentas, a toties jam laudato, reliquiarum* S. Godelevæ *diſtributore, Ampliſſimo abbate Zypæo, ut habes num.* 139. *quæ ab iſtis virginibus, devotiſſimis utique* S. Godelevæ *cultricibus, decenti feſtivitate quotannis honorantur, ſolenni Miſſa & Laudibus, accenſis per totam octavam cereis, & reliquiarum, theca argentea obductarum, expoſitione: de quibus ita teſtatum reliquit R. D. Leonardus Schaerts, per id tempus Paſtor*: Reliquiæ S. Go- F delevæ Virgiois & martyris, approbatæ a Vicariatu Tornacenſi, ſede vacante, per publicum inſtrumenium, & hic impoſitæ in vigilia Nativitatis Domioi MDCXLIV. per me infraſcriptum, ad id deputatum. *Tales item Oſtende reliquias expoſitas eſſe & a populo honorari, pro certo mihi narratum eſt; at Ghiſtella, non procul inde diſſita, pies omnes* S. Godelevæ *clientes facile ad ſe allicit*.

& celebrig. ri Iprio

138 *Celebriorem longe cultum nactæ ſunt reliquiæ iſtæ, quas idem Ampliſſimus abbas Henricus, ſe diſſecuiſſe aſſerebat*, pro quodam monaſterio Iprenſi, *de quibus teſtati ſunt A. RR. DD. Vicarii generales ſedis Iprenſis vacantis*, XVI. *Auguſti* 1714. vidiſſe ſe chartam tritam & vetuſtate corruptam, cujus ioitium incipit, Henricus van . . . , Ype, abbas monaſterii S. Andreæ juxta Brugas, *ab eodem ſuoſignatam* & ſigillatam ſcuto onerato trium capitum leopardorum, quod eſt ſcutum familiæ Vander Zype. *Id recte ab ipſis obſervatum; cum idem ſigillum aliis, etatis a me ſupra, teſtimoniis appoſitum ſit*. Interius vero, *inquiunt*, ad latus dextrum erat quod ſequitur: Placet Reve- rendiſ-

A rendiſſimo Domino Epiſcopo Iprenſi, ut publicæ veneration exponatur, in eccleſia hoſpitalis S. Joannis Ipris, pars oſſis ex ſpina dorſi S. Godelevæ virginis & martyris. Omnibus ſupra & ſingulis viſitantibus dictam eccleſiam ipſo feſto S. Godelevæ, concedit in forma Eccleſiæ, Indulgentias XL. dierum. *Nuſquam apparent temporum indicia; at niſi fallor, ſpectant ad annum circiter quadrageſimum quartum elapſi proxime ſeculi, cathedram Epiſcopalem tenente Illuſtriſſime Judoco Bouckaert, qui anno 1645. vivere deſiit, & poſt quem annis octo Paſtore viduata manſit Iprenſis eccleſia. Firmari poteſt conjectura ex eo, quod ſub idem tempus & biſce S. Joannis monalibus & Beghinis Cortracenſibus conceſſæ a Zypeo reliquiæ videantur.*

in noſcomio S. Joannis. 139 *Ad vovem omnino dies, in eo S. Joannis templo ſolenniſſime peragitur* S. Godelevæ *feſtivitas, excuſo programmate publicari ſolita, & Miſſis pluribus aliiſque piis exercitiis quotidie frequentata; primo autem die ſolenni Miſſa, concione & Laudibus, cum oratione propria hujuſmodi*: Longanimis tolerantiæ exemplum idem & præmium, Domine Jeſu Chriſte, qui S. Godelevæ virginis & martyris tuæ patientiam glorioſis miraculis illuſtraſti, da nobis virtutem ſuſtinendi adverſa, per quam mereamur eum illa coronari. *Ad augmentum cultus, excuſas de Sancta litanias diſtribuunt ſanctimoniales, præfixa eleganti imagine, Sanctæ martyrium repræſentante. Aqua, per immerſionem ſacrarum reliquiarum, benedicitur, ægris porrigi, avide deſiderari & conquiri conſueta, tum ab oppidanis, tum ab externis, etiam procul diſſitis. Aſſeruit noſocomii iſtius ſuperior, aquam illam incorruptam ſervatam fuiſſe per totum triennium, multaque inde obtenta beneficia, tametſi nulla publicis tabulis conſignata fuerint. Thecæ argenteæ decenter incluſæ ſunt prædictæ reliquiæ, uti & aliæ, argenteo item tegumento obductæ, e ſacro S. Godelevæ calcinato ſanguine, ad quas per annum non mediocris fit ægrorum concurſus; ut merito omnes in admirationem rapiat tanta ſanctimonialium & totius populi Iprenſis in* ſanctam Godelevam *conſtans pietas & tam ſingularis veneratio. Notitias de tota re acceptas refero R. P. Henrico de Vaddere, collegii iſtic noſtri digniſſimo Rectori.*

C 140 *De cultus & veneration is præmio Flandros, in iis poſtiſſimum partibus contendere diceres: nam & Bellotium, oppidum non ultra tres leucas Ipris diſtans, annuam* S. Godelevæ *feſtivitatem, ex religioſa fortaſſe æmulatione, feſtive celebrat in ſacello ſanctæ Mariæ Magdalenæ, ubi & ejus reliquiæ, thecæ argenteæ, affabre factæ, incluſæ, magna veneratione honoratæ, populo oſculandæ præbentur. Ex ſacro ſanguine eſſe conjecis is, qui meo nomine eas attentius inſpexit: at quo tempore eo allatæ, quo coli cœperint, aut a quo fuerint approbatæ, diſcere non potuit. Sunt, inquit, qui octogenta annis iſtic expoſitas fuiſſe exiſtiment, ut ſaltem facile intelligas, immemorabilem ibi eſſe* S. Godelevæ *cultum. Id certum eſt, die* VI. *Julii, Sanctæ ipſius natali, de ea ſolennem Miſſam fieri, de ejus virtutibus pro concione dici, & feſtivis Laudibus celebritatem concludi. Ee etiam a vicinis populis, ad impetrandas, in variis morbis, gratias concurri, & nonnullas quandoque impetratas, teſtari anathemata, ingratitudinis teſſeras appenſa, ad me ſcripſit, idem, qui, quæ Belholi ad* S. Godelevam *pertinent, diligenter perſcrutatus eſt, P. Joannes Baptiſta Bonte, e Societate noſtra.* *

Tom Belholi in Flandria,

* *Vide Append. tom. 7. Julii pag. 863. col. 2.*

141 *Hinc in Pittbem migramus, pagum diœceſis Brugenſis, Cortracum verſus, paulo pluſquam medio itinere. Habet & illic ſingularem venerationem* S. Godeleva, *ob reliquias ibidem expoſitas, ſub approbatione Illuſtriſſimi de Baillencourt,* VII. *Novembris* 1676. *cujus exgraphum ſub oculis habeo. Imo in regeſto epiſcopali ejus temporis obſervavi, motas difficultates ex eo, quod Pittbemenſes impediti eſſent, aquam haurire ex puteo cœnobii Ghiſtellenſis, quam ad eccleſiam ſuam veherent, peregrinis eo concurrentibus præbendam; quæ res per prædictum Illuſtriſſimum compoſita fuit anno* 1679. *facta Pittbemenſibus poteſtate, aquam iſtam hauriendi & in Pittbem devehendi, in eorum ſolatium, qui Ghiſtellam pergere nequirent. Quæſivi non ſemel, unde reliquiæ iſtæ in Pittbemenſem eccleſiam devenire potuerint? Reſponſum, veriſimillime eas eſſe, vel earum partem, quæ Capitaneo Camargæ in viſitatione anni* 1623. *obtigerant. Putabant alii, ipſas ab Illuſtriſſimo Baillencourt præfatæ eccleſiæ conceſſas eſſe: concors eſt omnium ſententia, Sanctæ reliquias ſummo in pretio & honore ec loci haberi. Inſtrumentum epiſcopale nihil peculiare continet, præter approbationem, licentiam exponendi, & ad ſovendum pietatem, ſolitas* XL. *dierum Indulgentias.*

D AUCT. J. B. S. *& in Pittbem, pago diœceſis Brugenſis.*

E

142 *Peregrata Flandria, Mechliniam me deduxit Hierogazophylacium Rayſſii, ita ſcribentis pag.* 491. *de reliquiis eccleſiæ & tirocinii noſtri Mechlinienſis, ubi an, apud nos aſſervari,* duas partes oſſium S. Laurentii Levitæ & martyris, & particulam oſſis S. Godelevæ, dono Dominæ Joannæ Biſſchop, prioriſſæ abbatiæ S. Godelevæ, Ordinis S. Benedicti Brugis, *de quibus hoc nactus ſum teſtimonium a noſtre P. Alphonſe Huylenbroucq, Eminentiſſime S. R. E. Cardinali de Alſatia de Bouſſu Archiepiſcope & Belgii Primati e ſacris confeſſionibus, ad me tranſmiſſum, & ex autographo deſcriptum*: Jacobus Statius, Rector collegii Societatis Jeſu Brugenſis, omnibus has viſuris ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ſacrarum reliquiarum eo major ſoleat eſſe apud pios veneratio, quo plenior de eis habetur certitudo: operæ pretium eſſe duximus, ſacris iis oſſibus & ipſanis, quæ nobis hoc anno pro Domo probationis noſtræ Societatis Antverpienſi donata, & per nos ad eamdem tranſmiſſa ſunt, fidem atteſtatione noſtra, modernis & poſteris conſignare.

Quæ beantur Mechlinia

F

143 Quare tenore præſentium fidem facimus & atteſtamur, impetraſſe nos mense Octobri anni hujus currentis MDCX. ad ulum Probationis prædictæ, a venerabili domicella, ſorore Joanna Biſſchop, prioriſſa abbatiæ S. Godelevæ, Ordinis S. Benedicti, reliquias ſacras infraſcriptas. Primo duo officula, ſeu partes oſſium S. Laurentii Levitæ & martyris, quæ ad prædictam S. Godelevæ abbatiam allatæ fuerunt a venerabilibus Patribus Ordinis S. Benedicti, qui Ultrajecto, ubi abbatia ejuſdem Ordinis erat, D. Laurentio intitulata, extorres hæreticorum perſecutione facti, abbatiæ S. Godelevæ ſanctimonialibus a ſacris poſtea confeſſionibus fuerunt. Item particulam unam oſſis S. Godelevæ, aeceptam ex hierotheca ſacrarum reliquiarum ejuſdem S. Martyris, quæ populo veneranda & oſculanda præberi ibidem ſolet. Denique globulos varios ſanguinis ejuſdem Martyris, quos ex ipſanotheca, ſanguinem ipſius ſervante, obtinere meruit dicta Prioriſſa. Quæ omnia ſacro-

& cujus dono acceperint.

A Auct. J. B. S.

ſancta pignora hoc ipſo anno Antverpiam, ad dictam Probationis domum miſimus. In horum omnium fidem, hiſce manu noſtra ſubſcripſimus, iiſdemque officii ſigillum appendi curavimus. Datum Brugis Flandrorum hac XXIX. Novembris anno Chriſtiano MDCX.

Aliæ variæ locis aliquibus inſertæ.

144 *Nequid in hac tam longa ſerie a me prætertum ſit, poſtremum notabo, plures alias eccleſias ſacrarum S. Godelevæ reliquiarum participes factas, a ſæpe laudato Illuſtriſſimo Chriſtophoro, eas præſertim in quibus altaria conſecravit. Ex ejus regeſto deprehenſum eſt, in ara principe monaſterii PP. Auguſtinianorum Brugis, dum conſecraretur, inter alias incluſas eſſe reliquias* S. Godelevæ XIX. *Maii* 1624. *Item* X. *Auguſti* 1625. *in altari B. M. Virginis dicto de Potterie. Rurſus* IX. *Octobris ejuſdem anni, in altari ſacelli domeſtici epiſcopalis: & XIX. Octobris, proxime ſequenti, in ſummo altari de Wingbene, Anno* 1626. *die* XXI. *Junii, inſertæ altari ſanctæ Crucis in templo S. Salvatoris Brugis, I. Auguſti* 1627. *idem factum in altari monialium S. Spiritus. Eodem anno* V. *Septembris, tribus altaribus apud divites Clariſſas conſecratis, earumdem reliquiarum inſertæ particulæ. Item iconi alicui ligneæ, ex oſſibus* S. Godelevæ *impoſuit* III. *Martii* 1628. *Demum anno prædicto* XXVI. *Auguſti, apud Griſeas ſorores, uti hoc appellantur, in altari, tunc ſacris aptato, de iiſdem reliquiis pars aliqua incluſa eſt. Nec poſtmodum dejuerunt, quibus uſus eſt Illuſtriſſimus Haudion, dum* III. *Aprilis anno* 1642. *quatuor altaria conſecraret in ſancti Andreæ juxta Brugas, quorum tria iiſdem reliquiis ditata fuerunt. Præter jam dictas, ſuperſtites particulas habere oportuit Illuſtriſſimum de Baillencourt, dum* XXII. *Auguſti* 1671. *in eccleſia parochiali Oſtendana conſecravit duo altaria*, impoſitis reliquiis SS. MM. Livini, Godlevæ & undecim millium Virginum. *Sed de his hactenus: jam Sancta noſtra ſanctam progeniem, a nos ſeculis ejus virtutum æmulatricem, luſtremus.*

B

C §. XII. De Benedictino Virginum cœnobio, ſub S. Godelevæ nomine Ghiſtellæ condito, Brugas poſtmodum ob Calviniſtarum graſſationes translato & reformato.

Quo anno abbatia Virginum S. Godelevæ

Controverſa ſuperius paragrapho IV. *clauſula, apud Surium Drogonis Legendæ num.* XII. *adjuncta, hic de integro tota referenda & præmittenda eſt. Sic ibi habetur*: Anno Chriſti MLXXXVIII. elevatum eſt corpus S. Godelevæ apud Geſtellam a Domino Raibodone, Noviomenſi & Tornacenſi Epiſcopo, III. Kalendas Auguſti. Filia vero Bertulphi ex ſecunda uxore, cum eſſet cæca a nativitate, ex aqua, ubi Sancta Dei fuit ſubmerſa, oculos lavans, illuminata eſt, ibidemque cœnobium virginum exſtruxit, ſub regula S. Benedicti militantium, ad honorem Dei & S. Godelevæ: cujus niveus cruor, qui ex ore & naribus ipſius ſubmerſione emanavit, in eodem monaſterio conſervatur, ad perpetuam rei memoriam & ſignum virginitatis ejuſdem Sanctæ Dei. *Hoc additamentum, cujuſcumque fuerit, cum ſola hæc* ſanctæ Godelevæ *vita hactenus edita ſit, ad alios ſcriptores omnino tranſiiſſe cenſendum eſt, auſamque præbuiſſe, ut in tranſverſum ea perverterent viri etiam eruditi, cautumque cuncti, quæque eam auctorem habuerunt, quem ſequerentur. Hoc inter Mabilio in Annalibus Benedictinis lib.* 67. *pag.* 256. *ea ſcripſit, quæ citato ſupra paragrapho, cum aliis ſphalmatis, eodem ſpectantibus refutavimus, ut hic denuo verſanda non ſint, quæ illic abunde explicata ſupponimus. Ad hunc locum ſpectat* S. Godelevæ *in ſuperſtitibus filiabus virginibus, communata hactenus, ex Benedictini inſtituti norma, regularis & pientiſſima vita, quæ per furias Calviniſticas nonnihil agitata & labefactata, demum cura & ſolicitudine Epiſcoporum, illaborame potiſſimum laudato ſæpius viro Ampliſſimo Henrico vander Zype, Santandreano abbate, ad veterem diſciplinam, non ſine magnis moleſtiis reducta eſt. Paucula ad primam fundationem & hiſtoriam ſpectantia prænotamus.*

D

146 *Ad* S. Godelevæ *gloriam non parum conferre cœnobium iſtud Ghiſtellæ conditum, nemo diffiteri auſit, cum ex Anonymi hiſtoria, Ghiſtellæ & per reliquam Flandriam tantum non indubitata, ipſa quodammodo vera & unica fundatrix dici poſſit; tum ob ſanatam mariti ſui ex altera conjuge filiam, a nativitate cæcam, tum ob ipſiuſmet Bertulfi converſionem, miſſumque ſecule nuntium, unde relicta bona cœnobio erigendo ſuſtentandoque ſufficere potuerint. Aſſerit Sanderus pag.* 330. Benedictini inſtituti Virginum ſuccreviſſe abbatiam auſpiciis Comitum & Epiſcopi, opibus Bertulfi parricidæ. *Aſt annum fundationis determinatum nec reperit ipſe, nec vero exprimit Drogo Surianus; neque ego ſatis intelligo, unde eam epocham eruerit Mabilo, niſi ex mera conjectura, quod circa iſtud tempus res accidere debuerit; ſaltem potuerit: quod & nos ſupra non omnino improbavimus, a certo tamen anno definiendo prorſus abſtinentes; in eo etiam Surio adverſi, quod non anno* 1088. *ſed ex inſtrumentis majori fide dignis, elevationem & translationem factam cenſeamus anno* 1084. *Rei ex ordine explicandæ ingens adjumentum conferret, ſiquis alicunde reſoderet, quo anno Bertulfus reſipuerit, & aut peregrinando, aut monachum ad S. Winnoci induendo, ſic bonis ſe abdicaverit, aut fortaſſe ſuperiorum juſſu abdicare compulſus ſit, ut ſita hæres, ad condendum prædictum cœnobium facultates habuerit; tum vero diploma aliquod, aut Epiſcopi aut Comitis Flandriæ, quo ad id poteſtatem feciſſe intelligantur. Sed quis hæc hodie ſperare auſit?*

E

e filio Bertulfi divinitus ſublato fuerit.

F

147 *Prædictæ filiæ a cæcitate ſanationem ejuſque mirabilem modum, ac demum indufiorum prodigioſam, per ipſam Sanctam, confectionem, quo tandem miraculo ad pœnitentiam vere converſus fuerit Bertulfus, fuſe narrat Anonymus interpolator a num.* 90. *de quibus paulo infra pluribus agendum erit. Hic modo ſupponere cogimur, ſaltem ante finem ſeculi undecimi aliquale exordium habuiſſe præfatum* S. Godelevæ *cœnobium, quod variis bellorum Flandricorum motibus objectum & concuſſum, ſæpius haud dubie ſpoliatum, tum a furentibus hæreticis deſtructum & everſum, ut hodie monumentis plane deſtitutum eſt, ex quibus certiora eruantur. Solus ipſe locus ſupereſt, ad inſtar inſulæ, foſſa undequaque circumdatus, paucis ruinis apparentibus, unde de antiqua ampli-*

in cavis monumentis erui coepit.

tudine fieri

A *fieri poſſit conjectura. Sed hæc ad alterum paragraphum pertinent; ubi clavior totius rei idea, in ære inciſa exhibebitur. Hic oppertune inſereretur aliqualis ſeculorum quinque cœnobii & in eo geſtorum hiſtoria, verum ea ſeſa omnino carere fatentur ſanctimoniales, quibus modo rerum ſuarum hiſtoricum nihil prorſus ſupereſt, præter regeſtum Belgicum, ea ſolummodo, & quidem ſatis ſicce & incondite referens, quæ geſta ſunt poſt tranſmigrationem Ghiſtella Brugas, inde Furnas, demum iterum Brugas, ubi poſt varias habitationes, fixum eſt ipſis domicilium eo loco, quo hodie commorantur, in platea, quæ vulgo* Bouverpſtraete *nuncupatur, urbis regione ſaluberrima, cæle aperte, in domo peramplа & commoda, viridariis hortiſque ſatis ſpatioſe ſe extendentibus.*

Reformata fuit 1481. & clauſura ſubdita.

148 *Unum non prætermiſero, quod in antiquis cœnobii Martyrologiis annotatum reperi, ſeculo XV. factam ibidem aliquam reformationem, tempore abbatiſſæ Mariæ van Gent, quæ vivere deſiit anno 1481. poſt quam abbatiſſarum ſeries ita diſtincta eſt, ut ab ea reformatione, ſecunda, tertia aut quarta denominarentur. Crediderim unitum tunc fuiſſe monaſterium congregationi Burſfeldenſi, cujus caput*

B *eſſe ſolet abbas ad S. Pantaleonis Coloniæ, cuique plura olim in Belgie cœnobia ſubdita fuiſſe, diſces ex Miræi præfatione ad Origines cœnobiorum Benedictinorum in Belgie. Verum ab ea congregatione ſubductæ fuerunt ſanctimoniales Godeleviane, per aliam reformationem, quam mox paucis perſtringemus. Quid deinceps ab eo anno 1481. uſque ad annum 1577. Ghiſtellæ actum ſit, non magis memoriæ proditum eſt, quam cetera, quæ de anteriortbus ſeculis plane ignorantur. Memini me alicubi legere, Virgines Godelevianas, etiam dum foris agerent, ab anno 1484. religioſæ clauſuræ ſubditas fuiſſe: forte quod tunc primum archiorem Burſfeldenſium vivendi rationem acceptaſſent. Præſenti memoriæ magis inhæret funeſta illa Calvinianarum iconomachia, & totius cœnobii deſtructio anni 1577. quo ſe Virgines Brugas recipere compulſæ ſunt. Hinc, ut dicere cœperamus, Furnas tranſiterunt, unde denuo reduces, ſedem Brugis fixere in curia Dunenſi, quam modo incolunt ſanctimoniales aliæ, quæ ex Spermaille, cœnobio non procul ab urbe ad orientalem plagam diſſito, per id tempus, ni fallor, etiam profugerunt.*

149 *Variarum habitationum mutationes hic ſigillatim non proſequor; ad deſcriptam ſupra domum,*

C *quam aliquando deſeruerant, poſtliminio redierunt, cum plurimas, tum domeſticas tum externas paſſæ eſſent difficultates, quibus eas demum ſedulo & potenti maxime auxilio expedivit Ampliſſimus, a nobis toties laudatus, Santandreanus abbas Henricus vander Zype, nova quoque inducta reformatione ſeu tirocinio, ab omnibus admiſſo, paucis exceptis, quæ in veteri monaſterio, ad* Aream anſerum (Ganſeuptaets) *contra omnia, quæ de regio & Illuſtriſſimorum Epiſcoporum conſenſu & auctoritate gerebantur, proteſtantes, perſiterunt, omnia ſua deque moventes, ne a Burſfeldenſi congregatione avulſæ, Ordinario ſubjicerentur. Abbatiſſam novam agnoſcere renuerunt, ſacra & profana omnia ſibi vindicantes, etiam ſacris ſanguinis ſeretrum, quod nonniſi extremis coactæ, a ſe auferri paſſæ ſunt, ſic ut anno demum 1642. ad novum monaſterium ſacra pignora pervenerint; una interimente altera pertinacieri monialı, ſimul cum ſua abbatiſſa, in veteri habitatione & inſtituto, quod Burſfeldenſium fuiſſe jam dictum eſt, perſeverantibus.*

Brugas 1577. fugere compulſæ Virgines

150 *Litem illam pluribus explicant regeſta epiſcopalia eccleſiæ Brugenſis, a me conſulta, ex quibus apparet, ad auſpicandum neceſſariam eam reformationem, plurimum contuliſſe Illuſtriſſimum Chriſtophori jam ab anno 1622. nequidquam contra moliente abbate S. Pantaleonis Coloniæ, tanquam capite Congregationis Burſfeldenſis. Facta eſt poteſtas ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Patracenſi, Nuntio Apoſtolico Bruxellis, ut per Epiſcopum Brugenſem tranſferrentur moniales illæ S. Godelevæ, quæ reformationem amplexæ erant. Teſtatur Illuſtriſſimus Dionyſius, per epiſtolam datam 1. Junii 1624. ſe eas tranſtuliſſe, in qua etiam declarat, abbatiſſam veteris monaſterii incapacem eſſe &c. Exſtat ibidem facultas, a Rege data, erigendi reformandique monaſterium, ea lege, ut Ordinarie ſubſit, in eum finem præcipue annitente abbate Zypæo; atque exinde monaſterium iſtud novum vocatum fuit* novitiatus. *Ne ambages ſingulas proſequar, tenuit ea res ad annum uſque 1648. imo quandiu ſuperſtites ſuere jam dictæ* Anſeriuæ, *a loco habitationis ſic diſtinguendæ; ſoventibus quodammodo diſcordias illas Burſfeldenſibus. Eſt penes me iſtius anni ſcriptum aliquod referens puncta* ſummaria eorum quæ *tunc* contigerunt in abbatia E S. Godelevæ Brugis, eo tempore, quo nuper illic fuit R. D. Jordanus, abbas Limpurgenſis, & commiſſarius præſidis capituli unionis Burſfeldenſis in Germania.

Burſfeldenſibus novum reformatum non probantibus.

151 *Juverit, caput ſaltem unicum ex eo ſcripto decerpere, ut aliqualis litium iſtarum imago refulgeat. Die Jovis XVI. Julii, anni ſupra memorati 1648. poſt Miſſæ celebrationem,* petiit, *abbas Jordanus*, loqui D. abbatiſſæ, quæ eo fine comparuit in collocutorio, aſſiſtentibus ei D. prioriſſa & alia moniali; coram quibus idem D. abbas habuit plurimos diſcurſus jactabundos de ſtatu cauſarum, quas jam dudum agebat fuiſſe motas per R. D. prælatum S. Andreæ, circa translationem & reformationem monaſterii S. Godelevæ, aſſerens, paſſionate fuiſſe proceſſum, ex pluribus abuſive Regi propoſitis, ipſumque R. D. prælatum S. Andreæ deſuper in multis obnoxium in conſcientia; addens quod idem D. S. Andreæ captaverit occaſionem hujuſmodi litium, eo tempore quo Germania & PP. Burſfeldenſes turbis bellorum in tantum eſſent involuti, ut ad monaſteria Belgica non poſſent commode advigilare, & ſic opportune piſcando, dum F aqua eſſet turbida; quodque nihilominus PP. Burſfeldenſes, licet valde tarde & lente hactenus proceſſerint, habeant dura capita Germanica, quæ finaliter non permittent has cauſas ſic abire, etiamſi illæ moniales antiqui conventus morerentur; quas etiam ſumme laudavit propter ſingularem conſtantiam, aſſerendo etiam, eas martyres, propter continuam illarum patientiam, in tam multis illarum afflictionibus: inſinuando, quod deſuper ſufficientes etiam habueris informationes, & ſignanter de malo tractamento, & non ſufficienter eis provideatur de neceſſariis.

Sed hæc præmiſsio & hodierna perfidia.

152 *Vanas eas querelas & inſimiles nænias facile refellit & retudit prudens abbatiſſa, Zypæum prælatum Santandreanum ab impactis calumniis egregie tuita. Et ſane tam nota eſt viri iſtius virtus, notus zelus & eruditio, ut fruſtra ſit ejus apologium hic texere; videatur Sanderi Franconatus pag. 294. Mitto reliquas abbatis Jordani jactationes & minas. Eo demum rediere motus ejus & conatus* omnes,

D AUTC. J. B. S. *varios libros obtinere ſuevit,*

A omnes, ut ſummo Pontifice, Epiſcopis, Rege & AUCT. bonis omnibus novo monaſterio faventibus, nihil ul- J. B. S. tra verba tentatum exiſtimem, certe cum paucarum iſtarum rebellium vitæ fine, & finem habuere diuturna illa litigia, quæ ad S. Godelevæ gloriam nihil quidquam conferre poſſunt; id vero ad decus Sanctæ ejuſque filiarum egregie conduxit, quod veteranæ etiam ſanctimoniales, duriorem arctioremque vitæ rationem ultro & libenter amplexæ, in arrepto propoſito conſtantiſſime perſeveraverint, & quæ porro eis ſucceſſere, tam illuſtria exempla imitatæ, uſque hodie ſpiritu eodem ferventes, ſanctiſſimæ ſuæ Patronæ veſtigia religioſe inſequantur, ut ambo non ſine voluptate & audore & muneri licuit. Nunc quam pio cultu S. Godelevam venerentur, quam ſedula ſint ſacri coagulati ſanguinis aliarumque reliquiarum conſervatrices, eo tutius & majori fide narrare poſſum, quod oculis ipſe meis omnia perſpexerim & quam potui accuratiſſime luſtraverim, ut ſequenti paragrapho explicatum eo.

B §. XIII. De concreto S. Godelevæ miraculoſo ſanguine, olim in prædicto veteri cœnobio, nunc Brugis honorato, & poſt varias graves moleſtias anno MDCLIII. recognito.

Enumeratio ſacri corporis partium; QUemadmodum duplicis, ut ita dicam, generis ſunt, quæ a fidelibus tantu religione coluntur, S. Godelevæ reliquiæ, ſic de utriſque ſeorſim, tanquam diverſis claſſibus, vitandæ confuſionis gratia, agendum fuit. De ſacris oſſibus, tum quæ Gbiſtellæ in geminis lipſanotbecis venerationem habent, tum quæ in tam variis Flandriæ urbibus, oppidis & pagis, etiam Namurci expoſitæ, illic quoque piorum Catholicorum concurſu frequentari ſolent; de ſacris, inquam, oſſibus hactenus ferme locuti ſumus, quamquam partes ſingulas, & Gbiſtellæ, & Brugis in cœnobio & alibi aſſervatas, non putaverimus ſcrupuloſius enumerandas. Et ea quidem ſacra Sanctæ lipſana, quæ in majori theca honorifice depoſita ſunt, non aliter a nobis recenſenda fuere, quam eodem modo quo ea expreſſa reperimus, tum in vetuſtiori Guilielmi Epiſcopi Sarepani, tum in ſubſecutis Illuſtriſſimorum Brugenſium Antiſtitum Chriſtopbori & Van Sufteren diplomatibus, ſupra fideliſſime ad verbum relatis: neque enim plura idcirco diſcuti potuere; nec minores alias particulas privatæ devotorum S. Godelevæ clientium pietati commiſſas, vel in ſacellis aliquibus aut altaribus honoratas, otioſius conquirere libuit.

C 154 Et vero præter thecas iſtas binas majores, etiam minoribus Gbiſtellæ & in cœnobio, in eccleſia Gbiſtellenſi quotannis exponi ſolitas, obſervavi ibidem vaſculum meum, in formam cylindri, calicis quodammodo pedi impoſitum, vitro obductum, in quo particulæ incluſæ ſunt, quæ adventantibus peregrinis deoſculandæ præbentur. Idem fit in ſuperſtite eccleſia veteris cœnobii Pitſeng. In novo autem Brugenſi monaſterio, trin mihi hujuſmodi vaſcula exhibuere ſanctimoniales, in quorum ſingulis mixtæ ſunt utriuſque generis reliquiæ; ſic ut pars altera ſit ex oſſibus, altera ex concreto ſanguine, de quo hic nobis agendum reſtat. Reliquiarum primum & majus aliis, argenteum eſt, in cujus una parte deus exhibetur & coſtæ officulum; in altera pars ſanguinis, craſſitudinis duorum digitorum. Secundo reliquiario inſerta eſt pars illa vertebræ, anno 1623. a Gbiſtellenſi lipſanotheca extracta, de qua ſuperius meminit teſtimonium ampliſſimi Santandreani abbatis Henrici vander Zype. Donum cylinder vitreus, exiguo pulvinari affixus, officulum aliud, magnitudinis fere unius nucis majoris, cum parvicula ſanguinis paulo minori repræſentat. Atque hac de minutioribus iſtis partibus, cum ſacri corporis tum ſanguinis, in varia id genus reliquiaria Gbiſtellæ, Brugis & alibi per Belgium, Namurcum uſque diſperſis, D

155 Nunc ex Legendis noſtris meminiſſe oportet S. Godelevam, a duobus non ſemel ibi nominatis ſatellis Lamberto & Haoca ſtrangulatam, ut penitus ſuffocaretur, converſo capite in aquam demerſam, e cujus ore & naribus ingens ſanguinis copia effluxerit, quæ terræ immixta, verſa ſit in candidos lapides variæ formæ & magnitudinis, quales aliquos vidiſſe ſe ait Drogo monachus, qui gemmarum inſtar inſpectium oculis apparerent, ut habes in legenda noſtra genuina num. 23. quin etiam pars terræ, ubi interempta fuit, verſa eſt in candidos lapides, ut meritum hujus demonſtraret Dominus, & ut patefaceret omni fideli locum ſui interitus; quod ita contigit. Quidam ob devotionem Sanctæ terram ſumſerunt, & domum detulerunt, quam poſtea verſam in gemmas mirati ſunt. Ego ipſe, qui hæc ſcribo, teſtis accedens, eaſdem vidi, & nomen Domini benedixi. Merito ſane, quod ſanctæ Martyris ſuæ gloriam tam illuſtri miraculo manifeſtaſſet. Aſt ego gemmas iſtas, non auſim dicere partem concreti ſeu calcinati ſanguinis, qualem Brugis ſervant prædictæ Sanctimoniales, quemque ibi & oculis vidi & manibus attrectavi, ſic ut ex eodem terra, ſacro ſanguine reſperſa, non unum miraculum prodiiſſe neceſſe ſit. Ad hunc articulum ſpectant grandiores iſti lapides, de quibus paulo explicatius loqui videtur Drogo Surianus. hic agitur de ſacro ſanguine, E

156 Surianus, inquam, in clauſula controverſa, ſuperius non ſemel diſcuſſa, quæ cujuſcumque demum ſcriptoris fuerit, vetuſta utique conferi debet. Sic in ea Legenda habetur poſtremus duobus lineis: Cujus (S. Godelevæ) niveus cruor, qui ex ore & naribus in ſubmerſione emanavit, in eodem monaſterio conſervatur, ad perpetuam rei memoriam, & ſignum virginitatis ejuſdem Sanctæ Dei. Variat quidem circa lapillos candidos Anonymus vitæ Drogonis interpolator, cum iſte diſertiſſime eos referat ad locum, ubi martyrium Sanctæ, ſubmerſione in aquas conſummavit, ille vero ad terram ſepulcri, quæ ſacrum loculum attigerat. At potter longe nobis Drogonis auctoritas, & additio iſta qualiſcumque, cui plane conformis eſt immemorabilis Gbiſtellenſium traditio, legitima auctoritate confirmata, de ſanctiſſimæ Martyris ſacro ſanguine in eos lapides converſo, qui in veteri olim Gbiſtellenſi cœnobio, nunc in Brugenſi, debito cum honore cuſtodiuntur, innumeris prope miraculis & quotidianis beneficiis celeberrimi. Erraverunt Anonymus, loca inadvertenter tranſponendo, an potius obtinuerit Gbiſtellæ ejus temporis traditio, de terra ſepulcri etiam in lapides mutata, nihil attinet multis quærere; de iis ſolum lapidibus hic ſermo eſt, qui pro niveo ſanctiſſimæ Martyris cruore in monaſterio conſervantur a tot ſeculis, ut tales, catholico cultu in hodiernum uſque diem conſtanter honorati. in candidos lapides converſo F

157 Pro-

A qui aliquando ſanguinem emiſerit,

157 *Proprius hic locus eſt, ut de prædicto ſacro Sanguine id memoremus, quod in rei totius confirmationem adducunt ambæ Legendæ Belgicæ majores; prima quidem inter exempla, uti vocat, ſub titulo* miraculorum, *quæ ad Puteum contigerunt; noviſſima autem & paulo correctior, cap. 3. pag. 63. ſtupendum nempe miraculum, cujus tempus diſerte exprimitur, in majori præſertim, & antiquiori Legenda anni 1619. ubi ſignatur annus 1576. Narrant itaque, Sanguinem iſtum concretum (an lapides omnes, an eorum aliquem dumtaxat, clarius non exponitur) in ipſo Ghiſtellenſi Puteo olim ſolitum aſſervari, eumdemque quotannis ab aliquo ſacerdote inde extrahi, lavari & expurgari conſueviſſe. Quod cum iſte faceret videretque oculis ſuis, aquam ad lotionem adhibitam, ſanguinis inſtar rubeſcere; nihilominus lapidum candor a fide adhibenda virum avertebat. Rem itaque exploraturus, ſtylum ferreum lapidi infixit, atque ecce magna continuo ſanguinis copia inde effluxit, niſi vena aperta fuiſſet, aut hoc aliquis machinatus. Saepore correptus ſacerdos, moniales ſanguinem juſſit extergere, & in ſacram piſcinam deferre, ne forte rei veſtigia in ejus confuſionem apparerent. Sic ferme legant ambæ editiones, referatque tota hiſtoria in tertia miraculorum claſſe aa. 23. uti & ſequens, non minus miranda.*

B

& quo ubi ſanctæ furoris vim evaſerit, novile patuit Ghiſtell.

158 *Subjiciunt enim Legendæ; cum aliquando concretus iſte Sanguis, probe expurgatus, eorum, quibus incumbebat, negligentia, non ſatis tempeſtive in Puteum denuo remiſſus fuiſſet, mox aquam tantum ſœtorem exhalaſſe, ut a nemine tolerari poſſet. Quod ubi obſervatum eſſet, reſtituto ſine mora in locum ſanguine, ſatur omnis affluxum evanuit. Quæ ſi ad literam intelligenda ſint, concludere oportet, prioribus iſtis ſeculis in more poſitum fuiſſe apud Ghiſtellenſes moniales, non ut in templo aut ſanctuario pretioſum ſuum theſaurum depone rent, ſed in ipſo Puteo, haud dubie probe obſervato. Quamdiu id factum fuerit, non divinavero; id certum eſt, ab anno 1377. quo inde fugatæ ſint ſanctimoniales, non grandiores iſtos lapides, ſed particulam minorem fortaſſe aliquam, ad conſervandam aquæ puritatem, eidem Puteo immerſam remanſiſſe; quamquam nec id aſſerere neceſſarium videatur, unda ſalutari per ipſum Sanctæ martyrum ſatis conſecrata, quidquid eo tempore, quo religioſæ virgines cœnobium inhabitarunt, miram illam ſacri Sanguinis in Puteum immiſſionem Legendæ Belgicæ citatis locis confirment: fatur vero, de quo egimus, occulæ alicui cauſæ tribuendus fuerit, quam modo explorare integrum non ſit.*

C

Brugæ delatum Sanguinis ſœtorem,

159 *Quocunque demum ſenſu Legendarum iſtarum verba accipenda, de hodierna theſauri exiſtentia dubitandum non eſt; evaſit nimirum furentium iconomachorum rabiem, dum anno poſt narratum prodigium proxime ſequenti 1577. Brugas fugientes bonæ virgines, cum ſecum abſportarunt; Furnas deinde, quo ſe Brugis recepere, ac demum poſtliminio ad priorem Brugenſem ſedem, ubi poſt varias viciſſitudines & habitationum mutationes, in Auſerum arca, vulgo* Gauſenpicots, *fixum ſibi domicilium elegerunt. Admiſſa poſtmodum, annuentibus Brugenſibus Epiſcopis & Santandreana abbate Zypæo, ea vocanda reformatione, de qua nuper locuti ſumus, cum pleraque ſanctimoniales omnes ad hodiernum monaſterium, tanquam ad novum tirocinium pervexiſſent, pauca illa, quæ in Auſerum arca remanſerant, a mutando vitæ genere proſſus aliena, ad diſcordias, turbas & contentiones rem omnem adduxerunt, opinor, Barefeldenſium, quibus antea unita fuerant, conſiliis & incitamentis; unde exortæ ſunt deturpæ illæ & indecentes lites, quæ hic ſigillatim enumerare nec vacat nec libet.*

D

AUCT. J. B. S.

160 *Erat ea Auſerinarum conditio, ut pleraque poſſidentes, vix quidquam a ſe avelli ſinerent, tum ſacra tum profana ſibi reſervantes, uſque adeo, ut eccleſiaſtica & civili, regia etiam auctoritate compelli debuerint, ut & libros rationum, & pedum cum reliquis abbatiſſæ ornamenta reſtituerent; ac demum reliquias omnes, & præſertim ſacri Sanguinis cinereis ſeu calcinati thecam, pro qua recuperanda, tamquam pro aris, ut ajunt, & focis, plurimis annis acriter concertandum fuit; donec obtenta a regio Bruxellenſi Conſilio ann. 1639. mandato peremptorio, per commiſſarios, ad id expreſſe deputatos, pleraque impetrata ſunt; at induci nequaquam potuere religioſæ iſtæ Auſerinæ, ut ſacram eam Sanguinis cinerei thecam, a ſe exterqueri paterentur, quibuſcumque demum minis aut pœnis intentatis. Dum enim, ut narrat curatum cœnobii Godelevani regiſtrum, die 2. Septembris jam dicti anni 1639. ad vetus iſtud Auſerinum cœnobium perveniſſent deputati, non ſine admiratione deprehenderunt, præfatam thecam, cum pauculis argenteis cimeliis & ornamentis, a refractariis ſanctimonialibus abſconditam & occultatam fuiſſe. Cetera, quæ hic minutim explicanda non ſunt, compendio proſequor.*

multis difficultatibus enixa prævalet,

E

161 *Cum nec amicis exhortationibus, nec ſeveris monitis, nec demum optimatum precibus & auctoritate moveri ſe ſinerent prædictæ Auſerinæ, ut occultata revelarent cederentque novo monaſterio, ad aulam denuo recurrendum fuit, unde iteratis mandatis ad RR. DD. Vicarios vacantis epiſcopatus miſſis, ii XV. Octobris anni 1640. brachio ſeculari muniti, alteris monitionibus & ſuaſionibus pervicaces aggreſſi ſunt, ſed in propoſitis obſtinatas reperientes, in varia monaſteria ſequeſtrandas conſenſerunt; adhibitiſque fabris & cementariis, ſingulas domus angulos perſcrutari juſſere, ſi quo modo deſiderata capſa educi alicunde poſſet: veram conatu irrito, cum alio ablata fuiſſet. Demum, remediis aliis fruſtra adhibitis, ad confeſſos ventum eſt, quibus permotæ, locum occultationis revelarunt, atque in vicariorum manus pervenit ſacer theſaurus XXXI. Julii 1641. Tandem denique XXIX. Aprilis anni 1642. regio juſſu, Illuſtriſſimus Nicolaus de Haudion, Brugenſi Epiſcopus, per R. D. Priorem ad S. Andreæ, duobus Canonicis comitatum, deſideratiſſimum thecam ad novum monaſterium deferri curavit, ubi fauſtis acclamationibus & urgenti bonarum ſanctimonialium lætitia ac incredibili veneratione recepta eſt. Porro ſequenti proxime anno XXIII. Julii ſolennem viſitationem inſtituit idem Illuſtriſſimus de Haudion, cujus authenticum teſtimonium exhibeo, ex ipſis epiſcopatus regeſtis deſumptum.*

demum a reformatis impetrat 1642.

F

Et ſequenti anno 1643.

162 Nicolaus de Haudion, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Brugenſis, perpetuus & hæreditarius Flandriæ Cancellarius, omnibus has viſuris ſalutem in Domino. Exhibita nobis pro parte D. Abbatiſſæ, & monialium novi monaſterii S. Godelevæ, Ord. S. Benedicti, olim extra, nunc vero intra civitatem Brugenſem, petitio continebat, qualiter in Conſilio ſuæ Majeſtatis Catholicæ, pendenta lite inter ſupplicantes ex una & ſorores Annam Godelevam Maſſus, & Annam Sproncholf religioſas profeſſas veteris monaſterii prædictæ S. Godelevæ ex altera partibus: quadam notabiles reliquiæ ejuſdem

S. Go-

A AUCT. J. B. S. S. Godeleva inter alia die VI. Auguſti anni MDCXLI. ad inſtantiam dictarum ſororum Annæ Godelevæ Maſſur & Annæ Sprongholf ſequeſtratæ fuerunt ad manus RR. DD. Vicariorum ſedis epiſcopalis tunc vacantis, & repoſitæ in armario quodam, ſito in ſacriſtia majori S. Caroli Borromæi, eccleſiæ Cathed. ibidemque ſub ſigillo eorumdem DD. Vicariorum fuerunt aſſervatæ uſque ad diem XXIX. Aprilis ultimo elapſi.

ab Illuſtriſſimo Epiſc. Mandato

163. Quo nos, volentes mandare executioni litteras regias datas Bruxellis quarta ejuſdem menſis Aprilis, ſignatas de Gottignies ac ſigillatas ſolito dictæ Regiæ Majeſtatis ſigillo, prænemoratas reliquias incluſas feretro ligneo quadrato & exterius picto & deaurato, altitudinis circiter duorum pedum, debite per nos viſitatas, in præſentia plurimorum, tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium, & ſub ſigillo noſtro, in rubra cera impreſſo obſeratas, dictis D. Abbatiſſæ & monialibus novi monaſterii, modo degentibus in nova domo ejuſdem monaſterii, ſita in platea dicta de Bouverpſtrate, cum aliis parvulis reliquiis, jocalibus, ornamentis & aliis rebus, pro parte præfatarum duarum monialium, penes præfatos DD. Vicarios eouſque ſequeſtratis, reſtitui curavimus, prout etiam reſtitutas fuiſſe, & exinde in eodem feretro, in eccleſia ejuſdem monaſterii aſſervatas fuiſſe nobis conſtat.

B

reſeratum

164. Verum cum ſicut eadem petitio ſubjungebat, moniales dicti novi monaſterii, pro pietate & ardenti devotione, quo feruntur erga dictam S. Godelevam, ſummopere deſiderarent, ad breve aliquod tempus dictum feretrum per nos aperiri, ſibique cum debita veneratione reliquias introcluſas oſtendi; nos attendentes, hujuſmodi ſupplicationem eſſe juſtam & rationi conſonam, acceſſimus dictam eccleſiam novi monaſterii ejuſdem S. Godelevæ, ibidemque, accenſis luminibus, debita cum reverentia (ut moris eſt) in præſentia R. Admodum Domini Jacobi de Bernencourt, Præpoſiti eccleſiæ collegiatæ B. Mariæ Brugenſis, R. Patris Guardiani Capuccinorum conventus Brugenſis, Secretarii & Capellani noſtri, nec non plurimorum circumſtantium, dictum feretrum, detractis primo ſigillis, deſuper (uti prædictum eſt) impreſſis, aperuimus; ac in eodem reperimus dictas reliquias S. Godelevæ, ordine prout ſequitur.

C

obſeratum

165. Primo magnam partem ſanguinis (uti refertur) concreti ejuſdem S. Godelevæ, forma quaſi quadrangulari, ab utraque parte multis puteolis * & foraminibus notatem, denſam ad latitudinem trium digitorum, albi coloris, & fere inſtar calcis. Item aliam partem fatis magnam, ſed priore notabiliter minorem, quaſi rotundam, ejuſdem pene denſitatis. Item quatuor alias partes minores, uniformiter diformes, atiamque partem minimam, ac particulas aliquot minutas, adinſtar piſorum, quæ omnes partes erant ſeparatim involutæ linteis albis, & dictæ majores partes præterea byſſo rubeo, in modum burſæ confecto.

* *An cum fodalis?*

& accurate recognitum

166. Quibus involutis ex parte ſolutis & apertis, præfatas omnes reliquias ſæpe dictis monialibus, in choro penſili præmemoratæ eccleſiæ congregatis, aliiſque circumſtantibus, ea, qua præmittitur, veneratione oſtendimus, ac tum eaſdem rurſum præfatis linteis involutas, in ſupradicto feretro cum præſentibus litteris repoſuimus, idemque feretrum, debite occluſum, præfato ſigillo noſtro in quatuor angulis, in cera rubea deſuper impreſſo, obſeravimus, inſuperque concedendum duximus, & conſentimus per præſentes, ut eadem in capſa lignea, ad hoc a latere Evangelii altaris præfatæ eccleſiæ adornata, reponantur & collocentur, ac debito cultu a Chriſti fidelibus honorentur. Datum Brugis in palatio noſtro epiſcopali, ſub ſigillo noſtro & Secretarii noſtri ſignatura, die XXIV. Julii anni MDCXLIII. Et in plica habebatur: De mandato Perilluſtris & Reverendiſſimi Domini præfati. Et erat ſignatum Vander Zype Secretarius MDCXLIII. & appendens erat ſigillum præfati Illuſtriſſimi in hoſtia rubra. D

§. XIV. De nova ſacri Sanguinis recognitione, a moderno Illuſtriſſimo facta MDCCXIX. de ejuſdem Sanguinis partibus, alibi venerationi expoſitis, deque confraternitatibus in Sanctæ honorem inſtitutis. E

Ia ultima recognitio an. 1719.

Patuit mihi ad ſacrum iſtum Theſaurum acceſſus VII. *Julii, prædicti anni* 1619. *auctoritate Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Henrici Joſephi van Sufteren, moderni Brugenſium Epiſcopi, qui in theca minori ſeu intrinſeca, quæ modo longe majori includa ſolet, reperit, convenire omnia, cum iis quæ in præmiſſo diplomate aſſerunt Illuſtriſſimus ejus deceſſor Nicolaus Haudien, eo dumtaxat excepto, quod in cœnobii regeſto, artic.* 43. *diſertiſſime exprimitur, excepta, inquam, ea minori parte, quæ ab eodem Epiſcopo miſſa eſt ad ſanctimoniales Namurcenſes anno* 1644. *die* 21. *Maji, ut refert iſtius temporis regeſtum epiſcopale his verbis:* Reverendiſſimus Epiſcopus Brugenſis euidam monaſterio monialium, Ordinis S. Benedicti, in civitate Namurcena, dono dedit partem ſanguinis concreti, cum adjuncto decreto litterarum in forma, cum reliquiis, pixidi parvæ, ſub ſigillo ejuſdem Reverendiſſimi introcluſarum. *Notat vero præfatum regeſtum cœnobii, in viſitatione aliquando facienda, inventum iri, numerum particularum imminutum eſſe, ea ſcilicet, quæ ab Illuſtriſſimo Epiſcopo ex theca acceptæ, ad Namurcenſes ſanctimoniales fuit tranſmiſſa. Id autem veriſſimum eſſe, experti ſumus, cum pro* quatuor, *tres dumtaxat partes minores, duabus majoribus molibus adjunctæ, in ipſa illa theca inventæ fuerint.* F

reperta omnia convenire cum priori anni 1643.

168 *Involutæ omnes ſunt linteo mundo, quod in variis partibus ſigillo Illuſtriſſimi communitum erat, deinde ſacco occluſæ, ſicque minori thecæ impoſitæ, ipſam totam implent, tametſi ad duos ferme pedes extenſa, & totidem circiter alia videatur, locis ſuis etiam ſigillo epiſcopali obſerata. Ligneo tota eſt, hinc inde nonnihil deaurata; tecto ſuperius clauditur, ut domunculæ formam referre videatur. Rem totam, ſatis hic deſcriptam, oculis ſubjicere, operæ pretium non duxi. Ipſa theca grandior, molis longe majoris, lignea quidem & ipſa eſt, ſed deargentata tota & variis partibus deaurata, quæ per dies vigiuti quatuor, a* VI. *ad* XXX. *Julii, quemadmodum duvat Ghiſtellenſis ſolemnitas, in ipſo templo cœnobii, concurrentis*

A *rentis populi pietati & veneratioñi exponitur; mi-* *nori nempe illa, huic majori inclusa, sic ut sola* *grandior machina conspiciatur. Jam dixi, parvas* *multas ejusdem concreti sanguinis particulas, in* *varia minora reliquiaria, cum partibus sacrorum* *ossium ibidem divisas; quorum bina in* Pistens, *seu* *Ghistellensis vetus cœnobium, deferuntur, ut ibi etiam* *reliquiæ populo devotis bando porrigantur. Particu-* *la alia in aquam demergi solet, virtutem morbifu-* *gandi indutura, ut manifestum fiet, dum ad mi-* *racula devenerimus, quæ ibi magno numero patra-* *ri dicuntur, quamvis nulla repererim, satis legiti-* *mis auctoritate fulcita aut approbata, ut proinde* *sola bonorum hominum fide nitantur, quæ ad Legen-* *darum calcem, ex cœnobii monumentis referuntur.* *En modo majoris istius lipsanotheæ delineationem.* D AUCT. J. B. S.

B E C F

Sacri sanguinis particula Neoportensis & Gandavensis.

169 *Partes prædicti sanguinis, alibi quam Ghistellæ & Brugis veneratioñi fidelium olim exposi-* *tas, non novimus, præterquam Neoporti, ubi an-* *no* 1492. *exstitisse, testatur Clericus Ghistellensis, inter miracula, Actis infernis subjuncta, n.* 11. *Sunt item Namurci, ut verbo jam insinuavimus, atque Gandavi in parvo Beghinatio, de quibus paragrapho* 11. *pluribus egimus. Qua potissimum ratione, quo præcise anno ad virgines illas Beghi-* *nas pretiosa exuviæ devenerint, nescio an quis hodie satis certo explicare queat. Suppositi illic, vel ab ipso, qui eas primum Ghistellæ ab abbatis-* *sa acceperat, vel ab aliquo ea ejus heredibus, qua-* *lis forte filia aliqua esse potuerit, prædictæ congre-* *gationi Beghinarum adscripta, impetratas, & ibi* *mox religioso cultu honoratas; quo, hæreticis Gan-* *davi verum potientibus, aliquamdiu cessaverit, flo-* *rentibus demum rursus rebus Catholicis, fidelium* *pietate & fiducia auctus, qualem ipsum ibi descri-* *psimus. Primæ donationis, a Godeleva Payers,* *Ghistellensi abbatissa, factæ Ludovico isti Boonis an-* *no* 1548. *instrumentum eo loco retuli, unde commode* *avelli non potuit. Hic iterum notabo, ejusdem san-* *guinis Gandavensis particulam aliquam a R. D. Ro-* *cho de Scheemaecker, tunc Beghinatis istius pastore,* *dum ex Sleydinghe acceptæ sunt reliquiæ aliæ, in an-* *tidorum Reverendo Domino Francisco Staes, dono isti-* *dem datam fuisse, quæ proinde ibi eisdem hodiedum* *colatur, ut citato paragrapho* 11. *dictum est.*

170 *De Namurcensi sanguine jam testimonium* *ex regesto episcopali Brugensi retulimus. Habeo pra* *oculis autographum ipsam epistolam sororis Theclæ* *de Spontin, abbatissæ cœnobii Pacis nostræ Dominæ* (la paix nostre Dame) *Namurci datam* XXVI. *Augusti* 1645. *qua Illustrissimo Brugensi, sæpe* *dicto Nicolao de Haudion, significat, Illustrissi-* *mum Namurcensem (qui per id tempus erat En-* *gelbertus des Bois) sacras reliquias pridem acce-* *pisse, coram Vicariatu aperiendas, & mox in ec-* *clesia honorifice & solenniter deponendas. Reliqua* *epistolæ consistunt in profusis gratiarum actionibus,* *suo & filiarum suarum nomine, pro tam insigni* *munere, futuro immortali monumento benevo-* *lentiæ Illustrissimi istius erga cœnobium suum. Non* *erat id temporis valde vetustum Namurcense Pa-* *cis monasterium, utpote quod* fundamenta sua *pri-*

Ejusdem cultus apud sanctimoniales Namurcenses.

A *primum* jeciſſe *aſſerta auctor Sanctuarii Namurcenſis* anno MDCXIII. Rigidiorem vitæ S. Bene-
AUCT. dicti normam ſequi, *ibidem teſtatur:* fundationem *autem* Virgines procuraſſe, ædificia privatorum eleemoſynis promota; florere ibi vigereque religioſam diſciplinam, *&c. Et ea gratia factum fuiſſe, narrabant ſanctimoniales Godelevianæ, quod in eas ſoroves ſuas propenſiores tunc fuiſſent primæ monaſterii Brugenſis reformatrices, quoniam Namurcenſes illæ idem vitæ inſtitutum profitebantur, quod ipſæ non ita pridem amplexatæ fuerant.*

alii & articulus digiti 171 *Quemadmodum autem ſuperius facer ſanguis, Gaadavi in minori Begbinaſio honoratus, ab aliis ſacri corporis reliquiis commode ſeparari non potuit, ſic & hoc loco juagendæ ſunt ambæ ſacræ exuviæ, quæ Namurci in prædicto pacis cœnobio aſſervantur. Sic in ejus tabulario litteris mandatum ſuperrime teſtata eſt bodierna abbatiſſa M. A Joſepha de Lambellion, inſcripto ad me miſſo, per noſtri iſtic collegii Rectorem R. P. Le Vaillant. Inſtrumenti, veroſimiliter a dicta ſuperius Thecla de*
B *Spontin relicti, verba ſunt:* Anno MDCXLVI. dono ejuſdem Illuſtriſſimi Brugenſis Epiſcopi etiam accepimus articulum digiti præfatæ S. Godelevæ, cum debitis atteſtationibus, quibus involutus erat. Porro eas quoque reliquias approbavit Illuſtriſſimus noſter Engelbertus des Bois. Ipſæ vero, eleganti capſulæ infertæ, ab eodem Epiſcopo, ſolenni proceſſione, e palatio epiſcopali ad monaſterii noſtri ſacellum delatæ ſunt, ibidemque hactenus omnium veneratione expoſitæ. *Subdit*, S. Godelevam *Namurcenſium fidelibus præcipue invocari, ad concordiam inter conjuges impetrandam, atque ad pellendos avertendoſque gutturis dolores. Ipſo ejus feſto die cantatur Miſſa ſolennis, abſque ulteriori cultu, propter concurſum eo die Octavæ Apoſtolorum. Hiſce teſtimonii junctа erat excuſa ann.* 1646. *ſchedula gallica, qua vitæ* S. Godelevæ *breve compendium populo Namurcenſi exponebatur. Hic paucis addo, docuiſſe me Raviſſium in Hierogazophylacio pag.* 201. *in parthenone Doriſſellenſi Virginum Ciſtercienſium Gaadavi, aſſervari in phiala de ſanguine* S. Godelevæ: *atque item pag.* 463. *in eccleſia collegiata S. Salvatoris Brugis.*

C *Confraternitates in S. Godelevæ honorem, præſertim Ghiſtellis* 172 *Atque hæc de ſacri Sanguinis particulis, alio deportatis & honoratis, ſatis dicta ſint; id unum ferme reliquum ad* S. Godelevæ *gloriam ſpectat, ut veteris cœnobii Ghiſtellenſis rudera, & quæ ibidem in Sanctæ honorem monumenta ſuperſunt, pia curioſitate perluſtremus, quæ erit materia paragraphi proximi, ad quem priuſquam tranſeamus, pauca colligenda ſunt alia in Sanctam devotorum clientium venerationis argumenta, eo magis illuſtria, quod communi plurium conſenſu demonſtrentur. Intelligo confraternitates ſeu ſodalitia, id unum ſpirantia, ut non ſolum annuam feſtivitatem recolant, ſed perpetuo quadammodo cultu, mutuis ſtimulis excitata* S. Godelevæ *ſe arctius obſtringant, ejus virtutes ſibi imitandas proponant, denum ſingulari eius patrocinio ſodales iſti ſe totos devoveant. In eo primas ſibi procul dubio vendicant Ghiſtellenſes, ab immemorabili, nec minus hoc tempore Patronæ ſuæ cultores eximi, quique id ſibi proprium habere videantur, ut nemo non ſatagat, ſuæ in Sanctam deditiſſimi animi indicia reddere quam manifeſtiſſima, atque adeo confraternitati certatim nomina dare, ſeque Sanctæ alumnos profiteri minime erubeſcant. Eorum curæ demandatum Sanctæ ſa-*
D *celium, ſeu navis templi, a nobis ſuperius deſcripta, eleemoſynas ipſi colligunt; quam & ipſorum ad hoc deputatis, alteram e tribus repoſitorii ſacri corporis clavibus commiſſam, ſupra etiam diximus.*

& Brugis ubi hinc Doſſuarium; 173 *Æmulatores fuere nonnulli Brugenſes olim, quorum forenſes bajuli ſeu doſſuarii jam olim congregationem inſtituerunt in eccleſia S. Salvatoris, ut mihi compertum eſt, ex facultate quadam, in regeſtis epiſcopalibus ipſis conceſſa, domum aliquam, ſodalitio ſuo propriam, vendendi, nummoſque inde provenientes recte expendendi: hæc autem geſta ſunt ann.* 1584. *ut facile mihi fuerit conjicere, prædictam congregationem, diu ante iſtum annum inſtitutam fuiſſe. Et hæc confraternitas, a primævo zelo uſque hodie ſe non deflexiſſe teſtatur; ſolis tamen illis forenſibus bajulis conſtans, habenſque ſacellum ſeu altare ſibi proprium, in ambitu & ad extremitatem prædictæ eccleſiæ S. Salvatoris: pridem opinor, Romæ confirmata, ſed novis gratiis aucta ab Alexandro VII. anno* 1662. *die* v. *Julii. Ex Bulla, mox ſubjicienda, colliges, quid ipſis conceſſum fuerit;*
E *cum ea interim diſparitate, quod favores Innocentii X. confraternitati cœnobii Godeleviani indulti, non reſtringantur ad* homines unius ſpecialis artis, *ſed ad omnes utriuſque ſexus fideles, qui ſe eidem aggregaverint; ibi vero ad ſolos iſtos bajulos, & quidem foveaſes, omnia reſtricta ſint. His autem eo cultu ſacras patronæ ſuæ reliquias honorant, ut* S. Godelevæ *feſta luce, ſolennem Miſſam celebrari curent; poſtridie, aliiſque ſtatutis diebus, defunctorum ex confraternitate ſumma ratio habeatur, tum in aſſiſtendo exequiis, tum in procurandis pro æternа eorum requie ſacrificiis, ut ex inſtrumento, ad me Brugis tranſmiſſo, perſpexi.*

ſed præcipue in ipſo Sanctæ anniverſario. 174 *In ſupra citatis epiſcopatus regeſtis didiceram, bajulos eoſdem vel certe alios Brugenſes, anno* 1620. *capellam, ſeu melius dixeris, altare* S. Godelevæ *habuiſſe in eccleſia, itidem collegiata, B. M. Virginis ſub odeo; unde nata mihi ſuſpicio eſt, aut bajulos iſtos forenſes eo tranſmigraſſe, aut verbis illis aliud a priori* S. Godelevæ *ſodalitium indicari. Rem explicuit laudatus mihi toties Clariſſimus Waltus, dum bajulos* pontis S. Mariæ (Mariebrugæ) *a forenſibus iſtis accuratius diſtinxit, ſic ut Mariani in D. Virginis, forenſes in S.*
F *Salvatoris, propenſiſſimæ ſuæ in* S. Godelevam *voluntatis & pietatis annua & conſtantia argumenta demonſtrent, egregia ſane & plane ſingulari æmulatione, quamque alibi vix invenias. Sed quidquid horum ſit; cultu Sanctæ noſtræ ea æde ſacra cœnobii ſanctimonialium magis magiſque indies accreſcente, eo potiſſimum piorum clientium converſa ſunt ſtudia; atque adeo inſtituta illic de novo congregatio ſeu confraternitas, quæ anno* 1649. *pontificia auctoritate conſtabilita, prioribus haud dubie longe antecellit: atque ipſa primo ſuo fervore bodiedum animata, florens & vegeta perſiſtit, ut tota Brugenſi urbe notiſſimum eſt. Non erit abs re, gratias & favores pontificios, quibus confratres & conſorores cumulate ditantur, ex ipſo diplomate cognoſcere. Sic ibi loquitur ſummus Pontifex.*

ſua anno 1649. 175 Innocentius PP. X. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus, in eccleſia monaſterii monialium S. Godelevæ, civitatis Brugenſis, una pia & devota utriuſque ſexus Chriſti fidelium confraternitas, ſub invocatione ejuſdem S. Godelevæ, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, canonice inſtituta exiſtat, cujus confratres & conſorores quam plurima pietatis & charitatis opera exercere conſueverunt;

A verunt. Nos ut confraternitas præfata majora indies ſuſcipiat incrementa, de omnipotentis Dei miſericordia ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui dictam confraternitatem impoſterum ingredientur, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pœnitentes & confeſſi, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam, nec non tam eis, & pro tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis in dicta confraternitate confratribus & conſororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, ſi vere pœnitentes & confeſſi, ac ſacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin minus corde devoto invocaverint, etiam plenariam.

ab Innocentio PP. X.

176 Ac iiſdem nunc & pro tempore exiſtentibus confratribus & conſororibus, & vere pœnitentibus & confeſſis, ac eadem ſacra communione refectis, qui prædictæ confraternitatis eccleſiam ſeu capellam vel oratorium, die feſto ejuſdem ſanctæ Godelevæ, a primis Veſperis

B ris uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum principum concordia, hæreſum exſtirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.

approbato ejſ.

177 Inſuper dictis confratribus & conſororibus, etiam vere pœnitentibus & confeſſis ac ſacra Communione refectis, dictam eccleſiam ſeu capellam vel oratorium, in quatuor aliis anni feſtivis vel feriatis diebus, per confratres dictæ confraternitatis ſemel tantum eligendis & ab Ordinario approbandis, ut præfertur, viſitantibus & ibidem orantibus, quo die præfatorum id egerint, ſeptem annos & totidem quadragenas; quoties vero Miſſis & aliis divinis officiis in dicta eccleſia vel capella ſeu oratorio pro tempore celebrandis & recitandis, ſeu congregationibus publicis & privatis ejuſdem confraternitatis, ubivis faciendis, interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, vel pacem inter

C inimicos compoſuerint, ſeu componi fecerint vel procuraverint,

conceſſit multis pontifices & ſacerdotibus

178 Nec non & qui corpora defunctorum, tam confratrum & conſororum dictæ confraternitatis, quam aliorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut quaſcumque proceſſiones de licentia Ordinarii faciendas, ſanctiſſimumque Euchariſtiæ Sacramentum, tam in proceſſionibus, quam cum ad infirmos aut alias ubicumque & quandocumque deferetur, comitati fuerint, aut ſi impediti, campanæ ad id ſigno dato, ſemel orationem Dominicam & ſalutationem angelicam dixerint, aut etiam quinquies orationem & ſalutationem prædictas, pro animabus defunctorum confratrum & conſororum præfatorum recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcumque pietatis vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet præfatorum operum ſexaginta dies, de injunctis eis vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

179 Volumus autem, quod ſi aliis dictis confratribus & conſororibus, præmiſſa peragentibus, aliqua alia indulgentia perpetuo vel ad tempus, nondum elapſum duratura, conceſſa fuerit, præſentes nullæ ſint; utque, ſi dicta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata jam ſit, ſeu impoſterum aggregetur, vel quavis alia ratione uniatur, ſeu & quomodolibet inſtituatur, priores ſeu quævis aliæ litteræ Apoſtolicæ illis nullatenus ſuffragentur, ſed ex tunc eo ipſo prorſus nullæ ſint. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo piſcatoris, die xxx. Aprilis MDCXLIX. pontificatus noſtri anno quinto. Subſignatum M. A. Maraldus, & inferius. Placet perilluſtri ac Reverendiſſimo Domino &c. publicari. De mandato &c. ſubſignat J. B. Vanden Zype Secretarius: die VI. Junii. *Notantur in apographo, deſignati quatuor Indulgentiarum dies, rogatu abbatiſſæ Godeleviane: ſcilicet translatio S. Benedicti, translatio S. Godelevæ, Octava S. Godelevæ, & feſta dies S. Scholaſticæ. Brugis* XV. *Junii* 1649. *& ſignatum ut ſupra.*

D *Avgvſt. J. B. S. articulque ſexus ſolemnis.*

E

§. XV. De celebri puteo, Ghiſtellæ incredibili populi concurſu frequentato, præſertim a VI. Julii ad XXX. ejuſdem menſis, & de monumentis, quæ ibidem hodie ſuperſunt.

Præcipuus Sanctæ cultus locus.

Ghiſtellæ vicus.

INter varia jam enumerata loca, S. Godelevæ *cultu celebria, ceteris palmam omnino præripit, a Sanctæ ipſius nomine in mappis geographicis nuncupatus* vicus, *ut ait Sanderus in Flandria pag.* 329. ad medium fere lapidem a Ghiſtella .... poſitus, nomen habens a Diva .... (*vulgo* Pitheus *dictus*) ejus ſancto nomini Virginum dedicato cœnobio; quod nunc, ob motus temporum, in civitatem Brugenſem tranſlatum, ſub regula S. Benedicti, ſtrictioris obſervantiæ gloria efflorueit; procurante rem cum primis viro religioſo Henrico Zypæo, ejuſdem ordinis divi Andreæ juxta Brugas abbate: *quod pluries dixiſſe non pœnitet, Nominatiſſimus in præfato vico puteus eſt, ipſe olim Ghiſtellenſis cœnobii interieri ambitu concluſus, cujus aquam per effuſum* Sanctæ Godelevæ *ſanguinem, variis ægritudinibus pellendæ ſalutarem redditum eſſe, Dragonis ipſius teſtimonio indubitatum eſt. Sic loquitur ipſe in editione noſtra nu.* 24. Elementum quoque aliud convertit Deus omnipotens ad gloriam ſui honoris, ut propalaret, quod foret & quantum meritum ibidem demeritæ mulieris: nam quicumque febris incommodo, quicumque aliarum paſſionibus infirmitatum preſſi, illo advenientes, aquam ipſam potarunt, continuo optatam ſoſpitatem, meritis ejus ſe recepiſſe lætati ſunt.

ubi quatuor multis mutationibus elatus:

181 *Anonymus autem, Dragonis interpolator, num.* 91. *inſigne miraculum narrat, quod in Bertulfi filia, poſtmodum cœnobii fundatrice, Sanctæ meritis patratum eſt, dum ipſa, per revelationem prius monita, incredulis parentibus nequidquam obſiſtentibus*, opportunitatem nacta, cum die quadam per juvenculas conſodales, ad hunc puteum perduci ſe obnixa prece poſtulaſſet, oculorum lociculos, a nativitate luce orbatos, fide ſincera, devotione pura, grandique fiducia ter abluens,

A abluens, juxta ſanctæ Virginis & Martyris pro-
Auct. miſſionem, divinitus illuſtrata, clariſſimum vi-
I. B. S. dendi lumen affecuta eſt. *Secuta poſtmodum id genus innumera prope miracula, ſi omnia paulo accuratius memoriæ prodita fuiſſent, inſigne, dubio procul, volumen implerent: quæ nobis ſuggeſta ſunt, aut alibi feliciter reperimus, ſuo loco memorabimus; hic opere pretium omnino videtur,* D *ipſam cœnobii Ghiſtellenſis, ſeu vici* S. Godelevæ *ſuperſtitem partem, & ſitum, tum templi tum putei, & vicini famoſi collis aliorumque adjacentium, & ad* S. Godelevam *ſpectantium monumentorum ſatis accuratam delineationem, ex ipſo laudato Flandriæ illuſtratore Sandero acceptam repræſentare.*



B E

Quem 6. Julii 1719. viſitavit Il-luſtriſſ. Epus.

182 *Puteum illum hodiernum, puteum tunc non fuiſſe, dum Sancta ei immergeretur, ſatis certum eſt, Ghiſtelleenſibus ipſis haud quaquam refragantibus: lacum admiſerim, ſeu foſſam aut ſtagnum exiguum, equis aliiſque jumentis reficiendis potandiſque eo tempore deſtinatum; cujus aquam ubi poſtmodum adeo ſalubrem expertæ fuerint Sanctimoniales, puteum excavari juſſerint, qui uſque hodie muris ſuis in quadrum circumſeptus, ut exhibet propoſita delineatio ſub littera A, in ipſomet Sanctimonialium clauſtro prius fuerit, modo etiam probe cuſtoditus, utpote cujus aditus* C *ſolum patet per portam ſub littera B, oſtio & ſera probe occluſam, quæ tum maxime aperitur, dum dierum quatuor & viginti ſolennitas menſe Julio quotannis peragitur, aliis diebus tum ſolum, opinor, cum affluentium peregrinorum deſiderio ſatisfaciendum eſt, ut in Illuſtriſſimi Brugenſis Epiſcopi, qui eo Ghiſtella, v. Julii 1719. pedes acceſſerat, gratiam iubens præſtitit, is cui putei cura demandata eſt, ſalubrem potum & Illuſtriſſimo ipſi & toti conſortio porrigens, multaque de eo narrans, quæ ex certoribus monumentis paulo tutius defumenda putavimus.*

Mirabilis ejus conſervatio anno 1500.

183 *Locus templo proximus eſt, ut ex appoſita in delineatione jam dicta littera A clariſſime perſpicis. De ipſo ſalutari puteo ſatis mira memorat Legenda major Belgica. Specimen exhibeo, quod anno 1500. acciditſe dicitur, tum tempo eum de eodem puteo, qui haud dubie collabebatur, reſtaurando ageretur, feſto ſancti Calixti ſen XIV. Octobris: nimirum tam ingentem aquæ copiam derepente tunc exundaſſe, ut tantum non abbatiſſa, poſt reformationem, ut ipſe loquebatur, ſecunda, in ſubſidente aquarum vi monaſterii ambitu oppreſſa fuerit, alterum vero templi latus eadem calamitate prope corruerit. Quæ omnia aliaque pericula procul dubio averteris* S. Godeleva, *ſubmiſſo forte in tempore cæmentario aliquo Brugenſi, qui ad locum martyris ſanctæ viſitandum opportuno advenerat, ut bonas moniales, tam inopinato eventu perculſas & conſternatas, evidenti periculo liberaret. Rem hanc prodigio proximam nemo negaverit: puteus ex eo tempore in integrum reſtitutus, per totam Flandriam regionesque finitimas celeberrimus in hunc uſque* F *diem perſtitit, ejuſque aqua, non ſolum in loco a concurrentibus peregrinis bibitur, ſed doliis integris, ſeu vaſis aliis, ad loca multis milliaribus inde diffita, tamquam præſens adverſus varios morbos & remedium & amuletum, conſtanter deferri ſolitam, in loco præſentes accepimus.*

Deſtructus cum cœnobio, poſtea reſtitutus eſt.

184 *Nullam ruinam paſſum fuiſſe pervulgatum ut regionibus puteum, in funeſta per graſſatores hæreticos ſacrorum & ſacroſanctorum omnium direptione, haud equidem facile mihi perſuaſero: cum enim & templum & monaſterium deſtructum penitus & everſum fuerit, quis credat furibundas iconomachorum manus evaſiſſe, tam illuſtre jam per tot ſecula ſanctitatis Godeleviane monumentum, in qualia potiſſimum efrenata eorum rabies debacchari & deſævire conſueverat. Tradit Legenda minor Belgica pag. 64. & 65. virginem aliquam religioſam Brugenſem Ordinis Carmelitarum, quotannis ad puteum illum Ghiſtellenſem recurrere ſolitam fuiſſe, ibique præſentiſſimum malo ſuo remedium reperiſſe: quod adverſens loci tunc temporis quæſtor, ſeu bonorum*

ſurre-

A *ſurreptorum cuſtos ab hæreticis conſtitutus, ipſeque acatholicus, ſpoponderit, ſe prædictum puteum in priſtinum ſtatum reſtituturum, idque propriis ſuis ſumptibus, ſi quando res Catholicæ ibi prævalerent. Notatur autem annus* 1572. *ut facile conjici poſſit, violentas manus ipſi puteo illatas, ſaltem non modicam ruinam paſſum, antequam monaſterium ipſum plane everteretur, quod quinque circiter poſt annis eveniſſe, tradunt omnia, quæ ſuperſunt monumenta.*

Templi pars reſtaurata anno 1613. 185 *De inſueta prope fidelium multitudine ad ſalutares eas aquas quotannis recurrente, non obſcure ſupra diximus, miracula eodem ſpectantia, ſuo loco referemus, jam & alia narranda ſuperſunt, quæ & oculis ipſi noſtris ibidem contemplati ſumus; ubi præmiſeramus templi adhucdum ſuperſtitis ruinas, anno primum* 1615. *pro aliqua parte in hodiernam formam erectas fuiſſe, quemadmodum tradunt eo anno regeſta epiſcopalia:* XXVII. Februarii Reverendiſſimus Dominus dedit veniam abbatiſſæ S. Godelevæ eundi Ghiſtellam pro duodecim aut quatuordecim diebus, quibus eligat partem templi, his tumultibus deſtructi, reædificandam.

B *Exſtat igitur hodie pars templi antiqui circiter media, non ineleganter reſtaurata, nec irvenuſto ornata, auguſtior tamen, quam ut ſupplicantes alumnos, undequaque ad feſtivitatem annuam certatim confluentes, capere aliquando poſſit; tanta eſt, ut iterum dicam, eo præſertim tempore ad ſanctuarium illud adventantium ex tota Flandria omnis ſexus & ætatis hominum frequentia. Verum hic non ſolemnitas, ſed templum ipſum paucis deſcribendum.*

Facie elegantior hodie dum ornata. 186 *In ara principe, ſatis utiliter, idem repræſentatur, quod in templo Ghiſtellenſi; nempe* S. Godelevæ *cum Bertulfo conjugium, ſeu conjunctio coram parocho & amicis aſſtantibus. Ubique occurrunt imagines & picturæ & ſculpturæ ſtrangulationis, & in aquam demerſionis ſanctæ Martyris. Appenſum vidi tapetem ferme quadratum trium circiter ulnarum, in cujus ſingulis angulis ſingula hæc verba acu picta ſunt.* VIRGO, CONJUGATA, RELIGIOSA, MARTYRIZATA, *qualem etiam videre me memini in ipſo cœnobio Brugenſi. Tapetis medium occupat acupicta eadem effigies ipſius* S. Godelevæ, *adſcripto inferius anno* MDLXXVII. *eo ipſo videlicet, quo inde fugere compulſæ ſunt Sanctimoniales, ut ſupra abunde dictum eſt. Non minor illic, quam Ghiſtellæ & Brugis religio, in admittendis promiſcue omnibus ad ſacrum reliquiarum oſculum. Verbo, quocumque te vertas, propenſiſſimam in* S. Godelevam *pietatem ſpirare omnia, quæ uſquam conſpiciuntur monumenta. Quod ad portæ ingreſſum a dextris intueris adiſitium majus ſub littera* C. *hoc a* VI. *Julii ad* XXX. *incolunt Reverendi Patres Capuccini duo, Oſtenda illic miſſionem agentes in obſequium confluentis populi, quem illuc numeroſiſſimum concurrere, jam non ſemel inculcatum eſt.*

C

Aliud Templi ſacelli in vicino colle. 187 *Diruto iſti monaſterio vicinus eſt, imo contiguus collis ſatis elegans ſub littera* D, *proceris arboribus conſitus, in cujus vertice ſacellum exſtructum & reſtauratum eſt, ubi & ſacrum Miſſæ ſacrificium, & alia pietatis opera exercentur, ornatum iis iconibus & imaginibus, quas paſſim alibi recurrere diximus, de* S. Godelevæ *martyrio. Memorant incolæ, eſtque illic recepta & conſtans traditio, eo loci depoſitam fuiſſe* S. Godelevam, *impii Bertulfi maritо juſſu, ut a ſatis cornicas aliaſque volucres arceret, quod viliſſimum ſervulorum munus eſſe ſolet. De ea ſatorum cuſtodia inſignique miraculo, qua aves iſtas omnes in vicinum horreum divino nutu compulerit Sancta, donec Miſſæ ſacrificio interfuiſſet, nuſquam meminit Drogo; at rem totam ſatis fuſe deſcribit interpolator Anonymus cap.* 5. *n.* 34. *ex quo in legendam Belgicam & in perpetuam memoriam apud Ghiſtellenſes tranſiit: ſive id planiſſime eo loci acciderit, quo hodie ſacellum exſtat, ſive alio victno, unde ſaltem anſa arrepta ſit, in tam ſingularis miraculi memoriam tale monumentum erigendi. Rem indubitatam crederem, ſi Drogonis auctoritate fulciretur; quamquam dubiam reddere haudquaquam præſumam, cum plurima Sanctæ geſta a Drogone prætermiſſi potuerint, quæ ſubinde collecta, Anonymo materiam dederint ad vitam amplificandam; quod pluribus Sanctis eveniſſe, nemini harum rerum tantillum perito, non expleratiſſimum eſt.*

D AUCT. J. B. S.

188 *Vetuſtam & immemorabilem in eo colle* S. Godelevæ *venerationem æque ac in ipſo cœnobio fuiſſe, demonſtras par omnium monumentorum antiquitas, par utrobique Sanctam honorandi ejuſque cultum promovendi ſolicitudo. In ſupra citatis regeſtis epiſcopatus Brugenſis, tempore ſecundi Epiſcopi Remigii Druitii, reperio, dierum* XL. *indulgentias ab eo conceſſas* V. Idus Julii MDLXXI. omnibus, qui ſacellum conſtructum in monte juxta monaſterium S. Godelevæ Ordinis S. Benedicti ſub parochia de Ghiſtelle, olim Tornacenſis, nunc Brugenſis diœceſis, vel puteum S. Godelevæ intra ſepta monaſterii, in cujus putei aqua pars ſanguinis ejuſdem Martyris conſervatur, necnon imaginem dictæ Martyris, poſitam in ambitu ejuſdem monaſterii viſitaverint. *Imaginem iſtam cum toto cœnobio Calviniſtarum iconoclaſtarum manibus deſtructam exiſtimo; cetera perſeverant, quouſque ſupra explicui, iisdemque indulgentiis, ut & ſacraria Ghiſtellenſis eccleſiæ & cœnobii Brugenſis, huc uſque ab Illuſtriſſimis Epiſcopis donari ſolent, præter alias, a medio ferme elapſi proxime ſeculi, impetratas indulgentias plenarias, quæ ex eo tempore Roma acceſſere, uti ex prædictis regeſtis non uno loco deprehendi. Tot cœleſtium bonorum theſauri ad augendum* S. Godelevæ *cultum, procurandamque majorem Dei gloriam & animarum ſalutem mirifice contulerunt, atque hodiedum conferre non deſinunt.*

Templi pars collabens brevi reſtauri ſolitum. E

F

Quid de alio monumento ſeu traditione. 189 *Reſtat monumentum illic ultimum ſub littera* E, *nobis Ghiſtella ad monaſterium* Pitſens *tendentibus exhibitum. Diſtat ab oppido, jam deſcriptum cœnobium media louca in occidentem; dum vero ultra medium viæ confeceris, occurrit ſacellum exiguum, non multum ornatum, quod conditum aiebant in memoriam miraculi alterius, de quo ſolus etiam meminit interpolator Anonymus cap.* 9. *n.* 92. *ubi narrat, miſſum Ghiſtellam, a caſtro Bertulfi, ad conficiendas induſia famulum, iſtic repertoſſe venerandæ majeſtatis Dominam ſub arbore.... quæ blanda allocutione famulum demulcens, telam expetentis, veſteſque lineas ſeu induſia ipſa conſuerit; quod agnoſcens Bertulfus, eo demum divinæ benignitatis prodigio ad ſinceram pœnitentiam fuerit converſus. Et hoc quidem monumentum ejuſque ædificandi cauſa cum Anonymi hiſtoria plane congruit. De proximo ibi puteo, cujus etiam ſalubrem, & morbis pellendis aptam eſſe aquam volebant, nihil hactenus ſcriptum reperi. Popularis traditio fert, immerſam illic a Sancta digitale ſeu digitabulum, quo prædicta induſia confecerat, quod an cui ſatis perſuaderi poſſit, malo aliorum quam meo conferi judicio: nec facile crediderim, eo ad hæc*

 vendam

A AUCT. J. B. S. *Transitio ad ea, quæ de Sanctæ marito narrantur.*

rendam aquam confluere populum, ubi tam vicinum habent puteum ipſum, quem ſalutarem omnes experiuntur.

190 *Hic finis ſit eorum, quæ quanta potuimus diligentia, amicis pluribus ſymbolam conferentibus, de S. Godeleva Actis eorumque ſcriptoribus, cultu, officiis eccleſiaſticis, de reliquiis ceteriſque monumentis, ad ejus indefluentem gloriam ſpectantibus, colligere potuimus, ut jam ad vitas ipſas pergendum foret, niſi res altera, eum prioribus non prorſus inconnexa, ſupereſſet, de Bertulfi, S. Godelevæ mariti, pœnitentia & felici exitu, quod inter primaria & maxime illuſtria Sanctæ miracula computandum, nemo dubitaverit. Miracula reliqua, in claſſes ſuas diſtributa, vitiis ſubjungemus; aſt hoc ob varia adjuncta, paulo infimo explicandum, hic præmittere malumus, ex fide inſtrumentorum, quæ ut rejicienda non ſint, certe majori auctoritati innixa vellemus, ſicuti mox intelliges. Neque vero locus alius opportunior, quam ut enumeratis illuſtriſſimæ Martyris donibus, meritis & triumphis, mariti, quantumvis parricidæ ſui, glorioſa pœnitentia ſubnecteretur, tamquam præcipua præda,*

B *precibus ejus orco erepta, in qua omnipotentiam ſuam manifeſtare dignatus eſt, qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & æternum vivat, quod de Bertulfo ſperare nos jubent monumenta, non multo poſt orituræ producenda.*

§. XVI. De præcipuo S. Godelevæ miraculo, in converſione mariti ſui Bertulfi, poſt ad S. Winnoci Bergis monachi, ibidemque, poſt duram pœnitentiam, pie defuncti.

Miraculum maximum Bertulfi converſio.

PLurima S. Godelevæ *meritis patrata fuiſſe tot retro lapſis ſeculis miracula, & ſuperſtites notitiæ & perpetua traditio ſeſtatur*, quorum ſi numerum deſcribere voluero, *inquit Anonymus n. 83.* noſter hic tractatus, faſtidio legentibus factus, promiſſæ narrationis modum excederet. *Vanum effugium, aut merus ſcrupulus; jam modum exceſſerat, nec faſtidio fuiſſent miracula, quæ ſane plura colligere poterat, quæ totis duobus ſeculis acciderant, & haud dubie recenti memoria; cum, aliud agens, in iis ſolis ferme hæreat, quæ a Drogone fuerant commemorata; ut facile apparet, ex tunc negligentiores fuiſſe Gbiſtellenſes, in mandandis poſteritati tot illuſtribus ſanctæ ſuæ Patronæ tropæis. Drogoniana adjunxit Anonymus præcipuum illud, de*

C *quo hic agere inſtituimus, miraculum factum in converſione perfidi & crudelis Bertulfi, cujus barbarum animum emolliverunt beatiſſimæ conjugis merita, ut tandem ad bonam frugem conduceretur, quemadmodum elogio ſatis ſtricto complexus eſt Malbrancus, quod infra ex ipſo tranſcribemus. Atque hoc ſolum eſt, quod hic breviter tractandum nos ſuſcepiſſe dicebamus, ad calcem vitarum, in varias claſſes reducturi varii generis miracula ſeu beneficia, quæ vitæ impreſſæ, cujuſcumque auctoritatis ſint, nobis ſuggeſſerunt: tum vero manipulos alios ex Mſ. Clerici Gbiſtellenſis anni 1506. & ex recentioribus inſtrumentis, quæ numquam hactenus typis excuſa ſunt. Hic propoſitum de Bertulfo argumentum proſequemur.*

192 *Mirum ſane inanitis videntur, & nobis ſupra viſum eſt, Drogonem, Santandreanum monachum, quem pridem oſtendimus ultra annum* D *1118. vitam protraxiſſe; de altero Bertulfi conjugio, cæca prole inde ſuſcepta, S. Godelevæ elevatione, & ſubſecutis miraculis, de converſione ipſius Bertulfi aut monaſterii fundatione, nec verbum feciſſe; dum in iis enarrandis totus eſt Anonymus, totis binis ſeculis Drogone poſterior. At enim & hunc ſcrupulum ſupra attigimus, ex Drogonis præfatione, non otioſe commonſtrantes, eum totius ſuæ ſcriptionis argumentum ſic reſtrinxiſſe, ut nihil prorſus attingeret, præter ea ſola capita, quæ Epiſcopo ſuo exhibenda ſuſceperat: puta S. Godelevæ genus, vitam, perſecutiones & martyrium; eas ſolas quatuor partes ſcrupuloſe quodammodo profecutus, neglecta vel ipſa elevatione, ſeu iſtius temporis canonizatione, cui tamen veroſimillime interfueras: nam fallor vehementer, niſi* Drogo diaconus, *qui inter ſeſtes primæ elevationis computatur n. 48. ipſe idem non ſit, tum adhuc junior, qui S. Godelevæ vitam poſtmodum concinnavit. Nihil igitur obeſſe hic debet Drogonis ſilentium, quo minus fidem habeamus ſcriptori Anonymo aliiſque monumentis, tum Gbiſtellenſibus tum Bergenſibus; de ſincera Bertulfi reſipiſcentia, & vita religioſe ad S. Winnoci peracta, teſtimonium ferentibus.* E

Quæ cur Drogo ſecus, non fuerit.

193 *Quod aut Anonymus n. 95. Bertulfum, tota ſubſtantia, quam poſſederat, ad pias cauſas diſtributa,* ad terram ſanctam, contra Saracenos militaturum, profectum, *aliaque hujuſmodi annexa, operoſius equidem non diſquiram. Privatos in terra ſancta adverſus Saracenos bella movere auſos, ante celebrem expeditionem illam, quæ duce Godefrido Bullionio, ſub ſeculi* XI. *finem ſuſcepta eſt, ſatis inepte fingeretur: aſſerere autem, quod idem Bertulfus Robertum Flandriæ Comitem in prædicta Cruciata prima ſecutus ſit; non minus videtur incongruum, ne alioquin ad principium ſec. XII. ejus converſio differatur. Scio, Anonymum abdicationem bonorum omnium militiæ ſacræ præmittere; at neque ſic temporibus recte dividuntur Bertulfi geſta, utpote qui non ſatis apte dici poſſit, poſt ſanctæ conjugis elevationem ad annos adhuc quindecim & amplius impœnitens permanſiſſe. Neque veroſimile exiſtimo, quod notavit Malbrancus, nempe ab anno 1088. quo elevationem Sanctæ cum Surio collocat,* Bertulfum maritum apud Winnocenſes horrendam egiſſe pœnitentiam. *Ceterum palpando & cum tenebris* F *luctando nihil magnopere proficimus. In Paleſtinam profectus fuerit Bertulfus, an in patria manſerit, parum admodum intereſt: virginum cœnobium, ex bonis fundatum conditumque, id vero evidenti, nec quidem judice, argumento ſemper erit, aut ipſummet, aut hæredem filiam latifundia omnia, pro animæ redemptione (ſic tum ſermo erat) Deo & Eccleſiæ ceſſiſſe; ut de tota ſubſtantiæ veritate dubitari prorſus nequeat, quamquam monumenta vetera omnia, eo ſpectantia, aut ſanctimonialium incuria, aut edaci vetuſtate modo perierint.*

Diffidentia operis Bertulfiani poſt ejus mortem.

194 *Toti huic Anonymi hiſtoriæ, citato n. 95. latius exteuſæ, ut plane conjecturalis eſt, & temporibus, quibus vivebat, aptata; quidem & nobis liceat conjecturam, ſeculis prioribus magis convenientem, ſatis tuto opponere? Quidni, inquam, aliam conjecturam, haud plane inverſimilem, ſuggeramus; nempe Bertulfum, conſcientiæ ſtimulis, ob commiſſum tam atrox parricidium agitatum, ſecundis jam vinculis ſolutum, non quidem in Paleſti-*

Decorum ſuppoſitionis cauſa, conjiciens.

A *laſtinam ; ſed ut per ea tempora ſacinoroſis hominibus in more poſitum erat , Romam profectum , a ſummo Pontifice , pro immani ſcelere veniam impetraturum , ſub debita pœnitentia , ſatis eligide pro tam publicis criminibus , per id tempus injungi ſolita : cuique proinde Pontifex , in juſtam ſatisfactionem præceperit , bona ſua in condendum virginum cœnobium quantocius tranſcribere , & ad eluendum penitus perpetratum parricidium , vitæ reliquum , ut ipſe ſortaſſe ultro ſe ambire inſinuaverat , inter monachos tranſigere ; in quo certe nihil occurrit , a quo quis merito abhorrere poſſit aut debeat . Acceſſerit poſtmodum Comitis Roberti conſenſus , & Epiſcopi motu proprio , ſive per Pontificem delegati , approbatio : quo paſto plane ſalvabitur , quod ſupra ajebat Sanderus ;* Benedictini inſtituti virginum ſuccreviſſe abbatiam auſpiciis Comitum & Epiſcopi , opibus Bertulphi parricidæ , *Hæc , ut meram conjecturam in hac caligine adducimus , nam de rei certitudine exploranda aut revelanda , pridem deſperavimus .*

Verſimilis rerum ordo.

B 195 *Ex ſupra diſputatis jam perſpectum eſt , alterius Bertulfi conjugii aut converſionis tempus , modum , ſeriem , niſi mere divinando , a nemine ſatis recte diſponenda ; ut fruſtra quis miretur , quod ſecuta omnia iiſdem tenebris involuta ſint . Anonymi narrationem capitibus ultimis conſulere poſſunt , qui non geſtarum diſtinctum & hiſtoricum ordinem quærunt , ſed confuſa rerum congerie delectantur . Hanc , ſi vis , hypotheſim forma . Nondum , ut nos quoque ſupra ſuppoſuimus , poſt* S. Godelevæ *martyrium , ad alteras nuptias tranſierit Bertulfus , vixerisque cum nova ea conjuge ad tempus circiter elevationis Sanctæ , ſeu uſque ad annum* 1083. *aut* 1084. *quando viduus , quæ ſæpius ante cum animo ſtatuerat , liber exequi decreverit , corde utique magis ac magis compunctus , eo ea , quæ oculis ſuis viderat , & ea gratiam ſui parrata fuerant prodigia , infami parricidio ſemper oculis obverſante . Hic epocham fige , vel peregrinationis Romanæ & ſuſceptæ pœnitentiæ , vel liberæ ſeculo renuntiationis , bonorum abdicationis ; & in monaſterium Bergenſe S. Winnoci , voluntarii ſeceſſus ; ubi quamdiu vixerit , quando felicem vitæ exitum ſortitus ſit , ingenue fateamur , deprehendi hactenus non potuiſſe .*

Ad S. Winnoci cœnobium ſuperſt. nulla traditio.

C 196 *Fruſtra per amicos , tum è noſtris , tum exteros , ex Bergenſi S. Winnoci abbatia , veritas aliquas , ad Bertulfum ſpectantes , ſaltem quæ certæ & indubitatæ eſſent , colligere aut quoquo modo conſequi conatus ſum . Monaſteriis deſtructiones , tum per incendia tum per bellorum vaſtationes , & libros & vetera quæque monumenta conſumpſiſſe aiunt , ſic ut ibi in ſola & unica antiqua ac perſeverante traditione ſubſtet , quidquid de Bertulfi Ghiſtellenſis vita religioſa & arctiſſima ibidem peracta pœnitentia , memoriæ proditum eſt . Putabant viri nonnulli , cetera inſignes & pro* S. Godelevæ *gloria zeloſi , in eadem abbatia de utriuſque conjugis ſanctitate non vulgaria exſtare monumenta ; idque non ſemel valde confidenter jactitari audieram ; verum ſpes illa & ipſos & me fruſtrata eſt ; ſolam illic traditionem ſuam norunt , cetera penitus ignorant . Ita ſors vulgata illa traditio , ad me non ita pridem perſcripta a Viro conſultiſſimo D. Joanne Baptiſta Bruyneel , Brugenſi cauſarum patrono , qui ex ore familiaris ſibi Bergenſis monachi non imeruditi acceperat ;* in opinione ſanctitatis ibi olim deceſſiſſe pœnitentem , nomine Bertulfum , qui S. Godelevæ maritus fuerat . Ejus ſepulchrum in veteri templo , flammis abſumpto , monſtratur , certis lapidibus coloratis diſtinctum . Afferunt , abbatem S. Winnoci , (*quis aut quando non exprimitur*) paucis ſeminibus monachis comitatum , ab annis aliquot prædictum ſepulcrum aperuiſſe , inventumque corpus integrum , catenis undequaque circumdatum .

D AUCT. J. B. S.

197 *Cur ea tam occulte & quaſi furtive geſta ſint , haud equidem ſatis intelligo : non debuit lucerna iſta poni ſub modio , ſed religioſis ſaltem omnibus aperte revelari , imo & populo univerſo , a quo nihil corpori iſti integro timendum fuit . Quid ? quod ad templum novum tranſferri merebatur , & honeſto loco ſepeliri , cum eo epitaphio , quod habes apud Anonymum n.* 95. *Supponenda eſt cauſa , cur ita agendum conſuerint viri iſti religioſi , quam nos bodie ignoramus ; forte , quod non ſatis certa omnia exiſtimaverint , quæ vulgi ore ferebantur ; aut talis declaratione corporis , cultum aliquem Bertulfo decernere veriti ſint . Ceterum jam dictis non minimum auctoritatis pondus addere poterit ſcriptum quoddam , in muſeo noſtro repertum , miſſum ad P. Godofridum Henſchenium ab annis circiter quinquaginta , per eum , qui ita ſubſcripſit :* D. Amandus Belver , religioſus Benedictinus in abbatia S. Winnoci . *Scripti titulus eſt :* Ex memoriali Benedictino manuſcripto meo , quod in bibliotheca noſtra S. Winnoci aſſervatur . *Breve extractum eſt trium pagellarum , continentque univerſim ſeria dumtaxat elogia ex eo Memoriali deſumpta . Primum eſt* beati Gervini Casletenſis *ex fol.* 133. *de quo egimus ad diem* XVII. *Aprilis . Tertium , ex fol.* 131. *laudat* S. Ingenocum *pro* XV. *Aprilis ; ſed is in Actis noſtris ad* VI. *Novembris remiſſus eſt , cum S. Winnoco conjungendus . Elogium inter utrumque medium , ex fol.* 185. *ad noſtrum Bertulfum ſpectat pro* VI. *Julii .*

quam eoſdem loco monachos Amandus Belver

E

Ex ſuo Memoriali ſcripſit .

198 *Citat Memorialis auctor* monumenta loci , *quæ neſcio ubi repererit , cum alii aſſerant , nulla ſupereſſe .* Item Drogonem , Epiſcopum Morinenſem , religioſum S. Winnoci . *Verum quid is , obſecro , de Bertulfo unquam ſcripſit , aut ſcribere potuit , qui annos triginta & amplius ante Bertulfum vita exceſſit ? Præterquam quod hic ea Drogonum confuſio repetatur , quam ſupra abunde convellimus . Præter hæc* Beati *titulum Bertulfo adjungit , ea , opinor , auctoritate , qua plures hodie ſcriptores monaſtici , viros illuſtres ſui Ordinis iis ſanctitatis decoramentis , nimis quam libere exornant . Demus elogium ipſum ;* VI. Julii , Beatus Bertulfus , illuſtri loco natus , maritus S. Godelevæ , quæ juſſu ipſius , a ſervis ſuis hoc die Ghiſtellæ ſtrangulata eſt . Qui tanti criminis factus pœnitens , ad abbatiam S. Winnoci ſe contulit , ubi magna cum animi demiſſione religioſus converſus factus , viliſſima npera exercuit ; & continuo vitæ rigore ſe mactans , carnem ſpiritui ita ſervire cnegit , ut ad magnam ſanctitatem pervenerit . Poſt mortem enim ferrea lorica indutus , cui caro ejus ob temporis diuturnitatem inhæſerat , inventus eſt . Poſt multos annos a morte , ejus corpus ſuaviſſimum ſpirans odorem , integrum repertum eſt . *Molanus Belverii Memoriale , ſeu Bergenſium traditionum compendium .*

F

Malbranci elogium

199 *Quæ alia monumenta Bergenſium monachorum viderit Malbranous , nec explicat ipſe , nec mihi divinare promptum eſt ; illa quidem allegat , at nihil ſeorſim citat præter litteras* D. Argentean abbatis , *ex iis procul dubio Bertulfi converſionem non inconcinne deſcribens , negle-*

AUCT. J. B. S. *Transitio ad ea, quæ de sancta marito narrantur.*

riendam aquam confluere populum, ubi tam vicinum habent puteum ipsum, quem salutarem omnes experiuntur.

190 *Hic finis sit eorum, quæ quanta potuimus diligentia, amicis pluribus symbolam conferentibus, de* S. Godeleva *Actis eorumque scriptoribus, cultu, officiis ecclesiasticis, de reliquis ceteriſque monumentis, ad ejus indefinentem gloriam spectantibus, colligere potuimus, ut jam ad vitas ipsas pergendum foret, nisi res altera, eum prioribus non prorsus inconnexa, supereſſet, de Bertulfi, S. Godelevæ mariti, pœnitentia & felici exitu, quod inter primaria & maxime illustria Sanctæ miracula computandum, nemo dubitaverit. Miracula reliqua, in classes suas distributa, vitis subjungemus; ast hoc ob varia adjuncta, paulo fusius explicandum, hic præmittere maluimus, ex fide instrumentorum, quæ ut rejicienda non sunt, certe majori auctoritati innixa vellemus, sicuti mox intelliges. Neque vero locus alius opportunior, quam ut enumeratis illustrissimæ Martyris dotibus, meritis & triumphis, mariti, quantumvis parricidæ sui, gloriosa pœnitentia subnecteretur, tamquam præcipua præda, precibus ejus orco erepta, in qua omnipotentiam suam manifestare dignatus est, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & æternum vivat, quod de Bertulfo sperare nos jubent monumenta, non multo post ordine producenda.*

§. XVI. De præcipuo S. Godelevæ miraculo, in conversione mariti sui Bertulfi, post ad S. Winnoci Bergis monachi, ibidemque, post duram pœnitentiam, pie defuncti.

Miraculum maximum Bertulfi conversio.

Plurima S. Godelevæ *meritis patrata fuisse tot retro lapsis seculis miracula, & superstites notitiæ & perpetua traditio testatur*, quorum si numerum describere voluero, *inquit Anonymus n.* 83. noster hic tractatus, fastidio legentibus factus, promissæ narrationis modum excederet. *Vanum effugium, aut merus scrupulus; jam modum excesserat, nec fastidio fuissent miracula, quæ sane plura colligere poterat, quæ totis duobus seculis acciderant, & haud dubie recenti memoria; cum, aliud agens, in iis solis ferme hæreat, quæ a Drogone fuerant commemorata; ut facile apparet, ex tunc negligentiores fuisse Ghistellenses, in mandandis posteritati tot illustribus sanctæ suæ Patronæ tropæis. Drogonianis adjunxit Anonymus præcipuum illud, de quo hic agere intendimus, miraculum factum in conversione perfidi & crudelis Bertulfi, cujus barbarum animum emolliverint beatissimæ conjugis merita, ut tandem ad bonam frugem conduceretur, quemadmodum elogio satis nitido complexus est Malbrancus, quod infra ex ipso transcribemus. Atque hoc solum est, quod hic breviter tractandum nos suscepisse dicebamus, ad calcem vitarum, in varias classes reducturi variis generis miracula seu beneficia, quæ vitæ impressæ, cujuscunque auctoritatis sint, nobis suggesserunt: tum vero manipulos alios ex Ms. Clerici Ghistellensis anni* 1506. *& ex recentioribus instrumentis, quæ nunquam hactenus typis excusa sunt. Hic propositum de Bertulfo argumentum prosequemur.*

192 *Morum sane mutatis videatur, & nobis supra visum est, Drogonem, Santandreanum monachum, quem pridem ostendimus ultra annum* 1118. *vitam protraxisse; de altero Bertulfi conjugio, cæca prole inde suscepta,* S. Godelevæ *elevatione, & subsecutis miraculis, de conversione ipsius Bertulfi aut monasterii fundatione, nec verbum fecisse; dum in iis enarrandis totus est Anonymus, totis binis seculis Drogone posterior. At enim & hunc scrupulum supra attigimus, ex Drogonis præfatione, non otiose commonstrantes, eum totius suæ scriptionis argumentum sic restrinxisse, ut nihil prorsus attigerit, præter ea sola capita, quæ Episcopo suo exhibenda susceperat: puta* S. Godelevæ *genus, vitam, persecutiones & martyrium; eas solas quatuor partes scrupulose quodammodo prosecutus, neglecta vel ipsa elevatione, seu istius temporis canonizatione, cui tamen verosimillime interfuerat: nam fallor vehementer, nisi* Drogo diaconus, *qui inter testes primæ elevationis computatur n.* 48. *ipse idem non sit, tum adhuc junior, qui* S. Godelevæ *vitam postmodum concinnavit. Nihil igitur obesse hic debet Drogonis silentium, quo minus fidem habeamus scriptori Anonymo aliisque monumentis, tum Ghistellensibus tum Bergensibus; de sincera Bertulfi resipiscentia, & vita religiose ad S. Winnoci peracta, testimonium ferentibus.*

Difficilis epocha Bertulfianæ pœnitentiæ.

193 *Quod ait Anonymus n.* 95. *Bertulfum, tota substantia, quam possederat, ad pias tamen distributa,* ad terram sanctam, contra Saracenos militaturum, profectum, *aliaque hujusmodi annexa, operosius equidem non disquiram. Privatos ia terra sancta adversus Saracenos bella movere ausos, ante celebrem expeditionem illam, quæ duce Godofrido Bullionio, sub seculi* XI. *finem suscepta est, satis inepte fingeretur: asserere autem, quod idem Bertulfus Robertum Flandriæ Comitem in prædicta Cruciata prima secutus sit; non minus videtur incongruum, ne alioquin ad principum sec.* XII. *ejus conversio differatur. Scio, Anonymum abdicationem bonorum omnium militiæ sacræ præmittere; at nequo fie temporibus recte dividuntur Bertulfi gesta, utpote qui non satis apte duci possit, post sanctæ conjugis elevationem ad annos adhuc quindecim & amplius impœnitens permansisse. Neque verosimile existimo, quod notavit Malbraucus, nempe ab anno* 1088. *quo elevationem Sanctæ cum Surio collocat,* Bertulfum maritum apud Winnocenses horrendam egisse pœnitentiam. *Ceterum palpando & cum tenebris luctando nihil magnopere proficimus. In Palæstinam profectus fuerit Bertulfus, an in patria manserit, parum admodum interest: virginum cœnobium, ex bonis fundatum conditumque, id vero evidenti, me quidem judice, argumento semper erit, aut ipsummet, aut hæredem filiam latifundia omnia, pro animæ redemptione (sic tum fermo erat) Deo & Ecclesiæ cessisse; ut de tota substantiæ veritate dubitari prorsus nequeat, quamquam monumenta vetera omnia, eo spectantia, aut sanctimonialium incuria, aut edaci vetustate modo perierint.*

de cujus suspicanda ortu, conjectura.

194 *Toti huic Anonymi historiæ, citato n.* 95. *latius extensæ, ut plane conjecturalis est, & temporibus, quibus vivebat, aptata; quidem & nobis licebit conjecturam, seculis prioribus magis convenientem, satis tuto opponere? Quidni, inquam, aliam conjecturam, haud plane inverisimilem, suggeramus; nempe Bertulfum, conscientiæ stimulis, ob commissum tam atrox parricidium agitatum, secundis jam omnibus solutum, non quidem in Pa-*

lasti-

A *leſtinam ; ſed ut per eu temporu facinoreoſis homi-*
nibus ſu more poſitum erat , Romam profectum , a
ſummo Pontifice , pro immani ſcelere veniam impe-
traturum , ſub debitu pœnitentia , ſatis rigide pro
tam publicis criminibus , per id tempus injungi
ſolita : cuique prunde Pontifex , in juſtam ſatis-
factionem præceperit , bonu ſua in condendum vir-
ginum cœnobium quamtocius transferibere , & ad
eluendum penitus perpetratum parricidium , vitæ
reliquum , ut ipſe ſortaſſe ultro ſe ambire inſinua-
verat , inter monachos tranſigere ; in quo certe ni-
hil occurrit , a quo quis merita abhorrere poſſit aut
debeat . Acceſſerit poſtmodum Comitis Roberti con-
ſenſus , & Epiſcopi motu proprio , ſive per Pon-
tificem delegati , upprobatio : quo pacto plane ſal-
vabitur , quod ſupru ajebat Sanderus ; Benedi-
ctini inſtituti virginum ſuccreviſſe abbatiam au-
ſpiciis Comitum & Epiſcopi , opibus Bertulphi
parricidæ . *Hæc , ut merum conjecturam in hac*
caligine adducimus , nam de rei certitudine explo-
cundu aut revelanda , pridem deſperavimus ,

Proſimilis rerum ore du.

B 195 *Ex ſupra diſputatis jam perſpectum eſt , al-*
terius Bertulfi conjugis aut converſionis tempus ,
modum , ſeriem , niſi mere divinando , u nemine
ſatis recte diſponenda ; ut fruſtra quis miretur , quod
ſecuta omnia iiſdem tenebris involuta ſint . Anony-
mi narrationem capitibus ultimis conſulere poſſunt ,
qui non geſtorum diſtinctum & hiſtoricum ordinem
quærunt , ſed confuſu rerum congerie delectantur .
Hanc , ſi vis , hypotheſim ferma . Non diu , ut nos
quoque ſupra ſuppoſuimus , poſt S. Godelevæ *mar-*
tyrium , ad alteras nuptias tranſierit Bertulfus ,
vixeritque cum novu ex conjuge ad tempus circiter
elevationis Sanctæ , ſeu uſque ud annum 1083. aut
1084. *quando viduus , quæ ſæpius ante cum animo*
ſtatuerat , liber exequi decreverit , corde utique ma-
gis uc magis compunctus , ob ea , quæ oculis ſuis
viderat , & in gratiam ſui pœnitus fuerant prodi-
gia , infami parricidio ſemper oculis obverſante .
Hic epocham fige , vel peregrinationis Romanæ &
ſuſceptæ pœnitentiæ , vel liberæ ſeculo renuntiatio-
nis , bonorum abdicationis , & in monaſterium Ber-
genſe S. Winnoci , voluntarii receſſus ; ubi quamdiu
vixerit , quando felicem vitæ exitum ſortitus ſit , in-
genue fateamur , deprehendi hactenus non potuiſſe .

Ad S. Winnocum ſupereſt uſi traditio.

C 196 *Fruſtru per amicos , tum è noſtris , tum ex-*
tuenos , ex Bergenſi S. Winnoci abbatia , notitias ali-
quas , ad Bertulfum ſpectantes , ſaltem quæ certæ &
indubitatæ eſſent , colligere aut quoquo modo confe-
qui conatus ſum . Monaſterii deſtructiones , tum per
incendia tum per bellorum vaſtationes , & libros &
vetera quæquo monumenta conſumpſiſſe aiunt , ſio
ut ibi in ſola & unica untiqua ac perſeverante tra-
ditione ſubſtet , quidquid de Bertulfi Gbiſtellenſis
vita religioſa & artiſſima ibidem peractis pœnitenti-
iis , memoriæ prodatum eſt . Putubant viri nonnul-
li , cetera inſignes & pro S. Godelevæ *gloria ze-*
loſi , in udem abbatia do utriuſque conjugis ſanctita-
te non vulgaria exſtare monumenta ; idque non ſe-
mel valde confidenter jactitari audieram ; verum
ſpes illa & ipſos & me fruſtrata eſt ; ſolum illic
traditionem ſuam norunt , veteru penitus ignorant .
Ita ſere vulgata illa traditio , ad me non ita pridem
perſcripta a Viro conſultiſſimo D. Joanne Baptiſta
Bruynſteen , Brugenſi cauſarum patrono , qui ex
ore familiarit ſibi Bergenſis monachi non ineruditi
acceperat ; in opinione ſanctitatis ibi olim de-
ceſſiſſe pœnitentem , nomine Bertulfum , qui S.
Godelevæ maritus fuerat . Ejus ſepulchrum in
veteri templo , flammis abſumpto , monſtratur ,
certis lapidibus coloratis diſtinctum . Aſſerunt , D
abbatem S. Winnoci , (*quis aut quando non ex-* AUCT.
primitur) paucis ſenioribus monachis comita- J. B. S.
tum , ab annis aliquot prædictum ſepulcrum
aperuiſſe , inventumque corpus integrum , ca-
renis undequaque circumdatum .

Quem ejuſdem loci monachum Amandus Belver

197 *Cur ea tam occulte & quaſi furtive geſta*
ſint , haud equidem ſatis intelligo : non debuit lu-
cerna iſtu poni ſub modio , ſed religioſis ſaltem om-
nibus uperte revelari , imo & populo univerſo , u
quo ubi corpori iſti integro timendum fuit . Quid ?
quod ad templum novum transferri merebatur , &
honeſto loco ſepeliri , cum eo epitaphio , quod habes
apud Anonymum n. 95. Supponenda eſt cauſa , cur
ita agendum conſuerint viri iſti religioſi , quam nos
hodie ignoramus ; forte , quod non ſatis certo omnia
exiſtimaverint , quæ vulgi ore ferebantur ; aut ta-
li declaratione corporis , cultum uliquem Bertulfo
decernere veriti ſint . Ceterum jam dictu non mini-
mum auctoritatis pondus addere poterit ſcriptum
quoddam , in muſeo noſtro repertum , miſſum ad P.
Godefridum Houſebenium ab annis circiter quinqua-
ginta , per eum , qui ita ſubſcripſit : D. Amandus
Belver , religioſus Benedictinus in abbatia S.
Winnoci . *Scripti titulus eſt :* Ex memoriali Be- E
nedictino manuſcripto meo , quod in bibliothe-
ca noſtra S. Winnoci aſſervatur . *Breve extra-*
ctum eſt trium pagellarum , continetque univerſim
triu duntaxat elogia ex eo Memoriali deſumpta .
Primum eſt beati Gervini Casletenſis *ex fol.* 133.
de quo egimus ad diem XVII. *Aprilis . Tertium ,*
ex fol. 130. *laudat* S. Ingenocum *pro* XV. *Aprilis ;*
ſed is in Actis noſtris ad VI. *Novembris remiſſus*
eſt , cum S. Winnoco conjungendus . Elogium inter
utrumque medium , ex fol. 185. *ad noſtrum Ber-*
tulfum ſpectat pro VI. *Julii .*

In ſuo Memoriali ad ſcripſit .

198 *Citat Memorialis auctor* monumenta lo-
ci , *quæ neſcio ubi repererit , cum alii aſſerunt ,*
nulla ſupereſſe . Item Drogonem , Epiſcopum
Morinenſem , religioſum S. Winnoci . *Verum*
quid is , obſecro , de Bertulfo umquam ſcripſit , aut
ſcribere potuit , qui annis triginta & amplius ante
Bertulfum vita exceſſit ? Præterquam quod hic ea
Drogonum confuſio repetatur , quam ſupra abunde
convellemus . Præter hæc Beati *titulum Bertulfo*
adjungit , ea , opinor , auctoritate , qua plures bo-
die ſcriptores monaſtici , viros illuſtres ſui Ordinis
iis ſanctitatis decoramentis , unus quam libere ex-
ornant . Demus elogium ipſum ; VI. Julii , Beatus F
Bertulfus , illuſtri loco natus , maritus S. Gode-
levæ , quæ juſſu ipſius , a ſervis ſuis hoc die
Ghiſtellæ ſtrangulata eſt . Qui tanti criminis fa-
ctus pœnitens , ad abbatiam S. Winnoci ſe con-
tulit , ubi magna cum animi demiſſione religio-
ſus converſus factus , viliſſima opera exercuit ;
& continuo vitæ rigore ſe mactans , carnem
ſpiritui ita ſervire coegit , ut ad magnam ſan-
ctitatem pervenerit . Poſt mortem enim ferrea
lorica indutus , cui caro ejus ob temporis diu-
turnitatem inhæſerat , inventus eſt . Poſt mul-
tos annos a morte , ejus corpus ſuaviſſimum
ſpirans odorem , integrum repertum eſt . *Ma-*
ſſeus Belverii Memoriale , ſeu Bergenſium tradi-
tionum compendium .

Malbranei elogium

199 *Quæ ulia monumenta Bergenſium mona-*
chorum viderit Malbraneus , nec explicat ipſe ,
nec mihi divinare promptum eſt ; illa quidem
allegat , at ubi ſeorſum citat præter literas D.
Argentean abbatis , *ex iis procul dubio Bertulfi*
converſionem non inconcinne deſcribens , negle-

A *illo temporum ordine, cum omnia revocet ad annum* 1088. *quo* S. Godelevæ *corpus ex Surio elevatum ſupponit. Unum diſplicet, quod Bertulfi* corpus, non minus quam uxoris elevatum *aſſerere audeat. Referatum ſeu apertum tumulum, non diffiteor. Ipſum audiamus:* Maximum autem Auct. J. B. S. Godelevæ miraculum eſto Bertulphus ipſe, quem etſi pluſquam ſcythea tyrannide abominandum damnarant mortales, è cœlo tamen conjux optima miſericorde oculo conſpexit, uti ſuarum in hac vita ærumnarum, ſed etiam immenſæ beatitudinis & majoris gloriæ fontem & inſtamentum. Rite igitur monuit Auguſtinus: ne putetis gratis eſſe malos in hoc mundo. Ita porro ad meliorem frugem converſus eſt, ita è crudeli benignus, ita è protervo modeſtus, ita denique è perdita vita in auſteram & inculpatam tranſiit, ut nonniſi mutatio illa dexteræ Excelſi, Godelevæ meritis accepta referatur.

cum maxima fuſius memorat

200 Primum curæ fuit, amariſſimis fletibus maritæ ſuæ tumulum perpluere, eam tot defatigare precibus, quoad ſentiret intus, quo vitæ genere, qua pœnitudinis norma, crimen ſuum ſanguineis lacrymis lugendum expiare poſſet. Venit in mentem, Bergenſe S. Winnoci petere monaſterium, cellam impetrare ſibi, in qua reliquos vitæ dies tranſigat, ſed ea auſteritate, quam in anachoretis antiquioribus obſervaret maximam. Venit igitur ad monaſterii fores, & in genua prolapſus, petiit angulum aliquem in ſedem, aut potius perenne clauſtrum attribui ſibi, & quamvis ſele bonis omnibus exuat, luculentam portionem in monaſterii frugem ceſſuram. Movit aſcetis lacrymas: lupum famoſiſſimum in ovem manſuetiſſimam tranſiiſſe demirantibus: ſed auxit ſtupor, dum viderent, aſperrimam vitæ rationem iniiſſe; prius heluonem, jam exiguo pane contentum; prius omnigenas delicias confectantem, jam pro ludis & venationibus meram ſolitudinem; pro molliore culcitra oudam humum; pro gazis & theſauris inopem vitam diligere. Præcipuum vero pœnitudinis inſtrumentum fuit lorica ferrea, artus omnes ita conſtringens, ut ejus aſperitas nonniſi poſt fata potuerit ab aſcetis ipſis excogitari.

& multo elegantius C

201 Ubi diutius eum vitæ monaſticæ rigorem exegit, forti ſemper animo & conſtanti, tandem evocatus eſt in Godelevæ ſuæ conſortium perenne; ut ejus beatitudine frueretur, quam tamen ita male olim habuerat. Tumulum eſt in anteriori templo conſecutus, prope vetus S. Winnoci ſacrarium: unde contigit, corpus ejus, non minus quam uxoris elevari, deteſtumque haud leve veræ ſanctimoniæ argumentum: deprehenderunt enim monachi, eadem adhuc lorica indutum; & curioſius contentaa, carnem obolatim intercreviſſe, pertemporis, quo illam continenter geſtarat, diuturnitatem. Unde quæ in aliis æqua & plena corporis patet ſuperficies, in hoc deformis, hiſpida & mille tuberibus intumeſcens; viſu denique horrendum ſpectaculum, ſed molliorib; probis vero jucundum. Quapropter monachi ſeniores, qui olim ſanctiſſimo ejus congreſſu & conſuetudine fuerant uſi, mira ejuſdem ſanctimoniæ inde collegerunt argumenta, quandoquidem complures poſt annos, ſanctiſſimum ejus corpus compererint, atque eadem prorſus, qua depoſitum fuerat, integritate, atque inſuper gratiſſimum ſpirans odorem. Igitur D maximum Godelevæ miraculum Bertulphus; maxima etiam ejus virtutum charitas, quæ quanto in vita major, tanto in cœlis potentior.

Ordo & ratio edendæ Legendæ.

202 *Atque hic tandem noſtri Commentarii concluſit; cui ſubnectendæ ſunt* S. Godelevæ *Legendæ, de quibus earumque auctoribus, dubia omnia & controverſa, ſub operis principium ſatis explicata videntur. Nihil hic reliquum eſt, niſi ut edendorum ordinem exponamus. Satis diu anciptes hæſimus, eſſetne operæ pretium, eam hic vitam denuo imprimere, quam ſub Drogonis nomine edidit Surius, hoc titulo:* Vita & martyrium S. Godelevæ, authore Drogone monacho & ſacerdote Geſtellenſi; ſed dictionem F. Laurentius Surius fere totam mutavit. *Videbatur enim ſupervacaneum, contractam vitam in medium adducere, dum germana ipſa, intacta & integra, ex codice Aldenburgenſi excudebatur. Verum oppoſita ratio prævaluit, quod licet vulgatiſſimus ſit Surius, non tamen in omnium manibus verſetur, ſic ut curioſis lectoribus jucundum futurum ſit, Drogonem Surii cum noſtro conferre poſſe, mutationes ac truncationes, non ex noſtra ſolum fide, ſed per ſe clarius perſpicere. Dabimus itaque primo loco Drogonem Aldenburgenſem, quem integrum & ſincerum exiſtimamus: tum editionem Surii, in pluribus longe diverſam: demum vitam illam longiorem Anonymi Ghiſtellenſis, quæ numquam hactenus Latine typis excuſa eſt, non magis quam Drogoniana Aldenburgenſis. Si hinc inde obſcuriora occurrant, quæ ſuperius eruderata non ſint, ſuis ſeorſim notationibus, poſt ſingula quæque Legendarum capita, illuſtrabuntur.*

VITA

Auctore Drogone monacho & ſacerdote.

Ex Ms. Cœnobii Aldenburgenſis. numquam antehac ſincere & integre edita a. *a*

PROLOGUS.

F

DOmino Rabodnni *b*, Dei gratia Noviomenſis eccleſiæ Epiſcopo, Drogo *c* monachus & indignus ſacerdos, bonum quod præſtat omni bono. Tui nominis & tuæ nobilitatis fama, beatiſſime Pater, multis in locis, magna dignaque memoratu habetur: quippe qui litterarum ſcientia viges, neceſſitati utilitatique proximorum ſtudes, ut Martha; & æque verba Domini percipis, ut Maria ad pedes reſidens. Quæ res cum in uno utiliter inveniuntur, adeo a ſtudentibus ſapientiæ excoluntur: quia id ſecundum diviſiones gratiæ Dei videtur; quia quod deeſſe ſibi (obſervant *d*,) id ſcilicet, a bono conditore conceſſum, gaudent ineſſe fratri. Nec id quidem immerito, charitatis enim ſingulare ſacramentum in eis regnat, quæ quod cupit ſibi, ſine dubio proximo ſuo optat. Verum, optime Præſul, eum te, juxta prædicatum, juxta laudem multorum, con- *b* *c* *d*

A conſpicio haberi præcipuum crebro auditu; id quidem diligenter animo præmeditor dignum factum, ut qui dote virtutum omnium (fulges) in altare *a* mihi ſuper mea conſideratione conſulas, meque laborantem pedibus, tua dulci ope ſuſtineas. Nam crebegrima multorum fidelium (exhortatione) quod ſupra vires meas eſt, conatus ſum deſcribere martyrium ſanctæ Godeleph: primum quibus parentibus ſit orta, & jam nubilis eui viro ſit deſponſata, & quorum inſidiis, & a quibus & qualiter ſit martyrizata. Hæc itaque, uti vere fuerunt digna relatu aptaque memoratu, in ſchedis pariter deſcripſi, tibique, Pater dulciſſime, miſi, ut tua auctoritate (ſiquidem judicas dignum) rata firmaque permaneant, atque ad quoſcumque venerint, pontificali decreto valeant, Attamen, venerabilis Pater, antequam a multis legantur, primum tu ipſe, qualiacumque ſunt hæc noſtra, lectita; ſuperflua recide, minus lucentibus, viam * orationis adauge, quo tua opera clareant, quæ quærunt ut amplius luceant, Sed nos quidem, quæ ſcripſimus, hæc ita ſe habentia, ab illis, qui hodie & teſtes ſunt, quique viderunt, audivimus. Nec me idcirco quivis reprehendat, quia & multos æque feciſſe, ſancta auctoritas, me ſilente, clamat. Verum tuo judicio, judicioque ſapientum, ſi a nonnullis ſuper his reprehendor, relinquam, atque pro poſſe meo orationem prditum veniam, Vale.

a *De vitæ hujus, quam genuinam putamus, a Suriana diverſitate, ſuperius abunde expoſita, nihil hic dicendum ſupereſt.*

b Ratbodo, Rabodo, Radbodon, Ratbodus & Ratbodonus, *ſive quo alio modo ſcribas ſub variis iſtis inflectionibus idem eſt Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopus; dignus certe, qui a Flandris noſcatur, utpote iis beneficus, Buzelinus in Annal. Gallo-Flandriæ lib. 4. pag. 176. ait*, ejus nominis ſecundum *fuiſſe*; ab genere magno, ſcientia, piis moribus apprime C laudatum. *Ita vero Meyerus ad annum 1068.* Eodem anno obiit Balduinus, Noviomagenſis Epiſcopus, ſucceſſore Rabodone. *Tum anno 1072.* dedicatum *ab eo* Gandavi templum *narrat*, quod vocant ſancti Chriſti, everſum nunc a Carolo Auguſto, ut inibi fieret caſtrum. *Quinquennio poſt, anno 1077.* Blandini tranſtulit corpus divi Florberti, primi abbæ, præſente Roberto, Roberti Comitis filio. *Ad annum 1083.* translatum *ab eodem* Gandavi corpus divi Livini *&c. Quid in abbatem Aldenburgenſem contulerit, refert Meyerus anno 1084. quod porro Gbiſtellæ tunc actum ſit, docent monumenta in Commentario producta. Nec præteriero, quod habet anu. 1091.* inſtitutum ab Radbodone Epiſcopo ſacerdotum collegium, in templo Virginis matris, juxta Brugias, in ditione Siſelenſi. *Demum anno proxime ſequenti* 1092. inſtitutam ſupplicationem Tornaci, die Exaltationis S. Crucis, *cujus ſuperſtes memoria quotannis ibidem agitur*, ob peſtem, quam vocabant Ignariam, hoc eſt ſacrum ignem. *Paucula hæc delibare viſum eſt, ut viri de* S. Go-

deleva *tam bene meriti, geſta ſaltem aliqua, manifeſtius pateant; ne inepte locutus videatur Drogo noſter, dum alias adulari videretur. Maculam inuriæ laudatus ſupra Buzelinus lib. 5. pag. 200. cum ſimoniæ labe affiatum inſinuans, perjurioque ſubſtantiam ejus mortem, an. 1098. Brugis obitam attribuens; auctoritate, opinor, Hermani, quem erat Cognatus in hiſtoria Tornac. lib. 3. cap. 32. Sed de his hic vobis diſceptandum non eſt. Plura de Ratbodone vide apud jam dictum Cognatum lib. 3. a cap. 24. Ex ipſo, ex Buzelino & aliis deſcent Gbiſtellenſes, quam non recte ſiuxeris Anonymus interpolator, canonizationem S. Godelevæ a Ratbodone Romæ procuratam, qui nihil magis abborruit, quam Romani Pontificis conſpectum, tametſi Romam ſæpe evocatus, ut a vehementi ſimoniæ ſuſpicione ſe expurgaret.*

c *Quis fuerit* Drogo *iſte* monachus & ſacerdos, *quando, quomodo, & qua occaſione ſcripſerit, in Commentario prævio ſatis, opinor, explicatum eſt.*

d *Conſtructio una & altera, paulo obſcuriores in manuſcripto, nonnihil hic juvanda fuerunt.*

e *Implexa locutio, niſi alludat ad morem iſtius temporis, quo ii qui fidem facere volebant, altare complectebantur. Sic, ſi Drogonis ſenſum ſatis percipio, vult Epiſcopum ſuum altare ſibi eſſe, ſeu vadem, adeoque iis, quæ narraturus eſt, pondus & auctoritatem addere; ut ſatis patet ex iis quæ in hoc eodem prologo immediate ſubjiciuntur.*

ANNOTATA.

D EX MS. ALDEN.

E

CAPUT I.

S. Godelevæ ortus, animi & corporis dotes, nuptiæ cum Bertulfo, hujus & matris in Sanctam odium & inhumana aſperitas: fame & injuriis compulſa, ad parentes fugit, atque ad maritum denuo reducitur.

BEata igitur Godeleva in Bolonienſi provincia, in villa, quæ Londefort dicitur, patre Infrido, matre Ogeva *a*, honeſtis ſcilicet ac honoratis oriunda patentibus exſtitit; ſed hanc generoſitatis gratiam, ingenuis moribus & vitæ ſanctitate ſplendidius adornavit. Siquidem ætate adhuc invalida, ipſos pueritiæ annos tanta cepit morum maturitate tranſcendere, ut cunctis, quæ ſurſum ſunt, ſapientibus, liquido daretur advertere, quod ad aliquem Eccleſiæ ſuæ ornatum, ſummus ille artifex margaritam hanc vellet expolire. Quoniam quidem, ut diximus, ſub primævæ indolis florentibus annis, ſenum anticipans vitam, immaculatæ mentis ſinceritate in tantum ſuperare viſa eſt, ut in tenero ipſius pectore impreſſam jam cerneres imaginem ſanctitatis. Erat enim univerſa morum honeſtate tam præclara, ad ſanctimoniam tam compoſita, tampue prudenter in omnibus edocta, ut hoc ipſum de plenitudine ejus accepiſſe crederes, cujus virtus magna eſt, cujuſque ſapientiæ non eſt numerus. Præter aliquas vero ſpiritualis gratiæ dotes, erat etiam egregiæ formæ & miræ pulchritudinis, & omnium oculis gratioſa. Hoc ſolum in eam probroſa intentio vituperare potuit, quod erat nigris capillis & nigris ſupercilliis.

Nobilis genere & præclaris dotibus ornata.

a

A ex ms. alden.

3 Nec ſine divino conſtat moderamine geſtum, ut in propatulo claruit, quod tale nomen ſortita ſit: ut enim credimus, diſponente Deo, qui, quos prædeſtinat, hos & vocat, præſagum nomen Godeleva ei ioditum eſt: Godeleva quippe nomen Teutonice *b*, Deo chara ſonat Latine. Hæc itaque decurſis pueritiæ metis, cum ad roboratam perveniſſet ætatem, multi eam ardenter amant, & cum ea contrahere matrimonium deſideraster elaborant. Inter quos erat Flandrigena, Bertulfus nomine, qui ejuſdem virginis inardeſcens amore, parentibus ejus deliderii ſui arcana refert, & ut puella ſibi deſponſetur, expoſtulat; cui, quia erat genere ſecundum carnem inſignis, opibus pollens, & ceteros amatores in honore præcellens, generoſa Chriſti famula, nuptiali fœderatur copula. Sed quemquam nobiliſſimis effet ortus natalibus, moribus tamen exſtitit diſſimilis, ut poſtmodum monſtrabit textus noſtræ narrationis. Idcirco autem, ut arbitramur, dilectam ſuam occultus arbiter tam impio ſociari permiſit, ut in illo admirandæ feminæ patientiæ experiretur prædicium, & innocentia probaretur ſimplicitas. Etenim diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Denique cum eam ad ſuæ proprietatis deduxiſſet habitacula, fraude maligni hoſtis, qui per invidiam primos homines de paradiſo felicitatis ejecit, decipitur, & facti pœnitens, mox ſponſam ſuam exoſam habuit odio magno nimis, ita ut majus eſſet odium, quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat.

B

b

qui ſtatim cum mente ſibro præſagitur.

4 Hic eſt utique homo, qui cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, non attendens, quod ſcriptum eſt; Mulieris bonæ beatus vir, & gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata; & illud Scripturæ præcipientis; Noli diſcedere a muliere ſenſata & bona, quam ſortitus es in timore Dei; gratia enim verecundiæ iſtius ſuper aurum. Mater vero verbis improperii exaggerat pondus doloris filii, quem metaphorice alloquens; Cur, inquit, cornicem de terra aliena adduxiſti? Numquid in tua patria quamplures invenire potuiſti? Hæc autem dixit, ut prælibavimus, quia erat nigris capillis & nigris ſuperciliis, carne enim erat candida & ultra modum aſpectu amabilis. O! invidia primum mordax tui! O ſathanæ calliditas & immania crudelitas, ſemper ſancta perſequens! Semper felicitas patet invidiæ, ſemper virtutes ſequitur invidia, & fulgura feriunt ſummos montes. Ecce ſocrus improba, in muſcipulam incidens diaboli, cujus invidia mors introivit in orbem terrarum, nurui derogat, filium ad odium provocat; & quæ cunctaudere debuit, utpote filii felicibus nuptiis, occaſionem & fomitem invidiæ adminiſtrare non metuit. Attamen non mirandum, ſi (in) hominibus ſedem livor habeat, cum Phariſæorum zelo Dominum noſtrum eſſe crucifixum, in paradiſo quoque ſerpentem fniſſe, & omnes Sanctos cognoverimus, æmulos habuiſſe. Quod enim juſti ab injuſtis, injuſte mala eſſent perpeſſuri, teſtatur Apoſtolus, dicens: Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur. Aurum, ut ait Scriptura, probat ignis, & hominea juſtos caminus tribulationis. Ut enim uter verbis B. Gregorii; æſtimo, non poſſe eſſe Abel, quem Cain malitia non exercuerit. Verum alia eſt perſecutio, quam materialis intorquet ſeveritas; alia, quam vitiorum gignit adverſitas. Sed quid ago, narrandi ordinem prætermittens?

C

D

Deſponſa e marito & deſerta,

5 Igitur nuptiis, quæ per tres dies celebratæ ſunt, ſponſus intereſſe noluit, ne videlicet, quam exoſam habebat, aſpiceret. Mater vero cum amicis, quæ nuptiarum ordo exigebat, neceſſaria procuravit; intus ſæviens, foris blandiens; &, in quantum potuit, exhauſtum invidiæ venenum, propter convivantes occultare geſtiens. Sed ſicut, quod ardenter volumus, diſſimulare non poſſumus; ita quod omnino nolumus, difficile, nos velle, conſingere valemus: etenim frona hominis proprie mentis depromit amictum. Speculum quippe mentis eſt facies, tacitique cordis arcana fatetur. Poſt diem tertium Bertulfus ad propria remeavit: nec mora, ſpreta conjuge, dimiſſa familia, una cum ſuæ proprietatis habitaculis, paternam domum ad inhabitandum expetiit. Sponſa itaque Chriſti, viro odibilis, ſed Chriſto amabilis, domi reſidet, familiam gubernat, ſe ipſam irreprehenſibilem exhibet, ſemper ingenio modeſta, ſemper pudicitiæ pudore præcellens, ut nec de ipſa maledicorum quicumque audire, vel poſſet fama (quid, quam) confingere. Quæ, ne otioſitate torperet, & deſidia ſegnis redderetur, quia otium virtutes enervat & vitiis alimenta miniſtrat, & otioſitas inimica eſt animæ; nunc filationi, nunc texturæ, nunc orationi vacabat: videlicet, ut omnes cogitationum ſagittas, quibus adoleſcentia percuti ſolet, juxta cujuſdam ſapientis ſaluberrimam admonitionem, hujuſmodi clypeo repelleret. Per noctem etiam, ut viri ſui obſtinata & excæcata mens gratia divinæ viſitationis illuſtraretur, orabat cum lachrymis, implens illud de pſalterio: Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo *c*.

E

c

ſerva, inſuriis afficienda ſubjungitur,

6 Sed ut impleretur, quod dictum eſt, Qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc; Bertulfus malitiæ non imponens finem, utpote durus & peſſimus & malitioſus, & ex merito ſemihomicida futurus, fraude deceptus diabolica, de die in diem, in Chriſti ancillam, ſcilicet ſponſam ſuam, acriori ſævit invidia, eique, communicato ſuper hoc parentum conſilio, vernaculum præfecit, qui ei malevole & non ſine dolore deſerviret, quique ei modicum panem per diem, & hunc ſtatuta hora porrigeret; diſtrictius inhibens, ne quid aliud conjugi ſuæ in cibo vel in potu indulgeret; ſin autem gravi ultione ſe plectendum eſſe cognoſceret. Itaque ancilla Chriſti ſubjicitur illi, per viri juſſionem, quem habuit ſervum, per ſervilem conditionem. Ecce quam immeritus, quam immerito congeminatur dolor! Sicut enim ſolatium eſt mali, dignitas adverſantis; ſic è contrario duplicat dolorem ſufferentis, indignitas inferentis. Hinc rurſum non mirandum, ſi ſarcina doloris ex hoc magis accumuletur, quod ab illo injurias perferat, qui cum ea omnia ſeculi hujus diſcrimina perpeti, quæcumque proſpera, quæcumque adverſa

F

A versa contigiſſent, collato ſecum dolore, de jure teneretur ſuſtinere, ſimulque patienter vivere, & ſimul delectabiliter mori; utpote qui deberent eſſe duo in carne una, vel potius unum corpus effici conjugii copulatione.

modica panis & aquæ parcimonia vivere docilla.

7 Igitur gloriosa Chriſti famula contumeliis afficitur, injuriis, opprobriis, deriſionibuſque laceſſitur; non tamen ad exceſſum prorupit murmurationis aut querimoniæ, ſed corde tacito, mens ejus bene conſcia, conſervat patientiam, acſi legiſſet verbo veritatis, dicentis: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Super penſo collati ſibi panis exultans, Deo agit gratias, dimidium in die cum ſale & aqua percipit, dimidium inopibus diſtribuit. Verum necdum quieſcit ſathanas, qui ſecundum nomen ſuum, ſemper adverſatur fidelium ſaluti, ac Martyrum nequit ſanguine ſaturari. Sic quippe legimus, ipſum ad Dominum locutum fuiſſe, poſt amiſſam Job ſubſtantiam, poſt everſam domum, poſt liberos interfectos, Corium, inquit, pro corio, & omnia quæ habet homo, dabit pro anima ſua:

B ſed extende manum tuam & tange oſſa & carnes ejus, niſi in faciem benedixerit tibi. Plerique eleemoſynas tribuunt, ſed de proprio corpore nihil tribuunt; porrigunt egentibus manum, ſed carnis voluptate luperati, dealbant ea quæ foris ſunt, intus autem ſunt pleni oſſibus mortuorum.

cujus dimidium ipſa pauperibus erogat,

8 Sed non talis erat iſta mulier beata; quotidie holocauſtum offerebat Domino, non ex pecore alieno, ſed de corpore proprio. Tam incredibili quippe patientia, tam a viro quam a ſervis illatas pertulit injurias, ut cum Propheta non immerito decantare potuiſſet; Cum conſiſteret peccator adverſum me, obmutui: humiliata ſum & ſilui a bonis. Et rurſum: Ego autem tamquam ſurdus, non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Pro diſtricta ſibi parcitate, quotidie gratam hymnorum Domino hoſtiam immolans, maledicenti ſe viro ſuo non remaledixit, ſed juxta præceptum Apoſtoli, benedixit, & pro perſequentibus ſe & calumniantibus oravit. Exciatur

C autem acrius adhuc in certamine, ut majoribus cumuletur præmiis in tribulatione; ut ſcilicet quanto acriora devinceret hoſtis antiqui temptamenta, eam ſemper impugnantis, tanto cumulatior foret gloria, pia longanimitate decertantis. Bertulfus ſponſus ſuus, ſemper ponens adverſus eam mala pro bonis & odium pro dilectione, ut vidit, illam nec moleſtiis poſſe dejici, nec famis inedia attenuari, factus eſt ſibimetipſi gravis, & de morte ejus diverſos cœpit cogitatus ancipiti verſare in animo. Sæpius cordi inhærebat, ne eam diutius ſineret vivere; ſed quia parentelam ſuam, ex ſpectabili ſchemate nobilitatis, native excellentiſſimam noverat, non audebat palam occidere. Denique ſperans, eam majoribus adhuc moleſtiis ſe poſſe atterere, majori adhuc famis injuria diſponit affligere; ut vel ſic moleſtiis devicta, de Deo non cogitaret, vel ex impatientia murmuraret. Itaque medietatem, conceſſi prius panis, per ſingulos dies ſibi jubet ſubtrahi.

eriam ad meliorem vitæ ſtatum perducit.

9 Sed dilecta Chriſti famula, ſuper diminutione diurnæ annonæ, patientiam amplectens, utpote quæ domum ſuam, non ſuper levitate arenæ, ſed ſupra petræ ſoliditatem jam jamque fundare cœperat; quamquam vidit, difficillimum ſibi fore, ſe tantillo ſtipendio poſſe vivere; tamen deliberavit apud ſe, quod ſemel Deo voverat, hilariter reddere, juxta illud Scripturæ præcipientis: Si votum voveris Domino Deo tuo, ne moreris reddere illud: quia querens quæret illud Dominus abs te. Itaque dimidium dimidii panis pauperibus largitur *d*, de reliquo, more ſolito reficitur. Sancta Godeleva orationi inſtantius & ardentius contritioni cordis inſiſtens, ad Deum, qui prope eſt omnibus invocantibus eum in veritate, integra ſe devotione convertit, oratis ſic: O tu Deus, creator omnium, ſis queſo memor meæ fragilitatis, & ne me derelinquas in die tribulationis. Qui eruis ſuſtinentes te, conforta me in inſtanti procella perſecutionis: & quamquam a viro meo diminuatur conſuetudinarium penſum diurni panis, tu tamen mihi affectum non denegans bonæ voluntatis, fac ut tibi ſemper placeam per obſequium piæ

E devotionis. O! ſalubris & ardens intentio ſanctæ mulieris, in deſideria ſanctæ virtutis! Forte audierat, quod ſcriptum eſt: Ante Dei oculos numquam vacua eſt manus a munere, ſi ara cordis repleta fuerit bona voluntate. Sola liberalitas in ea modum exceſſit, nec contenta eſt conſilio Apoſtoli, dicentis: Non ut aliis refrigerium, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate in hoc tempore, ut veſtra abundantia ad veſtram ſit inopiam: unde enim aliis præſtitit refrigerium, inde penuriæ ſenſit incommodum.

ad parentes conſanguineos fugere cogitur, & pellitur,

10 Nec eſt ſilentio prætereundum, quod Dominus dilectam ſuam tanta perfuderat gratia, ut non ſolum illi, quos affabilitate vel familiaritate ad amorem ſui accenderat, verum etiam hi, qui eam ſolo nomine noverant, diligerent, ac ſuis injuriis ingemiſcerent. Bertulfo autem favent ſui, utpote qui ultro diſcurrunt ad crucem; quorum pedes veloces ad currendum in malum; incitant crudelem in humilem, immitem in innocentem,

F qui per ſe ſatis erat injuriosus & calumnioſus; & quam juſte deberent diligere, cum viro, injuſto perſequuntur odio. Marito itaque ſuo, aſperius ſolito, una cum familia ſe perſequente, compellitur tandem fugere, & nudis pedibus, uno tantum aſſumpto comite, ad natale ſolum repedare; ubi parentibus ſuis calamitatis ſuæ hiſtoriam lacrymoſis luſpitiis innoteſcit *, & quæ a viro vel familia ſua fuerit perpeſſa, ſeriatim exponit. Pater ergo, auditis filiæ querelis, altius ingemuit, & ei paterno condeſcendens affectu, quid facto opus eſſet, intra ſe deliberare cœpit. Et communicato ſuper hoc conſilio amicorum, Balduinum *e* Comitem Flandrenſium expetiit, eique quam deſpectuoſas a viro ſuo, filia ejus pertuliſſet injurias, per ordinem pandens, ut ſibi juſtitiam exhiberet, poſtulavit. Comes vero ad diœceſanum Epiſcopum *f* generi ſui illum dirigit, qui illis diebus ſanctæ eccleſiæ Noviomenſis honeſte auriga-

* capt. xxv.

e

f

bat currum.

qui per Comitem & Epiſcopum rem componere conantur.

11 Epiſcopus ex decreto, inquit, ſuſcepti regiminis, in epiſcopatu ſuo pervigili cura tenetur quælibet errata corrigere, perverſos, ut reſipiſcant, eccleſiaſtica diſtrictione compellere;

Digitized by Google

A lere; hujuſmodi cauſa eccleſiaſtica eſt, & de-
BERMU. bet apud eccleſiaſticum judicem ſolummodo
ALDER. tractari vel terminari, Quod ſi gener tuus epiſcopali admonitioni parere noluerit, ego ſeverus vindex exiſtam, & eum, ut ſponſum, ſponſam ſuam recipere, imperioſe compellam. Ad hoc quippe divina juſtitia ſtatuit in Eccleſia, ut ſit Paſtor in populo, Princeps in ſeculo, ut unus peccantes corripiat, alter vero corripiendo, negligentes corrigat. Rogo autem prudentem lectorem, ne in hoc, quod fugam iniens repatriaverit, credat, actus Martyris deviaſſe ab Evangelicis præceptis, quibus declinare perſecutionis impetum, aut permittimur, aut jubemur; cum ſcriptum ſit; Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma; & cum Philoſopho teſte, præcipua ſit mortalibus cura vitæ retinendæ. Multos ſiquidem legimus Sanctos, paſſionis aſperitate territos, non infirmitate, ſed carnis trepidatione fugiſſe.

ANNOTATA,

a *Nomina parentum* S. Godelevæ *varie efformari, oſtendimus in Comment. prævio §. 1.*

b *Habuerunt Sancta, in Bolonienſi territorio natæ, nomen Teutonicum, jam dicto paragrapho etiam diſquiſitum eſt.* S. Deocarum, *ſeu* Godolevum (*Gotlieb*) *abbatem* Herriedæ, *non procul Epſtadio, habes in actis* VII. *Junii.*

c *Ex toto hoc numero aliiſque adjunctis, ſatis patet, ita a vero ſegregatam adeoque intactam manſiſſe* S. Godelevam, *ut ejus virginitas non videatur in dubium poſſe revocari. Certe non ſolum ut* Martyr, *ſed etiam ut* Virgo *a Ghiſtellenſibus ſemper habita eſt ſanctiſſima Patrona.*

d *Hæc procul dubio anſam præbuerint Anonymo interpolatori,* S. Godelevæ *miſericordiam in pauperes mirifice extollendi; ſtupenda illa exempla adducendo, quæ adhuc junior, in domo parentum præbuerit.*

e *Tres eo ſeculo* XI. *ad annum uſque* 1070. *Balduini rerum in Flandria potiti ſunt, cognomentis ſuis diſtincti; nempe* Barbatus, Inſulenſis, Montenſis, *quorum poſtremus* tribus omnino gubernavit annis, *patri ſuccedens an.* 1067. *mitis ac pacificus Princeps, inquit Meyerus. Si ea ſubſtent, quæ de anno obitus* S. Godelevæ *ſupra diſputavimus, haud dubium eſt, quin ad hunc* Montenſem Balduinum *relata fuerit ejus cauſa, & ſapienter ad Ordinarium remiſſa. Rem fuſius exornat Anonymus cap.* 7.

f *Potuit is Epiſcopus fuiſſe* Belduinus, *quem anno prædicto* 1067. *vita exceſſiſſe diximus ſupra in annotatis ad prologum. Rerum ſeries potius exigit, ut ad* Ratbodonem *Balduini ſucceſſorem delata ſit. An numquid Drogo id verbo inſinuare debuiſſet? Ita omnino: verum is argumentum ſuum pro magis quam chronologice proſequitur. Malbranci opinio Balduinum appellare videtur, Sed dubia damus, ut dubia.*

D

CAPUT II.

Immanis Bertulfi obſtinatio in perſequenda uxore, omnia patientiſſime tolerante; barbara ejuſdem per famulos ſtrangulatio; ſanguis in candidos lapides verſus; ſepultura & miracula plura mox ſecuta.

IGitur Bertulfus, tam epiſcopali auctoritate quam ſeculari poteſtate, ſponſam recipere compellitur, quam benigne & honorifice ſe tractaturum pollicetur. Sed credendus eſt, magis paruiſſe præcepto Principis, quam auctoritati Pontificis; quoniam, ut quidam ſapiens ait; Apud ſceleris auctores, auctoritas eſt ſecundum auctoritatem. Etenim magis oderunt peccare mali formidine pœnæ, quam virtutis amore. Proh dolor! facta ſunt noviſſima hominis iſtius pejora prioribus. Nempe non invitus trahitur animus ad amorem. Bertulfus ſiquidem eadem, qua prius amaritudinis tabe volutatur; invidia & odio torquetur circa præcordia cordis, eoque eam vivere conſpicit, quæ ſibi erat etiam ad videndum gravis. Unde eam jam in corde ſuo impia neco jugulare deſtinavit; omnimode ſatagens, ut tali artis calliditate, voti ſui compos efficeretur, ut crimen admiſſum, nec ſibi, nec cuiquam amicorum impingeretur. Sponſa autem Chriſti videns virum ſuum erga ſe non ſanctum mitiorem ſed ferociorem, toto cordis affectu clamat ad Dominum, ut ille, cui venti & mare obediunt, procellam ejus verteret in auram. Et Dominus, qui de cœlo reſpexit in terram, ut ſolveret filios interemptorum, dilectæ ſuæ precibus condeſcendit, nec eam ullis perſecutionum procellis, a ſanctitatis arce dejici permiſit, ſed ſemper firmius ſpe futuræ gloriæ corroboravit. *Quamquam Bertulfus fidus ſervus ſeverus,* E F

13 Nonnulli etiam amicorum Bertulfi ei detrahebant, & obloquebantur, quod nec timore Dei, nec auctoritate Pontificis, nec edicto Principis ſeritas mitigata fuiſſet ipſius pectoris. Cumque multi, ejus miſeriæ condolentes, viro ſuo maledicerent, & ei divinam imprecarentur vindictam, corripuit eos, dicens: Nolite, cariſſimi, nolite virum meum maledicere, ſed potius benedicite; divino enim præcepto jubemur, non ſolum maledicentibus non maledicere, ſed etiam benedicere, pro perſequentibus & calumniantibus nos orare; malum, non in malo, ſed in bono vincere. Vides, quia hæc beata mulier quamquam longe diſſimiliter, exemplo tamen Apoſtoli, ſcribentis ad Corinthios; Tribulationem patitur, ſed non auguſtietur; aporiatur, ſed non deſtituitur; perſecutionem patitur, ſed non derelinquitur. Quamquam enim pater ſuus & mater ſue dereliquerunt eam, Dominus tamen aſſumpſit eam, & dedit ei, ſecundum quod idem Apoſtolus optavit Epheſiis, ſcilicet ſecundum divitias gloriæ ſuæ, virtutem corroborari, per ſpiritum ejus, in *non patitur famam, quamquam ei detrahe-bant,*

A interiori homine; habitare videlicet Chriſtum per fidem in corde ipſius. Et etiam prædicabile (eſt) quia mirabile, & ideo operæ pretium narrationi inſerere, quam ignito amore Dominus dilectam ſuam accenderit, quamque mirabiliter qui mirabilis eſt in Sanctis, eam ſpiritu ſapientiæ & intellectus repleverit. Cum enim multi, humana compaſſione ei compatientes, dicerent, eam ſolam eſſe, quæ nec carnis illecebras habitura, nec mundi deliciis eſſet perfruitura; quæ dicerent, frivola perpendens, magna mentis conſtantia contempſit, manifeſta rationum veritate, atque exhortatione evidenti, ad contemptum rerum mundanarum eos commonere volens, in hujuſmodi verba prorupit.

ſed ſpretis mundi delectis,

14 Carnales delicias non requiro, mundi oblectamenta non concupiſco. Quid prodeſt, carnem morituram, deliciarum luxu ac voluptatum affluentia depaſcere, quæ mox compelletur in putredinem ire, & in pulverem B reverti, de quo ſumpta eſt? Gloria hominis quaſi fœnum, cujus finis quotidie feſtinat in cineria interitum. Perpendit quippe mulier *in* beata, quam ſit vana carnalis delectatio; quam *mar.* nec præterita juvare poſſit, nec præſens permanere, quoniam omnia hujus mundi vana, caduca, tranſitoria, falſa & fallentia. Quoniam quidem omnia mors tollit, omnia morte cadunt. Ut enim quidam philoſophus ait; Mora ſpernit altam gloriam, involvit humile pariter & celſum caput, æquatque ſummis infima. Hic inneri libet, cui aſſimilanda ſit hæc mulier beata: nonne adamantino lapidi? Sicut enim adamas, malleis cæſus, non infringitur, ſic hæc, dum inſidiis impugnatur, dum tribulationibus pungitur, dum invidia laceratur, a ſtatu mentis non dejicitur aut movetur, quia fundata erat ſupra firmam petram: petra autem erat Chriſtus.

ſolo caleſtia vndi tetram,

15 Sed ecce, dum hæc ſcribimus, ingemiſcimus; non illius invidentes virtuti, ſed noſtræ condolentes miſeriæ: utpote qui ad omnem C rerum viciſſitudinem, ſive triſtia ſive læta ſuerint, inconſtanti mentis fluctuatione variamur; nec ſortes in adverſis, nec humiles per proſpera pacis; ſimilea arundini, quam ventus jactat, fluviuſque ſimul labi facit; & arenæ quæ ſponte rumpitur, quia interdum per ignaviam mentis & inſtabilitatem, etiam ſine tentatione dejicimur. Si tribulamur, non ſolum tribulationem non patienter ferimus, ſed e converſo, in impatientiæ & murmurationis faniem prorumpimus. Hic vero timeo, quod quiſpiam obtrectatorum nos ſuggillaturus ſit, dicens; officioſam verboſitatem *a* magis quam *a* rerum veritatem velle inſinuare, quaſi cornicem Æſopi, alienis adornare coloribus velimus, & quod exemplo agimus Pſalmigraphi dicentis; Laudate Dominum in Sanctis ejus, appetitu gloriæ, veritatem propter ornatum verborum videamur omittere.

paule ſuſtus ſtlendo audior,

16 At quiſquis erit, qui nos calumniaturus eſt, verba multiplicare; liquido datur intelligi, quod electis Dei non erubuerit derogare, cum certiſſimum ſit, Deum in Sanctis ſuis laudari, & caput Martyrum in Martyribus honorari; quia angelica auctoritate docemur, Sacramentum regis abſcondere (bonum) eſſe, opera autem Domini confiteri & revelare honorificum. Rurſum aliquia, non ſani capitis, D obſtinata mente dicturus eſt; quam mercedem EX MS. merebitur quis, pro injuriis quas invitus pa- ALDEN. titur? Audiat ergo non me, ſed beatum Hieronymum, dicentem: Secura ſit nobis conſcientia, quod hoc, quod non propter peccata patimur, & afflictio in ſeculo, augmentum præmiorum eſt. Imparem non credimus iſtam beatam Martyrem ceteris Sanctis habendam, quam Chriſtus, gloria & corona Martyrum, vere ſecum vivere teſtatur in cælis; quia eam innumeris decoravit & decorare non ceſſat miraculis uſque hodie in terris. Nemo autem ſolicite requirat, ſiqus forte, dum adviveret, fecit miraculorum ſigna, cum poſtquam mori deſiit & vivere cœpit, quotidie ipſius merita, operante Domino noſtro Jeſu Chriſto, virtutum probantur monſtrari frequentia. Novimus ſiquidem, Deum noſtrum bonæ vitæ meritum (magis) approbare, quam corporalium ſignorum effectum. Ait enim Evangelicus poeta; merito ceſſante bono miracula E nil ſunt, quæ faciunt plerumque mali. Et veritas in Evangelio, diſcipulos non ſigna & prodigia a ſe, ſed humilitatem & manſuetudinem diſcere præcepit.

uti & ſuarum ſuam glo- ciatam.

17 Verum ne digreſſio faſtidium pariat legentibus, ad propoſita redeamus. Igitur infructuoſo ſilentio contegi nolumus, quod Dominus non ſolum mentem Sanctæ ſuæ fermone exhortationis & eruditionis ditaverit, ſed & ſpiritu prophetiæ repleverit. Cum enim nonnulli, ut prælibavimus, ſibi condolentes, coram ea luctivagas emitterent voces, & eam infelicem dicerent: mox prophetico intonans ſpiritu, compeſcuit eos, dicens: Nolite incaſſum lacrymas fundere, & ne me veluti infelicem æſtimare: non enim, ut arbitramini, infelix ego ſum, quamquam tribulatio & anguſtia in præſenti invenerint me, quia ſuper omnes mulieres Flandrenſes *b*, quæ hodie ſupervivunt, exaltabor & ſublimabor. Et hoc *b* faciet erga me, qui potens eſt, qui erigit eliſos & ſolvit compeditos; quique contritos corde ſanat, & mæſtificatos actu lætificat. Illud F etiam ſub ſilentii modio abſcondi, incongruum videtur, quod cum quidam monachorum, conſummatæ religionis, gratia viſitationis veniſſent ad eam, vel (ut) ſalutaris verbi exhortatione reſoverent, vel piæ conſolationis manu, ipſius mærentis lacrymas detergerent; e converſo teſtificati ſunt, ſe ab illa tam ſanæ doctrinæ pabulo, & dulciflua exhortatione refectos ac ædificatos fuiſſe, ut menti ipſius divinam philoſophiam inſitam eſſe, non ambigerent. Nunc de ejus vita hæc dicta ſufficiant; hinc revertatur calamus, quomodo de hac vita tranſierit, narrationem texere.

Diverſo humani ſtrategmatis exitu,

18 Cumque ita omnis fraus omneque doli commentum prædicti Bertulfi, Deo ordinante caſſaretur, ut non fame, non aliquo ſuæ calliditatis ingenio ſanctam Feminam perire facere poſſet, cœpit meditari, & ſecum ſuarum cogitationum crebra agitatione conturbari, & intra æſtuans infrenibus irarum ſtimulis, & interdum movens labra turbida, meate talia volvebat: Num aliquid tale, humani ingenii (ſolertia) reperiri poterit, quod meæ ſententiæ ſit ſaluti? Vivo enim & male vivo, dum video omne meum ingenium

ſupe-

A ſuperari c, cujus vita tabeſco; qua vigente, vile eſt corpori meo vitale. Non fames eam oppreſſit, non jejunia longa attrivere: quin incolumis eadem viget, quantoque magis opprimitur atteriturque contrariis, tanto clarior pollet ipſius ætas juventutis. At ſi hac via meæ ſententiæ facultas minime proceſſit, alia inveniatur, conetur, aggrediatur. Aut ferro, aut igne, aut aqua perire poterit, vel etiam alio aliquo tormento, quod noſter uſus invenerit. His exagitatus furiis, movetur ſenſu; prius mentem ſuam lædens & lanians ſina ferro, quam eam tangeret tormento. Tunc duos ſervos, ſcilicet Lambertum & Haecam vocat; conſilium quærit, quod ſuper ea conari queat; quo tormentorum genere traderet eam neci'. Reſpondent prout vilum eſt illis; conſilium utilius præferunt & propoſitum confirmant. Statuunt diem, inveniunt genus tormenti, quo facilius perire queat & factum occultius fiat: inſuper autem imponunt tempus, quod diei vel noctis utilius ſecretiuſve haberetur ad id agendum.

Bertulfus blandiris eam ciconvenientes

19 Jam dies venerat, imo & tempus inſtabat, quo, quæ eſſet & qualis, Deo plena femina, manifeſtaretur, & cæli gloria remuneraretur, cujus cor cælitus divina gratia irradiabat, quam virtus patientiæ & humilitatis evidentius inſignibat. Verum etiam in ea nocte, in qua fraude criminoſorum interimenda habebatur, ante occaſum ſolis, ad eam vir ſuus venit. Primum eam ore ficto oſculatur, amplectitur, protendens ore riſum, qui in pectore geſtabat venenum. Tunc quod inſuetudinis ſuæ erga ipſam erat, fecit: juxta eam, quaſi hilari facie ſeu læto corde ſedit. Utrique ergo conſidunt in ſtipadio *d*, quæ cum marito timeret appropiare, reverentiamque, uti viro dignum factu, exhiberet; ad ſe eam manu attraxit, ſolatur eam mitibus verbis timentem, deinde hujuſcemodi initium orationis habens, Domini famulam alloquitur: Triſtitiæ mihi eſt non parvæ, quod erga te ſum tam ſeti animi, tamque pertinacis mentis haberi videor, ut nec mei præſentia ſoleris, non dulci alloquio, non communi carnis voluptate oblectaris. Sed id quidem neſcio quid infortunii nos invaſit, neſcio quæ diſcordia mentem disjunxit, ut & alient animi fierem abs te, & viderer haud compos cordis mei eſſa. Ut mihi videtur, ab iniquo diſſeminatum eſt; labefactat enim corda modo hunc invidia, modo hunc odio incendens. Verum mentis diſſidio finem imponere volo, & te, ut charam conjugem colere, ſicque paulatim, poſtponendo odium, & mentes & corpora in unum convenire.

modum ta detegrandi amoris reperiam fingit

20 O infectum omni malitia pectus! o viroſa lingua Viri! Imitaris Judam traditorem Dei in ſcelere: fert ille agno miti oſcula, compoſita fraude, tu tuæ conjugi baſia porrigis, & doloſo corde innocentem alloqueris. Ille Regem odioſis turbis Dominumque cunctorum tradidit, adactus pretio; tu ſervis conjugem a te remunerandis, quovis muneris præmio tradis. Igitur, ſi licet nobis magna parvis, ima ſummis comparare, habebitur par pœna, æquum pondus in proprio ſcelere. Inveni, ait, feminam, quæ ſe jactat poſſe conglutinare nos ipſos firmo amore, & continuo tempore nos facere, ut nuſquam duo conjuncti magis ſeſe diligant. Id equidem negotii commili Lamberto & Haecæ lervis: hi adducent ad te mulierem; his omnem hanc rem credito. Idcirco ergo iſtud rei prædico tibi, ne fit tibi incognitum; ne reſpuas, ne quidem movearis animo. Hæc cum finiſſet vir ſubdolus, illa reſpondit: Famula Dei ſum, ipſi omnia mea committo; attamen, ſi ſine aliqua admixtione ſceleris id valet fieri, concedo. O felix Deoque devota Femina! Deum tibi ante omnia concilias, ipſe tibi curæ habetur: times tibi, ne magica re a te ſejungatur, ea ratione opras conjugium, ne perdas conjugii conjunctorem Deum. Hæc cum ſuperius dicta peroraſſet, ſiluit. At Bertulfus ab ſcammate *e*, in quo ſedebat exiliens, equum aſcendens, ivit Brugas pernoctatum, ibi exſpectaturus, donec interitus ſuæ conjugis ſibi nuntiaretur, ut quaſi immunis a commiſſo crimine æſtimaretur.

e

interim mo ſita a duobus ſervis ſtrangulatur.

21 Nocte vero ſequenti, cunctis dormientibus, ecce Lambertus & Hacca affunt, & a ſomno excitant dominam. Surge, inquiunt, Domina, nam tui cauſa ſolicii venimus, mulieremqua, de qua dixit dominus noſter, tibi adducimus. Ecce ante portas tuas ſtat, te jam dudum operiens: eia ſurge, accelera, ne ſis tibi tuæ utilitatis diſpendio. Primum munit ſe ſanctæ Crucis ſigno, deinde ſeſe totam commendavit Deo; & cum pararet velle ſe induere veſtes ſuas, hi inſtantes prohibent. Pedibus, inquiunt, nudis, panſis crinibus, ſola interula induta venies, ita enim certum eſt, tibi prodeſſe rem: modo in conticinio, media nocte & ante crepuſculum id quidem tibi faciendum erit. Mox illa horum reſponſis ſubjecit: Omnipotenti Deo me commendo, creatura illius ſum, quod de me fiet, clementiſſimus videat; & nunc fidei veſtræ me do: & ſurgens cum eis ire perrexit. Quid autem fecerunt aut quid dixerunt ſemel aut bis, frivolum fuit, magis dolus ac fraus, ne quidem dignum annotatu videtur. Tertio vero, cum æque ab eiſdem deciperetur, laqueum collo ejus intendunt, unaque manibus ejus guttur, ne audiretur clamans, tota vi ſtringunt. Cumque eam jam ſenſiſſent exanimem, aquæ immergunt, ut ſiquid vitæ flatuſve ſupereſſet, id elementum extingueret. Et mira diſpoſitione Dei id actum eſt, ut ſiquid terrenæ inhabitationis admixio fuſcabatur, hoc elemento purgatum candidumque redderetur.

non ſine miraculo ſepulta.

22 Poſtea vero officio inimicorum fruitur, nam mortuam Godelevam, ſui malefici ad proprium lectum deferunt, recollocant, veſtibus operiunt. Sole autem jam altius aſcendente cælum, familia invicem muſſat: quid cauſæ ſit, quod ſurgere dominam ſuam impediat: nam aſſueta erat, vel ante auroram, vel ſub initio auroræ feſtinate ſurgere, monere alios, adire eccleſiam. Quapropter mirahantur; nolehant tamen dominam ſuam evigilare, credentes, vel infirmitate vel ſomno detineri. Verum cum jam tardior hora diei procederet, intratur cubiculum, conatur excitari; ſed mortua nequit. Volat fama, affunt vicini; contemplatur corpus, ſed nullum vulnus, nullum ſignum ferri in totum corpus invenitur: tantum vero in collo ſanguineus circulus

appa-

A apparebat, ubi iniqui laqueum intenderant. Alii affirmabant, defunctam naturali morte, alii retro (erant) muſſantes aliud. Et quomodo a ſuis diligebatur, hoc datur intelligi: eadem die acceleratur ſepultura; & quia panis defuit, qui pro ſalute animæ erogaretur, itur pro emenda annona; at eadem annona lucro fuit emptori ſuo, nam adeo accrevit per ſe in farinam redacta, ut modum menſuramque exederet, & emptor factum ſigni miraretur, dicens: Laus tibi, Deus, tuo honori larga fuit, pro poſſe autem vixit pauperi, id etiam in hoc miraculo divinitus demonſtraſti.

Terra verſa in candidos lapides; f

23 Quin etiam pars terræ, ubi interempta fuit, verſa eſt *f* in candidos lapides, ut meritum hujus demonſtraret Dominus, & ut patefaceret omni fideli locum ſui interitus. Quod ita contigit. Quidam ob devotionem Sanctæ terram ſumpſerunt, & domum detulerunt, quam poſtea verſam in gemmas mirati ſunt.

B Ego ipſe, qui hæc ſcribo, teſtis accedens, eaidem vidi, & ſuper hoc nomen Domini benedixi.

Aqua mero ſuffuga reddita.

24 Elementum quoque aliud convertit Deus omnipotens ad gloriam ſui honoris, ut propalaret, quod foret & quantum meritum ibidem demerſæ mulieris: nam quicumque febris incommodo, quicumque aliarum paſſionibus infirmitatum preſſi, illo advenientes, aquam ipſam potarunt, continuo optatam ſoſpitatem, meritis ejus ſe recepiſſe lætati ſunt,

Miracula ad tumulum.

25 Similiter apud ſepulcrum illius quanti ſtarent, cæli Dominus perſæpe demonſtravit, cum idem buſtum, locum ſque, imo etiam corpus ipſius cæleſtibus ſignis inſignivit. Verum pauca de multis dicemus, ſeremuſque teſtimonia ſignorum ad medium, ut his quivis facile credat, quanta in cælorum gloria Dei famula vigeat.

Puer contractus ibi ſanatus,

26 Pater filium, jam contractum a primis nativitatis ſuæ annis, ad ſepulcrum ejus detulit, ut mereretur ipſius meritis ſanari, orans. Verum poſt aliquantum temporis contractus erigitur, quem lætum idem pater domum reduxit. Vocabatur autem puer iſte Algotus: qui quia puer erat, inſtructum iri litteris parabatur; at poſtquam in robur virile evaſit, diaconatus paulatim aſcendendo, gradus ordinem ſuſcepit.

C

uni & contracta.

27 Quædam contracta, ante januam monaſterii ſancti Trudonis, novem annis jacuit, quo cum aliis mereretur ſanari, eo loco operiens. Verum, multis ſanatis, multis erectis, ſola ſervatur, ut Domini providentia meritum ſepultæ longe lateque manifeſtaretur. Denique, audita fama memoriæ ſanctæ Godeleph, ad locum ſe deferri fecit, ibique orans, operitur Domini miſericordiam. Verum enim vero baud multum eo loco commorans erigitur (&) ſanatur, locumque ſnæ nativitatis pedes ſoſpes & læta revertitur. Et miro modo id actum eſt, ea enim pietate erga egenos appareat cujus pietatis erga ipſos fuerit, dum vivens valenſque humano in corpore viguit.

Spica manui hominis abſcindendæ ſoluta;

28 Homo quidam die Sabbati, hora qua minime licebat, in campo ſpicas collegit, cujus manui coadunatio ſpicarum inhæſit. Manu altera conatus eſt ſpicas evellere, ſed minime valebat. Cerneres, velle ſe dimittere, nec valere quidem: videres eum manu ſeſe adjuvantem, ſed magis magiſque cohæreſcere ſpicas. Mox reatum in facto cognoſcens, ad ſepulcrum feminæ, jam ſæpius dictæ, venit, oratu terram petivit. Necdum oratione finita, digiti extenduntur, manu quoque ſpicæ cadunt, & vola apparet.

D ex MS. ALDEN.

Jam boculus mulieris manui affixus.

29 Dies ſolennis feſtivuſque inſtabat, qui celebris populo haberetur. Presbyter adſtans poſt Miſſas, præcepit ut obtervaretur & nequis quidpiam operis in eo faceret. Mulier ejuſdem villæ præceptum parvipendens, tinaturam in dolio paravit; baculum accepit ut eam moveret; confeſtim baculus manui utrique inhæſit. Luctatur illa, nunc extendendo nunc contrahendo brachia, ſed fruſtra laborat. Volat fama ſigni, familia adeſt, vicini concurrunt. Quidam adſtantium extorquere conantur manibus, aliqui coram tangere metuunt. Tandem ſui pœna coacta, adjutricis buſtum petit, oratu merita Sanctæ Dei quæſivit: inter lacrymas verbaque orationis, tum E digiti, tum manus repente a baculo deſtituuntur; cadit baculus, mulier ſana domum rediit.

ANNOTATA.

a *Non adeo hebes fuit Droga, quin adverterit, ſe hinc inde verboſum eſſe, & plura moralia congereret, quæ ad hiſtoriam minus pertinent; ſed vel hinc lector convincitur, hoc genuinum ejus opus eſſe, non illam Suri Legendam, pro ejus arbitrio contractam.*

b *Veriſſima prædictio, non enim* ſuper omnes mulieres *dumtaxat, quæ tunc* ſupervivebant, exaltata & ſublimata eſt S. Godeleva, *verum etiam ſuper omnes* mulieres Flandrenſes, *quæ toto ſex ſeculis ſubſecutæ ſunt. Attende ad ea, quæ de* S. Godelevæ *cultu ſupra fuſius deduximus.*

c *Paulo clarius locutus fuiſſet Droga, ſi ſcripſiſſet, ingenium ſuperari* illius virtute, cujus vita *&c. Obſcura alia hinc inde ſequuntur, ſed quæ intelligi poſſunt.* F

d *Scamni aut abaci genus, in quo ambo conſidere potuerint.*

e *Supra vocavit* ſtipadium.

f *Aſſerit hæc Anonymus de terra ſepulcri, in quo Martyris corpus depoſitum fuerit; at longe major huic noſtro habenda eſt fides.*

Sequitur modo vita a Surio edita, ſervato ad verbum titulo, quem ipſa præfixit.

VITA
ET MARTYRIUM S. GODELEVÆ,

Authore Drogone Monacho & Sacerdote Gheſtellenſi a: ſed dictionem F. Laur. Surius fere totam mutavit. a

Prologus ad Epiſcopum Ratbodonem

DOmino Ratbodoni, Dei gratia Noviomenſi Epiſcopo, Drogo monachus & indignus ſacerdos, bonum, quod præſtat omni bono.

A bono. Multorum fatigatus precibus & crebra exhortatione, Præſul ſanctiſſime, tametſi id vires excedit meas, coactus ſum litteris mandare martyrium S. Godelevæ. Quæ itaque digna relatu fuere, ea conſcripſi, tibique mittenda judicavi, ut tua authoritate, ſi ita cenſuerit, roborata; firma rataque permaneant. Quæ vero ſcripſimus, ea pro certo ſic ſe habere, ab illis accepimus, qui hodieque ſuperſunt, & ſuis ea oculis conſpexere: quæ tamen, ſi forte quiſpiam carpenda ſibi ſumere voluerit, tuo ſapientiumque judicio permiſſa ſunt: ego pro viribus ad narrationem me accingo.

Ex Surio.

Patria & parentes S. Godelevæ.

1 Beata Godeleva in Bolonienſi territorio, pago, qui Londefort dicitur, patre Wiſrido, matre Ogina, honeſtis & honoratis parentibus orta eſt: quam tamen generis nobilitatem moribus & vitæ ſanctimonia præclare ipſa illuſtravit. In ipſis enim primæ ætatis florentibus annis jam maturos præ ſe mores tulit, adeo ut omni honeſtate & ſanctitate prædita videretur. Porro vero præter egregias animi dotes, fuit etiam inſigni formæ elegantia & corporis pulchritudine: niſi quod foriaſſis maligni homines in ea vituperare potuerint nigros capillos, & ejuſdem coloris ſupercilia. Neque vero abſque divinæ providentiæ moderamine id eveniſſe putandum eſt, quod Godelevæ nomen acceperit. Godeleva enim Latine redditur, Deo chara. Cum jam autem puericiæ metas exceſſiſſet, & juſtum attigiſſet ætatis robur, a multis cupide expetita eſt in conjugem. In iis erat Flandar quidam Bertulphus nomina, qui ejus incenſus amore, parentibus ejus animi ſui æſtus exponit, eamque ſibi deſpondere ſummopere orat. Erat vero is genere inſignis & opibus pollens. Itaque Godeleva illi deſponſata eſt. Etſi vero nobiliſſimis ille eſſet natalibus conſpicuus, at moribus tamen, quemadmodum infra dicturi ſumus, Godelevæ minime congruebat. Permiſit autem, ut equidem reor, præpotens Deus dilectam ſuam homini tam impio ſociari, ut & in illo admirandæ patientiæ ſuæ ederet certiſſima documenta, & innocentis Godelevæ probaretur ſimplicitas: quandoquidem diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

A ſponſo Bertulfo deſeritur & peſſime habetur.

2 Cum igitur eam Bertulphus ad ſuas traduxiſſet ædes, fraude maligni hoſtis id agenta, cœpit duci pœnitentia, quod eam ſibi ſponſam optaſſet. Acerrimo igitur odio illam proſecutus eſt, ita ut odium vinceret amorem, quo prius arſerat. Ei verp odio etiam fomenta ſuggerebat mater, dicens ei: Cur voluiſti cornicem ex aliena regione huc adducere? Non erant in patrio ſolo permultæ, quas expeteres? His nimirum exercebatur Chriſti ancilla: ſed rectiſſime ab Apoſtolo dictum eſt, Omnes qui volunt pie vivere in Chriſto, perſecutionem paſſuros: & ut alius habet ſcripturæ locus: Aurum probat ignis, & homines juſtos caminus tribulationis. Celebrabantur triduo nuptiæ, ſed iis ſponſus noluit intereſſe, ne, quam habebat exolam, adſpicere cogeretur. Mater interim cum amicis curabat ea, quæ nuptiarum ſolemnitas poſcere videbatur, intus fæviens, foris blandiens. Et autem propter convivas malevolentiæ virus tegere pi- B tebatur, attamen vultus ipſe, qui eſt animi imago & tacitus quidam ſermo mentis, pectoris arcana prodebat. Poſt triduum Bertulphus domum rediit: moxque ſpreta conjuge, relicta familia & ædibus ſuis, in paternam commigravit domum. Sponſa igitur Godoleva inviſa ſponſo, ſed Chriſto chara, domi reſidet, gubernat familiam, ſeipſam irreprehenſibilem exhibet, ſemper pudicitiæ ita ſtudioſa, ut etiam maledici homines nihil de ea ſiniſtrum vel confingere poſſent. Ea ne torperet otio, deſidiaque & ſegnitie marceret, jam ducebat fila, jam texebat, tum vero etiam in preces incumbebat. Ut autem compleretur, quod ſcriptura ait: Qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: Bertulphus malitiæ ſuæ finem non imponens, ut durus & ſceleſtus, atqua ex marito ſævus latro futurus, in diea in Chriſti anciſſam atroci odio inflammabatur: communicatoque cum matre ſua conſilio, vernam quemdam ei præfecit, qui ei maligne inſerviret, parumque panis, ſtatuta hora, ei præberet. C Cui etiam ſeveriter interdixit, ne quid præterea cibi potuſve ei impertiret, diras alioqui pœnas luiturus.

Mira ejus patientia & abſtinentia & erga pauperes.

3 Subjicitur igitur ſervo ſuo ancilla Chriſti, & parere illi cogitur, cui illam æquum erat imperare. Exagitatur contumeliis, injuriis, opprobriis, irriſionibus, nec tamen permovetur impatientia, non in querimonias aut murmura prorumpit: ſed corde tranquillo mena ſibi bene conſcia, fert omnia moderate & placide, tamquam Chriſtum ſibi audiat dicentem: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Gratias agit Deo pro pane ipſi dato, idque animo exultanti: ejuſque partem dimidiam cum ſale & aqua ipſa ſumit, reliquam dat pauperibus, pro ea ipſa parcitate quotidie Domino hymnos offerens & cantica laudia. Maledicenti viro non reddit maledicta, immo etiam benedicit, & orat pro ſe perſequentibus & calumniantibus. At neque ſic quieſcit ſatan: Bertulphus enim ſemper illi pro bonis mala rependens, & pro dilectione odium; ut vidit, nec duris & moleſtis rebus eam frangi, nec fame & inedia confici, ſibi ipſi factus eſt gravis, cœpitque de ejus nece multa cruento animo agitare. Sed cum non eſſet neſcius, nobiliſſima eam familia prognatam, palam ei cædem intentare non erat auſus. Sperans autem fore, ut majoribus affecta moleſtiis pereat, & impatientiæ ſtimulia percita, in murmurationes proruat, dimidiam panis, hactenus illi attributi, portionem jubet ſubtrahi. Illa vero eam annonæ diminutionem ſedato animo ferens, tametſi videret difficillime tantilla panis particula vitam poſſe ſuſtentari ſuam, at nihilo minus id quod ſemel Deo voviſſet, ſtatuit hilariter reddere. Itaque mediam dimidii panis partem elargitur pauperibus, de reliqua vivit ipſa more ſuo, orans inſtantius Dominum, atque dicens: O tu Deus creator omnium, ſis quæſo memor fragilitatis meæ, nec me derelinquas in hac afflictione mea. Qui cruia ſuſtinentes te, confirma me in procella tentationis hujus: & licet a viro meo detrahatur aliquid de portione quotidiana victus mei, tu tamen mihi non ſubtrahens affectum D E F

bene-

A benevolentiæ & benignitatis tuæ, præſta, ut tibi ſemper placeam per obſequium piæ devotionis.

Vojamis depulſo, fugit ad paludes.

4 Non eſt autem ſilentio premendum, tantam divinitus Godelevæ gratiam eſſa collatam, ut non illi dumtaxat, quos affabilitate & familiaritate ſibi devinxerat, ſed ii etiam, qui ſolo nomine cognitam eam habebant, illam diligerent. Porro in tanta immanitate Bertulpho ſavent ſui, incitantque crudelem in humilem, ferum & barbarum, in mitem & innocentem, qui jam ſua ſponte plus ſatis in Chriſti ancillam ſæviebat: eamque, quam jure, charitate & benevolentia complecti deberent, una cum Bertulpho ſcelerato & iniquo, odio perſequuntur. Illa igitur tantam mariti & familiæ ſentiens perſecutionem, tantamque animorum erga ſe acerbitatem, fuga tandem ſibi conſulere compellitur. Nudis igitur pedibus, una tantum aſſumpta puella comite, ad natale ſolum revertitur, parentibuſque ſuis calamitatis ſuæ hiſtoriam cum lachrymis & gamitu recenſet, ordine illis exponens, quid a marito & familia perpeſſa eſſet. Pater vero, auditis filiæ querimoniis, altius ingemiſcit, & communicato cum amicis conſilio, Balduinum comitem Flandriæ adit, quas contumelias & injurias a viro paſſa eſſet filia ſua, ei indicat: petit opem ab illo, ut, quod juſtum eſt, decernatur. Comes verò remiſit illum ad Epiſcopum, in cujus erat diœceſi gener ipſius. Erat is Noviomenſis eccleſiæ Antiſtes, & per id tempus ſuo officio probe fungebatur. Ajebat enim Comes, eam cauſam ad forum eccleſiaſticum pertinere, nec alibi, quam apud judicem eccleſiaſticum tractari & expediri debere. Quod ſi vero gener ejus nollet obtemperare Epiſcopi admonitioni, ſe severum vindicem ſora promiſit, compulſurumque, ut ſponſam recipiat.

Sponſio Bertulphi promiſſa, ſed inania.

5 Ita ergo Bertulphus, tum antiſtitis authoritate, tum Comitis poteſtate, ſponſam ſuam recipere cogitur. Et promiſit ille quidem metu principis, ſe eam comiter & honorifice habiturum, ſed, proh dolor, facta ſunt noviſſima illius pejora prioribus. Non enim invitus trahitur animus ad amorem. Odit ille Godelevam æque ut prius, & nec videre illam ſine moleſtia potuit. Inde jam in ejus animo obfirmata ſunt conſilia eam jugulandi, ita tamen, ut modis omnibus in eam curam cogitationemque incumberet, ut ſui voti ea ratione fieret compos, ne tantum ſcelus vel in ipſum, vel quemquam amicorum ejus conferri poſſet. Cernens autem Chriſti ſponſa Bertulphum erga ſe nihilo effectum mitiorem, ſed ad priſtinam ferocitatem ejus aliquid etiam incrementi acceſſiſſe, toto cordis affectu clamat ad Dominum, ut ipſa, cui obediunt venti & mare, tempeſtatem illam in ſerenitatem convertat. Cumque multi ejus miſerati calamitatem, marito Bertulpho dira imprecarentur, optarentque divinitus in illum animadverti, Godeleva eos reprehendebat: Nolite, inquiens, chariſſimi maledicere marito meo, ſed potius benedicite. Sic enim divino præcepto jubemur, non ſolum maledicentibus non maledicere, ſed etiam benedicere & facere benigne; orare pro perſequentibus & calumniantibus nos, malum non in malo, ſed in bono vincere. Mul-

tis quoque humana quadam commiſeratione dicentibus, ipſam ſolam eſſe, quæ neque carnis voluptatibus, neque mundi deliciis eſſet fruitura, magna animi conſtantia illa reſpondit: Ego neque carnis voluptates, neque mundi hujus oblectamenta appeto. Ecquid vero utilitatis habet, carnem morituram, brevique in polverem, unde facta eſt, & putredinem abituram, luxu & deliciis diffluere? Habebat ſane a Deo collatum munus Doctrinæ, ut poſſet egregie alios exhortari: cui acceſſit etiam gratia prophatiæ. Cum enim, ut dictum eſt, multi eam, præ intima animi commiſeratione, infelicem dicerent, illa compeſcebat eos: Nolite, inquit, fruſtra lachrymas fundere, nec me putetis infelicem. Neque enim, ut vos ſentitis, infelix ego ſum, tametſi impræſentiarum afflictio & anguſtia me obtineat: ſed præ cunctis Flandriæ mulieribus, quæ hodie ſuperſunt, exaltabor & ſublimabor. Et hoc mihi faciet, qui potens eſt, qui erigit elisos, & ſolvit compeditos: ſanat contritos corde, & mœrore affectos exhilarat. Quidam monachi conſummatæ religionis, cauſa viſitationis ad eam venere, ut piis ſermonibus eam confirmarent, & opportuna conſolatione ejus lachrymas abſtergerent. At illi e diverſo teſtati ſunt, ſe ab ejus ore tam ſanæ doctrinæ & melliſluæ exhortationis hauſiſſe ſermones, ut mentem ejus divina perfuſam ſapientia minime dubitarint.

Puella dolis & fallis Mandiola auxilio eripitur.

6 Aſt Bertulphus, ut animadvertit omnes ſuas machinas & artes ad illam perdendam, Deo ordinante, fruſtra adhiberi, & neque fame, neque re ulla alia quidquam ſe apud ſanctam Feminam poſſe efficere, animo pertubatus, multa ſecum pertractabat: accitiſque ad ſe duobus famulis ſuis Lamberto & Hacca, illis animi ſui propoſitum aperit, petit ab illis conſilium, qua poſſit via tolli e medio Godeleva. Invenerunt illi modum extinguendi illam, qui nec difficilis videretur, nec facile reſciri poſſet: Tempus etiam exprimunt, quo occultius & commodius nefarium facinus perpetrari queat. Jam advenerat dies, quo virgo Deo plena manifeſtaretur, & in cælis coronaretur. Ea ipſa igitur nocte, qua fraude perditorum nebulonum jugulanda erat, ante ſolis occubitum venit ad eam Bertulphus, & primo quidem ſimulato animo oſculatur & amplectitur eam: ore mentitur riſum, qui virus habebat in pectore: aſſidet deinde juxta illam, cultu ab hilaritatem commentitiam compoſito. Sed Godeleva pro mariti, ut arbitror, reverentia, propius illi ſe jungere formidante, manu eam ad ſe trahit, hiſque compellat verbis: Non mediocri id dolore me afficit, quod ita fero & præduro erga te animo eſſe videor, ut neque præſentia mea tibi ſolatio ſit, & neque colloquiis meis, neque mutuo concubitu delecteris. Equidem qui nos adverſus caſus inſeſtarit ignoro, ut & alieno in te animo eſſem, nec ſatis mentis meæ compos viderer. Niſi fallor, maligni dæmonis opera id effectum eſt: Sed jam tandem volo hiſce diſſidiis finem imponere, teque charæ inſtar conjugis colere, ſenſimque profligato odio, mente & corpore tibi conjungi. O hominem ipſo Jada proditore nequiorem! Inveni, in-

A quit, feminam, quæ ſe jactitat poſſe nos mu-
Ex Sur. tuo amore & benevolentia adeo connectere, ut non ſint duo alii ardentiori inter ſe charitate conjuncti. Ego id negotii commiſi Lamberto & Haccæ ſervis meis, qui feminam ad te adducent: tu vide fidem ut illis commodes. Volui autem ea cauſa id tibi ante ſignificare, ne eſſes inſcia, illudque reſpueres, aut animo turbareris.

7 Hæc cum dixiſſet vir doloſus & iniquus, illa reſpondit: Chriſti ancilla ſum: illi ego
eam duobus mpriſ. jurevi ſtrenue laudem ſi-mulat, mea omnia commendo. Si tamen abſque ſceleris alicujus commixtione id fieri poteſt, quod dicis, non refragor. Tum Bertulphus a ſcamno exiliens, equum aſcendit, Brugas profecturus, ut illic pernoctaret, nunciumque de extincta Godeleva opperiretur; ſimul etiam, ut ipſe cædis ejus minime conſcius exiſtimaretur. Deinde nocte, cunctis ſopore oppreſſis, Lambertus & Hacca dominam ſuam excitant. Surge, inquiunt, hera: nam tua cauſa ſoliciti huc venimus: feminam, cujus apud te mentionem fecit herus, adducimus. En ad foras ſuſtinet jam dudum adventum tuum. Surge ocius, ne
B deſis utilitati tuæ. Illa primum ſe munit ſanctæ Crucis ſigno, deinde totam ſe commendat Deo: cumque veſtibus induere ſe vellet, illi adſtant, ne id faciat: Pedibus, ajunt, nudis, paſſis capillis, in ſola interula venies. Ita enim certum eſt, eam rem tibi profuturam. Jam enim nocte media & ante auroram iſthæc fieri oportet. Mox illa reſpondit: Equidem me omnipotenti Deo committo: videat clementiſſimus ille, quid de me futurum ſit: & nunc veſtræ me fidei trado. Ita ſurgens, abiit cum illis. Quid vero ſemel atque iterum illi vel dixerint, vel fecerint, relatu indignum arbitramur. Frivolum enim id fuit, vel potius fraus & dolus. Cum autem tertio ei ſimili modo imponerent, in ejus collum laqueum injiciunt, ſimulque manibus tota vi premunt guttur illius, ne quos poſſit edere clamores. Ut vero eam jam exanimem ſenſere, in aquam demergunt, ut ſi quid fortaſſis vitæ aut ſpiritus ſuperſit, id aquæ præſocent. Actum eſt id mira Dei diſpoſitione, ut ſi qui forte pulveres ex
C terrena inhabitatione illi inhæſiſſent, eos aquæ abſtergerent & emundarent. Extinctum deinde corpus iceleſti illi homicidæ ad ejus lectulum reportarunt, veſtibuſque opertum reliquerunt. Sole porro altius ſcandente, familia inter ſe muſſitare, quid cauſæ ſit, quod hera non prodeat e cubiculo. Conſueverat enim illa vel ante auroram, vel in auroræ primo ortu ſurgere, alioſque admonere, uti ad eccleſiam ſe conferrent.

8 Tandem itur ad ejus cubiculum, excitatur tamquam adhuc dormiens, ſed mortua non expergiſcitur. Mox fama volat, accurrunt vicini, contemplantur corpus examine, nullum vulnus, nullum ferri veſtigium toto corpore reperitur. Ad collum dumtaxat viſebatur cruentus circulus, qui relictus erat ex laqueo, quo illam impii homines ſtrangularant. Interim alii affirmant, naturali morte eam obiiſſe, alii diverſum aſſerunt. Quam vero ſui illam charam habuerint, res ipſa declaravit. Eodem enim die ejus accelerata ſepultura eſt: & quia panis defuit, qui pro ſalute
Sanctæ ſepultura & miraculoſa ferina uſi, explicatio.
animæ ejus erogaretur, ium eſt pro emen-
D do frumento, quod certe ipſi emptori lucro fuit. Adeo enim excrevit in farinam redactum, ut modum menſuramque excederet, & emptor miraculum admiraretur, Deoque gratias ageret: Laus, inquiens, tibi Deus. Pro tuo honore larga fuit, pro viribus autem gratificari, dum vixit, ſtuduit pauperi: quod quidem hoc miraculo tu divinitus demonſtraſti.

9 Porro humi pars illa, ubi interempta eſt,
Varia alia miracula in candidos lapides verſa eſt, ut meritum ejus Dominus oſtenderet, cunctiſque fidelibus innotesceret cædes illius. Quin etiam cum ex animi devotione erga ſanctam Feminam, de terra illa quidam ſecum domum abſportarent, eam poſtea in gemmas mutatam mirati ſunt. Et ne quis fabuloſum id putet, ego ipſe, qui hæc ſcribo, oculis meis eas gemmas vidi, & nomen Domini benedixi. Aliud etiam aquæ elementum egregie illuſtravit Dominus, ad gloriam nominis ſui, ut per illud quoque declararet merita illic immeriæ Godelevæ. Quot-
E quot enim vel febribus vexati, vel aliis afflicti morbis, eo accedentes, aquam illam potarunt, repente ſanitatis beneficium illius meritis ſe adeptos lætati ſunt. Eodem modo etiam ſepulcrum, & ſacrum ejus corpus, quod illo continebatur, cæleſtibus Dominus miraculis inſignivit. At nos quidem pauca e multis annotavimus, ut ex illis utcumque liceat animadverti, quanta in cælis beatitudine & gloria Chriſti ancilla perfruatur. Pater, filium a primis nativitatis annis contractum, ad monumentum ejus attulit, orans, ut ejus meritis ſanaretur. Non diu poſt erigitur contractus, & ſoſpes cum patre domum abſcedit. Nomen ejus pueri Algotus erat. Traditus inde litteris, cum ad virilem perveniſſet ætatem, paulatim aſcendendo, Diaconus ordinatus eſt.

10 Contracta quædam, ad fores monaſterii
& ſanato-rum S. Trudonis novem annis jacuerat, ut poſſet cum ceteris etiam ipſa ſanitati reſtitui. Interim curabantur multi, complures erigebantur: illa ſola manſit debilis, divina providentia id agente, ut S. Godelevæ merita longe lateque diffunderentur. Audita tandem fama eorum, quæ ad ejus ſepulcrum fierent, curat eo ſe
F deportari, ibique orans, Domini miſericordiam operitur, paulo poſt contracta membra extenduntur, & luis pedibus læta redit domum. Quidam die ſabbati, hora qua minime liceret, in agro colligebat ſpicas. Inhæſerunt verò ſpicæ manui ejus tam tenaciter, ut nulla ratione eas poſſet avellere. Laborabat quidem altera manu, & ſummopere conabatur eas abſtrahere, ſed labor omnis fruſtra erat: immo quanto plus in iis amovendis ponebat operæ, tanto firmius manui adhærescebant. Intelligens ergo culpam ſuam, ad ſepulcrum beatæ Godelevæ venit, humi ſe proſternit. Necdum abſolverat preces, & digitis ſeſe intendentibus, e manu ſpicæ deciderunt.

11 Dies quidam ſolennis imminebat, qui
& adjacen-tium. populo celebris haberetur. Presbyter, peracto ſacrificio, præcepit, ne quis operis quippiam exerceret illo die. Femina quædam pogi illius præceptum illud parvipendens,

cinctu-

A tincturam in vaſe apparabat, arreptaque virga, eam movere volebat; Mox utrique manui virga inhæret: ſuctatur mulier nunc extendendo, nunc contrahendo brachia: ſed fruſtra laborat. Res ad aliorum notitiam perducitur, familia advolat, nec vicini abeſſe volunt, miraculi fama permoti. Et alii quidem dant operam, ut virgam ex ejus manibus extorqueant, alii vero vel contingere eam verentur. Tandem pœna illam compellente, ſupplex adit beatæ Godelevæ monumentum precibus ejus ambit ſuffragia, inter lachrymas & preces digiti & manus virga liberantur, mulier ſana ſe recipit ad ſuos.

Exuvi corpo. qui elevatio.

52 Anno Chriſti milleſimo octogeſimo octavo elevatum *b* eſt corpus S. Godelevæ apud Geſtellam a Domino Ratbodone Noviomenſi & Tornacenſi Epiſcopo, III. Kalend. Auguſti. Filia vero Bertulphi ex ſecunda uxore, quum eſſet cæca a nativitate, ex aqua, ubi ſancta B Dei fuit ſubmerſa, oculos lavans, illuminata eſt, ibidemque cœnobium virginum extruxit, ſub Regula S. Benedicti militantium, ad honorem Dei & S. Godelevæ, cujus niveus cruor, qui ex ore & naribus in ſubmerſione emanavit, in eodem monaſterio conſervatur, ad perpetuam rei memoriam & ſignum virginitatis ejuldem Sanctæ Dei,

b

ANNOTATA.

a *Nuſquam ſcripſit Drogo, ſe eſſe* ſacerdotem hiſtellenſem, *quamvis fortaſſe a natali loco id dicere potuiſſet: ſed vocat ſe ſimpliciter*, monachum & indignum ſacerdotem; *quod cur hic obſervem, ſupra dictum eſt. Margini inſcripſerat Surius an.* 1060. *in quo etiam erravit. Ne hic pluribus notationibus, forte quæ ante dicta ſunt repetam, vide utriuſque vitæ jam præmiſſæ collationem in Comment. prævio §. 4. vel tu utramque pro guſtu & ingenio compone. Sphalmata paucula correcta ſunt, quæ hic notare, operæ pretium non duxi.*

C b *De hac ultima clauſula, Drogoni adjecta, redi ad Comment. prævium, dicto §. 4. & alibi.*

VITA ALTERA AUCTIOR.

Ab Anonymo Ghiſtellenſi deſcripta.

Numquam hactenus Latine edita.

PROLOGUS.

GOdeleva virgo Deo cara, de illuſtri proſapia ex territorio Bolonienſi, caſtro Londefort, juxta villam Wierre Huifridi originem traxit. Pater ejus miles, Heinfridus nomine, mater vero Ogena, ambo genere nobiles, virtutibus autem nobiliores felicem hanc prolem, velut ſidus prælucidum, caliginoſo huic ſeculo genuerunt, tempore Leonis IX. Pontificis Romani, anno videlicet a dominica Incarnatione a MLII. qui fuit annus Henrici *a* Imperatoris tertii XII. Philippi autem primi illius nominis Regis Franciæ XXI. & Balduini Inſulenſis, qui Be-

nignus dictus eſt, ſeptimi Comitis Flandriæ D XVII. Hic autem Heinfridus, licet & alias duas ex MS. devotas filias, quarum prima matris nomen inſtita, ſecunda vero Adele dicta eſt, ex eadem Ogena procreaſſet, ſolius tamen Martyris Godelevæ vitam, ad præſens brevi proſequemur eloquio. Quippe cum univerſa ſanctitatis illius præclara opera atque miracula explicare plenius, nec diei pateretur anguſtia, nec noſtri ſermonis valet tenuitas: potiſſimum cum tempus edax rerum, ſaxaque conſumens vetuſtas, plura adeo vitiata dentibus eculenta *b* conſumpſerit oblivione, ut illorum jam memoria obſcurior annis, narrandi pene facultatem ademerit. Ex compluribus tamen, quæ vel Drogo reliquit, vitæ Virginis primus conſcriptor, aut quæ edocuit relatio *c* probatorum veridica, vel certe, licet *c* pauciſſima, quibus probabilis adſtipulatur conjectura, nonnulla colligentes, ſuccincto ac communi ſtylo, ad laudem omnipotentis Dei, & honorem Virginis & Martyris ſuæ Godelevæ percurrentes, prolixitatem, faſtidii matrem, E refugere elaborabimus,

b

ANNOTATA.

a *Jam dixi ſupra, erraſſe Anonymum in epochis Henrici Imperatoris, & Philippi Regis Franciæ, qui ſignato anno necdum natus erat.*

b *Non aliter legi potuit in Mſ. difficillimi characteris & abbreviationibus referto. Ex ſenſu intelligitur, vetuſtatem hic* edacem *appellari; forte quod* elculenta, *quæ cibus ſunt, adjective & active ſumpſerit Anonymus, pro eo qui comedit. De cetero vox barbara eſt* eculenta.

c *De ætate hujus ſcriptoris, de ejus profeſſione, doctrina & meritis, deque monumentis, unde Legendam ſuam conflaverit, conjecturas ſupra dedimus.*

CAPUT I.

F

Stupenda Sancta in pauperes miſericordia, cui dum nimium indulgens, cibos clam abſportat, a diſpenſatore detecta, patenti miraculo hominem confundit.

BEata igitur Godeleva puellaribus ſub annis *A tenerie in pauperes plena pietate.*
redimiæ erat ſpeciei, venuſta pulcraque facie, ſed pulchrior fide: ætate quidem juvencula videbatur, ſenſuum autem erat illi veneranda canities. Sacris autem a parentibus moribus inſtituta, tam copioſa divinæ benedictionis dulcedine præventa eſt, ut teneris adhuc ſub annis, jam agens cælibatum, omnium in ea virtutum germina pullulare viderentur, ſacraque ſpiraret infantia futuræ ſanctificationis manifeſta præludia. Nec mirum; a primæva enim ætatis initiis adeo miſericordiæ vacare ſtudebat operibus, ut ſæpe ex iis, quæ ſibi in cibum data fuerant, corpori ſuo neceſſaria demens, nonnumquam pio furto paternis epulis partem ſubtrahens, pauperem recrearet egeſtatem. Erat autem tunc nobilis quidam, quem pater Virginis domui ſuæ diſpenſatorem præfecerat: is cum

A frequenter refectionis hora omnem ſublatam
ex MS. cibariorum copiam inveniens, poſt conquiſitionem diligentem, hujus facti Godelevam ream reperiſſet, multum conturbatus, illam vigilanter obſervabat, ut in opere depreheníam, patri eum inexcuſabili excuſatione traderet puniendam. Unde factum eſt, ut beatæ Godelevæ, ſinum repletum cibariis gerenti, ad pauperesque reficiendos feſtinanti, die quadam diſpenſator obviaret, qui duris eam verbis de præſumptionis temeritate corripiens, patri adduxiſſet inerepandam, niſi humili virgo rationabilique excuſatione præpoſiti illius mitigaſſet rigorem.

patri delata ab eo corripitur

2 Corde nihilominus jam conceperat, puellæ inſolentiam intimare patri tempore opportuno. Quapropter non multum poſt temporis, Heinfrido de curiæ regimine cum diſpenſatore ſermonem habente, iniquitatem, quam mente conceperat, peperit, dicens: Si, Domine, a cura domus tuæ abſolutum, me tuo
B obſequio deſtitueris, rem mihi gratam utique facies, eo quod oculata me frequenter experientia edocuerit, hanc tuam filiam Godelevam, bonorum tuorum inceſſanti diſſipatione, in mei officii inexpiabilem laborare infamiam. Et profecto temerariam illius niſi audaciam debitæ ultionis freno cohibeas, exitiale tibi in damnum cedat aliquando oportet. Hæc audiens miles egregius, hominem de patientia commonuit, & proviſionem facturum ſe ſpondens, animum uteumque ſedavit conturbatum. Beata autem Godeleva ex caſu fortaſſe illic tunc iter agebat, quam pater, ad ſe advocatam, de querela examinans, ferioſe corripuit. Verum illa conſcia, quoniam reſponſio mollis frangat iram, pro patris reverentia verecunda, ut erat vultu humili, dum ſe excuſatione purgaret, irati animus parumper deferbuit; juſſit tamen illam deinceps, ſolita curiæ conſervata conſuetudine, prodiga ab hac abſtinere eleemoſynarum diſtributione.

C 3 Quo parentis mandato juvencula, pio
ſed hoc ſuaviter pio cæto, quaſi corde vulnerata, adverſus impietatem pauperum ſe exhibens advocatam, cælitus inſtigata, rationabili laborabat illorum cauſam promovere allegatione: & Spiritus ſancti docente unctione, evidentibus perorare teſtimoniis, quanti eleemoſyna, qua peccatum, ut ignis per aquam extinguitur, apud Deum meriti habeatur; ex eo, quod Evangelica atteſtatione, tremendi judicii totum pondus penſari ex illa videatur: nimirum cum jure poli communia conſter eſſe univerſa, a forenſi autem foro improbus emerſerit proprietatis amor. Si quis igitur habuerit ſubſtantiam hujus mundi, videritque fratrem ſuum neceſſitatem patientem, & clauſerit viſcera ejus; ecce judicium ſine miſericordia illi, qui non eſt recordatus facere miſericordiam. Quo contra eſt largitas mentibus medicina ægrotis, mores confert, occultat vitium, genus auget, ſubjicit boſtem; non enim opus eſt vallo, quos dextera dapfilis ambit. Iis multa ſimilia, quæ verbi Dei didicerat auditu attento, hæc miſerorum cauſidica, quam eleganti, divina opitulante gratia, proſequeretur perſuaſione, ſi audire lieuſſet, legalis illius prudentis Thecuitis Godelevam accepiſſe eloquentiam opinari potuiſſes.

4 Quo factum eſt, ut ex tempore jam fri- D
miſericordia operibus ferventiat indulgens. geſcentem a pietate paterni cordis affectum, vitalibus ſuſcitatis caritatis caloribus, beata hæc Sunamitis ad compatiendum egenis adeo inflammaverit, ut filiæ devotioni liberum præbens aſſenſum, notabilem illorum pro elevandis inopiis aſſignaverit bonorum quantitatem. Quam Virgo Deo cara, corde gaviſa, ſuſcipiens, adeo ſe mendicorum totam maocipabat obſequiis, ut etiam illis ſua viſcera, ſi poſſet, impartiri ſe velle videretur. Quo fiebat, ut dum plenis ad pauperes affluret affectibus, die quodam paternæ juſſionis limites excedens, copioſa pretioſarum dapum quantitate ſinu collocata, ad recreandos pauperes declinaret. Quæ res perverſum illum diſpenſatorem, impias obſervantem excubias, non latens, ſatiandæ ſuæ crudelitati jam ſe arbitrabatur inveniſſe occaſionem, pro eo, quod in opere deprehenſæ, velamen excuſationis nullum relictum æſtimabar. Inſperato igitur occurſu obvius Virgini factus, mordaci dum illam reprehenſione afeciſſet, verba hujuſcemodi Sanctam credimus illi reſpondiſſe. Iratus, dilecte Domine, de re E
incerta contendere noli; quin potius eſto pacificus, fuge jurgia; vincula enim pacis cælica ſunt animæ pabula. Candida pax homines, trux decet ira feras. Non, inquit ipſe, pacem habituram te præſumas, donec tuo patri præſentata, dignas tuæ temeritati perſolveris pœnas.

cibi in ii guorū frusta mutatis

5 Juvencula autem devota, genitoris offenſam pertimeſcens, ad conſolatorem Jeſum repente confugit, ſciens quod juxta eſt iis, qui tribulato ſunt corde, oculiſque intentis in cælum, rigabat lacrymis genas roſeo colore perfuſas; illum ſibi hac in neceſſitate propitiari corde anhelo efflagitans, qui confuſam naturæ molem primam rerum per ſpecies diviſit multiformes. Mirum certe! protinus ipſa, quæ de divinæ miſerationis immenitate copioſe confidebat, exauditam ſe ſentiens, ad hominem converſa: Depone, inquit, cariſſime iram, & derelinque furorem, non enim cibos, ſed lignorum pauca farmenta defero eroganda: ſinuque mox referato, inaudito & novo ſupernæ dignationis miraculo, F
quod vere cibus fuerat, lignorum in fruſta immutatum accepimus. Quod nequam ille pietatis æmulus conſpiciens, ſtupore ſimul correptus & extaſi, gelidus toto manabat ejus corpore ſudor; ſupervacueque contra eam, cujus juſtum erat adjutorium a Domino, laboraſſe ſe erubeſcens, qui paulo ante, ut leo in puellam ſæviebat, mutatione hac dexteræ Excelſi, velut agnus manſuefactus, Virginis pedibus toto projectus corpore provolvitur terræ, guttiſque humectans ora grandibus, culpam cognovit, veniam poſtulat & emendam ſpopondit.

patenti miraculo pacationem cuadit.

6 Quem humilis Godeleva, reverenter de terra levatum, allocutione blanda reſovens, nequaquam ſuis meritis ſupernæ hoc operationis prodigium, ſed divinæ miſerationis condeſcenſioni *a* adſcribendum affirmabat, quod illius pro correctione, tam ineffabili gratiæ ſigno eum præveniens, ſuæ mentis illuſtrare cæcitatem dignata ſit. O præelectam & vere ſanctam hanc adoleſcentulam, cujus tenellæ adhuc ætatis primordia eœlorum ille *a*

cauſa-

A cauſator; tantæ fore ſanctitatis declarare dignatus eſt, ut rerum ſpeciebus mutatis, ſuæ dignationis conſolationem nec in minimis, dilectis ſuis deeſſe inſinuaverit. Nimirum militaris ipſa virgo, gemmis jam ornata virtutum, charismatum multorum decore præfulgida, inſtar Eſther illius typicæ ſpecie pulcherrima, divino gratioſa conſpectui, ſummi Regis ad ſui concupiſcentiam provocans affectum, piis effecerat deſideriis prompta propitiatione conſentaneum. Nullatenus tamen ipſa juvencula cælica ex tanta omnipotentis Dei condeſcenſione, in gloriam alata humanam, ſacramentum Regis celandum omnimode ſtatuens, homini juſſit, ne, quod factum fuerat, diceret alicui. Verum ille tantæ novitatis portentum parentibus nequaquam occultandum arbitrans, pias illorum mentes, in laudes ſimul & lacrymas, pro ſupernæ gra-
B tiæ beneficio concitavit. Denique & acceſſiſſe admirationem, ſilentio prætereundum non eſt, quod alimenta ipſa, quæ impii diſpenſatoris pro confundenda nequitia, in ligni reliquias tranſierant, duplicato ſigno, pro mendicorum reficienda miſeria, priorem in ſpeciem revocata ſint, quæ illa proinde, quod cœperat, exequente, opportuno adhuc pauperibus loco expectantibus, compaſſivo, ut ſolet, corde, in eleemo-
b ſynam impartita ſunt *b*.

ANNOTATA.

a *Quid velit auctor, ſatis intelligitur, at ſubſtituenda eſt vox latina* indulgentia. *Placet autem Anonymo* condeſcenſio, *quo verbali non ſemel infra utitur.*

b *Tota hujus prodigii hiſtoria Drogoni ignota fuit: unde eam poſt tria demum ſecula Anonymus acceperit, an* ex relatione probatorum veridica, *an potius* ex probabili conjectura, *equidem non*
C *divino. Late patet poſtrema cautio, eaque* probabili conjectura *ſatis liberaliter uſus videtur orator magis quam hiſtoricus. Non minus ſtupenda ſunt, ut non dicam prope incredibilia, quæ ſequenti capite referuntur & luſe exornantur.*

CAPUT II.

Majori prodigio ſurreptas ad excipiendum Comitem Bolonienſem paratas epulas, & pauperibus diſtributas, divinitus reſtituit.

EIſdem ferme temporibus veridicorum relatione contigiſſe didicimus, quod Comes Bolonienſium *a*, haud ignarus, quod in cunctis militet ſapientia rebus, ardui alicujus conſilii cauſa vaſſallos ſuos convocaverit: inter quos & adfuit dominus Heinfridus, miles egregius, pater virginis Godelevæ. Illis autem dubiis de rebus agentibus, deciſoque tandem negotio, ſingulis ad propria reverti parantibus, generoſus Heinfridus Comitis majeſtatem propulſans deſiderio, ad ſui locelli *b* luſtranda limina prece obnixa invitabat. Cui ille, pro viri reverentia, aſſenſum præbens, die ſtatuto, vita ſuper-

a Invitatur a parente Comitis Bolonienſis.

ſtite, venturum ſe repromittit. Abiit miles gau- D
dens ad propria, & pro Comitis dignativa polli- EX MS.
citatione uxorem lætiorem reddens, tantæ condigna dignationi, ſolicita interim mente penſabat. Multis igitur pecuniarum impenſis hominumque laboribus, avium ſilveſtrium ferarumque venaticarum & domeſticarum copioſa conqueruntur cibaria: nec cogitari poterat ex iis, quæ mandi poterant, ſi tamen illud in terris inveniri valeat, quod ille non comparavit. De vino quid referam? Siquid præcipuum haberi potuerit illa regio, defuiſſe non crediderim.

8 Exſpectata igitur conveſcendi dies aderat, *dum lautiſſimæ parantur epulæ, c* accurrit, qui nuntiat, adeſſe in januis Comitem, dextrantur illico dextrarii *c*, & ſuperbia caballis, frenis ſpumantibus auro oſtroque exornatis, boneſtorum caterva ſtipatus, ſit Heinfroot obvius venienti, & urbane luſceptum, cum grandi triumpho, ſuæ introducit habitationis palatium. Fit in aula militum lætitia ingens, domus interior militari ſplendida luxu inſtruitur, mediiſque parat convivia tectis; nonnullis hæc fieri ad Godelevæ deſponſationem præludia afferentibus. Nec effari facile poteſt, quæ illic nobilium dominarum tripudia, quæ omnium gaudia: reſonabant tympana, con- E
crepabant organa, & inter veloces articulos, *d*
fractis vocibus auditum demulcere lutana *d* & fiſtulæ. Interim accurata coquitur diligentia, numeroſa, placitura gulæ, parantur cibaria; volvuntur verubus aves, & ſicci pectoris inimico pipere conduntur ſercula. Jam ſol medium cæli conſcenderat igneus orbem, redundabant dapibus multiformibus divitum promptuaria, ex hoc in illud eructantia, totaque domus pretioſarum eſcarum affluebat deliciis.

9 Mendicorum autem ad portam jam cla- *plerique ferculo ad pauperes deferri ſ. Godelevæ.*
mitabat turba famelica, de micis ſaltem cupiens, quæ menſis defluebant, ſaturari ſe poſſe. Fortaſſe tanti eos convivii non latuit abundantia, qui ſumme de Godelevæ ſolita pietate ſperantes, non æſtimabant, ſe recreatione vacuos inde depellendos. Necdum pranſuri convivæ confederant, miniſtris quidem, quem neſcio circa ludum extra coquinam occupatis, pia Godeleva, non carnalem, ſed ſpiritualem, quem ſeculi amatores neſciebant, cibum eſuriens, egenorum clamoribus, totis compaſſa viſceribus, quaſi opportunitate ha- F
bita, quoſdam illorum, de electis onuſtans nobilium alimoniis, ad caſtri portam præire jubebat, è veſtigioque ipſa ſecuta, pauperes copioſe refectos, abire ocius admonebat, ſciens quantum conturbationis hæc ipſa ſerculorum ablatio afferre debuerit. Illa tamen, quæ cor in æterni patris jam defixerat amorem, triſtitia nulla timebat, duraque libenter tolerabat, ipſa ſublimia ſperans.

10 Facta itaque diſcumbendi hora, aptave- *quo gravior ideirco correpta.*
re ſe ad recumbendum Comes cum proceribus ſuis: accurrunt miniſtri, apertis vaſis pretioſas dapum varietates illaturi. Verum vacuis patellis promptuariiſque inventis, quanto illic confuſionis turbine quatcrentur univerſa, nemo crederet, oculis qui non vidiſſet. Siquidem beata juvencula hæc ſe cuncta abſtuliſſe ſponte jam confitente, ad illius patrem importunis clamoribus re delata, factum eſt, ut illam ad ſe vocatam, hunc in modum allocutus ſit: Heu me! inquit, infi-

A piens filia mea, quanti mihi hodie dedecoris
ex MS. occaſionem ſuſcitaſti! O! ineredibilis audaciæ, imo dementiæ nequitia; cibos, quos tantis impenſis laboribuſque conquiſitos, pretioliſſimis coquis nobilium refectioni hac hora adaptavi, vilibus diſtributos perſinnis, in totius generis noſtri indelebilem infamiam abſtuliſti. An non intelligis, quanto affectu Dominus meus Comes, cum ſuis proceribus, ad nos declinare dignatus ſit; nec conſideras, quod tantæ ejus dignationi ingratus eſſe non debuerim? O præſumptin nequiſſima! ecce nunc deteſtabili tua temeritate ignominia me inexpiabili obnoxium, & opprobrin ſempiterno notabilem reddidiſti. Hæc faciat mihi Dominus & hæc addat, ſi non hodie te Comiti, tanti criminis accuſatam, digne tradidero puniendam.

humiliter ſe excuſans;

B 21 Cui Godeleva, humili, ut aſſolet, excuſatione reſpondens; metuende, inquit, pater, quantum eapin, ſalva tua gratia, tantæ tibi offenſæ ſuppetit ratio nulla: conſideravi enim, nobiles hos, non avidæ epulationis cauſa, quod illis quotidianum eſſe potuiſſet, verum ſingularis utique favoris affectu, ut ſobria illis refectio omnino ſufficiat, noſtros ad lares declinaſſe. Pauperum autem & debilium hæc turba tantum laborabat egeſtatis neceſſitate, ut facile, niſi pietas ſuccurriſſet, defeciſſe potuerit. Profecto nos pinguibus uti (non) decet, in membris eſuriente Chriſtn. Nullatenus proinde tibi derogare opinata ſum, illum tuis alimoniis cibans, qui iis ſibi in miſeris miniſtrari juſſit. Hæc quippe illa, ni fallnr, miſericordia eſt, qua, prophetico atteſtante eloquio, ædificabitur in cælis; quemadmodum Thomam Apoſtolum Indnrum Regi legimus, non hujus creationis domum manufactam conſtruxiſſe, ſed æternam in gloria conſervatam: de qua dictum eredimus: Beati qui habitant in domn tua, Domine, in ſecula ſeculnrum laudabunt te. In eum proinde ſpem omnem projiciens, qui ait: Primum quærite regnum Dei, & cetera omnia adjicientur vobis, facite homines diſcumbere,

C firma futurum ſcin confidentia, ſufficiente ciborum ſuppetente copia, omnem tibi adimendam verecundiæ occaſionem. Ad hæc Virginis pater conturbatione ampliori inflammatus, utpote qui divinæ dignationis affuturæ ſpem nullam habebat, illam acriori verborum afficiebat increpatione.

& ad Deum confugiens,

22 Sentiens igitur beata Godeleva adverſum ſe prope jam implacabilem concitatam genitoris iram, intrat in cubile, & clauſo ſuper ſe oſtio, humi provoluta, ſupplices tendens ad ſidera palmas, ſervidis ab imn cordis profluentibus lacrymis, cæleſtem patrem orat in abſcondito, dicens: O clementiſſime Domine Jeſu Chriſte, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, adjutor pauperum in nportunitate, qui Iſraelem, aqua de petra educta, potatum, cæli pane in deſerto paviſti, & Danielem prophetam edulio Abacue recreaſti, aqua denique in vinum mutata, nuptiales ennvivas lætificaſti; plura demum hnminum millia paucis panibus, compaſſiva enndeſcenſione reficere voluiſti, ſnlitæ miſeratinnis tuæ aures inclinans precibus meis, innova ſigna, immuta mirabilia, & patris mei imminentem ignominiam avertens, mihi indignæ famulæ tuę placatum illum conſtitue. Chriſte, tu ſolus ſpes mea, amor meus, refugium & unica conſolatin mea; D verumtamen ſi tuæ ratio ineffabilis providentiæ ſecus decreverit, fiat voluntas tua.

novo miraculo omnia reſtituit;

23 Nec mnra, ſicuti veridico Sapientiæ edocemur eloquin; oratio humiliantis ſe nubes penetravit, nec diteceſſit, dnnec exaudiret eam Altiſſimus. Contra omnium quippe fidem & ſpem, quorum facies rubore tantæ rei pericula confuderant; ſubito pretioſoram ſerculorum copioſa apparuit multitudo, adenque artificioſa compoſitione decocta, ut bactenus ſimilia nulquam inventa legantur; nec crediderim facile, potentiſſimi illius Regis Aſſueri magnifico convivio, talia pretioſa dapum affuiſſe genera e. Exhilaranter prntinus mœrentium corda, & extrema luctus gaudio occupante, certatim inſtaurantur epulæ, invitatique ad conſeſſum turmis, qui aſſunt nobilium perſinnarum, dant famuli lymphas manibus, & aliis atque aliis vaſis, illis, cibis inferentibus nneratis, accumulabant lancibus menſas. Vinum ponebatur abundans atque præcipuum, & aureis illis potantibus poculis, crateras læti ſtatuunt & vina coronant. It ſtrepitus teſtis, voceſque lætitiæ per alta volutant.

convivis ſtupore attonitis

24 Egregius miles Heinfroot cunctis gratam E hilaris ſuæ præſentiæ exhibens hoſpitalitatem, gaudium gaudio convivantibus aceumulatum eſt: Sciebat nempe, quod nobilitat etiam viles frnns gcneroſa dapes, conviviumque faciat plus dape frontis hnnos. Conveſcentibus igitur illis, numquam ſe talis ſuavitatis in olfactu, dulcedinique in guſtu cibos reperiſſe, tantæque abundantes magnificentiæ vidiſſe, mirati ſunt. O admirandum, vetus quidem, ſed noſtro nunc in tempore Godelevæ meritis innovatum miraculum! O celſi meriti ſacra juvencula, cujus precum nutui immenſa Dei majeſtas inclinata, parere dignata eſt! ut paucis alimoniis adeo multiplicatis, cunctis ſatiatis, ampliora dapiferum manus menſis abſumerent, quam appoſuiſſent. Hæc tametſi multi, quorum rei ſeculnris cura animos abundantius occupaverat, minime ſenſiſſent, plures tamen fuere, quibus mens ſanior inerat, inſperatum tantæ novitatis eventum conſiderantes, qui beatæ virginis Godelevæ meritis, quod factum fuerat, ſignum, indubie adſcribebant. Poſtquam vero exempta fa- F mes epulis menſæque fuere remotæ, reverti ad prnpria ſingulis jam parantibus, cunctante intro Comite, ad limina primi Bolonienſium reſpectant. Stat ſonipes oſtro inſignis & auro, frenaque ferox ſpumantia mandit.

& Comite mirabunda,

25 Ille autem virginem Godelevam, de qua virtutum multa didiciſſet præconia, oculis coram videre cupiebat; patre proinde nræcipiente, per miniſtros repente adducta, ſimplici habitu, geſtu humili, verecunda facie, mnribus modeſta, Comitem reverenter ſalutabat. Quam ille, de terra levatam, honeſto complexu circumfovens, & juxta ſe ſedendi locum illi aptabat. Verum humiliter ipſa renitente, voluntati nris ejus, aurem ſe benevolentiſſime præbere velle afferebat. Cui Comes, Godeleva, inquit, filia perdilecta, tanti cum viri, cordialis amici noſtri ſis filia, ex intimis præcordiis tuæ congaudentes ſaluti, proſperos tibi vitæ ſemper optamus ſucceſſus. In primis igitur adoleſcentiæ floribus agenti, ſuadeo tibi, quia matura viro jam plenis es nubilis annis, ne pa-

ter-

A ternam hereditatem ad alienos devolvi contingat, conjugali ſtatui amicorum te conſilio coaptare. Quod ſi tibi viſum fuerit, quoad valeo, noſtra tuæ felicitati non deerunt umquam munimina. Ad hæc Virgo ſacra, poſtquam decentes Comiti gratias pro ſuo favore reddidiſſet, dejecto vultu, ſoloque defixis oculis, humili voce locuta, eleganti ſermone & virginalis & conjugalis ſtatus fructum proſequitur: virginalemque nobilitate, meritorumque ubertate præferens, illius ſe legibus vinciri poſſe, gratia aſſiſtente, jam confidebat, niſi inevitabili parentum conſilio aliud ſuaderetur. Obſtupuere pro Virginis prudentia aſtantes, & caſtis devotiſque illius deſideriis diſſentire nequaquam audentes, poſt puſillum, valedicto ejus patre Heinfrido, ad propria abjerunt.

vejus merita expendit.

16 Plane ex iis evidenti colligi poteſt conſideratione, beatæ Godelevæ converſatio a quanta inceperit perfectione & ſanctimonia; quæ illibatæ ſemper caſtitatis amatrix, propenſiori licet Dei conſilio, ut exemplar patientiæ tantæ poſteris tribueretur, conjugii ſubacta ſit legibus; mox nihilominus mariti ex livore repudiata, divina caſtis ejus votis aſpirante diſpenſatione & gratia, dum illam, velut pretioſam margaritam, a primæ adoleſcentiæ initiis, venditis omnibus comparare deſiderans, in finem uſque in ſe conſervarit intemeratam liberriam *f* lætatur, devotione virginitatis præmio nequaquam carere credenda eſt *g*.

B

f

g

ANNOTATA.

a *Temporum ratio exigit, ut hic dicatur fuiſſe* Comes Euſtachius, *eo ſeculo notiſſimus, B. Idæ maritus, & ex ea pater Godefridi Bullionii &c. de quo etiam obiter* §. 1. *Commentarii prævii.*

b Locellus, *vox certe abjectior, ubi cetera tam ſcite & magnifice depinguntur; melius infra* habitationis palatium.

c *Intelligo equos majores cataphractos, qui Heinfridum, Comiti obviam tendentem ſtiparent. De* dextrare & dextrariis *vide plura apud Cangium.*

C

d *Senſus indicat, per* lutanam *ſignificari hic* citharam, lyram *aut* teſtudinem, *ni fallor, a Gallico* Lut, *de quo conſule lexica.*

e *Anonymum fictionis arguere non auſim; at certe non opinor, ſatis creditibia hæc omnibus futura: veriſimiliora redderentur, ſi non adeo pompoſe & voluti ad oſtentationem exornata eſſent.*

f *Sic in manuſcripto legitur* liberriam, *ubi* libertatem *ſubſtituere non licet, cum potius indicetur* caſtimonia. *Vox barbara eſt, neſcio unde formata, niſi forte inſinuare voluerit ſcriptor, S. Godelevam a liberis abhorruiſſe.*

g *Plus dicit auctor, quam revera dicere velit aut poſſit, niſi recte explicetur: nam certum ipſi eſt,* S. Godelevam, *non ſolum* devotione, *ſed etiam reverſa virginem illibatam* in finem uſque *permanſiſſe. Senſus igitur videtur eſſe, Sanctam iſtam,* intemeratam liberriam *ita* conſervaſſe, *ſeu a conjugio & liberis adeo alienam fuiſſe, ut, etſi a parentibus adacta, nupſiſſet, & liberos ſuſcepiſſet; tum adhuc* virginitatis præmio nequaquam carere credenda eſſet.

D

EX MS.

CAPUT III.

A multis in conjugem poſtulatam virginem impetrat Bertulfus Flander, qui in ipſo nuptiali convivio, impia matre inſtigante, ſponſam turpiſſime deſerit.

COmite igitur Bolonienſi, ut prætactum eſt, iter, quo venerat, domum revertente, in omni loco, quo tranſire oportuit, univerſus ſermo illius de apparatu convivii magnifico militis Heinfridi egregii, nobiliſque filiæ ejus morum elegantia atque modeſtia audiebatur: quam incomparabilis ille fuerit curialitatis & liberalitatis, iſta autem quam dulcis aſpectu, quam gratioſa inceſſu, quam prudens ſenſu, quam blanda eloquio, quam amabilis nomine, quam ex omine Godelevæ, id eſt Deo caræ vocabulum ſortita videretur, utpote quæ tantis chariſmatum donis a dilecto ſingulariter prædotata affluebat. Hac circum & late volante fama per urbes, quamplures nobilium inducti, cum Heinfroot amicitias jungere, filiamque in matrimonium requirere laborabant; nempe quia ſtatura procera *a*, vultuque ſpecioſa, ſingulorum aſpectibus adeo grata videbatur, ut tantum vita, continentem cordibus exultationis materiam afferret. Jam juvenculæ hujus opinio Flandriam etiam repleverat; quo factum eſt, ut nobilis quidam regionis illius affectu nimis vehementi in Virginis amorem exardeſcens, pompoſo ſamulantium cœtu ſtipatus, in caſtrum Londefoort ſe tranſtulerit, qui militis aures de filiæ deſponſatione appellans, familiari etiam & amatorio interim beatam adoleſcentulam demulcere colloquio conatus eſt.

Vulgata late S. Godelevæ fama.

a

inter proceres procurante Bertulfo Flandr.

18 Et dum os oculoque puellæ ac totum luſtrarat luce corpus molle, venenum laſcivis hauriens oculis, vulnus alit venis & cæco carpitur igne. Verum brevi abilla, quæ ſupernum ſibi ſponſum aſſumendum cogitaverat, reſponſione repulſus, amoris illius dum amplioribus pungeretur ſtimulis, animumque illius flagranti depaſceret æſtu, pretioſiſſima deferens, multoque ampliora promittens, patris implorat auxilium, qui filiæ devotionis non ignarus, gratiarum vices pro honeſtate oblata viro rependens, ſe caſſo conniti labore indicabat, nec velle Virginis tam ſalubre, tam ſanctumque temerare intentum. Qua accepta Bertulfus reſponſione, vehementer contriſtatus, corpore quidem recedit, vultus tamen Virginis dulcis, virtus eximia, morum modeſtia, verba gratioſa, ſapientiæ ſale condita, continuo dum infixa hærent pectori; igneus ille furor neſcivit habere modum, menteque plurima volvens, noctes trahebat inſomnes, & animum nunc huc, nunc dividens illuc, in partes rapit varias, hac in re quid facere opus fuerit. Invenit tandem opportunum fore ingeniosus amor, Comitis Flandriæ, Balduini pacifici *b*, filii ſuperioris, qui benignus dictus fuerat, in tanto negotio adire prælentiam, ejus quippe cum cognatus eſſet,

E

F

b

A effet, ſuo aſſequi poſſe confidebat præſidio, quod flagranti cordis æſtuabat deſiderio,

Ex MS. repulſam paſſus, patrocinium Comitis implorat.

19 Comiti igitur, per caſum quodam loco invento, quod mente latuit vulnus detexit, affectuſque ſui ad Virginem Godelevam pandens magnitudinem, ad tam juſtæ petitionis aſſecutionem, ſuæ expoſtulans dignationis aſſiſtentiam: cui Balduinus, utpote qui & ipſe natura manſuetus erat, pium ſui favoris præbens aſſenſum, occaſionem perficiendi, quod petebat, ſe accepturum pollicetur. Aliquot proinde poſt diebus, arduis cauſis imminentibus, vaſſallis proceribuſque Flandriæ Comitis mandato adunatis, conſilium ſummis provinciæ de rebus habebatur. Affuere pro tunc & Comes Bolonienſium & Heinfroot, miles generoſus, aſſuit & Bertulfus, apparatu magnifico redimitus: quo fiebat, ut quando præcipua fuerant expedita, pacificus Balduinus, promiſſi haud oblitus, velut nacta jam opportunitate, aſtantibus eoram nobilibus, virginem Godelevam, a quodam ſui ſanguinis *e* viro nobili atque prædivite adamari, vehementer inſtanterque in legitimum matrimonium requiri aſſerebat, cui ſi parentes aſſenſum promptum præ-
B bendum duxerint, ſuæ majeſtati rem gratam, filiæque ſucceſſibus rem præſtarent ſaluberrimam.

e

20 Sane cum Bertulfum, qui commendabatur, fore ambigeret nemo, patre conſtanti recuſatione ſacram filiæ cælibatus intentionem objiciente, multis procerum atque nobilium vix tandem admiſſum eſt poſtulationibus, ut condicto die, Bolonienſium Comitis in præſentia, quem Bertulfus adjutorem in negotio ſibi conſciverat, præcipuis aliquot convocatis amicis ſpecialibus, ſuper connubio hujuſmodi tractari debeat. Quod ubi factum eſt, poſt multiplicem patris recuſationem, juvenculæque Godelevæ tam conſtantem quam ſimpliciter petitam ſupportationem *d*, tantis inducti perſuaſionibus, præcipue ut prope jam cogi viderentur, parentes quidem timore, Virgo autem tot ſapientum & proborum conſiliis, divinæ velut de ſe voluntatis evidentiori ſigno devicta, humiliter cedens, fidei mutua datione conjugium confirmatum eſt. Proinde Bertulfus proceribus copioſas rependens gratiarum vices, nuptiarum aſſignata die, aſſumptam ſponſam cultu feſtivo in Flandriam deducens, multis illic in unum convenientibus generoſis diverſarum partium
C perſonis, ſplendido ac ambitioſo luxu ineffabilique jocunditate epularum ſolennia inchoata ſunt, anno ætatis Virginis quintodecimo *e*, comitatus vero Balduini Pacifici præfati, octavi Comitis Flandriæ, anno primo.

Quo aliisque impoſitionibus, Virginem impetrat;

d

e

aſſerat ne gnoſſima pater.

21 Verum necdum ſtatutis convivii expletis diebus, ecce converſæ ſunt nuptiæ in luctum, & muſicorum vox in lamentum; mater namque Bertulfi, mulier litigioſa atque nequiſſima, mox ut ſponſam contuita eſt, odio nequiſſimo odivit eam, licet hilari imprimis illam vultu ſuſcipiens, invidiæ virus mente alca eclaſſet. Veſpere autem facto, cum ſuaderent cadentia ſidera *f* ſomnos, qui convenerant, feſſa conſovere membra quiete diſponentibus, ipſa Sponſa devotiſſima in medio nobilium juvencularum tympaniſtriarum, muſicorum dulciſonis alternantibus modulis, artificioſaque conſonantia carmina mitcentibus, corde Domino decantabat, dicens: Fiat cor meum

f

& corpus meum, Domine, immaculatum, ut D non confundar: totis enim deſideriis quærens & ſapiens, quæ ſurſum ſunt, detrimenta ei facta ſunt univerſa, quæ fiebant ſuper terram. Ex more igitur veſtium ornamentis depoſitis, venuſta quidem erat facie, Indum enim veluti ebur ſanguineo ſiquis violaverit oſtro, auc roſa rubens alba inter lilia mixta, tales virgo dabat ore colores; nigra tamen ex natura illi cælaries patuit: nimirum cujus omne hactenus ſtudium fuerat, corpore neglecto, ſpirituali potius cultura interiorem hominem, virginem caſtam exhibere Chriſto.

ſanctum appellans cornutum,

22 Quam cum mater ſponſi, mulier plane maligna, conſpexiſſet, vehementis livoris indignatione incitata, vicinarum ſeminarum oculis, nutu geſtuque in Godelevam converſis, tamquam quod contemptibilis notabilique indecentia deformis eſſet, inſultando ſubſannabat, & crudeliſſima belua truculentior, iis filium verbis aggreſſa eſt: Nunquid his, inquit, in terris cornices ad tuam conſolationem inveniſſe potuiſſes, hanc niſi aliunde adduceres? Profecto derogat generoſæ proſapiæ tuæ opprobrioque præjudicat ſempiterno, tam deformis E fatuellæ conjugio alti tui ſanguinis fœdare natalia: maledictus, inquam, ingreſſus ejus in domum iſtam, qua tanta me triſtitia affeciſti, ut te etiam genuiſſe pœniteat. Quo impietatis ſermone Bertulfi auribus lethale inſtillatur venenum, animoque ejus, velut ſtupa per ignem accenſo, de medio ore, quaſi ex corrupto vaſe, in filii mentem livoris virus transfunditur. Nec mirum, cum Jacobi ſententia, lingua ignis deſcribitur; & Paulo teſte, corrumpunt bonos mores colloquia prava. Quapropter altis ipſe ſuſpiriis crebriſque ſingultibus infelicis conjugii facta deplorans, multa cum matre vario ſermone penſabat; & nullam juſti divortii ſuppetere rationem ſentiens, animam partes verſabat in omnes, ſiqua ſuæ conſolationi remedia apta inveniri potuiſſent.

filii animum adverſus ipſam lædere conatur.

23 Cui tandem vetulam maleficam, nequitiæ ſpiritu inſtigatam, hujuſcemodi ſuggeſſiſſe verba didicimus. Mox, inquit, recedens, tuam F eunctо tempore ſubtrahe præſentiam: ſane iis, qui aſſunt, puellæ hujus amicis earenus me exhibebo intolerabilem, ut cum te abſentem ſenſerint, noſtræ immodeſtiæ tædio defatigati, filiam' ſuam indecenter tractandam ſuſpicantes, accelerantes receſſum, una abducere ſecum ſortaſſe eonabuatur; interim certe noſtræ fidei manibus ſi illam relinquant, ſaltem iis nuptiarum impenſis finem imponentes, ubi receſſerint, talibus eam ſtatim anguſtiis extenuandam (curabo) ut morte præoccupata, dignis tuæ nobilitati novis connubiis viam præbeat. Plane inaudita hujus feminæ inſania, ac metuenda nimis omnis malitiæ nequitia. Hæc utique mulier eſt illa, cujus præſago corde typum olim depinxit Sapiens, dicens: Dolor cordis & luctus flagelſumque linguæ mulier zelotypa; qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem; brevis eſt omnis nequitia ſuper nequitiam illius; mulieris hujuſmodi ira & irreverentia confuſio magna; nequitia enim ejus immutat faciem illius & obcæcabit vultum ſuum quaſi urſus, & quaſi ſaccum oſtendit in medio proximorum.

24 Tantæ nihilominus infelix Bertulfus im-

fle-

A pietatis & inſipientiæ conſiliis plenius confirmatus votis, nocte equeſtor abſceſſit; nimirum ratione in eo deſipiente, mens livori frena laxans, in ſcelus omne ruit, gaudetque (in) afflictam ſævire noverca pravitas. Interea ſol labitur, rebuſque abſtulit nox atra colorem: jam placida carpebant pectora feſſa ſoporem, dum medio volvuntur ſidera lapſu, cum tacet omnis ager, pecudes pictæque volucres; ecce Bertulfi mater e ſtratu membra corripiens, capite inculto, ore aprino more deſpumans *g*, importunis & horrendis clamoribus per curiam decurſitans, famulorum & ancillarum turbam in opus perurgebat, aliiſque ſempiterno imprecato ſopore, aliis deteſtandis convitiatus *b* contumeliis, aliis etiam, dum verbera minitaretur, erubeſcentibus ſuper ſera inſolentia: nobilium, qui affuerunt, perſonæ illius jam ſtrepitu excitæ, non parum admiratæ ſunt: primaque cum prima luſtraret lampade terras orta dies, ſponſi præſentiam requirentes, aut mordaci verbo confundebat, vel fallaci ſermone illudebat; dicens, illum peregrinari ad reverentiam matris Dei, ſic ſponſæ ſuæ ſe propitium exhibens, felicem ſucceſſibus prolem indulgere dignaretur. Cui quidem voto, quanto protinus latisfaciendum B fuerat, ne amicorum rogatu impeditus, criminis argueretur, clam ipſe receſſit: quam excuſationis allegationem frivolam fictitiamque ſuſpicati, cum exſpectationis illorum ſpes totaliter eluderetur, poſt pauca filiæ ſuæ, iiſque, qui aderant, honeſte valedicentes, ad ſua quique remeabant.

ipſeque, ea amandato, triſtibus nuptiis præſidet.

ANNOTATA.

a *Hoc addidit, opinor, Anonymus, nequid ad perfectiſſimam Sanctæ effigiem deſiderari poſſet. De ſtatura nihil habet Drogo; Sandérus, ut alibi retulimus*, exili admodum ſtatura corporis fuiſſe *cenſut*: quod ſpina dorſi, *inquit*, nuper a me apud Gandavenſem Antiſtitem, Antonium Trieſtium viſa, de ſacro ejus corpore ſumpta .... ſatis declarat.

b Rotundius hic loquitur, dum Balduino expreſſum Pacifici *cognomentum addidit, quam auſus fuerit Drogo. Si non vere, at ſaltem non plane inverosimiliter. Au tantis conatibus motibuſque Bertulfo opus fuerit, quantos deſcribit orator noſter, non examino. Si minus vera, ſaltem ſatis appoſite adinventa ſunt.*

c *Nolim conſanguinitatem iſtam omnino inficiari, at nec tanta eſt hujus ſcriptoris auctoritas, ut tam continuo cogar admittere. Tumidiorem paulo Bertulfum*, prædicaſſe, Balduinum Flandriæ Marchionem ſibi conſanguineum, *tradidit Malbrancus, at Comitem ipſum Balduinum id agnoviſſe, nuſquam me legere memini.*

d *Quid ſignificare intendat auctor, facile intelligitur; vulſi dicere* renixum, *ſeu poſtulatam renitendo faculeatem.*

e *Satis conſequenter hoc loco ſua diſponit. Principio dixit, natam* S. Godelevam *anno* 1052. *anno poſt quinto decimo eam matrimonio jungens, quamvis pluſculum properet, pertingit ad annum* 1067. *Balduini Pacifici primum, ut anno ejus tertio & ultimo, ſeu* 1070. *Sanctæ martyrium colloeet. Si hæc non ſatis conſtent, ſaltem non pugnant.*

Malbranci opinionem §. 1. *retulimus; plura de Anonymi opinione* §. 5.

f *An recte hic applicat* cadentia *Virgilii* ſidera? *Neque enim hæc ad noctis exordium, ſed ad finem pertinere videntur.*

g *Meris coloribus feminam depingit, ultra veriſimilitudinis limites haud dubie progreſſus: neque in reliquis decorum ſervat. Adde quod, genio nimium indulgens, Drogam aperte contradicat, qui toto triduo nuptias celebratas aſſerit uum.* 5.

h *Malim legere* convitiorum.

CAPUT IV.

Socrus ſævire pergens, ſanctam indigniſſime tractat, & calumniis mendaciiſque filium erga ipſam implacabilem reddere conatur.

RElicta igitur juvencula Godeleva ſola inter ignotas peccatorum manus, velut ovicula inter lupos ſæviſſimos, imminente ſibi tribulationis anguſtia, ex iis, quæ jam experta fuerat, manifeſte præſentiens, occultius gemens, largo humectat flumine vultum; mente tamen in Domino ſemper fixa, divinis ſe voluntatibus conformans, lætiori triſtitiam fronte diſſimulabat. Plene cum necdum noti ejus longe facti eſſent ab ea, duris eam ſocrus verborum acrimoniis affectam reducit, univerſa ſibi donaria, pecuniam, una cum jocalibus, quæ nuptiarum occaſione obvenerant, reddi præcipiens *a*. Ad quod pia juvencula, ultro ſe voluntariam exhibens, quippe quæ poſt aurum abire nequaquam ſtatuerat, nec ſperavit in pecuniæ theſauris, lutulentam caducamque illam ſubſtantiam, vilem, quaſi pulverem contemnens, omni eum promptitudine in petentis ſinum transfundit. Quam cum vetula accepiſſet, anguſtam Virgini quamdam eamerulam aſſignans, abſque familiaris rei nobili regimine illic manenti, alimonii portionem quotidie per unam pediſſequarum miniſtrari præcepit; ſiquidem eamdem illi, non ob perſonæ reverentiam, ſed ſeculi honeſtatem, per noctes in conſortem deputaverat.

E A ſocru indigniſſime habet.

a

F

26 Hac igitur domo virgo Godeleva, mundo jam mortua, tamquam tumulo ſepulta, quamquam variis indies laceſſita convitiis, durilque continuo contumeliis afficeretur, patientiæ tamen anchora firmiſſima ſemper fixa, nec modicum viſa eſt virtutis limitem exorbitaſſe, nec juxta Sapientem, panem otiuta comedit, ſed ibi ſupra terrenam ſolicitudinem elevata, nunc libero mentis pede ſupernarum manſionum circuibat electa tabernacula, in odnrem currens cæleſtium unguentorum; nunc orationibus & obſecrationibus Domino ſuam Eccleſiæque totius ſalutem recommendans, jugibus devotionis affectibus ferebatur in Deum, & quaſi occultius ſecretarium nacta, nunc reſpondebat judici, nunc ſupplicabat patri, nunc colludebat ſponſo, nunc colloquebatur amicis, nunc immenſas gratias offerebat Deo, qui ſe ex pericu-

feroidit oratoribus animum conjectat.

Digitized by Google

A riculis delitiarum, ad tribulationum ſecuritatem vocatam, conformem fieri imagini unigeniti filii ſui donaverit; ſciens, Spiritus ſancti edocta unctione, quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & conſolationes; & ſi compatimur, & conregnabimus.

Et mediam panis portionem cum paupertatis ſuæ ſocio dividit.

27 Conformis Chriſto beata hæc Virgo facta eſt, dum ſponſi ſui intra palatium cum gaudio, velut Dominus cum palmis Hieroſolymis ſuſcepta, ſubſequentibus e veſtigio opprobriorum anguſtiis, ſine cauſa ignominioſis afficitur inſultationibus. Porro nuptiarum inter convivia, ut Chriſto in cœna diſcipuli, multa Godelevæ applauſit nobilium amicorum turba, tamen epularum necdum expletis ſolenniis, inſtar Petri, mulierculæ unius verbis confuſa abſcedens, iniquorum illam affligendam manibus reliquit. Verum pis juvencula, æterna ſibi allocutione propheticum illud dici perſentiens; Obliviſcere filia populum tuum, & domum patris tui, quia concupivit Rex ſpeciem tuam; B corde ſemper firmata in Domino, confidenter dicebat: Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me. Mittens proinde manum ad ſortia, erat illi jam mori lucrum, vivere autem Chriſtus. Etenim dum miſeris miniſtrari gratiſſimum arbitraretur, licet panis & aquæ quotidie ſibi indulta portiuncula, adeo foret exigua, ut irritare magis quam ſedare famem crederetur, continuo tamen manus, quantum valuit, inopi tribuit, & palmas extendit ad pauperes. Quod ubi ſocrui relatum eſt, ipſa abundantis malitiæ vetula, illam, quam ei deputaverat, ſobrium refectionem adeo diminuit, ut humanæ ſuſtentationi nulla ratione ſufficere potuiſſet: Virgo tamen cælitus confortata, conſuetam pietatem nequaquam omittens, ſuo maluit auferre corpuſculo, quo egebat, quam miſeros non recreare, qui famebant; Tobiæ ad filium documenti non ignara, dicentis: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum, & id libenter impertire: præmium enim bonum tibi theſaurizabit in die neceſſitatis.

Bertulfus quarta nuptiarum die ſocrui inſultat.

28 Poſt plures autem dies Bertulfo domum reverſo, & cum matre ſuper iis, quæ acta fuerant, videlicet de nuptiarum fine, nobiliumque receſſu Bolonienſium verbum habente, grandia per ipſam mendacia illi perſuaſa ſunt. C Et quidem vix tandem, haud ſine indignationis motu, de Godeleva, quid ageretur inquirenti, ſic mater reſpondet: Si, inquit, deformem illam ſtultam quæris, ecce illic in camerula pigerrima delitescit, nec operi idonea, nec regimini apta, nec dominio digna: non facile dictu eſt, quanta, amicorum citra receſſum, ſua nos conturbaverint ſacinora; uſque adeo enim ſua inſolentia in miniſtros debacchata eſt, ut de familia nemo illi miniſtrare poſſit. Credidit filius infelix invidæ matris aſſertionibus, & accenſa eſt velut ignis ira indignationis ejus. Quod licet pediſſequa, *b* b quæ beatæ juvenculæ in cuſtodem deputata fuerat, conſideraſſet, promovare tamen bonum, quam occaſionem dare malo, utilius ipſa ducebat: admonebat proinde ſacram Virginem, Bertulfo jam domum reverſo, blandi aſpectus occurin, humile offerendum ſalutationis obſequium; excitat enim facundia dulcis amorem, & mulcens animos mitigat illa feros: quo denique, occaſione ſumpta, innocentiam ſuam declarans, de impoſitis ſe mendaciis expurgare valeat.

Sæpiſſime adeunt conjugia.

29 Quod ſi, inquit, opprobria reportans deteriora patiaris, habes conſolatorem Dominum Jeſum, qui tantas tamque ineffabiles, innocentiſſimus ipſe, injurias & inſultationes tui cauſa perpeti non pertimuit. Quibus Godeleva informationibus confortata, ſqualido, ut erat, amictu, vultuque jam macie exeſo, quod puella hortabatur, mox ut perficerer, ſe coptavit; ad Bertulfi nempe pedes procidens, amorolo hilarique aſpectu, dulci præmiſſa ſalutationis exhibitione, manum protendit virgineam; quam ille, pro vehementiſſima livoris inflatione tumidus, excipere dedignatus, averſa facie ad receſſum ſe convertit. De matris autem illius atroci immanitate quid referam, quæ protinus ſacram Dei ſponſam ut contuita eſt, neſanda adeo ore eructabat polluto, ut linguam ejus gladium acutum, & venenum aſpidum ſub labiis illius dubitaret nemo: jam enim illam, maledictam luem, aut hypocritam, vel certe cruentam beſtiam rabido ore vociferans, jam filio, vili de contracto connubio, anathematum millia inclamitat: lita fremit & furiis domus ipſa tota. E

mater ejus precibus in rationem adhibet.

30 Multiplicata igitur ſuper Godelevam iniquitate ſuperborum, humili licet ſilentio, geſtu & actu ſuperare continuo eniteretur, ſentiens tamen, quam coagulata & indurata ſunt corda eorum, per rationem convincere eloquio modeſto perſuaſum habens, hunc in modum ſocrum allocura eſt. Cum, inquit, nullius me criminis, tantis condigni afflictionibus ream apud te umquam recordaverim, mirari non ſufficio, quomodo talis in me livoris & crudelitatis tibi occaſionem tribuerim. Quod ſi iniquitatem operata ſum aliquam, diſcreta ecce me caſtigatione plectendam effero ultroneam. Quod ſi a culpa allena ſum, parvi periculi non eſt, tot querelarum acculationibus, mariti mei adverſum me, livore implacabili concitare animum. Verum cum difficiles aditus impetus omnis habeat, & horreant admotas vulnera cruda manus; iis auditis, mulier profecto maligna, vehementius conturbata, F torvis, ut erat, oculis illam contrita, reſpondit: Dum ab univerſis deteſtanda tuæ perverſitatis opera cognoſcantur, numquid etiam hæc teſtimoniis probare oportuit? Mille me precor mortes præcipitent, ſi deteriora filii mei adverſum te odia, pro hac tua ſuperba invectione, non provocavero, ut crudeli ultione afflicta, dignas tuæ luas temeritati pœnas.

virginem audet percutere.

31 O immitigabilem & implacabilem ſeminæ proterviæ furiam! Quam veridico de te proverbio ſcriptum legimus; Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. Tu quoque hic conſidera, o lector, cordi ſi reprobo tu porrigas utile verbum, hoc tua ſæpe magis correctio reddit acerbum. Profecto cognati Malchi, Dominicam in conſpectu Annæ maxillam percutientis, typum geſtiſſe banc puro mulierem, quæ ratinnabili Virginis oppoſitione, atrocior illi effecta, convicioſa inſultatione, malignaque comminatione, faciei quadam percuſſione eam affecit,

Ejt, Virgo autem devotiſſima, ſpem omnem in Deum projiciens, has contumelias & comminationes ſurda velut aure pertranſiens, dum ſuum Domino agonem commendaret, ſuperna abundantius illuſtratione perfuſa, interna ſibi immiſſione revelari perſenſit, quod iis in tribulationibus, Chriſti ſibi robur efficaciſſimum non deeſſet, ſi exempli illius non immemor, patientiæ virtutem longanimitate perficere elaboraret.

Nil amoris in mundo,

32 Sane jam Bertulfus a loco indignabundus declinaverat, quem eodem ſub tempore, aliquo neſcio quo loco repertum, adaucta fiducia, ita Virgo verbis aggreſſa eſt: Recordare, inquit, conjux percolende, quam laboriosa ac ſolicita paulo ante, ut tibi in legitimum ſociaretur conjugium, deſponſati diligentia: atque adeo etiam hoc negotium cor tuum permovit, ut Principum & nobilium multorum tibi amicitias concilliatis, eorum inſtantiſſime poſtulares præſidia. Ecce nunc intentiſſimi amoris manifeſtiſſima ſigna, majoris mox odii ſequuntur experimenta. Numquid quæ libaſti mella, fucata fuere venena? Cur, mi Domine, iraſceris famulæ tuæ? Cur, Bertulfe, livore exagitaris in amicam tuam? Cur, marite, odio proſequeris conjugem tuam? Non præeſſe cupio, ſed ſubeſſe; vernacula ſum tua, ad vilitſima domus tuæ me coge obſequia, experieris me plane tuis ſemper mandatis promptiſſimam; mihi enim tua juſſa capeſſere ius eſt, tantum averte, obſecro, a me paupere iram tuam, ceſſet hic furor indignationis tuæ: Turpe enim vir & mulier modo juncti, protinus hoſtes; non illas lites comprobat ullus homo c.

advilissima obsequia deputat.

33 Iis profecto Godelevæ piis querelis viri fortaſſe animus jam ab ira deferbuiſſet, niſi impiæ matris pernicioſa ſuggeſtione, præventus, ſe ad deteriora concitari permiſiſſet; ſuadente enim illa, ut ipſa, quam livoris inſtinctu cornicem vocabat, eo quod nigra cæſarie ſuperciliiſque videretur, pro abigendis a ſatis cornicibus in agro collocaretur, protinus præſcribente impietate honeſto, juſſit Bertulfus, ut nobilis illa juvencula matris ſuæ per omnia ſe inclinaret præceptis, pruſſigandiſque infeſtis illis circa ſata aviculis, inſudaret diligentius. Quod ſi ſecus, mandati immemor, circa opus negligentiorem ſe exhiberet, duris ſe verborum affligendam contumeliis indubie præſciret. Prompte igitur & humiliter conjugis voluntati obſecundans Virgo, ad agros lætanter ſe contulit, non ſuam miſeriam deflens, ſed mariti ſui periclitari ſalutem pertimeſcens. Proinde non ceſſabat, etiam tanto tribulationum turbine quaſſata, die noctuque viri ſalutem lacrymoſis Deo precibus commendare; ipſa ſponſi ſui Chriſti jam non ſegnis ſectatrix, qui cruci affixus, pro inimicis orare dignatus eſt.

ANNOTATA.

a *Neque hæc ſatis apte diſpoſita ſunt.*

b *Ubi Droge* famulum *Sanctæ miniſtraſſe tam conſtanter affirmat: hic noſter decentius putavit, podiſequam ſubſtituere.*

c *Quid de parergis hujuſmodi & immodicis ampliſicationibus ſentiam, dixi ſupra §. 5. Commentarii prævii. Tota ſequens hiſtoria de abactis & in horrorum compulſis a* S. Godeleva *opitulantibus, ſola etiam hujus auctoris fide nititur.*

CAPUT X.

Ad aves a ſatis abigendas deputata, miraculo eas in horrorum compellit, ut ſacro interſit. Novæ a rabida ſocru vexæ, & portiuncula panis pro media parte imminutio. Duobus famulis exagitanda committitur.

INterea dum nox ruit & fuſcis tellurem amplectitur alis, Godeleva non frivolis occupata ſermonibus, nec linguam inanibus laxans fabulis, ſed devota ſubmurmurans oratione eloquia, domum reverſa, in oratione crebro pernoctaſſe reperta eſt, ac mane vix ſummo ſpargente lumine montes, orta die, injunctum ad laborem reverſa, benevolam ſe offerebat, una tamen, propter detrahentium pericula, ſecum comitante puella; quæ dum beatæ juvenculæ vices dolere videretur, in eo, quod ipſa generoſæ proſapiæ virgo, tanto viro matrimonio juncta, tam vilibus obſequiis, tanta ſub victus amiſtuſque egeſtate manciparetur. Ipſa autem ſponſa Chriſti pie illam increpans, ſuper iis divinæ promiſſionis effectibus nullatenus affirmabat contriſtandum; quin imo in ſpem filiorum Dei omne gaudium exiſtimare debemus, cum varias in tribulationes inciderimus, omnes vero qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles: quemadmodum enim jam aurum igne probatur, ita nos peccatores purgari neceſſe eſt in camino tribulationis; ſiquidem vulnera dum ſanat, dolor eſt medicina doloris, aſpectior autem ſanat graviores potin morbos. Ex oppoſito vero, luxuriant animi rebus plerumque ſecundis, proſperitas ergo eſt proſperitate carere.

Aves a ſatis abigere vocata,

35 Hujuſcemodi euntes dum mutuis perfruerentur colloquiis, factum eſt, ut quadam non longe diſtante capella, ad Miſſam compulſaretur; qua virgo Godeleva auditu lætificata, divinis dum intereſſe deſiderans, ad iter ſe accingeret, ecce innumera infeſtarum illarum alitum multitudo advolans catervatim, circa ſata agros cooperiebat; quas dum Godelevæ ſocia abigere, ne dominam a Miſſa præpediri proinde oporteat, niteretur; ne, inquit ſacra juvencula, frangaris nimio labore, filia, magnus eſt Dominus, & magna virtus ejus, in quem ſperantes, confido nos a miſſarum auditu nequaquam ſegregandas. Et protinus ſupinas ad cælum tendens cum voce manus, pectoris ab imo ſudit virgo preces; etiam in hoc ſibi non deeſſe divinæ pietatis propitiationem (experta.) Mirum dictu, mox volucribus illis, in ejus, qui eſt univerſorum creator, virtute imperans, immenſa ſilveſtrium illarum avium agmina, virgula quam caſu manu tenebat, velut domeſtica a minans, indignabundis garritibus ſe vim pati indicantia, in ve-

est in horrorum compulsis

A veteri, quod aderat, horreo, nulla abeundi, donec expletis divinis facultate indulta, reverteretur, ſolo verbo coegit. Nec mirum, de Virginis quippe ſacro ore, ſupernaturali ſe aliqua quaſi virtute agi ſentientia, ejus præcepto obaudire nequibant aliquatenus, quæ divinis ſe voluntatibus indefinenter conformabat.

quæſque miſſo ſe-creſcit in-terfuſſe;

36 Godeleva igitur virgo nobiliſſima, virtutibus quidem dives, ſed pauperrimo ſchemate, videlicet pedes nuda, amictu vili contecta, capellam ingreſſa eſt, duplicatoque poplite humi proſtrata, compaſſionis vaſculo aquas hauriebat de fontibus Salvatoris, quibus, ſiquid pulveris terrens converſatione contraxiſſet, abluebat; hinc ſibi maritoque Bertulfo gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, uberrimis lacrymarum rigatis profluviis, n delicto poſtulabat. Interim divinis finitis, ad agros reverſa, captivæ alites meruere redemptionem, non tamen ubire auſæ ſunt, donec n ſacra Dei ſponſa accepta licentia, cum benedictione avolare juberentur, Hæc univerſa dum ſociæ Virginis patuiſſent, vehementer admirata, ſupernæ virtuti omnia adſcribenda non ambigens, Bertulfo ejuſque matri intimanda judicabat, ſi forte tanti portenti conſideratione, feroces illorum animi mitigari valeant. Opportunitate igitur accepta, iis ipſa, quod oculis conſpexiſſet, declarante, extemplo ſolvuntur frigore membra, potiſſimum cum necdum quid rerum de ſpeciebus divinitus tranſmutatis acceperat, rumor animo excidiſſet: verum mater illius, induratæ nequitiæ feminæ, puellam hanc palpaniſtam *b* adulatricem & mendacem, quod carnis affectu ducta, aut ſpe præmii illecta, frivola hæc concinnaret figmenta inclamitans, filium inimis inſipientem coarguis, qui vanis rumoribus fidem adhibens, prope jam ſeduci videretur, ignarus, famam quaſi ficti pravique tenacem, de minimo veri mendacia multa refundere ſolitam.

quæ prædictorum magnitudo ſit erroribus obſcuribus latens.

37 Proinde, inquit, ſi de facto quid ſuppetat, vel magicæ arte, aut aliquo certe præſtigio rem actam indubie cenſendum eſt: nec de nequiſſima hac, jam diuturna ejuſcemodi rei mo ſefellit opinio; quin illam ſemper hypocritam & fanatſticarum deceptionum illuſionibus deditam ſuſpicata ſum, Pro pudor! noſtra oportere, hac nequiſſima magæ, generoſa diffamari natalia! Heu miſerum Bertulfum, quanta infelici hoc matrimonio, nobili tuo generi irrogaſti dedecora! Utiliora profecto mihi fuiſſent quæ mortis naturalis funeralia, infauſtarum harum nuptiarum ſolemnia. Ad quæ æternæ iniquitatis verba, ſiquæ pietatis ſcintilla in viri mente revixerat, mox exuberantis livoris illuvione extincta, veteris odii relabitur tenebris, quibus adeo obſcuratum eſt cor inſipiens utriuſque totum, ut divinæ hæc propitiationis magnalia, diabolicis imputanda illuſionibus firmiſſime aſſererent. Quapropter hæc narrata, eum vacuas hominum explerent ſermonibus aures, ne vel beatæ Godelevæ in laudem, vel ſibi concederent contumeliam, trepidis ſecum, quid hac in re agendum ſit, fluctuabant conſiliis.

Ad carnalia ſpiritum in-dolem;

38 Bertulfus igitur, duobus vocatis famulis ſuis, Haeca videlicet & Lamberto, hujuſcemodi illos ſermone alloquitur eſt, Tædet, inquit, animam meam vitæ meæ; iis enim miſeriis aſtrictus, viliſſimæ & indignæ uxoris nexibus, velut infelici, dedecoroſo dehoneſtatus matrimonio, mundoque ſpectaculum factus, gravi mœrore contabeſco; nec ſuppetere aliam huic morbo medicinam arbitratus ſum, niſi remotiores perluſtratis provincias, dum quod contriſtat oculis ſubtrahitur, quæſitis ſolatiis mens mœſta ſublevetur. Vobis igitur, quibus plurimum confido, conjugem meam tractandam relinquo: quam indies ad eccleſiam euntem, una cum pediſſequa concomitantes in conſpectu hominum noſtro honori conſulentes, quod dignum eſt, exhibeatis. Verum extra populum ſegregatam, domive manentem, contumeliis & convitiis afficiam, in deputatam camerulam retrudentes, tam exiguam panis & ſalis cum aqua illi miniſtrate diurnam portionem, ut ſibi neceſſariis deficientibus, nulli mendico vel modicum largiri valeat: minoris enim mali cenſeo, illam hujuſmodi extenuandam afflictionibus, quam in capitis mei periculum & nobilis noſtræ ſtirpis ſcandalum, multorumque ſupplicum ſeductionem, ſervare ſuperſtitem. Nunc itaque euntes feſtinanter, juxta tradita vobis modum, adducite eam; in expella quippe adjacente, quæ ex loco, Den Wipgate *c*, vocabulum vulgariter ſortitur, inter vicinas verulas garrula reſidens, ad ſuæ excuſationis gloriam, & noſtram haud dubium loquitur derogationem.

dubius ſcrupuli hujuſmodi ergo ab-ſolvitur;

39 Impiæ igitur hujus commiſſionis executionem impietatis ſervi illi ſuſcipientes, tanto crudelius in Virginem debacchati ſunt, quanto crudeliori ſe magiſtro in hoc ſimulari arbitrati ſunt. Non enim belua tetrior ullis quam ſervi rabies in libera colla furentis; expellam enim illis ingredientibus, juxta præcepti Bertulfi tenorem, multa cum reverentia, coram oculis dominæ ſuæ Godelevæ obſecuti ſunt *d*. Quod videntes, qui pro contemptibili veſtitu miſerabilique egeſtatis apparatu, paulo ante Bertulfum impietatis accuſabant, benignioris judicii occaſionem ſumpſerunt, exteriorem illam tenuitatem, humilitati ſeu devotæ ejus ſimplicitati deputantes. Nimirum cujus omnis ſermo geſtus & converſatio tantam honeſtatem redolebant, ut jam beata quampluribus æſtimata pis ejus opem toti provinciæ proficere dicerentur. Verum iniquitatis jam miniſtris eum mitiſſimo juvencula Godeleva ab hominibus ſejunctis, quam vilia ei irrogaverint ludibria, quantiſque affecerint contumeliarum injuriis, niſi vidiſſet, crederet nemo: ſicque illam, velut captivam, licet nequaquam vinculis adſtrictam, portam domus introducentes, jam Bertulfum invenere abſentem; quippe quem diri conſcia facti mens ſurdo verbere cædebat, occulto quatiens animum tortore flagellum, impune facere ſe poſſe ſperabat, ſi carnis oculo non videret, quod ſua auctoritate & juſſu fiebat.

ruina ut magis evi-genteſcat;

40 Cæca prorſus & ignava hæc hominis iſtius æmulatio; ſic evaſiſſe putans, nocte dieque ſecum quem gerit in pectore teſtem; cum ſcelus intra ſe tamen qui cogitat ullum, facti crimen habet. Neq; refert an ſis medicta vel immedicta cauſa mali, alios qui facis eſſe reos. O vere ergo ſummi metuendam numinis iram, quæ ſic judicio vindicta explicit æquo, ut cum quis nocuit, pœna plectatur eadem: ſacro atteſtante eloquio,

quo

A quo dicitur: Conversetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet. Impellitur igitur Virgo sacra in camerulam, contemptibilem quidem, honesto tamen curiæ loco, ad oppilandum loquentium ora, situatam, iniquis illis mancipiis, iis, si cuti credimus, ei verbis insultantibus: Tune te dominam nostram præsumis? Tu ne nobis præesse cupis? Confundaris, quod te dominari vel vilissimo mancipio cogitas; nec porcis præesse te dignam reputamus. Numquid, miserrima tu maga, tanto talique viro nobili, speciolo ac prædiviti matrimonio conjungi debueras? Infeliciſſimus plane ipso, tuis qui infaustis fœdari debebis connubiis; optati itaque nuntii ei esset dies illa, qua te morte repentina sublatam, hoc fœdo ingratoque pondere eum alleviatum denuntiaret.

modis parit perticulæ panis privare;

41 Multis iis similibus contumeliarum generibus Virgo lacessita, quamvis nobilissima militari in aula tenerrime in deliciis esset nutrita, tantam tamen servabat patientiæ modestiam, ut ad nihilum deductis in conspectu ejus malignis, illam putares cum beato Job jam subsannationem sicut aquam bibere. Verum servilis illa rabies, juris nescia, fraude potens, nedum tam inviolabili adolescentulæ sacræ patientia ullatenus est compuncta, quinimo jam exuberabat in vetitum, manifestis enim contumeliis ironicas addentes irrisiones, dicebant: Perspiceciter perpendimus, tantæ te rapi devotionis fervore, ut verborum nostrorum omnis tibi dulcescat acrimonia. Placuit proinde Bertulfo magistro nostro, venerandæque matri ejus, spirituali vitæ tuæ consulentibus, nobis injugere, ut omnem tibi, ad hanc fovendam, possibilem tribuamus opportunitatem. Eapropter, ut a mundo mundialibusque solicitudinibus segregari valeas, in hac tibi camerula indesinenter manendum est, & totius curiæ nobis relicto regimine, nec hinc egrediendi, alicui nec loquendi, nisi nobis assistentibus, facultas tibi indulgetur. Porro sobriam tibi refectionem, pro devotionis augmento, pertitile judicamus; parumper panis cum sale C & aqua tibi per diem assignaverunt ministrandum. Iis utere ut lubet, ulterioris consolationis, donec vivas, omnem tibi spem cognosceus ademptam.

Jnter hæc omnia sanctus orat & patitur.

42 Hac se audiens beata virgo Godeleva angustia affligendam, non pro mariti sui inhumano rigore submurmurans, non pro vilissimorum mancipiorum insultationibus impatiens, non de naturæ sustentatione solicita, sed de divina misericordia plenarie confisa, post dilectum currebat promptissima, illius se conformari exemplo gaudens, qui cum dives esset, pro nobis egenus factus, tradebat judicanti se injuste, nunc suis æmulis divina illius opera principi dæmoniorum adscribentibus, nunc in mortem ejus innocentem conspirantibus, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, neque cum malediceretur, maledicebat, neque cum pateretur, comminabatur. Nimirum novis hinc beatæ juvenculæ dictim tribulationum ingruentibus tempestatibus, necdumque præsentibus finitis, aliis succedentibus, velut ad omne bellum exercitatione edocta, confidenter dicebat. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum; si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo. D Unam petii a Domino, hanc requiram, ut EX MS. inhabitem in domo Domini,

ANNOTATA.

a *Vox illa legi non potuit: indicatur quale-cumque instrumentum, quo aves a satis abigi solebant.*

b *A palpo, unde* palpator, *qui & adulator; fie* palpatrix & adulatrix *idem significant.*

c *An hic indicare voluerit auctor facetum istud, quod in colle, veteri parthenoni* (Pitseus) *vicino, etiam hodie exstat, quodque in Commentario ari incisum exhibuimus, nullibi explicatum invenimus.*

d *Vel minutias quasque observavit Anonymus, omnia corradens, quæ ad argumenti sui ornatum conducere aliquid posse, arbitratus est. Tortæ constructiones satis patent, paucas hinc inde correxi.*

E

CAPUT VI.

Continuæ acrioresque indies angustiæ; ad se invisentes piæ exhortationes; nova Bertulfi atrocitas, qui sanctam conjugem, in Domino confidentem, fame enecare conatur.

DUm igitur beata Godeleva pane tribulationis aquaque angustiæ, non sine copiosa contumeliarum illatione, indies sustentaretur, licet alimenti exiguitas conservationi vix sufficeret naturæ, continuo tamen, sicut prætactum est, ad se declinantibus mendicis, mediam non defatigabatur quotidie elargiri portiunculam. Quod impietatis servi indigne ferentes, commiserationis illius virtus, vitiosa interpretatione incusabatur, dicentes; universa hæc ab ea fieri mariti sui in diffamationem, propriæque liberalitatis ostentationem, F aut certe fabularum aut murmurationum propter occasionem, quibus cum vetulis, accipiendarum eleemosynarum causa concurrentibus, indesinenter vacare illam mentiebantur; honestarum autem quemlibet detestari ejus consortia, eo quod prava sua colloquia displicerent, obtunderetque aures virtuosas. Comminabantur propterea, venturo suo magistro, magnis illam accusandam querelis, quod nimia cibi abundantia affluens, suis voluptuosis insolentiis in irreparabilem maritalis generis contumeliam continuo operam daret.

Pomulos indies ob fortunat.

frustra ad frugem reducere conatur Sancta,

44 Pro iis omnibus mitissima juvencula, nihil omnino animo mota, sed prece infatigabili pro persequentibus & calumniantibus sibi obsecrans, totoque mentis affectu illi salutem peroptans, admonebat eos, dicens: Dilecti amici, doleo vestram salutem meo periclitari discrimine; copiosum hac in mea exercitatione, qui animarum patimini dispendium, nullum assequentes impietatis lucrum, sine vestræ salutis ineffabili damno: vos quippe tramite devio quos vitiosa obducit ignorantia, minime contideratis, præmia quanta bonos maneant, quæ fulmina pravos; quam angusto

A virtus limite celſa petit ; quam difficilis conex ms. ſcenſus ad hanc, facilisque receſſus; hæc vita quam brevis, velut umbra levis ſic annihilatur: quam felix, qui meruit ſecuram ducere vitam & læto ſtabiles claudere fine dies. Hæc ſimilia beata juvencula devote proſequente, diabolica illa mancipia, manſueſci neſcia, velut aſpides ſurdæ, obturantes aures ſuas, cachinnis geſtibuſque obſcœnis, piis ſuggeſtionibus illudentes, receſſere. Nec mirum, reddere namque gaudet homo nequam pro melle venenum, pro fructu pœnam, pro pietate dolum.

aliorum domeſticorum opera recognoſcit;

45 Sponſa autem Chriſti ſciens, nec ſtolido debere lædi prudentiam riſu, inexhauſtas Deo gratias referebat, qui exemplar patientiæ auxiliumque perſeverantiæ præſtare continuo ſe miſeris non defatigatur, per illam obſecrans Deum potentem virtute, qui poſt ſacrum jejunium aggreſſum ſe tentatione confudit, conſtantiæ gratia ſe firmiter roboraram, in tantis diabolico aſtu ſuſcitatis diſcriminibus, conB ſervare dignaretur immunem & illæſam. Nec vacuam exſtitiſſe hujus orationis virtutem ſequens vitæ decurſus probavit. Quidam enim ex familia adverſis ejus caſibus compatientes, ſibi ipſis auferre ciborum alimenta, ut virginis egeſtati ſuffragarentur, ſatagebant; quod patientiſſima Dei amica nequaquam permittens; Obedire, inquit, nos convenit dominis, nedum bonis, ſed & dyſcolis. Cum igitur magiſtri veſtri præcepto negotium hoc ad ſolum Haccam & Lambertum ſpectare cognoſcatis, periclitari vos mei cauſa nequaquam deſidero. Piis tamen veſtris affectibus æternum præmium a Deo depoſco, qui ſuæ miſerationis talem mihi confidentiæ firmitatem donare dignatus eſt, ut me (non) ſolicitet res craſtina, ne cibus alvo defuerit, aut corpori, quo indnatur; natura paucis minimiſque contenta eſt; nec ignoro, quis dixerit: Jacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet: qui & inviolabili promiſſione hortatus eſt; Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis,

qui virtutum ejus prædones,

C 46 Hunc in beata Godeleva homines illi inviolabilem ſentientes patientiæ conſtantiam cordiſque devotionem, majoris compaſſionis telo perfoſſi, pandere vicinis omnem innocentis adoleſcentulæ tribulationem, in hoc arbitrantes ſe obſequium præſtare Deo, nulla ratione vetuerunt. Extemplo Flandriæ magnas it fama per urbes; fama, malum quo non aliud velocius ullum, mobilitate viget, vireſque acquirit eundo. Quo fiebat, ut inſtar turbarum, irruentium in Jeſum, ut andirent illum, quidam ut imitarentur; alii ut inſidiarentur; multi ut ſanarentur; nonnulli novitatis curioſitate incitati, ut operum ejus mirabilia intuerentur; ita diverſarum homines conditionum, diverſis intentionum reſpectibus, ad ſaeram Dei ſponſam confluere videbantur. Quidam, ut elecmoſynam capientes in corpore reficerentur: alii doloſa illi lingua adulantes, aliquid ex ore ejus capere, in quo accuſare eam poſſent, cupientes: multi autem, qui mirabilia ejus opera in longinquis didicerant, perſonam coram videre deſiderantes; nonnulli ſuis afflictionibus compatientes, ut pia illam informationibus conſolarentur.

47 Et quidam horum, ex confluentium, D tam divitum, quam pauperum numero, aliæ *omni generi bonorum ad eam confluentes;* virgines, aliæ conjugatæ, aliæ fuere viduæ, quæ dum beatæ juvenculæ corporalem viſitantes exhiberent dilectionem, mentis & animarum reportabant ab illa refectionem, nempe quæ omnium horum ſtatuum experientia didicerat conditiones, judexque ipſa ſui, totam ſe exploraret ad unguem; purgato prius ſibi a culpa mentis ocello, idonea jam inventa eſt, quæ ſuper illis alias admoneret; quot enim neceſſitates paupertatis patitur anguſtia, diuturna eam perdocuit afflictio: ipſa virginum ſemper ſpecimen & exemplar, illibata permanens uſque ad mortem, jura virginibus apta decernere valebat. Quis eam conjugalis & vidualis ſtatus affirmaret ignoraſſe incommoda, cum fide & amicorum conſenſu viro conjuncta, & corpore tamen ſemper intacta, ab eodem poſt paululum repudiata, veræ viduæ formam in finem uſque ſervaverit. Mellifluam igitur linguam beata Godeleva, loquendi gratia iis, qui convenerant, pro tempore laxante, con- E ticuere omnes intentique ora tenebant; & quibus ſimplex oculus intentionis rectæ ſuberat, quaſi ab ore Dei animarum pabula ſuſcipiebant.

48 Pauperibus ita loquens, iis verbis, ut *ea ipſa me* credimus, vitæ ſemina miniſtrabat *a*. Beati vos *net, & pri* o pauperes, quibus Veritatis ore regni cæ- *mum pau* lorum hereditas adſcripta eſt, Vos, inquit, ele- *peres ſunt* ctiſſima & vivaciſſima, Evangelico teſtante elo- *a* quio, ſummi Capitis membra, vos ultimæ & perennis illius ſuperuæ cœnæ digni communione; vos panperes Chriſti ſectatores veri, qui pauper erat & in laboribus a juventute ſua, non habens ubi caput ſuum inclinare benedictiſſimum. O vere felicem paupertatis conditionem, quæ ad currendam viam mandatorum Dei expeditiſſimos facit, pauperiem conſulta ſi regat patientia. Unde quidam: Paupertas ſi læta venit, tutiſſima res eſt, ſemina virtutum commodiora facit. Hanc Salvator verbo docens & exemplo, pretioſæ comparabat margaritæ, pro qua emenda contemnenda ſunt univerſa. Circumdate igitur hanc cum gaudio F pauperes, & promptitudine voluntatis complectimini eam, ne forte æterna ſimul cum terrenis amittentes, quod avertat Dominus, duplici velut contritione conteramini.

deinde virginum,

49 Virginibus quidem dicebat, neceſſariam fore ſobrietatem pro impretiabilis cuſtodia theſauri, quo Angelorum ſorores dici meruerunt, eo quod angelis ſit cognata virginitas. Proinde nec circumcurſare debent per alienas ædes, non aliquos in publico miſcere ſermones: omnes attactus viriles, colloquia privata, diſcurſus intempeſtivos, colloquia prava atque inania, aſpectuſque impudicos, tamquam letales caſtitatis peſtes effugiant oportet, nam fervida vicino flamma vapore nocet, nec læſa pudicitia ulla reparabilis arte eſt. Sint igitur ſermones rari honeſtique; aſpectu verecundæ, victu demiſſæ, geſtu humiles, habitu ſimplices, riſus moderati, cogitationes puræ & ſinceræ, virginitas enim animæ intemerata mens eſt, qua ſine corporei nil prodeſt copia pudoris. Sint denique obſequio promptæ, Deo devotæ, in orationibus ſedulæ, a laboribus numquam vacuæ.

A vacuæ. Ii ſunt fructus, ex quibus arboris caſtitatis qualitas indicari valeat, eum ſecundum id, quod foris agitur, internæ diſpoſitionis teſtimonio plerumque perhibeatur.

ſponſus conjugatos, 50 Conjugatos beata hæc Virgo admonebat, eſſe debere unanimes, individuam vitæ conſuetudinem obſervantes; nam Deus pacis matrimonium inſtituens & ſanctificans, in paradiſo pacis honorabili & caſto amplexu celebrandum collocavit; & feminam de viri corpore ſumens, duarum naturarum in carne una caritativam & amoroſam docebat unionem & concordiam; nec de capite, nec pedum carne aut oſſibus illam feciſſe didicimus, ſed de coſta, quam de latere ſumpſit dormientis. Debet enim uxor non dominari aut æquari velle viro, ſed cum humilitate inferiorem ſe æſtimare; nec virum decet, illam, quaſi ſervilem aliquam perſonam, cui in nullo, niſi quod ſibi libeat, perſiſtendum eſt, totam ſuis nutibus mancipare, dicente quodam: Nil non umquam invita donabis conjuge, vendes hac prohibente nihil: nihil, hæc ſi noſit, ametur. Proinde

B Apoſtolico mandato, viris poteſtatem ſui corporis non habentibus, præcipitur, ut diligant uxores ſuas, ſicut Chriſtus Eccleſiam, cujus robur de latere dormientis in cruce proſluxit: quam non ancillam, ſed matrem ſuam, ſororem, reginam, ſponſamque dilectiſſimam vocare dignatus eſt. Magnum igitur hoc Sacramentum, ubi ſolus ſolam amat ſponſam, ſolumque colit ſola: non ſicut equus & mulus, carnis victi amore gaudentibus abuti conjuge, ſed honeſtæ prolis amore, pacifice, caritative & in Dei timore mutuis infirmitatibus condeſcendentibus, mutuis voluntatibus ſe conformantibus, mutuamque ſalutem cum pietate procurantibus. Contrariis autem iis affectibus, a mutua ſe ſalute impedientibus (inſiſtere) non Sacramentum, ſed adulterium judicandum eſt.

ac demum viduas; 51 Viduas demum admonebat, ſeculares turbationes totis præcordiis fugere, mundi inquinamenta devitare, laqueos pertimeſcere. Non terrenas ſectetur opes, quas ſpernere debet,

C eum Domino quæ dives eſſe velit. Nocte & die in ſpe oblecrationibus & orationibus debet inſiſtere, cruentas Chriſti plagas plangere; aridо mundialium gaudiorum flore deſpecto, dulcia Jeſu ſectari veſtigia, pietatis operibus indeſinenter vacare, & ſuccincta ſtudeat ſobrietate frui. Viduam, inquam, decet ſimplex habituatio *b*, morum compoſitio, verborum modeſtia, in aſpectu verecundia, in tribulatione patientia, in perſecutione conſtantia, in proſperitate autem timor; & inſtar turturis orbata conjuge, alium nequaquam admiſſura. Turbas fugiens, ſpiritualis vitæ gemat incommoda, purgatoque lacrymis mentis oculo, affectu caritativo & intellectu fideli, duabus velut alis ad cæleſtia conſcendens, guſtare ſtudeat, quam ſuavis ſit Dominus. Plura iis ſimilia beata Godeleva ore eructans ſalvifico, æternæ vitæ ſemitas venientium ad ſe cordibus inſinuavit. O veneranda digneque imitanda feminæ hujus doctrina! O prædicandam verequе admirandam beatæ hujus juvenculæ ſapientiam! Plane non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, quantum ad morum honeſtatem; in pulcritudine, quantum ad conſcientiæ ſinceritatem; & in ſenſu verborum, quantum ad conditionis frugalitatem. D

b Ex Ms.

58 Et quis virtutum ejus inſignia ſufficienti valeat mente penſare, quis laudis ipſius innumera præconia dignia poterit ſermonibus explicare? Gratia quippe ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata; fallax omnia divitiarum gloria & vana pulcritudo: mulier timens Dominum ipſa laudabitur. Quam beatus, quam felix, o tu Bertulfe, fuiſſes, ſi talis ac tanti conjugii numina pernoſcens, ſalubribus tuæ uxoris votis pio favore aſpiraſſes, Sapientia adſtipulante aloquio, dicentis: Mulieris bonæ beatus vir, gratia enim ſedulitatis ejus oblectabit illum, oſſaque ejus impinguabit, & annos vitæ illius in pace implebit. Sane quam fortunatus tu orphanus dici potuiſſes, illa ſi impia matre ab infantia caruiſſes, vel certe virtutis callem conſtanter proſecutus, illecebroſæ ſuæ ſuggeſtionis ſurdus auditor effici ſtuduiſſes, quæ tibi facta eſt fax ſatanæ, janua inferni, via iniquitatis, aculeus mortis & percuſſio ſcorpionis: crudelibus enim ejus conſiliis cedens, Spiritui ſancto pugna congrediens, E acer virtuti hoſtis effectus, periculoſe ſuccubuiſti. Et periſſes utique, niſi dilectionem ipſa piſſima conjux tua pro odio rependens, æquiſſimo eorum judice tuam iniquitatem lacrymis precibuſque excuſans, ad melioris te vitæ frugem reduciſſet.

Hinc Bertulfi nova atrocitas, 53 Bertulfus igitur, ut prætactum eſt, mora ſe diuturna abſentante, civitates luſtrabat & caſtra, cui pulcrum fuit juxta Horatii verbum, in medios dormire dies. Cumque ventre ſaginato, pleno indies dilueretur mero, cordis dolores fugabat & curas. Si quando convivantium inter turbas de perverſis mulieribus ſermo miſceretur, Godeleva, tamquam nequiſſima, livido mox calumniabatur obloquio, aſſentientibus ſibi plauſu amicabili blandiri videbatur, diſſentientes vero & compaſſivo nonnumquam affectu reprehendentes, vel convitiis afficiebat, vel ſocietate abdicabat. Domum quidem regreſſus ſacræ virgini, dura jam miſeriarum anguſtia prope deficienti, vi- F ce ſalutationis, gravia primum contumeliarum verba inculcavit; ſa vehementer dolere inquiens, quod necdum adeo ſe felicem ſenſerit, quod vita illam defunctam inveniſſe potuiſſet: cujus & furenti animo ſervi illi totius iniquitatis, acuentes linguas ſuas ſicut ſerpentis, cum mendacibus illam continuo accuſarent querelis, copioſum fomentum ſubminiſtrabant, quorum iniquis delationibus ipſe fidem præbens, tanis illam verborum ac comminationum affecit terroribus, ut priorum hæc afflictionum comparatione excederent. Verum licet irritant animos fortia dicta graves, ſponſa tamen Deo conabatur ſemper in bono vincere malum; maledicebatur enim & benedicebar, blaſphemabatur & obſecrabat, ſalutem viſcerоſia illia exoptans precatibus propter Chriſtum.

fame comunis expostulagnore conjugem. 54 Qua patientiæ coaſtantia miniſtri diaboli, quaſi ratione convicti, etſi non emendati, teſtimonium illia ferente conſcientia, confuſi receſſere. Condicto tamen loco convenientes, iniquo conſilio decretum eſt, ut pania & aquæ, quam hactenus habuiſſet portiuncula, ſuper priores diminutiones tertio di-

A midiata *e* illi tribueretur, ut nimiis attenuata
ex Ms. egeſtatibus, indubie in mortem abſorpta, im-
e maturam exſpectatam depoſitionis ſuæ horam accelerare poſſet. Porro cum dura ſatis miſeris ſit commemoratio ipſa bonorum, hoc quoque ad ſuæ crudelitatis exaggerationem, novo cruciatus genere adinventum eſt, ut qui ſacræ Virgini paucam illam ſuæ refectionis alimoniam miniſtrarent, plenas optimis cibis manus ſe reficientes geſtarent. Mittebantur quidem ad hoc, ut minus utiles ipſius domus ſervuli & pueri, ex delicatis & pratioſis ferculis copiam ſurſum ad ora proferentes, ut ſimul cum Hacca & Lamberto, Godeleyæ conſpectibus ſe præſentantes, convitiis ei inſultarent; quod luis facinoroſis criminibus exigentibus & demerentibus, totius domus vernaculis atque mancipiis magna & pretioſa ciborum affluentia abundantibus, ipſa domina, Deo ſimul exoſa & hominibus, pane ſubſtentari debeat tribulationis & aqua anguſtiæ. O admiranda vis humanæ malitiæ, quæ ſuis ut
B crudelior fieret, exteris facta eſt propitia! O utique hominum iſtorum deteſtanda perverſitas, quos pietas nequivit, trux impietas munificos fecit.

Deo conſtantiſſime adhærens.

55 Pro iis omnibus mitiſſima juvencula non maledicta referebat in auctores, nec corde ſervabat odia, nec vindictæ contabuit deſiderio, ſed Deo ſemper ineffabilibus deſideriis in cordis lætitia inexhauſtas gratiarum vices referebat, qui ſe, in tribulatione conſtitutam, propitiatione ſua non deſtituerit; adeo ei aſſiſtens a dextris, ne commoveretur, ut continuo ſperare poterit, ſe facere de neceſſitate ſalutem, dum ipſa vidua paupercula, Domino illa corporis ſui minuta, corpus videlicet & animam, voluntario & properiſſimo ſacrificio libare ſtatuerit, indies foris holocauſtum mactans arctioris pœnitentiæ, orationis devotæ & abſtinentiæ rigoroſæ, admonitionis virtuoſæ, paupertatis ultroneæ, hoſpitalitatis & communionis, quantum valuit, ſedulæ. His tamquam ſpecioſarum varietate virtutum deaurato veſtitu mirum fulgens in modum, cor nihilominus gratum Deo templum conſecrans *d*,
d omnis gloria ejus ad intus ſerventiſſimo ardet
C inviolabilis caritatis igne in mentis ara flagrante, continuo thymiama ſuaviſſimi odoris in juge ſacrificium Deo intendebat, audenter cum Apoſtolo dicens: Quis ſeparabit nos a caritate Chriſti, tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius? Certa enim ſum, quod neque mors neque vita: in his enim omnibus ſuperamus, propter eum, qui dilexit nos.

ANNOTATA.

a *Mirificus eſt hic orator in componendis figuris, quibus hiſtoriam ſuam immenſum extendat, contra quam in principio ſpoponderat, ſe* prolixitatem, faſtidii matrem, refugere elaboraturum.

b *Melius dixiſſet* habitus *ſeu ornatus* ſimplex.

c *Et tertiam hanc cibi diminutionem, & quæ præterea adjunguntur, pia ego Anonymi figmenta eſſe exiſtimo.*

d *Familiaris Anonymo, ſed non ſatis recta ſyntaxis, dum anteriora cum ſequentibus non* D *apte connectit. Legere hic debuerat*, cor Deo conſecrantis omnis gloria *&c. Similia habet num. 43. & alibi; quæ identidem notare, vitæ operæ pretium puto.*

CAPUT VII.

Fuga Sanctæ ad parentes; Epiſcopi Noviomenſis & Comitis Flandriæ mandata, ut reductam Bertulfus melius tractet: prædictio futura apud Flandros gloriæ, & ſanctiſſima mulieris vere fortis placita.

JAm ſacræ virginis & viduæ Godelevæ tribulationis copioſa anguſtia, cum multorum ad aures devoluta, multiplici populum repleret ſermone, contigit, honeſtam quandam notabilis experientiæ feminam, viſitationis gratia ad ipſam declinaſſe, quæ multis eam conata eſt inducere perſuaſionibus, ut ad paternum confugiens ſubſidium, ad tempus malitiæ cedere debuerit; nec utile eſſe, iis, qui F
gloriantur cum male fecerint & exultant in rebus peſſimis, tanti diſpendii ſuæ ſalutis præbere occaſionem, potiſſimum cum privatam & perſonalem hanc tribulationem Eccleſiæ nulla neceſſitas vel proximi ædificatio videatur exigere: quaſi quando emergente utique (perſecutione) Chriſtus, accepta cruce, ſponte nec ſequendus eſt, ut humiliati ſub potenti manu Dei, probatio noſtræ fidei multo pretioſior ſit auro, quod per ignem probatur. In præſenti tamen caſu, iniquorum ſaluti conſulendo, velut animali mundo ungulam findenti *a*, ut rationabile fiat obſequium ejus, *a*
ſale diſcretionis ſibi tenendum eſſe, ne dum recte offerre arbitraretur, & non recte dividat, tamquam peccato obnoxia, ſpem ſalutis ſuæ totam evacuari contingat. Hanc beata juvencula dum informationem aure intenta collegiſſet, etſi opportunam illam pro ſua ſimplicitate judicaſſet, uni tamen fideli ſociæ virgini indicandum, quod ſuaſum fuerat, utile ducebat.

Pia matrona & attentus viri ſanctæ conſilio.

ad parentes fugere ſtatuit;

F

57. Erat autem illa bonæ indolis juvencula, conſilio prudens, & converſatione honeſta, quæ miraculum viderat, quo avium agmen Godelevæ præceptis obſecundans, in horreum ſe collegiſſet. Utrique igitur facti pericula diſcuſſa ſunt: timebat quippe Virgo beata, ſuos parentes, infelicis conjugii auditis miſeriis, gravibus triſtitiæ doloribus afficiendos. Denique Bertulfum infamandum nimiis oblocutionum ignominiis prævidebat: animarum tamen ſalutem omnino præferendam, vitæque ſuæ in hoc caſu conſulendum ſentiens, licet non ſine cordis quadam triſtitia, abire tamen, opportunitate viſa, decrevit, Domino proinde ſuam cauſam, qui ſcrutatur corda & renes, lacrymoſis precatibus recommendans, die quadam, præfata ſe comitante virgine, clam recedentes, devotis viam levantes ſermonibus, profectæ ſunt. At ubi jam patriæ perventum ad limina ſedis, juvencula Godeleva palatium ingreſſa, a nemine cognita eſt; quippe quæ virgo ſpecioſa nimis vultuque decora, a ſponſo abducta fuerat, facie nunc exeſa deformique, macie pal-

A pallida, pedes nuda, amictu vili & ſordido tecta videretur.

58 Matris tamen ſuæ Ogenæ oculos immutata hæc filiæ ſpecies, licet magna admiratione confunderet, latuit tamen nequaquam; verum cauſa tam miſerabilis ejus adventus audita, roſeo genis mutato colore expalleſcens, inter aſſiſtentium manus collapſa ipſa diriguit. Mox circum domeſticorum turba confluente, reſonant late clamoribus ædes, femineoque ululatu tecta fremunt. Accurrit & ipſe pater, qui caſu concuſſus acerbo, reique novitate vehementer ſtupeſcens, obmutuit. Utrorumque ſpiritu tandem relumpto, ſpem virgo Godeleva vultu ſerenans, altoque premens in corde dolorem; Bertulfo, quantum conſcientia pia dictitabat, excuſato, blandis alloquiis mœrentia corda demulcet. Heinfridus tamen negotii veritate a Virginis ſocia plenius inquiſita & cognita, crebra cum uxore ſuper infauſto filiæ connubio trahens ſuſpitia, accepto conſilio, Comitem Flandriæ Balduinum aggreſſus, omnem rei ſeriem illi pandens, illius opem, pro reſtauranda ſalubri concordia, oboixe interpellabat, utpote cujus diligentia & opera, ipſa conjugii copula effectum ſortita fuerat.

qui Comitis Flandriæ.

B

59 Comes vero infelicibus Virginis caſibus affectu toto compatiens, aſſenſum benignum piis præbuit amici regatibus, ſuæque ſulcitum magnificentiæ ſcriptis, Noviomenſi & Tornacenſi Præſuli *b*, eo quod caſus eccleſiaſtici fori videretur, conſolandum recommendabat, qui ſi in exequendis rebus tardior redderetur, talia ſuæ auctoritatis ſpopondit remedia, ut ceteris illius ultione exterritis, via præcludatur ad ſimilia. Verum Antiſtes, pro ſua reverentia, venientem ad ſe Heinfroot benigne admodum ſuſceptum, humane tractabat, & univerſis ſe ejus conformans deſideriis, repromittit, Bertulfum, niſi reſipiſcens ab hac iniquitate vitam revocaverit, extremo ſe eccleſiaſticæ cenſuræ rigore compulſurum. Comminatoria eapropter ab Epiſcopo litteris miſſis, de uxore reaccipienda, (&) juxta Sacramenti ritum pie tractanda, ſub interminatione eccleſiaſticæ ſeveritatis inducitur. Ipſe vero non modo malitiole contumax (perſtitit,) ſed & bajulum præſumptuoſa temeritate convitiis laceſſitum remiſit.

& Ep. Noviomen. ac Tornac.

b

C

Bertulfum, quamvis uxori contumacem,

60 Nimirum jam traditus in reprobum ſenſum, nil refugiendum vel pernicioſum, quo ab ea liberari poſſet, ſibi arbitrabatur. Proinde ſquam magam aut ſuperſtitioſam vetulam audiſſet, quæ ſe carminibus promitteret ſolvere mentes, quas velit, aſt alias duras immittere curas; ſillere aquam fluviis & vertere ſidera retro: huic ſe familiari colloquio jungebat, illius ſo ſperans conſolari conſilio: ſed deceptus eſt miſer a vanitate in idipſum. Felix autem Godeleva, quæ non reſpexit in vanitates inſaniaſque falſas, licet ſupernæ de ſe diſpoſitionis necdum plane conſcia, pro animarum ſalute obſtinatæ ad tempus malitiæ cedens, Chriſto ſe conformari conſenſerit; jam perfectis exemplar ſe præbena & infirmis, nunc mortis terrore tabeſcens, poſtulabat a ſe auferri calicem paſſionis; nunc fugæ præſidio contentari ſe ſimulans, cum Propheta dicebat: Declinaverunt in me iniquitates & in ira moleſti erant mihi; propterea cor meum conturbatum eſt in me & formido mortis cecidit ex. 54. D
ſuper me: & dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, volabo & requieſcam: Ecce elongavi fugiens, exſpectans eum, qui ſalvum me fecit a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.

61 Bertulfus igitur contumaci temeritate Eccleſiæ rebellis, prolongans iniquitatem ſuam, ſacram virginem Godelevam, quam afficere contumeliis præſentem non poterat, venenoſa abſentem detractione infamabat, dicens, illam loquacem & mendacem, univerſamque afflictionis occaſionem ſuæ perverſæ imputandam inſolentiæ; neque alia quam ſibi contumeliam itrogandi cauſa auſugiſſe, publice aſſerebat. Qua dum os ejus continuo abundaret malitia, & lingua ejus indeſinenter concinnaret dolos, factum eſt, ut qui Deo & Eccleſiæ ſalubriter obedire contempſerat, parere homini violenter cogeretur. Juſſit enim illi per ſcripta Comes Balduinus, ut mora E
omni ſecluſa, conjugem ſuſceptam honeſta & pia deinceps cohabitatione conſovere debeat, aut adeo crudeli ſe non dubitet caſtigatione mulctandum, ut omnium ſuorum fructu una ſecum de terra perdito, cunctis audientibus timori haberi valeat. Quo Principis præfecto mandato, ſubita inhorreſcens formidine, utpote qui virt inviolabilem juſtitiæ rigorem pernoverat, utcumque ad horam non obaudiendum majeſtatis præcepto perſuaſum habuit. Vocatis igitur Hacca & Lamberto *c*, deteſtandis miniſtris, velut arcani conſilii ſui conſciis, cordis lui reſeravit anguſtias, quibus protinus ad comminatæ pœnæ evaſionem opportunum viſum eſt, feſtivo ſe ornatu ad præſentiam Heiofridi equeſtres tranſmittendos, cui le hilares ultroneoſque, veluti omnis coactionis ignaros exhibentes, honeſta Domini ſui recommendatione præmiſſa, de viſceroſa, lupet indiſcretione in uxorem Godelevam ſua contritione, præcipuaque emendationis pollicitatione, linguis ſuis doloſe agentes, grandia dum allegatent, pacatis patentibus, Virginem ad reditum allicere eniterentur. F

compelli curant.

c

62a Prælibatum ergo, juxta condictum, conceptum dolum prolecuti (ſunt.) Heinfroot vir honeſtus, velut qui ſimplex & rectus eſſet, ex corde hæc fieri arbitratus, ſpiritu exhilaretcens, facilis ad veniam, filiam de conjugis contritione caritativæque unionis reſtauratione, pia hortabatur inductione. Illa autem, quamvis deteriora ſe paſſuram Spiritus ſancti inſtinctu præſentiret, ſpem tamen vultu ſimulans, tamquam lætiſſima, pro voto prompta, ſe paternis conformabat voluntatibus. Bertulfus vero, cum violentia ad ea cogeretur, quæ ſummo aſpernabatur affectu, vario in pectore irarum fluctuans æſtu, letales Virgini moliebatur inſidias: dolorem tamen fronte ſerenans, uxoris præſentiam non longe abeſſe audiens, obvius ei factus, vultu pacem mentiens *d* agitabant præcordia bellum. Curiam itaque ingreſſa, ad conſuetæ acceſſum camerulæ directa eſt; pauliſper licet beoignius cootra conſuetudinem tractaretur, omnis tamen regiminis domus dominiique expers (manſit.) Nemo dulcis familiaritatis illi vultum protendebat,

ut reducta uxorem hanc firmius habeat.

d

A debat, Juvencula autem ſacra, ſpem indubitatam inviolabilemque ſemper habens in Domino, divini de ſe conſilii evidentibus conjecturis jam plenius conſcia, manum ſuam mittebat ad fortia, eum ſibi fieri conſolatorem die noctuque lacrymoſis ſingultibus expoſtulans, cui derelictus eſt pauper & qui orphano ſolus factus eſt fidelis adjutor.

EX MS.

ipſa meritis obtrectatores coercuit,

63 Quapropter deifico deſuper irradiante reſpectu, fiebat, ut ſecundum multitudinem dolorum, divinæ conſolationis ſchedulæ lætificarent animam ejus, electumque Spiritus ſancti habitaculum effecta, tantis gratiarum decorabatur inſigniis, ut odore boni nominis ejus in dies latius diffuſo, crebrius jam ſolito, diverſis ex locis, multæ diverſorum ſtatuum honeſtæ perſonæ, ſuæ afflictionis, vel fama publica vel experientia docente oculata non ignaræ, inviſendi cauſa ad illam properarent. Quorum nonnulli, licet de Bertulfi ſanguine natalia traxiſſent, propter ſingularem conjugis ſuæ virtutum præſtantiam, acri eum reprehenſione convenientes, ab illius ſe familiaritate reſcindebant. Alii inhumanam in illuſtris profapiæ

B puellam vilitatem privatis calumniis deteſtantes, gravibus ſe illum apud Comitem incuſaturos querelis decernebant. Virgo autem Deo cara, modeſte hos increpatos, pia eruditione informabat, dicens: Prohibete linguas veſtras, cariſſimi, a malo, & labia veſtra ne loquantur iniquitatem, recordantes, conſtringi nos ore Salvatoris præceptivo, benefacere his qui oderunt nos. An ignoratis, nequaquam illos, quos inimicos dicimus, calumiando, quin potius prece Deo recommendando affectuoſa, quorum beati efficimur occaſione, veridico aſſtante eloquio: Beati eritis cum maledixerint vobis homines & perſecuti vos fuerint; nam rectorum eſt adverſa pati & tolerare modeſte, nec querula in quoquam voce movere Deum; blanditiis autem indignus erit molliique potiri, terrena qui dura pati vel amara reculat.

& futurum ſuam gloriam prædicans.

64 Eaproptec has meas vices, felicitati quaſi adverſas, dolere nequaquam debebitis; ſicut enim nube pulſa candidus ire (ſolet) dies, ita ineffabili divinæ propitiationis muncre cum tentatione faciente proventum, præ univerſis

C Flandriæ mulieribus, copioſis me præſentio honoris & divitiarum opibus ſublimandam. Per varios autem caſus, per multa diſcrimina rerum ad regnum nobis tendendum eſt, neque ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis; ad quam non perducit nobilitas generis, non gratia formæ, ſed ſola virtus animi, conſtantia mentis, interior ſpecies virtutum, copia morum, rigor paupertatis, mundi honoriſque contemptus. Nimirum in ejus comparatione omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tamquam flos fœni: tranſit enim mundus & omnis concupiſcentia ejus, velut flos decidens, dum omnia ſunt hominum tenui pendentia filo, & ſubito caſu, quæ valuere, ruunt. Multos vidimus impios, alto ſanguine natos, quos nobilitatis conditione, tamquam ventoſo faſtu diſtentos arrogantiaque tumentes, tranſivimus, & ecce non erant; ventus enim & vapor exiſtentes, inſperatæ mortis turbine, ſubito diſperſi ſunt.

65 O quem frivola gloria rerum, quam D mundi fugitivus honor, quam nomen inane! *vana hic omnia eſſe oſtendit,*
Ubi, quæſo, ſunt gentium Reges, qui dominabantur ſuper beſtiis terræ, qui in avibus cæli ludebant, qui argentum theſaurizabant & aurum, in quo confidunt homines, & non fuit finis acquiſitionis eorum. Miro ſolicitudinis labore palatia grandia fabricabant & urbes, exterminati ſunt, nec eſt inventio operum illorum. Duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt. Nunc quid profuit illis ſuperbiæ ventoſa jactantia, quid opum immenſa gaza, quid illecebroſa carnis impudicitia, quid univerſa eorum voluptatis illecebroſa oblectamenta? Tranſierunt hæc omnia tamquam umbra; proſperitas eorum ſeries longinqua dierum, ſic vadit ſubiteque cadit, dum ſtare putatur. Quid proinde proderit homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. O igitur ſtulta prorſus extremæque dementiæ commutatio! pro caducis & momentaneis, æternis & inexhauſtis gaudiis rennntiare. Hæc propterea declinantes, dulciſſimi, quæramus & E ſapiamus, quæ ſurſum ſunt, numquam fluxa labentiaque ſuper terram; ne defatigiemur, animis noſtris deficientes. Quinimo ipſos defendentes, curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes ad auctorem fidei & conſummatorem Jeſum, qui talem adverſus temetipſum a peccatoribus ſuſtinuit contradictionem, & propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, confuſione contempta.

vere mulier fortis,

66 His & ſimilibus dum viſitantes beatam virginem Godelevam reficerentur ab ea animarum alimoniis, evidentibus colligebant documentis, quam præclara & robuſta in adverſis ejus conſtantia, quam ignita & deiformia e caſti cordis ejus deſideria, quam dulcia & ſalutifera ejus linguæ, velut calami Spiritus ſancti, eloquia: ſuam denique ore prophetico prædicens glorificationem, quam illuminata mens ejus & futurorum præſcia. Quin etiam plures non infimæ doctrinæ & perfectionis monachorum aliarumque perſonarum ſpiritualium, luculenter in ea conſiderantes ſuas exhortationes ſuaves, velut ſalutis ſuæ dapes eſuriebant; F quapropter ſedulo illam inviſentes, tali ſe ſpiritualis conſolationis imbre ab ore ejus ſacro irrigatos confeſſi ſunt, qualem nec accepiſſe a doctiſſimis umquam potuiſſent. O! nimis felicem quaterque beatam Virginem Godelevam! O vere mulierem ſortem perſuadendique arte Thecuitem ſapientiſſimam, cujus os ſacram affluebat prudentia tanta, & lex clementiæ ſub lingua ejus. O immenſam Dei miſericordiam, & perpetuis celebrandam laudibus divinæ pietatis dignationem, quæ volens omnem hominem ſalvum fieri, ex iis quos prædeſtinavit ſingulis e ſtatibus nobis exemplaria electos, diverſo quidem calle, ad unum tamen beatitudinis finem perducens, dedit conformes fieri imagini filii ſui!

variis ſuperatis aſperis

67 Hos enim mundialium renuntiatinne perfecta, altiſſimæ quædam paupertatis pruina decoxit; illos immanium tormentorum afflictione probatos, fideli conſtantia Dei ſtuitione dignos effecit: iſtos illibatæ caſtitatis puritate nitentes, angelorum ſorores conſtituit;

A ruit; nonnullos, ſuis caſtigatis ſpontanee corporibus, & in ſervitutem redactis, pietati ioſervientes, ſpiritualibus gratiarum donis inſignivit. Noviſſime diebus iſtis ſacram juvenculam Godelevam, virtutum velut armamentarium, morum decus, ſanctitatis ſpeculum nobis indulſit, quæ velut ſtella veſpertina, juſtitiæ ſolem tramite recto ſecuta, nunc autem aſſiſtens regiæ a dextris majeſtatis, veſtitu gloriæ deaurato, præmiorum circumdata varietate, tamquam lunari lumine, tribulationum umbra circumfulos aſtris ceteris clariori via deducit. Accelerate ergo virgines, appropinquate viduæ, accedite & conjugatæ, currentes in odorem unguentorum virginis Godelevæ. Rediviva quippe in ea veterum nobis objiciuntur exemplaria, digne imitanda. Neque enim Regina illa *f*, ut videret Salomonis ſapientiam, ultimis de terræ finibus veniente io Hieruſalem, quam hæc in noſtræ militantis Eccleſiæ ædificationem, pretioſiora adduxiſſe aromatum genera facile crediderim. In hac ſiquidem Patriarcharum fidem, Prophetarum ſpem, Apoſtolorum charitatem, Martyrum conſtantiam, Confeſſorum parſimoniam, virginalem caſtitatem, conjugatorum pietatem non defuiſſe patuit.

& cum familiis feminis marito compatrio.

68 Hæc enim virgo ſapiens & una de numero prudentum, quæ velut alia Rebecca, humiliter obſequioſa Juvencula, decora nimis & incognita viro, ſecurius decernens cum Ruth, ſequente Noemi, ſub egeſtate peregrinari in populo Dei, quam affluere voluptatibus inter domeſticos. Hæc inquam, Hebræa illa vidua eſt, quæ in aquis gratiarum, contrito ſuperbiæ principis capite, confuſionem fecit in domo Nabuchodonoſor, prudenter eligens, in mundi hujus bivio, cum juſta Thamar, inter ioſames & viles mulierculas ad horam deputari, ut ab optimo Juda, gratiæ ſemine ſuſcepto, prolem ſpiritualem parturiret; quam ſecularis pompæ foliis coronata, ſterili flore emarceſcere. Hæc demum beata eſt illa conjugata, quam ſuperno afflatus ſpiritu, prælago affuturam corde Apoſtolus deprompſit, dicens: Salvatus eſt vir in-
C fidelis per mulierem fidelem. Beata quidem laudabilique memoria digna tu typica Abigail, quæ maritum Nabal malitioſum, David Rege precibus & pietatis opere placato, reconciliaſti: ſed multo te beatior ſacra conjugata Godeleva, quæ viri Bertulfi contumelioſam ſævitiam, nedum ad mortem uſque perfectiſſima pertulit patientia, ſed & cæleſti prædita pietate, vincens in bono malum, meritis & precibus illi & in præſenti gratiam, & in futuro gloriam impetravit, conjugatis univerſis imitationis exemplar relinquens præclariſſimum.

ANNOTATA.

a *Quomodo hic alludat ad* animal mundum ungulam findens, *ex ſenſu difficile eſt colligere. De diviſione mundorum & immundorum animalium vide Levit.* 11. *Novum non eſt Anonymo noſtro obſcuriora ſectari. Sic paulo ante imperfecta conſtructio*, ut humiliati *&c. De quibus etiam ſupra dictum eſt*,

b *Quis hic Epiſcopus fuerit, quæſivimus in annotatis ad Drogonem ſupra: rei tuto definiretur, ſi Sanctæ ætas ſatis certo deprehendi poſſet.* D *ex MS.*

c *An ſatis apte hos impiiſſimos Sanctæ perſecutores & calumniatores, ad eam reducendam ablegatos finxerit Anonymus, aliis judicandum relinquo; mihi hæc diſplicere in Commentario non diſſimulavi.*

d *Quidni* mentientis? *In hujuſmodi phraſibus paulo liberior eſt.*

e Deiformia, *pro* Dei voluntati conformia deſideria.

f *Lege* Reginam illam, *deinde.* venientem, *tum* hanc, *pro* hæc. *Verum ſimilia quæ toties recurrunt, obſervare impoſterum prætermittam, ubi ſenſus aliunde ſatis intelligi poterit.*

CAPUT VIII.

Ultimum Bertulfi conſilium de tollenda e medio uxore: facinus duobus impiis famulis commiſſum, a quibus nocte intempeſta ſtrangulatur. Varia miracula ante & poſt martyrium ac in ſepultura patrata. E

Iuito de tollenda conjuge conſilio.

CLari igitur nominis beatæ Godelevæ fama per finitimos populos divulgata, dum crebro viſitantium frueretur alloquio, multum derogari famæ ſuæ Bertulfus ſuſpicatur, dum comminatas ſibi pœnas veritus, nec affluentibus adimere acceſſum, nec uxori notabilia ingeminare gravamina auderet, gravi faucius ira, nefanda multa triſti cum corde verſabat, quo illam mortis genere enecatam, ſe liberato, occultius a terræ facie auferre valeat. Accerſitis proinde Hacca & Lamberto totius ſuæ iniquitatis executoribus, alta a cordis imo trahens ſuſpiria, ineffabilibus ſe angi mœroribus, tantiſque propter uxoris præſentiam extenuari triſtitiæ angultiis, ut nec cibum nec ſomnum capere poſſet, iniquis cauſabatur querelis. Illi vero, quorum pedes veloces ad eſ- F
ſundendum ſanguinem, ad omne facinus ultroneos ſe exhibentes, poſt plures ſuæ factionis cruentas cooſerentias, crudeliſſimo tandem concluſerunt conſilio, Bertulfo ſe ablentante, jam mediam nigra nocte carpente quietem, innocentem juvenculam fictitia aliqua occaſione è cubili vocatam, mappæ laqueo, virgineo collo innexo, ſuis ſe manibus præfocaturos, protinus illam lecto ordinate reponentes; ut dum nulla illatæ necis ſigna habente thalamo, velut recubantem familia inveniat, inſperata quidem ſe propria opinetur morte emigraſſe: nam tanti ſceleris crimine deprehenſo, ipſi dignas luentes pœnas, inciderent in ſoveam quam feciſſent.

Bertulfus filii eam domicilium blanditiis,

70 Cui tam impio conſilio homicida Bertulfus promptum præbens aſſenſum, die ſtatuto, cum ſol medium cæli tranſcenderet convexum, beatam uxorem in cubiculo reſidentem, ubi clauſo ſuper ſe oſtio, orabat Patrem in abſcondito, hilari admodum vultu aggreſſus eſt, & amoroſo, ut videbatur, amplexu conſtringens, juxta ſe, quamquam pro reve-

rentia

A rentia renitentem, confedere coegit; & gra-
ex Ms. ves alto è pectore ſingultus trahens, dolum in corde & ore locutus, dulci, ut videbatur, illam alloquio refovebat, dicens: Doleo, mi Godeleva, conjux cariſſima, quam vehementiſſime, quod tantis injuriis affectam, talibus hactenus te odiis, diabolico incitatus inſtinctu, perſecutus fuerim; plane fide inviolabili correctionem ſpondens, tuæ condeſcenſionem indulgentiæ intima prece efflagito. Et profecto hujus rei cauſa, gnaræ honeſtæque alicujus matronæ, noſtri diſſidii non ignaræ, remedia aliquamdiu jam interpellaveram; ejus informatione reſipiſcens, reor, tanti livoris fomenta a mei pectoris impio fonte emanaſſe. Majoribus tamen multo hos iniquitatis truculentos miniſtros Haccam & Lambertum, quam mea exegiſſent mandata, contumeliarum in te convitiis deſæviſſe intelligo, qua de re gravibus etiam illi ab eadem matrona increpationibus caſtigati, ſuæ nequitiæ reatu confuſi, noſtram verentes præſentiam refugiunt.

animos ca-pitiendos monuitur.

B 71 Hujus proinde prudentis matronæ, pro noſtræ pacis reformatione venturæ, & tu, perdilecta mi domina Godeleva, precor, illius te fidei dedens obtemperes, ut in mutui amoris glutine noſtris cordibus excitatis, optata diu concordia deinceps perfrui valeamus. Cui virgo beatiſſima: Abſit, inquit, mi domine perdilecte, ut Chriſtianæ religionis inſignibus decoratus, ſeminarum carmine ſalubriter hæc fieri poſſe aliquatenus credat. Nequaquam, inquit Bertulfus, ſuſpicabitur dilecta mea, hanc honeſtam tamque devotam matronam, vano carminum quovis ſuſurro, aut iniquis ſuperſtitionum inniti fraudibus: quin potius precibus & obſecrationibus, Spiritus ſancti opem, ut virtutem induerentur ex alto, qui ejus imploraverunt auxilium, expoſtulaſſe eam dignoſcimus. Quapropter inſtantis modo noctis ſub profundo ſilentio, famulis noſtris Hacca & Lamberto illam deducentibus, venturam ſe ſpopondit, ut omnis iniſtræ opinionis humanique murmuris occaſione ſemota, ſimul in oratione pervigiles, puros

C & vivaces ad Deum dirigatis affectus. Nec ſalutiferis abeſſa operibus ipſe cenſui aliquatenus, niſi inſperato cogente negotio, quo præſentiam meam, capitis ſub diſcrimine, Brugenſi oppido negare non poſſum, e veſtigio mihi recedendum foret.

ſi duobus famulis ſe-ſe commiſ-ſurus;

72 Hunc in modum, mollitis ſuper oleum fermonibus, dum ſacram Bertulfus virginem deluderet, fictoque pectore fatur; quippe cujus interiora erant plena dolo & ſallacia. Difficile licet ſit crimen non prodere vultu, ipſa tamen ſimplex & innocens Juvencula, hæc da corde bono prodire arbitrata, reſpondit: Creatura, inquit, omnipotentis Dei ſum, tibi autem lege matrimonii conjuncta: quo circa quibus fidei ſalva ſinceritate Deique honore (cujus me ſemper voluntatis directioni committo) noſtri conjugii pax perſeverans & ſancta reſtaurari valeat, non abnuo ſalubria ſubire remedia. Adventus igitur prædictæ, quam mentiebatur matronæ, quaſi ſtatuta hora, videlicet qua per impios tortores de camerula evocanda jugulandaque erat; malitioſus Bertulfus inter blanda colloquia dolos diſumque nefas in pectore continuo verſans, proditoris inde plenus effectus imitator, amoroſo, ut videbatur, illam ſtringens amplexu, primum idem & noviſſimum conjugalis fœderis ei infixit oſculum, nempe qui tantum appropinquaſſe uxori hactenus vilus non eſt, illicoque valedicens, ex hoc donec mortales ſpiritus regeret artus, illam non viſurus, itineri ſe accinxit. D

ipſoloco in Brugas ave-currit

73 Prius tamen inventis Haccæ & Lamberto, totius crudelitatis miniſtris, quemadmodum lingua doloſa uxorem circumveniens, ſimplici ejus innocentiæ illuſiſſet, lætabunda jactantia per ordinem pandens, pactus eſt, ſi fideliter opus executioni mandaverint, pecuniam ſe illis daturum copioſam. Opportuna ergo, quam Godelevæ determinaverat, intimata illis hora abiit, ſceleris quaſi ignarus, ſcelere perpetrato revocandus. O horrenda iniquitas animæ ſceleratæ! O proditio nequiſſima! oſculum, quod reconciliationis eſt ſignum, irrogaſti; (idque) organum doli efficiens, rantæ virginis ſacro ori pollutis tuis imprimis labiis, & virtutem illius non ſentis! Infernalia autem illa mancipia, ſuper iniquitate vehamenter gaviſa, utpote quorum veoales ad E facinus manus, ibi fas, ubi maxima merces æſtimabatur, (omnia) ſpoponderunt. O nequitia improba malæ mentis! quæ proditorem Judam crimine vincens, iniquo cenſore Pilato deterior inventus es; quorum alter avida cupiditate, alter timore ambitioſo Juſtum tradiderunt. Tu autem malignæ perverſitatis ſolo livore, ad innocentis effuſionem ſanguinis, ſceleratas impiorum manus merceda conciviſti.

cuius caſtis impius ar-ciſus.

74 Pro pudor, o Bertulfe! degeneris verſutique cordis tui; indigne plane tumes genero ſo te ſanguine nalci, qui vitiis pejora fovens proprium deſeris ortum. Nobilitas animi prorſus non novit vultu opertum occultare dolum, nec fraudulento fucata melle propinare venena. Heu! quam fallacia, quam ſubdola, ad Virginis connubia quondam conamina tua! Quam fictus amor tuus, quam perfida, quam fœdifraga verba conjugalis fœderis tui! venali namque quæſtuoſoque fluctuans ad cenſum affectu, dotaleſque copioſiſſimas nobilis Juvenculæ opes (ambiens), parentes illius uſque F adeo fefelliſti, ut magna tibi eſſe videretur, dum magna darentur: nunc marcidam velut illam faſtidiens, facto doces, quam rupta fides radice carens, quam neſcia ſtare. Hæcne inſignia nobilitatis tuæ, ut neſandi ſceleris tui dolum artibus innumeris tegens, funeſtis manibus tuis, innocentis Juvenculæ ſanguine madentibus, Sacramentalis copulæ jura tanto violare facinore debueras? An neſcias, miſerrime, quantum virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus, virtuteque remota, nigrat in exilium nobilitatis honor? Siquidem omne animi vitium tanto majus in ſe crimen habere (creditur), quanto qui peccat, major habeatur. Crede mihi, nobilis res eſt ſuccurrere lapſis, laſſoque digitos ſupponera mento; non mergere liquidis ora natantis aquis.

Media nox ſtertentibus irruitur.

75 Interea igitur ſol ruit, nebulaque cœpere reducere crepuſcula noctem; jam crudelis conſilii executores Lambertus & Hacca, condictam facinoris horam impiis excubiis obſervantes,

vantes, velut leonibus rugientibus ore cruento, pium adoleſcentulæ ſanguinem ſitientibus, differri vel ad momentum ſuæ iniquitatis effectum diſplicebat. Igitur dum terras animalia feſſa per omnes, alituum pecudumque ſopor altus habebat, jamque medium cæli nox humida metam contingeret, illi leviter Virginis oſtiolum impellentes, adeſſe in limine, quam Bertulfus indicaverat, honeſtam matronam, lingua mendaci aſſerebant. Necdum, ut credimus, Juvencula ſacra, ſeram datura per membra quietem, procubuerat, ſed toto proſtrata corpore terræ, pectora nunc tundens pugnis, nunc lacrymis ora rigans, in oratione pervigil perſeverabat; mox, quæ partim poſuerat, indumentis reſumptis dum venturam ſe diceret; truculenti illi tortores, importunis monitis perurgentes, accelerandum propere affirmabant, ne tam venerabili, quam ipſi adduxerant, femina, expectationis tædio affecta, recedente, totius ſuæ ſalutis opus caſſo labore deficiat. Virgo igitur beata, divinæ voluntati illorumque fidei ſe committens, ad cælos oculos ſublevabat, ab altoque pectoris fonte obortis lacrymis, crucis ſe muniens ſignaculo, ſupernam adeſſe ſibi protectionem flagitabat, & unica tantum tunicella, manicis carente, induta progreditur, non aliter quam ſi innocentem oviculam, manſuetudine ſimpliciſſimam, diris e veſtigio carnificum cruciandam manibus, produci videatis.

ab Remo & Lamberto ſtrangulatur.

76 Nec deſuit mirabilis in Sanctis ſuis divina potentia, terram, quam nudis, ut erant, plantis beata Juvencula egrediendo calcaverat, in pavimentum, miro tabulatus decore variatum commutans; novo hoc miraculi genere nos erudiens, quod veſtigia, quæ beata Godeleva ſua converſatione præceſſerat, mira virtutum varietate, tamquam pretioſis margaritis decorata, ſectando imitari, erat Deo gratiſſimum: quod licet, quos malitia excæcaverat, lateret oculos, certa depoſt tamen compertum experientia didicimus *a*. Suſcipientes ergo illam, de camerulæ oſtiolo prodeuntem, ſceleris deteſtabiles miniſtri, tamquam leones parati ad prædam, & velut catuli leonum habitantes in abditis, mappam, quam extenderant, in laqueum, lacteo collo innectentes, ferali rabie vim crudelitati accumulabant, ſacrumque Virginis guttur funeſtis ſimul manibus ſtringentes, vore una cum vita privare enixi ſunt. Labitur exanimis Juvencula ſacrata, pallentemque vultum roſeo quondam colore relinquente, labuntur cuncta frigida membra morte. Quam illi collapſam mox rapientes, in quemdam putreſcentium aquarum puteum, qui pro adaquandis jumentis adjacebat, ſanctum caput cum humeris immergentes, quod ſuperſuit vitalis ſpiritus ſæviſſimo extinguere conatu elaborabant.

Effuſus ſanguis in lapidem indurescit.

77 Quo fiebat, ut ſacer ſanguis, qui pœnæ violentia in guttur confluxerat, in aquam de ore profuſus, coagulatus in lapidem album inſtar calcis induratus ſit; album quidem, adoleſcentulæ intemeratam caſtitatem divinitus manifeſte declarans, lapidem autem, ne fluentis liquoris commixtione diffuſus, oculis non pateret, quam pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Licet enim multorum hæc contigiſſe credat devotio, ut ſiquid Ægypriaci pulveris humana fragilitate beata Virgo contraxiſſet, elementi hujus examine expiari debuerit; aliam potiorem tameo ſuperoæ hujus diſpoſitionis non ambigimus rationem, ut quod in camino tribulationis, tamquam aurum in fornace probata, purgandum habuiſſe nihil credenda eſt; ejus tam ſacri ſanguinis effuſione, quam beata morte hæc unda ſanctificata, quæ prius brutis pro ſua corruptela potabilis vix fuerat, ad Dei laudem ſanctæque Virginis & Martyris honorem, adeo fieret hominibus, diverſis vexatis infirmitatibus, ſalutifera, ut de illa potati, repente convaleſcentiam affecuti, puteum hunc aquarum viventium vitæque fontem, S. Godelevæ factum meritis, inexhauſtis præconiis prædicarent.

& cantus angelorum audiunt.

78 Porro plurimorum atteſtabatur relatio veridica, ſancta illa anima, corporis ergaſtulo ſoluta, cum rubri ſanguinis laureis mirifice ditata, ætherea regna coelcenderet; ipſa ſub intempeſtæ noctis hora, miraodæ ſuavitatis angelorum in aere ſe audiviſſe concentum *b*. Nimirum in qua conſuque Chriſti ſemper abuodavere paſſiones, ut io vita Crucifixo conſimilis effecta, etiam in morte, in viriſſimo loco paſſionis ſuæ, inter duos nequam crudeli examine extincta, cooformis inventa ſit, cæleſtibus io ſe abundantibus conſolationibus gloriari debuerat, traosformata a claritate in claritatem. Verum qui audierant, geſtarum rerum potitiam necdum habentes, quid cauæ ſubeſſet, penitus ignorabant. Truculentiſſimi igitur liſtores, beatam Juvenculam jam expiraſſe conſiderantes, mortuum corpuſculum, a maculis ablutum, ad cubiculum reportantes, multa cum diligentia loco reponunt, impunes ſe evaſuros æſtimantes, ſi eorum ſcelus tali celatum velamine, hominum notitiam lateat. Sed ſtulta nimis, o tu ſervilis impietas, & cæca proſus effera tua perverſitas. Numquid qui finxit oculum, non conſiderat, aut qui fecit aurem, non audiet? Plaoe oculi Domioi lucidiores ſole, circumſpicientes omnes vias hominum; nec eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus. Innocens quoque, quem crudeliter effuſiſti, virginis ſanguis, de terra clamans, ſeveritatis divinæ aures appellatione pulſat, ut eum acceperit tempus juſtitiæ, judicans, armetur univerſa creatura ad ultionem illius.

Exanimis corpus ab eis perit.

79 Interea dum ſol almam miſeris mortalibus extulerat lucem, referans opera atque labores; rebus jam luce retectis, admiratione moventur domeſtici, Godelevam de ſua camerula prodeuntem non ſcotientes, cui conſuetudinis ſemper fuerat, aurora oovo jam cum ſpargeret lumine terras, invicta labori prompta inſiſtere, aut divinorum gratia ad eccleſiam confugere, vel curiam perluſtrando, duplicatis continuo palmis, cælos crebro ſuſpicere, orationum verbula devota ſubmurmurare. Profecto revoluta dum ruberet mature jam dies, flammigeraque luce medium pulſaret olympum, necdum Virgine gravi de ſomno evigilaote, ſtupor admiratione adauctus eſt: ſiquidem eos latebat, luteo illam tabernaculo exutam, ſtolamque immortalitatis, ineffabili decore fulgentem, indutam, implorum ereptam è manibus, inter cæleſtes regalium juvencula-

jum

A rum turmas, inviolabilis gaudii delicitæ tripudiatorem, ad prioris incolatus ærumnosas miserias nolle reverti. Familiari proinde ausu quidam cubiculi illius limina irrumpentes, introgressi dum vestibus coopertam, strato decumbentem contuentur, (dominam) suam consopitam sopore arbitrantes, pio impulsu excitare conabantur.

ex Ms.

varia de ejus morte judicia.

80 Verum exanimis corpusculi frigida rigidaque membra senticotes, extemplo animi turbati iogentem gemitum tonsis ad sidera tollunt pectoribus. Hinc totam mox infelix vulgatur fama per terram, vicinorumque concurrentibus turbis, multiformi inter se turbantur sermone; quibusdam repentinam Juvenculæ mortem casualem æstimantibus, aliis nimia miseriarum afflictione fatigatæ mortem præoccupatam referentibus: nonnulli solitam Bertulfi mordacem ad illam acerbitatem suspectam habentes, violenter enecatam submussitabant; viri tamen potentiam verentes, hac de re nihil in publicum effari ausi sunt; potissimum cum nulla illatæ

B necis in corpore, dempto purpurei coloris in collo circulo, patescerent testimonia. Concordi tamen assertione, multis per noctem dulcisonas vocum consonantias auribus se de aere audivisse affirmantibus, ipsa hora sanctam ejus animam, corpore corruptibili solutam, inter cælestium spirituum lætabunda agmina æthereas conscendisse mansiones non dubitabant.

Redux Bertgulfus sponsæ curat,

81 Expediiis itaque curandn humandoque sponsæ necessariis, inter gemitue rigida illius membra thoro reponentibus, Bertulfus ingreditur, moxque procumbens, mortuam mediam complectitur, & ficto corde, totius ipse sceleris auctor, uberes se fundere lacrymas simulane, fraudulenta facie labiis dum impressit oscula, suo plus honori quam veritati consulens, multa procerum stipatus caterva, supremum defunctæ comitatue honorem, solenni ordine funerales pompae executue, beatum corpusculum in ecclesia Ghistellensi condiri procuravit, anno

e tertio a contracto matrimonio *e*, pridie nonarum Juliarum, secunda feria, quæ erat octava Apostolorum Petri & Pauli, anno a Dominica Incarnatione millesimo septuagesimo, Henrici quarti Imperatoris tertio decimo, Philippi se-

C cundi illius nominis Regis Francorum anno septimo, & Balduini Pacifici, octavi Comitis Flandriæ, tertio & ultimo, nam & ipse eodem sub anno defunctus est.

multiplicatio miraculo sortiua,

82 Porro nequaquam adesse sponsæ suæ exequiis dedignatus est Dei virtus & sapientia Christus Jesus, sicut in vita & in morte, ita & in funeralibus præclaram Virginis sanctitatem apertis quibusdam miraculis declarans. Deficientibus anim Bertulfo pro pia mendicorum recreatione frumentis, aliunde empta celeri expeditione adduci oportuit. Verum multoris * quo nelcio interveniente impedimento, & exequiarum nutabat religio consueta, & egenorum periclitabatur egestas famelica, Mirum dictu! Ejus, quæ dum viveret, viscerosis ad pauperes afficiebatur affectibus, exigentibus meritis, ex abundanti divinæ propitiationis largitate fiebat, ut bladis multiplicatis, & multoris absque labore, subito in farinam converse, nec venumdantis diminuta sit copia, nec esurientium, mox coctis panibus, ipe sua fraudata sit inopia. Multorum denique sanctæ Martyris tumulationi adstantium, quibus purior vita erat, patuit aspectibus, super illius nobiles exuvias superni luminis miri splendoris *d* columnam dilapsam fuisse, oculato hoc omnipotenti Deo insinuante documento, corpusculum, quod sanctæ illi animæ dignum præstiterat hospitium, tanta illius inhabitatione, cælestis virtutis consecntum efficaciam, ut nedum hominum, fidei devotione confluentium, restaurare valeat incommoda, sed inanimata, vel modico contactu illud contingentia, latentis numinis experta cognoscantur admirandam potentiam.

e & terra in pretiosiss. pides mutata.

83 Terram quippe sepulturæ *e* illius, quæ sacri corpusculi loculum tetigerat, simplicium quorumdam colligens devotio, reverentique loco repositam, post paululum pretiosas in gemmas conversam vehementer admirata est. Cujus rei fidem, cum difficilis creditu videretur, venerabilis Drogo monachus, primus vitæ Virginis conscriptor, utpote quam oculis ipse vidisset, veraci testimonio adstruens, cordibus sequentium omne dubietatis vulnus amputavit. Profecto ejusmodi decuit eam divinæ condecensionis efferri signorum testimoniis, quæ copiosis quadrata & polita in terris tribulationum cælaturis, ipsa pretiosissima Evangelica margarita, cælestis ædificii mansionibus aptari meruerat, ut tamquam lucerna supra candelabrum posita, lucere valeat omnibus qui in domo sunt. Hac etiam de causa, mox post beatam ejus martyrizationem, divino desuper irradiante respectu, plura credimus & magna contigisse miracula, quorum si numerum stupendumque ordinem describere volucro, noster hic tractatus, fastidio legentibus factus, promissæ narrationis modum excederet *f*. Quatuor tamen è multis perstringendo tangenda operæ pretium duximus.

D

d

E

f

F

ANNOTATA.

a *Hoc certius discere potuerat Drogo, apud quem tamen de eo miraculo altum silentium.*

b *Et id miraculum Drogoni incognitum fuit, procul dubio tantam Sanctæ gloriam non præteriturc, si ejus memoria, dum scribebat, superfuisset.*

e *Jam supra verum dixi, calculum hunc satis arbitrarie ab Anonymo præfixum. De ceteris ejus charactcribus chronologicis, plerumque fallentibus, alibi satis actum est.*

d *Eu aliud miraculum, de quo Drogo non meminit.*

e *Hæc iterum contradicunt Drogoni, quem pressius sequi debuisset Anonymus, ea ausus citare, quæ ille nusquam edidit; nisi quis fingere audeat, vitam a Drogone scriptam, ab ea, quam præmisimus, plane diversam fuisse. Verum ex plurimis argumentis, nimis quam aperte elucet, nostram ipsam Drogonis vitam Anonymo præluxisse.*

f Prolixitatem, fastidii matrem, *hic* refugit, *ubi minime fugere debuit. Gratius futurum lectori fuisse existimo, veram miraculorum historiam legere, quam longis illis moralibus digressionibus distineri.* Quatuor *ista* è multis *procul accersero non oportuit; quippe quæ ex ipso Drogone defuncta sunt: vem se dignam præstitisset, si miracula omnia, quæ a Drogonis tempore acciderant, accurate collegisset,*

CA-

A

CAPUT IX.

Varia miracula ad tumulum, insigne in Bertulfi, ex altera conjuge filia cæca, visum recuperante; maximum in ipsomet ad pœnitentiam converso; fundatio cœnobii virginum ex ejus bonis; prætensa Romæ facta canonizatio.

Ad tumulum sanctæ contractus;

COntractum a primis cunabulis filium, Algotum nomine, quidam habebat, qui multum de sanctæ virginis & martyris Godelevæ meritis confidens, prole miserabili ad sepulcrum ejus portata, una cum illa in oratione prostratus, post pusillum, quem membris destitutum adduxerat, sanum de terra surgentem admiratus, in laudem Dei & martyris Godelevæ ora laxavit & corda. Hic juvenculus sacris post litteris instructus, ubi in virile robur evaserat, diaconatus ordinem assecutus est,

B

jam erecta.

85 Alia quædam contracta ante januam monasterii sancti Trudonis, sanationis gratiam postulans, annis jam novem jacuerat; verum multis convalescentiæ beneficium adeptis, hæc sola, divina providentia, beatæ Godelevæ meritis reservabatur & precibus. Audiens nempe, quanta misericors Dominus per famulam suam miseris beneficia impartiretur, se ad ejus sepulcrum deferri procuravit, quo lacrymosam in orationem prostrata, protinus saoatam se sentiens, devotas Virgini gratiarum actiones persolvena, pedes valida ad natale solum regressa est.

Spicæ messui adhærentes sulguntur;

86 Quidam die Sabbato, hora, qua minime licuit, spicas in campo colligere cœca temeritate præsumpserat, cujus palmis spicarum manipulus, adeo firma connexione cohæsit, ut manu reliqua abjicere volentis vires, nedum non proficerent, sed a se totaliter deficerent. Mirum cerne, mox miser ille reatum in facto cognoscens, ad mausolum * Virginis confugiens, & humi prostratus, contriti cordis obtulit holocaustum, veniam postulans & gratiam. Necdum oratione finita, digitorum ille rigor lentescens, liberum spicis præbens esum, & hominem sanum, & a simili crimine imposterum reddidit cautiorem.

* leg. mausoleum.

C

ui & hujus altera virus mulieris visui affluus.

87 Sacerdos parochiæ, quadam die, festum solenniter celebrandum populo intimans, ab omni servili opere vacandum denuntiaverat. Aderat inter audientes mulier quædam lucri avida corporis, a Dei autem timore penitus aliena & vacua. Hæc sacerdotis mandatum parvifaciens, cum tincturam in vase, quam paraverat, movendam opportunum valde judicasset; accepto, sub ipso die festo, baculo, quod mente conceperat, opere prosecuta, in liquidam profundavit materiam. Mirabile valde, repente instrumentum ita utrisque cohæsit manibus, ut nec extensione, nec brachiorum contractione vi qualibet laxari posse videretur. Accurrit familia, reboat rumoribus domus, tota volat mox per vicinos garrula fama. Convenere plures; aliis vinlenter extorquere baculum de manibus elaborantibus, aliis manifestum in facto miraculum confidentibus, sanctæ martyris Godelevæ interpellanda merita suadebant. Multis interim ad tam invisum divinæ vindictæ spectaculum undique concurrentibus, diuturno inter se luctamine diffidentibus, cogitur tandem mulier misera, baculo inseparabiliter continuo palmis cohærente, ad sanctæ martyris Godelevæ reliquias confugere, totoque se illic corde eum lacrymis in faciem prosternens, post intimam suæ temeritatis accusationem, inter devota orationum verba laxantur articuli, & videntibus cunctis cadente baculo, sospitati femina restituitur. Homines ergo illi, qui convenerant, tam ingenti viso prodigio, Deum in sancta virgine & martyre sua Godeleva unanimi voce collaudantes, manifesto hoc signo sentiebant, quanti meriti haberetur in cœlis, quam Dominus omnipotens tam inviolabili veneratione coli voluisset in terris: ejus namque precum instantia, & peccatricibus animabus gratiam, & morbidis corporibus sanitatem, ambiguisque hominum successibus salutiferam elargiri prosperitatem,

D

ex Ms.

E

Ad S. Virginem & Martyrem.

88 Salve igitur, o tu Godeleva, virgo sacra, speculum patientiæ, exemplar humilitatis, decus virtutum, vera Jovis proles α, Flandriæ nostræ unica Martyr, consolatrix prompta omnis animæ tibi devotæ. Quas tibi laudes referam dignas, nescio; namque haud tibi vita mortalis, nec vnx homioem sonat, Tu es Dea certe, tu Phœbi soror & nympharum sanguinis una: te stygii tremuere lacus, te janitor orci, ossa super recubans antro semela cruento.

α

pia deprecatio.

89 Gaudeat plane tam nobilis Virginia genitrix ipla Bolonia, exultet & lætetur illius virtutibus & reliquiis decorata Flandria: felix nimia atque beata tanti thesauri servatrix o tu Ghistella, infelicissima tamen, si superni muneris non digna cultrix, sceleris arguaris ut ingrata. Accipe itaque, o tu Juvencula sacratissima, quascumque has meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum susceperis vota, culpas nostras excusa. Admitte preces nostras in sacrarium exaudituonis tuæ, & reporta nobis antidotum reconciliationis; sit per te excusabile, quod per te ingerimus, sit impetrabile, quod fida mente poscimus. Excusa quod timemus, redona quod rogamus; assiste paratis votis poscentium, & repende omnibus optatum effectum. Sit tibi studium, assidue orare pro populo Dei, tu quæ virgo viro desponsata, dehinc per repudium viduata, corpore tamen semper intemerata, glorioso tandem martyrio laureata, introduci in vinariam cellam a sponso Christo promeruisti, ubi torrente divinæ voluptatis haustu potata, pleniissima perenni satiaberis suavitate ab ubertate domus ejus.

F

Ex altera conjuge nata Bertulfo puella cæca

90 Denique mox ubi sanctæ Godelevæ funeralia & exequiarum cæremoniæ expeditæ sunt, periit memoria ejus cum sonitu, licet pro sæculi honestate, lugubri indumento conjugis mortem Bertulfus dolere videretur. Quippe ubi verus amor non fuit sed fastidium, sublatum gaudebat quod toto aspernabatur affectu. Secundas igitur, non multum post temporia, nuptias contrahens, filiam genuit, facie

A cie quidem ſpecioſam, cæcam tamen a primordiis nativitatis ſuæ. Quæ poſt grandiuſcula facta, cum patris ſui in primam uxorem impietatem inter vicinas calumniari advertiſſet, cæcitatiſque ſuæ cauſam, illius in ſanctam mulierem peccatis indubie imputandam; licet adhuc parvula, videlicet novennis eſſet, ſenſus tamen, ut cæcorum communior conditio, ſatis cana erat; mentis jam oculis nova fidei luce illuſtratis, grandem fiduciam in B. Godelevam concipiens, illius decrevit privata devotione merita interpellare.

meritis S. Godelevæ viſum recuperat.

91 Factum eſt ergo, ut quadam dum nocte ſe ſopori dediſſet, adſtitiſſe ſibi redimitæ ſpei femina, candidioribus nive veſtimentis induta viſa ſit, quæ pio ſe affatu admonebat, ad aquas, in quibus præfocata exſpiraverat, ſi pergens oculos tingeret; pro ſua quam ad Sanctam eoneeperae, devotione, merito ſui martyrii, ad honorem Dei viſum reciperet. Quam cum viſionem puella matri retuliſſet, illa juvenculam, quaſi de inſipientia dura increpatione confundens, ſomnia, tamquam vana & frivola, non curanda affirmabat, nec Godelevæ meritis ſanitates poſſe dari, quæ multis iniquitatibus obnoxia, non ſine demeritis hinc diſceſſiſſe præſumebatur ab omnibus. Verum puella veridico inſtructa oraculo, tempore non omni omnibus eſſe credendum, potiſſimum cum injuſta ſæpe accuſetur infamia juſtus, hæc matris maledicta aure ſurda pertranſiens, tacita ſecum cogitatione proponebat, admonitionem, quam cælitus indubia viſione accepiſſet, effectui mancipare. Opportunitatem igitur nacta, cum die quadam per juvenculas conſodales ad hunc puteum perduci ſe obnixa prece poſtulaſſet, oculorum lociculos, a nativitate luce orbatos, fide ſincera, devotione pura, grandique fiducia ter abluens, juxta ſanctæ Virginis & Martyris promiſſionem divinitus illuſtrata, clariſſimum videndi lumen affecuta eſt.

patrii fidem mori acuto mordax homo:

92 Mox in laudem Genitricis Dei & beatæ Godelevæ linguam reſolvens, ſe liberatam voce magna proclamabat. Hujus miraculi fama late diſperſa per urbes, ad ſanctæ Virginis reverentiam quamplurimos excitabat, licet needum Sanctorum, auctoritate Apoſtolica adſcripta catalogo, publica eoli veneratione debuerit. Bertulfus autem hæc audiens, vebementer obſtupuit, &, conſcientia ſtimulante, duro ſecum cogitationum fluctuabat æſtu. Et quidem pie de beata Godeleva jam ſentire cœpiſſet, niſi conjugis ſuæ, virtutibus ſanctæ Virginis continuo detrahentis, iniqua perſuaſione ſeductus, ae in improbum ſenſum traditus, quod contigerat prodigium, divinæ quidem miſerationis aut caſualis eventus operatione factum fuiſſe, nequaquam tamen Godelevæ adſcribendum meritis judicaſſet. O detractio nefanda! filia livoris virulenti nequiſſima, quæ cum beneficia negare non poſſit, quocumque modo pervertere tentas, & minuis laudes, quas non abſcondere fas eſt. Hac igitur peſtifera execratione homo illaqueatus, donec ſecunda hæc uxor humanis exceſſeret, gratiæ expers, nullam beatæ Godelevæ, jam patentis ſanctitatis prodigiis fidem dedit. Miſericors tamen ipſe Deus, nolens mortem peccatoris, ſed potius ut convertatur & vivat, glorioſæ Virginis & Martyris precibus & meritis, gratiam gratiæ ad illius illuminationem accumulare dignatus eſt.

et novo prodigio de effectis per Sanctam indulgit.

93 Ipſa quippe conjuge ſecunda viam univerſæ carnis ingreſſa, cum die quadam miniſtrum, telam deferentem pro conficiendis lineis veſtibus, quæ camiſiæ dicuntur, Gbiſtellam miſiſſet, illeque jam iter medium contingens, loco propinquus eſſet, in quo pia Godeleva, noſtri adhuc incolatus depreſſa miſeriis, vel ad eccleſiam pergens, vel inde rediens, fatigatum corpuſculum quiete modica reficere conſueverat; oculos ipſe attollens, venerandæ majeſtatis dominam, ſub arbore, denſis quæ illic frondibus umbroſam laſſatis artubus præbebat repauſationem, conſediſſe conſpexit. Quæ eum amictu venuſtaretur cælico, nitore præfulgido, nullo modo noſtræ corruptibilis videbatur ætatis. Admiranti proinde juveni ſubitus tremor occupat artus, diriguere oculi, arrectæ borrebant comæ, vox faucibus hæſit, tentantemque abire fuga, blanda ipſa allocutione demulcens, itineris cauſam inveſtigat; quam corde pavido intimante, ipſa ſubjunxit: Neminem, cariſſime, in operis hujus artificio, deſiderio magiſtri tui tam conformem, quam me invenies. Propterea meæ fidei telam committens, domum revertaris, nihil diſpendii pertimeſcens, dumque Bertulfo, quod videris, retuleris, protinus rediens, conſummatum opus cum gaudio reportabis. Miniſter autem, eordis quodam horrore circumfuſus, quiddam numinis in facto perſentiens, potiſſimum cum chirotbecas illins, miro decore ſtelliferas, a ſolis radiis dependentes *b*, juxta ſe contueretur, pro ſeminæ reverentia, rationabili petitioni contradicere nequaquam audebat.

eam domum corde contristat,

94 Offerens igitur telam, domum reverſus, graves gemitus imo de pectore trahens, narrat, quid acciderat; quo Bertulfus caſu vebementer concuſſus inaudito, frigidus illi tremor membra quatit; vultu tamen rem ipſe diſſimulans, mordaci ſamulum reprehenſione affectum, utpote qui pretioſam telam manibus commiſiſſet ignotis, remiſit. Qui loco eodem diva inventa Virgine, perfectas quas dederae veſtes recipit. Ampliori proinde ſtupore correptus, anxio dum corde de illius nomine inveſtigaret, illa reſpondit: Non te moveat, fili, nominis mei notitia, operis enim hujus artificium tuo magiſtro perſonam meam utique manifeſtabie. Illi igitur hæc deferens nuntiabis, ut omnipotentis Dei beneficiis non ingratus, ad pœnitentiæ remedia converſus, divinæ gratiæ conſcientiæ domum coaptet. Ejus ſaluti, ſiquid opus fuerit, non deerunt mearum illi precum adjuvamina. Famulo deinde recommendatione devota valedicens, oculis ſubtracta, ingentem ſuga tranſiit ſub nubibus aeum. Uhiverſa ergo hæc miniſtro renuntiante, mox ut artificium cum plicatura Bertulfus intuitus eſt, Godelevæ opus proteſtatus, vehementer obſtupeſcens, gelidus illi coit formidine ſanguis; dirum tamen premens in corde dolorem, adhuc illam ſe inventurum arbitratus, ad locum accelerans, it lacrymans fleti-

A fletibuſque humectat grandibus ora. Verum illa jam non inventa, revertitur, altiuſque ingemiſcens, dedit has imo de pectore voces. Heu omnium virgo Godeleph erudele luiſti innocens ipſa ſupplicium: plane quicumque tuum affeci miſer doloribus ipſe corpus, non patiar inulte. Quas namque valeam tali condignas pietati referre retributiones? Tanti quæ me criminis reum ſciviſti, has pias voluiſti ipſa nihilominus impendere vices.

poſt aſſiſſimam penitentiam, monachus ad S. Vincentii ſepulcrum.

95 Sumpto proinde protinus exhine Bertulfus ſano conſilio, totam quam poſſederat ſubſtantiam, jam ipſe mentis oculis illuminatum ſe ſentiens, filiæ ſuæ, quæ & B. Godelevæ meritis vilum corporalem receperat, aſſignans pias ad eauſas diſtribuendam, ad terram Sanctam

a contra Saracenos militaturus *a* ipſe proficiſcens, poſt multiformes in ſatisfactionem tanti reatus voluntarie perpeſſas miſerias, poſt præclara militiæ ſuæ peracta illic facinora, poſt varia inimicis Chriſti illata damna, de trans mare regreſſus; damum poſt devotam liminum Apoſtolorum viſitationem, in Flandriam reverſus eſt:

B moxque mundum aridum cum caduco ſuo flore, lueulentaque terrenarum poſſeſſionum prædia relinquens, Chriſti jugum in monte Sancti Winnoci, ſub diſciplina regulæ divi Benedicti humiliter ſubiit, illius æmulator factus egregius. Nam abſtinentiæ laudabilis, humilitatis profundæ, caritatiſque ſingularis exemplar exiſtens, non ceſſabat die noctuque irremediabilibus lacrymis oculos expiare mentales, tantam ſceleris commiſſi oſtendens contritionem, ut erebro in ſui contumeliam, ſanctæque virginis & martyris Godelevæ honorem, iniquam lui livoris in illam crudelitatem publica occaſione deplorans, arcana quædam, quæ alias latuiſſent, fratribus revelaverit. Tandem poſt laudabilem pœnitentiæ diuturnæ perſeveraniam, morte devota ſopitus, inventus eſt gravem ſuper oudo geſtaſſe loricam, quam a multis annis nequaquam depoſitam, caro quæ circulos eminentes ſupercreverat, teſtabatur. Quocirca pie eredendum eſt, virum hunc olim infidelem, per mulierem ſalvatum fidelem, Iſta ut ſidus matutinum, ille autem ut veſpertinum, pœnitentiæ viam illuſtrantes, beatæ jam ſimul immortalitatis præmiis perfruuntur. Quod & adſtruere

C indubie videtur, quia multos poſt annos corpuſculum illius, quod loculo plumbeo reconditum terræ commendatum fuerat, penitus ineorruptum repertum eſt; hujuſmodi celte inſcriptam filici inſcriptionem habens: HIC JACET BERTULFUS, QUONDAM MARITUS ALMÆ DOMINÆ SANCTÆ GODELEVÆ.

Filia ejus cœnobium virginum condit.

96 Porro filia illius, virgo Deo devota, omnem penitus hereditatis paternæ copiam, in illius remiſſionem peccatorum Deo dedicans voluntate promptiſſima, in loco martyrii ſponſæ Chriſti devotum ſanctarum Virginum fundavit monaſterium. Quo factum eſt, ut puteus ille, quem Virgo ſacra morte ſanguineque ſanctificaverat, intra conventus ambitum interclufus, lapidea circumſeptus maceria, multis poſt, ut præfati ſumus, eorporibus languidis hauſtum exinde poculum optatam contulerit convaleſcentiam.

Scriptum a Dungero Sanctæ vitam

97 Succedentibus igitur annis poſt paſſionem ſanctæ martyris Godelevæ, Ghiſtellenſis parochiæ vacante eccleſia, cum illius collatio ad

Epiſcopum Tornacenſem & abbatem S. Andreæ juxta Brugas viciſſim pertineat, monachus quidam conventus illius, Drogo nomine, vir utique tam ſcientia quam religione præcipuus, illius curam, ſuo jubente Prælato, ſuſcepit, gregem ſibi ſubjectum multa eum diligentia in viam minans mandatorum Dei. Ejus temporibus, tam crebris miraculorum prodigiis quam fama publica ſanctitati Virginis atteſtantibus, multorum honeſtorum obnixe poſtulantibus inſtantiis, idem venerabilis Drogo inductus eſt, ut beatum vitæ illius decurſum, quibus imprimis orta natalibus, quibus infantula educta diſciplinis, cujus denique tradita connubiis; exhinc quantis affecta miſeriarum anguſtiis, quorum demum martyriaata fraudibus; & in his omnibus quam copioſis effulſerit virtutum ornamentis, utili digeſtum ſtylo conſcribendum dignaretur ſubire laborem *d*. Dignum quippe erat, ut quæ tam copioſa benedictionis dulcedine præventa in vita, jam indubie crederetur ſublimata in cælis, Sanctorum adſcripta catalogo, decenti veneratione coleretur in terris.

98 Quibus ille, ad omnipotentis Dei & ſanctæ virginis & martyris Godelevæ honorem, populi piis annuens deſideriis, utpote qui vir devotus erat & zelator veritatis præcipuus, diligenti inveſtigatione, quæ narrationi opportuna eſſent, ab iis qui omnium judicio probati & veridici habebantur, prout oculis viderant, auribus audierant, & ita ſe habere juramento firmaverant, inquiſivit. Inquiſita quoque in tractatum per modum epiſtolæ redacta, D. Rabodo, Noviomenſi & Tornacenſi Epiſcopo, viro plane fide & doctrina nominatiſſimo examinanda, corrigenda & approbanda tranſmiſit; ita exordium ſumens: Benignitas Omnipotentis *e* utrumque ſexum ad ſuam miſericordiam vocat. Conſequens autem tenor Legendam beatæ Martyris elucidabat: tandem ſubjungens, ut ſua dignatione examinata, ſiquæ ſuo judicio fidelium ædificatione digna deereverit, ſuperfluis lima correctionis reſciſſis, minus autem lucentibus rationis luce illuſtratis, pontificali auctoritate roborata, ad quoſcumque pervenerint, rata haberentur: nec ſe reprehendi, aut hæc minus confirmari debere, eo quod ſolo, quæ ſcripſit, auditu didiciſſet, eum & ſacrarum Scripturarum auctores quamplurimi, approbatione ſolenni jam authentici, feciſſa idem perlæpe cognoſcantur.

recenſens Radbodo Epiſcopo.

99 Præſul autem egregius hæc cum legiſſet, etſi Drogo venerabilis ea ſcribens, vir omni dignus fide haberetur, utpote religioſus tantæ perfectionis profeſſor; nihilominus ad omne dubitationis vulnus de eredentium cordibus reſecandum, præcipuos ad notabiles oppidi Ghiſtellenſis tranſmiſit nuntios, qui iterata examinatione rem ventilantes, ſinceram facti veritatem renuntiarent. Quibus fideliter juſſa exequentibus, dum veridicorum illa ratificata indubio teſtimonio retuliſſent, ſacer Antiſtes ſuæ illa auctoritatis commendatione confirmata, ſummo Pontifici ejuſque Fratribus Cardinalibus præſentavit *f* approbanda. Qui cum omnibus in Romana curia pro tunc reſidentibus Prælatis, maturiori profundiorique adhuc rem ſcrutantes indagatione, cum electam Dei ſponſam Virginem & Martyrem, omni veneratione dignam in-

cœnonizationem Regina procurasse dicitur.

A veniſſent, quam talibus tantiſque omnipotens
ex ms. Deus glorificare voluiſſet ſanctitatis indiciis; unanimi conſenſu Sanctorum hanc catalogo adſcribentes, ſacra ejus oſſa de terræ pulvere transferenda, publicæque adorationi ſublimanda præfato Epiſcopo commiſerunt. Qui negotium benevolenter executus, anno Dominicæ Iocarnationis MLXXXIV. D. Hildebrandi, qui & Gregorius VII. Romani Pontificis anno VIII. Henrici IV. Imperatoris XXVII. Philippi II. Regis Francorum XXI. & Roberti XI. Comitis Flandriæ, cognomento de Vrieſe anno XII. qui fuit poſt beatam virginis & Martyris Godelevæ depoſitionem annus XIV. III. Kal. Auguſtarum, die Lunæ, cum devota, ut decuit, ceremoniarum exhibitione, theſaurum illum nobilem atque pretioſum, ſanctum videlicet corpuſculum de terra elevans, decenti illius venerationi loco collocavit, ad gloriam & laudem omnipotentis Dei, qui vivit & regnat trinus & unus per immenſa ſecula benedictus.

B

ANNOTATA.

a *Vox nimis profana eſt, quam ut hic adhibeatur, nec ſtygii lacus, nec janitor orci, nec tot alia collecta ethnicorum placita, in rei ſacræ ſubſidium a poetaſtro accerſenda fuerunt. Magis placet numerus proxime ſequens, ſciolis illis oſtentationibus vacuus.*

b *Satis convenienter ad majorem ſtuporem addi hoc potuit. Habes plura in Actis noſtris id genus prodigii exempla, etiam hoc die de S. Goare.*

c *De hac Bertulfi converſione egimus ultimo Commentarii paragrapho.*

d *Drogonis prologum rectiſſime explicat; aſſi ipſum tunc ſcripſiſſe, dum Ghiſtellenſis eccleſiæ collatio* ad Epiſcopum Tornacenſem, & abbatem S. Andreæ juxta Brugas vicinum pertineret, *admitto omnino non poſſe, niſi Radbodonis Epiſcopi ætatem ad annos viginti, ultra 1098. extenderis. Atque hæc cauſa fuit, cur ſcriptoris hujus auctoritate uſus non ſim, dum de vero Legendæ* S. Godelevæ *auctore in Commentario diſputavero.*

C

e *Potuit iſtiuſmodi præfatiuncula, alinde deſumpta, prologo Drogoniano præmitti, veluti omnibus ſanctis multeribus communis, verum ea verba Drogonis ipſius non eſſe, ex ſupradictis abunde patet.*

f *Quæ toto hoc numero continentur, pleraque falſa eſſe, propriis ſuis locis oſtendimus.*

MIRACULA

Ex variis collecta.

Præmonitio editoris,

Orta eorum quæ hic deſcribuntur.

Ultimo Commentarii noſtri paragrapho hucusque remiſimus miracula omnia, de quibus nec Drogo nec Anonymus in præmiſſis hic Vitis memineruntur. Sunt ea a diverſis compilata, ſed non eadem ſubnixa fide, cum non conſtet, quis maguam Legendam Belgicam, quis porro minorem, & ex quibus monumentis collegerint. Vetuſtiora ſatis confuſe digeſta, perſpicuum eſt: quæ ſeculo XVI. & ſub initium XVII. acciderunt, notis temporum diſtinguuntur. Sæpe laudatus Clericus Ghiſtellenſis pro anno 1506. ſolum illa ſuccincte ſtylo narravit, quæ citra paucos annos, *ut loquitur, ſuis ferme oculis obſervaverat, quæque ad ſcriptorum Belgicorum notitiam numquam pervenerunt. Recentiſſima ſubminiſtrarunt, tum Ghiſtellenſis Magiſtratus, tum Sanctimoniales Godeleviane, teſtimoniis Mſs. conſignata, quæ gratiarum per S. Godelevæ merita ſeptem noſtra ætate necdum inaruiſſe glorioſe demonſtrant. In quatuor proinde claſſes dividenda erunt, quæ hic trademus miracula, quorum nonnulla in templo Ghiſtellenſi picturis expreſſa diximus. Prima continebit antiquiora illa ex vitis Belgicis, nullo temporum charactere diſtincta. Altera dabit Clerici Ghiſtellenſis commentariolus, ad annum uſque 1506. In tertiam ex prædictis vitis Belgicis ea conjiciam, quæ reliquo ſeculo* XVI. *& ſub principium* XVII. *acciderunt. Demum in claſſe ultima, quæ recentius facta ſunt colligentur, inſtrumenta ipſa laugiora, non ad verbum, ſed ad rei ſubſtantiam interpretando. Neque id ſcrupuloſius diſtinguendum cenſui, quamquam hinc inde indicetur, factane fuerint miracula in monaſterio, an in templo Ghiſtellenſi: omnia ad ejuſdem Sanctæ gloriam referuntur.*

D

CLASSIS I.

Nullo temporum charactere diſtincta.

Puerus adoleſcens ob dicacitatem, ad ſepulcrum S. Godelevæ ſanitatem recuperat.

A Doleſcens Aldenburgenſis, qui in vicinam Ghiſtellam oegotii cauſa miſſus erat, in oppidum ſuum redux, reperit protervos aliquot ganeones luſui, tripudiis aliiſque ludicris & ineptiis occupatos. Interrogant ipſi adoleſcentem, quid Ghiſtella novi portaret? Reſpondet hic: Qui greſſu integro Ghiſtellam pergunt, claudi inde redeunt; qui acuto viſu gaudent, cæci fiunt; qui ſani, morbum contrahunt, aut membro aliquo mutilantur. Id nempe effutiebat audaculus ſcurra, deridens miracula S. Godelevæ. At præſens adfuit divina ultio; vix enim poſtrema verba protulerat, cum os ei ad aures uſque protinus detortum eſt; quique paulo ante Deum & Sanctos ludibrio habuerat, jam mutus, ſtolidi inſtar, vulgi fabula fuit. Interim circumſtantes timor corripuit; parentes vero & amici magno dolore affecti ſunt, modum quærentes quo miſerum juvarent. Nihil promptioris remedii ſuaderi potuit, quam ut adoleſcentem ducerent ad ſepulcrum S. Godelevæ, ubi cum ſuſpiriis & lacrymis Dei miſericordiam exoraſſent, meritis beatæ ejus ſponſæ, cujus ibi ſacræ exuviæ quieſcunt, ſurrexit adoleſcens, recuperata ſanitate & priori forma, actis Deo & S. Godelevæ gratiis.

E

F

Mulieres duæ & puer ſalutem priſtinæ ſanitati reſtituti.

3 Mulier Ghiſtellenſis ægra & paralytica, ad S. Godelevæ ſepulcrum delata eſt, Miſſas pro ea celebrarunt ſacerdotes, at priuſquam abſolverentur, ſurrexit ipſa omnibus membris tremula, & ſic ſanitati reſtituta, multis poſt annis ſupervixit. Alia ibidem mulier arido, inflexibili & in longum extenſo brachio laborans, poſtquam longo tempore ſic affecta fuiſſet, ad ſepulcrum S. Godelevæ recurrens, omni incommodo libera evaſit. Puer aliquis in pago, dicto Moerkercke, aquis hauſtus & præfocatus eſt; quod ubi mater reſcivit, multis lamentis &

grandi

A grandi ejulatu Deum invocavit & S. Godelevam, ut puerum vivum reciperet. Mox puerum ex aquis retrahit, qui, vix media hora elapſa, vitæ redditus eſt. Eum mater ad S. Godelevæ ſepulcrum duxit, Deo & ſponſæ ejus gratitudinem teſtatura.

Virgo vitiligine comitiali morbo laborans, mira ſanatur

4 *Sequitur miraculum de tribus furibus, qui Sanctæ lipſanothecam ſpoliaverant, at cum de eo ſupra egerimus §. 9. num. 97. non eſt cur hic denuo repetatur. Legendam majorem Belgicam deſcribimus, in qua cum nimis fuſe narretur hiſtoria de puella, morbo comitiali laborante, rem paucioribus contrahemus.* Mater quædam, filiam habens venuſtam corpore, ſed immedicabili morbo affectam, eum oppui eam tradere non auderet, ad religioſas S. Godelevæ recurrit, multis precibus ac promiſſis eas exorans, ut filiam ſuam admitterent. Illis autem tergiverſantibus eauſantibuſque, fama vulgatum eſſe, virgioem iſtam comitiali morbo laborare, auſa eſt mater juramentum præſtare, filiam eo morbo numquam fuiſſe correptam, eoque pacto & donis pluribus ſic ſanctimoniales inſcavit, ut taodem votis potita ſit. Aliquanto

B poſt tempore apparuit matris fallacia, filia in prædictum morbum recidit, idque toties, ut moniales eam a reliquo cœtu ſeparare coactæ fuerint. Ibi illa dolore confecta, aut fugam ex claustro, aut violentam mortem meditari cœpit. Quæ cum animo diu volutaſſet, dira conſilia taorum oon executioni mandatura, in ſomnis ipſi apparuit S. Godeleva, ſanctiſque ſuis monitis vacillantem confirmans, morbo protinus liberandam, ſuaviter pollicita eſt. Hinc illa ſanctæ patronæ ſuæ meritis corpore valens, novo ſpiritu animata, & noxias tentationes ſtrenue repulit, ac deinceps in religioſa propoſito ad uſque vitæ finem conſtantiſſime perſeveravit. Laudetur Dei miſericordia, per Sanctos ſuos tot beneficia hominibus conferens.

Sanctimonialis oculi 2 meſſem furati obſervantur.

5 Non malto tempore poſt fundatum Ghiſtellenſe monaſterium, contigit ut ſororcs meſſem in manipulos congeſtam colligerent, eamque noctu in agro relinquerent. Id cum obſervaſſent quidam oebulones, clam omnia pararuot, ut mox navi frumeotum aveherent; aſt eam vix onerare cœperant, cum ſeoſim

C ſubſidere obſervarunt. Id quidem mirati ſunt nequam homines, ſed navim onerare pergentes, eam aquis repleri videbant, tametſi integra & intacta eſſet. Demum cum & ipſa & ipſi prope mergerentur, timore correpti, mutuo interrogabant, ad quem ii fructus ſpectarent, quos jam furati fuerant. Audieotes vero, meſſem eſſe ſororum monaſterii ſanctæ Godelevæ, ultronem Dei & Sanctæ veriti, ab incepto deſtiterunt, alibi latrocinia ſua exercituri.

Puella cæca viſum recipit.

6 Cum Sluſæ in Flandria tenella virgo per infortunium viſum amiſiſſet, contriſtati parentes ſpoponderunt, ſe ſanctam Godelevam viſitaturos eo loci, ubi martyrium ſubierat. Eo appulſi a ſanctimonialibus impetrarunt, ut cum cæca filia claustrum ingredi poſſent; ubi poſt fuſas preces puellam ad S. Godelevæ puteum duxerunt, & ſalutifera aqua oculos abluerunt. Atque eece matri iodicat cæca puellula, ſe aquam iſtam videre. Itaque in genua provoluti omnes, Deum glorificaverunt, et-

que ob acceptum beneficium gratias retulerunt; quippe mœſti prolem cæcam Ghiſtellam adduxerant, videntem læti domum reduxeruot. Occaſione iſtius miraculi, claustrum, quod nemo prius ingredi potcrat, impoſterum patuit ægris omoibus, qui iſtic magno numero morbis prompta ſolatia repererunt. Benedictus Deus!

D EX VALLIS.

7 Civis aliquis Brugenſis maoc hora quarta per portam S. Catharinæ urbe egreſſus, vix paululum vitæ confecerat, enm corporis debilitate deliquium paſſus, in herbam decidit: ad ſe deinde rediens, mutum ſe factum advertit. Dum iſtic miſer lederet, tranſiere viri duo, quibus cum ſignis variis ſe elinguem oſtenderet, ab iis domum reductus eſt. Conſternata uxor & tota familia Sanctam Godelevam ſumma fiducia invocarunt, voto mox concepto de peregrinatione ad locum cjus martyrii ſuſcipienda. Itaque poſtridie mane hora ſeptima egreſſi, cum mediam viam Ghiſtellam inter & S. Godelevæ cœnobium attigiſſent, ſolatii oonnibil ſentire viſus eſt mutus; ar poſtquam ad puteum pervenit & medici- E nalem aquam hauſit, loquelam continuo recuperavit, omnique infirmitate ſe liberum ſenſit: atque actis Deo & S. Godelevæ gratiis, lætus cum ſuis ad propria remeavit. Vulgata late eſt hujus miraculi fama, ſanctimonialibus æra campana pullantibus; quique viderant vel audierant laudabant Dominum, qui mirabilis eſt in Saoctis ſuis.

Civi Brugenſi muta lingua restituitur.

Infans qui aciculam deglutierat, ea liberatur.

8 Quinquennis infans grandiori acicula ludens, eam caſu deglutit; unde tam vehementi ſtatim dolore affectus eſt, ut, nec veſtigium vitæ appareret. Afflictiſſima mater nullum humanitus remedium inveniens, quo moribundum juvaret, ad Deum confugit, & in terram proſtrata, ejus miſericordiam per S. Godelevæ patrocinium invocans, promiſit ſe viſitaturam locum, in quo Saocta martyrium paſſa fuerat. Præſentem ſenſit medelam; vixt enim votum conceperat, eum ad infaotem rediens, motum in eo obſervavit: ſecutaque tuſſi, per gutter acicula ab infante emiſſa eſt, iſque continuo priſtinæ ſanitati reſtitutus. Memor voti mater, illud proximo San- F ctæ Godelevæ feſto complevit, puerum ſecum ducens & conceſſam ſibi gratiam ubique læta prædicans. Miraculum ex cathedra populo annuotiavit concionator, puerum teſtem exhibens: acicula vero ipſa, in perpetuam rei memoriam Sanctæ Godelevæ imagini appenſa eſt.

CLASSIS II.

Ex commentario latino Ms. Clerici Ghiſtellenſis, ſcripto circa annum MDVI.

Scriptoris exempli ad hæc miracula præfatio.

Reverendum hunc commentarium cum Majoribus noſtris communicavit V. C. Aubertus Miræus, nunquam antehac editum, ut plane opinor, cum legendarii Belgici nihil habeant, quod cum hic narratis ullo modo conveniat. Auctoris nomen fruſtra quæſivi. Non aliud ſibi munus in eccleſia Ghiſtellenſi tribuit, quam quod in ea converſatus ſit: ex iis autem, quæ in decurſu ſermonis aſterum indicat, veroſimiliter colligo, unum fuiſſe ex ſeptem Capellanis, qui ni eccleſiæ inſer-

A *vicinum, ut alibi dictum eſt. Audiamus ejus præ-*
XX VA- *fatiunculam :* Requiſitus continuis monitis a
RIIS. quibuſdam bonorabilibus ac devotis perſonis, ut aliqua de miraculis, ſignis & prodigiis, quæ ipſe ſummus electior Chriſtus Jeſus, in honorem carę ſuæ virginis & martyris Godelevæ indies oſtendere non deſiſtit; hinc eſt, quod omnia vetera, quæ hinc inda in diverſis voluminibus de ea legi, cum in ejus Legenda ſeu vita, quæ miraculis plena refulget; in vita videlicet, in morte & poſt mortem ejus, ut liquet devote eam ſequentibus; tum etiam in multis vetuſtis voluminibus, in eccleſiis circumvicinis, videlicet de Zande, Sevecote & Moere ſparſis, nmittens; ſolum illa ſuccincto ſtylo narrare intendo, quæ ipſe citra paucos annos, quibus licet indignus, in eccleſia parochiali B. Mariæ de Ghiſtella, Tornacenſis diœceſis, ubi pignora & reliquiæ ejuſdem Martyris honorifice requieſcunt, converſatus ſum, partim oculis propriis vidi, vel ab illis, quibus hæc contigerunt, ſub juramento

B acceps.

Reliquiæ S. Godelevæ bonoſſe in turribii incendio ſalvæ. 10 Anno MCCCCLXXXVIII. diris graſſantibus in Flandria inteſtinis bellis, feretrum cum reliquiis ſeu corpore dictæ martyris Godelevæ in quadam tumba lapidea, propter prælii timores, elam occultatum in eccleſia exſtitit. Sed tandem ultima Januarii ejuſdem anni, guerris indies creſcentibus, occulto Dei judicio, oppidum de Ghiſtella bellice capitur, comburitur & deſtruitur, una cum eccleſia. Qua combuſta & igne quaſi exſtincta, ut intrantibus acceſſus patuiſſet, inventum eſt feretrum jam dictæ Sanctæ, tumba axiſtente vi ignis omnino rupta & quaſi minutatim diſſoluta, ita intactum & illæſum, ut merito illud Eccleſiaſtici 51. dicere poſſet; In medio ignis non ſum æſtuata. Mirum dictu, cum tanta vis incendii eſſet, ut non ſolum campanæ, verum etiam ſarcophaga metallina, nec non ferrea candelabra, circumquaque collocata, diuturno igne cremante incinerarentur, & quaſi in nihilum redigerentur, attamen Redemptor noſter dilectæ ſuæ pignora, lignea capſa, tenui argento contecta ac gemmis ornata, comprehenſa, ita intacta conſervavit,

C ut nec minimus lapillus pretioſus rumperetur, ubi viginti unum altaria face deſtructa ſunt & confracta. Laudemus ergo nos mortales Deum, & ſuam Martyrem honoremus, quæ certe honore digna eſt, quam Rex ſic voluit honorara, tantiſque miraculorum fulgoribus decorare.

Laborans in ſpiritu B. Godelevæ ſanctio pariter. 11 Anno Domini MCCCCXCII. contigit in villagio de Ramſcappelle juxta Novam portum, Morinenſis diœceſis, ut quidam, nomine Cornelius Gillis, de Ghiſtella oriundus, coactus a conſociis ſuis, XXX. die menſis Julii, feria ſecunda, quo die ſemper feſtum Elevationis S. Godelevæ feſtive in Ghiſtella celebratur, blada in agro cum falce divelleret: ſed ubi tertium manipulum ſcidiſſet, mox ejus vnla ſiniſtra, eum frumento incluſo, per ſe elauſa eſt, & in ejus gutture, quaſi baculo obſtructo, vehemens dnlor accrevit, ita ut ſtatim, tamquam mutus, loquelam perderet; quod ſentiens, magno terrore perculſus, operari deſiit, & deinceps feſtivare propoſuit. Itinerando ergo verſus manſionem ſuam, aperta eſt ejus vola, a bladis liberatur, atque loquelæ D reſtituitur. Interim mente ruminare cœpit, quidnam eſſe potuiſſet, quod ſibi ſic operando acciditſet; an miraculum, contractio, an caſus fortuitus. Cernens autem in alio agro, nnn longe ab itinere, juvenem quemdam, ſimiliter opus facientem, accedens ad eum, eaſumque ſuum narrans, multis precibus tandem obtinuit, ut cum falce ejuſdem operantis, adhuc Deum tentando, ſpicas evellere poſſet; cujus ſiniſtra, ſtatim poſtquam bladis repleretur, ita ſtricte clauſa eſt, ſpicis adhærentibus, ut a quovis mortali aperiri non poſſet. Tunc miſer ille confuſus & anxius, quid ageret, ſecundario mutus effectus, immenſis doloribus & in gutture & brachiis fatigatus, tandem domum rediit; uxori & liberis, ſignis & nutibus oſtendens, ut eum ad eccleſiam de Novoportu ſequerentur, morabatur enim in ſuburbiis ejuſdem nppidi. Qui tandem eccleſiam cum magno comitatu intrans, imaginem ſanctæ Godelevæ adnrare cœpit, & cum E a Curato dictæ eccleſiæ cum ſanguine ſanctæ Godelevæ, cujus parvam particulam ibidem habent, benediceretur, ſtatim ejus loquela rediit; ſed poſt magnam vim, a multis illatam, a bladis liberari non potuit. Sic cogitur pauper, tantum fatigatus, rus Ghiſtellenſe adire. Cogitabat tamen, præ verecandia, occultam viam arripere, ne a populo illuderetur. Sed non valens judicia Dei occultare, nec lucernam abſcondere ſub modio, publica via incedere cogitur. Qui poſtquam primum pedem in parochia de Ghiſtella poſuiſſet, ſtatim auricularius ejus digitus ſiniſtræ manus per ſe extenditur. Quo animatus, adhuc ſemper gloriam Sanctæ occultare contendens, monaſterium ſanctimonialium juxta Ghiſtellam adiit, ubi tunc paucus affluxus populi exſtitit; ſed poſt preces fuſas, cum nullum ſolatium perſenſiſſet, ſed magis dolor brachiorum ingraveſceret, omni pudore poſtpoſito, eccleſiam parochialem de Ghiſtella adiit, viſitaturus venerabiles jam dictæ Martyris reliquias. Qui poſtquam ſuppliciter coram imagine ſe provolviſſet, & oratio communiter pro eo facta fuiſſet, puſillo tempore effluxn, terribiliter ambobus brachiis ac toto corpore concuti & tremere cœpit, & ſic tandem manus per ſe aperta eſt, & bladis, meritis jam dictæ Martyris, liberatus eſt, & in laudem Dei & ſuæ Martyris, ſtatim omnia, ſicut jam ſupra ſcripſimus, coram omni populo, ſub ſtricto juramento publice ante altare aſſeruit & manifeſtavit.

Corpus ejus reliquiæ, mirscuioſa ſanatur.

Curatopori bonus.

33 Matrona quædam de Oudenburg, Tornacenſis diœceſis, videns dictum miraculum de bladis, ut jam narravimus, cum tunc Ghiſtellæ eſſet cum prole ſua maſculina, quæ lacera erat, & pactum pepigiſſet cum quodam chirurgo Ghiſtellenſi, nomine Joanne Caen, ut arte ſua filium curaret: tanta admiratione tantaqua fide mox repletur, ut omni juvamine humano poſtpoſito, ſoli Godelevæ curam prolis committeret, ſicque devotis precibus dictam Sanctam valedicens, capienſque imaginem papyream Sanctæ, ſicuti ibidem reperiri ſolent, tangenſque cum illa feretrum, domum confidenter rediit. Gum autem filium nocte ſupervenienta in dormi-

torio collocaſſet, dedit ei imaginem prætactam, dicens, jam dormi fili ſopore quieto, hæc eſt imago S. Godelevæ, cujus precibus te credo ſanandum. Mirum dictu! dormivit hic puer ita ſuaviter tota illa nocte, qui antea vix hora quieſcere potuerat, acſi nullam læſionem habuiſſet, ſicut nec habuit; oam mane facto, cum mater eum veſtire intenderet, & diligentius ad lumen perſpexiſſet, invenit eum ita ſanatum in inguinibus, acſi nullam prius rupturam habuiſſet, ſicque reverſa cum prole Ghiſtellam, præſentavit eam ſuper altari dictæ Martyris, videndum & viſitandum a cunctis volentibus, cum magnis gratiarum actionibus. Tune autem ſupervenient ſupranominatus chirurgus, poſtquam diligenter inſpexiſſet, ita veraciter eum ſanatum eſſe aſſeruit, acſi antea numquam læſer fuiſſet. Laudetur ergo Deus, &c.

Meſſoris ſuo oppo caudale.

13 Anno MCCCCXVIII. in villagio, Santfoerda dicto, juxta Oudenburg, Tornacenſis diœceſis, quidam meſſor, oomioe Cornelius van Cotrelare, parochianus ibidem, XXX. die menſis Julii, feria ſecunda in feſto Elevationis dictæ Martyris, frumenta ſimiliter cum falce in agro abraſit. Qui poſtquam per horæ ſpatium vel circiter, ſimile opus exercuiſſet uoa cum filio magiſtri ſui Cornelii Ghiſelins, dixit idem filius, jam tempus eſt, ut operari deleram & Ghiſtellam pro videnda proceſſione vadam. Vade, reſpoodit alter, io pace, quia hodie Ghiſtellam viſitare non intendo. Quo dicto juvenis domum ivit, ut ſe eultioribus veſtibus ornaret. Interim altero dimiſſo in agro, poſt ejus diſceſſum paucis elapſis momentis, cum ſic in operando perſiſteret, ſtatim cum ſe inclioaſſet, ter cruor ex ejus naribus profluxit, ſicuti adhuc maculas in Ghiſtella ſuper ſua camiſia portavit, & ſtatim ſpicæ, tamquam vilcoſæ, ejus palmæ conglutinari cœperunt, quibus cum manubrio falcis bis violenter evulſis, & ab opere oon deſiſtens, tertia vice ſiniſtra maous cum bladis, & dextra cum falce in ictu ocuſi ita ſtricte clauduntur, ut nec minimum ſtramen extrahi nec rumpl potuiſſet. Quod idem ſentiens & ſuper terram quaſi in extaſi ſe proſternens, ſupervenit dictus filius domus, ut eum valedicendo Ghiſtellam iret. Qui Cornelium ſic ſedentem cornens, & ejus caſum intelligens, duxit eum ad eccleſiam de Zantfoerde: quo dum iret, etiam mutus factus eſt. Veniens autem juxta cœmeterium dictæ eccleſiæ, intravit quamdam capellam, eidem cœmeterio adnexam, in qua oratione ſua ſuppliciter facta, a falce liberatur. Interim eccleſia aperitur: ſed poſt preces a multo populo factas, qui jam ad videndum finem convnlaſſent, nulla ſpe liberationis a bladis adepta, tandem Ghiſtellam eum tota illa ſocietate profectus eſt. Ponente autem eo primum pedem in territorio ſeu parochia de Ghiſtella, mox auricularius ejus digitus per ſe aperitur, ſicque progrediens, cum oppidum de Ghiſtella intraret, proximus digitus priori ſimiliter per ſe erigitur, ſicque tandem eccleſiam, quaſi exanguis præ laboribus intrans, a Curato ibidem benigne ſuſceptus, ante altare ſanctæ Godelevæ perducitur, ubi devote ſe terræ provolvens, ſuppliceſque preces ab intimo cordis fundens, poſtquam communis oratio vulgi completa fuiſ-

& miranda ſanatio.

ſet, vehementi tremore omnia membra ſua, adinſtar febricitantis concutiuntur; & ejus lingua reſerata ac manu, blada in manibus dicti Curati tradidit, laudans Deum & ſuam caram Godelevam.

Puella muti adſtrio ſtus loqua.

14 Anno Domini MDI. in villagio de Slipen, Tornacenſis diœceſis quædam virgo, nomine Jacomina, de Snellegeerskercke, ejuſdem diœceſis, nata XVIII. annorum vel circiter, cuidam agricolæ, nomine Joannes Balch, ſervivit. Hæc a puerili ætate, ſecundum votum parentum, ſemper in feſtis Godelevæ, io lineis veſtibus, coram feretro Godelevæ cum aliis peregrinis ſemper proceſſionaliter incedere conſueverat; quod tamen illo die, videlicet XXX. Julii, in feſto Elevationis dictæ Sanctæ a domina ſua obtinere non potuit; ſed furnum ad pinſendum calefacere jubetur: quæ ter ignem io furno accendere oiſa, ſemper per ſe extioctus eſt. Quarta autem vice tam copioſum ignem tantaque combuſtibilia in furno adunavit, ut quodammodo violenter ignis accendi videretur. Conſumptis autem quatuor faſciculis ramorum, necnon ſtraminibus multis ſic primo impoſitis, plura ligna intrudere oitebatur. Capiens autem ex faſiculo ramorum baculum unum, ut in furnum poneret, ſtatim manus dextra cum baculo clauſa eſt: qui, eum a multis niteretur, erui non potuit, donec ante altare & reliquias S. Godelevæ, in eccleſia de Ghiſtella ſuppliciter ſe præſentaſſet, & pro ea ab omni populo adſtanti oratum fuiſſet. Ego enim, qui hæc ſcripſi, baculum ab ejus manu ſuſcepi, & nomen Domini benedixi, qui tantis ſignis Caram ſuam decorare dignatus eſt.

Item liga foſſori, pro ſanctæ man eius.

15 Aliud quaſi ſimile miraculum contigit in Onſtkercke, juxta Lamperneſſen in Officio Furnenſi, Morinenſis diœceſis, anno Domini MDVI. Julii videlicet die VI. feria ſecunda, in feſto paſſionis S. Godelevæ. Quidam juvenis XX. annorum vel circiter, parochianus ibidem, nomine Joannes, filius Adriani Ghibbe, ſervivit Mariæ relictæ Joannis Joeris ibidem. Hic per aliquos dies ante dictum feſtum, apud ſe propoluit auditis punitionibus, quas non celebrantes feſta Godelevæ diverſimode perpeſſi eſſent, caſu quo placeret dominæ ſuæ, in eodem die feſtivitare. Quod tamen ab ea obtinere non valens, jubetur aggerem cum foſſorio ante introitum cujuſdam paſcuæ elevare, ne animalibus ſeu vaccis ita facilis introitus pateret. Quod eum bis facere attentaſſet, tertia vice foſſorium in manibus ambabus remanſit; quod neque Dominus Petrus Mercatoris, Curatus ibidem, ut poſtmodum mihi retulit, nec diverſi alii hoc attentantes eruere potuerunt: donec devote limina eccleſiæ ſæpe dictæ Martyris, coram ejus imagine & reliquiis devote viſitaſſet, Ubi eum pro eo a vulgo oratum fuiſſet ſecundum morem, digiti utriuſque manus per ſe eriguntur, & a foſſorio liberatur, quod ego hæc ſcribens de manibus ejus ſuſcepi, laudans Deum &c.

Horum miraculorum & ſequentium fides penes quos ſit.

16 *Haſtenus laudatum manuſcriptum, quod mecum, ex ultimo miraculo, ſatis colligis, circa annum 1506. exaratum eſſe, cum ibi commentariolus deſinat, ea auctoritate & fide editus, ut non facile in dubium revocari poſſit, utpote a Clerico, opinor presbytero & eccleſiæ Ghi-*

EX VARIIS. A *ſtellenſis ſacelluno ſcriptus, qui rebus a ſe narratis, ſaltem pleriſque præſens interfuit. Atque hæc altera claſſis eſt miraculorum* S. Godelevæ, *quam ad præſentem annum* 1506. *perduximus. Sequitur modo claſſis tertia, ex Legendis Belgicis, ut diximus, accepta, rudi & ſimplici ſtylo deſcripta, ut hinc inde longiores & verboſiores periodos contrahere neceſſe fuerit, ſervata interim totius hiſtoriæ & miraculis ſubſtantia. Quam fidem ea omnia mereantur, equidem non definio; notis ſuis chronologicis probe diſtinguuntur, nullis officiis aut ſuſpectis circumſtantiis veſtita, jam a ſeculo & amplius receptiſſima, cenſoris ordinarii ſuffragio probata, quæ argumenta, & nobis & omnibus non plane incredulis, ſufficere debere exiſtimamus.*

CLASSIS III.

Gratiæ peculiares conceſſæ ab anno MDXII. *ad* MDCIV. *Ex Legendis Belgicis.*

Mulier Ipreviſis angina. B ANno MDXII. mulier quædam Ipris vehementi & ſubita opprimebatur angina; ſed cum nec aquam S. Godelevæ nec aliud quidpiam haberet, meminit parvi cujuſdam vexilli, quod in ſanctæ Virginis ac Martyris honorem ſervaverat. Itaque magna cum fiducia vexillulum in aquam immittit, quod dum nullo modo mutari admirabunda ſpectat, aquam, in quam intinctum fuerat, cum ſumma recuperandæ valetudinis ſpe bibit. Mox autem priſtinæ ſanitati reſtituta locum adiit, in quo S. Godeleva martyrium ſubierat, ibidemque ſanctæ Martyri gratis actis, omnibus beneficium ſibi præſtitum promulgavit.

Fartor ingens promiſſa acu liberatur. 18 Eodem anno prope urbem Brugenſem fartor quidam acum ori impoſuerat, quæ illo ſternutante, tam alte in guttur deſcenderat, ut præ nimio dolore ſui ipſius eſſet impos. Paulo poſt ſui compos factus, invocat S. Godelevam ac promittit, ſe locum ſanctæ virginis martyrio celebrem nudis pedibus aditurum. Vix emiſſo voto, Sanctæ opem ſenſit: nam tuſſi acum è gutture expulit, eamdemque, voto expleto, in perpetuam beneficii memoriam, ante ſanctæ liberatricis ſuæ imaginem ſuſpendit.

Miraculoſe morbo ſublatus. C 19 Trajecti ad Rhenum mulier, nomine Aleydis, filiam habebat duodecennem, quæ miſere quodam morbo torquebatur, Religioſus quidam ſuadet matri, ut filiolam ducat Watenas, ibidemque a ſancto Ægidio auxilium expetat. Paret illa ſuadenti; ſed cum per novem dies nullum illic experirentur mali lenimen, ambo triſtes domum redire incipiunt. At divina providentia ſic diſponente Aldenburgi divertunt ad tabernam, cujus hoſpita, afflictæ puellæ vicem miſerata, ita matrem alloquitur. Eja age, conſilium tibi ſuggeram, quo miſera hæc puella ſanetur. Magna cum fiducia illam offer S. Godelevæ, quæ eſt virgo & martyr totius Flandriæ celeberrima. Cras vigilia translatinnis ejus Ghiſtellæ celebratur. Eo te cum filia confer, & omnem ſpem in Divæ patrocinio collоca. Cui Aleydis: Nihil umquam de illa Sancta inaudivi, ac dein vim non novi; puella vero dicebat, ſe eo nolle ire. Erant tum forte in eodem hoſpitio duo viri, qui hæc audientes, matri animos addiderunt, & ſeſe viæ comites obtulerunt, cum etiam ad divæ Godelevæ opem implorandam pergerent. Poſtero igitur die omnes itineri ſe committunt; cumque templo appropinquarent, puellæ morbus recrudeſcebat; quod viri illi videntes rem totam clero indicarunt. Tum ſenior ex clero ſacerdos tendit obviam matri ac filiæ, ealque bono animo eſſe jubens, puellulam ad ſacrum divæ Martyris ſepulcrum deducit, ac poſt ſuas illic preces, in ſequentem diem redire illas jubet. Poſtridie ergo idem ſacerdos, celebrata Miſſa, pro puella publice orat, eamque ſanam matri reſtituit. Mater oblato munere gratum animum oſtendit & læta domum revertitur. Filia hæc, cum aliquot annis in virginali ſtatu vixiſſet, animam creatori reddidit. Mater vero ſuperſtes ſuum erga ſanctam Godelevam amorem temper auxit, ejuſque cultum inter populares ſuos promovit, ut ex ſequentibus exemplis patebit. D

Mulier ſub glacie, ſerra in verſa eripitur. 20 Anno MDXVI. pridie feſti S. Pontiani, tempore hiemali, prædicta Aleydis aquam hauriens ita infeliciter ceeidit, ut toto corpore ſub glacie hæſerit. At dum laberetur, S. Godelevæ auxilium imploraverat. Vicini, qui eam labentem viderant, duo in glacie foramina exeidunt, ut vivam, aut mortuam Aleydem inveoiant. Fruſtra omnia, Paulo poſt ultro, priori, quo in aquam lapſa fuerat loco, emergit. Sed cum præcinctorium, quo eam apprehenderant, ſcinderetur, rurſum ſub glacie delituit. Tandem ad eumdem locum denuo delata, indeque erepta, per tres horas exanimis jacuit, ita ut plurimi eam mortuam crederent. Poſtmodum ad ſe reverſa, perceptoque pœnitentiæ & euchariſtiæ Sacramento, narrabat ſibi viſam fuiſſe pulcherrimam ſeminam, quæ ſuppoſita capiti manu, bis ad locum, in quem primo ceciderat, ſuaviter eam deferebat: hanc autem ſeminam fuiſſe ſanctam Godelevam jure merito ſuſpicabatur, & idcirco vovit, ſe ſingulis annis ſanctæ Martyris ſepulcrum aditurum. Itaque poſt duos annos cum ſorore ſua promiſſam peregrinationem inſtituens, morbo caduco, quem ex priori periculo contraxerat, in via corripitur. Sed ſorore ſanctæ Godelevæ opem imploraote, etiam hoc morbo Aleydis liberatur. Quæ omnia ad ſanctæ Patronæ ſuæ gloriam coram ſanctimonialibus teſtata eſt. E F

aliæ aborſus periculo liberata, 21 Anno MDXV. Trajecti ad Rhenum mulier gravida, nomine Maria, ob ſubitum terrorem venerat in manifeſtum abortus diſcrimen. Sed dum, hortante prædicta Aleyde, peregrinationem ad S. Godelevam voviſſet, feliciter maturum partum edidit, & poſt undecim hebdomadas votum explevit.

alia acu, quæ deglutiverat. 22 Eodem anno, eodemque loco Joanna quædam imprudenter acum deglutiverat; unde guttur ejus horribili modo intumeſcebat. Hoc malo afflicta, prædictam Aleydem accerſiri jubet. Illa mox Joannæ aquam ſanctæ Godelevæ martyrio ſacram porrigit: eumque duas aut tres guttas hauſiſſet, mox acum in ſinum ſuum evomuit, & eodem anno munera quædam in gratiarum actionem ſanctæ Godelevæ obtulit.

Ex concreto in lapidem ſacro ſanguine, unde ſanguis effluit. 23 Cum anno MDXX. exorta Lutheri hæreſi, propter varias populi opiniones langueſceret ſanctorum cultus, ſancta Godeleva non multa patravit miracula. Verumtamen cum moris eſſet, ut concretus ſanctæ Martyris ſan-

A ſanguis ex puteo extractus & ſacerdotum manibus mundatus, iterum in locum demitteretur, idque ob occurrens aliquod impedimentum anno MDLXXVI. fuiſſet omiſſum, puteus tantum fœtorem emiſit, ut eum vix quiſquam ferre poſſet. At ſanguine juxta conſuetudinem in puteum demiſſo, aqua fœtere deſiit. Eodem anno cum ſacerdos concretum S. Godelevæ ſanguinem mundans, dubitaret, an verus eſſet ſanguis, eo quod rubri lapidis ſpeciem præferret; cumque inſtrumento quodam pupugiſſet, adeo copioſus effluxit cruor, acſi alicui vena fuiſſet aperta.

Paſtore ab hæreticis ejecto, reliquiæ Brugas transferuntur.

24 Hoc tempore multa commemorare non poſſumus, cum anno MDLXXVIII. hæretici cœnobium S. Godelevæ & templum Ghiſtellanum devaſtarint, & ſacræ reliquiæ Cortracum ac dein Brugas translatæ ſint. Poſtea tamen ſancta Martyr cultoribus ſuis ſequentia præſtitit beneficia.

Magni guttoris dolores tollunt.

B 25 Anno MDLXXXII. (*annus 1572. per errorem ab hiſtorico vel typotheta poſitus fuiſſe videtur*) Brugis Judoca Reveels, ſoror converſa ex Ordine Carmelitano, tantos patiebatur gutturis dolores, ut de iis mitigandis medici deſperarent. Itaque omni ſpe in ſanctæ Godelevæ patrocinio collocata, impetrat a ſuperiore, ut ad locum, ejus cultu celebrem, vehi poſſit. At in itinere tantam ſanguinis copiam evomuit, ut per horæ ſpatium omni ſenſu deſtituta, mortuæ inſtar jaceret. Nihilominus cum ſe abluiſſet aqua ex ſanctæ Martyris puteo hauſta, ſtatim priſtinam ſanitatem recuperavit, uſque ad feſtum ſanctæ Godelevæ: nam quotannis circa Sanctæ feſtum eodem morbo affligebatur, donec conſuetam peregrinationem inſtituiſſet; in quo pietatis exercitio per octodecim annos perſevaravit, quando ex hac ærumnoſa vita diceſſit.

Puella curvum collum erectum.

26 Anno MDLXXXII. Julii v. Catharina van Hocye, mulier Brugenſis, filiolam habebat curvo collo deformem. Mater reliquias ſanctæ Godelevæ venerata, Miſſam celebrari jubet; interim ſacrificii tempore puellæ collum omnino rectum efficitur.

Puella vertigine comitiali,

C 27 Anno MDLXXXIV. mulier Ghiſtellana filiolam habebat octennem, quæ comitiali morbo laborans, per octo aut novem dies nec loqui nec comedere potuerat. Mater in hoc præſenti periculo opem filiolæ a ſancta Godeleva expoſcit, & impetrat: nam puellula blando ore matrem compellans, afferebat, ſibi apparuiſſe feminam, alba veſte indutam, cui nomen erat Godeleva, eamque promiſiſſe ſanitatem, ſi ſacras reliquias veneraretur. Mater, his auditis, ſtatim cum prole eo ſe confert, & oblatis quibuſdam muneribus, filiolam omnino ſanam reduxit.

juvenis dolonbus gutturis,

28 Anno MDCI. menſe Januario, juvenis, ingenti gutturis dolore vexatus, voverat S. Godelevæ ceream candalam, ſi hoc malo liberaretur. Sed poſtea voti immemor, adeo vehementi catarrho obrutus eſt, ut linguæ uſu deſtitueretur. Adhibita igitur nequidquam chirurgi opera, negligentiam ſuam manifeſte puniri advertit. Quare meliora ſpondens, iterum ejuſdem ſanctæ opem flagitavit ac etiam ſenſit. Tunc gratus ſele ad locum conferens, in quo ſanctæ Virginis ac Martyris reliquiæ honorantur, promiſit ſe toto tempore S. Godelevæ cultorem fore.

29 Anno MDCII. XXII. Martii puer aciculam deglutiverat, ita ut in ſummo verſaretur vitæ diſcrimine. Mater pro filii incolumitate argenteam aciculam S. Godelevæ vovet, & mox acicula, ſine ulla pueri læſione, exputa eſt. Parens, gratiis ſanctæ Godelevæ actis, voto ſatisfecit. D *PRAVATIS. puer aciculam,*

30 Eodem anno, I. Maii, Bergis S. Winnoci religioſa ex ordine S. Franciſci per undecim annos tantis gutturis doloribus afflictabatur, ut interdum fere præfocaretur. Inveteratum malum eluerat plurium medicorum induſtriam: tandem ad S. Godelevæ patrocinium confugit, ac promiſit ſe ejus reliquias inviſuram, ſi per ſuperiores liceret. Statim omni dolore liberata, veniam a ſuperiore obtinuit, & promiſſam peregrinationem inſtituit. *monialis gutturis dolentibus,*

31 Eodem anno mulier ex caſtris Oſtendanis venit Brugas, ſummopere dolens ob morbum filiolæ ſuæ quinquennis, quæ per ſex dies non comederat. Datur illi conſilium, ut ad S. Godelevæ opem impetrandam, Miſſam celebrari jubeat. Sacro peracto, revertitur, & filiolam, quam mortuam aut morti proximam invenire putarat, omnino ſanam reperit. *puellula cibum ex ore ejicit, ſe ſuffocari.* E

32 Eodem anno feſto S. Laurentii, in pago vulgo Coolkercke, puerulus quinquennis aciculam in ſtomachum trajecerat. Inde tanti oriebantur eruciatus, ut puer per quinque dies omni cibo & loquela abſtinere cogeretur. Mater filiolum ante aram, S. Godelevæ dicatam, collocat, & duos cereos offert; & ecce innocens puerulus junctis manibus exclamat: Ago tibi gratias, domina Godeleva, quod me ſanaveris. *Alio acicula puerulo ejecta.*

33 Anno MDCII. Aprilis XII. adoleſcens tactis faucium anguſtiis premebatur, ut quatuordecim horis omnis ſenſus expers jaceret, dum autem mater ejus S. Godelevæ Miſſæ ſacrificium vovet, omni dolore liberatur. *Adoleſcens faucium anguſtiis,*

34 Anno eadem, Maii VI. tranſverſa acicula mulieris cujuſdam faucibus infixa, magnos excitabat dolores. Ipſa iter jejuno ſtomacho ad ſanctam Godelevam ſe facturam promittit, & ſubito ſanatur. *mulier tranſverſa acicula,* F

35 Die XVIII. Octobris ejuſdem anni, mulier diuturnis gutturis eruciatibus vexata, fruſtra medicorum opem imploraverat. Itaque humano auxilio deſtituta, S. Godelevæ ſericum pallium promittit, & pota aqua, Sanctæ martyrio ſacra, ſanitatem obtinet. *alia gutturis eruciatibus liberatur.*

36 Anno MDCIV. Martii III. juveni cuidam ablatus erat omnis linguæ uſus. Is vix peregrinationem ad ſanctæ Godelevæ ſepulcrum voverat, quin e gutture erumpens ſolida ſanguinis maſſa illi loquendi facultatem reſtituerit. *juvenis lingua reſtituitur,*

37 Eodem anno XIII. Aprilis, Aldenburgi pueri cujuſdam gutturi acicula inhærebat, qua tantopere miſer torquebatur, ut mortuo ſimilis jaceret. Sed dum mater illius argenteam aciculam ſanctæ Godelevæ offerre ſpondet, puerulus aciculam expuens, ſibi reſtituitur. *& evulſa denuo acicula.*

38 *Hucuſque verba Legendæ Belgicæ, præſertim vetuſtioris, poſt antiquiorem aliam, quam non vidimus, typis vulgatæ anno 1619. cum approbatione Ampliſſimi Domini Arnoldi van Mechelen, Brugenſis Archidiaconi, Tranſimus nunc ad claſſem quartam & ultimam, quæ ex Actis Sanctimonialium Godelevianarum Brugenſium deſumpta eſt; prioribus miraculis, quod pleraque anti-* *De ſequentibus miraculis.*

A EX VARIIS, *antiquiora ſint, præmiſſis, Virginum ſtatuis inſtrumenta ſimplicioribus formulis exprimuntur, ab iis ferme ſubſignata, quibus gratia præſtita eſt, teſte nonnumquam uno aut altero adminiculante. At quæ per illuſtriſſimum Brugenſem Epiſcopum Ghiſtellæ accepimus, ſcabinalia ſunt, & authentice ex regeſtis tranſcripta, ſic ad ſingula juridice atteſtante Graphiario Pulinx. Verbis Belgicis, ut autea monui, preſſe inſiſtere quandoque non licuit, verum res tota fideliter ex Flandrico vel Gallico Latine verſa eſt, hoc, qui ſequitur, ordine,*

CLASSIS IV.

Miracula S. Godelevæ ex tabulis Sanctimonialium Godelevianarum Brugenſium, & regeſtis Ghiſtellenſibus accepta, ſub authentico teſtimonio hodierni Graphiarii Pulinx, anno MDCCXIX.

B

Curatur ſopore vocis raucedine.

EGo infraſcriptus Rogerius Vertiert, preſbyter & ſacellanus parochialis eccleſiæ ſancti Martini Cortraci, teſtor & declaro, me abhinc tribus circiter annis, ſaltem menſe Maio anno MDCXXXVIII. tanta vocis raucitate correptum fuiſſe, ut per annum & medium munere meo fungi, & vix aut ne vix quidem cantare potuerim. Sed cum voviſſem, me viſurum ſanctam Martyrem Godelevam Ghiſtellæ in Flandria, melius me habere cœpi, &, expleto voto, derepente in reditu priſtinam vocem & ſanitatem omnino recuperavi. Quæ omnia legitime teſtificari paratus ſum. Actum Cortraci v. Julii anno MDCXXXXI. *Subſcripſit manu propria,*

Item cæca una

40 Filia Jacobi du Bois, habitans in pago vulgo Halewyn, defluentibus humoribus excæcata, quatuor annorum ſpatio multum pecuniæ in medicos & chirurgos expenderat. Sed cum nullum inveniret malo remedium, ad ſanctam Godelevam confugit, promittens, ſeſe ejus ſacellum adituram, ibique cereum munus oblaturam. Itaque primo die poſt feſtum ſacras reliquias venerata eſt, & ablutis oculis

C aqua e ſanctæ Godelevæ puteo hauſta, cæcitate liberata, poſtridie cum patre læta domum rediit. Ita teſtatur R. D. Adrianus van Daele, ſupprior abbatiæ ſancti Andreæ circa urbem Brugenſem, qui tunc Ghiſtellæ confeſſiones excipiebat.

& alteram

41 Anno MDCXXXV. Maria, filia Joannis Wouts & Elilabethæ Spaus, habitans Dunkercæ, ita cæcutiebat, ut medici poſt adhibita nequidquam varia remedia, faterentur, eam non niſi per miraculum poſſe ſanari. Mater hoc audiens ſanctam Godelevam invocat, yovetque peregrinationem ad ejus reliquias. Ea voti expleta, filiola oculos aperire cœpit, & quatuordecim dierum ſpatio perfectam conſtantemque ſanitatem conſecuta eſt.

cum paralyſeos & muta,

42 Anno MDCXXXVI. Maria Magdalena, quadrima filia Joannis van Waſſenhove & Mariæ Talleboom, plane paralytica & muta erat. Cum parentes ſe nihil variis medicaminibus profeciſſe viderent, ſanctæ Godelevæ interceſſionem adhibere decreverunt, ac mater quidem promiſit, a ſe ſacras reliquias honorandas, ſidiolamque S. Martyris congregationi inſcribendam. Dum promiſſa executioni mandat, puella paralyſi liberatur, ac dein multos feculentos humores evomens, facilem linguæ uſum obtinet. Ita mater puellulæ coram Philippo Stalpaert notario publico legitime teſtata eſt XXII. Aprilis anno MDCXXXVI.

D

ac oculis laboranti

43 Cum Maria Jacops per ſex aut ſeptem menſes tantos pateretur oculorum dolores, ut lucem ferre non poſſet, nullumque reperiret in medicis ſolatium, ſtatuit divinum auxilium per ſanctæ Godelevæ interceſſionem implorare. Itaque, dato ſuo nomine ſanctæ Martyris congregationi, quotidie magna cum fiducia ejus opem exſpectans, oculos aqua ſæpius memorata lavat. Dum in his pietatis exercitiis trium hebdomadarum ſpatio perſeverat, ſentit ſubito ſe ſanari eo tempore, quo candela conſumebatur, quam ad Sanctæ honorem obtulerat. Sic ipſa (cum nominis ſui characteres formare non poſſet) ſubſignata cruce teſtatur XIII. Aprilis anno MDCI.

E

aliæ febri quartanæ,

44 Infraſcriptus Toſſanus de Sibier, ſignifer in legione marchionis de Bournonville, teſtor, me præſidium agitantem Dixmudæ adeo vehementer per decem aut undecim menſes laboraſſe febri quartana, ut eam nullis medicorum pharmacis arcere potuerim. Dimiſſis itaque medicis, omnem ſanitatis ſpem in ſanctæ Godelevæ meritis collocavi. Cum vero uxor mea locum ſanctæ Virginis martyrio celebrem adiiſſet, & Miſſas aliquot celebrari juſſiſſet, eodem die, quo tamen recurrere ſolebat, febris remiſit. Poſtea per novem dies bibi aquam, quam uxor ex ſanctæ Godelevæ puteo hauſtam attulerat, & nullum poſtmodum ſenſi febris indicium. Ita hiſce propria manu ſubſcriptis declaro. Actum Brugis XIV. Novembris anno MDCLXXII.

aliæ fœminæ vicinæ tum.

45 Ego infraſcriptus Carolus de Lannoy canonicus, ſacerdos & religioſus abbatiæ vulgo Eeckhoute in urbe Brugenſi, teſtor, me faucium tumore ferme præfocatum, invocaſſe ſanctam Godelevam, & exiguam virginei illius ſanguinis particulam ſumpſiſſe, quam mihi ſubmiſerat reverenda domina Stalpaert, tum temporis abbatiſſa in Brugenſi ſanctæ Godelevæ

F monaſterio. Poſt tres quatuorve horas ejiciens ingentem concreti ſanguinis copiam, ſenſi omnimodum morbi levamen, & in veritatis ac gratificationis ſignum per novem dies in prædicto Brugenſi monaſterio ſanctam Godelevam colui. Datum Brugis X. Auguſti anno MDCLXXII. Idem teſtimonio ſuo confirmat, qui tunc ægrorum curam gerebat, ut ſequitur: Ego Joannes Chryſoſtomus Claeſmao, canonicus ejuſdem abbatiæ & tunc infirmarius, ſupradicta vera eſſe atteſtor. *Uterque manu propria inſtrumento ſubſcribit.*

Mulier fluxûs gravi morbo ſanata, fœtumque datura nascitur,

46 Anna Adriaenſens, uxor Jacobi Breemeeich, habitans Blancobergæ, teſtatur, ſe tribus annis ſterilem & diuturno morbo afflictam fuiſſe, tandemque relictis medicis ad divæ Godelevæ patrocinium confugiſſe. Itaque inviſens ſanctæ Martyris reliquias, & potata aqua, jam ſæpe memorata, non tantum ſanitatem, ſed etiam opiatam fœcunditatem obtinuit, ita ut poſt novem menſes filiam peperit. Quæ omnia vera eſſe declaravit coram

Do-

A Domino Erasmo Zeghers sacerdote, & Judoco Walgrave chirurgo, & propria manu subscripsit IV. Aprilis anno MDCLXXIV.

Linguæ usu privata, sanitatem expetivit;

47 Nos consules & scabini oppidi Ghistellensis omnibus has litteras visuris, aut legi audituris notum facimus, hodie coram nobis comparuisse Joannem Verhulst agricolam, annos natum circiter 65. & Georgiam Lypont uxorem ejus, ætatis 54. annorum, qui testati sunt, se certo scire, Coletam, filiam Joannis de Croock, uxorem Joannis Platevoet, habitantem in pago Boesschepe, territorii Castelani, per tres annos & medium pene omni linguæ usu fuisse orbatam, eamque domi prædictorum testium hospitantem declarasse, quod intercessione sanctæ Godelevæ hoc malo liberata fuerit. In quorum fidem præsentes oppidi nostri sigillo muniri, & a graphiario nostro Francisco de Langhe subscribi curavimus XXVI. Julii anno MDCXVII. *Hoc & sequentia instrumenta ex regestis Ghistellensibus extracta, testatur laudatus Graphiarius moderatus Pulmæ.*

B

sic & anglicano ac dammonis tentationi vexato,

48 Nos consules & scabini oppidi Ghistellensis omnibus has visuris, aut legi audituris notum facimus, coram nobis comparuisse Marinum de Cocke cum Catharina Roeline uxore sua, & Petronillam de Cock, prædicti Marini sororem, habitantes in pago Beveren prope Roussclare, qui coram nobis & Domino Martino Carpele, prædicti oppidi Pastore, testati sunt, Catharinam, memorati Marini filiam, annos viginti natam, angina & dæmonis tentatione, feria V. majoris hebdomadæ ita fuisse vexatam, ut vix a quinque personis contineri posset; patrem vero, suasione sororis suæ Petronillæ, vovisse, se aditurum locum, in quo S. Godeleva martyrio affecta est, illicque oblaturum nummum argenteum. Præterea declarant Catharinam, ab eo tempore mentis compotem factam, dixisse amitæ suæ, se (Deo favente) cum patre votum expleturam; post hæc vero quietam, suique compotem jacuisse usque ad feriam VI. post Dominicam in Albis, quando placide ex hac vita discessit. In quorum fidem præsentes oppidi nostri sigillo munitæ & scribæ nostri Francisci de Langhe manu subsignatæ sunt III. Julii anno MDCXXIII.

C

uti & mamilli fuere ac gutturis angustiis pressa.

49 Anno MDCLXVIII. die VI. Augusti, coram R. D. Nicolao vande Zande Pastore Ghistellensi, & Philippo Bormans scabino, ac Joanne Seghaert curatore sacelli S. Godelevæ, comparuit Maria Magdalena le Man, patria Tornacensis, religiosa xenodochii S. Georgii Menensis, & jurejurando testata est, se præter continuam febrim anno MDCLXVI. tantis gutturis angustiis pressam fuisse, ut nec loqui, nec cibum aut potum, imo ne quidem propriam salivam deglutire posset, ita ut a mediciis esset deposita. Insuper declarat, quod consilio dominæ suæ superioris voverit peregrinationem ad S. Godelevam; postero autem die, omnibus ad extremam unctionem paratis, prædicta domina superior jussit in honorem sanctæ Godelevæ celebrari Missam, cumque sacerdos ad sacrosanctæ consecrationis verba perveniisset, testatur se sensisse motum in gutture quasi fructum carnis sauces transisset, & repente, recuperata loquendi facultate, jusculum vervecinum sorbuisse, ac paulo post perfectam sanitatem obtinuisse. Quæ omnia vera esse testes oculatæ subscriptis nominibus confirmarunt, quando sociam voti implendi causa Ghistellam venientem comitatæ sunt VI. Augusti anno MDCLXVIII. *Subsignat soror Maria Magdalena le Man, Margarita Clevis Prioriſſa, & ſoror Auguſtina Berthen.*

D EXVA-RIIS.

Cæcus in-ſtat viſum recipit.

50 Judoca Prus vidua Paschasii de Mortier, habitans in pago Morseele, III. Augusti anno MDCLXXI. coram R. D. Nicolao vande Zande Pastore Ghistellensi, Joanne Seghaert curatore sacelli, ac Jacobo Winne & Laurentio Maes scabinis, legitime comparuit, & jurejurando testata est, filiolum suum triennem, nomine Petrum, fuisse cæcum, seseque ultima Maii currentis anni promisisse S. Godelevæ peregrinationem. Deinde declarat, quod post viginti quatuor horas, lavans pueri ocellos aqua sanctæ Virginis martyrio sacra, & seponens argenteum nummum S. Godelevæ offerendum, compererit, filiolum suum sanatum esse. In quorum fidem hac III. Augusti anni MDCLXXI. votum suum complevit, & coram prædictis testibus omnia vera esse juramento confirmavit.

E

ulcus sedens jam ejicit.

51 Thomas Robeys, habitans in pago Houthem, territorii Furnensis, coram R. D. Nicolao vande Zande Pastore Ghistellensi, Joanne Seghaert curatore sacelli, ac Joanne le Seutre scabino, jurejurando declaravit, filiolam suam triennem mense Februario anni MDCLXIX. deglutivisse aciculam, quæ tam alte in fauces descenderat, ut ad eam expellendam frustra sæpius chirurgi operam adhibuerit. Puellula igitur in extremas angustias deducta, pater vovit peregrinationem ad sanctam Godelevam, ac iterato una cum chirurgo aciculam expellere conatus est, quæ mox prodigiose prodiit; quamque etiam prædictis testibus exhibuit III. Septembris anno MDCLXXI. & juratus subscripsit.

Adhuc Sancta in periculoſo partu invocata.

52 Judoca de Brune, uxor Petri Coussens, habitans in pago Thilst, coram R. D. Nicolao vande Zande Pastore Ghistellensi, Joanne Seghaert curatore sacelli, ac Georgio van Mulem scabino, compariit & testata est, tempore pariendi completo, fœtum per viginti quatuor horas in utero suo detentum fuisse; sed in periculosissimo hoc partu, invocata S. Godeleva, & promissa ad ejus sepulcrum peregrinatione, se statim peperisse filium. Obstetrix autem, nomine Joanna Reylof, affirmat, id sine matris aut pueri læsione naturaliter fieri non potuisse. Prædicta vero Judoca vas frumenti, quod ipsa humeris domo huc usque detulerat, in gratiarum actionem S. Godelevæ obtulit, & coram memoratis supra testibus omnia hæc vera esse subscripto nomine declaravit V. Aprilis anno MDCLXXII.

F

& cæco alteri oculo-rum usum reſtituit.

53. Michael Nas agricola, annos natus 65. habitans in pago Rumeghem, coram supra dicto Pastore, curatore, & Laurentio Maes scabino, comparuit munitus testimonio scripto a Parocho suo D. Bertino Carpentier, itineris causam indicante, ac testatus est, se ab anno & medio ita cœpisse cæcutire, ut nec homines nec pecuniæ species distinguere posset. Præterea declaravit, variorum chirurgorum remediis oculos indies magis magisque caligasse,

ita

A ita ut hominum auxilio deſtitutus, ad Cæleſtem opem confugere decreverit. Igitur quorumdam conſilio, S. Godelevæ tres cereos, nummum argenteum, & aliquas preces addixit, & ſtatim priſtinam videndi facultatem recepit. In quorum fidem hodie Ghiſtellam venit, ut eras voto ſatisfaciat. Actum XXVI. Aprilis anno MDCLXXII. *Subſcripſere N. V. Zande Paſtor, Laurentius Maes, Joannes Seghaert.*

Exvotis.

Piſcis ſpino ſaucium ſubeuntis præſcriptio ſpes.

54 Domicella Maria van Hertinghe, uxor Joannis de Jaeghe, habitans Dunkercæ, comparuit coram R. D. Paſtore, ſcabino, ſcriba, & curatore ſacelli ſanctæ Godelevæ in oppido Ghiſtellenſi, ac teſtata eſt, quod a quatuor circiter annis enmedens aſellum minorem elixum, caſu deglutiverit duas ejuſdem piſcis ſpinas, quæ ita faucibus inhæſerunt, ut oulla medicorum aut chirurgorum induſtria evelli potuerint. Declarat deinde, quod hoc incommodo per tres ſeptimanas afflicta, tandem ſuaſione cujuſdam domicellæ Dunkercanæ implo-

B raverit opem S. Godelevæ, &, promiſſis duabus argenteis ſpinis cum peregrinatione, biberit aquam S. Godelevæ, ſibi ab eadem domicella datam, quodque ſtatim potata hac aqua duas prædictas piſcis ſpinas in ſtomachum trajecerit ſine ulla difficultate aut læſione. In quorum omnium fidem domicella Maria coram prædictis teſtibus juramentum edidit, & nomen ſuum ſubſcripſit XXV. Maii anno MDCLXXII.

Manus læſa ſanatur.

55 Theodorus Sterck, habitans in territorio Colonienſi, jurato teſtimonio declaravit, ſibi in cataracta, vulgo Blintheus prope Oſtendam laboranti, manum lapſu gravioria aſſeris ita fuiſſe læſam, ut dextræ palmæ officulum eſſet confractum. Tum varios chirurgos adiit, ut curaretur; ſed per decem hebdomadas nihil profecit. Tandem in S. Godelevæ patrocinio ſpem omnem ponens, peregrinationem &

D alia quædam pietatis exercitia vovit, ac manum ſuam, unico emplaſtro impoſito, priſtinam vigori reſtitutam ſenſit. In cujus rei veritatem prædictus Theodorus, ſcribendi ignarus, nominis loco ſignum ſubnotavit vu. Auguſti anno MDCLXXII.

Operis conclusio, & editoris votum.

56 *Atque hæc hactenus de S. Godelevæ miraculis, quæ fieri potuit diligentia collecta, quibus tractationi noſtræ coronidem imponimus; id, apiner, a zeloſiſſimis Sanctæ clientibus obtenturi, ut accuratiorem impoſterum gratiarum & beneficiorum, ejus meritis impetratorum, rationem habeant, Deum in ſanctiſſima Patrona ſua impenſius honorantes. Quo etiam facies plurimum, ſi apud Illuſtriſſimum ſuum Præſulem, S. Godelevæ cultorem eximium, cuique adeo debitus hoſce labores noſtros inſeribimus, efficere conentur, reſtaurato jam celeberrimo Sanctæ cultui id inſuper accedat, quod certe tam illuſtris Virginis & Martyris gloria ſuo quodam jure exigit, ut ſi non, quemadmodum olim, Miſſa & Officio propriis, ajus feſtivitas celebretur, at ſaltem, receptiſſimo hodie in Eccleſia more, ex Actis Drogonianis, tam ſinceris & genuinis, oratio & ad* 11. *Nocturnum* E *Lectiones deſumantur, quæ de S. Godeleva, ut nuncupatur Ghiſtellæ ac in toto ejus territorio, & in parthenone Brugenſi annua ſolemnitate recitentur. Vota ſua, curam, ſtudia & ſolicitudinem his adjungant S. Godelevæ alumni omnes, operam meam, quocumque modo utilis ea eſſe poſſe confobitur, defidevari non patiar; hoc ipſam ab Illuſtriſſimo inſtantiſſime flagitaturus, palamque oſtenſurus, in diuturna infirmitate, qua, cum hæc Acta digererem, diſtentus ſum, non minimam S. Godelevæ opem me ſæpius perſenſiſſe: quæ patenti teſtimonio nomen meum ceterorum Sanctæ clientium catalogo adſcriptum cupio, haud vane confidens, in vaſti noſtri operis proſecutione, cæleſte ejus auxilium nec mihi nec ſociis unquam defuturum.*

DE B. PETRO A CRUCE ORD. SERVORM B. M. V.

C

VITERBII IN ITALIA. F

J. B. S.

COMMENTARIUS.

Ex Gianio & variis litteris Viterbio receptis.

ANNO MDXXII.

Brevis eſt Archangeli Gianii de hoc Beato narratio in Annalibus ſacri Ordinis Servorum B. M. V. Florentiæ editis an. 1618. *centuria* 3. *lib.* 6. *cap.* 5. *ad annum Chriſti* 1522. *& ea tamen omnia de ipſa complectitur, quæ fatis tuta dici poſſint.*

Pauca, quæ de hoc Beato ſuperſunt.

Rem totam his verbis circumſcribit: Peſtilentia interim Viterbii ſæviente, & totam fere Campaniam occupante, accidit, ut quidam devotus vir eremita Germanus, Petrus de Cruce nuncupatus, nobili genere natus, voto ſuſcepto, Romam proficiſceretur; eumque inter peregrinandum perveniſſet Viterbium, nec poſſet ulterius progredi, a Patribus noſtris benigne hoſpitio receptus fuit. Ejus vero ſanctitas, epidemiæ occaſione, plurimum in ea urbe perſpecta fuit; nam præterquam quod ſanctimonialis quædam Ordinis noſtri, hujus ſancti Viri adventum ea in urbe prædixiſſet, Petrus ſolo Crucis ſigno adhibito, ſorores noſtras, quæ in monaſterio de Pace gravi morbo laborabant, ſanitati reſtituit. Quemadmodum & alia pleriſque infirmis per idem Crucis ſignum contigit, ut illico ſanarentur; quamobrem etiam Petrus de Cruce a populo Viterbienſi nuncupatus fuit. Interea vir iſte, gloriæ Dei Matri addictiſſimus, ſuppliciter petiit, ut a Patribus noſtris ad virgineum habitum admitteretur, quo recepto, extremum ſibi diem imminere cognovit. Quare miraculis clarus, dio vi. Julii migravit ad Chriſtum, in cujus lapideo monumento ejuſdem eccleſiæ cœnobii noſtri hæc verba fuerunt impreſſa:

D. O.

A

D. O. M.

Devoto Petro de Cruce hæremitæ,
Ord. Serv. ob miracula dicatum.
Vixit annis XXXVI.
Obiit MD.

cultum et ſaltem permiſſum oſtendens

1 *Hic* devotum *tantummodo appellat Annaliſta, qui in capitis titulo* Beatum *ſcripſerat, æque ac* Franciſcam *aliquam* Ciribettam, *de qua forte alibi agendum erit. Typographi vitio ſaltum opinor, quod annus obitus in ſepulcrali inſcriptione perperam ſignetur, cum pro anno* MD. *certo notandus ſit* 1522. *ut melius habeas variæ ſchedæ aliæ apud nos manuſcriptæ, diligentia noſtri P. Bernardini Ceccovagini collecta & an.* 1685. *&* 1686. *huc tranſmiſſæ, ſi non ſecundum ſingulos apices, at certe in rei ſubſtantia ſatis conſentientes, ad oſtendendum, viro quantumvis ignoto, Sanctorum honores Viterbii delatos fuiſſe a tempore immemorabili, ſeu annis centum ante bullam Urbaniſtam, hujuſmodi populari cultus derogantem: qui cum Viterbii, de Ordinariorum tacito vel expreſſo conſenſu, hactenus perſeveraverit, præcluſum nobis omne dubium, quin hic* beato *iſti* Petro, *a Crucibus infra deſcribendis, cognominato, locus ſuus in hoc Actis concedi poſſit, utpote annuam ſuam venerationem hoc die habenti, ut ex inſtrumento authentico mox patebit; quidquid de cætero & Officio & Miſſa cereat, quæ procul dubio Romæ impetrari non potuerunt, unde aliæ literæ recte notarunt, ſolennitatem duntaxat extrinſecam ei exhiberi.*

B

ut etiam habetur ex inſcriptione ſepulcrali.

3 *De cætero* B. Petrum *in Ordinem Servitarum admiſſum ex Granio ſuppoſuimus; addit hic formatam a ſe ideam, ſeu cogitationem, de modo, quo Beatus ille depingi poſſit. Audiamus ejus verba:* Hujus autem beati Viri ſiquis exemplar effingere velit, potuit eremitico habitu adinſtar peregrinantium, cum baculo, cruce & corona calculorum, ſuperaddito Servorum habito, cum pileo in capite repræſentare. *Utrum delineationem ejus ad amuſſim ſecuti ſint Viterbienſes in expreſſa ibidem Beati imagine, ex ſcripto, infra producendo, utcumque colligi poterit: Recentior epigraphe, Beati urnæ, ut opinor, inſculpta, ſic habet:*

C

BEATO PETRO DE CRUCE,
GERM. ORD. SER. B. M. VIRG.
OB MIRACULA DICATUM.
OBIIT DIE VI. JULII MDXXII.

Ad utrumque latus triangulis incluſæ ſunt litteræ aliquæ; in dextro C. V. A. in ſiniſtro XXXVI. *quæ ego ita Latine interpretor, ut C. ſit pro cujus; V. pro vita; A. pro annorum; complexum,* cujus vita annorum XXXVI. *alius forte leges,* complevit vitæ annos, *quæ aliis etiam ejuſdem inſcriptionis apographis conformia ſunt.*

Epiſtola Hiſpanica vaga & dubia

4 *Atque hactenus dictis nihil magnopere ſuperaddendum eſſet præter indicatum ſcriptum, niſi RR. PP. Servitæ Viterbienſes importune huc intruſiſſent, neſcio quam epiſtolam Hiſpanicam, quaſi a Rege ipſa ad B. Petrum ſcriptam, quæ cur adducatur, equidem non ſatis perſpicio, quandoquidem dubia omnino ſit, nec ad probandam* B. Petri *ſanctitatem aut cultum quidquam conferre poſſit. Eam epiſtolam, ſaltem curſim attingere me compulit prædictum inſtrumentum, cui* D
inſerta videtur, tamquam magnopere ad Beati Auct.
laudem pertinens; dum interim res tota vaga eſt, J. B. S.
ſine cruce ſine luce, characlere ad fallendum compoſito, ſigilla munita, quali non ſcitur unquam uſus fuiſſe Carolus V. cui adjectum aliud Principis, quod ſi verum eſt, totam epiſtolam falſam reddit, ſaltem pro eo, quo beatus Petrus *vixit tempore. Inſcriptio varia redditur; hæc forte ad veriſimilitudinem accedit proxime,* Por el deboto Padre fray Pedro de la Cruz, heremitano de la hermita de nueſtra Señora la madre de Dios de miſericordia, de la montana de monte celi. *Solum cognomentum* a Cruce *rem totam everlit, nam beatus noſter non aliunde id conſecutus dicitur, ut ex Granio ſuperius conſtat, quam quod Viterbii infirmos* Crucis ſigno contigerit & ſanaverit, unde Petrus DE CRUCE a populo Viterbienſi nuncupatus fuit.

nec ad viterbia nec ad ſpoletium quando quorum contulerit.

5 *Fingendum igitur, regias illas litteras ad ipſum ſcriptas dum Viterbii morabatur, quod nemo facile admiſerit. Miror etiam, Viterbienſes non quæſiviſſe hactenus, quodnam & ubi ſitum ſit eremitorium illud* Dominæ noſtræ Matris E
Dei de miſericordia in monte Celi, *in quo ſolitariam vitam ducere poterit* beatus Petrus *initiante Germanus, ſub initium ſeculi* XVI. *ſaltem ante annum* 1522. *qui Carolo V. tunc Hiſpaniarum Regi, aliqua ſuggeſſerit ad Dei obſequium, juvenis ipſe eremita, ſenioni Regi. Plura de his diſputare non libet, cum ad rem noſtram nil quidquam proſit, ſive vera & genuina ſupponatur Caroli V. epiſtola, quod ſane non facile crediderim, ſive potius ſuppoſititia, ſaltem quoniſque Beato huic noſtro tribuitur, cui agnomen a* Cruce *mere occaſionaliter Viterbii inditum diximus. Potuerunt alibi exiſtere devoti eremitæ, ſub nomine* Petri a Cruce, *ad quorum aliquem directa fuerit talis epiſtola a Philippo II. vel III. Hiſpaniarum Regibus, eique ſigillum ſuum appoſuerit Franciſcus Maria II. Urb. Dux* VI. *qui ab anno* 1574. *ducatum tenuit, eumdemque, præmortuo filio, Eccleſiæ ceſſit. De dubia epiſtola hæc pluſquam ſatis dicta ſint; ea modo inſtrumentum Viterbio acceptum, circa annum, uti conjicio,* 1685. *cujus auctorem P. Felicianum Poletti, ex ſubſcriptione intelligo.*

F

Brevis notitia de vita & morte B. Petri, Germani, e Cruce nuncupati, Ord. Servorum B. M. V., deducta ex Annalibus Servorum, necnon ex quibuſdam manuſcriptis conventus S. Mariæ Veritatis Viterbii, ejuſdem Ordinis, in cujus eccleſia ejuſdem Beati corpus requieſcit,

De ejus gentilitiis et miraculis

6 Beatus Petrus, Germanus, e Cruce dictus, vir fuit nobiliſſimus, qui voti cauſa, habitu eremitico e Germania Romam pergeos, inter peregrinandum Viterbium perveoit anno MDXX. cumque ob peſtem, qua tunc temporis alma Urbs totaque ejus Campagnia valde laborabat, non poſſet ulterius progredi, a Patribus Ordinis Servorum S. Mariæ Veritatis Viterbii eſt benigno hoſpitio ſuſceptus. Statim hujus viri ſanctitas effulgere cœpit occaſione epidemiæ, multum civitatem Viterbienſem vexantis;

A xantis ; nam plurimos maximeque ſanctimo-
AUGT. niales Ordinis Servorum in monaſterio Pacis ,
J.B.S. ſignn Crucis, quo ipſe ſemper utebatur, unde
& cognomen accepit, ſtatim ſanitate donavit :
quod totum fuerat prædictum a quadam B. Fran-
ciſca Ciribetta Viterbienſi, in eodem monaſte-
rio moniali ; nam hujus Beati adventum , opem,
quam ipſis erat in infirmitate allaturus, nec
non vicinam ipſius mortem jam ante prædixe-
rat . Itaque vir iſte , ut erat beatiſſimæ Virgi-
ni devotiſſimus , ſuppliciter ab iiſdem Patri-
bus, ut ad ejuſdem beatæ Virginis habitum &
eorum conſortium admitteretur , petiit ; quo
devote ſuſcepto, extremum ſuæ vitæ diem non
longe fore cognovit ; unde pauln poſt in mor-
bum incidit ; cumque præ ægritudine infirmis
præſentia adeſſe non poſſet, eoſque ſolito Cru-
cis ſigno ſanare , ad ipſos quaſdam ſchedulas ,
in pane azymo, qui vulgo dicitur cialda, ſcri-
ptas mittebat , in quarum prima hæc verba
erant . Chriſtus ✠ natus : in ſecunda ; Chri-
B ſtus ✠ ✠ paſſus ; in tertia denique, Chriſtus
✠ ✠ ✠ reſurrexit, quibus multos ſanabat. De-
mum prædicto ſuæ mortis die , clarus miracu-
lis obdormivit in Domino pridie Non. Julii
an. MDXXII. cujus corpus in lapideo monumen-
to conditum fuit, in quo hæc legitur inſcri-
ptio: BEATO PETRO DE CRUCE *&c. quam ſu-
prà deſcripſimus . Quod hic legatur* de Cruce
vel e Cruce *pro* a Cruce , *non magni momenti
variatio eſt. Pergit inſtrumentum:*

plus aliquid ſperat 7 Supra quod ſepulcrum adeſt effigies ipſius
Beati, cum habitu Servorum in actu ſignandi
in fronte infirmum , illis utens verbis , Chri-
ſtus natus &c. eſtque multis circumornata vo-
tis argenteis & tabellis, cui etiam perſæpe ac-
cenduntur lampades ex piorum devotione, ejuſ-
que feſtum quotannis celebratur in dicta eccle-
ſia VI. Julii magno Viterbienſium concurſu ,
ob multas gratias illis præſtitas per ſchedulas
illas ſupradictas , quæ vulgo a Viterbienſibus
dicuntur Terzanellæ, eo quod infirmis , febre
terzana laborantibus maxime juvent (*proſint.*)
C Nam Patres dicti conventus S. Mariæ Verita-
tis poſt ejus obitum , illis ſchedulis uti cœpe-
runt in memoriam ipſius Beati , per quas in
dies multa videntur miracula . Circa quod non
eſt prætermittendum illud, quod accidit in per-
ſonam Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini S.
R. E. Cardinalis Mutii , Viterbienſis Epiſco- D
pi, qui, vel ex aliqua ſiniſtra relatione , vel
alio motus zelo , ſub præcepto decrevit , ne
amplius dictæ ſchedulæ infirmis diſpenſarentur :
quare cum ille non poſt multum temporis in
morbum incidiſſet , numquam ex illo convale-
uit , donec ennſilin ſui familiaris , ſibi a ſecre-
tis inſervientis , juſſit eas ad ſe deferri , quibus
ſumptis, ſtatim eſt ab illa infirmitate libera-
tus ; quod & aliis accidiſſe narratur , *Cardi-
nalem Mutium non novi ; aſt hic certo indicatur
Tiberius Mutus , ab anno 1612. ad 1636. Vi-
terbienſis Epiſcopus , de quo plura vide apud
Ciaconium tomo 4. col.* 435. *Tum ſubjunguntur
in ſcripto noſtro , quæ ad memoratam epiſtolam
Hiſpanicam ſpectant .*

8 Adeſt etiam in ſacriſtia dicti conventus, *inſtrumen-
tum Viterbienſe au-
thenticum ,*
capſula quædam lignea , in qua cingulum &
ciliciuin dicti Beati aſſervantur , quæ multis
allata ægrotis, illis ſanitatem reſtituunt. Re-
peritur etiam in eadem capſula quædam epi- E
ſtola , ſibi a Rege Hiſpaniarum miſſa, cujus
hæc ſunt verba. Extra: El deboto Padre fray
Pedro de la Cruz, heremitano de la heremi-
ça de nueſtra Señora , la madre de Dios de
miſericordia, de la montana de monte Celi .
Intra: Deboto Padre, fray Pedro de la Cruz,
heremitano de la heremita de nueſtra Señora,
la madre de Dios de miſericordia, de la mon-
tana de monte Celi ; Vi la carta que me
eſcrivieſtes , y los conſilos , que me days , y
con todo l'otrn que me dize el caderezado ,
a ſervicio di nueſtro Señor , como ſe eſpera
de vueſtra padernidad, en razon de buena vi-
da, y yo lo agradeſco mucho; y ſed cierto,
que de vos y de todo ella tengo , y tendrè
ſiempre entera memoria. De Barchelona, Yo
el Rey. Quibus omnibus ut certior præſtetur
fides, nos infraſcripti Prior & Patres ſubſcri-
bimus, ſignoque hujus noſtri conventus S. Ma-
riæ Veritatis ſignamus:

Ego Fr. Ægidius Guagliardini Prior , af-
firmo ut ſupra, manu propria.

Ego Fr. Philippus de Latanis , affirmo ut F
ſupra, manu propria.

Ego Fr. Felicianus Poletti Servita ſcripſi
omnia ſupradicta, prout ex annalibus & aliis
manuſcriptis noſtri conventus reperire potui ,
Appoſitum eſt ſigillum in cera rubra ,

A

D

EX MS.

APPENDIX.

DE

S. HUGONE PEREGRINO * CONF.

* Vide Append. tom. 7. Julii pag. 864. col. 2.

IN NANVIGNE, DIOECESIS AUTISSIODORENSIS IN GALLIA.

Notitia ex Mss. Autiſſiod. & Caſtellano. J. B. S.

B

CIRCA AN. D.

Datur ex Mss. Autiſſiodorenſibus,

C *Laudius Coſtellanus, ſæpiſſime a nobis laudatus, in indice ſuo generali Martyrologii Univerſalis, expreſſiſſime ſignat* Hugonem Peregrinum, cultum in Nanvignè, diœceſis Autiſſiodorenſis, *remittens ad pag. 916. & diem* VI. *Junii. Notata pagina appellat Supplementum prædicti Martyrologii, in quo nec verbum habetur de ſancto Hugone, uti nec inter Sanctos abemeras, nec in corollariis. In additionibus tandem reperi, quod indicare voluit, his verbis*: In Naovigne (*vita diſerte legit* Nanvignè) prope Varzeacum (*Varzy*) in diœceſi Autiſſiodorenſi, S. Hugonis Peregrini, nati in Morondia; de quo dicitur in lectionibus ad Matutinum, ejus feſto die, quod jejuniis ſuis imitaretur S. Simeonem Stylitam, in cujus hooorem eccleſia ibidem ædificata erat; & quod numquam prætermitteret, octies de die ad eccleſiam accedere; ſemel media nocte, & ſepties interdio. *Deſumpſit hæc, procul dubio Caſtellanus, ex Mss. Autiſſiodorenſibus, nobiſcum poſtmodum communicatis, ut alibi non ſemel diximus: at cur ſextum Junii notaverit, potius quam hunc diem* VI. *Julii, ut tam clare exprimit alterum Bargedæi Martyrologium ſeu Kalendarium Autiſſiodorenſe, nullatenus conjicio; ſatis nobis ſit hic addidiſſe Sanctum, de quo alibi nulla vecurrebat memoria, quemadmodum Sanctos alios duos Autiſſiodorenſes Felicem & Moderatum retulimus* 1. *Julii.*

qui in utroribus catalogis omnino non eſt.

2 *Acta* S. Hugonis *ex Gallicis jam citati Bargedæi verſa ſunt; cum Latina nemo ad nos miſerit, nec proprias Nanvigneenſes lectiones viderimus. Dominus Georgius Viole, monachus Benedictinus, collector Geſtorum Pontificum Autiſſiodorenſium, uti ſub finem vitæ addidit, conjecturare voluit,* S. Hugonem *æqualem fuiſſe S. Ceuſurio, epiſcopo Autiſſiodorenſi, ordine* X. *adeoque obiiſſe circa finem ſeculi* V. *quod plane adeptavit Caſtellanus. Veruntamen an non præmature ſupponatur, templum exſtitiſſe in Nanvigné, dicatum S. Simeoni Stylitæ, qui cum ipſo Hugone vixiſſe potuit, veroſimillime mortuus anno* 460. *ut habes in Actis* V. *Januarii. Quamdiu* S. Hugo *in urvis fuerit, divinare nequeo; at certe uil vetat, ad annos ſexaginta vitam ejus producere; quod ſi anno ætatis circiter vigeſimo ſolitudinem Nanvigneenſem petierit, puta anno* 460. *templum S. Simeoni tunc temporis erectum minime reperit. Turpius laboretur vitæ ſcriptor, ſi, quod gallice inſinuari videbatur, ſupponeret eo loci vixiſſe Simeonem Stylitam,* E *quo ſe Hugo recepit, Mandra Antiochiæ cum diœceſi Autiſſiodorenſi inepte copulata. Fatendum eſt, lectiones efficii, ſaltem vitam, prout gallice ſcripta eſt, pro auctoris pietate exornatam. Sequimur prædictum Nanvigneenſe Officium, dum hic locum damus* S. Hugoni, *qui in aliis noſtris antiquioribus Sanctorum Autiſſiodorenſium Catalogis omnino notus non eſt. Habe vitam ex citato Ms.*

VITA

Ex Ms. Gallico Autiſſiodorenſi Latine verſa.

S Hugo Peregrinus, in Morondia, diœceſi Auguſtodunenſis, pauperibus ſed piis ortus parentibus, apud eos pueritiæ annos ſumma morum integritate & vitæ innocentia tranſegit. Cum ad majorem perveniſſet ætatem, divino inſtinctu motus eſt ad deſerendum parentes, patriam, & exiguum, quod expectare poterat, patrimonium. Itaque nudis pedibus, & juxta conſilium evangelicum, ſine ſacculo & pera iter ingreditur. Die quodam iter faciens, vehementer laſſus, ſub arbore quievit prope vicum, quem vitæ auctor latine vocat Buriacum, haud procul diſtantem Varzeaco in diœceſi Autiſſiodorenſi. *Parentes ex patriam deſerunt.* F

a Hic tanta premebatur ſiti, ut exclamaret: valde ſitio. Audivit autem has voces mulier, quæ cæcitatem, qua ab aliquot annis afflicta fuerat, æquo animo ferebat, & commiſerationis affectu mota, erga iſtum peregrioum, quem ex infuſo interius lumine magnum Dei famulum eſſe noverat, dixit: ſi non eſſem cæca, libenter te deducerem ad optimum fontem, non procul hinc ſitum, quo poſſes ſitim levare. Cui Hugo, magis *ſui proſus cæca mulier, ei viam oſtendit.*

A de divina gloria proximique ſalute, quam de ex MS. ſua neceſſitate ſolicitus, reſpondit: O mulier, ſi toto corde crederes, ſi omnibus viribus amares, ſi ore confitereris, illum, qui circo oato videndi ſaeultatem tribuit, poſſe etiam oculos tuos illuminare, videres hodie mirabilia. Cum vero mulier reſpondiſſet, ſe agnoſcere ac confiteri omnipotentiam illius, qui propter noſtram ſalutem cruci affixus fuerat, famulus Dei, fide & ſpe pleous, crucis ſignum formavit ſuper oculos illius, qui ſtatim aperti ſunt, ut intuerentur ſolis lumen.

Fide in ſolitudinem fugiens,

3 Quapropter tanto fuit affecta gaudio, ut poſt actas millies gratias, oſtenſumque prædicti pagi fontem, domum cucurrerit, relicto baculo, quo cæca ſe dirigere ſolebat, & narraverit hujus loci incolis beneficium ſibi a ſervo Dei præſtitum. Vicini, his auditis, petunt, quis eſſet, eumque quærunt. Sed ille, vanam gloriam timens, jam ſe ſubduxerat, iter faciens per ignotos calles, deoſas ſilvas & præcipites montium amfractus, B donec tandem veniret in horridam ſolitudinem, quæ vocatur Naovignè, io qua parvum exſtabat templum, S. Simeoni ſtylitæ dedicatum, & duabus circiter leucis Varzeaco diſſitum.

S. Simeoni ſtylitæ templum fuit ab eo, putat,

4 Is locus ei placuit, ſed multo magis vita, quam duxerat hujus eccleſiæ patronus, quem omni conatu imitari decrevit; io obſervantia regulari, ſed præcipue in jejuniis, vigiliis & orationibus, quæ adeo erant ipſi uſitatæ, ut non ſolum media nocte ſurgeret ad recitandum Matutinum, & quotidie ſepties ſe conferret ad templum, ad celebrandas divinas laudes, ſed multos præterea hymnos, pſalmos, aliaſque preces, tum mentales tum vocales adderet, quas lacrymis miſcens, divinæ clementiæ offerebat, ut ſua proximique delicta expiaret. D

orationibus vigiliis & jejuniis.

5 Quod ad victus rationem attinet; feſtis majoribus dominicisque diebus leguminibus tantum ſilveſtribuſque herbis veſcebatur; ſed an aliis diebus cibum ſumeret, ſcriptum non eſt. Sic viventem tota regio mirabatur, quamvis ipſe, ſui contemptor, latere cuperet. Deus ſervi ſui ſanctitatem pluribus miraculis manifeſtavit, tum tempore vitæ, tum poſt mortem, quæ contigit ſexta Julii; ſed neſcitur annus.

Colitur in Navigno.

6 Eccleſia de Nanvignè conſervat ejus memoriam, & iſto die celebrat officium confeſſoris cum lectionibus propriis, quæ prædictæ vitæ compendio materiam ſubminiſtraverunt. Dominus Georgius Viole putat eum vixiſſe tempore ſancti Cenſurii, decimi epiſcopi urbis Autiſſiodorenſis. Sepulcrum ejus eſt in Navignè, elevatum a terra, ad latus, circa altare majus. E

SEPTIMA DIES JULII.

SANCTI QUI NONIS JULII COLUNTUR.

C S. Apollonius Epiſcopus, Brixiæ in Inſubria.

S. Peregrinus, S. Lucianus, S. Pompejus, S. Heſychius, S. Papias, S. Saturninus, S. Germanus — Martyres Dyrrachii in Macedonia.

S. Pantænus confeſſor, Alexandriæ in Ægypto.

S. Claudius commentarienſis, S. Nicoſtratus primiſcrinius, S. Caſtorius, S. Victorinus, S. Symphorianus — Martyres Romæ.

Sanctus Navitus Epiſcopus Martyr, F Treveris, vel Tungris in Belgica.

S. Parmenius, S. Heraclius, S. Helias, S. Apollonius, S. Eudomius, S. Anovius, S. Publius & alii xviii. — Martyres Alexandriæ.

S. Parthenius, S. Pividius cum aliis vii. — Martyres.

S. Alexander, S. Partinimus — Martyres.

S. Thomas Confeſſor, in monte Laconiæ Malæo.

S. Aca-

A S. Acacius apud Græcos.
S. Euſtathius
S. Polycarpus } Martyres apud Gr.
S. Evangelus
S. Joannes Angeloptes Epiſcopus, Ravennæ in Italia.
S. Conſul Epiſcopus, Comi in Inſubria.
S. Sigisboldus Epiſcopus, Sagii in Normannia.
S. Felix Epiſcopus, apud Nannetes in Britannia Armorica.
S. Medranus) fratres confeſſores
S. Odranus) Lethreci in Hibern.
S. Wulfilaicus Diaconus confeſſor, Ivodii in ducatu Luxemburgenſi D
S. Edelburga virgo abbatiſſa, Faræmonaſterio in Gallia.
S. Hedda Epiſcopus, apud Occidentales Saxones in Britannia.
S. Eoaldus Epiſcopus, Viennæ in Gallia.
S. Willibaldus Epiſcopus, Eyſtadii in Germania.
S. Angelelmus Epiſcopus, Autiſſiodori in Gallia.
S. Odo Epiſcopus, Urgellæ in Hiſpania Tarraconenſi.
B. Davanzatus confeſſor, Barberini in Etruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

E

B S Kentigerni epiſcopi translatio *refertur a Greveno & a Florario Sanctorum Ms. Recto an ſecus, non examino: quæ de eo Sancto dici potuere, habentur eo, quo colitur, die* XIII. Januarii.

S. Boiſilum *cum* Maria virgine *phraſi ſatis obſcura laudat hoc die codex Uſuardinus Altempſianus. Non videtur is alius eſſe poſſe a S. Boiſilo, de quo actum* XXIII. Janu.

S. Severus Abrincenſis Epiſcopus *in efficiis iſtius eccleſiæ propriis hoc die recolitur, a Sauſſayo ornatus longo elogio, cum tamen ſpectet ad 1. Februarii, ubi Acta ejus illuſtrata ſunt. Non incurioſam do eo Sancto diſſertatiunculam in Martyrologio ſuo Univerſali inter Sanctos incerti diei exhibet Caſtellanus pag.* 893. *Sed cum ea ſpectent ad dictam diem, quo ejus vita relata eſt, omnia rejicimus ad menſis iſtius Supplementum* 1. Febru.

S. Earcongota virgo ſanctimonialis *refertur hoc die a Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino, Ferrario, Sauſſayo, & auctore Martyrologii Anglicani prioris editionis. Obiiſſe hoc die S. Edelburgam abbatiſſam, ejus materteram, tradit Beda, ut infra conſtabit, cujus verba* C *ad S. Earcongotam tranſtulit Trithemius, quem alii relati & Harpsfeldius ſeculo 7. cap.* 5. *ſecuti ſunt. Celebratur ejus memoria in Breviario Meldenſi, die, quo dedimus vitam* XXII. Februarii

S. Aſterius *martyr ſignatur* Romæ *in Florario Sanctorum Ms. & Viola excuſa. In priori nulla adjiciuntur ſigna diſtinctiva præter ſolam poſitionem* Romæ: *at in poſteriori certo deſcribitur* S. Aſterius ſenator, *qui cum Marino paſſus eſt, non Romæ, ſed* Ceſareæ Paleſtinæ. *Sæpe nobis moleſta eſt ſcriptorum iſtorum imperitia, qui quaſi ſtudio & data opera Sanctos tranſpoſuerunt. Tu vide de S. Aſterio* III. Martii

S. Vindicianni epiſcopi translatio, *a Balinghemio notata, ſpectat ad natalem* XI. Martii

S. Anſuinus *ut presbyter annuntiatur* in Camerino *a codice Uſuardino Vaticano, olim eccleſiæ Beneventanæ, ſignato num.* 5949. *Indicatur haud dubie* S. Anſovinus, *ejus loci epiſcopus, de quo actum eſt.* XIII. Martii

S. Zita virgo, *Lucenſis opinor, male huc tranſlata eſt in additionibus Mss. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, ſpectat enim ad diem, quo de ipſa actum eſt* XXVII. Aprilis

S. Maternianus confeſſor *ex Greveni penu, cum aliis hoc die porrigitur, ſine cruce, ſine luce, cui hic adſtipulatur Florarium Ms. rem nihilo magis evolvens, ne adjecto quidem Epiſcopi nomine. Ex Sauſſayi Martyrologio Gallicano lux accedit, dum ita ſcribit*: Ibidem, *Remis*, depoſitio S. Materniani, hujus metropolis epiſcopi, a S. Julio Papa conſecrati, cujus præcipua ſolennitas fit in ejus translatione pridie Kalendas Maii: *atque eo die Acta ejus illuſtrata ſunt. Vide igitur* XXX. Apr.

S. Marculfus abbas *codici Centulenſi ad marginem ſuperadditus, non ad hunc diem ſpectat, ſed ad* 1. Maii.

S. Marcellianus *Autiſſiodorenſis epiſcopus male refertur a Florario Sanctorum Ms. multa turbare ſolito; ejus natalis eſt* XIII. Maii

S. Illidius (*Gallice* S. Allyre) *a variis Martyrologiis notatur hoc die, ſumptis Nonis Julii pro Nonis Junii, quibus vere colendus eſt & colitur.* F *Parcam hic plurimis, cum pridem ab Henſchenio explicata ſint omnia tomo 1. Junii pag.* 424. *num.* 2. *ad dictum diem* V. Junii

S. Argimirus monachus, martyr Cordubenſis *hoc die ſignatur a Ferrario, pro mero, opinor, ejus beneplacito, nam colitur, & Acta Sancti illuſtrata ſunt* XXVIII. Junii

S. Martialis *octava adjecta eſt codici Pratenſi Uſuardino, usi ad hunc diem ibi notavimus. Latius de eo Sancte actum eſt* XXX. Junii

S. Leontii Auguſtodunenſis epiſcopi depoſitio *hoc die ſignatur in Martyrologio S. Savini de Levitania apud Sauſſayum: die præcedenti de eo iterum agendum fuit, inter Prætermiſſos. Quidquid de eo ſciri potuit, dictum eſt* I. Julii

S. Fabianus *epiſcopus & martyr Antiochenus inter alios Sanctos perperam hoc die recenſitos, ſignatur a Florario Sanctorum Ms. Sed hic haud dubie* Flavianus *eſt in ea ſede ſecundus, de quo abunde egimus* IV. Julii

S. Stephanus primus Rhegienſis epiſcopus *recte a Ferrario inter Sanctos Italiæ poſitus fuerat*

A die 5. *hujus: neſcio, cur ipſum hoc die cum ſociis repetat. Vide quæ dicta ſunt* VI. Julii

B. Domitius *ponitur hac die in Kalendario Syriaco ſeu Chaldaico, Italice verſo, nulla alia nota addita, unde diſtingui poſſit. Haud dubie idem hic eſt cum* Domitio *Martyre in Syria, de quo, uti & de aliis ſynonymis Sanctis actum* V. Julii

SS. Iſaurus, Baſilius, Innocentius, Felix, Ermius & Peregrinus martyres *ſignantur hoc die in Menais Græcis bibliothecæ Ambroſianæ, ſorte per amanuenſis oſcitantiam, nam ſpectant ad diem præcedentem, quo do iis actum eſt* VI. Julii

S. Syriaca *in Typico S. Sabæ, Horologio Græco & alibi ponitur hoc die, ſed de ea etiam actum eſt* VI. Julii

SS. Creſcentius, Dulciſſimus *aliique* S. Romuli *ſocii perperam a Magiſtro ſuo ſejunguntur a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, rectius a nobis do omnibus ſimul actum eſt* VI. Julii

SS. Parnienus, Heraclius, Helias, Apollonius & alii novem ac decem *leguntur hoc die apud Galeſinium, accepti ex codice aliquo Hieronymiano corrupto. Vide quæ de ſeptem horum Martyrum claſſe infra dicuntur. Ea nomina ex Galeſinio deſcripſit Ferrarius, primum rectius exprimens per* Parmeni. *In aliis etiam codicibus tum Mss. tum excuſis eodem fere modo perperam referuntur.*

B

SS. Urbani, Euſtadii, Hilarii, Radegundis reginæ & Paſchaſiæ virginis *&c. translatio celebratur in codice Uſuardino Divionenſi, quam ſatis ſit hic indicaſſe; de ſingulis iſtis Sanctis aut jam actum eſt, aut ſuis locis agetur.*

SS. Primitivus & Conſtantius *MM. coluntur Brunæ in Moravia apud PP. Societatis Jeſu, quorum corpora eo ex cryptis Romanis allata ſunt; Conſtantii anno* 1632. VII. *Julii, Primitivi anno* 1636. *Utriuſque translationis feſtive & ſolenniter peractæ deſcriptiones inde ad Bollandum olim miſſæ ſunt. Non coluntur hoc die, ſed eorum feſtum affixum eſt primæ Dominicæ poſt octavam Apoſtolorum. Quod hic indicaſſe ſit ſatis, cum hujuſmodi Sanctis locum in Actis tribuere non ſoleamus. Eodem loco reponimus.*

SS. Pamphilum, Marianum & Liobatum, *qui in templo hujus noſtræ Domus profeſſæ Antverpiæ eadem ipſa Dominica poſt Octavam SS. Petri & Pauli coluntur, quique ex iiſdem Romanis cryptis accepti ſunt*

C

S. Walfredum epiſcopum, *neſcio unde hoc die eduxerit Grevenus, ſolo iterum nomine deſignatum. Novi* Walfredum *abbatem, de quo actum eſt* 14. *Februarii:* Walfredum *item in Friſia martyrem, de quo in auctario Uſuardinis* 22. *Junii, unde remittitur ad* 3. *Decembris:* Walfredus epiſcopus *bacilonus mihi ignotus, niſi nomen corruptum ſit ex* Wilfrido, *quales ſynonymi duo* 24. *&* 29. *Aprilis Eboracenſes epiſcopi in Actis noſtris relati ſunt.*

Julia virgo Trevirenſis *tota rurſus Greveniana eſt, ex eo, ut fallor, recentiſſimo alicui Catalogo Ms. inſerta, non ea auctoritate, ut inter varias alias Julias connumerari poſſit, donec certius aliquid de ea ſciri potuerit.*

Muſtiola vidua *apud eumdem nihil magis ſignificat; de vera iſtius nominis Sancta ſuo loco actum eſt, hæc aut eadem, aut nulla eſt.*

Hybaludes Greveno *ſuperaddunt in marginalibus Mss. Cartuſiæ Bruxellenſis ſolo & ipſe nomine, ut de eo plura inquiri nequeant. Plus aliquid hujus* D *requiritur, ut ei inter Sanctos locus tribuatur.*

S. Angeli cuſtodis *feſtum hoc die celebratum olim Cæſarauguſtæ, refert Mss. apud nos ex ejus urbis eccleſiæ Breviario deſumptum, quod edidiſſe dicitur Ferdinandus ab Aragonia, archiepiſcopus Cæſarauguſtanus anno* 1570. *Compoſita eſt lectio ex iis ferme omnibus, quæ de Angelorum cuſtodia narrantur in utroque Fœdere. Notum modo eſt, qua religione & cultu Angeli cuſtodes hodie ab Eccleſia honorentur.*

SS. Januarius, Laurentius & Petrus in S. Sophia *collocantur in codice Uſuardino Vaticano, ſignato* 5949. *quæ pro eccleſia Beneventana ſcriptum oſtendimus in præfatione Uſuardina. Reperitur eadem ferme annuntiatio inter additiones Mss. Cartuſiæ Bruxell. ad Grevenum:* Beneventi, Sanctorum Martyrum Januarii, Laurentii & Petri. *Fruſtra quæro, quinam ii Martyres ſint, ubi aut quando paſſi. Eos non novit Marius de* E *Vipera in ſuo Sanctorum eccleſiæ Beneventanæ Catalogo, neque ego alibi de iis quidquam reperio: ſuſpicetur quis, commemorationem aliquam hic fieri Sanctorum, qui aliis certis diebus coluntur, ut S. Januarii Beneventani &c. Certe majori lumine opus eſt, ut de iis aliquid dicamus.*

B. Peregrinum Martyrem *ſanctis ſuis quatuor Fanenſibus Protectoribus addidit Vincentius Nolfius in opere Venetiis edito* 1641. *tribus pagillis ea levitate attingens, quæ prædictum B. Peregrinum ſpectant: Martyrem facienſ circa annum* 820. *quia ſacrilegos & blaſphematores corripuiſſet: martyrii & cultus alia ſigna adducens, una cum inſcriptione, fidem faciente, quod* divi Peregrini cadavet, e templo, quondam extra muros D. Paterniano epiſcopo & tutelari Deo Fanenſium erecto... ea, qua decuit pietate intra urbem translatum ſit Non. Julii, anno a Chriſto edito MDXLVIIII. Paulo III. P. M. *Nihil eſt, quod in iis arguendum cenſeam, vellem addidiſſet, quo die feſtivitas ejus vel Fani vel alibi recolatur, id quod plane indicare prætermiſit Nolfius, orationem in medium proferens, ſoli-* F *tam recitari a confraternitatibus, in hunc modum:* Propitiare nobis, quæſumus Domine, famulis tuis, per omnium Sanctorum Fortunati, Paterniani, Urſi, Euſebii & Peregrini atque aliorum, qui in præſenti requieſcunt civitate, merita glorioſa, ut eorum pia interceſſione, ab omnibus ſemper protegamur adverſis. *Vides commmnem hanc eſſe orationem Sanctis omnibus Fauenſibus: cupimus itaque doceri, quis dies Peregrini feſtivitati deſtinatus ſit, ut eum debito loco referamus.*

B. Jacobum de Caſtroplebis *in Etruria martyrem, & ſui Ordinis, nempe Servorum B. Mariæ, laicum, hoc die nobis annuntiat Ferrarius in Catalogo generali, citans Archangelum Gianinm in Ordinis Annalibus. Invenio iſtic Centuria* III. *lib.* II. *cap.* XVII. *totam Jacobi hiſtoriam, invenio tamdem* Beati, *ut qui pro juſtitia a ſceleratis occiſus ſit, miraculoſe repertus, & non minus prodigioſe ad ſepulcrum deductus: tum vero qua potiſſimum ratione imago ejus ſit repræſentanda. At necdum video ita licite exhibitam, nedum Sanctorum honores ei ballenus delatos; quod in prieri ſuo Sanctorum Italiæ Catalogo haudquaquam tacuiſſet Fer-*

A *rarius. Neque vero de cultu vel verbum habet Gianius, nec uſquam aſſerit hoc potius die quam alio interemptum, ut nihil hactenus ſit, quod nos cogat hoc die Jacobum Sanctis annumerare. Si Roma Beati honores Jacobo permittat, non deerit locus, quæ ejus Acta recenſeantur.*

Andreas, Petrus, Laurentius, Epidauri martyres, apud Aſcrivium paſſi, *ex eodem Ferrarii penu deprompti ſunt, ut qui martyrum ſubſerint anno* 1549. *Allegantur* tabulæ eccleſiæ Raguſinæ, ubi corpora habentur. *Admitto, corpora ibidem haberi: quæro, qua auctoritate eos ut Sanctos & Martyres Catalogo ſuo inſeruerit Ferrarius, cujus fides nonnumquam vacillat? De eorum geſtis nec verbum reperio, adeo ut, etſi vere Sancti eſſent, id ſolum a nobis dici poſſet, Raguſii ſeu Epidauri honorari, quod*

B *hactenus, nec aſſerere, nec negare audemus.*

Enoch, diſcipuli Chriſti, Carmelitæ *legitur in Kalendario Carmelitarum Conventus Mechlinienſis, ſed manu ſecundaria. Rem melius exſequutur Philippus Viſitantinus in ſua Acie bene ordinata, dum ita ſcribit*: S. Enoch de Amatim, Carmeli incola, factus S. Marci Evangeliſtæ, ad Alexandrinos in Evangelio & monachiſmo imbuendos collega & ſocius, deinde Nicopolitano epiſcopatu poſt triennium relicto, ad Carmelum rediit, & ibi obiit anno Chriſti LXIV. ut docent Palæonydorus, Lezana & alii. *Pergit Acies.*

S. Petrus Ambianenſis, Eremita nomine & re, cum S. Bertholdo coronam Marianam, quibuſdam globulis precatoriis compoſitam, in ipſo etiam Carmelo commorans, confratribus dedit. Tandem Huii, in patria Leodienſi, obiit annn MCXV. Colitur in Martyrologio Molani & Kalendario Carmeliticn. Carmelitam faciunt Angelus Bergerus libro Syriados, Petrus Lucius, Didacus Coria cap. 1. & noſter Carmelus poeticus, per Lezanam citatus. *Hæc deſcribo, ut obſequar laudato Philippo Viſitantino, Ordinis hiſtoriographo, qui in prima libelli facie ita propria manu ſcripſit*: Rogitatur R. P. Daniel Papebrochius, ut dignetur aſſumere aliquos Sanctos aut Beatos ex illa Acie bene ordinata &c. & ſaltem adſcribere inter ipſos intermiſſos aut præteritos ſuorum Actorum. *De cetero falſum eſt, Petrum Eremitam, ut Sanctum coli a Molano, qui ſolam ejus memoriam refert in Natalibus, a Lovio edito* 15 *Julii. De Enoch videri poſſunt, quæ ſuo loco & tempore diſputata ſunt.*

Geroldus Archiepiſcopus Bituricenſis, felici exitu earnis hoc die perfunctus, *inquit Sauſſayus*, vir fide, doctrina & miraculis præclarus, *ſed cui non alium titulum audet tribuere, quam* piæ memoriæ.

SS. Archiepiſcoporum omnium Remenſium *feſtivitas agitur apud Sauſſayum hoc die, ſed de ſingulis ſeorſim actum jam eſt, vel agetur poſterum.*

S. Orentius, *ut* primum Tarraconenſis, *poſt* Illeberitanus Epiſcopus *refertur hoc die a Tamaye in Martyrologio Hiſpanico, cum Actis ex S. Marco Maximo & Juliano collectis, ubi Tamayus merito inſurgit in eos, qui Adonem auſi ſunt corrigere, ut vel ipſum* S. Orenſium *ſeu* Orientium, Auſcitenſem *ſeu* Auxitanum Epiſcopum, *de quo* 1. *Maii abunde egit Henſchenius, in Hiſpa-*

niam transferam. Hinc porro S. Laurentii fra- D
trem *fuiſſe, non dubitat Tamayus, quemadmodum Sancti ejuſdem Laurentii parentes deſcripſit, alterum* S. Orientium & S. Patientiam, *quorum geſta, inter ejus diei prætermiſſos, ad* 10. *Auguſti diſcutienda prudenter remiſit laudatus Henſchenius. Plurima, more ſuo, diverſa & diſparata confundit Tamayus ex ſuis illis Marci Maximi & Juliani Chronicis; Bivarii & Cari commentariis, quæ ego certe admittere prorſus non auſim, uti nec auctorem decernere ſanctum illum qualemcumque* Orientium, *celebris Commonitorii, a Del Rio primum, poſtremo a Martene editi in Veterum Scriptorum collectione, Rothomagi excuſa anno* 1700. *in cujus præfatione nec ipſe determinare audet, an* Oruntio Illiberitano Epiſcopo, qui anno DXVI. Concilin Tarraconenſi, & ſequenti anno Gerundenſi interfuit, *adſcribendum ſit, quæ tamen omnia magnifice definit Tamayus. Pluſculum lucis & auctoritatis accedere debet, antequam* Orentium *iſtum ſeu* Orientium, *quem nobis ille obtrudit, hoc die Sanctis accenſeamus.* Sancti titulum auctori Commonitorii paſſim tribui, non diffiteor, E
at quo colendus ſit, quæro qui me docem; niſi cum laudato Martene, in hiſce tenebris probabiliter conjicamus, ut S. Orientio Auxitano etiam ipſos verſus adjudicandos eſſe, eumque adeo poetam illum fuiſſe, in Tarraconenſi aut Batica Hiſpania non quærendum, uti rurſus confirmat, Theſauri Anecdotorum, anno 1717. *editi, tomo* 5. *pag.* 18. *&* 19. *quem conſule.*

Robertus converſus *magnis præconiis extollitur, utpote, qui S. Bernardi diſcipulus fuerit, & magnæ auſteritati in ſeipſum, admirandæ pietatis in Deum, & miræ caritatis in proximum exempla ſuis temporibus prodiderit: incredibili fiducia* ſuam Chriſto Domino animam *reddens. In Kalendario Divione impreſſo, cum titulo* Beati *ponitur etiam hoc die, in alio expunſo,* 10. *hujus; verum de ejus cultu nihil hactenus conſtat, nec inter Sanctos eum referre auſus eſt Sauſſayus.*

Florentius *Aureæ vallis converſus apud citatos* F
ſcriptores pluribus etiam laudatur, ſed hæc omnia cultum non probant.

Thomas Morus *prioribus hujus menſis diebus apud recentiores aliquos relatus, hoc die illuſtre Catholicæ fortitudinis ſpecimen dedit.*

Balenda Epiſcopus martyr *Ægyptius inter Sanctos hodie collocatur in Martyrologio Univerſali Caſtellani, omnibus Latinis aut Græcis faſtis ignotus, ut haberi non potuerit niſi ex tabulis Copticis, quales edidit Ludolfus, in quibus hoc die* Balenda *ſignatus eſt: verum priuſquam de ejus ætate & fide conſtet, a nobis non admittetur.*

Joannæ de Jeſu *venerabilis ſanctimonialis Urſulanæ, fundatricis cœnobiorum Arelatenſis, Avenionenſis, aliorumque viciniorum, effigiem ad nos olim miſit Claudius Caſtellanus, manu ſua adſcribens*, Avenione mortalitatem exuiſſe, hac die, fama ſanctitatis celebrem, & miraculis claram. *Faciem præſert ſatis venuſtam, dextra manu cor geſtans, cui inſcriptum Jeſu nomen, ſiniſtra crucem, quam totis triginta annis, morbis aliiſque moleſtiis exercitata, & corporis marcerationibus extenuata, conſtantiſſime tulit. Nata eſt anno* 1583. *in oppido Saure-*

A *migiano, mortua anno* 1636. *Cognomen habuit de Rampale, cujus pater, libere ab uxore ſejunctus, Societatem Jeſu ingreſſus eſt; mater, Delphina Lanfrezo, cum altera filia Urſulanarum congregationi etiam adſcribi voluit. Vide recentem hiſtoriam Ordinum monaſticorum, non ita pridem Gallice editam, tomo* 4. *cap.* 28. *Exſpectandum, quid de ejus ſanctitate declaraturus ſit ſummus harum rerum arbiter Romanus Pontifex.*

Severus, Severianus, Simplicius & Carpophorus, Primus & Septimus *ex mera Maurolyci confuſione ſuperadditi hoc die* Claudio Nicoſtrato *& ſociis, de quibus hic agimus; ut vide loco ſuo.*

S. Proceſſus confeſſor. *ſuggeritur hoc die a Florario Sanctorum Mſ. Editione Lubeco-Colonienſi & Greveno, nullo præterea addito charactere, unde locus depoſitionis vel ætas dignoſci poſſint. Satis liberales ſunt hi codices in nominibus truncandis & tranſponendis, ut facile ex Proceſſo Romano martyre* 2. *Julii, hic formatus fuerit* Proceſſus confeſſor, *certe de eo hactenus apud alios nihil repertum eſt.*

B Trigmechus Epiſcopus,
Moelruanus Epiſcopus,
Crona parva, *ſeu* Crona, parva virgo,
Fiadabaria,
Comgella filia Diermitu, foror præcedentis Cronæ, *quinque Sancti ſunt a Sirino recenſiti, quorum in tabulis noſtris nulla prorſus memoria; hic eos collocandos cenſui, donec certiora producantur & cultus & geſtorum documenta.*

B. Angeli de Burgo S. Sepulcri
B. Sabini de Campello
B. Franciſci Numantini
BB. Onuphriæ, Franciſcæ & Joannæ
} *meminit hoc die Arturus.*

Theodorus *cognomento* Pius, *ejus nominis nonus, Comes ſexcus & vigeſimus Clivenſis, locum habet hoc die inter Animas illuſtres Juliæ, Cliviæ, &c. noſtri Theodori Rhay, cum longiori elogio, qui maxime monſtrare conatur auctor,* quibus artibus heros hic ad provinciarum ſuarum & auguſtiſſimos per imperium titulos aſcenderit ut Pius audiret, *Obſervo, Majores noſtros nihil prætermiſiſſe, ut de aliquo* Theodo-
C ri *iſtius* Pii *cultu certiores fierent: teſtatur id ſuperſtes epiſtola R. D. B. Henſchenii ad Godefridum patruum data* 7. *Junii* 1672. Fui, *inquit*, Craeneburgi & Cliviæ, ſed nihil de S. Theodoro potui leire: quare ipſummet acceſſi Decanum Clivenſem, qui dixit, ſepultum ſolummodo illic eſſe Theodoricum Pium, Ducem Clivenſem, ſed nec eſſe canonizatum nec beatificatum, neque ulla perpetraſſe miracula; quare nihil inde certi potui habere, niſi quod eſſet fundator Capituli Clivenſis. *Ætatem cognoſce ex Rhayo.* Ex mortalibus, *inquit* Clivis MCCCXLIII. VII. Julii, ad immortales tranſiit, *Satis patet, nullos unquam Sanctorum honores ei fuiſſe delatos.*

S. Grimbaldus *male hoc die in aliquo Kalendario relatus eſt, ſpectat ad* VIII. Julii

SS. Aquila & Priſcilla *anticipantur in Uſuardo Bruxellenſi, qui pridie de Pantæno locutus eſt.*

S. Procopius *ibi etiam hodie ponitur. Spectant omnes ad* VIII. Julii

SS. Abdas & Sabas martyres *hoc die notantur, haud dubie per anticipationem, in fragmenta Menæorum Taurinenſium, a menſe Martio ad Auguſtum, codice* u. *Ex aliis de utroque agetur die ſequenti* VIII. Julii D

S. Diſibodus *a Camerario hoc die conſignatus eſt, a Caſtellano remittitur ad* 8. *Septembris, ita locum denotans:* In Diſemberg, prope Spanheim, diœceſis Moguntinæ, *ut dubium non ſit, quin de eodem agatur, qui a Mſs. noſtris omnibus refertur die ſequenti* VIII. Julii

S. Euſanius & ſocii martyres *diverſis diebus hac & 9. Julii, & diverſimode referuntur a Ferrario, tum in Cataloga Sanctorum Italiæ, tum in generali, Id hoc ponitur hac die cum ſociis Martyribus, nona autem ſolus & tamquam* Confeſſor. *In priori autem catalogo oppoſitum fecerat; hoc die referens Euſanium presbyterum, abſque* martyris *titulo, nona vero,* Euſanium & ſocios martyres *appellans, Alia referuntur utroque die,*
E *ſed alia phraſi, quæ* nonnulla cenſura egere *cenſet: ego qua fide nitantur, hactenus non intelligo, Citatur Mſ. antiquum eccleſiæ Aquilanæ, quod* L *ad nos non pervenit, Ceterum cum in Catalogo generali teſtetur Ferrarius,* S. Euſanium celebrari in eccleſia Aquilana, *non hoc, ſed poſteriori die, remittendus eſt ad* IX. Julii

Benedictus VI. PP. *ex Ordine PP. Prædicatorum, aſſumptus poſt Bonifacium VIII. a Ciacconio electus dicitur an.* 1303. XII. *Kalendas Novembris, hoc eſt Octobris* 21. *Platina ſcripſit* XI. *Kalend. in additione Victorelli. Contra vero inſcriptus edita ab Ughello ſubſtituit* XV. *Kal. Octobr. Non minor variatio circa diem obitus & tempus ſedis: Nam Ughelli monumentum notat an.* 1304. *Id. Julii; alii* 11. *Non. alii Nonis, quæ pluribus hic adducere nihil proderit: id quæritur, utrum ei unquam decreti aut permiſſi fuerint honores eccleſiaſtici; quod hactenus deprehendere nuſquam potui. Virum Sanctiſſimum prædicant ſcriptores paſſim, & clarum miraculis, quæ vel apud ipſum Ciaccomum in additione Oldoini, ſatis magno numero reperiuntur. A ſcriptoribus Ordinis ſui* Beati aut Sancti *titulo decoratur. Verum ea omnia non probant, quod hic deſideramus, nempe cultus eccleſiaſticos & publici ſigna, quorum nec veſtigium apparet ad ejus tumulum apud PP. Prædi-*
F *catores Peruſii, quem Papebrochius aliquot, in ea uciſum, repræſentavit; nec ea protulit Criſpoltus in Perugia auguſta: neque in ullas ſacras tabulas Benedicti nomen relatum novimus, ne quidem in Catalogo Ferrarii aut Martyrologio Univerſali Caſtellani. De ipſo notata aliqua invenies in vita B. Joannis Vicentini die* 2. *Julii; ſi veri cultus indicia proferantur, poteris de eo agi ad* XV. Julii

S. Helena vidua, martyr *in Svecia, in Miſſalis votivalis, ſupra a nobis citati Kalendario non ponitur, locum tamen habens in ipſo opere pag.* 53. *Putaverat olim Papebrochius, hanc S. Helenam, cum S. Sunniva conjungi poſſe hac* 7. *Julii, Verum de Sunniva ſuo loco agetur; S. Helena vero, & in Vita Aquilonia, & in Officiis propriis ſanctorum Sveciæ Patronorum, excuſis Antverpiæ an.* 1631. *ſingulari feſtivitate colitur* 31. *Julii, ſignata a Caſtellano die* 30. *ubi notat Helenæ vitam a S. Brynolfo Scarenſi ſcriptam, de qua nos pluribus* XXXI. Julii

S. Gibehardus epiſcopus *a Bollando ex neſcio quo Kalendario pro hoc die extractus eſt, ſed quantæ auctoritatis id eſſe poſſit in omnium Martyrologiorum ſilentio, ſatis patet. Si indicetur S. Gebehardus Salisburgenſis; de eo egimus* XVI. *Junii in*

Ap-

Appendix: si S. Gebehardus Conſtantienſis, expectandus eſt dies XXVII. Auguſti

S. Firmini Epiſcopi & martyris *memoriam hoc die agit Ferrarius*; Pampelone in Hiſpania, *tamquam* urbis ejuſdem patroni, *citatque tabulas eſtius eccleſiæ*, hac die illam magna celebritate colentis, *addens*, hunc *S. Firmianum*, alium videri ab eo, de quo Ambianis 23. Septembris, *voluit dicere*, 25. *Errat hic Ferrarius, nam idem ipſe Sanctus utrobique colitur, ut videre potuit in Catalogo Epiſcoporum Pampelonenſium, anno 1614. Pompelone excuſa. Mira iſtic hiſtoria adſtruitur, cujus veritas examinanda erit, quando de primo Ambianenſium Epiſcopo agetur* XXV. Sept.

XI. MM. Virginum translatio *recolitur, ut apud Coloniam facta, in Floratio Sanctorum Ms. at morum eſt, id ignoraſſe Martyrologos Colonienſes. Caterum ſive vere hoc die facta fuerit omnium ſive aliquorum dumtaxat corporum tranſlatio, ſpectat ad* XXI. Octobris

Euphroſyna & Florentia *locum habent in Breviario Sleſwicenſi anni* 1512. *tamquam e numero undecim millium Urſulanarum, ubi earum lectiones cum aliis hiſtoriis confunduntur. Dicitur eas tranſtuliſſe Archiepiſcopus Lundenſis, eaſque coli præcepiſſe anno* 1445. *Verum de iis quoque cum tota claſſe agetur* XXI. Octobris

SS. Verani & Honorati confeſſorum referatio ac translatio, apud Jargolium in agro Aurelianenſi facta per Innocentium Papam IV, *ſignatur hoc die a Sauſſayo: vellem, pluſculum lucis adjeciſſet. Veranus, qui Jargolii colitur, Epiſcopus fuit Gabalitanus ſeu Cabellicenſis, mortuus Albengaani ad mare Liguſticum, quem refert Caſtellanus* XI. Novembris, *Carolus Sauſſayus in Annalibus lib.* 3. *num.* 35. *ait*, corpus conditum eſſe in eccleſia ſui nominis, in qua ſerviunt Domino diurnis & nocturnis horis, Decanus, Cantor &c. *De Honorato nihil ſatis certi hactenus reperi; ſi alterius facius fuit, agetur de utroque* XI. Nov.

B. Willibaldus *Berckheimii in Superiori Suevia, non procul Memmenga & celebri abbatia Rothenſi Ord. Præmonſtratenſis, a ſeculo* XIII. *eccleſiaſtica veneratione cultus, a Majoribus noſtris huic die deſtinatus erat, vel ob ſynonymiam aliquam cum S. Eyſtettenſium Apoſtolo S. Willibalda, vel quod forte diem cultus ignoraverint. Dubius nonnullis ideirco occurrentibus, conſultus per P. Antonium Azwanger, Societatis noſtræ in Superiori Germania Procuratorem, R. D. Bernardus Banz Can. Regularis & p. t. Rothenſis Cellarius, ad omnia ſatis accurate reſpondit, atque inter alia, Beati feſtivitatem annuc recoli, non hac* 7. *Julii, ſed* 26. *Novembris cum S. Conrado Conſtantienſi, utpote ſecundarii poſt hunc eccleſiæ Berckheimenſis patroni. Itaque quæ ad Beatum ſpectant, remittenda ſunt ad dictum diem* XXVI. Nov.

Giraldus, Geraudus ſeu Girardus *Archiepiſcopus Bituricenſis hac die obiit, ſicque ſignari teſtantur Sammarthani poſt Claudium Robertum, in Kalendario Medii monaſterii, anno* 1219. *alias* 1218 *Apud Vincentium lib.* 27. *cap.* 23. *dicitur*, fulſiſſe fide, ſanctitate, doctrina & miraculis. *Demonſtrare* beatum *appellaverat, aliam chronologiam ſecutus. Joannes Chenu, narrans B. Guilielmi deceſſoris corpus ab eo a terra levatum, ſubjungis:* Et ſequenti anno S. Ginardua Nonis Julii obiit. *Ab hoc accepiſſe conjicio Ghinium, qui ad* 10. *Januarii eadem prope aſſerit; de Giraldo paulo pluribus agens ad* 7. *Decembris. Quæro vitam, geſta & cultum, quæ ſi ſuggerantur, de eo agi poterit ad dictum diem* VII. Dec.

S. Beggæ *translationem hoc die memorat Molanus, eaque toto fere Belgio a Beghinis noſtris feſtive celebratur. Remittenda eſt ad natalem* XVII. Dec.

S. Thomæ Cantuarienſis *translatio inſcripta eſt variis auctuariis Uſuardinis, ut de eadem variæ apud nos exſtant lectiones Mſs. Acta & quæcumque ad Sanctum ſpectant illuſtrabuntur ejus natali die* XXIX. Decembris

DE S. APOLLONIO EPISC. ET CONF.

BRIXIÆ IN INSUBRIA ITALIÆ.

COMMENTARIUS.

J. B. S.

§. I. De Sancti cultu ex recentioribus Martyrologiis.

Sec. II.

Rom. Martyrologio, ſeruat ex Galeſinio.

PEtro *Galeſinio debent Brixienſes, quod ſanctus eorum Epiſcopus* Apollonius *in moderno Romano Martyrologio locum habeat, Cardinalis Baronio ſatis aperte in notis indicante, ſe ex illo, utpote qui* tabulas & annales priſcos civitatis Brixienſis *ciuaverat*, Apollonium *accepiſſe, omnibus aliis antiquioribus Martyrologiis, cujuſcumque notæ vel generis, prorſus ignotum. Galeſinii verba ſunt*, Brixiæ, S. Apollonii Epiſcopi; cujus pie facta & vita, Evangelii inſtitutis ac præceptis conformata, & admirandæ divinaque actiones, a Fauſtino Septimo, Brixiæ Epiſcopo, litterarum monumentis primum conſignantur. *Voluit dicere, opinor, ſcriptam eſſe* S. Apollonii *vitam a Fauſtino, ſeptimo Brixienſi Epiſcopo, in ea opinione, quod* Urſicinus, *poſt longam ſedis vacationem*, S. Apollonio, *ordine quinto, ſucceſſerit; illi vero is, quo de agimus,* Fauſtinus; *contra quem operoſe, adverſus vicinos Mediolanenſes ſcriptores certent Brixiani, vacationem iſtam plane rejicientes: quos idcirco die præcedenti monebamus, diſſidia domeſtica ſopirent, ſuaque ad veſtram hiſtoriæ normam exigerent, priuſquam alios Sanctorum hiſtoriographos non ſatis moderato impetu aggrederentur.*

2 *Unde porro conſtare poterit Galeſinio, Fauſtinum illum Brixienſem Epiſcopum ſeptimum*, litterarum monumentis conſignaſſe vitam . . . & admirandas divinaſque actiones *hodierni* S. Apollonii, *difficillime quis oſtenderit, niſi ad præteuſes* priſcos annales civitatis Brixienſis *recurrat, quos non tam vaga citatione, ſed paulo diſtin-*

ejuscelogia merito rejectum eſt.

A *diſtinctius exprimi vellemus. Scie, Ughellum, in*
Auct. *Epiſcopis ſuis Brixienſibus, ſimilia ſcripſiſſe de*
J. B. S. *Fauſtino, dum ei unum locum tribuit; verum & iſtius fidem requirimus, plura ſæpe aſſerentis ex meris popularibus traditionibus, quæ majori auctoritate ſtabilita oporteret. Cavit certe laudatus Cardinalis Baronius, ne Galeſinii elogium Martyrologio Romano inſereretur, dum ſimpliciſſime ſcripſit*: Brixiæ, S. Apollonii Epiſcopi & Confeſſoris. *In Annalibus autem nullam prorſus Brixienſium monumentorum rationem habuiſſe videtur,* S. Apollonium *nec nominare dignatus, ſaltem quod ego repererim, ut piaculum non ſit, talium inſtrumentorum fidem & auctoritatem in dubium revocare, donec accuratius enumerentur, notis ſuis characteriſticis, quibus & auctores & eorum ætas dignoſcantur, diſtincta & explicata.*

Quid de iis Martyrologio Brixienſi,

3 *Rem propius exploremus, ſiquid fortaſſe ex ipſis Brixianis Martyrologiis lucis affulgeat. En verba manuſcripti*: Brixiæ, natalis S. Patris Apollonii, ejuſdem civitatis Epiſcopi & Confeſſoris. Hic ſanctus pontifex multa millia
B hominum convertit ad Chriſtum ac baptizavit, & multa corpora SS. Martyrum ſepelivit, & alia multa fecit, quæ a ſancto Fauſtino, ſeptimo Brixiæ Epiſcopo, litterarum monumentis primum conſignantur. Ejus ſanctum corpus a Landulpho Epiſcopo Brixienſi in Cathedrali eccleſia translatum & in honorifico ſepulcro conditum eſt. *Hic aliqua cum Galeſinio ſatis conſonant; ſitne vero hoc Martyrologium Galeſinio antiquius, fateor compertum mihi non eſſe. Faynum modo audiamus, & ipſum non magnopere diſcrepantem*: Brixiæ, natalis ſancti Epiſcopi Apollonii, in Cathedrali, apoſtolicis virtutibus illuſtri: nam totam regionem, & imprimis Fauſtinum & Jovitam ad Chriſtum convertit, & ſacris ordinibus initiavit, ſocioſque in gentium converſione ſibi adjunxit: quorum ope innumeram paravit Domino plebem perfectam: in epiſcopatu tandem ſenio fractus, vita & morte præclarus, dormivit in pace. *An hæc ſatis conveniant cum*
C *ipſis SS. Fauſtini & Jovitæ Actis, ex infra dicendis intelliges.*

& annotationes Faynii

4 *Jam* priſcos annales *nobis ſuggerent Faynii annotationes*. Habent de eo, *inquit*, Martyrol. Romanum, Galeſinianum, Alexandri Peregrini, & Brixianum manuſcriptum, una cum Tabulis hujus ſedis. *Tabulas iſtas nominatim & ſigillatim deſignari cupimus*. Etiam in antiquis Breviariis & Catalogis Epiſcoporum. *Ut quid iſterum inſtrumentorum ætas tam ſtudioſe ſemper diſſimulatur? Antiqua forte viſa fuerint Breviaria ſeculi* XVI. *vetuſtiores non ſunt Florentini Catalogi, & ultra idem ſeculum non aſcendunt, quibuſcumque titulis ornentur Annaliſtæ Brixienſes. Pergit Faynus*: Acta omnia SS. Martyrum Fauſtini & Jovitæ apud Surium, Lipomanum, Metaphraſten, Joannem Bollandum ex Soc. Jeſu & alios. *Surium non male ſignat; Lipomanus id ſolum refert, quod Adoni perperam adſcriptum diximus in noſtris ad Uſuardum obſervationibus* XV. *Februarii. Quem hic Metaphraſten in lucem producat Faynus, fateor me prorſus ignorare. Acta triplicia illuſtravit Henſchenius; quantum probaverit, ex ejus annotatis non obſcure colligitur: ab eruditis bodie, ut ſincera nullatenus admitti, in confeſſo eſt. Quid nos de ipſis cenſeamus, explicabunt poſteri, dum*
D *ſub finem operis augendus & retundendus veniet menſis Februarius.*

hic omnibus diſcuſſo.

5 *Verum* Annales Brixienſes *preſſius indicat Faynus, dum appellat* Malvetium, Nazarium, Capreolum, Maggium, Abbatem Spinum, Octavium Roſſium, & Capreolum, in eorum Annalibus Brixiæ, Abbatem Aſcanium in lib. de Sanctis, Ferrarium de Sanctis Italiæ, & multos libros Provis. Civitatis, Davidem etiam Podavinum, & Obitium Capuccinum. *Horum omnium ætatem norunt Brixienſes, multa ſcriptorum ſuorum nomina recitare ſoliti, quæ ſi vel centies multiplicentur, majorem in hiſtoria fidem omnino non faciant, quam ſint prima documenta ab ipſis allegata; ea porro non video ulterius adduci poſſe, quam ad jam dicta Acta SS. Fauſtini & Jovitæ, in quibus fateor*, S. Apollonium *nominari, ut infra patebit. At quis demum nobis demonſtrabit, ea a Fauſtino, ſeptimo Brixienſi Epiſcopo, cujus nec ætas, nec geſta*
E *ſatis certa ſunt, compoſita fuiſſe; ſatis dubia ipſa, in pluribus diverſa, & varie adornata? Quis vero probaverit, eumdem illum ſanctum Fauſtinum, ſingulari opere, quod volebat Galeſinius*, vitam & admirandas (*S. Apollonii*) divinaſque actiones, litterarum monumentis conſignaſſe? *Sic mutua tradunt deſcribuntque Annaliſtæ Brixienſes, id ſupponendo, quod primo in quæſtionem venire debuerat.*

Nulla de S. Apollonio vita antiquior quam

6 *Quæro, quis vitam illam* S. Apollonii *viderit, aut in lucem produxerit? Quis alia de hoc Sancto vere citare potuit, quam quæ in paſſionibus SS. Fauſtini & Jovitæ, nihil minus quam ſinceris & authenticis, de illo hinc inde, non uno modo narrantur? Habeo præ manibus lectiones novem Mſs.* ex Officio antiquo impreſſo, apud moniales S. Catharinæ Ord. S. Dominici, *in quibus vix verbum reperio, quod non ex prædictis Actis deſumptum ſit. Atque hoc tandem, quantum ego quidem aſſequor, recidum* priſci *iſti* Annales civitatis Brixienſis; *quibus nihil detractum velim, ſed quos permodicæ auctoritatis cenſeo, ad ea firmanda, quæ ſeculo Chriſti ſecundo accidiſſe contenduut. Nec magis certa ſunt, quæ ſubdit Faynus*: Rexit hanc eccleſiam Apollonius poſt Latinum, ab anno CXVI. uſque ad CLX. F *rotundo ſane calculo; cui annos non paucos ſubtrahit Ferrarius hic, dum initia* S. Apollonii *reducit ad annum* 129. *annos regiminis non plus triginta attribuens*. In qua ſedit quintus Epiſcopus: *neque hoc ſatis indubitatum eſt; tolerabile tamen, & quod Brixianis haud invite conceſſero. Reliqua percurramus.*

nec illi qui ſtirpem familiæ recenſuit conſulto.

7 *Sic proſequitur Faynus*: Atque per omnem partem, ſua vigilantia, ſanctitate & labore Chriſtianam reddidit; & multorum millium Martyrum ſanguine & meritis ſanctificatam vidit. *Hæc temporibus recte conveniunt. Sequens cacophes haud equidem digero*: De nobili familia Cropella vel Gracchia & origine Brixianus fuit. *Jam priden vanam & inanem oſtendit, tam procul acceſſitam nobilitatem, Papebrochius, habuitque in eo ſuffragantes ex ipſa Italia illuſtres juxta ac doctos viros, imo* judicium univerſale *ibidem* eruditorum, *quos delectare non potuit* fumus apocryphorum antiqualium, *ut vide in Reſponſionibus ad art.* 3. *num.* 77. *Et vero aut hic aut alibi erravit Faynus, nam in Martyrio Brixiano, a ſe tranſmiſſo, quod edidit Papebrochius ante tom.* 2. *Aprilis,*

pag.

A *pag.* XLII. *num.* 14. *ſic legitur*: Tempore enim S. Apollonii DE OROPELLIS, nobilis Brixiani & Epiſcopi Brixiæ. *In Cælo ſuo Brixiano ſcripſerat* S. Apollonio *fuiſſe cognomen* Cropelli, *dictumque etiam* de Crofallis. *At eum non magis* Oropellum *ferimus, quam* Gracchum, Crofallum *aut* Cropellam: *neque agnomina illa nobis hactenus fiunt magis verofimilia, quam quod SS. Fauſtinus & Jovita e* Brignaechorum *ſanguine geniti fint, aut, nefcio quis Joſaphat, ex* Chizzolanis. *Fuerit* S. Apollonius primus ex ſanctis Epiſcopis, Brixianæ eccleſiæ patronus, & clarus miraculis, unde in ejus die feſtn in utrnque foro omnia jura ſileant; *de poſtremo teſtari potuit Faynus: cultum utique admittimus & ſolennem in* S. Apollonii *feſto celebritatem*.

B

§. II. De S. Apollonii geſtis ex paſſione SS. Fauſtini & Jovitæ: item de translationibus.

Ex Actis SS. Fauſtini & Jovitæ

JAm *ſatis oſtendimus, totam de vita & actis* S. Apollnnii *notitiam ex ſolis Paſſionibus, ab Henſchenio pridem ad* xv. *Februarii illuſtratis, accipiendam eſſe, quæ proinde a nobis hic percurrendæ ſunt: non Acta Mss. Italica, a laudato ſupra Fayno ad nos miſſa, quæ mirum eſt, a viro non indocto commendari potuiſſe, nec Legenda alia Latina, quæ ex bibliotheca ſummi Pontificis accepta dicitur, forte omnibus aliis deterior. De his, inquam, non agemus, ſolis Henſchenianis inhæſuri. Vita iſtic prima, ex Ms. S. Maximini & Surio, ſatis tolerabili methodo geſta connectit; certe veroſimilius, quam faciant binæ poſteriores, in quibus ſancti Fratres, jam verbi Divini prædicatores, & multorum tormentorum victores declarantur, priuſquam ullo charactere donati, imo ferme baptizati ſint. Rectius hæc in Vita illa prima, quæ ab ipſo num.* 1. *ſic habet*: Erat ſiquidem eo tempore, ejuſdem Brixianæ civitatis Epiſcopus, Apollonius nomine, qui nb metum perſecutionis, ſe

C ſe in abditis occultabat. Is cum famulos Dei ardentiſſimum ſervnrem erga prædicationis ſtudium habere cnnſpiceret, ad ſe accerſitos, eccleſiaſticis eos gradibus ſublimavit. Denique Fauſtino, quia major natu erat, presbyterii ordinem tradidit, Jovitam vero juniorem natu, miniſtrorum Chriſti numero ſociavit. *Habes hic* S. Apollnnium *Brixienſem Epiſcopum, at nec verbum de* Oropella, Cropella, Crofalla *aut* Gracchia *familia, quæ ex fontibus, Chronicæ Guerrini Ceteri ſimilibus, profluxiſſe neceſſe eſt*.

Puncta delineantur, quæ ad Sanctum ſpectant

9 *Paulo liberior eſt Vita altera, ex Ms. Neapolitano accepta: ubi prius accuſantur ſancti Fratres apud Hadrianum Imperatorem, mancipantur carceri, exponuntur leonibus, pardis & urſis; prius, inquam, variis diriſque modis torquentur, quam de* S. Apollonio *fiat ſermo, de quo primum num.* 5. *non ſatis aſſertive dicitur*, S. Afram poſtea a B. Apollonio Epiſcopo, cum ceteris in Chriſtum credentibus, ſacri baptiſmatis unda perfuſam fuiſſe, haud dubium eſt. *Num.* 6. *habetur*: Credentes autem ex eis amplius quam tria millia, a B. Apollonio Epiſcopo ſacri fontis unda perfuſi ſunt. *Sequuntur alia tormentorum genera a SS. Martyribus ſuperata, ac demum num.* 10. *ſic narrant Acta*. Eadem autem nocte eduxerunt angeli Dei beatos Martyres de carcere, adduD xeruntque eos ad B. Apollonium Epiſcopum, cui & dixerunt: Impone iſtis manus & conſecra eos, qui multos in Chriſti partem ſunt lucraturi. Beatus vero Apollonius conſecravit Fauſtinum presbyterum, & Jovitam diaconum: populi autem, qui credidernnt, venientes ad S. Epiſcopum, & ad SS. Martyres Dei rogabant eos, ut ſibi baptiſmi gratiam retribuerent: & baptizati ſunt eadem nocte promiſcui ſexus numerus non modicus.

in quibus dicitur prædicaſſe Sanctos diu

10 *Rem omnem multo fuſius & copioſius explicat Vita tertia, ſeu potius Vitæ majoris pars a Mombritio relata, in qua, præmiſſis etiam enormibus SS. Fratrum Fauſtini & Jovitæ cruciatibus, ſic a num.* 4. *late explicantur, quæ ad* S. Apollonium *pertinent. Textum deſcribo*: Congregaverunt autem ſe omnis populus civitatis Briſianæ, quærens Paſtorem bonum Apollonium Epiſcopum, ut eis baptiſmum traderet. Invenerunt autem eum abſconium prnpter perſecutiones Adriani, & adduxerunt eum ſecrete in civitatem, dicentes: Trade nobis ſignum, per quod civitas noſtra vel nos liberi efficiamur. Ait ad eos S. Apollonius: Filinli venite & aſcendite mecum ad montem, qui eſt ſupra civiE tatem; ut, cum adoraverimus, oſtendatur nobis ſignum de cæſis. Verebatur enim Apollonius propter populi turbam ne circumvenirent; aſcenderuntque cum eodem omnes in montem: ibique genua ponentes, adoraverunt in conſpectu Dei. Tunc B. Apollonius erexit ſe a terra, & dixit: Domine exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniat. Hæc cum dixiſſet, populo orante, apparuerunt ſcptem angeli, fulgentes ſicut ſnl, & dixerunt Apollonin: Quid quæris? Miſit nos Dominus, ut tibi ſimus in auxilium ad iſtum gregem, qui fontem ſalutis deſiderat, numquam deficientem. Ecce paratum habemus fontem, in quo eos renoves: fac eos ſurgere, imponens eis benedictionem Domini. Nos enim ibimus ad carcerem, & adducemus Fauſtinum & Jovitam, quos juſſit Dominus fieri ſacerdotes, Fauſtinum presbyterum, & Jovitam diacnnum, propter oves, quæ errant per diverſa, ut reſtituant eas Creatori ſuo.

F *alterum presbyterum, alterum diaconum*

11 Et abierunt angeli ad carcerem, & ſalutaverunt Fauſtinum & Jnvitam, dicentes: Gaudete juſti in Dominn, in conſpectu gentium date laudem & claritatem. Surgite ergo SS. Martyres Dei, & venite nobiſcum, ut videatis oves, quas Domino acquiſiviſtis. Qui mox exeuntes de carcere, abierunt cum angelis ad S. Apollonium, & invenerunt eum benedicentem populum. Conſummata vero benedictione, venit ad locum, ubi erant angeli cum Fauſtino & Jovita, & ſalutavit eos dicens: Ecce viri, in quibus dolus non eſt inventus. Impoſuit Fauſtinn manum & benedixit illum in presbyterum; ſimiliter & Jovitam benedixit, & fecit eum diaconnm, & dedit eis pacem. Tunc dixerunt angeli Fauſtino & Jovitæ; Ubicumque habueritis cum Adriano certamen, baptizate omnes, qui crediderunt per martyrium veſtrum in Domino. Accedite ergo, modo baptizate oves iſtas. Erat autem quaſi hora diei ſexta, & baptizare cœperunt populum credentium in Domino.

12 Venit deinde Calocerus cum Officio ſuo,

Digitized by Google

A suo, & postravit se in terram, sic precatus:
AUCT. Miseremini mei, quoniam deficio vehementer;
I. B. S. & corpus meum tremor comprehendit a timore
& plurimas baptizasse eum S. Calocerus. Dei gloriæ, qui in Sanctis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra. Videns autem Apollonius confidenter Calocerum petere signum Christi, jussit venire eum ad fontem, edixitque ad eum: Calocere, credis te Deum resuscitaturum a mortuis? Respondit: Utique credo, per renovationem fontis me resurrecturum a mortuis. Fecit adduci & Officium ejus: similiter illis dixit: At illi una voce omnes dixerunt: Credimus unum Deum in Trinitate esse in cœlis. Et imposuit illis manus, & fecit eos catechumenos, & baptizavit eos. Suscepit vero Calocerum Apollonius: & Officium ejus Faustinus & Jovita sicut omnem populum. Erant omnes baptizati quasi ad duodecim millia hominum, & erat hora circiter duodecima: & altare non habebant, in quo eis firmamentum Dominici corporis traderent. Fecerunt itaque orationem, & respicientes viderunt sindonem niveum expansum, tamquam supra altare:
B & erat plenum corpore Domini; & calix Dominici sanguinis erat plenus in eo. Tunc accedens Apollonius ante altare Domini, precari cœpit: & ecce apparuerunt quatuor luminaria ardentia in conspectu populi, quoniam jam nox erat: & fecit Missam, & tradidit corpus Domini, similiter & Calicem. Omnes deinde per noctem abierunt cum Apollonio: Beati autem Martyres Dei redierunt ad carcerem.

Ex illis fragmentis accipella carmina digna.

13 *Sunt in hoc brevi passionis SS. Faustini & Jovitæ fragmento, quæ harum rerum peritis merito displicent; ast hujus loci non est, ea scrupulosius discutere, aut ex narrationum diversitate alia aliis opponere, quod proprio loco examinaturos de integro, operis nostri prosecutores, jam pollicitus sum. Maneant interim in Actorum suorum qualiumcumque possessione Brixienses, at parcant, plura superaddere, nisi ex sinceris germanisque instrumentis ea probare possint, qualia sane non sunt, quæ de* sanctis Faustino & Jovita secundis e Brignacchorum *familia, & de* Josapbato Chizzola *exornavit, vel a Guerino Cereto conficta descripsit laudatus supra Faynus, ea solum, ni fallor, adinventa, ut geminatis sanctorum Faustini & Jovitæ corporibus, lites illæ componerentur, de*
C *quibus consulendum est citatum Papebrochii Propylæum antiquarium ante tomum 2. Aprilis, & ejusdem Responsiones, ex quibus discere possunt historiæ candidati, ad quam libram exigi debeant, non solum profanæ sed & ecclesiastica monumenta, dum ad humanam fidem prudenter, moderate & animo præjudicis vacuo expenduntur.*

plura in iis non adjecta Ferrarius.

14 *Sub finem Vitæ primæ num.* 20. *hoc unum ad* S. Apollonium *spectans additur; SS. Martyribus Faustino & Jovitæ* Brixiam reductis, occurrisse Christianos cum S. Apollonio Antistite, & nimia de eorum regressione exultatione gavisos fuisse. *In aliis de* S. Apollonio *ampliorem notitiam non invenies. Nescio unde accepta sint, quæ in altera elogii sui parte memorat Ferrarius in hac verba:* Cum vero SS. Faustius & Jovita martyrio fuissent affecti, S. Episcopus e monte descendens cum aliis Christianis, corpora SS. Martyrum obtruncata, noctu, qua potuit & decuit reverentia, sepelivit. Cum autem, mortuo Hadriano, sub Antonino Pio Ecclesia respirare cœpisset, Apollonius, relictis latebris monsium, in urbis centrum fese recepit, ubi assi- D
duis concionibus privatisque locutionibus, & veteres oves in fide confirmavit, & novas complures Christo acquisivit: ac ubi Valentini hæresim, Christum nihil de corpore Virginis sumpsisse afferentis, longius ab urbe Brixia profligasset, senio confectus, mortis suæ præscius, populum ad se accersitum, ad fidem Christo servandam hortatus, obdormivit Non. Julii. Cujus corpus in æde S. Andreæ dicata tunc conditum est, quo in loco postea suo nomine templum excitatum fuit. *Hactenus Ferrarius.*

Antqua vel liquie & Canusium translate.

15 *Paulo certiora existimo, quæ de translationibus sacri corporis, variis diebus suo Martyrologio inseruit Faynus, hic paucis delibanda. In hodierna annotatione sic scribit:* Atho, Caousii egregii oppidi in Regiensi agro Marchio & Dominus, ob insignem in hunc Sanctum devotionem (e quo Hildergarda, ejus uxor, lucis oculorum gratiam acceperat) ad illius sepulcrum anno CMLXX. XIII. Julii, magno comitatu veniens; clam a Gotifredo, ejus filio, tunc io sede Brixiana fulgente, obtiouit caput & brachium dextrum, cum lacerto ipsius S. Apollo- E
nii, quæ in abbatia, illic ab eodem sub ejus nomine erecta, una cum aliis sacris lipsanothecis collocavit. Qua occasione hoc mirabile accidit; ut cum dicta membra a corpore secarentur, vividus sanguis abunde manaverit, quasi de tanta injuria ipse Sanctus conquereretur. *Hæc recensere ait Faynus a multis scriptoribus, quorum ultimus Ughellus, hos de* S. Apollonii *reliquiis, ab Athone Canusium absportatis, versus commemorat.*

Reliquias alias dedit tibi Brixia magna:
Nam caput atque humerum dextrum pariterque lacertum
Offert gratis: & Gothifredus Episcopus egit
Hoc: quia de lumbis erat ortus Principis hujus.
Hic Præsul sacram referavit corporis arcam,
Ac secuit membra: cruor mox exiit extra. F
Unde bonus Princeps valde miratus, eidem
Continuo terræ propriæ decimamque monetæ
Vovit: & hæc secum duxit sacra pignora lætus.

Paulo antequam transferretur Sanctus enumeratur.

16 *Igitur ad annum usque* 970. *intactum mansit* S. Apollonii *corpus, atque in primo tumulo reconditum. Faynum modo sequamur.* Reliquum, *inquit*, corporis divi hujus Episcopi, extra civitatem in Burgo novo jacentis, in propria ecclesia Landulphus Castellonæus Antistes (*sedisse hunc ajunt ab anno* 1002. *ad* 1027.) pro tanti thesauri majori præsidio, anno MXXV VI. Octobris, solenni supplicatione indicta, in S. Petrum majorem intus civitatem transtulit. *Tota res peculiari annuntiatione memoratur a Fayno ad dictam diem* VI. *Octobris. Perierat subinde Sancti memoria, donec publico civitatis consulto, anno* 1478. *die* XXVI. *Februarii, de ejus sacro corpore* facta est diligens perquisitio, quousque, Deo sic concedente, veneranda ossa an. 1503. in basilica S. Petri Majoris . . . . . inventa fuere: *ac demum anno* 1510. *die* VII. *Julii, in arcam marmoream a Notario-*

rum

A *rum collegio præparatam, devote repoſita ſunt, ut pluribus narrat Faynus die* VI. *Januarii, ea inventionis memoria ſolenni. Verum illic non manſere ſacræ* S. Apollonii *exuviæ, nam* anno deinde 1604. die XX. Februarii (ſedente Epiſcopo Marino Georgio) in Cathedralem, in capella ſanct. Trinitatis, una cum ejus arca admiranda translatæ ſunt, in qua hæc memoria, *anno* D 1510. *inſculpta legebatur*: DIVO APOLLONIO, BRIXIÆ PONTIFICI, COLLEG. TABELL. PATRONO B. M. MONUMENTUM P. *Ejuſdem translationis memoria agitur ad diem* XX. *Februarii. Atque hæc ad gloriam Sancti poſtbuman, de qua nihil præter jam dicta reperimus.*

DE SS. PEREGRINO, LUCIANO, POMPEIO, HESYCHIO, PAPIA, SATURNINO ET GERMANO MM.

DYRRACHII IN MACEDONIA.

Notitia ex Menæis Græcis. J. P.

SUB TRAJANO. N*Orunt boſce Martyres Menæa Græca bibliothecæ Ambroſianæ, Menæa excuſa cum parvo elogio, & Menologium Baſilianum, e quo excerpo ea, quæ in laudem illorum ibidem leguntur*: Chriſti Martyres Peregrinus, Lucianus, Pompejus, Heſychius, Papias, Saturninus & Germanus e regione Italiæ oriundi erant, regnante Trajano. Propter perſecutionem vero Chriſtianorum, conſcenſo navigio, pervenerunt Dyrrachium; & conſpicati ſacrolanctum Chriſti Martyrem Aſtium, melle unctum & in ligno ſuſpenſum; nec non a veſpis & muſcis punctum ob Chriſti confeſſionem, beatum ipſum prædicarunt; & poſtquam eſſent cogniti, ab apparitoribus comprehenſi ſunt. Interrogati autem ac Chriſtum confeſſi, Præſidi Agricolao traditi ſunt, ab eoque in navigium conjecti, vinculis conſtricti, atque in mare Adriaticum projecti, beatum finem conſecuti ſunt: quorum corpora ejiciens mare, in arena abſcondit. Ac poſtea Archiepiſcopo Alexandrino patefacta, honorifice repoſita ſunt. *Obſerva penultimum Martyrem ex ſeptem ſcribi* Σατορινας; *pro quo leguntur Menæa impreſſa* Σατορινος, *Ambroſiana vero latine reddita*, Saturninus; *quemadmodum nos in titulo ſuperiore expreſſimus. Eoſdem Martyres habet Maximus, Cytherorum Epiſcopus, & Sirleus. Quos etiam e Græcis tabulis in latinas retulit hac die Martyrologium Romanum his verbis*. Dyrrachii in Macedonia, SS. Martyrum Peregrini, Luciani, Pompeii, Heſychii, Papii, Saturnini & Germani, qui natione Itali, in perſecutione Trajani, ad eam urbem confugientes, cum S. Aſtium, Epiſcopum, ibi pro fide Chriſti, in cruce pendentem viderent, Chriſtianos ſe eſſe palam confeſſi, juſſu præſidis tenti, atque in mare demerſi ſunt.

B E

DE S. PANTÆNO CONFESSORE

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

C F

COMMENTARIUS. J. B. S.

§. I. S. Pantæni laudes, doctrina, ſcripta & cultus.

AN. CCXVI. DE S. Pantæno *præclare meritus eſt noſter Petrus Halloix, qui, ut pridem in Obſervationibus ad Ufuardum monui, tomo* 2. *de vitis Patrum Orientis a pag.* 839. *pauca vitæ ac virtutum ejus, pro ſanctimoniæ gradu exempla, imo vix pauculas actorum ejus umbras reperiens, ex priſcis ſcriptoribus diſperſas hinc inde lacinias erudite & ſatis eleganter compoſuit, Sancti hujus Acta in tres articulos diſtributis; unde haud invitis delibabimus, quæ ad inſtitutum noſtrum facere videbuntur. Neque enim hic longis & cultis orationibus digerendis inſiſtimus, ſed iis dumtaxat capitibus colligendis, quæ ex ſynchronis aut Sancti ætati proximis Patribus probata cenſemus; ut pridem factum invenimus in Ms. aliquo Ultrajectino, ex Euſebii ferme & Hieronymi verbis, verum rudi minerva conſuto, quemadmodum & illud eſt vitæ compendium, a Petro de Natalibus lib.* 6. *cap.* 65. *adornatum, in quo non undequaque ſubſtans, quæ verbis quamtumvis paucis complectitur. Fuerint fortaſſe & alii eamdem ſemitam ingreſſi; ſed eos nihil moramur, dum fontes patent, quos conciliare & illuſtrare, hujus operis & officii noſtri proprium eſt. Ex iiſdem hauſis Tillemontius & eum ſecutus Legendarius Gallicus, quorum ea methodus eſt, ut geſtorum ſerem pro arbitrio texant, noſtra vero ut ipſorum antiquorum textus & ſententias integre & candide reddamus. Veras inde* S. Pantæni *laudes depromptum imus.*

Ex monumentis antiquis Sancti encomia colliguntur.

2 *Si vera eſt receptiſſima paræmia, in magiſtros redundare diſcipulorum gloriam, cum ſatis ferme Orienti egregie coruſcaverit ſcriptor clariſſimus & vetuſtiſſimus, Clemens Alexandrinus, haud dubium, quin inde* S. Pantæno, *unde alioquin celebri,*

quod priſcum, quod Clementis Alexandrini præceptor fuerit;

A *celebri, ſplendoris multum acceſſerit. Ille igitur,*
Auct. *teſte Euſebio lib. 5. Hiſt. cap. 11.* in Inſtitutio-
J. B. S. num libris, a ſe conſcriptis, Pantænum præceptorem ſuum diſerte nominat, *quod iiſdem propemodum verbis repetit lib. 6. cap. 13. eoſdem υποτυπώσεων ſeu inſtitutionum libros allegans*, in quibus Pantænum magiſtrum ſuum nominatim appellat, *& ſi Nicephoro Calliſto lib. 4. cap. 33. credimus*, librorum ſuorum patrem *Clemens* Pantænum memoravit. *Pergis priori loco Euſebius* : Sed & in primo Stromateon libro, eumdem ipſum deſignare mihi videtur, ubi præſtantiſſimos quoſque Apoſtolicæ doctrinæ ſucceſſores, a quibus inſtitutus fuerat, recenſet his verbis : Hi quidem libri nequaquam ad oſtentationem elaborati, ſed quaſi viaticum ſenectutis & oblivionis remedium, a me ſepoſiti commentarii reconduntur : ut ſint nobis imagi quædam & ſpecies adumbrata efficacis illius animatæque doctrinæ,
B quam a viris beatis & commemoratione prorſacto digniſſimis audire meruimus. Horum alter in Græcia Jonicus, alter in magna Græcia fuit : quorum ille quidem ex Cœleſyria erat oriundus, ille vero ex Ægypto, Alii autem in Oriente vixerunt, ex quibus alter quidem fuit Aſſyrius, alter in Paleſtina ab origine Habræus. Novifſimum vero, tametſi hic doctrinæ meritu omnium primus erat, cum caſu quodam offendiſſem, tandem in eo acquievi : quem quidem in Ægypto latentem, tamquam venator indagaveram,

ob magnum nominis ſplendorem in Ægypto latentem quæſitus.

3 *Hinc perſpicue datur intelligi, quanta doctrinæ fama inclytus is eſſe debuerit, quem beatus ille Clemens, S. Hieronymi* judicio omnium eruditiſſimus, *tanto conatu quæſierit ; quanta porro in Sancto noſtro animi demiſſio, qui in Ægypti latebras ſe quodammodo abdiderit, non ſolum* ſinceram Apoſtolicæ doctrinæ traditionem cuſtodiens, *atque* avita & Apoſtolica ſemina mentibus fidelium inſerens, *ſed & Apoſtolorum virtutes & exempla, ut mundi & fugacis gloriæ contemptu, ſibi imitanda proponens. Sit hæc præclariſſima* S. Pantæni *laudatio, tam illuſtris diſcipuli verbis ferme conceptæ. Aliud eidem, licet paulo brevius, encomium concinnavit ſanctus Hieroſolymorum Epi-*
C *ſcopus Alexander, ſic apud Euſebium lib. 6. cap. 14. ad Origenem ſcribens*: Patres agnoſcimus beatos illos, qui viam nobis præiverunt & quos brevi ſacuturi ſumus, Pantænum ſcilicet vere beatum ac dominum meum. *Sed & Origenes ipſe, ſuggillatus a nonnullis, quod diſciplinas Græcas, Philoſophorum placita, & ipſorum hæreticorum falſa dogmata exuiſſet, nihil antiquius habuit, quam ut* S. Pantæni *auctoritate ſe tueretur*. Atque hoc fecimus, *inquit apud Euſeb. lib. 6. cap. 19.* Pantæni illius, qui ante nos multis profuit, exemplum ſecuti, qui quidem ejuſdem cognitione non mediocriter inſtructus fuit. *Lege epiſtolam S. Hieronymi* 83. *de eodem argumento ad Magnum, oratorem Romanum, ubi & ſi* S. Pantæni *exemplum inter plurima alia adducit* : Pantænus Stoicæ ſectæ Philoſophus, ob præcipuæ eruditionis gloriam, a Demetrio, Alexandrino Epiſcopo, miſſus eſt in Indiam, ut Chriſtum apud Brachmanas & illius gentis philoſophos prædicaret.

4 *At longe præcipua* S. Pantæni *laus ab Euſebio accerſenda eſt, ubi de ipſo ex profeſſo loquens, ita ſcribit lib. 5. cap. 10.* Per idem tempus (*nempe* ſub Commodo, *ut expreſſius notavit Nicephorus Call. lib. 4. cap. 32.*) fidelium D
Laus ex miſſione in Indiam ſuſpecta. ſcholæ præerat vir doctrinæ cauſa celeberrimus, nomine Pantænus, quippe jam inde a priſcis temporibus ſacrarum litterarum ſchola in ea civitate fuerat inſtituta : quæ quidem noſtra adhuc ætate perſeverat, & ab hominibus, tum eloquentia tum divinarum litterarum ſtudio inſtructiſſimis, obtineri dicitur. Sed præ ceteris omnibus ea tempeſtate floruiſſe fertur is, quem diximus, Pantænus, utpote qui præceptis inſtitutiſque Stoicæ philoſophiæ primum innutritus fuiſſet. Tantum porro animi ardorem arga verbum Dei idem vir oſtendiſſe perhibetur, ut Orientis nationibus Evangelii Chriſti prædicator exſtiterit, ad ipſam uſque Indiam progreſſus. Quippe complures erant etiam tum Evangeliſtæ ſermonis Dei, qui divina quadam æmulatione ſuccenſi, Apoſtolorum exemplo ſtudium ſuum conferre ad ædificationem fidei & ad in- E
crementum verbi Divini properabant. Ex quorum numero Pantænus, ad Indos uſque penetraſſe dicitur, ibique Evangelium Matthæi, quod adventum ipſius jam prævenerat, apud quoſdam, Chriſti notitia imbutos reperiſſe : quibus ſcilicet Bartholomæus, unus ex duodecim Apoſtolis, olim, ut fama eſt, prædicaverat, & Evangelium Matthæi, hebraicis conſcriptum litteris reliquerat : quod quidem ad prædicta uſque tempora ſervatum eſſe memoratur. Hic ergo Pantænus, poſt multa præclare geſta, tandem Alexandrinæ præfuit ſchola ; ubi partim viva voce, partim ſcriptis, divinorum dogmatum theſauros expoſuit.

& illinc ab ipſis fontibus.

5 *Addit Rufinus*, S. Pantænum Evangelium, *a ſe apud Indos iſtos* repertum, detuliſſe, *nempe in reditu Alexandriam ; ſic proſequens & appoſito ſenſu ultimam Euſebii periodum interpretans* : Sed in multis præterea aliis doctor, in eccleſiaſticis ſtudiis apud Alexandriam claram ſatis & nobilem vitam optimo & admirabili fine concluſit, tam viva voce diſcipulos inſtruens, quam librorum monumenta etiam poſteritati theſauros ſcientiæ relinquens. *Ita Euſebii mentem paulo clarius explanari, iterum* F
iuſtra diximus. Jam doctis paria tradit S. Hieronymus de Scriptoribus cap. 36. Pantænus, Stoicæ ſectæ Philoſophus, juxta quamdam veterem in Alexandria conſuetudinem, ubi a Marco Evangeliſta ſemper eccleſiaſtici fuere doctores, tantæ prudentiæ & eruditionis, tam in Scripturis divinis, quam in ſeculari litteratura fuit, ut in Indiam quoque, rogatus ab illius gentis legatis, a Demetrio Alexandriæ Epiſcopo mittaretur : ubi reperic, Bartholomæum, de duodecim Apoſtolis unum, adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, juxta (Matthæi) Evangelium prædicaſſe, quod hebraicis litteris ſcriptum, revertens Alexandriam, ſecum detulit. Hujus multi quidem in ſanctam Scripturam exſtant commentarii, ſed magis viva voce eccleſiis profuit : docuitque ſub Severo Principe & Antonino, cognomento Caracalla. *Hæc Hieronymus, cujus alia de* S. Pantæno *verba ad Magnum ſupra quoque retulimus.*

ex quibus nonnulla fragmenta refertur.

6 *De iſtis porro* in ſanctam Scripturam commentariis, *ſeu, ut loquitur Rufinus*, librorum monumentis, *tametſi multis, nullum modo uſquam ſupereſſe, velle obſervavit Halloixius, & eos tamen Euſebius* divinorum dogmatum theſau-

A ſauros *appellat*. *Juverit ex laudato Halloixio de magnis tanti viri theſauris, non fragmentum ejus verbis, ſed breviſſimum documentum referre, alicujus, ſeu Clementis ſeu Theodoti vocibus indicatum, quod ſibi fortuito, ſed tamen fortunato objectum affirmat. Inter variorum de iſto Pſalmi* XVIII. *verſiculo*; In ſole poſuit tabernaculum ſuum, *opiniones atque ſententias, etiam B. Pantæni judicium atque auctoritas, tametſi ſtrictim, cum utili documento proponitur. Sic verba habent ex græco latine reddita*: Quidam igitur aiunt, corpus Domini in ſeſe depoſitum eſſe; ut Hermogenes; corpus autem dicunt ejus tabernaculum. Alii fidelium Eccleſiam. Pantænus autem noſter dicebat, prophetiam ut plurimum efferre voces indefinite, & uti tempore præſenti pro futuro, & contra præſenti pro præterito. Quod & nunc apparet; nam POSUIT & in præterito ordinatur & in futuro. Atque in futuro quidem, propterea quod, expleto hoc præſentis ſtatus tempore, Dominus venturus ſit, & fideles, in quibus velut in tabernaculo quieſcit (ſunt enim omnes unum corpus ex eodem genere, eamdem fidem & juſtitiam ſectati) ad eamdem unitatem reſuſcitaturus. Alii porro tamquam caput; alii tamquam oculi; alii tamquam manus; alii tamquam pectora; alii tamquam pedes in ſole ponentur lucidi. *Explicat igitur, inquit Halloixius*, poni in ſole, *collocari in Deo, & quaſi Deum fieri atque inſtar ſolis fulgere. Sed de ſcriptis ſatis dictum ſit.*

B

S. Pantæni in ſacris Paſtus memoria.

7 *Sacri cultus & eccleſiaſticæ venerationis argumenta a Faſtis Græcis repetenda non ſunt, cum in iis Sancti noſtri nulla reperiatur memoria. In obſervationibus ad Uſuardum hoc* VII. *Julii die expreſſius pridem declaravi, in Martyrologiis Hieronymianis non minus ignotum eſſe. Codex Bedæ Divionenſis additamento non caret, nam a genuino Bedæ, Floro & Rabano plane abeſt. Plantinianus Bedæ, ex Adone conflatus, legit*: In Alexandria, ſancti Pantæni, viri Apoſtolici. *Cæterum a Ruſinianorum Sanctorum ſeu Romani parvi collectore primum configuratum oſtendimus; inde ab Adone, Uſuardo, Notkero, & tota eorum progenie adoptatum. Adonis elogium ex Euſebio & Hieronymo contractum, conferenti patebit ad oculum, atque hinc fluxiſſe Uſuardi, & ex hoc moderni Romani annuntiationem hujuſmodi*: Apud Alexandriam (Alexandriæ) S. Pantæni, viri Apoſtolici, & omni ſapientia adornati: cujus (cui) tantum ſtudii & amoris erga verbum Dei fuit, ut etiam ad prædicandum Chriſti Evangelium gentibus, quæ in Orientis ultimis ſeceſſibus reconduntur, fidei & devotionis calore (ſuccenſus) profectus ſit; ac demum Alexandriam reverſus, ſub Antonino Caracalla in pace quievit, *Wandelberti verſiculus prætereundus non eſt*: Pantæni Nonis fulget meritumque fideſque. *Bruxellenſis codex Sancti feſtivitatem uno die anticiparit: in recentioribus omnibus Martyrologiis, quæ enumerare ſupervacuum eſt, dies ei proprius hodiernus ſervatur. Jam ex recitatis Clementis, Euſebii & Hieronymi verbis ſerius aliqua hiſtorico-chronologica, quouſque fieri poterit, ordinanda eſt.*

C

D

AUCT. J. B. S.

§. II. S. Pantæni ætas, genus, patria, munera, Indiæ apoſtolatus & obitus.

PRæter aliquales temporum notas, *paragrapho præcedenti ab Euſebio & Hieronymo ſignatas, ea prætereunda non eſt, quæ in utriuſque Chronico, quamquam ſæpe non ſatis accurate, ad annum* 193. *his verbis exprimitur*: Clemens, Alexandrinæ eccleſiæ presbyter, & Pantænus Stoicus Philoſophus, in diſputatione dogmatis noſtri diſertiſſimi habentur. *Aliam Euſebii verborum verſionem adducit Halloixius; neque hic annum in Chronico definitum ſcrupuloſius expendere neceſſe eſt; neque ſic verba accipio, ut eo præciſe anno Sanctum utrumque Alexandriæ commoratum oporteat; potuit enim S. Pantænus, vel ab anno* 190. *in Indiam ablegari, & tamen Alexandriæ diſertiſſimus haberi, atque ac Clemens, qui abſentis tum magiſtri vices, non minori cum eruditionis fama & æſtimatione geſſiſſe cenſendus eſt, ideireo fortaſſe primo loco nominatus. In eo auctoritates omnes conveniunt, ut S. Pantænum ſub extrema Marci Aurelii tempora, ſed ſub Commodo potiſſimum, tum ſub Severo & Antonino Caracalla floruiſſe intelligamus; poſtremis annis Agrippini Alexandrini Patriarchæ, ut ſatis innuit Euſebius, ac deinde eccleſiam eamdem moderantibus Juliano, & poſt hunc Demetrio, qua ratione conficitur ea ætatis S. Pantæni nobilior pars, quam tum docendo, tum in Indico apoſtolatu ſtrenue laborando, tum demum poſt ſuum inde reditum Alexandriæ exegerit.* Ætas Pantæni & ejus certa.

E

9 *Agrippini obitum in noſtro de Alexandrinis Patriarchis tractatu Chronologico ante tomum* V. *Junii, retulimus ad annum Chriſti* 179. *atque hinc tuto aſſeri poſſe credimus; ante illum annum ad ſcholam Alexandrinam pertractum fuiſſe S. Pantænum, urgente, procul dubio, Clemente Alexandrino, qui reluctantem & quodammodo fugitivum inſecutus, deliteſcentem, ut ipſe loquitur, venatus fuerat. Illuſtrem provinciam toto deinde Juliani, qui anno* 189. *vivere deſiit, tempore graviter adminiſtravit, habuitque Clementem diſcipulum, vel ut chronicon modo aſſerebat, æqualem, ac non minus quam magiſtrum, in diſputatione dogmatis noſtri diſertiſſimum, paulo poſt ſucceſſorem, nempe ſedente Patriarcha Demetrio, ad quem legati illi, S. Pantæni fama excitati, ab ultimo Oriente advenerint, & a quo profunde in Indiam deſtinatus, annos aliquot in Apoſtolicis laboribus inſumpſerit, Alexandriam poſtliminio redux, forte circa annum* 205. *ubi ſive publico ſive privatim lectiones reſumendo, vitam protraxerit uſque ad tempora Antonini Caracallæ, qui eum poſt patrem regnaverit ab anno* 211. *ad* 219. *haud inverſimiliter quis ſtatuet, mortuum eſſe S. Pantænum circa annum* 216. *ſuperſtite Demetrio, qui Alexandrinam ſedem uſque ad annum* 231. *occuparit.* Falsum ejus quouſque duraverit poſſit,

F

10 *Ex prædicti chronici verbis, ſuperius relatis, recte hic arguit Halloixius; Si anno Domini* 193. *aut* 196. *non Pantænus ſolum, ſed etiam Clemens, ejus auditor, clarus erat, cum grandem jam natu Pantænum eſſe oportuerit, conſequitur, ſub medium ſaltem ejus ſeculi natum eſſe, in quo quid opponi queat, prorſus non video; cum enim Sancti exitum inquirimus anno* 216. *ſi natus ſuppo-* non tamen ad S. Marci tempora extendi.

A AUCT. J. B. S. natur, anno 150. ætatis ſeptuageſimum non attigeris, quo eum perveniſſe, nihil eſt quod affirmare prohibeat. Benigniſſima interpretatione opus eſt, ut Equilini Præſulis verba explicentur, dum lib. 6. cap. 65. ait, S. Pantænum Marci Evangeliſtæ apud Alexandriam diſcipulum fuiſſe, quæ ſole hoc ſenſu tolerabilia ſunt, quo ſanctorum Auguſtini, Thomæ & aliorum Doctorum ſectatores, eorum diſcipuli nuncupantur, qualem S. Marci diſcipulum appellari patiemur S. Pantænum; imo longe propinquiori jure, ſi recte tradiderit Photius, ut uſum magiſtris fuiſſe, qui Apoſtolos vidiſſent, imo aliquos horum ipſimrum audiviſſent, Potuerit nempe Sanctus noſter Marci diſcipulos, eos ſaltem qui diutiſſime vixerint, novuſſe, atque ab ipſis ſanctiſſimi Evangeliſtæ inſtitutiones addiſcere, quas in Cathedra Catecheticâ, ab ipſo formata, auditoribus ſuis tanta cum laude expoſuerit: alius enim totis centum annis ſenior dicendus eſſet, quam ex allegatis auctoribus fuiſſe oſtenderimus, atque adeo ſeſquiſeculi ætatem ſuperaſſe, quod abſque idoneo teſte obtrudere, ineptum omnino videretur, ut inter notationes ſuas etiam expendit Halloixius, cujus opinioni in hac parte lubenter ſubſcribimus.

B 11 *At vero non tam proni accedimus ad aliam ejus ſententiam, quod* S. Pantænus gente Hebræus fuerit. *Id multis ipſe probare conatur, torquendo in ſenſum ſuum verba Euſebii, ſuperius recitata, de poſtremo magiſtrorum S. Clementis; contendens, fuiſſe Hebræum illum eumdem, quem in Paleſtina ſe audiviſſe Clemens teſtatur ſupra num. 2. ex connexione videlicet conſtructionum, quæ a Valeſio diſparate accipiuntur, & ita accipi debere videntur. Verba græce ſonant:* Ὁ δ' ἐν τῇ παλαιστίνῃ ἐβραῖος αἰτιαθεὶς. ὑστερ ὁ παρειληχώς . . αὐτοθεράπων, ἐν Αἰγύπτῳ, ὑφάσας λελθόσι. *Hec Hervetus ſic reddiderat:* Alter autem in Paleſtina, ducta ex alto origine. Cum autem in eum ultimum incidiſſem; *ultimum S. Clementis magiſtrum cum Hebræo manifeſte confundens. Nec multum abludit Halloixii interpretatio, in ultimum autem cum incidiſſem, quæ pacto etiam ſatis clara apparet ad Hebræum relatio. Valeſii interpretatio* noviſſimum *illum S. Clementis doctorem ſic diſtinguit, ut in notationibus pag. 95. & 96. ſingulos magiſtros enumerans & diſcernens, ultimum nullo pacto velit Hebræum fuiſſe, ſed* Pantænum, *natione Siculum, origine gentilem, profeſſione philoſophum Stoicum, demum longo præſtantiſſimum Chriſtianorum dogmatum interpretem. Ita loquitur Valeſius:* Sequuntur quædam apud Clementem, quæ Euſebius omittere nnn debuerat. Ex his enim colligi videtur, Pantænum ex Sicilia oriundum fuiſſe. Annon id aperte innuunt Clementis hæc verba? Σικελικὴ τὴν ὄρτι ἡ μέλιττα, &c. Cum enim præcedentibus verbis Clemens Pantænum deſignaſſet, ut teſtatur Euſebius, hæc quoque ad eumdem Pantænum referantur neceſſe eſt. Siculam igitur apem cum nominat Clemens, eo quod e Sicilia eſſet oriundus. Cur enim Siculam potius apem eum vocaret, quum Atticam? Petrus Halloixius, in vita Pantæni, ait illum fuiſſe genere Hebræum, idque ex Clementis verbis collegit. Verum Clemens plane contrarium innuit. Nam Hebræum quidem illum, ait a ſe auditum in Oriente; Pantænum vero in Ægypto.

Siculus ergo vero fuit, non Hebræus;

C 12 *Cum hæc ſe habeant, ex præcedenti paragrapho manifeſtum eſt, Stoicæ ſectæ adhæſiſſe* S. Pantænum, *priuſquam Chriſtianis ſcriptis imbueretur, ceteris deinde diſciplinis inſtructiſſimum, Alexandrinæ ſchole præfici meruiſſe, quo tempore* Clementem auditorem ejus fuiſſe *& poſtmodum* ſcholæ ſucceſſorem, *omnis tradit antiquitas, & concors eſt eruditorum ſententia. Jam diximus, ſub Agrippini exitum docendi principium poſuiſſe, quod toto Juliani tempore profecutus ſit, donec in Indiam a Juliani ſucceſſore Demetrio mitteretur, ſeculo ſecundo ad finem vergente, nondum turbata Severi perſecutione Eccleſiæ, quam ipſe motu terribili ſubinde concuſſit, præſentia ſua perſecutionem urgens ſub annum 202. qua tempeſtate; ex Ægypto ſeceſſiſſe Clementem volunt, non tam ſupplicionum metu, quam ut ſolicitus in Cappadocia rebus Eccleſiæ proſpiceret, quod ad* IV. *Decembris opportunius erit examinandum. Id interim notari poteſt, non recte de Clemente dixiſſe S. Hieronymum, quod* poſt Pantæni mortem *Alexandriæ* eccleſiaſticam ſcholam tenuerit; *nec ſatis appoſite ordinatam ab Halloixio vitæ* S. Pantæni *ſeriem, dum* 2. *capite Indicam profectionem exequitur, ſecundo autem hunc præfigit titulum:* Pantæni ex India reverſi, in Alexandrino gymnaſio claritas & doctrinæ gloria; *quaſi tunc primum docendo claruerit, cum dubium non videatur, quin Clementi ſucceſſiſſet Origenes, quamtumvis juvenis, antequam ex India* S. Pantænus *reverteretur. Connectis quidem tempora Halloixius, conjungens eos, qui* prius poſteriuſve S. Pantænum ſectati ſunt, *ut vel hoc ipſum improbandum cenſemus, cum veriſimillimum ſit, per id tempus gymnaſio nequaquam præfuiſſe, ſed ut ſummum privatim eos inſtruxiſſe, qui ad ipſum ultro accedebant.*

D nec Alexandriæ docuit poſt, ſed ante apoſtaſiam Julian. ſum ſedit, cum.

E

13 *Implexa quæſtio moveri poſſet, quem in Eccleſia gradum habuerit* S. Pantænus, *vel dum ſchole Alexandrinæ præfectum ageret, vel dum a Demetrio in Indiam deſtinatus eſt. Citat Halloixius pag.* 851. *Auctuſii Sinaitæ textum, in quo* Pantænus lacerdos Alexandrinus *nuncupatur. At contra facit non obſcura Origenis excluſio, qui epiſtola ſuperius citata, Heraclam* Pantæno *ſocians, illum ait* presbyterii gradum Alexandriæ tenere, *quod de* Pantæno *non prædicat; quemadmodum etiam expreſſit chronicon, cujus paragraphi initio etiamnum; ubi* Clemens presbyter, *Pantænus ſimpliciter dicitur* Stoicus Philoſophus. *Hinc opinor ſcripſiſſe Halloixium pag.* 842. nec ſacerdotii nec ordine eccleſiaſtico prædituni fuiſſe. *Tillemontius Epiſcopi Apoſtolici, ſeu incerti loci titulum Sancto noſtro haud invite concedit, verum in antiquiorum ſilentio quid ſatis unde rem definire audeat? Æque incerta ſunt plura alia capita; ut puta: Quam proprie Indiæ partem ingreſſus ſit* Pantænus? *Qui ipſum legati, de quibus Hieronymus, a Demetrio eſſlagitaverint? Quamdiu illic hæſerit? Quantum apud Brachmanas profecerit; & alia hujuſmodi. Proximus iis geſtis Euſebius, ſolum innuit, in eas partes profectum* S. Pantænum, *in quibus S. Bartholomæus Apoſtolus prima jecerat fidei ſemina, ubi Evangelium S. Matthæi Hebraicum, ibidem ab Apoſtolo relictum, invenerit, quod Rufinus, Hieronymus, atque ex iis Ado, Alexandrini a Sancto velatum expreſſius affirmant, quam ferat genuinus Euſebii textus. Non verebor ego tantiſper opinari, illam hic Indiam intelligi, ad quam S. Athanaſius Frumentium poſtea direxit, quæ eſt ipſa Æthiopia, ſedi Alexandrinæ ad hoc uſque ſeculum, non interrupta continuatione ſubjecta.*

Quem gradum in Eccleſia habuerit, & ad quod tem. præfectus ſit.

F

14 *Jam*

A *Optimus vitæ ejitus.*

14 *Jam abunde oſtenſum eſt*, S. Pantænum *Alexandriam ex Indía reducem, veterem docendi conſuetudinem non intermiſiſſe, tametſi juveuis Origenes priorem ejus cathedram poſt S. Clementem occupaſſet, cui ipſum Sanctus procul dubio cedere voluerit, tali præ ſenio munere ſe imparem exiſtimans, & ab omni zelotypia remotiſſimus, utpote qui Origenem foverit, adeo ut Alexander Hieroſolymitanus, apud Euſebium lib. 6. cap. 14. per* S. Pantænum, *Origenem ſibi innotuiſſe fateatur. Vitam Sancti ad imperantis Caracallæ tempora, ex Hieronymo producendam omnino cenſuimus, ſic ut ad annum ſeculi tertii ſenſum & decimum pertingere potuerit; quando poſt multos, in prædicando Evangelio, in dilucidandis Scripturis, in gentilibus a ſuperſtitione abſtrahendis, in hæreticis denum ab errore revocandis, ſuſceptos a ſe domi foriſque labores, vitam venerandæ ſpectatam canitie, exitu feliciſſima terminavit; quod ita ſuperius expreſſit Ruffinus*: Sed & io multis præterea alus doctor, io eccleſiaſticis ſtudiis apud Alexandriam, claram ſatis & nobilem vitam optimo & admirabili fine concluſit: *quæ poſtrema ferme ſunt*

B

lib. 5. cap. 10. verba, ad clariorem ſenſum reducta, quam ſint ea, quæ nobis in Euſebio exhibentur: Hic ergo Pantænus, poſt multa præclare geſta, tandem Alexandrinæ præfuit ſchole; *ex quibus daretur intelligi, ſub finem vitæ primum docere cæpiſſe Sanctum noſtrum, quod cum initio capitis pugnare videtur. Malim itaque græca verba* πλειονῆς ἐγένετο διδασκαλεῖον, *eo ſenſu exponere, quem eis dedit Ruffinus, & multis poſt ſeculis Nicephorus Calliſtus, ut cenſeatur ad finem uſque vitæ præcelluiſſe eruditionis fama, Alexandrinæ ſchole columen fuiſſe, & ſic beata morte ad promeritam laborum coronam tranſiviſſe.* D AUTC. J. B. S.

15 *Vitam* S. Pantæni *ſatis operoſe a ſe concinnatam, ſic concludit Halloixius, & nos cum ipſo noſtrum hunc commentarium*: Atque hæc ſunt, quæ de ſanctiſſimi Pantæni vita & monumentis in magna ſcriptorum de illo penuria, reperire potui; ſiquis nanciſci plura potuerit, in publicum, amabo, ea proferat, & ſuum ad tanti viri augendum honorem ſymbolum conferat. *Atque hoc bagiophilorum omnium votum eſto.* *Halloixii conclusio.* E

DE SS. MARTYRIBUS ROMANIS

CLAUDIO COMMENTARIENSI, NICOSTRATO PRIMISCRINIO, CASTORIO, VICTORINO ET SYMPHORIANO;

Ex Actis S. Sebaſtiani.

J. B. S.

AN. CCLXXXVI.

Ex Actis S. Sebaſtiani acceptis.

C

A*Mplam Sanctorum meſſem in Actis S. Sebaſtiani nobis porrigi, jam ſæpius in hoc opere dicendum fuit, & noviſſime prægreſſis hujus menſis diebus; ut* VI. *in claſſe illa majori Campanenſi*, V. *in S. Zoe, ejus, qui hoc die colitur*, S. Nicoſtrati, *uxore, &* VI. *in S. Tranquillino, SS. Marcellani & Marci parente. De* S. Nicoſtrati *converſione agitur cap. 7. de ejus & S. Claudii baptiſmo cap.* 11. *num.* 35. *ubi etiam memoratur* Caſtorius, Nicoſtrati *frater & Claudii filius* Feliciſſimus, *quem ipſummet eſſe* S. Symphorianum, *patet ex cap.* 19. *num.* 68. *licet ſub* Feliciſſimi *nomine, dicta die ſecunda Julii inter alios relatus ſit.* S. Victorini *nomen non exprimitur inter baptizatos citato cap.* 11. *num.* 35. *verum capite ille* 19. *num.* 68. *ubi Sanctorum præclare facta in Urbe deſcribuntur, ſic lego*: Item Claudius cum Victorino fratre ſuo, & cum filio ſuo Symphoriaoo, qui fuerat a morbo hydropis liberatus. *Hæc prima in iis Actis* S. Victorini, *mentio*; Symphoriaous *autem, ut jam dicebam, eſt ipſe* Feliciſſimus, *num.* 36. *hydrope laborans; ſed ea confuſione ſemel obſervata, ſanctum illum*, Symphoriaoum *appellare pergemus.*

aliam haud dubie claſſem conſlituunt

2 *De his quinque Martyribus, non curſim egi in Obſervatione ad Uſuardum, ubi id inter alia notavi, Romani parvi auctorem, primum fuiſſe, qui ipſos ſignaverit his verbis*: Romæ, martyris Nicoſtrati primiſcrinii, Claudii, Caſtorii, Victorini, Symphroniaoi; *quæ nomina accepta ſunt ex laudatis S. Sebaſtiani Actis cap.* 20. *num.* 76. *quorum nonnulla exemplaria, ſic ultimum nomen efformaſſe notavit Bollandus ad num.* 63. *litt.* A. *Ex illis poſtmodum longius ſuum elogium concinnavit Ado, quod ab Uſuardo contractum eſt, in Romano moderno, ex Molani editione aliquatenus reſtitutum. Pluribus Martyrologiorum textibus vem augere, haudquaquam neceſſe eſt; at nequeo intactam relinquere Maurolyci confuſionem, & diſtinctionem poſtea ſuperfluam: verba ipſius recitaſſe, refutaſſe erit. Sic habet*: Romæ ſub Diocletiano, ſanctorum martyrum Claudii, Nicoſtrati, Caſtoris, Victorini, Sempronioni, Severi, Severiani, Simplicii & Carpophori, Primi & Septimii, quos Fabianus Judex &c. *Infra vero*: Item S. Nicoſtrati viri Zoes, de qua nudius tertius, ſub eodem Fabiano, martyris, quos a ſancto Sebaſtiano converſos, Polycarpus presbyter baptizarat. F

ab iis aut colantur 8. Novembris.

3 *Satis manifeſtum eſt, commixtas hic tres diverſas Martyrum claſſes; hodiernam Romani parvi, cum ejuſdem duabus aliis* VI. *Idus Novembris relatis, nempe* artificum inſigniſſimorum, *& aliorum quatuor fratrum, qui* Coronati *nuncupantur, quos tamen præſato die* VIII. *Novembris cum diverſis elogiis repetit idem Maurolycus. Exercet eruditos ea nominum ſynonymia & ejuſdem plane numeri concurſus, cujus controverſiæ trutinam, in citata ad Uſuardum obſervatione incboatam, huc remiſimus. Verum cum poſt Martyrologii iſtius editionem necdum lucis quidquam acceſſerit, unde hæ difficultates accuratius diſſolvantur, poſſit vero ex aliis Actis & monumentis deinceps accedere, hodiernos quinque, in geſtis S. Sebaſtiani tam clare expreſſos, in juſta ſua poſſeſſione relinquimus, putamuſque hactenus cum Baronio in votis*: Diverſos omnino

A AUCT. J. B. S. esse hos ab illis Martyribus, qui iisdem nominibus sunt appellati, agiturque eorum natalis inferius ad VI. Idus Novembris, prout diversa ipsorum Acta declarant: *quidquid augmentum, sub nomine Flori editum, idem plane elogium postremis aptet, quod ex Actis S. Sebastiani solis nostris proprium esse censemus, contra quam indicare videatur vita Tillemontii tomo 4. pag. 745. An fortasse ad aliquam translationem adduci possit eorumdem fere nominum repetitio, postea etiam examinabitur, cum iis quæ ad antiquiora Kalendaria & Sacramentaria pertinent.*

Non mala hæc die a Romano parvo confignata sunt,

4 *Omittenda non est hodierni Romani annuntiatio, in qua Usuardi textus paulo auctior redditus est*: Romæ, sanctorum martyrum Claudii Commentariensis, Nicostrati primiscrinii, Castorii, Victorini & Symphoriani, quos S. Sebastianus ad fidem Christi perduxit, & B. Polycarpus presbyter baptizavit. Eosdem in perquirendis sanctorum Martyrum corporibus occupatos, Fabianus judex comprehendi jussit, B & per decem dies minis & blanditiis exagitans, cum in nullo penitus posset commovere, jussit tertio torqueri, ac postea in mare præcipitari. *Locum, ex quo hæc accepta sunt, jam abunde indicavi. Si quæras a quo primum hoc potius, quam alio die consignati sint; respondebo, hunc a Romano parvo selectum videri, haud dubie quod existimaverit, quemadmodum martyria illa uno eodemque capite in citatis Actis connectuntur, sic magno temporis intervallo distare non posse. De S. Zoe & S. Tranquillino satis distincti sunt dierum characteres; de prima nempe*, cum pertransissent sex dies *a natali Apostolorum; de altero*, Apostolorum natalitii octavo die. *De hodiernis autem non satis observavit laudatus Martyrologus*, per decem dies minis eos & blanditiis *exagitatos fuisse ad sacrificandum, atque adeo non hoc septimo, sed non ante diem* XVII. coronam martyrii celebrasse. *Caterum id alibi in eodem Martyrologio nec rarum nec insolitum esse, jam sæpius observatum est. Nunc ea colligenda sunt, quæ variis Actorum S. Sebastiani capitibus ad hos Martyres referuntur, servato eorum potius, quam rerum ordine.*

Conversus per S. Sebastianum Nicostratus,

C 5 Commentariensis & primiscrinii *munera satis alibi explicata sunt: videantur notæ Bargnii ad* XXVII. *Martii & hoc die.* S. Nicostrati *nomen primum occurrit cap.* 7. *cujus hic est titulus*: Sebastiani oratione & miraculis conversi Zoe & Nicostratus. *Num.* 24. *sic habetur*: *hæc autem gerebantur* intra domum primiscrinii, nomine Nicostrati, apud quem custodiebantur Marcellianus & Marcus, qui Nicostratus habet uxorem, nomine Zoen. Hæc per sex annos; *& cetera* v. *Julii. Tum num.* 25. Videns autem Nicostratus vir ejus, quod esset tanta virtus Christi in sua uxore celebrata, cœpit pedibus ejus (*S. Sebastiani*) advolvi, & indulgentiam petere, pro hoc quod imperiali & præfectorio jussu Sanctos Dei habuisset in vinculis: & auferens ex manibus eorum ferreos nexus, genua eorum amplexus, cœpit rogare, ut dignarentur abscedere, dicens: O! quam beatus essem, si pro vestra mercri possem salute constringi! Forsitan sanguinis mei effusione abluerer, ut mortem illam pœnarum æternarum evaderem, & ad illam vitam pertingerem, quam nobis Deus, per os Domini mei Sebastiani, manifestare dignatus est. Cumque rogaret Marcellianum & Marcum, urabscederent, *bi insigni oratione neophytos exhortatis sunt, ut habes tuo cap.* 8. D

& in fide prave instituti,

6 *Sequitur cap.* 9. Igitur cum hæc & his similia Marcus prosequeretur, cœperunt omnes, qui aderant, Deo gratias agere . . . . . Cumque omnes, qui ad decipiendos Sanctos venerant, unanimiter crederent Christo, Nicostratus cum conjuge sua urgebat se, dicens: Non cibum capiam neque potum, nisi mysterium mihi Christianæ religionis fuerit traditum. Cui S. Sebastianus dixit: Mura dignitatem tuam, & esse incipe magis Christi primiscrinius, quam præfecti. Audi itaque consilium meum, & omnes, quos carcer inclusit, quos vincula tenent, quos ergastula conficiunt, in unum redige. Quod cum feceris, antistitem sacrosanctæ legis adhibebo, ut cum omnibus, qui credere voluerint, mysterii suscipias sacramentum . . . . . Et Nicostratus ad hæc respondit, dicens: Quomodo iniquis & criminosis possum sancta committi? S. Sebastianus dixit: Salvator noster pro peccatoribus suam nobis E exhibere dignatus est præsentiam, & ostendit mysterium, per quod omnia peccata & crimina homini auferantur, & omnes virtutes Domini conferantur. Iter initia igitur conversionis tuæ, hoc munus primum si tu conferas Christo, præsto erit remunerationis ejus præmium super te, corona martyrii, habens secum virtutum omnium flores immarcessibiles, æternæ vitæ gaudiis profuturos. Audiens hæc Nicostratus primiscrinius, abiit ad Claudium commentariensem, & jussit universas personas ad domum ejus adducere, dicens: quoniam proxima sessione omnes discutiendi sunt, volo, ut cum illis Christiani, qui apud me sunt, præsto sint, ne aliqua prætectoriæ discussioni deesse possit persona. Igitur cum omnes ad domum primiscrinii perducti starent catenarum nexibus vincti, hoc modo eos vir Dei Sebastianus alloquitur, *&c.*

a S. Polycarpo cum aliis à pio quatur;

9 *Inde cap.* 10. omnes a Polycarpo ad baptismum præparati, *sequenti mox cap.* 11. *regenerationis lavacro abluuntur*. Cumque hæc agerentur, venit Claudius commentariensis ad primiscrinii Nicostrati domum, ubi ista agebantur; & dicit Nicostrato: Vehementer præfectura commota est, quod personas reorum tuæ domus custodiæ tradi jussisti. Hac de F causa suis te jussit præfectus aspectibus præsentari. Vide quale debeas interrogatus dare responsum. Ingressus itaque ad præfectum Nicostratus, cum interrogatus fuisset, cur eas personas, quas carceris claustra retinebant, suæ voluerit domus mancipari custodiæ, respondit; Amplitudinis vestræ jussu Christianas intra domum meam custodiendas suscepi personas, quibus, ut terrorem passionis incuterem, reorum illos feci sociari personia, ut jussioni vestræ & persuasioni nostræ, si non consensu suo, saltem alienæ experimento consentiant, & metuant, ne similis eos pœna concludat. *Non videtur a mendacio, ut minimum officioso, excusari hic posse* S. Nicostratus, *quo usurum fuisse haudquaquam credederim, si sanctioribus Evangelii placitis plenius fuisset instructus. Pia fraude delusus præfectus*, libentissime hæc audiens, dimisit eum dicens: Magno te censu a parentibus eorum remunerari faciam, cum per te illis fuerint incolumes fi-

A lii reſtituti. *SS. Marcellianum & Marcum hic præcipue denotari ex hiſtoriæ contextu manifeſtum eſt.*

& poſtea Claudium & filios

8 *Sic ea pergit*: Revertens itaque ad domum ſuam Nicoſtratus primiſcrinius cum Claudio Commentarienſi, cœpit univerſa referre, & qualiter S. Sebaſtianus .... animas Chriſtianorum ſua exhortatione revocaſſet &c. Cum hæc narraſſet Nicoſtratus Claudio, corruit ad pedes Nicoſtrati Claudius, dicens: Ex amiſſa conjuge duos filios habeo, ex quibus unus hydropis morbo fatigatur, aliud diverſis vulneribus opprimitur: Rogo, ut jubeas eos viſitari. Non enim dubito, quod ille, qui potuit facere, ut poſt ſex annos loqueretur uxor tua, faciat, ſi voluerit, ut ad filios meos ſanitas redeat. Et hæc dicens, proripuit ſe ad domum ſuam, & fecit inter manus adduci duos filios ſuos, & introducens eos intra domum, ubi erant Sancti Dei, projecit eos ante pedes eorum, dicens: Nulla penitus dubietatis ſigna in corde meo remanſerunt; ſed ex toto corde credens, quod Chriſtus, quem colitis, ipſe ſit
B verus Deus, detuli huc vobis duo incrementa mea, credens quod poſſint per vos a mortis periculo liberari. Dicunt ei omnes ſimul Sancti Dei, Omnes quos hic hodie infirmitas aliqua tenet, mox ut Chriſtiani facti fuerint, ſanabuntur. Cumque clamarez Claudius, credere ſe & deſiderare fieri Chriſtianum, juſſit S. Polycarpus, ut darent ſinguli nomina ſua. Primus itaque omnium dedit nomen ſuum Tranquillinus ... Poſt hunc ſex amici ..., Poſt hos Nicoſtratus primiſcrinius & Caſtorius frater ejus, & Claudius commentarienſis... Poſt hos omnis familia, quæ erat in domo Nicoſtrati.

ad eundem gratiam perducit.

9 *Porro numerum & ordinem baptizatorum proſequitur*: Igitur omnes iſti LXVIII. a S. Polycarpo presbytero baptizati, & a S. Sebaſtiano ſuſcepti ſunt ... Primum itaque Claudii filios, hydropicum unum (*qui paulo ante Feliciſſimus, poſtea Symphorianus appellatur*) & alterum vulneribus plenum, mox ubi in nomine S. Trinitatis intinxit, ita de fonte ſani elevati ſunt, ut nec ſignum in eis alicujus
C morbi præteriti remanſiſſet. Poſt hos autem Tranquillinus..... Hoc itaque ordine ſuo baptizato, univerſi, prout competebat, baptizati ſunt, & per dies decem qui ſupererant dilationi, quam meruerant in Dei laudibus perdurantes, ducebant dies & noctes in hymnis & canticis, & quaſi fideles milites parabant animos ſuos ad dimicandum, pro Chriſti nomine in martyrio bellaturi; ita ut & in mulieribus & infantulis amor ſerveret martyrii, & invicem ſe ad confeſſionem ſancti nominis, contra diabolicas acies præpararent. *Sequentibus capitibus fuſe deſcribitur converſio Chromatii, ejus baptiſmus & urbanæ præfecturæ abdicatio, donec cap. 19. de noſtris iterum ſermo recurrat, ubi* Nicoſtratus ex primiſcrinio, cum fratre ſuo Caſtorino .... item Claudius cum Victorino fratre ſuo, & cum filio ſuo Symphoriano, qui fuerat a morbo hydropis liberatus, *per Caium Papam* ſubdiaconi facti *dicuntur.*

D 10 *Habes num. 69. Caſtuli zetarii palatii ſtudium* ad latebram confovendam, *in qua egregii iſti pugiles omnes commorarentur, ubi multa fecisse miracula, eminente inter alios* S. Tiburtio. *Ad martyrium proceditur cap. 20. cujus hoc eſt initium:* Verum quia multum eſt, ſi velimus ea proſequi, quæ & quanta per eos fecerit Chriſtus, qualiter unuſquiſque ad palmam martyrii venerit, tantummodo explicemus. *Præmittuntur certamina SS. Zoes & Tranquillini, de quibus jam actum ſuis locis diximus; demum ſic caput abſolvitur num. 76.* Item Nicoſtratus & Claudius una cum Caſtorio & Victorino & Symphoriano, dum corpora Sanctorum pro ora Tiberina requirerent, a perſecutoribus tenti ſunt, & ad Urbis præfectum perducti. Erat judex Fabianus, qui eos hortabatur ad ſacrificandum, & per decem dies minis eos & blanditiis agens, in nullo penitus potuit commovere. Tunc fecit de iis ſuggeſtionem Imperatoribus, qui juſſerunt eos ulque tertio torqueri. Cumque nulla ratione tormentis compulſi cederent, juſſit eos in medio mari præcipites
E dari. Immenſis igitur arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati ſunt, & in loco mundo inter aquas coronam martyrii celebrarunt. *Hactenus jam ſæpe laudata S. Sebaſtiani Acta, ex quibus longe certiora habentur, quam ex Ms. Ultrajectino, quod apud nos exſtat, aut ex Præſule Equilino, aut aliis, qui æque ac Mauroloycus & res & nomina confundunt, aut non ſatis opportune diſtinguunt.*

De ipſorum reliquiis.

11 *De horum Sanctorum ſacris corporibus meminit hoc die in ſuo Hemerologio abbas Carolus Bartholomæus Piazza, atque depoſita eſſe in templo ſanctorum quatuor Coronatorum ad montem Cœlium, ibique eorum certamen eleganter depictum exhibere: at verere me fateor, ne ipſos illic confundat cum ſynonymis illis, quos in eadem baſilica collocat* VIII. *Novembris*; *nam Pancirolius, ſacra iſtius ſanctuarii cimelia perluſtrans, noſtros ſanctos Martyres hodiernos ibi non memorat. In alias orbis partes etiam tranſiſſe aliqua ipſorum ſacra lipſana, haud equidem dubitare auſim. Maſſinius in tribus eccleſiis Bononienſibus* S. Victorini *reliquias reperit. An hodierni? Quis ſatis diſtinguat? Lego apud Carolum Stengelium in Monaſteriologia de Tegernſeenſi cœnobio*; anno MLIII. Sefrido abbate præſidente, corpora ſanctorum Martyrum Chryſogoni & CASTORII a quodam fratre, a Verona, ex monaſterio S. Mariæ ad organa, ad hoc monaſterium eſſe translata. *Exiſtimat Stengelius, ad alteram claſſem, ſeu hodiernam, ſeu quæ* VIII. *Novembris colitur, ſanctum illum* Caſtorium *pertinere: at quo fundamento id aſſerat, non ſatis video. In Actis noſtris non unum ſynonymum invenies. Neque magis certum eſt*, S. Chryſogoni *martyris, qui colitur* XXIV. *Novembris, ſacrum corpus illuc deportatum, cujus ſaltem caput & manum ſibi vindicat Sancti iſtius in Urbe trans Tyberim eccleſia. De quibus plura dicentur ſuo loco & tempore.*

F

DE S. NAVITO EPISCOPO ET MART. *TREVIRIS, VEL TUNGRIS IN BELGIO.*

J. B. S. Sylloge de epiſcopatu, cultu & dubiis circa Sanctum occurrentibus.

FORTE SEC. III.

NOta pridem eſt orbi litterario erudita noſtri *Godefridi Henſchenii de Epiſcopis Tungrenſibus & Trajectenſibus Diatriba, ab anno 1653 vulgata, ſecundis curis, ſub Exegeſis nomine, ab ipſo auctore anno 1680. prælo parata, & demum cum ejus elogio recuſa ante tomum* VII. *Maii; quam quidem omnes arrodere auſus eſt Nicolaus Fizen, Viſetenſis canonicus, breviſſimis ſuis* veritatis *ſcilicet & eccleſiæ Tungrenſis vindiciolis, prædicto anno 1653, nullo operæ pretio editis: at Trevirenſium nemo, quod ſciam, hactenus impugnavit. Ad hos potiſſimum ſpectat Diatribæ lib. 3. cap. 5. novæ Exegeſis caput 1. qua parte agitur de decem prioribus urbis Tungrenſis* Epiſcopis, *quorum poſtremus fuerit* S. Servatius, *primus* S. Maternus, *cathedralis ejus eccleſiæ conditor, intermedii porro ſucceſſores octo* Navitus, Marcellus, Metropolus, Severinus, Florentius, Martinus, Maximinus & Valentinus. *Illos Henſchenius Catalogo Trevirenſium Epiſcoporum, ex Chronico Trevirenſi, circa initium fabuloſo, perperam intruſos cenſet, utpote qui ad Tungrenſem eccleſiam pertineant, ita Trevirenſes, pro ſua modeſtia, num. 7. compellans:* Hæc proponimus conſideranda viris in antiquitate apud Treviros eruditis, qui ſi poſſint contrarium evidentibus argumentis evincere, libenter certiorem viam, ab iis monſtrandam, ingrediemur, proximo menſe Junio, quo tres ex dictis Epiſcopis Tungrenſibus colluntur, & in his S. Martinos, relatus die XXI. ad quem hic dicta ſtabilimus in Actis jam prælo paratis; ut etiam VII. & XX. Junii, quo coluntur SS. Maximinus & Valentinus, dicti Martini ſucceſſores.

Epiſcopi novem ab Henſchenio Tungrenſibus aſſerti.

A

B

C

2 *Hæc jam pridem annis publici juris facta ſunt, Trevirenſium nemine, quod quidem novemus, reclamante, apud quos difficillimum eſt, epiſcopatus initia figere, & tot Præſulibus tam brevi intervallo ſua tempora aſſignare, ut ibidem doctiſſime oſtendit Henſchenius, res hujuſmodi non oſcitanter verſare ſolitus. Neque vero nova ea eſt aut ab Henſchenio excogitata opinio, quæ apud Tungrenſes, hodie Leodios, a tot ſeculis recepta fuit, uti ex Harigero, Laubienſi abbate, & Ægidio Aurea vallis citato capite pluribus docetur, adſtipulante noſtro Bartholomæo Fizeno in Floribus eccleſiæ Leodienſis ad diem* VI. Februarii. *In eo negligentiores videri poſſunt Tungrenſes, quod ſingulos iſtis Sanctis dies proprios non aſſignaverint, quemadmodum Treviris factum eſt, ubi* ſancto Navitо *feſtum decrevere hunc* VII. *Julii. Eam traditionem iſtic obtinuiſſe oportet a duobus & amplius ſeculis, cum in Uſuardo augmentato editionis Lubeco-Colonienſis, anni 1490. diſerte legatur:* Treviris, S. Naviti Epiſcopi & Confeſſoris, *qua ferme totidem verbis deſcripſit Grevenus in ambabus ſuis editionibus 1515. & 1521. Atque hæc antiquiſſima ſunt Uſuardina auctaria, in quibus* S. Naviti *memoria recolatur, antiquis omnibus, etiam ſeculi IX. & X. Martyrologis, prorſus ignota, ut facile conjici poſſit ex ſupradicto Trevirenſi chronico omnia profluxiſſe.*

quos inter S. Navitus præpositus Trevirenſibus

3 *Equidem mirum plane fateor, tot Sanctos Trevirenſes Epiſcopos, qui ſolis tribus primis ſeculis ad annum ſupra viginti numerantur, a Martyrologiis iſtis claſſicis, qui de aliis circumvicinis Sanctis meminerunt, negligi potuiſſe, ſi vere omnes ſedem illam, cum ſanctitatis gloria occupaverint. Non ita cenſuerunt Sammarthani, dum de Trevirenſi epiſcopatu acturi, ſic ſcripſere:* Videtur porro obſcura admodum primis ſeculis uſque ad Agricium, vel parva omnino in eccleſiaſticis diptychis mentio Epiſcoporum Trevirenſium, quo ſucceſſio legitima comprobetur. *Sane quæ in Brouweri annalibus, a Maſenio editis, proponitur Epiſcoporum Trevirenſium tam expolita ſeries, non minus Commentariis apodicticis opus habere videtur, quam vaſtum iſtud Sanctorum Gallicanum Martyrologium, a quibus Illuſtriſſimus auctor, utut laceſſitus, prudenter abſtinuit: nec Trevirenſibus ſatis obvium erit, ſuorum Epiſcoporum ſucceſſiones, ad primum uſque ſeculum deductas, ſolidis talentis unquam ſtabilire; ut eas admittere mihi integrum non ſit, cogarque adeo eam viam ingredi, quam ſtravit Henſchenius, in tribus numeri octonarii poſtremis, menſe Junio relatis, ipſam libentiſſime relicturus, ſi meliora edocere digniti fuerint eruditi Trevirenſes. Neque tamen interim Sanctum eis omnino eripio, quippe cum fideliter referam quæcumque in ipſorum favorem ex monumentis, tametſi non antiquiſſimis, invenire licuit.*

In primis rum Epiſcoporum ſuorum ſeries multum vacillantibus

D

E

Ignotus auctoris Martyrii a recentibus

4 *Favent Trevirenſibus citata ſuperius Colonienſia Martyrologia* S. Navitum *iis tribuendo, at ſub ſolo* Confeſſoris *titulo, qualem ubilominus ipſi hodie non agnoſcunt, ut proinde lapſu temporis traditionem accreviſſe oporteat, & novam Sancto gloriam; ſic ut Molanus in ſuis ad Uſuardum additionibus poſtremarum editionum ſcripſerit:* Treviris, natalis S. Naviti epiſcopi & martyris; *quam lauream & nos ipſi nuncupato tribuimus, quamquam de ejus paſſione nihil certius ſuperſit, quam de genere, patria, ætate, ſedis tempore aut ceteris geſtis, quæ ex Joanne Placentio Trudonenſi Dominicano, aut aliis id genus ſcriptoribus haud ſatis tuto erueruntur. Interea Galeſinius hoc inſigni elogio, neſcio unde accepto, quod ferme ad verbum tranſcripſit auctor Martyrologii Germanici, ſive is Canuſius fuerit, ſive Walaſſerus, Sanctum exornavit:* Treveris. ſancti Naviti epiſcopi & martyris. Hic regia ſtirpe natus beati Materni Epiſcopi auditor & diſcipulus, apud Tungaros, religioſa pietate magnificoque opere eccleſiam beatiſſimæ Mariæ Virgini, Dei genitrici exædificavit; proque Chriſti gloria ac pro populi commiſſi ſalute, cum alia præterea egit, tum denique martyrium obiit. *Vulgaria hæc ſunt apud recentiores Martyrologos Sanctorum præconia, nec admittenda continuo, nec reſpuenda. Utcumque accipiantur, nobis hic ſat eſt,* S. Navitum *jam a pluribus ſeculis Sanctorum honoribus donatum, iſque porro gaudere hactenus,*

5 *Bre-*

A *Treviris aſſeritur,*

5 *Brevior eſt Ferrarii annuntiatio:* Treviris, ſanctí Naviti epiſcopi & martyris. *Oeleſtinum quidem altioſque in ſuis notationibus appellat, ſed ab eorum verbis abſtinet, quæ certe ex Molani ludiculo de Sanctis Belgis adducere non potuit, cum is fol. 67. verſo, præter Sancti nomen nihil memoret. Multo latius vela ſua expandit Ghinius, panegyri ſatis eleganti, cujus ſontem inferius exhibebimus. Hæc ejus eſt oratio:* Treviris, S. Naviti epiſcopi & martyris; qui Ducis Galliarum filius, & Tungarorum regis ex fratre nepos, diſcipulus & ſucceſſor S. Materni, primi Tungarorum epiſcopi: ſiquidem ab eo aliqui Trevirenſium epiſcopi, etiam Tungarorum, Trajectenſium & Leodiorum Præſules extiterunt. Hic apud Tungaros eccleſiam beatiſſimæ Virginis Mariæ, regio opere ædificavit, & pro Chriſti gloria & populi ſalute multos labores ac tandem martyrium ſubiit anno Domini cxc. ſedis ſuæ quadrageſimo. *Genus Sancti tam illuſtre, determinatam martyrii epocham & quadragenariam occupatæ Trevirenſis cathedræ durationem non agnoſcunt Trevirenſes ipſi, à quorum propriis Officiis deſumptam lectionem ſatis ſuccinctam adjungemus, iis conceptam verbis, ut vel in tanta temporum caligine & omnimoda rerum incertitudine neminem magnopere offendat,*

B

C

qui & in Lectionario ſatis modeſte ſato.

1 6 *Habe igitur verba* Lectionarii de Sanctis quibuſdam Trevirenſis Officii, ad uſum & ritum Romani Breviarii accommodati *atque* Auguſtæ Trevirorum excuſi ann. MDCXLV. *adeoque ventitate non plurimum commendandi.* Navitum Treviri decimum nonum, & Tungri ſecundum Præſulem nominant; qui Tungrorum gentem a S. Martini * obitu, impellentibus perſecutionum procellis terrorum abeuntem, & prope ad paganiſmum relapſam, in fide Chriſtiana ſolidavit, ut ex iſs, quod officium hoc exigit, ſucceſſores ediſcerent. Poſt tot ergo labores, & ſolicitudines, magno Chriſtianarum ovium collecto numero, religionem ſanguine ſuo & vita conteſtatus, martyrii palmam adeptus eſt, & plurimis miraculis clarus, ad cælum abiit. Quem Trevirenſes ad ſuos fines reportatum, cum aliis Sanctis Epiſcopis collocarunt, Nonis Julii recolendum. Cui inter inhumanitatem ac ſupplicia teterrimorum tyrannorum, qui naſcentem orbe toto rem Chriſtianam extinguere pluſquam barbarica ſævitie moliti ſunt, non uſque adeo exactum adminiſtratæ eccleſiæ tempus, ac tormenti genus definiri poteſt. *Ingenue quidem, ſed addere potuit auctor, tam obſcuram eſſe* S. Naviti *hiſtoriam, ut nec mortis genus, nec tranſlationem, nec ejus tempus, nec alia ad Sanctum ſpectantia prius cultoribus ſatis comperta duci hactenus poſſint.*

* An non potius *Materni?*

7 *Martyrologis & encomiaſtis iſtis adjunge, ſi placet, Sauſſayum, Caſtellanum, & quotquot occurrerint recentiores,* S. Navitum *Trevirenſibus vindicantes, in tanta rerum obſcuritate nihil momenti eorum opinioni accedet. Colant ut colunt, & cultu, ſi velint, celebriori, videbitur ſemper potior Henſchenii ſententia, donec certioribus documentis evertatur. Placebit aliis opinio media, quam multi ſequuntur, & a qua minime abhorrent Trevirenſes, de novem aliis Epiſcopis, Trevirenſem una & Tungrenſem eccleſiam gubernantibus, quemadmodum volunt, S. Maximum, non ſolum duas iſtas ſed & Colonienſem uno tempore adminiſtraſſe. Poterit fortaſſe ea controverſia olim magis elucidari. Claudet hanc diſſertiunculam laudatus Joannes Placentius in ſuo* Catalogo omnium Antiſtitum Tungrorum, Trajectenſium ac Leodiorum, *ubi ſecundum Tungrorum Epiſcopum ſtatuens* S. Navitum, *ſic de eo loquitur:* Sed Navitum apprime commendaverat (*S. Maternus*) moriens; fide enim ac merito ceteros anteibat, pollebatque tam corporis quam animi ingenuitate præcipua; utpote Ducis Galliarum filius, & Tungarorum regis ex fratre nepos. Quare omnium facile ſuffragiis adminiſtrationem obivit anno ſalutis centeſimo trigeſimo primo.

D Auct. J. B. S. *Quæ habent Placentius & alii.*

E

Dubia & incerta illa omnia.

8 Qui proximus magiſtri ſpem exſpectationemque populi beneficentia ſuperans, pedes evangelizavit, & omnem late circuivit provinciam, minime gentium ſibi parcendum exiſtimans. Unde dicendo vehemens, a vitiis plurimos avocavit; donec auctoritate ſumma, Trevirenſium, qui prope a fide deſciverant, quorum charitas jam refrixerat, corda reaccendit, ut indubitatum Materni ſucceſſorem ſponte ſua agnovetint, & Epiſcopum requiſierint. Quibus tanta lenitudine habenas moderatus eſt, ut ſeptem illius ſucceſſores utrimque præeſſent annis plus minus centum & viginti octo. Cererum vicę ſua glorioſe perfunctus annis quadraginta, mortem obiit anno ſalutis centeſimo nonageſimo. *Quæ iſtæc viri efficientia?* Adminiſtrationem obivit S. Navitus *ab anno* 131. *mortuus anno* 190. *& tamen* vice ſua *ſolum* perfunctus eſt annis quadraginta. *Meliùs ſua connectit Ægidius apud Henſchenium num.* 4. *An veroſimilius? Non auſim aſſerere; incerta ſunt omnia. Diem obitus adjungit Placentius* XII. Kalend. Octobris; Tungriſque ſepultum *ait: floruiſſe autem* ſub Apoſtolicis viris Sixto I. *&c. in quibus omnibus tantumdem medullæ quantum in ceteris, quæ hue uſque de ipſius epiſcopatu, ætate & geſtis, operoſius quam verius collegimus. Perſtat hodiedum immemorabilis Sancti cultus, cujus ſolius gratia locum hic ei dedimus.*

F

D E

A

DE SS. MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

PARMENIO, HERACLIO, HELIA, APOLLONIO, EUDOMIO, ANOVIO, PUBLIO CUM ALIIS XVIII.

J. B. S.

Ex Hieronymianis.

VII. JUL. UTut confusi & transversi hoc die sint Hieronymianorum laterculi, singulos inter se opponendo & componendo, id verosimillime educi posse videtur, septem Martyres nominibus suis propriis, quantumvis luxatis, Alexandriæ tribui cum decem & octo Anonymis. Septenum numerum implet codex Lucensis Florentinii: In Alexandria, Partheni, Eraclei, Codomani, Helai, Apollonii, Anovi, Publi cum aliis XVIII. Corbeiense item: In Alexandria, Parthenii, Eraclii, Eudomoni, Helei, Apolloniæ, Novi, Publii cum aliis XIX. Differt in speciem vetustissimus codex Epternacensis, classem quodammodo dividens, & septem aliis octavum addens, sub nomine Rodi, aliis omnibus ignoti, quem proinde excludendam putavimus, sive proprium vitii sit, sive urbis, ut quæsit Florentinius. Sic habet jam dictus codex: In Alexandria, Parmeni, Eracli, Heliæ, Apollonii, Rodi, & aliorum XVIII. Eudomi, Anovi, Pupli. In litterarum scrupulis, seu modica earum diversitate non vehementer laborabimus, Partheni scriptum opinamur pro Parmeni, Eraclei pro Eraclii, sic statuo de Codomuni, Helai, Helei, Apolloniæ, Anoni, Pupli, quæ satis manifeste corrupta videntur. Purior plerumque est antiquissimi codicis lectio.

a De iisdem Martyribus agunt breviores aliqui Hieronymiani codices, tum qui a nobis editi sunt tomo VII, Januarii, tum qui naperrime prodierunt in Benedictina Analectorum collectione tomo III. cum ea tamen diversitate, quod in omnibus annuntiatio ad tres vel quatuor Martyres contracta sit, in aliquibus ad duos duntaxat. Rhinoviensis & Richenoviensis nominant Parmenium, Eraclium Apollonium & Publium. Augustanus pro Parmenii, legit Parthenii, uti & codex Reg. Suecia (a quo abest Eraclius) Labeanus Artemi. Autissiodorensis S. Germani etiamo excluſit Eraclii, ut substitueret Anovi. Bedæ additamenta duo si conjungantur, textum ferme integrum suppeditabunt. Primum legit: In Alexandria, Parthemii, Eraclii, Publii. Alterum: In Alexandria, natale sanctorum Apollonii, Helei & Parmenii. At vero satis patet, contracta esse ea omnia pro amanuensium arbitrio. Rabani textus nea multo auctior est: In Alexandria, natale Parmeni, Eraclii, Heliæ, Apollonii, Anovi & aliorum X. & VIII. Cetcrum & ipse & puriores codices lectionem nostram confirmant in Parmenio & Anovo. Notkerus, qui & ipse ex Hieronymianis nonnulla semper decerpit, hic a reliquis dissentit, tum in nominibus, quæ exprimit, tum in numero Anonymorum: habes enim, Heraclii, Helii, Apollonii, Publii, cum aliis viginti. Non inepte scripsit, qui codici Rosweydino Usuardi adjunxit: In Alexandria, Publii martyris, cum aliis XXIV. est hic enim justus classis nostræ, hactenus versatæ, examinatæ & compositæ, numerus.

B

DE SANCTIS MARTYRIBUS

PARTHENIO, ANIMATO ET PIVIDIO CUM ALIIS VII.

C

J. B. S.

Ex Hieronymianis.

VII. JUL. ALiorum extra Alexandriam Martyrum memoria in duas classes dividitur, inquit Florentinius. Prima in aliqua nominum differentia parum variat in codicibus nostris & Corbeiensi. Imo multum variat, etiam in numero Martyrum, qui propriis nominibus efferuntur: Florentinii enim textus habet: Et alibi Pathemi, Parmi, Ammias, Pidimii. Corbeiensa autem non nisi tres refert, eosque plane aliter efformatos: Et alibi Parthemi, Animasi, Pyvidii. Anonymi ubique septem, rectius, opinor, quam in vetustissimo Epternacensi, in quo eorum numerus ad XVIII. denuo ascendit. De cetero & hic codex consonat Corbeiensi in numero Sanctorum, quamquam nomina aliter flectat: Et alibi Parthemi, Animasii, Prundi. Placent duo prima; tertiam videtur omnino corruptum esse ex vero nomine Pividii, quemadmodum recte scribunt Hieronymiana aliqua contracliora. Ammias Lucensium codicum in Animati vel Animasi deductam fuerit: Parmi male adjectam putamus. Pejus quis confuerit, aut Parthemii appellationem ad S. Pantænum referendam, quem ex Hieronymianis plane excludendam diximus in nostris ad Usuardum Observationibus, & rursus in Commentario, superius dato, ubi de ipso egimus hoc die.

D E

DE SS. ALEXANDRO ET PARTINIMO MARTYRIBUS.

Ex Hieronymianis.

J. B. S.

VII. JUL. CAssis tertia, æque ac priores, implexa & obscura est; incerti loci sicut præcedens. Bustos duntaxat Martyres referri, certum est; nec de primo nomine ullatenus dubitandum, cum in omnibus Alexandri enuntietur. Non adeo liquet, qua ratione ingerendum sit nomen alterum. Textus Florentinus ex Laurentianis Regis Parmidi, Lobelensis Parthimi: scripsi cum vetustissimo Epternacensi Partinimi, hæc maxime causa, quod Parmini magis spectet ad classem primam, Parthimi ad secundam, in quibus nomina efformavimus Parmenii & Parthenii. Si cui magis placeat aliorum lectio; haud gravate patiemur, nostram postponi. Non adeo facile est, locutos nomina vestituere.

DE S. THOMA CONFESS. IN MONTE LACONIÆ MALÆO.

B

Notitia ex Menæis.

E

J. P.

VII. JUL. DE S. Thomæ *virtutum ac meritorum, apud mortales cum degeret, palæstra, pluribus hic agere supersedeo; satis habens, dixisse, montem Malæum jacere in Laconia, ultima Peloponnesi provincia, & quidem ora ejus Australi, qua versus Cytheram & Cretam insulas extenditur, ut dictum fuit die* IV. *Aprilis, quando egimus de S. Georgio Malæensi, ubi de hoc monte plura reperies.*

Palæstra virtutum.

2 *Satis apud Græcos Confessoris nostri memoria est celebris. Referunt illum Menæa impressa cum versiculis & elogio; Typicum S. Sabæ, Maximus Cytherorum Episcopus, Menologia Slavo-Russicum & bibliotheca Ambrosiana; Supplementum ad Menæa Græca excusa, constans è Synaxario Simonidis & Ms. Chiffletii; in quo ita annuntiatur, Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θωμᾶ, τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ ἐν τῷ Μαλέᾳ.* Memoria sancti Patris nostri Thomæ Thaumaturgi in Malæo. *Additur hoc distichon:*

C

Δεῦτε πάντες, φησὶ Μωσῆς, Πάτερ,
Ὡς ἀετὸς τις ἱπτάμενος φέρε τέλος.

Alis remissis, dixerit Moyses, Pater,
Ut aquila quædam fidera volatu petis.

elogium.

3 *Versiculos hos ibidem subsequitur elogium; quod fere coincidit cum Basiliano, sic se habente:* Sanctus Pater noster Thomas, quando ducebat vitam secularem, illustris extitit, ac divitiis & potestate conspicuus: quin & tropæa plurima a barbaris reportavit. Quando autem mundo propter Christi desiderium, & amaris hujus vitæ fluctibus nuntium remisit, & monachus factus est, adeo illustrior evasit, ut noctu appareret tamquam columna ignis, visitante illum magno Propheta Elia, cujus quoque exemplar imitari studuit; semper sibi vacans, Deumque immobiliter orans in monte, qui dicitur Malæus; unde etiam accepta gratia curationum, dæmones ejecit, & aquæ fontem per suas preces fecit scaturire; ac cæcis visum, claudis gressum præbuit. Atque aliis multis miraculis in Christi nomine perpetratis, ubi omnibus factus esset mirabilis, Deoque, quantum homo potest, serviviſſet, gaudens ad ipsum & exultans discessit.

4 *Additur in dicto Supplemento:* Λάβε ἡ Θεὸς ψυχὴν, ἐν ᾧ πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθηκεν, ἐ πολλοὶ ἔτος ἀντῷ ἐκαστὸν τῶν φροντίσαι, ἡ νέους τοιούτους ἀπολυτρῶσαι ἐκ τῆς βυθίζοντος πηγαίους ὑδάτων ἀνω κάρυκα. Quin etiam postquam reliquit vitam, ac spiritum Deo tradidit, non cessat eos, qui cum fide in dies ad ipsum accedunt, ab omni morborum genere liberare per latices, è sacra ipsius urna scaturientes. *Elogium, quod exhibent Menæa impressa, nihil refert singulare, propter quod tempus illud huc transferre; & abunde consonat satis ei, quod jam dedimus. Quare sufficerit protulisse sequens distichon, indidem excerptum:*

F

Ζωὴν ἐχλιπὼν ἐ Θωμᾶς μετρουμένην
Ζωὴν ὑφεῖρε ἄπειρον ἐ μετρουμένην.

Dimensa vitæ tempora relinquens nece,
Immensa Thomas tempora & vitam invenit.

A Græcis Sanctus hic etiam ad Latinorum Fastos transiit. Molanus eum accensuit additionibus suis ad Martyrologium Usuardinum; uti post illum Castellanus suis additionibus ad Martyrologium Romanum; quod non abs re est, hic observasse.

DE

A D

DE S. ACACIO

Notitia e Græcis ac Syriacis tabulis.

J. P.

VII. JUL. *Sancto hodie satis celebri in tabulis sacris Græcorum*, Thomæ *in Malæo monte, adjungitur in Typico S. Saba, nominis celebritate in Menologiis ei longe inferior, sanctus* Acacius *ed* κλίμακι, *id est in scalis, cognominatione fortasse desumpta e loco, in quo habitaverit ut plurimum. In Menologio Slavo-Russico legitur memoria* Acacii Lestvicensis, testificatoris, *id est fortasse* confessoris; *qui postremus* Acacius, *an idem sit cum priore, an diversus, ignoro.*

DE SS. EUSTATHIO, POLYCARPO ET EUANGELO MM.

Notitia ex Menæis Græcis.

J. P. B

VII. JUL. *Sacer horum trium Martyrum ad meliorem vitam transitus signatur in Menæis Græcorum non unis. Habent illos Menæa bibl. Ambrosiana 3 supplementum ad Menæa excusa, e Synaxario Sirmondi ac Ms. Chifletii, addita designatione loci, in quo coluntur:* Ταλῶται ἡ ἁγία σύναξις ἐν Σεβωνίᾳ (*Alibi lego* ἐν Σιμωνίᾳ, *In Ambrosiana bibl. Menæis est* ἐκ Συμβίλου.) Agitur autem sacra ipsorum memoria in Sebonia; *item notatur in quodam Menæo Chifletiano, additurque* Polycarpo *cognomentum* Νέου, Junior *vel* Juvenis. *In prædicto Supplemento* S. Eustathius *duobus hisce versiculis honoratur, postquam ibidem præmissum fuerat, igne martyrium consummasse:*

Πρὸς Εὐσθίου καρδίας Εὐσθίου
Καὶ πῦρ ἀναίζει, ἱερμὸν πιάτας ὕδωρ.
Eustathianæ viribus constantiæ
Miteſcit ignis, unda quaſi placida ſoret.

Alluditur in ſubſtantivis Εὐσθίου, constantia, *ad nomen proprium Martyris* Eustathii, *quaſi* constantem, *vel invictum dicas.*

C 2 Polycarpus *in eodem Supplemento traditur,* μαχαίρᾳ, gladio, *diem ſuum obiiſſe, adjectis hiſce verſiculis:* E Polycarpo,

Οὗτος ὁ νέος ὡς σφάγιον ἐδικαιώθην,
Σπεύσατε σφάξαι με ὁ Πολύκαρπος λέγει.
Matura jam ſum victima, & mori volens:
Age Polycarpum occide. Quid neſtis moras?

Quid ſibi velit in apographo ὁ νέος, *pro quo ſubſtitui* ὁ νίός, *Martyris cognomentum, non aſſequor. Fortaſſe non male poneretur* ὁ ἁπαλός, maturus, *ut fiat alluſio ad nomen proprium* Polycarpus, *quod ſignificat eum, qui multum fructum fert. Tu elige, utrum vis.*

3 *Genus martyrii, quo vitam finivit* S. Euangelus, *exprimitur in hac verba:* Ὁ ἁγιος Εὐάγγελος ξίφει σπλ. S. Euangelus gladio martyrium ſubit. *Cui ita accinitur:* E Euangelo, verſiculi.

Εὐάγγελος τὸ δῶρον ἐκ ξίφους σπλ
Εὐαγγελίσασθε ἀχὴ τὸ θεῖον εἶφος.
Euangelo ſanctum dat enſis exitum,
Divina portans nuntia, coronas poli.

Lepor eſt in nomine proprio Εὐάγγελος, *ſignificante* lætum nuntium, *ſeu* qui læta nuntiat, *& in ſubſtantivo* Εὐαγγελισμός læta nuntiatio. F

DE S. JOANNE ANGELOPTE EPISC.

RAVENNÆ IN ITALIA.

J. B. S.

Ex Hieronymo Rubeo.

An. cccxxii. *Bollandus ad diem* XII. *Januarii, quo alterius S. Joannis Raventatis Epiſcopi vita, ex Rubeo etiam accepta, paucis illuſtratur, ita obſervavit:* Tres ab Hieronymo Rubeo memorantur Ravennates epiſcopi, Joannes appellati, publico cultu ab eccleſia dignati. Primus cognomento Angeloptus, ſive qui angelum vidit, S. Petri Chryſologi deceſſor, quem ipſe VII. Julii, Ferrarius XXI. Novembris tradit è vita migraſſe. Secundus in Martyrologio Romano XII. Januarii celebratur, conſentiente Rubeo; quem Ferrarius XXI. Novembris refert & cum Angelopte confundit. *Verum niſi ego fallor, non tam duorum Epiſcoporum, ſub nomine Joannis, geſta confundit Ferrarius, quam feſta tranſponere videatur, aut ſecundum illum Joannem, a Bollando relatum, excludere: nam quæ ibi in elogio refert, ad unicum Joannem, eumque hunc noſtrum primum, S. Exuperantii ſucceſſorem & deceſſorem S. Petri Chryſologi pertinent; ſuntque ea ſolius hujus Joannis ætati convenientia, nullo modo alterius, qui, ut ex vita ad* XII. *Januarii edita patet, ab Attila Ravennæ devaſtationem deprecatus eſt. In eo quoque Rubeo adverſatur Ferrarius, quod Joannem hunc I. ad* XXI. *Novembris*

R cognomen Epiſcopi nomini Joannis cur factum,

A *bris transferat, quem diserte ipse asserit* ex hac vita migrassa Nonis Quinctilibus, non, ut alii putant, & quidem falso, XI. Kalend. Decembris: id enim est Joannt Archiepiscopo, qui in solitudinem Aretinam se abdidit, adscribendum.

a Rubeo multa distinguuntur.

2 *Ita Rubeus lib.* 2. *historiæ Ravennatum pag.* 99. *unde* sancti *nostri* Angeloptæ *elogium desumimus:* Haud ita multos post dies, Joannes Archiepiscopus, dum in D. Agathæ sacra faceret, pronuntiato ad populum Evangelio, cum divinam hostiam signo crucis obsignasset, repente illi angelus ex altera aræ parte adstitit; eumque expletis mysteriis, sanctissimum Christi corpus accepisset, volens, urnam sacram, in qua sanguis erat, de more administer porrigere, præripuit angelus, Joannique præbuit. Id omnibus ea ratione innotuit, quod urnam viderint sponte elevatam ex ara. Non multo post, cum mortis diem sibi immingere divinitus cognovisset, enervato inedia ac precationibus corpore, omnibus compositis, ex hac vita migravit Nonis Quinctilibus *&c. Quæ hisce superaddit Ferrarius, de partibus Theodosii & Valentiniani Imperatorum, quas adversus usurpaterem secutus* Joannes, *ecclesiam suam viderit a Valentiniano multis beneficiis & privilegiis condecoratam, Baronio plane adversantur, cujus argumentis frigide respondet Ferrarius: Bacchinius vero in observationibus ad Agnelli librum Pontificalem tomo* 1. *pag.* 296. *Valentiniani privilegium pro Ravennate ecclesia suppositium pronuntiat.*

D AUCT. J.B.S.

3 *In eo Agnelli opere, non ita pridem edito, aliqua me reperturum existimavissem, quæ* sancti Angeloptæ *vitam præclarius illustrarent; at longe major ibi quam in Ferrario, rerum & personarum confusio: cum uni Joanni omnia tribuantur, quæ certe diversis duobus adscribenda sunt, ut facile observavit operis editor & illustrator eruditissimus Bacchinius; solis proinde Rubei verbis nobis inhærendum fuit. Vulgaria plane memorat de* S. Joanne *Agnellus sub capitis* 1. *initium:* Joannes XX. (*puta in serie Episcoporum*) virtute valde venerabilis, pauperum nutritor, pudicitia ornatus, amator castimoniæ, ad cujus orationem angelica agmina descendebant; mediocris corpore, tenuis facie, macetatus jejuniis, egenorum alimoniæ tribator. *Cetera non ad* S. Joannem, *sed ad Lauricium unice pertinent: sequentia capita, multis parergis farta, ut recte notat Bacchinius, ad Joannem, Chrysologi successorem; quæ in Supplemento Januarii ad examen revocari poterunt, vel ad* 11. *Decembris, quo die in Martyrologio Romano refertur S. Petrus Chrysologus.*

Nihil subsidii ex Agnello haberi potuit.

E

F

DE S. CONSULE EPISCOPO
COMI IN INSUBRIA.

J.B.S. Ex Ferrario & Annalibus Comensibus.

ANNO CCCC. LXXXV

PRimus Aloysius Tatti *in Annalibus sacris civitatis Comensis decade* 1. *lib.* 7. *a pag.* 481. *longam sub* S. Consulis *titulo orationem adornavit, cujus tota medulla, quo pacto Sanctum spectat, ad ea ferme contracta potest, quæ de eo tradidit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ; nam licet Annalista iste, porrigis suis curiosa nonnulla hinc inde inserat;* n. 3. *ingenue fatetur, in omnibus antiquis tabulis nihil de* S. Consule *reperiri præter* patriam & vitæ sanctitatem, qua oves gubernaverit *ac* vitam consummaverit; *ut mirum sane mihi visum sit, virum, cetera eruditum, post tam sanctam professionem, tam multa alia ad* S. Consulem *revolvisse, ut iis quindecim & amplius paginas impleverit. Neque vero brevissimi sui asserti prima pars apud Comenses satis recepta est hactenus, quandoquidem Ferrarius, ex ejusdem urbis ecclesia oriundus, ex ejusdem* S. Consulem *Germanum pronuntiat, Nucrinensem seu Novesiensem ad Rhenum, infra Colonias, Tattus vero, Orientalem, Græcum vel Ægyptium fuisse contendat, occasionem & tempus divinans, quo in Italiam pervenerit, salvum pervenire potuerit, chronologiamque ex suis conjecturis disponens, quam æque facile sit everttere. Noster Theodorus Rhay, inter Animas illustres Juliæ, Cliviæ &c. sic ad* VI. *Julii diem scripsit:* Gaudet hodie cive suo Consule Novesium, urbs ad Rhenum non ignobilis, qui Comensem olim Antistitem agens, loca plurima magnis virtutibus ditavit.

Sanctum Com. Episcopum fuisse constat & ibidem colitur.

C

2 *Episcopatus durationem, adversus quinque aliorum lustra, ad paucos annos restringit Tattus, sic ut ex ejus calculo, vix ad sexennium sederit Sanctus afflictissimis illis temporibus, quando Longobardia ab Odoacre, Theodorico & Gundebaldo misserum in modum devastaretur, innumeris prope captivis in servitutem abductis, quæ hic ad sanctiorem vitæ normam revocare, nec operæ pretium, nec hujus instituti est. Quæ conjicit de* S. Consule, *suos Theodorico, cum Laurentio Mediolanensi & Epiphanio Ticinensi Episcopis submittente, & denuo subtrahente &c. verisimilitudine* ugue *carent; atque hisce non male subjungit sancti Pastoris lætitiam, dum reduces habuit non paucas suas oviculas, è Gundebaldi servitute per S. Epiphanium liberatas. Cetera paribus conjecturis suffulta sunt. Sancti obitus affigitur anno* 495. *aut* 492. *incerta, opinor, epocha, cum Ferrarius ex iisdem Comensibus tabulis annum* 550. *eruerit. Ait Tattus, ad superos migrasse* 2. *Julii, sed ob occurentia festa, dilatam esse celebritatem in hunc diem* VII. *Julii, quo a Ferrario in utroque Catalogo & a Castellano consignatur, qui ipsum natalem confusere, ut diserte declarat Ferrarius. Brautis versiculus non adeo inelegans est:*

patria, ætas & gesta incerta sunt.

Consuluit propriæ Consul Comique saluti
Comenses postquam pascere cœpit oves.

3 *Articulo suo ultimo observat Tattus, sepultum fuisse* S. Consulem *in ecclesia sanctorum Apostolorum Petri & Pauli prope decessorem suum sanctum Abundium, ubi jacuisse dicitur usque ad annum* 1587. *quando cum aliis sanctorum Episcoporum corporibus detectum fuerit, ut so alibi fusius*

Ferrarii & Tatti abs.

A AUCT. J. B. S. *ſuſius probaverunt infinuas ; quod equidem in dubium revocare nolim. Prædictæ translationis feſtivitatem ſolenniter recolit Tattus in ſuo Comenſi Martyrologio ipſis Kalendis Julii. Id unum ſupereſt, ut Sancti breve elogium ex Ferrario & Tatti Martyrologio hic annectamus. Sic habet ille in Catalogo Sanctorum Italiæ ad* VII. *Julii :* Conſul ex urbe Nuſſia (quæ antiquis Nueſium ſive Noveſium, civ. Germaniæ inferioris ad Rhenum, ultra Coloniam Agrippinam dicta videtur) ortus ea fuit eruditione vitæque probitate præditus, ut S. Abundio, viro doctiſſimo & ſanctiſſimo in epiſcopatu ſubrogari meruerit. Quo in munere adeo ſe pie & præclare geſſit, ut non modo apud homines laudem conſequeretur, ſed & cum diem ſuum obiiſſet (quod Nonis fuit Julii) in Sanctorum numero habitus, colique hac die ab ecclesia Comenſi conſueverit'. *Audi jam Martyrologium Tatti :* Novocomi in eccleſia S. Abundii, natalis S. Conſulis epiſcopi & confeſſoris, qui cum è Græcia Comum divino nutu adveniſſet, ab eodem S. Abundio in cleri ſui conſortium adlectus eſt : cui etiam, a Domino in cœlum evocato, ob præclaram vitæ ſanctimoniam meruit ſubrogari. Erga oves ſibi creditas ſummo charitatis ſtudio accenſus, non deſtitit eas & verbi divini pabulo enutrire, & ad ſupernam patriam dirigere. In crebra barbarorum excurſione & regionis vaſtatione, cum populo ſuo jactatus, aſſiduis eidem precibus, divinam miſerationem & opem impetravit. Tandem ſenio confectus & laboribus, ad æternæ mercedis & quietis ſedem migravit. *Si Comenſes plura ſuggerere poſſint, locus invenietur quo ipſa illuſtrentur.* D

DE S. SIGISBOLDO EPISCOPO

SAGII IN NORMANNIA.

B E

J. B. S.

Ex Martyrologio Caſtellani.

SEC. V. *Hunc Sanctum hic colloco ex fide Claudii Caſtellani, ſæpiſſime a nobis laudati, qui in Martyrologio ſuo Univerſali eum primus & ſolus conſignavit, a Sauſſayo in magno Gallicano prætermiſſum, uti & a reliquis Martyrologiis & Sanctorum Catalogis, quos hactenus viderim. Sammarthani eum vocant* Sigiboldum, *titulum Sancti expreſſe tribuentes, ut alteri poſt S. Latinum Sagienſi (de Sec.) Epiſcopo, ſed ſolo & unico nomine tenus ; adeo ut hæc tota demum ſit, quam de Sancto iſto conquirere potuimus, notitia, Unum me ferme abſterruit, quo minus eum Actis noſtris inſererem, quod in Breviario Sagienſi, quale apud nos exſtat excuſum circa annum* 1582. *nulla prorſus* Sancti Sigisboldi *invenietur memoria. Sed vicis, ut jam dicebam, Caſtellani, in Sanctis, ſaltem Gallicis, non temere adſtruendis religioſi, auctoritas, cui me tuto omnia poſſe exiſtimavi. De cetero nihil quidquam reperi, quo de ejus geſtis aut ætate conſtet. Refert eum Caſtellanus ad Sec.* V. *in quo etiam ipſam ſequor.*

Gaudet vicinia Sancti.

DE S. FELICE EPISCOPO ET CONF.

APUD NANNETES, IN BRITANNIA ARMORICA.

C F

COMMENTARIUS CRITICUS.

J. B. S.

§. I. S. Felicis cultus ſacer, ætas, patria & genus.

ANNO DLXXXII. *De celebri Namnetum, alias Namnetum, ad Ligerim amploque emporio pridem in Actis locutus eſt Henſchenius, ad* XXIV. *Maji de Sanctis Donatiano & Rogatiano, ac rurſus* XVI. *Junii de S. Similino ſive Similiano, Namnetenſi Epiſcopo, ſic ut ad urbis illius notitiam, pro more noſtro, nihil deſideretur. De primis ejus Præſulibus nihil ſatis certo definiri poſſe, citatis locis obſervatum invenies, at pro ſeculo* VI. *quo ex ſenatorio ordine & illuſtrium averum ſtirpe nobiles in Gallia Epiſcopi floruerunt, quos inter non poſtremus fuit S. Felix, aliqua ſaltem ſuperſunt monumenta ad Namnetenſium Antiſtitum geſta illuſtranda, ut videre eſt apud Sammarthanos. Porro Sancti iſtius, unus natalibus & præcellentibus meritis illuſtriſſimi, vitam aut geſta nullus antiquorum ſcripſiſſe ſcitur, & niſi juſtas ejus laudes profecutus fuiſſet poeta Fortunatus, Pictavienſis Epiſcopus, pauca ex S. Gregorio Turonenſi colligenda eſſent, quæ* S. Felicis *virtutes aut ſanctitatem non magnopere commendarent. Nec apud veteres biographos aut Martyrologos ulla ejus exſtat memoria, quodque in hac re miror maxime, nadeſſus Sanctorum, præſertim Gallicorum collector Claudius Caſtellanus, Pariſienſis Canonicus, in Martyrologio ſuo Univerſali* S. Felicem *Namnetenſem omnino præterit, quamvis, ut erat diligentiſſimus Sanctorum veſtigator & effoſſor, ignorare non potuerit, laudatum fuiſſe a Sauſſayo, atque annua feſtivitate memoriam ejus in urbe & tota dioceſi Namnetenſi ſolenniter celebrari.*

Tamen in Martyrologiis prætermittitur ſic S. Felix,

2 *Obſervo equidem, ſolito jejunius eſſe Sauſſayi elogium in Supplemento relatum his verbis :* Namnetis, S. Felicis Epiſcopi decimi ſexti, ſanctitate inſignis, cujus laudes S. Gregorius Turonenſis celebravit. *Melius Fortunatum appellaſſet ;*

uriſſimus colitur ad Namnetenſia

A *ſet ; quamquam nec in Gregorio deſint , quæ ad* S. Felicis *laudem conducant , ut infra pluribus oſtendatur . Notavit Bollandus ad* VIII. *Januarii* S. Felicem Nannetenſem Epiſcopum obiiſſe eo die, ſed, ut patet ex Breviario Nannetenſi, coli demum VII. Julii. *Atque ex eo Breviario deſumenda eſt præcipua & fere unica cultus ratio , & certa probatio . Exſtat ipſum apud nos , ſed prima pagina mutilum , ut ex poſterioribus Officiis novis colligendum ſit , veroſimiliter editum eſſe anno* 1653. *Illic titulus eſt :* In feſto S. Felicis Nannetenſis Epiſcopi & Confeſſoris, duplex, Nannetis. *Propria ejus oratio eſt hujuſmodi :* Deus qui B. Felicem , confeſſorem tuum atque pontificem , tantis meritis & virtutibus decoraſti ; adeſto piis ſupplicationibus noſtris & præſta , ut ad felicitatem æternæ gloriæ, ipſo pro nobis intercedente , aſcendere valeamus . Per Dominum noſtrum. *Nec prætermiſerim indicare , ad* S. Felicis *laudem referri aliqua in Actis S. Martini Vertavenſis , ejus diſcipuli , Sec. 1. Actorum Ord. S. Benedicti pag.* 372. *ubi diſerte ab auctore* Beati *titula decoratur , Sic inter cetera de ipſo habent :* His & hujuſcemodi ſtudiis idoneus prædicator approbatus , ad convertendam cujuſdam urbis plebem a BEATO Felice , qui tunc cathedram eccleſiæ Nannetenſis poſſidebat , & ejus pontifex exiſtebat , dirigitur.

B

quæ Breviarii hujus lectiones.

3 *Breviarii iſtius lectiones ſatis gravi oratione compoſita ſunt , hinc inde ex hic dicendis corrigendæ. Eas deſcribendas cenſui , utpote præcipuum , ut jam monebam , cultus* S. Felicis *argumentum* . Felix Bituricenſis, nobili genere ortus, omniumque Aquitaniæ majori ex parte nobilium conſanguineus, Nannetenſis conſecratus eſt Epiſcopus , Juſtiniano Imperatore & Clotario primo Rege Francorum . Hujus tanta fuit dignitatis amplitudo ſplendorque virtutum , ut Armoricæ tanto Sacerdote ornatæ cum Græcia ipſa, adeoque toto Oriente, in certamen dignitatis venire poſſent. Concilio Turonenſi ſecundo interfuit, in quo ſtatutum eſt, ut Corpus Domini in altari , non in imaginario ordine , ſed ſub Crucis titulo componeretur. Illis namque temporibus ſacra Euchariſtia intra columnam argenteam

C alicubi aſſervabatur . Templum Deo optimo , in honorem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli , cujus ab Eumelio jacta fuerant fundamenta , apud Nannetes ſuos erexit , quod tantis muneribus & ornamentorum copiis decoravit , ut ceteras totius , non ſolum Britanniæ , ſed & Galliæ præcelleret baſilicas. *Hactenus lectio quarta , ex Fortunato potiſſimum deſumpta . Quæ hic de modo priſcis illis ſeculis ſacram Euchariſtiam reponendi , ſeu in columna ſeu in columba argentea , vide notas Severini Binii , tomo* V. *Collectionis Labbeanæ col.* 866. *Ex modo quintam & ſextam lectiones .*

hic deſcribuntur.

4 Ad ejus dicandi encænia pridie Kalendas Octobris , vicinis quibuſque accerſitis Epiſcopis, Eufronio videlicet Turonenſi Metropolitano , Domnolo Cenomanenſi , Domitiano Andegavenſi, Fortunato Pictavienſi & Romachario Conſtantienſi , una cum maximis populorum turbis , celeberrimum in Eccleſia conſecrandarum ædium ritum cæremoniamque retulit . Ob ejus pietatem & religionem prædictus Clotarius Nanneticæ civitatis gubernaculum illi commiſit. Felix igitur erga ſuos cives & colonos maxima charitate flagrans , ut eis aqua-

rum opportunitate copiaque prodeſſet, fluvium D
Ligerim , cum antea per milliaris ſpatium ab AUCT.
urbe diſtaret , juxta ejuſdem urbis muros navi- J. B. S.
gabilem reddidit . Admirabilis fuit doctrinæ , liberalitatis in egenos , in tuendo grege adverſus errores conſtantiæ , ſummæque integritatis & morum innocentiæ. Eo etiam pontifice, civitatem quamdam paganorum , nomine Herbadillam , ab urbe Nannetica per ſex milliaria circiter diſtantem , multis quidem opibus refertam , ſed idolorum multiplicibus ſordeſcentem ſpurcitiis fuiſſe tradunt . Illorum ergo Felix miſertus errorem , Martinum Archidiaconum ſuum , verbi divini prædicatione florentem , miſit , ut eos ad Chriſti fidem perduceret . Sed cum perditi homines illi verbum Dei repuliſſent, divinam ultionem illico ſenſerunt. Felix tandem gravi tibiarum dolore pulſatus, ad probationem virtutis , anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo & epiſcopatus trigeſimo tertio, feliciter in Domino quievit , ſexto Idus Januarii . Memoria autem ipſius natalis hodierno die , quo venerandæ ejus reliquiæ , è ſepulcro ſublatæ, theca argentea incluſæ tunc, ab Eccleſia celebratur . E

Alia ex Legendis ejus Breviarii emendata, & ordinata.

5 *Operæ pretium fuiſſet annum Dedicationis templi & ſacrarum reliquiarum elevationis indicare, quam procul dubio ignoravit lectionum auctor ; ceterum ex ipſis haud obſcure patent Sancti ætas, patria & genus , quæ hic plaſculum elucidanda ſunt. Magnus ille Albertus de Monte Relaxo , minoris Britanniæ Sanctorum encomiaſtes , multa ſuo more , peſſime digeſſit a pag.* 262. *Statuit illic , natum eſſe* S. Felicem *anno* 516. *ſacerdotio initiatum* 540. *completo nimirum ætatis anno quarto & vigeſimo , Epiſcopum vero conſecratum anno* 559. *Hinc Sancti geſtis pro ſuo ferme arbitrio ordinatis , obitum innectit ann.* 586. *pontificatus ſui , ſi ſuperis placet ,* quinquageſimo tertio , *quorum omnium nec unicus calculus eſt , qui cum veritate conſiſtat , Gregorii Turonenſis auctoritate apertiſſime refragante . Hic autem lib.* 6. *Hiſt. Francorum* S. Felicis *ætatem tam clare circumſcripſit , ut mirandum prorſus ſit , Legendarium illum tam turpiter coſpuiſſe . Cap.* 14. *diſerte ſignat* annum ſeptimum Childeberti Regis, Chilperici & Guntchramni viceſimum primum , *quo tempore multa acciderint naturæ portenta , &* lues in populo F
fuerit , *in quam* (*cap.* 15.) conruens Felix , graviter ægrotare cœperit . *Signatur hic annus Chriſti* 585. *quo* S. Felicis *obitum etiam collocavit Labbeus , quidquid Le Cointe & novus Legendarius Gallicus anno ſequenti* 583. *mortuum velint , forte quod prodigiis omnia , a Gregorio memorata , anno illo* 582. *præceſſiſſe arbitrentur , &* S. Felicis *morbum toto ejus decurſu protractum . Ego Turonenſis verbis uberendum cenſeo , qui tum ſub finem capitis* 15. *aſſerat , anno epiſcopatus ſui* 33. *ætate ſeptuagenaria vitam finiviſſe , conſequitur , natum eſſe* 511. *ſacris infulis ornatum* 549. *quamquam non adeo alienus ſim ab his omnibus uno anno differendis .*

Illuſtri prosapia ortus prædicat Fortunatus.

6 *Jam dixi , de patria quoque & genere ſatis diſtincte meminiſſe præcinctas Breviarii Nannetenſis lectiones , ut nullus dubio locus relinquatur , quin illuſtriſſimo Aquitanico genere ortus ſit , nepos fortaſſe Felicis illius , qui cum Secundino conſulatum Romanum geſſit ann.* 511. *a qua opinione non abhorret Baronius ad prædictum annum* 511. *Certe* ex eodem quoque ſtemmate ortum Felicem , adeo celebratum Antiſtitem Nannetenſem, *ſibi*

A AUCT. J. B. S. *videri teſtatur. Id certius exploratum eſt, magna opum & potentiæ celebritate ſuo ævo nominatiſſimum fuiſſe; unde ſæcolo colligas, omni politiori litteratura, eloquentia cæteriſque bonis artibus egregie excultum; verum, contempta omni peritura ſeculi gloria, perfectionis Chriſtianæ ſemitam ingreſſum, ad eccleſiaſtica munia animum applicuiſſe, unde poſtmodum ad infulas Nannetenſes evehi promeruerit, eo haud dubie meritorum ſuorum fama invitatus, cum procul ab Armoricis ætatem exegiſſet. Malim hæc Fortunati verbis potius, quam meis prædicare. Ita hic de S. Felicis proſapia canit lib. 3. carm. 8.*

Maxima progenies, titulis ornata vetuſtis,
Cujus & a proavis gloria celſa tonat.
Nam quicumque potens Aquitanica rura ſubegit,
Exſtitit ille tuo ſanguine, luce parens.
Germinis antiqui venerabile culmen, in orbe
B Laudibus in cujus milităt omne decus.

§. IV. S. Felicis doctrina, virtutes ac labores Apoſtolici tempore epiſcopatus.

Alia ejus apud Fortunatum amplissima laudes,

Præclaras dotes ac ſolidas S. Felicis virtutes nemo clarius cognoſcere, nemo certius deſcribere potuit quam laudatus jam non ſemel Fortunatus, cujus epiſtola ad Domnum ſanctum & apoſtolica ſede dignißimum, Dominum & Patrem Felicem papam *data in editione Browerii pag. 91. exſtat, a curioſioribus conſuleuda. Scripſerat Sanctus*, in ultimo orbis angulo quaſi *ſuam* habitare præſentiam. *Ad quæ Fortunatus:* Quoniam loca, quamvis regione ultima, te cive ſunt prima; nam ſi perſonæ merito urbes ſibi vindicant principatum, nulli per vos eſt illi locus inferior, ubi quidquid de laude requiritur, Felix actibus pontifex eſt aſſertor. *Ex verſu epiſtolæ ſubjuncto, cætera intellige:*

Si veniant linguæ pariter græca atque latina,
Pro meritis nequeunt ſolvere cuncta tuis,
Laudibus obſeſſus, votis venerandus haberis,
Felix qui ſenſus luce perennis eris.

C *Audi ipſum de* S. Felice *canentem carm. 8, quo, teſte Browero, eam ſcribit Felicis Epiſcopi fuiſſe dignitatis amplitudinem ſplendoremque virtutum, ut Armoricæ, tanto cive ornatæ, cum Græcia ipſa, adeoque toto Orbeute in certamen dignitatis venire poſſent.*

Illuxit feſtiva dies, me gaudia cogunt
Ut quod plebs poterat, ſolus amore loquar,
Ultima quamvis ſit regio Armoricus in orbe,
Felicis meritis cernitur eſſe prior.
Miſerunt ſimiles Oriens & Gallia ſortes,
Illa micat radiis ſolis, & iſta tuis.
Nam ſplendore novo ſua munera quiſque miniſtrat.
Tu fers Oceano lumen, & ille rubro.
Denique ſi ſenſus elara pro lampade fulget
Ingenium veſtrum luminis inſtar habet.
Flos generis, tutor patriæ, correctio plebis,
Eloquii flumen, fons ſalis, unda loquax.
Semita doctrinæ, jus eauſæ, terminus iræ.
Cujus in ingenium huc nova Roma venit.
Illic quod poterat per plures illa docere
Te contenta ſuo Gallia cive placet.

8 *Quod hic Orientem & Galliam ſortes miſiſſe aſſerat, & ad* Felicis *ingenium Romam novam in Galliam veniſſe, ſic interpretatur Browerus, ut cenſeat Romam illam, orbis oculum, multiplici tum clade exſanguem,* Felicis *artibus in Gallia reviviſſe, aut potius Conſtantinopolim, prioris æmulam, Nannetes commigraſſe, quod Græcis etiam litteris inſtructus* S. Felix, *id unus ipſe Nannetenſibus civibus ſuis præſtaret, quod Conſtantinopolis, quam novam Romam nuncupare mos fuit, per plures factitare ſoleret. Hæc ad doctrinam potiſſimum. Jam vero virtutum Sancti ornamenta vel ex nomine colligas carm. 5.*

D *ex quibus intelligitur infigne doctrinæ elogium.*

Fida ſalus patriæ, Felix ſpe, nomine corde,
Ordo ſacerdotum, quo radiante, micat.
Reſtituis terris, quod publica jura petebant,
Temporibus noſtris gaudia priſca ferens.
Vox procerum, lumen generis, defenſio plebis,
Naufragium prohibes, hic ubi portus ades.
Auctor Apoſtolicus, qui jura Britannica vincens,
E Tutus in adverſis, ſpe crucis arma fugas.
Vive decus patriæ, fidei lux, auctor honoris,
Splendor pontificum, noſter & orbis amor.

Mira ecclesiæ gradus,

9 Britannica jura *illa, quæ* S. Felix *vicerit, explicat Browerus in notis pag. 57. de imperio advenarum ex Britannia inſulis, qui jam tum in Saxonico littore & Armoricæ parte ſedes fixerant. Videſis citatum locum. Alias hujuſmodi victorias, non ſolum Fortunatus, ſed & Turonenſis memoravit. Inſigne eſt auctoritatis ſpecimen lib. 4. cap. 4. in nova editione col. 143. ubi famoſi Macliavi,* S. Felicis *patrocinio è mortis faucibus ereptı caſum memorat.* Chanao quoque, *inquit*, Britannorum Comes tres fratres ſuos interfecit. Volens autem adhuc Macliavum interficere, comprehenſum atque catenis oneratum in carcere retinebat: qui per Felicem Nanneticum Epiſcopum a morte liberatus eſt: *ingenti profecto auctoritatis pondere, quod tam impium tyrannum permovere potuerit. Lib. 5. cap. 27. col. 237. notantur Saxones, quos jugo Chriſti* S. Felix *manſuefecit. Rurſus eodem libro cap. 32. col. 240. Britannorum incurſionem circa urbem Nanneticam & Rhedonicam repreſſit:* Britanni eo anno valde infeſti circa urbem fuere Namneticam atque Rhedonicum: qui immenſam auferentes prædam, agros pervadunt, vineas a fructibus vacuant, & captivos abducunt. Ad quos cum Felix Epiſcopus legationem miſiſſet, emendare promittentes, nihil de promiſſis implere voluerunt. *De antiquis Britanniæ minoris populis & gentibus, eodem poſtmodum appulſis, Britannis, Saxonibus aliiſque, accuratiſſimum commentarium texuit Browerus a pag. 61. & iterum pag. 77. & 78. quæ hic iudicaſſe, ſit ſatis.*

F

enumeratus virtutibus ornatus,

10 *Multas alias* S. Felicis *virtutes paucis verbis complexus eſt Fortunatus in epitaphio Euemerii, ſeu Eumeri, ejus in epiſcopatu deceſſoris. Poſtquam enim egregia iſtius merita proſecutus eſt a pietate, a ſuavitate, a tolerantia, a gravitate, ab hoſpitalitate, a miſericordia in pauperes & agros, a jejunio & oratione, a poſitis demum eccleſiæ Nannetenſis fundamentis; hæc omnia in Noſtrum poeta transfert:*

Felix ille abiit, Felicem in ſede reliquit,
Haredis meritis vivit in orbe pater.

Aſt

A *Aſt ea omnia* S. Felicis *decora paulo luculentius enumerat & pro ejus ævi guſtu ſatis eleganter canit citato jam carmine 8. lib. 3. pag. 77. dum in Sancto, præter nobilitatem generis & doctrinam, laudat pudicitiam, liberalitatem in egenos, in tuendo adverſum errores grege conſtantiam: denique ſummam in ipſo fuiſſe oſtendit integritatem & morum innocentiam. Poeta verba ſunt:*

Ornamenta gregis gemino fulgentia dono,
Et te concelebrant hinc opus, inde genus.
Sed qui terrena de nobilitate nitebas,
Eccleſiam nunc ſpe nobiliore regis.
Cujus ad aratrum, bone cultor, jugiter inſtas,
Ut jam multa Deo ſplendida dona dares.
Nuptiſti eccleſiæ, felicia vota jugaſti,
Hanc qui matronam dote potente reples.
Cujus in amplexu ducis ſine crimine vitam,
Altera nec mulier corde recepta fuit.
Hanc oculis, animo retines & corde pudico,
Unde tibi nupſit, caſtior inde manet.
Illa tibi prolem peperit, ſed corpore virgo,
Et populum gremio ſudit amata tuo.
B Ecce tuos natos divina ex conjuge ſumptos,
Et modo te gaudent, quos patris umbra tegit.
Proqua ſalute gregis, paſtor per compita curris,
Excluſoque lupo tota tenetur ovis.
Inſidiatores removes, vigil arte, Britannos,
Nullius arma valent, quod tua lingua facit.
Tu quoque jejunis cibus es, tu panis egenti;
Quæ ſibi quiſque tupit, hic ſua vota videt.
Divitias proprias in pauperis ore recondis,
Largas mendici ventre reponis opes.
Tempore quo veniet Chriſtus, nunc omnia vobis,
Judicis in facie facculus iſte refert.
Sit tibi fixa ſalus numeroſos ampla per annos,
Perpetuus felix, nomine, mente, fide.

gregi ſuo vigilantiæ intendit.

11 *Quæ in Fortunati verſibus ſcabroſa aut obſcurius dicta ſunt, explicata habes apud Browerum: nos hic non voces ſed res ipſas exponendas ſuſcipimus. Proxime ſequens in citato lib. 3. carmen, ordine nonum, Paſchalem feſtivitatem deſcribit, ſane non inelegauter, ſed ea huc transferre nil opus eſt. Ad ejus calcem non pauca traduntur, quæ inſignem S.*
C *Felicis zelum laboreſque ejus apoſtolicos, tum in Saxonibus Chriſto aſſerendis, tum in proprio grege ſingulari ſedulitate excolendo egregie demonſtrant:*

Rex ſacer, ecce tui radiat pars magna triumphi,
Cum puras animas ſacra lavacra beant,
Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atque vetus vitium purgat in amne novo.
Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat,
Et grege de niveo gaudia paſtor habet.
Additur ac Felix conſors mercede ſacerdos,
Qui dare vult Domino dupla talenta ſuo.
Ad meliora trahens gentili errore vagantes,
Beſtia ne rapiat, munit ovile Dei.
Quos prius Eva nocens infecerat, hos modo reddit
Eccleſiæ paſtos ubere, lacte, ſinu.
Mitibus alloquiis agreſtia corda colendo,
Munere Felicis, de vepre nata leges.
Aſpera gens Saxo, vivens quaſi more ferino,
Te medicante ſacer bellua reddit ovem.
Centeno reditu tecum manſure per ævum,
Meſſis abundantis horrea fruge reples,
Immaculata tuis plebs hæc vegetetur in ulnis
Atque Deo purum pignus ad aſtra feras.
Una corona tibi de te tribuatur ab alto,
Altera de populo vernet adepta tuo. D AUCT. J. B. S.

12 *Tot laboribus unum* S. Felicem *ſufficere non potuiſſe, ſatis manifeſtum eſt; atque hinc colligunt aliqui, ſeminarium inſtituiſſe, in quo adjutores ſibi formaret; qualis is fuit, de quo ſupra meminimus, S. Martinus*, Vertavenſis *dictus, Herbadillæ apoſtolus, cujus acta citato loco videri poſſunt. Inter Sancti almnos etiam recenſendus eſt S. Friardus, de quo ſcribit Gregorius Turon. De Vitis Patrum cap. 10. unde ea deſumimus, quæ quo in pretio S. Felicem habuerit, dubitare non ſinunt. Habe Gregorii verba col. 1205. &* 1206. Idem cum plerumque tranſitum ſuum fratribus prædiceret, quadam die tactus a febre, dicit ſuis: Ita ad Felicem Epiſcopum, & nuntiate ei diſceſſum meum, dicentes: Frater tuus Friardus dixit: Ecce conſummato curſu vitæ hujus, de hoc mundo abſolvor, & ut ſis certior de hoc verbo, die Dominica tranſitum accipio, & vado ad requiem, quam mihi promiſit Rex æternus Deus: Veni, obſecro, & videam te priuſquam obeam. Cumque ille occaſione neſcio qua detineretur, mandatum emiſit, dicens: Rogo, ſi fieri poteſt, ut me modicum ſuſtineas, donec moris * actionum diſſolutis, ad te uſque perveniam. Revertentibus vero nuntiis & iſta dicentibus, cum jam lectulo decubaret, ait: Surgamus ergo & ſuſtineamus fratrem noſtrum. O virum ſanctitate ineffabilem! qui quamquam feſtinaret diſſolvi & cum Chriſto eſſe, non tamen oblitus charitatem, obtinuit apud Dominum adhuc eſſe in mundo, ut fratrem cerneret ſpirituali intuitu. Sed nec illum infimi reor fuiſſe meriti, cujus adventu Dominus bujus Sancti dilatare dignatus eſt dies, de qua tarditate accepto nuntio, protinus quieſcente febre, ſanus ſurrexit a lectulo.

Non pauca adjutores inſtituiſſe creditur.

E

* *ſive* plus *aitis.*

13 *Præclarum ſane Feliciane ſanctitatis a S. Gregorio argumentum. Sic pergit:* Poſt multum vero tempus, adveniente Epiſcopo, a febre corripitur, ingreſſumque ad ſe ſalutat & oſculatur, dicens: Grandes mihi moras de itinere debito facis, o ſancte Sacerdos! Quibus vigilantibus, nocte; quæ erat Dominica, mane facto tradidit ſpiritum, quo emiſſo, mox omnis cellula, ab odore ſuavitatis repleta, tota contremuit: unde indubitatum eſt, angelicam ibidem adſuiſſe virtutem, quæ Sancti meritum ſignans, cellulam divinis faceret aromatibus effragrare: cujus glorioſum corpus Sacerdos ablatum, recondit in tumulo, Chriſtus animam ſuſcepit in cœlo, relinquens tergenis exempla virtutum. *Eorum nonnulla brevius memoravit idem Gregorius lib 4. cap. 37. col. 179.* In tranſitu (*S. Friardi*) adveniente Felice Epiſcopo, cellula tota contremuit, unde non ambigo, aliquid ibidem fuiſſe angelicum, quod ſic locus ille, ipſo tranſeunte, tremuerit: quem Epiſcopus abluens, atque dignis veſtimentis involvens, ſepulturæ mandavit. *Utrum urbis Nannetenſis regimen, a Clotario ſibi commiſſum, habuerit, poſt famoſam eadem Chramni rebellis filii, ann. 506. apud antiquos ſatis expreſſum non reperio, quidquid recentiores id etiam addant* S. Felicis *meritis, quippe qui ea auctoritate uſus ſit ad plebis ſuæ utilitatem atque ad reſarcienda damna,*

quæ inter S. Friardum a Turonenſi Greg. laud. tur.

F

A AUCT. J.B.S. *quæ continuis prope bellis agro Nannetenſi a Britannis inferebantur.*

§. III. Alia Sancti præclara opera, pius obitus & reliquiarum veneratio.

Summam ſuæ refor. mandi dep.

Summam S. Felicis vigilantiam & propagandæ fidei ſtudium jam abunde demonſtravit Fortunatus, at præter eccleſiæ propriæ curam, non minus in aliarum reformationem incubuit ſolertiſſimus Paſtor, dum variis ſynodis, ad eccleſiaſticam diſciplinam inſtaurandam inſtitutis, intereſſe voluit. Legitur nomen ejus ſubſcriptum Concilio Pariſienſi III. ſub annum Chriſti 557, cum aliis quindecim Epiſcopis, quorum non pauci æque ac Noſter nominantur in epiſtola ad S. Radegundem apud Gregorium Turonenſem lib. 9. cap. 39. Subſcripſit item Concilio Pariſienſi IV. ann. 573. Ea inter medium fuit Concilium Turonenſe II. an. 567, quod ſuo quoque chirographo firmavit S. Felix, *eorum decretorum, quæ ibi ſalubriter ſancita fuerant, obſervantiſſimus; tum in paganiſmi reliquiis*

B *exſtirpandis, tum in tuenda ſua & clericorum caſtimonia, tum in ulendis pauperibus, in quos propenſiſſimum fuiſſe Sanctum noſtrum, jam ſatis prædicavit toties laudatus Fortunatus, tum in ceteris omnibus, quæ ad ſplenderem & decorem Eccleſiæ ſapientiſſime ſtatuta fuerant, ad quorum executionem neceſſariam fuiſſe ſummam Sancti auctoritatem, qua in gregem ſuum eximie pollebat, nemo diffitebitur. Ea porro tantum valuiſſe Præſulem ait Fortunatus, ut quemadmodum rapidos torrentes frenare noverat, ſic incertos hominum motus flectere, ipſi quodammodo proprium videretur. Quæ omnia in eum concurriſſe haudquaquam mirabimur, ſi advertamus, talem fuiſſe S. Felicem, ut non ſolum ſe viresque ſuas, ſed & fortunas omnes in gloriam Dei impenderet.*

qui & de domo Dei, magnifica baſilica inſtruendo,

15 *Certe zelo domus Dei mirifice exarſiſſe, ejuſque decorem impenſe dilexiſſe, vel ſi deeſſent cetera, id unum luculentiſſime oſtenderet, quod theſauros ſuos omnes, eos etiam, opinor, quos ex lauta, ampla & bene parta hereditate perceperat, in ædificandam ſuperbiſſimam baſilicam, cujus prima veſtigia poſuerat Evemarus deceſſor, largiſſima manu effuderit. Ingentis operis, in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli erecti, ornatum & magnificentiam ita deſcripſit Fortunatus lib. 3. carm. 7. ut a nobis nihil ſuperaddi poſſit. Audi canentem poetam:*

C

Siderei montes, ſpecioſa cacumina Sion,
A Libano gemini, flore comante, cedri,
Cœlorum portæ, lati duo lumina mundi;
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apoſtolicas radiaoti luce coronas,
Doctior hic monitu, celſior ille gradu.
Per hunc corda hominum referantur, & aſtra per illum;
Quos docet ille ſtylo, ſuſcipit ille polo.
Pandit iter cœli hic dogmate, clavibus alter,
Eſt via cui Paulus, janua fida Petrus.
Hic petra firma manens, ille architectus habetur;
Surgit in his templum, quo placet ara Deo.
Uno fonte pares medicata fluenta rigantes,
Reſtinguunt avidam dulce liquore ſitim.
Fortia bella gerens quiſquis cupit aſtra tenere,
Rex dedit hos proceres militis eſſe duces.
Gallia plaude libens, mittit tibi Roma ſalutem,
Fulgor apoſtolicus viſitat Allobrogas,

D A facie hoſtili duo pronugnacula præſunt,
Quos fidei turres, urbs caput orbis habet.
Hi radiant oculi pretioſo in corpore Chriſti,
Lumine qui proprio cetera membra regunt.
Munere Felicis cœli cape Gallia fruges,
Pontificiſque tui vota beata cole.
Cujus caſtus amor dedit hanc in honore ſuperno,
Eccleſiæ nuptæ dote pereone, domum.
Vertice ſublimi pater aulæ forma triformis,
Nomine apoſtolico, ſanctificata Deo.
Quantum inter Sanctos meritum ſupereminet illis,
Celſius hæc tantum culmina culmen habent.
In medium turritus apex ſuper ardua tendit,
Quadratumque levans criſta rotundat opus,
Altius ut ſtupeas arce aſcendente per arcus,
Inſtar montis agens ædis acumen habet.
Illic expoſitos ſucis animantibus artus,
Vivere picturas, arte reflanta, putes,
Sol vagus ut dederit per ſtannea recta colorem,

E Lactea lux reſilit, cum rubor inde ferit,
Ire, redire vides, radio criſpante, figuras,
Atque lacunar agit, quod maris unda ſolat.
Fulgorem aſtrorum meditantur tecta metallo,
Et ſplendore ſuo culmina ſidus habent.
Luna coronato quoties radiaverit ortu,
Alter ab æde ſacra ſurgit ad aſtra jubar.
Si nocte ioſpiciat hanc præterquodo viator,
Et terram ſtellas credit habere ſuas.
Tota capit radios patulis oculata feneſtris,
Et quod mireris hic foris, intus habes.
Tempore quo redeunt tenebræ, mihi dicere fas ſit,
Mundus habet noctem, detinet aula diem.
Dextera pars templi meritis præfulget Hilari,
Compare Martino conſociante gradum.
Gallia ſic proprios dum fundit ubique patronos,
Quos hic terra tegit, lumina mundus habet.
Altera Ferreoli par eſt, qui vulnere ferri,
Munere martyrii gemma ſuperba nitet.
Obtulit hæc Felix, ut ſit magis ipſe ſacerdos,
Chriſte, tuum templum, qui tibi templa dedit.

F cujus etiam dedicatio ab celebrat Fortunatus,

16 Porro inſignis baſilicæ dedicationem ſeu conſecrationem, quam Comnus factam cenſet anno 568. & in Paſchate ſequenti Saxones in ea baptizatos, non minori elegantia celebravit Fortunatus carm. 6. in hæc verba:

Cum Salomon coleret generoſi encænia templi,
Iſraheliticos fecit adeſſe viros.
Levitas, proceres, pueros, juveneſque ſeneſque,
Undique certatim regia pompa trahit.
Mactantur vituli tauri jugulantur ad aras,
Et populi votis gaudia cædis erant.
Nunc vero adſurgit, ritu placitura beato,
Tempore decurlo, juſtior ara Deo.
Proſpera quæ populis Felix modo feſta miniſtrat,
Exſuperant rebus geſta priora novis.
Convocat egregios feſta ad ſolennia Patres,
Quo ſtat vera ſalus & fugit umbra vetus.
Docti clave Petri cœlos aperire petenti,
Ac meritis Pauli noſcere clauſa poli.
Ne lupus inter oves, nec morbus vulneret agnos,

Hinc

A Hinc ſunt cuſtodes, inde medela gregis.
Quorum vox refluens, populo, de fonte ſalutis,
Uti bibat ante fidem, porrigit ore ſalem.
Inter quos medicos, Martini ſede ſacerdos,
Euphronius fulget, metropolita ſacer;
Plaudens in ſancto fratrum coeunte corona,
Et ſua membra videns, fortior exſtat apex.
Lætius inde caput, quia ſunt ſua viſcera ſecum,
Eccleſiæ junctо corpore creſcit honor.
Domitianus, item Victorius, ambo columnæ,
Spes in utriſque manens pro regionis ope.
Domnulus hic fulget meritis, Maracharius inde,
Jure ſacerdotii cultor uterque Dei,
En ſpectat, veniat quæ nunc memoranda per ævum,
Votis plena piis fulget in orbe dies.
In qua promeruit ſua gaudia cernere paſtor,
Officioque ſacro reddere vota Deo.
Tempore qui longo adventu pendebat in iſto,
Deſpiciens aliud, hoc erat omnia amor.
B Omnia tuta timens, ſuſpecto in tramite vitæ,
Ne prius iret iter, quam daret iſta Deo.
Sapius occultans, ſuſpiria laſſa trahebat,
Cederet ut Dominus hoc properare decus.
Anxius incerto curarum ſaſce laborans,
Dum votum ſpectat, pondera tempus erant.
Sed jam feſtus adeſt, ſolvatur ſarcina curæ,
Lætitiæ cumulus triſte repellat onus.
Proſpera dans populis & gaudia larga per urbem,
Felix, felici cum grege, paſtor age.
Hinc te pontifices circumdant, inde miniſtri,
Cingit te totum, hinc honor, inde favor.
Clerus ecce choris reſonat, plebs inde chorauſis,
Quiſque tuum votum, qua valet arte, canit.
Tarda fuere tibi, quia fit mora ſemper amanti,
Res ſublimis enim tarda, ſed ampla venit.
Nunc Domini laudes inter tua claſſica canta,
Et Trinitatis opem, machina trina ſonet.
Adde medullata in templis holocauſta, ſacerdos,
Quo diuturna mices, hoſtia pura Deo.

C

uti & ingens aliud opus a Sancto deſignatum.

17 *Habes inſignia monumenta, ex quibus* S. Felicis *in Deum & Sanctos venerationem perſpiciat; ea modo quæ in gregis ſui non ſolum ſpirituale ſed & temporarium emolumentum operoſe contulit, dum, ut colonis ac civibus aquarum opportunitate copiaque proderſet, vel ut annona facilius in urbem devaheretur, opus immenſum aggreſſus, fluvium, qui ſatis præcipiti curſu ferebatur, alio averſit flexitque quo voluit: nam monte perfoſſo, eo loco alveum fecit, quo antea collis eminebat; atque inde priſtinum alveum explens, culturæ ſic aptavit, ut*, qua naves ante ferebantur, iſtac cum oneribus jam plauſtra commearent. *Magnitudo operum & artis ipſaque navalis rei mentio, Browero ferme perſuaſerunt, de Ligere ipſo ea omnia accipi poſſe, quæ ſuit opinio, ut notavit Lobineus pag.* 12. *ſec.* XV. *plane recepta; aſt alii* Celerem *fuiſſe exiſtimant, vulgo* le Ciel, *quem* Cariacum *etiam appellari video. Ceterum an vere fuerit Ligeris ipſe, quem ad urbis muros aquas devehere perpuleris, an Celer, an amnis alius, cum id Fortunatus non ſatis clare expreſſerit, non eſt unde quis certo diſcernat, niſi huc referantur verba lib.* 5. *carm.* 10. Cariaci ſpecioſus ager devexus in amnem. *Operis totius audacem deſignationem, nec minus felicem exitum ex carm.* 10. *jam ſuxo intelligas:*

Cedant antiqui quidquid meminere poetæ, D
Vincuntur rebus facta vetuſta novis. AUCT.
Includi fluvios ſi tunc ſpectaſſet Homerus, J. B. S.
Inde ſuum potius dulce repleſſet opus.
Cuncti Felicem legerent modo, nullus Achillem,
Nomine ſub cujus creſceret artis honor.
Qui probus ingenio, mutans meliore rotatu,
Currere priſca facis flumina lege nova.
Aggere compoſito, removens in gurgite lapſum,
Quo natura negat, cogis habere viam.
Erigis hic vallem, ſubdens ad concava montem,
Et vice converſa, hæc tumet, ille jacet.
Alter in alterius migravit imagine formam
Mons in valle ſedet, vallis ad alta ſubit.
Quo fuit unda fugax, crevit pigro obice terra,
Et quo prora prius, huc modo plauſtra meant.
Collibus adverſis flexas ſuperinvehis undas, E
Et fluvium docilem, monte vetante, trahis.
Quo rapidus flueret, veniens celer amnis adhæſit,
Et ſubito, nato colle, retorſit iter.
Quæ prius in præceps, veluti ſine fruge, rigabant,
Ad victum plebis nunc famulantur aquæ.
Altera de fluvio metitur ſeges orta virorum,
Cum per te populo parturit unda cibum.
Qualiter incertos hominum ſcis flectere motus,
Qui rapidos fontes ad tua frena regis.
Stet ſine labe tibi, Felix, pia vita per ævum,
Cujus ad imperium tranſtulit unda locum.

18 *Addamus ultimum* S. Felicis *ex Fortunato elogium lib.* 5. *carm.* 10.

Ultimum Fortunati elogium.

Sentio ſumme Pater, lumen venerabile cunctis,
Orbis dulce caput, mihi nomen amabile Felix,
Amplectens quem corde gero pietatis in ulnis, F
Pondus ſuave meum, nec onus gravat iſtud amantem.
Cur humilem me ſumme vocas loco viſere blanda,
Quæ te chare tenent, tecum modularer in illis,
Qua tua rura lavat vitrea Liger algidus unda,
Cariaci ſpecioſus ager devexus in amnem,
Hinc ubi flumen aquis recreat, hinc pampinus umbris,
Et crepitans Boreas tot prata comata flagellat,
Uber nempe ſolum, piſcoſo littore pulchrum.
Sed Fortunatum facies tua reddit amœnum.

19 *Tot gloriosa* S. Felicis *decora, tot egregiarum virtutum ornamenta, tam Apoſtolici labores, nonniſi felicissimo exitu coronari potuere, de quo cum nihil ſcripſerit Fortunatus, ex S. Gregorio deſumendi ſunt, quæ exſtant lib.* 6. *cap.* 15. *ubi Hiſtoriographus, tametſi ſanctiſſimus, non ſatis promerito* S. Felicis *geſta & obitum commendat, utpote cum quo nonnullas ſe habuiſſe ſimultates lib.* 5. *cap.* 1. *& rurſus cap.* 30. *nequaquam diſſimulat. De iis obiter agemus paragrapho ſequenti, nunc totum illud quintum decimum caput exhibeamus, in quo Burgundionis,* S. Felicis *nepotis conatus, ut avunculo ſucceſſor ordinaretur, & quæ idcirco per vicinos coepiſcopos fecerat Sanctus ipſe, Gregorio*

S. Gregorius Turon. Felici non favens.

A AUCT. J. B. S.

diſpliciſſu, & ipſo potiſſimum auctore ſucceſſum non habuiſſe, etſi nullus obſervem, ex ipſa narratione facillime intelligetur. Diximus ſupra §. Gregorium capite proxime præcedenti fuſe commemoraſſe varia portenta & prodigia, quæ multis locis viſa fuerant, uti & terribilem illam inguinariam luem, malum præſentiſſimum, ita ut nullum eſſet ſpatium, cum homo correptus fuiſſet ab eo, Sic jam capita connectit Gregorius.

nepotis ejus conatus pervertit.

20 Felix vero Epiſcopus Namneticæ civitatis, in hanc valitudinem conruens, graviter ægrotare cœpit. Tunc vocatis ad ſe Epiſcopis, qui propinqui erant, ſupplicat, ut conſenſum, quem in Burgundionem nepotem ſuum fecerat, ſuis ſubſcriptionibus roborarent. Quod cum factum fuiſſet, eum ad me dirigunt. Erat tum temporis Burgundio quaſi annorum viginti quinque. Qui veniens, rogat, ut accedens uſque Namnetas, Epiſcopum eum, in locum avunculi, qui adhuc ſuperſtes erat, conſuratum conſecrare deberem. Quod ego abnui, quia canonibus non convenire cognovi. Conſilium

B tamen præbui, dicens: Habemus ſcriptum in canonibus, fili, non poſſe quemquam ad epiſcopatum accedere, niſi prius eccleſiaſticos gradus regulariter ſortiatur. Tu ergo, dilectiſſime, revertere illuc, & pete, ut ipſe te qui eligit, debeat conſorare. Cumque presbyterii honorem acceperis, ad eccleſiam aſſiduus eſto, & cum eum Dominus migrare voluerit, tunc facile epiſcopalem gradum aſcendes. At ille regreſſus, conſilium acceptum adimplere diſſimulavit, eo quod Felix Epiſcopus ab incommodo levius agere videretur. Sed poſtquam febris diſceſſit, tibiæ ejus ab humore paſulas emiſerunt. Tunc cantharedarum cataplaſmam nimium validam ponens, computreſcentibus tibiis, anno epiſcopatus ſui triceſimo tertio, ætate ſeptuagenaria, vitam finivit. Cui Nonnichius conſobrinus ejus, Rege ordinante, ſucceſſit. *Quæ de Pappolene & S. Felicis nepte ſequuntur, huc non pertinent.*

21 *Magnificentiſſimi templi a* S. Felice *condi-*

S. Felicis ibidem, ejusque & aliarum theca.

ti everſionem immanibus illis per Galliam graſſatoribus Normannis paſſim adſcribunt auctores; annum iſtius excidii diſtinctius ſignatum non reperi, nec vero opus eſt; id diligentius indagare; mallem

C *quæſiviſſet Albertus, quo potiſſimum tempore & a quo à terra levata ſint Sancti noſtri reliquiæ, adeoque populi venerationi legitima auctoritate expoſitæ, quod ſane miror memoriæ proditum non eſſe. Diem notavit hunc* VII. *Julii, quod etiam lectiones teſtantur: unde & is dies Sancti feſtivitati conſecratus hodiedum perſeverat. Suggerit nobis præfatus Albertus, ſacras exuvias argenteæ thecæ incluſas, ponderis groſſorum bis mille nongentorum: quod ſi groſſi illi, ad quorum multiplicationem iſte recurrit, accipiantur pro octava parte unciæ, ſequitur, trecentis circiter & ſexaginta duabus unciis, ſeu paulo pluſquam quinque & quadragenta marcis rem totam conſtare. Miraculis clarum eſſe* S. Felicem *& in variis infirmitatibus invocari, haud equidem dubito, at nec unum ſeorſim nobis ſtaduit tabula Namnetenſes. Ait præterea Albertus, ſacram calvariem & dentes aliquot, peculiari thecæ incluſos, populi veneration exponi & in ſacro theſauro aſſervari. Atque hæc quidem omnia ſatis appoſite & veroſimiliter: unum eſt quo lectores ſuos vehementer ferit Albertus, dum ait, inſcriptionem lingua Syriaca affixam, quam ipſe Gallice vertit. Quid enim,* D *obſecro, Namnetenſibus prodeſt epigraphe Syriaca in laudem* S. Felicis, *ſermone incolis plane ignoto. Poſtremo monet, ſacellum Sancto noſtro in hodierna cathedrali erectum, ex adverſo alterius, quod S. Claro dicatum eſt. Jam rurſus audiendus S. Gregorius.*

§. IV. De querelis S. Gregorii Turon. adverſus S. Felicem.

Auctor in S. Felicem Gregorius.

Conſtantiſſimus S. Felicis cultus, & ſumma ejus, jam a tot ſeculis, apud Namnetenſes ſuos veneratio, ac tam expreſſa ſæpiuſque repetita Fortunati, ejus æqualis, encomia, viros eruditos pridem incertos reddidere, quid tandem cenſere deberent de acrioribus illis duriſque locutionibus, quibus in S. Felicem *invehitur S. Gregorius Turonenſis, quaſque adeo ſancto Francia Hiſtorico abjudicandas pronuntiant aliqui, criminationes iſtas omnes interpolatoribus adſcribentes, quos in Gregorii opera falcem nonnullibi immiſiſſe, vulgatius eſt, quam ut a me hic probandum ſuſcipiatur. Et totum quidem libri quinti caput quintum a* E *multis exemplaribus abeſſe, diſerte aſſeris poſtremus S. Gregorii editor Theodoricus Ruinartius, quem vide in præfatione num.* 104. *rem eo prope, quo nos hic modo concilientem. Ne in ambiguo verſemur, aut non ſatis pateat res de qua agitur, præmitto duriorem iſtum Gregorii textum ex citato lib.* 5. *cap.* 5. Eo tempore, *inquit*, Felix Nemneticæ urbis Epiſcopus, litteras mihi ſcripſit, plenas opprobriis, ſcribens etiam fratrem meum ob hoc interfectum, eo quod ipſe cupidus epiſcopatus, Epiſcopum interfeciſſet. Sed ut hæc ſcriberet, villam eccleſiæ concupivit. Quam cum dare nollem, evomuit in me, ut dixi, plenus furore, opprobria mille. Cui aliquando ego reſpondi: Memento dicti prophetici: Væ his, qui jungunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant: numquid ſoli inhabitabunt terram? O ſi te habuiſſet Maſſilia ſacerdotem; numquam naves oleum aut reliquas ſpecies detuliſſent, niſi tantum chartam, quo majorem opportunitatem ſcribendi, ad bonos inſamandos haberes. Sed paupertas chartæ finem imponit verbositati: immenſæ enim erat cupiditatis atque jactantiæ,

F

quomodo ex. plicari poſſit.

23 *Acris enimvero & ferox reprehenſio, quam utcumque verteris, aut* S. Felicem *nimis faſtus & avidinatis, aut S. Gregorium aliqualis calumniæ accuſes neceſſe eſt. Dicamus ingenue, ambos humanitus aliquid paſſos, & quantumvis Sanctos, ſuis nævis non carniſſe, cujuſmodi non vitantur in hac vita a claris etiam faſtigio viris, & magna ceteroquin morum perfectione ornatis, ut obſervat Browerus, eo adducens B. Annonis, ſanctitate celeberrimi Agrippinenſium Antiſtitis, non abſimile erratum, de quo mirabili modo commonitus fuerit, ut habet apud Surium* 14. *Decembris, in poſtrema editione pag.* 250. *Notiſſima ſunt ſanctorum Chryſoſtomi & Epiphanii, non diſſidia ſolum ſed & acerba vaticinia; ut uſque adeo mirandum non ſit, ſi inter duos præclariſſimos Antiſtites nonnullæ diſſenſionum cauſæ intercideriut. Quid ſi id* S. Feliei *evenerit, quod Scipioni Africano accidiſſe memorant, cui ut virtus gloriam, ſic gloria mox æmulos comparaverat, atque hujus rei publicam famam Gregorium miſiſſe in litteras. Præterquam quod ſive optimo pagum ſeu villam concupiſcere potuerit, quam eccleſiæ ſuæ jure debi-*

tam

A *sum existimarit; non luxui aut vanitati, sed egenis sustentandis aut templo suo exornando applicandum. Quantum splendore generis & natalium præsidio auctoritatem sibi comparaverit Sanctus, jam supra abunde indicavimus; idne ad jactantiam & ostentationem acceperit Gregorius, non est opus pluribus disquirere, aut odiosam paleam diutius ventilare.*

aut & offensionis causa.

24 *Offensionis causam aliam S. Gregorio præbuisse volunt* S. Felicem, *dum Riculfum, Turonensis annulum & hostem, ad se recepit, & forte etiam evadendi modum ei suggessit. Id colligunt ex sancti Historiographi verbis lib. 5. cap.* 50. Cumque ibidem (*in monasterio*) arctius distringeretur (*Riculfus*) intercedentibus Felicis Episcopi missis, qui memoratæ cauſæ fautor exstiterat, circumvento perjuriis Abbate, fuga elabitur, & usque ad Felicem accedit Episcopum, eumque ille ambienter colligit, quem exsecrari debueras. *Lege hic equidem* Felicem Episcopum, *ac necdum tam manifeste deprehendo, sic ad Nannetensem nostrum hæc omnino referenda esse, ut alteri alicui Felici Episcopo, puta v. g. Felici Bituricensi adscribi plane nequeant. In Sanctum nostrum ea proinde devexit vulgata apud omnes opinio, quod ipsum S. Gregorio non magnopere favisse, aliunde constaret, quemadmodum ex dictis manifeste colligitur. Utcumque res habeat, videtur hic Turonensis historicus pro*

B *domo sua perorare, quo in casu non adeo mirum est, amaritudinis aliquantulum e calamo effluxisse, quod charitatis aquis subinde consumpserat.* J. B. S.

25 *Verbo dicam, qualemcumque feceris S. Gregorii auctoritatem, quam hic, ut nonnulli libere faciunt, elevare non præsumo, Felicis nostri sanctitati & stabilito pridem cultui nullum prorsus detrimentum afferre ipsam posse, certissimum existimo. Atque hæc ad S. Felicis vindicias satis dicta sunto. Neque id ipsi tantopere vitio vertendum, quod nepotem Burgundionem, ut supra retulimus, successorem sibi designare conatus fuerit, cum id ea ætate nec novum nec insolitum fuisse noverimus. Paucis concludo: Aut non semper eadem sensit de S. Felice Gregorius, aut saltem non satis consequenter ubique locutus est. Argumentum ipse mihi suppeditavit lib. de Vitis Patrum cap.* 10. *superius pro hac parte recitato, ubi fateri cogitur*, non infimi meriti fuisse S. Felicem, cujus adventu Dominus hujus sancti (*Friardi*) dilatare dignatus est dies. *Quo ordine sua ediderit Gregorius, non satis ostendit Ruinarti præfatio a num.* 72. *Certe quo tempore hæc scribebat Gregorius, verisimile est, sopitos fuisse inter Sanctos discordiarum igniculos; quo non parum confirmatur eorum opinio, qui Sanctos æque ac alios viros prudentes, pro diversitate rerum ac temporum, diversa sensisse ac scripsisse, & diversimode affectos fuisse, non immerito arbitrantur.*

alibi ipse aquior fuit.

D AUCT.

E

DE SS. MEDRANO ET ODRANO FRAT. CONFESSORIBUS

LETHRECI IN HIBERNIA.

Ex Actis S. Kierani. J. B. S.

SEC. VI. *Sanctos hos duos germanos fratres, quos frustra quæres in omnibus Kalendariis Hibernicis, tum exoſis tum Mss., suggessit Castellani Martyrologium Universale, hoc die solum* S. Medranum *referens, ut fratrem alterius, quem auctor ad diem* 11. *Octobris transtulit, haud dubie ex variis Colgani annotationibus, quæ non semper satis cohærent. Hunc* S. Medranum *monachum Sagiriensem, in appendice quinta ad Acta S. Patricii pag.* 368. *col.* 2. *in fine, coli ait* VI. *Junii, verum in Annotatis nostris ad Acta S. Kierani* V. *Martii pag.* 399. *litt.* i, *reperit Castellanus, citari eumdem Colganum, ut qui ca.* 3. *appendicis ad Acta S. Senani* VIII. *Martii, notarit Sancti festum* VI. *vel* VII. *Julii; atque ea causa ipsum hoc die collocavit. Medranos varios ab Hibernis coli observavit Pupebrochius in edita annotatione, ubi interim supradicta Kalendaria nec unum nominant. Odranos item plures seu Odhranos reperit Henschenius ad* XIX. *Februarii, agens de istius nominis Martyre, S. Patricii auriga, qui in Kalendariis passim signatur* XXVII. *Octobris, ut nihil satis certi invenias circa finas Sanctorum Hiberniorum festivitates. Cum igitur amborum fratrum ea, quæ supersunt, gesta unico num.* 25. *dictorum S. Kieranı Actorum contineantur, nec facile dividi possint, non video necesse esse, ea postmodum ad*

C *Colgani dies diversi assignati, sed hic congruunt.*

11. *Octobris repetere, atque adeo, quæ de utroque fratre sciuntur, hic describo.*

a Duo carnales fratres de terra Muscrygiæ Thire, volebant peregrini esse in alia provincia, id est, in regione Connachtorum juxta Tulach-ruaidh. Illi jam nominabantur Medranus & Odhranus: villa autem eorum Lettir vocabatur. Et cum venissent ad Sayghir, scilicet ad S. Kieranum, voluit Medranus ibi manere: cui frater suus Odhranus dixit: Non hoc promisisti mihi, frater. Et ait ad S. Kieranum: Noli, Pater, fratrem meum retinere hic. Respondit ei S. Kieranus: Deus omnipotens judicet inter vos, si debet ipse hic manere, vel tecum ire. Teneat ipse in judicium lucernam modo in manu sua, & si ipsa fuerit accensa flatu oris sui, hic debet manere; sin autem, vadat tecum. Et ille statim accendit lucernam flatu suo, manstque ibi apud S. Kieranum usque ad obitum suum, in magna sanctitate. Dixitque S. Kieranus B. Odhrano: Audi me, frater Odhrane, dico tibi in veritate, etsi quatuor mundi plagas circumiveris, tamen in villa tua Lettrensi morieris: ideo revertere, & mane illic, quia ex nomine tuo ipsa villa nominabitur in seculum. Sic jam factum est. Nam S. Odhranus, secundum verbum S. Kierani, reversus

quia quæ ipsos spectant, consentanea sunt.

F

ad

A ad prædictum locum, ibi clarum monaſterium ædificavit. Et erat ipſe vir magnæ virtutis & ſanctitatis, & poſt multa miracula, quæ in vita ſua de eo leguntur, Abbas ipſius loci ad regnum cælorum feliciter migravit, & ſicut D prædictum eſt, ille locus vocatur nomine ſuo Lettir Odhrain. *An hoc nomen hodie & Sancti ipſius cultus perſeverent, exploratum non habeo.*

Vide Append. tom. 7. Junii p. 864. col. 1.

DE S. WULFILAICO DIACONO CONF.

IVODII IN DUCATU LUXEMBURGENSI

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

De Sancti nomine, patria, ætate, profeſſione, cultu, translatione & Actis.

SEC. VI. FUit ſeculo ſexto ager Trevirenſis, *inter alios iſtius temporis, Sanctorum ferax, ut memorat Ebervvinus, ad S. Martini Treviris abbas, ſeculi x. ſcriptor, in vita S. Magnerici, ibidem Epiſcopi, apud nos Ms. edendaque ad diem* XXV. *hujus menſis. Illuſtris in ea regione fuit, nun-*

B *parum nomen ut ibi expreſſum eſt;* *compoſito ſed ſimplici nomine* S. Wulfilaicus, *arduam Stylitarum diſciplinam ſectatus, cujus appellationem, unam & ſimplicem eſſe, ſi nullæ aliæ rationes evincerent, vel ſolæ Gallicæ expreſſiones audiendæ eſſent, apud quas una item voce, tametſi varie effertur,* Valfroy, Valfroie, Walfroy, Walfraye, Ouflay, *ut dubitandum prorſus non ſit, quin a vero aberrent Monaſterii illi, qui cum Surio ad* XXI. *Octobris* Wulfum *ſeu* Wolfum & Vulfum *a* Laico *ſeparant, eo pacto innuere volentes, proprium nomen fuiſſe* Wulfum, *ſeu* Wolfum *&c.; additamentum vero* Laici *ſtatui vel conditioni tribuendum, quaſi dicerent* S. Wulfilaicum, *nullo eccleſiaſtico ordine præditum, in ſtatu laicali eremiticam, imo converſi in Ordine Benedictino vitam duxiſſe. Oppoſitum diſcere debuerat Surius ex prima vitæ a ſe, ex S. Gregorio Turonenſi editæ, linea, ubi expreſſiſſime notat Francorum Hiſtoricus, ſe* Wulfilaicum Diaconum nactum, *a quo* ad monaſterium ejus *deductus fuerit. Ne verba perdamus; ſit extra controverſiam, verum Sancti*

C *nomen, non* Wulfus, Wolphus *aut* Vulfus, *ſed* Wulfilaicus *exprimendum; nec unus aberrare, qui* Wulferlincus *vel* Wulfiliacus, *vel aliam quamlibet nomenclationem induxerunt.*

Longobardi dui generis, Ivodii vocabulo deſignati; 2 *Patria Sancti ex S. Gregorio Turonenſi infra, ex citato hiſtoriæ loco intelligetur, ubi eum, non Belgam, Francum aut Italum, ſed* Longobardum *pronuntiat, ad S. Martini venerationem patria egreſſum, S. Aredii Lemovicini abbatis inſtitutis excultum, demum in Trevirenſi territorio ſedem fixiſſe, ubi montis cacumen elegerit, in quo ſancto ſuo tutelari Martino baſilicam & monaſterium ædificaret, erecta ſibi columna ad ſequenda famoſi per id tempus S. Styliti Simeonis Antiocheni veſtigia, ut vita ipſa ſatis explicat. Diſtabat prædictum monaſterium a caſtro Ivodin, ubi modo ſacrum ejus corpus quieſcit & colitur, octo circiter paſſuum millibus, ſeu leucis fermo tribus. Porro* Ivodium, *Gall.* Ivoy, Yvoy, *ſeu* Ivoi & Ivois *ſuas & ipſum varias inflexiones habet. A Jove, ut notat Bertelius, Luxemburgenſis hiſtoricus, deductum eſt nomen, quod Richardus Waſſenbourg, Verdunenſis Archidiaconus,* Evaſum *vocare maluit, Antoninus, ut innuit,* Epoiſum, *alii* Epoſium, *alii* Epuſum, *anno* 1662. *ducatus titulo donatum ſub novis appellationis* Cariniani (Carignan) *in gratiam Sereniſſimi Eugenii Mauritii de Sabaudia, Comitis Sueſſionenſis, patris hodierni Eugenii Principis, celeberrimi tota Europa, imo toto orbe archiſtrategi.*

E

3 S. Wulfilaici *ætatem male vetulit Surius ad annum* 510. *rectius multo Brovverus in Annalibus Trev. ad annum* 587. *quamquam quo anno obierit, incertum ſit, nec do die magis conſtet, quo tandem mortalitatem exuerit. Cautius in ſuis Francorum Annalibus eccleſiaſticis ad annum* 564. *Gregorii Turonenſis de* S. Wulfilaico *elogium collocat, opinor, ut eo pacto innuat, circa ea tempora ad Treviros perveniſſe Sanctum, relicto S. Aredio, cujus forteſſe eatenus diſcipulum fuiſſe ſupponit. De itinere laudati S. Gregorii, cum Felice, Guntramni Regis legato, ad Childebertum Regem Auſtraſiæ, Confluentiæ commorantem, cujus occaſione in* S. Wulfilaici *notitiam devenit, optime agit anno* 585. *quo res contigit, poſtquam viginti & amplius annis ſolitariam iſtic vitam duxiſſet Sanctus noſter, cujus obitum innectit anno* 594. *tametſi faſeatur, nec ullum de eo verbum habere S. Gregorium, nec id ipſe aliunde certo eruere potuerit; ut mera proinde ejus ſit conjectura, cui tamen libenter aſſentior, utpote cum* S. Wulfilaicus, *jam tum anno* 585. *dum eum convenit Turonenſis Gregorius, ſatis provectæ ætatis fuiſſe videatur, ut eam ultra novenarium verſimiliter non protraxerit, laboribus & carnis maceratione tantum non conſectus.*

F

Florebat an. 585. non diu poſt mortuus.

In quibus erraverint monaſtici Benedictini.

4 *Obſervat ibidem Cantus* S. Wulfilaici memoriam coli XII. Kalendas Novembris in Faſtis Benedictinis. Sed Ordini Benedictino, *inquit*, non adſcribitur potiori jure, quam S. Aredius Lemovicenſis abbas, cujus diſcipulus fuit, ceſte Gregorio Turonenſi. *Erravunt usque Faſti illi Benedictini, non ſolum in vindicando Ordini ſuo* S. Wulfilaico, *ſed & in corruptione nominis, & in tranſverſa poſitione ſeu loco, in quo Sanctus vixit & mortuus eſt. Ea verba Arnoldi Wionis:* In agro Turonenſi (*pro Trevirenſi*) ſancti Vulfi converſi, converſationis ſanctiſſimæ viri. *Porganius longiori phraſi:* S. Vulphi converſi, qui, ſicut Simeon Stylites, ſupra columnam vivens ſanctiſſime, ita rigore glaciali urebatur, ut ungues pedum ejus vis frigoris excuteret, & in barbis ejus aqua, gelu connexa, candelarum more penderet. *Breviter Menardus, non minus quam alii confuſus:* In agro Turonenſi, S. Vulfi converſi. *Alios præterco;*

A *tere; nec quidquam juveris longum Bucelini elogium huc congerere: ius omnibus prudentior Mabillo in Actis SS. Benedictinorum, a ſuo Ordine S. Wulfilaicum merito excluſit, ne inter Prætermiſſos quidem aut ſubditiuos ei locum concedens.*

Pro cultu ſacro, S. Wulfilaico *exhibito, ſtant citati Faſti monaſtici, nec ſane de eo dubium eſſe poteſt, cum laudatus ſupra abbas Ebervvinus teſtetur, miracula ad tumulum patrata mox veneratione ei conciliaſſe, quæ poſt translationem, anno 969. per Egbertum Epiſcopum Trevirenſem ſolenniter factam, perpetua hactenus Ivodii perſeveraverit, quidquid de eo ſileant antiqua omnia Martyrologia, etiam Uſuardina, quantumvis augmentata, & ipſum quidem Trevirenſe S. Paulini de propriis Sanctis. Eſt penes me Catalogus Sanctorum Trevirenſium Mt., in menſes ſuos diſtributus, ubi locum non habet* S. Wulfilaicus, *non magis* XXI. *Octobris, quam hoc die, ſed cum pluribus aliis, in appendice quodammodo ſeu extra ordinem ponitur*, Sancti *tamen æque ac alii titulo decoratus; forte quod Catalogi auctor ſcrupulo ſibi duxerit, certum ei diem adſcribere, quem ignorabat. At quidquid hujus ſit, recentior & fidus teſtis eſt noſter P. Joannes Gamans, Luxemburgo ad Bollandum* XXIV. *Januarii* 1637. *ſcribens*, ejus feſtum celebrari in diœceſi Trevirenſi VII. Julii. *Sauſſayus in Martyrologio Gallicano Sanctum referens, monaſtica Benedictino ſupra citata ſecutus eſt, tum in die* XXI. *Octobris, tum in cæteris erroribus, quos ab iis mutuari non dubitavit. Rectius Caſtellanus in Univerſali ſuo, hoc die:* Epuſi, hodie Carignani, in ducatu Luxemburgenſi, S. Vulfilaici ſolitari, *cujus elogium ſcripſit S. Gregorius Turonenſis.*

B

Addebat in citata epiſtola Gamanſius, feſtivitatis hodiernæ cauſam eſſe, quod VII. *Julii ex monte, habitationis ſuæ loco, Ivodium tranſlatus ſit, mortuus tamen ille* XXI. *Octobris, ut habet Martyrologium Benedictinum Wionis. Hæc ipſa adoptavit Gallus Legendiſta recentior, eam diverſitatem ſatis rotunde componens. Ceterum mera conjectura eſt, nullo ſatis fido auctore, nullo teſte firmata, cui tamen refragari omnino nolim, cum geminati illius cultus nulla plauſibilior ratio afferri poſſit. Translationis hiſtoriam pancis perſtringit Brovverus in cantis Trevirenſium Annalibus lib.* 10. *anno jam dicto* 979. *his verbis:* Pari etiam veneratione Egbertus ſacra divi Wolfilaici Diaconi oſſa Ivodium ex monte vicino tranſtulit, ubi præcipuam omnibus venerationem auxit, quod madeſcente circum ſolo, largiſſimus imber effuſus, a ſanctis tamen reliquiis, quamvis in aperto, ſic abſtinuit, ut ne gutta quidem in Divi ſepulcrum deciderit. *Hæc paulo fuſius explicat laudatus ſupra vitæ S. Magnerici ſcriptor Ebervvinus abbas, translationis hujus oculatus teſtis, ex quo ea decerpemus, quæ in Turonenſis elogio deſiderantur, ſic tamen ut neque inde certus obitus aut translationis dies haberi poſſit.*

C

Præfato Antiſtiti S. Gregorio acceptum referri oportet, quidquid de S. Wulfilaici geſtis ad poſteros pervenerunt: nempe ex ejus Francorum hiſtoria lib. 8. cap. 15. quod ex noviſſima Ruinartii editione mox deſumemus, de variantibus lectionibus haud magnopere ſolliciti, modo rerum narratio ſatis intelligatur. Eam hinc inde interpolavit aut potius amplificavit abbas ille Ebervvinus: at eum diſerte fatetur, ſe S. Gregorii Turonenſis hiſtoriam deſcripſiſſe, fontem ipſum puriorem exiſtimavimus. Dabitur, ut ſupra dicebamus, integra S. Magnerici vita, die, quo colitur, XXV. *Julii, quando curioſioribus liberum erit utramque conferre. Quæ de S. Martini miraculis S. Gregorio commemoraſſe fertur* S. Wulfilaicus, *huc proprie non ſpectant. Videatur ejusdem hiſtoria, in prædicta Ruinartii editione cap.* 16. *Sancti obitus & translatio, cum alunde haberi non poſſint, ex eadem S. Magnerici vita, ut jam etiam monui, S. Gregorii elogio ſubnectentur; paulo diſtinctius, opinor, & accuratius, quam de iis locutus ſit Surius, ad dictam ſuperius* XXI. *Octobris.*

D

VITA

Ex S. Gregorio Turonenſi, Hiſt. Franc. lib. 8. cap. 15.

PRofecti igitur in itinere, ad Epoſium caſtrum acceſſimus, ibique a Vulfilaico Diacono nacti, & ad monaſterium ejus deducti, benigniſſime ſuſcepti ſumus. Eſt enim hoc monaſterium quaſi millibus octo ab antedicto caſtro, in montis cacumine locatum; in quo monte magnam baſilicam ædificavit, quam beati Martini, vel reliquorum Sanctorum, reliquiis illuſtravit. Commorantes autem ibi, petare ab eo cœpimus, ut nobis aliqua de converſionis ſuæ bono narraret, vel qualiter ad clericatus officium advenisſet, quia erat ganere Longobardus. Sed nequibat exponere, vanam tota intentione cupiens gloriam evitare. Quem ego terribilibus ſacramentis conjurans, pollicitus primo, ut nulli, quæ referebat, expenderem, rogare cœpi, ut nihil mihi de his, quæ interrogabam occulteret. Cumque diutiſſime reluctatus fuiſſet, victus tandem tam precibus quam obſecrationibus meis, hæc effatus eſt. Dum eſſem, inquit, puer parvulus, audito beati Martini nomine, neſciens adhuc, utrum martyr an confeſſor eſſet, vel quid boni in mundo geſſiſſet, vel quæ negio beatos artus tumulo meruiſſet accipere, jam in ejus honorem vigilias celebrabam, ac, ſi aliquid inter manus numiſmatis advenisſet, eleemoſynas faciebam.

E

2 Jamque in majori ætate proficiens, litteras diſcere ſtudui: ex quibus prius ſcribere potui, quam ordinem ſcripturarum litterarum ſcirem. Deinde Arodio abbati conjunctus, ab eoque edoctus, beati Martini baſilicam adii. Revertenſique cum eo, ille parumper pulveris beati ſepulcri pro benedictione ſuſtulit. Quem in capſula poſitum, ad collum meum dependit: devectique ad monaſterium ejus Lemovicino in termino, accepta capſula, ut eam in oratorio ſuo locaret, in tantum pulvis adcrevit, ut non ſolum totam capſam repleret, verum etiam foris inter juncturas, ubi aditum reperire potuit, ſcatcret. Ex hoc mihi miraculi lumine animus magis accendit, totam ſpem meam in ejus virtute defigere. Deinde territorium Trevericæ urbis expetii, & in quo nunc eſtis monte, habitaculum quod cernitis, proprio labore conſtruxi.

3 Re-

A ex MS. *In columna Stylitam agens, idololatras convertit,*

3 Reperi tamen hic Dianæ ſimulacrum, quod populus hic incredulus, quaſi Deum adorabat. Columnam etiam ſtatui, in qua cum grandi eruciatu, ſine ullo pedum ſtabam tegmine. Itaque cum hiemis tempus ſolite adveniſſet, ita rigore glaciali urebar, ut ungues pedum meorum ſæpius vis rigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa candelarum more dependeret. Magnam enim hiemem regio illa perſæpe dicitur ſuſtinere. Sed cum nos ſollicite interrogaremus, quis ei cibus aut potus eſſet, vel qualiter ſimulacra montis illius ſubvertiſſet; ait: Potus cibuſque meus erat parum panis & oleris, ac modicum aquæ. Verum ubi ad me multitudo vicinarum villarum confluere cœpit, prædicabam jugiter, nihil eſſe Dianam, nihil ſimulacra, nihilque, quæ eis videbatur exerceri, cultura: indigna etiam eſſe ipſa quæ inter pocula luxuriaſque profluas cantica proferebant. Sed potius Deo omnipotenti, qui cælum fecit ac terram, dignum ſit ſacrificium laudis impendere. Orabam etiam ſæpius, ut ſimulacro Dominus diruto, dignaretur populum ab hoc errore diſcurere.

B *Quæſo Dianæ ſimulacri.*

4 Flexit Domini miſericordia mentem ruſticam, ut inclinaret aurem ſuam in verba oris mei, ut ſcilicet, relictis idolis, Dominum ſequeretur. Tunc convocatis quibuſdam ex eis, ſimulacrum hoc immenſum, quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adjutorio poſtea merui eruere: jam enim reliqua ſigillorum, quæ faciliora fuerant, ipſe confregeram. Convenientibus autem multis ad hanc Dianæ ſtatuam, miſſis funibus trahere cœperunt: ſed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad baſilicam propero, proſtratuſque ſolo, divinam miſericordiam cum lacrymis flagitabam, ut quia id humana induſtria evertere non valebat, virtus illud divina deſtrueret. Egreſſuſque poſt orationem, ad operarios veni, adprehenſumque funem, ut primo ictu trahere cœpimus, protinus ſimulacrum ruit in terram, confractumque cum malleis ferreis in pulverem redegi.

C *Plagis a dæmone inflictis, oleo S. Martini ſanatur.*

5 Ipſa quoque hora, cum ad cibum capiendum veniſſem, ita omne corpus meum a vertice uſque ad plantam pedis puſulis malis repletum eſt, ut locus, quem unus digitus teget ret, vacuus ioveniri non poſſet; ingreſſuſque baſilicam ſolus, denudavi me coram ſancto altario. Habebam enim ibi ampullam cum oleo plenam, quam de ſancti Martioi baſilica detuleram: ex qua propriis manibus omnes artus perunxi, moxque ſopori locatus ſum. Expergefactus vero circa medium noctis, cum ad curium reddendum ſurgerem, ita corpus totum incolume reperi, ac ſi nullum ſuper me ulcus apparuiſſet. Quæ vulnera non aliter niſi per invidiam inimici emiſſa, cognovi. Et quia ſemper ipſe invidus, Deum quærentibus nocere conatur; advenientibus Epiſcopis, qui me magis ad hoc cohortari debuerant, ut cœptum opus ſagaciter explicare deberem; dixerunt mihi: Non eſt æqua hæc via, quam ſequeris, nec tu ignobilis Simeoni Antiocheno, qui columnæ inſedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc te ſuſtinere patitur loci poſitio: deſcende potius, & cum fratribus, quos adgregaſti tecum, inhabita,

D *Epiſcopo obſequitur, & columnam everſam deſtruit.*

6 Ad quorum verba, quia Sacerdotes non obaudire adſcribitur crimini, deſcendebam faceor, & ambulabam cum eiſdem, ac cibum paricer capiebam. Quadam vero die provocans me Epiſcopus, longius ad villam, emiſit operarios cum ſcutis & malleis ac ſecuribus, & eliſerunt columnam, in qua ſtare ſolitus eram. In craſtino autem veniens, inveni omnia diſſipata, flevique vebementer: ſed erigere nequivi quæ deſtruxeraot, ne dicerer contrarius juſſionibus Sacerdotum; & ex hoc ſicut nunc habito, cum fratribus habitare cootentus ſum.

OBITUS ET TRANSLATIO

Ex vita Ms. S. Magnerici Trev. Epiſcopi auctore Ebervvino, videnda ad XXV. *Julii.*

E

COlumnam deſtructam reperiens, ſatis ægre tulit, ſed meliore via uſus, cum fratribus ſe contulit deinceps, moltoſque poſt hæc ædificando & ad meliora exemplis incitando, in ſancta converſatione ad extremum uſque permanſit: qui bonorum quotidie operum incrementis proficiens, multiſque clarus virtutibus in pace quievit, ſepultuſque eſt in eodem loco, in eccleſia, quam ipſe ædificavit; in qua multa apud ejus memoriam referuntur fieri crebro miracula. Noſtris namque temporibus (*exeunte ſeculo* x.) cum locus idem ex antiquitate eſſet neglectus, contigit ob incuriam, ut quadam die incendium pateretur; cumque eccleſiam & omnia in circuitu ignis abſumeret, mæſti cives turbari de beati Viri reliquiis cœperuot, quia eas, velut fracto loculo detectas, antiquitas reliquerat; & ecce ſedato igne, diligenter intuentes, oſſa ſaocti Viri ab hac uſtione intacta reperiunt, & ita illæſa, acſi oullum incendium locus ille eſſet perpeſſus. Impletum eſt quod de Sanctis Pſalmiſta dicit: Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, unum ex eis non conteretur. *Abincendio in primo ſepulcro conſervantur,* F

8 Ob hanc cauſam ergo, & maxime quia ſolitarius erat locus, &, ut diximus, ex antiquitate neglectus, viſum eſt domno venerabili Egberto Treverorum Pootifici, ut oſſa ſancti Viri ad alium transferrentur locum, in memoratum videlicet ſuperius caſtrum (*Ivodium*), quatenus ibi majori cum reverentia & cuſtodia reliquiæ haberentur. Inito itaque conſilio, cum ex eodem loco, præſente epiſcopo & clericis vel monachis, aliaque populi frequentia deportarentur, euntibus illis, cum jam fluvium proceſſiſſent, larga ſuper eos repente pluvia deſcendit; ſed ut taoti Viri meritum Dominus oſtenderet; per omoe quod a prædicto loco ad caſtrum tendebatur ſpatium, cum nequaquam imber ceſſaret, ſuper Sancti viri feretrum nec una pluviæ gutta cecidit; ita ab illa inundatione protectus, ſicut a ſupradicta fuerat ignis læſione defenſus. Et hæc de tanto viro dicta ſufficiant, quæ idcirco in hac, quam ſcribimus, hiſtoria poſui. *novo miraculo Ivodium manifeſtatur.*

A posuimus, ut quales hujus apostolici viri (*S. Maguerici*) temporibus, in ejus episcopio servi Dei fuerint, quantumque se erga ipsos devotum & industrium reddiderit, cognoscamus. *Frustra quæsivi, qui de hodierno cultu me edoceret,* D

DE S. EDELBURGA VIRGINE ANGLA, ABBATISSA

EBORIACI SEU FARÆMONASTERIO IN GALLIA.

COMMENTARIVS HISTORICUS.

J. B. S.

CIRCA AN. DCXCV. *DE celebri etiam hodie S. Faræ monasterio* (*Gall.* Farmoutier *vel* Farmonstier) *egit olim Henschenius* XXIII. *Febr. tom. 3. pagina 387. ad vitam S. Eorcongotæ, & ro entsus Mabilio de S. Burgundofara sec. 2. Benedict. pag. 438. ut de eo loco nihil hic observandum superste. Fuit prædicta S. Eorcongota hodierna* S. Edelburgæ, Edilburgæ *seu* Ethelburgæ (*Gall.* Aubierge) *ex S. Sexburga sorore neptis. Porro Sanctam nostram inter S. Sexburgæ sorores virgines, Sanctas omnes, eo ordine annumerarimus, acsi aliarum uterina fuisset, quod hic primo animadvertendum censui: nam quidquid aliqui germanam uterinam aliarum sororem existimaverint, id tam manifeste elidi Bedæ auctoritas, ut erasse eos dubitari non possit.* Filiam *Annæ* naturalem S. Edelburgam *diserte appellat Beda, adeoque ex alia matre genitam, utrum ante parentis Regis, de quo etiam pridie locuti sumus, matrimonium, an ejus tempore, non expressis. Narrat is lib. 3. cap.* 8. necdum multis in regioue Anglorum monasteriis constructis, multos de Britannia monasticæ conversationis gratia, Francorum vel Galliarum monasteria adire solitos, & filias suas in eisdem erudiendas ac sponso cælesti copulandas mittere; maxime in Brige, & in Cale & in Andilegum monasterio.

B *Plurium Sanctarum soror.*

C *celebris ex nobri abbatissa.*

2 *Tum subdit*: Inter quas erat Sedrido, filia uxoris Annæ, Regis Orientalium Anglorum, cujus supra meminimus, & filia oaturalis ejusdem Regis Edelburga: utraque cum esset peregrina, præ merito virtutum, ejusdem monasterii Brigensis est abbatissa constituta. *De Sancta hodierna videri etiam potest Henschenius, citato die & loco. Floruisse cum S. Sexburga aliisque sanctis sororibus seculo* VII. *certum est; an isti præmortua, an superstes, nemo prodidit. Est qui putes ad annum circiter* 695. *vitam protraxisse, quod ut satis verosimile, libenter admittimus. Etenim cum S. Burgundofaræ ætatem protrahat Mabilio ad annum* 655. *hunc autem ambæ illæ virgines* peregrinæ *successerint*, abbatissæ Brigenses constitutæ, *verosimillime S. Faram proxime secuta est, ea quæ primo loco a Beda nominatur Sedrido, quæ post aliquot præfecturæ annos e medio sublata, subrogata demum fuerit* S. Edelburga, *quæ satis probabiliter versus seculi finem cum sancta sorore Sexburga ad cælestem meritorum remunerationem evolare potuerit. Hinc colligo, confundendam non esse* Sedridonem *istam cum* Siserude, *de qua apud Mabilionem vitata sec. 2. Bened. pag. 429. nam si vera ibi est Joue narratio,* Siletrudis *ab angelis in cælum devecta est, S. Fara adhuc supersiite; istam vero Siserudem quo pacto Eorcongotæ sororem faciat Mabilio, prorsus non intelligo. Sed ad Sanctam nostram redeamus.*

3 *Publicam hoc die* S. Edelburgæ *venerationem impendi, recte notavit loco non semel citato Henschenius. Inter Usuardi additiones solum memoratur a Greveno*: Edilburgæ virginis abbatissæ, cujus Beda meminit lib. 3. *Hanc Molanus ad verbum secutus est, ut & Canisius. Recentiores non consulo. In monasticis Wionis, Dorganii & Menardi, verbis haud multo pluribus celebratur, sed phrasi longiori a Bucelino & Arturo, quorum panegyres vetere non vacant, nec vero operæ pretium est, cum ea sola subsistant, quæ ex dicto Bedæ loco statim subnectemus. Sanisayus in S. Faræ elogio* VII. *Decembris multas Sanctas connexuit, ut quæ ad ipsam erudiendæ accesserint.* Ex his, *inquit*, enituit præcipua virtute Edelburga *&c. Sed quid opus est Martyrologos plures appellare; sufficiat Romani hodierni textus hujusmodi*: Ibidem *nimirum* in Anglia, sanctæ Edelburgæ virginis, Anglorum Regis filiæ. *Ex quo positionis, seu depositionis locum accipere potuerit Baronius, necdum assecutus sum, non alio sensu vera est talis annuntiatio, quam quod Sancta origine Angla fuerit; nam cœnobium S. Faræ in diœcesi Meldensi, vita, virtutibus, exemplis, sepultura & sacris ejus exuviis gloriari, indubitatum est. Hic jam pauca trademus, quæ ab omnibus admittenda sunt, utpote ex ipso Beda accepta, quæ enim præterea in Harpsfeldii & aliorum elogiis circumferuntur, pie cogitata potius quam historice vera sunt.*

E *Inscriptio Martyrologio Romano figenda est.*

F

4 *Sic igitur habet Angliæ historiæ pater lib. & cap. supra indicatis.* Sed & matertera ejus (*sanctæ Eorcongotæ*) de qua diximus, Edelburga, & ipsa Deo dilecta perpetuæ virginitatis gloriam in magna corporis continentia servavit, quæ cujus esset virtutis, magis post mortem claruit. Cum enim esset abbatissa, cœpit facere in monasterio suo ecclesiam in honorem omnium Apostolorum, io qua suum corpus sepelire cupiebat. Sed cum opus ipsum idem ad medium ferme esset perductum, illa, ne hoc perficeret, morte prærepta est, & in ipso ecclesiæ loco, ubi desiderabat, condita est. Post cujus mortem fratribus alia magis curantibus, intermissum est hoc ædificium annis septem; quibus completis, statuerunt ob nimieta-

ob corporis incorruptionem Bedæ laudata.

A mieratem laboris, hujus ſtructuram funditus relinquere, Oſſa vero abbatiſſæ illo de loco elevata, in eccleſiam, quæ eſſet perfecta & dedicata, transferre. Et aperientes ſepulcrum ejus, ipſa intemeratum corpus invenere, ut a corruptione concupiſcentiæ carnalis erat immune, & ita denuo lotum, atque aliis veſtibus indutum, tranſtulerunt illud in eccleſiam beati Stephani Martyris: cujus videlicet natalis ibi in magna gloria ſolet celebrari die Nonarum Juliarum. *Quomodo poſtrema male ad S. Earcongotam translata ſint a Trithemio & aliis, vide apud Henſchenium. Atque hæc ſola ſunt, quæ de* S. Edelburga *apud Bedam memoriæ prodita invenimus.* D

DE S. HEDDA EPISCOPO

APUD OCCIDENTALES SAXONES

IN BRITANNIA.

J. B. S.

Sylloge de cultu, monachatu, epiſcopatu, geſtis & obitu:

AN. DCC. V.

Auctum hunc Haddam, Headdam, Hedde *ſeu* Heddi, *Dorceſtrenſem, alias Dorceſtrenſem apud Occiduos in Anglia Saxones Epiſcopum, brevi aliquo elogio hiſtorico exornavit Mabilio ſeculo* 3. *Benedict. parte* 1. *a pag.* 64. *utpote cujus geſta in epiſcopatu per annos fere triginta, ſcriptorum ſilentium ignorare nos fecerit. Ex Beda aliiſque nonnullas inferius ſpicas colligemus, quæ eventui vices ſupplere poſſint. Id principio hic miramur, non quod a Beda, qui populares Sanctos pauciſſimos ſuo Martyrologio inſeruit, prætermiſſus ſit, itemque ab Adone & aliis omnibus ſeculi* IX. *Martyrologis; ſed quod in nullis Mſs. Uſuardinis codicibus, quorum aliquos in Anglia auctor diximus, ejus memoria celebretur, ut verſiſſime ad Martyrologium ſuum Univerſale notaverit Caſtellanus,* S. Heddæ cultum veruſtum non eſſe. *Ego nullum reperi, qui de Sancto noſtra memoraverit, antiquiorem Greveno, hoc die ſic ſcribente*: In Anglia, Heddæ Epiſcopi 1 *quæ verba ex ipſe accepere Molanus, Canſiſius, ac deinde monaſtices Wion, Dorganius, Menardus, & cum longiori præconio Bucelinus, ut Ferrarium non omittam & Anglica recentiora anni* 1608. *&* 1640. *At quidquid horum ſit, in Romano moderne, ex hiſtoria Bedæ, ni fallor, locum habes, his verbis*: In Anglia, ſancti Heddæ Epiſcopi Saxonum Occidentalium; *pro quo ad laudatum Bedam & Trithemium nos remiſit Baronius. De Beda non agemus; quid Trithemius addiderit, ad rem noſtram parum admodum intereſt.* B In Martilogiis recentioribus & in Romano ſignatus; C

monachus fuit, ſed non loco notatur:

2 *Monachum fuiſſe aut abbatem* S. Heddam *non expreſſit Beda, id colligit Mabilio ex Wilhelmo Malmesburienſi lib.* 2. *de Pontif. Angl. cap.* 3. *ex cujus monaſterio?* Non expedit, *inquit; eos continuo impugnamus, qui Sanctum noſtrum eumdem eſſe exiſtimant, qui inter quinque monachos, ex Streanesbalenſi monaſterio ad epiſcopatus aſſumptos, apud Bedam lib.* 4. *cap.* 23. *ordine ſecundus numeratur,* Ætla, *ſeu* Ecla, *vel* Ecla *nomine*, quod in epiſcopatum Dorceſtre fuerit ordinatus: *Oſtendit deinde utriuſque diverſitatem, cum Ætla ſeu Æda, ut ex citato Bedæ loco apparet, non a Theodoro, ut* Sanctus Hedda, *ſed a S. Wolfrido, poſt Theodori mortem ordinatus ſit Dorceſtrenſis Epiſcopus. Quærit demum Mabilio, an Glaſtonienſis monachus fuerit* S. Hedda; *verum nec id ſatis conſtare videtur, quidquid Malmesburienſis non abſimile nomen ſe reperiſſe exiſtimet inter aliorum iſtius loci præclarorum virorum & abbatum nomina: quandoquidem in Monaſtico Anglicano, ubi Glaſtonienſis abbatiæ viri pii & illuſtres enumerantur,* S. Hedda *non recenſeatur. Abbatiæ alicui Weſt-Saxonum præfuiſſe, haud equidem diffitebor, quod facile datur colligi ex iis, quæ in Glaſtonienſium monachorum gratiam a paganis etiam Regibus obtinuit, ut pluribus narrat Uſſerius pag.* 111. 112. *&* 113. *Ceterum non ſatis conſequenter ſua ordinavit Mabilio, dum putavit num.* 3. S. Heddam *abbatem ſubſcripſiſſe chartæ Leutherii ſeu Eleutherii, conceſſæ cœnobio Meldunenſi anno* 680. *quem paulo ante conſecratum dixerat* a Theodoro Epiſcopum in civitate Londoni annn 676. *Minus invite admiſerim, cum* Abbatis *titulo ſubſcripſiſſe chartæ deceſſoris ſui anno* 675. *Quærenda modo ſedes epiſcopalis.* D E

de epiſcopali ſede

3 *Hanc nobis commonſtrabit Beda, ex cujus lib.* 3. *cap.* 7. *hæc præmittenda cenſemus.* Eo tempore gens Occidentalium Saxonum, qui antiquitus Geviſſe vocabatur, regnante Cynigillo, fidem Chriſti ſuſcepit; prædicante illis verbum Byrinn Epiſcopo, qui cum conſilio Papæ Honorii venerat Britanniam, promittens, quidem, ſe illo præſente, in intimis ultra Anglorum partibus, quo nullus doctor præceſſiſſet, ſanctæ fidei ſemina eſſe ſparſurum. Unde & juſſu ejuldem Pontificis, per Aſterium Genuenſem Epiſcopum, in epiſcopatus conſecratus eſt gradum. Sed Britanniam perveniens, ac primum Geviſſinrum gentem ingrediens, cum omnes ibidem paganiſſimos inveniret, utilius eſſe ratus eſt, ibi potius verbum Dei prædicare, quam ultra progrediens, eos, quibus prædicare deberet, inquirere. Itaque evangelizante illo in præfata provincia, cum Rex ipſe catechizatus, fonte baptiſmi cum ſua gente ablueretur, contigit tunc temporis, ſanctiſſimum ac victorioſiſſimum Regem Nordhumbrorum Oſwaldum affuiſſe, eumque do lavacro exeuntem ſuſcepiſſe, ac pulcherrimo prorſus & Deo dignus conſortio, cujus erat filiam acceptarus in conjugem, ipſum prius, ſecunda generatione Deo dedicatum, ſibi accepit in filium. Donaverunt ergn ambo Reges eidem Epiſcopo civitatem, quæ vocatur Dorcinca, ad faciendam inibi ſedem epiſcopalem, ubi factis dedicatiſque eccleſiis, multiſque ad Dominum pro ejus labore populis advocatis, migravit ad Dominum, ſepultuſque in eadem civitate: & poſt annos multos,

A cot, Hedde epiſcopatum agente, translatus inde in Ventam civitatem, atque in eccleſia beatorum Petri & Pauli poſitus eſt.

Paulo curiosior sententia.

4 *Porro ad clariorem rei intelligentiam ſubjunginus, quæ idem Beda refert lib. 4. cap. 12. ſic incipiens:* Quartus Occidentalium Saxonum antiſtes Eleutherius fuit; ſiquidem primus Birinus, ſecundus Agilbertus, tertius exſtitit Wini. Cumque mortuus eſſet Conwalch, quo regnante idem Eleutherius Epiſcopus factus eſt, acceperunt ſubreguli regnum gentis, & diviſum inter ſe tenuerunt annis circiter decem: ipſiſque regnantibus, defunctus eſt ille, & epiſcopatu functus: Headdi pro eo conſecratus eſt a Theodoro in civitate Londonia. *Eu recitatis hucuſque Bedæ verbis, habet* S. Heddæ *conſecrationem, & ſedem ejus epiſcopalem in civitate* Dorcuica, *alias* Dorcica, *quæ certe* Dorcica *ſeu* Dorcicestria, *illa eſſe non potuit, cujus Epiſcopum fuiſſe Ætiam ſeu Ædam dicimus, quæ in provincia Merciorum ſita, ad Occidentales Saxones non pertinuit. Atque huc refero accuratam Mabillonii diſtinctionem,*

B *qua* Dorcicam *ſeu* Dorcicestriam, *vulgo* Dorchester, *urbem provinciæ Merciorum, in comitatu Oxoniensi ad Tamaſin fluvium, qui in Tameſin influit, aliam eſſe oſtendit ab ea* Dorcicestria. *itidem* Dorchester, *Occidentalium Saxonum urbe, de qua modo quærimus. Huic præfuit* S. Hedda, *Eleutherii ſucceſſor, eo ordine, quem ex Beda jam deſcripſimus, ut proinde ſedes Dorcicestrenſis* S. Heddæ *extra controverſiam poſita videatur: verum ipſo* defuncto, epiſcopatus provinciæ illius in duas parochias diviſus eſt; una data eſt Danieli, quam uſque hodie regit, altera Aldhelmo, *ut pluribus narrat Beda lib. 5. cap. 19.*

Primus ejus aſſertor ex veteribus colligitur.

5 *Ad Sancti geſta quod attinet, ſuperius dictum eſt, pleraque oblivione ſepulta eſſe. Jam etiam diximus,* Hedda epiſcopatum agente, *Birini corpus* Ventam translatum, *nunc* Wintoniam, *vulgo* Winchester, *qua in civitate cathedram ſuam Sanctus collocaverit. Neque prætermiſerim, quæ ad* S. Heddæ *laudem non parum conducunt, com-*

C *pendio relata in Iudice Uſſerii Chronologico pag.* 1166. Kentwinum Occiduorum Saxonum Regem, Hedda Epiſcopo Wintonienſi impetrante, inſulam Glaſtoniæ, liberam ab omni regali ſervitio, vetuſtæ eccleſiæ conceſſiſſe (ſicut Reges Britonum ante eum jam pridem confirmaverant) libero jure fratribus, ibi Deo ſervientibus, conceſſo, rectorem ſibi eligendi & conſtituendi ſecundum regulam S. Benedicti. *Conſtat præterea ex S. Guthlaci vita, a nobis edita ad* XI. *Aprilis, Sanctum ipſum a noſtro hodierno presbyterum conſecratum, cap. 3. num. 32. pag. 46. Rem ab Ordorico Vitale compendioſius narratam, ex hiſtoriæ ejus lib. 4. hic deſcribimus:* Quondam Headda Præſul, cum quibuſdam clericis & laicis ad Guthlacum venit, inter quos de beato viro varia locutio obtigit. Prædictus autem Epiſcopus, comperta in Venerabili Viro divinæ gratiæ luculentia, & in exponendis Scripturis ſacris ſapientiæ affluentia, poſtquam inſulæ Crolandiæ eccleſiam XII. Sept. dedicavit, eumdem ſervum Dei ſuſcipere ſacerdotii ſtemma, inviolabili obedientiæ præ- D
cepto coegit. *De alia, quam de* S. Hedda *noſtro,* AUCT.
hæc accipi non poſſe, recte, opinor, cenſuit Mabil- J. B. S.
lio, tametſi Crolandia illa inſula, in qua S. Guthlacus commorabatur, longe a provincia Weſt-Saxonum remota fuerit.

De obitu & ſanctitate poſthuma Heddæ.

6 *Felicem* S. Heddæ *obitum & poſthumam gloriam ſic brevi elogio complexus eſt Beda citato lib. 5. cap. 19.* Anno dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quinto Alfridus Rex Nordan-Humbrorum defunctus eſt, anno regni ſui viceſimo necdum implato. Cui ſuccedens in imperium filius ſuus Oſredus, puer octo circiter annorum, regnavit annis undecim. Hujus regni principio Antiſtes Occidentalium Saxonum Heddi cæleſtem migravit ad vitam. Bonus quippe erat vir ac juſtus, & epiſcopalem vitam ſive doctrinam, magis inſito ſibi virtutum amore, quam lectionibus inſtitutus exercebat. Denique reverendiſſimus Antiſtes Pleethelmus, de quo in ſequentibus ſuo loco dicendum eſt, qui cum ſucceſſore ejus Aldhelmo, multo tempore adhuc diaconus ſive monachus fuit, referre eſt ſolitus, quod in loco, in quo defunctus eſt, ob meritum ſanctitatis ejus, E
multa ſanitatum ſint patrata miracula, hominesque provinciæ illius ſolitos ablatum inde pulverem, propter languentes in aquam mittere, atque hujus guſtum ſive aſperſionem multis ſanitatem ægrotis, & hominibus & pecoribus conferre; propter quod, frequenti ablatione pulveris ſacri, foſſa ſit ibidem facta non minima.

Et alia ejus de ejus ætate virtus.

7 *Poſtremum eſt, quod legere me memini, tanta judicii maturitate, tanta rerum tractandarum decernendarumque peritia valuiſſe* S. Heddam, *ut Ina Rex Weſt-Saxonum, ejus conſilio leges ſuas ſe condidiſſe fateatur; de quibus vide Alfordum ad an. 692. num. 9. Nec eloquentiæ doctrinæque laude caruiſſe vult Malmesburienſis, ad ea præcipue Bedæ verba;* bonus quippe erat vir ac juſtus, & epiſcopalem vitam ſive doctrinam magis inſito ſibi virtutum amore, quam lectionibus inſtitutus exercebat; *apud Alfordum ad an. 677. ſic obſervans:* Unde non parvo moveor ſcrupulo, quippe qui legerim ejus formales epiſtolas, non minus indocte compoſitas, & Aldelmi ad eum ſcripta, maximam vim eloquentiæ & ſcientiæ redolentia. *At quæcumque fuerit Sancti noſtri bonarum litterarum cognitio, quam mirum eſt Bedam ignoraſſe, id nobis certum videtur, iis potiſſimum virtutibus excelluiſſe, quas ex Anglico Polyhiſtore jam paucis* F
deſcripſimus. Notanda ſunt ibidem Alfordi verba; hunc virum (S. Heddam) *inquit,* non ſolum antiqui, ſed, quod mireris, ſectarii etiam moderni admirantur ac prædicant, ſanctitate & virtutibus inſignem, qui Occidentali provinciæ verbo & exemplo profuerit. Unde ſine dubio ſequitur, eum in fide orthodoxa integrum atque undequaque perfectum fuiſſe. *Si hæc vera ſunt, mirari fateamur ſectarios, a talibus exemplis necdum converti. Quæ de Legiceſtrenſi juriſdictione, a Sancto noſtro ſibi aſſerta, memorat idem Alfordus, vide ibi ad an. 693.*

DE S. EOALDO EPISCOPO VIENNÆ IN GALLIA.

J. B. S. Sylloge de Sancti nomine, ætate, cultu & elogiis,

CIRCA AN. DCCXV. DE S. Cadeoldo, *ſive* Edaldo, *Viennenſi Epiſcopo, ordine* XXXIV. *egit pridem Bollandus ad* XIV. *Januarii, ubi plurimas nominis efformationes adducit, noſtro* S. Eoaldo *tam affines,* Sanctus eũ alijs Viennẽſ. ſi Ep. ſive ſynonymus. *utpote* Evaldus, Edaldus, Eoldus, *ut natæ ſint dubitationem ingerere, an ille cum hodierno confundendus non ſit, qui in Adonis Chronico* Eoldus, *in ejus Martyrologio* Evoldus, *nonnumquam* Eoldus, *alibi* Foldus *appellatur, quemadmodum eos confudit Martyrologium Cameſii. Aſt utrumque ſatis diſtinguit laudati Adonis expreſſa in Chronico ſeries*, ubi Caldeoldus *Heidico ſucceſſor ponitur, inter illum & hodiernum* Eoaldum *Dodoleus, Bobolinus, Georgius, Deodatus & Blidramnus differre referuntur; quantumvis brevia eorum regimina fuiſſe oporteat, nimirum ab anno 696. ad 718. quo* Eoldus Viennenſis Epiſcopus jam habebatur, *& tum aliquot annis fuerat, ſi vera eſt Conſtantini Papæ ad eum epiſtola, inferius recitanda. Ipſum ordine* XL. *ſtatuunt Sammarthani poſt Claudium Robertum, rejecta* Agrato, *ſeu* Algrato, *quem Chenu* XLI. *numerat, Sanctum noſtrum loco quadrageſimo ſecundo reponens. Democharis catalogus imperfectior eſt. Pro Agrato ſtant Boſcius in Bibliotheca Floriacenſi, Le Lievre & Chorier: verum cum Adoni votus omnino non fuiſſe videatur, hujus in hac parte negativa auctoritas, recentioribus iſtis, mutua deſcribentibus, longe prævalet, quamdiu ex certis monumentis, quæ cum Adonis Chronico conferenda ſint, Agrati iſtius pro eo tempore exiſtentia non probatur. Appendix ad Adonis Martyrologium, ubi* XIV. *Octobris Agratus memoratur, id necdum evicit.*

B

quo et quibus tẽpore fuerit, nõ facile certo definitur;

2 *Utut plures jam memoraverim, qui de Viennenſibus Epiſcopis ſcripſere, exactam eorum chronologicam ſeriem nemo hactenus ordinavit. Ætatem Cadeoldi ex Adonis Chronico reduxerat Bollandus ad annum, a nefcio quo ibi natum, 696. quocirca jam dixi multos brevi tempore Epiſcopos Viennæ ſedifſe, etiam dum ad annum 718. in eodem Chronico ſignatum, collocarentur* S. Eoaldi *principia. Interim ſi recte conſiderentur omnia, non tantum inſulas tunc non ſuſcepiſſe, ſed neque ad eum annum pertigiſſe videtur Sanctus. Interponitur* S. Eoaldus *apud Adonem epochis duabus non ignotis. Primam colliges ex Chronici verbis pag.* 207. Carolus Pippini filius ex alia uxore, cum captus a Plectrude, Pippini quondam uxore, teneretur, auxiliante Domino evaſit. *Notant hæc annum* 715. *& tunc, inquit Chronicon,* Eoldus Viennenſis Epiſcopus jam habebatur. *Obiter obſervo, Leonem Imperatorem non recte in eodem Chronico iſtuc loci interſeri. Paulo poſt, narratis iis, quæ ad Sanctum ſpectant, ſubjungit:* Dagobertus Rex, annis quinque regnans, mortuus eſt. *Hæc nos ducunt ad annum* 716. *ad quem, ut ſummum differri poteſt* S. Eoaldi *obitus. Fateor iterum, breviſſimas eſſe eos epiſcopatuum periodos; ac cum ex Chronico Adoniano certiora educi nequeant, his extenus inhærendum, donec diſtinctiora ornantur. Et vel ſic tamen Sancti noſtri epiſcopatum ulterius protrahimus, quam auſi fuerunt* Boſcius, *Lievræus & Chorier in ſtatu politico Delphinatus, lib.* 1. *pag.* 203. *quorum hic ingreſſum* S. Eoaldi *in pectis anno* 710. *de obitu nihil expreſſo determinans; ſed cum Auſtrebertum, ſecundum a noſtro Epiſcopum ſtatuat an.* 718. *patet & ipſum tempora vehementer corripere, adeoque cum vulgata Viennenſium opinione, obitum conſignare anno* 714. *Calculus noſter Henſchenio accedit propius, ubi ad* XXVI. *Maii, S. Bobolini, qui Sancto noſtro ſucceſſit, ætatem definire conatur: per eas nempe tenebras, quas huc uſque fruſtra diſpellere conati ſumus.*

C

D

E

certior eſt ejus colocatio;

3 *Certiora ſunt quæ de Sancti cultu exſtant monumenta. Ipſum in Martyrologium, a ſe Viennæ paulo auctius redditum, quale nec Uſuardus vidit nec Notkerus, primus retulit laudatus Ado, his verbis:* Apud Viennam, Evoldi Epiſcopi, cujus induſtria delatæ ſunt reliquiæ SS. Martyrum Thebæorum ad urbem Viennam; *quæ eadem verba in Auctariis Uſuardinis* VI. *Julii ex Bruxellenſi codice deſcripſimus, quo die inter Prætermiſſos collocandus fuit. In hodiernis auctariis etiam ſignatus eſt, & ab aliis recentioribus paſſim refertur, ſed commonſtrato fonte, rivulos iſtos omnes negligimus. Solito parcior eſt Sauſſayus in Supplemento:* Viennæ, S. Evoldi quadrageſimi, metropolitanæ eccleſiæ, ſub S. Mauritii nomine, inſtauratoris. *Breviarium Viennenſe anno* 1522. *excuſum, Sancti memoriam in Octava Apoſtolorum agendam præſcribit:* S. Coldi (*pro* Epaldi) Epiſc. Vienn. Conf. cras fiat, ut in communi unius confeſſoris. Oratio. Da quæſumus omnipotens, *In Martyrologio Viennenſis eccleſiæ, & in ſerie Sanctorum metropolis Allobrogum, quæ apud nos Mſs. exſtant, hoc ornatur elogio:* Viennæ, natalis S. Eoaldi Conf. ac XLI. Viennenſis Archiepiſcopi. Is cognomento magnus, e nobili Francorum Regum ſtirpe oriundus, ſuæ nobilitatis, pietatis & doctrinæ magnum ſpecimen dedit. Nam cum apicem archiepiſcopatus Viennenſis eſſet adeptus, eccleſiam ſuam ſumptuoſis ædificiis ac reliquiis decoravit; præcipue beati Mauritii ac legionis ejuſdem Thebaicæ, quam ad honorem ejuſdem beatiſſimi Mauritii & ſociorum ejus martyrum Thebæorum ſolenniter dedicavit. Ad quem Conſtantinus Papa an. DCCXIII. per Archidiaconum Viennenſem præclaram tranſmiſit epiſtolam, cum capſula quadam, reliquias ſacras, præſertim B. Mauritii continente. Ipſe tandem Viennæ plenus miraculis ac bonis operibus obiit anno occ. XIV. Nonis Julii, condituſque in majori eccleſia. Ejus dies feſtus Nonis ipſis concelebratur.

F

hæc deſumta antiquis elogiis.

4 *Hæc ex ſupra laudato Adonis Chronico decerpta ſunt atque ex epiſtola Conſtantini Papæ (hic ſedit*

A *ſedis ab anno* 708. *ad* 714.) *quam profert Boſcius, fidelis, opinor, talium monumentorum diſquiſitor. Utrumque in ſua puritate ſubjicio. Sic habet Ada pag.* 208. Tunc ſanctus Epiſcopus Eoaldus Vienenſem eccleſiam rebus auxit. Erat enim affinis Francorum Regibus, quique etiam intra civitatem in honore beatorum martyrum Thebæorum, Mauritii & ſociorum ejus, domunculam cryptatim conſtruxit, ibique non mediocrem partem reliquiarum, ſive ex his Martyribus, ſive ex aliis poſuit. Atque ex eo tempore res eccleſiæ nomine beati Mauritii attitulantur, quando ex antiquo & major domus in honore ſeptem martyrum Machabæorum, & facultates ejuſdem eccleſiæ, ſub nomine eorum, a fidelibus offerrentur, & conſecratæ manerent. *Hic ego non lego, quod Boſcius & recentiores iſti tradunt*; baſilicam in honorem Thebæorum martyrum a S. Eoaldo ædificatam. *Audi modo Papæ Conſtantini litteras*: D
Conſtantinus Epiſcopus, Eoaldo Viennenſi Ar- Auct.
chiepiſcopo. Reliquias eccleſiæ tuæ, ſicut roga- J. B. S.
ſti, per Archidiaconum tuum deſtinavi: de ſpongia Domini, de veſtimentis Domini, de vinculis Apoſtolorum, de ſartagine ærea Machabæorum, de cineribus S. Joannis Baptiſtæ. Quæ omnia capſella argentea clauſimus, & ſub ſignaculo Sanctitati tuæ tranſmiſimus. Rogamus, ut eo ſtudio venerentur, quo de munere B. Petri, ad ſanctitatem tuam tranſmiſſa eſſe noſcuntur. Et alia manu: Jeſus Chriſtus te, Frater, ſanctificando cuſtodiat. *Mirum eſt, ſuperioris elogii concinnatorem in ea capſella reperiſſe reliquias S. Mauritii, quæ certe Roma accerſendæ non erant. Sed hæc & hujuſmodi alia ſcriptoribus iſtis facile condonamus, modo quæ hactenus retulimus, ſatis ſubſiſtant.*

B

DE S. WILLIBALDO EPISCOPO E

EYSTADII IN GERMANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Sancti nomen, patria, genus, cultus, ſcripta. J. B. S.

CIRCA AN. DCCLXXXVI.

DE Eyſtadio, *alii* Eyſteto, Eyſtetto, Eichſtadio *vel* Aichſtadio, *in cujus nominis expreſſione & inflexione Greſerum ſequemur, curſim, more noſtro egit Henſchenius, ad vitam S. Walburgis virginis* XXV. *Februarii pag.* 511. *recte obſervans, a ſtructo illic per* S. Willibaldum *monaſterio, incoli cœpiſſe, donec in oppidum ac deinde in inſignem urbem excreverit. Præluxerat Greſerus in præfatione ad commentarium ſuum in vitam, a Philippo Eyſtettenſi Epiſcopo ſcriptam, ubi ſic habet*: Origines quoque Eyſtettenſes explicuimus, ubi videre eſt, quam ex tenuibus orſis, hoc eſt ex Benedictino monaſterio, tam civitas ipſa, quam nobiliſſimum Canonicorum collegium & C
ipſe ampliſſimus epiſcopatus exſtiterint. *Cetera vero ad urbis ortum, incunabula, amplitudinem & magnificentiam hodiernam ſpectantia, habes apud ipſum cap.* 18. *& ſeqq. a pag.* 237. *Non lubet hic repetere, quæ & nos de ſimile argumento ad Acta S. Rumoldi fuſius diſſeruimus. Utrum a ſuceſſis potius quam a vernantibus quercubus dictum ſit Eychſtadium, quaſi* Quercopolis, *quibuſdam græcizantibus* Dryopolis, *quis ſatis divinaverit. An autem olim* Aureatum, Chryſopolis *& Neſſoſelſia civitas eadem appellata fuerit, ii quærant, quorum intereſt, aut quibus nobilitatem ex ignotis ruderibus lubet eruere; nobis hæc curſim notaſſe ſufficiat occaſione* S. Willibaldi, *ſi non priſci Aureati qualiſcumque, at certe hodiernæ florentiſſimæ eccleſiæ & totius urbis primi fundatoris & conditoris.*

Varia urbis Eyſtettenſis nomina.

2 *Non unam eſſe nominis* Willibaldi *efformationem in antiquis & novis ſcriptis haud dubie obſervaveris, adeo ut nonnumquam dubites, num uni & eidem Sancto conveniant appellationes haud parum diverſæ, quales ſunt* Willibaldus, Wilbaldus, Bilibaldus, Bilbaldus, Williboldus, Willeboldus, *de quibus fuſe & accurate diſputat laudatus Greſerus Obſervationum ſuarum cap.* 2. *Aventinum aliosque refellens, qui in ejus nominis etymo puerililer luſiſſe videntur, neſcio in quas ſilvas aut ſaltus digreſſi. Ipſum Greſerum conſulas, qui id genus originationibus inquirendis enodandiſque plusculum delectatur; & a* Wald *pro ſilva vel alio ſignificato acceptas radices varias excogitat. Rectiſſime, opinor, obvio & nativo ſenſu,* S. Willibaldi *nomen ex ſua germanica origine eduxit Eyſtettenſis Præſul Philippus, ultimæ & majoris vitæ compilator, dum cap.* 4. *Sancti noſtri nomenclationem per promptam voluntatem interpretatus eſt*; Will *enim germanice voluntas dicitur, bald cito ſeu prompte, ut ſimul junctæ omnino ſignificent* Willibald, *prompta voluntas, ſeu prompta voluntas. Quidquid igitur aliæ etymologiæ a Greſero relatæ* F
nonnemini arridere poſſint, Philippina hæc nobis præplacebit, donec afferatur aliqua, iis ſaltem melior, quæ Aventino aut alvis, rerum hujuſmodi nimis religioſis, dicam an operoſe ſcalis ſcrutatoribus adſcribuntur.

Ex nominis ipſius ſenſu.

3 *Ex nominis ipſius radicali ſignificato clare oſtenditur, Saxonicæ originis fuiſſe* S. Willibaldum, *non in Saxonia hodierna Germaniæ, ſed apud Anglo-Saxones Occidentales, in ipſa patria S. Bonifacii (cui, ut eſt in Vita S. Wunebaldi num.* 7. *pag.* 180. *carnali propinquitate & ſanguinis copulatione ſociatus atque glutinatus fuit) natum & educatum, fortaſſe in Hamptonia, ſeu in hodierno comitatu Southamptoniæ vel in comitatu Devoniæ, quemadmodum ſatis appoſite ſuſpicatur Mabilio; de quibus tamen nihil certi antiqua monumenta prodiderunt. Saxonicam gentem diſerte indicat prima & purioris vitæ ſeu Hodæporici auctor Sanctimonialis, dum num.* 6. Saxonicæ gentis morem *inclamat, quo ſanctæ Crucis ſignum præ nobilium foribus erigi ſoleret, ad quod trimus deportatus fuerit æger* S. Willibaldus. *Porro Saxonicam illam gentem, non in Germania, ſed in hodierna Anglia*

Quo ſenſu S. Willibaldus germanus ſanctus.

A AUCT. J. B. S. *ſedem fixiſſe, etſi alii non probarent, inde certiſſime evinceretur, quod Hodœpericon inſinuet & portum Britannicum Hamulea mutuenſem (quaiis terminationis plures iſtic ſunt) unde cum patre & fratre ſolverit S. Willibaldus, tranſiturus in Franciam, & in Sequanam prope Rotomagum appulerit, qui trajectus aliis convenire non poteſt, quam Anglis in Galliam pergentibus. Siquis Suevum, Scotum aut Hibernum fingere voluerit Sanctum noſtrum, is a me reſponſum non exſpectet; nec hic diutius immorandum video, cum pridem extra omnem controverſiam poſita ſint.*

& regio ſanguine genitus

4 Utinam paribus argumentis elucidaſſent Eyſtettenſes, quæ de S. Willibaldi parentibus, de eorum dignitate, & progenie & majeſtate regia pridem ventilata ſunt. Et primo quidem de ipſorum nominibus dubitatum ſunt, cum in monumento antiquiſſimo, eoque ſolo, qui authenticæ veritatis characteres præferat, Sanctorum fratrum parentes de nomine nuſquam innoteſcant, ubi tamen tot recurrunt occaſiones ea exprimendi. Vitæ ſecundæ ſcriptor Anonymus Richardum *primus in lucem extulit, eſtque ea modo ſic recepta opinio, ut ei refragari*

B *piaculum ſit, poſtquam Henſchenius die VII. Februarii omnia ad S. Richardum ſpectantia tam enucleate diſcuſſit & illuſtravit. Sit igitur S. Richardus trium ſanctorum liberorum* Willibaldi, Wunebaldi & Walburgis *illuſtris parens, qui Lucæ a filiis ſepultus, ibidem adhuc hodie ſingulari veneratione honoratur. At matris nomen, unde ortum ſit, fateor me hactenus non ſatis deprehendiſſe, nec porro concipere, cur ſcriptores aliqui tantopere ſe vexent, ut poſt tot ſecula incertas nomenclaturas nobis venditent. Bonæ ſeu* Bonnæ, Wunnæ *ſeu* Bunnæ *appellationem tribuunt recentiores, nec dubitant, ſerorem ipſam facere S. Bonifacii, ſed abſque ullo antiquo fidejuſſore, quem prius quærere oportuerat, quam de ejuſdem etymologia diſceptaretur. Bonam fuiſſe, piam, & ſi lubet ſanctam, facile admiſero, quæ tot Sanctorum genitrix fuerit; at tali nomine appellatam, & tot Sanctos ſeu fratres ſeu cognatos habuiſſe, non eſt unde inducar ut credam. Plura videri poſſunt*

C *apud* Greſerum, S. Willibaldi cognationem explicantem *lib. 2. Obſerv. cap. 10. aliuſque Philippum præcipuum genealogiæ artifitem ſecutos.*

dici poſſit *5 Plura finxere ſcriptores varii, ut ducatum Sueviæ vel regnum Angliæ, vel etiam utrumque S. Richardo vendicarent; ſed vaga regni, ſaltem eo tempore opinor, anonymi, appellatione contenti, cum Adelberto, Luceſi epitaphio & Philippi hiſtoria. Traditioni ejuſmodi uteumque firmandæ operaſiſſime inſudat ſæpe laudatus* Greſerus, *tribus longis capitibus 4. 5. & 6. a pag. 166. ad 178. Sub ipſum principium multa inania commenta doctiſſime refutat de ducatu & regno Sueviæ, eo poſtremum inclinans, ut probabile ipſi videatur, S. Richardi majores, ſi non hodiernæ Sueviæ, ſaltem alicujus alterius Duces fuiſſe. Tum argumenta proponit, eaque ſane valde urgentia, quibus oſtendatur, S. Richardum non fuiſſe Regem Angliæ, imo nec tota heptarchia locum ullum obtinuiſſe, quæ utrum ex hiſtorica methodo & fide ſatis ſolveris, nolim hic ex profeſſo diſcutere: eam ſpartam olim præripuit Henſchenius, eo loco, quo implexiſſimus is nodus diſſolvendus erat. Tu videſis ejus Commentarium citata die VII. Februarii §. 4. S. Richardi nobilitatem, divitias, & regiam dignitatem, more ſuo, diligentiſſime expendit, id demum concludens, S. Richardum inter ſubreguloſ, tunc in Anglia frequentiores, D*

quidquid a eruditi alii qui obſtant.

receenſeri poſſe.

6 Non eſt mihi animus, ex eo capite eruditiſſimo Magiſtro adverſari, quamquam de regio titulo S. Richardo aſſcribendo, neminem qui cogitaverit reperiam, antiquiorem Adelberto Heidenheimenſi abbate, quem ſcripſiſſe conſtat tempore Eugenii Papæ III. atque adeo quadringentis & amplius annis poſt obitum S. Richardi, cujus Lucenſe epitaphium, toties allegari ſolitum, quam ætatem ſapiat, nemo eſt hactenus, qui ſatis auſit determinare. Baronius, qui tomo 9. ad annum 750. epitaphium prædictum & vulgatiſſima quæque de S. Richardi Angliæ regno bona fide adviſerat, lectis poſtmodum apud Canſium vetuſtioribus monumentis; tom. 12. pag. 912. in Addendis & corrigendis omnia haud obſcuro retractavit. Pagius ad eumdem annum 750. pag. 277. regnum iſtud ad fabulas obiegare non eſt veritus, in nonnullis etiam Cointium eoarguens: hic vero, ſubreguli titulum, quem ei Henſchenius præmonſtraverat, S. Richardo non illiberaliter concedit. Mabilio item regium nomen ſatis frigide

E *tranſilit, mihi non lubet controverſiam retexere, quantamvis nobilitatem, quantaſvis divitias S. Willibaldi parentibus tribui facile patiar.*

Maxima ejus nobilitas a ſanctitate.

7 At enim major ejus & ſola nobilitas virtus ſuit veraque ſanctitatis gloria, qua maxime vel a puero emicuit, vix quinquennis vitæ monaſticæ, ex parentum voto adſcriptus, ubi in litteris ac pietatis operibus egregie exercitatus, eo ſenſim eboritatis in Deum fervore accenſus eſt, quo tota reliqua vita, ad ſeneſtam & ſenum uſque flagrare non deſtitit, ut ſatis luculenter deſcripſit Sanctimonialis in Hodœporico, tametſi diverſa potius & longa itinera, quam particularia Sancti geſta proſequatur. Neque vero piiſſimum ejus exitum ipſa prodidit, veroſimillime Sancto præmortua. Verumtamen ſingulari veneratione Eyſtadii non diu ab obitu coli cœpiſſe S. Willibaldum, æque ac Heidenheimii S. Wunebaldum & S. Walburgem, patria monumenta & eccleſiaſtica Officia teſtantur. Nulla quidem eorum apud nos exſtant, aſt ex elevationibus, tranſlationibus, aliuſque Eyſtettenſibus monumentis, infra producendis, ſatis conſtabit. De Sancti hodierno feſto & cultu ſic Greſerus

F *memorat cap. 21. pag. 270.* Feſtus dies S. Willibaldi agitur, non VIII. Idus Julii, ut ſcribit Trithemius, ſed Nonis, hoc eſt VII. die Julii, cum Octava, quæ incidit in XIV. ejuſdem menſis. Aichſtadii, uti & in aliis nonnullis illius diœceſeos locis, non tantum in choro, ſed & in foro dies feſtus eſt.

Item quidam Martyrologes novas non fuere.

8 Antiqua Martyrologia claſſica, quæ ad ſeculum IX. ſpectant potiſſimum, ſuntque adeo S. Willibaldo *poſteriora, de ipſo nuſquam meminerunt; quod ſane mirandum non eſt, cum in iſtis rariſſime recurrant Sancti, qui ſeculo octavo, ſaltem qui ſub ejus ſeculi finem mortalitatem exuerint. In Hieronymiano Auguſtano additio eſt: N. ſeu natale, S. Willibaldi ep. & conf. Citavit Baronius auctiorem Adonem, cui perperam ſecunda manus adſcripſerat, quæ in Moſandri editione reperta, merito expunxit Roſvveydus. Inter Uſuardinos codices noſtros non pauci reperiuntur, quibus S. Willibaldi commemoratio acceſſit: vetuſtiſſimum exemplar eſt Ultrajectinum, nobis Roſvveydinum, ſec. XII. in quo ſic legitur:* In Eiſtede, Willibaldi Epiſcopi & Confeſſoris. *In quo codice, ignota de cauſa, ad VI. Novembr. legi-*

tur:

A tur: Willibaldi Epiſcopi & conf. *Habet præterea in noſtra editione, Hagenoyenſe, Strozzianum, Editionem Lubeco-Colonienſem, Belinum, Grevenum & Molanum, in quibus vix ulla notabilis, præterquam in nominis expreſſione, de qua ſuperius agimus, reperitur diverſitas. Ex his ſumpſere alii Maurolycus, Galeſinius, Felicius, quorum annuntiatio ſimplex eſt, Caniſius elogiolo texuit, uti & Ghinius aliique monaſtici, præſertim Wion, in pluribus a Greſſero repurgatus; & inter monaſticos encomiaſtes primarius Bucelinus, quorum verba recitare aut hallucinationes ſigillatim hic evolvere nil prorſus juverit, cum ex ipſis Vitis ceu genuinis fontibus purius omnia referenda ſint. Viola Sanctorum id ſingulare habet, quod ſcribat*: Item feſtum S. Vilibaldi Epiſcopi, qui & patronus Eyſtetenſis diœceſis, & in eadem civitate ſolenniter ſepultus eſt. *Dempſterum aut Camerarium non appello. Tribemii aliorumque ſcripta & ſphalmata pridem a Greſſero etiam repudiata ſunt, ut actum agere neceſſe non habeam. Erravit Floravium, dum tranſlationem hoc die retulit.*

B 9 *Notata ſæpe & certe notanda eſt Baronii annuntiatio ſeu potius loci poſitio*: In Saxonia, S. Willibaldi, primi Eyſtetenſis Epiſcopi, qui una cum Bonifacio laborans in Evangelio, multas gentes convertit ad Chriſtum. *Ferat nonnihil Germanos dicta poſitio*, in Saxonia, *quam tamen imitari maluit Ghinius, in margine pro* Orientali Francia, *quam forte non noverat*, Saxoniam *intrudi cupiens. Impropriam locutionem in Martyrologio Romano ab annis centum & amplius obſervavit noſter Stephanus Vitus, alibi non ſemel a nobis laudatus*, III. *Martii* 1615. *ad Reſponendum ſcribens in hæc verba*: Ad VII. Julii, *ait*, Baronius S. Willibaldum, primum Eiſtettenſem Epiſcopum, in Saxonia *collocat*. Eſt apertus error, cum pro Saxonia, Franconia dici debeat. Nam Eiſtadium urbs, ubi vixit & nunc quieſcunt oſſa Willibaldi, qui in nulla, dum vixit, fuit Saxonia, niſi ea, quam hodie Weſtphaliam dicimus (*& hoc quidem plane gratis concedit Vitus*) Ingolſtadio vix diſtat itinere trium horarum ... & hinc Dilinga in Suevia diſtat ſeptem milliariC bus, a qua tamen Saxonia, ſive vetere, quæ Weſtphalia, ſive recentiore Saxonia, quam corrupit Lutherus, diſtat Eyſtadium ... ultra ſexaginta aut ſeptuaginta milliaria. Quin & noſtri Germani ſubridebant, cum legunt in Baronio In Saxonia, Willibaldi. &c., & cum Germanice verterunt Martyrologium Baronii, illud Saxonia omiſerunt. *Hæc incidenter; de Sancti noſtri memoria in ſacres faſtos relata, ſatis dictum eſt.*

Non recte dicitur S. Willibaldus

10 *In ſcripta* S. Willibaldi *inquiris Greſſerus cap.* 22. *a pag.* 264. *Ut hunc etiam nodum ſolita brevitate diſſolvamus, unica & præcipua quæſtio eſt, fuerintne* S. Willibaldus *auctor vitæ S. Bonifacii, qui in præfatione* ad Lullum & Megingozum cocpiſcopos, *non Epiſcopum ſe aut coepiſcopum nuncupaverit, ſed* Willibaldum presbyterum. *Non videntur dubitaſſe Eyſtettenſes, quin ſcriptor ille ipſius eſſet Eyſtettenſis Epiſcopus, donec noſter Chriſtophorus Brovverus, in rebus hujuſmodi diſcutiendis acutus & perſpicax, in* Sideribus *ſuis* illuſtrium & ſanctorum Virorum, qui Germaniam olim geſtis ſuis ornarunt, *multa erudite oppoſuit; nec obſcure demonſtraſſe videtur, alium fuiſſe Willibaldum presbyterum a* S. Willibaldo *Epiſcopo, quibus, meo quidem judicio, non omnimode ſe expedivit Greſſerus, nec qui eum ſecutus eſt Mabilio, Brovveri argumenta & ipſe librans in Obſervationibus prævis ad vitam S. Bonifacii ſecula tertio, parte* 2. *num.* 2. *ubi ſatis prodit, deceptum ſe vitioſa Wiceli additione*, ego Willibaldus Epiſcopus, *quam vitæ a ſe editæ aſſuerat Caniſius, in codice manuſcripto non repertam.*

D Auct. J. B. S.

11 *Quod ſiquis nihilominus caudam illam additiam tuendam ſuſceperit, totam amplectatur neceſſe eſt, e qua non facile ſe extricabit, ut oſtendit Pagius ad annum* 755. *num.* 15. *Fatetur plane Greſſerus pag.* 270. additamentum Wicelianum de loco ſcriptionis fictitium eſſe, *tantundem dixeris de nomine*, ego Willibaldus Epiſcopus. *Sane, & Greſſeri & aliorum reſponſis accurate diſcuſſis & perpenſis, minime abſterritus eſt Heuſchenius a tuenda confirmandaqua Brovveri ſententia, a qua cur recedendum ſit, nihil prorſus video, ut quivis mecum perſpiciet, qui non præjudicis aut ſcriptorum idem ſentientium numero, potius quam rationi obſequendum exiſtimaverit. Videantur Acta noſtræ ad* v. *Junii de S. Bonifacio* §. 1. *num.* 1. 2. & 3. *Sunt* E *præterea, qui vitam S. Walburgis a* S. Willibaldo *litteris mandatam affirment, aſt id minori etiam cum fundamento a Balæo & Centuriatoribus apud Greſſerum prolatum eſſe, nil vetat exiſtimare; equidem ab hujuſmodi ſcriptionibus laudem* S. Willibaldo *accerſendam numquam credidi. Sed de his hactenus; nunc ad varios Actorum ſcriptores accedamus, ſtatus ordine recenſendos & expendendos.*

Scripſiſſe vitam S. Bonifacii aut S. Walburgis.

§. II. De ſcriptoribus Vitæ S. Willibaldi.

Ex quinque variis Legendis

V*Ita Sancti ſeu geſtorum ejus deductam hiſtoriam, ſi proprie loqui velimus, nullus ſcripſit: potiſſimam actorum ejus partem, quæ peregrinationes complectitur, ſatis accurata, quamvis rudi & impolito ſtylo recenſuit femina Sanctimonialis Heidenheimenſis, ſanctorum fratrum Willibaldi & Wunebaldi popularis, quæ pari ſermone utrinque itinera maxime proſecuta eſt, ipſa utrique ætate æqualis, utrique conſanguinea. Hujus opus, quoad hoc pertinet, Hodœporicum ſeu itinerarium pridem appellavit Caniſius, cui* S. Willibaldi *peregrinationibus deſcribendis plane miſſtas. Prædictum Hodœporicum paulatim artiori oratione reddidit Anonymus aliquis, forte Heidenheimenſis monachus, nonnullis hinc inde reſciſſis, aliis interpolatis; ſic tamen ut a primæ ſcriptricis, ſi ita loqui licet, ſenſu & ſententia raro deflectat, id quod* inſigne monumentum *appellare non dubitavit laudatus Caniſius, in brevi monito ad calcem vitæ iſtius, quam tertiam nuncupabimus, a Reginolda Epiſcopo Eyſtettenſi, ut vulgo fertur, elucubratæ, quæ in editione Caniſiana, tomo* 4. *Antiquæ lect. inter utrumque Hodœporicon media eſt. Quartus ordine dici poteſt Adelbertus, abbas Heidenheimenſis, non tam vitæ ſcriptor quam compendiator, occaſione cperis, quod pro ſuo monaſterio meditabatur. Poſtremus ſit Philippus item Epiſcopus, veterum interpolator, quem native deſcripſit Heuſchenius in Commentario ad Acta S. Walburgis tom.* 3. *Febr., num.* 10. *pag.* 512. *De ſingulis pauca ardine ſubjiciam; cur vetuſta recentioribus prætulerim, rationem reddaturus. Tres priores Sanctimonialem, Anonymum & Reginoldum, a Caniſio vulgatos jam dixi, Adelbertum*

F

A AUTC. J. B. S.

bertum & Philippum dedit Gretſerus, in opere de eccleſiæ Eyſtettenſis Divis Tutelaribus, Ingolſtadii edito anno 1617.

præfatur Hodœporicon Sanctimonialis Heidenheimenſis,

13 *Hodœporicum cœpit illuſtrare Caniſius, præmiſſa inquiſitione in ſcriptionis auctorem, in dubio hæſitans, fuerintne ſancta Walburgis, an alia monacha Heidenheimenſis. Ceterum ex prologo, ubi num. 1. ſe* indignam, Saxonica de gente iſthinc venientium noviſſimam, & de comparatione contribulium *ſuorum quaſi* homunculam, *præterea*, feminam fragilique ſexus imbecillitate corruptibilem, nulla prærogativa ſapientiæ ſuffultam *profitetur, rectiſſime infertur, ſcriptum a femina Anglo-Saxonica & S. Willibaldi populari. Cum vero num. 42. ſic habeat*: Et non ab alio reperta, niſi ab ipſo (*S. Willibaldo*) audita ex illius ore dictata perſcripſimus, in monaſterio Heidenheim, teſtibus *&c.*, *non minus manifeſtum eſt, fuiſſe Sanctimonialem ſynchronam, quæ in prologo num. 2. eadem referens, conditionem ſuam non expreſſerat. Jam vero num. 3. ita loquens*: Sed quia me, indignam tamen, de illorum genealogiæ ſtirpe,

B non aliunde propagatam, ſorte de extremis ramorum caulieulis fore noveram, *apertiſſime oſtendit, ſe eſſe ſanctorum fratrum conſanguineam. Non utar longa digreſſione ad reperiendas feminas, quæ Sanctorum Acta poſteritati reliquerint. Ut alias taceam, habes vitam S. Ruperti Ducis & Bertæ matris ejus, a S. Hildegarde ſcriptam* XV. *Maii, tom. 3. pag. 504. Ejuſdem ſunt Acta S. Diſibodi Epiſcopi, Baudoniviæ monialis Acta S. Radegundis Reginæ; quorum illa dabimus die ſequenti* VIII. *Julii, hæc autem exſtant in Supplemento primi ſec. Bened. pag. 326. pro* XIII. *Auguſti. De doctis mulieribus uoti ſunt commentarii, talium ferax fuit elapſum proxime ſeculum,*

cum S. Walburge non confundenda.

14 *Reſtat quæſtio, ſitne hæc noſtra Hodœporici adornatrix, dicenda ſoror* S. Willibaldi, *adeoque ſancta Walburgis? Id non obſcure indicat Adelbertus, multorum novorum inventor, apud Gretſerum lib. 2. Obſerv., pag. 320.* Quicumque ergo, *inquit*, genus & vitam S. Willibaldi & S. Wunebaldi voluerit cognoſcere, ex ſcriptis S. Walpurgæ, quæ germana ſoror eorum erat, pleniter poterit diſcere. Scribit enim, quod Richar-

C dus Rex Anglorum pater eorum fuerit. *Multa hic paucis adſtruit Adelbertus, quæ nullis idoneis monumentis fulcivit.* De S. Willibaldo *ſcripſiſſe aliquid S. Walburgem non tam facile admiſerim, id vero minime, S. Richardum Regem Anglorum patrem eorum fuiſſe; quod nullus Adelberto antiquior, ſaltem qui nſpiam innotuerit, proferre auſus eſt: certe ſi id tradiderit S. Walburgis in vita* S. Willibaldi, *a ſe exarata, ea vita ad nos non pervenit, cum in toto Hodœporico, nec ſanctorum fratrum parentes, nec eorum dignitas uſquam exprimatur; non igitur Hodœporici auctor fuit S. Walburgis, & de fratre ſuo* S. Willibaldo, *veroſimilius nihil ipſa litteris mandavit. Non eſt par ratio de S. Wunebaldo, nam ſanctimonialis noſtra, apud Mabilionem num. 21. pag. 186, clare edſſerit*, compertam atque conſcriptam atque ex brevitate tranſcurſam vitam B. Wunebaldi, Chriſti confeſſoris, a ſorore ejus, *adeoque a S. Walburge, quam ſolam ſcimus S. Wunebaldo convixiſſe in cœnobio Heidenheimenſi. Cum vero aliunde indubitatum ſit, eandem ipſam, quæ vitam S. Wunebaldi compoſuit, etiam ſcripſiſſe Hodœporicon* S. Willibaldi, *ſatis aperte conſequens eſt, neutrum opus a ſorore S. Wal-*

burge elucubratum, ſed ab alia monacha, quæ, D *utut conſanguinea, cum S. Walburgem ipſa etiam alibi citet, ſororem eorum dici haud poſſe ſatis perſpicuum arbitror.*

Altera vitæ prioram nonnihil contrahit.

15 *Puero, a* S. Willibaldo audita, & ex ejus prædictata, *non poſſum non ſummam fidem mereri, quidquid ſtylus paulo rudior ſit & ſcabroſior, forte amanuenſium inſcitia hinc inde etiam vitiatus, ut colligi poteſt ex eo, quod mendoſiſſimo apographo uſus ſit Caniſius, teſte Gretſero pag. 205. qui de cetero vitam illam noſtram S. Walburgi etiam adjudicat, Obſervationum ſuarum cap. 1. Proximus auctoritate ſcriptor Anonymus, etſi ætate inferior, paulo ſtudiosiori phraſi ſua expoliit, ut ſolum ferme ſtylum commodaſſe videatur, in omnibus Sanctimoniali conſentiens, niſi quod pauca præterierit, & ſingularia aliqua de ſue admiſcuerit, ut in annotatis iudicare non prætermiſimus. Et in ipſo quidem principio oſpitat, dum S. Walburgem Romani itineris cum patre & fratribus ſocium facit.* Galanos *memorat num. 6. quos Sanctimonialis non noverat. Ejus tota eſt, num. 10. inſerta hiſtoria de muliere Evangelica, ſanguinis profluvio laborante, cujus* E *ſtatua Cæſareæ collocata fuerit &c. Item quæ num. 12. ſcrupuloſius attexuit, Sanctimonialem quodammodo corrigens, de Aſſumptione B. M. Virginis, aliaque momenti minoris, quæ ſuis locis obſervata ſunt. Ceterum huic & priori vitæ unice inhærendum cenſeo, utpote monumentis, antiquitate ſua & fide venerandis, qualia exiſtimari haud poſſunt, quæ a recentioribus Reginoldo, Adelberto & Philippo, multis poſt* S. Willibaldi *obitum ſeculis collecta fuerunt. Binas igitur vitas illas, eaſque ſolas illuſtrandas ſuſcepi, ſacri corporis elevationes, translationes & reliquiarum cultum ab aliis acceptum, hujus Commentarii §. 6.*

Tertia hujus ſtatim, Reginaldo adſcripta, 1

16 *Tertiæ vitæ brevioris auctorem diximus Reginoldum Eyſtettenſem Epiſcopum, ordine undecimum, uti ſuadet Caniſius in prælocuio ad lectorem.* In manuſcripto, *inquit ibi*, non erat appoſitum ullum auctoris nomen, ſed conjectura mihi pene certa eſt, eſſe Reginoldum, qui teſte Molano, Bruſchio & Baronio, ſcripſit vitam S. Willibaldi . . . Præterea, eum dicat Bruſchius, Reginoldum fuiſſe virum doctiſſimum; certe hic ſtylus doctus & elatus, illo turgido di-

F cendi genere, quod illius ævi doctiores affectabant, oſtendit auctorem. *Si ex ſcribendi modo judicium feratur, recte cenſuit Caniſius, quamvis ſatis exploratum non ſit, vitam aliquam concinnaſſe Reginoldum, qui tamen, teſte ignoto ſcriptore, apud Gretſerum pag. 153.* hiſtoriea de S. Willibaldo carmina compoſuit, *aliaque ibi fuſius relata, quorum hodie nihil ſupereſſe comperit laudatus auctor. Utcumque fuerit, nihil magnopere intereſt, ſive is ſive alius vitæ iſtius compilator dicatur; quiſquis enim is fuerit, ſeriem peregrinationum* S. Willibaldi *plane mutilavit, aliaque nimis libere reſecuit, vix quidquam habens notatu dignum. Ex uno ſpecimine, ſcribendi rationem intelliges, apud Caniſium pag. 699.* Adveniente præterea optati temporis hora, qua ſuis claſſem placidis pontum ſulcepit undis, naulo impenſo, pennigerum aſcendere celocem, Cireio flante, crepitantibus remis, rugoſi inveſtigabiles venas jam læti ſulcantes *&c. Facile patietur lector, locum hic non dari orationi tam inflatæ, quæ de cetero apud Caniſium videri poteſt.*

17 *Quem*

A 17 *Quem quarto loco nominavimus, Adelbertus, is non vitam* S. Willibaldi *ex profeſſo meditatus eſt*, ſed relationem, qua ratione ſub Eugenio III. Pontifice maximo, monaſterium Heidenheimenſe ad Ordinem S. Benedicti redierit, præmiſſis non paucis de vita ſanctorum Willibaldi, Wunebaldi & Walburgis, *ſic tamen ut in præmiſſis illis multa nova procuderit, ante ejus tempus inaudita, cujuſmodi ſunt, quod prædictis Sanctis regios parentes, S. Bonifacium avunculum, (addere poterat S. Willebrordum conſobrinum) & S. Walburgi libellos duos de vita* S. Willibaldi *& S. Wunebaldi germanorum, vereſimiliter primus adſcripſerit, multis locis idemidem juranti per verba iſtius ſanctæ Virginis, eam quodammodo aſſertorum ſuorum vadem declarans. Notabis autem, Adelbertum Sanctimoniali contradicere, dum S. Richardum patrem inducit, quaſi is peregrinationis ſuſcipiendæ auctor fuerit, & aſſumptis ſecum ſuis, regnum & patriam dereliquerit, ubi Hodœporicon diſerte aſſerit, hæc omnia* S. Willibaldi *ſuaſu & conſilio facta eſſe. Alia oppoſitio exſtat pag.* 322. *dum* B *ait*, S. Willibaldum *è monte Caſſino*, cum quibuſdam honeſtis fratribus, eccleſiaſticæ utilitatis cauſa ad D. Papam properantibus, iterum Romam tranſviſſe. *Plura alia in hoc ſcriptore diſplicent, quæ ut continuo falſi accuſare nolim; temere certe admittenda, nemo prudens cenſuerit, quamdiu vetuſtiori teſte deſtituta ſunt. Hoc plane obſervaſſe videor, Adelbertum iſtum viam ſtravisſe Philippo Epiſcopo, ut liberiori ſtylo in exornandis amplificandisque* S. Willibaldi *rebus divagaretur.*

Adelberti relatio hic præſumitur.

ori & maximo Philippi legendo.

18 *Hujus Epiſcopi diſtentum opus ad Roſweydum anno* 1608. *manuſcriptum miſerat Greiſerus, qui idem poſtmodum edidit, duobus Obſervationum libris erudite illuſtratum. Fuit Philippus Eyſtettenſis Epiſcopus, ordine* XXXIX. *ab anno* 1306. *ad* 1322. *atque occaſione receptæ a ſe per* S. Willibaldi *merita ſanctatis, novum eum commentarium, in liberatoris ſui memoriam aggreſſus eſt; reliquas charactéres ab Henſchenio petendes jam dixi. Non ſolius* S. Willibaldi *vitam ipſe præ oculis habuit, ſed Sanctorum Tutelarium eccleſiæ Eyſtettenſis, nempe ſanctorum Richardi parentis & prolis tergeminæ. Præfatur autem, ſe* ea, quæ de ipſo (*S. Willibaldo*) ſparſim & C diffuſe in diverſis codicibus ſcripta repererat, emendatiori ſtylo ſolicitius in unum opuſculum aggregaſſe. *Quas hic diffuſos codices appellet, equidem neſcio; nullus ipſo ſcripſit diffuſius, nemo veterum ſententiæ minus preſſe inhæſit: Adelbertum crebro ſecutus eſt, verboſis amplificationibus, parergis & epiſodiis multa extendendo. Operæ pretium haud putavi, omnium capitum analyſim texere; paucis notavit Mabilio, non ſolum regium genus* S. Willibaldo *tribuiſſe, ſed patrem* Richardum, natione Teutonicum, Sueviæ Ducem, *demumque poſt* Offonem, *neſcio quem*, Angliæ Regem feciſſe, *nullo prorſus idoneo teſte ſuffultum. Addere poterat, totam illam genealogiam, quæ cap.* 1. *deſcribitur, nulla majori auctoritate nixam eſſe. Sane dignam ille non credidit vitam iſtam, quæ inter Acta Benedictina locum occuparet, quemadmodum nec ego talem cenſeo, ut operi noſtro inſeri mereatur; præterquam quod Greiſeri editio ubique pridem ſatis pervulgata ſit.*

19 *Liceat pauca curſim attingere, quæ omnino reſpuenda videntur. Dum ſanctam Walburgem* D *patris & fratrum ſociam facit in peregrinatione Romana, ducem habuit ſcriptorem Anonymum; aſt unde tempeſtatem hauſerit, quæ Sanctis jactatis fuerint in trajectu ex Anglia in Galliam cap.* 9. *non eſt promptum divinare. Errat, dum tempore Gregorii III. ſanctos fratres veniſſe Romam aſſerit cap.* 13. *Nulla ratio fuit, cur peregrinationem Hieroſolymitanam cap.* 16. *contraheret: quæ illic demum immiſcentur tempeſtates, gratis adinventæ ſunt. Cap.* 20. *non niſi quinquennium tribuit commorationi Caſſinenſi, & cap.* 22. *inter multa ſatis ambigua, aperte tradit*, poſt luſtrum temporis (*a Sancti adventu ad S. Bonifacium*) hunc eum Eyſtettenſibus in Præſulem inſtituiſſe, *quæ cum Hodœporico conciliari nequeunt. Vuli*, S. Willibaldum in *eccleſia ſua ſtatim congregaſſe Canonicos regulares, ubi Sanctimonialis deſertiſſimæ memorat, monachos illic collectos fuiſſe. Paucis dicam, ſic temporum rationem ab eo, vel a neſcio qua Eyſtettenſi traditione inverſam, ut multis, etiam eruditiſſimis viris, lapidem offenſionis poſuerit, ad quem uſque hodie plurimi alliduntur.* E *Errorum iſtorum ſemine jacit cap.* 37. *dum Sanctum obiiſſe contendit anno* 781. *ætatis ſuæ* 77. poſtquam triginta ſex annos epiſcopaverat; *ex eo enim calculo ortus ſuus lapſus ad.: numerum quod epiſcopales inſulas non ſuſceperit ante ann.* 745. *qua cum numerares annos quadraginta & unum, neceſſario ſequi debuit, natum eſſe anno* 704. *quæ omnia propugnavit Greiſerus, & poſt ipſum Henſchenius ad* VII. *Februarii; ſed qui poſtmodum ſolidioribus argumentis victus, in eam rvis ſententiam, quam hic amplecti cogimur, totam vitæ Willibaldinæ ſeriem ad chronologicos calculos, quanta fieri poterit diligentia reducturi.*

§. III. Chronologiæ Willibaldinæ fundamentum & baſis ſtabilitur.

Henſchenius qui annum ordinationem Sancti ad an. 742 *differebat.*

L*Audatus modo Godefridus Henſchenius, operis noſtri alter parens, ad* VII. *Februarii, ut jam dicere cœperam, S. Richardi Acta illuſtrans, Philippo Eyſtettenſi ejuſque commentatori Greiſero nimium ſiſus, ſic §. 2. num.* 10. *&* 11. *pag.* 70. *patris & filiorum tempora diſpoſuit, ut S. Wunebaldum, Sancti noſtri, ex Eyſtettenſium perſuaſione, fratrem natu majorem, ortum ſtatuat anno* 701. S. Willibaldum *autem ann.* 704. *Egreſſum ex Anglia patris & filiorum innectis* 721. *S. Richardi obitum* 722. *Peregrinationis Willibaldinæ annos non male colligit, de ſingulis tamen, quod ejus inſtituti tunc non eſſet, nihil determinans. Ex monte Caſſino Sanctum Romam adduxit ad feſtum S. Andreæ* 740. *& proxime ſequenti* 741. *in Germaniam ad S. Bonifacium, a quo ſacerdotio initiatum ſtatuit anno primum* 744. *Epiſcopum ordinatum*, cum eſſet quadraginta unius annorum, *an.* 745. Annus is a Philippo traditur, *inquit*, in ejus Actis, quem confirmant, teſte Greiſero, communis hominum perſuaſio ac vetera monumenta; *nempe quorum nullum, Philippo antiquius, oſtenſum eſt hactenus; ut hic Philippum & Greiſerum, manifeſte ſecutum fuiſſe Henſchenium non dubites; ex quorum demum ſententia, obitum* S. Willibaldi *conjicit in prædictum annum Chriſti* 781. *ætatis ejus* 77. *adminiſtrati epiſcopatus* 36. quæ nos, *inquit iterum loco jam citato Henſchenius*, dum certiora monumenta proferantur, ſequemur.

21 *At-*

Digitized by Google

A AUCT. J. B. S. de S. Bonifacio. Willibaldum epiſcopum fuiſſe 742. plurimis perſuasit,

21 *Atque ibi quidem Greſſeriana monumenta ſecutus eſt, neque enim dum ea ſcriberet, legerat, certo necdum ex profeſſa expenderat, quæ multis poſt annis maturius diſcuſſis & operoſiori cura illuſtravit S. Bonifacii, Germaniæ Apoſtoli, Moguntini Archiepiſcopi & Martyris Acta, quibus tunc accuratius conſideratis, tomo* I. *Junii pag.* 454. *ſub finem numeri* 9. *ſic recte & vere ſcripſit:* Ita poſtea (*S. Bonifacius*) circa annum DCCXLI. Eyſtadio & Herbipoli dedit Epiſcopos SS. Willibaldum & Burchardum, *ex qua ſola epocha neceſſe eſt convelli prorſus omnia, quæ ad* VII. *Februarii ordinaverat*, certioribus monumentis *tum deſtitutus. Nimirum ex vita per Othlonum ſcripta & a Canſiſia edita, clare perſpexit, negari omnino non poſſe apertiſſimum textum Concilii Germanici,* XI. *Kal. Maii* 742. *celebrati, omnium eruditorum ſuffragiis hodie indubitati, relatique apud Baronium in Annalibus ad dictum ann.* 742. *apud Mabilionem, ſec. Benedict. tertii par.* 2. *pag.* 48. *& apud Labbeum tomo* 6. *Conciliorum col.* 1533. *&* 1534. *ubi inter Epiſcopos, qui cum S. Bonifacio Concilio iſti,*

B *Ratiſponæ aut Auguſtæ Vindelicorum aut forte alibi habito, interfuerunt, diſertiſſime exprimitur* S. Willibaldi *nomen, ut proinde dubitandum non ſit, quin anno illo* 742. *epiſcopalem dignitatem conſecutus eſſet, atque adeo ordinationem ſuſcepiſſe debuerit anno, ut ſummum* 741. *quod citato poſteriori loco rectiſſime notavit Henſchenius, tum veroſimilius parum cogitans de iis, quæ ex Philippi &*

Figenda eſt ordinatio an. 741. *Greſſeri communitori opinione ſtatuerat ad vitam S. Richardi.*

22 *Id ibi nihilominus optime adverterat, ex epocha epiſcopatus pendere totam ferme chronologicam Willibaldinam, utpote cum Hodœporicum Sanctimonialis nullum aliud certum characterem chronologicum aſſiguet præter ætatem Sancti, dum inſulis epiſcopalibus ornaretur, quem tunc, apud nos* n. 42. *ait*, habuiſſe quadraginta annos & unum, *& n. ſequenti*, tunc quadraginta & unius annorum ætate, jam gnarus & grandævus, ſacri epiſcopatus gradum accepit. *Hæc utique ſola baſis eſt, cui innixi oportet totam* S. Willibaldi *geſtorum ſeriem, fixa nempe epocha anni illius*, quando in epiſcopatum *conſecratus fuit, qui ex citato*

C *Concilio non potuit eſſe annus* 745. *nec* 746. *nec* 747. *nec eorum aliquis, quem Scriptores varii, pro ſuo ferme quique libitu, conſignarunt, Greſſero acriter certante a cap.* 12. *Obſervationum ſuarum, pro ann.* 745. *Pag.* 210. Communis traditio, *inquit*, & perſuaſio habet, S. Willibaldum ad hoc honoris faſtigium exaltatum eſſe anno Salvatoris DCCXLV. *Rurſus pag.* 211. in anno XLV. perſiſtendum eſt . . . ut habet Hodœporicum Willibaldinum, & communis Eyſtettenſium perſuaſio. *Quid* perſuaſio *ferat, non magnopere me ſolicitat; at quo ſenſu Greſſerus affirmaverit, ſic* habere Hodœporicum, *prorſus non intelligo; niſi per conſequentias id alicunde educat, veram ſcilicet ſupponendo Philippi opinionem, quod eo anno* DCCXLV. *primum numeraverit Sanctus annos unum & quadraginta, quod plane eſt principium petere, nam ætatis quidem annum expreſſit Hodœporicus; aſt annum ullum ævæ Chriſtianæ in ipſo ſignatum fruſtra quæſieris.*

Errores aliorum expenduntur 2

23 *Monitos obiter velim lectores, ne hic confutandos non ſuſcepiſſe ſcriptores omnes, qui circa diſceſſum Sancti noſtri ex Anglia ejuſque ſociorum, circa alvearium Romam & factam ibi commorationem, ſuſceptam inde peregrinationem Hieroſolymitanam, tempus reditus in Italiam & monachatus* D *in monte Caſſino, nec in Germaniam, ſuſceptionem ſacerdotii & epiſcopatus, aliaque ad Sanctum ſpectantia, in graves errores prolapſi ſunt, cum eas partes ſatis expleverit laudatus Greſſerus, Pſeudomartellinum de vita S. Suiberti fuſa & docte exagitans toto cap.* 9. *a pag.* 188. *ad* 198. *ſequenti cap.* 10. *Othlonum aggreſſus, multa etiam de Sanctis fratribus & ſorore perperam congerentem. Alios appellare nihil juverit; ſola ferme nobis cum Greſſero ipſo, opinioni Philippi & receptæ traditioni nimium fiſo, erit controverſia, amico diſceptanda, & ab Eyſtettenſibus ipſis æqui bonique conſulenda, ubi ea attentius perpendere diguati fuerint, quæ hic ſolo veritatis eruendæ tuendæque ſtudio proferemus, Philippi, in pluribus aberrantis, non magnæ auctoritati ea oppoſituri, quæ a nullo rejici poſſint; Concilium iſtud præſertim Germanicum, quod ſi recte & ad juſtam hiſtoriæ lancem appendiſſet Greſſerus, communitoribus perſuaſionibus & traditionibus in re mere hiſtorica non nimium tribuens, ab auctoris ſui ſententia, quod alibi non ſemel facere cogitur, in hac etiam parte haud gravate receſſiſſet.*

E *nec S. Burchardi ordinatio ſecunda an. 742. poſita videri poſſit.*

24 *Id itaque mihi ut immobile fundamentum prefigo, niſi apertiſſima vis inferatur Actis Concilii Germanici, non poſſe ullo pacto Willibaldinam in Epiſcopum ordinationem differri ad ann.* DCCXLV. *Nodum* vix ſolubilem *agnovit Greſſerus, dicere poterat, eſſe omnino inſolubilem, quamdiu Philippi computus non deſeritur. Quæ autem ibidem torquet retorquetque de S. Burchardo Herbipolenſi, cujus nomen in præfato Concilio etiam reperitur, quaſi is prædicto ann.* 742. *non fuerit Epiſcopus, qui multis poſt annis a Zacharia inſtitutus ſit, pridem ante me ſolvit Mabilio, ſec.* 3. *Benedict. par.* 1. *pag.* 699. *cujus verba hic tranſcribo:* Hujus (*Burchardi*) ordinationis tempus, non anno DCCXLVI. ut Lamberto, Hermanno, & Sigeberto videtur, non DCCL. quod Mariano placet, aut DCCLI. quod Egilwardo, ſed anno DCCXLII. collocandum eſſe, certiſſimum videtur: tum quia jam Epiſcopus Synodo Germaniæ interfuit, XI. Kalend. Maii anno DCCXLII. in cujus Synodi actis, in libro I. vitæ Bonifacianæ, cap. 34. ab Othlono relatis, primus F poſt Bonifacium numeratur Burchardus, tum quia confirmatoria Zachariæ epiſtola, ad Bonifacium ſcripta, & alia ad ipſum Burchardum de ſua ordinatione, datæ ſunt Indict. XI. Kal. Aprilis, id eſt ineunte anno DCCXLIII. tum denique quia Zacharias Papa encyclicas litteras, initio ſui pontificatus Galliæ & Germaniæ Epiſcopis directas, etiam Burchardo Wirtzenburgenſi Epiſcopo inſcribit, quæ epiſtola inter Bonifacianas eſt ordine 136. *Mitto plura quæ ibidem adducuntur, jam data ſecuros nos reddunt de epiſcopatu Burchardi ante annum* 742.

25 *Fruſtra igitur quæruntur effugia, fruſtra Eyſtettenſis traditio, ſola ſcriptoris ſæc.* XIV. *debilis auctoritate nixa, regeritur, adverſus veteriſſimum & patentiſſimum Synodi Germanicæ teſtimonium, quod præfatus Mabilio etiam inculcat parte altera ſeculi* III. *Bened. pag.* 390. *ubi relatis & merito rejectis aliorum opinionibus, unica inſiſtit Germanici Concilii epochæ, quam nos poſt Henſchenii, imo poſt quidquid hodie eſt virorum, aliqua eruditionis fama clarorum ſententiam, admittere non dubitamus. Concludit ibi laudatus Mabilio, ordinationem* S. Willibaldi *celebratam eſſe in Turingiæ*

VIII. quibus & a quibus ordinatus S. Willibaldus.

loco

A loco qui dicitur Sallpurg, *minime confundendo cum metropoli Saliſburgenſi, anno a nobis ſtabilito ſeculi octavi ſupra quadrageſimum primo, qui fuit Sancti ætatis etiam primus & quadrageſimus*, autumnali tempore, tribus hebdomadibus ante natalem S. Martini; *quæ Hodœporici verba ſunt: id eſt*, inquit Mabilio, XII. Kalendas Novembris, qui dies ſabbatum erat, tametſi ordinationes Epiſcoporum in die Dominico fieri ſolitæ ſunt. *Verum non video hebdomadas illas tres rigide adeo accipiendas, ut ordinatio fieri non potuerit XI. Kal. Novembris, qui dies Dominicus erat, conſecrationi aptiſſimus quam ſanctus ipſe Bonifacius inſtituit, aſſiſtentibus Burchardo Herbipolenſi & Wizone, fortaſſe Erpesfurtenſi, Epiſcopis*, niſi forte, *Mabilionis verba ſunt*, quis putet legendum Witta, qui Burchburgenſi eccleſiæ in Haſſia tum præerat. *Audi textum Hodœporici num. 41.* Illud fuit autumnale anni tempus, quando S. Willibaldus veniebat in Turingiam; ſtatimque poſteaquam illuc veniebat, S. Bonifacius Archiepiſcopus atque S. Burchardus & Wizo ſacræ epiſcopatus auctoritati, illum ordinando conſecraverunt. *Melius, ni fallor, ſedem Wizonis invenit Cointius ad annum 742. num. 15.* nempe qui fuerit Auguſtanus Epiſcopus, alio nomine Wicho nuncupatus.

B

ejus obitus male etiam ſignatus ad 781.

26 *Error errorem trudit: præter traditionem ordinationis pro anno 745. ex ſupradictis aliam profert Gretſerus pro tempore regiminis & anno obitus. Hunc figit ann. 781. cum vero ab anno 745. ad 781. effluxerint anni XXXVI. ſequela ipſi cum ſuo Philippo eſt, annos epiſcopatus ad illud tempus reſtringendos. Fallit iterum calculus, nam neque hæc perſuaſio de Sancti obitu ullatenus ſubſiſtit, cum annos epiſcopatus* S. Willibaldi *etiam ultra annum 781. extendendos demonſtret Mabilio pag. 391. quo aliud iſtud Philippinæ epochæ fundamentum penitus enervatur. Eo ejus argumentum, hiſtorice, meo quidem arbitrio, irrefragabile. Produxit enim ex lib. 2. Traditionum Fuldenſium hoc inſtrumentum:* Traditio Willibaldi Epiſcopi in terris & mancipiis; Traditione XXV. his verbis: In nomine Domini N. J. C. Ego Willibald, concedente gratia divinæ Majeſtatis, Epiſcopus, imo & Catholicæ vernaculus Eccleſiæ .... in elimoſynam meam & remiſſionem peccatorum meorum, trado ad monaſterium Sancti Bonifacii, quod eſt conſtructum ſuper ripam amnis, qui dicitur Fuldanenſis, ubi religioſus & præclarus Paugolf abbas, cum magna monachorum multitudine, Deo ſervire cognitum eſt, poſt obitum meum, id eſt in ſupradicto loco, novem trado Colonias (hoc ſunt hobunnæ) integras cum omnibus adjacentiis & finibus &c. Actum in monaſterio Fuldanenſi anno XVIII. regnante Carolo glorioſiſſimo Rege Francorum, atque Patricio Romanorum, die VIII. menſis Octobris, qui annus reſpondet Chriſti anno DCCLXXXV.

C

qui ſuperſtes fuiſſe oſtenditur an. 785.

27 *Non videtur patere locus ulli effugio, in tali inſtrumenti charactheribus, rem plane conficientibus. Exſtat prædicta traditio apud Piſtorium, tomo nobis tertio pag. 503. ubi integre adeoque paulo fuſius deducta. Convenit Abbas, qui poſt Sturmium Fuldenſibus præfuit ann. XXII. deſiit ann. 802. poſt muneris abdicationem ſuperſtes uſque ad annum 815. Ne vero mirum videatur*, S. Willibaldum *ex accepti non ita pridem ſterili epiſcopatus reditibus, tantum Fuldenſibus fratribus tradere potuiſſe; obſervet, quadraginta & amplius annorum decurſu multum accreviſſe: meminerit que, epiſcopatus Bavariæ, ex quodam quaſi debito, fundos & annuas penſiones abbatiæ Fuldenſi, ubi requieſcebat B. Bonifacius, decreviſſe gratitudinis ergo, ut te decebit Gretſerus a pag. 218. Quid? quod expreſſius traditionem refert idem Gretſerus pag. 224. ex laudati ſuperius Broweri Antiquitatibus Fuldenſibus lib. 3. cap. 11. qua* Willibaldus, Eichſtatenſis eccleſiæ Epiſcopus, obtulit Deo & S. Bonifacio in oblationem, villam unam, in pago Sualefaldenſi ſitam, Kucheſe nuncupatam, *quam villam ſupra deſignari haud eſt inverioſimile. Et ne quis ſuſpicetur, mendum irrepſiſſe in notam Chronologicam, exſtat in eodem libro apud nos pag. 509. Traditio* XXXVII. *data* anno Incarn. Chriſti DCCLXXXIII. & anno regni Domini Caroli Regis Francorum XVI. menſis Martii die XXV. *ubi apponitur ſignum*, Willibaldi Epiſcopi, qui hanc donationem Einhildæ abbatiſſæ ſubſcripſit. *Ex quibus plane colligitur*, Willibaldi *obitum ante annum 786. non contigiſſe, ac proinde pontificatus annos quinque minimum ſupra quadraginta eſſe tribuendos.*

D

Auct. J. B. S.

E

28 *Tertia Eyſtetenſium perſuaſio, paſſim admiſſa, S. Wunebaldum* ſancto *noſtro* Willibaldo *ſeniorem contendit, quod unde, aut quo argumento ipſi evincant, equidem non aſſequor. Traditionem eſſe aiunt, pro qua, poſt Carolum Stengelium aliosque, etiam ſtat Gretſerus Obſervationum cap. 7. Sequelam agnoſco ex anno ordinationis 745. perperam aſſerto: cum enim tunc fuerit annorum quadraginta unius, ex uno male poſito ſequitur aliud, nempe anno 704. natum eſſe ſanctum* Willibaldum. *Aliunde vero conſtat, obiiſſe S. Wunebaldum anno 761. dum annos ſexaginta natus eſſet, naſci is proinde debuit anno 701. & toto triennio fratrem ætate ſuperare. At vellem id ex alterutrius antiqua vita, per Sanctimonialem ſcripta deduci poſſet. Memorat hæc in vita S. Wunebaldi apud Mabilionem, citata parte altera ſec. 3. Benedict. pag. 178.* cumque illuſter ille celeberrimuſque Chriſticola, nondecem annorum ætate grandævus. *Hæc determinata eſt S. Wunebaldi ætas, dum ex Anglia proficiſceretur, quæ peſſime explicatur a Cointio ad an. 738. a num. 7. ut ex dicto anno obitus ejus §. ſequenti evidenter demonſtrabitur. De* S. Willibaldo *ait eadem ſcriptrix, quod* ad lanuginem & ad pubertatis adoleſcentiam perveniſſet; *quæ certe quindecimem puerum non indicant qualis ferme initio peregrinationum fuiſſe debet, ſi frater toto triennio & amplius eum anteceſſerit. Nil tale ſuadet Hodœporicon, in quo* S. Willibaldus *maſcula jam virtute præditus, auctor primus motorque ſuſcipiendæ peregrinationis, non ut puer, ſed ut adoleſcens viginti minimum annorum clariſſime depingitur. His poſitis, peregrinationum ſeriem ex ordine exponendam & probandam ſuſcipimus.*

F

& fratre ſuo Wunebaldo ætate major.

§. IV. Vitæ & peregrinationum ordinata ſeries.

Ex Anglia egreſſus an. 720.

ERat ſane S. Willibaldus *annos circiter viginti natus, dum cum S. Richardo parente & S. Wunebaldo fratre, è patria egrederetur, vimirum cum lucem aſpicere debuerit circa annum 700.*

qui

A AUCT. J. B. S. *qui anno 741. annos unum & quadraginta numeraret. Itaque peregrinationem exorſus eſt anno* 720. *Quod ne gratis aſſumptum videatur, ex vita S. Wunebaldi hac ratione demonſtratum eo, Apud Mabillonem ſec. 3. Benedict. par. 2. pag. 286. num. 20. ita expreſſis verbis legitur:* Et hic requieſcebat (*S. Wunebaldus*) una hebdomada ante natalem Domini: & tunc fuit Sabbatum, poſt veſperam, XIV. Kalendas Januarii, & tunc erat ille ſexaginta annorum ætate. *Sabbatum incidens in XIV. Kalendas Januarii ſeu XIX. Decembris clariſſime deſignat anu.* 761. *currente littera Dominicali D. Paſcha cadente in XXIX. Martii, Cum igitur tunc fueris ſexaginta annorum S. Wunebaldus, neceſſe eſt, natalem ejus conjicere in annum* 701. *Jam vero ſupra notavimus ex eadem vita* undevicennem *ſeu* nondecem *annorum ipſum fuiſſe, dum peregrinationem Romanam cum patre & fratre adorſus eſt; ſequitur ergo, diſceſſum e patria reſtiſſime quadrare in anu.* 720, *quæ eſt certiſſima demonſtratio chronologica & hiſtorica, ad quam ſi advertiſſet Cointius, non tam immaniter a vero aberraſſet. Ut ſingula recte connectas, die biennium inſumendum fuiſſe in primo itinere Lucam (ubi parentem ſepelivit* S. Willibaldus) *ac deinde Romam, ſecutaque ibidem commoratione, donec, relicto ibi fratre, Hieroſolymam ipſe cum ſociis progreſſus eſt anno* 722.

B 30 *Id vero etiam facile evincitur ex Hodæporico, Illic n.* 11. *dicuntur primum* iter *ex Anglia* inchoaſſe, *cum* æſtatis jam immineret tempus, *puta menſe Majo. Lucam pervenerint urente Canicula, ubi noxii calores S. Richardum ad meliorem vitam tranſtulerint, Romam certo attigerunt medio autumno, utpote qui* a nativitate S. Martini uſque ad aliud ſolennitatis Paſchæ ibi manſerunt, *ut habes num.* 13. *quibus patenter ſignatur Paſcha anni* 721. *Tum autem*, creſcente æſtatis caumate, febre fatigati *ſunt, quæ ipſos toto forte illo anno* 721. *male habuit. Quo pacto agritudinis tempore ſe mutuo ſancti fratres juverint, quibus exercitationibus animum excoluerint, docet Hodæporicon, cujus demum num.* 15. *traditur, quod* tranſactis Dominicæ Paſchalis ſolennitatibus, *cum duobus ſociis pergere cæperit* S. Willibaldus; *itaque poſt alterum Paſcha, Romæ celebratum, & conſequenter anno* 722. *biennio ferme poſtquam è patria diſceſſerat. Totum ſeptennium tenuiſſe eum in Palæſtinam peregrinationem ex Hodæporico num.* 35. *indubitatum eſt:* Et tunc erant (*dum in montem Caſſinum reverſus eſt*) ſeptem anni, quod de Roma tranſire cœpit. *Admittunt id omnes, at nemo hactenus annorum iſtorum calculum ſubducere aut accuratius diſtinguere tentavit. Habe igitur & itineris iſtius chronotaxim ex ipſo Hodæporico deductam, non res ipſas, ſed ſolam itineris rationem exigendo.*

C 31 *A num.* 15. *peregrinantes Caieta, Neapoli, Rhegio, Catana per Archipelagum, Epheſum deducit auctor. Num.* 16. *Pataræ* morabantur uſque dum hiemis horrendum præteriret frigus. *Poſtmodum* navigantes venerunt in inſulam Cyprum, *in qua* (*teſte Anonymo num.* 6.) Paſchale feſtum apud Paphum urbem egerunt *anno* 723. *ex noſtro id certum eſt, Conſtantiæ* moratos eſſe uſque poſt nativitatem Joannis Baptiſtæ. *Inde provecti in Syriam* S. Willibaldus & ſeptem contribules, *Emeſæ a Saracenis capti, ſatis diu* in carcere commorati ſunt, *ut habes n.* 18. *Porro ex captivitate, Hiſpani mercatoris ope, liberati, reliquo anni decurſu multa peregrarunt* D *num.* 19. *& 20. donec num.* 21. in ſolennitate Epiphaniæ, *adeoque anno* 724. Epiſcopus noſter Willibaldus balneavit ſe in Jordane. *Num.* 22. venit ad Hieruſalem, *atque, ut explicat Sanctimonialis*, illue veniebat in feſtivitate S. Martini, & mox ut illuc venit, cœpit ægrotare & jacebat infirmus uſque ad hebdomadam ante nativitatem Domini. *Ingredimur itaque ann.* 725. quando aliquantulum recreatus fuit *& variis ſuis potius, totam continuo Hieroſolymam aliaque vicina ſanctuaria, non tam luſtravit, quam mœrore pietatis lacrymis ſæpe perfudit.*

32 *Inde rurſus alio pergens, paulo poſt* lumen *ubi an.* 726. oculorum amiſit, & cæcus fuit duobus menſibus, *& 727. ex num.* 27. *Ibid.* aperti ſunt oculi ejus. *Num.* 28. venit tertia vice ad Hieruſalem, & ibi fuit totam hiemem. Et inde venit ad urbem Ptolomaidem ... & ibi fuit ille totum tempus Quadrageſimæ infirmus *&c. Minutiis fruſtra inhæſero; ſatis patet hic deſignari Quadrageſimam anni* 726. Et illic morantes ſimul in Ptolomaida, uſque dum eſſet una hebdomada ante Paſcha, E *reditum in Italiam meditabantur, ad quem dum opportunitatem exſpectant, per loca proxima ambulaverunt*, & poſtea, *num.* 33. tunc navigaverunt totam hiemem a natali ſancti Andreæ Apoſtoli uſque ad unam hebdomadam ante Paſcha. Tunc venerunt Conſtantinopoli. *Ergo circa Paſcha anni* 727. *Hic rurſus pietati ſuæ indulſit Sanctus, toto biennio locis ſacris ferme affixus, adeo ut Nicæam uſque excurrerit, locum primi & celeberrimi in Eccleſia Concilii contemplaturus.* Et poſt duos annos navigaverunt inde ... in inſulam Siciliam, *anno* 729. *Reliquum iter in ipſo Hodæporico ſatis explicatum eſt; per Siciliam, Calabriam, inſulam Vulcaniam, Neapolim & Capuam deducuntur: tandemque n.* 34. *quando* erat autumnus, ad S. Benedictum *in montem Caſſinum feliciter appellunt, ibique manſionem eligit* S. Willibaldus.

33 *Non potuit, opinor, clarius & diſtinctius* *ad montem Caſſinum venit anno an.* 728. *in annos ſuos dividi tota illa ſeptennalis ſanctorum locorum viſitatio & perluſtratio, unde non* *ſed* 729. *parum lucis Chronologiæ Willibaldinæ affunditur, patetque ad oculum, non anno* 728. *ut ſubducit Mabilio, ſed* 729. *autumnali tempore ad* F *montem Caſſinum reduces perveniſſe.* Et tunc erant ſeptem anni *integri*, quod de Roma tranſire cœpit, *S. Willibaldus*, & erant decem *circiter* anni, quod de patria ſua tranſivit; *idque rerum ordo plane evincit, ut merito dubites, an ſubſiſtat adhibita textui correctio ad n.* 34. omnino decem anni, *ubi forte melius legeretur*, & erant omnium decem anni, *nempe fere completi, ut in Annotatis etiam obſervatum invenies. Venit igitur tunc* ad S. Benedictum. Et in primo anno illuc veniens, cubicularius fuit eccleſiæ, & in ſecundo decanus erat; & poſtea per annos octo portarius, *ibique adeo per annos decem converſatus eſt uſque ad annum* 739. *quo Romam reverſus* in nativitate S. Andreæ, *ibi manſit uſque* ad Paſcha *anni proxime ſequentis* 740. *dum juſſu Gregorii PP. III. in Germaniam perrexit, ipſiſſimo illo anno* 740. *ſacerdotio initiatus, & 741. conſecratus Epiſcopus. Terminos acceſſus & diſceſſus Romani diſerte notavit Hodæporicon num.* 39. Poſthæc tum finitis oraculorum fabulis, pergebat inde (*Roma*) Sanctus Willibaldus in Paſcha, qui illuc venie-

niebat

A niebat in nativitate S. Andreæ. *Si totam itinerum ſeriem obſervaſſet Cointius, non tam facile ad annum unum omnio diſtuliſſet, nec in nativitate S. Andreæ an. 740. S. Willibaldum Romæ reperiſſet. Eum igitur in ceteris non magnopere moeabimur.*

& poſt decennium redire Romam 739. aut 740. in Germaniam parauit.

34 *Neque felicius Mabilio iter Germanicum anno 739. innexit, quod ex Hodœporico perſpicue intelligas. Etenim cum Sanctimonialis num. 38. aperte indicet, Gregorium Papam* intimaſſe beato Willibaldo, quod S. Bonifacius rogabat illum, ut ipſum S. Willibaldum a S. Benedicto adduci perveniretque feciſſet, *certum eſt, non veniſſe Romam S.* Willibaldum, *dum adhuc ibi moraretur S. Bonifacius; atqui hic, ut recte obſervavit Henſchenius, Romam venerat anno 738. & proximo 739. inde receſſerat; itaque ſi* S. Willibaldus *in Germaniam perrexerit anno 739. debuit inde in Paſchate proficiſci, adeoque Romam veniſſe* in nativitate S. Andreæ *anni 738. & quod evidenter conſequitur, S. Bonifacium Romæ reperiſſe, qui illic certo ſubſtitit ſub finem anni 738. & principium anni 739. In noſtro calculo rectius multo fluit & rerum & temporum ratio. Audiverat S. Bonifacius, in monte Caſſino degere* S. Willibaldum, *cum a Gregorio Papa poſtulaverat, ſed adventum ejus præveniens, reditum*
B *maturaverat, deſtinatum ſibi ſocium in Bavaria, ubi epiſcopatum ejus jam tum deſignaverat, exſpectaturus. Quæ ubi pervenerunt* S. Willibaldus *ſub finem Maii aut principium Junii 740. continue peracta ſunt ea omnia, quæ narrantur num. 39. & 40. atque ipſo* in feſto S. Mariæ Magdalenæ *ejuſdem anni 740. ſacerdotium & poſtero 741. epiſcopatum Eyſtettenſem ſuſcepit, proximo inde 742. ut poſt Baronium, Labbeum, Henſchenium, Mabilionem & alios recentiſſime tenet Pagius, contra Cointium annum 743. obtrudentem; anno, inquam, 742. Synodo Germaniæ inter Epiſcopos Epiſcopus ipſe interfuit.*

Rerum ſeriem per annos ſingulos diſtribuere.

35 *Ad totius rei evidentiam non parum conducit, opinor, ordo chronologicus in annos ſuos diſtributus, & a nobis paulo certius huc uſque ſtabilitus, quam fecerit vaga Caroli Stengelii tabula, Actis S. Wunebaldi præmiſſa, in qua* S. Willibaldum *in Germaniam ad S. Bonifacium mittit anno 744. eodem presbyterum ordinat, ac proxime ſequenti Epiſcopum, quod ſubſiſtere omnino non poſſe, ex jam dictis, niſi vehementer fallor, manifeſtiſſime conſtat. Neque modo adverſariis liberum eſt ad quadriennium omnia retardare,*
C *cum in demonſtrata hactenus ſerie, Sancti geſta ita ſingula annis ſingulis innexa ſint, ut in tota recte combinata connexione, nec annus addi nec detrahi poſſit, ut profecto mirum ſit, præventos perſuaſionibus & traditionibus ſuis viros etiam eruditos, nec oculos nec animum attendiſſe, ut annorum geſtorumque calculos accurate ſubduxerint. Paulo diligentius in diſponenda temporum ratione verſatus fuerat Mabilio, præcipuum rei caput nobiſcum propugnans, ſed aberrans in prioribus, dum uno anno omnia ferme præverſit. Nec multum ad rem contulit Cointius, nonnulla quidem ad normam noſtram etiam exigens, ſed in aliis ſæpe hallucinatus; certe diſceſſum Roma Hieroſolymam ad annum 723. & reliqua geſta conſequenter differri haudquaquam poſſe, ex tota concatenatione perſpicuum exiſtimo, niſi quis cum ipſo Concilium Germanicum ad annum 743. differendum contendat, in qua hypotheſi æque evertitur omnis Eyſtettenſium perſuaſio & traditio hactenus ibi recepta.*

36 *Dolendum prorſus, illuſtria Sancti in epiſcopatu geſta ferme ignorari. Reliquam vitæ chronologiam, quam ex Hodœporico haurire non poſſumus, parce alunde ſupplemus. Astenacenſi Placito ſubſcripſiſſe anno 765. & interfuiſſe ordinationi Bernwelphi Herbipolenſis 769. eſtendit Cointius. Notabiliora alia duo ſic diſponit Mabilio, ut dicat, corpus fratris ſui S. Wunebaldi, qui mortalitatem exuerat anno 761. tranſtuliſſe in locum decentiorem 777. annis nempe 16. poſt obitum, ut eſt in ejus vita apud Mabilionem pag. 188. deinde poſt aliquot annos corpus ſororis S. Walburgis ſepulturæ mandaſſe, ac demum vitam explevisſe, non ante annum 786. cum ſupra demonſtratum ſit, Sanctum adhuc ſuperſtitem fuiſſe menſe Octobri anni 785. At quid ſi ad biennium præterea extendatur* S. Willibaldi *vita, cenſeaturque proinde obiiſſe anno ſeculi & vitæ ſuæ 88. Ita utcumque ſuaderi poſſe videtur ex Actis per Anonymum ſcriptis, in quibus ſub finem ita legitur:* Poſtquam igitur epiſcopatum ſuum ſanæ inſtitutis vitæ per ſeptem annos digniſſime informavit. *Patet evidenter mendum eſſe in numero: nam qui ab anno 741. ad 785. ſacras infulas tenuit, ultra ſeptem annos epiſcopatum ſuum informavit, imo & ultra triginta ſeptem. Nihil tantopere ſcrupuli, ſi ita error corrigatur, ut cum ſeptem jungantur quadraginta, ita ut ſenſus ſit, totidem annos* S. Willibaldum *ſanæ inſtitutis vitæ eccleſiam ſuam digniſſime informaſſe, ac plenum bonorum dierum,*
E *ad laborum palmam tunc evolaſſe, completis ferme epiſcopatus ſui annis ſeptem & quadraginta, ſiquidem vere obierit hac VII. Julii, de quo unde conſtare poſſit, necdum habeo exploratum.*

D AUCT. J. B. S. *Quid ſuperſit de geſtis in epiſcopatu.*

Sequentis duratum.

37 *Hæc de longa epiſcopatus diuturnitate per conjecturam dicta ſint; putat enim Mabilio, Anonymum vitæ ſecundæ, ſeu Hodœporici, paulo nitidius compoſiti auctorem, anſam errandi acceſſiſſe ex num. 42. Sanctimonialis, ubi ſic loquitur:* Tranſacto atque terminato prolixo itineris meatu S. Willibaldi, quem ille lagax in ſeptem annorum induciis luſtrando adibat: *Putat, inquam, Mabilio, ex hac ſeptem annorum periodo conſeciſſe Anonymum,* S. Willibaldum epiſcopatum ſuum ſanæ inſtitutis vitæ per ſeptem *dumtaxat* annos informaſſe; *quod equidem non tam facile anſim admittere, cum in ceteris Anonymus a ſenſu Sanctimonialis non tam longe receſſerit. Ceterum in annorum numero notando paulo infeliciorem fuiſſe Anonymum, patet ex numero ejus penultimo, ubi ait,* S. Willibaldum *in Turingiam profectum, habuiſſe hoſpitium apud fratrem S. Wunebaldum* octavo ſemis
F anno poſtquam apud Romam diſceſſere, non viſum, *ubi ut minimum legere debuit* decimo octavo, *imo decimo nono* ſemis anno, *nempe a Paſchate anni 722. dum* S. Willibaldus *peregrinationem Hieroſolymitanam exorſus eſt, ut notavit Sanctimonialis num. 15. ubi vides ex numero compoſito, primam etiam partem eſſe omiſſam. Nolim tamen diſſenſionis funem trahere: præſer, quam volueris, explicationem; nobis hic aliud præfixum non ſunt, quam dictæ toties Sanctimonialis Hodœporicum, ad rectam chronologiæ normam exigere. Nunc ea, quæ do Sancti in epiſcopatu geſtis memorat Philippus, paucis decerpamus.*

§. V.

A AUCT. J. B. S.

§. V. S. Willibaldi in epiſcopatu geſta & obitus.

Geſtorum in epiſcopatu ſui hiſtoriã nullus ſcripſit:

CUm ſupra oſtenderimus, non Acta ſeu vitæ tertius ſeriem ſcripſiſſe quemquam, ſed ſolas ferme peregrinationes, ex ejus ore dictatas, Sanctimonialem memoriæ prodidiſſe, nihil mirum, ſi de iis, quæ toto epiſcopatus tempore geſta ſunt, pauciſſima ſuperſint. Præclare de Sancto meriti fuiſſent Anonymus, Reginoldus, Adelbertus & Philippus, ſi in iis ſolicite inveſtigandis operam inſumpſiſſent, potius quam in Hodæporico mutilando, interpolando, aut longiori phraſi inſertiſque parergis amplificando, Reginaldi epilogus non hiſteriam præfert, ſed verboſam orationem. Quis igitur, inquit, umquam peregrinorum ad patronum noſtrum veniens, victus aut tegminis petiturus ſolamen, vacuus ad alios pertranſivit? Quis inopum, inediæ ſqualore ſœdatus, alimoniam non invanit? Quis peccatorum pondere prægravatus, dum ei vulnus inflictum oſtendit, onerofus acceſſis? Huic ergo non fuit B de craſtino cogitare, ut avaritia in eo charitatem extingueret, & cupiditas miſericordiam ſuperaret, verom Chriſti Evaogelium ſemper in pectore verſans, totum, quod habuit, in fratrum & pauperum ſolatio erogavit, & pauper ipſe pauperibus miniſtravit. Hujuſmodi ſunt reliqua, in quibus nihil deſiderari paſſus eſt Philippus, qui totis quingentis annis S. Willibaldo poſterior, non magnam faceret fidem, tametſi conjecturalem poſtremorum Sanctæ geſtorum ſeriem concinnaſſet. At ne hoc tentavit quidem, nam poſtquam primis duobus & viginti capitibus, per varias ſtyli & verum ambages S. Willibaldum ad epiſcopatum perduxit, duobus proxime ſequentibus pauca verbis multis colligit, ſi non vera, ſaltem veroſimilia, locis nonnullis communibus exornata, ex quibus minus ambigua & ad ſolidiorem Sanctæ laudem conducentia delibabimus: quæ enim in Hodæporico paucis contraxit Sanctimonialis, cum ibi legi poſſint, non fuit neceſſe huc retrahere.

à verum eſt, totam regionem per monachos fuiſſe inſtitutam.

39 *Dixi paragrapho* 2, *contra antiquiorum fidem aſſeruiſſe Philippum, quod* S. Willibaldus, *condito* ſuper ripam fluminis, quod Alimonium (*germanice Altmul*) vocatur monaſterio, *ibidem* regularis vitæ rationabiliſque obſequii clericos congregaverit, *cum ea ex Hodæporici cap.* 43, *re-* C *fellantur, ubi diſertiſſime aſſerit Sanctimonialis*, ſacram monaſterialis vitæ diſciplinam, in ulum prioris vitæ, quod videndo ad ſanctum Benedictum . . . exploraverat, illorum ꝛc normam, venerandæ vitæ converſationem in ſemetipſo oſtendendo, exercuiſſe. *Et hic ſane Philippum fruſtra excuſare conatur Greterus Obſerv. cap.* 17. *adſtruens monachis clericos poſtmodum ſucceſſiſſe, de que non controvertitur. Hoc verum eſt, Eyſtettenſem ſolitudinem egregie excultam, ibique viros, ſub tenui Epiſcopi diſciplina inſtitutos, haud dubie totam eam regionem & loca circumvicina Chriſtianis præceptis gnaviter imbuiſſe*, & late per vaſtam Baioariorum provinciam aratra trudendo, ſata ſerendo, meſſem meteodo . . . digoa Domino delibaſſe dona, *atque* ad amorem cæleſtis patriæ verbis & exemplis *populos* accendiſſe. *Nec de auſteritate vitæ, nec de aliis* S. Willibaldi *ſe-* D *ctorumque virtutibus dubitandum. Et hoc ultro admittimus*; Omnes provinciales divites & pauperes, tanta familiaritatis dulcedine ſibi copulaſſe, ut de omoibus fioibus regionis illius ad eum confugerent, & ad ſalvandas animas ſuas conſilium & auxilium ab eo expeterent.

Epiſcopatus ſedis gratia geſtus.

40 *Pergit Philippus citato cap.* 23. Sic factum eſt, ut bonitatis ejus fama creſcente, S. Bonifacius eum ad ſe frequentius venire præciperet, & a cunctis in Moguntina metropoli commorantibus, acceptiſſimus haberetur: & ideo in conſiliis, in judiciis & in conſecrandis eccleſiis, vel quibuſcumque conditionum perſonis, & in aliis chariſmatum donis, primum poſt Metropolitanum, Deo favente & meritis ſuis exigentibus, locum obtinuit; conceſſumque eſt ei, tum privilegii atteſtatione, ut in conferendis beneficiis eccleſiaſticis atque feudis, & in aliis Deo digna gerendis, ipſe omneſque ſucceſſores ſui, Eyſtettenſis eccleſiæ pontifices, tum neceſ- E ſitas viduatæ eccleſiæ, aut tempus aliàs exigeret, ſpecialiter præ aliis ſanctæ Moguntinæ ſedis Suffraganeis, vicem Archiepiſcopi gereret, & in celebratione Concilii, tamquam verus Cancellarius ac prolocutor Concilii, a dextris, Archiepiſcopo proximus aſſideret. In cujus dignitatis evidentiam, veſtitura magni ornatus ac ſanctæ figurationis ei conceſſa eſt; necnon omnibus, ſibi rite ſuccedentibus, præcunctis Epiſcopis, qui de linea Moguntinæ derivationis computantur. Vocatur autem veſtis iſta Rationale, quo etiam ſummus Pontifex, accedens ad ſancta Sanctorum olim ſuperveſtiebatur. Habebat autem Rationale ſummus Pontifex in Lege veteri, in præfigurationem multæ perfectionis; & Pontificibus novi teſtamenti quibuſdam conceditur in exhibitionem conſummatæ virtutis, quæ gratia & ratione perficitur, a qua Rationale dictum eſt.

Philippi panegyris.

41 *Pre domo ſua agere hic videri poſſit Philippus. Ceterum de ea Eyſtettenſis eccleſiæ prærogativa, ſive hodiedum perſeverante, ſive controverſa, ſive abolita diſceptare non lubet. Agit de his fuſius Gretſerus lib.* 1. *Obſervat a cap.* 15. *poſt Serarium, quos adire cuique pervium eſt; nos ex Philippo cetera percurramus. Hic cap.* 24. *Sanctum noſtrum omnibus omnia factum prædicat, ac univerſis placuiſſe, adeo ut ad Concilia Regum &* F *Principum frequenter acceſſeretur. Tum, quod* operibus miſericordiæ, ubicumque locorum eſſet, ſemper ſe officioſiſſime ac liberaliter valde obtulerit. Quod pompis ſeculi nequaquam delectaretur: nam quidquid ſecularitatem vel ſcurrilitatem quoquomodo prætendebat, per omnem modum aſpernabatur, & tunc feſtinus ad ſponſam, ſibi in fide commiſſam, properabat, eaſtiſſimi amoris zelo accenſus, ut ipſius pudicis amplexibus frueretur, & ut Spiritu ſancto fœcundata, ipſo cooperante, verbo & exemplo prolificaret in ſobolem ſalutis æternæ. Sciendum namque, quod Baptiſmus eſt ſpiritualis uterus Eccleſiæ, ex quo multos, tamquam miniſter Chriſti, regeneravit in Spiritu ſancto; nam pro neceſſitate vel decenti congruentia baptizabat, prædicabat, confeſſiones audiebat. Sacramenta eccleſiaſtica, nec non Sacramentalia, propria manu diſpenſabat, eccleſias conſecrabat, nec non miniſtros Eccleſiæ, ſta-

tutis

A- tutis temporibus, prout poſcebat urgens neceſſitas vel evidens utilitas, reverentiſſime ordinabat. *Sic epiſcopalia munia omnia ſigillatim exponere potuit Philippus, nihil ſeorſim determinando: De conciliis, quibus Sanctus interfuit, & de ſanctorum fratris & ſororis ſepultura dictum eſt ſupra §. præcedenti n. 36.*

ac ſanctis virtutibus, 42 *Hinc per undecim capita ad ſanctos Wunebaldum & Walburgem digreſſus Philippus, capite primum 36. ad* S. Willibaldum *redit, alias ejus dotes non brevi nec inculta oratione enumerans:* Erat namque in eleemoſynas largus, in vigiliis ſedulus, in oratione devotus, in charitate perfectus, in humanitate profuſus, in doctrina præcipuus, in ſermone paratus, in converſatione ſanctiſſimus; ſinceritatem mentis vultus ſui ſerenitate monſtrabat, & pietatem elementiſſimi cordis oſtendebat in lenitate ſermonis: quidquid ad ſalutem pertinere poſſet æternam, non minus implebat Beatiſſimus opere, quam ſermonis prædicatione docebat. O virum per omnia Deo dignum! Eminebat
B enim in ipſo vultu animi pulchritudo, in ſpecie exterioris hominis, ut ipſam putares expreſſam imaginem ſanctitatis. Erat irreverentibus terribilis aſpectu, reverendus inceſſu, metuendus ſeveritate, venerandus benignitate. Cenſuram auctoritatis in eo temperabat manſuetudo humilitatis, & quando delinquentibus minabatur frontis auctoritas, eiſdem blandiebatur cordis ſerenitas. Erga bene agentes, Petrus apparebat in vultu; erga delinquentes, Paulus in ſpiritu; ac ſic, conveniente in ipſo diverſitate gratiarum, illius (videlicet Beati Petri) pietatis, iſtius (ſcilicet Beati Pauli) diſtrictionis; in tantum, ut præſentiam ejus quiſquam vix ſuſtineret, abſentiam vero nequaquam diu ferre poſſet. Internorum autem bonorum ſuorum formas ac ſpecies nemo ſufficit explicare .... Neglector etiam exſtitit ſuæ quietis, refuga propriæ voluntatis, appetitor laboris, patiens abjectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, dives in conſcientia, humilis ad merita, ſuperbus ad vitia .... Pro cibo & potu hoc ſecum inceſſanter ruminabat: Fuerunt mihi lacrymæ panes die ac nocte, *&c.*

C *felicissimus exitus,* 43 *Hæc opinor, ſpeciminis gratia ex longa ea oratione deſumpta ſufficient; cætera ejuſdem planè modi ſunt, panegyris inflata & encomiaſtica, nullo ad hiſtoricam rationem pacta reducibilis.* S. Willibaldi *glorioſum exitum accipe ex cap.* 37. Poſt præmiſſas autem & alias multas virtutes, quas Deus per hunc Sanctum ſuum operari dignatus eſt, gemitus & ſuſpiria illius exaudiens, quibus dicebat: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Et numquam ſatiabor, niſi cum manifeſtabitur gloria tua: revelavit ei Dominus, conſolans illum, imminere diem obitus ſui. De qua nimirum oſtenſione gaviſus eſt, & ad hereditatem illam toto pectore anhelabat, de qua Propheta dicit: Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, hæc eſt hereditas Domini. Quia electi poſtquam pervenerunt ad mortem, tunc inveniunt in viventium terra hereditatem. Et non poſt longum interjecti temporis ſpatium, ſciens adeſſe diem obitus ſui, per Miſſarum celebrationem & ſacræ Communionis largitatem, valefaciens & dans patrem filiis ſuis, poſtquam per triginta ſex annos epiſcopaverat, ac in pontificali officio D
religioſiſſime, tamquam fidelis ſervus & pru- Auct.
dens, Domino miniſtraverat, ſeptuageſimo J. B. S.
ſeptimo ætatis ſuæ anno, certaminis curſu conſummato, fide ſervata, cum multiplici bonorum operum fructu & animarum lucro, felici tranſitu migravit ad coronam juſtitiæ ſibi repoſitam; terræ corpus reddidit, accipiens ſtolam primam, animæ ſcilicet beatitudinem ſempiternam, donec in reſurrectione alteram accipiat ſtolam; beatam videlicet una cum anima reſumpti & glorificandi corporis immortalitatem.

44 *Ne tædio ſit longior oratio, vitæ ſanctiſſi- & ſepultu-*
mo decurſæ hanc cum Philippo coronidem impo- ra.
namus. Sic igitur Beatus Willibaldus triumphator in gentibus, egregius confeſſor officio, martyr ſtudio, invictus in certamine, palmam quærens ſanguine, beatus athleta Dei, quem ſi gladius perſequentium non tetigit, tamen palmam martyrii una amiſit. Quem quia diu contigit in corpore vivere, neceſſe
E fuit, ut & longiora certaminis & diaboli ac pravorum hominum tentamenta toleraret. Quia enim adjuvante ſe Domino, virtutem patientiæ fortiter ſervare contendit, etſi in pace Eccleſiæ vixerit, tamen martyrii dignitatem multi labore temporis ſibi comparavit: ſicque moribus & vita, verbo & exemplo viam ſalutis humanæ, omnibus audientibus & videntibus, patenter oſtendit; & conſummato feliciter curſu, conſortium ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum atque Virginum Domini, pretioſus Confeſſor, poſt mortem corporis, glorioſe pervenit, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo octogeſimo primo, Nonis Julii, & ſepultus corporaliter vii. Idus Julii. Fuit autem reverenter tumulatus in crypta, quæ ſubter chorum beatæ Virginis in Eyſtettenſi eccleſia habetur. *Nihil in temporum calculis hic immutare licuit, verosimiliorem chronotaxin nuperrime dedimus, Nunc ad honores ſacro corpori poſt mortem religioſa cultu exhibitos*
F *tranſeamus,*

§. VI. Sacri corporis elevationes & translationes.

Qualis di-
cenda Sancti canoniza-
tio CAput ſuum 38. *& ultimum ſic exordiatur Philippus:* Proceſſu temporis, ipſo canonizato, auctoritate ſummi Pontificis Leonis VII. qui propter merita vitæ & evidentiam miraculorum, quam de ipſo audierat, necnon diligentiſſime examinaverat, & propter acclamationem populi totius patriæ, ipſum catalogo Sanctorum laudabiliter inſeruerat, translatus eſt retro altare B. Viti, quod fuit in eadem crypta, anno Domini nongenteſimo octogeſimo nono. *Solemnis iſta per Leonem VII. canonizatio tam expreſſis verbis aſſerta, prima autem ſacri corporis elevatio in annum 989. delata, nodum Gretſero præbuit, quem dilucide ſolvere tam expeditum non ſit, ei præſertim, qui canonizationi ſalvandæ implexus, eam quoquomodo Eyſtetenſibus vindicandam omni conatu velit pertendere. Ejus traditionis principium an Philippo multo antiquius ſit, vehementer dubito; ex ipſo verosimile eſt in Eyſtettenſe Pontificale tranſiiſſe, a cujus placitis recedere piaculum videatur.* Cum autem

A *autem Leo fuerit ab anno 936. ad 939. elevatio*
AUCT. J. B. S. *vero primum facta dicatur anno 989. ſequeretur annos prius quinquaginta canonizatum fuiſſe S.* Willibaldum, *quam è terra elevaretur, quod quam ab eorum temporum inſtitutis alienum ſit, norunt qui vel mediocriter in antiquitate eccleſiaſtica verſati ſunt. Greſſeri ſolutio in eo demum conſiſtit, quod de S. Willibaldo ſacris faſtis adſcribendo agi coeptum fuerit ſub Leone VII.* opus autem inchoatum, imperfectum manſerit, donec tandem Megingozus rem iterum urgere cœperit, feliciterque confecerit, *anno, ut dixit Philippus* 989. *ut mavult Greſſerus* 1014. *ſeu, non ſub primo ciprum ſed ſub finem epiſcopatus Megingozi.*

quam multo parata ibi minora. 46 *Hæc mihi bona Greſſeri venia, minus ſeru-* *puloſe, & ad hodiernam Sanctos declarandi normam expenſa videntur, ubi veriſimilius tota S.* Willibaldi *canonizatio non aliter peracta ſuit, quam ex ejus ævi more, ſola populi ad tumulum confluentis & accepta beneficia publicantis voce, vel, quemadmodum innumeris exemplis conſtat, per ſolam ſacri corporis è terra elevationem, quæ quo* B *præciſo anno peracta fuerit, vellem ex Eyſtettenſibus fabulis paulo clarius explorare. Ann. 989. notat Pontificale, ex Philippo, ut credimus, ſerme compilatum; Greſſerus differt ad ann. 1014. ut plane perſpicias, non ſuppetere probata monumenta, ex quibus certam veritatem elicias. Adde, indubitatum eſſe oportere, diu ante ann. 989. apud Eyſtettenſes cultu ſacro & annua feſtivitate celebratum fuiſſe S. Willibaldum, quod aſſerte teſtatur anonymus Haſenritanus, in Catalogo Epiſcoporum Eyſtettenſium apud Greſſerum pag. 428. ubi ingens de templi amplificatione, a Reginoldo facta, ſubjungit:* Ex eo tempore paulatim ceſſabant ſigna & prodigia, quæ ibi prius fiebant plurima. Ut enim majores noſtros ſæpe audivi dicere, appropinquante quotannis feſtivitate S. Willibaldi, tanta multitudo cæcorum, claudorum, mancorum, dæmoniacorum & multifarie debilium confluxit, ut porticus illa magna ad S. Martinum nequaquam eos capere poſſet; tantuſque ſtridor ab eis in vigilia Sancti fieret, ut veſperam illam jucundiſſimam nonnihil impedirent. Verumtamen antequam Miſſa in die ſancto finita fuiſſet, ferme omnes ſanati, Deo ſanctoque Willibaldo debitas grates referrent.

quo prima elevatio & translatio C 47 *Cum hæc ad Reginoldi tempora manifeſte re-* *ferantur, aut ego multum fallor, aut currente ſeculo* x. *& haud dubie etiam nono, magna fuit apud Eyſtettenſes S. Willibaldi veneratio, qua forte adductus præfatus Reginoldus, apud Greſſerum pag.* 274. anno CLXXXVI. depoſitionis (*S. Willibaldi, qui nobis eſt* 972.) monaſterio, *hoc eſt templo*, magnificentius inſtructo, corpus de medio choro in cryptam transferre cogitavit, *non ſatis ſecundo exitu, qui illic tam dubie explicatur; ut elevationem vere factam non omnino intelligas. Stat traditio Pontificalis pro ann. 989. quo* x. Kal. Maii de terra in crypta primo elevatus ſit, & ibidem retro altare S. Viti ſarcophagatus *, ubi requievit LXVII. annis. Illis temporibus S. Willibaldus multis vicibus manifeſtavit ſe, ſigna & miracula multa faciendo. In necrologio ſignatur etiam memoria primæ elevationis dictis die & anno. Verba ſunt:* Elevatio prima de terra corporis S. Willibaldi confeſſoris & Epiſcopi anno DCCCCLXXXIV. *quæ ex eodem fonte procedunt omnia.* Idem Epiſcopus Megingozus lucernam ſive lychnuchum orbicula-

* tumulatus.

rem ſeu circularem in medio templi cathedra- D
lis in honorem S. Willibaldi conficiendum curavit, quales hodie adhuc paſſim in templis viſuntur cum certo candelarum numero: pharos appellat, *inquit Greſſerus, ex quo hæc accepimus. Tu de pharis & lychnuchis vide dicta lomo* VII. *Innii a pag.* 129.

Dicuntur ſub ista translationi facta, 48 *Hactenus narrata ſpectant ad ſeculum deci-* *mum, quo facta fuerit elevatio & translatio prima: quærimus, quot alia translationes & quo tempore ſubſecutæ ſint? Audi Greſſerum pag.* 274. Quatuor translationes reliquiarum S. Willibaldi ponit Philippus cap. 38. Prima eſt retro altare S. Viti, Secunda ad medium eccleſiæ. Tertia ad chorum B. Virginis. Quarta ad chorum Willibaldinum. Alii tres tantum ſtatuunt, omiſſa illa ad medium eccleſiæ. De quibus translationibus plura reperies in hiſtoria Epiſcoporum, ubi, a quibus ſingulæ peractæ ſint, ſigillatim explicabitur. *Veræ prædicat Greſſerus, nam apud Philippum ita translationes diverſæ memorantur, Poſt verba paragraphi hujus initio citata, mox ſubdit:* Poſt hæc ob honorem & re- E
verentiam ac ſancti corporis manifeſtationem, venerabiliter ad medium eccleſiæ eſt translatus. *Et hanc recte ſecundam vocavit, ſed de qua & tertia non ſatis diſtincta monumenta in Epiſcoporum Catalogo reperiantur. Sic pergit Philippus:* Deinde ſuper chorum B. Virginis collocatus eſt, ubi quandoque propter nimiam frequentiam populorum, diverſarum linguarum ac nationum, in ſummo altari oſtendebatur; quandoque vero ante altare in ſarcophago recondebatur; interdum, multitudine hominum ad limina beatiſſimi Confeſſoris advenientium, tota civitas * attonita, cautiſſima ac diligen- * an non civitate?
tiſſime nec non minus reverenter, in armario prænominatæ eccleſiæ cuſtoditus ſervabatur.

Sed quorum temporum explicantur 49 *Temporum ordinem non ſatis feliciter deſi-* *gnare ſolet Philippus; hic ſecundæ & tertiæ tranſlationis nullum omnino diſtinxit. Ceterum ex Pontificali Eyſtettenſi ſecunda transferenda videtur ad annos ſeptem & ſexaginta, numerandos ab anno* 989. *qui proinde nos perducant ad an.* 1056. *quem mirum eſt non expreſſiſſe Philippum, de rebus ſibi propinquioribus magis confuſe ſcribentem, quam de iis, quæ pluribus ante ſeculis geſta fuerant. Neque Greſſero feliciori eſſe licuit; etenim Catalogum Epiſcoporum Eyſtettenſium citans, eo nos remittit, ubi epocham illam fruſtra diu quæſivimus. Si recte numeros ſubduxit Pontificale vel relatio Ms. neceſſe eſt incidere in tempora Gebhardi, vel Gundekari ſecundi iſtius nominis, Epiſcopi* XVIII. *qui cum* ordinem *Epiſcoporum* ſatis utiliter colligere & ex propriis impenſis conſcribere fecerit, & conſcriptum ad altare S. Willibaldi, Chriſti Confeſſoris . . . tradiderit, *non omiſiſſet tranſlationis iſtius memoriam, ſi ſuo aut deceſſoris tempore contigiſſet. Æque incerta eſt translationis tertiæ epocha, cujus veſtigia nulla reperi præter ea, quæ ſuggeſſit Philippus, ut prorſus fateri cogantur, nec vellem eſſe primarum iſtarum elevationum & translationum chronologicum calculum, quamvis de cetero dubitari non debeat, quin ulcera tempore factæ ſint* a *quidquid Mabilio pag.* 392. *binas iſtas translationes Philippinas expungere videatur, ſolam primam, Henricianam anni* 1256. *& Hiltbrandinam ann.* 1270. *admittens, ubi hæc ultima a Philippo excluditur, diſertiſſime aſſerente,* ſanctiſſimum corpus honorabiliter ſarcophaga-

tum

A tum ſine mutatione loci tunc permanſiſſe ; *ut brevi pluribus intelliges.*

Celeberrima ad Reminiſcentia anni 1256.

50 *Eſt tamen in poſtremarum duarum ſolemnitatum deſcriptiona, ubi Philippi accurationem deſideres, quod res præpoſtere ordinarit, quæ hic ſervata temporum ſerie recenſendæ ſunt. Quarta itaque ſeu poſtrema, proprie dicta translatio ſic a Philippo deſcribitur pag.* 132. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, quarto Idus Junii, Domini Alexandri pontificatus anno ſecundo, cum Reverendus Pater Eyſtettenſis eccleſiæ Henricus Epiſcopus, maturo prahabito conſilio, Beatum Willibaldum, qui reconditus in crypta fuerat, collocare decreviſſet honorificentius, vocatis Prælatis vicinis, Sybotone, quondam Auguſtenſi Epiſcopo, & viris religioſiſſimis, Abbatibus, Prioribus, tam Ciſtercienſis quam Cluniacenſis Ordinum, ſuffultus duodecim (tam) Prædicatorum quam Minorum fratrum juvamine, cum maxima reverentia ſarcophagum reſeravit. Ubi nos, qui interfuimus, ſi fas

B eſt eloqui, fragrantiam ſenſimus paradiſi. Sublatis vero reliquiis Confeſſoris beatiſſimi, & in novo collocatis ſarcophago, præcedentibus Pontificibus, & aliis quam plurimis ſubſequentibus, cum hymnis & canticis in choro ſuper altare Cathedralis eccleſiæ eaſdem collocarunt. Ut autem comprobaret Dominus & B. Willibaldus, translationem hujuſmodi ſibi placitam, ſtatim cum collocatus in altari fuerat, hæc miracula ſunt ſecuta. *In ſigna dividit Philippus, quæ auctor codicis Ms. ea innumeris antea patratis pauca collegit, a nobis poſt Hodœporica deſcribenda.*

In Epiſcoporum Catalogo deſumpta.

51 *In toties dicto Epiſcoporum Catalogo hæc præ ceteris translatio ab anonymo codicis compilatore accurate enarratur apud Gretſerum pag.* 475. *non pigebit rem totam aliis circumſtantibus, quæ a Philippo prætermiſſa ſunt, veſtitam oculis quodammodo cernere:* Anno Domini MCCLVI. IV. Idus Junii, S. Willibaldus cum temporibus multis & annis in crypta eſſet honorifice ſarcofagatus, his vero temporibus, perſonis religioſis & diſcretis, ſexus tam maſculini quam feminini, ſæpius per divinam viſum eſt revelationem, quod ab eo loco, in quo reconditus erat

C B. Willibaldus, deberet transferri, & in alio loco locari, propter quaſdam enormitates, quæ a ſtultis ibidem ſæpius attentari ſolebant. *Narrat deinde habitum ab Epiſcopo conſilium de translatione inſtituenda in Octava Pentecoſtes. Itaque* Dominus Epiſcopus Henricus, dictus de Wirtenberck, ejuſdem loci, qui erat triceſimus tertius a S. Willibaldo, necnon Dominus Syboto, Epiſcopus Auguſtenſis, univerſis Prælatis & Clericis Eyſtettenſis diœceſis eis cooperantibus, luceſcente die, propter preſſuram hominum, hymnis & canticis, devoto animo in cryptam, cum cappis infinitiſque luminibus ad ſepulcrum Confeſſoris egregii proceſſerunt, & ibidem inventus vir Deo charus, de eodem loco, mœrore maximo & fletu, divina gratia conſentiente, & bona voluntate B. Willibaldi accedente, translatus eſt, & ſuper altare majus, in choro B. Mariæ Virginis, in ſarcofago bene deaurato, ut a ſupervenientibus videri poſſet; & eis in ſalutem ea die poſitus eſt. *Ad Majorem ſolemnitatem allata ſunt Eyſtadium corpora SS. Wunebaldi & Walburgis, ut ubi pluribus deductum invenies.*

Julii Tom. II.

51 *Ex eodem codice hanc inconcinnulam ſubdit Gretſerus:* Dies translationis S. Willibaldi de crypta ad monaſtarium, ſemper in Octava Pentecoſtes, in perpetuum in diœceſi Eyſtettenſi debet celebrari. Unde, fratres chariſſimi, in mente habere debetis gratiam, quam Dominus Deus oſtendit & conceſſit eccleſiæ Eyſtettenſi, in honorem ejus Genitricis & ſanctæ Willibaldi, & propter hoc gratias agatis noſtro Redemptori die ac nocte. Acta ſunt hæc poſt obitum B. Willibaldi annis CCCCLXXV. peractis, *In Kalendario Pontificalis, teſte Gretſero, hæc ad* IV. *Idus Junii annotantur:* Anno Domini MCCLVI. IV. Idus Junii, S. Willibaldus de crypta translatus eſt, & ſub magna cuſtodia habitus, & omni die magnatibus terræ & ſupervanientibus oſtenſus eſt. Demum III. Idus Octobris in monaſterio ſarcophagatus eſt. *Quare etiam ad diem* XIII. *Octobris hæc adſcribuntur.* S. Willibaldus anno MCCLVI. in monaſterio ſarcophagatus eſt. *Et quidem in medio monaſterii, ut habet relatio de translatione* S. Willibaldi, *inquit iterum Gretſerus, recte cavens, nequis per* monaſterium *hic aliud accipiat, quam templum Cathedrale ſeu primarium. Ceterum, qui hæc omnia, de Henriciana tranſlatione fuſius enarrata, recte mecum perpenderit, fallor vehementer ni mecum merito ſuſpectur, ipſiſſimam hic indicari ſecundam Philippi translationem, de crypta poſt altare B. Viti,* in medium eccleſiæ. *Utrum tertia confundenda non ſit cum ſolemnitate Hiltbrandina, ex ſequentibus conſiderandum relinquo.*

D Auct. J. B. S. quæ retuli dicitur in Octava Pentecoſtes.

E

53 *Hæc denuo Philippi verba ſunt pag.* 131. Noviſſime vero Epiſcopus, multa reverentia dignus, nomine Hiltebrandus, qui tunc temporis eccleſiæ præerat, ex magna devotione, necnon rationabiliter decrevit, ut ei baſilicam per ſe conſtrueret, in qua ſanctiſſimum corpus, honorabiliter ſarcophagatum, ſine mutatione loci permaneret. Quod & complevit, ſecundum quod ſtructura hodierna die manifeſtat. Inſtituit etiam idem Epiſcopus, nec non alii ſucceſſores ejus inibi quatuor capellanos, Deo ac B. Willibaldo perpetuo ſervituros, qui & capellani præcipue Beati Willibaldi omniumque ſucceſſorum ejus ſpecialiter nuncupantur. Ubi miracula & miraculorum prodigia adeo innumerabiliter crebuerunt, quod

F pelagus eorumdem tranſire poſſe, noſtræ facultatis non exiſtit. *Hactenus ille, cum quo non facile conciliaveris, quæ in codice Ms. apud Gretſerum pag.* 477. *referuntur de laudato Epiſcopo Hiltbrando*, qui chorum occidentalem ſeu S. Willibaldi complevit, & in eo duos capellanos inſtituit, & completo eodem choro, S. Willibaldum III. Idus Octobris TRANSTULIT magna cum ſolennitate, & in ſupremo altaris majoris ejuſdem chori S. Willibaldum incluſit, & chorum S. Willibaldi ordinavit in perpetuum nominandum, ubi divina clementia per ipſum multa quotidie miracula operatur. *Si ex ſupra citatis Philippi verbis*, deinde ſuper chorum B. Virginis collocatus eſt, *expungas* B. Virginis, *habebis translationem tertiam, quidquid idem tam diſerte affirmet, ſacrum* corpus honorabiliter ſarcophagatum ſine mutatione loci permanſiſſe, *quem errorem ei cum ceteris condonabimus.*

Translatio in chorum S. Willibaldi.

54 *Et certe nec diligentem nec accuratum hiſtoricum fuiſſe Philippum, multis jam argumen-*

quæ vera & divina fuiſſe videntur.

A Auct. J. B. S. *sis absurde demonstratum est. Quis autem credidisset, in ultimo vitæ capite, dum rem sibi tam vacuam proponit, aberraturus fuisse. Hiltbrandi ætatem cognoscimus ex eo, quod Eystettenses Episcopus undecimus sexagesimus quintus, sederit ab anno 1261. ad annum 1279. Si igitur interfuit Philippus translationi, ab Episcopo Henrico procuratæ anno 1256. haud dubium, quin videre potuerit, quæ annis post quatuordecim, adeoque multo serius gesta sunt; neque enim frustra addit novissime. Nihilominus codici Ms. quem in aliis manifeste secutus est, hic aperte contradicit. Cum in vetus seculo XIII. gesta nonnulla adeo confusa & opposita exhibeant Eystettenses, mirari desinemus, quod in longe antiquioribus discrepantia, non statim & ex eorum tabulis abtemperemus. Quisquis vero hic fallat; sive anonymus codicis scriptor, sive Philippus, tametsi hæc translationes plures repræsentare videatur, dicam audacter quod sentio; postquam omnia eo spectantia non ociosanter excussi, puto solas vras, in monumentis Eystettensibus unumquæ descriptas, nec plures admittendas esse. De his autem cum satis dictum sit, restat, ut de reliquiis & earum veneratione, de Officiis item ecclesiasticis pauca, quæ reperiri potuerunt, strictim colligamus.*

B

§. VII. Reliquiarum veneratio, prosa & rhythmus.

Sacri corporis Eystadii depositi. *IN descriptis modo elevationibus & translationibus sic omnia exponuntur, ut nemini dubium suboriri possit, quin reliquiæ omnes, seu integrum ac maximum S. Willibaldi corpus, ibi elevatum, & adhuc hodie Eystadii depositum sit, ut frustra alibi sacræ exuviæ quæri debeant, nisi forte recentius fuerint distributæ, de quo cum Gretserus nihil tradiderit, non est unde rem illam investigemus. De Officio ecclesiastico pauca etiam a laudato scriptore suggeruntur. Ad reliquias quod attinet, ita loquitur pag. 272.* Corpus S. Willibaldi Aschstadii in choro Willibaldino asservatur, cujus tamen translatæ reliquiæ nunc Furnis servantur inquit Balæus Centur. 2. cap. 16. At non totæ, o bone, sed dumtaxat portio quædam. Quod etiam de S. Walpurge dictum esto; de quo admonere non superfedit Molanus, in Sanctorum Belgii Indiculo, idque nequis deciperetur narratione quorumdam, qui rem ita referunt, ut quis existimare possit, totas reliquias Furnas deportatas esse; quod a vero alienum est. Facto est hæc portionum de reliquiis S. Willibaldi, S. Wunebaldi & S. Walpurgis translatio anno Domini DCCCLXX. quo tempore Otkerus seu Otkarius, VI. Eystettensis Episcopus, cathedram Willibaldinam moderabatur; quamquam in rebus gestis hujus Episcopi altum sit de his reliquiis in Flandriam missis, silentium. Balduinus cognomento Ferreus tunc Flandriam imperio tenebat; sub quo etiam corpus S. Donatiani, Archiepiscopi Remensis, Brugas Flandriæ translatum est, anno gratiæ DCCCLXIII.

C

quæ pars Furnas in Flandriam deferri potuerit. 56 *Hæc cursim Gretserus, quæ longe accuratius ab Henschenio discussa & eruderata sunt in Commentario ad Acta S. Walburgis XXV. Februarii, ubi diligentissime inquirit, quo tempore, qua occasione & modo in Flandriam transferri potuerint reliquiæ sanctæ istius Virginis, eas in pluribus Belgii nostri urbibus, ut ibi invenias, insignia tem-*

pla dicata sint, vix ulla usquam sanctorum fratrum Willibaldi & Wunebaldi *facta mentione, nisi quod in aliquibus fastis, e laudato Henschenio num. 41. enumeratis, ad 1. Maii & ad XV. Augusti simul conjungantur, ea verosimiliter de causa, quod non S. Walburgis, seu sanctorum fratrum Episcopi & Abbatis corpora, in Flandriam simul translata crederentur, quod de partibus, seu notabilibus reliquiis Gretserus & Henschenius recte intelligunt. Rei de se satis perplexæ dilucidius explicandæ, nullus est qui post Henschenium operam contulerit, nec quidquam suggessit Mabillo, nec ego alibi reperi, quo prædicta historia illustretur. Quod si epocha Gretserianæ quis insistat, admittendum erit, acceptas Eystadio reliquias, priusquam S. Willibaldi corpus eleparetur; aut fatendum, toto seculo citius bona ejusdem fuisse, quam ferat traditio Eystettensium. De reliquiis S. Walburgis plena sunt omnia, de Sanctis fratribus, non nisi per concomitantiam, ut ita loquar, nulla usquam notata fuere S. Willibaldi corporis certa portione, ut pronde Eystettensium possessioni id genus silentium non obscure favere videatur, certe sacrorum corporum, tum fratrum tum sororis partem longe maximam ibidem hodie honorari, non nisi temere & temerarie quis in dubium ausit revocare.*

D

E

57 *Officia seu Breviaria vetusta de* S. Willibaldo, *quæ huc facerent quam maxime, nulla profert* Gretserus, *solam Sequentiam seu prosam ex aliquo antiquo missali pag. 380. & sequenti hymnum allegans, qui ex Breviario Eystettensi decerptus sit. Pauca monumenta sæpius vexata, sunt Pontificale, Kalendaria & codex aliquis manuscriptus, in quibus solæ istæ relationes ferme habentur, quas ex Philippo extractas quis opinari possit, nisi eadem illa instrumenta Philippo ipsi præluxerint; nihil vero suppeditat Gretserus, quod ad peculiarem festivitatis Willibaldinæ celebrandi ritum pertineat. Apud nos nullum* proprium festorum diœcesis Eystettensis *exstat, præter illud, quod anno 1619.* jussu & auctoritate Reverendissimi & Illustrissimi Principis Joannis Christophori, Episcopi Eystettensis, typis datum est; *in quo Officium decernitur sub ritu duplicis primæ classis, tamquam* ecclesiæ Eystettensis primi Episcopi & patroni, *quod per octo dies, seu per Octavam, ut loquimur, continuetur. Ad hodiernum ritum Romanum aptantur omnia, ut ide communi sint, præter orationem & lectiones secundi Nocturni. Hic illam primum subjicimus:* Deus, qui gloriosum Pontificem tuum Willibaldum, Anglorum regni heredem, hodierna die ad æternam angelorum hereditatem transtulisti; concede propitius; ut ejus meritis & intercessione, coheredes ipsius in tua gloria esse mereamur. Per Dominum nostrum Jesum. *Non satis convenit cum traditione Eystettensi, quod Sanctus Wunebaldus natu major fuerit, & hic* Sanctus Willibaldus, regni heres *dicatur.*

Lectiones pro Officio ecclesiastico.

Ex Hodœporico pura disumpta non sunt.

58 *In primo Nocturno lectiones* Fidelis sermo. *In secundo Nocturno lectioni quartæ præfigitur hoc titulus:* Ex Hodœporico S. Willibaldi apud Henricum Canisium tomo 4. antiquæ Lectionis. *Rectissime ad fontem recursum est; at cum candide & sincere nos loqui oporteat, fallit speciosus titulus, multa siquidem inserta sunt, ab Hodœporici puritate multum remota. Audi vel ipsum principium:* Willibaldus Richardi Anglorum Regis filius. *Ibidem de Gregorio secundo*

summo

A *ſummo Pontifice aliqua etiam addantur, quæ quamquam veroſimilia eſſe poſſint, in Hodœporico certe a Sanctimonialis non memorantur. Lectio quinta ab autographo recedit minime, verum ſexta tota Philippina eſt, expreſſis ejus chronologicis calculis, de conſecratione epiſcopali anno 745. ſuſcepta, de annorum 77. ætate, deque epiſcopatu per annos triginta ſex adminiſtrato, quæ ſuperius abunde refutata habes paragraphis tertio & quarto. An ultra diœceſim Eyſtettenſem ſe extendat ſtata S. Willibaldi ſolennitas, non eſt mihi compertum; certe quamvis in tabella Furnenſi legerit Henſchenius, deportata iſtuc* corpora ſanctorum Walburgis & fratrum ejus Willibaldi & Wunebaldi, *ſola Walburgis & ibi & aliis per Belgium urbibus annua veneratione recolitur. Quomodo in Angliam etiam pervenerint Sanctorum fratrum & ſororis reliquiæ, docet Henſchenius a nu. 57. verum peculiaris venerationis argumenta illinc hodie accerſenda non ſunt. Habe modo proſam ſeu Sequentiam, ex miſſali Eyſtettenſi a Greſero relatam pagina, ut dixi, 380.*

B *Sequentia de Sancto.*

59 Fulget dies præclarus, cunctis memorandus ſeculis,
Manſura quo Sanctus ſui laboris præmia
Willibaldus intrat, aulæ cœleſtis municeps.
Nam Regum Rex Chriſtus terra luce hodierna, corporis
Eductum de clauſtris, ſupernis aſſociavit civibus.
Laboribus plurimis quamvis eſſet affectus nimium,
Pro nihilo hos habuit, bonorum futurorum conſcius.
Hunc Anglia natum, angelis attitulat.
Hic Spiritu ſancto afflatus, dum vagiret in cunabulis, hoſtiam,
Renuncians pompis omnibus diaboli,
Et cœlibem vitam ducturus, ſe Domino velut agniculum immolat.
Tranſcurſa infantia, cum tribulibus mox ſe eripuit patria.
Nunc Romam, & Hiero circum plurima loca inviſerat ſolymam;
C Hic rura poſtquam peragrat tranſmarina, quæ factus homo Jeſus Chriſtus carnalibus ipſe obambulavit pedibus,
Proſpexit tandem Dominus peregrinum talem pluribus profuturum: nos proprias illi commiſit oviculas.
Has vigil & bonus paſtor uberrimis pavit & ſatiavit paſcuis.
Et florida poli ſecurus ſcandit; virtutum inſignia ſuis diſtribuens.
Ortu illius, o Chriſte, a peccaminum monſtris nos tueri velis.

60 *Demum accipe & hymnum.*

& hymnus.

Mare, fons, oſtium atque terrarum
Deus, tu omnium caput bonorum,
A te bona fluunt, ad te recurrunt.
Longa ab inſulis pars bona maris
Ad fontem rediit, teque requirit
Jeſum viventium fontem aquarum.
Maris fons Deus, pars Willibaldus,
Qui procul patriis currens ab oris,
Cervi more ſuum tendit ad hauſtum.
Anglorum inſulæ ſelix alumne,
Nos prece ſedula dignos fac aqua,
Quam quiſquis biberit, ſitim poſt neſcit.
Mundos baptiſmate fraudes iniquæ
Semper inficiunt, maleque mergunt
Per ſtagnum criminis in pœnam mortis.
Sed tuis precibus, omnes rogamus,
De ſæva eripe noxa charybdis
Tangentes lacrymis portum ſalutis.
Laus tibi Trinitas, laus & poteſtas,
Te laudant flumina, cœli ae terra,
A mari ad mare laus ſit hac die. Amen.

D AUCT. J. B. S.

§. VIII. Hodiernus Sancti cultus, & monumenta ipſi erecta.

Nova notitia & monumenta

HIS, *quæ hactenus dicta ſunt, ſic ordinatis & digeſtis, nihil mihi occurrebat, quod ad* S. Willibaldi *gloriam magis illuſtrandum ex editis monumentis ſubjungerem, tametſi id deſiderarem quam maxime; ne quid igitur a me neglectum aut prætermiſſum dici poſſet, id reliquum ſupererat, ut Eyſtadium recurrerem ad noſtri iſtic collegii Rectorem R. P. Franciſcum Schuch, a quo perhumaniter exauditus, ea omnia impetravi, quæ vir diligentiſſimus colligere potuit, cujus proinde officioſis obſequiis adſcribenda ſunt quæcumque hoc ultimo paragrapho deducuntur, atque in ea inciſa exhibentur. Uſus ipſe eſt opera Reverendiſſimi, Prænobilis & Amplifſimi Domini, D. Joannis Adami, Epiſcopi Dioceſis, Reverendiſſimi & Celſiſſimi S. R. J. Principis & Epiſcopi Eyſtettenſis, tam in pontificalibus quam in ſpiritualibus Vicarii generalis, conſiliarii & conſilii eccleſiaſtici Præſidis, eccleſiæ cathedralis Auguſtanæ Canonici capitularis, necnon eccleſiæ collegiatæ ad S. Nicolaum Spaltæ Præpoſiti. His viris duobus, ſtudioſiſſimis* S. Willibaldi *clientibus, hic fideliter reddo, quæ ab ipſis me accepiſſe lubens confiteor, ſuppeditatis etiam ſumptibus, qui ad ſcalpendas excudendaſque imagines requirebantur.*

E

Eyſtadio accepta ſubſidia.

62 *Tota mea inveſtigatio ea quærebat potiſſimum, quæ ſpectarent ad hodiernum* S. Willibaldi *cultum, & monumenta in ejus honorem erecta, quorum cum delineationes inde obtinuerim, eas lectorum oculis ſuberabendas non cenſui. Deplorandæ maxime fuit urbis Eyſtettenſis, funeſte Suecico bello depopulatio & vaſtatie, quando incenſa fuere plurima, combuſta, diſtracta & deſtructa, ſic ut, teſte laudato Reverendiſſimo Dioceſeſi Epiſcopo, non ſatis conſtet, quod & quantum de ſacro* S. Willibaldi *corpore in ſepulcro eccleſiæ, quod numquam aperitur, hoc tempore ſuperſit. Nec porro mirandum, ſi per prædictas graſſationes multa inſtrumenta perierint, quæ ad illuſtrandum* S. Willibaldi *cultum non parum conducerent. Ceterum perſtat hactenus ſumma Eyſtettenſium in ſanctum ſuum Patronum & conditorem veneratio, ac circumvicinorum populorum, etiam exterorum ad ejus ſepulcrum confluxus, præſertim ſolennitate hodierna, quæ ab omnibus feſtive recolitur, epinor non ſine novis beneficiis & miraculis, quamquam accuratior eorum ratio habita non fuerit.*

F

Cultus hodiernus.

63 *Quod ante mihi dubium erat, nempe quouſque ſe extenderet eccleſiaſticus cultus, ſic explicuit R. P. Rector:* Significo, feſtum S. Willibaldi in tota diœceſi eſſe feſtum, etiam in foro, & celebrari ſub ritu duplici primæ claſſis, in iis Bavariæ quoque partibus, quæ ad hanc Eyſtettenſem diœceſim ſpectant. In vicina vero Auguſtana diœceſi, quantum mihi conſtat, ſub ritu duplici: *quod confirmat* Index divini Officii *pro ea diœceſi, cujus exem-*

A *plar habemus impreſſum anno 1685. Quid? quod*
Auct. *& S. Willibaldi memoriam reperierim in directo-*
J. B. S. *rio ad horas Canonicas recitandas pro provincia Bohemiæ noſtræ Societatis, Submiſerat idem P. Schuchius lectiones varias de S. Willibaldo ex Breviario anni 1589. deſumptas, verum cum ſta-tim adverterim, eas omnino conuenire cum iis, quas paragraphp præcedenti num. 58. probare non potui, ſatius viſum eſt, iis edendis ſuperſedere. Nunc ad ſacrum tumulum accedimus, monumen-tum ave dignum & poſterorum memoria, utpote opus magnitudine, arte & antiquitate preciosum. In duas tabulas diviſim accepimus & ſic excudi curavimus. Habe totius operis deſcriptionem ipſiſ-ſimis Schuchii verbis:*

& monumenti deſcriptio.

64 Sacellum, quod Chorus S. Willibaldi nominari ſolet, poſtrema eccleſiæ cathedralis pars eſt, ampliſſimæ baſilicæ, non indecora, & religione colentium inclyta. Baſilicam ho-die conſpicuam ædificavit Engelhardus Epiſco-pus xxxiv. cum prædicto Choro S. Willibal-di, quem tamen primum ejus ſucceſſor Hil-debrandus abſolvit. Aſcenditur ad illum per quinque gradus ex ſolido lapide, marmori non abſimili, ſtratos. In horum ſupremo ar-tificioſa & ingens ſtatua S. Willibaldi, in ſo-lio inter duas columnas cum epiſcopalibus or-namentis ſedentem referens viſitur. Supra ſo-lium eminent, in medio Chriſti Cruci affixi, & dextra lævaque Beatiſſimæ Matris & divi Joannis Cruci aſtantium icones. Quæ omnia ex marmore artificioſe elaborata ſunt. Latera ſtatuæ utrimque clathri ferrei & deaurati oc-cupant, per quos aditus ad ſacellum patet, atque id a reliquo templo ſecluditur. Intra clatbros, a tergo ſtatuæ, ſepulcrum bujus San-cti in veneratione eſt, antiquiſſimi operis & artis ex ſecto lapide conſtructum a memorato Epiſcopo xxxv. Hildebrando, anno MCCLXXVI. Sarcophago ara contigua eſt ſacelli media; nam duo altaria alia, a ſepulcro remotiora, ex utroque latere erecta cernuntur. Ultimum ſacelli ſpatium odeum, & infra hoc ſacriſtia explent. Habet ſacellum hoc ſuos Canonicos, qui a S. Willibaldo, Willibaldini vocantur; & ſunt hoc tempore novem. Denique illu-ſtrius redditur ſacris Ordinibus, qui in eo ſta-tis temporibus conferri ſolent.

B

C

& reliqua extra ſumulum,

65 *De reliquiis hæc addidit Reverendiſſimus, quæ non magis quam præcedentia alibunde eruere integrum erat; nempe in Choro Cathedralis eccle-ſiæ aſſervari os brachiale, hierotheca argen-tea affabre facta incluſum, ibique haud dubie populo veneratione exponi ſolitum. Ad S. Wal-burgæ oſtenditur S. Willibaldi digitus, cum ejuſ-dem Sancti dente. In aula vero Celſiſſimi Prin-cipis & Epiſcopi Eyſtettenſis, quæ pariter a ſan-cto Patrono Willibaldina nuncupatur, magno in honore habetur Sancti cranium, debite etiam or-natum. Pedum & annulum poſſident illuſtres Canonici eccleſiæ cathedralis; mitram, caſulam, albam cum humerali & rationali, ſpeciali utique Epiſcoporum Eyſtettenſium privilegio, cuſto-diunt canonici Chori S. Willibaldi, qui in Ca-thedrali eccleſia nominatur inferior. Sunt ii bo-diedum, ut ſupra dicebat Schuchius, numero no-vem, qui etiam Cappellani Willibaldini appel-lantur, a diverſis Epiſcopis Eyſtettenſibus funda-ti, qui ad certas Miſſas obligati choro præter-ea non deſerviunt, ſed in ſervitiis Epiſcopi, tamquam conſiliarii eccleſiaſtici, plerumque em-ſtuus. Hactenus ferme Reverendiſſimus & P. Schuchii verba, aut ſaltem eorum ſenſus integerrime reddidimus. Sequuntur Hodæporica ex Henrici Caniſii editione, de qua ſuperius, dum de Legendis diſputaretur, abunde actum eſt.*

D

V I T A

Seu Hodæporicon, auctore virgine conſanguinea Sanctimoniali Heidenheimenſi, ex editione Caniſii correcta ex variis lect. Gretſeri,

PRÆFATIO SANCTIMONIALIS.

a Opus hoc ſponte agi creditur.

VEnerandis, imoque *a* in Chriſto chariſſimis omnibus, ſacerdotalis infulæ bonore ditatis præsbyteris, præclaræque indolis diaconibus & nihilominus abbatibus, ſive omnibus popularis conditionis proceribus, quos paſtoralis curæ privilegio, pius procerum Pontifex, alios ſancto ordine præsbyteros, alios ſobriæ pudicitiæ elegantes diaconos, alios cœnobialis militiæ monachos, & alios ſub diſcipulari habitu, ſolertibus litterarum ſtudiis inhærendo, docendo, ad meliora recti regiminis principatu erudiendo provexit, & ita ut egregius exercituum alumnus ſua induſtria per diœceſim diligenter quodammodo, ut natos proprios mulcendo, fovendo fovere ſolebat: Iſtis omnibus iſtic ſub ſacræ legis moderamine manentibus, ego indigna Saxonica de gente, iſtinc venientium noviſſima, & non ſolum annis, ſed etiam moribus, & de illorum comparatione contribulium meorum, quaſi homuncula; ego quidem vobis religioſis ac Catholicis viris, cœleſtia bibliothecæ miniſtris, ob utilitatem memoriæ, pauca perſtringendo, paulatim de primordialis vitæ ejus venerandi Willibaldi proœmio diſputare decreveram. Sed tamen præcipue ego femina fragilique ſexus imbecillitate corruptibilis, nulla prærogativa ſapientiæ ſuffulta, aut magnarum virium induſtria elata, ſed ſpontanea voluntatis meæ violentia coacta, velut quadam ignari parva de pectoria prudentia pauca decerpens, & ex multis frondoſis frugiferiſque arboribus florum varietate miſtorum *, exigua qualibet arte, ſaltem extremis in ramis, veſtræ memoriæ apta pauca excerpere, compaginare, ediſſereque me libet, Et nunc reciproco ſermone iterando dico, non propriæ præſumptionis primordio, non temeritatis audacia freta, inſtanter hoc ineipere, niſi ut vix audeo.

E

F

* *al.* omniſtorum.

2 Sed quia nunc primum Dei gratia, ve- *2 al.* nuncad nerandæque viri tanti viſionis magnitudine, veſtræque auctoritatis excellentia, & nihilominus bene valido veſtræ voluntatis auxilio atque conſenſu, aliquatenus me credebam poſſe impetrare, ut tanti operis celſitudinem, tantaque miraculorum, nec non etiam virtutum ſigna, quæ Dominus pro humani generis ſalute ſe bumiliando, deſcendendo, in humani corporis aſſumptione, divinæ robo-

ratus



NAPOLI

Digitized by Google

Tom 2. Julii pag 101



A ratus potentiæ privilegio, præſtare atque perficere dignatus eſt in hoc mundo; ſuiſque oculis venerandi viri Willibaldi corporaliter cognita, ſuiſque plantis per omnia palpando, penetrandoque viſibiliter comparere; hæc omnia intimando perſtringimus. Et non ſolum ſigna, quæ nobis per Evangelii gratiam certa demonſtrantur, ille videbat; ſed etiam ipſa terrarum loca, ubi Dominus noſter naſcendo, patiendo, ac reſurgendo nobis apparuit: & nihilominus alia prodigiorum virtutumque veſtigia, quæ Dominus in iſto orbe terrarum promere, diffamareque dignatus eſt; ille perſpicax noſtrorum omnium pædagogus, omnia tranſmeando, fide robuſtus, fato fortunatus, procaciter peragrans, omnia viſitando reperiebat atque videbat. Unde nunc certe, ut ita dicam, mihi videbatur eſſe protervum, quod iſta omnia muto tenacitatis ſilentio opilatis

B labiis, humana taceat lingua, quæ Dominus ſuo ſervo, per proprii corporis laborem, per viſionem oculorum oſtendendo, in noſtris temporibus revelare dignatus eſt. Iſta non apocryphorum, non erratica diſſertatione relata eſſe cognoſcimus; ſed ſicut, ipſo vidente & referente, de oris ſui dictatione audire, & nihilominus ſcribere deſtinavimus, duobus diaconibus teſtibus mecumque audientibus, nono Kalendas Julii, pridie ante ſolſtitia die.

quæ a S. Willibaldo acceperat

3 Iſtos certe litterarum apices non ideo ego idiota diſputare inchoo, quod de veſtræ ſagacitatis induſtria me aliquid diffidere æſtimetis, ſeu quod bene non ooverim ego multos virorum *, quos Dominus Deus noſterque Antiſtes mihi præſtantiores, non ſolum virilis ſexus dignitate, ſed etiam divinæ conditionis miniſterio, præferre dignatus eſt, multo magis divinæ legis eruditione, & nihilominus indagatione ſolertis curæ procaciores diſponere ediſſererequе. Sed quia me, indignam tamen, de illorum *b* genealogiæ ſtirpe non aliunde propagatam, ſorte de extremis ramorum cauliculis fore noverам, de tantis talibuſque virorum beatitudinibus venerabiliſque vitæ eorum, non ſolum in actibus, ſed etiam in itineribus variis, multifariiſque miraculorum magnitudinibus, perfecte proficiſcentium, aliquid memoriæ dignum lectoris legendi manibus imponere me libet. Quorum alter ſummæ ſacerdotaliſque inſulæ, paſtoraliſque curæ prærogativa prælatus, inclitus crucicola, magnus Magiſter Willibaldus; & alter recte ſoliditatis iter arripiens, prava dirigens in directa, aſperaque & ferocia polite planitans, ſpiſſas pravorum gentilium proterваſque peccatorum ſpurcitias non deſide tepide titubanti mente, ſed felici temeritatis audacia procaciter, ſupernæque ſagacitatis telo rite roboratus, inſtante labore omnia exinanivit. Qui ſacerdotali quoque prælatus inſula, paſtoralique computatus honore Abbas erat, præclaruſque Chriſticola Wunebaldus. Iſta omnia per albas camporum planicies, ſulcato tramite, nigra perarata veſtigia ſcripta, veſtra cara coram ſcientia præſentata, contra omnes æmulorum vituperationes, Dei gratia, veſtraque per omnia protectionis parma, & nihilominus placide veſtræ commendamus perceptioni, ut in omnibus læti laudemus nos liberantem, dona tribuentem Dominum.

* *al.* veſtrorum.

b

ipſe conſanguineus

C

ANNOTATA.

D

A. SANCTIMONIALI.

a *Ex ipſo principio ſtatim patet, quod in commentario diximus, rudi minerva & inconcinno ſtylo ſua ordinaſſe Sanctimonialem, ut halitus quandoque deficiat, priuſquam longos hauteſque ſenſus ad rectam conſtructionem reduxeris. In hac etiam præfatione nonnulla reſtituenda fuerunt, ut in titulo monui.*

b *Hic per* illorum *& paulo inferius* eorum, *indicat ambos fratres* S. Willibaldum *&* S. Wunebaldum, *quorum conſanguineam ſe eſſe aſſeruit; at non ſororem, quod ex hoc loco gloſſator aliquis male elicuerat.*

INCIPIT VITA.

CAPUT I.

E

S. Willibaldus trimus miraculoſe ſanatur, piis exercitationibus & litteris in monaſterio inſtitutus, patrem & fratrem ad Romanam peregrinationem inducit.

PRimum igitur venerabilis, ſummique Dei Saeerdotis, atque Pontificis primordium, vitæque illius venerandi viri ſancti Willibaldi ſublimitatem, qui ſolerter ſub ſacræ legis moderamine, alma priorum exempla Sanctorum militando, ſerviendo, mente & moribus ſectando inhærebat; bujus itaque vitæ exordium & inante juventutis medietatem, ad illius uſque ſenectutem, proceſſum, & hactenus uſque decrepitam ætatem intimando, gracilem opuſculi hujus conjecturam glomerando ordiri decreveram, ordinandoque texere.

pro venerabilis

5 Cum ille in procemio ſuæ infantiæ cunabulis amabilis, atque delectabilis, blandiſque nutrientium adulationibus, præſertimque parentum circa illum magnæ devotionis affectu, diurnaque ſolicitudinis provideotia curam gerentium confortatus atque enutritus, ad triennium uſque pervenit. Tranſactis itaque tunc tribus annorum curriculis, cum parvus ille ſeu delicatus fragili ævo, infantiali ætate, teneri corporis adhuc gereret artus, ſubito evenit, ut illum triennio gravis corporis aggravaret ægritudo, tantaque eſt arreptus corporis moleſtia, ut exiguæ membrorum ſtringerentur compages, & vix in eo permanens flatus vicinum minabatur vitæ exitum. Cumque iſtud cernerent pater & mater, editum ſuum ægrotantem, jamque uſque pene ſeminecem, timidi extaſi, novaque mentis mœſtitia valde retenti, anxiari cœperunt, quod ſobolem ſuam ſibi genitam recenti lue laſſatam, exitialique diſcrimine ex improviſa morte irretitam fore viderunt, & illum, quem prius de primordialis infantiæ cunabulis ablactatum atque confoum, uſque ad triennium nutriebant, illiſque ſuperſtitem & heredem habere optabant, jam exanimem ſeu exſtinctum, glebaque coopertum, dolere timebant. Sed omnipotens Deus, mundi fabricator, cæli terræque limator, ſervum ſuum infantem, & adhuc

trimus a parentibus deploratus

F

inole-

A. SANCTIMONIALI.

A inoletum, exilibuſque membrorum compagibus ſenerum, hominibuſque incertum *, de corporis ergaſtulo adhuc educere nolebat, ſed ut magis * poſtea per orbem ſua norma neophytis patula panderet vitæ præmia.

* forte infletum
* al multo ity.

6 Sed ad priſtinam redeamus iterum præfati viri infantiam. Cumque parentes ejus magno mentis exceſſu ſuſpenſi, & de incerta filii ſui evaſione eſſent ambigui, ſumentes filium ſuum, obtulerunt illum coram illa dominica ſanctaque Cruce Salvatoris. Quia ſic mos eſt Saxonicæ gentis, quod ſo oonnullis nobilium *a*, bonorumque hominum prædiis, non eccleſiam, ſed ſanctæ Crucis ſignum, Domino dicatum, cum magno honore almum, in alto erectum, ad commodam diurnæ orationis ſedulitatem, ſolent habere. Illic ponentes illum coram Cruce, Dominum Deum, omnium plaſmatorem, illos conſolari, ſoſpitemque ſuum ſervare natum, ſuis virtutibus obnixe flagitabant; ſicque intentiſſimis illorum precibus ſe vicem reddere ſpondebaot Domino, ut ſi priſtina illius infantis reſtituta foret ſanitas, ex templo illum ſub ſacri Ordinis primordio tonſuram accipere, ſub cœoobialis vitæ diſciplina, ſub divinæ legis moderamine militando, Chriſti famulatui ſubjicere promiſeruot. Statimque, poſtquam illi vota voverunt, verba conſummaverunt, filiumque ſuum cæleſti commendaverunt Regi militare, confeſtim gratiam, & præterea a Domino petitionum conſequebantur effectum, priſtinaque puero poſtea reſtituta eſt ſanitas.

a

B

Deus conſecratur & manuducit.

7 Cumque illuſter ille puer io infaotia ad quinquennium uſque perveniſſet, aſt *b* io eo jam tunc temporis germinabat ſapientiæ virgultum. Itaque, parentes votiva deſideriorum implere properabant promiſſa, atque illuſtrem quaotocius, cum conſultu amicorum, carnaliumque propinquorum conſilio, ad ſacræ cœnobialis vitæ inſtrumenta præparare atque perficere feſtinabant. Conſeſtimque illum venerando fideliſſimoque viro Theodredo *c* commendabant, ſuaque providentia eum ad cœnobium ducere, omoiaque prudenter de ſua cauſa diſpenſare, diſponereque rogabaot. Cumque perrexiſſent, & illum ducerent ad monaſterium, quod vocatur Waltheim *d*, venerando Abbati illius monaſterii, qui vocatur Egbalt *e*, offerebant, & illum ſuæ conditionis jure juniorem, ceu obediendo diſcipulum ſuo ſubdiderunt imperio. Statimque ille Abbas monaſterii, ſecundum regularis vitæ diſciplinam, declarabat iſta ſuæ congregationi, ſicque ut cum eorum conſilio ſive licentia hoc foret, ille flagitabat. Cui protinus omnis illa conventio Fratrum ſimul reſponſum ſeu licentiam dabant, ſuæque voluntatis arbitrio hæc omnia fas ſore dicebant, aceeptumque illum ocius inter cœnobiale vitæ eorum conſortium jungendo ſociabant.

b Quinquennis Abbati Waltheimenſi traditus

c

d

e

C

8 Poſthæc itaque cum protinus puer iſte pudicus ſeu perfectus, lacris litterarum ſtudiis imbutus atque eruditus, ſacras Davidici carminis paginas ſolerti meotis intentione peragrans, ſed & etiam alia divinæ legis hagiographorum armariola iodagando, ſive legendo, procaci lenſu ſophyrus *f*, meote moderatus, indagabat: & tamen non adhuc plurimorum ætate annorum grandævus, ſed ſicut divina ſemper ſuperna pietatis clementia agere ſolet, ſecundum propheticum prophetiarum vaticinium, ex ore infantium ſeu lactantium perficere ſibi digoatus eſt laudem. Deinde itaque in eo jam ſimul anoorum ætas, mentiſque lagacitas, divinæ diſpenſationis moderamine, pullulare cœperat; & multo magis in eo jam tunc divina Spiritus ſancti gratia, quam corporis magoitudo creverat, aut membrorum valetudo. Totuſque jam ille in Dei amorem converſus, magna mentis diurnaque meditatione tractando monaſterialia moderationis inſtrumenta, monachialiſque vitæ monarchiam io abdita mentis quiete diu noctuque ſolicite volutabat, quomodo illorum ſe copularet caſtæ monachorum cheoreiæ, aut qualiter illorum fauſtia interfore *g* poſſit familiaris vitæ diſciplinis.

f sinuels & serruribus imbuitur.

g

D

9 Cumque iſta ſedulo intra mentis volubilitatem revolveret, tractare cœpit, qualiter hæc cogitatio promereri potuiſſet effectum, ut caduca cuncta coſmi * iſtius cootempneret, ſive derelinquere potuiſſet, & non ſolum temporales terrenarum rerum divitias, ſed & patriam atque parentes, ac propinquos deſerere, peregrinationiſque temptare tellurem, & ignota externorum requirere rura. Cumque aliquanti temporis intercapedine tranſacta, poſt illa infantialis ejus oblectationis ludicra, & pueriles incentivorum laſcivias, & illecebrolas luxurioſæ ætatis petulaotias, per indefeſſam atque ineffabilem divinæ diſpeoſationis gratiam, ad lanuginem, & pubertatis adoleſcentiam *b* perveniſſet, maximam in contubernio Fratrum dilectionem, per obedientiæ affectum, per manſuetudinis munificentiam, in ſe provocabat; ita ut amore & honore ioter omnes illos haberetur inſignis. Sicque diutius diurnæ ſolicitudinis cura, & divinis litterarum ſtudiis inhærendo die ooctuque eatenus vigeret, & reſtitudinis rigore meotem edomaret, ut de die io diem ad meliora cæleſtis militiæ inſtrumenta proficerer.

Peregrinationem mundi aiutatus * id eſt mundi.

E

b

10 Poſtquam ille adoleſcens, Chriſti vernaculus, ſicut ſupra diximus, ignotas peregrinationis ſuæ vias probare volebat, atque externas terminorum tellures adire, ſpecularique optaret, oecnon immaniſſima maris diſcriminare decreviſſet æquora, ſtatim ille iſta cordis ſui clandeſtina, eunctis occulta, carnali ſuo patri revelavit, atque illum oboixia flagitabat precibus, ut votivæ ſuæ voluntatis deſiderio, pergendi conſilio præberet conſenſum; ut & illi tranſeundi licentiam daret, & ipſe ſecum pergeret, attentius poſcebat. Cumque illum ad tanti operis initium, taotæque vitæ converſationem invitando, a ſeculi voloptatibus, a mundi deliciis, a temporalis vitæ falſis divitiarum proſperis, ſuggerendo, ſegregare veller & illum, opitulante Domino, ad rectæ conſtitutionis formam, & ad cæleſtis militiæ tirocinium, divinum inchoare ſervitium, propriamque deſerere patriam, & patula ſecum peregrinationis perquirere rura rogarer; & ſic illum demum præmiis, blandis oraculorum ſtudiis alloquendo incitaret, ut comitatu filiorum ſungens, egregia adiret Petri Apoſtolorum Principis limina; tunc ille primitus, illo poſtulante, petitum negaverat tranſitum, excuſaodoque conjugis & liberorum

patrem & fratrem ſui cum petrabat.

F

rorum inoletivorum *i* parvitatem & fragilitatem illos orbare, & alienis derelinquere, inhoneſtum & crudele eſſe reſpondit. Tunc ille belliger Chriſti miles, iteratis hortationum miraculis magniſque precum perdurationibus, toties per alperiora rigidioris vitæ documenta, metu & minis objurgabat, & toties blandis vitæ æternæ ſponſionibus, amœnitate paradiſi, & amore Chriſti, mulcendo illum inſtigabat: & ita omnibus modis hortando, alloquendo, animum ejus ad ſuæ voluntatis affectum provocare conatus eſt. Sicque tandem omnipotentis Dei auxilio, petentis & provocantis invaleſcebat voluntas, ita ut ille ſuus pater, & frater Wunebaldus adoptatam & hortatam ſe inchoare meram pollicerentur.

Iter ingreſſi Romanum appellant,

12 Poſthæc itaque cum, temporum intervallo & annorum vergente curriculo, æſtatis jam imminueret tempus, pater ſuus & frater cœlebs prædeſtinatum & adoptatum inchoavêrunt iter. Et congruo æſtatis tempore, prompti ac parati, ſumptia ſecum vitæ ſtipendiis, cum collegarum cœtu comitantium, ad loca venerunt deſtinata, quæ priſco dicebantur vocabulo, Hamelen Musha *k*, juxta illud moscimonium, quod dicitur Hambich. Et non multa poſt tranſacta temporis intercapedine, navigio parato, nauta ille cum claſſibus, ſuoque nauclero, nocte impenſo, Circio flante, & ponto pollente, remis crepitantibus, claſſibus clamantibus, celocem aſcenderunt. Cumque tranſmeatis maritimis fluctuum formidinibus, periculoſiſque pelagi preſſuris, vaſtum per æquor, citato celocis curſu, proſperis ventis *l*, velata nave, uti aridam viderunt terram. Et ſtatim ovantes de navi deſcenderunt, & illic caſtra metati ſunt, & tentoria fixerunt, in ripa fluminis, quod nuncupatur Sigona *m*, juxta urbem, quæ vocatur Rotomum: ibi etiam fuit mercimonium.

Inde Lucam, ubi paulis cunctatur.

13 Et illic aliquantis dierum curriculis requieſcentes, iterum pergere coperunt, & ſic multa illic Sanctorum oratoria, quæ illis commoda fuerunt, orando petierunt. Et ſic inante Gorthonicum *o*, gradatim ex parte peragrantes, ſupervenerunt. Cumque pergentes veniſſent ad urbem, quæ vocatur Lucca, S. Willibaldus & B. Wunebaldus, patrem eorum in comitatu itineris pariter cum illis ducebant. Statimque ibi ſubitanea præventus eſt corporis infirmitate, ut præteritis temporum intercapedinibus prope ***, jam inſtaret exitus ſui dies. Et invaleſcente in eo ægritudinis gravitate, feſſa ac frigida illius jam tabuerunt membra corporis; & ſic ultimum vitæ ſuæ exhalavit ſpiritum *p*. Statimque illi germani filii ejus, corpus patris eorum exanime, paternæ pietatis affectu percipientes, venuſte involverunt, & terra tumulaverunt in urbe Lucca ad ſanctum Frigdianum *q*. Ibi requieſcit corpus patris eorum. Confeſtimque illi pergentes, uſque dum per vaſtas Italiæ tellures perniciter, per concava vallium, per abrupta montium, per plana campeſtrium, ad arduas alpium arces, pedeſtrem ſcandendo greſſum dirigebant in altum.

** forte præoperta.*

Romæ commorans ſex horum curriculum;

13 Cumque luſtratis *r* alpium cacuminibus, glacieique nivium nebuloſarum turbine, almi Dei adminiculo, Sanctorumque ſuſtentaculo, cum cunctorum contribulium clientela, omnique collegarum cœtu, uti omnes timidos militum evaſerunt verſutias; illuſtria ac templo adierunt limina, & egregia Petri Apoſtolorum Principis petierunt præſidia, immenſiſque ibi omnipotenti Deo atque gratia referebant gratias, quod magnis tranſmeatis maris diſcriminibus, variiſque peregrinationis externorum ignominiis, per omnia proſpere ſcandere ſcholaſticum meruerunt ſcalam ***, & præclaram adire ſpecularique S. Petri Baſilicam. Tunc illi duo germani ibi manſerunt a nativitate ſancti Martini, uſque ad aliud ſolemnitatis Paſcha ***. Et interim dum illa frigida, fruſaliſque hyems tranſiendo præterit, vernaleque jam incumbendo inſtaret germen, & Paſchale per totum mundum fulgendo irradiaret tempus, ibi duo germani felicem monaſterialis diſciplinæ vitam, ſub ſactæ legis moderamine ducebant. Tum etiam decreſcente dierum calculo, & creſcente æſtatis æſtu ***, quæ ſolet præſtiga ſuccenſe febris, magna corporis illico arripti ſunt moleſtia, ita ut acriter anhelando, febricitando, & toties algore frigeſcens, toties calore æſtuans, atrox per artus diffuſa eſſet poſtis, & ſic irretiti & retenti, magnoque mortis prope exitio conſtricti, ſubve fauces erant, ut vix jam in illis vitæ haltus, per laſſos fluentium arcus volitando verſaretur. Sed tamen indefeſſa paternæ pietatis providentia ſuis conſulere, ſuffragarique dignata eſt, ita ut unus de duobus unam hebdomadam, & alter unam in ſubſidium miniſtrandi illis requiem haberet. Et tamen, prout corporis infirmitas perpetrare *** poterat a ſacræ inſtitutionis norma non recedebant, ſed propenſius ſacræ lectionis ſtudio perſeverantes inhærebant, juxta veritatis vocem, dicentis: Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

** vult dicere Romam.*

** an non Paſcha?*

** id eſt, calore.*

** permittere.*

Sibi veſtiturus Hieroſolymam regitat.

14 Poſtquam ille illuſtris clariſque crucicola, magna mentis intentione & cordis contemplatione, ad ſupernam internæ vitæ ſpeculationem, provida circumſpectione, properabat, & ad ſublimioris, rigidioriſque vitæ virtutes anhelando, jam non planam, ſed arctam auſterioris vitæ viam per monachialis vitæ normam inhiando deſiderabat, & majorem jam tunc peregrinationis ignorantiam adire optabat, quam illa fuit, in qua tunc ſtare videbatur. Tunc ille ſtrenuus, conſilio amicorum, contribuliumque licentia flagitata, ut ſuarum opitulationem orationum illum ſequi dignaretur rogabat; ut tutis itineris curſibus, delectabilis atque opabilis civitatis Jeruſalem mœnia peragrare, ſpecularique, per illorum pia precum præſidia poſſibiliter potuiſſet.

ANNOTATA,

a *Nobilem fuiſſe* S. Willibaldi *patrem, hinc facile conjiciat; an Rex ſeu regulus fuerit, alibi diſputatum. Notandus mos ille erigendi cruces, in Anglia eo ſeculo perfricuus, a quo quam longe receſſit hoderna Sanctorum progenies.*

b *Redundat particula* aſt, *ſed apud Caniſium, Greſerum & Mabilionem reperta, omitti non potuit.*

c *Non video, cur Mabilio legat* Theodoreto,

A in, *in breviori vita, quæ Reginoldo tribuitur, eſt* Thealoreto.

A. SANCTIMONIALI. d *Quæris Mabilio an* Waltheim *ſit hodiernus locus ſeu oppidum* Buſwaltham *in agro Wintonenſi.*

e *Sive* Egwalt *ſcribas, ſive, ut alii,* Egilwaldus *vel* Egwaldus; *nihilo inde notior fies is, qui hoc nomine vocatur.*

f *Hæc voce ujjeur hic auctor & num. 44. ad deſignandum ſapientem. An* procax *ſenſus ſapientis recte aptetur, non eſt opus diſquirere, cum aliis non magis propriis alibi utatur Sanctimonialis.*

g Interfore *pro intereſſe, alibi* fore *pro eſſe, eorum temporum ſcriptoribus ſatis familiaria fuerunt.*

h *Ex præuſtæ pueritiæ ſubactiſque luxuriosæ ætatis petulantiis, per pubertatis adoleſcentiam non poteſt non intelligi ætatis amorum circiter viginti.*

i *Ab* inoleſco *opinor, quaſi diceres parvulorum adhuc creſcentium; ex quo patet alios liberos habuiſſe* S. Willibaldi *parentem, ut etiam clare innuit Anonymus vitæ ſecundæ auctor num. 3. Greſerus pag. 284. Germanice explicat, quod non bene reddere, nec recte ſcribere norunt Cangius.*

k *Sic legendum docent variæ lectiones Greſeri,* B *Henſchenius ad vitam S. Richardi* Hamalea-mutta; *quem vide pag. 72. num. 18. hunc locum ex Beda explicantem, uti & emporium* Hamuich.

l *Utiqui proſpero navigatione, ut eſt etiam in vita S. Wunebaldi, ut non videam unde tempeſtatem accerſiverit Philippus Epiſcopus in vita a Greſero illuſtrata cap. 9.*

m Sequana, *etiam Fredegario* Sigona, *inquit Henſchenius, loca Fredegarii habes apud Mabilionem.*

n *Alia vita apud Canifium,* Rotumacum, *voluit dicere* Rothomagum. *Certe, inquit Mabilio, in Chronico de geſtis Normannorum tom. 2. Hiſt. Franc. apud Chaſnium pag. 24. Rotomagum apellatur* Roſuma *& pag. 525.* Rutumum.

o *Non eſt facile reperire* Gorthonicum, *quod tertiæ vitæ auctor* Reginoldus *pro ipſa* Luca *accepit: nec facilius invenias* Gorthonium. *Facile aſſentior Mabilioni, ſubſtituenti* Dertonicum agrum. *Cetatur vita Caroli M., in qua ea urbs vocatur* Chartona. *In vita S. Wunebaldi planiora ſunt omnia:* Tunc illi pergentes per vaſta Gallicanæ rura, & per ſpatioſam Italiæ tellurem, uſque ad C urbem, quæ vocatur Lucca.

p *Non* VII. *Idus ſed* VII. *Februarii, quo die colitur S. Richardus, nam ipſo anno, quo peregrinatio inchoata eſt, nempe 720. jam ante S. Martini nativitatem filii Romam pervenerant, ut alibi oſtendimus.*

q Frigdiani *ſeu* Frigidiani. *Sic legendum; non* Priſciani, *ut eſt in vita ſecunda. Addit Mabilio, exſtare etiam nunc eam S. Frigidiani ſeu Frigdiani, nomi Lucenſis Epiſcopi baſilicam; olim quidem extra, nunc intra muros urbis poſitam, quæ Lateranenſi congregationi ſubjecta eſt, in qua cernitur tumulus S. Richardi (ſic patrem S. Willibaldi vocant) cum epitaphio a poſteris fabricato. Hæc vide apud Surium, Baronium & Henſchenium loco citato.*

r *Hæc melius poſita eſſent paulo ſuperius, nam Luca Romam pergentibus, Alpes luſtranda non decurrunt, ne quidem Apenninus.*

D

CAPUT II.

Diſceſſus Roma Neapolim; inde per Calabriam & Siciliam in Aſiam, demum per Cyprum Hieroſolymam.

CUmque tranſactis Dominicæ Paſchalis ſolemnitatibus, agilis exercitus * levavit ſe cum duobus ſuis ſociis, & pergere cœperunt. Cumque pergerent, venerunt uſque ad urbem Daterinam *a* in Oriente, & ibi manſerunt duobus diebus. Et inde pergentes venerunt ad urbem Cajetanam, quæ ſtat in littore maris. Et ibi tunc aſcendentes in navim, transfretaverunt ad Nebulem. Et illic relicta nave, in qua pergebant, ſtabant ibi duabus hebdomadibus. Iſtæ civitates ſunt Romanorum. In Beneventis *b* ſunt, ſed tamen Romanis ſunt ſubditæ. Statimque ſicut divina ſolet pietas inceſſanter agere, ut votiva vernaculorum deſideria ſuorum implere dignetur, navim illic de Ægypto invenerunt, & illic intro aſcendentes, navigarunt in terram Calabriæ, ad urbem, quæ dicitur Regia. Et ibi manentes duos dies, levaverunt ſe, & venerunt in inſulam Siciliam, in qua eſt urbs Cathinenſis, ubi requieſcit corpus ſanctæ Agathæ virginis. Et ibi mons eſt Ætna, qui quando evenerit pro aliquibus rebus, ut ignis ille dilatare ſe voluerit ſuper regionem, tunc illi cito cives ſumunt velum S. Agathæ, & contra ignem ponunt, & ceſſat. Illic fuerunt tres hebdomadas. Et inde navigantes, venerunt ultra mare Adrium ad urbem Manafaſiam, in Sclavinica terra. Et inde navigantes in inſulam nomine Choo, dimittebant Corinthios in ſiniſtra parte. Et inde navigantes in inſulam Samo. Et inde navigantes in Aſiam, ad urbem Epheſum, ſecus mare unum milliarium. Et inde ambulaverunt in illum locum, ubi ſeptem dormientes requieſcunt. Et inde ambulaverunt ad ſanctum Joannem Evangeliſtam, in loco ſpecioſo ſecus Epheſum. Et inde ambulaverunt duo milliaria ſecus mare ad villam magnam, quæ vocatur Figila *. Ibi erant unum diem. Et petito pane, ibi ibant ad fontem unum in media villa, & ſedentes ibi ſuper marginem tingebant panem in aquam; & ſic manducabant.

16 Et inde ambulantes ſecus mare, venerunt ad urbem Strobolem, in montem excelſum. Et inde ibant in locum, qui dicitur Patera, & illic morabantur, uſque dum hyemis gelidæ horrendum præteriret frigus. Et poſtea tunc illi navigantes venerunt ad urbem, quæ vocatur Militena. Illa fuit quondam de aquis peritura. Ibi ſedebant duo ſolitarii, in ſtulite *c*, id eſt, fabricata atque firmata cum muro magno de lapidibus, valde ſummo, ut aqua illis nocere non poſſit. Et ibi acri famis conſtricti fuerunt aſperitate, ita ut inedia intus lacerati, letalem jam diem mortis imminere metuerent. Sed omnipotens populorum paſtor, pabulum ſuis præſtare dignatus eſt pauperibus. Et inde navi-

Neapoli ſolvens, & Aenaria claſſem.

a

b

E

in Calabriam.

Siciliam.

& inde Mapheſum navigat.

F

* *al.* Sigilla

c

jam in Cyprum.

A navigantes venerunt in insulam Cyprum, quæ est inter Græcos & Sarracenos, ad urbem Paphо, & ibi fuerunt hebdomadam post anni circulum. Et inde ibant ad urbem Constantiam *d*, ubi requiescit S. Epiphanius, ibique morati sunt usque post nativitatem Joannis Baptistæ. Et inde navigantes venerunt in regionem Sarracenorum, in urbem Tharratas, secus mare. Et inde ambulaverunt super novem aut duodecim milliaria ad castellum, quod dicitur Arthe *, ubi fuit Episcopus de gente Græcorum, ibique habebant lectiniam secundum consuetudinem eorum. Et inde pergentes ambulaverunt ad urbem, quæ vocatur Emessa, duodecim milliaria. Ibi est ecclesia magna, quam fecit S. Helena, in honore S. Joannis Baptistæ, & caput illius fuit ibi diu, hoc est in Syrim.

Tharratas.

* *al.* Arthe.

Emessam.

Peregrinantes cum suis, a mercatore benigne tractantur.

B 17 Tunc erant cum S. Willibaldo septem contribules illius, & ipse fuit octavus. Confestimque pagani Sarraceni reperientes, quod advenæ & ignoti homines illuc venissent, tulerunt eos, & captivos habebant, quia nesciebant, de quali fuerant regione, sed speculatores illos esse æstimabant. Et captivos eos ducebant ad quemdam senem divitem, ut videret & agnosceret, unde essent. At ille senex interrogavit eos, unde essent, aut quali fungerentur legatione. Tunc illi respondentes, ab exordio totam intimaverunt ei itineris sui causam. Et ille senex respondens, ait: Frequenter huc venientes vidi homines de illis terræ partibus istorum contribules: non quæsierunt mala, sed legem deorum *e* adimplere cupiunt. Tunc inde illi pergentes venerunt ad palatium, ut rogarent illos viam transire ad Hierusalem. Cumque illi fuissent in carcere, confestim mira omnipotentis Dei dispensatione, qui pius ubique suos inter tela & tormenta, inter barbaros & belligeros, inter carceres & contumacium catervas, sua protegere parma, tutosque conservare dignatus est; unus homo fuit ibi negotiator, qui sibi in eleemosynam, & animæ suæ redemptionem, volebat illos redimere, & de carcere eripere, ut liberi essent pergere in suam voluntatem, & non poterat. Sed e contra cottidie misit illis

C prandium, & coenam; & in quarta feria, & in sabbato misit filium suum in carcerem, & eduxit eos ad balneum, & iterum introduxit. Et Dominica die ducebat eos ad ecclesiam per mercimonium, ut de rebus venalibus viderent, quid eorum mentem delectaret, & ille tunc suo precio illis obtineret, quidquid illorum mente captum foret. Illi cives urbium curiosi jugiter illuc venire consueverant, illos speculari, quia juvenes & decori, & vestium ornatu bene erant induti.

Et Hispani alicujus operis illo tempore.

18 Tunc illis in carcere commorantibus, unus homo de Hispania venit; & loquebatur cum illis in carcere, & diligenter ab illis inquisivit, qui essent aut unde essent. Et illi dixerunt omnia secundum ordinem de suo itinere. Iste Hispanus homo habebat fratrem in palatio Regis, qui fuit cubicularius Regis Sarracenorum. Cumque ille præses, qui eos in carcerem mittebat, ad palatium venisset; ille Hispanus, qui cum illis in carcere loquebatur, & ille nauta, in cujus navi fuerunt, quando pergebant de Cypro, omnes simul venerunt coram Rege Sarracenorum, cui nomen Micmumni. Et cum locutio evenisset de illorum causa, ille Hispanus homo omnia, quæ illi dixerunt in carcere, suo intimavit fratri, & illum rogavit, ut Regi indicaret, & præsidio illis foret. Posthæc itaque cum omnes isti trea coram Rege simul venirent, & omnia juxta ordinem intimando, illi indicarent de eorum causa, ille interrogavit, unde essent. Et illi dixerunt, de occidentali plaga, ubi sol occasum habet, isti homines venerunt. Nos autem nescimus terram ultra illos, & nihil nisi aquam. Et ille Rex respondit eis dicens: Quare nos debemus eos punire? non habent peccatum contra nos. Da eis viam, & fine illos abire. Alii homines, qui in carcere habebantur, debebant centum reddere unam tremissem. Illia autem fuit dimissum. Illi Cypri sedebant inter Græcos & Sarracenos, & inermes fuerant; quia pax maxima fuit & conciliatio inter Sarracenos & Græcos. Magna & lata regio fuit illa, & duodecim Episcoporum parochiæ ibi.

D

A. SANCTIMONIALI.

E

Damascum pervenit.

19. Confestimque illi cum licentia levantes se perfexerunt in Damascum, centum milliaria. Sanctus vero ibi requievit Ananias. Illud est in terra Syrim. Ibi erant una hebdomada, & inde sunt duo millia *f*. Ibi fuit ecclesia; & in illo loco primum conversus est Paulus, & Dominus dixit ad illum? Saule, Saule, quid me persequeris? & reliqua. Et illi orantes, ambulabant in Gallilæam, in illum locum, ubi Gabriel primum venit ad sanctam Mariam, Ave gratia plena, & reliqua: ibi est nunc ecclesia. Et ille vicus, in quo est ecclesia, est Nazareth. Illam ecclesiam Christiani homines sæpe comparabant a paganis, quando illi volebant eam destruere. Et ibi Domino se commendantes, ambulaverunt inde, & veniebant in villam Channin, ubi Dominus aquam in vinum convertit. Illic est ecclesia magna, & in ecclesia illa stat altare

f

Nazareth.

Cauna Gallileæ.

g unum de sex hydriis, quas Dominus jussit implere aqua, & in vinum versæ sunt: & de illo communicaverunt vino. Uno die fuerunt illic. Et inde pergentes venerunt ad montem Thabor, ubi Dominus transfiguratus est. Ibi est nunc monasterium monachorum, & hæc ecclesia Domino est consecrata, & Moysi & Heliæ. Et illi cives nominant illum locum Agemons *b*.

g

F

Thabor.

b

Tiberiadi.

20 Illic autem orantes inde pergebant ad urbem, quæ dicitur Tiberiadia. Illa stat in littore maris, ubi Dominus superambulabat siccis pedibus, & Petrus ambulans super undas demersus est. Ibi sunt multæ ecclesiæ & synagoga Judæorum: sed & magno honore Dominica. Ibi fuerunt aliquantos dies, & ibi Jordanis *i* transit per medium mare. Et inde ibant circa mare, & pergebant secus vicum Magdalenæ. Et veniebant ad illum vicum Capharnaum ubi Dominus principis filiam suscitavit. Ibi fuit domus & murus magnus. Et sic dixerunt illi homines, quod Zebedæus cum filiis suis, Joanne & Jacobo, ibi fuerint collocati. Et inde pergebant ad Bethsaidam *k*: inde erant Petrus & Andreas; ibi est nunc ecclesia, ubi prius erat domus illorum. Et illic manentes unam noctem, mane pergebant ad Corozaim, ubi Dominus dæmoniacos curavit,

i

Capharnaum

k

A. SANCTIMONIALI.

ravit, & diabolum mittebat in gregem porcorum. Ibi fuit eccleſia Chriſtianorum. Et ibi orantes, pergebant inde, & veniebant ad locum, ubi duo fontes de terra manant, Jor & Dan; & eunc venientes de monta deorſum, & in unum collecti faciuot Jordanem. Et ibi morabantur uoam noctem iater duos fontes: & paſtores dabant nobis acrum lac bibere; & ibi ſunt armenta mirabilia longo dorſo, brevibus cruribus, magnis cornibus creati *; omnes ſunt unius coloris. Oſtreæ / paludes ſunt profundæ ibi, & quando æſtivali tempore magna ſolis caumatio de cælo ad terram venire ſolet, illa armenta tolleotia ſe vadunt ad paludem, & demerguot ſe toto corpore, niſi caput ſolum.

fontes Jordanis.

* ſ. taurina. *l*

Cæſaream *m*

21 Et inde pergentes ad Cæſaream, ubi fuit eccleſia & multitudo Chriſtianorum. Iterum pergebant ad monaſterium *m* ſancti Joannis Baptiſtæ, & ibi erant fere viginti monachi. Unam noctem ibi manebant. Et inde ibant ſuper unum milliarium, ad Jordaoem, nbi Dominus fuit baptizatus. Ibi oune eſt eccleſia ia columnis lapideis ſurſum elevata, & ſubtus eccleſiam eſt oune arida terra, ubi Dominus baptizatus fuit. In ipſo loco & ibi nune baptizant. Ibi ſtat crux lignea in medio, & parva derivatio aquæ ſtat illic; & unus funiculus extenſus ſuper Jordaoem hinc & inde firmatur. Tunc in ſolemnitate Epiphaniæ infirmi & ægroti venientes, habebant ſe eum foniculo, & ſic demerguotur io aquam. Sed & mulieres, quæ ſunt ſteriles, venientes ibi gratiam Domini merentur. Epiſcopus noſter Willibaldus balneavit ſe ibi in Jordane. Uno die fuerunt illic. Et pergebant inde, & veniebaot ad Galgala. Ibi ſunt intus * quinque millia; & duodecim lapides illic ſunt in eccleſia: illa eſt lignea & noo magna. Illic ſunt duodecim lapides, quos tulerunt filii Iſrael de Jordane, & portaverunt ad Galgala ſuper unum miliarium *, & poſuerunt ad teſtimonium tranſmigrationis illorum. Et tunc illic orantes perrexerunt ad Jericho, ſuper ſeptem milliaria ab Jordane. Ibi erumpebat fons, qui erat ſterilis, io oneo *n* montis, & fuit ioutilis hominibus, antequam venit Heliſæus Propheta, & ſanctificavit illum. Et poſtea emanavit, & omnis civitas illa partita eſt illum in agros, in hortos, & io omnia, ubicumque illis neceſſarium erat, & omoe quod humidat ille fons, creſcendo proficit ad ſalutem propter ſanctificationem Heliſæi Prophetæ.

B

Galgala, p. 96 iter.

* *Mall. quinque mill. ad la. Jericho.*

n

C

22 Et perrexerunt ad monaſterium ſaocti Euſtochii *. Illud autem ſtat in medio campo inter Hiericho & Hieruſalem. Et inde venit ad Hieruſalem, in illum locum ubi inventa fuerat ſancta Crux Domini. Ibi nunc eſt eccleſia in illo loco, qui dicitur Calvariæ locus. Et hæc fuit prius extra Hieruſalem. Sed beata Helena, quando invenit Crucem, collocavit illum locum intus iotra Hieruſalem. Et ibi ſtaot tres Cruces ligneæ a foris in orientali plaga eccleſiæ ſecus parietem, ad memoriam ſanctæ Crucis Dominicæ, & aliorum, qui cum eo crucifixi eraot. Illæ oon ſunt intus in eccleſia, ſed foris ſtant ſub tecto extra eccleſiam. Et ibi ſecus eſt ille hortus, in quo fuit ſepulcrum Salvatoris. Illud ſepulcrum fuerat in petra excilum; & illa petra ſtat ſuper terrum, & eſt quadrans * in imo, & in ſummo ſubtilis. Et ſtat nune io ſummitate illius ſepulcri crux; & ibi deſuper nune ædificata eſt mirabilis domos; & in orientali plaga, in illa petra ſepuleri, eſt jaoua, per quam intrant homines in ſepulcrum orare. Et ibi eſt intus lectus, in quo corpus Domini jacebat.

* *Euſtachii, monaſterium S. Euſtachii.*

Hieroſolymam.

o

ſepulcrum Domini.

D

* *id eſt quadratus.*

23 Et ibi ſtant in lecto quindecim *p* crateres aurei cum oleo ardentes die noctuque. Ille lectus, in quo corpus Domini jacebat, ſtat io latere Aquilonis, intus in petra ſepuleri; & homioi eſt in dextera maou, quando intrat in ſepulcrum orare. Et ibi ante januam ſepulcri jacet ille lapis magous quadraos, in ſimilitudinem prioris lapidis, quem Angelus revolvit ab oſtio monumenti. Et illuc veniebat in feſtivitate S. Martini Epiſcopus noſter. Moxque ut illue venit, cœpit ægrotare, & jacebat infirmus uſque ad hebdomadam ante Nativitatem Domini. Et tune, quando aliquaotulum recreatus fuit, & de infirmitate melius habebat, ſurgit & abiit ad illam eccleſiam, quæ vocatur ſancta Sion: illa ſtat in medio Hieruſalem. Illic vero orans, inde ibat in porticum Salomonis. Ibi eſt piſcina, & illic jacent iofirmi, exſpectantes motionem aquæ, quaodo Angelus veniret, & moveret aquam: & tone qui primum in illam deſceoderet, ſanaretur. Ubi Dominus dixit paralytico, Surge, tolle grabbatum tuum & ambola.

Hieroſolymis infertur.

p

E

24 Similiter & ipſe *q* dixit, quod ante portam civitatis ſtaret magna columna, & in ſummitate columnæ ſtat crux, ad ſignum & ad memoriam, ubi Judæi volebant tollere corpus ſanctæ Mariæ. Cum illi undecim Apoſtoli, tollentes corpus ſanctæ Mariæ, portarent illud de Hieruſalem: ſtatim cum ad portam venerunt civitatis, Judæi voluerunt comprehendere illud; ſtatimque illi homioes, qui porrigebant brachia ad ſeretrum, & eam tollere conabantur, retentis brachiis, quaſi glutinati, iohærebant in feretro, & non poterant ſe movere, antequam Dei gratia & Apoſtolorum petitione iterum reſoluti fuerant; & tuoc eos reliquerunt abire. Sancta Maria in illo loco in medio Hieruſalem exivit de hoc ſeculo, qui nominatur ſancta Sioo. Et tune Apoſtoli undecim portaverunt illam ſicut prius dixi: & tunc Angeli venientes tulerunt eam da manibus Apoſtolorum, & portaverunt in paradiſum *r*.

De ſanto corpore B. M. V.

q

F

r

ANNOTATA.

a *Quæ ſit hæc* Daterina in Oricote, *ad quam pervenerit* S. Willibaldus, *Roma pergens Neapolim verſus, explicent alii*: Tudernum Tuſciæ *haud ſatis opportune quæſivit Canifius, quod eſſet via retorta ambulare, ut ipſo in principio ſphalma agnoſcere oporteat*, Tarracinam *eſſe, paulo aptius putavit Mabilio, rectiſſime obſervans, plura locorum vocabula hic vitiata eſſe, ut oſtendit in* Nebulem *pro* Neapolim; *deceptus ipſe, ex textu fortaſſe ſecundæ vitæ, dum ad marginem notat, S. Willibaldum* cum duobus ſociis adiiſſe Beneventum, *unde, ſi Superis placet, navis Ægyptia vela feceris* ad urbem, quæ dicitur Rhegia. *Syrtes & ſcopulos offendi, dum peregrinationis iſtius propria locorum ſingulorum nomina, diſtantias & reliquum decurſum apte exhibere conatus ſum; atque idcirco, omnibus rite expenſis,*

clare

A *clare perſpexi prudenter egiſſe Mabilionem, qui carptim paucula delibavit, ubi Caniſius ex S. Hieronymo, Beda & Adrichomio, nonnulla implexa reſtituere conatuerat. Remitto ille ad itinerarium Adamnani in appendice ſec. tertii Benedictini, a pag. 501. editum. Auſim ego auctor eſſe harum rerum curioſis indagatoribus, alia inſuper hujuſmodi bodœporica & terræ ſanctæ deſcriptiones conſulant, e quibus vereor, ut ſingulorum relationes ſatis appoſite combinent. Neque vero magnopere intereſt, ea operoſius hic diſcuere, cum Acta noſtra facile ſubſiſtant, licet vel ſcripturis ipſius vel amanuenſium vitio deformata ſint locorum nomina, & itinerum ſeries ad libellum geographicum non ſatis recte ordinata. Quæ ad præſens inſtitutum propius ſpectant, hinc in commentarium prævium tranſtulimus. Atque hæc obiter & ſemel monuiſſe ſit ſatis, ne ad ſingula loca, Manaſaciam, Slavinicam terram, Figilam, Strobolem, Pateram, Militenam, Stulite, Thasratas, Arthe, atque id genus nomina tamdiu hærere compellamur, ut annotata noſtra vitæ ipſius textu multo longiora ſint.*

B b *Non ſatis explicat auctor, quid velit; certe non indicat, Sanctum cum ſociis Beneventum perrexiſſe.*

c *Hic* duos ſtylitas *deſcribi cenſet Caniſius; nam id exigere videtur totus contextus, qui per Mabilionis correctionem nihil ſignificat, dum pro* ſtulite *legit* ſilice: *quis enim ſilicem intelligat, molem* fabricatam atque firmatam cum muro magno, *&c.? Mabilionis correctiones multas debemus, ſed hæc non videtur appoſita.*

d *Notat hic Mabilio, ante Conſtantini magni tempora dictam* Majumam, Gazæorum navale, *idque ſumit ex Nicephoro Calliſto lib. 8. cap. 33.*

e *In editione Caniſii male legitur* Deorum; *opportune ſuccurrit Greſeri correctio ex Mſ. Per* eorum *autem intellige* ſuam, *nempe*, legem ſuam adimplere cupiunt.

f *Notat Caniſius ex Adrichomio, locum hunc ab urbe Damaſco diſtare uno tantum lapide.*

g *Quomodo ex hydria fieri potuerit altare, explicat Raderus, Bavariæ ſanctæ tomo 2. pag. 98. in hujus Hodœporici compendio. Nimirum alveus hydriæ inverſus, inſtar menſæ fuit; ut capias, quam longe abfuerint a poculi vel cantbari forma,* C *vaſa tam magna ut caperent* metretas binas vel ternas.

h *Id eſt* Mons ſanctus, *cujus montis monaſterium, inquit Mabilio, Cluniacenſi abbatiæ ſubjectum erat tempore Petri Venerabilis, ut ipſa teſtatur lib. 2. epiſtola 44. Ceterum, ſubdit idem. Athos mons Macedoniæ* Haginoros *proprio nomine vocatur.*

i *Notat rurſus Caniſius, non ad Tiberiadem, ſed ad Capharnaum influere Jordanem in lacum Geneſareth. Si tabulam conſulas, ad neutram urbem influit, ſed ad Tiberiadem videtur e lacu effluere, qui in oppoſita parte ingreſſus eſt.*

k *Neque hunc procedendi modum approbat Caniſius, nec ego probare poſſum; at jam dixi, me hiſce non imbæſurum.*

l *Forte legendum* æſtate, vel æſtivæ, *inquit Caniſius; at malim intelligere, paludes illas æſtivo calore aquam quodammodo purpuream referre, unde oſtreæ hic dicantur.*

m *Exciſum modo eſſe aſſerit Mabilio, quem vide hic.*

n *Quærit Mabilio quid ſit iſtud* oneo, *cum notet Caniſius, fontem erumpere ad radices montis Quarantenæ, remittens ad Joſephum lib. 5. de bell. Jud. cap. 4. & ad Adrichomium. In Actis S. Wunebaldi num. 3. legitur*, paſſivantes ſuper Alpium oneos, *ubi Alpium cacumina ſignificari videntur.* D A. SANCTIMONIALI.

o *De ea eccleſia & crucibus, vide citatum ſupra Adamnanum in appendice ſec. tertii Benedict., lib. 1. cap. 3.*

p *Obſervavit Mabilio, duodecim ſolum numerari ab Adamnano lib. 1. cap. 2. & ex eo a Beda, lib. de locis ſanctis cap. 2.*

q *Intellige de S. Willibaldo, nempe ex cujus narratione ſua ſcripſit Sanctimonialis.*

r *Aliter hæc narrat Anonymus, qui ſupra Sanctimonialem ſapere voluit, ut vide num. 12.*

CAPUT III.

Peregrinationis profectio, viſus amiſſio & recuperatio, pericula varia, mora Conſtantinopoli, reditus in Italiam, & decem annorum monachatus in monte Caſſino. E

ET inde deſcendens Epiſcopus S. Willibaldus, venit ad vallem Jolaphat. Iſta ſtat juxta Hieruſalem civitatem in orientali plaga. Et in illa valle eſt eccleſia ſanctæ Mariæ, & in eccleſia eſt ſepulcrum ejus, non de eo, quod corpus ejus ibi requieſcat, ſed ad memoriam ejus. Et ibi orans aſcendit in montem Oliveti, qui eſt ibi juxta vallem in orientali plaga. Illa vallis eſt inter Hieruſalem & montem Oliveti. Et in monte Oliveti eſt nunc eccleſia, ubi Dominus ante paſſionem orabat, & dixit ad diſcipulos: Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Et inde venit ad eccleſiam in ipſo monte, ubi Dominus aſcendit in cælum. Et in medio eccleſiæ ſtat de ære factum ſculptum ac ſpecioſum, & eſt quadrans. Illud ſtat in medio eccleſiæ, ubi Dominus aſcendit in cælum. Et in medio æreo eſt factum quadrangulum, & ibi eſt in vitro parvum aſindulum a, & circa aſindulum eſt illud vitreum undique clauſum. Et ideo eſt clauſum, ut ſemper ardere poſſit in pluvia & in ſole. Illa eccleſia eſt deſuper patula, & ſine tecto; & ibi ſtant duæ columnæ intus in eccleſia contra parietem Aquilonis, & contra parietem meridionalis plagæ. Illæ ſunt ibi in memoriam & in ſignum duorum virorum, qui dixerunt; Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum? Et ille homo, qui ibi poteſt inter parietem & columnas repere, liber eſt a peccatis ſuis. *Adit vulgo Joſ.* *montem Oliveti.* F a

26 Inde venit in locum, ubi Angelus paſtoribus apparuit, dicens: Annuntio vobis gaudium magnum. Et inde venit in Bethleem, ubi Dominus noſter natus eſt, ſeptem milliariis * ab Hieruſalem. Ille locus, ubi Chriſtus natus eſt, quondam fuit ſpelunca ſub terra, & nunc eſt quadrangula domus, in petra exciſa, & eſt terra circumquaque exfoſſa, & inde projecta. Et ibi ſupra nunc eſt ædificata *Bethlem* * al. VI.

A ficata eccleſia. Et ubi Dominus natus eſt, ibi ſtat ſupra nunc altare, & aliud altare minus factum eſt iden, ut illi, quando volunt ibi intus Miſſam celebrare in ſpeluncа, tollentes illud altare minus, portent ibi intus illo tempore, quando Miſſam celebrant, & iterum levent illud foras. Illa eccleſia, ubi Dominus natus eſt, quæ ibi ſupra ſtat, eſt in ſimilitudinem crucis ædificata, gloriola domus. Et ibi adorantes pergebant inde, & venerunt in villam magnam, quæ vocatur Thequa, ad illum locum, ubi infantes quondam occiſi fuerunt ab Herode. Ibi eſt nunc eccleſia, & ibi requieſcit unus de Prophetis. Et tunc venit inde in vallem Lauram *b*. Ibi eſt monaſterium magnum, & ibi ſedit Abbas ad monaſterium, & ille janitor eccleſiæ, aliique monachi multi, qui ibi ſunt in ipſo monaſterio, & ſedent circa vallem in devexa rupe montis. Et habent illi exeiſa in ſaxoſa rupe montis parva receptacula, ibi & ibi. Ille mons eſt in gyro circa vallem. Et monaſterium eſt ædificatum in valle, & ibi requieſcit S. Saba.

S. SANCTIMONIALI. *Thecuam.* *b* *Lauram S. Sabæ.* B

27 Inde venit ad locum, ubi Philippus baptizavit eunuchum. Et ibi eſt eccleſia parva in valle magna inter Bethleem & Gazam. Et inde ibant ad Gazam. Et illic orantes ibant ad ſanctum Matthiam: ibi eſt magna gloria in Dominica. Cumque ſacra Miſſarum ſolemnia fuiſſent celebrata, Epiſcopus noſter ſanctus Willibaldus, ſtans ibi ad Miſſam, lumen oculorum amiſit, & cæcus fuit duobus menſibus. Et inde ibant ad ſanctum Zachariam Prophetam, non patrem Joannis, ſed alterum Prophetam. Et inde tunc ibat ad caſtellum Aframia *c*: ibi requieſcunt tres patriarchæ, Abraham, Iſaac, & Jacob cum uxoribus ſuis. Et inde venit iterum in Hieruſalem: & introiens in eccleſiam, ubi ſancta Crux Domini inventa fuerat, aperti ſunt oculi ejus, & viſionem recepit. Et ibi aliquantum temporis manens, pergebat inde, & venit in locum Diſpolim *d* ad ſanctum Georgium, illud eſt decem milliariis ab Hieruſalem. Et inde venit ad aliam villam, ibi eſt eccleſia ſancti Petri Apoſtoli. Et ibi ſuſcitavit viduam ſanctus Petrus, quæ fuit nominata Dorcas. Et ibi orans pergebat, & venit ad mare Adriaticum *e*, longe ab Hieruſalem ad urbem Tyrum & Sidonem. Sex milliaria ſunt inter illas duas urbes, & ſtant in littore maris.

Amiſſum Gazæ vi ſum. *c* *Hieroſolymas recepit.* *d* *Pergit Diſpolim &c.* C *e*

28 Et inde pergit ſuper Libanum montem, & venit in Damaſcum. Et inde venit in Cæſaream, & inde venit tertia vice ad Hieruſalem, & ibi fuit totam hiemem. Et inde venit ad urbem Ptolomaidam *f*, iſta eſt in extremis finibus Syriæ, & ibi fuit ille totum tempus Quadrageſimæ: infirmus fuit, & non poterat pergere. Socii ejus, qui in comitatu illius erant, perrexerunt ad Regem Sarracenorum, nomine Myrmunni, & voluerunt illis rogare epiſtulam, ut pergerent, & non potetant invenire Regem, quia ipſe fugerat foras extra regionem illam, infirmitatem atque eladem, quæ erat ſuper regionem illam. Cumque illi non invenirent Regem, veniebant iterum, & illic morantes ſimul in Ptolomaida, uſque dum una eſſet hebdomada ante Paſcha. Tunc venerunt iterum ad Emeſſam, & rogaverunt illum præſidem, dare illis epiſtolam. Et dedit epiſtolam duobus & duobus: quia illi non poterant ſimul pergere, ſed duo & duo, quia facilius ſic potuerunt alimenta obtinere.

Ptolomaidæ egreſſus. *f* D

29 Et tunc in Damaſcum venerunt, & inde venerunt quarta vice Hieruſalem; ibi manentes aliquantulum tempus, venerunt ad urbem Sebaſtiam *g*, quæ prius erat Samaria vocata. Sed poſtquam illa confracta fuerat, conſtruebant iterum unum caſtellum, ubi prius erat Samaria, & vocabant illud caſtellum Sebaſtia. Et ibi requieſcunt nunc ſanctus Joannes Baptiſta, & Abdias, & Heliſæus Propheta. Et ibi puteus ille prope caſtellum, ubi Dominus poſtulavit aquam bibere a Samaritana muliere, & ſuper illum puteum nunc eſt eccleſia: & ille mons eſt ibi, in quo adorabant Samaritani. Et illa mulier dixit ad Dominum: Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & tu dicis, quod in Hieruſalem eſt locus, ubi adorare oportet. Tune illi adorantes perrexerunt ſuper Samaritanorum regionem in extremis finibus eorum, in villam magnam unam, ibi erant unam noctem.

Hieroſolymam quarto accedit. *g* *inde Hieroſolym.* E

30 Et inde perrexerunt ſuper campum magnum olivarum plenum, & pergebat cum illis unus Æthiops cum duobus camelis & uno mulo, qui ducebat mulierem per ſilvam. Cumque perrexiſſent, obviavit illis unus leo, qui aperto ore rugiens rancuſque eos rapere ac devorare cupiens, valde minabatur illis. Tunc ille Æthiops dixit ad illos, Nolite timere vos, ſed pergamus in ante. Statimque illi pergentes, appropinquaverunt ad illum. Aſt ille cito, omnipotentis altithroni Dei adminiculo, in aliam partem divertit, & dimiſit illos, ut pergerent. Et ſic dixerunt, ut poſteaquam inde pergebant, audiebant illum leonem magnum rugitum dare, ita ut rancus multos devoraret illorum hominum, qui pergebant olivarum colligere fructus. Inde pergentes venerunt ad urbem, quæ vocatur Thalamartha, in littore maris. Et inde ambulantes venerunt ad caput Libani, ubi ille mons in mare vadit, & eſt promunctorium. Ibi eſt turris Libani. Et qui illuc venerit, non habens chartam *h*, non pertranſit locum, quia in cuſtodia eſt ille locus, & eſt clauſtrum; ſed ſi venerit ſine charta, tollunt illum cives, & mittunt ad urbem Tyrum. Ille mons eſt inter Tyrum & Thalamartham. Et tune venit iterum Epiſcopus ad Tyrum.

Thalamarthæ. *h* F *Tyrum.*

31 Epiſcopus ſanctus Willibaldus, prius quando erat in Hieruſalem, emebat ſibi balſamum, & replevit unam munerbam *i*. Tulit itaque unam munerbam, quæ fuit concava, & habuit linum. Illam replevit de petræ oleo, & fecit intus in munerbam, & fecuit illam cannam parvam munerbæ, ita ut in margine ambæ ſimiles eſſent plane, & ſic claudebat os munerbæ. Cumque veniſſent illi ad urbem Tyrum, illi cives urbis tollentes eos conſtringebant, & omnem tarcinam eorum exquirebant, ut reperirent, ſi habuiſſent aliquid abſconditum; & ſi aliquid inveniſſent cito illos punientes martyrizarent. Cumque omnia exquirentes nihil inveniſſent, niſi unam munerbam, quam habuit ſanctus Willibaldus, illam aperientes, odorabant quod intus fuiſſet. Cumque odorabant petræ oleum, quod intus in canna

ubi periclitatur. *i*

fuerat

A fuerat supra, & balsamum qui intus erat in munerba subtus petræ oleum, non reperiebant: & sic eos reliquerunt. Multos dies erant ibi expectantes navim, quando parata fieret.

Constantinopoli redit in Siciliam.

32 Et postea tunc navigaverunt totam hiemem a natali sancti Andreæ Apostoli usque unsm hebdomadam ante Pascha. Tune venerunt in Constantinopolim, ubi requiescunt tres Sancti, Andreas, & Timotheus, & Lucas Evangelista in uno altari. Et Joannes ille, os aureum, requiescit ibi coram altari, ubi presbyter stat, quando Missam facit: ibi est sepulcrum ejus. Ibi erat Episcopus noster duos annos: & habebat receptacula intus in ecclesia, ut quotidie posset aspicere, ubi Sancti requiescebant. Et inde venit ad urbem Nicænam, ubi olim habebat Cæsar Constantinus synodum. Et ibi fuerunt ad synodum trecenti decem & octo Episcopi. Illi omnes habebant illic synodum. Et illa ecclesia filialis est illi eccleſiæ in monte Olivcti, ubi Dominus ascendit in cælum. Et in illa ecclesia erant imagines Episcoporum, qui erant in synodo.

B Et sanctus Willibaldus pergebat illue a Constantinopoli, ut videret, quomodo facta esset illa ecclesia, & iterum remeavit ad Constantinopolim. Et post duos annos navigaverunt inde cum nuntiis Papæ, & Cæsaris in insulam Siciliam, ad urbem Syracusanam. Et inde venit ad urbem Catanam, & venit ad Regiam civitatem in Calabria. Et inde navigarunt

k ad insulam Vulcaniam k. Ibi est infernus Theodorici.

ustio inferni Theodorici.

33 Cumque illuc veniſſent, descendebant de navi, ut viderent, qualis esset ille infernus. Statimque sanctus Willibaldus curiosius volens videre, qualis esset intus ille infernus, volebat ascendere in montis cacumen, ubi infernus subtus erat, & non poterat; quia favillæ de tetro tartaro usque ad marginem ascendentes, glomeratæ illic jacebant. Et adinstar nivis, quando de cælo nivans, candidas nivalesque cadentes catervas de aereis ætherum arcibus acervare soler; ita favillæ coacervatæ in apice montis jacebant, & ascensum sancti

C Willibaldi prohibebant. Sed tamen tetram atque terribilem, horrendamque eructantem de puteo flammam erumpere videbat, adinstar tonitrui tonantis: sic flammam magnam, & fumi vaporem valde sublime in altum ascen-

l dentem terrjbiliter intuebatur. Ille fomex l vel pumex, quem scriptores habere solent, illum videbat de inferno illo ascendentem, & cum flamma projectum, atque in marc conjectum, & tunc iterum de mari projectum in aridam: & homines tollunt eum, & inde dueunt. Statimque post ista horribilis seu terribilis ignis flagrat vaporibus flammivomis & fumiscetidis mirabilis. Visionum m spectaculo explorato, inde levantes se navigaverunt ad

m ecclesiam S. Bartholomæi Apostoli, quæ stat in littore maris, & venerunt ad illos montes, qui sunt nominati Didimi. Et inde navigantes venerunt ad urbem, quæ vocatur Neapolis, ibi erant multos dies. Ibi est sedes

transit Neapolim. Archiepiscopi, & magna dignitas ejus illic habetur. Et ibi est prope castellum n, ubi requiescit S. Severinus.

n

venit apud 34 Et inde venit ad urbem Capuam. Et

ille Archiepiscopus misit eum ad aliam urbem, D
ad alium Episcopum a. Et ille Episcopus mi- A. SAN-
sit eum ad urbem Tyanam, ad illum Episco- CTI MO-
pum. Et ille Episcopus misit eum ad sanctum NIALI.
Benedictum. Tunc erat autumnus, quando ve-
nit ad sanctum Benedictum. Et tunc erant o
septem anni, quod de Roma transire cœpit;
& omnino erant x. anni p quod de patria sua
transivit. Cumque venerandus vir S. Willi- p *devenit ad monetum Cassinum.*
baldus & Diapertus, qui cum eo pergebat
per omnia, veniſſent ad sanctum Benedictum,
non reperiebant ibi, nisi paucos monachos,
& Abbatem, nomine Petronacem. Statim il-
le magno mentis moderamine, & dogmatum
ingenio, felicem * fratrum contubernium, se- * felix.
duhs disputationibus admonens, non solum
verbis, sed moribus venustis vistando doce-
bat, & rectæ constitutionis formam, & ec-
nobialis vitæ normam in semetipso ostendendo præbebat; ita ut omnium amorem seu timorem in seipsum provocando accerſiret. Et in primo anno illuc veniens cubicularius fuit ecclesiæ, & secundo decanus erat in monasterio. Et postea per octo annos fuit portarius E
in duobus monasteriis. Quatuor annos erat portarius in illo monasterio, quod stat supra in monte valde excelso, & alios quatuor erat in alio monasterio, quod infra stat juxta amnem Raphito.

ANNOTATA.

a *Huic voci substituit Mabilio* cincindulum. *Papias, inquit*, cincindelia, vitreas lampades *interpretatur. Tum vero*, cincendulum ponitur pro candela, *inquit Jamarius in Catholico, & dicitur a candeo. Adamnanus lib. 1. de locis sanctis cap.* 23. bis quaternas *seu octo lampades e funibus pendentes hoc loco præfert.*

b *Lauram S. Sabæ, quam Canisius ex Adricomio inter Herodium & Thecuam collocat.*

c *Speluncam aut Canisius, & mausoleum. Vide ipsum.*

d Liddam *&* Tigrida *vocat Canisius, S. Georgii martyrio & sepulcro, imo & episcopali sede, inquit Mabilio, quondam insignem.*

e *Sibi impropriæ, nisi* Adriaticum *accipiat pro toto mari mediterraneo, nam Adriaticum inter Italiam & Illyricum jacet. Quamquam notet Mabilio, S. Hieronymum in vita S. Hilarionis cap.* 30. Adrism *nuncupare mare illud, quo e Palæstina in Siciliam trajicitur.*

f *Pro Ptolomaide, est in Gretseri variantibus* Salamsncha.

g *Samariam ab Herode* Sebasten, *in honorem Augusti, cognominatam fuisse, docet S. Hieronymus, in vita S. Paulæ cap.* 11.

h *Satis patet, indicari litteras salvi conductus. Vide Mabillonem.*

i *Ex toto contextu facile conjicitur, inquit Mabilio*, munarbam *esse genus lagenulæ (sic cucurbitæ cujusdam fructum appellant) qui gallice vocatur* callebasse, *in urtes modum cavari solitus, etiam ab antiquis.* Nuper, *inquit Plinius lib.* 19. *cap.* 3. cucurbitarum usus venere urceorum vice.

k Vuleani ollam *appellat Gregorius M. lib.* 4. *Dial. cap.* 30. *ubi de Theoderici inferno agit: ut recte notavit Mabilio.*

l *Posset deleri* fnmex vel, *nam sola vox pu-*

A mex *rem plane explicat. Forte* Anaxuensis *in-*
ſcitia voces duplicaverit.

A. SANCTIMONIALI.

m *Senſum reſtituimus ex Mabilione, qui nec apud Caniſium, nec in Gretſeri variantibus, ſatis intelligi poterat.*

n *Lucullanum, inquit Mabilio, notans illic monaſterium ſeu oratorium exſtructum eſſe, in honorem S. Sexterii Noricorum Apoſtoli, de quo monaſterio non ſemel loquitur S. Gregorius.*

o *Morem antiquum obſervat laudatus Mabilio, ſic uſitatum, ut dum quis nomen proprium ignoraret, uteretur nota illi, ut nos hodie ſimilitur N.*

p *Reſtitutus fuit locus ex Gretſero, apud Mabillonem; nimirum cum eo tempore decem annos peregrinationis impleviſſe ſupponatur* S. Willibaldus. *In editione Caniſii legebatur* & omnium erant & anni. *Aſt annos illos* omnino *completos accipi non poſſe, docet ordo chronologicus ſupra in commentario in annos ſuos non oſcitanter diſtributus, ex quo conſtat, exeunte vere anni 720. Sanctum e patria diſceſſiſſe, anno autem 729, in montem Caſſinum ſe recepiſſe, quando* erat autumnus, *ut non videantur reperiri poſſe* anni omnino decem, *ſed novem circiter cum*
B *dimidio: quæ tam ſcrupuloſe ab hiſtoricis & Legendariis, præſertim ab hac noſtra Sanctimoniali, accipi non ſolent.*

CAPUT IV.

Reditus Romam, ablegatio Gregorii III. ad S. Bonifacium in Germaniam, epiſcopatus Eyſtettenſis, inſtitutio monaſterii & auctoris epilogus.

a Caſſini devenit motivus, Romam petit.

TRanſacta itaque tunc decem annorum *a* intercapedine, venerandus ille vir S. Willibaldus ſacram ſancti Benedicti regularis vitæ inſtitutionem, quam omnipotentis Dei auxilio, illorumque adminiculo, quos ſuper longa locorum ſtadia, & ſuper vaſtas marginum vias, in redemptionem animæ, & in opem prælentis vitæ requirebat, omnimodo, prout fore poſſit, obſervare conabatur. Et
C non ſolum ipſe, ſed & alios cum illo in veneranda regularia vitæ veſtigia præcundo perducebat. Poſt hæc itaque unus presbyter, qui de Hiſpania veniens, ad ſanctum Benedictum manebat, licentiam rogabat Abbatem Petronacem, ad Romam pergere. Siatimque ille, licentia poſtulata, rogabat S. Willibaldum, ut eum eo pergeret, & illum duceret ad S. Petrum. Et ille ſtatim petitionibus ejus conſenſum ſeu effectum promittebat.

ubi narrato Gregorio Pontifici

36 Cumque illi pergerent, ad Romam veneſunt, atque illico baſilicam ſancti Petri intrantes, ſacra cæleſtis Clavicularii præſidia poſtulaverunt, illiuſque ſe commendavere pio precum patrocinio. Tunc ille ſacer Apoſtolicæ ſedis Pontifex, Gregorius III. venerandum virum S. Willibaldum illic eſſe comperiens, præcepit illum ad ſe venire. Cumque illuc veniſſet ad ſanctum ſummi ſacerdotii Pontificem, ſtatim prono vultu in terram ſe vertebat, & illum ſalutabat: protinuſque ille pius populorum ſpeculator, piis verborum viciſſitudinibus, itineris ſui ordinem inveſtigare cœpit ab illo: quomodo ſeptem annorum calculum in externis terrarum finibus probando peragraret, aut quomodo multa temporum ſpacia perniciolas paganorum pravitates penetrando evaderet, diligenter ab illo ſciſcitabatur. D

37 Statimque tunc ille agilis Chriſti verpaculus, glorioſo gentium gubernatori, ſapienti ſermonum induſtria, humiliter edifferendo, ſeriem ſui itineris ex ordine intimavit, qualiter * modo multas migrando mundi iſtius permeavit manſiones, & quomodo almum altiſſimi ætherum Plaſmatoris natalem adventus ſui locum in Bethleem adorando, opem poſtulando, luſtrandoque perambulabat. Et nihilominus aliam baptiſmatis ejus terram in Jordane ſpeculando, ſeque balneando viſitabat. Sed & in Hieruſalem ſicque in ſanctam Syon, ubi ſacer ſeculorum Salvator in Cruce ſuſpenſus, peremptus eſt atque ſepultus, Et poſtea in monte Oliveti in cælum aſcendit. Iſtic quatuor vicibus veniendo orabat, & Domino ſe commendabat. Iſta omnia illi intimando explanabat,

ſeptennii ſua peregrinationis.

* *lege* per

38 Poſtquam hæc omnia delectabilibus verborum ſermocinationibus inter ſe ſabulantes volutabant, ſacer ille ſummuſque Apoſtolicus Pontifex, ſobriis ſermonum indiciis, taſtando intimavit B. Willibaldo, quod S. Bonifacius rogabat illum, ut ipſum S. Willibaldum a S. Benedicto adduci, pervenireque feciſſet: & ſic illum tunc ſubſummatim * mitteret, ac illi in gentem Francorum erudiendam cooperatorem efficeret *b*. Cumque iſta S. Bonifacii voluntatum votiva deſideria Dominus Apoſtolicus Papa Gregorius III. S. Willibaldo indicaſſet, placidis illum exhortationum oraculis rogando ſeu præcipiendo acceſſivit, ut ad S. Bonifacium veniret. Tunc ille inclytus Chriſti athleta S. Willibaldus petitionibus Pontificis, ſimulque juſſionibus ſe ſolerter ſubſummatim effectum ſeu obedientiam perficere promittebat, ſi ſecundum regularis vitæ diſciplinam, licentiam illi a ſuo poſtularet Abbate. Statimque ſummus ille ſanctæ auctoritatis Pontifex reſpondit, illumque ſine ſolicitudinis ambiguitate ſecurum, cum ſuæ juſſionis licentia obedientialiter pergere præcepit, dicens: Quia ſi illum ipſum Abbatem Petronacem uſpiam tranſmittere me libet, certe contradicere mihi licentiam non habet, nec poteſtatem. Conſeſtimque tunc S. Willibaldus ſacris ſermonum exhortationibus conſenſum, atque ſe ſpontanee exhibere reſpondit. Et non ſolum illuc, ſed ubique in omni terrarum loco, quocumque illum tranſmittere dignaretur, devote ſine deſide diſferentia, ſecundum voluntatis ſuæ arbitrium, ſe pergere ſpondebat.

S. Bonifacio deſtinatus adpo-

ad S. Bonifacium,

& in Germania profectus

39 Poſthæc tunc finitis oraculorum fabulis, pergebat inde S. Willibaldus in Patcha, qui illuc veniebat in nativitate S. Andreæ; & Diapertus manebat ad S. Benedictum. Et veniebat ad Lucam, ubi pater ejus requieſcebat. Et inde venit ad Ticine urbem. Et inde venit ad urbem Brixiam. Et inde venit ad locum, qui dicitur Charinta *. Et tunc venit ad Ducem Odilonem, & ibi fuit unam hebdomadam. Et inde venit ad Suitgarium *c*, & ibi fuit una hebdomada. Et inde perrexerunt ad Limbrat Suitgariua & S. Willibaldus ad S. Bonifacium. Et miſit illos S. Bonifacius ad Eyſtet, ut videret,

* *al.* Charitta.

c

quo-

A quomodo ſibi placeret. Illam regionem Eyſtet Snitgarius tradidit S. Bonifacio, in redemptionem animæ ſuæ. Et ſanctus Bonifacius tradebat noſtro Epiſcopo S. Willibaldo illam regionem, quæ adhuc tota erat vaſtata, ita ut nulla domus ibi eſſet, niſi illa eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ adhuc ſtat ibi, minor quam alia eccleſia, quam poſtea B. Willibaldus ibi conſtruxerat.

eccleſia Eyſtettenſi præfectus.

40 Cumque ibi duo manerent ſimul ad Eyſtet aliquantum temporum inducium S. Willibaldus atque Suitgarius, almumque ibi habitationis locum explorando eligerent: poſtea iterum pergebant ad S. Bonifacium ad Friſingam. Et ibi erant cum illo uſque dum omnes ſimul iterum veniebant ad Eyſtet. Et ibidem tunc S. Willibaldum conſecravit ſanctus Bonifacius in presbyteralis dignitatis gradum. Ipſa die, qua Epiſcopus noſter S. Willibaldus conſecratus eſt in presbyteratum, undecimo Kalendas Auguſti fuit, ad natalem ſanctæ Mariæ Magdalenæ *d*, & ſancti Apollinaris.

d

B *& Epiſcopus conſecratur.*

41 Et poſtquam unius anni tranſibat circulus, ſanctus Bonifacius præcepit, ut in Thuringiam ad ſe veniret. Statimque venerandus ille vir Dei ſanctus Willibaldus, ſecundum juſſionem ſancti Bonifacii, in Thuringiam veniebat, & in domo fratris ſui Wunebaldi boſpitalitatis manſionem habebat: quia jam illum prius octo annorum ſpatio, & nono dimidio *e* ab eo, quo de Roma pergebat, non vidit. Et jam tunc videndo gaudebant; & de ſua conventione gratulabantur ambo. Illud fuit autumnale anni tempus, quando ſanctus Willibaldus veniebat in Thuringiam. Statimque poſteaquam illuc veniebat, ſanctus Bonifacius Archiepiſcopus, atque Burchardus & Wizo ſacræ epiſcopatus authoritati illum ordinando conſeeraverunt. Aſt ibidem tunc cum ſummo ſacerdotalis infulæ ditatus erat honore, unam hebdomadam erat, & poſtea iterum ad prædeſtinatum manſionis ſuæ locum remeabat.

e

annos natus 41.

C 42 Sanctus Willibaldus quando in epiſcopatum conſecratus erat, habebat quadraginta annos & unum. Et tunc erat autumnale tempus circa illam ſere horam tribus hebdomadibus ante Natale ſancti Martini in epiſcopatum conſecratus eſt, in loco, qui dicitur Sallpurg. Tranſacto atque terminato prolixo itineris meatu S. Willibaldi, quem ille ſagax in ſeptem annorum *f* induciis luſtrando adibat, illa nunc reperta, & ex ritu rimata explanare, intimareque conabamur: & non ab alio reperta, niſi ab ipſo audita, & ex illius ore dictata perſcripſimus in monaſterio Heidenheim, teſtibus mihi diaconis ejus, & aliis nonnullis junioribus ejus. Ideo dico hoc, ut nullus dicat iterum, hoc frivolum fuiſſe.

f

Monaſterium in ſuæ eccleſiæ finibus conſtituit.

43 Poſtquam ille de Roma in iſtam veniebat provinciam, cum tribus contribulibus, tunc quadraginta & unius annorum ætate, jam gnarus & grandævus, ſacri epiſcopatus gradum accepit, & in locum, qui dicitur Eyſtet, monaſterium conſtruere incipiebat, atque ibidem ſacram monaſterialis vitæ diſciplinam in uſum prioris vitæ, quod videndo ad ſanctum Benedictum, & non ſolum ibi, ſed & in multis monachorum manſionibus, quas ipſe ſolers, & ſophyrus, vaſta per rura rimando explorabat, illorum κ[ατ] normam venerandæ vitæ converſationem in ſemetipſo oſtendendo exercebat, & cum paucis adhuc ibidem operariis latum atque ſpatioſum divinæ ſegetis campum ſacra ſuperni Verbi ſata ſerendo, uſque ad meſſem perducebat. Et ſicut apes prudentiſſimæ, quæ per purpurea violarum virecta, & per ſulvos frondium floſculos, & per olida oleorum florida letalem liquantes toxicam, & ſuaviſſimum ſorbentes ſuccum nectaris, & ſic cruribus, & toto corpore refertæ ad alvearia geſtando properant: ſic & ille beatus parilion *g* Willibaldus, in omnibus, quæ late luſtrando propriis cernebat luminibus, optima eligendo, arripiebat, arripiendo omnibus ſibi ſubditorum phalangibus rectæ converſationis ſtudium bene vivendo, in verbo, in vitiorum obſtaculis, in bonitate, in patientia, in abſtinentia peritus, prolatam præbebat normam.

D *A. SANCTIMONIALI.*

g

quo conſuevit diſcipuli

44 Aſt cito poſtquam ille ſtrenuus almi Dei athleta monaſterialem manſionis locum inhabitare cœpit, ſtatim undique de illis regionum provinciis, & nihilominus longinquis regionum limitibus, ad ſaluberrimum ejus ſapientiæ dogma confluere cœperunt, quos ille quodammodo omnes, ut gallina, quæ ſub alis ſolet ſuos regendo enutrire fœtus, ita & ille pater ſanctus Willibaldus, ut mater, Eccleſiæ plures per ævum ſuæ pietatis parma protegendo, Domino deferebat adoptivos natos. Et quemadmodum alumnus *h* ſuos alere ſolet infantes, ita & ille enutriendo divinæque pietatis lacte leniter lactando paſcebat, uſque dum illi confoti, & infantia eruditi, eleganterque edocti, ad juvenilem pulcbræ indolis pubertatem pervenerunt. Et nunc ſecundum magiſtri præcedentis exemplum, ſancta ſectantes dogmatum ejus dona, multis micant adminiculis *i*.

E

h

i

Epilogus.

45 En ille S. Willibaldus, qui cum paucis adprimitus ſatellitum ſubſidiis, ſanctæ converſationis inchoaverat exercitium, tandem cum innumeris aulatium magiſtratibus, multiformiter militando, Dominn dignum acquiſivit populum. Et lata illi per vaſtam Bajoariorum provinciam, aratra trudendo, ſata ſerendo, meſſem metendo, cum multis meſſorum operariis, per vitreos Bajoariorum campos, cum eccleſiis atque presbyteris, Sanctorumque reliquiis, digna Domino delibat dona. Inde nunc antiphonæ crepitant, inde lectiones reſultant, inde nunc clare credentium turba ſancta ſtrepitant Chriſti miracula, & celeberrima conditoris gratulabundi garrulant præconia. Quid dicam nunc de S. Willibaldo meo magiſtro, & veſtro alumno? Quis illo pietate præſtantior, humilitate excellentior, patientia purior, continentia rigidior, manſuetudine major? Cui ille unquam in triſtium ſolatio poſterior, & chi ille in pauperum opitulatione inferior, aut in nudorum habitu tardior? Iſta omnia non ad jactantiam dicta, ſed ſicut vidi, & audivi, Dei gratia, non hominis facta: quia ſecundum Apoſtolum; qui gloriatur, in Domino glorietur. Amen.

F

ANNOTATA.

a *Hoc decennium facilius ſalvatur, cum ab autumno anni 729. ad autumnum 739.* annorum decem

A decem intercapedo *plane invenianur ; Sanctus*
a SANCTIMONIALI. *eum Romam pervenit* in nativitate S. Andreæ.

b *Hæc ſerme indicare videntur, non mere caſu & occaſione Hiſpani monachi, Romam veniſſe* S. Willibaldum, *ſed a ſummo Pontifice accerſitum.*

c *De hoc* Suitgario *pluta Adalbertus apud Greſerum pag.* 353. *&* 384. *ubi* Swikerus *appellatur.* Suigerum Hurſpergenſem Comitem *vocat Marcus Velſerus lib.* 5. *Rerum Boicarum.*

d *Per* XI. Kal. Aug. *clare deſignatur* XXII. *Julii dies, in quam non cadit feſtum S. Apollinaris, ſed in ſequentem* XXIII. *Anno* 740. *currebat littera Dominicalis B, adeoque* XXII. *in Sabbatum incidit, quo ordinatio facta fuerit, forte nocte inter Sabbatum & Dominicam media, ut notavit Cointius, ad annum* 741. *in fine, ubi tamen annum male conſignavit.*

e *Nodum hic difficilem reperit Greſerus, pag.* 205. *quem neſcio an recte ſolvat. Ex mente ſcriptricis forte jungendi ſunt numeri octo & novem cum dimidio, ut exurgant anni ſeptemdecim cum dimidio, ex quo fratrem non viderit. At non ſatis recte calculum iniit Sanctimonialis, cum ab anno* 722. *ad* 741. *exurgant anni undeviginti. Pejus rem ſolvit Anonymus, dum num.* 19. *ait, fratrem a* S. Willibaldo non viſum, octo ſemis anno poſtquam apud Romam diſceſſere, *niſi cum Greſero ſupponamus S. Wunebaldum ad montem Caſſinum profectum fuiſſe, dum frater ibi monachum ageret, ex quo tempore fluere cœperint præfati octo anni, quod Cointius rotunde admittit ad an.* 742. *num.* 13.

f *Neſcio an ſatis recte hic notet Mabilio, quod Anonymus, auctor ſecundæ Vitæ non dandæ, hæc interpretatus ſit de ſeptem annis pontificatus, cum tamen hic ſermo ſit de profectione ad loca ſancta.*

g *Conjicit Cangius, reſpexiſſe ſcriptricem ad Græcum* καρδιον, *quod nubem ſoli ſimilem, tum colore tum orbiculari figura ſonat: ita ut quaſi ſol alter ſanctitatis fuerit ſeu jubar. Magis id placet quam* paralion, *vel* barilion, *de quibus Mabilio.*

h *Male in Caniſio legebatur* alumnos. *Hic autem* alumnus *non ſumitur pro eo, qui alitur, ſed pro eo, qui alit; ut ſit nutricius. Quam vocem ſic Latini etiam uſurpant.*

C i *Hinc & ex num. ſequenti non recte quis inferet, ſcriptam eſſe hanc vitam poſt Sancti obitum: nam de ejus exitu nihil memorat, etiam ea omittens, quæ præſtitit circa fratris & ſororis ſepulturam.*

VITA ALTERA,

Auctore Anonymo perantiquo, Ex editione Caniſii.

CAPUT I.

S. Willibaldi ortus, morbus in infantia, profectus in virtute ac litteris, & iter Romam ſuſceptum.

a b PRæſul igitur *a* Willibaldus angelicæ caſtitatis inſtar, de genere Anglorum *b* emicuit oriundus. Cumque egregiæ indolis puer, cum maxima parentum ſpe jam triennium D *Anglus originem, morbo libet, Deo conſervatur.* elauderet, morborum incommodis ſubito intabuit; ſpectabile oris decus fœda tenuatum macie defloruit, Ulcerati dolore parentes, quod unicum tunc reſtabat, eum vix patulo ore aera trahentem, eccleſiæ *c* inferentes; ante adorandam ſanctam erucem poſuerunt, & ſi ad ſalutem recrearetur, eum divinæ mancipandum ſervituti devoverunt. Piis ſtatim votis effectum merentibus, puero cum ſalute prior oris decentia rediit, & abſolutæ valetudini reconciliatus, præmaturis pollere cœpit virtutibus. c

2 Hoc igitur omine parentes Deum aliquid magni in tantæ indolis puero operaturum percipientes, ſibi non defuerunt; ſed filium ſuum vix quinquennem monaſticæ diſtrictioni apud monaſterium, Walthem dictum, ſub venerando abbate Egilwardo dedicaverunt. Litteris ergo applicitus, nec momentum temporis otio indulſit, ſed brevi ſolertiſſimus Prælatus, pectus ſuum hagiographiæ armarium fecit, & ut Chriſtum in omnibus exprimeret, quidquid divini, quidquid legis Eccleſiaſticæ legendo percepit, hoc moribus & habitu fideliter aſſequendo implevit. In ſingulis ergo virtutibus jam excellentiſſime eminens, ita enituit perfectiſſimus in Chriſto, ut nil cogitaret, niſi eſſe cum Chriſto. *In monaſterio litteris & virtute inſtructus,* B E

3 Quamvis ergo jam abnegato ſeipſo, mundum tam mente, quam habitu calcaſſet; timeret tamen deeſſe perfectioni, quod in natali ſolo pareutelæ dignitas aliquantulum famæ & honoris ſibi, licet nolenti, addidit; decreverat patriam egredi, & tam ignotus, quam egens pro Chriſto peregrinari, Et ne ſolus ex ſuis Chriſti militiæ adſcriberetur, patrem, nomine Richardum *d*, genere & rebus clarum adiit, ſique mundi contemptum, & peregrinationem ſuadere cœpit: qui cum objiceret filio, ſibi videri crudeliſſimum, & omnino ab humanitate alienum, filios orbare, conjugem viduare, domum totam deſolare; inſtillavit ei ſanctus Willibaldus, nil divino amori præponendum, hanc pro Chriſto erudelitatem, omni pietate humaniorem, ſoloſque mundi contemptores, Chriſti futuros coheredes. Victus demum veridici filii narratione, ſe obtemperaturum, quocumque a caro duceretur pignore, ſecuturum promittit. Ineenderat & idem felix ardor S. Willibaldi fratrem Wunebaldum, Heidenheimenſis cœnobii conſtructorem, & Abbatem futurum, nec non & amborum ſororem, virginum decus, Wulpurgam *e*, multoſque ejuſdem non ſolum cognationis, ſed & patriæ, ut capto Crucis vexillo, nudi evolarent ſecuturi Regem gloriæ, *ad peregrinandum parentem inducit &c.* d F e

4 Anno in ætatem vernante, cum ventis patientibus prima fides arrideret pelago, ſancti fratres Willibaldus & Wunebaldus, cum patre Richardo, & ſorore Wulpurga, aliiſque non paucis, in quorum pectoribus idem fervebat ardor, navi conſcenſa, iter optatum arripiunt, & ventis feliciter ſubſequentibus, ripam fluminis Signone, juxta urbem, quæ vocatur Rotum, appulerunt. Inde Romam tendentes, Lucam Tuſciæ urbem devenere, ibique patrem ſuum carne ſolutum, & præmia, quæ obſcenrus filio meruit, *In itinere patrem Lucæ ſepelit & Romæ agentes.*

A rüit, adeptum, in cœmeterio ſancti Preſeiani *f* ſepeliere. Hioc deſideratam diu Romam pervenientes, lacrymoſa devotione a Prineipibus Apoſtolorum indulgeotiam exoraverunt; ibique Sanctorum loca, io illis partibus ſita viſitantes, ſeque eottidie Deo in ara eordis mactantes, a feſtivitate ſancti Martini uſque ad Paſcha, fœva excocti infirmitate ſuſtinuerunt. Interim tamen ſancti fratres hoc, Deo providente, ſortiti ſuor ſolatium, ut cum nous unam ſeptimanam gravaore morbo lectum occuparet, alter mitigato interim langunre, jacenti miniſtraret. Sic occupante alternatim hunc graviori, illum mitiori languore, ſe ſancti fratres procuravere.

ANNOTATA.

a *Fuerit haud dubie prologus aliquis, ad quem particula* igitur *referri poſſit.*

b *Ab* Anglorum *nomine abſtinuit Sanctimonialis.*

c *Non ad eccleſiam delatus eſt infans, ſed ad* B *Crucis ſignum: vide in priori vita.*

d *Et hic primum occurrit nomen* Richardi, *quod Sanctimonialis retinuerat, ut & auctor alterius ſeu tertiæ vitæ Reginoldus. Vult Mabilio, Richardi vocabulum nonnullis recentius videri, quam ut* S. Willibaldi *ætati conveniat. At Commentarius Gretſeri & alter Henſchenii non difficulter hoc ſalvare videntur: certe radix nominis Richardi non minus Saxonica eſt quam* Willibaldi, Wunebaldi *&* Walpurgis; *vellem tam verſimilia occurrerent argumenta pro regia majeſtate, quam Adalbertus ſuperaddidit, a Philippo Euſtettenſi avide arreptam, quam operoſius, quam verius tuetur Gretſerus.*

e *A fontis puritate ſenſim recedit Anonymus. S. Walpurgæ iter Romanum nullum eſt, nec in priori vita, nec in vita S. Wunebaldi, imo nec in ipſis S. Walpurgæ Actis, quæ videſis* 25. *Februarii.*

f *Jam ſupra oſtendimus, hic etiam erraſſe Anonymum: legendum* Frigidiani.

CAPUT II.

C

Deſcribitur tota peregrinatio Hieroſolymitana.

Sanctus noſter ſanus factus, Hieroſolymam pergit,

CUmque, Deo miſerante, ſanctus Willibaldus jam abſolute reconciliatus vigeret ſanitate, amore cæleſtis Jeruſalem, cœpit terreſtrem ſuſpirare, & loca veſtigiis Chriſti inſignia videre. Dimiſſis ergo ibi fratre Wunebaldo, ſororeque Walpurga, duobus comitatus ſociis, ipſe tertius, victoriolum iter adgreditur. Venientes igitur Beneventum *a*, ubi S. Bartholomæus requieſcit, appulſam navim Ægyptiam invenerunt. Quam ingreſſi, Calabriæ portum, Regiam dictum, velis pleno flatu turgentibus attigerunt. Inde transfretantes in Siciliam, ingrediuntur urbem Catbinenſium, S. Agathæ virginis corpore & patrociniis inſignem, ubi Ætbna mons, imo exæſtuans fundo, flammarum globos egerere, & candente fervens favilla, cœlum ſolet ſubrexere. Cujus incendio, vicina ſæpe loca inflammando ſolventi, Catbinenſes velum ſepulcri ſanctæ Virginis opponunt, nec lædi metuunt. Inde & viſitato apud Syracuſam, ejuſdem inſulæ civitatem, S. Luciæ ſepulcro, ſe rurſum pelago eredunt, & tranſitis Choo, Samoque inſulis, tabentes ſalo artus apud Epbeſum, Aſiæ inſulam, oequount. Ubi poſtquam ad ſepulcrum S. Joannis Evangeliſtæ, ebulliens inde manna admirantes, lacbrymis perfuderunt: poſtquam ſe ſeptem Dorinientibus & Mariæ Magdalenæ *b*, ibidem requieſcenti, commendaverunt: poſtquam in vertice vicini montis locum, ubi ſanctus Evangeliſta orare ſolebat, omni pluvia & tempeſtate immunem & ſecurum, ſatis admirari oequeunt, duobus inde diſtantem milliariis villam Sigilam * pedites venerunt. Ibi mendicato pane, fonti, qui perſpicuis ad fundum aquis io media ebullit villa, intincto refecti; traoſito urbis Strabolis monte excelſo, Pateram perrepſerunt, ibique glaciali hieme undas exaſperante, veris clementiam præſtolantur.

Syracuſas,

Epheſo b

* al. Pigiam.

Patara,

6 Navim demum ingreſſi, ad montem Galanorum *c* transfretarunt. Quo bellorum tempeſtate tunc temporis depilato, ſævam paſſi ſunt inediam, Inde inſulam Cyprum inter Græcos & Sarraticos * ſitam, applicuerunt, & Paſchale, quod jam inſtabat feſtum, apud Paphum urbem agentes, ſole jam circumvoluto, tres in ea bebdomadas ſteterunt. Inde ejuſdem inſulæ urbem Conſtantiam, ſancti Epipbanii præſulis miraculis & corpore glorioſam, adeuntes, ſancti Joannis Baptiſtæ nativitatem ibi egerunt. Inde per Sarracenorum civitatem, Tharrathas dictam, & caſtellum Arahe venerunt Ediſſam *d* Phœniciæ, reliquiis Thomæ Apoſtoli, & Epiſtola, quam Salvator Abagaro Regi ſcripſit, magnificam. Ubi nunc miri operis claret eccleſia, quam Helena Regina conſtruxit, in honorem S. Joannis Baptiſtæ, cujus caput ab Hieroſolymis illuc translatum diu in eadem latuit urbe.

Paphu, c.

* al. Sarracenicos.

Conſtantia,

d Edeſſa in Syria:

7 Jam vero S. Willibaldus, comitantibus ſe ſeptem ſuis contrlbulibus, ipſe fuit octavus. Sarraceni videntes eos lingua diſſonos, habitu ignotos, proditionis gratia eos veniſſe dixeruot. Et Præſidi præſentantes, carceri mancipaverunt. Sed quia Deo nullus clauditur, erat ibi unus negotiatur, qui eottidie eis quælibet oeceſſaria miniſtravit. Interdum balneavit, & ad eccleſiam produxit. Illis in carcere detentis, quidam Hiſpaous, habens in palatio Regis fratrem, experto Sanctorum Dei negotio, eos adjutorio fratris ſimul & nautæ, qui eos adduxerat, apud Regem, Mirſium *e* dictum, excuſavit, & eis abeundi permiſſionem impetravit.

A Sarracenis captus, liberatur.

F

e

8 Inde progreſſi, venerunt Damaſcum, reliquiis Ananiæ, qui converſum ibi divinitus Paulum baptizavit, inſignem. Fuſa ergo oratione in illa eccleſia, quæ nunc in loco converſionis S. Pauli emicat, venerunt in Galilæam in vicum Nazareth, de quo & Jeſus dicitur Nazarenus: ubi Archangelus Gabriel ſanctæ Mariæ perpetuæ Virginis apparens, ei de incarnatodo in ejus ventre Dei filio prædixit, & ubi Spiritu ſancto obumbrante impregnata, inæſtimabiliter Dei filium concepit. Ibi dignæ ſanctitatis conſtat eccleſia, ſæpe per Chriſtiaoos a Sarracenis, eam dejiecre aggredientibus, pretio redempta. Inde poſt viſitatam primo miraculorum Domini nobilem Chanan Galileæ, tran-

Damaſcum progreditur,

Nazareth,

A tranſito monte Thabur, ubi nunc monachorum congregatio in honore transfiguratiónis Dominicæ eſt collecta; per urbem Tyberiadis in littore maris, ubi Dominus Petrum aquas ſiccis calcare veſtigiis fecit, ſitam, ubi etiam Jordanis mare Galilææ *f* pertranſit, venerunt Magdala, vicum Lazari & ſororum ejus. Inde per oppoſitam in altero littore Capharnaum, ubi Dominus filiam principis ſuſcitavit, ubi Zebedæus, pater Jacobi & Joannis requieſcit; & per Betzadiam, ubi nunc eccleſia domum Petri & Andreæ demonſtrat, tetigerunt Corozaim, ubi Dominus expulſis dæmonibus, gregem porcorum conceſſit.

AUCT. ANON. *Canon Gothlac. Thabor &c.*

f

Cæſaream.

9 Hinc ſanctorum amore locorum, itinera tortuoſo, venerunt ad ortus duorum fontium in monte Phanio *g*, quorum unus Jor, alter vocatur Dan, quorum unus ex una, alter ex altera parte urbis, quæ in Evangelio Cæſaræa Philippi, a Phœnicibus autem Paneada vel Phaniada dicitur, fluentes, non longo ab ipſa urbe fatigati lapſu fluentis, & nomine juncti

g

B faciunt Jordanem, Dominico baptiſmate inſignem. Viſis ergo in eodem loco quibuſdam armentis, dorſo longo, cruribus brevibus, proceris cornibus, quæ ſole diem incendente, ſe præter ſolum caput, vicina palude ſolent mergere, venerunt ad prædictam Cæſaream, ubi Petrus cœli claviger factus eſt. Intrantes ibi eccleſiam, viderunt ſtatuam Chriſti, ad cujus ſub divo poſitæ pedem herba admirandæ virtutis olei oriebatur, de quo ſic in Eccleſiaſtica hiſtoria legitur *b*,

b

cujus occaſione indoctior ſtatuæ mulieris, Chriſti ſimbriam tangentis &c.

10 Mulierem, quam ſanguinis profluvio laborantem euraverat, hujus urbis fuiſſe civem conſtat. Pro foribus vero domus ejuſdem mulieris baſis quædam ſolidata collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius, valut genibus provolutæ, palmæſque ſuppliciter tendentis imago, ære expreſſa videtur. Aſtat alia ſtatua ære nihilominus fuſa, vultu & habitu Domini veſte fimbriata circumdati, dextramque porrigentis proſtratæ mulieri. Ad pedem autem virilis ſtatuæ herba quædam novæ ſpeciei è prædicta baſi naſcendo ſurgit, & donec fimbriam veſtimenti Jeſu tangat, creſcere non definit. Quam cum ſummo vertice creſcens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos

C conquirit, ita ut quæcumque illa fuerit infirmitas hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur; nihil omnino virium gerens, ſi ante, quam æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc Euſabius temporum ſcriptor, ad ſua uſque tempora perduraſſe, & ſe ſuis perhibet oculis conſpexiſſe. Hanc autem ſtatuam Chriſti ſceleratiſſimus Julianus Apoſtata, ut in tripartia legitur hiſtoria, depoſuit, & ſuam loco illius locavit. Sed Deo tantum ſcelus ad præſens vindicante, eadem Juliani ſtatua fulminis ictu dividitur, capitis cum cervice pars una terræ infigitur, altera in loco bærens fulminis incendium teſtatur. Statuam vero Salvatoris pagani conſregerunt, Chriſtiani autem colligentes in eccleſia locaverunt.

Lapſus Galgalæ.

11 Digreſſi inde, Jordanis fluenta ſequendo, venerunt ad illum Jordanis locum, ubi Dominus aquas, diluvio olim pollutas, ſuo baptiſmate lavans mundavit. Ibi ſalubri liquore perfuſi, venerunt Galgala, ubi filii Iſrael ſublatos de Jordane lapides in teſtimonio tranſmigrationis ſuæ poſuerunt. Inde permeata Jericho, ubi Jordanis *i* in mare mortuum, nomen cum curſu amiſſurus influit; viſitato etiam S. Euſtachii monaſterio, in mediocri Jericho & Jeruſalem ſito, vix exſpectatam ingrediuntur Hierotolymam. Cui tunc loco, miraculorum vel alicujus operum Domini conſcio, vir Dei Willibaldus oſcula non impreſſit? Quod ibi altare lacrymis & gemitibus non perfudit? Quanta ibi devotione jecuit ante dominicam Crucem, mundo crucifixus? Quam torrido lacrymarum fluvio perfudit lapidem, quem ab oſtio monumenti removit angelus? Sex ibi hebdomadibus graviſſimo irretitus languore cruciabatur, ſancta tamen circuire loca, ſtudio laborem faſſente, non gravabatur. Quanto videndi Deum deorum in Syon deſiderio eccleſiam montis Syon in medio urbis ſitam adiit; quam devote translatum illue ejuſdem eccleſiæ Archidiaconum & protomartyrem Stephanum implıravit!

D *monaſterii S. Euſtachii,*

i

Hierosolymam, ubi langore cruciatur.

12 Egreſſi demum veniunt in vallem Joſaphat, ubi ſepulcrum ſanctæ Mariæ monſtratur. Sed utrum Apoſtoli eam, relicto hic corpore ſolutam, ibi ſepelierint, an ſorta ſepelire eam deſtinantibus, poſt effoſſum ibi ſepulcrum, ipſa ſit cum corpore aſſumpta, vel ſi ſepulta ibi conceditur, utrum inde ſublata, & alias tranſpoſita ſit, an recepta vera immortalitate reſurrexerit, melius dubitatur, quam aliquid inde apocryphum diffiniatur k. Digreſſos inde recipit eos mons Oliveti, ingreſſos eccleſiam deſuper patulam & in loco dominicæ aſcenſionis, opera Helenæ Reginæ conſtructam. Locus ergo hic, in quo Dominus in ipſa aſcenſionis ſuæ hora, ſtipantibus diſcipulis, ſteterat, & unde elevatis manibus, captivitatem noſtram in cœlum captivam duxerat, hodie etiam Dominicorum veſtigia pedum evidentiſſime demonſtrant, & quaſi ſentiens ſe ex hac pedum impreſſione, omni artificioſo ornatu incomparabiliter pretioſiorem, nec pavimento ſterni *l*, nec tecto patitur operiri. Has pedum Domini notas S. Willibaldus cum ſociis non ceſſans lacrymis fluentibus rigare, vere potuit dicere: Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus. In eadem eccleſia duas perhibent ſtare columnas in geminorum memoriam angelorum, qui diſcipulis aſcendentem Dominum atpicsentibus dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Inde etiam referunt quicumque inter columnas & eccleſiæ parietem poſſit circumrepere, peccatorum veniam hunc meruiſſe.

Alii vallem Joſaphat,

E

k *montem Oliveti,*

l

F

13 Inde venit Bethlehem, ubi bos cognovit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Accedens ergo ibi ad putenm, quod prius mirabatur auditum, vidit in ſuperficie aquæ ire a margine uſque ad marginem, figuram ſtellæ *m*, quæ Magis, nato Domino, apparuit, eoſque tertio decimo Dominicæ nativitatis die Bethlehem perduxit. Inde venere Tequam, ubi Chriſti coæquævis ab Herode trucidatis, Nathanael ſub ficu a matre abſconſus evaſit, ideoque ſic dictum eſt a Domino, quia cum eſſes ſub ficu novi te. Inde per Lauram, ubi ſanctus Saba requieſcit, venere juxta vicum Berzuro, ad aquam, quæ eodem, in quo gignitur, ſorbetur loco, in quo Æthiops

Bethlehem,

m

Thecuam,

Berzuron,

ab

A ab ulcinis terræ finibus, viſitato Domini templo, per Philippum baptizatus, vicinum Iſrael præveniendo, pellem ſuam mutavit, id eſt, fide dealbatus, proceſſi aggredinem depoſuit. Inde cum venirent Gazam, auditis apud ſanctum Matthiam Muſarum ſolemniis, S. Willibaldus lumen oculorum dimiſit.

Gazam, ubi lumen amittit.

n quod Hieroſolymis cœpiſſet.

14 Inde per caſtellum Abramiam *n*, ubi tres Patriarchæ Abraham, Iſaac & Jacob, cum ſuis uxoribus requieſcunt, revertitur Jeruſalem, & ingreſſus eccleſiam, ubi ſancta crux inventa eſt, conſtructam, per duos excitatis ſuæ menſes viſum recepit. Inde viſitata apud Dioſpolim eccleſia ſancti Georgii, per Joppen, oppidum Paleſtinæ maritimum, ubi Petrus viduam Dorcadem ſuſcitavit, per littus maris Adriatici a,

Inde pergit Dioſpolim &c.

o Ponit Emaus &c.

adoratis apud Tyrum & Sydonem Domini veſtigiis, tranſito Libano monte, peragrata Tripoli urbe maritima, viſitata iterum Damaſco, venit Emaus, vicum Paleſtinæ, quem Romani poſt deſtructionem Hieroſolymorum, ex eventu victoriæ, Nicopolim vocaverunt. Ubi

B poſtquam in domo Cleophæ, in eccleſiam mutata, eum, qui ex fractione panis in ea cognitus eſt, adoravit, viventis aquæ fontem deſignans, vidit & fontem, qui eſt in trivio, quo Chriſtus eodem, quo reſurrexit die, cum

p diſcipulis duobus, Luca *p* & Cleopha, quaſi ad alium declinaturus vicum, ambulavit. Eſt enim ibi fons, ad quem Chriſtus olim in terris converſaturus, cum diſcipulis dicitur veniſſe, pedeſque in eo, emenſo aliquo itinere, laviſſe, & hinc eamdem aquam diverſorum efficacem medicaminum a Deo factam, ut perata quibuslibet languoribus, tam pecudum, quam hominum, ſalutis infundat præſentiam.

15 Inde S. Willibaldus tertio Hieroſolymam

Hieroſolymam tertio & exacto triennio,

venit, ibique totam hyemem ſtetit. Nec minus peragrata Syria, quarta vice Hieroſolymam repetiit. Inde per Sebaſtiam ſepulcro Joannis Baptiſtæ, quamvis tempore Juliani apoſtatæ diruto *q*, ac reliquiis Prophetarum Abdiæ & Heliſæi, puteoque, ubi Dominus potum a Samaritana petierat, claram, viſo monte Garizim, in quo Samaritanæ patres Samaritanorum orationi indulſiſſe dixerat, ad

q

inde Sebaſtiam,

C caput Libani montis, Tyro vicinum, contiguum monti, ſævos leonum impetus in via paſſi veniunt. Inde apud Tyrum diu exſpectata navi, inchoato in natale S. Andreæ navigio, per totam navigantes hiemem, vix proxima ante Paſcha ſeptimana venerunt Conſtantinopolim, ſanctorum Apoſtolorum Andreæ, Timothei, & Lucæ Evangeliſtæ & Joannis Chryſoſtomi reliquiis celebrem. Ibi biennium *r* moratus, tranſfretavit interim Niceam Bithyniæ urbem, ubi Conſtantinus ad ventilandam Arrii & Athanaſii Alexandrini Præſulis controverſiam, centum *ſ* decem & octo Epiſcopos collegit, ibique eſt eccleſia, in qua ad ſynodum confederunt, tecto carens, inſtar illius, quæ ſita eſt in monte Oliveti. Conſtantinopolim regreſſus, remenſo maris tranſitu, per Siciliæ urbes Capuam, Catanam, deveniunt Regium; hinc Neapolim, inde Syracuſam.

Tyrum,

Conſtantinopolim,

r Niceam &c.

ſ

ANNOTATA.

D

AUCT. ANON.

a *Diximus etiam, non meminiſſe Sanctimonialem de acceſſu Beneventum, multa minus, quod inde navis Ægyptia ſolverit Sanctus noſter.*

b *Notari obiter poteſt ſepultura S. Mariæ Magdalenæ apud Epheſum, de qua hoc menſe proprio die agendum erit.*

c *Montis Galaurorum non meminit Sanctimonialis.*

d *In Hodæporico Sanctimonialis eſt* Ernoſia.

e *Alias* Mirmuminum: *vult Mabilio, legendum* Murmuninum, *quod non tam regis proprium ſit, quam appellativum ſeu gentile primipum Saracenorum, qui* Muminilini, Amiræ *&c. nuncupentur a voce arabica* Amur, *quæ dominum ſignificat.*

f *De ingreſſu & exitu Jordanis in mare Galilææ agimus ſupra. Hic rurſus viam ſic divagat S. Willibaldus, ut non ſatis intelligas, quomodo de ſcripta loca tranſierit. De ſuo addit hic auctor, dum* Magdala *vocat* vicum Lazari & ſororum E ejus. *In Hodæporico ſimpliciter eſt*, locus vicum Magdalenæ.

g *Apud Caniſium erat* Phamo, *ſed manuſ. Mabilio, corrigendum* Phacio. *Alii ſcribunt* Farnium, *quo ex monte oritur fons* Dan, Paucas *etiam dictus, non procul a radicibus montis Libani.*

h *Paregrum ab Anonymo inſertum, de quo mihi in priori vita.*

i *Mabilionis obſervatio eſt, urbem Jericho quinto fere milliari diſtare ab oſtio Jordanis, at mare mortuum influentis, tertio vero milliari ab ipſo Jordane.*

k *Ita ferme Uſuardum ſcripſiſſe, oſtendimus ad ejus Martyrologium; poterat tamen Anonymus a Sanctimonialis ſententia non recedere. Vide notationem Mabilionis.*

l *De primo teſtis eſt Paulinus Nolanus Epiſcopus epiſtola 11. ad Severum; de utroque Adamnanus, & ex eo Beda.*

m *Et hoc ab Anonymo ſuperadditum eſt.*

n *Deo eo monumus, videndum Caniſium. Eſt ſpelunca duplex. Porro munitionem loco eccleſiæ cathedralis ibi a Saracenis conditam fuiſſe obſervavit poſt Breidenbachium Adrichomius; at neuter vocis ſeu caſtelli locum haud expreſſit, inquit Mabilio.* F

o *De mari Adriatico & Dioſpoli abunde ſuperius dictum eſt.*

p *Lucam addit auctor ex præfatione Gregorii M. in Job; nam Lucas ipſa in Evangelio ſolus* Cleophæ *meminit.*

q *Vide Rufinum lib. 2. hiſt. cap. 28. Theodoretum & alios.*

r *Intelliga tranſfretationem Niceanam accidiſſe tempore ipſius biennii, quo Sanctus Conſtantinopoli moratus eſt, ut ex Sanctimoniali certo conſtat.*

ſ *Rurſus mendum eſt, ex Sanctimoniali cum pluribus aliis, quæ hinc inde inobſervata reliquimus, corrigendum: bis annumera* Syracuſam, *loca non ſuo collocatam.*

CA-

A AUCT. ANON.

CAPUT III.

Mora Caſſinenſis, reditus Romam, inde in Germaniam, epiſcopatus Eyſtettenſis & obitus.

Per decennium Caſſini monachus.

DEmum autumno ſe in hiemem contrahente, depoſuit ſe ſanctus Willibaldus in monte Caſſini, apud monaſterium ſancti Benedicti, ſub Abbate Petronace. Et hic decimus *a* erat annus, ex quo exilium eſt adorſus, octavus vero, ex quo Romam eſt egreſſus. Poſtquam ergo ſanctus ille vir ſe Monachis prædicti loci conjunxit, vitæ cœnobialis religioſiſſimæque converſationis normam in ſe pleniſſime monſtravit. Igitur amore omnium in eum provocato, in primo poſtquam illuc venit anno, factus eſt cubicularius eccleſiæ: in ſecundo monaſterii decanus. Poſtmodum octo B annis in duobus poſitis ibi monaſteriis portarius *b*; quatuor annis apud monaſterium in vertice montis ſitum; quatuor rurſus apud monaſterium inferius juxta amnem Raphito *c* poſitum.

a

b

c

S. Bonifacio ſomes novus.

17 Claruit & eodem tempore in Teutonicis partibus, tam opere, quam nomine Bonifacius, Moguntinæ eccleſiæ Archiepiſcopus, genere itidem Anglus, & ſancto Willibaldo cognatus *d*, converſaque poſtmodum feroci Freſia, inſignis Chriſti Martyr futurus. Hic cum de plantando Chriſtianæ religionis nutrimento cogitaret, & huic operi habiles ac neceſſarios undecumque anhelaret aggregare; audierat famam S. Willibaldi apud caſtrum Caſſinum divinæ deditiſſimum contemplationi. Veniens ergo Romam idem Archiepiſcopus, poſt alia cum Præſule Apoſtolico de Cathnlicæ ſtatu Eccleſiæ collata, ſubjunxit, quod ſe ſerventiſſime excoquebat, commiſſum ſcilicet ſibi Moguntinæ *e* ſedis Archiepiſcopatum, terræ & locorum ſpatio amplum, gentilitatis autem ritu eſſe ſqualidum & multum, meſſem ibi multam, operarios autem paucos, & cum neceſſitas irrecuperabilis cogat Paſtorem commiſſorum ſibi quorumlibet rationem reddere, ſubditorumque ſanguis requiratur a præpoſito Præſule, unum paſtorem tam numeroſo ovili non poſſe ſuffiecre; ideoque ſi Deus annuat, & ſi Apoſtolica auctoritas permittat, ſe eumdem epiſcopatum, ſtatutis in eo duobus Epiſcopis, decreviſſe partiri, ut minor procuratio, & gregem munire, & paſtorem valeat abſolvere; eſſeque apud caſtrum Caſſinum monachum quemdam Willibaldum, qui poſtpoſitis divino amori patria & parentibus, poſt fractam longo viarum, & ſancta permeandi loca labore ætatem, Deo ibi mancipatus ſerviat, cui unum ex ſtatuendis epiſcopatibus velit committere, ſi ipſe Dominus Papa eum monaſterio ſubtractum, ſibi curet tranſmittere. Præſuit tunc Sedi Apoſtolicæ Gregorius ejuſdem nominis tertius, Papa vero nonageſimus primus. Hic audito tam laudabili Archipræſulis Bonifacii deſiderio propoſito, ejus intentionem probavit, ſancti tranſmiſſionem Willibaldi promiſit, & longis ſotum amplexibus, plenum ſingultibus dimiſit.

d

e

C

Eo adjutorem expetit.

18 Nec longum; poſtea S. Willibaldus, decennio jam apud Caſſinum montem impleto, Romam cum quodam confratre ſuo, genere Hiſpano *f*, ex licentia Abbatis ſui Petronacis adiit. Cujus audito adventu, beatus Papa eum vocavit, & poſt multas inquiſitiones & reſponſa, ei ſancti petitionem Bonifacii innotuit. Id durum, & propoſitæ contrarium vitæ S. Willibaldus reputans, intulit, ſe, qui propria dimiſit, qui mundum pedibus ſubegit, non poſſe rurſus mundanis irretiri, nec quiete, quam in valle lacrymarum ſibi paravit, velle privari, nec eſſe providi, & mente integri, ut poſt horrenda naufragia, portu occupato, ſe titubantibus adhuc veſtigiis, ſævam prætendenti mortem credat pelago. Ad quem Papa his vel hujuſmodi utitur dictis: Dilectio Dei per dilectionem proximi probatur. Petro ergo poſtquam ſe amatum ter audivit, gregis ſui curam & paſtionem commiſit. Hinc inſtructi divinitus ſancti Patres, multis ex monaſteriali quiete, compluribus ex ſolitaria contemplatione raptis, epiſcopatus commiſere. Prædeceſſor & æquivocus meus Gregorius, mente & habitu monachus, ſedi Apoſtolicæ præficitur. Moyſes heremita, innumeris in aremo clarus ſignis, da ſolitaria, quam duxerat vita, impetrante apud Romanum Imperatorem Mauria *g* Regina, raptus, Sarracenorum genti Epiſcopus præponitur; nec longum, indutam agnina pelle ferociſſimam gentem Chriſto lucratur. Quicumque igitur virtutibus pollens præſſe renuit, ſuamque quietem aliorum utilitati præpoſuerit, tot damnatorum pœnas dignus erit luere, quot peccantium mores ipſe Prælatus potuit corrigere. His vel ſimilibus animus S. Willibaldi flectitur, & pedibus Papæ advolutus, quodcumqua imponatur onus, devoto ſe ſubiturum humero profitetur. Multum argo inſtructus, & Apoſtolica benedictione munitus, dirigitur ſanctus ſancto Willibaldus Bonifacio, quem ſanctus Archipræſul quaſi Angelum cœlo dimiſſum recipiens, gratioſo affectu amplectitur, digniſſime veneratur.

D

f

g

Epiſtolæ ecclaſiæ perferuntur.

19 Notificata ſibi dehine vocationis ſuæ cauſa, rogavit ſanctum Willibaldum, ut dignetur ire, & locum, cui Præſul præponendus ſit, videre. Erat igitur eidem Archiepiſcopo in finibus Bajoariæ locus, Eibſtat dictus, ſibi a quodam pio religioſo, nomine Suigero, pro divinæ reſpectu remunerationis in uſus divinos traditus. Hoc igitur loco, adhuc ſuæ parochiæ ſubjecto, decrevit S. Bonifacius epiſcopatum facere, eique S. Willibaldum præficere. Ivit, vidit, probavit, reverſuſque ad ſanctum Bonifacium, eo comitante, denuo locum ſuum adiit, & presbyteratus ibi gradum, Archiepiſcopo conſecrante, perfecit. Nec mora, eccleſiæ fundamenta cœpit ponere, clauſtrum & officinas Cleri ſignare, & quælibet divinæ neceſſaria ſervituti ſagaciter diſponere. Revoluto abbine anno, Archiepiſcopum in Turingia adiens, tolerabile hoſpitium habuit in via, apud fratrem Wunebaldum, octavo *h* ſemis anno, poſtquam apud Romam diſceſſere, non viſum. Hinc ad Archiepiſcopum ſuum apud urbem Saltzburge *i* venit, ubi confluente Antiſtitum collegio, conſentiente cleri plebiſque ſuffragio, epiſcopalem

E

F

h

i

A palem benedictionem, & Eihſtatenſis eccleſiæ cathedram ſuſcepit, quadrageſimum primum ætatis annum tunc agens.

Ejus cura paſtoralis & plurimi.

10 Cura igitur epiſcopali ſuſcepta, non habuit requiem, verbum Dei die ac nocte prædicare, defides gentis illius animos, & parum de futuro ſollicitos, ad ſpem cœleſtium erigere, ſepoſitis inanium rerum curis, æterna quærere. Et ne parum fidei colonus proficeret, quod verbo plantabat, vita doctrinæ conſona rigabat. Nec longum, rudis ſqualentium cordium campus ita Evangelici ligonis exercitium audierat, ut ignaro fructus agro, extirpato errorum frutice, ſeges rubicunda & vinea Dei Sabaoth videretur ſurrexiſſe. Poſtquam igitur epiſcopatum ſuum ſanæ inſtitutis vitæ per ſe-

k ptem k annos digniſſime informavit, diſſolvi & eſſe cum Chriſto cupiens, Spiritum conditori reddidit, ſepultus in eccleſia, cui præfuit. Quanti nunc apud Deum ſit meriti, teſtatur corona juſtitiæ, quam miracula, apud ſepulcrum ejus coruſcantia, teſtantur eum recepiſſe.

B ANNOTATA.

a *Rectiſſime calculos connectit, ut alibi oſtendimus.*

b *Habe hic notationem Mabilionis. Mirum videretur, inquit, quod ex* Decano *fit* portarius, *niſi S. Benedictus ad* portum *monaſterii ſenem ſapientem, maturum moribus exigeret in Reg. cap. 66. Annos in Sancto noſtro compenſavit morum maturitas.*

c *Etiam in prima vita ſic legitur* Raphito; *an recte contendat Angelus de Nuce, ſcribendum* Rapido, *nolim contentioſius diſcutere.*

d *Non tam aperte dixit Sanctimonialis, Bonifacium* Anglum *fuiſſe & S.* Willibaldo cognatum.

e *Ut demus Mabilioni, Gregorio III. Pontifice, S. Bonifacium necdum ſedi Moguntinæ additum fuiſſe, negari non poteſt*, commiſſum *ipſi eo tempore archiepiſcopatum. Sic per prolepſim intelligo, quod paulo ſuperius abſolute dicatur* Moguntinæ eccleſiæ Archiepiſcopus.

f *Hunc comitem fuiſſe peregrinationis Willibaldinæ, neſcio unde eruat Mabilio, nec qua ratione eum putet eſſe* Diapertum. *Vide Sanctimonialem num. 36. ubi hæc leges:* Poſthæc itaque unus presbyter, qui de Hiſpania veniens, ad S. Benedictum manebat: *non ergo ex Syria venerat cum* S. Willibaldo.

C g *Nota eſt* Mauvia *ex Rufino lib. 2. cap. 6. quæ aliis* Mavia *dicitur. Et hoc parergum eſt auſtri; neſcio an ſatis recte additum.*

h *De hoc numero male poſito ſupra egimus.*

i *Aliud mendum, pro* Sallpurg *Turingiæ. Vide plura apud Mabilionem.*

k *Sit finis errorum hujus auctoris, dum Sancti noſtri epiſcopatum contrahit ad ſeptem annos. Vide Commentarium prævium.*

MIRACULA

Facile mihi ignoſcent, opinor, Eyſtettenſes, quamquam non minimæ negligentiæ eos accuſem in annotandis recenſendiſque ſanctiſſimi ſui Patroni miraculis, quæ cum innumera & propemodum infinita hinc inde prædicent tabulæ, nulla tamen ſeorſim enumerarunt, præter pauca illa quæ ex codice manuſcripto de S. Willibaldi translatione vetuſto Philippus apud Greſerum a pag. 133. ad 147. quæque nos ſola ab ipſo conſignata reperimus. Habe igitur ſortes ſupra nominati Philippi textum.

D AUCT. ANON.

Primum ſignum ipſo die translationis circa horam ſextam factum eſt in contracto, exiſtente de familia chori majoris Præpoſiti Domini Alberti, ſcilicet janitore noto & enutrito ab Eyſtettenſibus a juventute. Qui cum relatu didiciſſet, reliquias S. Walpurgis ad Cathedralem eccleſiam deportari, ſumptis podiis * more ſolito, firmiter claudicando chorum aſcendit, prorumpens clamore valido in hæc verba: O glorioſe Præſul Chriſti Willibalde, da mihi panem nuntii *, ſoror tua advenit, te benigne ſalutatura. Et appropians aræ intemeratæ Virginis Mariæ, qua locatum fuerat ſacroſanctum corpus Willibaldi, trina poſtulatione peracta, ſanitatem omnimodam eſt adeptus: ita videlicet, quod podiis & baculis abjectis, cœpit jubilare, ſaltare, & magnificare nomen Præſulis Chriſti Willibaldi.

Claudus curatur.

* *ſalcris.*

* *q. d. nuntius pro hoc auspicio.*

E

II Signum. Mulier vexata dæmone multis annis, liberata eſt, ita quod dæmon vilus eſt mitti in aera in forma cornicis nigerrimæ.

Energumenus liberatur

III Signum. Quædam Judæa in partu laborabat plus quatuordecim diebus, & cum videret dolorem vitam velle finire, rogabat mulieres Chriſtianas, quæ antea eidem familiares fuerant, ut ipſam è domo Judaica efferrent, quod cum factum eſſet, illico invocando nomen intemeratæ Virginis Mariæ, partum edidit omni dolore ſemoto, ante partum tamen recepto ſacro fonte baptiſmatis. Quem puerum cum ob verecundiam mater non procuraverit baptizari, ipſa tamquam inops & mendica, intendebat Judæo, a quo conceperat, committere educandum. Quæ cum eumdem ad monaſterium S. Willibaldi die quadam deferret, tacto beatiſſimi Confeſſoris Willibaldi ſanctuario, clariſſimo lumine oculorum ſuorum privata, nec non ambabus manibus eſt contracta. Ipſa vero, cum tamquam anxia, rogaret ſe duci de choro ad Crucifixum, quod eſt in ſiniſtra parte chori adorandum; ejuſque rami inciderit, hanc plagam ſibi illatam, propter puerum non baptizatum, & indignam tangi tam ſacroſanctis reliquiis Confeſſoris Chriſti Willibaldi; fine mora vovit Deo & B. Willibaldo baptiſmum puero velle procurare, quæ continuo viſum recepit, & manus ejus contractæ ſunt ſolutæ, & baptizatus eſt puer in parochia Eyſtettenſi, cujus patroni ſunt Dominus Hermanus de Tanhauſen, Canonicus Eyſtettenſis, & magiſter Hertingus, proviſor ſcholarium.

Judæa parturiens ſoluta ab ea & corporis vapore.

F

IV Signum. Quædam domina cæca de Ungaria venit Ratiſponam, cujus intentio fuit velle viſitare limina S. Mariæ in Aquis *, ductore mediante, quæ eum audiret relatu, S. Willibaldum debere tranſportari, manibus & vultu erectis in cœlum, inſpliciter Deum flagitabat, ut per merita S. Willibaldi, ſui Confeſſoris, viſum mereretur recuperare. Quæ vix oratione completa, cum viſum recepiſſet, venit in Eyſtett magnificando nomen Jeſu Chriſti & S. Willibaldi. Deinde Aquis iter fine ductore

Mulier cæca, viſum recipit.

* *Aquiſgrani.*

A ex MS. ſtore arripuit, non contenta gratia a S. Willibaldo adepta. Cum igitur ventret quaſi in medium nemus, quod vulgari nomine dicitur forſt, viſus eidem eſt ablatus. Quam cum ſolam contigerat aliquamdiu vagari, tandem venerunt mulierculæ poperantes ad limina S. Willibaldi. Quam cum audirent cum gemitu clamantem, adierunt, interrogantes, unde cæcitas eveniſſet eidem? At illa eiſdem per ſingula exponens, rogabat, ut mediante ipſarum ducatu, civitatem Eyſtettenſem attingeret, quod etiam, præſtante Domino, ad effectum pervenit. Eadem etiam flens largiter ducta eſt in quamdam domum, de qua non poterat præ nimio dolore capitis egredi; invocando nomen Confeſſoris Chriſti Willibaldi ſecundo viſum recepit. Et ſtatim properans ſine ductore ad monaſterium Cathedralis eccleſiæ, S. Willibaldo perpetuam continentiam vovit. Deinde poſt brevis ſpatium temporis, cum tamquam juvencula elegantis formæ, huic voto contrairet, & diceret, ſe maritum velle ducere, viſu tertio eſt B orbata. Poſt hæc autem pure confeſſionem faciens, & perpetuam Deo vovens continentiam cum contritione maxima, viſum tertio recepit.

Convulſus ſanatur. V Signum. Apud Egram, dum cives de veſtibus B. Willibaldi particulam ſecum deferrent, ob B. Willibaldi reverentiam, occurrente utriuſque ſexus turba copioſa, cum proceſſione proſternentes ſe devotiſſime terræ, offerunt cujuſdam ditiſſimi filium, pedibus & manibus curvum & contractum, dicentes: O inclyte Præſul Willibalde, oſtende nobis fidelibus tuis in hoc paralytico tuam gratiam ſalutarem. Illico tactu ſanctuarii, adoleſcens priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati. De hoc nobis fides facta fuit, ejuſdem loci viginti civium juramento.

Puer mortuus reſuſcitatur. VI Signum. Apud Auguſtam puer duorum annorum ſubmerſus, & flumine a civitate longe, quaſi per dimidium milliare devectus, defunctus reportatur. Coram civibus multis circumſtantibus, mortuum prædictum, ad invocationem egregii Confeſſoris Willibaldi, votum faciente matre, ut ſi vitam rehaberet, ipſum C B. Willibaldo miniſtrum perpetuum conſignaret. Mox puer manus ad cœlum elevans, vitæ eſt priſtinæ reſtitutus. De quo fides facta fuit per fide dignos, qui juraverunt, prædictum mortuum ſe vidiſſe. Idem etiam apud S. Willibaldum poſtmodum longo tempore converſabatur.

Circuli ferrei roſpiruo. VII Signum. Quidam conſtrictus ferreis circulis, ante aram ſe proſternens, B. Willibaldum ſuppliciter flagitabat, quod ſibi præſtaret certitudinem, & interſignum, ſi pro peccatis & delictis ſuis condignam in his circulis pœnitentiam egerit. Qui continuo liberatur, circulis ferreis omnimode confractis.

Naufragi in Danubio mirabiliter liberati. VIII Signum. Cum peregrini, volentes poſt viſitationem S. Willibaldi, qui tam de Ratiſpona, quam de aliis civitatibus & villis confluxerant, ad propria remeare, in Ingolſtat octoginta utriuſque ſexus tam ſenum, quam mulierum gravidarum & puerorum, navem intraverunt. Qui cum veniſſent in Vohburg, ubi tranſitus eſt petroſus & periculoſus, nautæ navem incaute regentes, paſſi ſunt naufragium univerſi peregrini. Gementes autem & nomen Confeſſoris Chriſti Willibaldi devotiſſime invocantes, viſi ſunt Danubio velut anete * ſupernatare, quamvis plurimi ex illis artem natandi numquam exercuerunt. Et pueri ac mulieres imprægnatæ illæſi ad portus exivere diverſos. Dux vero Bavariæ Ludwicus & miniſteriales ac alii hoſpites, ante portam caſtri ſtantes, velociſſime, cum viderunt præfatos naufragari, ad Danubium cucurrerunt, omnibus naves habentibus ſub interminatione rerum & perſonarum, diſtrictiſſime præcipientes, ut naufragantibus ſubvenirent. At illi naufragi extentis manibus reſpondentes dixerunt, ſe nullius auxilio egere, niſi ſolius Confeſſoris S. Willibaldi. Et ita omnes ſalvi & incolumes evaſerunt, B. Willibaldo exiſtente ductore. D * anates.

Indico naufragio auxilium Sancti IX Signum. Quidam volentes viſitare limina B. Willibaldi, ſe conduxerunt in quodam ligno, quod dicitur * ſloje, tranſeuntes venerunt in oppidum, quod Ratn nuncupatur, ubi Lycus partem Danubii influit. Inibi ex impetu concurrentium aquarum remes * ſunt confracti præ anguſtia corporis, quia *flos* fundum adiit; ortus eſt ingens clamor omnium in ligno conſidentium; & una omnes invocantes nomen Confeſſoris Chriſti, clamabant: o B. Willibalde, trabe nos ad portum ſalutis ruæ gratia pietatis. Illico apparuit illis vir inſulatus, tamquam Clericus, albis veſtibus indutus, tenens vexillum album in dextera & Crucis ſignum per medium rubei coloris; cum ſiniſtra gubernabat lignum, omnibus videntibus cum plenitudine gaudiorum; ita videlicet, ut ſine difficultate pontem tranſirent, & omnes in eo conſiſtentes ad portum ſalvi devenerunt. * navi. E

Surdus auditum recuperat. X Signum. Quidam preſbyter de Ulma privatus auditu, limina diverſorum Sanctorum pro recuperatione auditus adiit. Cum nil proficeret, tandem commemorans gratiam, quam Dominus propter dilectionem S. Willibaldi, omnibus ad ſe venientibus impertiretur; ſub tali conditione, ſe limina adirurum prædicti Confeſſoris vovit, ſi ſibi per interventionem ejuſdem Confeſſoris auditus intra triduum reſtitueretur. Tertio die circa veſperas cum ſtaret orans, quam diem ſibi pro termino ſtatuerat, F auditum recepit. Qui votum ſuum implens, venit Eyſtet, & juramento ſibi hoc accidiſſe affirmabat. Præterea idem ſacerdos tam debilem viſum habebat, quod terras ſine ductore tranſire non poterat, & liniens ſe cottidie vino, quo B. Willibaldi oſſa lota fuerant, ſine ductore abſceſſit.

Puer ſuis exſtinctus reſuſcitatur. XI Signum. Quidam puer in Rugeshoven fuit ſubmerſus, amicis & cognatis ipſum deferentibus cum maximo ejulatu & clamore ad chorum Cathedralis Eccleſiæ, ipſum aræ ſuperpoſuerunt, S. Willibaldi brachio circumlinientes, multis adſtantibus & videntibus magnalia Chriſti & ſui Præſulis, eſt reſuſcitatus. Unde verſus:

Alia miracula.

Extant ſanati per Præſulis acta beati,
Sex homines cbiragra, ſex alii podagra.
Viſum reſtituit Willibaldus peregrinis,
Uni ſeu quinis, ut ſua ſpes valuit.
Signaque ſunt factu per juramenta probata,
Plura licet varia præfuerint alia.
Et tor adhuc certe nova elam profert & aperte;

Signa

A Signa quod hæc verum non capiunt numerum.

Hæc ſunt tredecies ſigna peracta dies.

XII. Supradictis pauca ex innumeris adjicientes, quæ tempore noſtro peracta novimus, ad finem Legendæ properemus.

Mulier liberata a gravi vertigine.

XIII. Erat quædam mulier in civitate Eyſtettenſi, honeſtæ vitæ ac bonæ converſationis, quæ vertiginem capitis patiebatur, & acutiſſimarum ſagittarum ac reverberationum ictus intolerabiles ea vehementia ſentiebat, quod quaſi omni hora videretur periculum excerebrationis vel dementationis ipſi imminere: & cum hujuſmodi ictus reverberationum ad oculos deſcendebant, lumine privabatur, & ſanguineæ guttæ de oculis ejus ſtillabant. Hæc ad tumbam beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Willibaldi veniens, ac ipſam manu tangens, ſalutifero contactu ſperans curari caput ſuum, in virtute ſacri contactus circumtangebat, frontem & oculos attrectando; quo facto, in ipſa hora curata eſt.

Audiens ipſa ab angeli ſuſtentata paſſione ſe lætatur.

XIV. Item nos ipſi more ſolito in ſtudio lectionis exiſtentes, quædam paſſio viſcerum adeo vehemens & dolore plena nos ſubito apprehendit, quod ſi continuata fuiſſet uſque in veſperam, omnino, ut certiſſime credimus & experimento doloris didicimus, ab luce hujus ſeculi ingraſſemus. Surgentes igitur cum magna attritione corporis, & multa contritione mentis, difficultate inenarrabili, ad chorum Beati Willibaldi pervenimus, & cupientes aſcendere per paucos gradus, qui inibi in aſcenſu ejuſdem chori habentur, non poteramus; ſed ante januam ſtantes, imaginem Virginis ac Matris Dei, ex oppoſito in fine chori locatam, quæ verſo vultu ingredientes reſpicit, lamentabiliter aſpeximus, orantes in hæc verba: Beata Mater Dei, ob reverentiam & honorem Beati Willibaldi, capellani tui, qui ſemper te ſingulariter honorando venerabatur, me indignum ſucceſſorem ſuum curare digneris, præſertim cum hæc paſſio in compoſitione ſui operis ac Legendæ me invaſerit. Et illico ipſa hora curati ſumus, nullum dolorem vel aliquod veſtigium doloris, ex ipſo momento curationis ſentientes. Hæc autem in verbo Domini dicimus, teſtimonio bonæ conſcientiæ non mentientes.

Quæſtio eorroſorum.

XV. Priuſquam finem lectnræ imponamus, cuidam quæſtioni reſpondere concupiſcimus. Solent namque plerique inſultando quærere: Cum B. Willibaldus a Deo inhumeris præferatur miraculis, cur Eccleſiam ſuam ab injuſte eam turbantibus interdum permittat tribulari, & non ad lineam omnia ulciſcatur, nihil impunitum derelinquens.

Tergiverſatio qui S. Willibaldi ea excudunt.

XVI. Ad quæ reſpondemus: Quod B. Willibaldus, exemplo Salvatoris noſtri, multa ad tempus diſſimulat, ut ſe virtute patientiæ eminentem oſtendat. Quædam vero nequaquam diſſimulat, ut ſe compatientem capellanis ſuis pateſaciat. Hoc tamen examinatione multi temporis compertum eſt, & ipſi experti ſumus, quod Barones, terrarum principes, vel cujuſcumque conditionis nobiles, eccleſiam Eyſtettenſem in rebus vel perſonis, ſuæ ſalutis immemores, contra Deum & juſtitiam venientes, auſu temerario moleſtantes, vel quoquo modo indebite perturbantes, abſque ſolatio liberorum defuncti inveniuntur. Sane autem abſque ſolatio liberorum dicimus, qui vel omnino ſine liberis moriuntur, vel ſi liberos habeant, nullam materiam lætitiæ, vel honoris, ſed materiam triſtitiæ & doloris in eis inveniunt.

D ex MS.

Liberis & ſucceſſoribus carent.

XVII. Sic igitur opinantes nomen Eyſtettenſis eccleſiæ ſuis invaſionibus extinguere, ſe ipſos perimunt; & nomen, quod poſteritati ſuæ ſervandum eſſet, ac celeberrime continuandum, miſerabiliter amittunt; & in quibus Eccleſiam offendere conantur, mirabili diſpenſatione divina, nimirum interdum exaltant. Nam feuda, quæ numquam fideliter deſervierunt, ultione ingratitudinis ac pejerationis * cum ſine poſteritate liberorum moriuntur, ad præfatam eccleſiam utiliter, glorioſe & Deo laudabiliter revertuntur. Quid plura? Benedictio & claritas & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen. Qui nobis talem præfecit pacis principem, cui ſacerdotii nomen manet in æternum.

E

* peforationis.

Peroratio.

XVIII. Ad ſancti ac beatiſſimi Patris noſtri, beati Præſulis Willibaldi laudes addidiſſe aliquid, decerpſiſſe eſt. Cum ſiquidem virtutum ejus gratia non ſolum ſermonibus ſit exponenda, ſed operibus comprobanda: hinc ergo pſalmi reſonent, concrepent Lectiones, Hinc populorum turbæ lætentur, hinc pauperes Chriſti ſubleventur. Surrexit enim Sacerdos magnus in nobis, per quem Dominus viſitavit plebem ſuam, de quo famoſa lectione pariter & prædicatione dicere poſſumus: Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus. Ecce per demonſtrationis præſentiam. Ecce per ſanctitatis evidentiam. Sacerdos magnus non ſolum propter gratiarum exuberantiam & virtutum magnificentiam; ſed etiam ſacerdos magnus propter pontificalis officii dignitatem. Hic in diebus ſuis placuit Deo, propter divini amoris familiaritatem, & inventus eſt juſtus, propter finalis juſtitiæ æquitatem, quam ſemper gratioſe tenuit in exercitio viæ, quoad uſque feliciter attingeret in patria repoſitam ſibi coronam juſtitiæ: ad quam meritis B. Willibaldi nos perducat Jeſus Chriſtus, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto, vivit & regnat Deus in omnia ſecula ſeculorum. Amen. *Atque hic miraculorum finis.*

F

DE S. ANGELELMO EPISCOPO

AUTISSIODORI IN GALLIA.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Sancti cultu, ætate & Actis,

Sec. IX. *IN noſtris Martyrologiorum & Kalendariorum Mſs. collectaneis, tomo 4. bina invenimus ad celebrem Autiſſiodorenſem eccleſiam ſpectantia; alterum Gallicum in forma Martyrologii, quod a noſtro Chiffletio accepimus, in quo numerantur Sancti coetum & quindecim. Alterum eſt Latinum Kalendarium eccleſiæ & diœceſis Autiſſiodorenſis, ad Majores noſtros directum* VII. *Auguſti* 1662. *per Ludovicum Natalem d'Amy, presbyterum ſeniorem canonicum Autiſſiodorenſem, quo ſolum continentur Sancti aut Beati Autiſſiodorenſes ſeptuaginta & unus, grandi certe & patens diſcrimine. In hoc Kalendario ignotus eſt* S. Angelelmus, *in priori Chiffletiano, proprio hoc ſuo die ponitur, cum brevi elogio, deſumpto ex aliquali vita, quam nobis demum ſuggeſſit nupera compilatio Mſ. a Clar. p. m. Claudio Caſtellano officioſe procurata anno* 1709. *qua continentur geſta Pontificum Autiſſiodorenſium, aliorumque eo ſpectantium, collecta a domno Georgio Viole, monacho Benedictino, cum nove* Kalendario Sanctorum Autiſſiodorenſium, per D. Bargedè Archidiaconum, *atque item alio* Sanctorum, ad eamdem diœceſim aliquo modo attinentium, *eodem Bargedæo auctore,*

Pro Sanctis habitum,

B

Refenduus Catalogi SS. Lutetiæ &c.

2 *In Pontificum ſerie, ordine* XXXV. *ponitur* S. Angelelmus, *cum expreſſo Sancti titulo, quem ei tribui aſſerit auctor, in omnibus catalogis Sanctorum Autiſſiodorenſium, atque in ipſis ejuſdem eccleſiæ Litaniis, tametſi cultu proprio, ejus natalis, neque hoc neque alio die celebretur. Porro Kalendaria Bargedæana non uniuſmodi ſunt. In prima de* S. Angelelmo *non meminit, alios Sanctos referens, ſupra citatis noſtris Kalendariis*

C *prorſus ignotos. In altero diverſa ſunt pleraque a priori, atque in hoc proprio die* S. Angelelmus *conſignatus eſt. Laudatus Caſtellanus Martyrologio ſuo Univerſali Sanctum inſeruit, & ante eum Sauſſayus, cum tam prolixo elogio, ut ferme ceterorum omnium vices ſupplere poſſit:* Autiſſiodori, depoſitio S. Angelelmi epiſcopi & confeſſoris. Hic eccleſiam illam poſt B. Aaronem regens, ad cujus ſolium, duce ſpectabili virtute & doctrina proiectus fuerat, admirabili pietatis & ſapientiæ fulgore, ejus in adminiſtratione præfulſit. Summæ autem vir fuit charitatis, in eleemoſynis præcipuus, ac pene ſuo tempore, ut produnt vetera monumenta, ſingularis. Adeo ut interdum amore largitatis ægriiudinem ſimularit, ut abſque contradictione, quæ habere poterat, in uſus pauperum erogaret. At nihilominus decoris domus Dei ſtudioſus, eccleſiam S. Stephani, cui præerat, variis pretioſiſque ditavit ornamentis, ceteriſque baſilicis ſuæ diœceſis dona plurima contulit. Ceterum ad extremum progreſſus hujus mortalitatis terminum, immaculato tramite curſum pergit, inque S. Germani eccleſia, quam multis beneficiis amplificaverat, prout moriens concupierat, ſepultus eſt.

3 *Nulla* S. Angelelmi *Acta novimus, ſeorſim edita aut Mſs. præter ea, quæ in citata Vitalii Pontificum Autiſſiodorenſium hiſtoria, ex Bibliotheca Mſ. Labbei tomo* 1. *pag.* 492. *deſumpta, traduntur: ea vero merum potius encomium dici debent, quam rerum geſtarum ordinata ſeries; unde facile colligitur, nullam Sancti vitam antiquius ſcriptam fuiſſe, ſed varia hinc inde, aut ex certis monumentis aut ex traditione accepta, a poſteris in unum compilata, ubi circa Sancti ætatem, nil magis definitum eſt. Imperante Carolo Magno*, ab omnibus electus & epiſcopus ordinatus *dicitur, ejus autem* tempore, Ludovicus Imperator, facta generali conventu, canonicis regulærem vitam impoſuiſſe: *quo proculdubio inſinuatur Concilium* t. *Aquiſgranenſe anni* 816. *Ut annos* XVII. *regiminis invenias, hæc cathedram tenuiſſe ab anno* 810. *ad* 827. *præter propter. Sunt qui* S. Angelelmo *verſus alios quos Latinos tribuunt, in laudem S. Paſchaſii Radberti compoſitos, quorum brevis fragmentum retulit Menardus* XXVI. *Aprilis, in obſervationibus ad Martyrologium ſuum lib.* 2. *pag.* 557. *Aſt ipſe, non* S. Angelelmo, *ſed Engelmodo, vetuſtiori ſcriptori iſtos, numero quatuordecim adſcribit. Verum de his ſatis: reliquum eſt, ut elogium ipſum, non ex Mſ. ſed ut a Labbeo editum eſt, hic ſubnectamus.*

Elogium e hiſt. Epp. Autiſſiodor.

ELOGIUM

Ex hiſtoria Epp. Autiſſiodorenſium, Bibl. Mſ. Labbei tom. 1. *pag.* 452.

ANgelelmus epiſcopus, natione Bajoarius, ex patre Obtelmo & matre Hogarde, fecit annos XVII. Hic cum eſſet vir ſummæ ſimplicitatis & charitatis, presbyter ordinatus & baſilicæ ſanctorum Gervaſii & Protaſii abbas præſtitutus eſt: ſane decedente Aaron Pontifice, Jeremias Senonenſis Archiepiſcopus, juſſu Caroli Imperatoris, Autiſſiodorum veniens, in eccleſia S. Germani cleri & populi collegit cœtum; ibi generali conſenſu accedente, hic idem Angelelmus ab omnibus electus eſt Epiſcopus & ordinatus. Suſcepto igitur pontificali miniſterio, totum ſe in divinum transfudit ſervitium, in orationibus aſſiduus, in lacrymis frequens, in eleemoſynis præcipuus, ac pene ſuo tempore ſingularis. ferur enim interdum amore largitatis ægriiudinem ſimulaſſe, ut abſque ullius contradictione, quæ habere poterat, in uſus pauperum erogaret. Eccleſiam

Illum erat in Largitate dei eleemoſynis

A ſiam S. Stephani, non ſimplici largitate ditavit, altare ſenioris eccleſiæ tabulis ergenteis ubique compegit; altare quoque ſanctæ Mariæ nihilominus tabula argentea decoravit; ſancti quoque Baptiſtæ Joannis altare ſimili ornamento decorevit; ante altare S. Stepheni tres coronas argenteas præcipui ponderis præparavit, in circuitu altaris decem candelebra maxima & argentea conſtituit, calicem argenteum optimum cum patena condonavit, ac ſuo nomine præſignavit; ſed & crucem permaximam mihi collocavit, quam auro argentoque, vultu Salvatoris decentiſſime decoravit, altare argentea tabula ornatum ante eam ſtatuens.

atque ornandis eccleſiis munificentia;

2 Eamdem eccleſiam ſignis quatuor maximis & ſonoris decoravit; fecit & capſam præcipui operis, auro argentoque elegantiſſime comptam, ubi ceptam beatiſſimi Amatoris, cum multis Sanctorum pignoribus condidit. Tapetia etiam optima ad ſedilie baſilicæ exornandæ plurima contulit. Hujus tempore Ludovicus Imperator, facto generali conventu, Canonicis regularem vitam impoſuit, atque ob tutelam religionis, clauſtri cuſtodiam inſtituit, ac divarſae competentesque officinas eorum uſibus ordinavit; qua auctoritate idem Pontifex delectatus, villem, cui Pulverenus nomen eſt, fratrum Canonicorum ſcilicet ſtipendiis deputavit. Et quia quædam beneficiata erant, quæ protinus auferri non poterant,

B decretum eſt, ut illis decedentibus, continuo Canonici in ſuos uſus reflecterent. Res etiam, quæ ex jure proprio ei cesserant, tam in Biliaco, quam in Ameu, eorumdem uſibus delegavit. Qui etiam vaſa argentea plurima & præcipua in theſauris ejuſdem eccleſiæ collocavit; ſancto Germano calicem argenteum cum patena dedit, ejuſdem ſchematis cujus & ſuperiorem fecerat, hujuſmodi largitatem ſui nominis inſcriptione deſignans. Senecto quoque Amatori calicem argenteum cum patena tribuit ejuſdem operis, quamquam ponderis minoris; ſancto Petro ſimiliter.

ex Ms.

quæ ad totam diœceſim extenta fuit.

3 Altare ſancti Euſebii tabula argentea exornavit, calicem argenteum cum patena dedit, evangelium quoque argenteum cum candelebris argenteis, ac thuribulo nihilominus argenteo præparavit; cortinas etiam altaris, ac nonnulla pallia condonavit. In cœnobio ſancti Salvatoris, tabulam argenteam cum ſigno ſonoriſſimo dedit. Per totam denique ſuæ poteſtatis diœceſim, eccleſiis quidem vicanis ad præparandum calicem & patenam tres libras argenti diſtribuit. Minoribus vero capellis ſuis dumtaxat, ad opus ſimile ſolidos xv. deſtinavit; in vicis quoque præfatie congruam argenti quantitatem largitus eſt, ad cruces in eccleſiis exornandas. His & hujuſmodi bonorum operum frugibus plenus deceſſit, ſub die Non. Juliar. atque in baſilica ſancti Germani honeſte tumulatus eſt.

E

DE S. ODONE EPISCOPO
URGELLÆ IN HISPANIA TARRACONENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J.B.S.

De cultu, proſapia, ætate, Actis & miraculis.

MCXXII. C

URgellam *ſeu* Urgellum, *alias* Orgellum *paucis olim deſcripſit Henſchenius ad* XXVIII. *Maii, agens de Juſto, ejuſdem urbis Epiſcopo, quem hic alius Antiſtes ſanctus in eadem ſede ſubſequitur, nomine* Odo; *qui quotus ordine fuerit, nec Acta produnt, nec aliunde eruere hactenus potui. Sanctum in patria illuſtrem fuiſſe, & paucis poſt obitum annis, ara impoſitum, probat Domeneccus ex diplomate anni* 1133. *quo Petrus*, S. Odonis *ſucceſſor, undecimo a felici exitu anno, ſolennitatem ejus annuam celebrandam decrevit, ut. mox oſtendam. Hic prius notandum eſt*, S. Odonis *memoriam in nullis prorſus Faſtis noſtris repertam, ne quidem in prima, quæ apud nos exſtat, Romani Martyrologii editione anni* 1586. *inſertam primum editioni alteri anni* 1608. *his verbis:* Urgellæ *in* Hiſpania Tarraconenſi, ſancti Odonie Epiſcopi: *idque, ut in annotationibus fatetur Baronius, non ex aliquo antiquo aut recentiori Martyrologio, ſed ex* Flore Sanctorum Hiſpaniæ, *ut ſatis certum videatur*, S. Odonis *cultum, non niſi ſec.* XVII. *Pirenæos montes tranſiiſſe, tunc primum cum reliqua Catholica Eccleſia communicatum.*

Faſtis omnibus ignotus in Martyr. Romano notatus eſt.

cultus prid. donatus in propria eccleſia

2 *Ceterum de exhibita ei pridem Sanctorum veneratione, ſufficientem fidem facit jam dictum diploma, quod hic tranſcribo:* Anno ab Incarnatione Domini MCXXXIII. XI. Kalend. Julii, Ego D. Petrus, Urgellenſis eccleſiæ Epiſcopus, & univerſus Canonicorum cœtus, magnam atque præclaram beatæ memoriæ Pontificis Odonis celebrantes venerandam ſolennitatem, natalis ejus diem annuatim eenonizari ac canonice eb omnibus inſtitui atque laudabiliter confirmeri, uno ore omnes convocamus: quatenus ſemper deinceps, inter ceteras præcipuas hujus anni feſtivitates, hæc procul dubio digne & laudabiliter, uti vel Domini, ſeu tanti Patroni noſtri Pontificis Ermengaudi, divinie veneranda myſteriis obſervetur: atque in ſumendis quoque canonicalibus cibis, prædicturum moribus ſolennitatum, tam in maximis quam in puerie, firmiter teneatur & habeatur, & venerabiliter honorificetur. Diſpenſator dono atque confirmo unam vaccam de meo cenſu. Quod ſiquis ſane ſucceſſor mei, vel ullus hoc inquietare voluerit, ſive hoc ad diſtrumpendum venerit, ex parte Dei omnipotentis & Beati Petri, Apoſtolorum Principis, excommunicetur & anathematizetur, & in infernum demergatur. Et propterea hæc charta firma & inconvulſa permeneat omni tempore. Si autem in die Veneris feſtum illius evenerit,

F

A magnis piſcibus honorifice clanici reficiuntur. ✠ Signum D. Petri Urgell. E. Ep. ✠ Sign. Auctr. J. B. S. Benedicti, S. Sanctæ Abb. ✠ Sign. Geraldi Archidiaconi. ✠ Signum Berengarii Archidiac. ✠ Sign. Gemballi Sacriſtæ. ✠ Sign. Petri Guillelmi Archidiaconi. ✠ Sign. Pontii Archidiaconi. ✠ Sign. Bernardi Prioris Præpoſiti. Arnaldus vel rogatus ſtripſit, & ſuo ✠ Signo firmavit. Amen.

Alius ex Actis colligendus.

3 *Hanc canonizandi rationum prorſus ſolennem, abſque corporis Sancti e terra elevatione, qua hic ſaltem non exprimitur, propriam Hiſpaniæ, certe Catalaunis fuiſſe oportet, cum ritus hujuſmodi veſtigia apud alios uſcdum repererim. Inſtrumentum in dubium revocare, temerarium videatur; at de eo pluribus quærere non noſtrum, neque ſane, rem in propatulo poſitam, diſcutere opera pretium eſt: nam vel ſi aliquid in decreto carpendum foret, non ab eo pendet Sancti feſtivitas, ſola antiqua immemorabili poſſeſſione & officio eccleſiaſtico ſatis firmata.* S. Odonis *ætatem, de qua nec verbum habent lectiones prædicti Officii Urgellitani, paulo clarius definiunt Acta apud Tamayum, infra exhibenda, quæ tamen manifeſte errant in nomine* Innocentio II. *Ita ibi legitur:* Denique poſtquam per viginti & octo annorum excurſum ſedem rexiſſet, a Domino, cui ſervierat, evocatus, ſanctiſſimam animam, e corporis ergaſtulo liberam, eidem tradidit coronandam Nonis Julii, anno Domini MCXXII. Sedem Apoſtolicam tenente Innocentio II. Pont. Max. & Barcinonenſium comitatum Raymundo Berengario hujus nominis III. *Sedem Apoſtolicam non tenebat Innocentius II. anno prædicto* 1122. *ſed Calixtus II. creatus* 1119. *mortuus* 1124. *ut vel Legendæ auctorem ipſum, vel ſaltem amanuenſem turpiter erraſſe neceſſe ſit. Epocha Raymundi Berengarii ſatis convenit, neque alia occurrunt, quæ cenſuram magnopere mereantur.*

B

ui & proſapia quam explicat Tamayus.

4 *Inquirit Tamayus in Sancti progeniem, quæ ex Actis ipſis ſatis cognoſcitur: non gravabor tamen ea hic annotare, quæ ipſe non indiligenter ſuggeſſit. Obſervat primum, Sancti parentem* Artal, *Comitem Pallarienſem, filium fuiſſe Comitum ipſius urbis, ex nobiliſſima Comitum Barcinonenſium & Urgellenſium proſapia; &* Lucianam *matrem (quam Luciam vocitant alii) fuiſſe ſororem* Almoydis, *uxoris Raymundi Berengarii, hujus nominis II. Barcinonenſium Comitis, & Carcaſſonenſis urbis Comitiſſæ, quæ amita fuerit Guillelmi Comitis Toloſæ, necnon & Raymundi Berengarii, Comitis Barcinonenſis hujus nominis III. ut probat P. Diago, Hiſt. Com. Barcinonenſium lib. 2. cap. 40. fol. 103. & 104. & cap. 73. fol. 137. Quæris deinde Tamayus nomen prædeceſſoris S. Odonis in epiſcopatu, colligitque, fuiſſe Bernardum, ex laudato Diago oſtendens, Bernardum iſtum, Urgellenſem Epiſcopum, in vivis fuiſſe anno* 1090. *quando auxilia obtulit Ermengaudo, Comiti Urgellenſi, in recuperatione urbis Balaguer. Debuit vero Bernardus e vivis exceſſiſſe ante annum* 1094. *cum enim Acta affirmant, S. Odonem annis octo ſupra viginti Urgellenſem eccleſiam rexiſſe, obiiſſe autem anno* 1122. *demptis viginti octo præſulatus annis, conſtare videtur, eccleſiæ iſtius regimen ſuſcepiſſe Sanctum noſtrum anno* 1094. *Hæc de proſapia S. Odonis & epiſcopatus ejus initio dicta ſint.*

C

Acta cum Teſtimoniis officii collata.

5 *Potiſſima noſtra quæſtio verſari debet circa ipſius Acta, quæ cum in ſolos compendiis Hiſpanicis inſtarent, omnem diligentiam adhibuere Majores noſtri, ut ſaltem ex propriis eccleſiæ Urgellenſi neceſſariis monumentis obtinerentur, quæ anno domini* 1680. *impetrata ſunt ope noſtri P. Hieronymi Suitmau, qui erat ad Papebrochium miſſi; nempe Lectiones pro S. Odone, Epiſcopo Urgellenſi, deſumptas ex Breviario antiquo illius ſanctæ eccleſiæ. Novem ex ſunt, ſed breviſſimæ, quas quidem edere paravimus; eſt ubi ipſas poſt modum contuli cum Actis, quæ Tamayus defumpto aſſerit,* ex Ms. Legendario illius ſanctæ eccleſiæ, *obſervavi, Acta hæc ab Officio non differre in ulla re ſubſtantiali, imo ſeriem aliquam hiſtoriam paulo melius in illis deductam, ſic ut præferenda cenſuerim; ea etiam de cauſa, quod Officium, reſponſoriis ſuis & verſibus interruptum, hiſtoriam turbet, nec digni quidquam referat, quod non in vita aut in Sancti epitaphio uſitatius & convenientius exprimatur. Quid enim ſignificent;* Luce ſolenni, graſulemur luce perenni; quia ſacri Præſulis celebratur tranſitus omnis? *Quid illud;* Pallaris oris Odonem clamat omnibus horis? *Quid demum & id genus alia;* Extrema menſis die, dum ſol finem fitis adire: ſuperno throno Sanctorum colitur Odo? *Facilis eſt ſimilium fabrica. Porro in his omnibus ea fide procedo, ut ſupponam, Acta genuina & ſincera reddidiſſe Tamayum, non magnopere ſuſpectum, ubi a Dextro, Luitprando, Marco Maximo & hujuſmodi veridicis manus abſtinet.*

D

Miracula ex eodem Tamayo excepta.

6 *Ejuſdem Tamayi ſunt S. Odonis nonnulla miracula, de quibus ita præfatur:* Plurima in vita & poſt tranſitum Deus, ſanctæ Pontificis intercedente, dignatus eſt operari miracula, quorum hiſtoriæ, temporum antiquitate & poſtrorum incuria fere omnes periere, excepris aliquibus, quas e fanctibus oblivionis diligentia ſervavit, hujuſmodi. *Eamdem ego diligentiam hic adſtrui cupio in ſervandis miraculis, quæ fuit in cuſtodienda Legenda, de qua jam diximus, ut proinde tuto hic etiam recenſeri poſſint. Primo itaque Acta ipſa dabimus, tum vero miracula, ex Tamayi fide, ordine ſubnectemus.*

E

VITA

Ex Ms. Legendario eccleſiæ Urgellenſis,

F

Apud Joan. Tamayo Salazar in Martyrologio Hiſpanico.

Sancti natales ſtudia & militia.

ODO ſive Otho, eccleſiæ Urgellenſis beatiſſimus Epiſcopus, ex nobiliſſima Comitum Barcinonenſium ortus linea, & ex illuſtriſſima Vaſconiæ in Aquitania, & Urgellæ in Cathalonia Principum proſapia progenitus, patrem habuit Artalem Pallarienſem Comitem, & Lucianam matrem, clariſſimam feminam. Hanc equidem ſtirpem, & gentem ſanctiſſimus vir illuſtravit præclariſſimis vitæ facinoribus, & mirabilium operatione virtutum, quas in Dei obſequio feliciter exegit. Cum ergo Odo ad ætatem adoleſcentiæ perveniſſet, & ingenii feliciratem demonſtraſſet, pater Comes, magiſtris doctrina

claris

A claris puerum tradidit, a quibus ſcientias ediſceret, quas ſic eſt perenniter adeptus, ut doctiſſimus inter ſui ſeculi doctores evaderet, ita ut quid in poſterum ſuiſſet profuturus, facile demonſtraret: nam ejus vitæ candor, & virtutum excellentia inter ceteros condiſcipulos eminebat, velut inter ignes luna minores. Hinc virili toga præcinctus, militiæ agmina (ut illa ferebant tempora) inſequi diſpoſuit, & ut injuſtitiæ vires deprimeret, & æquitatis jura, quæ in dominio patris, bellorum confuſione, & temporum abominatione conſpiciebantur everſa, defenderet, & virilibus protegeret auſis. Hæc utique vinlentior fuit cauſa, qua ſanctus Vir arma conſultus arripuit, maxime cognita malitia procerum, qui non ſolum eccleſias in parentis comitatu perſequi ſtudebant, ita ut eccleſiaſticas diriperent poſſeſſiones; ſed etiam earum filios, nempe pauperes, quos ſorda incurſione pertinaciter comprimebant.

Ad curbi dromUrgellenſium promotur.

B 2 Poſt hæc evenit, quod Epiſcopus, qui tunc temporis Urgellenſem moderabatur eccleſiam, graviſſima infirmitate depreſſus, vitæ periculum contuens, Clerum & populum ad ejus conſpectum convocare præcipiens, & illis præſantibus, qualiter ſe eccleſiam illam & epiſcopatum, contra juris ordinem, & ſacrorum canonum regulas obtinuiſſe, detexit; nunc miniſterium ſacerdotale, epiſcopatus inſulas, nomen & honorem pontificalem demittens, omnia ſua eccleſiæ, vera pœnitentiæ contritione reliquit, & vitam implevit. Quo defuncto, Comites Pallarienſes & Urgellenſes cum clero & populo, ad novi Præſulis electionem congregati, talem virum, totis viribus eligere cupiebant, qualem temporum anguſtia, eccleſiarum neceſſitas, & pauperum indigentia deposcebat. Qui poſtquam de aliquorum ſacerdotum vita & moribus rigidum peregiſſent ſcrutinium, Odonis celebrem indolem meditantes, ejuſque inſignia facta recenſentes, necnon humanitatem, manſuetudine plenam, & nobilem ſpiritum, una cum doctrinæ cumulis & laudabilium piorumque morum ſtrue, demirantes, & denique, quod relicto baltheo ſecularis militiæ, cœleſtis habitum induiſſet, & eccleſiæ

C Urgellenſis Archidiaconum ageret, omnium ſuffragiis beatiſſimus Odo illius Sedis Epiſcopus eſt electus.

Diverſa ſua reformanda emendat.

3 Eo igitur præſulatus hujuſmodi habenas moderante, continuo eccleſiaſtica jura, ſecundum ſacrorum canonum ſanctiones, toto pectoris conatu reſtituit. Sceleratorum hominum poſſeſſiones eccleſiarum, vi captas, retinentium inſolentias frenavit, & ad reſtitutionem illarum mucrone excommunicationis eccleſiaſtico compulit. Pauperum deinde injurias a potentioribus injectas, flagranti ſolicitudine redemit. Populi pravos mores, bellorum ulcere contractos, & militum licentia induſtos, rigoroſa animadverſione correxit. Cleri vitia, prædeceſſoris indulgentia turpius emanata, ſacæ correctionis extinxit, & auſteritatis falce reſecuit. Sic plebem hactenus ſcelerum multitudine fœdam, criminum multitudine maculatam, & peccatorum onere oppreſſam, ad veri Dei cultum, & inſignium facinorum operationem reduxit; ita ut, eo vivente, tota diœceſis vera Chriſti ſoboles putaretur.

4 Nec ſibi in hiſce ſanctiſſimis exercitiis Vir beatus deſuit; nam adeo animæ & corporis componebat actiones, ut non videretur ſibi in opere deficere, quod in aliis verbo reprehendere decernebat. Orationi continuus, & mortificationi erat obnoxius: famelicis paſcua ſalubria pane & ſermone præbebat: Omnibus quæ ſua erant, continuo juſtitiæ lance condonabat; ita ut nec aliena appeteret, nec ſua avarus retineret: ſed manu largus, propria, diſcretione modeſtiſſima diſpensabat, non vero prodigia diſperſione fundebat. Denique poſtquam per viginti & octo annorum excurſum ſedem rexiſſet, a Domino, cui ſervierat, evocatus, ſanctiſſimam animam, e corporis ergaſtulo liberam, eadem tradidit coronandam, Nonis Julii anno Domini MCXXII, Sedem Apoſtolicam tenente Innocentio II. Pont. Max. & Barcinonenſium comitatum Raymundo Berengario, hujus nominis III. Ejus mors procul dubio adeo totius regionis hominum corda commovit, ut de amiſſo Paſtore univerſi ſine ſolamine dolerent. Tandem corpus in baſilica Urgellenſi tumulatum, ſarcophago hocce appendit decaſtichon devotio:

D ex MS. Pinarii in præfatione cantus & ſoni paſcalis.

E

Epitaphium.

Hac theca jacet almi ſanctum corpus Odonis;
Qui fuit Urgellæ Præſul, & urbis honor.
Sanguine conſpicuus, clara de ſtirpe Baronum,
Quorum progeniem condecoravit ovans.
Illum Eccleſia protectorem prorſus ubique
Advocat intrepidum, quod ſua jura fovet.
Ingenio ſed clarus erat, quin moribus item
Inſignis, cultor religionis erat.
Pupillis pater, & viduis quoque ſæpe maritus,
Ægrotiſque talus, pauperibuſque cibus.

MIRACULA

Mutus linguam & loquelam accepit.

F QUidam juvenis mutus, ex Pallarienſi oppido oriundus, qui a nativitate abſque lingua natus erat, cum per noctem ad ſepulcrum S. Præſulis oraſſet, linguam prorſus, ſed ſine uſu adeptus eſt. Patriam reverſus cum amici & conſanguinei demirarentur, qualiter linguam, qua carebat, viri Dei interventu percepiſſet, abſque loquela: iterum juvenem compellunt, ut ad ſepulcrum accedat, & fide oret, donec loquelam percipiat; aſſerentes, quod Deus, qui linguam creaverat ex nihilo, etiam vocem impartiretur miſericors. Profectus iterum Urgellam juvenis, ad lacum Aquilinum accedens, S. Odonem facie ſplendidum, pontificali inſula iodutum invenit, quem ut juvenis inviſit, ſtupefactus in terram cecidit. Sed ſanctus Vir juvenem ſalutavit benigne, qui ſignis communibus ſignificavit, qualiter mutus eſſet. Cui S. Præſul dixit; loquere. Ille locutus eſt; tunc Odo diſparuit, juvenis ſuus Urgellam pervenit, ad ſepulcrum acceſſit, gratias egit, hiſtoriam retulit, & ad propria reverſus eſt.

Alius mutus vocem conſequitur.

2 Sardus quidam eques, S. Odoni familiariſſimus amicus, dum viveret, humiliato corde poſt Sancti mortem cum ſervo muto ad ſepulcrum ejus acceſſit; qui flexis genibus dixit: Pater mi, & ſanctiſſime Odo, totics quoties ad veſtram curiam acceſſi, de manu veſtra liberaliter ſingularia dona percepi; nunc

A nunc a te humiliter oro, ſi cœli, ut credo, culmina tenes, quod huic ſervo meo loquelam reſtituas, ad Dei honorem, tui gloriam & Sanctorum omnium laudem. Eamdem mutus ſervus repetebat orationem, donec feſſus in profundum ineidit ſomnum, quo ſibi viſus eſt videre duos homines honeſtiſſimos, facie decoros, qui virginem quamdam, pulchritudine ſplendidam, & ſplendore formoſam, ad Sancti Odonis ſepulcrum accedentem inſequebantur. Quæ coram farcophago poſita, & amanter mutum intuita, unus ex ſociis dixit: Fili, juvenis iſte remedio indiget: cui venerabilis ſocius reſpondit: Domina, jube fratri noſtro & ſervo tuo Odoni Epiſcopo, ut illud impartiatur. Tunc virgo ſpecioſa, intuens Odonem, dixit: Fili, mutus iſte, qui ad tuum ſepulcrum dormit, tuum auxilium implorat, ut quid non illi medelam adhibes? Tunc S. Præſul obediens, ad dormientem mutum accedens, dextræ manus pollice linguam tetigit, & illi loquelam reſtituit. Tum juvenis a ſomno excitatus, viſionem expreſſit, & univerſi Deum collaudantes, ſancti Præſulis gloriam fatebantur.

B

Paralyticus curatur.

3 Paralyticus quidam, audito S. Odonis miraculorum fama, patrem rogavit, ut eum ad S. Præſulis ſepulcrum deferret, qui delatus, eum plurimos ibidem exegiſſet dies, nec medelam acciperet, toto cordis conatu ſupplices ad Deum, ſancti Viri interventione, preces fundebat. Pater diuturnitate medicinæ confectus, filium paralyticum dereliquit, & ad propria conceſſit. O miraculum! Vix pater ab eccleſia diſceſſit, cum filius ſalutem accepit, & Deo, Odonique gratias actis, primus in propriam domum intravit.

4 Alius juvenis, natione Gallus, ſimili paralyſi laborans, ad ſepulcrum S. Odonis pervenit, prodigiorum ibidem patratorum fama compulſus, qui licet per plures continuos dies & noctes, ſanitatem conſecuturus, farcophago Sancti Præſulis adhæreret, numquam ſalutem adeptus eſt. Ergo a illo impoſitus, eccleſiam mœrens reſiquit. Sed eum ad fontem Piovinenſem ſitibundus acceſſiſſet, de aſello deſcendit, ut aquam hauriret, & biberet; aſt aſellus ponderis farcina vacuus, continuo per agrum fugere cœpit. Paralyticus ſuam intuens miſeriam; iterum ad Deum, Sancti Odonis interventione, preces effudit, & protinus ſanus evaſit, ita ut aſellum apprehenderet, & pro gratiarum actione ad ſedem Urgellenſem lætymarum imbre perfuſus reverteretur.

D *Item alius.*

5 Alter etiam juvenis, ex oppido Caſtri-Pontis incola, cum in noſte S. Joannis Baptiſtæ ludibrii cauſa paralyticum fingeret, Dei permiſſione, luxatus remanſit, abſque ullo medicinæ confugio. Sed ad ſepulcrum Sancti Odonis protractus, quamvis per multa ibidem tempora pernoctaſſet, in ſua membrorum debilitate remanſit. Hoc videntes, qui juvenem illuc attulerant, ad propria deducere decreverunt. Sed interim homo ille vidit Sanctum Odonem cum duobus ſociis, albiſſimis chlamydibus indutis, quorum unus, jubente ſancto Viro, juvenem in terra projecit. Quem eum ſupinum & clamantem vidiſſent, qui aderant, clamabant, ut ſe erigeret, & cauſam lapſus interrogabant. Quibus omnia quæ viderat & evenerant, propalavit; & addidit, quoniam ſalutem ſe recepturum credebat, nempe ſi clericorum orationes adeſſent; qui protinus Pſalmorum recitatione juvenem adjuvantes, cum ad verſum; Non eſt ſanitas in carne mea, nec eſt pax oſſibus meis, devenerunt, continuo paralyticus liber evaſit, & actis gratiis, ad propria receſſit.

& tertius.

E

C DE B. DAVANZATO CONFESSORE BARBERINI IN ETRURIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

De obſcura Beati notitia, cultu, Actis, ætate, ſepultura, miraculis & poematiis, in ejus honorem compoſitis.

ANNO MCCXCV.

Ignoti Ferrarii & Auctoris Beati.

Paulo ignobiliorem fuiſſe oportet B. Davanzatum, Avanzatum *ſeu* Neavanzatum, *obſcuramque ejus etiam in Italia, ſub ſecul.* XVI. *initium, memoriam; utpote quam neglexerit Ferrarius, Sanctorum popularium prædicator non indiligens. Cauſam fuiſſe ſuſpicabar, quod de Beato ille, Ferrarii tempore nil forte typis editum fuiſſet: at cum abbas Silvanus Razzius, inter ſuos Etruriæ Sanctos ac Beatos, jam ab ann.* 16nt. B. Davanzatum *tomo* 2. *collocare non prætermiſerit, rerum prorſus a Ferrario præteritum Beatum iſtum, ubi tam ſolicite ſingulos Italiæ angulos ſcrutatus eſt. Nec minus mirandum, effugiſſe Beatum eumdem diligentiam Arturi a Monaſterio, magni illius Sanctorum ac Beatorum Ordinis S. Franciſci collectoris, cum tamen tertium videatur, tertiam regulam eum profeſſum fuiſſe, ſub B. Lucheſii, itidem Tertiarii, de quo* XXVIII. *Aprilis actum eſt, inſtitutione ac diſciplina. Sic ſane tradunt, qui de Beato ſcripſere; Dominicus Pratenſis, Silvanus Razzius, Vincentius Ruſignanus, & recentiſſime Antonius de Terrinca, Minorita Etruſcus, in longa epiſtola ad Papebrochium data ann.* 1683. *quidquid interim nec in B. Lucheſii Actis, nec in Minorum Annalibus, vel ſolam* B. Davanzati *nomen reſpeam annoteſcat.*

2 *De cultu dubitaſſe Majores noſtros, colligo ex literis ad ipſos de ea re datis, præſertim ex longiori illa Terſinciana, in qua ipſe ad tollendum ſcrupulum ſic diſerte teſtatur:* Ab immemorabili, die VII. Julii in honorem Beati Davanzati Barberini feſtum agitur, magnoque populorum concurſu ſolenniter celebratur. Sacrum ajus caput, in aliud æneum anti-

ab immemorabili præſtatur cultus.

quiſ-

quiſſimum, reliqua vero oſſa, in area lignea, decenter ornata, aſſervantur, & in proprio altari ſtatutis temporibus publicæ venerationi exponuntur. Hymnus, Iſte Confeſſor, cum oratione de Communi Confeſſorum &c. Per annos trecentos & ultra in eccleſia parochiali S. Luciæ jacuerunt, ſed cum intra mœnia Barberini oratorium ſub titulo S. Luciæ, atque eidem eccleſiæ unicum erexiſſent, in eo a multis annis translatu ſunt; in quo die XV. Februari MDCLXXXIII. hiſce oculis vidi ego F. Antonius Terrinca, Minorita Etruſcus: *Inde hanc ei propriam annuntiationem adaptat*: B. Davanzati, Confeſſoris preſbyteri, tertii Ordinis S. Francisci, miræ innocentiæ vitæ, ac miraculis ante & poſt mortem illuſtris. *Terrincæ teſtimonium irrefragabile eſt, in prædicta epiſtola, quæ epitomen referunt, variis modis confirmatum, uti & in Actis Mss. & excuſis, ſtatim referendis, in quibus ſic probatus eſt cultus, ut de eo dubium nullum relinquatur.*

Vita a Pratenſi ſcripta a Raccio contra-cta. B

3 *Hæc itaque rem conficiunt, oſtendunturque a bulla Urbani VIII. exceptum fuiſſe* B. Davanzatum, *de quo hac, ſub magnopere diſcutiendum video præter Acta ipſa, Latine primum ſcripta, a jam dicto Dominico Pratenſi, rudi & contorto ſtyle, ſolœciſmis non ſatis vacuo, atque ex meræ ſeniorum illius loci (Barberini) relatione, a quibus ſe audiviſſe ait, quæ de Beate* compendioſe præſcribit, *cum* antea ipſius vitæ penes illos, *ad quos opus ſuum dirigit*, ſcriptura aliquâ minime adeſſet. *Ex Pratenſi ipſa ſe accepiſſe, candide fatetur Razzius, eaque in compendium aliquod redegiſſe, nullis uſquam appoſitis temporum notis, quas utique in autographo ſuo non repererat. Rem de integro illuſtrandam ſuſcepit Vincentius Rufignanus preſbyter, qui Latinam Pratenſis narrationem fusius & extenſius Italice reddendam cenſuit, vita nova Florentiæ typis edita anno 1659. & Eminentiſſimo Cardinali Antombo Barberino dedicata, quam ad nos Florentiæ miſſam reperio, menſe Septembri anno 1670. per aliquem e Societate coadjutorem Belgam, cui a miſſionariis noſtris aliquis eam hue deſtinandam commiſerat.*

a Rufignano verbis ſuis amplificata. C

4 *Verum ſpem hanc Legendam cum Latino autographo contuli, nihil in ea, præter incertas conjecturas, amplificationes & parerga inveniens, quod a Pratenſi traditum non ſit, exceptis duobus miraculis de quibus infra. Nuſquam inſinuat Pratenſis, quo tempore vitam ſuam concinnaverit; ſola vero obſcuri thematis lectio facile perſuaſit, eius eſſe ſeculi XVI. in eaque opinione magis confirmor ex ſolemni ſupra Terrincæ verbis. Si enim ſacra* B. Davanzati oſſa, in eccleſia ſeu parochiali S. Luciæ per annos trecentos jacuerunt, *Beatus autem obierit anno 1295. non potuerunt ante finem ſeculi XVI. Barberinum, ad prædictum* S. Luciæ oratorium *transferri. Jam vero, ſub ipſum narrationis ſuæ principium indicat Pratenſis, ſe* B. Davanzati hiſtoriam dirigere Barberinenſibus vallis Elſæ, apud quos corpus, *dum ſcriberet*, requieſcebat. *Eſt igitur manifeſtum, auctorem iſtum, non niſi ſub finem ſeculi XVI. ſcripturiendum ſuam adornaſſe, quæ mox ad Razzium devenerit, ab eo Italice contracta. Quam porro fidem mereatur, erit lectoris judicium, tantum adnotaſſe Pratenſi datum, quantum merito exigere poteſt, qui tribus poſt Sanctæ alicujus obitum ſeculis, ejus geſta ex ſeniorum relatione, qua poteſt methodo, digerere conatur.*

5 Beati Davanzati *ætatem circumſcribere non patuit Pratenſi, neque nativitatis, neque obitus annum aſſignans, nec de ortu aut progenie quidquam differens. Semiſantanum fuiſſe procul dubio ferebat traditio, cum autem Semiſantanum munitiſſimum oppidum e vicinis hoſtibus Florentinis prodiſſet captum, & ſubinde exciſum narrent, anno 1202. hinc Rufignano & Terrincæ data occaſio aliudendi ad eam ſtragem, e qua Beatus, adhuc infans vix bimulus, adeoque 1200. natus, feliciter ſalvus evaſerit. Viciſſe cum B. Lucheſio, celebri Ordinis S. Franciſci Tertiarie, juxta fontem Benium (Poggi Benzi) eoque inſtructiore uſum, haud difficulter admiſero, atque huic, anno 1260. vita functo, totos XXXV. annis ſuperſtitem fuiſſe, utpote cum ex inſtrumentis, quæ Pratenſis non viderat, infra producendis, omnino conſtet, vitam produxiſſe ad annum 1295. Minus veriſimilia ſunt, quæ in laudatis litteris nequeunt Terrinca, de* B. Davanzati *cum ipſo* S. Franciſco nonnulla familiaritate, & *ſub hoc diſcipulatu; nam hæc & id genus alia pie potius fingentur, quam ulla ſatis idoneo argumento demonſtrari poſſint. At enim de hujuſmodi conjecturis contendere non jubet: vixerit, per me licet* B. Davanzatus *ſeculo ferme integro, fueritque diſcipulus ipſius* S. Franciſci, *nihil eſt quod contradictionem inveniat; ad ſolum mirer, ſcriptores illos, monumentis antiquis plane deſtitutos, tam libere & facile ad incerta evagari.*

D

Auct. J. B. S. Beat. alii quoſque ornatur

E

6 *De anno obitus & ſepultura authenticum inſtrumentum reperit Henſchenius, dum Florentiæ bibliothecas luſtraret anno 1662. quod manu ſua deſcripſit ex Protocollo D. Bartholi di Ser Beninçaſa da Barberino, aſſiſtente in archivio Florentino, in Collectaneis illuſtriſſimi Senatoris Caroli Strozzi TT fol. 99. die VII. Julii MCCXCV. En inſtrumentum. Item anno eodem Indictione & die. Cunctis manifeſte apparcat, quod Guiccius Procellotti & Tali Ser Mechlioratti & Tali Manetti, renuntiaverunt omni juri vel conſuetudini, quod vel quam ipſi vel aliquis eorum habuerunt in quodam ſepulcro, quod eſt ad eccleſiam S. Luciæ de Caſſiano, quod ſepulcrum fuit & eſt Sacerdotis dictæ eccleſiæ, quod ſepulcrum eſt, juxta reggiuolus * vel oſtium dictæ eccleſiæ ex parte inferiori, in quo debet ſepeliri preſbyter Davantus. Rector olim eccleſiæ prædictæ: corpus cujus ſepultum fuit in dicto ſepulcro ſuo anno Domini MCCXCV. Indictione VIII. die VII. menſis Julii, cui Dominus noſter Jeſus Chriſtus multa miracula & ſigna coram populo facere oſtendit, &c. . . . & promiſerunt nil contra feciſſe nec facere in futurum ſub obligatione omnium bonorum eorum . . . . Actum in eccleſia S. Mariæ Magdalenæ coram preſbytero Curza & preſbytero Joanne & preſbytero Gualterio, teſtibus ad hoc rogatis.*

ex monumentis Florentinis.

* q. d. reſpectum.

F

7 *Ex eodem Protocollo tranſumpſit etiam laudatus Henſchenius hinc inde narrata miracula, quæ ſua Latina auctor Pratenſis ignoravit, Rufignanus autem Legendæ Italicæ anni 1659. ex eadem Strozzianis chartis acceptæ, inſeruit a pag. 70. quæ ferme ſola ſunt Pratenſi ab ipſo ſuperaddita. Sic habet Henſchenii egraphum: Item eodem anno Indictione &c. die XXV. Julii Nerus, qui Sercoſta vocatur, filius olim Baronis de populo S. Michaelis de Pozzano, dixit & aſſeruit in verbo veritatis ſacramento ſuo, li-*

Inde & hinc miracula

bro

A bro corporaliter manu tacto, quod cum Contrinus filius ſuus eſſet æger corpore, taliter
Auct. J. B. S. quod non poſſet loqui, nec ſe ullo modo ſentiebat, & panni ipſius Contrini facti erant ad ſepeliendum, quoniam pro mortuo habebatur ab omnibus hominibus & mulieribus ibidem exiſtentibus; dictus Nerus rogans Deum, quod pro meritis B. Avanzati, olim Rectoris eccleſiæ S. Luciæ de Caſciano, liberaret dictum ſuum filium, ſtatim & incontinenti dictus puer Contrinus, & filius dicti Neri (medelam ſenſit.) Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſanavit dictum Contrinum, & ſtetim liberatus eſt & ſurrexit: ita quod a die prædicta uſque ad tertium diem venientem, dictus Contrinus venit ad viſitandum corpus B. Avanzati, ubi ſepultus fuit ad eccleſiam S. Luciæ prædictæ die VII. Julii ſub annis prædictis. Actum fuit coram preſbytero Donzello, Priore eccleſiæ S. Philippi, & Ser Danza Diacono & Jovannino fil. . . de Petrognano teſtibus ad hoc rogatis.

B *deſcripſit Manſcheni.* 8 Item eodem anno (&) Indictione, XVII. Auguſti. Pateat omnibus hanc paginam legentibus, quod Vivi filius olim Michaelis de Monte Pulciano æger corpore taliter, quod gradere non poterat, dictus Vivus rogans Deum & B. Davanzatum, olim Rectorem eccleſiæ S. Luciæ de Caſciano, diſtrictus Barberini, ut liberaret eum Vivi a dicta ægritudine. Veniens dictus Vivi ſuper quamdam aſinam, per ſtratam prope fontem Tedaldi, quia pedes ire non poterat, quoniam hydropicus erat, ibidem incontinenti dictus Vivi deſcendit de aſina, ſuper quam erat, & cœpit ire, & pedibus ſuis venit ad ſepulcrum B. Avanzati, quod eſt in eccleſia S. Luciæ prædictæ, & ibi mannam unam fieri fecit librarum trium ceræ, & die prædicto, coram me notario & teſtibus infraſcriptis, dictus Vivi (a) dicto ſepulcro ſanus & liberatus ſuis pedibus ſeceſſit, & ipſe ſe ægrum juravit multis temporibus fuiſſe, &c. Actum fuit & rogatum hoc inſtrumentum in dicta eccleſia coram Ser Benevenuto presbytero, C dictæ eccleſiæ & Rectore, & Nerio Rannucci & Villano Bonaccurſii & aliis plnribus teſtibus.

Epigraphe & verſus in honorem Beati. 9 *Concludit hec & una Legendam ſuam Ruſignanus ſupradicta epigraphe, in monumentis Strozzianis etiam reperta, quæ olim in tabella appenſa fuerit apud Beati ſepulcrum in eccleſia parœciali S. Luciæ de Caſciano, ubi & Rector, & poſt obitum tumulatus fuerat* B. Davanzatus, *eratque hujus tenoris*: Cui Dominus noſter Jeſus Chriſtus multa miracula & figna coram populo facere oſtendit. *Ornatum eſt Ruſignani opuſculum variis poematiis, pleriſque Italicis, inter quæ unum delibo Latine compoſitum cum Beati epitaphio, ibidem relato, quibus nec additum quidquam nec demptum volui. Subjungetur his vita, quam a Dominico Pratenſi, qualicumque ſtylo deſcriptam diximus. Primum carmen cecinit Angelus Antonius Ciucci, in hunc modum*:

Barbari nomen retinens honeſtum
Oppidum Vallis fugientis Eliæ,
Luce Paſtoris decoratur inter
Paſcue læta.
Hic Davanzatus Patriæ ruina
Ditior factus, meritis opimis
Viribus quantis rapiatur altum
Monſtrat olympum.
Nam gregis cuſtos, medici, patriſque
Suſcipit partes, fragileſque vires
Reddit inferni, ſapido veneno D
Decipientis
Jura naturæ ſuperat, ſaluti
Reddit ægrotos ſubito vocatus;
Fontis & defert latices miniſter,
Vinaque fundit.
Horror en turbat ſocios fideles
Vina guſtantes oriunda lymphis,
Et genuflexo venerantur omnes
Cunctipotentem.
Quis pio tentet celebrare plectro,
Hoſtibus victis, celebres triumphos,
Ducis invicti? ut pia turba cæli
Limina carpat.
Fama chriſtiacum volitans per orbem
Mira geſtorum reſonare fecit,
Tuque Vincenti calamo ſecunda
Adjicis alas.
Angelus Antonius Ciucci.

10 *Sequitur epitaphium*: *Item epitaphium.*

En pie Lector
Coronæ ſacerdotalis gemmam E
Tam lucide ſupernis fulgoribus redientem,
Quam obſcure literulis adumbratam.
B. DAVANZATUS HIC EST.
Quid plura? Cælites cetera norunt.
Quibuſcum, corpore dum exularet in terris,
Animo exultabat in Cælis.
Quapropter
Curio, nihil magis curabat,
Quam ut traditum ſuæ curæ popellum
Cæleſtis curiæ civitate donaret.
Paſtor
Divino gregem pabulo ſaginabat;
Ut montium æternorum incolis aggregaret.
Villicus fidelis & prudens,
Qui eradicatis zizaniis,
Triticum congregaret in horreum Domini:
Proprium vero ſæpius egeſtati vacuatum,
Novo interdum replebat miraculo;
Ut iterum vacuaret egenis.
Sed beatius dare, quam accipere ratus,
Quid eſt, quod impia mente cæcutientibus
Et lumen abſtulit oculorum?
Ut mentem, & oculos poſtmodum reſtitueret. B
Ejus facta præclara
Quo ignotiora mortalibus,
Eo notiora cæleſtibus:
Quippe cum recta tenderet ad patriam
Deprædari nolens,
Sanctitatis thesaurum haud publice geſtabat in via:
At in cordis penetralibus celans,
Theſaurizavit in cælo.
Quo poſtquam ſublimis ſpiritus advolavit,
Interni candoris indicia
Ex ore ſoluti plaſmatis lilia produnt.
Sic
Paſcitur dilectus inter lilia;
Et labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam.
O quam bonus odor Chriſto fuerit,
Cui vel arida membra florent;
Cui vel Ipſum cadever embroſium ſpirat odorem.
Vides ergo lilia quomodo creſcunt,
In cujus corde radix charitatis adhæreat,
In cujus ore Dei laus, ut virgula fumi
ſeliciter germinans,
Sicut incenſum in conſpectu Altiſſimi
Dirigatur.

VI.

A

VITA

Per Dominicum Pratenſem. Ex Ms.

Auctoris præfationis ſolo.

B. Davanzati confeſſoris hiſtoria, ad laudem ipſiuſque Sancti commemorationem edita, atque Barberinenſibus vallis Eliæ directa per Dominicum Pratenſem, incipit feliciter.

2 Nota quidem mihi veſtra, fratres cariſſimi, devotio videtur eſſe, quam commemorandæ venerabilis religioſi Davanzati, ſive Neavanzati ſanctitati, ac beatitudini ſertis. Cujus quidem anima viget in cœlis, corpus autem apud vos in S. Luciæ eccleſia (quæ ſub illorum patronatu, quorum proſapia dicitur D'Aiali, eſt condita) requieſcit.

B

Nihil quæ-quam de Beato ſcripſerat.

3 Nil quidem miror, ſi a populo veſtro Barberinenſi tanti dies Sancti feſtivitatis excellentiſſime celebretur; ſed præſertim miror (uti eſſe deberet *a*) quod ipſius vitæ penes vos ſcriptura aliqua minime adſit. Ut itaque ne fides veſtra deficiat, verum potius augeatur in ipſo, quamquam ceteri me doctiores ſint; tamen caritate veſtræ fraternitatis monet, pariter & rogatus, quæ de illo jam a ſenioribus illius loci audivi, ſavante Deo, compendioſe præſcribam.

a

Baptiſmale nomen.

4 Hujus viri ſanctiſſimi nomen duobus mihi modis relatum fuit, uno quidem Davanzatus, altero vero Neavanzatus; ſed quod ſit horum utriuſque nominum verius, ſcire vel ignorare non curo. Quoniam nomina hæc ſancta ipſius habent interpretationes, ſic ſcilicet: Davanzatus quippe noſtrum juxta idioma, ſeu *b* & porticus unum eſt idem, porticus autem ex domus parvitate conficitur; ut habitatio illa amplificetur. Itaque recte dicitur Davanzatus, noſtræ videlicet coram Deo habitationis amplificatio. Si vero Neavanzatus: vulgari etiam vocabulorum corruptione, ſubſtantiam intentionis ſumendo, illud adverbium ne, hic neceſſitatem includit, & ſic intelligitur, ne ſuperfluus quidem ſive ejectus ſit; ſed potius inter Dei Sanctos connumeratus, utilis quoque nobis, idoneus & neceſſarius. Hæc autem de hujuſmodi nominibus ſubſtantialiter ſentio. Sed ad ſancti Davanzati hiſtoriam Spiritus ſancti gratia pergamus.

b

C

Adoleſcentia ſub B. Luchefio tranſacta.

c

** al. Lucheſii.*

5 Hic Sanctus quidem, & vere D. N. Jeſu Chriſti famulus, ex Semifontis oppido, bona quoque neceſſitudine ortus; ab ejus *c* adoleſcentia, animam quippe ſuam, bonis Deo omnipotenti operationibus conſecravit. Fuit namque B. Lucheſii ***, de Ordine fratrum Minorum diſcipulus, ex cujus quidem devoutiſſimo habitu, de tertio B. Francilci Ordine: indeque congruo tempore presbyter efficitur; & vere presbyter & ſacerdos vocabitur, quoniam in diebus ſuis placuit Deo, ſompſitque crucem ſuam in corde ſuo, & ſecutus eſt Jeſum.

d

Rector eccleſiæ S. Luciæ.

6 Fuit ergo adeptus *d* in rectorem illius eccleſiæ S. Luciæ (ut ſupra dixi.) Idoneum porro extitit oraculum oratori, orator quoque oraculo; quoniam omni prætermiſſa vacatione, die quaque noctuque orabat. Itaque locum illum ſolitarium, & frequentatas hujus veri anachoritæ orationes & pœnitentias, angelorum cœli hierarchiæ comitabantur. Erant autem ipſius adoleſcentiæ mores in cunctis honeſti, ſancta humilitate perfectaque proximi caritate fundati; ſingulis quidem horis horas dicebat; vigiliis jejuniiſque atque orationibus vitæ ſuæ curſum conſumebat.

D

EX MS.

In pauperes valde miſericors.

7 Convicinorum ægrotos ſæpe rurium viſitabat; peregrinos pauperes libentiſſime ſua adicula hoſpitabatur, quibus grabatum ſuum tradebat, ſibique ad requieſcendum terræ ſolum ſervitebat. Mendicantibus autem & egenis frumentum & vinum, omniaque, quæ recolligebat, placabiliter diſpentabat. Multifarie vero advenit, quod ſolemnibus diebus, horaque prandii, ſibi Dei pauperes acceſſerint, quibus carnes illas modicas, quas coquebat pro ſe, toca largitus eſt; ipſe autem pane ſolummodo ſe paſcebat.

Fabas ſeipſus

E

8 Jam ſenecente quidem B. Davanzato, quemdam bonæ indolis puerum, ab ejuſdem parentibus ſibi traditum, in ejus clericum cepit, quem ſolicite continue per divina inſtruebat officia, ita & taliter, quod per biennium cum eo eumdem commorantem puerum, luis Davanzatus veſtigiis mimique ſinceritate direxit. Hic Sanctus Dei quamvis raro vino uteretur, tamen ſemel quamdam veſtiunculam *e* imbuit vino, ut eum pauperes ibi venirent, pulmentum & vinum reperirent. Similiter in quodam ſcrinio ſive area fabas non multas invenit; de quibus autem vino & fabis, ceteris quoque rebus indigenti cuipiam ac petenti, juſſit clerico utique daret. Agebat igitur clericus, ſicut & magiſter ejus ſibi commiſerat. Verum ut de fabis plus dabat, magis in arca illarum inveniebat. Mirabatur clericus, & ſæpe retulit hæc Davanzato; cui autem Davanzatus ajebat: Neſcis Domini verba, dicentis: Date & dabitur vobis. Et alibi: Vos, qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis & vitam æternam poſſidebitis.

e

& vinum inſcripti. cod.

F

9 Beatus ille confeſſor, cum quidam mendicans, vini parum pro amore Dei peteret, præcepit clerico ſuo, quatenus ei præberet, cui reſpondit puer? Mi pater, jam quatuor menſibus & ultra elapſis, vinum non habuimus & veges vacua exiſtit. Ait illi Davanzatus: Vade & exhauri de vino, & da huic pauperi. Scio, inquit clericus, Domine, quia fatue vadam; non tantum vacua veges eſt, ſed jam diu & ſicca. Ivit igitur, & hauſit, & invenit eam optimum vinum ejicientem. Qui attonitus totus ad beatum Davanzatum & mendicantem illum: Ecce vinum ex arida vegete, clamans reverſus eſt. Mirati ſunt autem omnes ibi exiſtentes, & laudantes & benedicentes Deum, qui ex famuli ſui Davanzati meritis magnalia fecit.

Aqua aliena in vinum mutata.

10 His autem ac hujuſmodi quampluribus geſtis, aliquanto poſt tempore facta quorumdam ſacerdotum congregatione, ut aliquod officium ſolemniter in ejus fierer eccleſia, uti ſæpe illius provinciæ (presbyteris) eſt aſſuetum; divinoque officio celebrato, & presbyteria jam diſcumbentibus, præcepit ille clerico

A rico ejus, ut hydriam aqua plenam illic aſ-
EXMS. ferret. Tetendit igitur clericus ad fontem
prope ſurgentem in loco, qui dicitur Aialis,
f ex quo nempe patronum *f* loco dictæ eccleſiæ, D'Aiali familia nuncupatur; namque ab eo illud ſumpſerunt cognomen. Reverſus autem clericus, hydriam portans ab illo fonte, dum eam coram diſcumbentibus illis evacuabat in cetera vaſa & cyathos, in vinum optimum aqua converſa eſt. Dixit autem ei vir ſanctus & juſtus: Fili, cur non tuliſti de aqua fontis Aialis, prout tibi præcepi? Reſpondit illi clericus: Pater, (nihil) niſi ut præcepiſti, feci. Revertere, inquit, clerice, & porta nobis de aqua. Sciebat autem Davanzatus petitionem Deo factam, cum in eo ſperaret, dum vino illorum prandium deficiebat, ſic ut eo gratia Dei abundaret; & iterum reverſus, hydria clericus plena, etiam aqua illa in vinum efficitur. Mirati valde omnes igitur diſcumbentes, ad pedes B. Davanzati humiliter ſe projecerunt, magnificantes Dominum & omnia opera ejus, beatumque Davanzatum rogantes, ut Deum exoraret pro eis.

B 11 Erat autem jam hic Dei ſervus ad decrepitudinis ætatem perventus *g*, ſed præſertim ſanctitate & conſtantia roboratus, & exitus ſui extremum magna hilaritate diem commorabatur. Cum autem quotidie hora aliquando tertiarum, quandoque veſperis, idem ſimul & clericus ejus in præfata exiſtebant eccleſia, pſalmoſque horaſque dicentes, elevatis ad cælum oculis, menteque fixa tacebat; cui tamen dicebat famulus: Pater quid agis, non loqueris? Ipſe autem famulo reſpondit, dicens: Audi fili mi, audi. Nihil audio, reſpondit clericus ille. Qui Davanzatus manu famulum capiebat, pedemque ſuum pedi clerici præponebat, ei dicens: Auſculta fili mi, ſi quidquam audis. Stupore ſtatim maximo repletus famulus, totam perſpiciebat eccleſiam; audio nempe pater, inquit, ſupernum angelorum canticum, totumque cæleſtis curiæ ſonitum, ac divinæ modulationis dulcedinem; ſed nihil video. Quid hoc? Quibus dictis & auditis, Davanzatus, dimiſſo clerico, pedeque ſuo levato, nihil amplius audiebat clericus; & hoc, ut prædixi, quotidie eveniebat; C itaque quod famulus ille feſtinanter patrem & confeſſorem præfatum excitabat, ut melodem illam audiret. Perduravit hoc enim, donec ipſius vitæ finis occœpit. Pius quidem & miſericors Dominus, qui meritorum ejus numquam ſanctorumque eſt oblitus, beato Davanzato ſuæ migrationis oſtendit adventum. Qui ſervus fidelis & bonus ſine temporis intermiſſione dicebat: Domine Jeſu Chriſte cupio diſſolvi, & tecum eſſe.

12 Propinquante ſe porro ad extremum, famulum ſuum ceteroſque convocavit vicinos, quibus humiliter dixit: Nos quidem omnes in hac miſerabili vita peregrini viatoreſque vocamur, & ſumus; & ſemper ad hoſpitatoris libitum eſſe parati debemus; quia neſcimus tempus, neque horam, ne extra referati æternæ vitæ ſimus hoſpitium; & ego miſer peccator, quem ſummus & juſtus judex ad judicium excitat & requirit, rogo caritatem veſtram, quatenus pietate divina, uno & ore exorare dignemini Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro me. Hoc dicto, benedictiſque circumſtantibus, atque oculis elevatis in cælum: Domine, inquit, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Silentio autem facto, relictaque hujus ſcrumna mundi, ad æternæ beatitudinis gloriam tranſmeavit. D

13 Itaque die ſeptimo menſis Julii in Domino requievit. Hora quidem ſuæ migrationis angelicus ibi mirabiliter cantus fuit auditus, & omnes circumſtantes ſubito fulgore repleti obſtupuerunt, noctequæ præventa, in S. Luciæ eccleſia corpus S. Davanzati ſolemniter ſepelierunt. Mane autem facto, lilium affabiliter ex ore viri hujus benedicti ortum inveneruut, caſtitatem mentis ejus & corporis, puritatemque animi, atque cordis ſui ſignificans fidem. Quibus viſis & geſtis, fama (per) totius vallis Eſiæ regionem prolata eſt, & ex omni parte accedentes hæc audientes perſonæ, quampluribus diebus ad hujus Sancti maxima ſepulturam cucurrerunt devotione.

14 Hæc autem & alia miracula, quæ hic non apponuntur, tempore vitæ ſuæ acta, per ipſum audivi, ſed nonnulla etiam ſigna poſt ejus obitum audita filere non poſſum. Dicam enim de quibuſdam prodigiis veſtræ caritati forſitan, ut puto, notis, mihi quoque prolatis; nec virtus Dei, quæ in ejus Sanctorum vita panditur, ex ipſorum quidem deſiſtit obitu, imo nempe poſtea terris refulget noſtris illuſtrior itineribus *b*.

15 Jam enim dudum corpus B. Davanzati ſepultum, ut prædixi, exiterat, cum quidam luſor, nummis & rebus ſuis taxillorum amiſſis ludo, ſpiritu diabolico ductus & exhortatus, ad hujus ſancti ſepulturam accederet, maxime Dei nomen ac majeſtatem ſpernendo, indeque iſtius Sancti nomen blaſphemando & vitam ſuam, injurioſe confodit oſſa; volens autem ea, deſperatione coactus ſuæ amiſſionis factæ, in quoddam projicere flumen, Dei immemoraus timoris atque juſtitiæ; verum totiua obcæcatus peſſima incredulitatis perfidia, conceptione peccati ſuper innocentis reliquias ſumere præſumebat vindictam. Itaque dum oſſa cepit, & cum illis voluit ex S. Luciæ eccleſia, ubi ſepultum fuerat, egredi, amiſſo prius mentis lumine: confeſtim etiam tunc ejus oculorum lumen amiſit, neque retrocedere, neque anteire ſciebat, imo neque valebat. Ex quo quidem miraculo, ſuaque cognita iniquitate, ad veram autem converſus contritionem, lacrymis affluit, ſe proſternens magna voce clamavit, dicens: Miſerere mei Domine ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cogooſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Domine Jeſu Chriſte miſerere mei. A te vero, S. Davanzate, veniam & peccati mei remiſſionem, atqoe peto indulgentiam pietate tua, quia tibi ſoli peccavi, & malum coram Deo & te feci. Dignare tu pro me Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum rogare, ſicut & menti meæ reddidit lucem, ita oculis meis lumen attribuat. Multi quippe commeantes per viam, & F

maxi-

A magnæ illius presbyter ecclesiæ, atque populari ejusdem audita voce, cursimque ecclesiam ingressi, supe, invenientes illum flentem, cæcum & orantem valde miserati sunt. Misericors vero Deus, exoratione sancti sui Davanzati, illuminat vitæ peccatricis commilitonis, cæcitatis illi oculorum lumen & intellectus. Qui coram populo ibi prostratus, ad presbyteri pedes, illico se genuflexit, peccata, quæ ejus confessus est. Deinde quoque itinere sumpto, quoddam cœnobium ingressus est.

a *lege loci credentia. Multier ob. fossa*

16 Ad ecclesiam autem ossa quotidie, propter miracula producentia, accedebant ac ducebantur ægroti, qui diversis suis curabantur, illis ossibus tactis, infirmitatibus, & sanati sunt. Similiter & qui spiritibus erant immundis vexati, liberabantur, interque ceteros oppressos quædam mulier adhuc vivens, nomine domina Romola Lapuccii, crudeliter oppressa diabolico spiritu, ductaque ad Beati ossa prædicta, insipiens mirabiliter reluctabatur. Tenens autem sacerdos ecclesiæ prædictæ super caput illius mulieris immanis ossa præliata, orationes dicebat & psalmos, quibus

B dictis, spiritumque malignum loqui cogendo, ait sacerdos: Spiritus, inquit, nequam egredere, per te Davanzati manus, ex hujus corporis sive dorso mulieris, ipsamque de tuis solve nexibus; (&c.) absolutam relinque. Respondit autem spiritus; magna quidem tua, Davanzate, est virtus, nos coactos tuis oportet parere mandatis; dimittam igitur hanc feminam, sicut ex tui parte mihi præceptum extitit, & perpetuo baratro me reeludam.

a *male dicitur libyrasser.*

17 Tum, inquit, presbyter; Quod erit nobis, maligne spiritus, signum tuæ recessionis? Videbitis namque, respondit illi, hanc mulierem, ceu dormientem manere. Hoc autem dicto, mulier fremens, dentibusque rabiescens, & tanquam apri rugiens, & maximo murmure humanas voces suo, clausis oculis semimortua cecidit in terram prostrata; spatio autem dimidiæ horæ, apertis oculis, libera a somno surrexit: ipsa autem ad invicem, & ceteri, qui aderant, Davanzati meri-

ta venerantes, magnificaverunt Deum & omnia opera ejus. B

EX MS.

18 Quid plura? Nonne vidistis cujusdam morbi discussione, cujus tempore omnia corpora impresso frigore patiebantur, offium Davanzati mirabilia magna? Siquis quippe frigore erat oppressus, & pocula aquæ, in qua ossa illa lavata fuerant, potissabat, illico sanabatur. Hoc vere experimentum nonnullis in hominibus & personis terræ extitit comprobatum.

Sensus morbum frigidum.

a *lege bibebat.*

19 Idcirco, fratres carissimi, hujus devotissimi Sancti bene meritis confirmetur devotio vestra, & præsenti suorumque tempore, noster thronus coram divino sit intercessor & advocatus, continueque protector ad Dominum nostrum Jesum Christum, cujus quidem nomen est benedictum in secula seculorum. Amen.

Epilogus.

ANNOTATA.

a *Incipiunt scriptoris torsiones: & hanc quidem supplere debui aliquatenus, cum in autographo nullus esset sensus.* E

b *Incompleta etiam locutio, quamvis nonnunquam intelligatur, quid velit.*

c *Videtur posse affectare hunc solœcismum, ut ejus substituat pro suus, quod sæpius infra occurrit.*

d *Et hæc phrasis cum aliis condonanda, uti & sequente ferme linea*, oratori oraculum, *& infra*, angelorum cœli hierarchiæ comitantes.

e *Vuis dicere exiguum vas vinarium, seu, doliolum, Italis* veggia *&* veggiola, *inferius* veges.

f *Tortus iterum sensus, qui vix intelligi possit.*

g *Phrasis Italica.*

h *Facile divinatur, quid velit scriptor, ob scuris etiam & implexis terminis sequens miraculum aliaque, more sibi quasi proprio, enarrans, quæ pluribus explanare, operæ pretium non duximus.*

C F

OCTAVA DIES JULII.

SANCTI QUI OCTAVO IDUS JULII COLUNTUR.

SS. Aquila & Priscilla conjuges, forte in Asia minori.

S. Aüspicius Episcopus, Treviris.

SS. Epictetus presbyter & Astion monachus, Martyres, Almyride in Scythia.

S. Procopius Lector, Martyr Cæsareæ Palæstinæ, & forte alius Procopius Dux, ibidem.

S. Theodosia, Procopii mater, cum xii mulieribus, Antiocho, Nicostrato aliisque sociis Martyribus, ibidem.

SS. Pro-

A SS. Procopius & Quartus Martyres, Cæſareæ Cappadociæ.
SS. Abdas & Sabas Martyres, apud Græcos.
S. Oſtratus vel Soſtratus
S. Spirus
S. Eraclius
S. Eperentius
S. Cecilia
S. Pramanus
S. Severus
S. Cornilianus & alii LX.
} Martyres Sirmii.
} Martyres in Sicilia.
S. Eladius
S. Eminus
S. Senator
S. Alethius
S. Severus
S. Honoratus
B S. Encollus
S. Eleutius
S. Fraton
S. Artemius
S. Eudemen
S. Helias
S. Novaſius
S. Alopius cum aliis XVIII.
S. Joannes
S. Apriantus
S. Theolocus
S. Gliteria
S. Parentius
S. Straton
S. Agreſtius
S. Primolus
} Martyres.
} Nicææ in Bithynia.
} Martyres Heracleæ.
} Martyres.
S. Apollonius Epiſcopus Confeſſor, Beneventi in Samnio. D
S. Ampelius Epiſcopus Confeſſor, Mediolani in Inſubria.
S. Diſibodus Epiſcopus Confeſſor, in Dyſenberg territorii Moguntini in Germania.
S. Kilianus Epiſcopus
S. Colomannus Preſbyter
S. Totnanus Diac.
} Martyres Herbipoli in Franconia
S. Landrada Virgo, Beliſiæ in territorio Leodienſi.
S. Itherius Epiſcopus Nivernenſis, Noiennii ſeu Novigenti in Gallia.
S. Paulus Novus, Martyr Conſtantinopoli.
S. Hadrianus Papa I. an III. in Nonantulæ cœnobio, ditionis Mutinenſis.
S. Summiva Virgo Martyr, cum ſociis vel ſociabus, in Norvegia. E
S. Illuminatus eremita, apud Tiſernum Tiberinum, in Umbria Italiæ.
S. Nomius ſeu Nummius Confeſſor, prope Villam piroſam, inter Pariſios & Houdanum in Gallia.
S. Grimbaldus abbas, Wintoniæ in Anglia.
SS. Monachi Abramitæ Martyres, Conſtantinopoli.
S. Edgarus Rex Angliæ, Glaſtoniæ in Anglia.
S. Albertus Confeſſor, monachus Ord. Ciſtercienſis, Sigeſtri prope Genuam in Italia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

C F

S. Laurentia V. M. *colitur in baſilica Antoniana Viennenſi, ut habemus ex archicœnobii iſtius Kalendario: ſed de ea & reliquis omnibus Martyribus, in ea charta enumeratis, actum eſt* XIII. Martii

S. Gertrudis virginis ſanctiſſimæ viſio corporis *reperitur hoc die Greveno adjecta in additionibus Mss. Carthuſiæ Bruxellenſis. Jam illuſtrata ſunt ejus Acta* XVIII. Martii

S. Witeburga *in monaſteriis quibuſdam hoc die ſignata eſt, uti & in Ferrarii Catalogo generali. Monimus in auctariis ad Uſuardum, de ea actum fuiſſe* XVII. Martii

S. Cyrilli Diaconi martyris *Heliopoli perperam hoc die memoriam agit Galeſinius, colitur & Acta ejus exſtant* XIX. Martii

S. Marthæ, matris S. Symeonis Stylitæ tranſlatio corporis *hodie inſcribitur Kalendario Syriaco ſeu Chaldaico, Italice verſo. De ea actum etiam alibi, ſed remiſſa & remittenda eſt ad Acta Symeonis filii* XXIV. Maii

S. Norberti, *ut* Archiepiſcopi & fundatoris Ordinis Præmonſtratenſis *memoria inſerta eſt Matriculæ Carthuſiæ Ultrajectenſis. Notavi illic inter auctaria Uſuardina, agi fortaſſe de aliqua tranſlatione reliquiarum, qualis celebris eſt Antverpiæ* XII. *Julii. At neſcio, quid ſibi velit Mauroſycus, dum hoc die ita pronuntiat*: Norberti (*pro* Norberti) Parthenopolitani epiſcopi, ex Lotharingia, fundatoris Præmonſtratenſis Ordinis. *Acta ejus ſatis operoſe illuſtrata ſunt ad diem* VI. Junii

S. Margaretæ Scotorum Reginæ *Officium, ex decreto Congregationis Rituum anno* 1679. *tranſlatum fuit ad hunc diem, ſed poſtea in integrum reſtituta ſunt omnia, colituruque modo eo die, quo de ipſa actum eſt* X. Junii

S. Agrip-

A S. Agrippinæ V. M. Romanæ translatio Mæ-
nazi in Sicilia ſolenniſſime agitur, *teſte Octa-
vio Cajetano: egimus de ea quando apud Grę-
cos in Menęis totius diei Officio diffuſius co-
litur* XXIII. Junii

S. Simplicii depoſitio Auguſtoduni *malo hoc
die cum aliis relata eſt in Florario Sanctō-
rum Ms. Nec Ferrarius verum natalem ele-
git, dum ei tribuit* XIX. *Novembris. Spectat
ad diem, quo de eo actum eſt* XXIV. Junii

S. Petri in Urbem ingreſſus *in Florario locum
habet. Vide* XXIX. Junii

S. Theobaldus *eremita, de quo in aliquibus
Breviariis hoc die celebratur Officium, ſpe-
ctat ad* XXX. Junii

S. Golwenne *olicubi in Britannia Armorica hoc
die colitur: dubium non viaetur, quin ſit
idem Golvenus, Leonenſis epiſcopus, cujus vi-
tam dedimus* I. Julii

S. Eliſabethæ viduæ, Luſitaniæ Reginæ *me-
moria ad hunc diem tranſlata eſt in Marty-
rologio Romano & Officiis eccleſiaſticis: nos
ſupra de ea egimus ad diem natalem* IV.
Julii

B SS. Tomanus & Colmanus *in variis Uſuardi-
nis codicibus, & inde ab aliis ſeorſim poſi-
ti, hoc die cum S. Ciliano referuntur.*

SS. Joannes & Primus, *alias* Aper, *hoc die
ſignantur in Editione Lubeco-Col. apud He-
rocleam cum titulo* Confeſſorum; *Grevenus
ſola nomina deſcripſit; Manrolycus textum
primum integrum habet; ſed pro* Primi *ſub-
ſtituit* Apri; *quo modo plane legitur in ve-
tuſtiſſimo Uſuardo Centulenſi; verum abſque
titulo* Confeſſorum. *Ferrarius autem in Ca-
talogo generali ſic ſcripſit:* Amigdalariæ in
Calabria, ſanctorum Confeſſorum Apri &
Joannis. *Obſervat porro*, Amigdalariam *op-
pidum eſſe non contemnendum in ora ſinus
Tarentini, inter Sibarim & Sirim fluvios,
vulgo* Amendolara, *quæ apud veteres* He-
racleopolis *ſive* Heraclea *dicta putatur: quæ
palæſtra eſſe poterit ſex Martyrum, quos
infra ex Hieronymianis dabimus: eos vero
inter in aliquibus codicibus* Joannes & Aper
*diſerte exprimuntur. Si hos intelligunt Amig-
dalarenſes, veras* Martyres *colunt. Verum*
C *ſcriptores, quos citat Ferrarius, volunt* utrum-
que presbyterum *fuiſſe, & Regius quidem
ſola nomina recitat; majori luce opus eſt
ut ab Heracleenſibus Martyribus diſtinguan-
tur.*

SS. Soſtratus, Heraclius, Primolius, Quar-
tus & Cillianus *Niceæ in Bithynia a Gale-
ſinio adſcripti ſunt, ex nova variorum San-
ctorum ad varia loca ſpectantium confuſione.
De Kiliano, Herbipolis patrono, hoc die agi-
tur; quo alii ſpectent, videbis infra in di-
ſtinctione claſſium ex codicibus Hieronymia-
nis. De iiſdem etiam meminit Ferrarii Cata-
logus generalis, in quo præterea*

SS. Sperus & Cornelianus *cum ſexaginta aliis*
Tauromenii in Sicilia. *Videatur claſſis Sicu-
lorum Martyrum, ex jam dictis apographis
Hieronymianis.*

Claudium *ex aliquo Kalendario notatum nobis
reliquit Bollandus; at quis, qualis aut cujas
ſit, necdum potuimus deprehendere.*

Eugenium III. PP. *inter Ordinis Beatos retu-*

lerunt Kalendarium Ciſtercienſe, Henriquez D
*& Chalemotus; tali titulo abſtinuit Sauſſa-
yus, hoc cum elogio exornans:* Ipſomet die,
ſancto fine quievit, felicis recordationis
Eugenius III. Pontifex maximus, beatique
Bernardi diſcipulus: ad quem idem divi-
nus Doctor libros ſcripſit præclaros De
Conſideratione, aliaque eximia pietatis &
doctrinæ ſuæ cæleſtis monumenta. Vir fuit
admodum religioſus, juſtitiæ eximius cul-
tor, pauperum amator, cujus merita etiam
miraculis, Romæ, ubi ſepultus eſt, in ec-
cleſia S. Petri, magnifice patuerunt. *Lon-
gum Catalogum auctorum, qui de Eugenio
III. ſcripſerunt, invenies apud Henriquez;
at cultum eccleſiaſticum, aut Romæ, aut ali-
bi ei unquam delatum fuiſſe, unſquam me
lectum legere memini. Quæ de ipſo ma-
nuſcripta apud nos reperiebantur, impreſ-
ſa ſunt in Catalogo Romanorum Pontifi-
cum.*

S. Antonia, *ut Carmelitana, & S. Euphra-
ſiæ* abbatiſſa aut magiſtra, *refertur in Acie
bene ordinata, neſcio cur etiam hoc die,* E
cum eadem notetur ibidem 2. *Maii. Vide,
quæ de ipſo eo die dicta ſunt inter Præter-
miſſos.*

Giſwaldus, comes S. Diſibodi, *ex Menologio
Scotico Camerarii* XXVI. *Junii huc remiſſus
eſt; de eo aut de ejus cultu, id ſolum ſci-
tur, quod prodiit Actis* S. Diſibodi, *hoc die
illuſtratis.*

Adelinus Martyr, *ut ſocius S. Kiliani indi-
catur in citato Menologio Scotico. Quid de eo
cenſendum ſit, intelliges ex Commentario ad
Acta S. Kiliani prævio.*

S. Dulcilini *nomen Martyrologio ſuo Univerſa-
li inſcripſit Caſtellanus, ut patroni Alumnæ*
(Alonne) *in territorio Andegavenſi, de quo
meminerit Bulla aliqua Joannis PP. XVIII.
Atque hic fiſtis tota Sancti iſtius, alibi igno-
ti, memoria, de quo ſi monumenta aliqua
ſuggerantur, alibi agi poterit.*

S. Balderici *opulentis, etiam a ſolo Caſtellano
notati, eadem eſt ratio. Aſſerit, coli Magni-
muntii* (Memont) *prope Divionem; at de
eo neceſſaria quoque eſt paulo major notitia,
quæ forte poſtmodum aliunde acquiretur.* F

S. Alganus archiepiſcopus Hiberniæ inſulæ
apud Umbranos eſt martyrizatus. *Verba
ſunt jam ſæpe dictarum additionum Mss. Car-
tuſiæ Bruxellenſis, quæ neſcio unde accepta
ſint: talem Sanctum in Catalogis ſuis Hiber-
nicis non protulit Fitzſimon, neque Dempſte-
rus aut Camerarius in Scoticis.*

Sixtum & Luciam Romæ *cum* XIII. *aliis, in
aliquo confuſo codice invenit Bollandus; fal-
lor, ni eadem* Lucia *ſit vel* Luceia, *de qua
jam toties actum eſt* 1. *&* XXV. *Junii,* 1. *&*
VI. *Julii, cum variis ſociis, pro diverſitate
codicum.*

S. Julianus Martyr *ſolo nomine notus eſt in
Uſuardo Bruxellenſi & in additionibus Mss.
Cartuſiæ Bruxellenſis. Tot inter Sanctos Ju-
lianos, jam in Actis relatos & porro refe-
rendos, quis hic ſit, nemo facile dixerit.*

Savini vel Laurentii, epiſcopi atque abbatis
*in iiſdem additionibus Mss.; nihil magis ex-
plicat.*

A Vigilantius apud civitatem Almerydenſium, *ibidem, æque ignotus eſt, niſi addatur* Epicteto *&* Aſtioni, *de quibus hoc die agitur.*

Suſannam & Mariam ſorores, *ibi etiam relatas, necdum alibi reperi.*

Raynaldus Ordiois Prædicatorum *in præfatis additionibus non magis diſtinguitur.*

Wazonem Leodienſem epiſcopum *hoc die memorat multorum Sanctorum collector Ferrarius in Catalogo generali, his verbis*: Io Belgio, S. Vuaſonis epiſcopi Leodienſis; *notans in obſervationibus, ſe eum accepiſſe* ex Martyrologio Caniſii, *nempe cum altius fodere non noviſſet. Subinde id egiſſe videtur; addit enim*; ſuſpicor hic errorem ſubeſſe, cum Joan. Mol. qui memorias Sanctorum Belgii diligentiſſime ſcrutatus eſt, oullam illius, neque in Addit. neque in Indiculo, neque in Natalibus Sanctorum mentionem fecerit. *Scivit nempe Molanus, Wazonem Leodii non coli ut Sanctum, unde licitum erat Ferrario eum præterire. Notat & ipſe Grevenum (ex quo eum accepit Caniſius) ſic legentem*: Item Waſonis epiſcopi Loedienſis & confeſſoris. *At certus de non cultu, eum inter Sanctos Belgii recenſere auſus non eſt. In Floribus locum habet, eumque inſigni proſus elogio exornat noſter Bartholomæus Fiſen, omni tamen aut* Beati *aut* Sancti, *imo &* venerabilis *titulo abſtinens, ut nobis licitum non ſit, verum, tametſi dignißimum, inter Sanctos recenſere.*

B Petrus Eremita *ab eodem Fiſeno* venerabilis *nuncupatur, uti & a Caſtellano hoc die, cujus elogium deſcribere non gravabor ex Sauſſayo, ipſum inter* Pios *connumerante. De eo ſic habet*: Item eodem die ad ſupernam Hieruſalem tranſiit beatæ memoriæ Petrus, cognomento Eremita, qui divinitus afflatus, recuperationem Terræ ſanctæ procuravit, temporibus Urbani Papæ II. primus belli ſacri non modo buccinator, ſed & ductor mirificus copiarum militarium Chriſtiani orbis in Syriam: profligatis impiis, regnum Hieroſolymitanum ab iis pia ſua inſtantia vindicavit, totumque Chriſto Servatori adoranda reſtituit. Pius ille vir patria erat Gallus ex Ambianis, captaque

C Hieroſolyma reverſus in Belgium, apud Huyum, oppidum ditionis Leodicenſis, Moſæ adſitum, ſubſtitit: ibique monaſterium in ſuburbio conſtruxit, ſubſidiis fretus munificis Cononis Comitis Montis acutii, & Lamberti Comitis Clari montis; collectoque religioſo cœtu, piiſſime illic vitam tranſegit, dignaque addita demum ſanctæ vitæ coronide, ad tantorum, quos Chriſti amore ſubierat, laborum præmium, ovans profectus eſt. Elegerat verus humilitatis cultor ſepulturam in cœmeterio ſub ſtillicidio, ſed inde translatum eſt ejus corpus ad cryptam eccleſiæ ante altare ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ab Hamano abbate II. totoque conventu, cum multa honorificatione. In qua translatione, quæ centum & triginta circiter annis ab ejus obitu evolutis, peracta fuit, cum viri Beati corpus de tumulo levaretur, cilicium circa lumbos hærens, inventum eſt, caputque ſere ejus integrum, tonſuram habens D clericalem, atque crines omnes & criſpos. circa coronam abundanter reſperſos. Facta eſt autem ipſa translatio anno ſalutis MCCXLII. XV. Kal. Novembris. *Plura vide apud laudatum Fiſenium.*

Waſconis epiſcopi & confeſſoris *apud Trevirim, anno ſalutis* 808. *ſcribit auctor Florarii Sanctorum, pro* Wazzonis; *ſed unde ipſi conſtitit, hoc die mortuum eſſe aut Treviris coli? Equidem non majora cultus indicia apud Treviros reperi, pro hoc* Wazzone, *quam apud Leodienſes pro* Waſone *ipſorum, quem etiam inter Sanctos recenſuit idem Florarii compilator.*

S. Paulinus *Martyr Romanus, collegii noſtri urbiſque Mauriacenſis patronus adſcitus, ibidem colitur Dominica* 2. *Julii, ob corpus ſacrum eo die, qui fuit* VIII. *Julii* 1655. *tranſlatum; cujus translationis cauſam ad Papebrochium perſcripſit, Mauriaco in ſuperiori Arvernia,* XI. *Aprilis* 1690. *noſter Petrus Maria d'Auzers, in hæc verba*; Lymphatorum Calviniſtarum veſania S. Marii, antiqui hujuſce urbis patroni oſſa combuſſerat, Tanti theſauri jacturam utcumque reſarcire, ſelici ſucceſſu, conata Societas; ſiquidem a S. D. N. Innocentio X. ope precibuſque Eminentiſſimi Cardinalis Gioeti, ejus Vicarii generalis, obtinuit, ut e cœmeterio S. Cyriacæ corpus integrum, Mauriacum transferendum erueretur. *Narrat deinde inventionem integri corporis iſtius* S. Paulioi, *eum veris martyrii ſignis, quæ omnia, publicis inſtrumentis authenticiſque confirmata, Mauriacum tranſmiſſa fuerint, ſumma cura in proprio Collegii ſacello aſſervata. Subdit, non* deſuiſſe miracula, quæ etiamnum hodie perſteor. *Adductas omnium probationes hic non proſequor: Nobis in more poſitum non eſt, hujuſmodi ſanctos Martyres in Acta noſtra referre. Satis ſit hæc curſim indicaſſe.*

S. Benedictam, *in nullis alicujus notæ Faſtis ſacris haftenus ſignatam, hoc elogio exornat Sauſſayus in Supplemento ad hanc diem*: Burdegalæ, ſanctæ Benedictæ matronæ; quæ a ſancto Martiale, Aquitaniæ apoſtolo, Chriſti agnitione illuſtrata, ſacriſque fontibus expiata, fidei zelo ferveos, & charitate plena, religionis chriſtianæ provectionem multis laboribus procuravit: demumque conſummata pio exceſſu, ad gloriam migravit ſempiternam. Cujus memoria, titulis ſanctitatis inſignis, ibidem in veneratione habetur, potiſſimum in eccleſia ſancti Severini, ubi ſpeciali cultu honoratur. *Hæc quidem more ſuo Sauſſayus, ſatis liberaliter; ſed cujus auctoritas tanta apud nos non eſt, ut ea continuo admittamus; non magis, quam ea, quæ tradit Ferrarius in Catalogo generali, ubi eamdem* Benedictam, matronam & ducißam *vocat, nempe ex Actis S. Martialis, de quorum fide videnda ea, quæ dicta ſunt ad* XXX. *Junii. Si non aliunde ſubſtet ea* S. Benedicta, *labili fundamento nititur. Cultum alicujus* S. Benedictæ *in ea S. Severini eccleſia non negaverim, ſed cum ipſam non agnoverit Caſtellanus, nec locum habeat in Breviario Burdegalenſi,*

A *galenſi, docere cupimus, quæ & qualis ea ſit; do ea alibi acturi: cum non conſtet, ad hunc magis, quam ad alium diem pertinere.*

S. Benedictam *aliam ſuggeſſit Henriquez in ſuo Menologio, his verbis*: In Polonia, paſſio B. Benedictæ virginis, quæ inſtitutum Ciſtercienſe in cœnobio Glalcovienſi amplexa, tot virtutibus profecit, ut inter reliquas virgines Deo dicatas, ſingulari ſanctitatis opinione fulgeret: quæ tandem pro fide immaniter occiſa, per martyrii palmam Deo animam reddidit. *Cuinam relatio Franciſci Bivarii, Ordinis Procuratoris generalis Romæ, ſed quæ non probas, declaratum a Sancta Sede martyrium. Neque huic, neque præcedenti S. Benedictæ aliquid addit, quod utraque relata ſit in Gynæceo Arturi.*

Brocanum ſcribam *exhibet hoc die compilatio Ms. Sirini; de quo Ængusſius*: Accipit Brocanus ſcriba claram eum laude victoriam. *Tum citat verba Magnirii*: Eſt Brocanus de Mæthal-Brogain in Deſia Momoniæ, vel Broganus ſcriba S. Patricii. *His conformia ſunt, quæ adduntur ex Kal. Cathel., Gorman. M. Dungall.*

B Erat S. Patricii nepos, individuus laborum & itinerum ſocius, & ſecretarius. *Jocelinus in vita S. Patricii cap.* 50. Epiſcoporum nomina Brochadius, Brochanus, Mogenocus & Lomanus fuerunt, qui cum S. Patricio avunculo ſuo &c. *Videntur Martyrologi & feſtologi Hiberni ſtudioſe collegiſſe quotquot in vita S. Patricii repererunt aliqua laude dignos, quibus & cultum & certum ejus diem pro arbitrio tribuerent.*

Diermetius de Gleann-Uſſen *ibi ſecundus eſt, qui apud Ængusſium* flamma micans & ſol candidus vallis Huſſenæ *dicitur: Porro Sanctilogium genealogicum Diſt. 7. cap. 1. ejus gentis ſic deducit*: Sanctus Diermitius, filius Sibræi, filii Dallani, fr Erci, f. Bracani, f. Fiegi, filii Datii, cognomento Barrach, f. Catheri magni. *Unde collegit Sirinus*, antiquiorem fuiſſe S. Comgano, vallis Uſſenæ abbate, paulo ante annum DLXIX. defuncto, nec certe eius ævo vixiſſe. *Utcumque fuerit, certus eſt Comgani cultus, ut vide* XXVII. *Februarii, non ita hujus Diermitii, niſi idem ſit cum eo, qui in noſtris*

C *Sanctorum Hibernorum catalogis refertur* II. *&* III. *Auguſti.*

Colmanus Jomramha, *id eſt*, Remex. ſeu de remigio, *tertio loco ponitur. Jam de Colmano uno actum eſt* XVIII. *Febr., de altero* VII. *Junii: alius hoc die colitur S. Kiliani ſocius, nec deſunt plures, cum quorum aliquo forte confundendus eſt.*

Trea de Ard-Trea, *quarta eſt, de qua ait Sirinus, videndum diem* III. *Auguſti: ſed & hæc aliis Kalendariis præterita eſt.*

Aidus abbas & martyr *adjungitur; de quo annales Dungellenſes ad an.* DCCCXLIII. Dunmaſca arx expurgnata a Normannis, captuſque ibidem ab iis Aidos fil. Dubhdachriehi, abbas Tirdaglaſſenſis & Cluainegnecenſis abductuſque in Momoniam, ibique VIII. Julii martyrio affectus eſt. *Verum, fatente Sirino, vel ab ipſis Martyrologis, quos ſequitur, prætermiſſus eſt.*

B. Burgundæ *nomen in Actis S. Kiliani inveneus Arturus, eam Sanctis mulieribus adſcribere non dubitavit.* Herbipoli, *inquit*, in Franconia, *Julii* Tom. II.

beatæ Burgundæ, nobilis matronæ, quæ vigiliis & orationibus vacans, ſancto fine in cæ- D lum migravit. *Idem pluribus verbis explicat in in ſuis annotatis. Habes infra in Actis S. Kiliani, quidquid de hac* Burgunda *dici poteſt; haberi ipſam bodie, aut umquam pro Sancta habitam fuiſſe, nuſquam legi hactenus.*

Maria Spinoſa, virgo clariſſa, *laudatur ab eodem Arturo cum titulo* Beatæ, apud Alcaudetam, Bæticum oppidum in Hiſpania, in cujus felici tranſitu ſuaviſſimus angelorum concentus auditus ſit. *Factum non negaverim; eſt in ſanciendis ipſi Sanctorum honoribus, Sedis Apoſtolicæ oraculum prævenire nobis non licet. Hæc ex Gynæceo: poſtrema etiam ponitur in Martyrologio; ubi præterea*

Bartholomæus Siccardus, *in Gallia Narbonenſi.*

Joannes ab Anglia, *Stamni in Ragusio.*

Jacobus a Cortona, *Cortonii in Etruria.*

Alphonſus Portalegrenſis, *in Luſitania.*

Petrus Cendra *ſeu* Cineris *cum titulo* Beati *notatus in Diario ſacro Marcheſii, mortuus anno* 1244. *Barcinone, majora non habet recepti aut ſtabiliti cultus, quamvis in citato illic epitaphio dicatur* XIV. cæcos illuminaſſe, IV. ſurdis auditum reſtituiſſe, ſeptem claudis greſſum dediſſe, quinque paralyticos curaſſe, & XXIV. infirmos, qui vivendi ſpem amiſerant, ſanaviſſe. *Ubi de canonizatione conſtiterit, plura dici poterunt.* E

S. Brictium epiſcopum *alicubi reperit Bollandus, per anticipationem hoc die poſitum, ſpectat enim ad ſequentem* IX. Julii

S. Zeno *cum* 1203. *ſociis Romæ, male additus eſt in additionibus Cartuſiæ Bruxelleuſis ad Greveuum. De iis cum Romano aliiſque Martyrologiis agemus die* IX. Julii

SS. Quinquaginta milites Martyres io portu Romano *hoc die annuntiantur, a Baronio primum ſignati.* Horum Martyrum Acta, *inquit*, *ſunt* junctaſimul cum rebus geſtis S. Bonoſæ martyris, quas habemus apud nos manuſcriptas. *Necdum apparet ratio, cur eos milites avulſerit Baronius ab aliorum claſſe, quibus in Actis jam dictis conjuncti ſunt; nec cur hoc die, nullo claſſico Martyrologio præeunte referantur. Ne bis eadem repetenda ſint, agemus de ea cohorte cum Eutropio & Bonoſa ad diem ipſis omnibus proprium* XV. Julii F

S. Milonis, *ex Ordine Præmonſtratenſi, ad cathedram Morinenſem evecti, nonnulla teſtimonia inter ſchedas noſtras collecta invenio pro hac die* VIII. *Julii, quaſi eo die mortuus ſit. Petrus de Wagheuare in ſuo S. Norberto pag.* 335. *vult eum obiiſſe Idibus Julii; Miræus in Faſtis*, XIII. *Novembris: Sauſſayus non eſt auſus* Beati *titulum adſcribere: at Coryſoſtomus vander Sterre, Rayſſius, Caſtellanus & alii* Beatum *appellant, & natalem ejus cum Sauſſayo referunt ad diem, quorum omnium diſcuſſuri ſumus* XVI. Julii

S. Erembertam virginem *apud Sanctulmarenſes primus adduxit Caſtellanus, ut neptem S. Vulmari: ſed hæc in nullis Faſtis nota eſt, ſaltem ſub eo nomine. Mabillo in Actis S. Vulmari nomen reperit* Bertanam, *notans* Hermembertam *vocari, colique* XVII. *Kal. Novembris. Unde & quare ipſi diverſa ſentiant, ignoro hactenus, nec quidquam ad eam virginem pertinens reperio, præter pauca quæ S. Vulmari Legendæ inſeruntur. Siquid de ea ſuggeratur diſtinctius, poterit ad*

A xv. *Octobris examinari, vel potius cum S. Vulmaro locum invenit* xx. Julii

S. Cornelii Papæ capitis translatio ad monaſterium Indæ prope Aquiſgranum *ſignatur in additionibus Mſs. Carthuſiæ Bruxelleſenſis. De ea agetur, dum Sancti ipſius geſta illuſtrabuntur* xiv. Septembris.

S. Exuperii, Vexilliferi Thebæ legionis *corporis ſuſceptio in monaſterio Gemblacenſi ſignatur a Sauſſayo: de eo agetur cum tota legione* xxii. Septembris

S. Erwaldus *alias* Arnwal, *ſeu* Arnualis *ex* 19. *Januarii &* 15. *Februarii remiſſus eſt ad hunc diem, tamquam* S. Kiliani *diſcipulus. Talem fuiſſe, oſtenduut Acta ſinceriora, quæ hic edantur; at nuſquam memorant, ſanctum illum* Arnualem *in Franconiam cum S. Kiliano pertexiſſe aut martyrii ſocium fuiſſe, quidquid commoniſcantur Wion, Dempſterus, aut alii, qui ex mutatione nominis in* Erwaldi, Arnualis *& Anualis eumdem variis diebus referunt. Eſt is procul dubio unus, unicus & idem, qui in Hibernorum æque ac Scotorum Catalogis ſignatur* ii. Octobris

B S. Palatiatem *hodie in Martyrologio Univerſali ſignavit Caſtellanus, neſcio ob quam cauſam. Agit de ipſa Ferrarius* vii. *Octobris; ſed in Romano Martyrologio cum ſocia Laurentia refertur* viii. Octobris

S. Euodium epiſcopum & confeſſorem *Sueſſione nobis hoc die collocat Sauſſayus, nihil prorſus addens, unde dignoſci poſſit. Nullum Epiſcopum ſub Euodii nomine Sueſſione ſediſſe, conſtat ex tabulis apud Sammarthanos. Suſpicor, Sauſſayum hic aliqua confuſiſſe, quæ diſtinguere non potuit. Celebris eſt Evodius Rothomagenſis, cujus* translationem *notavit hoc die Grevenus, ſed dies natalis eſt* vii. Octobris

S. Burchardus, *primus Herbipolitanus epiſcopus, loco non ſuo poſitus eſt hoc die a Florario Mſs.; ſpectat enim ad* xiv. Octobris D

Kiliani Ducis & avunculi S. Urſulæ, patris vero ſanctarum filiarum Brigidæ, Helenæ & Sapientiæ *meminit hoc die Geleuius, tamquam qui Coloniæ cultum habeat, ſeorſim a* S. Kiliano Herbipolitano, *de quo hoc die agimus. De eo nihil alibi legimus, ut proinde diſtinctiori notitiæ opus ſit, quæ forte invenietur pro die, quo S. Urſula & ſociæ colnntur* xxi. Octobris

S. Dulcardi confeſſoris *Biturici memiuit Sauſſayus, cum in indice facienſ Epiſcopum Sueſſionenſem; at nostrum ſubſiſtit; nos alium* S. Dulcardum *non novimus, præter eum, qui in Auctariis Uſuardinis ſignatur* xxiv. *&* xxv. *Octobris: & quidem hoc poſteriori die ipſum recte poſuit præſatus Sauſſayus:* Ipſo die, ſancti Dulcardi abbatis Ambiliacenſis, in diœceſi Bituricenſi *&c. Igitur Acta ejus, quæ manuſcripta habemus, illuſtrabuntur* xxv. Oct.

S. Quintini inventio *hoc die refertur a Sauſſayo: colitur Sanctus* xxxi. Octobris

S. Saturnini *baſilicæ dedicatio, ab Urbano II. peracta, hoc die memoratur a Sauſſayo. De eo locuti ſumus in S. Raymundo Toloſano ad* iii. *Julii. Colitur S. Saturninus* xxix. Novemb. E

S. Barbaræ translatio prima, *neſcio unde a Grevено accepta ſit, & ex hoc ab aliis; nec magis intelligo, quid velit Florarium per translationem ſecundam Romæ, & tertiam Placentiæ hoc eodem die. Natalis eſt* iv. Decembris

S. Theobaldus *abbas Vallium Cernati annuntiatur hoc die in Uſuardo Pariſienſi Munerati, atque item a Sauſſayo cum magno elogio, brevius ab Henriquez; ſed melius refertur a Chalemoto die quo colitur, & de ipſo agemus* viii. Dec.

DE SS. AQUILLA ET PRISCILLA

CONJUGIBUS, FORTE IN ASIA MINORE.

J. P. G

SYLLOGE HISTORICA F

Cultus; elogia; vitæ inſtitutum; locus; tempus ac genus mortis.

CIRCA AN. LXV. AUT LXIX.

Optandum foret, ut quam in tabulis ſacris, Græcis pariter atque Latinis, horum ſanctorum Conjugum, frequens conſignatur memoria, tam monumenta alicubi exſtarent certa, vitæ eorumdem ſeriem ac virtutes exprimentia; in quorum defectu congerenda ſunt aliunde nonnulla, quæ ad ipſos ſpectant. Agunt de his, inquit Baronius in Notationibus ad Martyrologium Romanum, item hac die, Beda, Uſuardus, Ado & alii Latinorum; Græci autem de Aquila in Menologio pridie Idus Julii. *Martyrologium Romanum eos habet etiam hac die* viii. In Aſia minori, SS. Aquilæ & Priſcillæ, uxoris ejus, de quibus in Actis Apoſtolorum ſcribitur. *Menæa Græca impreſſa illos referunt die* xiii. *Februarii cum elogio, paullo poſt producendo; de quibus nos etiam in prætermiſſis ad eumdem diem. Ephemerides Græco-Moſchæ ita accinunt ſanctis hiſce Conjugibus die* xiv. *hujus.*

SS. Aquilæ & Priſcillæ cultus.

Ἀκύλαν διακόν γε καὶ τὴν σύμβιον ἐκφέρει.

Oſſa Aquilæ tumulo decima quartaque locantur.

a *Jam ab antiquiſſimis temporibus in urbe Romana ſolennis noſtris Sanctis cultus fuit impoſitus, ſi credamus Actis S. Priſcæ virginis & martyris, de qua tractatum die* xviii. *Januarii; quæ narrant,* ſanctiſſimum corpus B. Priſcæ, virginis & martyris, deductum ad urbem Romam cum hymnis & canticis ſpiritualibus, juxta Arcum Romanum in eccleſia ſanctorum Martyrum Aquilæ & Priſcæ; ibique poſitum *fuiſſe* ſanctiſſimum corpus ejus. *Vide infuper, quæ dicta ſunt ad eumdem diem de eccleſia S. Priſcæ, §. 2. Commentarii prævii, pag.* 184. *& Pancirolum num.* 684. *Priſca illa, viſi fallor, in errorem induxerit Caſtellanum, appoſita ad hunc diem* viii. *Julii notula aſſignantem pro Aquila diem* xiv. *hujus, & xviii. Januarii pro ejus uxore, quo tamen die coli diximus non* Priſcillam, Aquilæ

an Romæ celebrari?

A læ uxorem, *ſed* Priſcam, *virginem & martyrem*. *Longior eſt dictus auctor in notis ad diem* XVIII. *Januarii, ubi multa habet de SS. Priſca & Priſcilla; e quibus interim non videtur ſatis fundate concludi poſſe, hanc Priſcam, coli ſolitam* XVIII. *Januarii, concidere cum* Priſcilla, *Aquilæ uxore; id quod contendit Caſtellanus. Utramque jam pridem diſtinxit Bollandus in dicto comm. prævio, num.* 8.

Elogium ex Menæis. 3 *Jam vero in Menæis occurrit* S. Priſcilla *ſimul cum ſuo conjuge* S. Aquila, *die* XIII. *Februarii, poſt ſequentes verſiculos hoc elogio honorati:*

Τμηδεὶ γυναικὸς Ἀκύλας, φησ', βλέπων,
Οὐκ ἀνδρὶ πρὸς τοιῷδ' ἀνὴρ κεκρᾶς;

Aquila minutam feminam videns, ait:
Ad ſectionem capitis haud virum induam?

S. Aquila, coriarius erat opificio; qui fama ad ſe delata Apoſtoli Pauli, una cum Priſcilla, conjuge ſua, ad illum profectus eſt: amboque ab illo abluti ſacro fonte, deinceps miniſtrarunt ei, comitati Apoſtolum per omnes urbes ac regiones, ſocii periculorum & tentationum. Tantopere autem illos magnus Apoſtolus dilexit propter virtutem ipſorum, & fidem *in* Chriſtum, ut eorum etiam mentionem fecerit in ſuis epiſtolis. Sic vero placide ac gratioſe cum Apoſtolo verſati, multis patratis miraculis, tandem ab infidelibus comprehenſi, capiteque truncati (eurſum conſummarunt) atque ita a rebus terrenis migrantes, cælos inhabitant, *Præcefferat hæc de illis annuntiatio*: Τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ μαρτύρων Ἀκύλα & Πρισκίλλης. Sanctorum apoſtolorum ac martyrum Aquilæ & Priſcillæ. *Die* XIV. *hujus* S. Aquila *ſolus*, apoſtoli, ſacerdotis *ac* martyris *ſeu* teſtis *titulo donatus, talo habet elogium*: Hujus laudes, præco divinus, Lucas *in* Actis celebravit. Nam cum S. Pauli eſſet diſcipulus & hoſpes, ab ipſo divina myſteria edoctus fuit. Unde & fraudes Belial ſprevit, nec non ſacerdos ac martyr (*ſeu teſtis*) paſſionum Domini factus, coronam ab ipſo accepit. *Quin & Officio ibidem celebratur, præmiſſo titulo* Apoſtoli ἐνὸς τῶν ο', unius e LXX. *Coronidis loco ſint verſiculi, qui elogio ejus, de quo jam ſtatim dicimus, præponuntur.*

Η'πλωσεν ὡς δίκτυον ὁ Παῦλος λόγῳ,
Η'γρευσε δ' ὡς θήραμα θεῖον Ἀκύλαν,

B C Sermone Paulus uſus pro reti fuit,
Aquilamque cepit ſpolia venando ſacra.

ac ſacris litteris, 4 *Quid? quod ipſo Spiritus ſanctus, per Doctoris gentium Pauli ac ſacri Evangelici Præconis Lucæ ora locutus, venire voluerit in partem eorum, qui ſanctos* Aquilam & Priſcillam *laudibus efferunt. Enimvero, ſi magnum eſt laudari a laudato viro; quantum erit laudari ab æterna veritate, & a Deo ipſo, infinitis laudibus cumulatiſſimo? Referam teſtimonia illa eodem ordine, quo ea inſerta lego apud Thomam Maſſutium noſtrum in Vita S. Pauli Apoſtoli, lib.* 7. *cap.* 1. *a pag.* 332. *propterea quod ordinate & dilucide mihi videatur hanc materiem ibidem tractare. Paulus itaque Apoſtolus Corinthum profectus,* non curavit, *inquit*, ampla divitum adire palatia. Intellexit, ſive Deo inſpirante, ſive aliquo bonorum hominum ſuggerente, quemdam ibi eſſe Judæum, qui a S. Petro Romæ fuerat Eccleſiæ Chriſti adſcriptus. *Quod ipſum narrat ex Actis Apoſtolorum cap.* 18. *v.* 2. Et inveniens Paulus quemdam Judæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ex Italia; & Priſcillam, uxorem ejus (eo quod præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Judæos a Roma) acceſſit ad eos. *Deinde Maſſutius (injecta mentione occaſionis, ob quam Judæi juſſu Claudii Roma proſcripti fuerint)* illo, *ait*, eodem tempore, *nimirum anno Chriſti* 51. *Claudii Imperatoris* 9. vir, nomine Aquila, Judæus genere, & a Ponti regione Ponticus cognominatus, cum Romæ a S. Petro fidem Evangelicam & Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſet, inde ſimiliter compulſus eſt recedere cum uxore ſua Priſcilla, tum, quia ambo eranc profeſſione Chriſtiani; tum quod nati eſſent ex Judæis, quos omnes edictum Cæſaris promiſcue comprehendebat.

D AUCT. J. P.

5 *Poſt hæc, idem vitæ Paulinæ ſcriptor, paululum a propoſito* SS. Aquilæ & Priſcillæ narratione digreſſus, *obſervat, quod Paulus venerit Corinthum anno proximo poſt edictum Claudii, qui eſt Chriſti* 52. *adeoque ibidem loci tunc convenerit prædictos ſanctos Conjuges: tum ſic rurſum pergit ad rem noſtram*: Porro Aquila cum uxore ſua Priſcilla, ſive Priſca nominata, qui adeo longa itinera facienda per tam remotas regiones ſuſcipiebant, nempe Roma Corinthum, & poſt aliquot annos, iterum Corintho Romam; (*ut patebit ex epiſtola ad Romanos, de qua paulo infra*) profecto homines eſſe non poterant, quamvis opifices, fortunæ tenuioris, quorum variis in locis expertus hoſpitalitatem, ſæpe illos in ſuis epiſtolis Apoſtolus commendat, *uti oſtendit ex priore ad Corinthios, ubi habetur*: Salutant vos in Domino multum Aquila & Priſcilla cum domeſtica ſua eccleſia; apud quos & hoſpitor. *Suſpicionem movet poſt* Tillemontium ex Eſtio & aliis, *recentior Legendarius Gallus criticus, ne poſtrema clauſula, hoſpitium deſignans, ab aliquot ſeculis ſacro textui adjuncta fuerit. Idem Paulus ad Romanos* 16. *v.* 3. Salutate, *inquit*, Priſcam & Aquilam, adjutores meos in Chriſto Jeſu (qui pro anima mea ſuas cervices ſuppoſuerunt; quibus non ſolum ego gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ gentium) & domeſticam eccleſiam eorum. *Brevis quidem, ſed illuſtris ſimul Sanctorum noſtrorum laudatio, in poſtremis præſertim Apoſtoli verbis; ſuper quibus S. Joannes Chryſoſtomus contexuit integram homiliam, poſitam tom.* 4. *poſt homilias ep. ad Rom.* ubi, *ut notat Maſſutius*, quod verba indicant apoſtolica, ex tribus capitibus extollit horum Pauli hoſpitum virtutes & eximiam probitatem.

E

F

6 *Primum petitur ex ignobilitate generis, conjuncta cum ſumma in Chriſti ſervos munificentia & liberalitate.* Priſcilla, *inquit Chryſoſtomus*, & Aquila, opifices pellionis, pauperem & honeſtam agentes vitam, præ omnibus beati prædicantur: & cum alii dignitatibus & potentia inflati prætereantur, pellio ille una cum uxore, toto orbe decantatur. *Expendit præterea ſæpe citatus Auctor* non de uno tantum Paulo ſic *eos* bene meritos *fuiſſe*; ſed de aliis multis, quos ſuis eleemoſynis, adhortationibus & exemplis juvabant in eccleſia Chriſti, *ut conficitur e ſuperioribus Apoſtoli verbis*: Quibus non ego ſolum gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ gentium: *gloriaſa ipſis prorſus nuncupatione eos commemorantis ſuos* adjutores in Chriſto Jeſu. *Denique, ut ex Chryſoſtomo deducit Maſſutius*, quia etiam cum periculo propriæ vitæ, Apoſtoli vitam & incolumitatem tutati ſunt, *ſubdente Apoſtolo*: Qui pro anima mea ſuas cervices ſuppoſuerunt. *Quibus verbis idem Maſſutius indicari ait gravem contra Paulum Corinthi perſecutionem*, ex qua divina

S. Joanne Chryſoſtomo,

A AUCT. J. P. primum providentia liberatus eſt, deinde etiam auxilio bonorum virorum & fidelium Chriſtianorum, quorum hi erant præcipui, nempe antiquiores, & in quorum domo Corinthi jam diu hoſpitabatur. *Quanto vero laus vel ex hoc ſolo acceſſerit ſanctis Conjugibus, intellige ex Chryſoſtomo.*

honorificis laudibus eos proſequens;

7 Si Aquila & Priſcilla tantum id unum egiſſent, ingenti laude digni erant. Qui enim ducem exercitus ſalvum fecit, & milites ſalvos fecit; qui medicum liberavit periculis, & laborantes morbis ad ſanitatem reduxit; qui gubernatorem fluctibus eripuit, navem totam ex undis liberavit. Sic igitur, qui magiſtrum orbis ſalvarunt, & pro eo, illiuſque ſalute ſanguinem ſuum fuderunt, orbis quoque totius fuerunt benefactores. *Atque hæc ſunt, quæ partim ex ſacris Paginis, partim ex S. Joanne Chryſoſtomo collegit Maſſutius in laudem* SS. Aquilæ & Priſcillæ.

ex verſuum Scripturæ ſenſu.

8 *Quibus accedunt alia nonnulla oracula divina, teſtantia, ſuaviſſimam conſuetudinem & quotidianum uſum interceſſiſſe Paulum inter & prædictos Sanctos, nec non ſingularem rerum gerendarum, itinerum, peregrinationum, ſtudiorumque ac voluntatum communicationem. Paulus enim, ubi Corinthum veniſſet, non modo* Aquilam & Priſcillam *convenit, ut dictum ſupra, & conſtat ex cap.* 18. *Actorum; ſed indidem inſuper conſtat, quod*, quia ejuſdem erat artis, manebat apud eos & operabatur: erant autem ſcenofactoriæ artis. *Deinde aliquibus interjectis*: Paulus cum adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam (& cum eo Priſcilla & Aquila) qui ſibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum. Deveniſque Epheſum, & illos ibi reliquit. *Ad quam autem* tonſio, *quæ hic narratur in* Cenchris, *al.* Cenchreis, *navali Corinthiaco, ex voto facta, eu tribus hiſce perſonis referenda ſit, differit Maſſutius a pag.* 384. *De quo etiam Baronius tom.* 1. *pag.* 422. *Quid? quod apoſtolicos S. Pauli ſpiritus hauſerint atque expreſſerint, ſervando Apoſtolicos Vivos, eorumque laboret ſacros promorendo, uti argumento eſt id, quod in dicto capite, a verſu* 24. *referuntur feciſſe erga Apollo his verbis.*

B

C

Quam bene ſunt merita ab Apollo.

9 Judæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Epheſum, potens in Scripturis, Hic erat edoctus viam Domini, & fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quæ ſunt Jeſu, ſciens tantum baptiſma Joannis. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in ſynagoga. Quem cum audiſſent Priſcilla & Aquila, aſſumpſerunt eum, & diligentius expoſuerunt ei viam Domini. Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis, ut ſuſciperent eum. *Merito itaque Paulus loco ſupra citato illos dixit* adjutores *ſuos* in Chriſto Jeſu. *Quid ni apprime eruditi fuerint, qui viro tam docto in ſcientia ſacra præluxerint. Idem porro gentium Doctor, in epiſtola ſua ſecunda ad chariſſimum ſibi Timotheum, cap.* 4. *v.* 19. *abunde ſignificavit, quanti faceret Sanctos hoſce; & quam chara, quam intimis paterni peſtoris medullis impreſſa eorum memoria foret, ſcribens ſub finem epiſtolæ amicam illis ſalutem:* Saluta, *inquit*, Priſcam & Aquilam. *Ubi obſerva, eamdem perſonam ſignificari per* Priſcam & *per* Priſcillam. *Hæc quippe vox, illius diminutiva eſt, ut loquuntur Grammatici,*

D

Vita eorum inſtitutum.

10 *Jam vero quodnam profeſſi fuerint* SS. Aquila & Priſcilla *vitæ inſtitutum, habetur ex ante dictis. Callebant igitur & exercebant artem faciendi tabernacula; nam recte ex Græco* σκηνοποιεῖ & σκηνοῦ, *vertit interpres Latinus, quod fuerint* ſcenofactoriæ artis, *voce* ſcenofactorius, *partim derivata a Græco* σκῆνος, tabernaculum, *& a Latino* facere. *Quanam autem e materia tentoria illa conſtarent, non eſt hujus loci pluribus deſſinire. Videri poteſt Maſſutius a pag.* 333. *erudite de hac re diſſerens, & oſtendens e pellibus confecta fuiſſe: unde ſupra* Aquila & Priſcilla *a Chryſoſtomo nominantur* pelliones. *Baronius in notationibus ad Martyrologium Romanum obſervat, tradere Dorotheum in Synopſi,* Aquilam *fuiſſe præfectum eccleſiæ Heracleæ, recte addens, ſe* unde id acceperit, non inveniſſe.

De loco,

11 *Quæri hic poteſt, quo loco, tempore ac genere mortis Sancti noſtri diem ſupremum obierint. De loco nihil certi determinaveris.* Sunt, *teſte Motherio*, qui dicant, martyrio affectos Romæ; E ſed ſine ullo fundamento. Inde egreſſi ſunt, ſicut omnes alii Judæi, juſſu Claudii Imperatoris, & ſeceſſerunt in Aſiam minorem, ubi Martyrologium Romanum eos ponit, non expreſſo loco mortis eorum & ſepulturæ: quia nihil certi de eo conſtat. *Aliquod fortaſſe formari poſſet de obitu illorum Romæ præjudicium (dubito tamen, an ſufficiens, quale vult eſſe recentior aliquis Legendarius Gallus) aliquod, inquam, præjudicium de obitu illorum Romæ formari poſſet; ſi plane certum foret, eorum veneration templum Romæ conſtructum fuiſſe, ut factum innuebant Acta S. Priſcæ, virginis & martyris, ſupra num.* 2.

ac genere mortis, quo obierunt.

12 *Nec certiora habeo, quæ reſpondeam quærenti, quo genere mortis ſancti Conjuges e vita exceſſerint; ſi excipias unum Chryſoſtomum, qui verbis ſupra citatis, quod* SS. Aquila & Priſcilla *Paulum* magiſtrum orbis ſalvarint, & pro eo, illiuſque ſalute ſanguinem ſuum fuderint, *ſatis indicat, ſentire ſe, martyrio ipſos perfunctos fuiſſe, vel aliquid ſaltem, martyrio æquivalens ſuſtinuiſſe. Conſonant Menæa Græca ad diem* XIII. *Februarii; verba jam dedimus, num.* 2. *Aſt id aliunde qui ſolide probabis? Recte igitur quis dixerit cum Maſſutio, pag.* 333. aliud nobis non conſtare, niſi quod ambo ſancte uſque ad extremum, vitam ſuam traduxerunt, & inter Sanctos in Romano Martyrologio die VIII. Julii ſic poſiti leguntur, *illa utique annuntiationis tenore (quem num.* 1. *dedimus) abſtinentis ab urbe, quæ fuerit locus mortis, uti inſuper a mortis genere ac tempore. Aliqua tamen temperi mortis lux accedet ex brevi vitæ Sanctorum chronotaxi, quam ſubjicio.*

F

Chronotaxis

13 *Quo præciſe anno nati fuerint, non liquet. Pone natalem eorum concurrere cum natali Domini; converſionem a Judaiſmo ad Chriſtum cum anno* 43. *quo commode intelligi poſſunt Romæ adjuncti eſſe Chriſtianis ſacris, dreverunt ad contribules Judæos Petro, priuſquam gentilibus prædicaret; de qua re conſule Baronium ad hunc annum, num.* 61, *Roma proſcripti juſſu Claudii Imperatoris cum Chriſtianis ac Judæis, ibidem degentibus, anno Chriſti* 51. *Corinthum profecti ſint, ſicut memoravimus ſupra. Anno ſequenti* 52. *S. Paulus Athenis Corinthum digreſſus, illos adierit, artem ſcenofactoriam cum illis exercens,*

prout

A *prout jam dictum. Anno* 54. *Corintho digreſſi, petierint Epheſum cum S. Paulo; ibidem moruti, dicto Apoſtolo Cæſaream Paleſtinæ profecto. Anno autem* 57. *Doctor gentium, duobus annis exactis, & tertio inchoato, Epheſo ſcribit priorem ad Corinthios epiſtolam; & tunc temporis etiammum ibidem loci moratos fuiſſe Sanctos noſtros, patet ex verbis epiſtolæ, productis num.* 5. Salutant vos in Domino multum Aquila & Priſcilla, *&c.; qui anno* 58. *Chriſti rurſum petierunt Romam, Claudio utique cum ſuo edicto, vi cujus, ut diximus, inde exeſſe jubebantur, mortuo, & Nerone in ejus locum ſubſtituto. Nam Paulus, hoc anno ad Romanos Corintho ſcribens, plurimam ſalutem & primo quidem loco dicit amiciſſimis ſibi hoſpitibus;* Salutate, *inquiens*, Priſcam (*id eſt* Priſcillam, *ut ſupra inſinuavimus*) & Aquilam, adjutores meos in Chriſto Jeſu, *reliqua habentur num.* 5.

vita. 14 *Denique Roma iterum commigraverunt in Aſiam, quando Sanctus Paulus ſecundam epiſtolam ſcripſit ad Timotheum, ſive ea ſcriptio copulanda ſit cum anno* 59. *ut placet Maſſutio pag.* 678. *e variis, accuratiſque Auctoribus, rationum momentis & ſolutione objectionum oppoſitæ ſententiæ; ſive anno* 69. *ſicut viſum eſt pluribus auctoribus antiquis ac recentioribus; atque adeo eum tum temporis in vivis fuiſſe, habemus e verbis Apoſtoli, pradictæ epiſtolæ inſertis, quibus ſalvere* Priſcam *ſeu* Priſcillam & Aquilam *jubet. Verba relata ſunt num.* 9. *Atque hi quidem ſunt characteres, ordinandæ chronotaxi de Sanctis noſtris accommodi; ultra quos, quo progrediar, non habeo; non magis, quam unde ſtimam, quot annos poſtea ſupervixerint. Creditum, quantum exiſtimo, Sanctos ad uſque finem vitæ in Aſia manſiſſe: id quod anſam præbuerit Martyrologis Latinis, annuntiandi illos* in Aſia minori.

15 *Vigilantne, an ſomniant Flavius Dexter, ejuſque commentator Bivarius, an poſt utrumque Tamayus? Dum more ſuo monſtris hiſtoriarum, nugis, quiſquiliis & apertis falſitatibus operam putide inſumentes*, SS. Aquilam & Priſcillam *Hiſpaniæ vendicandos cenſent. Nolim gravius in eos hic quidquam dicere. Satis de hiſce ingrveniulis dictum in Reſponſionibus Papebrochianis, parte* 2. *in reſp. ad art.* 18. *a num.* 37. *ex Eminentiſſimo Cardinale de Aguirre; & ibid. ad artic.* 21. *a num.* 4. *Fragmenta quædam ex illorum ſcriptis protuliſſe, refutaſſe eſt. Dexter itaque poſtquam dixiſſet anno* 70. *num.* 2. *pag.* 154. Heracleæ in Hiſpania prædicat S. Aquila Ponticus, miſſus ab Apoſtolo Paulo *in* Hiſpanias prædicationis cauſa; *anno* 95. *num.* 4. *pag.* 187. *ſic fabulatur:* In Arſa Mariana Hiſpaniæ patiuntur Aquila & Priſcilla. *In quæ verba inſulſe commentatur Bivarius:* Irrepſit mendum in Ms. Martyrologio, ut pro Arſa ſcriberetur Aſia; quo ſemel admiſſo, verbum MARIANA cum non cohæreret cum AASA, facile verſum eſt *in* MINORI; *& ſic* legunt impreſſa pene omnia, Romanum, Adonis & Uſuardi. *Tamayus in Martyrologio Hiſpanico, errones hoſce duces ſecutus, ſic tamquam ex tripode Sanctos annuntiat:* Arſæ prope montes Marianos in Beturia Turdulorum Beticæ in Hiſpania, SS. Aquilæ & Priſcillæ conjugum, qui S. Paulum Apoſtolum apud Hiſpaniam quærentes, Heracleam devenere; poſt Arſam convenere, ubi pro fidei Catholicæ prædicatione detenti, cruciatibuſque expoſiti, demum, quos una conjugii fibula conligaverat, & una fidei religio conjunxerat, etiam una corona victoriæ indeficiens connexuit utrumque, *Faſtidium pariam, ſi pluribus proſequar ineptias, notis ejus inſperſas; uti etiam Actis, verſus finem, quæ ex variis compilata edidit. Pro merito dictos mugatores alibi vapulaſſe, ſufficiat,*

B

C

D

AUCT. J. P. *Refelluntur Dexter, Bivarii & Tamayi errores.*

B

DE S. AUSPICIO EPISCOPO TREVIRIS.

J. B. S.

Notitia ex recentioribus Martyrologiis.

SEC. II. BAronius *in Martyrologio Romano ſic hoc die laterculum ſuum concludit:* Treviris, ſancti Auſpicii epiſcopi & confeſſoris. *In notationibus autem ſic ſcriptum reliquit:* Agit de eo etiam Molanus in Addit. ad Uſuardum. Numeratur quartus ejus eccleſiæ Epiſcopus in tab. Democh. Fuit alius ejuſdem nominis Tullenſis epiſcopus, ordine quintus, ſanctitate & doctrina conſpicuus; cujus exſtat inſignis epiſtola metro ſcripta ad Arbogaſtum Comitem: vixitque temporibus Theodoſii Imperatoris. Diverſus ab his omnibus habendus eſt ille Auſpicius, ad quem ſcribit Sidonius Apollinaris epiſt. 11. lib. 7. *Multa hic paucis confuſius afferuntur, quæ longiori diſcuſſione opus habent. Ad rem noſtram hic ſpectat, quod ſolum Molanum pra oculis habuiſſe videatur Baronius, dum hunc* S. Auſpicium *Romano adjunxit cum* Confeſſoris *titulo, cum apud Trevirenſes pro* Martyre *habeatur, uſcio an ſatis magna auctoritate: cum antiquioribus Kalendariis & Martyrologiis ejus urbis & S. Maximini, nulla uſquam ſanctli iſtius Epiſcopi reperiatur memoria.*

In Romano Martyrol.

a *Neque in iis igitur, neque in ullis aliis antiquis ſeu claſſicis Faſtis conſignatus eſt* S. Auſpicius Trevirenſis, *cujus prima mentio exſtat hoc die in editione Lubecæ-Col. anni* 1490. *his verbis:* Treviris, S. Auſpicii epiſcopi & confeſſoris, *quam ſecuti ſunt Grevenus, Molanus & Canifius, qui duo poſtremi eumdem Sanctum retulerunt ad diem* VI. *Junii. Idem fecit Ferrarius in Catalogo generali, idem Sauſſayus in Supplemento, ita ſcribens:* Treviris, S. Auſpicii epiſcopi confeſſoris, cujus glorioſa memoria annua veneratione ſignatur in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tabulis, exequenda die VIII. Julii. *Quo die elogium ipſi vulgare aptat, alterum Tullenſem Auſpicium, de quo infra, ei ſubnectens. Recte apud Ghinium hoc die collocatur:* Treviris, S. Auſpicii epiſcopi & confeſſoris, qui ſancto Valerio ſuccedens, quartus ibidem adnumeratur epiſcopus. *Succeſſio immediata intelligi non poteſt, cum apud Trevi-*

a *Ex recentioribus antiquiores auctores dicit.*

Digitized by Google

A AUCT. J. B. S. *virenſes S. Maternus Auſpicium præceſſerit. Tali eum ordine etiam retulerunt Sammarthani, moventee*, de eo conſulendum Baronium & Molanum : *nempe quod nulla alia de ipſo monumenta alibi invenerunt : qua in re feliciores ipſi non fuimus, cum præter nomen & cultum de* S. Auſpicio *nihil memoriæ prodatum ſit. De Epiſcoporum Trevirenſium ſerie videatur Bollandus in S. Celſo, Sancti Auſpicii ſucceſſore, ad* XXIII. *Februarii.*

a Trevirenſibus ut Martyr colitur ;

3 *Ex dictis patet*, S. Auſpicium *Trevirenſem, non ita pridem inter Martyres computatum fuiſſe, ut proinde recentior ſit ea opinio, quæ ei martyrii lauream tam diſerte aſſerit. Browerii, ſeu Maſenii index chronologicus ſubtimide habet :* S. Auſpicius ſucceſſit, Methodio teſte, quem martyrio affectum ſentiunt. *Sed quo auctore, quo vade ? Ad margines additur hinc* annus CXXIX. *inde* VIII. Julii. *In ipſo Annalium textu ad ann.* 128. *ſic legere eſt :* Auſpicius igitur, etiam Methodio teſte, Materni ſucceſſor, Trevirorum
B poſthac & vicinarum eccleſiarum ſacra curavit: eum martyrii palma coronatum, quorumdam, nec imbecillis opinio. Sed in faſtos relatum, coli inter divos cælites confeſſorem, anniverſario ſolenni ejus VI II. Julii quotannis recurrente, compertiſſimum; quamquam confeſſoris titulus etiam a candidatis uſurpari ſolet. *Admitte lubens, Martyree omnes, confeſſeres eſſe, ſed non vice verſa : id autem quæro potiſſimum, unde Trevirenſibus innotuerit, poſt ſeculum* XVI. *Sanctum ſuum Martyribus annumerandum, cui in Lectionario ſuo anni* 1645. *ad* VIII. *Julii titulum appoſuere* Epiſcopi & Martyris Trevirenſis, *quem etiam reperi in Catalogo Sanctorum Trevirenſium recentiori Ms. ubi apponitur annus Chriſti* 131.

nobis multum invidet

4 *Fateamur ultro, obſcura eſſe omnia, quæ de* S. Auſpicio *narrantur, & nec initium epiſcopatus ejus, nec durationem, nec finem uſpiam innoteſcere ; ſed neque id recte in Annalibus aſſerui, Methodium, apud Marianum teſtem eſſe, quod Auſpicius Materno ſucceſſerit. Demus rec prout ſuni : ſic habet Marianus ad annum* 128. Anno VI. Sixti ſacerdotii, imperii autem Ælii Adriani Cæſaris VIII. anno, S. Maternus Trevirice ſedis Archiepiſcopus, 40. annis poſt Valerium ſui pontificatus dignanter expletis, ad
C cælestia tranſivit, anno dominicæ Incarnationis 128. *Hæc ille, quem per ſecula evolves, ut* Auſpicium *vel alium Epiſcopum Trevirenſem inveniat ; id ſolum notat ad annum* 180. & in eodem tempore author totius probitatis Treverim rexit, *ut ex Methodii ſententia difficillimum ſit, continuatam Epiſcoporum Trevirenſium catenam texere. Non inficior, in hypotheſi recte procedi ; ſi enim certum ſit, Maternum fuiſſe tertium Trevirenſem Epiſcopum,* Auſpicium *vero quartum, appoſite ſequitur, circa annum* 128. *hunc alteri ſuccedere debuiſſe : at nihil ſubſtat, ubi pedem figas, in ea Epiſcoporum tam vetuſta ſerie, quæ quoque demum mode, cum S. Petri ætate abſque intermiſſione connectenda fuit.*

D

quæ majorem illuſtrationem requirunt.

5 *Viderunt pridem eruditi, res iſtas involutas eſſe, at nemo falcem appoſuit, qua ſuperflua reſecaret. Caſtellanus in ſuo primo bimeſtri Martyrologii cum notis editi, agens de Celſo, Auſpicii ſucceſſore, confuſionem indicat inter nomina Epiſcoporum Trevirenſium & Tullenſium, eus inſiſtens in altero ſuo Martyrologio Univerſali, ad* S. Auſpicii *annuntiationem, ex Romano ſupra citatam, non dubitavit hanc notulam adjicere ;* Auſpicianus, non Trevirenſis, ſed Tullenſis epiſcopus. *Obſervo equidem latere hic aliquid, quod necdum hactenus ſatis evolutum ſit, illuſtrandum fortaſſe ab iis, quorum intereſt, priuſquam ad Auſpicium Tullenſem perveniamus, quem ibi coli audio ad diem* XXVIII. *hujus menſis, quo res tota de integro poterit retractari. Nihil dicit Trevirenſis Lectionarius, dum Sancto ſuo ad* VIII. *Julii tale aptat elogium :* Auſpicius, quem Romanæ Sanctorum tabulæ Confeſſorem indigitant, cum primis Trevirenſis eccleſiæ Epiſcopis in confeſſione Chriſtianæ religionis ſanguinem profudit ; gentilium ferocitate martyrii coronam conſecutus. Inclareſcebat nimirum ſplendidis incrementis Chriſtiana res, & invidos impietatis oculos lucis ſuæ puritate perſtringebat. Latet autem in tenebris apud mortales, quem tanta majorum gloria fortaſſis indignum Deus judicavit, nullo invictiſſimi herois detrimento. Illum ergo ſi hic oblivionis aliqua obtexit nebula, facile compenſat retributionis gloria &
F æterna claritas, qua inter cælites illuſtratur. Cujus anniverſarium diem octavo Idus Julii recurrentem, Eccleſia veneratur.

E

DE SS. EPICTETO PRESB. ET ASTIONE MONACHO,

MARTYRIBUS ALMIRIDENSIBUS IN SCHYTHIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

Rariſſima horum ſanctorum Martyrum memoria ; Acta obſervationibus illuſtrata.

ſub Diocletiano.

Vita aliquot horum Martyrum memoria.

NUllam *horum Martyrum notitiam vel in Faſtis Græcis, vel in antiquis tabulis Eccleſia Latinæ, uſquam reperire potui, &, poſtquam quæſivi, fruſtrata laboris pretio opera, expertus didici, nimis ex vere dixiſſe Heribertum Roſweydum in Notationibus ad illorum Acta, qua inſerta leguntur Vitis Patrum, ſe* horum Sanctorum nullibi in tabulis Eccleſiaſticis mentionem inveniſſe, præterquam in Florario Sanctorum manuſcripto, *ubi ſic legitur, die* VIII. *Julii :* In Oriente, ſanctorum Martyrum Epicteti & Aſtionis, pro Chriſto interfectorum ſub Diocletiano Imperatore, quorum miri actus & paſſiones leguntur. Paſſi ſunt anno ſalutis

A tis cexit. *Poſt hæc mox ſubdit dictus Auctor.* Idem dies aſſignatur in Martyrologio Uſuardi, auctore a Carthuſianis Colonienſibus anno MDXXI. Ex hac autem vita citat exemplum Speculum exemplorum diſtinct. VIII. quæ eſt ex vitis Sanctorum, exemp. XXI. *quod in ejus editione habetur cap.* XI. *ſed in hac noſtra reſpondet numero* 17.

in variis faſtis. 2 *Inter auctaria Uſuardino Martyrologio, non ita pridem edito & illuſtrato, adjecta, invenitur præter annuntiationem codicis Antverp. Max. alsera Greveni, cum elogio in hæc verba:* Epictici presbyteri & Aſtionis, monachi, Martyrum. Qui tempore Diocletiani ab Oriente in fines Scythiæ venientes, pro fide Chriſti tenti, in omnibus, quibus afficiebantur, tormentis, hæc creberrime verba dicebant: Chriſtiani ſumus, o tyranne, fiat voluntas Dei noſtri in nobis. Poſt varios tandem cruciatus, capite truncati, martyrium conſummaverunt. *Atque hæc pauca, nequaquam ob antiquitatem*

B *commendanda, de noſtris Martyribus invenire mihi licuit. Quibus adde Caſtellanum, qui omnium noviſſime illos adjecit Martyrologio ſuo Univerſali.*

variſſimæ vitæ exemplaria, 3 *Exemplarium Vitæ varietatem idem Roſweydus in prædictis notationibus teſtatam reliquit, quando ſcripſit*, nullum exemplar manuſcriptum habuiſſe ſe, præter unum ex eccleſia S. Salvatoris Ultrajecti, a recenti manu. Nullum quoque impreſſum, præter unum Colonienſe in Vitis Patrum; *addens* reliquas editiones hac vita carere. *Itaque iis ſubſidiis tam parce ac tenuiter inſtructus Roſweydus, Acta noſtrorum Martyrum inſeruit Vitis Patrum, a ſe editis; atque hinc poſtea tranſierunt in editionem Surii. Non habet ergo aliquis, quod miretur noſtram brevitatem in illuſtrandis horum Martyrum Actis, cum curta adeo, dixeram pene nulla, veterum monumentorum ſupellex, longiorem ſermonem non patiatur, neque vix quidquam hoc loco dignum memoratu occurrat, præter excuſſionem Actorum, de*

C *quo jam breviter diſſeremus.*

Acta, quæ deſint, ex ſuppletur: 4 *Tillemontius tomo* 5. *pag.* 153. *ageus obiter de Martyribus noſtris, ſuſpectos illos habet, urbe Almiridenſium in Scythia, quæ fuerit eorum paleſtra, difficulter admodum inveniendo, & nullibi inſuper nominibus eorum expreſſis in antiquo aliquo vel Latinorum vel Græcorum monumento, præterquam, inquit*, in duobus novis Martyrologiis, illos VIII. Julii conſignantibus. *Mox ad Hiſtoriam ſive Acta digreſſus, carpit ea, tamquam contexta* orationes prolixas & facta parum probabilia, præſertim in fine, *ut non dicam*, abſoluta eſſe fabuloſa. *Quæ ſi articulatim & enucleate perſcrutari & explorare quis voluerit, vellicare fortaſſe poterit ſequentia. Primo, quod Auctor incerti nominis, ætatis & forſan incerto fidei illa addiderit, ſilente interea tota antiquitate. Secundo, quod ſcateant miraculis, precationibus, orationibus ſeu dialogiſmis ſatis prolixis & crebro repetitis; in quibus plurimus eſt Auctor, ſed rarior in deſcriptione vitæ Martyrum. Tertio, Acta* S. Epicteti *cum ipſi fuerint poſteriores regno Diocletiani, qui illud depoſuit anno* 304. *hujus inchoata hæreſi verſus annum* 306. *illius autem forte verſus* 319. *Quarto, quod torqueat ſe Roſweydus, ut Almiridenſium civitatis, paleſtræ SS. Martyrum, ſitum inveniat, de quo ſic ediſſerit in Onomaſtico ad Vitas Patrum, pag.* 1013. Ex his, *ait*, colligitur Almiridenſium civitatem in Scythia eſſe. Sed apud quem auctorem hujus urbis memoria? Exiſtimo Almiridenſium ſeu Halmiridenſium civitatem dictam a lacu, qui Halmyris Plinio lib. 4. cap. 12. dicitur in hoc tractu; *citatque ejus verba, & tum pergit:* Lacum hunc Danubius facit, quem Peucus in ſuo Plinio vulgo vocari ait, Lac de noſtro Dame de Danubi. Id eſt Lacus divæ Virginis Danubianæ. Forte Salmorudis Antonini.

quæ videantur 5 *Nicephori inſuper locum lib.* 22. *cap.* 29. *adducit, qui Nicephorus, poſtquam dixiſſet, Eunomium juſſu Theodoſii Halmyridem deportatum, addit:* Eſt autem Halmyris Myſiæ in Europa locus, ad Iſtrum ſitus. *Unde concludit Roſweydus*, haud dubie hinc Halmyridenſium civita- E tem dictam, itaque ſcribendam; ex deſcriptione Plinii juxta Peucen collocandam eſſe, quæ eſt in Myſia inferiore. Myſia autem inferior etiam Scythiæ nomine venit. Unde in Myſia inferiore ſunt Tomi, locus exilii Ovidii, quos in Scythia ponit ipſe Ovidius. *Ad extremum denique monet*, in Notitia Imperii multa loca Myſiæ inferioris inveniri ad Scythicam præfecturam pertinere. *Viden'*, quot ambagibus opus ſit, *ut inveniatur paleſtra noſtrorum Martyrum*, civitas Almiridenſium in Scythia; *quam dictus Auctor inveniſſe quidem ſe autumat, ſed forteſſe necdum invenit poſt ingentem perfunctorium laborem. Sane, ſi Auctori Actorum credimus, naviganti num.* 15. Aſtionem *inviſſe hæſiturum aquas ad Danubium, inde colligitur, vicinum fuiſſe prædictum locum Danubio, convenienter ad ea, quæ ſupra notavit Roſweydus. Sed reddamus ad alia, quæ contra Acta Sanctorum Martyrum objici poſſent.*

F 6 *Quinto, vellicarit præterea aliquis in dictis* *ab defectu,* *Actis, quod num.* 16. Aſtion *ſemimortuum ex lapſu ſanaturus, invocet Jeſum Chriſtum, ut*, qui Æneæ ab annis 80. in grabato jacenti, per S. Petrum ſtabilitatem tribuerit membrorum. *Quod manifeſte repugnat ſacro Textui, in quo Act.* 9. *a verſu* 32. *legimus:* Factum eſt autem, ut Petrus, dum pertranſiret univerſos, deveniret ad ſanctos, qui habitabant Lyddæ. Invenit autem ibi hominem quemdam, nomine Æneam, ab annis OCTO jacentem in grabato, qui erat paralyticus. *Sed ſpalma forteſſe ſcriptionis hoc eſt.*

7 *Sexto, erit qui eum Roſweydo quærat, quis* *quibus locus* *ſit ille Dux vel præſes* Latronianus, *ſub quo martyrii curſum conſummaſſe commemorantur hi Athleoæ in Actis num.* 49. *Enimvero adeo ille latuit Roſweydum, ut nihil habeat in notatione ad hæc Acta, quod de illo ducat, præter hoc unum, quo indicat, de eo* inquirendum. *Quid ſi etiam lectior emunctæ criſeos accuſet ſcriptorem hujus martyrii? quod in num.* 25. *per decurſum ponantur aliqua, partim non ſatis veriſimilia, partim pergendo ad Actorum finem, alia inſuper compoſitionem oratoriam redolentia, ſeu quemdam Metaphraſtis characterismum, variis Sacræ Scripturæ locis exornatum. Septimo denique, neſcio, an ab*

omni-

A omnibus admittenda sint tamquam vera, aut saltem verosimilia, quæ leguntur de appartione Martyrum parentibus S. Astionis, deque amplexu illis dato; ac potissimum an non laborsturs sit fide allocutio Astionis cum matre sua num. 45. qua rogat eam, ut portionem, inquit, mihi de tua substantia obtingentem pro MEA REQUIE ac tua salute pauperibus dividas ac distribuas. Cui enim non displiceant illa verba pro mea requie, pralata a Martyre glorioso? Novi, Rosweydum alia interpretari in benigniorem partem, nimirum pro majori gloria accidentali; profecto fatum illud Augustini de verbis Apostoli: Injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre.

AUCT. J. P.

nonnulla sim. 8 Atque hæc sunt, quibus Acta horum Martyrum vellicare quis poterit, ea ad analysim & crisim revocando; propter quæ, si dixerit suspecta esse falsitatis, durus fortasse quibusdam, sed non falsus omnino criticus videbitur. Ego enimvero, ut libere, quod sentiam, eloquar, atque judicium de iis feram quam mitissimo modo, fateor ob rationes, numero præcedente allatas, suspicionem aliquam, neque, ut existimo, omni ratione destitutam, mihi suboriri, quod Acta illa non sint omnino sincera, pura ac genuina. Utinam de Sanctis ipsis certius constaret ex antiquis tabulis Latinis vel Græcis; quos tamen, non obstante summo veterum monumentorum de iis silentio, privandos non judicavi sua possessione, sed huc usfovendos. At jam locus postulat, ut detur eorum,

B

ACTA

Edita in vitis Patrum apud Rosweydum lib. I. pag. 211,

Auctore incerto.

C

CAPUT I.

Pia S. Epicteti educatio; patratio miraculorum; conversio Astionis ad Christum.

CAP. I. S. Epictetus pie educatus, etate maturior miracula patrat.

TEmporibus Diocletiani, profanissimi imperatoris, erat quidam presbyter in partibus Orientis, nomine Epictetus, religiosam vitam agens, & castus in omni sua conversatione existens. Hic namque a parva ætate in servitio Domini enutritus, exercebatur in omnibus justificationibus Jesu Christi. Cum autem ad maturam perveniſſet ætatem, ut Samuel quondam, ephod lacerdotale promeruit portare, eo quod multa signa ac prodigia per eum divina gratia in omnibus operabatur. Denique cæcorum sæpe oculos orationibus illuminabat, sed & leprosos ad se venientes emundabat, paralyticos sanabat, ac de obsessis corporibus dæmonia effugabat.

II. Præcipitat energ. 15. sequ.

2 Igitur una è diebus, dum solus sua in cella resideret, ac solitas orationes Christo exhiberet, quædam puella, Comitis cujusdam filia, omnibus membris præter linguam tota mortua, ad eum perducitur. Cumque pro foribus ejus pater filiam posuisset, ingressus ipse ad Sanctum, genibus ejus subito advolutus (est), taliter clamans & dicens: Miserere mei, o homo Dei excelsi, eo quod Deus tuus misericors & miseratur a servis suis pronuntiatur. Ne velis me, quæso, projicere a facie tua, cum ille gratanter suscipiat omnes ad se confugientes. Ego enim unicam habeo filiam, annos fere XV. ætatis agentem, sed hæc per triennium temporis a nimia paralysi dissoluta est. Itaque non dubito, quod ille, qui XII. annorum fluxum sanguinis restrinxit, poterit, si voluerit, & filiæ meæ per te integram incolumitatem præstare, eo quod fidei ipsius nos vovimus, & filii sanctæ Ecclesiæ existimus, atque in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti sumus baptizati. Hoc audiens Sacerdos Domini, jussit puellam intro ad se perduci. Quam cum ante ipsius pedes pater posuisset, taliter pro ea homo Dei preces profudit ad Dominum Deum, dicens: Deus æterne, agitator Cherubim, qui de cœlo descendisti, ut paradiso exulatum in antiquam reduceres possessionem, qui per humanitatis tuæ dispensationem, nostram infirmitatem suscepisti, ut te nos in nostris vasis fictilibus possidere promereamur: quæso, Domine, quæso, dignare respicere in fidem famuli tui: & sicut filiam archisynagogi de mortis januis revocasti ad vitam, ita & nunc hujus unicum pignus per tuam gratiam recuperare in priorem habitum dignare, ut agnoscat hæc generatio incredula & perversa, sanctum & terribile nomen tuum colere, & enarrare mirabilia tua in omni tempore. Et finita oratione, de sanctificato oleo puellæ membra universa perunxit. Quæ hanc sanitatem ac medelam consecuta, una cum parentibus suis Dominum benedicebat. Tunc sanctus Epictetus præcepit patri puellæ dicens: Si cupis, o charissime mi, ut nulla de reliquo infirmitas seu vexatio aliqua in domo tua prævaleat, per singulas septimanas cum omni tua familia dominica Sacramenta cum devotione intima & mundo curde percipere festina. Hæc cum dixisset, lætum eum & bono animo cum omnibus ad propria abire imperat.

D

E

F

III. dæmoniacus liberat,

3 Item alio tempore dæmoniacus quidam ad eum deductus. Quem cum secum degere Dei homo fecisset, cœpit triduum taliter diabolus ad eum vociferari & dicere: O crux, o tormenta! quæ fine causa patior. Quam bene mihi semper in Phrygiæ partibus erat! Quomodo quotidie hominibus meum sacrificium ritumque suadebam! In quantis iraque honoribus ego miser illic degebam, sed nunc usque non intellexi, eo quod levitata quadam inde recessi & huc perveni. Ego *a* namque sum ille, qui per Montanam plurima verba, & blasphemia plena protuli. Ego per Maximillam diversa perpetravi scelera. Ego totam illam regionem ad meam culturam fordesque detraxi. Ego per Arium Alexandrinam urbem invasi, atque ut Filium Dei vivi creaturam diceret, persuasi. Ego per Manem Manichæorum hæresim institui, atque ut mihi jejunia consecrarent, ostendi. Ego per Donatum totam Africam devastavi. Et ecce, nunc ab uno famulo tuo, ut mancipium fugitivum, ligatus teneor, o Christe. Hæc & plura horum, dæmone vociferante, a beato Viro increpatus, tertio die a suo domicilio recessit,

a

pur-

A purgataque perſona Chriſto Domino gratias referebat.

IV. *& cæcam.* Alio rurſus tempore cæca mulier ad eum perducta eſt, & ſtans coram ipſo, taliter deflebat, dicens: Qui ſis, agnoſco; ſed & quantum apud Deum valeas, credo. Ne ergo velis deſpicere fletum meum, nec in vanum ducere obſecrationem meam. Totius namque provinciæ hujus medici ſuam in me prudentiam induſtriamque exercentes, in nullo prodeſſe potuerunt; ſed & quantum in me ſuam artem demonſtraverunt, in tantum ego miſera doloribus diſſolvebar. Unde obtecro ſanctitatem tuam, ut digneris tantummodo dexteram tuam ſuper oculos meos in nomine Chriſti tui imponere; & credo, quod mox meorum luminum viſio per te mihi tribuatur. Tunc ſanctus Epictetus, admirans hujus feminæ fidem, dexteram ſuam ſuper oculos ejus poſuit, glorificans Domini bonitatem, & dicens ad eam: Secundum quod credidiſti, o filia, fiat tibi.

B Adhuc verba in ore Chriſti ſacerdotis volvebantur, & repente patefactis oculis mulier lumen aſpexit, clamans & dicens: Gloria tibi Deus Chriſtianorum; qui non deſpicis peccatores in errore poſitos, ſed propter magnam miſericordiam tuam ſuſcipis & ſalvas ad te convertentes ſe. Et cum hæc dixiſſet, ſtatim cum univerſa domo ſua credidit in Deum Salvatorem. Et quia ſatis longum eſt, ſi velimus univerſa mirabilia, quæ per eum Dominus operatus eſt, ſtudioſo lectori exponere: hæc interim pauca de multis in tranſcurſu perſtrinxiſſe ſufficiat. Nunc vero ad propoſitum opus revertamur.

V. *Aſtionem adoleſcentem,* 5 Una igitur è diebus dum quidam adoleſcens nimium decorus vultu, & pulcher aſpectu, Aſtion nomine, viſitationis gratia ad eum deveniſſet, atque juxta ſe cum ſedere beatus Presbyter rogaſſet: ponens manum ſuper caput ejus, cœpit eum blandis ſermonibus taliter ad fidem Domini cohortari, dicens: Quis, inquit, es tu, o dulciſſime fili, & unde venis, aut quo vadis? Aut cujus filius ſeu generis ſis, indica mihi. At ille reſpondens, dixit ad eum: Originem vel genus meum, qualiter beatitudini tuæ exponam, o beatiſſime pater, ignoro. Hoc ergo

C quod ſcio, tantummodo breviter & in tranſcurſu tibi indicabo. Pater meus primarius urbis hujus & nimium ditiſſimus habetur; mater vero de illuſtrium genere & Juliani ſenatoris extitit filia, qui me quotidie quaſi unicum pignus ac pretioſiſſimam inſpiciunt margaritam. Et ſanctus ad hæc: Bene dixiſti, mi nate, quia velut margaritam inſpiciunt: non enim jam habent; ſed inſpiciant tantummodo eo quod benedicta anima tua pretioſior omni margarita omnique metallo habetur Chriſto, quam ſibi ipſe Salvator noſter jam in ſuum miniſterium & ad ſerviendum elegit, ut video. Veni ergo, mi nate, & reſpue ea, quæ in mundo hoc habentur, ut cum Sanctis omnibus illa in futuro percipias, quæ hic non videntur. Ifta enim omnia, quæ hic intuentur, tranſitoria ſunt & peritura; illa autem, quæ Deus ſibi ſervientibus præparavit, manent in æternum, quomodo & ipſe manet in æternum. Nam aurum hoc, fili, quod videtur, non eſt verum, ſed quædam vanitas eſt phantaſiæ, per quam in hoc mundo illuduntur animæ juſtorum.

D E VITIS PATR. *propoſitis divitiis cœleſtibus, & amore ergo paupertatis cœleſtem.*

6 Similiter & argentum, quod iſtis oculis cernitur, falſum poſſidet nomen, quod ab omnibus fabricatur & limatur, tantummodo ut decipiat rapaces & ſuadeat inſipientes. Veni ergo, & audi me, fili dulciſſime, & ego tibi oſtendo, quale aurum tibi eſt eligendum, vel quale argentum ſit concupiſcendum, illud ſcilicet, quod Dominus noſter atque Salvator in ſe credentibus impartitur, dicens: Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, & veſtimentis albis induaris, ut non appareat confuſio nuditatis tuæ. Aurum ergo hoc ignitum probatum, Chriſtus Dominus noſter eſt. Et, fili, qui voluerit eum in ſede ſui pectoris habere, ſtatim divitias cœleſtes promerebitur, & veſtimentis albis induetur, id eſt, Fide, Spe, & Charitate, per quas de reliquo non huoe viſibilem muodum tantum, ſed & diabolum, quem vos ut Dominum colitis, cum univerſis angelis ejus poteris ſuperare. Nam & pater tuus iſte, qui videtur, fili, non eſt verus pater, ſed omnipotens dicitur Deus, pater tuus, & ideo alius dicitur ille, & alius iſte pronuntiatur. Ille namque inviſibilis & inenarrabilis exiſtit, hic vero viſibilis & corruptibilia eſt. Ille incomprehenſibilis permanet & immortalis; hic corruptibilis & mortalis in omnibus degit.

E

patrocinia ſi longe præ- ſtantiora;

7 Per illius igitur diſpenſationem conſtant univerſa, per iſtius vero ordinationem nihil permanet ſtabilitum. Ille juſſit, & factus es; mandavit, & in utero matris formatus es; præcepit, & egreſſus es; imperavit, & ad hanc juvenilem ætatem perductus es. Et quidem iſte viſibilis pater honorandus eſt, fili, non tamen ſicut ille; eo quod ille ad imaginem & ſimilitudinem ſuam nos condidit & creavit, intellectum quoque ad prudentiam donavit, ſenſum pervigilem, & memoriam bonorum habere conceſſit, atque ſuper omnia opera ſua nos conſtituit dominatores, ex ſervis in filios & fratres atque amicos nos ſibi per ſuam gratiam adoptavit; & ideo hunc verum patrem, qui nobis tanta præſtitit bona,

F ſemper convenit, fili, agnoſcere & adorare. Nam & iſti viſibili patri ad hoc tantum honor eſt deferendus, quod ſervi mioiſterium erga nos ſæpe exercuit, in parva ætate conſtitutos, frequenter nos dum pavit, ſæpius dum ſollicitus fuit ad ea, quæ infantiæ noſtræ erant neceſſaria, dum oſculata eſt earo, quæ carnis ſunt, dum ſolieitudinem habuit pro viſceribus propriis. Ecce itaque pro talibus eauſis honor ei deferendus eſt.

& ſimilibus matre Eccleſia Catholica;

8 Sed & mater noſtra alia habetur, fili. Non hæc viſibilis, ſed immortalis permanet: & quæ digne Salvatori noſtro eſt deſponſata, atque per Angalos eſt adornata, per Prophetas exornata, per Apoſtolos glorificata, per martyres & confeſſores exaltata, atque in Chriſto, & per Chriſtum in cœleſti thalamo eſt elevata: quæ & ab hominibus hæc ſancta mater Eccleſia pronuntiatur. Cujus vox, ut turturis habetur, ad cujus labia diſtillant aromata: ſcilicet Apoſtolorum doctrina. Cujus oculi, duo ſunt eœli luminaria: cujus dentes ſunt candidi, & quaſi de lava-

ero

A ero aſcendentis. Quem myſticum ſenſum viginti
a VITIS quatuor *b* libri ſacratiſſima habent in figura.
PATR. De cujus manibus ſtillat myrrha, quod eſt
b juſtitia & fides vera. Cujus decem digiti, decalogi virtutem continent & ſacramentum. Cujus ubera duo ſunt Teſtamanta: Moſaica ſcilicet lex, & Evangelii gratia. Cujus pedes ſimiles ſunt aurichalco: & cujus venter & interiora, ſacratiſſimi fontem Baptiſmi, & omnium gentium declarant regenerationem. Veni ergo, dulciſſime mi nate, & hujus veriſſimæ matris tuæ ubera ſuge: & acquieſcens monitionibus, reſpue, quæ in hoc ſeculo videntur, ut illis frui merearis, quæ in futura vita ſuis filiis ſe Deus repromiſit donare. Sed & verum patrem noſtrum audi dicentem: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in illam terram, quam demonſtravero tibi; in terram ſcilicet viventium, & Regionem Sanctorum: in terram fluentem lacte & mele, id eſt, in doctrina Apoſtolorum & Pro-
B phetarum. Et cum univerſa, quæ tibi præceperat, explevaris, tunc tradet poſſeſſiones paradiſi, pandet tibi Sacramenta cœleſtia, donabit regni cœlorum gloriam, demonſtrabit Apoſtolorum immenſam lætitiam, martyrum choros, Angelorum atque Archangelorum frequentiam ſæpius declarabit, Sed ſuper hæc omnia, ut filium & fratrem te ſibi per gratiam adoptabit. Hæc audiens juvenis ſapientiſſimus, procidit ad Senis genua, & rogare eum cœpit, ut illi ſe potius offerret, cui ipſe ab ineunte ætate deſerviret, qui & tantæ potentiæ & magnitudinis ſolus haberetur. Et quia propter ſervos ſeu miniſtros, qui ad ejus erant obſequium, ne quiſpiam eorum hæc patri indicaret, amplius nihil Aſtion in die illa ad hominem Dei locutus eſt.

VI. *Chriſto ſuo gratus.* 9 Alia vero die ſurgens primo diluculo, ut apis prudentiſſima, ad eumdem locum, unde heſterna die cœleſtes flores ſuerat depaſtus, properavit. Et ingreſſus in manſionem Sacerdotis Domini, taliter eum ſalutavit, dicens: Ave, o Apoſtole Chriſti, & novi
C Teſtamenti miniſter. Et ſanctus ad hæc: Ave & tu juvenis, qui martyrii ſtolam & coronam variis gemmis contextam in capite geſtas. Cumque juxta ſe eum ſedere feciſſet: taliter ad eum locutus eſt: Quid eſt, fili? Semen dominicum, quod heſterna die in terram cordis tui per divinam gratiam ſeminavimus, aſcendit ad fructum, an adhuc infidelitatis vitio detinetur? Et Aſtion ait: Ut novit beatitudo tua, o ſanctiſſime pater, unicus mei genitoris, nimiumque charus exiſto: & ſatis timeo, ſi Chriſtianus effectus fuero, ille præ nimia deſperatione, aut ſpiritu violenter tareat, aut in profundum maris ſemetipſum præcipitet: & aut vere, quod abſit, propter me amens efficiatur: atque unde mihi ſalutem ſpero devenire, illi mortem perpetuam, & gehennæ præparem ignes. Ergo ſi dignaris conſilium meum accipere, facito interim, quæ dico: Jube me hodie fieri catechumenum, & impone mihi jejunium in quantos volueris dies, & poſt dies definitos mihi Sacramentum baptiſmatis tribue. Cumque omnia, quæ Chriſtianæ pertinent religioni, explevero: tunc precor, ut pariter ab hac urbe ambo egrediamur, & in D
regionem longinquam, ubi nos Spiritus ſanctus perduxerit, properemus, ne immaculatam conſcientiam meam per ſuas lacrymas polluat pater. Cumque in prudentiſſimo juvene, quæ diſpoſuerat ipſe, conſummata fuiſſent, poſt dies paucos, oratione ad Chriſtum præmiſſa, ambo ab urbe egrediuntur: & deſcendentes navim, in Scytharum fines ingreſſi ſunt, atque in Almiridenſium *c* civitatem de- *c*
venerunt, ubi nullus erat, qui eos vel eorum patriam poſſet agnoſcere.

10 Igitur cum hanc ſanctam fugam beatiſ- VII.
ſimi Viri perpetraſſent, cœperunt parentes *Patris*
ſancti Aſtionis per diverſa loca eum requirere, & nomen ejus, huc illucque diſcurrentes, enm nimio mœrore inclamare. Siquidem pater ejus vociferabatur, dicens: Fili dulciſſime, & unicum meum pignus, Aſtion chariſſime, quid tibi factum eſt, vel qualis fera te ſubito devoravit, ut nec parum aliquid reliquiarum tuarum potuerim reperire? O baculus ſenectutis meæ, & viſcerum meorum lumen, ubi te jam ulterius requiram neſcio, & in quam regionem propter te meos mittam famulos ignoro. Tu enim eras urbis hujus pretioſiſſima margarita; tu inter tuos cives ut columba pulcherrima intedebas; tu ut radius ſolis inter omnes fulgebas; tu ut ſplendidiſſima luna inter populare vulgus coruſcabas; tu inter ſapientes ſapientior exiſtebas. Et quid multa? Per tua melliflua verba, univerſos ad tui amoris deſiderium provocabas. Hæc quidem pater. E

11 Sed & mater, ſcindens veſtimenta ſua, *matriſque ergo illum diſcedere aſſidue.*
ac feriens manibus pectus, tali modo deſlebat, dicens: Quis te a me ſeparavit, vel qnis ſeduxit? Seu qualis avis demens de gremiis rapuit, o dulciſſime fili Aſtion, ignoro. Sed, ut ſuſpicor, forte ille Chriſtianorum Deus, unum miſit de ſuis, & pervertit cor tuum, & abalienavit te a nobis. Et nunc væ mihi miſeræ ſoli, eo quod infinita triſtitia, & intolerabilis dolor me apprehendit, & tantorum annorum labor inanis inventus eſt. Cecidit corona capitis mei. F
Aruit ſiquidem fructus ventris mei, & ſedeo ut civitas deſolata. Mater fui uſque hodie per te, fili mi, at regina, & nunc te amittens, nec reginæ gloriam, nec matris gaudium habeo. Sed & tu, nata dulciſſime, arbor fuiſti, & exciſa es; margarita, & a Galilæis *d* furatus es; gemma pretioſa, & in obſcuro collocatus es; ut lampas, *d*
& extincta es; columna eras, & dejectus es; regalis ſtatua, & evarſus es. Et quid multa? Homo fuiſti, & in momenti hora, ut ſuſpicor, ſubito mortuus es. Et tunc propter te, fili mi, amens effecta ſum, ut nec vel vitam, vel nomen meum intelligam. Hæc & hujuſcemodi verba pater ejus & mater dicentes, nullo modo ſe poterant a mœrore maximo relevare.

ANNOTATA.

a *Obſervat Roſweydus in Notationibus ad hanc vitam, quæ ſequuntur, uſque ad* ecce, *defuiſſe in edito; addens*, quaſdam ex narratis hiſtoriis convenire quidem temporibus Diocletiani,

&

A & eo ſuperioribus; quaſdam tamen videri Diocletiano poſteriores. Unde colligeretur, aſſumentum hic aliquod acceſſiſſe.

b *Varie olim initus numerus ſacrorum librorum; pro qua varietate locum hunc intellige.*

c *De hac urbe notavimus quædam in Comm. prævio.*

d *Ita quondam per contemptum vocati Chriſtiani. Vide Onomaſticum Roſweydi ad Vitas Patrum.*

CAPUT II.

Sanctorum miracula; Aſtion gravi cogitatione affligitur; ſed ſua confeſſione liberatur.

B

VIII. *S. Epicteti mutti, ſurdum & aridum,*

IGitur cum in memorata urbe, ſancti Dei homines, manſionea ſibi aptas inveniſſent, in ea gratiarum actiones ſoli Deo exhibebant. Et quia ſcriptum eſt, non poteſt civitas abſcondi ſuper montem poſita, neque divina gratia latere ſub modio: cœpit iterum cæleſtis virtus per ſanctum Epictetum plura ſigna & prodigia in regione Scytharum, quam ea, quæ in Orientis partibus fecerat, operari. Nam una dierum quædam mulier ad eum veniens, obtulit ei filium ſuum, annorum fere XV. mutum & ſurdum, & aridum exiſtentem: projicienſque eum ad pedes ſancti Epicteti, taliter ad illum loquebatur, dicens: Unde adveneris neſcio, vel de qua regione exiſtas ignoro. Hoc autem tantummodo credo, quia ſi via, potes languentibus ſanitatis medelam præſtare: eo quod habitus tuus, atque religio, Nazareni illius te aſſe diſcipulum declaret. Audivimus ſiquidem quanta ſigna & prodigia, alii de numero tuo in illius ſunt nomine operati. Ergo quia unus ex illius diſcipulis haberis, ſubveni infirmitatibus noſtris. Prædica nobis de mirabilibus illius, expone de natione ipſius, ſeu divinitatis Sacramentum, ut & nos ſervi ejus per te effici mereamur.

C *annuit & ſignificationi ſanat,*

13 Hæc audiens Sacerdos Domini, taliter mulieri locutus eſt, dicens: Si credere vis mulier in eum, quem ego prædico, Deum, & nullum deinceps infidelitatis vitium in animo tuo reſederit, ſed credideris ex toto corde tuo, quod ipſe ſit conditor cæli & terræ, maris quoque & fontium aquarum, & omnium, quæ in eis ſunt, erit quod petiſti. Nec enim longe eſt ab unoquoque noſtrum, eo quod in ipſo ſumus, vivimus & movemur. Hæc dicens, puerum diſſolutum jubet elevari: & ſublevatis oculis ad cælum, taliter pro eo Dominum deprecabatur, dicens: Omnipotens Deus, qui es immenſus & inviſibilis, inenarrabilis quoque & incomprehenſibilis, ſalus Chriſtianorum, infirmantium medicus, gubernator navigantium, periclitantium portus, lumen cæcorum, pes claudorum, via errantium: reſpice, quæſo Domine, ſuper hunc famulum tuum, & ſolve vinculum linguæ illius ad laudem nominis tui. Aperi quoque aures ipſius, ad audiendum tua cæleſtia Sacramenta.

ſe aſpoſi in os ejus.

14 Sana univerſa membra ejus contrita, tam animam, quam etiam corpus, ſicut illius paralytici, quem poſt triginta & octo annos, tuus venerabilis adventus integra donavit ſanitate; ut agnoſcant nomen tuum, qui te non noverunt, & credant, quia tu es ſolus & verus Deus, qui regnas & permanes una cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Expleta oratione, expuit ter in os infantis, atque interrogans eum, dixit, Fili? in quem Deum nos convenit credere, in idola, quæ ab hominibus fiunt, aut in Jeſum Chriſtum crucifixum, qui te hodie ſanare dignatus eſt? At illa cum magna voce exclamavit, dicens: In Jeſum Chriſtum nos convenit credere, o beatiſſime, qui tanta beneficia ſemper & uſque in præſentem diem in hominibus operatur. Cumque hoc miraculum cerneret Almiridenſium multitudo, dedit gloriam Deo: & plus quam mille animæ in illa die crediderunt in Dominum Salvatorem.

D E VITIS PATRUM.

IX. *S. Aſtion curat demoniacum per ſignum Crucis;*

E

15 Non ſolum igitur ſanctus Epictetus, ſed & beatiſſimus Aſtion plurima miracula in nomine Domini operabatur. Denique collata eſt eis plurima gratia adverſua omnes infirmitates: ſed & contra dæmones maxima illis poteſtas tributa eſt. Una igitur e diebus, dum ad hauriendum aquam pergeret ad Danubium, occurrit ei homo, qui a dæmonio vexabatur. Et appropians juxta illum, & orans pro eo ſufficienter, ſalutare ſignum in fronte ejus fecit, & per univerſa membra ejus depinxit. Qui eadem hora egreſſus eſt ab eo. Fugiens autem diabolus, dicebat: Fides tua, o Aſtion, ac puritas mentis, magnam adverſus genus noſtrum a Salvatore accepit poteſtatem. Et hæc dicens, nuſquam comparuit.

X. *ſeminecem ex lypſu ſanat,*

16 Item alio tempore vidit hominem, qui de nimia altitudine lapſus, ſemimortuus a parentibus in domum propriam ducebatur. Cumque intueretur illos de repentino facto nimium lamentari, pia miſeratione commotus, ſeceſſit in quemdam locum occultum: & ſtans, taliter Dominum noſtrum pro eo precatus eſt, dicens: Chriſte Deus, qui per beatum Paulum Apoſtolum, Eutychum, de feneſtra ruentem, a mortis januis revocaſti ad vitam; & qui Æneæ ab annis LXXX. *a* in grabato jacenti, per ſanctum Petrum ſtabilitatem tribuiſti membrorum, & claudo ex utero matris exiſtenti integram ſanitatem præſtitiſti: & nunc quæſo, Domine, reſpice ſuper iſtum hominem, qui per diaboli operationem a tanta cecidit altitudine: dona ei integram ſanitatem, facitoque eum eſſe de numero gregum tuorum, quia tu es paſtor noſter, verus Dominus, qui in tuo ſancto Evangelio locutus es, dicens: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco meas oves, & cognoſcunt me meæ. Sicus novit me Pater, & ego agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ovibus meis.

a F

ipſumque cum parentibus ad ſuam domum remittit.

17 Oratione finita, accedens juxta hominem, taliter ad eum locutus eſt, dicens: In nomine Jeſu Chriſti ſurge, & ambula. Et apprehenſa ejus manu dextra, elevavit eum: & protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus & plantæ, & exiluit & ambulavit. Et veniens una cum parentibus ſuis uſque ad habitaculum Sanctorum, exclamavit magna voce, dicens: Unus Deus Epicteti & Aſtionis, vere unus Deus Chriſtianorum: ideoque non recedo hinc, niſi hodie Chriſtianus cum meis parentibus fuero effectus. Tunc Sacerdos Domini aſſu-

A assumens hominem, cum universis, qui aderant, eadem hora catechumenos effecit, & post paucos dies Sacramentum eis baptismi tradidit.

VITA PATRUM. XI.

17 Alio quoque tempore, dum ad hauriendam aquam ex flumine ipse beatissimus Astion, sine jussione vel commendatione Senis perrexisset, turpis quædam cogitatio in via, eunte illo, mentem ejus subito invasit. Et cum per triduum hic talis ac tantus vir non potuisset de suo pectore eam extrudere, nimium tristis effectus est, & vultus ejus valde pro hoc permanebat confusus. Quem intuens venerabilis Senior, ait ad eum: Quid est hoc, fili, quod sic tristem te intueor, & insolito mœrore aspicio confectum? Hæc siquidem tristitia, quæ te nunc detinere videtur, non est illa, quam sancti solent habere in vultu, vel pœnitentes pro sua communi salute: sed puto hanc esse illam mortiferam tristitiam, quæ aut apostatam Judam, vel Achitopel consiliatorem Absalonis necavit. Tunc ille: Ante hoc triduum, quando tua venerabilitas cum hominibus illis de cælesti mysterio loquebatur, pudore vetante, ego, te nesciente, ad hauriendam aquam ad fluvium perrexi. Eunte me vero in via, turpis quædam & satis sordida cogitatio, &, ut puto, per diabolum in mentem mihi ascendit. Et nunc itaque, ecce jam per triduum, quantum valeo, cum lacrymis & oratione Scripturarum laboro ad expellendam eam, & nullo modo valeo superare. Tunc sanctus Epictetus terribilem ei suum vultum ostendens, & indignans quodammodo adversus dæmonem, taliter ad eum locutus est, dicens: Et quare absque mea sententia ostium cellulæ egressus es, vel sine oratione Christi sacerdotis perrexisti ad fluvium? An ignoras, quia commendatio Præpositi semper junioribus murus inexpugnabilis & lorica fidei, ad superandum diabolum existit?

Astion a-gressus sine Senis im-perio, variis cogitationi-bus affligitur.

per suæ con-fessionis li-beratur.

18 Et hæc dicens, jubet eum pariter secum in oratione ante Dominum prosternere. Cumque diu multumque Salvatoris misericordiam precati fuissent, & finita oratione ex solo surrexissent, vidit beatus Astion puerum quemdam nigrum cum ignea sacula de suo sinu egredientem, ac talia sibi dicentem: Confessio tua, Astion, magnas meas contrivit hodie vires, & una oratio vestra me inermem in omnibus reddidit, ac desolatum. Ideoque egressus bine, intrabo in cor Latroniani *b* ducis, & excitabo eum adversum vos celeriter, & per varia suppliciorum genera vos expendet, eo quod ingressi estis, ut quidam latrones, sive malefici in provinciam ipsius, & multos hominum a cultura deorum ipsius per veneficia vestra avertentes, Deo vestro sociatis. Et hæc dicens dæmon, ultra non comparuit.

ANNOTATA.

a *Sacer textus, Act. cap. 9. v. 33. Refert Æneam ab annis octo jacentem in grabato; ut monuimus in commentario prævio, num. 6.*

b *De Latroniano nonnulla prævie diximus.*

D

CAPUT III.

Sanctorum Martyrum comprehensio; fidei professio; cruciatus; conversio Vigilantii; martyrium.

I Gitur cum hujusmodi spiritualibus exercitiis sancti Dei famuli conversarentur, & Salvatori nostro Jesu Christo in psalmis & orationibus unanimiter deservirent; ac multa mirabilia non solum in hominibus, verum etiam & in pecoribus divina gratia per eosdem operaretur, subito advenit Latronianus dux in Almiridensium civitatem. Et cum per triduum opera publica, & imperialia ministeria, quæ ibidem erant, pervidisset; quarta die nuntiaverunt ei quidam de officio de beatissimis Viris, E dicentes ei, & quod malefici sunt & magi, multos per sua veneficia averterent jam a sacrificiis deorum. Hæc cum ille audisset, continuo imperat aliquos ex quæstionariis, ut post solis occasum pergerent ad habitaculum Sanctorum: & comprehensos eos, ferro vinctos, perducerent in custodiam carceris. Cum ergo comprehensi beatissimi Viri, in vinculatorium *a* ducerentur, psallebant dicentes: Deus noster refugium & virtus, adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis. Et iterum: Dominus virtutum nobiscum susceptor noster Deus Jacob. Rursumque: Multæ tribulationes justorum, & non impiorum: sed tamen ex omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Cumque ingressi fuissent in carcerem, totam noctem more sibi solito, in psalmis & orationibus transegerunt. Post expletam autem vigiliarum solemnitatem, hoc modo sanctus Epictetus ad beatum Astionem locutus est, dicens: Si nos, o dulcissime fili, crastino die interrogaverit judex, dicens: quod genus, vel quæ nomina vestra, vel ex qua provincia estis, & unde huc venistis? Nos nihil illi penitus respondeamus: neque genus F ei, vel nomina nostra indicemus: sed nec patriam, unde sumus oriundi, illi faceamus: nisi hoc tantum dicamus, quia Christiani sumus, & hoc nomen nobis, hoc genus, hæc patria: & nihil aliud sumus, quam veri Dei cultores. Et iterum: Si nobis post hanc confessionem supplicia jusserit adhiberi, nihil aliud in tormentis positi dicamus, nisi, Domine Jesu, tua voluntas semper fiat in nobis.

XII. *Sancti a Latroniano duce comprehensi.*

a

20 Igitur alia die, primo diluculo jubet Latronianus dux tribunal præparari in media civitate: & præconibus imperat, ut cum nimio clamore ad tam nefandum & horrendum spectaculum multitudinem populi invitarent. Et facta jam hora diei tertia, quasi furibunda bestia Latronianus procedit. Et populo undique exspectante, sedens pro tribunali, jubet adduci Sanctos in conspectu suo. Cumque exhibiti, coram eo astarent, mox, ut vidit eos, a pavore nimio totus obriguit: non enim poterat intendere in Sanctos

XIII. *comparent coram tribunali;*

A ctos, eo quod inſtar ſolis, præ nimia gratia, quam gerebant, fulgebant facies eorum. Erat ſiquidem ſanctus Epictetus annorum fere ſexaginta, ſtatura procerus, barba prolixa, & ſplendore eanitiei decoratus. Similiter & beatiſſimus Aſtion monachus, ſtatura & ipſa procerus exiſtebat: ſed & nimium pulcher ac delicatus, & quaſi triginta quinque annos ætatis agens. Cumque unius horæ ſpatium tranſiſſet, interrogavit eos Latronianus dux, dicens: Quæ ſunt vocabula veſtra, quod genus, ſeu de quali provincia vos eſtis oriundi, nobis in conſpectu hujus multitudinis explanate.

Interrogati, reſpondent de Chriſtianos ſe eſſe eadem, & torquentur.

21 Reſpondentes Sancti, dixerunt: Nos Chriſtiani ſumus, & de parentibus nati Chriſtianis *b*, atque de Chriſtianorum patria nos ſumus oriundi. Latronianus dux dixit: Ego nomina veſtra interim volui audire. Nam eo quod de illa maledicta perfidia eſtis, & ego novi, & univerſi circumſtantes. Ad hæc ſancti Martyres dixerunt: Nos Chriſtiani ſumus, & Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, in cujus poteſtate cuncta habentur, agnoſcimus & adoramus, B univerſa idola tua abominamur, dicentes Scriptura: Similes illis fiant, qui faciunt ea, ſed & omnes qui confidunt in eis. Hæc audiens Dux, nimium iratus eſt: & imperat, ut exſpoliatos fortiter verberarent. Cumque a miniſtris Chriſti Martyres cæderentur, oculorum ſuorum obtutum elevantes ad cælum, taliter dicebant: Domine Jeſu, magiſter noſter, tua voluntas fiat in nobis. Sed cum diu multumque cæderentur, & nihil ejus immanitas adverſus Dei cultores prævaluiſſet, taliter iratus contra eos Latronianus locutus eſt, dicens: Ubi eſt mirabilis ille veſter defenſor, quem ſine ceſſatione vobis in auxilium invocaſtis? Veniat itaque nunc, & ſi poteſt, de meis vos eripiat manibus. Sancti Martyres dixerunt: Chriſtiani ſumus, o tyranne: fiat voluntas Dei noſtri in nobis. Hæc cum audiſſet Latronianus, juſſit eos in eculeum levari, & fortiter ungulis ferreis radi. Cumque raderentur, iterum dicebant: Chriſtiani ſumus, o tyranne Latroniane: fiat voluntas Dei noſtri in nobis. Tunc deinde juſſit tyrannus, ut lampades ardentes, eum adhuc in eculeo penderent, ad latera eorum applicarent. Cumque & hoc tor- C menti genus magnanimiter tolerarent, dicebant: Chriſtiani ſumus, o tyranne: fiat voluntas Dei in nobis. Et cum jam hora ſeptima facta fuiſſet, juſſit eos Latronianus de eculeo deponi, & in cuſtodiam carceris perduci.

XIV. *Vigilantius, unus ex quæſtionariis, fit Chriſtianus.*

22 Unus autem ex quæſtionariis, nomine Vigilantius, audiens hunc verſiculum ſanctos Martyres in tormentis poſitos, frequenter & ſæpius iterare, id eſt, Chriſtiani ſumus, o tyranne Latroniane: fiat voluntas Dei noſtri in nobis: exiſtimans, quod aliquam magnificæ præcantationis in ſe haberet virtutem: quia dicebant, nullo modo poſſe meditantibus eum dolorem ſentire: cœpit hunc ipſum verſiculum inceſſabili meditatione ruminare: infra domum & in plateis, dormiens atque exurgens, & in omni tempore decantare. Cumque per triduum jugiter non quieſceret decantando, quarta demum die cœpit vore publica proclamare, dicens: Ego Chriſtianus ſum, o tyranne Latroniane: fiat voluntas Dei noſtri in nobis. Et perveniens ad beatiſſimos martyres in D XIII. VITIS PALMARUM. cuſtodia carceris, ſignaculum vitæ ab eis promeruit percipere: & cum omni domo ſua credens in Deum Salvatorem, Beatorum ſancta corpora ipſe poſtmodum cum honore maximo ſepelivit.

23 Igitur poſt quintam demum diem, ſedens iterum Latronianus dux pro tribunali, juſſit ſanctum Epictetum presbyterum, & Aſtionem monachum in conſpectu ſuo perduci. Cumque a miniſtris dæmonum ducerentur, pſallebant, dicentes: In te inimicos noſtros ventilabimus Domine, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Non enim in arcu noſtro ſperamus, & gladius humanus nequaquam ſalvare nos poterit: ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam tu complacuiſti in nobis. Cumque ante ſubſellium profaniſſimi ducis, Chriſti Martyres aſtitiſſent, ait ad eos Latronianus dux: Acquieſcitis mihi, & ſacrificatis diis, an adhuc in veſtra inſania perduratis? Sanctus Epictetus reſpondit: Sæpius nos interrogaſti, frequenter nobis blanditus es, multotieique dona plurima, & honores E nobis maximos promiſiſti: & tamen penitus nihil aliud a nobis audire potuiſti, niſi quia Chriſtiani ſumus: & ecce, nunc hoc ipſum iterara non quieſcimus. Cum autem audiſſet Latronianus hæc omnia verba, dedit mugitum ut leo: & exclamans voce magna, taliter ad ſuos milites locutus eſt, dicens: Velociter, o miniſtri hujus ſplendidiſſimi culminis, ſal & acetum huc afferte, & prinribus eorum lacerationibus confricate, ſimulque picem & adipem in cacabum æneum mittite, & cum cœperit fortiter ebullire, eos in eumdem mittite. Et Sancti hæc audientes, dicebant: Chriſtiani ſumus, o tyranne: fiat voluntas Dei in nobis.

XV. *Martyres graviſſimo cruciatu, &c.*

24 Cumque hoc tormenti genus pro Chriſti nomine magnanimiter toleraſſent, & in nullo penitus læſi fuiſſent, imperat ſæviſſimus tyrannus, ut inde eos ejicerent, & in cuſtodiam carceris denuo perducerent: Ne forte, inquit, & conſtantia eorum nobis ignominiam, & Chriſtianis audaciam generare videatur. Et ſic juſſit, ut per XXX. dies nullus ad eos introiret, neque ab aliquo cibus potuſque deferretur. Sed athletæ Chriſti de plenitudine verbi divini, & de illo pane, qui de cælo deſcendit, quotidie reficiebantur, atque indefinenter pſallebant, di- F centes: Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri: ut cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum.

manent illæſi, & per 30 dies jejunio.

25 Igitur cum in urbe Almiridenſium ſancti Martyres hæc tormenta pro Chriſti nomine tolerarent, quidam peregrinus *c* quodam die videns beatiſſimum Aſtionem ante tribunal judicis conſiſtentem, & cognoſcens, quis cujuſque generis haberetur, feſtinanter navigans in partibus Orientis deſcendit: & veniens in civitatem, unde erat orinndus, nuntiavit patri ejus & matri hæc univerſa, quæ illi acciderant, dicens, eum cum ſene quodam Chriſtianum, Epictetn nomine, in martyrin conſiſtere. Similiter nnmen civitatis, in qua eſſent, diligentiſſime eos edocuit. At illi, hæc audientes, mox ad genua ſibi iſta referentis advolvuntur: & fortiter eum rogare cœperunt, ut ea, qnæ

XVI. *Aſtionis parentes martyrium filii reſciscunt, &c*

A vera eſſent, eis diceret. At ille jurejurando ve-
X. VITIS ra hæc eſſe affirmabat. Tunc cœpit dicere pa-
PA- ter ejus; Si ego infelix meritus fuero, ut vi-
TRUM. deam faciem filii mei, quidquid illud eſt quod mihi mandaverit & docuerit, hoc ſine aliqua mora facturus ſum.

proficiſcun-tur ad illa, cum propo-ſito ampleſtendi Chriſtianæ fidem.

26 Similiter vero & mater dicebat: Ego miſerabilis & humiliata per omnia, ſi illum adhuc in hoc corpore merita fuero inrueri, & domum univerſamque meam ſubſtantiam derelinquam, & illi ſoli adhærebo, eo quod ſuper hæc omnia ipſe ſolus mihi charior & dulcior habeatur. Quod & ſi me imperaverit fieri Chriſtianam, nec hoc recuſabo facere, & cum ipſo poſtmodum, ſi voluerit, paratæ ſum tormenta ſuſtinere, & mortem gratanter accipere. Et hæc dicentes, univerſam ſubſtantiam ſuam ac divitias ſuh actoribus & procuratoribus reliquerunt. Et egreſſi cum tribus pueris de domo ſua, navim protinus conſcenderunt, & navigare cœperunt, ut in Scytharum terram, atque in Almiridenſium civitatem devenirent. Cujus provinciæ tunc Pontifex & præpoſitus ſanctarum Dei eccle-
d ſiarum, beatiſſimus Evangelicus *d* habeba-
B tur,

XVII. *SS. Martyres ad mortem præparati,*

27 Igitur expleto numero triginta dierum, juſſit tyrannus, ut ſancti Martyres coram ſe exhiberentur. Qui cum hilari animo & vultu ſplendido coram illo conſtitiſſent, ſic ad eos Latronianus dux locutus eſt, dicens: Sæpius vos de nominum veſtrorum vocabulo interrogavi, vel genere, ſeu unde eſtis oriundi: & numquam mihi veritatem dixiſtis. Nunc itaque, cum nec patriam novi, nec genus agnoico, ſed nec nomina veſtra potui addiſcere, hoc cogitavi apud memetipſum, dicens: Eo quod nihil aliud vos eſſe videmini, niſi corporei dæmones, qui ſine nomine vel genere eſſe noſcuntur, & ideo ſecundum quod digni eſtis, hoc vos vocabulo nuncupabo. Et adjecit dicere ad eos: Dicite mihi vos, o corporei dæmones: ſi non ſacrificatis immortalibus diis, facio hodie, ut capita veſtra abſcindantur. Chriſti Martyres dixerunt: Nos Chriſtiani ſumus, & in nomine Chriſti dæmones, quos vos ut deos adoratis & colitis, nos de obſeſſis corporibus effugamus. Utinam in te dæmon peſſimus non habitaret. Hoc audiens veſanus ille, & horrendus, nimium efferatus eſt: & juſſit miniſtris ſuis, ut cum lapidibus ora Sanctorum contunderent. Deinde imperavit, ut virgas afferrent fraxineas, & ſic ex
C eis tam diu eos verberarent, quamdiu ſpiritum exhalarent. Beatiſſimi vero Athletæ Chriſti, taliter patientes, nihil aliud dicebant, niſi; Domine Deus noſter, tua voluntas fiat in nobis. Sed cum diu multumque cæderentur, & ſemper hilares magnanimeſque in confeſſione Domini perdurarent: videns miniſter ille diaboli, eo quod nullo modo prævaluiſſet ejus inſania contra ipſorum conſtantiam, juſſit miniſtris ſcelerum duci eos foris civitatem, & capita eorum gladio amputari. Cumque ducerentur pallebant, dicentes: Laudate nomen Domini, laudate ſervi Dominum: quia facta eſt voluntas Dei noſtri in nobis per omnia.

28 Cum autem perveniſſent ad locum, ubi feriendi eſſent, ſtantes contra partem Orientis, expanſis manibus, & ſublevatis oculis in
D cælum, taliter Dominum oraverunt, dicentes: XVIII. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſecula: eo quod non humana, ſed tua voluntas per omnia facta eſt in nobis. Tu es enim, qui doces in te credentes, ut faciant voluntatem tuam, & ut annuntient mirabilia tua in omni tempore, eo quod Spiritus tuus ſanctus gubernat unumquemque in bono ſecundum propoſitum cordis ſui, & ſecundum propriam voluntatem. Tu es enim, qui Abraham ſecundum tuam voluntatem ſemper gubernaſti, Iſaac ſanctificaſti, & cum Jacob colluctatus es, imponens illi nomen novum Iſrael: qui Joſeph a perſuaſionibus Ægyptiæ & blandimentis caſtum cuſtodiſti, & Suſannam ſimiliter a pollutione inſidiatorum immaculatam conſervaſti: qui ſanctorum prophetarum tuorum corda purificaſti, & beatiſſimorum Apoſtolorum mentes, per donum ſancti Spiritus illuſtraſti, dicens ad eos: Accipite Spiritum ſanctum; qui
E athletas tuos per gratiam tuam coronaſti, & pro nomine tuo dimicantibus ſemper victoriam condonaſti: qui nos humillimos & peccatores famulos tuos ad hanc patriam perduxiſti, ut annuntiemus in ea, ac prædicemus Evangelii tui doctrinam his, qui in ea habitant: qui noſter gubernator ac magiſter, ac bonus proviſor in omnibus extitiſti: qui uſque ad hanc horam ſecundum tuam voluntatem nos ſemper gubernaſti:

& ad glo-dium coa-dunati,

29 Quæſumus Domine, ut digneris nobis *Deſi præſt.* ſanctos tuos Angelos tranſmittere, qui nos liberent & defendant ab adverſariorum poteſtate: & victores nos ac triumphatores per tuam gratiam uſque ad thronum tuæ majeſtatis perducant. Sed & viros hujus regionis ſeu civitatis conſerva in timore tuo, protege in miſericordia tua, cuſtodi in bonitate tua, guberna ſecundum voluntatem tuam; benedic puſillis eorum cum magnis, atque pro honore, quem nobis propter nomen ſanctum tuum exhibuerunt, repræſenta eis mercedem in beatitudine ſempiterna. Tribue quoque nobis fiduciam, ut quotieſcumque divinam tuam majeſtatem exoraverimus, adimpleas petitiones noſtras in bono. Et nunc quæſumus Domine, inſcire
F nos in manibus tuis ſempiternis, & introduc nos in Jeruſalem cæleſtem, quæ eſt mater omnium Sanctorum, cujus ipſe es lumen, & ſponſus: conditor quoque ac fabricator, ut una cum Angelis & Archangelis, Patribus, Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, jugiter collaudemus & glorificemus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum in ſecula ſeculorum.

30 Et cum respondiſſent circumſtantes, XIX. Amen: rogare cœpit carnifices ſanctus Epicletus, ut ante ſe prius beatum percuterent Aſtionem. Sed cum ille diceret: Quia te primum decet, o beatiſſime pater, hanc ſalutiferam propriamque propitiationem mereri, ſanctus Epictetus reſpondit: Veterana, inquit, calliditas ſerpentis, ſatis ſubtilis & circumventola eſt, fili: & ideo quod nunc jubeo fieri, pro tua ſalute ac mea requie habetur. Hodie namque decem & ſeptem annos per divinam gratiam munus caſtum immaculatumque te ſervavi, & modo vis, ut

Aſtion ab Epicteto in cauſam ad martyrium præmiſſus,

in

A in puncto unius horæ tantorum annorum laborem perdam? Non ita. Quod enim cupio facere, mi fili, per inſpirationem Spiritus ſancti facio. Sic enim Abraham in holocauſtum Iſaac filium obtulit; Jephte filiam Domino in ſacrificium exhibuit; Petrus quoque Stephanum ante ſe in cæleſtibus præmiſit. Et quamvis ego non poſſim eſſe incredulus de bonitate Dei, eo quod poteſt te & ſine mea præſentia in omnibus conſervare, ſicut & uſque in hodiernam diem cuſtodivit immaculatum: tamen agnoſcere debes, eo quod bonus paſtor ſemper pro ovibus ſuis animam ponit. Ergo quod facio, pro me & te facio, fili.

cupit placitura deinde eidem Epictetus.

31 Noli igitur amodo de mea ſocietate dubitare. Credo enim quod jam S. Michael cum Angelis, & Abel cum Prophetis, Petrus quoque cum Apoſtolis, Stephanus cum Martyribus, Daniel cum Confeſſoribus, in occurſum tibi venerit, fili, qui te nunc in ſuis gremiis ſuſcipiant, & uſque ad thronum Chriſti Salvatoris noſtri cum hymnis & canticis ſpiritualibus perducant. Hæc & horum ampliora audiens beatiſſimus Aſtion, reſpondit, dicens: Fiat voluntas Dei & tua, o ſacerdos Dei, ac venerande pater. Et faciens ſignaculum crucis
B in fronte ſua, taliter oravit ad Dominum, dicens: Quoniam tu es protector meus Domine, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens, ſtatim a ſpiculatore caput ejus amputatur. Hoc cum factum fuiſſet, cernens ſanctus Epictetus, dedit gloriam Deo. Et projiciens ſe ſuper corpuſculum ejus, rogare cœpit a carnificibus, ut quomodo jaceret ſuper cadaver ſancti Martyris, ſic & ipſum percuterent. Quod cum expletum fuiſſet, intuentes univerſi qui aderant, Chriſtiani pariter ac gentiles, de bono magiſtro Epicteto, ac de perfecta diſcipuli obedientia, cum lacrymis Deo gratias retulerunt.

ANNOTATA.

a *Per* vinculatorium *intellige carcerem. Sic Græci vocant* δεσμωτήριον, *puta, vel, quod ibi* δεσμῶται, vinciuntur *captivi, vel quod ibi* δεσμῶν, *id eſt*, vinculorum *copia.*

D b *Non coberet hoc cum iis, quæ narrantur num. 9. & 11. Vide etiam numerum 26. Pugnat etiam cum num. 33. 34. &c.*

c *Videntur narratio hujus peregrini, & quæ hanc conſecuta, non ſatis probabilia, ut dictum in Comm. prævio.*

d *Hunc ſpectat notatio Roſweydi; non mirum eſſe, imperante Diocletiano, Evangelicum fuiſſe Scythiæ epiſcopum; jam Scythas aliquos ad Chriſtum converſos fuiſſe tempore Tertulliani; citatque librum ejus adverſus Judæos cap. 7. & 8. Videri quoque poſſunt ea, quæ de luſtrata a S. Philippo Apoſtolo Scythia, tradit Comm. prævius tom. 1. Maii, pag. 10. num. 17.*

D E VITIS PATRUM.

CAPUT IV.

Gloriam ſanctorum corporum poſt mortem; ſepultura; apparitio; parentum S. Aſtionis inſtructio in fide & converſio ad Chriſtum.

ET dum illi darent Deo gloriam & honorem, ecce ſubito corpora ſanctorum Martyrum in modum nivis viſa ſunt candida: atque præ nimietate ſplendoris, quaſi ſolis radii eſſe videbantur. Omnes, qui a quacumque infirmitate detenti eſſe videbantur, ſtatim ut cadavera ipſorum ex fide contingebant, ſeu cum veneratione deoſculabantur, continuo univerſa anxietas ſeu dolor ab eis fugabatur. Circa ſolis vero occaſum veniens Vigilantius cum omni domo ſua & cum aliis Chriſtianis, occulte tulit corpora ſanctorum Martyrum:
E & perfundens ea myrrha & aromatibus pretioſiſſimis, in loco congruo & aptiſſimo cum hymnis & pſalmis, & cum magna devotione ſepelivit. In quo loco multa ſigna & prodigia ad laudem nominis Chriſti uſque in præſentem diem celebrantur. Latronianus vero ſuperveniente nocte invaditur a peſſimo dæmone, & ſurgens primo diluculo, venit in prætorium; atque ibi poſitus, cœpit plurima amentiæ inaniaque verba proferre: deinde arrepto gladio, priores quoſque de officio ſuo inſequi & vulnerare: ſuper alios vero ut canis rabidus inſilire, atque aliorum indumenta dilanians, huc illuc que diſcurrere. Hoc illi intuentes & videntes, quia amens & inſanus exiterit, deſpoliantes illum, pugnis ac verberibus mactare fortiter cœperunt: ac deinde, ligatis ejus manibus ac pedibus, in parviſſimo domicilio projecerunt. Qui poſt biduum ſuffocatus a dæmone, violenter ſpiritum exhalavit.

XX. *Splendor corporum ſanctorum, eorum teſta, ſepultura.*

Præſes vel Dux Latronianus vexatus punitur.

33 Igitur cum dies tertia paſſionis ſanctorum Martyrum illuxiſſet: & Vigilantius ad ſepulcrum eorum orationis gratia deveniſſet, ſubito apparuit ei beatus Aſtion, & dicit ad eum: Genitores mei ad quærendum me, de patria noſtra hodie huc ſunt venturi. Rogo igitur te, frater chariſſime, feſtina deſcendere ad portum, & ſuſcipe eos in domum tuam, atque per omnia conſolare eos, eo quod propter me valida ſunt triſtitia macerati: ſed & in poſtremo de Salvatoris noſtri fide, atque diverſis magnalibus facias eos monere. Hæc & plura horum audiens Vigilantius, dedit gloriam Deo: & ſtatim cum feſtinatione ad fluvium deſcendit. Et ecce, circa horam tertiam cernit naviculam parvam ſubito applicuiſſe ad portum. Cumque egreſſi de navi epibatæ a fuiſſent, cœperunt a circumſtantibus ibidem viris ſolicite inquirere, ſi aliquis eorum aliquando audiſſet ibidem, aut vidiſſet juvenem, Aſtion nomen habentem.

XXI. *S. Aſtionis apparens Vigilantio prædicit ſuos parentes Aſtionem,* F

a

34 Cumque multi multa de eo dicerent; *eum excipit Vigilantius.* Vigilantius ſupervenit, & dixit: Ego vere vidi & novi eum. Sed interim venite in domum meam, & quieſcite puſillum, eo quod valde

A valde fatigati eſtis in navi, & poſtmodum, ſi
A VITIA vultis, ego vos ad eum, cum opportunum
PA- fuerit, ſine aliqua mora perducam. At illi
TRUM, procidentes ad genua ejus, cœperunt fortiter plantas ejus conſtringere, oſculantes atque obſecrantes, ut, ſi poſſibile ſibi eſſet, antequam cibum caperent, perduceret eos ad illum. Et Vigilantius ad hæc: Facite prius interim, quæ rogo, ut & ego veſtram petitionem atque voluntatem impleam. Cumque domum ipſius ingreſſi fuiſſent, & ad menſam conſediſſent, cœpit mater ſancti Aſtionis ad Vigilantium taliter dicere: Si mihi locum illum demonſtraveris, o dulciſſime frater, ubi nunc meus unicus demoratur Aſtion, hodie coronam auream capiti tuo imponam, Similiter quoque & pater ejus dicebat. Ego ſi illum per te, o juvenis, merear hodie videre, indumenta auro texta te adoperiam, atque dimidium bonorum meorum tibi condonabo. Ad hæc Vigilantius reſpondit: Ille ante triduum hinc egreſſus, in regionem ambulavit longinquam, atque dimidium ſubſtan-
B tiæ ſuæ una cum domo mihi cum quadam chartula commendavit, dicens: Si aliquis venerit, miſſus a patre meo ad quærendum me, introduc eum in hanc domunculam meam, & dicito ei: Hæc dicit Aſtion monachus: Suſtine me hic, quoadusque redeam ad te cum ſalute. Quod & ſi volueris heres meæ ſubſtantiæ eſſe, feſtina univerſa illa, quæ in hoc libro ſcripta ſunt, adimplere, & eſto feliciter nihil dubitans.

Pius eos feſtin.

35 Et mater: Quæ dicitur, inquit, regio illa, quo perrexit dulciſſimus meus & unicus Aſtion? Vigilantius reſpondit: Regio robuſtorum, ſeu fortium virorum. Et mater: Sunt aliqui homines, ibidem commanentes? Vigilantius reſpondit: Plures & valde nobiles habentur, quorum poſſeſſio paradiſus dicitur; quorum tabernacula ex lumine ſunt conſtructa; quorum vita Deus eſt, & converſatio immortalis exiſtit; quorum veſtes ſanguine ſunt reſperſæ, & in capite coronæ ex auro puriſſimo, cum gemmis variis fabricatæ habentur. Sed & Rex nimium potentiſſimus aç metuendus eſt in eadem regio-
C ne, cujus nomen Deus deorum, & Dominus dominantium appellatur: cujus nuntii Angeli dicuntur juſtitiæ; quorum veſtis una eſt omnibus, & tactus eorum igni aſſimilatur urenti. Sed & ſenatus hujus Imperatoris valde clarus habetur: & media pars Prophetæ nuncupatur, alii vero Apoſtoli pronuntiantur. Sed & civitas iſtius Regis valde eſt præclara, nomenque ejus Chriſticolis pronuntiatur: cujus murus ex auro puriſſimo eſt conſtructus, habens portas duodecim & in ipſis ſingulæ dependent margaritæ, atque ſinguli ex ſenatoribus per ſingulas ſedent indefinenter. Et prima quidem porta dicitur Petri, ſecunda Pauli, tertia Andreæ, quarta Joannis, quinta Jacobi, ſexta Philippi, ſeptima Bartholomæi, octava Thomæ, nona Matthæi, decima Thadæi, undecima Simonis, duodecima Matthiæ. Sed & templum mirificum eſt in ea, habens ſancta ſanctorum, & altare aureum; ante cujus conſpectum vir quidam aſtat mirificus, terens decem chordarum pſalterium, ac jugiter ibi-
D dem degentes ad laudem Regis illius cohortatur, dicens: Laudate Dominum de cœlis, laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes Virtutes ejus. Hujus itaque nomen, David, filius Jeſſe, pronuntiatur. Sed & plateæ hujus civitatis ex auro puriſſimo ſunt ſtratæ: cujus fluvius vitam æternam emanat, cujus pomifera per ſingulos menſes reddunt fructus ſuos, & folia eorum ad medicamentum procedunt animarum: cujus lumen inenarrabile eſt, & portæ numquam claudun-
E tur, eo quod numquam ibi nox erit, nec ullæ tenebræ habentur: ſed ſemper gaudium & perpetua lætitia ibidem jugiter commoratur.

nuntia imbuit.

36 Et mulier ad hæc reſpondit: Et non intellexiſti, chariſſime frater, a quo vocatus illic meus Aſtion perrexit, ne in aliqua culpa deprehenſus ſit, vel ne quiſpiam ex comitibus, aut e ſenatoribus, qui illic demorantur, eum convocavit, & ſibi forſitan præ nimia pulchritudine ejus in filium eum adoptavit? Et Vigilantius: Ab ipſo, inquit, principe regionis illius cum multo honore & comitatu ibidem vocatus perrexit. Ego ſiquidem tunc miniſtros ipſos videre non potui; attamen ſicut ipſe mihi referebat, valde pulcherrimo ac ſplendido vultu habebantur, gerentes aurea arma & hyacinthina indumenta. Et quia in hac noſtra regione fideliter ex toto animo, quæ ſibi ab illo injuncta fuerant, adimplevit, hac de cauſa eum illuc per ſuos miniſtros dicebat vocitatum fuiſſe, ut principatum ei, videlicet ſuper decem civitates condonaret. Et mater: Putas igitur in tanta gloria nunc ibidem poſitus habet memoriam noſtri? Et Vigilantius: Ille quidem memoriam veſtri nimium habet in mente, & valde cupit vos juxta ſe habere ſemper, ſi tamen ea, quæ ſcripta ſunt in libro illo, quem mihi reliquit, adimplere volueritis. Et mater ad hæc: Age ergo, & depoſitum nobis celeriter repræſenta. Et hæc dicentes, e menſa pariter conſurgunt.

37 Tunc Vigilantius aſſumens eos, in cellam ſanctorum Martyrum introduxit: & oſtendens eis dominicam Crucem & ſacroſanctum Evangelium Chriſti, ait ad eos: Hæc ſunt, quæ Aſtion filius veſter mihi dereliquit. Si ergo myſterium hujus divinæ virtutis, & ea, quæ in hoc codice ſcripta ſunt, feceritis: profecto vi-
F debitis eum, & cum ipſo in perpetuum eritis in illa regione. Hæc audiens pater ejus, accepit Evangelium Chriſti præ manibus, & aperiens pervenit ad eum locum, ubi Dominus Jeſus locutus eſt ad diſcipulos ſuos, dicens: Amen, amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Multi autem ſunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi. Et pater: Quis eſt, inquit, iſte Dominus Jeſus; & qui ſunt qui ſecuti ſunt eum? Sed & qui ſunt illi, qui jubentur relinquere patrem aut matrem, uxorem & filios, propter nomen ejus: quos dicit percepturos eſſe in futura beatitudine vitam

XXII. præcipua e facris litteris.

æter-

Ad extremum. Quæſumus te, frater chariſſime, ut ſi aliquid in his, quæ vera ſunt, noſti, nobis explanare non pigriteris.

Fidei Chriſtiana myſteria.

38 Aperiens autem Vigilantius os ſuum, & incipiens a Scriptura iſta, evangelizavit illis Dominum Jeſum Chriſtum; qualiter ab origine mundi omnia per ipſum facta ſunt, & qualiter hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecerit, & in paradiſum deliciarum poſuerit: & quomodo unam coſtam tulerit de latere ipſius, & finxit eam in mulierem: ſed & quomodo propter ſerpentem Adam de paradiſo deliciarum in hanc terram mortalium expulit; & qualiter Eva, quia ipſi ſerpenti magis obedire voluit, quam Domino Deo ſuo, anxietatibus & doloribus in parturitione eſt condemnata: ſed & qualiter ſancti prophetæ ante primum adventum Filii Dei venientes, prædicaverunt eum eſſe venturum, & non ſunt recepti: vel B quomodo Deus noſter Jeſus Chriſtus, qui eſt unicus Patris, Verbum ac Sapientia, virtus ſcilicet ac ſplendor gloriæ, dignatus ſit in noviſſimis diebus, de Spiritu ſancto & Maria ſemper virgine in mundo naſci: & quomodo illos, qui ſecuti ſunt eum, diſcipulos ſuos fecit eſſe, & mittens eos ad prædicandum verbum ſalutis gentibus, Apoſtolis impoſuerit nomen: ſed & quod regni ſui participes eos effecerit, qui hujus ſeculi contempſerint vanitatem, & ipſum ſolum ſuper amorem propinquorum diligerent.

Quæ audiens.

39 Cumque hæc & horum ampliora ſapienter eis Vigilantius diſſeruiſſet, iterum venerunt in locum illum, ubi ſcriptum eſt: Et dixit Jeſus diſcipulis: Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo; qui eſt in cælis: qui autem negaverit me coram hominibus, denegabo & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cælis. Nolite igitur arbitrari, quia veni pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici ejus. C Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Et qui invenit animam ſuam, perdet eam. Et qui perdiderit animam ſuam propter me & Evangelium meum, inveniet eam. Et iterum: Cum autem tradiderint vos apud reges & præſides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & ſurgent filii in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Ruſumque perveniens in ultimam partem ſancti Evangelii, cœpit ſecundum Joannem iterum legere, dicens: Pater, quos dediſti mihi, volo, ut, ubi ego ſum, & illic ſint mecum, ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Et denuo: Ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te: ut & ipſi in nobis unum ſint, ut credat mundus, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus. Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum: & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti: dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.

D

S. VITUS PATRUM.

XXIII. Evangelia explanat.

40 Hæc & ampliora horum dum legiſſet patec, ad Vigilantium ait: Precor, frater chariſſime, iterum explana nobis diligentius ea, quæ modo legimus: eo quod nos penitus in his verbis nihil intelligimus. Vigilantius reſpondit: Illos, quos dicit Dominus Jeſus noſter: Quia qui me confeſſi fuerint coram hominibus, confitebor & ego eos coram Patre meo, qui eſt in cælis: qui autem denegaverint me coram hominibus, denegabo eos & ego coram Patre meo, qui eſt in cælis: nos ſumus, qui in eum credimus, & in nomine ſancto ejus ſperamus. Si ergo evenerit tempus perſecutionis, & dixerint nobis principes hujus ſeculi: Abnegate Deum veſtrum, & adorate nobiſcum idola, qui ſunt magni dii noſtri, qui & univerſa fecerunt: ſi eis non conſenſerimus, vel quæ juſſerint, non fecerimus; ſed pro nomine ejus, tyrannorum minas tormentaque toleraverimus: continuo & ipſe in illa ſua felici regione, coram Patre, & coram ſanctis ſuis Angelis confitebitur nos: id eſt, amicos, & nimium charos ſibi conſtituet nos.

E

narrat Aſtionis martyrium.

41 De quorum numero extitit nunc ille veſter unicus & nimium ſanctus Aſtion. Nam ante hos pauciſſimos dies, dux provinciæ iſtius Latronianus, dum compelleret eum, ut abnegaret Jeſum Chriſtum, verum illum, quem nos dicemus, Imperatorem cæleſtem, ut conſentiret ejus voluntati, & dæmonibus ſimulatum exhiberet: ille nullo modo acquieſcens juſſibus ejus parere, fortis in fide ſua, & nimium magnanimus adverſus ea, quæ ſibi ingerebantur, mala, cum alio quodam venerabili ſene Chriſtiano, Epicteto nomine, perſtitit uſque in finem immobilis in ſua ſancta confeſſione. Hoc intuens ejus Imperator ille cæleſtis, & valde admirans de benevolentia & ſincera ipſius erga ſe dilectione, mittens ſuos miniſtros, hoc eſt, ſalutiferos Angelos, cum ingenti eum honore in illam civitatem, ubi ipſe demoratur, aſſumpſit; ut illi præmia ſempiterna pro eo quod viriliter contra ipſius adverſarios decertatus ſit, condonaret. Et ideo tam Aſtioni veſtro, F quam ejus ſimilibus aptantur ea, quæ legiſti, ſacramenta: Ut omnes, inquit, unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te: & ipſi in nobis unum ſint, ut credat mundus, quia tu me miſiſti: & ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi illis: ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ideo quicumque meruerint eſſe de numero Aſtionis veſtri, o honorabilis pater, Martyres vocitantur.

XXIV. ac ſuper eo diſſerens,

42 Et mater ad hæc: Ne, inquit, mortuus eſt, & non vis nobis facere manifeſtum? Vigilantius reſpondit: Mortui non ſumus, qui in hac mortali carne degimus, & in hoc ſeculo vano, abſque notitia noſtri factoris exiſtere videmur. Nam vera vita ibi eſt, & verus cibus potuſque ibidem habetur, ac dignitas ſine fine, his qui meruerunt eam accipere: ibi eſt, ubi ſemper immortalitas regnat, & perpetua gaudia commorantur. Tunc mater: Volebam,

in-

A inquit, modo eum videre in illa gloria confi-
VITIS PATRUM. ſteniem. Putaſne agnoſcere me habeat, eo quod genitrix ejus fuerim aliquando? Aut forte in tanto honore ibidem poſitus, ut dicis, modo inſpicere contemnet, eo quod pulebritudinem mei vultus, ipſum lugendo amiſi? Et Vigilantius: Si feceris itaque, quæ ſcripta ſunt in hoc libro, quem mihi dereliquit ſanctus Epictetus & Aſtion, & credideris ex toto corde in Jeſum Chriſtum, regem ipſius, in quem & iſte credidit, poteris eum videre. Sin vero nolueris credere, impoſſibile eſt, ut tu illum videas, vel matrem ſuam nominet aliquando, eo quod incredula extitiſti in mandatis Patris ipſius. Et mater: Ecce, inquit, pater ipſius iſte eſt. Vigilantius reſpondit. Verum Pater ejus ille eſt, qui & Dominus, cum quo nunc demoratur, qui & tanta bona ei in futura beatitudine condonavit. Et iſte vero mortalis eſt, & mortales filios habet: & dum putatur ſtare,
B ſubito cadit: dum dicit ſe vivere, repente moritur, eo quod nec iſte illum Patrem verum agnoſcit, quem ille agnovit: de quo ſcriptum eſt; Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum.

XXV. *Parentes Aſtionis a Bonoſo presbytero catechiſi inſtructi eum rei.*

43 Igitur cum per unam ſeptimanam inter ſe diſputarent, & Chriſti mirabilia dicerent ad invicem, & libenter audirent, Dominica die adveniente, ambo patiter crediderunt in Chriſtum. Quos aſſumens Vigilantius, perduxit ad quemdam presbyterum ſanctum, nomine Bonoſum, qui perſecutionis atrocitatem devitans, in quodam ſecreto loco occulte degebat. Qui orans pro eis ſufficienter, & catechizans eos, eadem hora catechumenos fecit. Igitur cum inde egreſſi fuiſſent, cœperunt dicere ad Vigilantium: Ecce adimplevimus ea, quæ in libro illo, quem nobis dediſti, continentur: veni modo, & theſaurum illum oſtende nobis, quem Aſtion noſter, ut ipſe affirmaſti, tibi commendavit. Et Vigilantius: Sequimini me, ego eum vobis ſine mora aliqua demonſtrabo. Sed interim eum habeo abſconditum, & neſcio, ſi modo poſſum eum inde ejicere. Ergo, ſi vobis placet, de noctibus eamus ad locum, & uſque ad lucem ibidem permaneamus operantes, forſitan poterimus eum invenire, eo quod ſatis illum in profundo abſcondi. Et cum ſol declinaſſet, aſſu-
C mens eos Vigilantius, ſotas civitatem cum illis egreditur.

Eruptibus illis in loco Martyrum SS. Aſtion & Epictetus apparet.

44 Et pervenientes ad ſepulchrum Sanctorum, admonet eos, ſecum totam noctem in orationibus vigilare. Cumque jam aurora aſcenderet, & lucere inciperet dies, ecce vident ſubito circa ſe lumen reſulſiſſe immenſum, ac nimium ſuavitatis odorem fragrare, ſanctoſque Martyres, qui jam dormierant, in corpore juxta ſe conſiſtere, ac Dominum ſecum collaudare. Tunc ſanctus Aſtion, irruens in amplexibus matris ſuæ, cœpit oſculari eam, dicens: Bene adveniſti ex Orientis partibus, o diſcipula Chriſti, & mea mater Marcellina. Similiter & beatiſſimus Epictetus, apprehenſo capite viri ejus, exoſculabatur eum, dicens: Lætare in Domino, o dulciſſime frater Alexander; eo quod dignus habitus es in numero fidelium deputari, & perennem beatitudinem promereri. Sed & ad Vigilantium dixerunt:
Gaude & tu in Domino, o dulciſſime frater D
Vigilanti, eo quod dignus effectus es, ut impleatur in te, quod ſcriptum eſt: Quia qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & operit multitudinem peccatorum.

45 Tunc ſanctus Aſtion hoc modo cœpit di- XXVI. *eorum ille bona ſua diſtribuit pauperibus:*
cere ad matrem. O dulciſſima ac benedicta domina mea mater, illa omnia, quæ in ſacroſancto Evangelio Chriſti Domini noſtri ſcripta ſunt, vera ſunt & firma. Feſtina ergo ea ſine mora aliqua adimplere: ut ea, quæ illic ſcripta ſunt, conſequi promereariſ. Igitur portionem mihi de tua ſubſtantia obtingentem, pro mea requie *b* ac tua ſalute pauperibus di- *b*
vide ac diſtribue: ut ſic mereariſ cum juſtitiæ corona & bonis operibus decorata ad nos pervenire. Et mater: Bene, inquit, haberis a Rege tuo, ſeu a familiaribus ejus, dulciſſime fili? Reſpondit Aſtion: In tantum dego bene, ut qualiter tibi exponam, neſciam: filium namque ſuum Dominus ac Deus noſter, ex ſervo per ſuam gratiam me adoptavit. in civitate ſua manſionem mihi tribuit: in palatio ſuo militare me fecit: inter ſenatores maxi- E
mam dignitatem mihi condonavit: paradiſi amœnitatem mihi ad delicias tradidit. Sed & miniſtri ejus tamquam de ſuis me habere digniti ſunt, ac diligunt. Pergo namque cum eis per ſingulos dies ad viſitandum infirmos, ad elevandum eliſos, & illuminandum cæcos, ad ſalvandum periclitantes in mari, ad expugnandum gentes barbaras prælïantes in terra, ad conſolandum mœſtos, ad defendendum imporentes, atque effugandos dæmones da obſeſſis corporibus, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed & quotidie de vobis mihi præcipiunt, dicentes: Admone patrem tuum & matrem, ut ad hæc perveniant loca.

46 Et mater: Agnoſcunt itaque nos, fili mi? *ſuos ab expoſito ſtatu Beatorum,*
Reſpondit ſanctus Aſtion, & dixit: Nimium vos diligunt & agnoſcunt, domina mater: tantum ſi veſtra voluntas eſt agnoſcere eos, ut ad illam beatitudinem ſine aliqua dubitatione poſſitis pervenire. Et mater præ nimio gaudio feriens pectus ſuum, dicebat: Putas quandoque infelix & miſera illuc perveniam? Et beatiſſimus Aſtion reſpondit: Si credideris perfecte in Jeſum Chriſtum, Dominum ac Deum noſtrum, quemadmodum credidit Vigilantius, atque omnia bona tua diſtribueris indigentibus, F
ſine dubio & vivere & exultare habes mecum in illa; in qua & ego dego, beatitudine ſempiterna. Cumque his & hujuſcemodi verbis athletæ Chriſti inſtructi eſſent, receſſerunt ab eis.

47 Igitur cum quadrageſima dormitionis eo- XXVII. *baptizantur;*
rum dies illuxiſſet, & Chriſti pontifex Evangelicus in urbem Almiridenſium deveniſſet, aſſumens eos Vigilantius una cum ſancto presbytero Bonoſo, ad eum perduxerunt, exponenteſque illi per ordinem cuncta, quæ acta fuiſſent, rogabant, ut in numero fidelium eos Chriſto conſecraret. At ille nimium gaviſus in Domino, aſſumens eos & orans pro eis ſufficienter, ſacramentum Baptiſmi tradidit. Et exultans cum eis per dies octo, in aliam civitatem, quæ in proximo habetur, remeavit. Cumque ſacerdos Domini in-

de

A de remeaſſet, taliter ad Vigilantium Alexander & Marcellina dicere cœperunt: Multa beneficia tua erga nos habemus, o dilectiſſime & nimium nobis amabilis frater, eo quod per tuam ſalutiferam doctrinam jugum diaboli merumus evadere, & ad Chriſti Salvatoris noſtri notitiam pervenire.

alliſque gratias Vigilantio, bona ei apprecantibus

48 Siquidem nimis exiſtis in ſapientia glorioſus in ſancta eccleſia, præclarus in doctrinæ gratia, perfectam habens dilectionem erga ſancti Evangelii religionem, & nimium amorem in peregrinorum ſuſceptione, inenarrabilem benevolentiam circa impotentium defenſionem, ſeu infirmorum viſitationem: fervens fidei calore erga idolorum deſtructionem, vel ſanctorum Martyrum amorem; ac ſecundum tui nominis ſacramentum, vigilans exiſtis in cunctis bonis operibus propter Dei amorem. Igitur nihil aliud eſt de te pronuntiandum, niſi eo, quod unus ex intimis Dei amicis haberis. Et hæc dicentes, tam eum quam ſanctum ac venerabilem presbyterum Bonoſum ducentes ſecum ad propriam civitatem, hilares animo, & perfecti in Domino remearunt: atque univerſa bona ſua egentibus diſtribuentes, glorificabant Deum Patrem omnipotentem, qui eos de tenebris ad cognitionis ſuæ lumen perducere dignatus eſt. B VITIS PATRUM.

SS. Martyrum Epictetus & Aſſion, obi, quo die, ſub quo Imperatore coronatiſſ.

49 Pertulerunt autem martyrium Sancti atque athletæ Chriſti, Epictetus presbyter & Aſſion monachus in Almiridenſium civitate, octava die menſis Julii, temporibus Diocletiani tyranni, ſub duce Latroniano. Secundum nos vero, regnante in cœlis Jeſu Chriſto Salvatore noſtro: quem decet gloria & imperium una cum Patre & Spiritu ſancto, in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Obſervat hic Roſweydus, ita Hirtio dici eos, qui navalibus operis æs merent; hoc loco nautas intelligi.*

b *Notata quædam in hunc locum ſuggerit Commentarius prævius numero ſeptimo, quem tu conſule.*

DE S. PROCOPIO LECTORE M. B ET FORTE ALIO PROCOPIO DUCE M. E

CÆSAREÆ IN PALÆSTINA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

§. I. Sacer Martyrum cultus; qua die S. Procopius Lector paſſus; duone ſint hi Martyres, an unus tantum.

INITIO SEC. IV.

C*Elebratiſſima hodie tam apud Latinos, quam apud Græcos* S. Procopii *Martyris recolitur memoria. Longum foret, pluries e Latinis Martyrologiis claſſicis hoc concervare annunciationes, de quibus videri poteſt Uſuardus illuſtratus, hac die* VIII. *Julii. Unum tamen volim obſervari, videlicet annunciationes Latinas convenire* Procopio *Lectori*, qui ab Scythopoli ductus Cæſaream, ad primam reſponſionum ejus confidentiam, a judice Fabiano capite cæſus *traditur ab eodem Uſuardo, antiquiores Martyrologos ſecuto. Tandem*

Cultus Procopii Lectoris apud Latinos;

C*etum* Procopium *Lectorem deſignat annunciata Martyrologii Romani, non Ducem, qui Dux haud præpropera morte, ut Lector*, ad primam reſponſionum ejus confidentiam, *ſed acerbiſſimis variis generis ac crebro repetitis tormentis, martyrii lauream conſecutus fuerit. Credas, propter conſtans tam Martyrologorum Latinorum veterum, quam recentiorum pene omnium ſilentium, ignotum fuiſſe, quia adeo univerſaliter præteritum, Procopium Ducem.*

Procopii Ducis apud Græcos

2 *Contra vero, in pluribus Græcorum tabulis exprimitur* Procopius, Μεγαλομάρτυρ, *ſeu magnus Martyr, qui cum* Duce *coincidit, ut videre eſt in Menæis impreſſis; item in Menologio Mſ., quod videtur fuiſſe eccleſiæ CPolitanæ, nec non in Menologio Baſilitano, ac Slavo-Ruſſico, in quo tamen poſtremo perperam additur* paſſus a Licinio ſub Conſtantino. *Adde Meuleganum Sirleti, ac Maximum Cytherorum Epiſcopum. At vero Horologium Græcum legit* Procopium *ſine addito; Index in Typicum S. Sabæ, Index in Menæa excuſa, ſupplementum ad Menæa aucta ex Synaxario Sirmondi & Mſ. Chiffletii, Index in Menæa Græca Mſ. bibliothecæ Ambroſianæ, Menæum denique Chiffletii referunt memoratum* S. Procopii martyrium; *in quo Supplemento, jam deſignato, indicatur locus, ſacro Martyris cultui dicatus, his verbis:* Τελεῖται δὲ αὐτοῦ ἀνάμνησις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ ἀνδὶ μαρτυρίῳ, ὄντι πλησίον τῆ Χιλιάνῃ, ἔξω τῆ Κοντυλίῳ. Celebratur autem memoria ipſius in ſanctiſſimo ejus oratorio, quod eſt prope Teſtudinem, & in (*loco, qui dicitur*) κοντύλιον. *De quibus locis conſule num. ſequentem.* F

Annunciatio & loci ſacri;

3 *In Græcis Menologiis, quæ habemus, ſive Mſ. ſive impreſſis, quantum quidem ea conſulere mihi licuit, invenio ſemel* S. Procopium, *ea præſto ſignatum cum cognomento* Exarciſtæ, *idque in Synaxario Sirmondi, ubi ſic lego:* Ἀθλησις τοῦ ἁγίου Προκοπίου, τοῦ Ἐξαρχιστοῦ ἐν Καισαρείᾳ τῇ Παλαιστίνῃ. Paſſio S. Procopii, Exorciſtæ in Cæſarea Palæſtinæ. *Porro feſtum* S. Procopii Μεγαλομάρτυρος, *non parvo apud Græcos in honore fuiſſe, conſtat ex Novella Manuelis Comneni imperatoris, ubi dicitur, vacare tribunal* VIII. *Julii ob feſtum Magni Martyris* Procopii, *ſicut legere datur apud Baronium ad annum* 1165. *num.* 42. *Idem haud obſcure liquet ex eo, quod duplex in S. Procopii honorem conſtructa quondam fuerit ædes ſacra, de quibus Cangius in CPoli Chriſtiana lib.* 4. *ſect.* 6. *num.* 83. *& 84. dicens, unam quidem,* ἡ Χιλιάνα, *id eſt*, Teſtudinem, *de qua ſupra, conſtructam fuiſſe a Conſtantino Magno, citatoſque Codinum pag.* 39. *alteram vo-*

ro,

A ro, *de qua item ſupra*, ὁ Κονδύλου *dictam*, *memorat ex eodem Codino pag. 46. inde* Auct. J. P. *trauſiſſe nomen*, ἀφ' οὗ Κονταυάτος, ἤτοι πατρὸς Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου κονδυλιοφυλακίσαντος ἵππον αὐτοῦ ἐξ ἐριθείας αὐτοῦ. Quod Conſtantinus, Juſtiniani Rhinotmeti pater, in eo loco pugnis inſtigans ſuum equum, ab eo dejectus fuerit. *Indigitatur hic Conſtantinus Pogonatus, qui obiit anno 685. Ruinartius in admonitione prævia Paſſionis S. Procopii aſſerit, Cyrillum in vita S. Sabbæ meminiſſe eccleſiæ S. Martyris* Procopii, *apud Scythopolim conſtructæ.*

4 *Manca impreſſa, elogio* S. Procopii Μεγαλομάρτυρι *præmittunt tres ſequentes verſiculos:*

Ἔοικε Προκόπιος ἀνυχίνα κλίνειν,
Λίγειν, κωφὰ, φ φλέγῃ αὖς ἀ θεὸς,
Οὐδοάντ' Προκοπίου δρόμου κρόμ κίτους.
Daturus enſi colla Procopius; age;
Cur tardat, inquit, ictus? Errori haud lito.
B Procopii octava egregii caput abſtulit enſis.

Verſiculis hiſce ſubnectitur ibidem Martyris elogium, quod cenſori poſſit referre in compendio ea, quæ pluribus narrantur in Actis, poſtea producendis; eaque de cauſa duximus illud hic ſupprimendum. Aliquanto brevius eſt elogium in Synaxario, e Menologio juſſu Imperatoris Baſilii collecto. Elogium hoc Procopii *eſomo primo Julii noſtri ſic reddo Latine:* Magnus Martyr Procopius in Ælienſi civitate natus eſt, patre Chriſtiano & matre gentili, imperante Diocletiano. Ætate maturior, poſt patris ſui mortem, a matre deductus fuit ad Diocletianum, honoris conſequendi gratia.

Elogium. 5 Qui eum, Alexandriæ Ducem creatum, non hoſtibus dumtaxat, verum etiam Chriſtianis nppoſuit. Cum autem rediret domum, vox de cælo auribus ejus inſonuit, dicens: Neania, ſervos meos deſine impugnare, ut non pereas. Signum vero Crucis ei ſpectabile apparuit. Nec mora, Scythopolim contendens, accerſito auri fuſore, ſignum Crucis fieC ri juſſit conforma figuræ ſibi oſtenſæ, atque illud geſtavit. Poſt reportatam a Saracenis victoriam reverſus, delatus eſt a matre ad Imperatorem, quod Chriſtianus eſſet, & variis modis cruciatus ac prodigiis clarus, non modo multos alios induxit, ut in Chriſtum crederent, ſed ipſam quoque matrem, & aliquas mulieres. Quibuſcum una capite truncatus, ad Deum migravit. *Quid ſibi velit Menologium Slavo-Ruſſicum, dum poſt annuntiationem* S. Procopii Megalomartyris, *ſubnectit, aliam* S. Procopii, propter Chriſtum ſpecioſi, Uſtjugienſium Thaumaturgi, *non equidem ſatis intelligo. Atque hæc de cultu.*

Quo die S. Procopius Lector ſit paſſus. 6 *Jam vero, ſanctum* Procopium *Lectorem, alio die martyrium ſubiiſſe, alio ſacris tabulis inſcriptum, ſatis certo conficitur ex textu Euſebii, qui cap. 2. de Martyribus Paleſtinæ, eorum Acta exorſus a martyrio* S. Procopii Lectoris, *memorat*, ἤ τινα λιθ ἀνυπόμιστα. Δευτέρᾳ μὲν οὖν ἡμέρᾳ, πρὸ ἑνὸς εἰδῶν Ἰανουαρίων λεγειν' δὲ παρὰ Ῥωμαίοις. Capite truncatur. . . . Deſii menſis octava, quod apud Romanos dici poſſit, ſeptimo Idus Junias. *Variant hic Latina Acta. Illa, quæ proximo daturi ſumus, ſequuntur Sanctum obiiſſe*, Deſii ſeptima Julii menſis, quæ Nonas Julii dicitur apud Latinos. *Henricus Valeſius, in annotationibus in hunc locum Euſebii, refert, in duabus Mſs. codicibus bibliothecæ S. Germani Pariſiis ſcriptum fuiſſe*; Dies erat ſeptima Julii menſis, quæ VII. Idus Julii dicitur apud LaD tinos, *Verum exemplaria illa manifeſte arguuntur fuiſſe corrupta ex citato textu Euſebii, e cujus verbis* Δευτέρᾳ μὲν οὖν ἡμέρᾳ *nunquam elicies hæc*, dies erat ſeptima. *Corruptioni ex parte anſam præbuerit verſio aliqua Latina, e cujus verbis* Deſii menſis, *facile imperitus aliquis formaverit*, dies erat. *Utut eſt, obſervaſſe ſita ſufficiat, ut dignoſcamus, diem Martyris cultui ſacrum differre a die, quo ad Superos tranſiit. Atque hunc patet Actorum Latinorum apud Valeſium corrigendum eſſe inſcriptionem, ubi paſſus traditur* quarto Nonas Auguſti.

Verſimilius videtur novum coluiſſe Procopium Lectorem exciſſi. 7 *Nunc alia quæſtio hic a vobis diſcutienda venit, utrum videlicet* Procopius *Lector & Exorciſta ſit unus & idem cum* Procopio *Duce, an diverſus, atque adeo unuſquiſque hic tantum* Procopius *martyr, an duo ſint. Quoniam in præſenti controverſia cenſeo nihil ſolidi ſperari poſſe ex antiquitate pro alterutrius partis deciſione, videndum, an id aliunde habere non queat. Baronius ad annum 308. alterum ab altero diſtinguit, unus diverſitate mortis, quæ uni quidem præ alio longior, acerbior ac violentior contigerit. Sequitur ipſum Valeſius in memoratis notationibus in librum Euſebii de Martyribus Paleſtinæ, coacervans plura adjuncta ad opinionem ſuam ſtabiliendam. Nimirum, quod alter Lector* E *& Exorciſta fuerit, alter vero Dux Ægypti. Prior Chriſtianus a puero, alter a dæmonum cultu translatus ad Chriſtum. Prior brevi ac facili martyrio perfunctus; alter autem ſub duobus Paleſtinæ Præſidibus Juſto & Flaviano dire excarnificatus, ac tandem cæſus, atque a Græcis inter martyres illuſtriores ſeu* Μεγαλομάρτυρας *collocatus ſit. Denique quod primus Scythopoli captus, atque inde Cæſaream Paleſtinæ ſit ductus, & ibidem capite plexus; alter vero in Ægypto comprehenſus, in urbe Phœnices Cæſarea, quæ & Paneas dicta eſt, martyrium conſummarit. Illuſtriſſimus Franciſcus Maria de Aſio, Archiep. Hydruntinus, in Diſceptationibus ad Martyrologium Romanum, anno 1716. in lucem editis, varia habet de loco martyrii; ſed nihil, quod magnopere huc referri mereatur.*

Valeſii cum Euſebii, 8 *Nec obſcure innuere videtur Valeſius cui fundamento dictam Martyrum diſcriminationem ſi non ex toto, ſaltem ex parte, ſuperædificet, dumadjungit hanc clauſulam*, ſi credimus Simeoni Metaphraſtæ: *cujus auctoritate an & quo uſque hic ſit ſtandum, tractabimus paulo poſt, ubi inſtituemus ſermonem de auctore, qualitate ac valore Actorum. Interim rationes, quæ afferuntur pro identitate* Procopii *Lectoris & Ducis, apparent mihi ſatis probabiles, eo uſque ſaltem, ni dubium reddant* Procopium *Ducem. Dubius etiam fuit Papebrochio*, F *quia, ut ſcribit in Reſponſionibus ad prætenſas Exhibitiones errorum, art. 4. §. 10. Capere, inquit*, certe non poſſum, quomodo Euſebius, annis vix triginta ſcribens poſt paſſionem cujuſcumque Procopii, in ſua urbe peractam, unius martyrii, non valde memorabilis, feciſſet mentionem, præterito altero, tam variis, tamque mirabilibus eventibus & certaminibus, ad omnem poſteritatem memorabili; ſi (quod plerique cum Baronio malunt) duo Procopii Martyres, in eadem civitate, ſub eodem perſecutore extiterint, *Argumentum hoc, tametſi more negativum, ut vocant, merentur mature expendi.*

de Procopio Lectore non de Duce loquentia; 9 *Quæro eum, an ſit verſimile, nedum probabile vel credibile, Euſebium, ob fidem hiſtoricam æſtimatiſſimum, ætate æqualem vel certe ſupparem iis rebus, quas ſcripto conſignabat, illius*

A urbis Epiſcopum, quæ fuerat paulo ante palæſtra Martyrum, de quibus hic agimus; eſtne, inquam, verisimile, talem auctorem, in hiſce temporum ac loci circumſtantiis ſcribentem, litteris commiſiſſe, & primo quidem loco, Acta Martyris, in cujus morte ejuſve adjunctis, vix aliquid invenias memoratu dignum, præter mortem, momento, ut ita loquar, temporis pro Chriſto obitam; & prætermiſiſſe alium tot titulis memorandum? Quis credat, diligentem & accuratum hiſtoricum tacere vel voluiſſe vel potuiſſe in tanta copia rerum, numero multarum, genere illuſtrium, varietate diverſarum, eventibus ſupra vulgus hiſtoriarum plane mirabilibus? Quæ omnia non dubitaſſet poſteritati commendare, deſcribendo mirabilem converſionem, apparitionem, heroicam & plus quam vulgarem conſtantiam in perferendis immaniſſimis cruciatibus, prodigia, aliorumque converſiones ad Chriſtum tam ſingulares & ſpectabiles, ſi quidem vel tantilla fama ad ipſius aures pervenisſet Euſebii; quæ, ſuppoſita rerum veritate, non pervenire ad aures ejus non poterat. Imo, fac, Procopium Ducem, gregalem ſeu communem dumtaxat Martyrem fuiſſe, quomodo aut cur ſilentio illum ſuppreſſiſſet laudatus Hiſtoricus, cætera tam in narrando diligens, tam in ſcribendo accuratus?

B

de quo ultimo alibum ſilum Martyrologio antiquo.

10 Hanc autem de uno tantum admittendo martyre Procopio ſententiam, dictus Papebrochius hac ratione ibidem confirmat, maxime, inquit, cum vetuſtiſſimum Martyrologium, quod Euſebio & Hieronymo adſcribitur, non niſi unius in Cæſarea Procopii, faciat mentionem, idque ad VIII. Idus Julii. *Adde, quod alia Martyrologia Latina vetuſtiora non noverint niſi unum* Procopium, *in primo ſacri agonis limine, ut ita dicam, interemptum, ſicut retulimus ſupra, num. 1. Oppoſitæ igitur opinioni, duos ſtatuentis* Procopios, *fundamentum unicè videtur niſi Actis* Procopii Ducis, *atque adeo non apparet, quod habere debeat dicta ejusdem majorem auctoritatem, firmitatem aut certitudinem, quam ipſa Acta habeant. Non eſt tamen meum*, S. Procopium Ducem, *a Lectore diſtinctum, ex antiqua, qua gaviſus eſt hactenus, poſſeſſione deturbare, quæ ſane foret certius ſtabilita, ſi certioribus niteretur antiquitatis monumentis. Nunc de Sanctis utriuſque Actis videbitur paragrapho proximo.*

§. II. Acta Procopii Lectoris ſincera; an, & quouſque ab Euſebio conſcripta. Acta Procopii Ducis fabulositatis ſuſpecta; auctoris hallucinationes & parerga; varia eorum Miſſ.

Acta brevia ipſius S. Procopii Lectoris, ab Euſebio conſcripta;

GEmina S. Procopii *Lectoris exſtant Acta* (*niſi malis eadem dumtaxat una dicere, ob rationes mox dandas*) *quorum altera, contexta breviſſima, habentur in Euſebio, & exordium facium capitis primi de Martyribus Palæſtinæ; altera ſunt Latine edita, primo a Valeſio in notationibus in librum Euſebii de Martyribus Palæſtinæ, & poſt illum, a Ruinartio relata inter Acta Martyrum ſelecta & ſincera. Prima ab auctore Euſebio Græce edita, ſic habent Latine ex verſione noſtra:* Igitur ex Palæſtinæ Martyribus primus Procopius, antequam carcerem eſſet expertus, ſtatim a primo ingreſſu, ad Præſidis tribunal adductus & ſacrificare diis, qui vocantur, juſſus, unum ſolum ſe noſſe dixit: cui ſacrificandum eſſet eo ritu, quo ipſe vult. . . Cum vero quatuor etiam Imperatoribus libare juberetur, dictum quodam Homericum prolocutus, quod illis minime arridebat:

D Auct. J. P.

Haud bona res, Domini plures; herus unius eſto,
Rex unus:

Illico capite truncatur, die VIII. menſis Deſii, hoc eſt, quod a Romanis dici poſſit, VII. Idus Junias, die quarta Sabbati. Hoc primum apud Cæſaream Palæſtinæ martyrium conſummatum eſt.

alia paulo longiora

12 *Atque hæc eſt compendioſiſſima* S. Procopii *Lectoris martyris deſcriptio, litteris mandata a graviſſimo auctore, qui rebus geſtis, quas hic expoſuit, ſi non præſens interfuit, ſaltem auditu proximus extitit, in eodem quoque loco, ut dicebam ſupra, aliquot poſt annis epiſcopalem cathedram moderatus,* E *que tempore terra etiamnum, ut ita loquar, ſacro martyrum ſanguine purpurata rubeſcebat. Verum de Auctore & ſinceritate horum actorum nemini poteſt incidere prudens dubium. Ne vero vel tantillum te moretur textus*, die IV. Sabbati, *verbatim e Græco redditus; intellige feriam quartam hebdomadis, Vide Valeſium in Notationibus ad hunc locum. An autem Acta, quæ exſtant Latine, & paulo longiora ſunt, Græce ab eodem Auctore ſint compoſita primitus, non tam certo conſtat. Valeſius loco ſupra citato refert paſſionem* S. Procopii, *de qua hic loquimur, quam librariorum incuria, ex Euſebii textu incaute detractam exiſtimavit. Probat autem Latinam paſſionem e Græca deſcriptam fuiſſe, ac translatam, ex iis verbis textus Græci;* πρῶτος τοιγαροῦν ἦν ἐν Παλαιστίνῃ Μαρτύρων Προκόπιος. *Quæ in Actis Latinis ſic leguntur:* Primus Martyrum, qui ſunt in Palæſtina, apparuit Procopius. *Sunt & quædam alia, quæ ſatis conſonant Actis Græcis, & videntur redolere eumdem ſonitum.*

videntur oldem Euſebio ad- ſcribenda

13 *Nam illa Euſebii,* πρὶν ἢ φυλακῆς πεῖραν λαβεῖν, antequam carcerem eſſent expertus, *ita reſeruntur Acta Latina:* Priuſquam carceris vel vinculorum experiretur anguſtias. *Græca ſic pergunt:* Εὐθὺς ἀπὸ πρώτης εἰσόδου τοῦ ἡγουμένου παρὰ δικαστηρίοις, δύσιν τοῖς λεγομένοις προσχθεὶς θεοῖς, F ſtatim a primo ingreſſu ad præſidis tribunal adductus, & ſacrificare diis, qui dicuntur, juſſus. *Latina ſic habent:* In ipſo ingreſſu ſuo, a Judice Flaviano ut diis ſacrificaret, impellitur. *Denique ad calcem.* ἀπὸ πρώτου ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ἀνῃρέθη σημεῖον: Hoc primum apud Cæſaream Paleſtinę conſummatum eſt martyrium (*ad verbum eſt* ſignum). *Sequitur paſſio Latina in hunc modum:* Hoc primum in Cæſarea martyrium conſummatum eſt. *Nonne ſatis hic multa conſonant, ut alia ex aliis dicantur deſcripta, & ſpirare eumdem auctorem? non obſtante, quod Latina paululum varient in deſignando die martyrii; ſicut monuimus num. 6.*

14 *Atque ut ad aſſeram dictorum Actorum conſonantiam, & eadem opera ad auctorem Euſebium* & quas? *revertamur; recte obſervat Valeſius, aliorum Martyrum, qui in libro de Martyribus Palæſtinæ commemorantur, genus & patriam accurate referri ab Euſebio; ac ſi forte quis illorum aliquem gradum eccleſiaſtici honoris obtinuerit, ipſum ſolere, id diſtincte notare. Hoc ſi in aliis fecerit; an eſt veroſimile, idem ipſum neglexiſſe in* Procopio: *omnium,*

A nium, qui in Palæſtina claruerunt, martyrum
Auct. principe & anteſignano? Id quod revera reſpectu
J. P. S. Procopii factum non ſit, librariorum culpæ impu-
tæ idem Auctor. Itaque defectus iſte poterit
ſuppleri ex paſſione Latina, in qua diſtincte tradi-
tur patria ejus, habitatio, triplex officium, lectio-
ris videlicet, exorciſtæ atque interpretis; morum ab
incunte ætate innocentia, vitæque ſeveritas. Adde,
quod hæc verba, ibidem prope finem relata, pri-
mo anno, quo adverſus nos fuit perſecutio,
non videantur dubium relinquere, quin Acta ab
auctore coævo conſcripta fuerint. Quod, cuinam
verosimilius, quam Euſebio tribui poſſit? Denique
an abludam a vero, ſi dicam, eas velucere ibidem
notas, quæ ſcriptoris Euſebii venam & ingenium
videantur ſpirare, quaſque in ſinceris Actis deſi-
derare quis poſſit?

Acta S. Procopii Ducis deteriora nota;

15 *Deteriores notæ ſunt Acta* Procopii *Ducis*, de quibus nunc dicere aggredimur. *Baronius ad annum* 308. Procopium *Lectorem a* Procopio *Duce* diverſum ſtatuens, *dicit hujus poſtremi* Acta, perpaucis emendatis, legitima atque germana eſſe cenſeri, ab ipſo auctore conſcripta ante im-
B perium Juliani. *At, qua ratione Actorum ſinceritatem probat? non aliunde, quam producendo brevem eorum ſynopſim ex Nicephoro, & fragmentum, ex iiſdem avulſum, & recitatum in Concilio Nicæno ſecundo, de cruce, ab eo fabricari juſſa, apparitionibus & inſcriptionibus honorata, de qua vide in Actis, poſtea hic proferendis, a num.* 13. *At tantum abeſt, ut iſtorum Actorum veritatem approbare, nedum definire voluerit ſacroſancta illa Synodus, aut pro ea ſponſionem dare, ut nihil aliud hic fecerit, quam permittere, ut eadem Acta coram ſe legerentur. Itaque non eſt, quod hic aliquis ſcrupulum moveat, quaſi vero permiſſa ſit irreverentia adverſus dictæ Synodi placita; quam abſtergo jam facile, quam illam, a pretenſo Exhibitore errorum valde frivole ſibi objectam abſterſit Papebrochius Reſponſionum par.* 1. *pag.* 148. *ubi plura huc ſpectantia videri poſſunt.*

an ante Juliani ſcripta?

16 *Adeo, quibus probat Baronius Acta iſta ab auctore fuiſſe conſcripta ante imperium Juliani videlicet, quod a Juliano* Salvatoris ſtatua, ab Hæ-
C morroiſſa erecta, fuerit penitus comminuta, & in aliam conflata, *ut ſuo loco dicturum ſe ait: quodque* ipſe Auctor, cum ejus meminit, *eam* dicit eſſe ſuperſtitem. *Sed auctorem illum loqui alienis verbis, non ſuis, colligi videtur poſſe ex eo, quod contextus, hiſtoriam referens mulieris, a profluvio ſanguinis per Chriſtum ſanatæ, unius conſonet Euſebio lib.* 7. *Eccl. Hiſt. cap.* 18. *quam ut eam inde non deſumpſerit dictus Auctor, & actis* Procopianis *inſeruerit, hac tamen clauſula, ſaltem in noſtro exemplari, prætermiſſa, quæ legitur apud Euſebium:* Manſit porro (*de dicta ſtatua loquitur*) ad noſtra uſque tempora, noſque adeo, urbem illam ingreſſi, ipſam conſpeximus: *quam clauſulam haud dubie legerit Baronius in exemplari ſuo, cum in ea fundet ſuam opinionem de ætate ſcriptoris Actorum. Eadem quoque clauſula iiſdem pene verbis Latinis verſa legitur apud Surium.*

aut fabulæ ſtatuis ſuperſtes;

17 *Jam vero rationes aliquot congeremus, e quibus veluti notis totidem charakteriſticis dignoſcamus, Acta* Procopii *Ducis, a genuina ſinceritate plurimum aliena, ſubleſtæ fidei habenda eſſe & pium potius referre drama, epiſodiis adornatum, quam veram hiſtoriam. Ac primo quidem non mediocriter fidem eorum infirmat ſilentium Euſebii in hujuſmodi rerum ac temporum adjunctis; de qua re actum num.* 8. *Præterea non ſatis hæc Acta videntur conſonare ejuſdem Euſebii Eccl. Hiſtoriæ libro* 8. *cap.* 12. *ubi agens de cruciatibus, ſumma immanitate contra Martyres exercitis, de* S. Procopio *Duce, tormentorum prodigioſiſſimo victore, ſi Actis credimus, nullum verbum facit. Enimvero vel Metaphraſten, vel ſimilis ſaviæ interpolatorem, videntur ſapere paterga, apparationes adeo crebræ, allocutiones continuæ, prodigia, eventus rerum mirabiles, inexſpectati exitus, apoſtrophæ, ingreſſus ac regreſſus in carcerem adeo faciles & multi; converſiones, Præſides morte puniti, (de quibus omnibus ibidem variis locis.) Quid? numero præſertim* 21. *nonne invocatum deorum dearumque, theatrum ſapit & poeticam redolet compoſitionem? Adde preces Martyris, ad calcem Actorum poſitas, in quibus Sanctus poſtulat a Deo* infirmis ſanitatem, viduis atque orphanis rerum, quibus indigent, ſuppeditationem; in-
E juriam patientibus relaxationem, errantibus reditum; illis inſuper, qui ſui ſervarent memoriam, tranquillitatem vitæ, & doloris omnis exterminationem. *Quæ clauſula valde univerſalis eſt; & ni multum fallor, a genuinis ſinceriſque Martyrum Actis aliena. Conſule ea, quæ de hiſtoria S. Flaminæ jam pridem dixit Papebrochius par.* 1. *Reſponſ. pag.* 271. *Idem ſtatuæ de verſibus Sibyllinis, Chriſtum & Crucem vaticinantibus; idem de oraculo Apollinis, editioni Surianæ inſperſis, quæ in noſtro exemplari non leguntur; quodque eatenus eidem præferendum eſt.*

Bollandiani cujusdam errores;

18 *Quid dicam de errore topographico & chronologico auctoris, confundentis Cæſaream Philippi in Phœnicia, cum Cæſarea Palæſtinæ, olim Turris Stratonis dicta? Edicta Diocletiani adverſus Chriſtianos lata fuiſſe ſtatuit ante Perſarum atque Ægypti bellum, nec non ante quam Conſtantius & Galerius in Cæſares eſſent evecti, qui lapſus arguunt, Auctorem diu poſt Juliani tempora ſcripſiſſe, atque adeo diu poſt martyrium* S. Procopii. *Quid? quod Acta S. Epheſii Martyris, quæ habes die* XV. *Januarii*, plane ſimilia eſſe Actis S. Procopii, *jam pridem ibidem fuerit obſervatum; adeo ut ſatis pateat, alia ex aliis magna ſaltem ex parte fuiſſe deſcripta. Cum vero Acta Epheſii non magni ſint pretii; utpote a ſcriptore poſterioris ævi interpolata, ut dicitur in annotatis ad cap.* 3. *cur majoris debeant cenſeri Acta Procopiana?*
F

Acta eadem tribus diverſis Mm. applicata;

19 *Quin imo Acta eadem tertio recurrunt, applicanturque S. Joanni martyri, Conſtantinopoli Venetias tranſlato, de quo agitur die* XIX. *Maii; ubi oſtendit Papebrochius quam utraque perfecte inter ſe conveniant, ſi perquam pauca excipias. Quæro jam, an Acta eadem in ſubſtantia, tribus diverſis ſanctis Martyribus applicata, mereantur numerari inter ſincera, an inter ſuſpecta, corrupta & fabuloſa? Quid dicam de itinere Antiochia Apameam, quod refertur in Actis cap.* 2. *unde digreſſus ad triginta ſtadia, viſionem habuit* Procopius, *ſimillimam ei, quam habuit Doctor gentium, in ſua famoſa ad Chriſtum converſione; & tamen, quod mireris, eadem ipſa nocte* S. Procopius *Scythopolim pervenit. Ad Baronium quod attinet, quem ſupra diximus pro diſtinctione* Procopii *Lectoris a* Procopio *Duce, & pro ſinceritate Actorum ſtare; is ſane in notis ad Martyrologium Romanum non loquitur tam affirmate, quam in Annalibus ſuis, Poſſunt fortaſſis plura*

pro-

A *proferri argumenta adverſus Acta* S. Procopii *Ducis ; ſed hæc ſufficiant, ut oſtendatur, eadem merito ſuſpecta ac dubia eſſe ; ipſum* S. Procopium Μεγαλομάρτυρα, *a Lectore* Procopio *diverſum, ſola poſtiſſimum earumdem Actorum auctoritate ſubnixum, ſuſpectum ferme & dubium reddi.*

Quid dicendum de S. Theodoſia Procopii Ducis matre ; quid de Sociis

20 *Eumdem ob cauſam non omni ſuſpicione videtur carere* S. Theodoſia, *Ducis* Procopii *mater, ab idolorum cultu ad Chriſtum converſa, de qua in Actis Græco-Latinis loco non uno. Idem puta de ſociis Martyribus* S. Procopii *Ducis ; qui in peramque Ms. Synaxario Græco eccleſiæ CPolitanæ, ſervato Pariſiis in Collegio Claromontano, extat cum tali elogio ; ſed ex Actis haud dubie excerpto :* S. Procopius ductus eſt in templum idolorum, & per orationem idola dejecit ; quæ lapſu ſuo contrita, & in aquam diſſoluta, per januas templi effluxa ſunt. Quod videntes milites ex ordine duplici, Numerorum dicto, cum duobus ſuis Tribunis Nicoſtrato & Antiocho, fidem Chriſtianam amplexi ſunt, & a Leontio Epiſcopo baptizati, & juſſu Imperatoris capite plexi. *Quæ eadem, phraſi aliquanto*

B *mutata, leguntur in Græcorum Menæis Mſs. & excuſis, item apud Maximum Cythærorum Epiſcopum ad Stios* ? Α'γιους. *Itaque non immerito a Majoribus noſtris dictum fuit ad propoſitum præſens, partim quidem tomo* 5. *Mais, inter Prætermiſſos ad diem* XXI. *ubi de* Nicoſtrato & Antiocho *Tribunis, atque aliis militibus, ut Cæſaræ paſſis, refertur, eos, tametſi* inſcribantur hodierno Romano ex Actis S. Procopii, *non ideo tamen omne ſuſpicione vacare ; quia* Acta, licet a Synodo II. Nicæna laudata, nobis tamen vehementer ſunt de fictione ſuſpecta propter Euſebium, Cæſareenſem Epiſcopum lib. 8. cap. 12. Quare etiam Baronius cogitur duos agoniſcere Procopios, eadem perſecutione, eodemque loco paſſos. Difficile nobis eſt probare ejuſmodi geminationem ; adeoque fateri, Euſebio præteritum eum eſſe, qui (ſi vera hæc Acta ſint) fuerit infinitis modis clarior altero ; cum martyrii fides tota pendeat ex fide iſtorum Actorum. *Itaque totius rei deciſione ad præſentem diem dilata, vix videmur ex ſuſpectis & dubiis Actis aliud poſſe elicere Martyres, quam*

C *ſuſpectos & dubios. Scio* Theodoſiam, *matrem* Procopii, *legi in Supplemento ad Menæa excuſa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Cbiffletii, item in Menologio Sirleti cum* XII. *matronis ordinis ſenatorii ; præterea in Menæo Cbiffletii, & priore quidem loco adjungi hoc diſtichon :*

Α'θλητρομητωρ οδε Θεοδόσιη,
Ε'σπετο τοῖσι κ' ἔργα α'θλητῆρες.
Theodoſia, quæ mater Athletæ fuit,
Ex enſe ſtuduit ferre Athletarum decus.

ex Sociabus Martyribus.

21 *Scio præterea, ipſam cum duodecim ſociabus relatam eſſe in Martyrologium Romanum die* XXIX. *Maii, his verbis :* Cæſaræ Philippi, ſanctarum Martyrum Theodoſiæ, matris S. Procopii Martyris, & aliarum duodecim nobilium matronarum, quæ in perſecutione Diocletiani capitis obtruncatione conſummatæ ſunt ; *verum conſiderato fonte, e quo illorum cultus manavit, fabuloſis, inquam, Actis, rurſum videtur poſſe abſque piaculo repeti id, quod pridem dictum fuit in Prætermiſſis ad diem* XXIX. *Maii ; nimirum nos non audere illas hic adſcribere numero ſanctarum mulierum, quæ utrum revera fuerint in rerum natura, dubitamus. Quid ſi* nomen Theodoſiæ, *ut ibidem ſcribitur,* mutuo ſumptum ſit ab ea, quam ſupra diximus, hodie (XXIX. *Maii*) colit a Græcis, virgine & Martyre Cæſarienſi ; atque ac nomen Procopii a certo ejuſdem nominis ibidem Martyre, de quo Euſebius ; *& nos ſupra pluribus.*

D Auct. J. P.

22 *Dum præſens diſcutio argumentum, incidit in manus libellus de vita* S. Procopii *Ducis, Gallice editus anno* 1617. *in qua, cap.* 17. *libelli poſtremo, tractatur de variis cruciatibus, non ſine miraculo a Sancto exantlatis, & de martyrio ejus ; addita nota ad marginem, qua dicitur dextra ipſius eſſe in eccleſia collegii Tornacenſis Societatis Jeſu. An dextra, ibidem conſervata & honorata, ſit* S. Procopii *Ducis, dubium ut minus nobis eſt, cum dubia ſint Acta, nec ſatis certus Martyr. Fuerit dextra fortaſſe alicujus alterius Martyris anonymi, ſub dextera* Procopii *Ducis nomine hactenus culta ; cujus autem Sanctis reliquiæ ſint, non habeo, unde deſumam, usque huc ſpectat inquirere. Ruſſum in eodem libello de prædicta dextra mentio præmittitur capiti primo, dicunturque carne, nervis & unguibus tum temporis veſtita fuiſſe, quemadmodum ibi hactenus aſſervatur.*

quid de reliquiis S. Procopii Ducis ?

23 *De Mſs., quæ in promptu habemus, ſic accipe. Eſt inter illa unum, quod inſcribitur* Paſſio S. Procopii ; *eſtque paſſio non Ducis, at Lectoris ; deſumptum e Mſ. S. Maximini Treviris, cum eoque collatum, & conforme exemplari, quod mox typis vulgatum producemus : in quo tamen legitur,* dies erat ſeptima Julii menſis, quæ ſeptimo Idus Julii dicatur apud Latinos, *ubi aliud Mſ. hic dandum, legit,* Deſii ſeptima Julii menſis, quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos ; *de qua lectione pluribus ſupra. Eſt & aliud nobis Mſ. ex tomo* 147. *Mſ. bibliotheca Caſinenſis, in litteris, ut ibidem apponitur, Longobardicis ; ſed nullius valoris ; cum Acta* Procopii *Lectoris ac Ducis confundens, illa, quæ ſecundum Acta utriuſque, non poſſunt non convenire niſi duobus* Procopius, *uni eidemque, quem Lectorem atque Exorciſtam nominant, applicaverint ; qui tamen morte præmatura, & pene momentanea, adeoque diverſiſſima martyrium conſummavit,* Procopio *Duce, poſt magnam tormentorum multitudinem interempto. In hoc Ms. prætermittuntur epiſodia, quæ in Actis Græco-Latinis paſſim occurrunt, quæ non puto operæ pretium, hic ſigillatim recenſere.*

Varia Mſſ. E

24 *Tertium Mſ. miſit P. Joannes Gamans noſter anno* 1641. *prodiitque ex cœnobio Bodecenſi, Ordinis Regularium S. Auguſtini in diœceſi Paderbornenſi ; ſed quam male nota ſit exemplar, præter alia indicia, vel ex hoc uno colligitur, quod* S. Procopii *martyrium affigat ætati Juliani Imperatoris. Porro alia olim extitiſſe Acta Græca* S. Procopii *Ducis, colligitur ex initio, ab Actorum Græcorum initio, quæ hic dabuntur, diverſo, nimirum* κ' ἐτέρως πως ἐκτίνου ἐξωνίδο-ου Διοκλητιανὸς ὁ τύραννος, Per illa tempora regnavit Diocletianus tyrannus. *Quorum mentionem ſecunda Synodus Nicæna, act.* 4. *& Leo Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis pag.* 98. *qui ibid. pag.* 120. *inter ſcripta, quæ abjudicat Metaphraſtæ, commemorat exordium martyrii* S. Procopii *a noſtro diverſum. Quid plura ? Duplex inſuper habemus apographum Græcum, e Mſ. Medicæo Regis Franciæ, ejuſdem utrumque argumenti ; utrumque non inutile ad collationem previam editioni. An elogium, quod aitatur ab Allatio, loco prædicto, pag.* 108. *tamquam Heſychii, presbyteri Hieroſolymitani (quem Tillemontius*

quod hic ratio redditur.

A *vov. 5. pag. 90. vifuta vuiſſe ſcuta 5.*) convenit Procopio *Lectori, an potius alteri Martyri ejuſdem nominis, non facile dixero: nam Martyres homonymi habentur in Menæis Græcis die* XXIII. *& die* XXIV. *Novembris, de quibus ſuo loco poterit tractari. Hæc de Actis & ſcriptis Procopianis. Nunc Acta utriuſque ſubjicio; & Græca quidem nova interpretatione Latine a me reddita.*

Auct. J. P.

S. Procopii integrum vitæ, anſtatum, obitus

PASSIO

S. Procopii Lectoris,

Edita a Ruinartio inter Acta primorum Martyrum ſincera & ſelecta.

B *Ex tribus codd. Mſs. & Valeſio in notis ad Euſebium.*

sub Diocletiano.

PRimus Martyrum, qui ſunt in Paläſtina, apparuit Procopius, vir cæleſtis gratiæ, qui & ante martyrium ſic ſuam vitam diſpoſuit, ut etiam a parva ætate caſtitati ſemper & morum virtutibus ſtuderet. Corpus quidem ſuum ſic confecit, ut pene mortuum putaretur; animam vero ſic verbis confortabat divinis, ut etiam corpori virtutem ex hujus refectione miniſtraret. Cibus & potus ei panis & aqua fuit: ſolis his utebatur, cum poſt biduum triduumque diem, interdum etiam poſt ſeptimanam, ad cibum rediret. Sacrorum quoque meditatio ſermonum ita mentem ejus obſtrinxerat, ut nocte ac die in hac infatigabilis permaneret. Clementiæ autem & manſuetudinis, tamquam ecceris inſeridr, documentum ſui præbebat, verbi D eoplam. In verbis divinis ei tantum ſtudium erat. Illa vero, quæ extrinſecus ſunt, mediocriter attigerat. Igitur genere quidem Ælienſis, converſatione autem vel habitatione Scythopolitanus erat. Ibi eccleſiæ tria miniſteria præbebat: unum in legendi officio, alterum in Syri interpretatione ſermonis, & tertium adverſus dæmones manus impoſitione conſummans.

a Cumque ab Scythopoli una cum ſociis in Cæſaream tranſmiſſus fuiſſet, ab ipſis portis ad præſidem ducitur, & priuſquam carceris vel vinculorum experiretur anguſtias, in ipſo ingreſſu ſuo a judice Flaviano, ut diis ſacrificaret, impellitur; At ille magna voce, non eſſe deos multos, ſed unum factorem omnium opificemque teſtatus eſt. Judex autem plaga ſermonis ictus, & conſcientia ſaucius, contentus ejus ſermoni, atque ad alia ſe rurſum argumenta conſtituit, ut vel regibus ſacrificaret. Sanctus autem Dei Martyr, ſermonem ejus deſpiciens, Homeri inquit verſum, dicens: Non eſt bonum multos dominos eſſe. Unus Dominus eſt, unus Rex. Itaque hoc verbo ejus audito, quaſi qui infauſta regibus deprompſiſſet, juſſu judicis ducitur ad mortem, & capite amputato ingreſſum vitæ cæleſtis, vel compendium beatus invenit, Deſii ſeptima Julii menſis, quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos, primo anno, quo adverſus nos ſunt perſecutio. Hoc primum in Cæſarea martyrium conſummatum eſt, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen a.

ANNOTATA.

a *Relucet in parvis hiſce Actis charactter ſeriptoris ſatis purus & ſimplex. Ut vero appareat ad oculum, quam multum Acta S. Procopii Ducis in genuino ſinceritatis candore deficiant, placuit ea proximis ſubjungere.*

ACTA GRÆCO-LATINA

S. Procopii Ducis, fabuloſitatis ſuſpectæ,

C Ex Ms. Medicæo Regis Franciæ, Interprete J. P. F

CAPUT I.

Dira ſub Diocletiano ac Maximiano perſecutio; S. Procopii natales; præfectura Alexandriæ.

Diocletiani in Chriſtianos ſævitia,

DIocletiano & Maximiano imperium adminiſtrantibus, atrox quoddam & truculentum bellum in Chriſtianos eruperat, impietatiſque procella per orbem univerſum graſſabatur, & ignorantiæ caligo hominum mentes tenebris involvebat, imperatoribus unicum ſibi ſcopum præfigentibus, omnem veri Dei cultum perdere & Chriſtianos funditus delere. Ad hæc vero multum operæ navatum fuit etiam ab iis, qui Principum juſſis obtemperabant. Plurima autem edicta, ſcripto exarata, per orbem univerſum vulgabantur, efficax & promptum ad exſeque-

Δ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν βασιλευόντων ἐπὶ τὸν χριστιανῶν ἀρχὴ, δεινός τις καὶ ἀπηνὴς πόλεμος ἐκεκίνητο, καὶ ἀσεβείας τὸ κῦμα πανταχόθεν ἐπήει, ἡ γνώμης ἀγνοίας τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐκυκλοῦτο διανοίας, σκοτεινὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀφεὶς βασιλεῖς, τὸ ἕνα σέβας ἅπαν ἀνελεῖν, καὶ χριστιανοὺς ἐκτρίψαι παντελῶς. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ παρὰ πάντα σπουδὴ καὶ παρ' ἀνδρῶν δυνατῶν τότε ἀρχουσι συνεστήκετο. Πολλὰ δ' καὶ διὰ γραφῆς ἀποσήμων διὰ, τάσσων ἑρείσι τὰ οἰκουμένην, ἀπηκριβοῦτο ἀναγινώσκειν ἡ φοίτοντα πρὸς τὰ ἀθροισμάτων τῆς ἀναρ-

Αἰσυμγίαν. Ἐν δὲ τῇ τοιούτων ἐγγράφου ἐπισκοπῇ, ἡ ὡ τῷ ὡς Ἀχιλλέως αἰτίας ἐκπεμφθεὶς ἦ, ἔλεγε δ' τοῖς γράμμασιν ἔχειν οὕτως· Βασιλεῖς μέγας αὐτοκράτωρ Διοκλητιανὸς, πάσι τοῖς ἀνὰ πᾶσ' ἥκουσι θεοῖς τοῖς εὐσεβέσι τοῖς οὖσι ἐυτυχῶς δοῦσι, χαίρειν. Προφάσεν ἔσεν ἄνωθεν τοῖς τῶν θῶν μεγίστοις θεοῖς ἐορτὰς τοῖς αὐτοῖς χρόνοις ἄγεσθαι. σπουδὴν τε ἐποιησάμεθα δέγμα, παρακελεύσασθαι πᾶσι σέβεσθαι ἐκείνους θεοὺς ἢ αὐτοὺς προσκύνειν· ἀκριβῶς εἰδέναι, ὅτι ἐκείνοις μὲ ἔσεν φρονεῖν βουλομένοις, εὐμενεῖς καὶ ἵλεως παρακλήσονται δικαίους· οἷς δὲ πάλιν ἐκείνοις κακοπαθεῖν γένεσθαι, μυρίων ἀγαθῶν ἀμοιβὰς διαπεμψόμενοι. ἡ ταῦ ὅλῳ αὐτῶν τῷ ζῆλῳ ἄν ἡ οἱ φίλοι αὐτοῖς, ἔρρωσο.

2 Τοιούτῳ ἐφικόμενοῦ ἐκδοθέντος, ἐξῆ Ἰταλίας ἐχώρει Διοκλητιανὸς πρὸς Αἴγυπτον. Ἐπαλὸν γὰρ αὐτῷ, ἢ μᾶλλον τι ἔ ὡ τυχὸν (ἐπὶ ἃ τῷ τῷ Ἀλεξάνδρειαν στὰ κινδύνου πάσις, Ἀχιλλέως τινὸς ὄντος, δυραννίδ ἐπιθυμίαν μελετῶντος) ἐπὶ ἢ ἡ φροντὶς ἦν ταχέως ἀγῶνα δῦναι ἢ περὶ ζωῆς ἀναγκαῖον. Μαξιμιανὸν μὲν ἐν τῷ ἐπίκαιρα ἦ Ἀλπείων ἴδιον παραπέμπειν ἔγνω. Πρὸς ἢ πάντας ἀγωνιζόντας δύο, Μαξιμιανὸν, ἔ ἐπίκλην Γαλέριον, ἢ Κωνσταντῖνον τὸ μεγάλο Κωνσταντίου παῖδα, ἐκ μὲν ἢ Κλαυδίᾳ θυγατρὶ ἐπιγεγονότε ὄν. Τούτους ὡ οἱ ἔ παῖ ἀνδρὶ ἔνοιαν αἰτιώτατοι ἀπέδωκε βασιλεῖ, ἐκ μὲ ἄχος ἴδῃ γυναικὸς, ἀποβαλὼν ἀναγκάζει· Κωνσταντῖνος ἢ Κωνσταντίῳ μὲν Θεοδώρᾳ ἔ τῷ Ἐρκουλίῳ Μαξιμιανῷ γαμετῇ θυγατρὶ, Μαξιμιανῷ ἢ τῷ Γαλερίῳ Βαλερίᾳ, ἐκ ἀνὴρ ἐτυγχανε παῖδ ὤν.

3 Καὶ ταῦτα δὲ αὐτῷ ἢ τρίτον διοικουμένῳ, Μαξιμιανὸν μὲν ἢ Γαλέριον ἐκπέμπει κῆ Περσῶν, αὐτὸς ἢ ὡς δυνάμεις συναγωγὸν, ἐξὸν ἐκ ἄχει σὺν ἐν Αἰγύπτῳ, ἅπαντ ἄρας, πρὸς Ἀχιλλέα ἐχώρει. Οὐ ἢ γὰρ ἂν καθάπαξ αὐτῷ ἐ τῷ Μιλτιάδῃ τρόπαιον, ἀλλὰ φοβῶ τῷ μὴ ἔ ἀρχῆς αὐτὸν ἐκπεσεῖν· ἦν δὲ ἔ περὶ τῷ Πηλούσιον ἐμμίξαι (ἐνθένδε γὰρ) αὐτὸν ἐπιόντα ἀντιχαράκωσε τροπαιοῦχον αὐτῷ Διοκλητιανὸν ἐέρασε καὶ συμπασῶν, ἐλείπει ἢ μὲν ἐν ἐκείνῳ προσβολῇ ἐδοκίδα· ἀλ' αὐτῷ τυραννίδ δι' αὐτὸν τι ἐκάστῳ, ἡ ἐκὶ περὶ αὐτὸ ἐξίτηλο. Τότε δὲ ὡ ἦν τὸν ἔ ὡ ἔ ἐκκλ ἐκπορεῖ, καὶ αὐτόκλητο ἑτέρα Διοκλητιανὸν, ἔ ἐφ' ὧτινι βαρύνετῳ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐφθα, ἔ πρὸ Ἀχιλλέα ταῦτα ἐκείνῳ τιμωρίᾳ.

4 Τάν γὰρ τάχυ αὐτῷ ἐρήμους, καὶ ἐφ' σωστίσεσιν ἐαυτὸν συχνὸν αὐτόκλητο. Τὰ ἐκπαμπὰ τε ἐφ' ἀναδημάτων ἀφέλετο, προσέλθε ἡ μάχε Βουσίριδι, ἔ ἀνάκλητ χάρᾳ κολάζον ἄνακτ. Οὐ μὲν ἀλλ' καὶ τοῦ βίβλου, ἴσως περὶ χυμείας ἀρχαῖα τε ἔ χρυσὸ τοῖς παλαιτέροις ἐφ' Αἰγυπτίων κῆ σκεδὸν ἐγκέφαλον, ἀάλαμο πυρὶ δοκὶ ἰδόντο, ἄρχαι Αἰγυπτίοι πολεμικὰ χαλκέως· ἐσ μὲ ἐκ ἔ ἔ ἄχους ἐλευθέρων χαλκοζομένοι, ἐχθίονες ἐκπορεῖν ἐναγέσθαι, εἶδοι, ὅτι πλέον γένος ἄθεοι (οἱ ἴσως τρυφῶντῳ ἀσχολὸν ἐκέρτομα) καὶ λογισμοὶ ἀφορ οὐδὲ ἔχοντες, ἀδ' μέτριοι, ἀλλ' κενὸν καὶ ἀλλοκότου ἐπιθυμίας πραγμάτων.

5 Πλὴν ὁ συνῆκεν ταῦτα δυνάμενῳ, τοῦτο δὲ ταπεινοῦν ὀλίγιστο ὄν, τῷ ἀνοήτῳ μὲ ἀλλὰ θεῶ, οὗ ἔργα χειρῶν ἐπιδήλως οἱ οὐρανοὶ, προσκυνῶν ἡ θεοὶ, ἔργα χειρῶν αὐθρώπων, ὑπὸ

da juſſa, ſubſidium requirentia: Unum itaque illorum edictorum exemplar, Æthiopolim a transmiſſum, ita habuit: Magnus imperator Dioeletianus, omnibus erga invictos deos bene affectis, ſalutem. Convenit omnes, omni ſtudio in maximorum deorum cultum incumbere, ædificare eorum templa & aras, feſtoſque dies & publica lætificia illis perficere. Innotuit enim nobis, aliquos eſſe, qui nova ſapiant, gentilique & a majoribus traditæ religioni contraria. Quocirca præſana decretum edimus, omnibus imperantes, ut deos venerentur, eiſque adhæreant, apprime gnaria, eos, qui ſic ſentire detrectaverint, ſupplicia atrocia & mortea violentaa manura; ſicut e contrario eos, qui morem geſſerint, beabunt innumerabilium bonorum præmia, & in omni vita illis proſpere atque ex animo erit,

D

EX MS. a

2 Tali itaque edito edicto, Diocletianus ex Italia in Ægyptum profectus eſt (neque enim res modica & fortuita ipſum evocabat, ſed eorta tum temporis Alexandriæ ſeditio, ubi quidam, nomine Achillea *b*, tyrannicum invaſionem meditabatur) quis vero illum præſens oppido coquebat cura, decretoria pugna tempeſtive dimicare maturavit. Maximianum autem ad gentes Tranſalpinas iturum novit. Cæſares inſuper duos conſtituit, Maximianum cognomento Galerium, & Conſtantium, Magni Conſtantini patrem, a Claudii filia oriundum *c*. Hos igitur volens benevolentiæ ſuæ reddere certiores, ad uxorum, quas jam habebant, repudium coegit; & Conſtantio quidem deſpondit Theodoram, Herculii Maximiani privignam; Maximiano autem Galerio Valeriam, cujus ipſe exiſtebat patet.

ex Italia in Ægyptum profectus.

b

E

c

3 His ita conſtitutis, Maximianum Galerium adverſus Perſas mittit; ipſe vero, collectis viribus, mox quanta potuit feſtinatione, in Ægyptum, ut dictum fuit, ad Achillem contendit. (*Neque enim ſomnum ei adimebat tam triumphus Miltiadis, quam metus, ne infeliciter regno excideret.) Quocum congreſſus fuit apud Peluſium (ibi enim veniebat obviam) rato, non æque expedito morte reſtiturum ſibi Diocletianum. Et vero ſecundo occurſu opus non fuit ad cladem; ſed eadem tam perſe ipſum, quam per ſuos victor tyrannidem delevit. At opus tantum & victoriæ ſplendor furore implevit Diocletianum, propter hæc inſenſiſſimum ſeſe Ægyptiis exhibentem, & ob pacta cum Achille conventa ipſos punientem.

adverſus Perſas mittit.

eorum Ægyptiorum fundos

F

4 Nam muros eorum diruit, & armis ſecum congreſſos, magno numero interemit: ſplendida donaria abſtulit, & ad Buſiridis utique immanitatem proceſſit, omnem puniens manum adverſam. Neque hic ſtetit ejus furor; ſed quotquot ab antiquioribus Ægyptiis de modo fundendi argentum & aurum, exſtabant libri, ſtudiose conſcripti, igne conſumpſit, premens Ægyptios opum penuria, ne hujus artis ſubſidio expeditiſſime rem faelentes, facile ad novitates redirent; gnarus, divitiarum progeniem eſſe injuriam (non ſecus ac equi eſt luxuriantis incompoſita ſaltatio) & cogitationes, nihil temperantiæ, nihil moderationis habentes, ſed inanium atque abſurdarum opum cupiditatem.

eorum Ægyptiorum ſpolia.

5 Verum ille, qui intelligere hæc poterat; id quod omnino rationi erat contrarium, nimirum contemnere verum Deum (cujus opera manuum manifeſte ſunt cæli) ac deos, opera manuum ho-

ſtatuit Antiochiæ

A mioum, adorare, neutiquam iogellexit, Rebus ergo
Ex Ms. io Ægypto ita compoſitis, venit Antiochiam, ſitam ad flovium Orontem, & nonnullis illic, negotia publica ſpectantibus, ex ſententia recte ordinatis, iterum in Daphnem egreſſus eſt, ibidem Apollinis idolo ſacrificaturus; ſimile enim, ut eſt in proverbio, ſimili gaudet, demens, inquam, demente.

Chriſtiana religione florentiſſimam.

6 Antiochiam vero totam jam pridem, errore depoſito, ad Chriſtum converſam, & quaſi novum fidei Chriſtianæ germen fundatam eſſe didicit. Primus quippe pietatis fructus Antiochia: prima illius incolæ Piſcatorum captura, eademque in civitate Chriſtus primum Deus nuncupatus eſt, & ipſius amplectentes fidem, Chriſtiani primum cognominati ſunt, quemadmodum divinus Lucas in Actibus narrat. Id cum Diocletianus auribus accepiſſet, tunc quidem inquiſitionem diſtulit, ſacrificio ipſum urgente, quod, ut diximus, Apollini litaturus erat. Simul ipſe, simul omnis exercitus feſtum agitabat diem, chiliombas *d* ſi offerens. Finito ſacrificio, rurſum rediit ad civitatem. Illuſtrem Antiochiam ingreſſum acclamationibus & tympanis cives excepere, non tam ex vera benevolentia, quam potius ex obſequii, tempori ſervientis, ſignificatione.

d

B

S. Martyris mater, nomine Theodoſia,

7 Erat per id tempus quædam mulier, nomine Theodoſia, e ſenatoria ſtirpe, principem in civitate locum tenens. Civitas vero, primum quidem Hieroſolymæ ac Sionis omen habuit: poſt captivitatem autem, quam ſubiit propter nefarium facinus in Chriſtum, Adriano tum geſtante imperatoria ſceptra, Ælia ab ipſo dicta eſt *e*. Ex hac civitate Theodoſia genus trahens, ſenatoria, ut dictum eſt, ſtirpe clarelcebat. Erat autem vidua, non viro tantum, ſed etiam Dei, quem ejus vir habuerat, cultu. Chriſtophorus enim (ſic namque vocabatur) Chriſtianus erat, & religionem habebat omini conſonam; aſt illa ſectabatur hactenus gentilium ſacra. Itaque Chriſtopborus iſte uxori ſuæ relinquit filium, omnine Neaniam, opum quidem & facultatum certe multarum, ſed ſuæ gloriæ & fidei minime beredem: nam & hic maternam impietatem ſectabatur, non tantum lacte ejus, ſed religione quoque imbibita; donec vocationem, Paulinæ ſimilem, e cælo accepit, & mutationem oſtendit. Sed iſta declarabit oratio paulo poſt.

e

filium ſibi Diocletiano;

8 Illum itaque mater multis cum opibus Antiochiam duxit ad Diocletianum, ut gloriam & baltcum ab ipſo conſequeretur. In primo itaque ingreſſu id rogabat. Atque is, percontatus primo, quænam ipſa eſſet, & hoc edoctus, & inſuper ejus religionis: quia in hac re non apparebat communicare nec omnino conjunx eſſe conjugi; ſed deos invocans, æque eiſdem afficiebatur, atque Imperator ipſe. Hæc ubi intellexiſſet Diocletianus, varie fuit affectus, & opes admiſit; promiſitque petitionem ad finem ſe perducturum: neque hoc tantum; ſed etiam ſuo conſpectu dignatus filium ejus, ſuaves & familiares ſermones habuit, competitque, quod vere, ut dicitur, filius eſſet matris: deinde, quod noo primoribus tantum digitis Græcas ſcientias delibaſſet; ſed quod apprime in iis eſſet verſatus.

C

a quo ſtruitur Deo Aleaſdria.

9 Id poſtquam Diocletianus reſcivit, magis erga Neaniam afficitur. Quin imo, obſervavit, qua ingenii maturitate, qua morum elegantia eſſet præditus; & quomodo in juvenili corpore ſenilis prudentia lateret. His diligenter, inſpectis & ſolerter quodammodo indagatis, Neaniam Alexandriæ ducem fidenter præfecit. Huc igitur illum mittens, mandat, ut quotquot inveniret, qui ſeipſos Chriſtianos dicerent,

δαιμόνιον. Ἀλλὰ μὲν ὅτι οὐ τὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ D
ἐπισκόπου, ἢ τοῦ Ἀντιόχου, ἢ τοῦ πρὸ Ὀρόντου
ποταμοῦ παραγίνεται, καὶ τίνι σὺν ἐκεῖ δαιμονίῳ,
οὐ δυσὶν δοῦν, ἀλλ' ἑβδόμοις, μᾶλλον ἴσως Δάφνῃ
ἔρχεται, φησὶ καὶ Ἀντίοχος βδέλυγμα φύσεως.
τὸ γὰρ ὅμοιον, ὡς ὁ λόγος, φησὶν ὁμοίῳ χαίρει, φησὶ
ἄνοντι, φησί, ὁ ἄνοντος.

6 Μαθὼν ἡ εἰς πᾶσα ἡ Ἀντιόχεια ἐκ τοῦ ἔθνους ἤδη τὸ
πλεῖστον ἀποβαλόντος, Χριστῷ συνοικίσαντος, καὶ τὸ ἀπ'
αὐτοῦ πίστεως γεγόνασιν ἐβρυόμενον. Πρῶτον γὰρ
Ἀντιόχεια καρπὸν ἀναβλύσασα, καὶ αὐτοῖς ἔθνη δόγμα
πρῶτον· ἐν γὰρ τῇ πόλει ταύτῃ θεὸν τὸν πρῶτον ἀνο-
μάσθη Χριστὸς, καὶ οἱ τὸν πιστεύσαντες ἀνῳ, Χριστιανοὶ
πρῶτοι προσηγορεύθησαν, ὕστερον καὶ Δουκὰς ὁ θεῖος
ἐν τοῖς Πράξεσι ἱστορεῖ. Τότε Διοκλητιανὸς εἰσέτι
λαβὼν, ὅτε μὲν ἀναβάλλεται τὸ ἐξέτασιν, εἰσέτασιν
μὲν ἐποιήσατο, ὡς ἔμοιγε, ὕστερ ἔθυεν, προσ-
ηγγέλη τῷ Ἀντίοχον, ἅμα πανηγύρεσιν ἑορτάζων
καὶ χιλόμβαις ἀνῳ διάμενον· ὡς ἡ πόλις ὑπεμάρτυρε
ὁ θυσίᾳ, πρὸς τῶν πολὺ ἄνδρα ἱστορῶ. Εἰσιόντα δ'
εἰσιόντα Ἀντιόχεων, φασὶν ἄνοντ' ἂν συμπάντων
οἱ δ' πόλεις ἀνεδέχοντο, ἔστερ ἐκ δίνοιας ἀληθοῦς
ὦ, ἀλλ' δορυφόροις μᾶλλον ἐπιδυκνῦσι ἢ προσκύνοις.

7 Γυνὴ δέ τις (ἦν) κατ' ἐκεῖνο φύσομα Θεοδο- E
σία, συγκλητικὴ μὲν ἡ πρωτίστου δοκοῦσ' ἐ πόλεως.
Ἥν δὲ πόλις Ἱεροσόλυμα μὲν τὸ πρῶτον ἡ Σιὼν ἐκα-
λεῖτο, ἐπὶ μέντοι ἅλωσιν, ὧν φθ' τῶν τὸν Χρι-
στὸν τόλμαν ὑπέσχ, Ἀδριανὸ ἡ τότε τῆ βασιλικῆς
σκήπτρων ἐπολεμεῖτο, Αἰλία ἀφ' ἑαυτῆ ἐκλεγόμενον.
Ἐκ ταύτης Θεοδοσία τὸ γένθ' ἕλκουσα, συγκλητικὴ
μὲν, ὕστερ εἶρται, ἐ περιβλεπτοτ' ὦ. Χηρεύουσα
ἡ οὐ κείρας μόνον, ἀλλ' ἡ ὡς ἐπ' ἐ ἄβρα θεοσε-
βείας· Χριστιανὴ μὲν γὰρ ἦν ὁ Χριστόφορ, ὅτω-
γὰρ ἐκαλεῖτο, ἡ τὸ σέβας ἴχνη ὑποδολάμενος τῷ
ὀνόματι, ἡ ἡ μὲ ἐθνῶν σέβασε μίχι σπέ. Οὗτος
δὲ ὁ Χριστόφορ ἦν τῷ γαμετῇ καταλείπει, τέκνον,
Νεανίαν, πλοῦτον μὲν ἡ χρημάτων ἴσως πολῶν, ἀλ-
ἰδίας ἡ δόξης ἡ σπουδῆς ἥκιστα κληρονόμον. Τῇ μη-
τρικῇ γὰρ καὶ ὅτοι σπουδῇ δυσεβείᾳ ἡ οὐ γα-
λακτος μόνον αὐτῷ, ἀλλὰ ἡ σεβάσματος ἅπαντ,
ἴσως ὁμίως Παύλῳ ἡ ὅτοι τῶν αὐτὸν κλῆσιν ἐδέ-
ξατο, ἡ ἡ μεταβολὴ ἐπεδείκατο. Δηλώσει ἡ καὶ
μοτ' ὀλίγον ὁ λόγος.

8 Τοῦτον οὖ μᾶλλ' ἐπὶ σὺν χρήμασι πολὺ
Διοκλητιανὸν ἄγει ἐπ' Ἀντιόχειαν, δόξ ἂν καὶ
ζοντο, ὡς παρ' ἐκείνῳ, τελέσοντο. Προσιὼν δὲ
τοιχαρῆ ἐδίδοτο· ἡ δὲ πρόσοπα, ὅπ' ἐπ' αὐθόμο- F
νοι, ἡ μᾶλλ', ἅπα ἡ ἐπεὶ ὦ δρασκιᾷ ἔστερ αὐ-
τοῦ κοινωνὸν οὐκ ἄρδα ἂν γαμετὴν αὐ' ἡ τῷ
παιδὶ συζυγοτ ὦ ἀλλ' ἴσοι ὦ ἑαυτῇ συζυγοῦσα καὶ
ἀμείβει αὐτῷ δὲ τοῦτον αὐθαιρεῖσθαι ἂν κρατοῦντ.
Ταῦτα ὅτοι μᾶλλ Διοκλητιανὸς, ἴσθι ὦ φθορίσ-
τοι· ἡ ὦ μὲν χρήματα πρόσκατο, ὅπ' πέρας
ἡ ἀγχοτὸ ἡ τῷ ἀρχαῖ ἐπαγγέλλοντο, ὁ μὲν,
ἀλλ' ἐ τῶν ὑπὸ φύσι ἐφελκμῶν ἀξιώσας ἰδίου,
υἱῶν τῷ κεκτολογκόμενοι καὶ μαθὼν, ἐφ πρὸς ἀ-
λεῖθειαν ὡς μητρὸς ὄντ, ἀλ, ὁ λόγος φησί, ὦ,
παιδίον, ἴσθι δ' ἐκ ἡ παιδίας ἐπλανῆς τοῦ
ἀληθῆ διδάσκοις, ἀλ' ὑπ' χάρι φύσι με-
ταστρέφ.

9 Τούτῳ Διοκλητιανὸς ἐπεὶ ἤγνω, ἐκ μᾶλλον
ἐφ Νεανίᾳ προσέσχεν. Οὐ τοῦτο ἡ μόνον, ἀλλ'
ἡ ὡς χρόνῳ ὦ τέκνων, καὶ τῶν ἐφ' ἑδοῦ διακο-
σμῶν, ὅπεσ ἴχοι κατοῦσαι, καὶ ὅπως τοιαῦ αὐ-
μαν φρόνημα κἀκρατον τοιοῦτ. τούτων ἐκάν-
ἐκεμβῆν κατασκοπούμενοῦ καὶ εἰρῶν ἐν ἐπιστολαῖς
σαι, ἡ Νεανίᾳ Ἀλεξανδρεῖ δοῦκα διαρῥῆν προ-
κηρύξεται· Ἐμόσε σπέυδε τάχιστα, φησὶν, ἀπει-
λοῦντι, ἴσως μὲ ζῶσι, Χριστιανοὺς ἅπαντ ἀναιρε-
ζῶν.

A ζοντας τῶν ἐπὶ ἴσοις αὐτοῖς παραχρῆμα λῆξαι, ἴσως εἰσὶ τίνες, οἳ φ δυμοσίᾳ αὐτὰ κατέδοσαν, ἐκείνοις ἢ χρ οἱ πᾶσιν ὑποβεβλῆσθαι ἀποροῦσι, εἰ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένουσι, ἵνα πρὸς τοῖς ἄσοις ἀφαιρεθῶσι καὶ ἡ ζωή. Οὕτω παραγγείλας ἐκείνῳ, ἓξ δὲ ἡμέρας ἐπιτρέψας, ἀριθμὸν χεῖρα κρ ἢ, πλείονας, ἀνωδυνότερον ἐξετασομένους, αὐφ παραχώρησιν ἀποτίθησι· ἐξιὼν τοίνυν ὁ Νεανίας, κεφαλὴ τινὸν, καὶ τῇ θείᾳ φάσει γραφὴν, ἓ βαρὺ κρ Χριστιανὸν πεῖσαι, ὃ μέγα Χριστιανοῖς ὠλίγῳ ὕστερον.

faculates eorum, quas poſſidebant, ſtatim attenuaret, & fiſco addiceret; & poſtquam ipſos ſubjeciſſet multis cruciatibus, ſi permanerent in eadem ſententia, præter facultates, vitam quoque auferret. Sic fatus, duabus cohortibus militum conceſſis, ſufficienti cum multitudine, contra illos, ut conveniebat, qui minus obtemperarent, ipſum dimittit. Exit ergo Neanias, movens caput, ut divinæ Scripturæ verbia utar; & grave aliquid contra Chriſtianos ſpirans; qui paulo poſt magnum Chriſtianorum decus erat futurus. D Ex Mſo. E

ANNOTATA.

a *Ita dicta* Hieroſolyma, *ab* Ælio Adriano *reſtaurata, poſt everſionem Titi, Ferravius ſcriptis* Æliam *apud nullum auctorum reperiri. At reperiri apud Euſebium, Dionem & alios, dictum jam pridem fuiſſe in annot. ad vitam S. Epyſſii Martyris die* 15. *Januarii pag.* 999.

b *A Baronio ſcribitur* Achilleas. *Seditio illa ponitur apud Labbeum anno* 287.

c *Parachroniſmos, ab auctore commiſſos, notavimus in Comm. prævio, num.* 18. *Hæc enim, de quibus hic ſermo, bellum Ægyptiacum & Perſicum, nec non creatio Cæſarum, geſta ſunt ante famoſam perſecutionem Dioclesianeam anni* 302. *aut* 303. *de qua videtur loqui Auctor in initio horum Actorum.*

d *Solennius ſacrificium*, χιλίων βῶν, millę boum, *ſeu totidem nummorum argenteorum, bovis figura inſignitorum.*

e *Conſule notam ſuperiorem litteræ* a.

B

CAPUT II.

Mirabilis Procopii converſio.

Ὡς ὁ τῶν πρὸς Ἀλεξάνδρειαν φέρουσαν ἀνέμου, ἐντεῦθεν ἐπόνει πολλῷ πλοΐσθαι. Ἐ πυρὸς ἰσθμὸν ἀλλὰ πολὺ διεχόμενος, συνέβαινε τε μόνη αὐτῆς εὐπορεῖν διώδου· καὶ δεινὸν ἦν τοὺς ἵππους δι' ὀλίγου κοπιᾶν γενέσθαι, τοιοῦτοι ἦσαν μάλλον, ἡ ὅταν ἐλάττοσι φ νέφ κεχρῆσθαι. Ἐπεὶ δ ἡ φ ἀπὸ Συρίας Ἀπάμειαν παραλάμβανε, πᾶσα μεθ' ἡ πόλις, ἅμα τῷ ἡμέρᾳ ὑπολαμπούσῃ, ἐπὶ τοῦτο αὐτὸν πρὸ τῶν ἄστεως, καθάπερ ἔθ κατὰ χαριζόμενοι ἓ τοῖς πρὶ ἀρχὴν ἐπιστραμμένοις. Ἐπὶ δὲ ὅσον ἐκείθεν ἐξελθόντ, ἓ δυοῖν ἐδέοντα τοῖν, ὁ σχοῖνος ὁ τρισκόσιοι τελίους, τρίτῃ μὲν ἔτι ἔδει ἀπὸ νυκτὸς ὥρᾳ, σφοδρῷ ἡ κλόνος ἰσχυρὸς γίγνεται, καὶ κεραυνὸς νἱ φοβερὸς ἐξάπτεται, ὥστε τε πᾶσι ἀνδρῶν ψυχὰς μάλιστ, ὃ ὁ κλόνθ τοῦ γῆν κατασείειν.

C 11 Φωνὴ τε ἄνωθεν ἐξηχεῖται, Νεανία, λέγουσα, τῇ τροπῇ; Καὶ τίνος ἡ ὁ ὁρμὴ φέρεται; Καὶ ὅς, γεώμενος ἂν ἐλεύθερος, ὡς οὐχὶ ταῦτα, ἔφασκεν χρ μάθ. Ὁ βασιλεύς, εἶπεν, ἐπειδή με Ἀλεξανδρείας χειροτονήσας, ἐπέλευσε τοῦ ἄστεως ἡγεῖσθαι. ἡ ὅ Γαλιλαίων, ὅσοι ἂν ὦμοι, Χριστιανοὶ ὀνομάζονται ἐκεῖνοι, ἡ φ Σταυρωθέντ τιθέασιν, πρῶτα μὲν τιμωρίαις ἀνηκέστοις κολάσαντα, ἔπειτα μν κτήσεσιν, μχρ ὑπὲρ ἀνατολὴν ἀνεστακέναι ἡ αἱ ζωή. Λέγει ὁ ἄνωθ, Τί δ, ὦ Νεανία, κατ' ἐμὲ λοιπὸν καὶ ἀνοικ ἔχει; Καὶ ὅς· Σὺ δ, ὦ Κύριε, τίς ποτ εἶ; οὐκ ἔχω ὑπονοῆσαι.

12 Οὕτως εἰπόντα σταυρὸς ἀνωθ παραχρῆμα κρυσταλλου ἀμιλλώμενος ἐπιδείκνυται, Φωνὴ τε ἐκ σταυροῦ ἀφῆκε· Ἐγώ εἰμι, λέγουσα, Ἰησοῦς ὁ ἐσταυρωμένος, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός. Πρὸς ταῦτα πάλιν ὁ Νεανίας· Καὶ εἰ ἦ ἀληθεύεις τοῦ Θεοῦ υἱὸς εἶ, τίνι χάριν ὑπὸ Ἰουδαίων ἀρχιερεῖς δεινῶν σε κατεκρίνουσι; τοῖς ἢ σοὶ ἀνοικ διέσχον ξύλῳ σε προσηλῶσαι, καὶ δεῖν προσέσθαι χολὴ μεμιγμένον; Καὶ ὁ φωνὴ ἀνδρὸς· Νεανία, ἐπεὶ μέλλεις καὶ αὐτὸς ἐκλογὴν ἔσεσθαι μου σαρκῶν, διὰ πάντων ἓ οἷ ἡ οἰκονομίαν ἡμῖν ἡ ἐμοὶ, ἵνα ἔχῃ, δεῖ σοι γνωσθῆναι. Γέγε-

Julii Tom. II.

VIam ingreſſus, quæ ducit Alexandriam, contigit, ut, quia locus admodum æſtuoſus eſſet, & planitiem præberet inſtar ignis; nec poſſent iter promovere; equique poſt modicum laboris fatigarentur, nocte iter facere conſtituerit, atque ita minore labore perfungi. Poſtquam itaque pervenit Apameam Syriæ; civitas tota, orto jam ſole, obvium ipſi proceſſit ante urbem, ſicut in more poſitum erat indulgere amicis, & prima imperii dignitate conſpicuis. Poſtquam inde erat digreſſus, & rurſum iter inſtituiſſet non plus quam triginta ſtadiorum; jamque tertia eſſet noctis hora, vehementi terræ motu & fragore exortis, perquam formidabile fulmen erupit, ac metus magis illorum animos, quam fragor terram concuſſit. *Mirabilis converſio*

11 Voxque e cælo emiſſa eſt, dicens: Quo pergis Neania? Contra quem tanto impetu concitaris? Ille autem libero exiſtens animo, & omnem rem, ſicut ſe habebat, exponens ſingillatim, Imperator, inquit, poſtquam me Alexandriæ ducem conſtituit, eo pergere juſſit, ut quoſcumque Galilæorum, aut eorum, qui Chriſtianos ſe nominant, & in Crucifixum credunt, invenire potuero, primum quidem atrociſſimis tormentis eruciem, deinde vero ut refractarios vita ſimul ac facultatibus privem. Iterum audivit: Quid vero, o Neania; & tu tandem contra me venis? Ille iterum: Et tu, domine, quis es? Conjicere enim hoc nequeo. *Neania ad Chriſtum:* F

12 Sic locuto crux illico apparuit, cryſtallo æmula, & vox e cruce inſonuit: Ego dicor Jeſus crucifixus, Dei filius. Ad quæ rurſum Neanias: Si vere filius Dei eras; cur Judæorum pontifices morte te condemnarunt? Quomodo ſuſtinuiſti, ligno te affigi, quomodo acetum tibi præberi felle mixtum? Et iterum vox: Neania, quia tu vas mihi futurus es electionis, ea quæ aſſumptæ carnis œconomiam ſpectant, cognita tibi fieri, omnino neceſſe eſt. Sic habeto igitur: *ejus ad apparitionem:*

A non alterius rei, quam humanæ salutis gratia, & ex mss. quidem mea sponte hæc sustinuisse me; & nisi ego ipse ita fuissem passus, non utique homines a malorum perpessione liberari potuissent.

animo ſpe victoriæ erigit.

13 Talia is, qui apparuerat, fatus, divino gaudio animum Neniæ explevit, & rursum cælos conscendit, dixitque: In hoc, quod tibi apparuit, signo *a*, hostium victor esto. Et vero mea pax semper erit tecum. Ille, ut dictum est, gaudio quidem, sed magis fiducia plenus, hoc ipso tempore simul cum militibus Scythopolim conscendit *b*. Deinde fusores auri & cælatores argenti, quotquot in urbe degebant, clam mox accitos, sic affatur: An potestis mihi vas fabricare, quod vobis commissero? Illi autem, tam occultam viri compellationem, a suspicione immunem non habuere: sed illustrem ejus splendorem reveriti, collatis inter se sermonibus, unum omnium præstantissimum, nomine Marcum, adduxerunt, dixeruntque: Ille, o domine, operam tibi navabit, omnia ex animi tui sententia effecturus.

B

Crate a Neniæ fabricari juſſa,

14 Aliis ergo dimissis, Marcum mox prehendit, & in cubiculum suum introducit. Dumque jam solus cum solo esset: Si feceris, inquit, quodcumque tibi jussero, magnam a me inibis gratiam, & mercede donaberis, quali ante hoc tempus pro labore tuo numquam. Id ubi ad se recepisset; auri & argenti materiem, quanta opus erat, ad laborandum suppeditabat, & postea crucis, quæ sibi apparuerat, figuram digito Neanias delineabat. At vero Marcum hanc conspicatum subitus invasit timor, dixitque: Non equidem id efficere potero; scio enim hoc esse genuinum signum Christianorum, & si Imperatori hoc innotescat, male ego perii. At Neanias jurejurando, quantum potuit, suam illi adstrinxit fidem, numquam se, illud revelando, alicujus auribus commissurum; sed cordis latebris quam diligentissime occulturum; inquiens, secretum & abstrusum omnibus futurum.

crux replis apparens imaginis.

15 Sic itaque Marcus, vix tandem persuasus, crucem ipsi efformat, includens armaturam contra tartarum, ea, quæ ad Verbum spectant, bene repræsentando. Quando autem ad operis finem erat perventurus, tres subito exsurgunt imagines, nominum scripturis per figuras distinctæ; erant autem scripturæ hebraica lingua exaratæ: C superne quidem in principio erat Emmanuel, in principiis autem utrimque, Michael pariter ac Gabriel. Quæ Marcus, impense conatus, expungere non potuit, manum ejus frustrante opera. Neanias Marci domum nocte ingressus, ut crucem jam absolutam acciperet, eam intuitus, mox adoravit: Ad hæc de imaginibus & scripturis, quæ apparuerant, interroganti, respondit alter: Domine, jam opere ad finem perducto, mox exortæ sunt hæ tres imagines. Nec promptum habeo nosse, cujus sint, & quid item nomina sibi velint.

Agnoscit

16 Neanias vero non jam prorsus imperitus aut ignarus earum rerum, quæ ad Deum spectant; sed divinam quamdam virtutem cruci inesse ratus, iterum venerabundus adoravit; & mox ea pretiosæ purpuræ involuta, Marco benigne numerata mercede, ferventiori spiritu animoque admodum hilari, viæ se dedit, unaque cum duabus legionibus ad suam civitatem pervenit. Tum temporis consuetudo quædam in urbe invaluit, perquam nefaria & au-

τείνω, εἰ ἀξιοῖ ἔσεσθαι τὸν ἐκ τῆς ἀθροίσεως ἕκαστον Ε
συστρατιώτην ὑπὲρ ἐμοῦ διαχείρισιν, καὶ οὐ μὲν ἄνευ ἕκαστον
κατανύξεως, ἐπὶ τῷ ἐμῷ πάθει σωθῆναι ἂν μᾶλλον τοσούτους.

13 Τοιαῦτα δὲ ὁ φανεὶς εἰπὼν, καὶ χαρᾶς ἔδωκε
τῷ Νεανίᾳ πλησθῆναι ψυχῆς, εἰς οὐρανοὺς αὖθις
ἀναβὰς, εἰ μὲν τούτῳ νίκησον τῷ σημείῳ τῶν ἐχθρῶν σου τὸν
ἔπαρχον ἔσεσθαι· ἐμὴ γὰρ εἰρήνη σοι πάντοτε ἔσται. Ὁ δὲ χαρᾶς, οὐκέτι ἁπλῶς, ἀλλὰ
μᾶλλον καὶ διπλοῦς ἐπληροῦτο, σὺν ὅπλοις αὐτοῖς ἐκ
μιᾶς τοῖς τριακοσίοις Διὸς Σκυθοπόλεως ἐπειγόμενος. Εἶτα
τοὺς μὲν λαμβάνων ὁ Νεανίας τὸ χρυσοχόον τε καὶ
ἀργυροτύπον, ἔσοι παρὰ τὴν πόλιν ἐβιοτεύοντο
ἅπαν, πάντας ἀθρόως μετακαλεσάμενος, Ἆρ' ὑμῖν,
ἔφη ἔνεστί μοι, ἐάν τι ὑμῖν σκεῦος ὑποβάλω,
ἐργάσασθαι σκεῦος; Οἱ δὲ μὲν ἐπὶ τοιούτῳ τῷ
αἰδοῖ τρόπου λαβόντες ἐλλόβιον ὑποψίαν ἐκ ἔχον·
πλὴν ἀλλὰ τὸ ἀνέβλητον αὐτοῦ ἐκ παρέργου ὑπο-
δείσαντες, ἵνατι κατελογισάμενοι πρὸς ἑαυτοὺς,
εἶτα ἐφορμήσαντα τὸ αὐτοῖς, ἵνατι Μάρκον,
παραγεγόνατε, Οὗτος, ἔφασαν. Κύριε, ἕτοιμός
ἐστι σοι παρίξειν χεῖρας, ἃ σοὶ χρὴ τὸ δοκεῖ
διοικήσεσθαι. F

14 Ἀφεὶς δὴ ἐκεῖνοι ἀπὸ τῆς Μάρκον ἀπόλαβε,
εἰς ὃ κατώτατα ἐαυτὸ ἀσφαλῶς, μόνῳ
τῷ σύστροφῷ μόνος. Εἰ ποιήσεις, φησὶ, ἔφη. ὅσον
ἂν ἐγὼ ἐπιτάξω σοι, ἔσῃ τε μεγαλομισθὸς ἐμοὶ
καὶ μισθῶν ἀπολαύσεις ἅμα παρ' ἐμοῦ ἅπαν ἔσον
πόνου σοι γένοιτο. Τὸ δὲ σωθῆναι, χρυσοῦ
τε καὶ ἀργύρου ὕλῃ, ἔσῃ ἅμα ἐμοὶ ἀποχρῶσα, εἰς
ἐργασίαν αὐτῷ παρεῖναι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ
ἐφάνησε αὐτὸ ταῦτα· ὁ Νεανίας μὲν τῷ διακεῖ-
σθαι ἐσήμαινε. Τὸν δὲ Μάρκον δέος τε εἰδέναι Διὸς
ἀσφῆ, Ε, ὦ νίκησι, ἐ δυνήσομαι ἐγὼ, ἔφη,
τούτῳ ἐπιχειρῆσαι. ἐπεὶ δὲ ἐπίστασθαι σαφῶς ἅμα ἐμὲ
τὰ σημεῖα ἀνυχῶς ἅπαν ὑπὸ Γαλιλαίων, ἐ ἂν δύ-
λοιτ ἔλαι τῷ βασιλεῖ γένοιτο, κακῶς ἐγὼ ἀπολοίμαι. Καὶ ὁ Νεανίας ἔφασκε, ἀνὰ Διὸς ἐ πίστεσθαι, εἰ αὐτὸν τε ἐᾷ, καταλήψεσθαι, εἰ ἐκ ἂν
ἅπαν αὐτὸ εἰδεῖ λόγον πρὸς ἄνθρωπον ἔλδοι· ἀλλὰ
καρδίας ἀνὰ μυχοὺς ἀρκτὰ καταφυλᾶ ἐ ἀτέρ-
πτον ἔχειν βίοτον, φαεὶ τῷ ἄδηλον τῷ παντὶ ἔσται.

15 Οὕτω γὰρ ὁ Μάρκος μόλις πεισθεὶς, ἐργαζόμενος αὐτῷ ἐ ταφρόν, ἐγκαταλήψεσθαι ἐ τὸ ἅπλον
κακὸν, τὸ τὸ λόγου ἐ περιβόλαιον. Ἐπεὶ δὲ τέλει
εἶναι ἔμελλε, ξένα τινὰ ἐκ αὐτῷ τρεῖς
εἰκόνες, γραφαὶς ὀνομάτων ὑποσημαίνουσαι τὰς μορφάς.
Αἱ δὲ γραφαὶ ἦσαν Ἑβραΐδι γλώττῃ ἐντύγχανον ὅσα.
Πρὸς μὲν τῇ ἀρχῇ ἄνω Ἐμμανουὴλ, ἐπὶ δὲ τῇ ἐκατέ-
ρωθεν ἄνωθεν ἀρχαὶ Μιχαὴλ τε ὁμοῦ καὶ Γαβριὴλ
ἔχουσι. Βουλόμενος δὲ ἐξαλεῖψαι τῷ Μάρκῳ ἀδύνα-
τα ἦν, ἀ χαρὰ ἐκεῖ ἀνῃρέκτο μενίσκει. Ἐπεὶ δὲ
τυχεῖν εἰς ἦ τὸ Μάρκου οἶκον ἐσῆλθε ὁ Νεανίας,
ἅτε ἦ ταφρὸν ἤδη εἰς πᾶσαν ἠργασμένον λαβών,
ἔνδον Διὸς προσκυνᾷ, πρὸς δὲ καὶ σοφὸς ἦ ἐπι-
φασκόμενος αὐτῷ εἰκόνα ἦ ἧς ἐπιγραφὴν ἔρετο.
Ὁ δὲ τάχιστα ἔφη· Κύριε, ἐν ἔργῳ ἤδη εἰ τὸν
ἐμὸν ἐμὸν, εἰ σφᾶς αὐτῶ μοι εἰκόνι Διὸς ἐξ-
αιτοῦμαι· ἐν ἔχω δ' εἰδέναι, τίνες ἄρα εἰσὶν,
ἔ ἔτεον ἔσεσθαι ταυτὰ τὰ ἐνόματα.

16 Ὁ μὲντοι Νεανίας ἐκέτι ἀμαθὲς ἦν, ἀ δ'
ἐσώτατα αὐτῷ τὸ θεῖα δι' ἦν, ἀλλ' ἐκφρίττ
τινα εἶναι δυνατὸν ἐν τῷ ταφρῷ ἠγασμένῳ,
ἔνδον τε αὖθ εἰδὼ προσκυνᾷ, καὶ τὸ ἐξῆς σκυ-
τίνῳ τινὶ σορρίῳ περιπλέξας, ἅμα καὶ ἔτος
μισθὸν φιλοτίμως τῷ Μάρκῳ ἀριθμησάμενος,
δευτεροπόρῳ τελεστικῷ δ' ψυχῇ ἄγων ἐδομένῳ,
ἐ εἶδ' ὅ τι νίκητο ἔ σὺν ἅμα τοῖς δυοῖν τιμήσοιν ἔ
πόλιν αὐτὸ καταλήψεσθαι. Ἐτύγχανε δέ τοι κατ'
ἐκεῖνο καιρὸ, τῇ πόλει συνήθως ἐνεκρατέσκε τὸ,

μι-

A μάλα μὲν ἀνιηρῶς, μᾶλλον δ' ὀργιζόμενος, ἢ τὸν βίαιον ἔρωτα. Τὰς γὰρ ἐπιτεθείσας ἀνδρῶν ἀγαμίαις Ἀγαρηνῶν παῖδας ἀνιώμενος, εἰς γυναῖκας σφῶν χρώμενος ἐλάμβανον. Τὸ δ' μιαρὸν τοῦ ἔθους καὶ ἄθεμιν ὑπέφαινεν, σπαραγμῶν τε σπλάγχνων ἀνιώμενος ἐρωτικῶν.

17 Ὡς δὲ οὖν συνηλθόντες ἦσαν, ἦσθα δ' ἡ Νεανὶς ἐντυγχάνει δὲ, ἢ ἁρπαγὴ ἦν τοιαύτη γενομένη, ἀδροίζονται πανδημεὶ πάντες, ἦσαν δ' οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες. Καὶ τῇ Νεανίδι κοινωσάμενοι, περὶ ἧς ἡ δέησις ἦν μάλα δεομένοις, εἰς ἅλεον ἢ συμφορὰν ἀνθρ' ἑνὸς, συμπαθοῦσι χρὴ ἢ ἐχθρὸν, μὴ δ' ὑπερίδηλα ἦσαν ὑπ' ἐκείνων αἰ κακοπάθειαι πάσχουσαι. Ὁ δ' ἡ (τίς γὰρ ἐκείνου πρὸς ἅλεον ἐτοιμότερος;) ξυρὸν εἰς ἀκόνην, ἢ λέγεται, ἡ δακὶς εἰς σῦρ, παίδευσι παρεχόμενα, ἔμπροσθεν ἀνάκα χαρὰ συλλαβοῦσα αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται· ἀνάκα γὰρ ἔξωθι ἐπαγόμενος ἅμα ἡ B ἢ σωρὸς, ἄνλον ἅμαχον, ἄνλοις ἡ ἀμφιβόλοις ἐχθροῖς ἡ ἀόρατος ἀπρίατος, ᾧ πεποιθὼς μᾶλλον ὁ Πολλὶς ἦν τῇ μαχαίρᾳ· καὶ ἅμα εἶπεν, ἴφθι, εἰ σὺ, ἀ ὀφθαὶς μοι, ἰὼ εἰ σὺ ζῶντος Θεοῦ, ἢ παρεχθέμα σαυτὴ ἔκυρσεν ὁρμήσας, Θάρσει λεγέτω, ἐγὼ γὰρ τίμις κἄμοι ὁ Θεὸς σὺ, ἢ ἐγὼ μεθ' σοῦ,

18 Τάυτα ἀκούσας, θάρσους τε ἅμα ὑπεπλήσθη, ἢ τοῖς ἐχθροῖς ἐπεπόθητο, λέοντα τῷ ῥώμῃ ἴσοιος. Ἐπαγόμενος μὲν ἢ ἔστιν στρατιώτας, οὓς ὁ μέτον αὐτοῖς ἐπῆγεν, Θαρσεῖτε, ἔφη γὰρ ἐχθροὶ ἀπόλλυμι, συμμαχοῦντος ἐμοὶ τοῦ Ἐσταυρωμένου. Οὕτως εἶπε, ἢ ὁ λόγος ἔργον ἦν· καὶ οἱ ἐχθροὶ ῥᾳδίως, ὡσεὶ χόρτος, ἐξεκόπτοντο, ἢ εἰς γῆν προῤῥίπτοντο· δισχίλιοί τε ἦ Ἀγαρηνῶν ἐκ ἑλάττους ἢ χιλιάδες ἦξ, οὐδὲ οὗτοι ἐκείνης ἐχ ὅτου ἀπελάλοιτο, ἀλλ' οὐδὲ πλαγὴν ἔσχον ἐν εἰλαφρότοι οὐδὲ μικρὰν, ἀλλὰ ἢ ἅδακρυν, ἢ λέγεται, πάλαμαι ἀκριβῶς ἀγανισαμένων. Τότε δὲ ὦ μεγάλα τροπαῖα ῥαμ ὦ θείᾳ σωρῷ ἐμφανέσατα γενομένῳ, εὐτέως ὁ Νεανὶς εἰς ἢ μητέρα τίμιτα, μίαν ὦ Ἐαγγέλιος. ᾧ ὑπάνω φιλοφρόνως ἐκείνῃ. καὶ περὶ ἢ συμπεσόντα ἔχοιτο δίωπα, μαθοῦσα ὁ χαρᾶς ὑπλησθ- C ῶ. Βραχὺ ὦ εἰ μέτρ, ἔ αὐτὸς ἦκα ὁ Νεανίας ἀμφὶς, ὁ ᾧ μητρὶ φίλτατος, ὃν ἡ περιλαβοῦσα ὡς ὀδύνα, ᾗ οἷα μάτηρ φιλοστόργως ἀσπαζόμενον, Τοῦ θεοῖς, ἔλεγε, αἴκτου, προσκύσι ὁμολογῶ χάριτας· τοιαῦ γὰ χρὴ ᾧ ἐχθρὸν ἐπεπτῶτα σου, ἐβιώλια ἀνθῇ.

19 Ὁ δ', Καλῶς μοὶ, ὦ μάτερ, ἔφη, αὐτὸς ἐφοίτις, παῖδὸς ὑπεραλγοῦσα ἔ κηδομένο. ἐγὼ δ' Δερμὰς ἀπέλυσα ὁ παρὰ τῷ Θεῷ βοηθόας Κρικέτου· Μὴ λέγε ἔτως, ὦ αἴκτιρ, φησὶ, μηδὶ Θεῷ ἰσὶ τὼν χάριτα ἀπομείμη, μή τῳ χαλεπάνωσι οἱ ἄλλοι, ἢ ἀδικῶσιν σ' κακῶς. Καὶ ὁ Νεανίας οὐ τερπνοῖσιν μυτοῖ ἢ Δίσβαιν, ἢ τῶν δὲ τῷ αἰσχύνεται, γνοὺς ὡν χάριτας ὑπερβάλλει φιλουσκῶν· τῷ γὰρ ἔ ἄλλα τῷ ἀνάλα τῷ ἄλλα δωρεαμένῳ ἀντιδῶναι πρέπετο. Ἐπιγνῶναι χρὴ, φησὶ, εἰς ἢ ἀλλαδίας ὁδὸς, ἢ παῖτιν ἀμείβοι πορεύεσθαι, εἰς ταῦ γε ἀσκὼν σε ἰσχυρὰ κατέχει, ταχέως ἀχνὰ ἢ ὀφθαλμῶν κατοχίσεται. Καὶ ἅμα εἰπὼν, φησὶ, δόξω.

20 Οὕτως ἦρ ταμαλαὼν ἢ μητέρα εἰς ἢ κοιτῶνα ἐσῆλ ἢ ἐκείνης, προσχὼν τε τοῖς εἰδώλοις, ἃ ἐκάθη ἅπερ ἦν ἐνδὶ ἐλατρεύετο, Τίμιν λέγει τοῖς θεοῖς, ἔφη. Τίς ἅμα ἐστὶ, ὃ εἰ τῷ πολέμῳ μοι βεβοηθηκώς; Οὕτως ὁ μεὶ ἔρρετε· Οἱ δ' ὦ ἐκυφῇ ἐκείνοι, ἢ λίθοι ἦσαν, ἐκπέφανται, ἔργῳ δ' μᾶλλον ἢ ἢ σεβασμίαν ἰδέαν ἐλιδεύθη. Ἐπίστρεφεν ὦ ἐνάκα πρὸς ἢ μητέρα, ὦ λεχθεὶ, Οἱ θεοί, ἔφη, ἀλλὰ ἀρὰ ὁ δίκαι-

dax, & ob violentiam minime tolerabilis. Nam virorum insignium filias Agareni invadentes, in uxores per violentiam assumebant. Id quod flagitiosum juxta ac luctuosum erat, paternaque viscera vehementer commovebat. D Ex mss.

17 Itaque simul atque venissent illuc, ubi Neanias quoque aderat, ut raptionem exercerent; omnes publice conveniunt, qui hanc incolebant civitatem, & cum Neania re communicata, obnixe eum rogant, ut calamitates eorum miseratus, contra hostes contenderet, neu despiceret gravissimis injuriis ab ipsis affectos. Sed ille (ecquis enim eo ad misericordiam promptior?) novacula ad cotem, quod dicitur, & citio ad ignem, statim obtemperat, & utraque manu eorum illico susceperum sese patrocinium pollicetur. Nec mora, egreditur una secum ferreos crucem, arma invicta, arma visibilibus simul atque invisibilibus hostibus impenetrabilia, in quibus plus ponebat fiduciæ, quam Peleus in suo gladio. Et vero, Videbo, inquit, si tu, qui apparuisti, filius Dei viventis es. Et statim audivit vocem e cælo dicentem: Macte animis: Ego enim sum Dominus Deus tuus, & ego tecum sum. violatos filias E

18 His auditis, animi plenus irruit in hostes, robore leoni similis. Et militibus, quos secum duxerat, unicum hoc dixit: Coosidite, perdemus hostes, dimicante nobiscum Crucifixo. Sic dixit, dictumque mox factum reddidis: nam hostes facile, quasi fœnum, deleti sunt, & solo prostrati. Nec pauciores ex Agarenis quam sex mille desiderati sunt, nemine prorsus eorum, qui a Neania stabana, vel levissima plaga vulnerato, nedum desiderato, sed bello illacrymabili, ut dicitur, ad unum usque omnes perfuncti sunt. Magno hoc divinæ crucis virtute luculentissime parto triumpho, sine mora Neanias fausto nuntio matrem impertit. Cui illa obviam processit lubens, & de jis, quæ acciderant, singillatim sicitata & edocta, gaudio repleta est. Post temporis pauxillum, adest & ipse Neanias matri carissimus; quem, quantum potuit, suavissime complexa, & tamquam mater tenerrimo affecta osculata; Diis, ait, fili, coovenit gratias agere: nam multum eos oravi, quando tu hostes invaderes. in manus rapiendum audaciam reprimit virtute Crucis

19 Tunc ille: Beoe, ait, factum, o mater, quod vices filii dolueris, meique curam gesseris. Ego sane præsenti Dei auxilio usus sum. Et illa, Ne, ait, ita loquere, fili, nec uni Deo id acceptum refer: ne alii, id ægre ferentes, male tibi faciant. Aft Neanias matri pietatis aditum aperuit. Et hoc novum est, quam quod maxime, filium contendere, ut, quas accepit a parentibus, gratias transcendat. Nam illi, quæ tantum dederat esse, bene esse rependere constituit. Cognoscere, inquit, necesse est, quænam sit via veritatis, eamque contento nisu decurrere; quam potens nunc te dolus teneat, craffam oculis offundens caliginem; atque hoc ipsum ostendam. F matri sua ostendens

20 Sic fatus, matrem prehendit, & cubiculum ejus ingressus est: atque ad idola, quæ aderant, & ab ipsa colebantur, cooversus; Votus, ait, deis dico: Ecquis vestrum in bello mihi opem tulit? His dictis obmutuerunt, officium mum facientes, ut qui lapides existerent. Imo vero cultum sibi impendere, dementiam esse maximam re potius ipsa exclamarunt. Mox ergo conversus ad matrem, dicit id, quod jam erat audiat; Dii, quam nihil

vere

A vere dicere nil poſſunt. Cui illa : Non utique : PAT. MSS. nam poſtquam deriſum advenisti, ſtultum ac ſupervacaneum duxerunt, reſponſum dare. Ille rursum : Quin accede tu ipſa, eis amica, nulloſque habebis qui vel verbo tibi reſpondeant. Nec mora, acceſſit illa cum pietate, quam non facile quis exposuerit : Obſecro vos, ait, dii cæleſtes, ſupreme Jupiter omnipotens, regina Juno, & tu dominator maris Neptune, & Sol fatidice, Pallas urbis præſes, & quotquot dii ſunt alii *c* ; Nonne vos eſtis, qui filio meo, ac veſtro famulo opem tuliſtis? *c*

poſſunt fideles.

21 Nec minus ea, quæ ſine voce fuerant, ſine voce manſerunt; atque ut potius cum divina Scriptura loquar : Non fuit vox, & non fuit auditio. Statim ergo Neanias, divinæ crucis arma manibus geſtans, chlamydem exuit, & pellem leoninam, zelum, inquam, Dei aſſumpſit. Eo indutus, matrem lædate repreſſit, magno impetu in idola inſiliit, & calcibus ea impetens vehementius, pavimento mox alliſit, deinde in fruſta comminuit : B & quoniam non pauca erant ex auro & argento, pauperibus diſtribuit, ſic utilia reddens, quæ omni prorſus uſu carebant. Tum matri dicit : Confidente me, auxilium a Crucifixo. Hæc autem diſpereant, & quæ mala ſunt, male perdita intereant.

τα. Κἀκεῖνο Οὐᾶλε, φησὶν, ἀπ' ἐναντίας δὲ εἰσιὼν D
λόγον προσῆλθε, φόβητρα ἐνέσειεν ἡμῖν παρεῖναι ἢ
ἀνύπαρκτον. Καὶ δὴ ἀπ' ἄντικρυς προσελθόντα ἡμῖν ἔφη
μέλα, ἅπερ ταυτὶ ἐστι πρὸς ἡμᾶς σοι ἀποκεκρυμμένα· κἀκεῖνο παραχρῆμα προσχέα μηδ' ὅλως
ἐκ τοῦ τις ἄντι ἐ ἀλλαξάμενος. Δέομαι ὑμῶν, ἀπὸ,
θεοὶ ὁμοῦ, Ζεῦ ὕπατε παντοκράτωρ, Ἥρα βασίλεια, καὶ σὺν ὁ Δελφικὸς Ἀπόλλων, καὶ μαντικὴ Ἥλιε καὶ σκολιὰ Παλλὰς, καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοί, ἐφ' ὑμῖν ἐστι ἐφεδρεύειν, οἵτινες τῷ ἐμῷ
μὲν υἱῷ, ὑμῶν δ' οἰκέτῃ βοηθοῦσιν;

25 Καὶ ταῦτα ἔφατο ἐμὲ τὸ μὲν ἔφατο, μᾶλλον δ', E
ὡ ἐ θεοὶ φαῖνε γραφὴ, καὶ οὐκ ἐμὲ φατὸ τοῦ οὐκ ἐμὲ
ἀκράατο. Παρασκέα τοίνυν ὁ Νεανίας τὰ χερσὶν
ἔχων ὡ ὦ θεὰ ταυρὶ ὕπλον, ἐκδύεται μὲν ἐ
χλαμύδα, ἐ δ' λεοντῶ ἔκα, ὁ ἐ τὸ Θεὸ ζῆλο ἔμ.
Τόντο ἐκάπτει εἶδύτ, ὁρμὰ μὲ διωδὲ ἐ μανῆρα,
ἐφάπτατο ὡ τοῖρὸς τοῖς εἴδώλοις, ἔ λαξ αὐτοῖς
ποιικάπτερ ἐμβαλὼν, ἀς ἴδιο ἐ ἄδὼ κατατῷ,
ἄπα καὶ ἀὶ λεπτὰ διεκὼν, καὶ τὸ ἄσαν ἐκ ὀλίγα, χρυ- F
σὸ καὶ ἀργυρῷ κατασκεύα, πλέοντ ὠφέλιμα, ἀφέλκομα ἅτα ὄφελο, ὡ πρὸς ἴδιό χρήσιμα. Τῇ
μητρὶ τε, θαρρύτο ἐμὲ ταυρὶ ὡ Ἐπαφρόδιτο,
φησὶν, ἐ βοήθεια. Τὰ δ' ὀλόμζητα, καὶὰ καλῶς
ἀπολόμενα.

ANNOTATA.

a *Quæ hic tractantur de Cruce, & citantur in Concilio Nicæno* 2. *tanguntur in Commentario prævio, num.* 15.

b *De itineribus Antiochia Apameam, & eadem ipſa nocte Scythopolim, egimus in Commentario prævio, num.* 59.

c *Nonne invocatio hæc ſapit quidquam theatrale? ut obſervavimus in Comm. prævio, num.* 17.

CAPUT III.

Procopii in fide conſtantia.

Theodoſia, ob fractos idola,

HÆc conſpicata mater, artus ſolvitur, perturbatione dejicitur, ira accenditur, in omnem formam mutatur, & ſpectaculo pene obrigeſcit. Deinde viæ longitudinem, naturæque vim, ac materna viſcera flocci faciens præ idolorum C cultu, Diocletianum accedit, dicens : O imperator; vah! filius meus in magnam dementiam inciderit oportet; credidit enim Crucifixo, & in noſtros deos invectus, quos in cubiculo habui, intrans confregit, ac deturbavit ſumma cum injuria & audacia; in fruſta omnes contrivit & in nihilum redegit.

filium accuſat apud Diocletianum;

23 Ille ex oculorum agitatione, ſpiritu ac loquela admodum perturbatis, magno æſtu intus viſcera ejus accendi intelligens; atque ſimul quidem dolorem ejus miſertus, ſimul deorum venerationem comprobans; Noli dolere, inquit, ea flagitia, quæ jam facta ſunt, Primo enim non eſt deſperata in poſterum filii tui reſipiſcentia, utcumque prorſus inſanabilis videri poſſit. Sed tu ex univerſo ſenatu delectum ini, & diſcerne; & quem videris conſpectu pulcrum, & animo tuo placentem, in filium elige, & quaſi genuinum filium habe poſthac. Neaniam vero, ſiquidem idem præſtiterit, non tibi tantum, ſed etiam nobis, atque ipſis adeo diis invilum, multis tormentis male periro ſine.

Τῶνδε ἐκάτερ δυσαμερὴ, παραχρῆμα τὸ μὲν
λύτα, κλόνῃ βάλετα, θυμὸ πλησθέτα,
παντοία γίνετα, μικρὰ ἢ ἀποφύγετα τῷ διάμετ· ὅτινα τοῖ ὄδὲ μᾶλλι, ἔ φύσις ἄμα ἢ σωλάγχνα δάϋα τὸ μητρικὰ δι' ἐλάττοτο ἐ πρὸ τὸ ἀ-
δαλα δομεῖν λατρείας, πρὸ Διοκλητιανὸν ἄπατι. F
Καὶ ὁ βασιλῆ, (ἴφη,) μεγάλῃ, φίλ, ὁ ἐμὸς τε-
κνίον μανίᾳ, πανύκλιν γὰρ τῷ Ἐσταυρωμένῳ ἢ
ἢ ἐμπέφυ κατέκειρέι δεῶν ἢ γὰρ ὦτ ἐν τῷ ἐμῷ
κοιτῶνι ἄχυε, κατέσπασεν αὐτὰδὼν, ἢ κατέῤῥαξε πλὴν ὑβριστικὸν ἢ θρασέως, ἢ ὠ λεπτὰ πάντα
διῆλε, ἢ τὸ μηδὲν εἶναι ἐπεποίηκε.

23 Φ' ὁ ἐκ τῶ ὀμάτο ἐ ἐφαλμῶν ἢ τὸ πλέο
φθογγαρέτο πνεύματός τε ἢ φθέγματο ἐ εἶνο
φθεγξομένῳ τοῖς σπλάγχνοις καταφέρεσθαι πυρὶ, ἢ ἄμα μὲν αἰσχύνην τὸ πάθος, ἄμα ὁ τῷ
ἐ δεισιδαιμονίας ἀποδεχόμενος, Ἀλγεῖ σοι ἔτω,
γαῖε, ἐ γαῖα, τῷ ἄδικα τὰ παρόντα, πρῶτα
μὲν γὰρ οὐ ἀπόλωτο τὸ λοιπὸν ἡ τὰ σὰ παῖδὸς
μεταμέλεια, ἔστιν ὁ κἂν ἀνύπαρκτον εἰρῆ τὸ παρόν. Ἀλλ' οὖν ἐξ' πάντα ἀκριβῶς ἐ συγκλύ-
ζο ἐ βάθεσιν ἄγνοα τῷ φιλοτέκνῳ, ὃν ἀν
ἴδοι καλὸν ἐ ἔρασιν ἢ μᾶλλον κῦ γενέμενόν σοι,
νὶ ὧν ὁλέ, ἐ οἱ παῖδὶ γνησίῳ τὸ μῦ σῶσι κέ-
κρικα.. Αὐδὼν ὁ, τί ἔστι ἔχαι ἐμφύτοι, ὁλα
δὲ καλὸν. ὀρθότατα ἡ πρὸς σε μόνον, ἀλλὰ ἢ πρὸς
ἡμᾶς γε ἢ ἅτα θεὸς, πολλὰ βασάνοις ἀνολίσθα
κακῶν ἔασε.

24 Κατ' ἐκεῖνο ὁ καιρὸ τῶ τὰς Παλαιστίνης
ἀρχὰς Οὐᾶλεν τὸ ἔνομα ἐπεδέξατο ἔθ. γένῳ
Γοτθὸς, φρόνημα σκυλικὸς, ἐ γνώμῃ ἀπαλοίσα-

ut

Α ...ώ ἡ Ε...χρήσατο, ...Ε σωτῆρα φαίη, ὑπο-
μενεῖ ἄξιον τῷ τοιούτῳ ἔργῳ. Τὴν γοῦν
Διοκλητιανὸς ὅτου· Τὰν πόλιν μὴ ἐπιτρέ-
μοτίμως λαβὼν, πρὸς Νεανίαν ἐπείχθη δῆλος, ὃ
ὁ Θεοδοσίου υἱός. ἀκηκόαμεν γὰρ παρ' ἡμῶν, ὡς
ἀνθρώπῳ τοιούτῳ πλάνης, ἀφ' ὑγιοῦς γε καὶ ἀλη-
θοῦς ἀμήχανον πονηθῆναι. Ὃν εἰ μὲν πείσαι τις
παμῶδυ διαβὰς ἢ συνεργασάμενος αὐτῷ θανάτου,
ἄνθρ τε καλὸς ἔσαι, καὶ σοι ἡ μισθὸς οὐ ἢ καὶ
ἔσται χάρις· εἰ δ' ἢ, ἀθηλησκῶν ὀφθῆς ἢ βλα-
βοῦσα, μὴδ' ἐκεῖν ἀνέχεσθε, ἀλλὰ ἢ ζωλώ-
σαντες βασάνοις ἀνοσιωτάταις παύσατε αὐτὸν
θ', ἢ τοιαῦτα τῷ χαλεπώτατα, ἵνα μὴν ἀν-
θρ ἀνίατ' ἀν ἀνοσίας, ἀλ' ἐν ἐσχάτοις ἀφιλοσο-
μεῖ καὶ τοῖς ἐμοῖσι πειρασθῇ.

25 Ἐπεὶ δὲ τῷ ἐπιστολῇ ταύτῃ Οὐλκίων ἡδέως
χάρας ἄλαρο ἔ αὐγένα, πεπλαβὼν δίδυε ὀφθ. ἔ
συγκλήτῳ, ἢ τοῦτο χρ' ὡ αὐ Διοκλητιανῷ πρόσ-
ταγμα, ἀς ἢ ὄλκιον τὶ Δυκὶς ἀφικνοῖτα, ἔ ἀσπα-
δοῦν, πρῶτα μὲν ἀσπασμὸν, ἔπειτα ὃ ἢ ἐπιστο-
λὰ αὐφ δίδοτο, τὸ σεμφανὶς τὸ αὐ ῥὸς δυσκολ-
μενῶ, ἢ ὀκνῶν αὐτὸ τόματῳ ἀντροσάμεν βρέ-
Β νιγκὺν ἀγγολίαν· Ὁ ὃ σύγκλη, ἔ ἀ ἰῶ ἐκὸ
βλάσφημα χρ Χριτῷ διαδὺν, ἢ' ἀληθέσαι, ὃν
ἰῶγχεσ ἰσυχῇ τὸ παῖδος, ἀλ' ὃ ἰῶ ἐκείνου ἄξιον
παῖδν, ἀνὴρ ἐπεία, φθρήξας ἢ ἀὶ πολὺ μᾶρ
ἀπεσταμὸν, ἄφαρ ἰδίδε, ἔγγρ σρόφρον ἐκαγ-
γέλας τὸ σρόσωπα, ἅπ ἐμὶ ἐκστὸν· Ἐγὼ Χρι-
στιανός εἰμι, ποίει ἅπερ τὸ κραιθέμενόν. Τοῦτο
Οὐλκίων ἢ ἀποστόμως τὸ ἐγχειρίματ, καὶ τὸ
δανὸν ἐπόλμων, καὶ πανάρρησιασμένον, ἢ ζόλου
πομπείαν, ἀλὰ φρονίματ μᾶλλον ἀλαζονείαν
ὑπολαβών· ἐμβλέψας ἐμφανακτικῶς τε τῷ Νεα-
νίᾳ, Βασιλικῷ δίκ, ἔφη, ἢ σῇ σῇ αἰδοῖ
μεμιξόμεθ, εἰ ὧδ ἔ ἀφαιρεῖσθαι, ἀπερῷ πλῆ-
23 ν. Ἀλὰ πειθοῦ ἐμοί τε καὶ τῷ συγκλήτῳ
τῷδε, φανῶ βασιλικῷ καλλίσματ ἄκον, καὶ
ἵν' ἔξεστιν ὁμονῆσαι δίκαια δίκαιον, ἀς ἂν ἔ δι-
καῖα αὖτα μόνον, ἢν πίστωσα, βασιλῆ δῆλον δέ-
μενοι, δίκ ἢ φοβούμεν ἀπαλλαγόμεν. ἐπεὶ τε
ἄλλ, ἐ ἀνάγκη πάντας ἢ ἄκοντας τὰ προστιμ-
μένα ποιῶν. Καὶ ὁ Νεανίας, Καλῶς ἐμὶ δύκ
ἐκλέλοιπε, ἴσθ, δύκν ἢ, ἀλ' ἐμ' αὐτὸν φ
Χριτῷ, ὃν ἐφιλοτίμησα ἐράσσα, ἔ ἐ δίδυκα
καὶ κολάσαι μᾶλλον· ἃ δὲ παῖ ἐμὸν ἐπιτιμί-
σατ, ἅπ δὲ πρόκαιρα ἰχύσαι ἢ ἀλγεδόνα·
ἰδοὺ ἐμ, πρόκαιρά σοι, ὅλως πραχαρῶ σαι,
ἢ ἄρας ἀμεριμνῶν ἔ σαυτὸν σθυμούμενον, κόλαζε
Οὐλκίων, μηδὲ ἡμῶν φροντίζων, μηδὲ σεμνυ-
νῶν τὸ βραχύτατον. Καὶ ὁ Δικαστὴς τὸ τὰ φρο-
νήματ δίγωδε καὶ ἀκαθίστου καὶ τὸ σφὸ βα-
σιλῆς σπουδῆς καὶ αὖθ' αὑτὸν ἰδιωτικὸν δυσκο-
πηδῆ· Μάλιστα, ἔφη, ἐγὼ καὶ ἢ σεμνύνω αὐτ ἐφ βασι-
λεῖ σπουδῇ, ἔ σφὸ αὐφ μᾶλλον σφὸν ἀξιώμεν.

27 Εἶτα ὁ Νεανίας ὑποπτήσας τὸ ὑφεμένα
τόνο ἔ διαπλακῶν τὸ Λήγοντος, μὴ καὶ τὸ
ἐδόκησε τὸ φ σφὸ τὸ κολάζειν ὁρμῆ, καὶ αὐτὸς
τὸ μὴ φῇ Χριτὸν σαθεῖν κινδύνοις, παρανίκα
λέγοις· ὑπὸ σαρμάτας ἔ σπαραγμοῖσι, ἐξοργί-
ζων αὐτ ἐρθρότ, ἢ τὸ' ὀργὴν ὠθοῦσιν ἐπὶ σφδρ.
Εἰσὶν σοι, λέγων, ἅπ τὸ Ἐσταυρωμένῳ δῆλός εἰ-
μι, ἔ αὐτῷ μόνῳ πιστεύω. Τότο σαφεστάτας εἶναι,
εἶπε καὶ ἢ ζωλῶ λύσαι ἐπαφῶν αὐτοῦ σαρα-
χρῆμα, χαλεστὰν ἐπιταθεῖ χρῆμα, χαλεπῶς
φοιτῶ ὁ Οὐλκίων καὶ τὸ συγκλήτῳ· ἅμα σωτε-
κτονικὸν καλέσαι αὐθεντῶν ἢ Λήγιον καὶ τὸν
ἐπὶ Καισαρείαν δίδυ ἀγωγὸν, εἶδν δὲ σφοι τὸ
οἰκοτομίας καὶ ἐπισκευάσοντες ἰῶ. Καισάρειαν
ὃ πάντα φαμὲ, ἰῶ καὶ Φιλίππου καλεῖ εἰώ-
θαμεν, ἔστι ὃ ἔ Στράτωνος μᾶλ πύργοι φ σρό-

& crudeliſſimus, atque, ut verbo abſolvam, di- D
gnus Diocletiano, qui id ei provinciæ commiſe- Ex ms.
rat, miniſter. Iſti ergo Diocletianus ſic ſcribit: qui Ulcio-
Præſtantioribus eorum aſſumptis, qui circumcir- nem, Paleſ-
ca civitates tenent, ad Neaniam Ducem conten- tinæ præ-
de, Theodoſiæ filium. Etenim ex ipſa accepimus, feſtum
eum in immedicabilem errorem incidiſſe, mortali
& e cruce ſuſpenſo credentem. Huic perſuadere ſi
poteris, ut recentem ſuam religionem abjuret: &
bene ipſi erit, & non modica inde te manebit gra-
tia; ſin pergere in malitia viſus fuerit, nec melio-
ris frugis ſpem faciat; nihil parce, ſed cingulo ex-
auctoratus, ſuppliciis ſubjiciatur, ita numero mul-
tis, ita gravitate horrendis, ut quamvis nullo me-
lioris frugi pretio iſta ſuſtinuerit, nihilo tamen mi-
nus profit aliis, ne in ſimilia incidant tormenta.

25 Ulcion, accepta hac epiſtola & lecta, ex datis litte-
Diocletiani præſcripto convocans mox ſenato- ris contra
res, in Ducis ædes devenit, & ingreſſus, ſalu- eum tem-
te quidem primum, dein epiſtola ipſum imper- pore.
tiit. (Nam ſeveriora nuntiare verbis cunctaba-
tur, Viri ſplendorem reveritus,) Quam poſt-
quam Neanias legiſſet, & quidquid in Chriſtum
evomebat blaſphemi, percurriſſet, ſuum mo-
rorem haud tacitus decoxit; ſed quod in eam E
fieri dignum erat, effectum reddidit. Nam
poſtquam illam dilaceraſſet, & in multa fru-
ſta ſciciſſet, ventis dedit, ipſa re potius, quam
dictis enuntians, quid ſentiret. Poſtea addidit:
Ego Chriſtianus ſum; imperata perfice. Tunc
Ulcion novum hoc & audax inceptum, animi
arrogantia, non abundantia zeli metiendum ra-
tus, & defixiore obtutu Neaniam pererans;
Hinc metu, inquit, Imperatoris, hinc tui ve-
neratione diſtractus, quid agam neſcio, conſilii
incertus.

26 Aſt mihi & huic concilio morem gere, ſed frofec-
& Imperatoris edicto obtempera; inſpectantis- tus?
bus nobis ſacrifica, ut vel hoc ſolum declaran-
tes Imperatori, te obediviſſe, timore & curis
eum liberemus. Sin minus, omnino neceſſe no-
bis eſt imperata exſequi vel invitis. Et Nea-
nias, Recte, ait, enimvero ſacrificare me juſ-
ſiſti: ſacrificabo ſane ac lubens, ſed ſacrifica-
bo me ipſum Chriſto, quem ſingulari amore F
dilexi. Neque pœnas extimeſco, a vobis ex-
cogitatas; quoniam tantum affligunt ad tem-
pus. Ecce præſto ſum, & permitto me tibi;
præterit tempus, & corpus corrumpitur. Pœ-
nas ſume, Ulcion; nihil nos reſpice, neu cu-
ra vel tantillum. At Judex promptum & im-
mobilem, & ad tormenta expeditum animum
miratus; Non ita, inquit: nam tu illuſtris es,
& Imperatori peramicus, & ſummis ab ipſo
honoribus affectus.

27 Dein Neanias, contemnens ſubmiſſum Neanias ipſi
hoc Præfecti obſequium, ac veritus, ne obſe- inſultans.
ſet cupiditati pœnarum, qua flagrabat, & ne pe-
riculum incurreret non patiendi propter Chriſtum,
mox verbis, libertate plenis, ad iram concitare
eum cœpit, animumque vehementer accendere.
Dixi tibi, ait, Crucifixi ſervum eſſe me; ei-
que ſoli me credere. Hæc confidenter locu-
tus, poſtea cingulum ſolvi ſuum ſtatim permi-
ſit, id quod ſatis erat, ad moleſtiam ei creandam.
Nec mora: bilem movit Ulcioni: qui
una cum concilio conſurgens, Sanctum com-
prehendi juſſit, & ſtatim Cæſaream deduci;
ibidem enim cuidam templo ædificando præ-
erat. Cæſaream vero hanc dicimus, quam &
Philippi vocitare ſolemus, & quam turris Stratonis

prius

A prius cognomentum habuit, Phœnices autem Paneada compellant, indita denominatione a vicino ei monte Paneo *b*.

Ex ms. *b* qui compos. hoc dicit pr Cæſaream Philippi deſcripſit,

28 Sed quoniam hujus in civitatis mentionem ſemel incidimus, animi ſoret inertia, prorſus elegantem, & ſilentio minime dignam, non pertexere narrationem. Mulierem enim ſanguinis profluvio laborantem, quam a Chriſto ſanitati priſtinæ redditam accepimus, hinc ducere originem, memoriæ proditum eſt. Genuino teſtimonio rem comprobant & domus ejus, in civitate exſtructa, & alia minime obſcura, a Domino, Deum ſe demonſtrante, in eam collata beneficentiæ argumenta. Ad fores domus mulieris imaginem ſuper altum lapidem ſtare fama eſt, ex ære factam, ſed incurvato genu, & protenſis antrorſum manibus, ſupplicantis ſpeciem referre. Ex adverſo autem illius, ſtatuam viri conſiſtere, ex eadem materia conflatam; figura recti, ſed diploide perquam eleganter amicti, ac manum benigne protendentis mulieri, ad quam ſe inclinat.

B

paniam mulieris Memorabile de effigies.

29 Cujus ante pedes nova quædam herbæ ſpecies erumpit ſolo, ad diploidis uſque fimbriam aſſurgens, atque ibidem ſubſiſtens, neque tendens ulterius. Morbus autem prorſus eſt nullus, nullum vulnus, quæ hanc herbam ſuperent; ſed illi cedunt omnia, & perfecte ſanantur. Jam autem hanc ſtatuam referre re ipſa Chriſtum, fatentur omnes, & ſalutiferam ejus imaginem ibidem ad vivum eſſe expreſſam *c*. Sed de his quidem ſatis, Nunc, quæ in eadem urbe Cæſarea exin geſta ſunt, proſequatur oratio.

τ ὁ

πρῶτον ἐκαλεῖτο. Φοίνικες δὲ Πανεάδα καταονομάζουσιν, ἀπὸ τοῦ γειτονεύοντος αὐτῇ ὄρους Πανίου τοῦτο ἐπωνύμως ὀνομάσαντες.

D

28 Ἀλλ' ἐπεὶ δὲ ἡ τοιαύτη ἔπεται τῷ μνήμην ἀδρομεῖν, οὐδὲν ἧττον ἂν εἴη τὸ διηγήσεως παρεδεῖν ἀστεῖον ἀπαίτητον, καὶ σιωπὴν ἐδάμιδι δίκαν. Τὴν γὰρ Αἱμορρόουσαν, ἣν ἐκθέντα παρὰ Χριστοῦ μεμαθήκαμεν, ὅθεν ὁρμᾶσθαι φασιν, μαρτύρεται ἀξιόπιστα, ἔστι οἶκος αὐτῇ ἐστὶ ἡ πόλιτος ἐδρυμένος, ἔ ἄλλα περιφανῆ σύμβολα ἐπ' αὐτῇ τῷ Δεσπότῃ δεικνύμενα. Πρὸς γὰρ τοῖς πύλαις αὐτῆς ἐν εἴκων γυναικὸς ἀνάνδρου λίθινον ἐφ' ὑψηλῆ ἑστῶσα κίονι, χαλκῆ μὲν ἐσθῆτι, ἐπὶ γόνυ δὲ κλινούσῃ, καὶ ἀπαμφίᾳ ἀπὸ τῶν ἱματίων τοῖς χερσὶ τῇ δεομένῃ ἐοικυίᾳ. Τύπος δὲ αὐτοῦ. ἀνδριὰς τοῖς ἐναντίοις, ἐ μετ' ἀνδρὸς ὕλης εἰργασμένος, ὡ σχῆμα δὲ ἐρθίου, διπλοΐδα δὲ ἐκείνου ἀναβεβλημένου μάλα κοσμίως, τὴν χεῖρα δὲ προτείνοντος φιλανθρώπως τῇ γυναικὶ ἐπικλινόμενος.

E

29 Οὗ παρὰ τοῖς ποσὶ ξένην βοτάνης εἶδος ἐκ τοῦδε φύεται, μέχρι γὰρ τοῦ κρηπιδίου ἡ διπλοΐδος ἀνίσχει, μέχρι δ' ἐκεῖ, μὴ προβαίνουσα ἐπιπολάζει. Ταύτης δὲ ἡ βοτάνης οὐδὲν νόσημα ἕλκος ἢ τέρμα κρίσιμον ἰάσασθαι, ἀλλὰ πάντα ὑπεῖκε ἐκείνῃ, ἔ κομιδῇ λείπεται. Τοῦτον ἄρα ἡ αἰδεσίμη ἡ Χριστὸν ἀνοίκημα εἶναι, πάντες ὁμολογοῦσι, καὶ τὴν αὐτοῦ φορεσθεῖσαν εἰκόνα πρὸς τὸ ὁμοιότατον ἀκριβῶς ἐξεικασμένην. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλις. Ἐχέσθω δὲ ὁ λόγος ἧπερ ἀνελύθη παρ' αὐτῇ ἡ Καισαρείᾳ,

ANNOTATA.

a *Apud Surium ſcribitur* Juſtus.

b *Utramque Cæſaream hic ab Auctore confuſam, monuimus in comm. prævio, num.* 18.

c *Ex parergo hoc hiſtorico minime ſequi, auctorem ſcripſiſſe ante imperium Juliani, habes in Commentario prævio, num.* 16.

CAPUT IV.

Tormentis cruciatus, a Chriſto & Angelis viſitur; baptizatur; multos ad Chriſtum convertit; ſternit idola ſigno crucis.

F

C Um itaque Ulcion ſederet pro tribunali, Sanctum advocat. Quem multitudo civitatis ennſpicata, & errore idnlorum temulenta, inconditis vocibus exclamarunt, ſive potius non tam ipſi, quam per eos impietatis parens ac magiſter. Eccum, inquiebant, qui ſacrificia deorum abolet, ipſos evertit, & palam Imperatores contemnit. Quibus auditis, Ulcion, occaſionem captans, & tempori, ſeu crudelitati ſuæ obſecundans potius, ſupi adinſtar in ovem inſiliit. Illico Sanctum ſuſpendi juſſit, & crudeliter radi. Quibus peractis, nonnulli ex præſentibus & adſtantibus, Martyris utique ætatem miſerti, ipſum flebant.

Sanctus Martyr

tormenta cruciatus.

31. Sed tua hæc, o maligne ſpiritus, fraus eſt; neque enim illis, Martyris hoſtibus, benevulentiæ ſignum ei exhibere, dulce erat; aſt quo facilius pugilem effeminares, molle aliquid ad corporis amorem ſpectans, certamini ſpectaculum produxiſti. Quos ubi generoſus pugil, & neque animi commiſeratione, neque tormentis vel tantillum inflexus, adſpexit, Patres, dixit, fratreſque, nolite flere ſuper me, ſed ſuper animarum veſtrarum exitio flete: veſter etenim ſtatus lacrymis dignior; meus vero hilaritate plenus. Ecquis enim neſcit, labores

Προκάθηται Οὐλκιάνου τοῦ βήματος, μεταπεμψάμενος τὸν Ἅγιον· ὃν οἱ πολῖται ἐ πόλεως διαπέμψει, ἔ ᾧ περὶ αὐτὸν ὕβριν πεποιημένοι, γηγενεστέροις ἐξέβαινον, ὡς αὐτοῖ ὁ μάκαρ, ἀλλ' ἢ δι' ἐκείνου ὁ ἐ κακίας πατὴρ καὶ διδάσκαλος. Οἷοί εἰσι, λέγοντες, ὁ τὰς μὲ θυσίας ἢ θεῶν ἀναιρῶν, ἐκείνους τε καθαίρων, καταφρονῶν ἢ βασιλέων. Ἐν ἀκόντι, καὶ Οὐλκιάνου, ἔ οἷα δὴ πρόφασιν ἐπορίσας, καὶ ἢ καιρὸν ἐ μάκαρ τῶν ἑαυτοῦ ἀγχόνῃ δουλεύειν, κἄπειτα τῷ πρέπον πεφυκόσι ἔ ἐχυρὰς ζέεσθαι. Οὐ γεγόμενον, ἅτοι ἢ παράνοιαν ἐλπίσας ἄκυρον ἢ ἀλιτείας ἢ Μάρτυρα, περιστάσεις αὐτὸ ἐκλιπεῖν.

32 Σόφισμα ἔ τοῦτο σὸν πονηρέ· ἐ γὰρ ἐκείνοις ἐχθροὺς ὄντας σύμβολόν τι φιλανδρώπιας ἐπιδείκνυσθαι ἔδει, ἀλ' ἵνα σὺ μᾶλλον ὑποδολώσῃς τὸν Ἀθλητὴν, ἔ μελακὸν τι βλέψας, ἔ φιλοσώματον πρὸς ἢ ἀγῶνα παρασκάσῃς. Οὓς διασείσας ὁ Γοργόνιος ἔ μέγα πεπνυχὼς, μετὰ βασιλικὸν ὄλως καμφθείς, Πατέρες ἔφη, ἢ ἀδελφοί, τὸ ἐπ' ἐμοὶ πλαίειν ἀφίσιν, ἐπὶ ᾧ σωτηρίᾳ μᾶλλον ἢ ὀμετέρων ψυχῶν πλαίσασιν· τοῦτο γὰρ ἄκυρον ἀλυσιτελὲς ἄξιον, οὐ πρὸ ἐμοῦ πλάρις ἐστὶν ἀφροσύνῃ· οἷος δὲ ἢ σωτήριος ψυχικὸς

Digitized by Google

A διωκόμενον αὐτὸν ἐφ' οἷς εἴρηκεν ἀνιᾶσθαι, παύσα γελάσουσι. Καὶ οἱ κοσμικοὶ, οἱ καὶ ἐπαινοῦντες προσκαίρου ἕνεκα τοῦ βίου, πάντων ἐπὶ τῷ ἀγαθίσασθαι χαίρουσιν.

32 Τότε ἐπὶ τὸν ἀνεῖδεν Ἐλισαὶε ὁ τοῦ θεοῦ προφήτης, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπῆρεν, ἐπὶ τὰ ὄρη ἀπέβλεπε τὴν βοήθειαν. Ὦ Θεὸς ἡμῶν, ὁ βοηθὸς ἐν θλίψεσι, σὺν μοὶ συλλαβοῦ, σὺν μοὶ ἰσχυρὸν τὸν βραχίονα σου, ἵνα μοὶ θραύσω τὰς ἀνοήτους τῶν ἐχθρῶν γνώμας, καὶ τὴν ἀπόρρητον τοῦ κάλλους σου μεγαλοπρέπειαν. Ὦ τῶν ξύλων μοὶ ἀπηρτημένων, καὶ σαρκῶν ὁ μὲν μάτην ἐν αὐτοῖς ἐκκείμενος ὄγκος, ἀφανὴς δὲ ἡ τῶν ὀστέων ἁρμονία, σαθρὰ δὲ ἡ τῶν νεύρων διάπλασις μηκέτι συνέχουσα, ἐν ἐσχάτῃ δὲ γυμνὰ τὰ σώματα. Καὶ γὰρ ὀπίσω ἐκκεκέντητο λίθοι τὰ ἐρχόντα πρὸς τὴν πολλῶν ἀπωδυρτίαν. Ἐ δὲ τῷ Μάρτυρι, πρὸς τὸ γενναῖον ῥῶμα, ἀμέτρως μᾶλλον ἐπεκτείνετο συνιχνούμενος· Ἐ μᾶλλον ἔδει Ἐ τὸ φιλόπονον τοῦτο, ἐπεὶ πρὸς γὰρ ἑσπέραν ἦν Ἐ εἰς τὴν φυλακὴν ἐπήγετο.

B 33 Ὁ μέντοι δεσμοφύλαξ Τερέντιος (οὕτω γὰρ αὐτῷ ὄνομα) σαμῶδες ἐν τῇ Ἀγίᾳ, Ἐ πολὺν ἀγαθὸν αὐτῷ ἐθεσπεσίους, εἰς τὴν ἡσυχίαν μοὶ αὐτὸ φυλακὴν ὑγιᾶ δὴ τὸ ἄρχοντος, χωρεῖ ὁ μελαγχὴς ἐσωτερικὸς σιδήρου τε ἐπιδὰς, ἔτω ὁ Ἄγιον ὠδήκεν. Ἡ δὲ ὁ περὶ μίαιας πίκτας εἶναι μοὶ ἐθεσε τὸ ἐν τῷ τοῦ μέρη. Αὐτὸς ὁ ὁ Κύριος ἐμοὶ φανεῖς κάτωθι παῖς ἀγγέλοις ἐπισκέψασθαι Ἐ παρακαλέσαι ὁ ἀδελφοί. Καὶ τοῦ γὰρ ἐν ἐκείνῃ παιδίον αὐτὸ, ἔτως ὑπὲρ αὐτὸ πεφυκότως· Ἐνδὺς τὸ αὐτομάτου μοὶ ὁ φυλακὴ διακαίρετο, τὸ φιλεῖσθαι ὁ ἐν σωκαιδίοις αὐτοῦ τα, ἵνα ὁ ἐσωτέρω φυλακὴν ἀφικόμενος, ἴδου δὲ ἐν ὁ Μάρτυς ἐκλύεται, πρὸς ὕπνον καλεῖται αὐτὸ τὸ προσχήμα παῤῥησιαζόμενοι ἄγγελοι. Νεανία, λέγουσι, ἀνάβλεψον. Καὶ ἐκ ἀνέβλεψε τε, ἐν ὅδε, Καὶ τί παρεῖναι, φησὶ ἐκεῖ, χρῆναι ἔφατο. Οἱ ὁ, Ἄγγελοι Θεοῦ, ἡμεῖς, φασὶ, ἀπεσταλμένοι πρὸς σε.

34 Καὶ ὁ Νεανίας, βουλόμενος φορτικὸν φυτεῦσαι ἐν τῇ Χριστῷ, ἀφεὶς, ἐκ, καὶ ἡμεῖς γε, φησὶν, οὐκ ἀπέστε ἐ ἐκ ἐκείνου ἐπεσπασάμεθα· κἀκεῖνοι ἔτως ἐπείσθησαν· Τὸ δ' ἐν ἐπιβουλῇ ἦμεν, ἵνα, ὁ πρὸς Χριστὸν ἡμᾶς ἀπεκαλέσθε ἐ Ο' ὁ ἀσεβὴς ἐπλησθέμενοι ῥίζαν ἔφυσε νέαν βασάνων ἐν μυρίαις ἴσως ἐν Χριστῷ πρίσθαι. (Πρὸς) φῶς τρέχει, ἔφη, παῖδες ἐ Κύριοι πρὸς καιρὸν φλόγα ἐβαπτίσασθε (πῶς ὁ οὐκ ἐν πυρὶ ἐν ἐκείνου ἐκάμη ἐ Ἀγίᾳ, ἐς ἐ πυρὶ αὐτὸ τὸ καλλίστου ἐκάτης τῆς ἐδίας ἀναστροφῆς ἤξιε) Ἐ ἄγγελον ὑμῖν ἔπεμψάμεν, ἐ φλόγα λύσοντ' ὑμοὶ ὁ τοιοῦτος ἄρχοντα, ἐ ὑμᾶς πείσοντ' ἂν ἀναγκάσαι, ἕως ἐ δὲ ἐγγίλων ἄξιος ἐδὲν παρελεύσεσθε; Καὶ τοῦτον μοὶ ὁ Μάρτυς. Χριστὸς ὁ ἐν ἄρα, ἐ οὐ πολὺ οὗτο ἐ μετεσχηκότες αὐτῷ οἵδε, δοκῶ ἔλλας γεγάμενοι τῷ γενναίῳ μοριῷ ἐμοὶ ὁ πάθους τῷ, ἐκ ἐν κρίσει οὐδὲ ἀκκαίσεσθε, ἀν ἔδεν ῥαιδίως ἐνῆ ὁ ἐλλιμενεῖν, ἀσεβεῖ λέγων.

35 Οὐκ ἐν τὸ Νεανίᾳ, ἀλλὰ Προκοπίου ἔχε ὀνομάτων καλέμενος· Γ' ἰσχυε τοιαῦτα καὶ ἀθρόζε, φοβεῖσθαι γὰρ παιδεῖαι, καὶ τῷ τοῦ ἐμῦ πατρὸς ποίμνιον. Τὸν ὁ τρόμον τε ἐλαφρὸν ἐν γόνυ κλιδεῖς, δέοντος ἐλαυνε, ἱκετεύω σε ἀπαύστοις φοιβήτοις κεκλιμένος μὲ οἱ ἀσθενεῖς ὁ ψυχῆς· δίδοσε γὰρ, μέγιστε βασιλεῦ, τῷ ἐμῷ μοριῷ ἐμοὶ ὁ ἀνδρεῖον, ἐκ ἐν κρίσει οὐδὲ ἀκκαίσεσθε, ἀν ἔδεν ῥαιδίως ἐνῆ ὁ ἐλλιμενεῖν, ἀσεβεῖ λέγων.

seminanti dulcis esse propter spem fructuum? Et D
sane ipsa tormenta, quæ jam multi obeuntur, ἐκ τῶν
& mole sua tenuiora ad tempus, æmulationem
æternam operabuntur.

32 Hæc Elisæus, respexit ad eum, qui potest salvare; & levavit oculos suos in montes, unde venturum sperabat auxilium. O Deus, ait, o rebus in afflictis adjutor! tu brachio tuo me confirma, ut malignæ hostis jacula confringam, ad gloriam nominis tui, & ineffabilis magnitudinis. Jamque frusta erant tormenta, & carnes, ut inane quid ac superfluum, in terram defluebant: totæ pene membrorum compagi dissolutæ, nudi ossa sine carne apparebant. Enimvero rancior nunc, utpote attonita, præsidis immanitas ad puniendum, animusque Martyris ad generose tolerandum erectior erat. Et quoniam maxime serviebant tempori, vesper enim erat, ad custodiam reducebatur.

ad Deum confugit;

33 Erat carceris custodi Terentio (id enim viro nomen) magna cum Sancto consuetudo; bona quoque plurima, ab eo accepta, memoria tenebat, nihilo tamen secius, metu Præsidis, in carcerem interiorem eum abdidit, multi fœno pavimentum insternens, & lintheum imponens. Atque ita E
Sanctum excepit. Jamque intempesta nocte magnum Deus in civitate rerum concinavit, & ipse Dominus cum terrore, comitatus angelis, visurus & consolaturus Athletam venit. Et vere qui despicere poterat eum, tam dura sui ergo passum? Statim namque ipsorum carceris fores aperiuntur, & captivorum compedes laxantur: postea interiorem carcerem ingressi, in quo conclusus erat Martyr, nomine eum ipsum compellant humanam speciem induti angeli, decumbque: Neania, oculos attolle. Is oculos sustulit, & vidit. Dein placide rogavit: Quinam vos, qui adestis? illi autem: Angeli Dei, inquiunt, nos missi sumus ad te.

lætitiæ ergo in angelis,

34 Tum Neanias, probare nos volens; Sic, ait, Christi estis, nunc illi genua inclinate, ac crucis figuram in vultibus vestris expinxite. Obtemperarunt illis, & addiderunt: Unde dubitas, an a Christo missi simus? Is veluti omnium, quæ paulo ante sustinuerat, tormentorum oblitus (forsitan quod majora propter Christum subiturus esset) Ad tres, inquit, pueros, eum camino flammis decertantes (ista quippe inter F
pios audire Sanctum par erat, quem merito in qui eum vocabat, sua visitatione dignabatur) Dominus angelum misit soriferum, qui flammam extingueret. A me autem quid factum est hujusmodi? Qualive cum igne conflictatus sum, ut angelica consolatione dignus videar? Hæc Martyr. Et vere hanc magnam animi modestiam imitabat ei Christus, qui etiam humana in specie generoso Martyri manifestus apparuit, lucemque emisit quam clarissimam, & aqua eum conspergens & tangens, hisce eruxit dictis.

quasi præsentia se indignum duxit;

35 Non tu amplius Neanias, sed Procopii nomine compellaberis (tu tantum poscere fac forti & masculo sis) proficiens a quippe proficies, ac Patris mei gregem augebis. Ast illum invasit tremor, flexoque poplite; Supplico, inquit, Domine incomparabili benignitati tuæ, ut imbecillitatem animæ meæ consolides. Vereor enim, ne tormentorum approximatione territus, periculum adeam, urgente confessione mea in te fide. Ad hæc Christus: Noli timere Dominum prædicare; Ego enim tecum sum. Sic fatus, fiducia pariter ac gaudio animum ejus explevit, cælumque e vestigio conscendit.

a Christo, ex Neania vocatur Procopius;

A 36 Ad corpus quod attinet; eam illud divinæ apparitionis fructu caruit: ſed purum omnino totum, totum intactum, nullis plagarum, quibus notatum fuerat, reliquiis conſervabat. Plagarum dixi? Imo vero nulla laboris memoria, aut deſidiæ indicium Sancto incumbebat. Verum animo quidem erat erectiſſimo; corpore autem valentiſſimo ac maxime vegeto. Nam in Deo ſperavit, & adjutus eſt, refloruit caro ejus, ut divini Davidis verbis utar, & mutationem accepit dexteræ Altiſſimi. Hæc vero impiorum auribus erant incredibilia, & captum omnem ſuperabant. Magna enim res eſt pietas, magnoque animos requirit. Iſti autem erant abjecti, rebuſque terrenis prorſus affixi, ſerpebant humi, id quod demonſtratura eſt oratio.

Ex MS. de corpore ſanctoris.

Vultus tenditur.

37 Die poſtero militem miſit Ulcion, ſciſcitaturum, ſi Neanias jam mortuus eſſet. Cui cuſtos carceris Terentius, quidquid evenerat in carcere, expoſuit. Quibus auditis, deſiderio flagravit contemplandi Sanctum vel in ipſa cuſtodia, & accedens compellavit; atque ille exaudiit. Hic autem cæco erat ſimilis, ſuamque cæcitatem mox confitebatur, dicens: Non poſſum te intueri. Cui divinus Procopius: Quicumque recedit a luce, ac ſervit dæmonibus, eſt in tenebris, & neſcit, quo vadat. Hæc Ulcioni renuntiat miles, eliiſque pluribus, Qui confeſtim arceſſit Sanctum.

B

Splendori.

38 Is ad Præſidem ductus, ſolis inſtar radiante vultu, totum corpus puriſſimum ſimul & vulneri nulli obnoxium habuit, uti jam dictum eſt. Illa res non paucis ſpectantium ſtuporem incuſſit, & quaſi aliquam divini cultus lucem emittens, una cum militibus occulta vi exclamare compulit: O Deus Sancti hujus, ſer nobis opem. Atque ita quidem illi. Sed non ſic impius Ulcion, non ſic. Ejus animus nulla bonarum cogitationum lineamenta, nihilque cum eis commune admittebat: neque tantum quidquam ille intelligebat, ſed eos etiam, qui intelligerent vel tantillum, pervertere ſatagebat. Tandem ſolio aſſurgens, & dexteram turbæ protendens; Fratres, inquit, magnum aliquid conſpicantibus vobis mirari ſubiit, quod dii, cum nefario hoc indulgentius agentes, quas ob dementiam ſuſtinuit plagas ſanarint, & inopinato redintegrarint.

C

Deorum fa vitatem,

39 Ad quem Sanctus: Quod redintegratus ſim, res ipſa teſtatur. Sed cui deorum redintegrationem meam acceptam referre debeam, neſcio. Sed adeundum nobis templum eſt. Videbimus ecquis ood, benignioribus oculis intuens, tam mirabiliter reformarit. Hiſce auditis, ſubito Præſes implori gaudio (ignorantia enim facile credula eſt, tum maxime, cum voluntas non parum credulitatem promovet) omnino ſperans, fore ut Neanias reſipiſceret. Hoc autem nihilo minoris erat moliminis, quam ſolem convertere in tenebras. Forum itaque, qua a Prætorio ad templum itur, adornari jubet, linteo ſubſterni pavimentum, præcones ſcandere muros, & elata voce clamare, Neaniam, Theodoſiæ mulieris ſenatoriæ filium, palam reſipiſcere, Chriſtianam religionem odiſſe, jamque ſubire templum, immortalibus diis ſacrificaturum.

permiſſa confeſſione,

40 Ea per urbem fama didita, certatim omnes eo confluxere. Sanctus, petita facultate, ut ſoli ſibi pateret ingreſſus, hæc ſubjecit: Non parva deos injuria affeci: oportet, ut remotis aliis introeam, ut ſic magis obnixe

36 Οὐδὲ οὗ τὸ σῶμα τοῦτο ἄμοιρα ἦν θείας ἐπιφανείας καρπῶν· ἀλλὰ καθαρὸν ἦν καὶ ἄνευ ῥυπαρίας πάσης, ὅλον ὅλως, ἀκέραιον, ἄθικτον πληγῶν· πληγὰς λέγω, εἴ τινα ἦν τὰ ὑπομνήματα τῶν ἐν αὐτῷ δεδομένων εἰσπάντων τῷ Ἁγίῳ, ἀλλ' ὅλως ἀψυχὲς μὲν ἀνυπόστατον, σῶμα δὲ ὑγιαῖνον καὶ ἀκμαιότατον. ἐπὶ Θεῷ γὰρ ἔλπισεν, καὶ ἐβοηθήθη, καὶ ἐθαλλε πάλιν ἡ σὰρξ αὐτοῦ, κατὰ τὰ λόγια Δαβὶδ, καὶ ἡ τοῦ Ὑψίστου δεξιὰ ἠλλοιώθη· ταῦτα ἦν ἀπίστοις ἀκοαῖς ἀχώνευτα καὶ καταπόντια. μέγα γὰρ ἡ εὐσέβεια, καὶ μεγάλων δεομένη ψυχῶν. Οἱ δὲ ταπεινοὶ καὶ μικρόφρονες, καὶ τοῖς διεστῶσι τὰ παράπαν χαμαιπετεῖς· καὶ τοῦτο δηλοῦσιν ὁ λόγος ἐρχόμενος.

D

37 Τῇ δὲ ἐπιούσῃ, ἵνα δὴ καὶ ἡ πεῖρα τοῦ Ὀλκίωνος ἐκπύστου γένοιτο, ὁ πέμπτος ἦν Νεανίας. Τούτῳ ὁ Τερέντιος, ὁ δεσμοφύλαξ, πᾶσαν ἔφη εἰ φυλακὴ πάρασιν, ὅσα ποτὲ ἐν αὐτῇ γέγονε διαπραξάμενος ἀρχῇ, ἐ προσιδὼν ἔκπλην, καὶ αὐτὸς ὑπέστενεν. Ὁ δὲ οἷόπερ τυφλῷ καὶ ἐ πάρεστιν αὐτῷ διακρίνειν, Οὐ μοι δύναμαι, λέγων, διόπερδαί σε. Πρὸς δὲ ὁ ἁγὸς Προκόπιος· Πᾶς ὁ τῷ φωτὶ ἀντιπὰς ἐ φθάνων δάμονας, εἰ σκότει τῷ ἐστι, καὶ ἴσως δὲ πορεύεται ἀγνοεῖ. Ἀναγγέλλει οὖν Ὀλκίωνι ὁ τῆς πέμπτος καὶ ἄκοιτος συγγενὴς. Ὀλκίων δὲ παραχρῆμα μεταπαλαίστου ἦν Ἅγιον.

E

38 Τὸ δὲ πρὸ ἑωθινοῦ ἀναγομένου παρατηρεῖσθαι μεῖζον ἄλλῳ τῷ πρόσωπον ἄχει, τῷ δὲ σῶμα ὅλον καθαρώτατον καὶ μὴ ἀνατέτμητον ἔτι, ἄπορ ἄρα καὶ προκαλεῖται ὁ λόγος ἐδήλωσε. Τότε τοιγαροῦν ἦν θαυμασίων ἐκπληξιν εἶδεν, καὶ ἄσπερ ἀπὸ θεσπεσίας ἀγρίας ἐμβαλὼν, ἑαυτὸν σὺν ἅμα τοῖς στρατιώταις κατ' οὐ κελεύθου ἐπορθόγγυσεν· Ὁ Θεὸς τοῦ Ἁγίου τούτου βοήθησον ἡμῖν. Καὶ τὰ μὲν ἐκείνου τοιαῦτα. Οὐχ ὅτως ὁ ἀσεβὴς Ὀλκίων, ἀλλ' ὅτως ἐκεῖνος ἦν ὁ ἐκείνου ψυχὴ οἱασδαὶ εἰκόνας ἀντιτύπους οὐ μὴ ἐκοινώνησεν. Οὐδὲ γὰρ μόνον ἀνοὴτ ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ καὶ ἄνω μικρὸν οὐ σοφίσασθαι ἔργον ἀνῳ ἐφέρετο. Ἀμέλει καὶ ἀνὰς ἀφ' ὑψηλοῦ, καὶ τὴν δεξιὰν ὡς πλεῖστα προτείνας, Ἄνδρες, ἔφη, οἱ μέγα διανοεῖσθε ἄμεν ἐκεῖθεν θαυμάζων, οὐ περὶ οἱ ἄνοι φιλανθρωπότερον ὡς ἀληθῶς ἐφὶ ἐκπεφύκασι, δι' ἃς ἀφ' ἑαυτοβλήτων αὐτὸν ὑπέστη πληγάς, ἰάσατο δὲ παραδόξως αὐτὸν ἀϊστάδασεν.

F

39 Καὶ περὶ δὲ ὁ Ἅγιος· Ὃν μὲν ἀϊστάπλασμα, ἄνδρες, ἄνοι μαρτυρῶ καὶ ὁρῶμαι· ἐς οἶδα δ', ἀ τοῖς θεοῖς ἀ ἀϊστάλασιν ἐστιγμῶν δὲ πάλιν ἐστὸν ἡμῖν ἐπὶ ἀ ναὸν Εἰσιτέον δὲ, ἵν ἄρα πάντων ἐμμελετέραν ἡμῖν ἕξιν ἐφδώμοιτο, ἵνα θαυμασίως ἀϊστάσῃ. Ὁ δὲ (ἡ γὰρ ἐ ἄγνοια τοιοῦτον ἐμβάλλει, ἅπαν τι δ' ἐθέλεσθαι τὰ πιστὰ ἐχ ἧκιστα συμπροτρεπόμενον) τότε ἀκούσας, πλησθεὶς χαρᾶς παραχῆμα, μεταπαιδίαν ἀ Νεανίαν ἐκ πάντα ἐλπίσας, ἄπορ εἶδε ἔντοι ἐμέχρι τοῦ, ἐ ἀ ἔλπιν αὐτὸν μεταβάλλει. Κελεύει τοιγαροῦν διακομιδῆναι τὸν ἀγορᾶν ἔστε ἀνὰ τὸ πρατώριον πρὸς ἀ ναὸν ἀνάγειν, στρῶσαι τε καταστρωδῆναι τὸ ἔδαφος, κήρυκάς τε τὸ τάχος ἐπεναβῆναι τραπεζώμασι ἐκβοᾶν, ἵνα Νεανίας, ὁ ἀ συγκλητικὸς Θεοδοσίου ἡβῶν, ἐπιβάλλει γνησιμαχεῖ ἐ τὸν Χριστιανὸν δόξει μεταμελόσαι ἄνῳ τὸ ἀ ναὸν ἄνοιτ τοῦ θυσίας προσοίσων τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς.

40 Τότε ἐβοᾶτό τὸ ἀ πᾶλιν σωθεμὰ, πάντες ἐκεῖ συνέρρεον. Ὁ μείνοι Ἅγιος μόνῳ· ἐπειδὴν αἴτησιν, ἔσω, λέγων, ἵν ἐλίγα ἐβέβαιοι τὸν ἀνοὴ, δεῖ πάντας ἐξωτικοὺς προσελθεῖν τῷ δεσπότῃ· ἵνα προσιτικὸν ἦ ἀνοητικὸν

ἐπεκ-

A ἀσωλῶν ἐ ἐπιλαμπόμενον, ἵνα μὲ πρὸς αὐτοὺς, σφραγίζα ὁ ἄνω ὁ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, ἀπὸ κ' ὄμματα διοδεύσι τὰ ἄμα ἐ νοσεῖ ἑτέρας ὀπὲ ὑρανὸς, Κύριο Ἰησοῦ Χριστὲ, τῶ μονογενὲς ἀορίτω Πατρὸς, ὃς, ὁ ταῖς λόγῳ παραγαγὼν, κ' διελόμενὸ σε σανίσιν, ὁ παγὲς ὑπὲ ξύλα κ' δέσαι ἐ ἰσχυρὸν· κ' τοὺς ὑπ' ἐκεῖνα δεδεσμευμένους αἰωνίως λύσεις παρασχόμενος, ἀνὲς, Κύριο, κ' τὸ σὸν ὄνομα τὸ ἐπὶ σοὶ κλῆσιν ἐπικαλεσάμενον, κ' τὸν ἐπὶ τῶ χάρα, τῶ σωτηρίῳ; κ' τὸ μιαρὰ ταύτα ἐ Ἀπόλλωνος δεῖσο ἄγαλμα ὑπὲ πλείονῳ τῶ πλάσαντὸ ἐν δεδημιουργημένα τὸ κ' μηδενὲ σωτήριον, ἀνὲ ἐ τῶ ἀνθρ' ἀπατεῶνα ἐλεγχθῆναι, κ' τὸν παράνομον βασιλέα σὺν τῷ ὑγιεμόνι κατασχεθῆναι, κ' τῶν ἐπὶ τὰς ἀκρίβειαν γνῶναι, ὅτι σὺ μόνὸ Θεὸς εἶ, κ' βασιλεὺς μόνὸ πάντ῀ κ' ἀθάνατ῀.

41 Τοιαῦτ' ἄρα εἰπὼν, κ' τῷ ζωοφόρῳ σταυρῷ σφρᾶγα ἄνω κ' κάτω κ' ἐ ξύσας ἐπέβαλεν, Τμεῖν, ἔφη, τοῖς ἀκαθάρτοις βδελύγμασι λέγω, ὠθ' ἡμῖν Θεὸν κατασχεῖν ὄνομα, ἀπὸ ὕδωρ διὰτὸ ῥᾴδιον κ' τῶ τάχα κατακλύσθαι. Εἶτα ἀπὸ τῶ Ἀπόλλωνο῀ ἐπιστασάμενο῀ δίκῃ, κατασπᾶ διὰτὸ ἐρῆξαι, κ' παρεχώρει ἐκ ὀλίγου ὁ τοῖχος ἔξω καταβῆναι τὰ κ' ἀπὸ ὕδωρ ἐλύετο, κ' τὰ τοῦ διαβόλου διεχώρει, ἀπὸ ἐμοῦ φανέντ῀ ἐκεῖ παρόντων τραυμάτων, δεινὰ τὰ δαίμονε῀ γεγωνέναι, ἐκπλαγῆναί τε τὰς ψυχὰς, κ' Ἀληθῆ Θεὸν ἐ Χριστιανῶν ἐκβοᾶσαι, βοηθῆσαι ἡμῖν. Ταῦτ' ἐ Οὐλκίωνι τοῦ καταλοφδοῦντα ἀμηχανίᾳ, ὡς ἐπὶ τ' ἀδύλων σωτηρίᾳ μόνον, ἀλ' κ' τῷ τ' τραυμάτων ἀδρὶν μεταβολὴ, ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ βασκάνου διάβολ῀, ἐ μεῖζον ἄγιον ἐ Χριστὸ Μάρτυρα ἀεὶ ἐ ἀρκτῶν ἐμβαλὼν ὑποβάλλει, ἵνὰ ὁ τραυμάτων ποικίλων κλάσεις, καὶ οὕτω παραμύθιόν τι τῷ ἰαυτὸ δυμῷ δοῦναι.

42 Ἀλ' ἐκεῖν῀ διόμενο῀, μήπως ὑπὸ τῶ πλήθυς τῶν δύο κατασεισθεῖεν σωμάτων, ἀλχυρὸν παρεπέλευσε, χιλιάρχῳ ὄγδοα πλήθει ἀνδρῶν ἑπομένῳ, κλείσας ἐ ἀσφαλῶς, ἐ ὅπως κινηθήσεται ἀσκεῖτο. Οἱ ὁ ἀπ' ἄδυ κ' ἀ τάξ τραφέντο, ἅμα ὁ κ' ἀπὸ δύο τριβούνων ἔχοντες, πᾶ ἔσω φρουρῶσι, ἀπ' ὀ διαμενοῦσι τὰ ἀσίασιν ἐδοσ' δυμῷ, κ' ἐ Ἅγιον ἐπιμελῶς εἶχον, ὃν καπλόγῳ τῶ Χριστιανῶ κ' ἀπὸ ἐσπυλίου. Πρὸς ὃν ὁ Ἅγι῀· Ἐπ' ἀληθείας, ἀδελφοὶ, ἔφη, βουλομένοις ὑμῖν ἀπὸ ὑμῶ τραπέζαν βασιλῆ. Οἱ ὁ κ' ῥώμαν, καὶ ὀχύματα κ' ὀφθαλμῶν βλίμματα καταπίπτουσι κ' ζωῆς ἀνθ' ἑνὸς ὁ τράγμα ὑμῖν ἀπατωμένοις. Ἦν δὲ ἀπ' αὐτοῖς ὁ Μάρτυς, κ' δεσμοῖς ὁ δεσμοφύλακ῀ (κ' ἦν, ἀπὸ τροφέντος, φιλίαν πρὸς αὐτὸ ἔχων)· μεθίστησι ὁ φυλακὴν ζῶντος ἅμα τοῖς τριβούνοις κ' τραυμάτοις. Ἐπεὶ ὁ κ' ἐζόδων πρὸς ὁ φιλανθρώπου, Ἀπορεῖ ὁ ἐκκλησία, συκᾶν ὑρικότα.

43 Καὶ προαιδῶν παραδίδωσι δὲ τραυμάτοις αὐτῷ ἅμα τοῖς τριβούνοις παραγγέλλει ἐπιμελῶς, ὅπως ὁ βαπτίσματος αὐτῷ δίδοται. Οἱ ὁ παρελάβον. Ἅμα κ' κατηχίσας βαπτίζει, κ' ὅ ζωῆ τοῦ αὐτοῦ αἰῶνος τὰ κ' ἄφατον Χριστῷ μεταδίδωσιν· ἐπ' ᾧ ὁ βάπτισμα τέλειο ὁ Θε῀. Προκόπιος, ὃν ὁ διαμονὴν ὑπορρέψας, ὅτι ὁ δίκαιος ἐδίδασκε, ὑπὸ ὁ δίκαι χάριτος αὐτοῦ διδασκόμενος, ἐ οἷος γενόμενος τοῖς πεπιστευμένοις, ὅπερ ἐκεῖνος ὁ δίκαιο πνεῦμα ἐφορμήσας ἐγένετο. Οἷος ὁ κ' ὁ παρ' αὐτῷ διδασκόμενος.

44 Ἀ'δελφοὶ εἶδον πάντων πίστ῀ ἅμα κ' ὑπομονὴν ἔδοσθε Δεῖπνα τε καὶ βιβλία αὐτῷ παῦσι γυναῖκα, καὶ μηδενὸς ὅλως ἧτ῀ εἶν λυπεῖν, εἰ τὰ ἀφεῖσθαι ὁ φοβεῖν δυνατὸν ἀπειλῆσι, καὶ ὁ πρὸς αὐτὸ ἀποτίθεσι φιλίαν. Τοῦτο ὁ ῥᾴον ἂν φυλαχθεῖν, εἰ

B me purgem. Ingreſſus, clauſit fores, & ſtans ad orientem, totum ſibi corpus ſignat; deinde oculos corporis pariter ac mentis ad cælum attollens; Domine Jeſu, inquit, fili unigenite inviſibilis Patris, qui verbo produxiſti tuo, & voluntate contines univerſa; qui extenſus es ſupra lignum, & alligaſti ſortem, & eos, qui ſub ipſius catenis gemebant, in æternam aſſeruiſti libertatem; Tu idem ipſe, Domine, manum tuam, rerum omnium effectricem, nunc extende, & execrandas falſorum deorum ſtatuas, in fraudem tui figmenti fabricatas, in fruſta comminue, ut eorum arguatur imbecillitas, & iniquus Imperator cum Præfecto, pudore afficiatur, & probe cognoſcant omnes, eſſe te Deum ſolum, ſolum Regem æternum & immortalem.

41 Sic fatus, vivificæ crucis ſignum in aere efformat adverſus ſtatuas; Et vobis, inquit, immundis ſimulacris dico, Dei mei nomen formidantia, in aquam diſſolvimini illico, & per templum hoc diſpergimini. Poſt hæc Apollinis dextram apprehendens, ſtatim cœpit convellere. Et mox non minus quam triginta dejectæ ſtatuæ, & in aquam reſolutæ, e ſoribus templi diffulæ ſunt; ita ut aliqui e militibus, qui ibi aderant, miraculi ſpectatores, animis perculſi exclamarint: O Deus Chriſtianorum adjuva nos. Ulcioni ancipiti mentis cura diſtracto, non propter idolorum conſractionem dumtaxat, ſed propter frequentem militum converſionem, bonorum oſor diabolus auctor fuit, ut ſanctus Chriſti Martyr, in carcerem concluderetur, milites autem variis modis cruciarentur, atque ita aliquod iracundiæ ipſius ſolatium afferretur. *& fallæ ſignum Crucis deſtruit.*

42 Sed is, veritus, ne a multitudine duarum legionum, coorta ſeditione, facile interiret; cum magna militum manu eos invadere decrevit clam, ne cui id ſubolereſ, & hoc pacto interclulos e medio tollere. Jam noctis appetebat tempus; quando illi una cum duobus tribunis, ejuſdem propoſiti ſociis, ſine ullo ſtrepitu ad carcerem diſceſſerunt, Sanctumque enixe rogarunt, ut ſibi quoque Chriſtianorum numero accenſeri liceret. Quibus reſpondit Sanctus: Vere, fratres, vobis, ſi vultis, dabitor ſub Rege meo militare. Illi verbo, corporis conformatione, & oculorum obtutu annuebant, & ipſum, ajebant, vitæ inſtitutum mutare nobis fixum eſt. Propterea Martyr gaviſus, apud carceris cuſtodem (magna enim inter eos, uti prædictum eſt, neceſſitudo intercedebat) precibus exitum impetrat ſibi cum tribunis ſimul ac militibus. Dum egreſſus eſſet, ad civitatis epiſcopum, cognomento Leontium, noctu diſcedit. *militer.*

43 Quo ubi pervenit, milites una ac tribunos tradit, quam diligentiſſime hortatus, ut baptiſmum eorum accuraret. Ille ab ſe recepit; deinde primis fidei inſtitutionibus imbutos, baptiſmo abluit, & vivifica Chriſti corporis ac ſanguinis communione impertiit. A baptiſmo rurſum divinus Procopius ad carcerem regreſſus, quam ipſe a divina doctus fuerat gratia, pietatem eos docebat; talem ſe præbens erga eos, qui crediderant; qualem erga ſe egregie ſpiritum divinum fuerat expertus. Ejus doctrina erat hujuſmodi: *baptiſmo abluit*

44 Sub quo Rege militetis, fratres, pernoſtis; & quas confeſſiones inſtitueritis; reliquum eſt, ut datam ei fidem præſtetis; & re prorſus nulla ſuperati, ſive earum, quæ moleſtiam, ſive earum, quæ gaudium afferre poſſint aut metum, ab ejus amicitia deſiſtatis. Et vero id obſervari poteſt facilius, ſi præſentia cum futuris æqua rationis lance conferre *& in fide confirmati.*

A minum, adorare, neutiquam intellexit. Rebus ergo
Ex Ms. in Ægypto ita compoſitis, venit Antiochiam, ſitam ad fluvium Orontem, & nonnullis illic, negotia publica ſpectentibus, ex ſententia recte ordinatis, iterum in Daphnem egreſſus eſt, ibidem Apollinis idolo ſacrificaturus; ſimile enim, ut eſt in proverbio, ſimili gaudet, demens, inquam, demente.

Chriſtiana religione floreentiſſimam.

6 Antiochiam vero totam jam pridem, errore depoſito, ad Chriſtum converſam, & quaſi novum fidei Chriſtianæ germen fundatam eſſe didicit. Primus quippe pietatis fructus Antiochia: prima illius incolæ Piſcatorum captura, eademque in civitate Chriſtus primum Deus nuncupatus eſt, & ipſius amplectentes fidem, Chriſtiani primum cognominati ſunt, quemadmodum divinus Lucas in Actibus narrat. Id cum Diocletianus auribus accepiſſet, tunc quidem inquiſitionem diſtulit, ſacrificio ipſum urgente, quod, ut diximus, Apollini litaturus erat. Simul ipſe, ſimul omnis exercitus feſtum egitabat diem, chiliombas *a* ei offerens. Finito ſacrificio, rurſum rediit ad civitatem. Illuſtrem Antiochiam ingreſſum acclamationibus & tympanis eives exeepere, non tam ex vera benevolentia, quam potius ex obſequii, tempori ſervientis, ſignificatione.

a

B

S. Martyris mater, nomine Theodoſia,

7 Erat per id tempus quædam mulier, nomine Theodoſia, e ſenatoria ſtirpe, principem in civitate locum tenens. Civitas vero, primum quidem Hieroſolymæ nomen habuit: poſt captivitatem autem, quam ſubiit propter nefarium facinus in Chriſtum, Adriano tum geſtante imperatoria ſceptra, Ælia ab ipſo dicta eſt e. Ex hac civitate Theodoſia genus trahens, ſenatoria, ut dictum eſt, ſtirpe clarebat. Erat autem vidua, non viro tantum, ſed etiam Dei, quem ejus vir habuerat, cultu. Chriſtophorus enim (ſic namque vocabatur) Chriſtianus erat, & religionem habebat nomini conſonam; aſt illa ſectabatur hactenus gentilium ſacra. Itaque Chriſtophorus iſte uxori ſuæ relinquit filium, nomine Neaniam, opum quidem & facultatum certe multarum, ſed ſuæ gloriæ & fidei minime heredem: nam & hic matrem impietatem ſectabatur, non tantum lacte ejus, ſed religione quoque imbibita; donec vocatinnem, Paulinæ ſimilem, e cælo accepit, & mutationem oſtendit. Sed iſta declarabit oratio paulo poſt.

filium ſibi Diocletianus;

C

8 Illum itaque mater multis cum opibus Antiochiam duxit ad Diocletianum, ut gloriam & balteum ab ipſo conſequeretur. In primo itaque ingreſſu id rogabat. Atque is, percontatus primo, quænam ipſa eſſet, & hoc edoctus, & inſuper cujus religionis: quia in hac re non apparebat communicare nec omnino conjunx eſſe conjugi; ſed deos invocans, æque eiſdem afficiebatur, atque Imperator ipſe. Hæc ubi intellexiſſet Diocletianus, varie fuit affectus, & opes admiſit; promiſitque petitionem ad finem ſe perducturum: neque hoc tantum; ſed etiam ſuo conſpectu dignatus filium ejus, ſuaves & familiares ſermones habuit, comperitque, quod vere, ut dicitur, filius eſſet matris: deinde, quod non primoribus tantum digitis Græcus ſcientias delibaſſet; ſed quod apprime in iis eſſet verſatus,

a quo erudiatur Dux Alexandriæ.

9 Id poſtquam Diocletianus reſcivit, magis erga Neaniam afficitur. Quin imo obſervavit, qua ingenii maturitate, qua morum elegantia eſſet præditus; & quomodo in juvenili corpore ſenilis prudentia lateret. His diligenter, inſpectis & ſolerter quodammodo indagatis, Neaniam Alexandriæ ducem fidenter præfecit. Huc igitur illum mittens, mandat, ut quotquot inveniret, qui ſeipſos Chriſtianos dicerent,

δημόσιον. Ἀλλὰ μὲν ἔτι τὴν τῆς Ἀντιόχου D
ἐπιστήμης, καὶ εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ πρὸς Ὀρόντην
ποταμὸν παραγίνεται, καὶ τινα ἐν ἴσῃ δημοσίαν,
εἰς ἑκάτερα δοκὸν, ἐξ ἡδίσματος, ἄνδρα ἐπὶ Δάφνην
ἐξῆλθε, ἐφ' ᾧ καὶ ἐκεῖσε Ἀπόλλωνι βδέλυγμα θύσων·
ὁ γὰρ ὅμοιον, ὡς ὁ λόγος, ἐφ' ὁμοίῳ χαίρει, φησὶν
ἀνόητος, φησὶ, ὁ ἀνόητος.

6 Μαθὼν δὲ τὰχα ὁ Ἀντιόχεια ἐν τοῖς ἔθνη ἐφ
πλάνῃ ἀπομαθόντα, Χριστῷ ἐπιστήσαντα, καὶ ἐφ' ἑαυ-
τῷ πίστει τέκνα γεγένηται ἐδρεμένα. Πρῶτα γὰρ
Ἀντιόχεια καρπὸς ἀνεβλύσατο, καὶ ἁλιεῖαν ἔσχε δόξαν
πρώτου· ἐν γὰρ τῇ πόλει ταύτῃ Θεὸς τὸ πρῶτον ἐπω-
μάσθη Χριστὸς, καὶ οἱ τηλίσαντες αὐτῷ, Χριστιανοὶ
πρῶτοι προσηγορεύθησαν, ὡσπερεῖ καὶ Λουκᾶς ὁ θεῖος
ἐν τοῖς Πράξεσιν ἱστορεῖ. Τοῦτο Διοκλητιανὸς ἐπεὶ πα-
λαιὸν, οὔπω μὴν ἀκριβέστατα ἐξέπεσεν, αὐθωπίας
αὐτὸ ἐπιγνοὺς, ὧν ἔμελεν, ἄσπερ ἔφημεν, προσε-
τηρεῖτο δὲ Ἀπόλλωνι, ἅμα πανὶ τραπέζωμα ἑορτάζων
καὶ χιλιόμβας αὐτῷ δυόμενος· Ὡς δὲ πλεῖ ἐλάμβανεν
ὁ θυσία, πρὸς τῷ πεζῷ ἦν ἀνδὶς ἐπαρῶν. Εἰσιόντα δὲ
πανηγυρικῇ Ἀντιόχειαν, φασὶν αὐτὸν καὶ συμπάντες
οἱ δὲ πόλεως ὑπεδέχοντο, ἴσως ἐκ δόκιμα κόλακες
ὦ, ἀλλὰ διαπειρίας μᾶλλον ἐπιδεικτικῶς ἢ φρενικῶν.

7 Γαμεῖ δέ τις (ἦν) κατ' ἐκεῖνο χρόνον Θεοδο- E
σία, συγκλητικὴ μὲν καὶ πρωτεύουσα δοκοῦσα ἐν πόλει.
Ἦν πόλις Ἱεροσόλυμα μὲν τὸ πρῶτον καὶ Σιὼν ἐκα-
λεῖτο, ἐπὶ μίσει δὲ ἄλογον, ὃ δὴ τῷ εἰς Χρι-
στὸν φόβον ὑπεῖκεν, Ἀδριανὸς ὁ τῶν βασιλικῶν
σκήπτρων ἐπαλαμένων, Αἰλία ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκλήθη.
Ἐκ ταύτης Θεοδοσία τὸ γένος ἕλκουσα, συγκλητικὴ
μὲν, ἄνανδρος εἶναι, ἐπιβλέπουσα ὦ, Χριστιανὸς
ὁ οὐ μόνον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἐκ θεοῦ ἐπίγνω-
σεως ἐπαίρων· Χριστιανὸς γὰρ ἦν ὁ Χριστόφορος, ἐπεὶ
γὰρ ἐκαλεῖτο, καὶ τὸ σέβας ἴχνος ὑποδεικνύμενον τῷ
ὀνόματι, ἐ ὃ τὸ ἐκείνου σέβασμα μίχει πρός. Οὗτος
δὲ ὁ Χριστόφορος ἐξὸν τῇ γαμετῇ καταλιπὼν, τέκνον,
Νεανίαν, πλοῦτον μὲν καὶ χρημάτων ἴσως πολλῶν, τὸν
ἰδίας ὁ δόξης καὶ πίστεως ἔκπτωτα κληρονόμον. Τῇ μη-
τρικῇ γὰρ καὶ ἐκεῖνος ἐπιπνοίᾳ δυσσεβείᾳ, οὐ γνώ-
λωστος μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ συβεύματος ἐκτὸς,
ἴσως ὁμοίως Παύλῳ καὶ ἐκεῖνος τῶν αὐτὸν κλῆσιν ἐδέ-
ξατο, καὶ ἐ μεταβολῆς ἐνδείξεται. Δηλώσει ὁ παρὼν
μοι λόγος ὁ λόγος.

8 Τέκνον ὁ μήτηρ ἐπὶ σύχνοις χρήμασι πρὸς
Διοκλητιανὸν ἄγει εἰς Ἀντιόχειαν, δόξης τε τῆς
ζώνης, εἰς παρ' ἐκείνου, τεύξεσθαι. Προσελθοῦσα
παραυτὰ εἰδότο· καὶ ἐς ὑφάντου, ἅτε τεῦ τοιοῦτο, F
καὶ μαθὼν, ἅμα καὶ ἐπίστω εἰς θρησκείᾳ ἐναντίᾳ τ'
αὐτῷ κεκινηκὸς εὐκ ἀρθὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐμείρων εὖ· ὁ τῷ
αὐτῷ σύζυγος ὦ ἀλλ' ὅμως τε ὀνομάζουσα καὶ
ἑαυτοῦ αὐτῷ δὲ τούτῳ σωφρόνουσα ἐφ κρατοῦσι.
Τῶν ἐπὶ μᾶλλον Διοκλητιανὸν, ἐσθῆτα ἐφορεῖν-
τος· καὶ εἰ μὲν χρήματα προσῆκτο, εἰ' ἐάρας
ὁ ἀγαγὼν καὶ τὰ ἄφατα ἐπαγγέλλετο, ὁ μὲν,
ἀλλὰ ἓ τὸν υἱὸν ἐκεῖνα ἐφελεῖν ἀξιώσας ἰδίων,
ὑβρίσας τε κοινολογησάμενος καὶ μαθὼν, ἓξ πρὸς ἀ-
λήθειαν ὡς μητρὸς ἔτυχε, ὡς ὁ λόγος φησί, τὰ
παιδίον, ἴσωσι δ' ἐν ἡ παιδείας ἐπλανᾶτο οὐκ
ἄχρι δακτύλου γνώσεως, ἀλ' εἰς μέρος ἐκεῖνα μα-
θησόμενος.

9 Τέκνου Διοκλητιανὸς ἐπεὶ ἔγνω, ἐν μᾶλλον
ἐφ Νεανίᾳ προσέσχεν. Οὐ παῖς ὁ μάτην, ἀλλ'
ἡ οὐ γνώμης τὰ εὖ σύμφορα καὶ τὰ ἐφ' ἑδὸν δικά-
ζεσθαι, ἴσως ἔχοι καταπύθεσι, καὶ ἴσως παρὰ σώ-
ματι φρόνημα κέκρυπται τοιοῦτο, τέκνον ἐκεῖνο
ἀκριβῶς κατατοχαζόμενος, καὶ οἷσπερ ἐπ' ἐκπαιδεύ-
σας, ἐ Νεανίαν Ἀλεξανδρείας ἔνομα διρίων προ-
χαρίζεται· Ἐκεῖσε τρίτον πέμπων, ἐφ' ᾧ, ἐπι-
σκεπτεῖ, ἴσως μὲ ἔχει, Χριστιανοὺς ἐὰν εὑρίσκ-
ζοι-

A ζοντα Ψυχὴ ἔτυχεν ἀυτὸν παραχρῆμα ζητῶν, ἕως εἰσέτι κίνησιν, ἡ ἐν δημοσίᾳ τινὶ καταδῆσαι, ἐκείνης ἢ χρὴ τὰ πολλὰ ὑποβαλλόντα αἰκισμάτων, εἰ τοῖς ἀντοῖς ἐπιμείνοιεν, ἵνα τρὸς τοῖς ἄσιν ἀφαιρεθῶσι καὶ ἡ ζωή. Οὕτω παραγγείλας ἐκέλευε, ξ δὺο τῶν παρεστηκότων, ἀρπάσαι χεῖρα τοῦ ἁγίου, ἐς ἱκανὸν ὄχλον ἐπισυνήγειν, ἀνοῦ πλησιόχωρον ἀποσείσαι· ἔξαυτα τοίνυν ὁ Νεανίας, παραλλὰ κινῶν, ὡ τῶν θείων φάτνη γραφῶν, ξ βαρὺ κατ' Χριστιανῶν τοῦτον, ἐ μέγα Χριστοῦ κλέος μετ' ὀλίγον ἐσόμενος.

facultates eorum, quas poſſidebant, ſtatim attenuaret, & filco addiceret: & poſtquam ipſos ſubjeciſſet multis eruciatibus, ſi permanerent in eadem ſententia, præter facultates, vitam quoque auferret. Sic fatus, duabus cohortibus militum conceſſis, ſufficienti cum multitudine, contra illos, ut conveniebat, qui minus obtemperarent, ipſum dimittit. Exit ergo Neanias, movens caput, ut divinæ Scripturæ verbis utar; & grave aliquid contra Chriſtianos ſpirans; qui paulo poſt magnum Chriſtianorum decus erat futurus. D Ex mss.

ANNOTATA,

a *Ita dicta* Hieroſolyma, *ab* Ælio Adriano *reſtaurata, poſt everſionem Titi, Ferrarius ſcribis* Æliam *apud nullum auctorem reperiri. At reperiri apud Euſebium, Dionem & alios, dictum jam pridem fuiſſe in annos. ad vitam S. Epiphanii Martyris die* 15. *Januarii pag.* 999.

b *A Baronio ſcribitur* Achilleas. *Seditio illa ponitur apud Labbeum anno* 287.

c *Parachroniſmos, ab auctore commiſſos, notavimus in Comm. prævio, num.* 18. *Hæc enim, de quibus hic ſermo, bellum Ægyptiacum & Perſicum, nec non creatio Cæſarum, geſta ſunt ante famoſam perſecutionem Diocletianeam anni* 302. *aut* 303. *de qua videtur loqui Auctor in initio horum Actorum.*

d *Solennius ſacrificium*, χιλίων βοῦν, mille boum, *ſeu totidem nummorum argenteorum, bovis figura inſignitorum.* E

e *Conſule notam ſuperiorem ſuperæ* a.

B

CAPUT II.

Mirabilis Procopii converſio.

Ὡς ἦ τῷ περὶ Ἀλεξάνδρειαν φέρουσαν ἀνῆλθε, ἔτυχε δ' ἀκμὴ καμάτου καυσώδης ἐ πυρὶ ἴσον τῷ ἀέρι κατεχόμενον, συνέβαινε τε μόγις αὐτῇ πορεύεσθαι δύνασθαι· καὶ ἅτε ἴσως διὰ ὀλίγου καμάτοιο γενέσθαι, ῥᾳστώνῃ ἦγεν μᾶλλον, ἢ ὅτου ἐλάττονι φ πόνῳ κεχρῆσθαι. Ἐπεὶ ἦ ἡ τῆς Συρίας Ἀπάμειαν καταλάμβανε, πόλις μὲ ἡ πόλις; ἆρα τῆς ἡμέρας ἀνελαμπούσης, ἀνίσχοντος ἤδη τοῦ ἡλίου, καθάπερ ἐθὸ κοινῇ χαιρίζεσθαι ἐ τοῖς περὶ ἀρχὴν ἐπιστραμμένοις. Ἐπεὶ ὅτου ἐμαίνετο ἐξελθόντος, ἐ δυσὶ νεανίσκοις, ἑ σκληρὸν ὁ τραχήλοιν κολλᾶν, τρίτον μὲν ἐδὲ τοῖς τυχοῦσι δρᾶν, ἁρμοῦ ἦ κλάσαι ἰσχυρὸς γίνεται, καὶ κερασθὲς αἷμ' φοβερὸς ἐξέπεται, δεινὸν τι καὶ ἀνυβρὶς ψυχῆς μέλαν, ὃ ἡ κλόνος τοῦ γῆ κατασείει.

VIam ingreſſus, quæ ducit Alexandriam, contigit, ut, quia locus admodum æſtuoſus eſſet, & planitiem præberet inſtar ignis; nec poſſent iter promovere; equique poſt modicum laboris fatigarentur, nocte iter facere conſtituerit, atque ita minore labore perfungi. Poſtquam itaque pervenit Apameam Syriæ; civitas tota, orto jam ſole, obviam ipſi proceſſit aote urbem, ſicut in more poſitum erat indulgere amicis, & primæ imperii dignitate conſpicuis. Poſtquam inde erat digreſſus, & rurſum iter inſtituiſſet non plus quam triginta ſtadiorum; jamque tertia eſſet noctis hora, vehementi terræ motu & fragore exortis, perquam formidabile fulmen erupit, ac metus magis illorum animos, quam fragor terram concuſſit. *Mirabilis converſio*

11 Φωνὴ τε ἀνωθεν ἐξηχεῖται, Νεανία, λέγουσα, τῷ τοιῷδε; Καὶ πῶς ἡ δρμὴ φέρεται; Καὶ δὴ, γνῶμαι ἂν ἐλάθαρας, ἀς εἶχε πάντα, ἐξηγεῖσθαι χρὴ μέρος. Ὁ βασιλεὺς, ἔφην, δύνα με Ἀλεξανδρείας χαροποιῆσαι, ἐκέλευσε περὶ αὐτοῦ αἰκίσασθαι, ἡ ἢ Γαλιλαίων, ὅσοι ἂν εὕρωμι, Χριστιανὸ ὀνομάζοντας ἑαυτὸς, ἡ ἢ Σταυρωμένῳ πιστεύοντας, πρῶτα μὲ τιμωρίαις ἀνατρίβειν κελεύσαντος, ἔπειτα μὲ ἀνδρᾶσιν, ᾗ ἢ ὄντων ἀποτελεῖν αὐτὸς ἡ σὺ ζῆν. Αὖθις ἦ ἄκουε, Τί ἦ, ὦ Νεανία, κατ' ἐμὲ λοιπὸν καὶ ἀνοῖς ἔπειτ; Καὶτὸς Σύ ἦ, ὦ Κύριε, τίς ποτ εἶ; οὐκ ἔχω ἔτι συμβαλεῖν.

Vocque e cælo emiſſa eſt, dicens: Quo pergis Neania? Contra quem tanto impetu concitaris? Ille autem libero exiſtens animo, & omnem rem, ſicut ſe habebat, exponens ſingillatim, Imperator, inquit, poſtquam me Alexandriæ ducem conſtituit, eo pergere juſſit, ut quoſcumque Galilæorum, aut eorum, qui Chriſtianos ſe nominant, & in Crucifixum credunt, invenire potuero, primum quidem atrociſſimis tormentis crucicm, deinde vero ut refractarios vita ſimul ac facultatibus privem. Iterum audivit: Quid vero, o Neania; & tu tandem contra me venis? Ille iterum: Et tu, domine, quis es? Conjicere enim hoc nequeo. *Neania ad Chriſtum;* F

12 Οὕτως εἰπόντι σταυρὸς αὐτῷ παραχρῆμα κρυσταλλῳ ἀμφιρὸς ἐπιδέικνυται, Φωνὴ τε ἀπὸ σταυροῦ ἠχεῖ· Ἐγώ εἰμι, λέγουσα, Ἰησοῦς ὁ ἐσταυρωμένος, ὁ τῶ Θεοῦ υἱός. Πρὸς ταῦτα πάλιν ὁ Νεανίας· Καὶ εἰ ἦ πλησίαν τῶ Θεοῦ υἱὸς εἶ, ὅτε χρὴ σὲ ἐν ὕδασιν ἀρχιερεῖς διαπέρᾳ σε κατακρίνουσι; πῶς ἦ σὺ ἐμοὶ λοιπὸν ξύλῳ σε προσαγαγεῖν, καὶ ὄξει πραθέντα χολῇ μεμιγμένην; Καὶ ὁ φωνὴ ἄυδις· Νεανία, ἐπεὶ μέλλεις καὶ ἐμοὶ ἐκλογῆς ἐσεσθαι μοι σκεῦος, διὰ πάντας ἔ σὲ ἐ υἱοὺς μίας ἐ ἐμοῦ, ἵνα ἴσχα, δεῖπνα σοι γενέσθαι. Τοῦτο

12 Sic locuto crux illico apparuit, cryſtallo æmula, & vox e cruce inſonuit: Ego dico Jeſus crucifixus, Dei filius. Ad quæ rurſum Neanias: Si vere filius Dei eras; cur Judæorum pontifices morte te condemnarunt? Quomodo ſuſtinuiſti, ligno te affigi, quomodo acetum tibi præberi felle mixtum? Et iterum vox: Neania, quia tu vas mihi futurus es electionis, ea quæ aſſumptæ carnis œconomiam ſpectant, cognita tibi fieri, omnino oeceſſe eſt. Sic habeto igitur: *ejus apparitio;*

A non alterius rei, quam humanæ ſalutis gratia, & ex MSS. quidem mea ſponte hæc ſuſtinuiſſe me; & niſi ego ipſe ita ſuiſſem paſſus, non utique homines a malorum perpetione liberari potuiſſent.

animæ ſpe victoria exigit.

13 Talia ia, qui apparuerat, fatus, divino gaudio animum Neaniæ explevit, & rurſum cæ- *a* los conſcendit, dixitque: In hoc, quod tibi apparuit, ſigno *a*, hoſtium victor eſto. Et vero mea pax ſemper erit tecum. Ille, ut dictum eſt, gaudio quidem, ſed magis fiducia plenus, hoc ipſo tempore ſimul cum militibus Scythopolim *b* contendit *b*. Deinde fulores auri & cælatores argenti, quotquot in urbe degebant, clam mox accitos, ſic affatur: An poteſtis mihi vas fabricare, quod vobis commiſero? Illi autem, tam occultam viri compellationem, a ſuſpicione immunem non habuere: ſed illuſtrem ejus ſplendorem reveriti, collatis inter ſe ſermonibus, unum omnium præſtantiſſimum, nomine Marcum, adduxerunt, dixeruntque: Ille, o domine, operam tibi navabit, omnia ex animi tui ſententia effecturus.

B

Crucis a Neania fabricari juſſæ,

14 Aliis ergo dimiſſis, Marcum mox prehendit, & in cubiculum ſuum introducit. Dumque jam ſolus cum ſolo eſſet: Si feceris, inquit, quodcumque tibi juſſero, magnam a me inibis gratiam, & mercede donaberis, quali ante hoc tempus pro labore tuo numquam. Id ubi ad ſe recepiſſet; auri & argenti materiem, quanta opus erat, ad laborandum ſuppeditabat, & poſtea crucis, quæ ſibi apparuerat, figuram digito Neanias delineabat. At vero Marcum hanc conſpicatum ſubitus invaſit timor, dixitque: Non equidem id efficere potero; ſcio enim hoc eſſe genuinum ſignum Chriſtianorum, & ſi Imperatori hoc innoteſcat, male ego perii. At Neanias jurejurando, quantum potuit, ſuam illi adſtrinxit fidem, numquam ſe, illud revelando, alicujus auribus commiſſurum; ſed cordis latebris quam diligentiſſime occulturum; inquiens, ſecretum & abſtruſum omnibus futurum.

tres ſcripturæ apparent imagines.

15 Sic itaque Marcus, vix tandem perſuaſus, crucem ipſi efformat, includens armaturam contra tartarum, ea, quæ ad Verbum ſpectant, bene repræſentando. Quando autem ad operis finem erat perventurus, tres ſubito exſurgunt imagines, nominum ſcripturis per figuras diſtinctæ; erant autem ſcripturæ hebraica lingua exaratæ: C ſuperna quidem in principio erat Emmanuel, in principiis autem utrimque, Michael pariter ac Gabriel. Quæ Marcus, impenſe conatus, expungere non poruit, manum ejus fruſtrante opera. Neanias Marci domum noctu ingreſſus, ut crucem jam abſolutam acciperet, eam intuitus, mox adoravit: Ad hæc de imaginibus & ſcripturis, quæ apparuerant, interroganti, reſpondit alter: Domine, jam opere ad finem perducto, mox exortæ ſunt hæ tres imagines. Nec promptum habeo noſſe, cujus ſint, & quid item nomina ſibi velint.

Agnoscit 16 Neanias vero non jam prorſus imperitus aut ignarus earum rerum, quæ ad Deum ſpectant; ſed divinam quamdam virtutem cruci ineſſe ratus, iterum venerabundus adoravit; & mox ea pretioſæ purpuræ involuta, Marco benigne numerata mercede, ſervientiori ſpiritu animoque admodum hilari, viæ ſe dedit, unaque cum duabus legionibus ad ſuam civitatem pervenit. Tum temporis conſuetudo quædam in urbe invaluit perquam nefaria & au-

τούτου, ἐν ᾧδε ἔσῃ σὺ ὁ ἀνδρώσων ἐμὲ τὸν ἐκπόλεμον ἐκεῖνον ἀσεβῆ τύραννον, καὶ οὐ μὴ δυνήσῃ ἐκεῖνον ἀποκτεῖναι, ἐὰν σὺ μὴ πρότερον τὸ κατὰ σαυτὸν ἀνδρικὸν ἐπιδείξῃ. E

13 Τριάνας δὲ ὁ φανεὶς ἄγγελος, καὶ χαρᾶς ἔμπλεως ὁ τῦ Νεανίου καρδίαν ψυχὴν, ἐς ὕψος αὖθις αὖθις ἀνέβη, εἰ μήτι ἄρα τῷ ἐφεξῆς σοι σήμερον ἐκεῖνον ἐκ τούτου τολμήσεις, ἀρὰν σὺ ἐπ' ἐμοὶ μετὰ τοῦ ἔσῃ. Ὁ δὲ χαρᾶς, δόντος ἄρτιον, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν δώροις ὑποπλησθεὶς, αὐτὸς ἅμα αὐτοῖς ἐν μιᾷ τοῖς στρατιώταις ἐπὶ Σκυθοπόλεως ἐστείχει. Εἶτα τῷ τὰ λανθάνοντα ὁ Νεανίας ἐκ χρυσοχόου τὸν ἐξεργαστόμενον, ἔσει παρὰ τὴν αὐλὴν ἐξεπίβοητος ἦσαν, φησὶ πρὸς αὐτοὺς μυστικολογούμενος, Ἀνὴρ ὑμῖν, ἔφη, ἔμπεδός μοι, ἐ ἂν ὑμῖν εἰπεῖν ὑπάρχοιμι, ἐργάσασθαι σκεῦος; Οἱ δὲ ἐκ μιᾶ ἔτι κρύβδην τὸ μηδεμίαν ὑποψίαν ἐπιδεῖξαι ἐπιδέχεσθαι ὑποῦσαν, ἀλλὰ τὸ ἀνέβλεπτον ἅπαν ἐκ τοῦ παραυτίκα ὑποδέχεσθαι, ἕνεκα κατασκοπούμενοι πρὸς ἀλλήλους, εἶδόν τε ἐξεφοίτησεν εἰς αὐτοὺς, ἕνεκα Μάρκον, παραγαγόντες, Οὗτος, ἔφασαν. Κύριε, ὑπουργὸς ἔσαι σοι παρέχων χάριν, ἣ σοῦ κρίνοντος ἐπιτάξῃς ἐκτελέσαι. E

14 Ἀφεὶς δὴ ἔτι ἄλλοι καὶ ὁ Μάρκον ἐκβιάσασθαι, εἰς τὸ κοιτῶνα ἐαυτῦ εἰσάγει, μόνῳ τῷ εἰσόπιν μόνῳ. Εἰ ποιήσεις, φησὶ, ἔφη. ἔσαι ἃ ἐγὼ ἐντείλῃ σοι, ἔσῃ τε μεγαλομισθῷ ἐμοὶ καὶ μεθ' ὑπολείπεσθαι ἅμα παρ' οὐδὲ ἕνα ἔτι ἔσῃ σοῦ πάντων. Τὸ δὲ σωθησόμενον, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ὕλην, ἔσῃ ἄρα ἐκ ἀνοχρῶσα, εἰς ἐργασίαν αὐτῷ παρασθαι. Ἔτυπτε δὲ καὶ τύπον οὗ ἐφέστηκε αὐτὸ σταυρὸ· ὁ Νεανίας μὲν τῷ βακτηρίᾳ ἐσημαίνετο. Τὸν δὲ Μάρκον δέος τε ἰδόντα ἐκεῖνα ἔσχε, Ἐ, ἃ κύριε, ἃ δυνήσομαι ἐγὼ, ἔφη, τάντα ἐπιχειρῆσαι. ἐστὶ δὲ ἐπίτευγμα τοῦ ἄρα μὴ σωμάτων ἀνεχτὸν ἅπαν ὑπὸ Γαλιλαίων, Ἐ ἐ ἄλλον ἔλεγε τῷ βασιλῇ γένοιτο, κακὸς ἐγὼ ἀπολοῦμαι. Καὶ ὁ Νεανίας ἤρκεις, ἀνὴρ Χριστιανὸς Ἐ πίστεως, εἰ νῦν τε ἴδῃ, καταλήψεται, εἰ ἐν ἄρ ποσὶ ἐστὶ νῦν λόγου πρὸς ἄνα ἕνα ἕλεσ· ἀλλὰ καρδίας ἀνὰ μυχοῖς ἄρτα κατακρύψω Ἐ ἀνέρρητον ἔχεις βίωμα, φησὶ πρὸς τὸν σωθέντα.

15 Οὕτω γὰρ ὁ Μάρκος μόλις σωθεὶς, ἐργαζεται αὐτῷ ἐ σωρὸν, ἐγκαταμίγνυσί Ἐ τὰ ἐξ ἀνθρώπου, τὰ ἐκ λόγου Ἐ περιθέμενος. Ἐπεὶ δὲ Ἐ εἰς πέρας εἶναι ἔμελλεν, ἐξαπίνης τρεῖς ἐκ αὐτῷ τρεῖς εἰκόνες, γραφαὶ ἐνομάτων ἐστοιχειώσεσι πεποιμένοι. Αἱ δὲ γραφαὶ ἐ Ἑβραΐδος γλώττης ἐτύγχανον ὄσαι. Πρὸς μὲν τῇ ἀρχῇ ἦσαν Ἐμμανουὴλ, ἐ δὲ ἐ ἐκατέρωθεν ἦσαν Μιχαὴλ τε ἔτι καὶ Γαβριὴλ ἴσασι. Βουλόμενον δὲ ξυλόφωτι τῷ Μάρκῳ ἀδύνατον ἦν, ἐ χαρὰ αὐτῷ ἀπράκτα μενοῦσα. Ἐπεὶ δὲ νυκτὸς εἰς ἐ ἐν Μάρκος νέκυος εἰσῆλθε ὁ Νεανίας, ἅτε ἐ σωρὸν ἤδη εἰς πέρας ἐργασμένον λαβεῖν, εἶδέν τε ἐξεφοίτησεν, πρὸς δὲ καὶ σαφῆ ἐπιφωνούμενον αὐτῷ εἰκόνων Ἐ ἐξ ἐπιγραφῶν ἔρετο. Ὁ δὲ ὁ εἰώθει ἔφη· Κύριε, ἐν ἔργῳ ἤδη τὸ τάνυ ἅπαν, καὶ τρεῖς αὐτοὶ μοι εἰκόνες ἐξεστιλωμένον· ἐκ ἔχω δὲ εἰδέναι, ποῖς ἅρα εἰσὶν, Ἐ ἅτινα ἑκάστοις τάνυ καὶ ὀνόματα.

16 Ὁ μέντοι Νεανίας εἰκόνες ἐμαθὲς ἦν, ἐ δὲ ἀσαφῶς αὐτῷ καὶ δεῖν δέ ἦλε, ἀλλὰ διάφορα ἅπαν εἶναι διανόημα ἐν τῷ σωρῷ ὑπολάμπειν, ἀνθ' ὧν εἶδεν προσκυνῶν, καὶ ἐν ἐξῆς τοιοῦτόν τινὶ σεσοφῷ πεφιλῆσθαι, ἀλλ' καὶ ἔτι μεγάλῃ φιλοτίμως τῷ Μάρκῳ δεξιωσόμενος, δορυφόρῳ στόματι ἡ ψυχὴ ἄγων εὐθυμίᾳ, ἐ εἶδ' ἐν εἴχετο Ἐ σὺν ἅμα τοῖς δυσὶ τοιμέσιν Ἐ πάλιν ἐστὶ κατέλαβεν. Ἔτυχεν δὲ τοι κατ' ἐκεῖνο καιρὸ, τῇ πάλαι συνήθως ἐπικρατοῦσα ἐν μιᾷ

μάλα μὲν ἀπλῶς, μᾶλλο ὃ Ἰσμαὴλ, ἐ τὴν βίαν ἤκθετο φορεῖ. Τὰς γὰ ἢ ἐπιτάμους ἀνδρὸς συγκαίρας Ἀγαρίτων παλλὰς ἐπίνοτο, μὲ γαμεῖσθαι νόμῳ χρῶτο ἐπιμίξιος. Τὸ ὃ μιαρὸν τε ἰῶ ἅμα ἐ ἀδικίαι ἐπέφερεν, πατρικῶν τε σπλάγχνων ἀνάφλεκτος ἐχρῶτο.

17 Ὡς δὲ ἅμα συνῆλθόντες ἦσαν, ἔνθα ὃ τε ὁ Νεανίας ἐπύγχανεν ὤν, ἢ ἁρπαγὴν ἤδη ποιεσάμενοι, ἀθροίζοντες παῦδημὲ πάντες, ἔνει ἢ πόλιν ταύτην ἔναι οἰκοῦντες. Καὶ τῷ Νεανίᾳ κοινωσάμενοι, περὶ ὧ ὃ ἔλογτο μάλα δεομῶς, εἰ τὰ ἔλεον ἢ συμφορὰν αὐτῷ ἔλεγεν, συμπερχοῦσθαι ἢ ἐχθρῶ, μὲ ὃ περιίδοι ἅπαν ὑπ' ἀυτῶν τὸ χαλεπώτατα πάσχοντας. Ὁ ὃ τὴ (τίς γὰ ἐκείνου πρὸς ἔλεον ἐτοιμότερος;) ξυρὰ εἰς ἀκόλα, ἃ λέγεται, τὴ δεξιὰ εἰς φῦρ, πείθεται παραχρῆμα, ἐ ἀμφοτέρας ἀνάκα χερὶ συναβίεσθαι ἀυτοῖς ἐπαγγέλλεται· ἀνάκα γὰρ ἔχειν ἐπαγόμενος ἅμα τὴ B ἐ σαυρὸν, ἅπλον ἅμαχον, ἅπλον τὴ ἀρμάτοις ἐχθροῖς τὴ ἀοράτοις ἀκρίτοτον, ᾧ πεποιθὼς μᾶλλον ὁ Πολὺς ἐνὶ τῇ μαχαίρᾳ· καὶ ἅμα ἔφαμε, ἔφη, οἱ σὺ, ὁ ὀφθεὶς μοι, ὡς εἰ σὺ ζάττος Θεῦ, ἐ παραχρῆμα φανεῖς ἔναρξε ὁρμᾶσθαι, θάρσει λοιπόν, ἐγὼ γὰρ εἰμὶ μέθ' σοῦ ὁ Θεὸς σε, ἐ ἐγὼ μεθ' μεῦ εἰμὶ σύ.

18 Τῦτο ἀκέσας, θάρσος τε ἅμα ἐνεπίμπλατο, ἐ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιῶδετο, λέοντι τῷ ῥώμῃ ὅμοιος. Ἐπαγόμενος μὲν ἐ ἕνα ἐρημάσαι, ἕνα ὃ μόνον αὐτοῖς ἔκτεινε, Θαρσεῖτε, ἔνει ἢ ἐχθροὶ ἀπόλλμεν, συμμαχόντος ἡμῖν τῦ Ἐσταυρωμένου. Οὕτως εἶπε, ἐ ὁ λόγος ἔδυ ἔργον ἦν· καὶ οἱ ἐχθροὶ ῥᾳδίως, ἀσὶ χόρτος, ἐξεκάστωντο, ἢ εἰς γῆν τροπῥίπτοντο· δυσκόλως τε ἢ Ἀγαρῖται ἐκ ὀλίγου ἢ χιλιάδες ἦξ, οὐδενὶ δὲ ἐκείνῳ ἐχ ἕνα ἀπολωλότα, ἀλ' οὐδὲ πληγὴν ἕνανα ἐν εἰλκῶσθαι οὐδὲ μιᾶραν, ἀλλὰ ἢ ἄδακρυν, ὃ λέγεται, πᾶλαιον ἀκριβῶς ἀγωνισαμένων. Τότο δὴ τῷ μεγάλῳ τροπαίῳ ῥοπῇ τῷ ἔτο σαυρῷ ἐμφανέστατα γενομένῳ, ἀνύτιμα ὁ Νεανίας εἰς ἢ μητέρα πέμπει, μὼν τὰ Εὐαγγέλια. ἢ ὑπῆλθεν φιλοτιμότατα ἐκείνη. καὶ σφὶ ἢ συμπεσόντων ἔκατε δίῳτα, μαθέσα ὃ χαρᾶς ἐπλήσθη C τε. Βραχὺ τὰ εἰ μέτρ, ἔ αὐτὸς ἦκε ὁ Νεανίας αὐτὸς, ὁ τῇ μητρὶ φίλτατ, ὃν ἢ περιλαβέσα αἰ ἄδινα, ἢ οἷα μήτηρ φιλοτέργως ἀσπαζομένη, Τοῖς Θεοῖς, ἔλεγε, σίκτον, πρόθυμος ὁμολογῶ χάριτας· τοῦτό γὰ κᾷ δεῖ ἐχθρὸν ἐπιτάτε σοῦ, ἐξαίφνιδα αὐτῇ.

19 Ὁ ὃ, Καλῶς μοί, ὦ μῆτερ, ἔφη, αὐτὸς ἐφάνη, παῖδὸς ὑπαπλγέσα ἔ κηδομένε. ἐγὼ ὃ δεμνῶς ἀπέλαυσα ὑπὸ παρὰ τῷ Θεῷ βοηθείας Κρείττο· Μὴ λέγε ἔτως, ὦ σίκτον, φυσί, μηδὲ Θεῷ ἐπὶ τῷ χάρτι αἰτιολόγει, μὴ τῷ χαριτώσαντι οἱ ἄλλοι, βλάψωσί σε κακῶς. Καὶ ἡ Νεανίας εἶπε τοιαῦτα μητρὶ ἢ ἀσεβέστατ, καὶ σὺν δὲ τῷ ἀμηχάνῳ· ὃ γὰ ἐξ ἄνω ᾧ ἀπλῶς ὦ ἄνω διαφερομένῳ αὐτοῖς τοιῦτο τροπῦτο. Ἐπιγίνωσκε χρή, φυσί, ὁδὸς ἡ ἀληθείας ἐδός, ἢ αὐτὸν ἀμηχανῶ πορεύθηναι, εἰ τὰ γε αὐτῷ σε ἰσχυρὰ κατέχε, πανχίαν ἀχλὺ ἢ ὀφθαλμῶν καπνίσασα. Καὶ ἴσως ἀκύ, φυσί, δέξω.

20 Οὕτως ἔφ παραλαβὼν ἢ μητέρα εἰς ἢ ἀσεβῆ αὐτῦ ἢ ἑαυτῦ, προσέβη τε τοῖς εἰδώλοις, ἃ ἐκεῖνος ἔτυχ γε αὐτὸς ἐλατρεύετο. Τίνι λέγε τοῖς Θεοῖς, ἔφη. Τίς ἄρα ἐστὶ, ὁ εἰ τῇ πολέμῳ μοι βεβοηθηκώς; Οὕτως ἐ μεδ' ἕρτον. Οἱ ὃ τὰ ἑαυτῇ ἐνοίσαν, ἢ λίθοι ἔτυχ, ἐκφῶνε, ἔγρῃ ὃ μᾶλλο ἢ ἢ σεβομένοις ἐδέτο ἐλπιδόσθαι. Ἐπίσταμαι σοὶ ἀνάκα πρὸς ἢ μητέρα, τὰ λιχθεὶ, Οἱ Θεοὶ, ἔφη, ἀληθὲς ἀρὰν ὁ δοῦλο

dax, & ob violentiam minime tolerabilis. Nam virorum insignium filias Agareni invadentes, in uxores per violentiam assumebant. Id quod flagitiosum juxta ac luctuosum erat, paternaque vilcera vehementer commovebat. D Ex mss.

17 Itaque simul atque veniſſent illuc, ubi Neanias quoque aderat, ut raptionem exercerent; omnes publice conveniunt, qui hanc incolebant civitatem, & cum Neania re communicata, obnixe eum rogant, ut calamitates eorum miseratus, contra hostes contenderet, neu despiceret graviſſimus injuriis ab ipſis affectos. Sed ille (ecquis enim eo ad misericordiam promptior?) novacula ad cotem, quod dicitur, & titio ad igoem, ſtatim obtemperat, & utraque manu eorum illico ſuſceſturum ſeſe patrocinium pollicetur. Nec mora, egreditur una ſecum ferens crucem, arma invicta, arma viſibilibus ſimul atque inviſibilibus hoſtibus impenetrabilia, in quibus plus ponebat fiduciæ, quam Peleus in ſuo gladio. Et vero, Videbo, inquit, ſi tu, qui apparuiſti, filius Dei viventis es. Et ſtatim audivit vocem e cælo dicentem: Macte animis: Ego enim ſum Dominus Deus tuus, & ego tecum ſum. violentia filius E

18 His auditis, animi plenus irruit in hoſtes, robore leoni ſimilis. Et militibus, quos ſecum duxerat, unicum hoc dixit: Coofidite, perdemus hoſtes, dimicaote nobiſcum Crucifixo. Sic dixit, dictumque mox factum reddidit: nam hoſtes facile, quaſi fœnum, deleti ſunt, & ſolo proſtrati. Nec pauciores ex Agarenis quam ſex mille deſiderati ſunt, nemine proſſus eorum, qui a Neaoia ſtabant, vel leviſſima plaga vulnerato, nedum deſiderato, ſed bello illacrymabili, ut dicitur, ad unum uſque omoes perfuncti ſunt. Magoo hoc divinæ crucis virtute luculentiſſime parto triumpho, ſine mora Neanias fauſto nuntio matrem impertit. Cui illa obviam proceſſit lubens, & de iis, quæ acciderant, ſingillatim ſiſcitata & edocta, gaudio repleta eſt. Poſt temporis pauxillum, adeſt & ipſe Neanias matri cariſſimus; quem, quantum potuit, ſuaviſſime complexa, & tamquam mater tenerrimo affectu oſculata; Diis, ait, fili, coovenit gratias agere; nam multum eos oravi, quando tu hoſtes invaderes. in unum rapiendum eademque reprimi virtute Crucis

19 Tunc ille: Bene, ait, factum, o mater, quod vices filii dolueris, meique curam geſſeris. Ego ſane præſenti Dei auxilio uſus ſum. Et illa, Ne, ait, ita loquere, fili, oec uni Deo id acceptum refer: ne alii, id ægre ferentes, malo tibi faciant. Aſt Neanias matri pietatis aditum aperuit. Et hoc novum eſt, quam quod maxime, filium contendere, ut, quas accepit a parentibus, gratias tranſcendat. Nam illi, quæ tantum dederat eſſe, bene eſſe, rapandere conſtituit. Cognoſcere, inquit, neceſſe eſt, quænam ſit via veritatis, eamque cootento niſu decurrere; quam potens nunc te dolus teneat, craſſam oculis offundens caliginem; atque hoc ipſum oſteodam. F matri ſuæ oſtendit,

20 Sic fatus, matrem prehendit, & cubiculum ejus ingreſſus eſt: atque ad idola, quæ aderant, & ab ipſa colebantur, converſus; Vobis, ait, deis dico: Ecquis veſtrum in bello mihi opem tulit? His dictis obmutuerunt, officium ſuum facientes, ut qui lapides exiſtereot. Imo vero cultum ſibi impendere, dementiam eſſe maximam re potius ipſa exclamarunt. Mox ergo converſus ad matrem, dicit id, quod jam erat dictum; Dii, quos nihil

vere

A vere dicere nil poſſunt. Cui illa : Non utique : ex MSS. nam poſtquam deriſum advenisti, ſtultum ac ſupervacaneum duxerunt, reſponſum dare. Ille rurſum : Quin accede tu ipſa, eis amica, nulloſque habebis qui vel verbo tibi reſpondeant. Nec mora, acceſſit illa cum pietate, quam non facile quis exposuerit : Obſecro vos, ait, dii cæleſtes, ſupreme Jupiter omnipotens, regina Juno, & tu dominator maris Neptune, & tol fatidice, Pallas urbis præſes, & quotquot dii ſunt alii c ; Nonne vos eſtis, qui filio meo, ac veſtro famulo opem tuliſtis?

poſſus fidele.

21 Nec minus ea, quæ ſine voce fuerant, ſine voce manſerunt ; atque ut potius cum divina Scriptura loquar : Non fuit vox, & non fuit auditio. Statim ergo Neanias, divinæ crucis arma manibus geſtans, chlamydem exuit, & pellem leoninam, zelum, inquam, Dei aſſumpſit. Eo indutus, matrem ſedare repreſſit, magno impetu in idola inſiliit, & calcibus ea impetens vehementius, pavimento mox alliſit, deinde in fruſta comminuit : B & quoniam non panca erant ex auro & argento, pauperibus diſtribuit, ſic utilia reddens, quæ omni prorſus uſu carebant. Tum matri dicit : Confidente me, auxilium a Crucifixo. Hæc autem diſpereant, & quæ mala ſunt, male perdita intereant,

τοῦτο ἐκεῖνα διαταμεῖν, παραχρῆμα τὰ μέλη λύσαι, κλέψι βάλαντα, δυμὸ ἀνελόντα, σωτῆρα γένεται, μικρὰ τῷ ἀνατέμνοντα τὸ διάμετρον· ἔστιν καὶ ὅδε μῦθος, ἔ φύσις ἅμα τῷ συλλόγῳ δόξαν σὺ μητρικὰ δὲ ἀλύοντος ἐ πρὸς τὰ ἀδύλα δαιμόνι κατρεῖαι, πρὸς Διοκλητιανὸν ἄνασσ. F Καὶ ὁ βασιλεῦ, (ἔφη,) μεγάλη, φίλ., ὁ ἰμὸς ἀνεψιὸς μαίνῃ, πεπτώκασι γὰρ τῷ Σταυρωμένῳ, τῷ ἐ ὑμετέρων κατηγόρῳ θεῶν· τῷ γὰρ ὃς ἐν τῷ ἰερῷ ἐκείνῳ ἔχοι, καταστασιν εἰσιὼν, τῷ καπέρξε λίαν ὑβριστικὰ τῷ δρασίοι, τῷ σ' λοιπὰ τοῦτο διῆκε, τῷ σὺ μᾶλλον εἶσαι σωτῆρας.

23 Ὁ δὲ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν τῷ σὺ λίαν φθονερῶς τυλίμενός τε τῷ φθίγματος ἐ οἶον φθειρόμενον τοῖς συνεγχυσις καταδόσας ἀνδράσι, τῷ ἅμα μὲν οἰκτείρων τὰ πάθη, ἅμα δὲ τοῦ ἐκείνων ἀνοσιουργίας ἀποδυχόμενος, Ἀλυτὰ σοι ἔστω, γοᾶν, ὁ γαῖος, τοῦτο ἄδικα τὰ πεφθαι, πρῶτα μὲν γὰρ ἀδὲ ἀπόλυτος τὰ λοιπὸν ἐ τὸ σὸν παῖδος μεταμέλεια, ἔστιν δ' κἂν ἀνίκητα ἐφεῖ τὰ πεφύκασι. Α'λλ' οὖν φῆ' πάντα διορίβας ἐ συγκλίνετο ἐ βάσανον ἄγειν τοῦ φιλοκέρτομον, ὃν ἐν ἴδιαις καλῶ ἐ ἔρασιν τῷ μᾶλλον τῷ γνώμῳ ἐ σὸν, εἰς ὕστ ὅλῃ, ἔ εἰ καὶ γνοῖν τὰ μὴ πάσαι κέχρυσο. Αὐτὰν δ', εἰ ἔστι ἔχειν ἐμμένοι, οἷα δὲ καλῶ· ἐφθένα ἐ πρὸς σε μόνον, ἀλλὰ τῷ πρὸς ἡμᾶς γε τῷ ἔστι δεῖσ, πολλὰ βασάνοις ἀνολίσθαι κακῶν ἔασον.

C cultu. Diocletianum accedit, dicens : O imperator ; vah ! filius meus in magnam dementiam inciderit oportet ; credidit enim Crucifixo, & in noſtros deos invectus, quos in cubiculo habui, intrans confregit, ac deturbavit ſumma cum injuria & audacia ; in fruſta omnes contrivit & in nihilum redegit.

filium accuſat apud Diocletianum ;

23 Ille ex oculorum agitatione, ſpiritu ac loquela admodum perturbatis, magno æſtu intus viſcera ejus accendi intelligens ; atque ſimul quidem dolorem ejus miſertus, ſimul deorum venerationem comprobans ; Noli dolere, inquit, ea flagitia, quæ jam facta ſunt. Primo enim non eſt deſperata in poſterum filii tui reſipiſcentia, utcumque prorſus inſanabilia videri poſſit. Sed tu ex univerſo ſenatu delectum ini, & diſcerne ; & quem videris conſpectu pulcrum, & animo tuo placentem, in filium elige, & quaſi genuinum filium habe poſthac. Neaniam vero, ſiquidem idam præſtiterit, non tibi tantum, ſed etiam nobis, atque ipſis adeo diis inviſum, multis tormentis male periro ſine.

24 Erat per id tempus adminiſtrationi Paleſtinæ præfectus nomine Ulcion *a*, genere Italus, ingenio verſutus, animo immitiſſimus

24 Κατ' ἐκεῖνο ἡ καιρὸ τῶν οἱ Παλαιστίνης ἀρχῶν Οὐλκίων τὸ ὄνομα ἐπεδείκνυτο ὧν, γένῳ Ἰταλὸς, φύσιμα σκολιὸς, ἔ γνώμῳ ἀνελεήμονα-

Digitized by Google

Α ναι· ἡ δ' ἐξ ἀγχιστείου, ἐ σωτῆρος φαίνω, ἀνακρινῶν ἀξιῶ σε φράσαι τὴν ἀρχήν. Τότε τοίνυν ὁ Διοκλητιανὸς ἔφη· Τὸν πάλαι τόλμαν μὴ ἐξεταζομένου λαβών, πρὸς Νεανίαν ἐπείχθη δίκα, ὃ δὲ Θεοδοσίου υἱὸν, ἀκούομεν δὴ παρ' ἡμῶν, ὡς ἀμήχανον πεπεῖσθαι πλάνην, ὥν ὑπὲρ γε τὴν ἀσεβεστάτην πεπεδῆσθαι. Ὃν ἐ μόνον πάντα ἀνθρωπον δίεδυ ἡ τοιαυτομανία αὐτὸ ἀφροσύνη, αὐτῷ τε κακὸν ἔσαι, καὶ ὡς ἀληθῶς αὐτὸς χάρις· ἀ ἡ μὴ ἐθελοκακῶν ἐφθὸν ἐ βλασφημῶν, μᾶλ' ἴσως αἰσχύνεσθε, ἀλλ' ἐ ζώσῃ ἀφαιρεθεὶ βασάνοις ὑποβληθέντα πανύστατα τελευτᾷ, ἡ τοιαύτας τῶν χαλεπώτατα, ἅτε κἀκ αὐτῶν ἀνίατον ὂν ἀναβάσιν, ἀλ' ὃν ἐφορᾶν ἀφελοῦμαι καὶ τοῖς ἄλλοις παρασκεύω.

25 Ἐπεὶ δὲ τῷ ἐπιστολῇ ταύτῃ Οὐλκίων ὡς χάριν ὅλην ἔ αἴσγυν, παραλαβὼν δίδυ ἐφ' ἑ συγκλήτῳ, καὶ τοῦτο χρὴ ὡς τῶν Διοκλητιανοῦ πρόσταγμα, οἷ ἦσαν τῶν Δικῶν ἀφικτήρια, ἔ ἀπαθεῖν, πρῶτα μὲν ἀσπασμὸν, ἔπειτα ἡ καὶ ἡ ἐπιστολὴ αὐτῷ δίδωσι, τῷ παρόντι τῶν αὐτοῦ δυναστῶν, καὶ ἐκεῖνα ἀπὸ τόματος ἀκριβοῦσθαι ἐξηγεῖται ἀγγελίαν. Ὁ ἡ ἀκούσῃς, ἔ ἀ ὧδε ἐκὰ βλάσφημα κατ' Χριστοῦ διελθὼν, καὶ ἀκήκοας, ἀκ ἔσχεν ἀνυχῆ τῷ πάθει, ἀλ' ὁ ὧδε ἐκείνων ἄξιον πεῖθεν, ἀνδρὶ ἐκείνῳ, ἐβρίζοντι καὶ ἐκ πολλῷ μᾶλλον κατηφοῦντι, ἄφρασι δίδυ, ἵσγυ πρόπορον ἐξαγγέλλειν τὸ πρόσταγμα, ἅτε καὶ ὑπηκόῳ· Ἐγὼ Χριστιανός εἰμι, πείθομαι τοῖς βασιλεῦσιν. Τοίνυν Οὐλκίων ἡ ἀνοησίαν τῶν ἐγχειρήματος, καὶ τὸ δοκεῖ δίκαιον, καὶ ὑπερβαλλομένως, ἃ ζῆλον πεποιῆσθαι, ἀλλὰ φρονήματος μᾶλλον ἀλαζονείαν ὑπολαβών. ἐμβλέψας ἐμφανικῶς τε τῷ Νεανίᾳ, Βασιλικὸν δίκ, ἔφη, ἡ τῷ σῷ αἰδοῖ μορίζομεν, εἰ σὺ ἔ ἐθέλοις, ἀπορῶ πλέον.

26 Ἀλλὰ πειθοῦ ἐμοὶ τε καὶ τῇ συγκλήτῳ τῇδε, φαίνει βασιλικῆ κελεύσαντι ἄκων, καὶ ἵν' ἧσσαν ἁμαρτάνῃς δίκαι δίκασον, εἰ δὲ ἔ θέλεις αὐτὸ μόνον, ἵν σέσωσαι, βασιλεῖ δίκην δίκασαι, δίκε ἡ φρονεῖδον ἀναπλεῦμεν. ἐγὼ τε ἄκων, ἐ ἀναγκῇ πάντως ἡ δόκησις τῷ προσταγμάτῳ ποιῶν. Καὶ ὁ Νεανίας, Καλεῖ ἐμὶ δίκην ἐκλέδασαι, ἔφη, δίκαι ἔγ, ἀλ' ἐμ' αἰνῶν τῷ Χριστῷ, ἵν ἐξορύττεται ὑγιάνασα, ἔ ἀ δίδυκα καὶ κελεύσῃς μᾶλλον, ἐ ἀπὸ θαρ' ἐμὸν ὑπεκκομίσαι, ἵνα δὲ τρόκαιρον ἔχεσα ἡ ἀκγελίαν· ἰδὲ δὴ, τρόκαιρόν σοι, ἵνα τραχυτῆ· ἀπ, ἡ ἄρας ἐξαιρεῖται ἔ σαρκῶν φθορικῶν, κἀλάζῃ Οὐλκίων, μᾶλλ' ἐμὸν φρονεῖζον, μᾶλ πεισμονῶν οἱ βραχύτατον. Καὶ ὁ Διοκητὴς οἱ τῷ φρονήματος ἀγριοῖς καὶ ἀπαίδευτον τῷ τε τρὶς βασάνῳ ἀτρεμεῖ καὶ ἀξιῶ ἀπ' ἔχον ἰδιωτικὸν ἐνεστῶτος; Μάλιστα, ἔφη, ἵνα ἡ πεφρικὼς σὺ ἔ τῷ βασιλεῖ τροφικὸς, ἔ παῖ ἀνῳ μάλιστα αὐτὸς ἀξιώμεθ'.

27 Ἔνθα ἔ Νεανίας ὑπεστρέφετο τῷ ὑρωμένῳ τότε ἔ διατεθεικὼς τῷ Λέχοντος, μὴ καὶ τε εἶδωσι τὸ ἡ πρὸ τῷ κολάζειν ὁμῶς, καὶ ἀνδρὸς τῷ μὴ ἡβῶ Χριστὸν σωθῆ κινδυνεύοντα, παρανάκλησις; ἢ παῤῥησίας ἔ σθενεμένου, ἐξοργίζει δὲ ἡμέτερ, ἡ ὑπ' θυμὸν ἀβάστακτον ἐκίνδυ. Εἰσὶν σοι, λέγω, δύ τῷ Ἐξαυρομένῳ ζῶλοι εἰμί, ἔ ἀνῳ μάρκελλοι. Τοιοῦτοι δὲ τὰ σὰ τὰ, εἰσὶ καὶ ἡ ζωλω λόγοι ἐκφοῖτες αὐτοῦ παρακρᾶμα, χαλκοῦν ἀκούσῃς χάλκα, χαλκοῦν τοιοῦ δ' Οὐλκίων καὶ ἡ συγκλήτῳ· ἅμα φασὶ ἐκφοβεῖσθαι καλέσαι συνεδρίου ἡ Ἅγιον καὶ τὸν ἐπὶ Καισαρείαν Δίδυ ἀγεσθαι, εἶδε δὴ πρὸς ἡ εἰκοσαμένου καὶ ἐπισκευασμένου ὧδ. Καισάρειαν ὃ αὐτὸν φαμεν· ὧ καὶ Φιλίππου καλεῖ εἰώθαμεν, ἀνθ' ὃ ἔ Στρατωνος μεθ' ὑπόρκου φ πρό-

&c crudeliſſimus, atque, ut verbo abſolvam, dignus Diocletiano, qui id ei provinciæ commiſerat, miniſter. Iſti ergo Diocletianus ſic ſcribit. Præſtantioribus eorum aſſumptis, qui circumcirca civitates tenent, ad Neaniam Ducem contende, Theodoſiæ filium. Etenim ex ipſa accepimus, eum in immedicabilem erronem incidiſſe, mortali & e cruce ſuſpenſo credentem. Huic perſuadere ſi poteris, ut recentem ſuam religionem abjuret: & bene ipſi erit, & non modica inde te manebit gratia; ſin pergere in malitia viſus fuerit, nec melioris frugis ſpem faciat; nihil parce, ſed cingulo exauctoramus, ſupplicijs ſubjiciatur, ita numero multis, ita gravitate horrendis, ut quamvis nullo melioris frugi pretio iſta ſuſtinuerit, nihilo tamen minus profit aliis, ne in ſimilia incidant tormenta.

25 Ulcion, accepta hac epiſtola & lecta, ex Diocletiani præſcripto convocans mox ſenatores, in Ducis ædes devenit, & ingreſſus, ſalute quidem primum, dein epiſtola ipſum impertiit. (Nam feveriora nuntiare verbis cunctabatur, Viri ſplendorem reverens,) Quam poſtquam Neanias legiſſet, & quidquid in Chriſtum evomebat blaſphemi, percurriſſet, ſuum morem haud facinus decoxit; ſed quod in eam fieri dignum erat, effectum reddidit. Nam poſtquam illam diſcerpaſſet, &c. in multa frutta ſciciſſet, veneni dedit, ipſa re potius, quam dictis enuntians, quid ſentiret. Poſtea addidit: Ego Chriſtianus ſum; imperata perfice. Tunc Ulcion novum hoc & audax inceptum, animi arrogantia, non abundantia zeli metiendum ratus, & defixiore obtutu Neaniam pererrans; Hinc meum, inquit, Imperatoris, hinc tui veneratione diſtractus, quid agam neſcio, conſilii incertus.

26 Aſt mihi & hnic concilio morem gere, & Imperatoris edicto obtempera; inſpectantibus nobis ſacrifica, ut vel hoc ſolum declarantes Imperatori, te obediviſſe, timore & curis eum liberemus. Sin minus, omnino neceſſe nobis eſt imperata exſequi vel invitis. Ec Neanias, Recte, ait, enimvero ſacrificare me juſſiſti: ſacrificabo ſane ac lubens, ſed ſacrificabo me ipſum Chriſto, quem ſingulari amore dilexi. Neque pœnas extimeſco, a vobis excogitatas; quoniam tantum affligunt ad tempus. Ecce præſto ſum, & permitto me tibi; præterit tempus, & corpus corrumpitur. Pœnas ſume, Ulcion; nihil nos reſpice, neu cura vel tantillum. At Judex promptum & immobilem, & ad tormenta expeditum animum miratus; Non ita, inquit: nam tu illuſtris es, & Imperatori peramicus, & ſummis ab ipſo honoribus affectus.

27 Dein Neonias, contemnens ſubmiſſum hoc Præfecti obſequium, ac veritus, ne obſeſſet cupiditati pœnarum, qua flagrabat, & ne periculum incurreret non patiendi propter Chriſtum, mox verbis, libertate plenis, ad iram concitare eum cœpit, animumque vehementer accendere. Dixi tibi, ait, Crucifixi ſervum eſſe me; eique ſoli me credere. Hæc confidenter locutus, poſtea cingulum ſolvi ſuum ſtatim permiſit, id quod ſatis erat, ad moleſtiam ei creandam. Nec mora: bilem movit Ulcioni: qui una cum concilio conſurgens, Sanctum comprehendi juſſit, & ſtatim Cæſaream dedici; ibidem enim cuidam templo ædificando præerat. Cæſaream vero hanc dicimus, quam & Philippi vocitare ſolemus, & quæ turris Stratonis

prius

A prius cognomentum habuit, Phœnices autem Ex Ms. Paneada compellant, indita denominatione a vi-
b cino ei monte Paneo *b*,

qui compr. hæc dicitur de Cæsarea Philippi dubitatur,

28 Sed quoniam hujus in civitatis mentionem semel incidimus, animi fnret inertis, prorſus elegantem, & ſilentio minime dignam, non pertexere narrationem. Mulierem enim ſanguinis profluvio laborantem, quam a Chriſto ſanitati priſtinæ redditam accepimus, hinc ducere originem, memoriæ proditum eſt. Genuinn teſtimonio rem comprobant & domus ejus, in civitate exſtructa, & alia minime obſcura, a Domino, Deum ſe demonſtrante, in eam collata beneficentiæ argumenta. Ad fores domus mulieris imaginem ſuper altum lapidem ſtare fama eſt, ex ære factam, ſed incurvato genu, & protenſis antrorſum manibus, ſupplicantis ſpeciem referre. Ex adverſo autem illius, ſtatuam viri conſiſtere, ex eadem materia conflatam; figura recti, ſed diploide perquam elegantер amicti, ac manum benigna procedentis mulieri, ad quam ſe inclinat.

B

mulieris Hæmorrhoſſe et Virgilius.

29 Cujus ante pedes nova quædam herbæ ſpecies erumpit ſolo, ad diploidis uſque fimbriam aſſurgens, atque ibidem ſubſiſtens, neque tendens ulterius. Morbus autem prnrſus eſt nullus, nullum vulnus, quæ hanc herbam ſuperent; ſed illi cedunt omnia, & perfecte ſanantur. Jam autem hanc ſtatuam referre re ipſa Chriſtum, fatentur omnes, & ſalutiſeram ejus imaginem ibidem ad vivum eſſe expreſſam *c*. Sed de his quidem ſatis. Nunc, quæ in eadem urbe Cæſarea exin geſta ſunt, proſequatur oratio.

πρὸς ἐκαλεῖτο· Φοίνικες δὲ Πανεάδα καταονομά- D
ζουσι, ἀπὸ τῆ γειτονοῦ ἐνῆ ὄρυς Πανίου τῆ ἐπωνυμίαν δόντος.

28 Αὐτὴ ἡ ἐν πόλει ἄνοδος εἰ μνήμη ἐλθοιμεν, βάθυμον ἴσως τὸ διηγεῖσθαι παρεῖναι ἀνεῖναι ἐφιέμενοι, καὶ σιωπὴ ἐξαιρεῖ ἄξιον. Τὴν δὲ Αἱμορρόουσαν, ὃν ἐυδόκιμεν περὶ Χριτὸ μεμαθήκαμεν, ἔνθεν ὁρμᾶσθαι φασιν, μαρτύρια ἀξιόπιστα, ὅτι οἰκία αὐτὴ ἐν τῇ πόλει ἐδρυμένη, καὶ ἄλλα τεκμήρια σύμβολα ἐν αὐτῇ εἰ Δανιὴλ διακεῖται. Πρὸς γὰρ ταῖς πύλαις αὐτῆ ἐν λίθῳ γυναικὶ ἐκτύπωμα λίγειν ἐφ' ὑψηλῷ ἑστῶσα λίθου, χαλκῇ μὲν τὴν ἐσθῆτα, ἐφ' γόνυ δὲ κλινομένη, καὶ ταπεινὸν ἐπὶ τὰ ἱμάτια τὰς χεῖρας ἐκτείνουσα πρὸς ἱκετείαν. Τύπον δὲ αὐτοῦ. διδυμίαν πάλαι ἑστῶσα, ἐ μὲν ἀνδρὶ ὅλῃ εἰργασμένον, ὡ σχῆμα δ' ἐρθιον, διπλοΐδα δ' ἐκάστοτε ἀναβάλλεται μάλα κομψῶς, τῶν χεῖρα τὸ πρόπλουν φιλανθρώπως ἐκτεταμένον.

E

29 Οὗ παρὰ πόδας ξενίαν βοτάνην εἶδος ἐκ ῥίζης ἀίσσει, μίχρι γὰρ τῆ κρηπιδὸς ἐ διπλοΐδος ἀνῆκε, μέχρι δ' ἐκεῖ, μὴ προβαῖνον ἐπιπροσθεν. Τύπον δὲ ἐ βοτάνης οὕτω νόημα δλως ἐ πάσαις κρείττων ἰφάσθαι, ἀλλὰ πάντα εἴκειν ἐνῇ, ἐ κομιδῇ λοιπόν. Τῶτο ἄρα ἐ αἰδεσίμη ἐ Χριστὸ ἀνάχρημα εἶναι, πάντες ὁμολογοῦσι, καὶ τῶ ἀυτῶ φιλτάτου εἰκόνα πρὸς τὸ ὁμοιότατον ἀκριβῶς ἐξεικασμένην. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶτων ἅλις. Ἐ χίσθω δ' ὁ λόγος τῆ ἀκολούθου παρ' ἐνῇ τῆ Καισαρείᾳ,

ANNOTATA.

a *Apud Surium ſcribitur* Juſtus.

b *Utramque Cæſaream hic ab Auctore confuſam, monuimus in comm. prævio, num.* 18.

c *Ex parergo hoc hiſtorico minime ſequi, auctorem ſcripſiſſe ante imperium Juliani, habes in Commentario prævio, num.* 16.

CAPUT IV.

Tormentis cruciatus, a Chriſto & Angelis viſitur; baptizatur; multos ad Chriſtum convertit; ſternit idola ſigno crucis.

F

C Um itaque Ulcion ſederet pro tribunali, Sanctum advocat. Quem multitudo civitatis conſpicata, & errore idolorum temulenta, inconditis vocibus exclamarunt, ſive potius non tam ipſi, quam per eos impietatis parens ac magiſter. Eccum, inquiebant, qui ſacrificia deorum abolet, ipſos evertit, & palam Imperatores contemnit. Quibus auditis, Ulcion, occaſionem captans, & tempori, ſeu crudelitati ſuæ obſecundans potius, ſupi adinſtar in oyem inſilit. Illico Sanctum ſuſpendi juſſit, & crudeliter radi. Quibus peractis, nonnulli ex præſentibus & aſtantibus, Martyria utique ætatem miſerti, ipſum flebant.

Sanctus Mariæ

tormentis cruciatur.

31. Sed tua hæc, o maligne ſpiritus, fraus eſt; neque enim illis „Martyris hoſtibus, benevnlentiæ ſignum ri exhibere, dulce erat; aſt quo facilius pugilem effeminarea, molle aliquid ad corporis amorem ſpectans, certamini ſpectaculum produxiſti. Quos ubi genernſus pugil, & neque animi commiſeratione, neque tormentis vel tantillum inflexus, adſpexit, Patres, dixit, fratreſque, nolite flere ſuper me, ſed ſuper animarum veſtrarum exitin flete: veſter etenim ſtatus lacrymis dignior; meus vero hilaritate plenus. Ecquis enim neſcit, labores

Πανεάδαι Οὐλκίων τῶ βήματος, μνημεῖον αὐτῶ ἐ Ἅγιον· ὃν ἐ πολὺς ἐ πόλεως διαπεμφόμενοι, ἐ φ' ὑψηλῶ τὰ εἴδωλα πλαίῃ στρεπτὰς ἐκμοδυσμένοι, γογγυσμοῦ ἐξαίσιον, ὡς αὐτοῦ ἐ μάλον, ἀλλ' ἡ δι' ἐκείνου ὁ ἐ κακίας πατὴρ καὶ διδάσκαλος. Οὗτος ἦν, λέγοντες, ὁ τὰς μὲν θυσίας ἐ θεῶν ἀναιρῶν, ἐκείνῳ τὰ παλαιὰ κατεφρονῶν ἐ προδήλως τῆ βασιλέων. Ὧν ἀκούσας, καὶ Οὐλκίων, ἐ οἷα δὲ πρόφασιν ἁρπάσας, καὶ ἐ καιρὸν ἐ μᾶλλον τῶ ἑαυτῶ ἀγρίῳ διεγείρειν, κἄτω τὸ τραβέντα παραυτίκα· ἐ σπαραχθῆναι ἐ Ἅγιον ἀπρεπῶς ἐκέλευε ἐ ἐχυρὰς ξύεσθαι. Οὗ γενομένου, ἐκοι ἐ σαρκίων ἐλίττοντες ἄσπερ ἐ ἐλαιῶν ἐ Μάρτυρα, περιέπιπτον δυσ' ἐλεεινῶ.

31 Σόφισμα ἐ τοῦτο σὸν πονηρὲ· ἐ γὰρ ἐκείνοις ἐχθροῖς ὄντως σύμβολόν τι φιλανθρωπίας ἐνεδείκνυσθαι ἔδει, ἀλ' ἵνα σὺ μᾶλον ὑποδηλώσῃς τὸ Ἀθλητῆ, ἐ μαλακὸν τι βλέπων, ἐ φιλοσώματον πρὸς ἐ ἀγῶνα παρεκάλεσε. Οὗτε διακύψας ὁ Γεωργὸς ἐ μᾶλα ταῖν-ψυχῶν, μᾶλα βασανίοις ὅλως παραδοὺς, Πατέρες ἔφη, καὶ ἀδελφοί, μὴ ἐν' ἐμοὶ κλαίετε ἀφίντες, ἐν' ἐφ' ὑμῖν μᾶλον ἐ ὑμετέραν ψυχὴν κλαύσατε· τοῦτο γὰρ ἄκλαυτον ἀλυδὲς ἄξιον, ὡς ἀγαθοῦ μὲν πλήρης ἐ τὸ ἀφορμὴν εἶναι δὲ καὶ σπείρουσι καὶ πυνθανο-

εἶναι

A διωκόμενον πάντα ἀεὶ τὸν ἐν τῷ κακῷ ὄντα, σαφῶς γνωρίσωμεν. Καὶ οἱ κατάρατοι, οἱ καὶ ἀνακαὶ μὴ ἐπιφερόμενοι, παραυτίκα ἔχοντες τὰς τιμὰς, πλείονα ἔτι τῶν ἀγαθῶν ἐφρόντιζον.

32 Τότε εἶπεν, ἀνέβλεψε Δεῦτε ἐπὶ ἐμὲ ὁ δοῦλος σου, εἰς τὰ ὄρη τὰ ὀφθαλμῶν ἐπῆρε, ὅθεν ἔλπιν ἐλάμβανε τῆς βοηθείας. Ὦ Θεὸς μου, φησὶν, ὁ βοηθὸς ἐν τοῖς θλίψεσιν, σπεῦσόν μοι εἰς ἐπίσχυσιν τῷ βραχίονί σου, τὰ βέλη ἀποκλῖνον τῶν ἐχθρῶν μου τῶν ἐπὶ ὀνείδει σε ὁπλισαμένων σὺ γὰρ ἐκ τῶν ἐμῶν μελῶν ἐκτήσω τὸ ὄνομά σου. Καὶ γὰρ ἐπίσης ἐκπλήττουσα ἦν ἡ τῶν ἐχθρῶν πρὸς τὸ μαρτύριον ἀναισθησία, ἢ ἡ τοῦ Μάρτυρος πρὸς τὴν γενναίαν ὑπόμονὴν ἐτοιμότης. Καὶ γὰρ ἐπίσης ἐκπλήττουσα ἦν ἡ τῶν ἐχθρῶν μὲν ἀπανθρωπία, τῶν δὲ μελῶν ἀπὸ τῶν ὀστέων ἀποσπωμένων, ἤδη τῶν γυμνῶν ὑπομενόντων. Καὶ γὰρ ἐπίσης ἐκπλήττουσα ἦν ἡ τῶν ἐχθρῶν μὲν ἀπανθρωπία, τῶν δὲ μελῶν ἀπὸ τῶν ὀστέων ἀποσπωμένων, ἤδη τῶν γυμνῶν ὑπομενόντων. Καὶ γὰρ ἐπίσης ἐκπλήττουσα ἦν ἡ τῶν ἐχθρῶν μὲν ἀπανθρωπία, τῶν δὲ μελῶν ἀπὸ τῶν ὀστέων ἀποσπωμένων, ἤδη τῶν γυμνῶν ὑπομενόντων. Καὶ γὰρ ἐπίσης ἐκπλήττουσα ἦν ἡ τῶν ἐχθρῶν μὲν ἀπανθρωπία, τῶν δὲ μελῶν ἀπὸ τῶν ὀστέων ἀποσπωμένων, ἤδη τῶν γυμνῶν ὑπομενόντων.

33 Ὁ μέντοι δεσμοφύλαξ Τερέντιος (οὕτω γὰρ αὐτῷ ὄνομα) σωτῆρα εἶχε τὸν Ἅγιον, ἐκ πολλῆς ἀγαθῶν ἕξεως ἐπιφημισθέντα. εἰς τὴν γοητείαν μὲν οὐκ ὀλιγάκις ἐτράπη ὁ ἄρχοντος, χάριτι δὲ μᾶλλον ἐπιστρέψαι σπεύδων τὸν ἐπιτηδεῖον, ἔχειν τὸν Ἅγιον ἐβούλετο. Ἤδη δὲ νυκτὸς μέσης πάντα μὲν ἀθόρυβα τὰ δεσμωτήρια, πάντες δὲ ὕπνου μέτεχον. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ὑπὲρ φύσιν μάλιστα τοῦ ἀγγέλου ἐπισκέψασθαι καὶ παρακαλέσαι τὸν ἀθλητὴν. Καὶ τοῦ μὲν ἦν ἐκπλῆξαι τοιοῦτον; Εὐθὺς οἱ σύνεσμεν μὲν ἡ φυλακὴ διαπύστους, οἱ κλῖνες δὲ ἐσείσθησαν, ἐξέδησε δὲ τῆς ὁ Μάρτυς ἐπιλύσεως, πρὸς ἅπαν καλέσαι αὐτὸ τὸ πραχθέντα αἰδέσιμοι ἀγγέλοι. Νεανία, λέγοντες, ἀνάβλεψον. Καὶ ἀνέβλεψε τε, καὶ εἶδε, Καὶ οἱ παρόντες, φασὶ, ἐξέστη, πρὸς ἅπαν ἔφατο. Οἱ δὲ, Ἄγγελοι Θεοῦ, ἔφασαν, ἀπεσταλμένοι πρὸς σε.

34 Καὶ ὁ Νεανίας, δυσμενῆ φρονήσεως ὑποτοπήσας, Μὴ τί Χριστῷ, ἔφη, ἐσμὲν, κἀμοὶ γε σοὶ γένοιτο μᾶλλον ἢ ἐμοὶ μὴ εἶναι τὸν ἐμὸν σύνοικον ἐξ ἐμοῦ ἐπιστραφέντα· κρίνατε ὑμεῖς ἐκ τοιούτου, ἢ πρὸς Χριστὸν ἡμᾶς ἀπεστάλθαι; Οἱ δὲ ἀστεῖα ἐπιτηδεύειν μᾶλλον ἢ μιζόνως ἔφη πρὸς Χριστὸν πρέπειν. (Πρὸς) αὐτὸν τρέπε, ἔφη, παῖδα ἐ. Κύριον φοβοῦ καμέτε φόβῳ ἐβεκλάσθησαν (φῶτα δὲ ἀκὶς ἐπὶ τοῦ ἐπὶ δίκαιον ἐκίνει τὸν Ἅγιον, ἐξ ἐ τοῦ αὐτὸ τὸ κολάσαντος ἀκίνητα τὰ δίκαια ἀπιστοῦντ' ἴξιν) ἐ ἄγγελον ἀφῆκε δημοσθένη, ἢ φλόγα λύσιν· ἐμοὶ δὲ ὁ παῖδευτὴν ἀρκοῦσα, ἢ φως τοῖς σὺν αὐτῷ διαγώνισμα, ἵνα ἐ δι' ἀγγέλου ἔξεις ἐβδὲ παρακλήσεως; Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Μάρτυς. Χριστὸς δὲ ὦ ἄρα, ὁ τὸ πᾶν αὐτὸ ἐ μετρήσας χερσὶν αὐτῷ πάλιν, ἐπὶ ἄλλαις χειρώσεσι τὸ γενναῖον μᾶλλον ἐπιδείκνυσθαι τῷ ἀγῶνι, ἐκ τὸ πρόκειν εἶναι ἀκμητότερον, ἢ ὕδατι ῥανίδας αὐτὸ ἢ ἐλαίας ἀπέστειλε Μάρτυρι.

35 Οὐκ ἐν τῷ Νεανίᾳ, ἀλλὰ Προκόπιος ἐκ ὀνόματος κεκλήσεως. Ἴσχυε τοιγαροῦν καὶ ἐκβάλλε, φοβοῦμαι γὰρ τρεμίζω, καὶ ἐν τοῖς ἐμὲ ἔτι πείθεσθαι τοίμησον. Τὸν δὲ τρόμον τε ἄλυσε οἱ χεὶρ κλονίει, ἀίσσοντα ἔρρωσε, ἱκετεύω σε αἰτιῶμαι φοβοῦμαι σὲ ἀπιστοῦσά μοι ἐ ἀσθενοῦς ἡ ψυχῆς· δέδοικα γάρ, μήποτε ἀνθρώπου πρὸς σὲ ἡ βασάνου ἐπαγωγὰς κινδυνεύσω πρὸς τὴν ὁμολογίαν ἡ σὲ ἐξ ἐμοῦ. Πρὸς ταῦτα, Μὴ φοβοῦ φησὶ ὁ Κύριος· ἐγὼ γὰρ εἰμὶ μετὰ σοῦ. Οὕτως εἰπὼν, ἔθρυψε τε ἅμα τὴν χαρὰν ἐμπλήσας τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἐ πρὸς ἀρετὴν ἀνθῆν.

feminam duleos esse propter spem fructuum? Et D
sane ipsa tormenta, quæ jam mihi obvenerunt, ex
& mole sua tenuere ad tempus, emulationem
æternam operabuntur.

32 Hæc dicens, respexit ad eum, qui posset salva- *ad Deum confugit;*
re; & levavit oculos suos in montes, unde ventorum sperabat auxilium. O Deus, ait, o robur in afflictis adjutor! tu brachio tuo me confirma, ut reliqua hostis jacula confringam, ad gloriam nominis tui, & ineffabilis magnitudinis. Jamque fuerat exanis torsores, & carnes, ut inane quid ac superfluum, in terram defluebant: tam pene membrorum compage dissoluta, nuda ossa fine carne apparebant. Enumero tardior nunc, exporrectionis, præsidis immanitas ad puniendum, animusque Martyris ad generose tolerandum erectior erat. Et quoniam maxime servirebant tempori, vesper enim erat, ad custodiam seducebatur. *Ab*

33 Erat carceris custodi Terentio (id enim vi- *invisitur ab angelo,*
ro nomen) magna cum Sancto contubernio; bona namque plurima, ab eo accepta, memoriæ tenebat, nihilo tamen secius, mitis Præsidis, in carcerem interiorem eum abducit, molli fenno pavimentum insternens, & linteum imponens. Atque ita Sanctum excepit. Jamque ita compositis rebus magnum Deus in civitate nostra concivit, & ipse Dominus cum terrore, comitatus angelis, visurus & consolaturus Athletam venit. Et vere qui describere posset eum, tam dura sui ergo passum? Statim itaque sponte sua carceris fores aperiuntur, & capitorum compedes laxantur: postea interiorem carcerem ingressi, in quo conclusus erat Martyr, nonnulli eum ipsum compellant humanam speciem induta angeli, dicuntque: Neania, oculos attolle. Is oculos sustulit, & vidit. Deum placide rogavit: Quinam vos, qui adestis? illi autem: Angeli Dei, inquiunt, nos missi sumus ad te.

34 Tum Neanias, probare nos volens; Si, *quasi præ-*
ait, Christi estis, nunc illa genua inclinate, ac *sumio se*
crucis figuram in vultibus vestris exprimite. Ob- *indignum*
temperarunt dicto, & addidarunt: Unde dubitas, an a Christo missi simus? Is veluti eminus, quæ paulo ante sustinuerat, tormentorum obtutus (forsasse quod majora propter Christum subiturus esset) Ad tres, inquit, pueros, cum camini flammis decertantes. (ista quippe inter F
pios audire Sanctum par erat, quem merito is, qui eum vocabat, sua visitatione dignabatur) Dominus angelum misit roriferum, qui flammam exstingueret. A me autem quid factum est hujusmodi? Qualive cum igne conflictatus sum, ut angelica consolatione dignus videar? Hæc Martyr. Et vere hanc magnam animi modestiam inspirabat ei Christus, qui etiam humana in spectre generoso Martyri manifestus apparuit, lucemque emisit quam clarissimam, & aqua eum conspergens & tangens, hisce erexit dictis.

35 Non tu amplius Neanias, sed Procopii *a Christo,*
nomine compellabere (tu tantum noctere fac *ex Neania*
sorti & masculo sis) proficiens a quippe pro- *vocatur*
cies, ac Patris mei gregem augebis. Ast illum *Procopius;*
invasit tremor, flexoque poplite; Supplico, in- *a*
quit, Domine incomparabili benignitati tuæ, ut imbecillitatem animæ meæ consolides. Vereor enim, ne tormentorum approximatione territus, periculum adeam, urgente confessione meæ in te fidei. Ad hæc Christus: Noli timere Dominum prædicare: Ego enim tecum sum. Sic fatus, fiducia pariter ac gaudio animum ejus explevit, cælumque e vestigio conscendit.

36 Ad

A 36 Ad corpus quod attinet; non illud divinæ
Ex ms. apparitionis fructu caruit; ſed purum omnino to-
ac corpus ſanatum; tum, totum intactum, nullas plagarum, quibus no-
tatum fuerat, reliquias conſervabat. Plagarum dixi? Imo vero nulla laboris memoria, aut deſi-
diæ indicium Sancto incumbebat. Verum animo quidem erat erectiſſimo; corpore autem valen-
tiſſimo ac maxime vegeto. Nam in Deo ſperavit, & adjutus eſt, refloruit caro ejus, ut divini Davi-
dis verbis utar, & mutationem accepit dexteræ Altiſſimi. Hæc vero impiorum auribus arant in-
credibilia, & captum omnem ſuperabant. Ma-
gna enim res eſt pietas, magnoque animos re-
quirit. Iſti autem erant abjecti, rebuſque ter-
renis prorſus affixi, ſerpebant humi, id quod demonſtratura eſt oratio.

vultus tor- 37 Die poſtero militem miſit Ulcion, ſeiſci-
quet. taturum, ſi Neanias jam mortuus eſſet. Cui cuſtos carceris Terentius, quidquid evenerat in carcere, expoſuit. Quibus auditis, deſiderio flagravit contemplandi Sanctum vel in ipſa cu-
ſtodia, & accedens compellavit; atque ille ex-
audiit. Hic autem cæco erat ſimilis, ſuamque cæcitatem mox confitebatur, dicens: Non poſ-
B ſum te intueri. Cui divinus Procopius: Qui-
cumque recedit a luce, ac ſervit dæmonibus, eſt in tenebris, & neſcit, quo vadat. Hæc Ul-
cioni renuntiat miles, aliiſque pluribus. Qui conſeſtim arceſſit Sanctum.

ſplendent 38 Is ad Præſidem ductus, ſolis inſtar ra-
dianta vultu, totum corpus puriſſimum ſimul & vulneri nulli obnoxium habuit, uti jam dictum eſt. Illa res non paucis ſpectantium ſtu-
porem incuſſit, & quaſi aliquam divini cultus lucem emittens, una cum militibus occulta vi exclamare compulit: O Deus Sancti hujus, ſer nobis opem. Atque ita quidem illi. Sed non ſic impius Ulcion, non ſic. Ejus animus nulla bonarum cogitationum lineamenta, nihilque cum eis commune admittebat: neque tantum quid-
quam ille intelligebat, ſed eos etiam, qui in-
telligerent vel tantillum, pervertere ſatagebat. Tandem ſolio aſſurgens, & dexteram turbæ protendens; Fratres, inquit, magnum aliquid conſpicantibus vobis mirari ſubiit, quod dii, cum nefario hoc indulgentius agentes, quas ob
C dementiam ſuſtinuit plagas ſanarint, & innpi-
nato redintegrarint.

deorum ſe 39 Ad quem Sanctus: Quod redintegratus
muſſe. ſim, res ipſa teſtatur. Sed cui deorum redin-
tegrationem meam acceptam referre debeam, neſcio. Sed adeundum nobis templum eſt. Vi-
debimus ecquis nos, benignioribus oculis in-
tuens, tam mirabiliter reformarit. Hiſce audi-
tis, ſubito Præſes impleri gaudio (ignorantia enim facile credula eſt, tum maxime, cum vo-
luntas non parum credulitatem promovet) omni-
no ſperans, fore ut Neanias reſipiſceret. Hoc autem nihilo minoris erat moliminis, quam ſolem convertere in tenebras. Forum itaque, qua a Prætorio ad templum itur, ador-
nari jubet, linteo ſubſterni pavimentum, præ-
cones ſcandere muros, & alata voce clamare, Neaniam, Theodoſiæ mulieris ſenatoriæ filium, palam reſipiſcera, Chriſtianam religionem odiſ-
ſe, jamque ſubito templum, immortalibus diis ſacrificaturum.

præmiſſa 40 Ea per urbem fama dicta, certatim o-
gratione, mnes ad confluxere. Sanctus, petita facultate, ut ſoli ſibi pateret ingreſſus, hæc ſubjecit: Non parva deos injuria affeci: oportet, ut remotis aliis introram, ut ſic magis obnixe

36 Οὐδὲ τὸ τοῦ σώματος ἄμοιρα ἦν τοῦ κατὰ τὴν D
τοῦ θεοφανείας· ἀρίδηλα γὰρ ἦλαν καὶ αὐτὸ καθαρὸν, ὅλον ἄλγους, ὅ ἢ τὸ τυχὸν πλῆγος ἀποσβέζον πληγὰς· πληγὰς εἶπον, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ὑπὸ πόνου ἢ καθρίας δήλωσιν εἰσπίπτουσα φῦ Ἀγίῳ, ἀλ' ὡ ἦλαι ψυχὴ μὲν ἀτυμώτατο, σῶμα ἢ ὑγιεινότατα τε καὶ ἀκμαιότατος. ἐνὶ Θεῷ γὰρ ἤλπισε, καὶ ἐβοηθήθη, καὶ ἀνθηλὲ τὸ σὰρξ αὐτῷ, κατὰ τὰ ῥήτα φωνὰ Δαβὶδ, καὶ ἐ τὸ Τψίστου δεξίας ἐδίξατο ἢ ἀλλοίωσιν· τοῦτο ἢ δεινῶν ἀκοαῖς ἀπιθάνων τε καὶ ἀπαράδοκτα. μᾶλα γὰ ἀ ἀπίστια, καὶ μεγάλων δεομένη ψυχῶν. Οἱ ἢ πανταχοῦ τῶ μιαιφόνοι, καὶ τῶν ἀλλοίων τὸ παράπαν χαμαιτυπῶν· καὶ τῦτο ἦλαίων ὁ λόγος ἔρχεται.

37 Τῶν γὰ ἐπιόντων, ἵνα δὲ ἀφ' ἑ πέμπει Οὐλ-
κίων ἐκτίμητα κλεάσμενος, ἀ κἄθνηκε ὁ Νεανίας. Τότε ἢ Τερέντιο, ὁ δεσμοφύλαξ, πᾶσα ἦσα E
εἰ φυλακῆ πέπρακτο, ἅπα ποιῶ κ' ἐς ἀκοὰς, ἵμερ ἔσχε ἢ Ἁγίου εἰ αὐτῷ γὰ διαλεχθῆναι φ ἀρχῇ, ἐ προσελθὼν ἐκάλα, καὶ αὐτὸς ἀπήκουσεν. Ὁ ἢ ἐοίκει τυφλῷ κ' ἢ πέρασιν ἀνάκλισιν μολύνα, Οὐ μὲ δύναμαι, λέγων, διάκοσθαί σε. Πρὸς ὃν ὁ Θεῖο Προκόπιο· Πᾶς ὁ ἀπ' φωτὸς ἀποκλὶς ἐ ζῆκοντὸν δαίμοσιν, εἰ σκότῳ τὶ ἐσι, κ' ἴσως δὲ πορεύεται ἀγνοεῖ. Ἀπαγγέλλει πᾶσι Οὐλκίωνι ὁ φ πέμπει κ' ἄκοις συγγενὴς. Οὐλκίων ἢ παραχρῆμα μανικώλατα φ Ἁγίου.

38 Τὰ ἢ πρὸ ἐκείνου ἀναγομένα παντελῶς μεθ' ἑλὶρ τὸ πρόσωπον ἄχει, τὸ ἢ σῶμα ὅλον καθαρώτατον τε κ' ἀπαθέστατον ἦν, ὥστε ἄρα καὶ προλαβὼν ὁ λόγος ἔδήλωσε. Τῦτο τοίνυν φῦ θεοσεμνὸν ἐκπλῆξιν εἶχεν, κ' ἅσπερ ἀπὸ θεοπτείας αὐγὴ ἐμβαλὼν, ἐποίη καὶ ἅμα τοῖς παρεσῶσι κ' τὸ κελεῦσθ' ὑποβοήσασθαι· Ὁ Θεὸς τὸ Ἁγίε τῦτο βοήθησον ἡμῖν. Καὶ τὰ μὲ ἐκάτερ τοιαῦτα. Οὐχ ἅπαξ ὁ ἀσεβὴς Οὐλκίων, ἀχ ἅπαξ κεμὸς ἢ ὁ ἐκείνε ψυχὴ ἀφεδὼν εἰσέσαι αὐτῷ τοιῶν τε κ' διανοήματο. Οὐδὲ γὰ μόνο αὐτὸς ὁ σωλὴν, ἀλλ' ἐ δὴ μικρὸν τε σωτέσθαι ἔργον ἀνῳ φέρεσθαι. Ἀμέλα ἐ φίλοι τὸ ὄρθρα, καὶ ἢ δεξιὰ φῦ πλῆθο προτάνας, Ἀδελφοί, ἔφα, ἃ μέγα θεασαμένοις ἡμῖν ἐπῆλθε θαυμάζειν, εἰ F
γὰ εἰ θεοὶ φιλανθρωπότεροι φ ἀλιτηρίῳ φῶτ χαρίζεσθαι, ἢ φῦ φρονεβλαβέσιν ἀνθρώποις πλῆγὰς, ἰάσασθαι ἐ παρέδωκαν αὐτὸ κίνδυνόν.

39 Καὶ πρὸς ὃν ὁ Ἅγιος· Ὅτι μὲ κατεστάλθαι, ἄντες, αὐτὸ μαρτυρῶ τὰ πράγματα· ἐκ εἶδα ἦ, εἰ τοῖς θεοῖς ἢ κἀπάλαιτο ἐπιτρέπω δὲ πλὶ ἰσῶν ἡμῖν ἐπὶ ἢ τῶν Εἰσομένων ἦ, ἢ ἆρα αὖτον ἡμεκτέρους ἀμὰ ἴδῶν ὀφθαλμοῖς, ἢ θαυμασίως ἀνίσχυσε. Ὁ ἦ (κ' γὰ ὁ ἄγνοια τοσῶνδε ἐβρίδα, ἅπαν τε ἦ φῦ βελτόνδε τὰ πιθέσθαι ἐχ ἧκιστα εὐπειθεστάτη) τῦτο ἀκέσας, πλεοῦσαι χαρᾶς παραχρῆμα, μετανοεῖδαι ἢ Νεανίαν ἐκ πάντι ἐλπίσαι, ὅπερ εἶδε ἔντοσε ἐμήχανον ἦν, ἢ ἦλιον εἰς σκότο μεταβάλλειν. Κτλᾶν τοιγαρῦν ἀκοσμεῖδαι τῶν ἀγορᾶν ἔσον ἀπὸ τὰ πραιτωρίε πρὸς ἢ ναὸν ἄγεσθαι, σπείρειν τε καταπετάδαι τὰ ἔδαφο, κήρυκάς τε τὰ τέχο ἐπιβαίνειν κραυγάσαντας ἐκβοᾶν, ὅτι Νεανίας, ὁ φ συγκλητικὸς Θεοδοσίαι ἦν, ἐπιδέλαι γνησιωτάτῃ ἔ τὰ Χριστιανὸν δόξαι μεταπολάσαι ἄνῳ τὰ ναὸν ἅπασι τοῖ θυσίας προσοίσων τοῖς ἐπουρανίοις θεοῖς.

40 Τῦτο ἐβόησε τὰ ἢ πόλιν σανδυμὰ, πάντα ἐκεῖ συνέῤῥεον. Ὁ μὲν Ἅγιος μόνο. ἀπιθῆν ἐξιώσας, Ἐκεῖ, λέγων, ἐκ ὀλίγα ἐβλάβεια θεὸς ἐσὶ ἀνθρ, δεῖ πάντας ἐξαιρέτως προσελθὼν κ' διαπείρας ἔτω προσευχαῖς ἢ ἀποκλῖναι

ἀλλο-

A ἀσιλῶν ἔ ἐπικλασάμενο, ἐτεκε μιᾷ πρὸς ἀνατολὰς, ἀφορίζει ἡ ἅπαν τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, ἅπα τὰ ὄμματα ἀναβλέπει τε ἅμα ἔ τοῦτο ἐπάρας εἰς ὑψηλὸν, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, υἱὲ μονογενὲς ἀόρατε Πατρὸς, ἔφη, ὁ πᾶσι λόγῳ παραγαγὼν, καὶ διελόμενε σε σανίσιν, ὁ σταυρὸν ἐπὶ ξύλε καὶ δήσας τὴν ἰσχυρὰν· καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνε διδεσμημένοις αἰωνίαν ἄφεσιν παρασχόμενος, ἄνες, Κύριε, καὶ σὲ τὸν ἐκτείναντα σε τῷ χύρᾳ, τῷ παντουργῷ· καὶ σὺ μιαρὰ ταῦτα τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἀγάλματα ἐπ' πλείστῃ σὺ πλάσματι σε διεσπαρμένα εἰ τὴ μηδεσὶ σωτηρίας, ἅτε ἔ τῶν αὐτῆ ἀσεβείαις ἐλεγχθέντα, καὶ ἡ παράνομος βασιλεία σὺ τῆ ἀγιμόνι καπνοχωνθέντα, καὶ πᾶσα ἀκρίβεια γνῶναι, ὅτι σὺ μονὸς Θεὸς μέ, καὶ βασιλεὺς μέ αἰῶνο καὶ ἀθάνατο.

41 Τοιαῦτα τινα ὑρικὰς, καὶ τῷ ζωοποιᾷ σταυρῷ σημεῖον τῆ ἀΐδι καὶ ἡ ξυσῶν ἐπιβαλὼν, Τμῖν, ἔφη, τοῖς ἀκαθάρτοις βδελύγμασι λέγω, τῷ ἐμῷ Θεῷ καπνοξέσατε ὄνομα, εἰς ὕδωρ διῶδε ἐξελυθέντ καὶ τῷ τῶν καπνοκλάστων. Εἶτα ἐπὶ τὸν Ἀπόλλων ἐπιστρεψάμε ἔκλασε, κατατρὶ διῶδε ἐρέπτο, καὶ παραχρῆμα ἐν ὀλίγον ἡ τριάκοντα ξόανα καταβέβληκε τε καὶ εἰς ὕδωρ ἐλύετο, καὶ τῷ ναῷ θύραθεν διεχεῖτο, ὡς τρὶ πυκνὰ ἐκεῖ παρόντων τραπεζῶν, διαπὶ τῷ δαίμονο γενομένε, ἐκπλαγῆναί τε τὰς ψυχὰς, καὶ Ὦ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν ἐκβοᾶσαι, βοηθησον ἡμῖν. Ταῦτα ἔ Οὐαλεντινιανὸν τὸν καπηλεῖον ἀμηχανίᾳ, ἐν ἐπὶ τῷ τ ἀδύλων σωτερβῇ μένον, ἀλ' καὶ τῷ τ τραπεζῶν αἰδρὸν μεταβολὴ, ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ βασκάνων διαβολὸ, ἢ μεῖζόν τι ἢ Χριστὸ Μάρτυρα ὠὶ ἢ ἀρετῶν ἐμβαλὼν ὑποβάλλει, ὠσὶ ἡ τραπέσης ποικίλως κολάσαι, καὶ οὕτω παραμυθῆσθαι τε τῷ ἑαυτῷ δυμῷ δοῦλα.

42 Ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖσθαι, μήτως ἐπὶ τῷ πλήθει τῆ δύο κατακτασθεὶς ταμίσῃ, ἔλεγεν παρατίλλειν, χωρὶ τραπεζῆ ἴχνη πλείστι αὐτοῖς ἐπιλαθῶν, πλεῖστ ἢ ἀφῆσαι, ἔ ὅτε κυκλασάμενοι ἀπεκλῖν. Οἱ ἡ ὠὶ δύο καὶ ὁ τῆς προσῆγε, ἅμα ἡ καὶ ὠσὶ δύο τραβούκλιε ἔχοντες, τὰ ἴσα φροντίσαν, ὠὶ τὸ διαμαθεῖν τε αὐτοὺς ἔδυ δυνῆβε, καὶ ἢ Ἅγιον ἐπιμελὲς ἔξεσι, τῷ καπηλῷ τῆ Χριστιανῶν καὶ αὐτοὶ εὐσεβίαν. Πρὸς ὃν ὁ Ἅγιο· Ἐπ' ἀληθείας, ἀδελφοί, ἔφη, βουλομένοις ὑμῖν ἐστι τῷ ἐμῷ τραπέζῃ βασιλῆ. Οἱ ἡ καὶ ῥᾴθυμα, καὶ σχέδια καὶ ὀφθαλμῶν βλέμματα καταβάλλον καὶ ζωῆς αὐτῶν λόγοι τὸ πρᾶγμα ὑμῖν ἀληθεύειδα. Ἦσθα ὅτι αὐτοὺς ὁ Μάρτυς, καὶ διαλεὶς τὸ διαμοφλακο (καὶ ἦλθε, ὡς προέφημεν, φιλίας πρὸς αὐτὸ ἔχων) μεδίστω ἐ φυλακῆς ἐξαλδεῖν ἅμα τοῖς τραβούκλοις καὶ τραπέσαις. Ἐπεὶ ἡ καὶ ἐξαλδεῖν πρὸς ἐ φίλιον ἐπιστρέφει, Λουκιανὲ δοῦλε καλεῖτο, γνῶναι ἀφιλονίκως.

43 Καὶ προσιδὼν παραδίδωσι δὲ τραπέσης αὐτῷ ἅμα τοῖς τραβούκλοις παραγγείλας ἐπιμελῶς, τὰ περὶ τὸ βαπτίσματος αὐτῷ δίδαξαι. Ὁ ἡ παραλαβὼν, ἅπα καὶ κατηχίσας βαπτίζει, καὶ σὺ ζωοποιεῖ αὐτοῖς σώμασί τε καὶ ἅγματι Χριστῦ μεταδί. Δοκεῖ· δι μὴ τὸ βάπτισμα τοῦτο ὁ θεῖο Προκόπιος, εἰς τὸ διεπορεύειν ὑπορρίψας, τὰ ἐ ἀναβᾶσι ἐβάδιζε, ὑπὸ ἐ δοκεῖ χάριτος αὐτοῖς ἐνδεικνύμενοι, ἔ τότο γενόμενοι τοῖς πεπιεσμένοις, ὅπερ ἐκεῖνο τὸ δοῖον πνεῦμα ἐφεφιόντοι ἐγένετο. Οἷόπερ ἡ καὶ τὰ παρ' αὐτῷ διδασκόμενα.

44 Ἀδελφοὶ εἴδατε πάντως τοίνυν ἅμα καὶ ἑτερωδὲν βασιλεῖ, καὶ περὶ ὃν ὑπεμνήσαμεν ἐδεῖσθαι. Δοίητε οὖν βεβαίως αὐτῷ ταῦτα γνήσιοι, καὶ μηδενὸς ὅλως ἧττον ἐπὶ ἴσα κινεῖν, εἴ τι δύρασίν ἐ φοβεῖν δυνατὸν ἀπειλῶσι, καὶ ἐ περὶ αὐτῷ ἀποστῆναι φιλίας. Τῦτο ἡ ῥᾴον ἂν φυλαχθεῖε, εἰ

me purgem. Ingreſſus, clauſit fores, & ſtans ad D
orientem, totum ſibi corpus ſignat; deinde ocu- Ex ms.
los corporis pariter ac mentis ad cælum attollens; Domine Jeſu, inquit, fili unigenite inviſibilis Patris, qui verbo produxiſti tuo, & voluntate contines univerſa; qui extenſus es ſupra lignum, & alligaſti ſortem, & eos, qui ſub ipſius catenis gemebant, in æternam aſſeruiſti libertatem; Tu idem ipſe, Domine, manum tuam, rerum omnium effectricem, nunc extende, & execrandas falſorum deorum ſtatuas, in fraudem tui figmenti fabricatas, in fruſta comminue, ut eorum arguatur imbecillitas, & iniquus Imperator cum Præfecto, pudore afficiatur, & probe cognoſcant omnes, eſſe te Deum ſolum, ſolum Regem æternum & immortalem.

41 Sic fatus, vivificæ crucis ſignum in aere *& facto ſi-*
efformat adverſus ſtatuas; Et vobis, inquit, im- *gno Crucis*
mundis ſimulacris dico, Dei mei nomen formidan- *diſtructa.*
tia, in aquam diſſolvimini illico, & per templum hoc diſpergimini. Poſt hæc Apollinis dextram apprehendens, ſtatim cœpit convellere. Et mox non E
minus quam triginta dejectæ ſtatuæ, & in aquam reſolutæ, e foribus templi diffuſæ ſunt; ita ut aliqui e militibus, qui ibi aderant, miraculi ſpectatores, animis perculſi exclamarint: O Deus Chriſtianorum adjuva nos. Ulcioni ancipiti mentis cura diſtracto, non propter idolorum confractionem dumtaxat, ſed propter frequentem militum converſionem, bonorum oſor diabolus auctor fuit, ut ſanctus Chriſti Martyr, in carcerem concluderetur, milites autem variis modis cruciatentur, atque ita aliquod iracundiæ ipſius ſolatium afferretur.

42 Sed is, veritus, ne 2 multitudine duarum *milites.*
legionum, coorta ſeditione, facile interiret; enim magna militum manu eos invadere decrevit clam, ne cui id ſuboleret, & hoc pacto intercluſos e medio tollere. Jam noctis appetebat tempus; quando illi una cum duobus tribunis, ejuſdem propoſiti ſociis, ſine ullo ſtrepitu ad carcerem diſceſſerunt, Sanctumque enixe rogarunt, ut ſibi quoque Chriſtianorum numero accenſeri li- F
ceret. Quibus reſpondit Sanctus: Vere, fratres, vobis, ſi vultis, dabitur ſub Rege meo militare. Illi verbo, corporis conformatione, & oculorum obtutu annuebant, & ipſum, ajebant, vitæ inſtitutum mutare nobis fixum eſt. Propterea Martyr gaviſus, apud carceris cuſtodem (magna enim inter eos, uti prædictum eſt, neceſſitudo intercedebat) precibus exitum impetrat ſibi cum tribunis ſimul ac militibus. Dum egreſſus eſſet, ad civitatis epiſcopum, cognomento Leontium, noctu diſcedit.

43 Quo ubi pervenit, milites una ac tribu- *baptiſmo*
nos tradit, quam diligentiſſime hortatus, ut bap- *abluit.*
tiſmum eorum accuraret. Ille ab ſe recepit; deinde primis fidei inſtitutionibus imbutos, baptiſmo abluit, & vivifica Chriſti corporis ac ſanguinis communione impertiit. A baptiſmo rurſum divinus Procopius ad carcerem regreſſus, quam ipſe a divina doctus fuerat gratia, pietatem eos docebat; talem ſe præbens erga eos, qui crediderant, qualem erga ſe egregie ſpiritum divinum fuerat expertus. Ejus doctrina erat hujuſmodi:

44 Sub quo Rege militetis, fratres, pernoſtis; *& in fide*
& quas confeſſiones inſtitueritis; reliquum eſt, ut *confirmat.*
datam ei fidem præſtetis; & re prorſus nulla ſuperati, ſive earum, quæ moleſtiam, ſive earum, quæ gaudium afferre poſſint aut metum, abejus amicitia deſiſtatis. Et vero id obſervari poteſt facilius, ſi præſentia cum futuris æqua rationis lance conferre

A volueritis. Ecquid enim adeo terribile e rebus præ-
Ex Ms. sentibus esse queat, atque gehenna ignis æterni; cum id, quod in eo ardet, numquam exstinguatur, & quod torquet, numquam desistat. Ad hæc, quomodo speciola hujus mundi bona sic oblectare possint aliquem, uti Deus novit amantes sui animas demulcere? Cujus pulcritudo exponi verbis, robur expugnari, gloria finiti nequeunt; qui etiam diligentes se in rerum suarum communionem admittit. Nec porrò memoret aliquis universi terrarum orbis atque Oceani terminos; neu cæli, solisque & astrorum mirabilem ornatum & magnitudinem. Quid enim hæc omnis, ad splendorem verorum bonorum, quæ amicos Dei manent? quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis omnino ascenderunt.

καὶ οἱ παρόντα τοῖς μέλουσιν ὑμῖν ἀπογίνεται ἀντ- B
αὖθις. Τί γὰρ ἂν οὕτω φοβερὸν εἶη καὶ παράσταν αἰ γέεννα πυρὸς αἰωνίου, μήτε τὸ φλέγοντος αὐτ- ἀεὶ πῦρ σβέννυμένου, μήτε τὸ κολάζοντος ἔλεος λήγοντ⊕. Πῶς δ' ἂν τοῦτο σῇ τὸ κόσμου κολάσ- ἔντας ἂν ἀφροῖσι, ὡς ὁ Θεὸς οἶδε δέλεαρ τοῦ ἱμείρας εἶναι ψυχάς; ὃ κάλ⊕ μὲν ἄφατον, ῥώμ- μα. ὃ ἅμαχ⊕, δόξα ὃ ἀδιήγητ⊕, ᾗ δὲ τὸ αἰωνίοις κοινὰ τοῖς ἀγαπῶσι αὐτόν. Οὐχ ὅστ- ον ἂν εἴποις γῆς ἐπάνω ᾗ θαλάσσης ὅρια, ἐμ- φανὲς τε καὶ ἥλιο καὶ ἄστρων κάλλη, μεγαλεῖά τε μεγέθη. Τί γὰρ πάντα ταῦτα τὰ δῆτα ἀγα- θὰ πρὸς ἐκείνοις, ἃ τοῖς Θεοῦ φίλοις ἀποκεῖται, ἃ μὲ τὸ ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε ἦς ἔκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ὅλως ἀνέβη.

ANNOTATA.

B

a *A Græco* προκόπτω, proficio.

CAPUT V.

E

Militum ad Christum conversorum mors; mulierum constantia & martyrium; Theodosia S. Procopii mater conversa; Procopius tormentis cruciatus.

Militum TAlia cum diceret Martyr, non aeri, non auræ incassum verba faciebat, sed suribus & mentibus, dicta cupide excipientibus. Nam sermone erat dulcis, ingenio benignus, conspectu jucundus, doctrinæ suada potens. Inter hæc, dum sermonem diutius protrahere volebat; Præfectus (neque enim tum is., tum ejus ductor diabolus locum dabant negligentiæ) quemdam
C e legione misit, qui sanctum Martyrem una cum militibus arcesseret. Atque hi adstabant, Milites ergo intuens, Sine dubio, inquit, aliqua vos pœnitentia incessit præcedentis erroris, quem sceleratus ille (Martyrem designabat) mentibus vestris misere injecit. Si vero hæc, uti diximus, se habeant, accedite & diis sacrificate. Nam re ipsa perspicietis, quot bonorum & donorum futuri sitis compotes.

Τοῦτο διεξιὼν ὁ Μάρτυς, οὐκ ἀέρι καὶ ἀνο- ρους αὐλοῖς διεξῄει, ἀλλὰ πρὸς ὦτα δὲ καὶ ψυχὰς ἐ καὶ λογίμοις ἐγχωμίοις, ὧν γὰρ ἦ ὁ λόγον ἡδὺς, ἦ ὁ γλῶσσαν ἀστεῖος, ἐ ὁ ὄψιν ἐ- πιτερπὴς· καὶ ὁ διδασκάλ· σιδυσκόπτος· πολλὰ δὲ ὁ λόγον ἐκ παρεντείνειν ἐβούλοντο, ὁ ἡγε- μὼν, οὐ γὰρ ἐμελὸς εἶχεν, ἀν' αὐτὸν δὲ μᾶλ- λον ὁ ὑφηγητὴς αὐτῷ διάβολος, ἢ ὁ τάξεως ἐκτόπ- ου αὐτῷ, ὃν ἐν Ἄγκυρ ἐ τῶν στρατιώτας μῶκα- λεμένων. Καὶ οἱ παρέστασαν. Ἀπιδὼν τοῖς πρὸς τοὺς στρατώτας, Πάντως ἴδιά μισθοῦσά σε ὑμᾶς εἰ- σῆλθεν, φησὶ, ὁ προλαβόντα ἀκαιρος, ὧ ὁ κακό- ρατος ἐκεῖνος, ὁ μάρτυρα ὑποφαίνων, καὶ ὑμετέρας ἐδλίου ψυχὰς ἐμβέβληκεν. Εἰ οὖ οὕτω, ὅπ- ερ ἔφημεν, ἴσχε, προσελθόντας χρεὼν τοῖς θεοῖς θύσαι· ἴσασθε γὰρ ἐκ ᾗ ἔργων, οἷοι ἀγαθῶν σε ᾗ δωρεῶν τεύξεσθε. F

pro fide Christi, 46 His auditis, milites, ostendere volentes, sermonem Martyris non in petram, neque in spinas, sed in terram prorsus bonam cecidisse, fructumque multiplicem proferre; Quibus, ajunt, diis sacrificabimus? Ecquid ab ipsis sperabimus commodi? Quos sibi ipsis non posse auxiliari conspeximus, sed uni viro, & victo quidem, cessisse palmam? Quis igitur mortalium, vel mediocris intelligentiæ particeps, nuntium remittere illi Deo sustineat, per quem omnia producta sunt? Quis venerari opere manuum, quæ manifestam adeo præ se ferunt imbecillitatem, ut deorum mutorum & surdorum simul amentes simus. Hæc judicem dementem furore implevere. Nec mora, novem ordines spiculatorum fieri jubet, quos omnis, quæ ei suberat, multitudo sequeretur; dein milites comprehenderent, atque immisericorditer trucidarent, Martyrem sisterent spectatorem, gravissimis ferreis catenis vinctum. Hoc nimirum spectaculo terrendum eum suspicabatur,

46 Τούτοις οἱ στρατῶται ὡς ἤκουσαν, οἷοιπ δεί- ξειν βουλόμενοι, οὐ τῷ Μάρτυρος λόγος ὡς εἰ πέτραις, οὐδ' εἰ ἀκάνθαις, ἀλλ' εἰς ἐ γῆν ἔπεσε ἐ ἀγαθὴν πίστιν, ἢ πολύχουν βῶλον ἐ καρ- πόν. Ποίοις θεοῖς θύσομεν εἶπον, πόθεν ἢ παῤ αὐτῶν ἐλπίζοντες ἐ ὠφέλειαν, οἳ μηδ' ἑαυτοῖς ἐ- πικουρῆσαι δυνατοὶ ὀφθησαν; ἀλ' ἑνὶ ἀνδρὶ δ- δλοι γεγόνασι, ᾗ τοῦτῳ δορίλῳ. Τίς οὖ ὡς θνήτων ἢ μετρίως φρονῶν κεκτημένος, ὑποπτεύ- μὲν αὐτὸν ἐ δεῖ ὃ τὰ πάντα ποιήσαντα, Θεὸν, καταδέσαι ἢ (ἔργα) χειρῶν δύλα οὔτω περιπε- μένα ἐ ἀοδήτων, ἵνα δὲ ᾗ εἰκῆ καρὸν καὶ ἀνόητας δόξῃ καταδεᾶ ἡμῶν αὐτῶν. Θυμοῦ πλησθὲς τοῦτα ἐ ὄφρα δικαιῶ. Κελεύει γοῦν ἐξ αὐτοῦ ἀρχὰ γενέσθαι στιχιλατόρων ἔντεα, σὺν ἕπεσθαι αὐτοῖς πᾶσαν ἐ ὅσ' ἐκείνῳ χαρὶς, εἶτα περιλαβόντας αὐτὸν στρατῶτας αὐθεντὶ οἶκτον ἀφιέναι ἀσπὶ, ἐ Μάρτυρα ἢ δεσμῷ παρεῖναι, εἰδότα ἐ ἧττ φοβητοὶ βαρυτάτοις ; οἷα δὲ μορμολύττεσθαι τοῦτον ἐκ ἂν δόκει ἐπολεμεῖν.

47 Ὁ

A 47 Ὁ δὲ οὐκ ἐνύχιτο δάκρυ ἢ μὴ ἐγκεῖ ὑποπίπτειν, ἀλλ' ἐξ ὀξέως μᾶλλον εἶναι τραπόμενος ἐπὶ ἐλπίδα, καὶ ἀξιοῦντας τὸ κατιδεῖν ἤδη μαρτύρων αὐτὸν ὄγκον· διὸ καὶ ἐπευχόμενος ὑπὸ χαρᾶς τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης διανοίας (φωνῆς) ἐφθέγξατο ἔχοντα, ὃν ἤδη ὁρᾶν ἐκεῖ ἐλπίδι αἴσθησιν ἐκείνην ὁρμὴν τοιαύτην τοιοῦτος πρὸς τὸν ἀγῶνα ἔρως ἐπεῖχε τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς τὰ στεφανοῦσθαι μᾶλλον ἐπειγομένους ἢ πρὸς ἐκεῖ δημίους ἀνδρὸς ἱερέως, ἀμφοῖν βλέποντας ἢ ἀγαθὸν αἰεὶ λογιζομένους.

48 Οὕτως καὶ ἅγιοι καὶ ἅμα τοῖς δυσὶ τραβοῦσιν, Νικοστράτῳ ἢ Ἀντιόχῳ, τὸν ἱερὸν ἐκτέμνονται κίφοσιν, ἐκκόπτουσι τρίτῃ τοῦ Μαΐου μηνὸς ἀγῶνος, Εὐλάλιος δέ τις ἦν ἐπιφανὴς, ὃς μὴ τῷ θεοσεβεῖ ἄνευ ἡμῶν ἐρεῖν τὸν μετοικούμενον, τυχὼν ἐκείνου γενόμενος ἤδη τιμίου σῶμα κειμήλιον, ἐν αἰσθήκῃ τοῦ αὐτοῦ ἢ μοίσαις, εἰ ἐπιτηδεῖον κατακλείσει αὐτῷ. Χριστιανὸς ἄρρην ἀμείνων. Ὁ δὲ τῷ Χριστῷ μὲν τὸν Προκόπιον, τῷ βίῳ δὲ εἰδέναι, ἄσπερ ἄρτια, στιζόμενον, ἐν ᾗ φυλακῇ κατακλείσει τοῦ, ἐν ᾗ ἐρεῖναι ἔντοι μοῦν ἄξιον ἐξ ὧν ἔτυχε ἢ μετὰ δεσμῶν ὀλίγα φρουρεῖσθαι, προσεχῆ δὲ ἢ τῷ Θεῷ ἥκοντα προσίεσθαι ἐξ λίαν ἐπιμελούμενοι.

49 Προεῖπεν οὖν ἤδη γυναῖκας συγκλητικὰς ἐγκλῆσαι δεῖξαι, ἃς ἐπὶ Χριστὸν πίστει ἁμαρτάνειν, ἐδεῖ ἢ ἤδη καὶ ἐκεῖ τὸν Δικαίωτον ἐφεύγειν, συλλαμβάνεται παραχρῆμα ἐξ αὐτοῦ, ἐξ ἧς Ἀγίου ἅμα ἀνακλίνεται· ἐπὶ οὖν ἱερὰ συνδειπνοζόμενοι αὐτοῖς τοῖς παρακειμένοις ἀναλάμβανε· Μετρίως λίγων, καὶ ἀδελφαί, ἐ συνδειπνοζόμενον δεῖν, ἐ μικροψυχεῖν ὀλίγα, ἀλὰ δεῖσθαι μᾶλλον τῷ ἀγαθῷ δεσπότῃ προσάγειν, τὸ εὐδοκεῖν ἡμῖν ἐ σαρκὸς ἐπιρρώσει, ἐ τῇ ψυχῇ δόξαν ἐμποιῆσαι· ὅσα γὰρ τοῖς ἄλλοις τῷ ἀγαθῷ ἀδώκατοι ἡμῖν ἴσως τὸ αὐτοῖς τῷ συνδοξάζομεν, μὴ ἐξ ἀνοὶ χαρὰς ἡμῖν σωτηρουμένοις, σχολῇ γὰ τὸ αὐτῷ μεγάλῳ τὸ μαρτυρίῳ τρόμητι δωσθῆναι· ἃ δρᾶσα μὴ ἐξ Θεὸ τυχόντες σωπεροῦσιν· τὸ μὲ γὰρ πτᾶμα τρέβομεν, ὁ δὲ αἰρὲ ἀδεκτὸς, καλῶς ἂν ἀνοὶ διδασκόμεθα.

50 Τοιούτων τὸ Μάρτυρος τοῖς γυναιξὶ παραιτήτου, ἀποστέλλει ὁ Ἡγεμὼν, παραίτιον ποιῆσαι καλὸν τὸ κολαστήριον. Ἐπεὶ δὲ παρῆν τοῦτον καὶ ὁ ἀγχιτάκτης μέδε Θεόδοσίος (μοῖρα δὲ τοῦτο ἄνω τὸ Μάρτυρος, ὁ λόγος δὲ διδάσκει) παραγίνεται ἢ ἄνω, ἀπαντᾷ ἅμα ἔσω, ὁ τῶν γυναικῶν ἀνοβήσεται, μεδὲν βουλομένῳ. Ταύτας οὖν παρεσόντας ἀνὶ τὸ βῆμα τοῦ ὁ Ἡγεμὼν, Πείθεσθε, λέγω, ἢ τοῖς θεοῖς θύειν ἵνα ἔχῃ ἀμὶν ἀνοκλινοῦσιν, ἃ ὁ μετάπεμ ὑμᾶν καὶ ἀν δρυσκίοις ἔχουσι. Αἱ δὲ πρὸς Θεὸν ἅμα ἦ διάνοιαν, καὶ τῷ αὐτῷ χάριτι τὰρωδῶσαι, Ἡ ἁμῖν, ἄνασ, παρὰ σοῦ ἔστω· ἐ μόνοι ἀπόκλινοι σὺν· ἀμὶν ἢ ἅμα μία ὁ πρὸς Χριστὸν ἦ ἀναμεμεῖχθαι αἰκίαιαι. Πρὸς αὖτα ἀκεσίγκλιτὸν ὁ κολάζων, κελεύει βάβδοις λιστᾶσι καὶ ἀνὶ δύο παρεστῶσι σώμασι ἀνοῖ, ἅπ ξύλῳ αἰκρωδάσαι, κελεύει τε ἐ μακρὰς συρὶ κατοπλίσασθαι. Ὡ δὲ τῷ πῦρ ἔδυνε σάρκας ἀνοῖ ἀσπεῖρετο, προσεχῆ αἰκίαιας παρεκαλῶν ἄγνωσαν.

51 Οὐκ ἤρεσε ταῦτα τῷ κριτῇ Δικαίῳ, ἀλὰ ἐ θυλὰ ἀνοῖ ἐκκοπίας κελεύει, καταμυκτηρίσας ἔστω τοῦ ὁ κατήγορος. Μὴ γὰρ ὁ Σταυρωμένος οὐχ ἕξει βοηθῆσαι δυνατὸν; Αἱ δὲ, Καὶ εἰδέναι ἢ τοῖς ἔχουσι τοῦ ἐκ· ἀφανὲς ἀνόδοξον· ταῦ γὰρ ὦ ἄλλοι ἡμῖν γυναῖξὶ ἴσως, γελᾷ εἰσέτοι, τῷ ἀνχόμενοι, κατηγολῆσ ἐξεγείσατο ἢ βιαίως ἢ σάρ, ἃ μὴ τοιοῦτο ἅμα τοῦ βοηθοῦντος ἐπέχομεν. Πρὸς ταῦτα πάνυ ἢ δικαστὴ αὖθις μανίαν, ἐ ὅλο ἢ ἐκείνα θυμῷ καθίσατο. ἐξὸ ὧτε γοῦ αφαίρετο χαλκᾷ ἐπιρρώτο πᾶλιν τρὶ τὰς μασχάλαις ἀνοῖ ἐπιώδυνο· ὧδε τοῖσιν ὁ Ἡγεμὼν ἄνοιγε

47 Sed tantum abfuit, ut ipſe timidum quid atque imbelle præ ſe ferret, ut mortem militibus invideret, precareturque, ut ſanctorum Martyrum catalogo adſcriberentur. Atque idcirco Deum nactus eſt propitium, & vocem cælitus audivit, bujus rei nuntiam. Glorioſos enim hoſce viros videbat taota cupiditate flagrare ad cædem, ut non ad capitum abſciſſionem, ſed ad triumphales potius coronas deproperarent, atque immites lictores benigno vultu adſpicerent, & bonorum auctores deputarent. D ex MS. inſpectissimo Procopii.

48 Sic univerſi ſimul eum duobus tribunis, Nicoſtrato & Antiocho, capitibus ſacris truncati ſunt, menſis Maii prima die & vigeſima ſexta. Aliquis vero, Eulalius nomine, vir illuſtris, & non religione minus, quam virtutum aliarum ſplendore conſpicuus, corpora venerandi cauſa, noctu iſtic affuit, ea collegit, unxit, loco conveniente depoſuit, pretioſiſſimum ſane Chriſtianis theſaurum. Sanctus Chriſti martyr Procopius ferri, ut dictum eſt, pondere oneratus, carceri rurſum mancipatur; vir cæleſti habitatione vere dignus; & vel ideo quidem vincula parum curabat, Deo & oranni vacare nbnixe ſtagens. martyrii. E

49 Conveniunt ergo ipſum mulieres ex ſenatoria ſtirpe, numero duodecim, Chriſti fidem profitentes. Quæ res cum Judicis aures non fugiſſet, comprehenduntur etiam ipſæ, & cum Sancto ſimul concluduntur. Eas vultu triſtes conſpicatus, hortatibus erexit Sanctus. Matres, ait, & ſorores, non debetis triſtitiæ, non puſillanimitati indulgere, ſed bonn Domino preces offerre, ut carnis veſtræ imbecillitarem confirmet, & animæ audaciam inſpiret. Ubi, ſi uſpiam io aliis bonis, nemo noſtrum id, quod intendit, perficere ſufficit, niſi manum ipſe ſuam nobis porrigat; multo minus in martyrin, tam præſtanti re, efficere vel tantillum poterit, niſi Deo adjutore. Nam ſpiritum quidem promptum, carnem autem eſſe infirmam, recte ab ipſo edocti ſumus. Mulieres ex

50 Martyre ita mulieres cohortante, mittit Præfectus, qui eas in judicio ſiſtat. Interea ipſa quoque totam rem edocta Theodoſia (matrem hanc eſſe Martyria, dictum eſt) acceſſit, diſcere volens, qualis mulieres maneras eventus. Eis itaque ad tribunal adſtantibus, Præfectus, Obtemperate, inquit, & diis ſacrificium offerte, ut gloriam conſequamini potius, quam ſtultæ veſtræ religioni uſque indulgeatis. Illæ vero erecta ad Deum mente, & gratia ejus corroboratæ; Gloria, inquiunt, tua tecum ſit: tu ea fruere: unus nobis eſt honor, habitare cum Chriſto crucifixo. Hæc nnn ferens Judex, per duos ex adſtantibus, reouibus virgis cædi eas imperat, dein e ligno ſuſpendi, lateraque & axillas igne comburi. Dum ignis earum corpora penetraret, oratinnis præſidio dolorem leniverunt. dicta eorum, F

51 Nec porro crudeli Judici iſta fuerunt ſatis. Quio & mammillas earum abſcindi jubet exerandus, & amara hac ironia eas increpat: Nonne Crucifixus veniet, laturus eis opem? Cui illæ: Tulit opem jam nunc: nec probatio obſcura eſt iis, qui intelligentia præditi ſunt. Quomodo namque alioquin oobia, quæ mulieres ſumus, imbecillum genus & captu facile, veniſſet in mentem, explodere tuos cruciatus, ſi talem onn habuiſſemus adjutorem? Hæc & plura alia furorem accenderunt Judicis, & iræ ejus materiem ſubminiſtrarunt. Idcirco globi æneirandentes denuo axillis earum admovebantur. ſed a propoſito non evocare,

A Tum rursus Præfectus subsannantis in morem dixit: Senſiſtine ignem, an nondum etiam? Reſpondent: Imo vero tu ignis ſeetes materiam numquam porro extinguendi. Nos ſane iſtæc parum ſolicitant, cælitus nobis bono Deo opitulante: qui tibi non magis ſpectabilis ſit, quam cæco ſol.

Ex ms.

Quorum exemplo

52 Hæc adſtans, ut dictum eſt, ac videns magna Theodoſia, divinarum notionum ſit particeps, Sermn quippe Dei, gladio ancipiti, uti apud divinum Apoſtolum legitur, acutior, ipſam penetrabat, & veluti opportunitatem nactus, ut ipſa ſplendentis inſtar vitri pietatis radios admitteret, totam illuſtravit, & ignita pietatis flamma ſuccendit. Divitias igitur, opes, gloriam, honores, in minimis ponens, parvique animi reculas deputans, ſicut reipſa ſunt, in tenerarum potius mulierum, quæ tormentis afficiebantur propter Chriſtum, noſtra cauſa dolores paſſum, lubens ſe ſocietatem adjunxit; fortunatam hanc cum illis vncem profereus; Ego quoque Crucifixi ancilla ſum.

Theodoſia, Procopii mater

B 53 Præfectus, eam intuitus, & ſubita mutatione perculſus, Dnmina, ait, Theodoſia, qui ſic mutata; qui decrepta es inopinato, ut patriis deis neglectis, novum hunc cultum ſecteris? Cui illa: Non jam deceptæ ſumus, inquit; at potius decepta fui anta, quando Deum cæli & terræ, & omnium, quæ in eis continentur, creatorem contemnens, opera manuum hnminum venerata ſum, hæc deos compellari ſubdole perſuaſa. Multis itaque ſermonibus ultro citroque habitis; Præfectus, videns eam ne vel tantillum a propoſito dimoveri, carceri illam addicit, & ſimul eum aliis Martyribus arcte occludit.

ad Chriſti ſponſa,

34 Illa autem ſanctas circumiens mulieres, & prorſus volens ipſis ſervire, quid non egit? Laudabat patientiam, beatas prædicabat propter vincula, oculabatur plagas, linteis tergebat, &, quoniam artis medicæ non ignara erat, medicamina applicabat. Simul atque ſanctus filius eam in carcere exiſtentem conſpexit, & fidei cauſa in crimen vocatam; ſtatim cor ipſi exſiliit tam præſenti gaudio, & mutationis cauſam intelligere voluit. Cui illa, Fili mi, inquit, mirifica mulierum, ejuſdem mecum imbecillitatis, conſtantia intellectum meum illuſtravit. Neque enim fieri omnino poteſt, ut ſexus adeo C fragilis tormenta patiatur iſtiuſmodi, niſi occulta quædam vis animos ſuggerat. Id ipſum me impulit, ut Crucifixi ancilla & ſim & dicar.

Ipſemet ipſe vocatum

55 Sic illa, At Procopius, matri plane conſimilis, ac radicis bonæ fructus bonus, Ter & ſæpius, ait, beatam prædico perſpicacium tuam, o mater. Beatam te ob tam ſublimes cogitationes, ſeu potius ob ſanctificantem gratiam, quæ inviſibiliter cor tuum accendit, & ad meditandum talia comparavit. Hæc fatus, ipſam quoque Epiſcopo committit, ejuſque opera baptizari ipſam curat. Poſt hæc omnes carcere occluſas commonebat Sanctus, & ad ſuſtinendum pro Chriſto agonem ungebat: nam verba ejus inſtar roris in earum animas incidere ſolebant. Deinde miſit Præfectus, & ad tribunal ſuum ſiſti juſſit omnes. Et primum quidem Theodoſiam conſpicatus, Video, ait, quam tu mihi curæ ſis, & quam invitus tormentis te tradam? Cnovertere igitur, & deos placa, & benignis eis utere, ſicut antea. Contra Theodoſia: Non te pudet, inquit, hæc manufacta & muta ſimulacra deos nominare? Nnvi equidem, diis poſſe aſſimilari, beatum apud homines haberi. Jam vero

ἀνεχθλίζων. Ἡ δὲ ὁσία Θεοδοσία τὸ πυρὶ, ἦν· Ἀλ' ὁ Δ
Θεὸς μᾶλλον, ἔνον, αἰσθάνῃ τοῦ ἴδιου πυρὸς ἐμ-
πνέοντι ἀβεστιμάτου, ἡμῖν δ' ἐπιχεῖται πάντα φρονοῦσι, τὰ ἄγαθὰ θεὸν πάντων ἐπιβοωμένοις, ὃς
ἐξ ἑαυτοῦ σοι γένοιτο, τὸ μᾶλλον ἢ ἐκ πυρὸς
ἥκοι.

52 Τοῦτα πλησταμένη, ὥσπερ ἄρτιος, ἡ μεγάλη Θεοδοσία τῆς θεοσεβείας ἐδίοις παραλαμβάνουσι, ἐγκύμων ἔδοξε θεῖον ἑαυτοῦ γίνεται, πολὺ γὰρ
ἐνῆν τῷ Θεοῦ λόγῳ, ὀξεῖ δικόπτοντι μαχαίρας (ἀν) φυσιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, τομώτερος δὲ ἐγένετο ἐνταῦθα ἄρας κ' ἦν ἔτι φύσιν, ὅτε ἐκ ἀγαλίσεσθαι δέξασθαι διοπετείας, ἐφαπτόμενον ἀπὸ τῆς πυρώδους πρὸς δικαίαν μετακλίσεως. Ἅτε τοιγαροῦν πλουτοῦσα, ἀγένους, δόξης, τιμῆς, μικροψύχων λογισμῶν, καὶ μικρὰ φρόνα, ἀνεχθὲν ἐρασθὲν τοῖς ἀκαλεύτοις γυναιξὶ μᾶλλον τῆς βασάνοις ἐδαπρόθυμος ἐξ ἑαυτῆς ἐμὸν ὁδωδεῖσα Χριστὸν, ἑαυτὴν συγκατέκλεισε, τῆς ἐμαχαίρας λόγου σοὶ ἐκείνοις φανῆ· Δοῦλη κρὸς εἰμι τῶ Ἐσταυρωμένου.

53 Ταῦτα ὁ Ἡγεμὼν διακάμενος, Ἐ ἐδόξων ἐνοὶ μεταβολὴ ἐκπλαγῆς, Κυρία, λέγει, Θεοδοσία, τοιοῦτος ἐπλάνησας; πῶς ἀπάτησε παραλύθη, ὅτι ἐμοὶ πατρῶν κατολιγωρήσας θεῶν, καινὸν ἢ τοιοῦτον σεβάζεσθαι σέβας. Ἡ δ, Οὐ γὰρ ἐπάτημαι ἔφη· μᾶλλον τῶ ἀπάτης ἐλεύθερον, θεὸ μὲν ὑποτιθέμενον, ὅρατὸ γῆς καὶ θαλάσσης μέσην δημιουργὸ, ἔργα ἢ ἀνθρώπινα χερῶν σέβασμα. οἷ δὲ καλάθεν κατεδόμενοι. Πολὺν δὲ ἐν ὄχλοις λόγον λεχθέντων, ἐπεὶ θέσεως τοῦτο Ἡγεμὼν ὁ βραχὺ πάντων μείων, ἐ φυλακῇ αὐτὴν κατακρίνει, ἢ τῶν ἄλλων συγκατακλείει μάρτυσιν.

54 Ἡ δ ἐν ἐνοίαις, πιστοφιλεστάτην παρέθεν γυναῖκα Ἐ δεσπότιν ὅλως προσρησεύη; Ἐνῆσε ἐ χαρτερίαι, ἐμακάριζε ἐπὶ βασάνοις, ἰδίοις τὰς πλαγὰς, ὠθόνας ἀπέμασσε τοῦτοις, ἄλειφε φάρμακα ἰατεύσι· ἅτε Ἐ ἀρχαῖ ἰδ' ἐκ τεχνῆς ἐκ ἀπαίδευτος. Ταῦτα ἐνεῖ ἰδὼν ὁ θεῖος αὐτοῦ υἱὸς εἶδον ἐ φυλακὴν ἔσω, Ἐ ἐν τάχει ἐπόθητον γενόμενον, σκιρτήσας ἔδοξε ἀχι ἐ καρδίαν ἐκ πεφίλτο ἐ ἔδυσε Ἐ ἐ πόθου ἐ μεταβολὴ ἐζήτει μαθεῖν. Ἡ δ, Τέκνον ἐμὸν, ἐ ἐξαίσιος, ἔσω, ἐ χαρτερίας ἐ γάλων ἐδόθησαν ἐμοὶ γυναικῶν σωθῆναι μὲ παρακλήσεσιν, ὃν αἰμάχοντο, φύσιν οὖσα σαθρὰ βασάνοις ὑπομεῖναι τοιαύτας. εἰ μόνος ἔκλεισε ἐρήνης ἐνεβοήθ, οὗτο κρὸς παρακλῆσαι δούλα σὶ Ἐσταυρωμένου καὶ εἶναι ἢ ἐπιμάζεσθαι.

55 Ταῦτα ἐκείνο μεῖ ἔφα, Ὁ ὁ φὶ μητρὶ ὡ σωτὸν ὁσιοὺς, Ἐ ῥίζος καρπὸς ἀν ἐ ἀγαθὸς ἀγαθὸς, Μακαρία εἶ ἐ σοφίαις, ὦ μῆτερ, εἶπε, καὶ ἐπὶ ὑψηλὸν πάντα σε λογισμὸν μᾶλλον ἢ ὡς ἁγιαστικὴν χάριτος, ἥτε αἰρόντος ἀξιμίου σε ἐ καρδίας, ποιῆσαι λογίζεσθαι παρακλῆσεσιν. Οὐ μὴν ἐπὶ ἐπισχὸν Ἐ ἀυτὸν ἐγχειρίζει ἐ ἐκείνου καλὸς αὐτὸν ἐπὶ δεῖν πλοῦτι βαπτίσματι· εἶτα ἐ φυλακὴν πάντας ἐχόντας, παρίστε αὐτὸς ὁ Λόγος Ἐ πρὸς ἀνδρεῖον ὑπὲρ Χριστοῦ ἄνωθεν ἐρώσας. Ἐμὲν ἢ τοῦ ἐκείνου ῥήματα οἷά σε ἔρισεν πρὸ τοῦ αὐτῆ· μισθόσεται ἐμοὶ. Εἶτ' αὖτις ὁ Ἡγεμὼν πάλιν, παίεσθαι μὲν ἐκέλευε τοὺς ἐκπὸ βῆματος ἀφεστῶτας, πρὸς μέσον ἐ Θεοδοσίαν πρῶτον ἀνεβλίψαι, Ὁρᾶς, ἔφη σε κάθομαι, ἔφη, ἢ ἐν ἀβούλητον ἔλαι ἐμοὶ, ἀναγκάζει σε παραδοῦναι; ἐκ τραφῆς τοιγαροῦν ἐ σὸν θεοῖς ἐβλίπασαι, ἢ τὴν ἐξ αὖτον ἀμοιρεῖν, ἢ σωτήριον. Ἡ δ, Ἀλ' οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, σωρὸν τὶ χειροποίητα δὲ ταῦτα ἢ ξυλὰ, θεὸς ὀνομάζειν; Οἶδα ἐ ἐμοιωθῆναι θεοῖς ἐχ' δυνάμιν, μακάριον ἐν ἀνθρώποις. Εἶπερ ἄρα

A συί ως ἢ πρὸς ἀνὰ ὁμολογίαν ὅλως ἔξεστο, ἀλ' ἐπαρασμένος ἦν τὸ μᾶλλον, ὑπερ ἐλέγομεν.

56 Οὐκ ἤσυχα ἐπὶ τούτῳ πρᾶος ὁ Διοκλῆς, ἀλλὰ τὸ κελεῦσαι τύπτεσθαι, ἵνατι ἢ μὴ ἔδει τοιαῦτα ἐν παισὶν ἐμβλέπεσθαι τολμᾶν. Ἔτι τοίνυν κακὸς φιλόμωβ ἦν ἐκεῖνος ἢ πρὸς χορηγίαν ἀνδρῶν, προσέττει καὶ χερσὶ σίδηρα τὰς Ἀγίας ἀνὰ τὰ βραχίονε ξύεσθαι. Αἱ μέντοι ἄλλαι γυναῖκες ὕτω πάσχουσι, δάκρυα ἢ τὸ αἷμα ἐκ πολλῶν ἀνὰ τὰ σώματα ἀπορῥέον, δάκρυσιν ἐκείνας τὰς παρειὰς ἀπιβρέχον, ἀλγεῖν τε τοῖς προσήκουσι τῷ καιρῷ ἐποίουν. Ὁ Θεὸς ἡμῶν, λέγουσι, καταφυγὴ καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι τοῖς ἐπ' ἐσχάτοις ἡμᾶς εὑρόντας, τάφησον, Κύριε, ἢ ἐξελοῦ ἡμᾶς ἐκ χειρὸς τῶν ἀλλοφύλων. Οὕτως ἐλέγομεν ἐκεῖνοι ὁ Ἡγεμών, μαλιβδίναις καὶ ἄνδρι τὰς σιαγόνας ἐκεῖνε κελεῦσαι πατάσσειν, ὡς ἢ πᾶσι μὲν ἀλγεινὸν ἦ-

B ρεσκε τὰ γλωσσῶν. Ὁ ἢ Ἡγεμὼν ἔπασχεν ἀνὰ μᾶλλον, ἀδυνάτοις ἀντιχειρῶν, ἢ ἀνὰ πάσχειν ἐτοῖν.

57 Καὶ σωτὸς, ὡς εἰκὸς μᾶλλον, ἂν βέλεται, δρᾶ, προσδοκία τῷ τιτδόντων ἦν ὁ ὑπομενῶν ἀνεῖ ἐργαζόμενος, φιλανθρωπίσεται καὶ ἂν ὁ βιαίοτος· ἢ πλοίοις ἂν τοῦ βάλεται μὲ προσθῆναι βασάνε, ἀλλ' ἀποφανεῖται μὴ τοῦτο ἄλλοις διδόῖναι τὸ ἀποτελεσθέν ἄνδρι ἀπαχθῆναι τάχιστα. Ἔτοι ἢ ἀντρώτοις ἦκεν, ἅπαν γένος γυναικὸς ἐν καιρῷ τοιούτῳ τὰ παθήματα γυναιξὶν ἐνίοις, ἐπαυδρώνεζον ἄν, δακρύων ἀγεννῶν ἀλλὰ ἀντιμυθοῦντο ἦ ἢ πρὸς τὰ σωθῆναι ἰσχύοντα τοφιστικόν. Ταῖς ἢ ἤδη τοιαῦτα, ἀλ' ἄνδρα εἰδῆναλοῦσι τὰ οἷον ἀντίγονται ἢ μαχαιρώσιν, ἢ ὃν ἀλλοτε ἀνεῖο ἀνὰ κόσμον, ἂν εἶδε, ἀνεῖς ἀνοδέξεται, ἀγκάσσε μᾶλλον ἦ δηλαδὴ ἦκεν, τὸ πρόσωπον, ἀλλᾶδ ἄγγελον ἢ τῷ ψυχῶ ἐδοκῶ. Ὧν ἢ ἐξ εἰς ἢ ἄνδρ ἀνέχθοσαν, ἀλίσκεται ἐπὶ ἀνέχεται ἤδοιτ ἡμῖ γενεσίοις ἢ ἐκτομὴ κεκαθεχότος, ἐνίοτε ἐπὶ εἰκάδι τῷ Μαΐῳ μηνὶ ἄγοντος.

58 Οὕτω πολὺ παρῆλθε ἡμέρα, ἦ ὁ Ἡγεμὼν τῷ βήματος προκαθῆται, δικῶν τι τοῖον καὶ

C ἄγων, μετακαλεῖται ὁ Ἀδαυτῶν· ἢ παρεσέστη, Τί ἢ ἔτι σοι κόρε, ἔφη, τοσοῦτοι ἀπολωλεκότι ψυχάς; Οὐκ ἀπόλωλα, ὁ θεῖος ἔφη Προκόπιος, ἀλλὰ τὰς ἀπολλοῦς ἀπορῥοκάμψω. Οὕτως εἶπε, καὶ σταχέμα τὸ ἄμπυκ ἐκεῖνο πρόσωπον ὀνυξὶ σιδηρᾶ κατεζώσατο, ἢ τὸ ἱδεῖο δεῖμα φρίκης μεστόν, ὁποῖ μὴ κολάζοντες, οἷα θῆρας ἀγρίας, ἐπεῖδον τὸ Μάρτυρε, ἢ ἢ ὡς ἐπὶ ἀνέμενα μᾶλλον ἢ ἄνδρα, ἢ σαρκῶν κρίσσοντα. ῥέοντα οὖν πλυγὰς. Τὸ μὲν οὖν αἷμα δαψιλὲς κατῆρες, ἢ ἡ γῆ δεινὸν ἐφοινίσσετο· τετυγμένη ἢ ἐδίδε ζοφώδες, ὅτι ἀλ' ἀ συμβολὴ ἀλγεινὸς ψυχῆ ἐδείκνυτο, ἀλ' οὐδ' πάλιν ἐκεῖς ἦν, ἢ μικρὸν οἴκοι ἦ τῷ Ἡγεμόνος ψυχῷ ὄντος, ἀλ' ἐκεῖ δρᾶ ἐκεῖνος ἢ πέτρα ἀπέχθες, ἀ ῥίζωσεν· ὅτε ἂν εἰκὸς ἐν πάλαι, ἢ ἢ Ἀγίαι δεισμάτων ἦ καρπίαι, ἃ ἢ Διοκλῆ μισοῦσι οἱ ἀγχόντες.

59 Ὁ ἢ ἔ προσέδει μᾶλλον ἐπὶ τῷ ἀλγεῖ ἦ τραμάτου ἀνεῖ, ἢ κιλλὶς πάλιν τοῖς μολιβδίνοις ἦ αἰχένα συντρίβεσθαι. Οὐ ἢ ἢ τοῦτο πάσχων, οὐδὲ ἄντον ἐνόμιζε δῶ, ἀ φυλακὴ καὶ δυσὶ ἀνὴ ἐξεδέχετο, ἐχ ὅτε ἢ μικρὸν ἀνεβλέπα (εἰ γὰρ ἀκαιδρωτος ψυχὴ τοιοῦτος ἐστοχάζοιο φιλανθρωπος;) ἀλ' ὅτε ἀνεπέφυκ μᾶλλον ἀνὴ, τοῦτ' ἐν ἄρα ὁμοῖον ἐκτενεῖν, ἢ γνωσίας ἐκείνε ψυχῆς παδεύσειν. Πλὴ ἀλ' ὁ θεῖος Προκόπιος τῇ φυλακῇ εἰσιδών, ἐχῇ προσῆκεν ἐκτενεῖς. Ἡ ἢ ἐχή, κρατυνθῆναι μὲ τὸ ἐν εὐσεβείᾳ, καὶ ἀ τὶς πίστ τῷ ὁμολογίαν ἐπεγεῖσθ,

si quis oraret, ut tu prorsus illis similis fores; non- D
ne diris potius te devoveret, quam oraret? Ex MS. cujus postea additur, ac torquetur.

56 Non placide tulit Præfectus hæc dicta, sed os, quod ea protulerat, cædi; ipsamque postea extensam a quatuor hominibus verberari flagris jubet. Ad hæc, cum esset male honoris cupidus, & non pareus ad suppeditandos sumptus, latera ejus ferreis manibus radi imperat. Aliæ mulieres eadem opera patiebantur, spectantesque stillantem ex lateribus ipsius cruorem, copioso genarum fletu ubertim genas irrigabant, & preces, tempori convenientes, instituebant in hunc modum: O Deus noster, refugium & virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis. Festina, Domine, & eripe nos e manu filiorum alienorum. Auditis hisce precibus, Præfectus maxillas earum denuo laminis plumbeis percuti mandat; quæ omnia mulieres tolerabant, tamquam sensus expertes. Imo vero Præfectus magis se ipse, quam illas eruciabat, laborans & nil proficiens.

57 Demum gnarus, contraria potius agere se *Demum ea* iis, quæ volebat, promovens nimirum credentium *mulieribus* incrementum per ipsorum patientiam, manse- *martyrium* tior fit vel invitus, tametsi esset maxime vio- *subit.* lentus, & plura non adhibere tormenta proposuit, sententiamque tulit, ut uno ligatæ vinculo, ad destinatum locum statim adducerentur, & capite plecterentur. Intellecta sententia, aliæ mulieres, sicut isto tempore seminis convenit, demisso vultu, lacrymis imbellibus misere indulsissent; & supremos amicis dedissent complexus: Nullum harum simile factum. Sed probe conscia, ad quantam properarent felicitatem; & requiem numquam cessaturam, pro molestiis, quas videbant sese manere, exultabant potius, & hilarem frontem exporrigebant, sincerum nuntium internæ voluptatis. Ad locum deductæ, inclinato collo lubenter ac generose ictum excepere die vigesima nona mensis Maii *b*. *b*

58 Nec multi præterierant dies, quando Præ- *Rursum* ses, pro tribunali sedens, torvique aliquid & *sontes.* truculenti spirans, Pugilem advocat. Cui adstanti; Quid? Nondum etiam, inquit, satietas te tenet, postquam tot animas perdidisti? Haud equidem perdidi, aic divinus Procopius, sed ab interitu liberavi. Sic dixit. Cum sine mora venerabilem ejus vultum unguibus ferreis dilaceravit. Et, plenum horroris miraculum, cernere erat tortores, tamquam immanes feras, in Martyrem irruentes; ipsum verò, statuam viri potius, F
quam virum, carne fortiorem, plagas ferentem. Sanguis ergo ubertim effluebat, & purpurata horrifice rubescebat tellus. Nullus tamen audiebatur gemitus: nullum dolentis animi signum apparebat. Nec ulla misericordia, aut perva commiseratio tyranni cor tangebat; sed a quercu ipse aut petra vere ortus, ut a poetis cantatum. Adeo ut quis non habuerit, quid potius ageret, an miraretur Martyris constantiam, an detestaretur Judeis crudelitatem.

59 Quin & vulnera vulneribus addidit, & *novis tor-* collum Martyris laminis plumbeis conteri jussit. *mentis eum-* Hæc passum, at nihil debiliorem, denuo car- *dem torquet.* cer illum excepit; non ut aliquantulum quiesceret (quomodo enim cogitatio illa cadat in hominem, ab omni humanitate alienum?) sed potius ut disperceret, quo cruciatu inferendo generosam illius animam commoveret. Verum divinus Procopius carcerem ingressus, prolixiori orationi vacavit, ut pietatem confirmaret, confessionem suam ad finem perduceret,

A impietas confunderetur, omneſque Ulcionis adEx Ma. verſus Chriſtianos machinas infirmaret.

καταισχυνθείη καὶ ὁ ἀσέβειαν, καὶ αἱ κατ' Χριστιανῶν B Οὐλκίωνος μηχαναὶ διαφανεῖς ἀπολύθειεν.

ANNOTATA.

a *Noſtram de Sociis S. Procopii Ducis opinionem refert Comm. prævius num.* 20.
b *Habes de hoc in Commentario prævio num.* 21.

CAPUT III.

Dæmonibus imperat ſanctus Martyr; novis tormentis probatur; idola impugnat; cæleſti voce recreatur; varios perfert cruciatus.

Profectio Ulcionis ad ſuos fines.

ATque Ulcionem ipſum corripuit multus ſtupor, & non mediocris conſilii inopia, quando mirabilem Martyris conſtantiam videbat. Ideo ne vel pedem domo extulit; neu ſermones cum aliquo habuit per integrum diem, ſed febri vehementi fuit correptus; neque dum flagelli cauſam B intelligens, quod nempe caſtigatio eſſet Domini, ad pœnitentiam illum vocantis, æternis cruciatibus dignam animam exhalavit. Iamque Martyris oratio habebat finem; & pietas creſcebat ac confortabatur, multis in dies non viris modo, ſed etiam mulieribus ad fidem accedentibus; cum ipſe etiam Martyr a maxima Dei manu ad illa elevaretur, multoſque dæmoniacos ſanaret, non mora temporis & multorum dierum intervallo, ſed ſolo divinæ crucis ſignaculo, & imperio contra malignos ſpiritus; qui tantum aberant, ut imperata non facerent, ut fugiendo, tantum non juſſa ejus prævenirent.

Præficitur Flavianus Martyri ad Flavianum,

61 Ulcione e vivis ſublato, Palæſtinæ præficitur Flavianus, & ipſe Italus, præclaris ortus natalibus; neque malitia Ulcioni cedebat, ſi morum perverſitate, vafritie & animi crudelitate præcedentem potius non ſuperarit. Ubi ergo Cæſaream venit, convenerunt eum nonnulli e civibus, geſta Martyris recenſentes, ac ſimul ipſius oſorum, ſimul adulatorum munere fungentes. Ille, quod audierat, ſecundis curis non diſcutiendum ratus, mox Sanctum ſiſtit, ac primo C nomen ſciſcitatur. Reſpondet ille; Quod neceſſarium eſt potiſſimum, & quod cupidiſſime inquiris; Chriſtianus ſum enimvero & talis compellor. Nomen mihi Procopius: neque illud ab hominibus accepi, ſed a Jeſu Chriſti Domini mei gratia.

Quæ interrogatus,

62 Tum Flavianus: Tene, inquit, ſolum latet, quidnam ſibi velit edictum Imperatoris; Vult enim, ut illi, qui nolunt ſacrificare diis, primum quidem gravibus tormentis, dein acerba morte mulctentur. Mihi autem mirari ſubit, quod te, qui id ætatis es, necdum etiam pudeat puerilia ſectari. Nam dicere, Deum ex muliere natum eſſe; ac deinde ab hominibus, hominem utique, cruci affixum; atque illum ipſum (ſi Soli placet) adorare, tamquam Deum, quomodo non inſanum; imo furioſum eſt? Itaque mihi morem gerens, cultum hunc mitte; & obedientiæ te tuæ non pœnitebit.

Interpida reſpondet

63 Ad hæc Martyr Chriſti, ſagacitate ingenii potius refellere volens eum, qui multa in dicendo vehementia uſus fuerat; Oportebat te, inquit, o præfecte, quis cæli terræque ſit conditor, noſſe, & credere unum hunc & ſolum Deum exiſtere in natura, mutari & pati neſcia. Sed quia tu mundi ſapientia orundus, plures exiſtere deos opinaris, atque hunc cultum recte ſe habere arbitraris; tibi, ſi vis, vel ex iis, qui

Ἀλλ' μείνας ὁ Οὐλκίωνος καὶ πολὺ τὸ ἐκπληκτὸν καὶ ἀπορία σωμάχου ὁ μάρτυς, τὸν διαμαρτὼν ἐσώσεν αὐτῷ Μάρτυρ καθορατῶ. Οὐ χάριν οὐδὲ προῆλθε τῆς οἰκίας, οὐδὲ λόγου μετέσχεν ἕως τοῦ ἐπὶ ὅλην ἡμέραν, πυρετῷ ὃ πίνει μᾶλλον κατασχεθείς, καὶ μὴ τὸν αἰτιον αὐτοῦ, ἄδην ὁ μάστιξ, ὅτι παιδεία ἦν παρὰ Κυρίου, καλοῦντος αὐτὸ εἰς μετάνοιαν, τὴν αἰωνίου ὄντως πληγὴν ἀξίαν ἀφῆκε ψυχήν. Ἡ δὲ λόγου ὁ τοῦ Μάρτυρος τέλει εἶχε, καὶ ἐπὶ τὸ ἰσοσθένειν ἐπέδωκε καὶ ἐρρωτοῦτο, πολλοὶ δὲ οὐ μόνον ἀνδρῶν μέσον, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν τῷ πίστει προσετίθεντο, οὓς δὲ καὶ ὁ Μάρτυρ χειρὶ μεγίστῃ πρὸς αὐτὸν ἀναπεμπόμενος, ἐκ πολλῆς ἰσχύος τῆς δαιμονώντων ὁ σταυρῷ χείρου καὶ παραπέμπα πολυειμέρη, ἀλλὰ σφραγῖδι μόνῃ τῷ διὰ σταυροῦ καὶ τῷ περὶ τὸ τοιαῦτα πολέμιον ἐπιτίμιατι, ἃ τοιοῦτον ἀνατέχει τὸ κελεῦσαι μὴ ποιεῖν, ἀς μικρῷ τῷ φυγῇ φθάσειν ἀνὰ τὸ ἐπίταγμα.

Fit Martyri ad Flavianum,

61 Ἐπεὶ ὁ Οὐλκίων ἐξ ἀνθρώπων ὦ, ἡ ὁ Παλαιστίνης ἀρχὴ Φλαβιανὸς ἐγχειρίζεται, Ἰταλὸς μὲν καὶ αὐτὸς καὶ τὸ γεγονέναι· ἀλλὰ ὁ Οὐλκίων' ὡς κακίαν ὑπερεκείνου, ἐκ μὴ καὶ μᾶλλον κακοηθείᾳ καὶ ἀγελείᾳ καὶ ψυχῆς ἀγριότητι & φθάσειεν περιελεῖν. Ὅτ' οὖν Καισάρειαν παραβάλλει ἄδην ὁ πολὺς αὐτῷ ἀπαντήσαντες, καὶ τὸ Μάρτυρ διεσύροντο, ἅμα μὲν φθονοῦντες, ἅμα δὲ καὶ διακόνων ἔργον πληροῦντες. Καὶ δὲ ὁ δεσπότης ἴδιος φροντίδων τὸ ἀναγκαῖον ἐξιών, παρίσταται & Ἅγιος παραχρῆμα, καὶ πρῶτον περὶ τὸ ὀνόματος ἐπυνθάνετο. Ὁ δὲ, τὸ μὲν ἀναγκαῖον, εἶπε, καὶ κυρίως, ἐξ ὧν μάλιστα καὶ ἀκούσαι ἐπιζητεῖς, Χριστιανός εἰμι καὶ δοῦλος εἰμὶ τοῦ Ἐπουρανίου, καλοῦμαι δὲ Προκόπιος, οὐ παρ' ἀνθρώπων ἔχων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ χάριτος.

Quæ interrogatus,

62 Καὶ ὁ Φλαβιανός· Σοὶ μόνῳ ἀγνόητον, ἔφη, ἐστὶν ἆρα τὸ βασιλικὸν βούλεται πρόσταγμα; βούλεται γὰρ οὗτος μὲ ἀνθρώπους θύειν τοῖς θεοῖς, πρῶτα μὲν χαλεπαῖς βασάνοις, ἔπειτα δὲ καὶ θανάτῳ πικρῷ διδόσθαι. Ἐμοὶ δὲ καὶ θαυμάζειν ἔνεστι, πῶς οὐ σὺ τοῦτο ἡλικίαν ἄγων, ἔτι παιδαριώδη φρονεῖν ἐν αἰδοῖ τοῦ· τὸ γὰρ Θεὸν ἐκ γυναικὸς γεγενῆσθαι λέγειν, ἔπειτα καὶ παρὰ ἀνθρώπων, εἶτα καὶ ἄνθρωπον, ἐπαυρῆσθαι, καὶ ἀνθ' ὅτου (ὁ βλαξ) προσκυνεῖν ἐν Θεὸν, τῶν ἐκ ἀνοίας μᾶλλον, ἀλλὰ ἐκ μανίας ἐχόμενος; Πιθοῦ δὲ μοι, & δραστικὰς ἀποτρυπᾶ παῖσαι, καὶ οἶδα ἔσαι μετανοήσων σοι & ἐπαθοίας.

Interpida reſpondet

63 Πρὸς ταῦτα ὁ τῷ Χριστῷ Μάρτυς· ἔδωκεν πλείονα ἢ σαφῶς ἐπιδείξασθαι δίκαιον, σοὶ & πλείονι δίκαιον καὶ ἢ δυνάσαι χάριτος. Ἐχρῆν μὲν σε, ὦ Ἡγεμὼν, ἔφη, & δημιουργὸν, ὅστις ἐστὶν ὁ τῆς γῆς κύριος, καὶ τίνος ἕνα καὶ μόνον ἀληθῆ Θεὸν ἐν ἀτρέπτῳ φύσει & ἀπαθῆ εἶναι πιστεύειν. Ἐπεὶ δὲ νῦν & τὸ κόσμου σοφίας ὁρμώμενος, πολλοὺς τίνας δοκίζεις θεοὺς, & τοῦτο δὴ τὸ σεβάσμιον ὑγιῶς ἔχειν δοκεῖς, εἰ βάλοι, δεῖξόν σοι

τῷ

ἀ ἡ ἀφ' ἧς, φησὶ τιμᾶν σεμνὸν εἶναι. Ἐμοὶ γοῦν καὶ Πλάτωνος ἡ Ἀριστοτέλους ἡ ἄλλων δὲ πάνυ σὺν ἀλήθειᾳ. ἵνα Θεὸν προβλήμασι ἡ ἀποδείξεσι, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς μεταβαλεῖν λογιζόμενος, πολλοστὸς μᾶλλον ὑπ' ἐκείνῳ ἢ μὲ οἱ ἐμοὶ κρίνοιεν· Σωκράτης ἡ καὶ Ἡράκλειτος ἐκκαυθέντα καὶ ἀναῤῥάπτοντα ἢ ἀφ' ἀγαλμάτων ἴλεως προσκυνοῦντες, δι' ἃ αἰτίαν καὶ ὁ μὲν ἐν Ἐφέσῳ ἐξεδέσατο, ὁ δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων κατεψηφίζετο.

64 Εἰ δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐκ γυναικὸς γεγεννῆσθαί σε καὶ σταυροῦσθαι εἰς ὄνειδος, ἐμοὶ προτίθησι, ὦ βέλτιστε, περὶ οὗ μεγάλα τότε ἐθέλοντι μυεῖσθαι, καιρὸς διδόσθω καὶ ἐμοὶ ταῦτα. Τύχας ἔτυχε δεινὸς ὁ Μάρτυρ ἀκροάσασθαι, Φλαβιανὸς ὄνος ὢν, ὡς φάσκουσι, λύρας ἀκούειν ἄμεινον, ἢ ἐμὲ λέγειν εἶα δὴ πατροφώνιος, Καλῶς ἐμοὶ ἔφασκε, φασὶ, περὶ θεῶν τε καὶ ἄλλων θείων ἐξηγεῖσθαι, ἅτε δὴ ἀνωθεν ἥκων καὶ ἐφορῶν κλεῖς οὐρανίας κεκτημένος, πολλὰ μὲν συμβουλεύων σοι πειθοδίκου κρίσεως ἐπὶ σῇ ἰόντι, εἰ πρόσεισι σοι, παραδοῦναι βασάνοις. Εἰ δ' οὖν, ἰδὲ τοῦτο μόνον, ἀκούσῃ σοὶ ἀκουσίῳ, καὶ κελεύσω σε πλῆκτας αὐτὸς ἐπιτηρεῖν· εἶναι γὰρ βουλόμενος εἶξαι ἐμοὶ ἐν ὀργῇ ὢν κεκολασμένῳ.

65 Ὁ δὲ Ἅγιος· Ἐπεὶ, εἶπε, τὸ ἀληθὲς Θεὸν εἰδέναι μὴ βούλει, σπουδῇ ἑλόμενος ἐκείνου ἢ πρὸς τὸ βλάπτειν μᾶλλον ἢ ὠφελεῖσθαι ἐμπαρασκεύου εἶ, σὺ μὲ σφάττε, ἢ κάμνοντι τῷ μαγείρῳ σάρκας ἀνθρώπων· ἐγὼ δὲ οὐ λίθοις δὴ χρυσοτεύκτοις ἅπασι, ἀλλὰ σοὶ θεῷ μὲν (δίκτυ) δώσειν αἰτίαμαι ἐμὲ ὁ εἷς ἀνὴρ ὁμολογήσας ἐν δεδιόσιν με, καὶ οὐ γεγραμμένον. Εἰ γὰρ σμικρὸν ὁ λίθος, ἐν πρασκευαῖς ἐ Θεὸς εἶναι παρὰ σοὶ πεπίστευται, ὅτου χάριν αὐτὸ αἰτιᾷ ἢ εἰς τοῦτο ἐβλήθη; καὶ σὺ μὲν οὐ διὰ προσβάσεις ἢ λιβανοῦ αὐτῷ ἢ θυσίαν ἄλλας προσάγεις, οὐ δὲ πρὸς οἰκοδομὰς καὶ πεδίου κατασρώσεις λαμβάνεις. Ἐτι δὲ οἱ ἢ πρὸς ἐκκλησίαις ἢ σταὶ ἄλλας χρείαι σκεύεσι, Τὸ δ᾽ ὕφασμα δὲ σοὶ ἐ μὲ χιτῶν ἢ χλανὶς ἐ βύσσα ἢ σοὶ ἄλλα ἐβλήθησαν. Ποῖον δὲ σοφίας τοῦτο ἢ τί σὺ σιωπηρὸν λέξει τὸ σεσιωπημένον τοῦτο ἢ ἀπόῤῥητον;

65 Ὁ δὲ προσέφερε θυσίαν, τοῦτο πάλιν τῷ τυφλῷ δίδως, ἢ ὕπερ δυοῖν δίδως τυφλῷ, παρὰ τοῦτο, φῶς, οὐ σοὶ συλλογιζόμενος, σωθησομένῳ αἴτιος, ὡς τοιαῦτα πάσχοντι δικαίως ἐστίν, ὃν μηδὲν μᾶλλον ἐκ τῶν δυοῖν ὑμῖν ἐγγραφῶν ἀμείνονι ἔχοντος ἐγχώρους. Ὥστε κἂν ἐν αἰδοίῳ δύο βύλωσι, ἀλλ᾽ ἐ ὠσὶ ἐν βλάπτουσι, ἢ τυφλῷ δοῦναι μαλακόπρας χίνητα. Κἂν ἢ πῦρ εἶναι, ἀλλ᾽ ἐ δυνὸ ὕλας ἀφορᾶσι, κἂν ἐ ἅμα ἢ φθείρονται, σβέννυται. Ἔτι δὲ ἐν ὕδωρ ἐπικρατέστερον δυοῖν γίνεται. Δεῖ οὖν ὑμᾶς αὐτοῖς ἢ ὕλαις χαίρουσι, αἳ ἐ εἰς φθορὰς σπάνια ἀλλήλαις κεκίνηται, καθαρᾷ νῷ, καθαρᾷ χείλεσι ἢ διὰ αἰῶνος προσφέρειν θυσίαν. Εἰ μὲν οὖν ἔσχες σοι πειθόμενοι τοῖς ὑφ᾽ ὑμῶν λεγομένοις, ἥκιστά σοι ὡς καὶ ἡμῖν ἐναγεῖς βασάνοις. Οὐ χαλεπὸν ἐπιτελεῖν ἐπιτάγματον, ἀλλὰ πληγάς.

67 Ταῦτα ὁ Μάρτυς λαμπρᾷ ἢ φωνῇ πρὸς ἅπαντας, πρὸς ἐκεῖ περιεστῶτας ἐκόντας, ἐκόντος ἢ ἄρχοντος, τότε ἢ παῤῥησιαστικότερος ὢν ἐπῆρεν, ἀλ᾽ ἔστιν ὅτε θυμοῦ γεμίσας, Ἀρχέλαῳ τινὶ προσέστη καὶ ξίφει φανερῷ ἐβουλεύσατο ἢ Γιγάντιος. Καθάπερ ἐκεῖνο πρότερον ἴσα δοὺς ξίφει ἢ λόγῳ ἐπιτρίψαντος, ἢ μὲν ταῖς ἐβύσι ἄρπαι, δίκη ἢ δικαιοῖ ὕβρει· Ὁ Μάρτυς ὁ δυδὲ τῶν ἢ περὶ ἢ Χριστὸν, ἐξόπιστον ἐκείνῃ πρὸ τῆς σφαγῆς. Ἡ δίκη ὁ Ἀρχέλαος δάκτυλον ἀμείβατο· ἢ χειρ γὰρ ἐνὸς παραχρῆμα ταμοῦσα, αὐτὸς ἐπὶ ἢ ζῶντος εἰς γῆν ἐβλήθη. Ἐ ἢ ζῶ ἀποθνήσκω·

qui ſapientum apud nos laude ſtibrent, Hermete, Platone, Ariſtotele, & aliis certe non pauciſ, oſtendam unum Deum cultum eſſe, non plures; eos autem, qui ex hominibus in Deos adſcripti feruntur, deluſos vere ab illis eſſe, non honoratos. Et ideo Socrates & Heraclitus ſtatuarum adorationem non admittendam, ſed eliminandam, plane cenſuerunt. Et hic quidem Epheſo exactus: ille autem ad hauſtum cicutæ ab Athenienſibus condemnatus eſt. B Ex mē a

64 Sed quia ex muliere natum & cruci affixum eſſe Chriſtum, opprobrio nobis das; ſi de magno hoc arcano audire lubet, tempus datur, & audies clare. His ita a Martyre enunciatis, Flavianus erat aſinus, ut canis proverbium, lyram audiens, & ea, quæ dicta ſunt, tranſiliens: Recte, ait, de Deo & rebus divinis diſſerere nobis viſus es (utpote ab alto veniens, & clavium cæleſtium adminiſtrationem tenens;) conſulo tamen tibi, ut obtemperes prius, quam ta quæſtioni admoveam, tormentis meis excruciandum. Sin minus, hoc unum ſcito, pœnas te manſuras, unicum inobedientiæ tuæ fructum; nec opus eſſe pluribus, ut tandem velis cedere, & juſſa executioni mandare. C E

65 Sanctus contra; Quoniam, inquit, verum Deum cognoſcere non vis, voluntaria correptus cæcitate; atque ad nocendum & puniendum dumtaxat vales; agedum macta, dilania, diſſeca hominum carnes. Ego autem non lapidibus, non alius manu factis, ſed Deo meo ſacrificabo hoſtiam laudis, per voluntariam in ipſum confeſſionem, ſicut ſcriptum eſt. Si res cultui digna, & numen abs te creditur, lapis, quem adoras; accur eum ſcindis, & plures in partes dividis? Hunc quidem tamquam Deum honoras, & thus ipſi, atque alia ſacrificia offers; illos vero ad ædificandum & ſolum ſternendum dumtaxat adhibes; quin etiam nonnullis uteris ad excrementa, & alios quoſdam ulus viliores. Similia facta ſunt ab te in auro, ære, ligno, aliisque materia. Cujus ergo ſapientiæ & gloriæ nobis ſit illud ſilentio preſſum & arcanum? F

66 Nam cui victimam offers, id ipſum igni tradis; & ab eo, quod igni traditum eſt (vah!) nullam ipſi injuriæ rationem habens, ſalutem poſcis, tamquam ab eo, quod talia prorſus præſtare poſſit; cum tamen nihil, ut a vobis inter deos adſcribatur, boni habeat aut valeat. Sic, tametſi ferro ſacrificare volueritis; tamen hoc ipſum rubigine conſumitur, & igni datum, fit mollius. Quod ſi ignem Deum dixeris; is defectu materia, a qua nutritur, extinguitur. Contingit etiam, ut aqua eo fiat fortior. Oportet itaque vos, rebus, materia conſtantibus, altiores, quæ in mutuam ſæpe corruptionem conſpirant, mente pura, puris labris offerre hoſtiam laudis, ſi dictis meis parendum cenſes; ſin minus, tempus eſt, ut tormentis me aggrediaris: neque enim magni factis verba, ſed plagas.

67 Talia quando clara voce tam Præſidi, quam circumſtantibus dixiſſet Martyr, idem Præſes audaciam & ſermonis libertatem non tulit; ſed ira victus, Archelao cuidam imperat, ut ſtricto enſe Pugilem generoſum e medio tollat. Cum autem termone ipſius, tamquam gladio vulneratus eſſet, ſine mora in eum irruit, obſecundans tumori. Judicis ille. At vero Martyr, deſiderio Chriſti flagrans, ad mortem ocius proſilit. Archelaus autem pœnas ſtatim dedit. Quippe emarcuit ſubito manus ejus, & ſtatim in terram dejectus, vivere deſiit, Hæc

A Hæc Flaviano ſtuporem incuſſere. Nihilominus
Ex ms. tamen furiis arſit, & ira ejus inſtar ſerpentis admodum accenſa fuit. Martyrem igitur, manus & pedes vinculis ferreis ligatum, carceri mancipari jubet. Verum hic, quantumlibet vinctus & humi proſtratus, neutiquam tamen neglexit mentem ad Deum attollere.

Deus tormenta ipſi animarium. fav.

68 Ac primo quidem communes de impenſa hominibus benignitate grates agit, qui lapſos nos erexit, & in ſervitutem redactos, ſanguine Domini nos aſſeruit in libertatem. Deinde orationem peculiarem pro ſe ipſo inſtituit, ut auxilium ad inſtans certamen conſequeretur, & curſum agonis, quem currebat, conſummaret. Sic precatus, iterum vocem audiit ſe confirmantem. Jam ſex exactis diebus, denuo ipſum ſiſti juſſit Flavianus, ratus nimirum, fore, ut aliquo modo præceritorum pœnitudinem injiceret; quod volebat, id facile eredens: Verbis meis, ait,
B prius obtempera, quam carnes tuas conſumam. Tum Martyr: Corpus meum præſto eſt; torque ocius, dæmonibus, tui ſimilibus, ſerviens. Rurſum Præfectus: Non contumeliis tuis bilem mihi movebis, non aceendes, non commotum reddes, ut tibi quaſi compendiarium inferam exitum vitæ. Nam quamvis maleficus gladium eluſiſti, ſpiculatorem perdidiſti, & tenebrotam quamdam caliginem mentibus offudiſti; te tamen articulatim & membratim immiſericorditer eruciare non deſinam, donec obſequentem te reddidero & juſſis obtemperantem. Extendatur ergo, inquit, nugator ille, loria tenuiſſimis e quatuor partibus ſupra terram attollatur, & erudis nervis ei carnes lanientur; poſtea carbonibus candentibus illi terga impleantur. Nam tormentorum vehementia utilis eſt inſanienti,

Ἐξίστασο ταῦτα φλαβιανὸν, ὁ μὲν ἀλλ' ἢ πλέον D
ὀξύμορος, καὶ ὁ θυμὸς αὐτῷ ὅσῳ ἢ ὑμαίνετο τῷ δ-
ρίνι ἐκαίετο πρότερον. Κελεύει τοιγαροῦν χαράξαι
τε ξύλας τὸ Ἅγιον τριθυρέοις τριθύροις, ὅπου οἰ-
κέται φρουλακῶ. Ἀλλ' αὐτὸς, κείμενος πρηνὴς ἐ-
πὶ τῆς γῆς λύμενος, ἐκ ὑμίλα τῷ περὶ Θεῶ
ἀναγκαῖα τοιῶ.

68 Καὶ πρῶτα μὲν κοινῶ ὠφέρια αὐτῷ τῷ δι-
καιοτάτῳ τῷ περὶ αὐθρώπους χρειώστου, ὃς ἡμᾶς
ἔπεσιν ἡμᾶς ἀνώρθωσε τε δύλους γεγονότας ἐφ' ἑαυτοῦ
καὶ αἵματος ἐλυθέρωσεν. Ἔπειτα ἢ ἰδικωτέρως ὑ-
πὲρ ἑαυτῷ προσῆγε ἢ δέησιν, ὅπως καὶ βεβαίως ἔχῃ
τῷ περὶ τῷ προκείμενον ἀγῶνα τυχεῖν, τε, ἂν τρέ-
χω δρόμον, καὶ πέρας ἀγαγεῖν. Οὕτω τε εὐχόμενο τε
φανῆναι ἄκουε αὐθις παρακαλέσαι αὐτόν. Ἔκπε ἢ
ἐξηγουμένου ἡμέρας, Φλαβιανὸς πάλιν αὖθ μετα-
καλεσάμενος, καὶ ὅσπερ πρόσθεν περὶ εἰδωλεῖῳ με-
ταμελόμενο αὐτῷ τῷ προτέρων, ἐκ τῷ βέλεσθαι πά-
σχα λαβεῖν τῷ εἶναθαι, Πό τῷ σὲ σάρκας σε, ἔφη,
ψαλῶσαμε, τοῖς ἡμοῖς τοιόδε λόγοις· ἢ ὁ Μάρ- E
τυς, Πρόκειταί σοι τὸ σῶμα τήμὸν, ἁμιλλῶ ἀκέ-
ζε, ὅσε ὁμοίοις σι δαίμοσι θεραπεύων. Καὶ ὁ Ἡ-
γεμὼν, ἐκ ἐξοργὶς με ταῖς ἢ τοιαὐθρασίαις, ἀ τα-
ροξυνῶ, ἢ κινήσω, ἐπίτομόν σοι τὸ πέρας ἐπαγαγών.
Εἰ γὰ τῷ γενέθλιος ἄπρακτόν τι τῷ ξίφο ἐδυξεν, ἢ ἡ
στρατιώτρα ἄλεσαι, ἢ ἡ φρονεῖ ἔσπερ ἐ τῶν
συσεβεῖσιν καπήχαι, ἀλ' ἐ ταῦτομαί σι τῷ μέ-
ρος ἄρα τῷ μέλος ἀπόπεσοῦ ἀκιξόμενος, ἵνα ἐκ-
πνεῦσε τοιόδε καὶ τῷ κεφαλεόμενον σοι πρότερον
παρασκεύασα. Τοιόδε τοιγαροῦν (ἔφη) ἐ φλάυρος
ἰδὼν λατρεῖς ἐκ πατέρων ὑπὲρ ἢ γῆς πέρματος,
ἢ νέρτερος ὠμᾶι τὰς σαρκας ξεσεῖσθαι, εἰδ' ὕστε-
ρον αὐδρέκτων ζοίνταν τὰ τῶν πληρῶσαι. Οὕτωσι γὰ
ἄφρονι ψυχρίας ἐπίτασοι.

ANNOTATA.

a *Intellige Hermetem Triſmegiſtum, Philoſophum Ægyptium, qui Deum unum opinatus, omnium conditorem, ſatetur errorem parentum ſuorum, qui ſuperſtitiones idolorum invenerint. Fertur legiſſe libros Moyſis, appulſus in Ægyptum, ut Gymnoſophiſtas audiret.*
C

CAPUT VII.

Atrociſſimis tormentis cruciatus S. Procopius, tandem capite plectitur.
F

Tyrannus inſultat S. Procopio;

HÆc audientem Pugilem, & jam ad ſupplicia tractum, non ſolum metus oullus invaſit, tametſi tormentorum magnitudinem eminus ſpectaret, ſed volens palam oſtendere, quod tormenta & ipſum tormentorum auctorem contemneret, acriter in eum invehi cœpit coram aliis, qui aderant, affatim injuriarum evomens. Fili, ait, iniquitatis, æterni ignis pabulum; cruciatu mihi tamquam inſanienti, utiliter inferri tu prædicas: veniet nimirum tempus, quo tu iiſdem torqueberis, ignarus, rem te mihi longe gratiſſimam præſtitiſſe. Ecquid enim ſervo grato tam eſt optabile, quam pro Domino ſuo pati? Adeo ut verear, ne conſcius, quo pacto ea, quæ triſtia ſunt, mihi facias jucunda, a puniendo deſiſtas, & id beneficii inimico conferas.

ído novo ſupplicio

70 Dixerat hæc Sanctus; cum Flavianus, inops animi, & ob ſermonis libertatem magis furens, tormentorum imbres adverſus eum congerebat, ignem igni, ut eſt in proverbio, malum malo ſuperaddens. Itaque candentes obeliſcos primum ſuperimponunt præcedentibus vulneribus.

Τοῦτων ἀκούων φ Ἄθλητ ἢ ἔδη πρὸς ἑ
βάσανον ἑλκόμενος, ἐ μόνον ἔδεῖ δέος ἐ-
πῶ οἱ ἑ κολάσεως δέδιε ἐφορεῖσθ μᾶλλον, ἀλ'
ἄντερ ἢ φανερὸν ἄνω βολόμενος, ἵν πρὸς τοὺς
βασάνους καὶ δυσὶ δὲ τοῖς βασάνοις ἐκφέρομένοις
καπφρονῇ, ἐλοιδορᾶτο φιλονίμως ἐνώπιον τῶν πα-
ρόντων τοῖς παρῶσιν ὀρθῶ τοῖς ὄβρεῖ ἐκχέων· Ἀπο-
μίαι σί, λέγων, ὦλε τῷ κακίε πυρί, σὺ λέγω
ἐμοὶ τοῖς κολάσοις, οἱ ἄφρονε κυσενκαὶ ἐπάγεσθαι
σὺν ἐπάγκε σὺ τοῖς οὕτω πεφυκόσιν, ἀγνοῶν ἵν
τῷ τοῦτον ἥδιον ἐμοὶ προξενεῖς. Τί γὰρ ἔγνω-
μονι ἐλὴρ τοδυνδὲ ἔστιν, ὃς τῷ πάσχειν ὑπὲρ
δεσπότε, ὅσε ἐ δέδοικε, μάνον γνῦ, ὅτως ἀν-
τῷ τῷ λυπῆν μᾶλλον τῷ πρὸς ἀδυνᾶ προσέχῃ τὸ
μὴν, ἀνοηζῇ τῷ κολάζειν ἢ τῷ ἐχθρῷ τοιοῦτα
χαρίζεσθαι.

70 Καὶ ταῦτα μὲ ὁ Ἅγιος. Ὁ φρενοβλαβὴς
μᾶλλον Φλαβιανὸς, ἵν μᾶλλον τῷ Γοργαίῳ ἢ παρ-
ρησίαν ἐπιμανίμενοι, πέμπειν ἄνω βασάνους
ἐπάγει ἢ πῦρ ἐπὶ πῦρ, κακὸν, ὡς ὁ λόγο, ἐπὶ κακοῖ. Ὀβελίσκους γοῦν ἐξυδρακομένους, πρῶτα μὲ τοῖς προλαβοῦσι τραύμασιν ἐπι-

πέδιν-

A [illegible Greek text] ... ὁ Μάρτυς ... Ἡγεμόνα ... σωτηρίας.

71 [illegible Greek text]

B [illegible Greek text] ... ὁ Μάρτυς ...

72 [illegible Greek text] ... ὁ Δικαστὴς ...

C [illegible Greek text] ... ὁ Μάρτυς ...

73 [illegible Greek text] ... ὁ Μάρτυς ... ὁ Ἅγιος ...

D Postea novis plagis afficiunt: obeliscia insuper denuo transfoditur, ut tormenta, sicut dicebat Præfectus, sentire posset, & diis desineret maledicere, quibus vel Imperatores ipsi communis salutis gratia honores deferunt. Sic patiens Martyr nihil prorsus pati videbatur. Judex magis percelli, & percelli duplicem ob causam: tum quia Martyr, ea, quæ acciderant, magno animo pertulerat, tum quia in responsis valde prudentem se gerebat. Talibus ergo etiam nunc Judicem increpuit: Salutis nomine tu perniciem compellas, quam Imperatores nefarii intulerunt, dæmonum cultum augentes? quos verus Deus dudum non cunctabitur punire, sed pœnas sumet justas jamjam, sinceram salutis nostræ curam gerens.

71 Præfectus ob hæc dicta iratus, novum supplicii genus adversus Martyrem excogitat. Sacra instruitur ara: dextramque, prunis candentibus plenam, Martyr supra aram protendere jubetur: deinde prunis thus imponitur (quid sibi vult impiorum machinatio?) ut, si dolore victus Martyr, prunas in aram immiserit, nil tentent ultra, sed sacrificasse videatur, atque ipsi curis expediantur. Et jam ara in promptu erat, manusque explicata Martyris; thus una cum igne in ipsa portabatur; ignis quidem operabatur id, quod suum erat; at natura negabat id, quod proprium habet. Consumebatur manus, & confirmans illam animus manebat immotus. Omnes, qui aderant, stupebant; & dolus evanuit. Stabat Martyr, cælum blande intuens, gemitusque & lacrymas emittens, non infracti animi, sed gratiarum actionis, quam Deo reddebat. Tenuisti, ajebat, manum dexteram meam, & posuisti, ut ærumnæ eam, brachia mea: dedisti mihi protectionem salutis, & dextera tua suscepit me. — *adversus eum peran... tur:*

E

72 Judex itaque valde incertus animi ob immobilem manus retentionem, ita infit: Quoniam dicis te tormentis superiorem, unde ergo gemitus & lacrymæ? (Cui martyr:) Ne tibi, o lacrymis merito deplorande, in mentem veniat dicere, doloribus corporeis nos superatos videri, tum etiam, quando vel inviti lacrymam profundimus; non usque adeo imbellis ego, & divini auxilii inexpertus. Sed propterea quod corpus istud fere e cœno constat; & vero cœnum calore circumfusum, distillare aquam solet; hinc lacrymarum effusio. At, quod est amplius, animam tuam defleo, quatenus a vero Deo & servatore deficiens, deorum loco dæmonas habes, & Imperatores, eorum cultores, veneraris. Ideo ignis te manet perpetuus, & nullum habiturus finem cruciatus. Post hæc custodia excipit Sanctum. Postea Judex, pœnis ipsius necdum satur, aliam meditatur, ceteris immanitate longe acerbiorem. Nam manibus ipsum attolli sursum jubet, & duos lapides, latu neutiquam faciles, pedibus appendi, ita ut lapidum gravitate tota convelleretur ac solveretur corporis compages. — *ejus ad Præsidem responsio.*

F

73 Sed Martyr illo quoque eruciatu rursum fortior apparuit; rursum Judex excogitavit novum. Nam sicuti Martyri nequaquam defuit auxilium de sancto, sic neque Judici ingeniosa ac diabolica in pœnas malitia. Ergo clibanum igne accendi mandat, ut in eum, vehementer ardentem, conjiciatur Sanctus. Illuc immissus, primum divina sese ibidem signavit cruce, cui comes succedebat oratio. Eo autem adhuc movente labia, dissipata fuit flamma, & circumcirca lictores comprehendens, vim quoque suam ma- — *Post nova*

A manifeſtabat. Hæc non perculerunt tantum ſpectatores, ſed terrorem mentibus eorum incuſſere, adeo ut clamarent: Tollatur e conſpectu noſtro; tollatur e medio, quanto citius; periclitatur enim quanta quanta eſt civitas, ne præſtigiis ejus pervertatur. Tunc præfectus, metu & admiratione etiam ipſe plenus, iterum Pugilem demiſit ad prætorium.

Ex Ms.

donec tales eum torquent,

74 Paucis poſt diebus, nihil, quod excogitaret, habebant reliquum Præfectus, ſed omnibus deſtitutus, eum condemnat, ut capite plectatur, Sanctus, ad præſtitutum locum progreſſus, hanc gratiam parvam & ſupremam, qualem vel ipſe inimicus homo recuſare haud poſſit, a lictore ſibi indulgeri poſtulat, nimirum breviſſimam temporis moram, ut orare poſſit; ſic ſe moriturum. Ille annuit. Tum Martyr ſtans verſus orientem, ſublatis ad cælum oculis, ſtatim oravit pro ſalute totius urbis, & pro liberatione ab inſidiis inimici, & ut Deus memor eſſet populi ſui in miſericordia. Rogavit infirmis ſanitatem, viduis atque orphanis rerum, quibus indigent, ſuppeditationem, injuriam patientibus relaxationem, errantibus reditum: illis inſuper, qui ſui ſervarent memoriam, tranquillitatem vitæ, & doloris omnis exterminationem *a*.

B

a *pendere eas pro pleriſque,*

75 Hæc precatus, vocem audivit a cælo, quæ fiduciam ipſi dabat, fore, ut eorum, quæ petierat, compos fieret; & cæleſtium bonorum heres. His auditis, collum extendit, & gladio amputatur caput: quod corona cæleſti coronatur die octava menſis Julii. Nonnulli, qui aſtabant, pietatis lauda conſpicui, ſacrum ejus corpus auferunt, unguentiſque & aromatibus, etſi his erat fragrantius, condiunt; tandemque in loco convenienti religioſe deponunt ad honorem Patris, Filii, & Spiritus ſancti, unius & veræ deitatis, quam decet omnis gloria, honor & adoratio, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

μενος ἐξέτινατον μεσ', ἀπὸ τῆ δίθ' ἀς πατεῖσθαι D
ἐνὶς ψυχῆς, ὅτο τῆ βόῃ. Α'ρθύτω ἀπόγονοι,
ἀφ' ἡμῶν, ἀρθότω ἐκ τοδῶν, ἢ πᾶχθ' γονίαδο,
πινδαικὰ γὴ ἡ πόλις ἅπασα πᾶς αὐτῆ γουτέως ἀφ-
τεμφίου. Πλὴ ἀπὸ τῶν μεσ' ὁ Η'γεμὼν φοῖτο τῆ
ἔκείμενθ' τῆ ἀνὴς πλέρα ὃν, ὡς τῆ πρωτίσμου.
Ε δνδις ἐμπέμπα ἐ Α'ρχιερῆ.

74 E'τσ' δὲ τῶν ἡμέρα παρῆλθον, ἐδεὲ πλέον
ἐπιτοῖν ἔχον, ἀπὸ τοῖς ἅλοις ἀπορῆσις, ἐ φῆξ ξί-
φει ἀνῶ δύνατον κατακρίνα. Εἰς ἐ τῶτον οὖ ὁ
Α'γιος ἐ ἀνατατηχμένον ἐπιλυθεὶς, αἰτεῖται χά-
ριν παρὰ τῶ ἀγελεῖν ἐπιτετραμμένε μικρὸν τὸ τῆ
πολέμιον, Ε ὅσον δὲ εἰδ' ἐχθρὸς ἀνὴρ ἀναβλέψαι
παρασχεῖν, βραχυπόνλαν παρῆ ἐτδοσιν, ἵνα προ-
σεξάμενος οὕτως ἀποδυνῆ· Ε ὁ μὲν ἐδίδε. Ἀνα-
βὰς ὁ τῆς πρὸς ἀνατολὰς Ε εἰς οὐρανὸν ὀφθαλμὸς ἐπάρας, ἐδεῖτ προσήχετο σωτηρίαν μὲ φ πᾶλε πάν-
τε, τῆ φυλακῆ φ τῶ ἀνατολικῶ ἐπιβολῆς ἀπέμενε,
μετέμελε ὁ Θεὸ φ τὸ ἐλέε πανταὶ τῶ ἰδίε λαῶ,
ἴασιν τοῖς νόσῳ πεζομένοις, χάριν τῆ ὀρφανῆς,
ἀπ' ἐπιδεᾶς εἶσι, πρόσεσιν. ἐπαρεζομένοις ἄνε-
σιν, πανλαπημένοις ἐπιστροφὴν. Περὶ ὁ Ε τοῖς
μετέμελε αὐτῶ τεθνεμένοις ἀσφάλειαν βίε καὶ πανταὶ Ε
λυπόντος ἀπουχίαν.

75 Τῶτα εἶξατο, τῆ φωνῆς ἤκεσε ἐρανόθεν ἅμα
μὲν πίστιν αὐτῷ παρεχόμενε, ὡς πέρας τῶ αἰωνόθεν πλέ-
ξεται, ἅμα ὁ καὶ ὡς πληρούμενε αὐτῆ τῆ αἰτήσεως
γενέσθαι. Τοῦτον ἀκούσας, ἐ αὐχένα προτείνει,
ξίφα τε ἐ ὑποπλὴν ἅμετον, καὶ τέφα αὐχμῆρ αὐτ' κα-
θαίρεται ἐγδέλα τῶν τῶ Γουλίε μηνὸς ἀγόντος. Τινὲς
ὁ ἐ φιλόσεβῶν ἐπιτάντες, τῶ ἱερὸς αὐτῆ ὑφαρῶντα
σῶμα, μύροις τε καὶ ἀρώμασι τῶ πανταὶ ἀρώμασι δια-
δέσεσι κείνοις μυρίσαντες, ἐς τόπῳ ἐπιτηδείῳ φιλο-
δόξως κατατιθέασιν εἰς δόξαν Πατρὸς, Τῆ καὶ ἁγίο
Πνεύματ, ἐ μιᾶς καὶ ἀληθοῦς θεότητος, ᾗ πρέ-
πει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ καὶ
εἰς τοὺς αἰῶνας. Α'μήν.

ANNOTATA.

a Obſervavimus in Comm. prævio, num. 17. hanc precationem non redolere Acta ſincera.

C DE S. THEODOSIA, PROCOPII MATRE, ET XII. MULIERIBUS MM.

F

J. P.

ITEM DE SS. ANTIOCHO ET NICOSTRATO, MM.

VIII. JUL.

De 10. Mulieribus.

DE *hiſce Martyribus, eruiſi e ſuſpectis S.* Procopii *Ducis Actis, quid ſentiam, non obſcure indicavi in Comm. eiſdem Actis prævio, a num. 20. Nec plura ſuperaddere neceſſe eſt præter ſequentes verſiculos, quos huc ſpectare judico. Duodecim ſanctæ Mulieres leguntur in Menæo Chiſſetii, In Supplemento ad Menæa Græca excuſa ex Synaxario Sirmondi & Ms. Chiſſetii dicuntur, αἱ σωκλητικαὶ ἑφαι πτλ., ſenatoria nobilitate præditæ, gladio martyrium conſummaſſe, cum ſequenti diſtichо: quod ſic interpretor Latino ſermone:*

Δὶς ἓξ ἀνελὲ ἀνλεῖε κόρας ξίφ',
Η'γεμόνας σκύβαλα ἐ γᾶς τὶ πλέον.
Bis ſex puellas nobiles ferrum abſtulit,
Stercora putantes eſſe terrenum decus.

De SS. Antiocho & Nicoſtrato.

2 *Dictum Supplementum etiam habet* SS. Antiochum & Nicoſtratum, *gladio item occiſos, factum ipſorum triumphum honorans hoc diſtichо:*

Ο' Νικόστρατ' ἐ σωμὶ εἶπε, λέγει,
Ω'ς Α'ντίοχ', μὶ ἐ οὐ κεφαὶ πάρα.
Ictum feram, Nicoſtratus dixit, velut
Antiochus alter: nam neque eſt caput mihi.

Eorum memoria etiam recurrit in Menæo Chiſſetii; quam alibi expreſſam nuſquam reperire contigit.

DE

A D

DE S. PROCOPIO ET QUARTO MART.

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ.

Ex Hieronymianis.

J. B. S.

VIII. jul. DE S. Procopio *Lectore, martyre celeberrimo, cursim egimus in Observationibus nostris ad Martyrologium Usuardi hoc die, quæstionem de uno an gemino vero* Procopio *martyre, altero Cæsariensi Cappadociæ, altero Palæstino, huc remittentes. De primo ista in Cæsarea Palæstinæ Martyre, ab Eusebio laudato, quem classici omnes Martyrologi, post Romanum parvum, hoc die cum elogio consignarunt, tametsi Eusebii textus ipsum coronatum velit* VII. *Idus Junii, pro quo eum revulsi Castellanus* VIII. *Junii (aliis Actis apud Valesium septimam Julii notantibus) de hoc, inquam, fusius hoc ipso die jam actum est: hic unice quærimus, utrum* B *admittendi non sint bini saltem* Procopii, *martyres, qui forte ad diversos dies spectantes, ex nescio qua convenientia, in eumdem modo concurrunt; superaddito, si Græcis credimus, alio quodam synonymo, Duce Ægypti, longa illa oratione, superius relata & discussa, exornato. Solum itaque investigamus, sitne ponenda distinctio inter* Procopium *Cappadocem, &* Procopium *Palæstinum, ex fide & auctoritate Martyrologiorum, quæ Hieronymiana appellare pergimus, ea causa, quam in præfatione ad Usuardum pridem exposuimus.*

Transit S. Procopium Lectorem,

a Procopium *Romani parvi ab omnibus eum secutis Martyrologis classicis, pro Palæstino constantissime acceptum fuisse, probat expressa positio, probat elogium a Beda vel potius Flore ei aptatum, probat Eusebii textus, probant denique Acta paulo longiora, a Valesio producta & jam recusa; quæ sane Cappadoci convenire prorsus non possunt, cui nomirum Hieronymiana, tum majora tum minora, socium addunt* Quartum; *Corbejense Acherianum etiam* Felicem, *præfixa ubique diserte positione, seu loco martyrii,* Cæsarea Cappadociæ. *Inter primaria exemplaria solus eodex Lucensis, seu Florentinianus voce* Cappadociæ *caret; at vero clarissime ponitur in vetustissimo Epternacensi.* Cæsarea Cappadociæ, Procopii, Quarti: *quæ iisdem verbis leguntur in Corbejensi apud Florentinium, Rhenoviensi & Richenoviensi, vetustissimus & optimæ notæ codicibus, Blumianum apographum in positione & in reliquis plane convenit; Corbejensis Acherianus legit:* In Cæsaria Cappadociæ, Procopii, Quarti, Felicis,

alius Procopius Martyr

3 *Felicem istum in titulo excludimus, quod aliunde ab amanuensi adjectum putemus; verum de Quarto dubitari omnino non potest, cum is in omnibus constanter* Procopio *jungatur. Cæterum patet, ni* E *fallor, ex dictis consequens esse, fide & auctoritate vetustissimorum istorum codicum plane confici, alium* Procopium *dici oportere, qui Cæsareæ Cappadociæ cum* Quarto *triumpharit; alium Scythopolitanum Lectorem, qui* ductus Cæsaream, ad primam responsionem ejus confidentiam, a judice Fabiano, capite cæsus est: *vel ut loquitur Eusebius, de Martyribus Palæstinæ cap.* 1. antequam carceris periculum seciſſet, statim a primo, ut ajunt, limine, ad præsidis tribunal adductus . . . illico capite truncatus est. *De nullo Procopio Duce Ægypti ullam in Fastis antiquioribus Latinis mentionem reperimus, quanti pretii sint ejus Acta jam pridem a decessoribus nostris declaratum est, & porro explicatum hac die, qua a Græcis colitur, a quibus prædicta Acta ornata sunt, quæ ex Græco sub nomine Metaphrastis, verti curavit Aloysius tomo* VI. *atque ex hoc Surius vulgavit; hac autem nova interpretatione illustrata dedimus, quamquam id minime meruri videantur.*

ab Quarto Cæsaræ Cappadociæ asseritur.

F

DE SANCTIS MARTYRIBUS

C

ABDA ET SABA

Notitia ex tabulis Græcis.

J. P.

VIII. jul. SAncti *Martyris* Abdas *& Sabas signanter die* VII. *hujus in fragmento, dies ac mensis aliquot complexo, seu Codice Taurinensi a; in Menæo autem Chiffletii solus notatur* Abdas, *sed die hac* VIII. *qua etiam ponitur in Supplemento, plus semel memorato, accinente ipsi hisce duobus versiculis.*

Ἅπαξ ἐμαυτὸν πρὸς τὸ πᾶσχον δειλιῶν,
Μικρὸν τὸ πᾶσχον ἐκ ξίφους Ἄβδας ἔχω.

Postquam semel animos mihi, ut paterer, dedi;
Ex ense patiens, recreor Abdas gaudio.

DE

A D

DE SS. MARTYRIBUS SIRMIENSIBUS

OSTRATO VEL SOSTRATO, SPIRO, ERACLIO EPERENTIO ET CECILIA.

J. B. S. Ex Hieronymianis.

VIII. JUL. NOn modica occurrit diverſitas inter apographa Hieronymiana circa Martyres in titulo propoſitos, quos accepimus ex vetuſtiſſimo Epternacenſi et Corbejenſi Florentinii, concorditer ſignatibus: VIII. Idus Julii. In Sirmio, natalis Oſtrati, Spiri, Eracli, & Eperentii, Cæciliæ, quam putamus eſſe veram annuntiationem, ut differi non audet Florentinius, ſatis adverſens, aliquam eſſe in hujus diei latercule ſuo Lucenſi confuſionem, dum ita legit: In Nicea, Suſtrati, Speri, Eracli. In Auſtria, paſſio S. Kyliani. In Sirminia, ſanctorum Perenti, Ceciriæ. *Neque his lucem afferre poteſt Notkerus, neque Hieronymiana minora, in nonnullorum Martyrum nominibus nimis confuſa. Corbejenſe Acherianum de Kyliano non agit; attamen & in principio Nicænam claſſem cum Lucenſi collocat, quam non videmus recte ibi ſignari, cum poſtmodum ſequatur major manipulus Nicænorum, quibus tres iſti* Suſtratus, Sperus & Eraclius *conjungi poterant, ſi vere ad Nicæam pertinebant. Rem prorſus decidere aut definire, non ita promptum eſt; at duorum noſtrorum codicum, præſertim vetuſtiſſimi Epternacenſis auctoritas ceteris imperfectioribus præferenda videtur.*

B E

DE SS. MARTYRIBUS SICULIS

PRAMANO, SEVERO, CORNILIANO ET ALIIS LX.

J. B. S. Ex Hieronymianis.

VIII. JUL. DUas hic Hieronymianorum annuntiationes in unam conferabo, cum ad eamdem regionem utraque ſpectet, de ambabus autem pauca dicenda ſint. Majores codices omnes legunt ſeorſim. In Sicilia, Pramani *ſeu* Pramiati: *tum vero*. Tauromini, Severi *ſeu* Seperi, Cornilioni & alii XL. *ſeu* LX. In numero Anonymorum, *inquit Florentinius*, diſcrepat, quod Vetuſtiſſimum XL. tantum enumeret, dum alii ad LX. extendunt, decumanæ numeralis notæ manifeſta prælatione vel tranſpoſitione. *Pevet quos codices error ſit, non facile dixeris; cur poſteriorem numerum prætulerim, fecit Notkerus, qui olim in Hieronymiano aliquo reperit ſocios* ſexaginta *anonymos. Non eſt uſum operæ pretium, Tauromenienſes a* Pramano *ſejungere; certe in titulo vere notavimus, Martyres iſtos omnes Siculos eſſe. Cajetanus, qui Hieronymiana non viderat, ex Notkero ſolos Tauromenienſes adduxit, nullam de iis notitia alibi reperta. Quæ de* Pramano *in* Pancratium *tranſformando conjecturat Florentinius, huc referre ſupervacaneum eſſet; utrique Sanctio proprius & diverſus natalis eſt.*

C

DE SS. MARTYRIBUS NICÆNIS IN BITHYNIA

F

ELADIO, EMINO, SENATORE, ALETHIO, SEVERO, HONORATO, ENCOLLO, ELEUTIO, FRATONO, ARTEMIO, EUDEMINE, HELIA, NOVASIO, ALOPIO CUM ALIIS XVIII.

J. B. S. Ex Hieronymianis.

VIII. JUL. DE his ita *Florentinius*: Quatuordecim Nicæni Martyres, tam exprimuntur in codicibus noſtris, quam in Antverpienſi (*nos Epternacenſem appellamus*) & *Corbejenſi* (*etiam Acherianno*) & octodecim anonymi. Aliqua nominum differentia unicuique obvia comparet, ſed quæ ſine multorum codicum conſonantia emendari nequeat. *Diſcrepantia inter optimos duos codices Epternacenſem & Corbejenſem minima eſt. Secutus ſum Epternacenſem, in quo ſolum ex Corbejenſi mutandum putavi nomen* Arteni *in* Artemii: *in reliquis conveniunt, niſi quod in poſteriori ſcribatur* Eucelli, *pro* Eucolli *ſeu* Eucolli. *Pluſculum diſcrepat codex Lucenſis, ubi diverſa ſunt hæc nomina* Emmii, *pro* Emini; Alphi *pro* Alethi; Eucoli, Eleti, Straton, Eudemon & Apolupius. *Variantes Acherianas non enumero, quod a genuina lectione magis recedant: noſtram aut veram credo, aut ſaltem, quod in his ſolum dici poteſt, ad veram proxime accedere.*

D E

A D

DE SS. MARTYRIBUS HERACLEENSIBUS

JOANNE, APRIANTO, THEOLOCO, GLITERIA, PARENTIO ET STRATONE.

ET ALIBI AGRESTIO ET PRIMOLO.

Ex Hieronymianis. J.B.S.

VIII. JUL. *Sequimur iterum codices binos, supra laudatos, Epternacensem & Corbeiensem in expressione nominum, quæ paulo aliter efferuntur in Lucensi hoc modo;* Johanis, Apri, Antheologi, Glitherii, Parenthi, Stratonis, *quæ ferme etiam est lectio codicis Asseriani. Post istam cohortem in citato utroque habetur:* Alibi Agresti. *In Lucensi:* Et alibi, Agreti, Primoli. *In Asseriano:* Et Alibi Agresti, Primoli. *Dubius hæsi, expungendusne esset* Primolus, *verum cum in nonnullis Hieronymianis minoribus, ut in Gellonensi atque Augustano, aliis Martyribus nomen istud immixtum, adeoque ex majoribus codicibus acceptum sit, omittendum non putavi.*

B

DE S. APOLLONIO EPISC. ET CONF. E

BENEVENTI IN SAMNIO.

Notitia ex Ferrario & Mario Vipera. J.B.S.

SEC. IV. *Sanctorum Catalogis eorumque inscriptus,* HUjus Apollonii *nulla prorsus reperitur in sacris Fastis paulo antiquioribus memoria: primus ipsum inter Sanctos Italiæ connumerasse videtur Ferrarius in priori suo Catalogo anni 1613. Nescio cujus præcise ætatis sint additiones manuscriptæ Cartusiæ Bruxellensis ad Grevenum; cæterum ibi simpliciter legitur:* Beneventi, Apollonii Episcopi. *Ferrarium itaque secutus est Ghinius, hoc suo brevi elogio:* Beneventi, S. Apollonii episcopi, qui sancto Doro successit, & decimus sextus ibidem resedit antistes, ac clarus virtutibus obdormivit in Domino. *Citat tabulas ecclesiæ Beneventanæ, easdem utique, quas appellavit Ferrarius, de sancto rursus agens in altero Catalogo generali anni 1625. jam dictas tabulas seu monumenta recitans, repetensque quod ante dixerat,* de S. Apollonio agi in, *nescio qua,* C synodo provinciali; ac in antiquo, *inquit hic,* codice, charactere Longobardico conscripto, *illo, haud dubie, quem ostat Marius Vipera in suo Catalogo Sanctorum ecclesiæ Beneventanæ, vocatque manuscriptum antiquum de gestis Sanctorum, par. 2. signatu num. 168. pag. 26. in quo perpauca sunt, quæ de* S. Apollonio *erudi possunt.*

2 *In antiquiorum monumentorum penuria, data sunt, quæ vulgavit Ferrarius, his verbis:* Apollonius episcopus Beneventi, tertio loco post S. Januarium Beneventanæ præfuit ecclesiæ; multaque passus fuit ab hostibus fidei: quorum cedens improbitati, extra urbem aliquamdiu, exstructa sibi ædicula, habitavit, ibique munus, ut poterat, episcopale obibat, donec per confessionis viam VIII. Idus Julii migravit ad Dominum. Copus asservari in ecclesia Beneventana perhibetur. *Videtur per confessionis viam, aliquam martyrii speciem subindicare, unde sibi in annotatione objicit, forte miraturum quempiam, qui potuerit* S. Apollonius *persecutionis tempore vixisse, si post Diocletianum Ecclesia pace fruebatur. Si enim tertius fuit Episcopus a Sancto Januario, hic sub Diocletiano passus est* circa finem, *inquit,* hoc est anno CCCV. *Tum ut difficultatem solvat, ait, licet Imperator, qui persecutionem moverat, desisset, non defuisse præsides & præfectos, fidei hostes, qui alicubi, sub alio Imperatore Christianos exagitarent. Valeat solutio, quantum valere potest.*

apud auctor quas fastos egerim est.

3 *At quidquid sit de hujusmodi traditionis veritate, pro cultu hodierno Beneventano certum fert testimonium laudatus Vipera, dum* S. Apollonio *ad hunc diem assignat Officium duplex, Ferrarianum encomium nonnihil amplificans. Et* F *ipsum audiamus:* Apollonius episcopus Beneventanus XVI. sancto Doro ad cœlestia evolato, electus est; multa deinde passus ab hostibus fidei, eorum cedens improbitati, extra urbem aliquamdiu, exstructa sibi ædicula habitavit; ibique munus, ut poterat, episcopale obibat, donec per confessionis viam migravit ad Dominum VIII. Idus Julii, sancto Cassiano ei subrogato. Floruit anno ab orbe redempto CCCXXXII. circiter. Ejus cineres sub altari majore cathedralis Beneventanæ asservantur, ut in marmore inscriptio monet. Acta hujus sancti Episcopi susius haud haberi potuerunt, & ex multiplicibus Beneventanæ urbis vastationibus disperiisse, creditur: & ideo nec miretur (quis), si tempus, quo in episcopatu vixit, omissum est, quod in plerisque hujus urbis Episcopis desideratur. *Intellige de antiquioribus.*

Quid de eo referat Vipera.

DE S. AMPELIO EPISC. ET CONF.

MEDIOLANI IN INSUBRIA.

Ex tabulis Mediolanenſibus,

J. B. S.

ANNO DCLXXII. Antiquis Martyrologiis, etiam auctioribus Uſuardinis, ignotus S. Ampelius, *a Galeſinio primum, quod ſciam, hoc die ſignatus eſt his verbis:* Mediolani, ſancti Ampelii epiſcopi; cujus eluxit ſanctitas, tum in religioſis factis, tum in miraculis, ad ejus ſepulcrum divine editis. *Notat vero*, de eo pluribus *agi* in libro perveteri, manu exarato, eccleſiæ Mediolanenſis. *Codicem iſtum Ms. non vidi, nec in eo plura continere crediderim, quam in aliis monumentis Mediolanenſibus, de ſolo nomine, miraculis & ſanctitate teſtantibus. Mox patebit, codicem poſtea typis fuiſſe excuſum. In Kalendario, quod præfixum eſt Ambroſiano Breviario, Venetiis edito anno* 1539. *diſerte legitur;* Sanctus Ampelius Archiepiſc. Mediolanenſis, *tametſi in ipſo Breviario nihil de eo referatur. Editio poſterior* (*Mediolani* 1635.) *ejuſdem Breviarii, non ſolum in Kalendaria exprimit Sancti nomen, ſed ſuo loco pag.* 834. *hæc habentur:* Die VIII. Julii, S. Ampelii epiſcopi Mediolani, ſolemne. De communi Pont. & Confeſſoris. Lectio III. Apelius, præter ſingulares eximiaſque virtutes, claruit etiam magnis crebriſque miraculis, tum in vita, tum poſtquam in cœlum migravit. Ideo ad ſepulcrum ejus aſſidui concurſus hebant, ob vim ſalutiferam, quæ inde manabat. Mortuus eſt ſub Aghatone Pontifice maximo, magnumque ſui deſiderium omnibus reliquit. In baſilica Sancti Simpliciani religioſe illius corpus aſſervatur.

Referuntur in veteribus Kalendariis,

B 2 *In libello, cui titulus*, Succeſſores divi Barnabæ Apoſtoli in eccleſia Mediolanenſi, *edito ann.* 1584. *refertur ordine* XLI. *in hunc modum:* Ampelius, eodem Domino Pontifice, Archiepiſcopus factus: cujus eluxit ſanctitas, tum in religioſe factis, tum in miraculis, ad ejus ſepulcrum divine editis: *quæ verba ſuperius a Galeſinio deſcripta ſunt. Pergit libellus:* Tandem in Sanctorum numerum relatus eſt a Joanne V. Pontifice, (*qui ſedit a* XXII. *Julii* 685. *ad* II. *Auguſti* 686.) Ejus feſtum VIII. Idus Julii eccleſia Mediolanenſis celebrat. Ejus corpus poſitum in baſilica S. Simpliciani, & eadem tranſlatione ſolenni facta MDLXXXII. veneratum. In qua tranſlatione ſequentia carmina edita ſunt:

& in Catalogis Epiſcoporum,

C Terræ vitis eras liquore dulci;
In cœlo quid eris? Tuus liquor jam
Non eſt Ampelius; magis vocandus
Eſt nunc Ambroſius; duo manent vos
Cives Ambroſii: Patronus ille,
Et qui Ampelius fuit ſuperſtes.
Hem nos reſpicite optimi parentes,
Liquorem date filiis ſupernum.

In quibus tempora

3 *Seriem Epiſcoporum a citato libello ordinatam tuetur Papebrochius in Exegeſi de Epiſcopis Mediolanenſibus ante tomum* VII. *Maii*, S. Ampelium *ſtatuens ordine* XLI. *ejuſque obitum nonnullos annos, a nobis ſuperius jam poſito*, 672. *poſt quinquennium circiter regiminis. Ibi pag.* LVII. *ſic habet:* Colitur hic (*S. Ampelius*) VIII. Julii, & ſic inſcribitur Kalendariis, etiam antiquioribus. Interim Ferrarius & Ughellus, ex Actis eccleſiæ, ſub S. Carolo confectis, aſſerunt obiiſſe VI. Idus Februarii, quod videtur anno DCLXXII. contigiſſe: adeoque ſeptem annis citius, quam pontificatum Romanum auſpicaretur Agatho, primum ann. DCLXXIX. ordinatus, cujus tamen regimini adſcribitur in Tabula ſynodali. Qui eum a Joanne V. unius tantum anni Pontifice, ordinato ſub annum DCLXXXVI. fuiſſe canonizatum aſſerunt, haud facile probabunt, jam tum uſu receptum fuiſſe, ut hujuſmodi cauſæ ad Romanum Pontificem deferrentur. *Sed de hac re ſupius alibi diſceptatum eſt.* E *Ceterum paucis hic habes, quæ circa Sancti natalem diem & epiſcopatus tempus controverti poſſunt,*

non ſatis diſtincte

4 *Laudati a Papebrochio Ferrarius & Ughellus nihil magnopere novi in medium adducunt: neque vero eſt, unde* S. Ampelii *Acta eruantur, cum ſola ſuperſit epiſcopatus & miraculorum nonnullorum ſatis confuſa memoria, de qua etiam Beſutius, Morigia & alii, eadem, quæ jam dedimus, deſcribentes. Rationem temporum a Mediolanenſibus non bene digeſtam, etiam obſervavit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad* VIII. *Februarii, ubi Beſutium in boſteria pontificali & ceteras ferme Mediolanenſium tabulas arguit, quod velint* S. Ampelium *ſub* Domno *ſeu* Dono *Papa cathedram conſcendiſſe, & ſub* Agathone *e vita migraſſe, cum tamen epiſcopatus principia illigent anno* 668. *finem anno* 672. *vel* 673. *ubi certo conſtat,* Donum *non ante ann.* 676. *Romæ ſedisſe Pontificem,* Agathonem *porro ei ſucceſſiſſe anno* 678. *Fatendum eſt, in alterutro errorem irrepſiſſe; nimirum, aut male ſignata Pontificum nomina, aut in Epiſcoporum Mediolanenſium Catalogis annorum calculus non bene computatos, ut jam ſupra oſtendebat Papebrochius,* F

notata ſunt.

5 *Aliam Chronologiam ſequitur Ughellus*, S. Ampelium *cum Beſutia Epiſcopum faciens ordine* XLII. *Sic iſte loquitur tom.* IV. *Italiæ ſacræ col.* 93. S. Ampelium Mauricillus excepit; *volunt dicere plane oppoſitum; S. Mauricillum S. Ampelius excepit* anno DCLXXIII. qui brevi mora ſibi creditam adminiſtravit eccleſiam, cum in ea ſede ad quartum tantum annum perveniſſet. Deceſſit enim VI. Idus Februarii anno DCLXXVII. *Quo teſte aut vade hæc tradat Ughellus, non ſatis perſpicio, neque hic locus eſt ea pluribus diſcutiendi, quæ apud laudatum Papebrochium videri poſſunt. Ferrarius in Catalogo generali, & VI. Idus Februarii, & rurſus hoc die Sanctum conſignavit; nobis præplacet Kalendariorum auctoritas. De prætenſa canonizatione per Joannem PP. V. facta, ſatis dictum eſt. Atque hæc ſunt, quæ de* S. Ampelio *ex citatis ſcriptoribus colligere potuimus. Hinc vero corrigas, quæ in notis ſuis ad primum bimeſtre, quod ſolum editum eſt,* VIII. *Februarii non recte digeſſit Caſtellanus.*

DE

A D

DE S. DISIBODO EPISC. ET CONFESS.

IN DYSENBERG, TERRITORII MOGUNTINI, IN GERMANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B. S.

§. I. Cœnobium Montis S. Diſibodi, ejuſque viciſſitudines.

ANNO DLXXIV. Dysenberg, *ſeu* S. Diſibodi, *alias* Dyſibodi Mons *celebris olim fuit inſigni cœnobio, ab ipſo Sancto ibidem condito, ſub regula S. Benedicti; quod variis caſibus jactatum, ſec. x. everſum & deſtructum; poſt readificari cœptum, datumque paucis ſacerdotibus, deinde canonicis duodecim; quibus ſub initium ſec. XII. alto amandatis, ad Benedictinos monachos denuo rediit, traditum inde Ciſtercienſibus, tandemque ad ſeculares canonicos poſtliminio devolutum, qui in hunc uſque diem ejus poſſeſſione fruuntur. Situm loci deſcribit auctor Vitæ n. 16. & notanter n. 21. terminos ejus definiens* ultra decurrentes fluvios, ſcilicet Nan & Glan. *Trithemii verba lib. 1. Compendii Annalium, ſub Clodoveo Francorum Rege, Dagoberti filio, paucioribus rem conficiunt;* Sanctus quoque Diſibodus, monachus & presbyter, in diœceſi Moguntina, in comitatu Spanheimenſi, duobus a Cruciniaco * & uno a monaſterio quondam meo Spanheim milliaribus, eremiticam ducens vitam, in eo loco prope Sobernheim, ubi Nahus & Glanus confluunt, monaſterium conſtruxit monachorum, quod ejus nomine hodie conſtat. *Glanus ſeſe a dextra exonerat in Nahum, qui deinde influit in ſiniſtram Rheni ripam ad oppidum Bingam, unde non procul, quæ Legendam ſcripſit, S. Hildegardis potiſſimam ſanctæ vitæ partem exegit.*

Cœnobium a Sancto conditum,

* Crucenaco emend.

vetus cœnobitarum ſubinde oppreſſum,

2 *Habes eurſim delibata, quæ in* S. Diſibodi *Vita locis variis, præſertim cap. 4. fuſius deducuntur, hic non omnino negligenda. Notabiles caſus memorantur num. 42. & 43. dum* magna preſſura bellorum *provinciam, in qua ſitum erat cœnobium, intellige comitatum Spanheimenſem, & finitimas Rheno regiones ita* occupavit, *ut perterriti principes & populi,* præfatum montem altum & inexpugnabilem ſcientes, cum multa feſtinatione, antequam ab hoſtibus occuparetur, nolentibus fratribus ibidem Deo famulantibus, ſuper eum fugerunt, ac firmis eum muris munientes, habitacula in eo fecerunt, confidentes, quod eum per merita B. Diſibodi, quam per munimenta ejuſdem montis, a prædicta crudeli tyrannide eruerentur. *Cum autem inter tumultuantium hominum turbas* congregatio fratrum, inibi Deo famulantium, in quiete manere, & Deo in rectitudine ſervire non valeret, ideo conſilio & rogatu eorumdem principum & hominum, in longinquas regiones, idem fratres ſe diviſerunt: *ſpondentibus illis, fore ut* poſt tribulationes & labores iſtos, *honorifice reducerentur. Id vero ſumma fide præſtitum eſt, ut citato loco narratur,* collatis etiam majoribus facultatibus amplioribuſque allodiis, *quam Diſibodiani illi monachi* prius habuiſſent.

3 *Videtur ea calamitas ad tempora Caroli Martelli reducenda, cui, regnante Pippino, tanta tranquillitas ſucceſſerit, ut mox per S. Bonifacium ſacrum ſui Patroni corpus reduces monachi elevari curaverint, ut habes n. 45. Liceat ſupponere, factam eam elevationem anno circiter 740. a quo tempore quiete & pacifice in ſuo cœnobio commorati ſint ſub Carolo Magno, monachorum protectore, & tota ejus progenie, uſque ad ingentes in Gallia & imperio turbas ſec. x. quando ſic res connectit Allorum ſcriptor:* Defuncto Imperatore (*Carolo Magno*) aliiſque quamplurimis temporibus ſibi ſuccedentibus *nova* tyrannis crudelium bellorum exorta eſt; *videlicet dum infenſi proceres cum Moguntino Præſule, monachorum poſſeſſionibus inhiantes, Cæſarem, qui tunc erat, ita circumvenerunt, ut re ex compoſito ſubornata,* per multa falſa teſtimonia *monachos* crudeliſſima invaſione & abſtractione deturbarint, *qui montem ſuum & in eo conditum cœnobium* planctu magno ejulantes reliquerint, *ad aliena loca ſe recipere compulſi;* habitaculis eorum ad ſolum diruti, excepto *ſolum* ſanctificato loco, in quo oſſa prædicti Sancti, poſt translationem humata fuerant, *unico ſacerdote ibi relicto,* qui victum & veſtitum vix ſufficientem, de beneficiis, ad eumdem locum pertinentibus, deſignaverunt *monaſterii everſores & deſtructores: quod eſt argumentum numeri 50.*

tandem everſum & deſtructum

4 *Funeſtiſſimæ cladis & deplorandi excidii epocham nemo hactenus quærere auſus eſt, nedum determinare, Vitæ auctore hæc omnia confuſiſſime narrante. Diu quærendo id me inveſtigaſſe exiſtimo, quo lux aliqua affulgeat.* Plurimis tempora ſibi ſuccedentis *poſt Carolum Magnum, facile nos ducunt ad ſecul. x. quo certe progredi neceſſe eſt, ut inveniamus Epiſcopum illum Moguntinum, quem ut* præcipuum invaſionis hujus auctorem, *atris coloribus depingit Hildegardis. Eum opportune demum ſuggeſſit Marianus Scotus, in Williſoſo ad annum 976. ita ſcribens:* Reſtauravit quoque divinum Officium in Monte S. Diſibodi cum Canonicis, quod Hatto præceſſor ejus, vel hujus Ruperti Archiepiſcopi, deſtruxit, expulſis inde monachis. *Congruunt hæc apprime cum Hildegardiana hiſtoria, iſque Epiſcopus expreſſiſſime deſignatur, qui fruſtra alibi quæſitus eſt. Cum itaque Hatto iſte, immediatus Ruperti deceſſor, teſte eodem Mariano Scoto, obierit anno 970. non diu poſſeſſa ſede, ut probat Serarius, cum ab infami morte per mures illata vindicans; haud dubium videtur, quin Diſibodiani cœnobii deſtructio innectenda ſit anno circiter 968. Ottone I. Romanum imperium moderante ab anno 961. quem haud dubie fictis delationibus & criminationibus circumvenerint & Moguntinus Epiſcopus, & alii monachorum perſecutores.*

ab Hattone Moguntino epiſcopo,

A AUCT. J. B. S.

Willifus Canonicis ſeculoribus tradidit,

5 *Liutbardi Comitis, citato ſuperius num.* 50. *memorati, pietas, qui* propter gloriam ſanctæ Trinitatis, & ob memoriam S. Diſibodi, tres ſacerdotes ibidem Deo ſervire diſponens, ſufficientiam neceſſariorum præſentis vitæ, ipſis de facultatibus ſuis inſtituit, *ſpectare poteſt ad annum circiter* 970. *ſic ut ſacerdotes illi rem divinam eo loci adminiſtraverint, donec* aliis quibuſdam annis revolutis, quidam Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus pius, humilis, contritulque corde, eumdem montem aſcendens, genuaque ſua ad tumbam beati Diſibodi ſuppliciter inclinans, de poſſeſſionibus, eidem Sancto injuſte ablatis, ſe magnum divitemque factum, vehementer indoluit, votumque Deo faciens, ad numerum duodecim Apoſtolorum, Canonicos, ut ibidem Deo præfatoque Patrono die noctuque ſervirent, diſpoſuit. *Annorum quorundam revolutio, ab Hildegarde aſſerta, ad paucos contrahenda erit, ſi recta nos docuit Marianus, anno* 976. *a Willigiſo Archiepiſcopo* reſtauratum ibidem divinum B Officium cum Canonicis; *id quod paulo clarius indicat Vitæ auctor, per verba jam a nobis allegata, tacito tamen Auctoris nomine.*

Sed ab ejus ſucceſſoribus,

6 *Ad horum normam conciliandæ ſyngs, quæ Tritbemius in Chronico Hirſaugienſi ad annum* 1108. *nonnihil confuſæ videtur, dum de prædicti monaſterii reſtauratione agens, ſic loquitur:* His etiam temporibus Ruthardus, venerabilis Archiepiſcopus Moguntinus, deſolationem antiquiſſimi monaſterii, quod S. Diſibodus, ex Hibernia quondam Epiſcopus, & pro Chriſto peregrinus, in comitatu Spanheimenſi, tempore S. Gregorii Papæ primi, juxta oppidum Sobernheim conſtruxerat, in confluentia duorum fluviolorum, quorum alter Nahus, alter vero Glanus nominatur, cupiens reſtaurare, impenſas ſimul & animum ſancto negotio adaptavit. Fuit enim cœnobium illud quondam ditiſſimum & multis poſſeſſionibus dotatum, quod Archiepiſcopus quidam Moguntinus ab Imperatore ſui temporis obtinuit, & miſere diſſipavit: prædia namque & poſſeſſiones monachorum ſuis militibus contulit in beneficium, & omnia, quæ reperit, in uſum convertit alienum, donec paulatim cœnobium in toto pene fuit deſolatum. C Monachis tandem deficientibus præ inopia, clericos ſeculares paucos impoſuit, ſub quorum occupatione locus per multos annos miſerabiliter collapſus manſit. *Hæc inquam, ad ſeriem jam ſupra ordinatam diſtribuenda ſunt, & per* clericos *iſtos* ſeculares, *intelligendi Canonici Willigiſiani, qui totis centum & triginta duobus annis in loci occupatione & deſolatione permanſerint.*

monachis reſtitutum eſt,

7 *Per longum iſtud a cœnobio monachorum exilium, manifeſte patuit* S. Diſibodi *vaticinii veritas, qua filiis ſuis* num. 35. tremendo, in ſpiritu prædixerat, magnas preſſuras & tribulationes paſſuros. *Etenim poſt expulſionem anni* 968. *ad annum uſque* 1108. *durevit tribulatio, donec* purgatio divina, paulatim, flagella ſua aliquantum retraxit. *Nempe cum* Spiritui ſancto, in ſecreto ſuo placuiſſet *alteri Moguntinæ ſedis Epiſcopo inſpirare,* quatenus locus ſæpe prænominatus, fulgorem, quem in primo ortu ſuſceperat, reciperet, *ut ſuſius deduxit Hildegardis ſub finem jam dicti numeri* 51. *Implexam temporum rationum evolvit hic Dodechinus, ex quo ipſam accepiſſe exiſtimo citatum ſupra Tritbemium, & mox infra denuo referendum. Hæc ſunt Dodechini verba ad præfatum annum* 1108. Hoc etiam D anno cœptum eſt novum monaſterium conſtrui in Monte S. Diſibodi. Piæ namque memoriæ Burchardus abbas divi Jacobi Moguntiæ, quem Dominus Archiepiſcopus Ruthardus eccleſiæ B. Diſibodi primum abbatem præfecerat, ſecundo Kalendas Julii primum fundamenti lapidem, juſſu præfati Præſulis poſuit,

de fundatione novi monaſterii.

8 *His plane conſonant, quæ tradit Tritbemius in laudato Chronico ad eumdem annum* 1108. Fuit iiſdem temporibus Burchardus abbas cœnobii S. Jacobi prope Moguntiam, ex plantatione Hirſaugiana cum Erckenbaldo quondam per S. Wilhelmum illo miſſus, vir prudens, & ſingulari devotione religioſiſſimus. Huic Ruthardus Archiepiſcopus reſtaurandum præfatum S. Præſulis Diſibodi monaſterium commiſit, impenſas contulit, & omnia neceſſaria providit. Qui Burchardus anno prænotato, ultima die menſis Junii, primum fundamenti lapidem in monte, pro eccleſia, quæ hodie E cernitur, poſuit, & monaſterium de pede montis, ubi prius fuerat, in montem, ubi nunc eſt, transferens, brevi tempore conſtruens, magnifice conſummavit. Poſitis autem illic monachis de S. Jacobo, utriuſque monaſterii curam habuit, & boni paſtoris officium utrobique adimplevit. *Sumpta & incboata eſt ab hoc Burchardo abbatum Montis* S. Diſibodi *ſeries & ſucceſſio, quæ inter* Fulchardus tertius abbas S. Diſibodi *obiiſſe a Dodechino notatur* v. *Idus Novembris* 1136. *ſuffecto ei quarto, nomine Conone, cujus tempore vivere deſiit* Juda, *ſeu* Jutta, *quæ annis quatuor ſupra viginti in eo monte incluſa fuerat, magiſtra ibidem & inſtitutrix ſanctæ Hildegardis, a qua Sanctis noſtri vitam conſcriptam diximus.*

Varia ſacri corporis tranſlationes.

9 *Huc ſpectant, quæ proximis annis accurate commemorat laudatus Dodechinus, & primo quidem ad annum* 1138. *ſic ſcribit:* Hoc eodem anno, die Paraſceves Paſchæ, Kalendis Aprilis, poſt celebratam Matutinam, mox a fratribus apertum eſt ſepulcrum ſanctiſſimi Patris noſtri Diſibodi, præſentibus venerabilibus perſonis, Domino ſcilicet Conone, ipſius loci quarto abbate, Domino Gerardo abbate S. Maximini cariſſimo, & Domino Bernhelmo primo abbate in Spanheim, cum omni congregatione ejuſdem eccleſiæ, ab uno fratre ſigillatim allatæ ſunt foras ejuſdem Patris reliquiæ. Repertæ ſunt autem in veteri monaſterio, ubi reconditæ fuerant a Domino Willegiſo Archiepiſcopo. *Sequenti anno* 1139. *ſic rurſus habet:* Reliquiæ S. Diſibodi translatæ ſunt Kalendis Novembris, a veteri eccleſia in novum monaſterium, migrante una omnium conſecratione, ſub præfato Domino Conone abbate. *Denique ad annum* 1143. Hoc anno, Indictione VI. dedicatum eſt novum monaſterium in Monte S. Diſibodi, & principale altare a Domino Henrico Moguntinenſi Archiepiſcopo, in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & gloriioſæ ejus Matris, & beati Joannis Evangeliſtæ, ac beatiſſimi Patris noſtri Diſibodi confeſſoris atque pontificis. Eodem anno & eadem die dedicatum eſt in veſtibulo monaſterii altare a præfato Archiepiſcopo, in honorem victoriſiſſimæ Crucis & ſancti Joannis Baptiſtæ. Ipſo nihilominus anno vel die

recon-

A reconditæ ſunt reliquiæ S. Diſibodi Patris noſtri a ſupradicto Prælule, III. Kal. Octobris, in tumulo lapideo retro principale altare, poſitæ in locellis duobus plumbeis; altero eorum, ſcilicet minore, oſſa continente, altero majore cineres. *De his etiam pauca Trithemius; ſed quæ referre, operæ pretium non eſt.*

Ad Ciſtercienſes ſæculi abbatia.

10 *Poſtremum, quod huc conferre poſſit, notavit Dodechinus ad annum* 1155. *nempe*, Dominum Cononem, abbatem in Monte S. Diſibodi, obiiſſe VI. Non. Julii, cui Dominus Helingerus ſucceſſerit. *Id obſervare volui, quoniam hujus Helingeri juſſu, vitam* S. Diſibodi *ſeſe anno* 1170. *ſcripſiſſe teſtatur Hildegardis, quo tempore in pacifica recuperatorum bonorum poſſeſſione perſeverabant monachi Benedictini. Ut ultima tranſmigrationis ratio aliqua chronologica habeatur, quæro quamdiu in ea relicti ſint? Verum cum eum diſquirere neglexerit Mabilio, aut quæſtionis ſolutionem invenire deſperaverit, vix video, ex quibus documentis id ego diſcere poſſim. Satis habuit ipſe verbo indicare, quod* nunc monaſterium S. Diſibodi ſecularibus Canonicis ſubjectum ſit, *neque ſatis expeditum eſt, plura ad elucidationem ſubjicere. Scintillam aliquam ſubminiſtrat Trithemius, infra plenius tractandus, lib.* 3. *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 288. *his verbis:* Qui locus hodie dicitur Mons Sancti Diſibodi, & a Ciſtercienſibus inhabitatur, poſtquam noſtri, plusquam trecentis annis illum a tempore ſancti Patris Diſibodi incoluerunt.

B

A ſecularibus hucCanonicis bodie occupato.

11 *Interprete opus eſt, ut Trithemii ſenſus recte intelligatur, nam ſi* trecenti *iſti* anni *a tempore* S. Diſibodi *numerandi ſint, jam quadringenti anni ferme effluxerant, dum vitam ſcriberet ſanctæ Hildegardis. Opinor, aliud quid indicare voluiſſe Trithemium, annoſque computare cœpiſſe a reſtitutione abbatum & totius cœnobii anno* 1108. *ſic ut Benedictinorum incolatus duraverit uſque ad ſeculi* XV. *principium, quando Ciſtercienſes, neſcio qua cauſa aut occaſione, in eorum locum ſucceſſerunt. Sic equidem conjicio, avide amplexurus quidquid ſolidius in medium proferri poterit. Ceterum utcumque ea acciderint, certum eſt, Ciſtercienſes poſſeſſione ſua etiam deturbatos fuiſſe, ſed poſt mortem Trithemii, qui vixit uſque ad exortam Lutheri hæreſim, ut plane colligas, monachos iſtos, non ante graſſantes per Germaniam hæreticorum furias, aut ultro è* S. Diſibodi *Monte receſſiſſe, aut inde expulſos fuiſſe, ſic ut nunc* monaſterium ſecularibus Canonicis ſubjectum ſit. *Sed de loco ejuſque multiplici ſorte ſatis dictum eſt, ad Sanctum ipſum propius accedamus.*

C

§. II. Sancti Acta, ætas, patria & profeſſio.

Vitam ſcripſit S. Hildegardis

JAM *dicere cœpimus*, S. Diſibodi *vitam a S. Hildegarde virgine compoſitam fuiſſe an.* 1170. *juſſu Helingeri, Montis a Sancto denominati, abbatis quinti. De ipſa etiam monuimus, in eodem* S. Diſibodi *cœnobio, magiſtram & inſtitutricem habuiſſe B. Juttam, ſub quarto abbate, nomine Conone; inde vero propius ad Rhenum translata, illic in monte S. Ruperti virginum parthenonem conſtruxit, cui cum ſumma laude & ſanctitatis fama præfuit, celeberrimis ſuis revelationibus ætate S. Bernardi & poſtmodum toti fere Catholico orbi notiſſima, uti pluribus dicendum erit*

D

Auct. J. B. S.

ad ejus diem natalem XVII. *Septembris. Vita illa* S. Diſibodi *ſola & unica eſt, quæ a Surio edita, citari paſſim ſolet, eo auctoramento donata, ut divinitus revelata cenſeatur. Sic certe teſtatur ipſa num.* 1. poſt prolatas viſiones libri vitæ meritorum .... ex divinæ pietate ſapientiæ, vocem de cœlo ſic dicentem audivi. *Et rurſus num.* 52. Hæc, quæ prolata ſunt, per Spiritum ſanctum, ad gloriam nominis ipſius ad memoriamque præfati patroni, atque ad caſtigationem audientium hominum, veraci revelatione manifeſtata ſunt. *Mira ſane Hildegardis aſſertio, de narratione confuſa & intricata, nec ullis veris hiſtoricis characteribus prædita, quamque adeo dignam non cenſuit Mabilio, quæ inter Sanctorum Ordinis ſui Acta locum occuparet.* Diſibodi res geſtas, *inquis*, locis fere communibus amplificavit S. Hildegardis.

ex myſtica viſione, ut ipſa aſſerit,

13 *Lucubrationem bene longam ſæpius & attente evolvi, tum in Mſ. noſtro, ex S. Maximini Treviris per Roſweydum accepto, tum in ipſa Surii editione licentius expolita, vel ut alii loquuntur, corrupta: at uſquam mihi apparuere vel levia quidem indicia, unde tali ſcriptioni revelationis prærogativa adſcribi poſſit, non magis quam quibuslibet aliis id genus Sanctorum Legendis; niſi revelatas dixeris ſacrarum Literarum nonnullas ſententias, quas Sancta auctor ſingulari interpretatione expoſuit, tota in explicandis moralibus doctrinis, quas ſi a reliquo opere avulſeris, hiſtoria iſta qualiſcumque pauciſſimis verbis circumſcribi queat, ſaltem qua parte Sancti ipſius geſta enarrantur. Excute, obſecro, diligenter longam iſtam & ſatis tetricam orationem; expende capita ſingula, etiam moralia; fal'or ſi uſquam inveniat aliquid, cui conveniat revelationis appellatio. Etenim quæ ipſa ſcire potuit & debuit de Montis* S. Diſibodi, *in quo prius habitaverat, exiſtentia, deque variis ejus caſibus & viciſſitudinibus, per revelationem diſcenda non fuerunt, cum S. Hildegardis ævo ſatis nota ea omnia monachis & pervulgata eſſent.*

E

ut in qua ea conſtiterit, non ſatis li. quet.

14 *Vellem equidem, in ea qualicumque viſione, exhibita ipſi fuiſſent diſtinctiora ſingularum perſecutionum & calamitatum tempora; item quæ* S. Diſibodi *incunabula, parentes, cathedram epiſcopalem, tum vero ordinatam totius ejus ætatis & geſtorum ſeriem nobis expandiſſent; de quibus minime ſolicita fuiſſe videtur, ut tota demum revelatio ad ea ſolum redeat, quæ ipſa ex ſæpius auditis præconceperat, quæque locis fere communibus amplificavit. Ne hic actum agam, aut pridem agitatas controverſias denuo ſuſcitem, videat lector, quæ de hujuſmodi viſionibus & revelationibus pridem diſputavit Papebrochius, in Reſponſionibus ad articulum* XX. *Exhibitionis errorum, ipſi perperam impactorum: niſi quis compendioſiori via rem totam expediendam cenſeat, & merito dubitet, utrum ea rerum congeries, ſaltem ſicuti ad nos pervenit, Hildegardis propria & genuina ſit, & non potius ab aliquo interpolatore aucta poſtmodum & amplificata, atque inter alias Sanctæ iſtius revelationes, aliunde notas & utcumque approbatas, computata, de quibus plura diſquirere hoc loco non lubet, neque vero operæ pretium videtur.*

F

Alia Legenda, ab anonymo ſcripta

15 *Præter hanc vulgatiſſimam vitam a S. Hildegarde ſcriptam, aliam inter ſchedas noſtras reperi, cujus nemo eſt qui hactenus unquam meminerit: nam ut notavit laudatus Mabilio, ſec.* 3. *Benedict. parte* 2. *pag.* 498. Præter Hildegardem ...

A dem ... nemo veterum, quos legerim, Disibodi mentionem facit præter Rabanum Maurum
Auct. J. B. S. & Marianum Scotum. *Et certe tanti non eſt vita iſta altera, ex Paſſionali membraneo cœnobii Bedecenſis a noſtro P. Joanne Gamans tranſumpta, ut memorari aut multum prædicari mereatur. Centonem appello, ab aliquo forte Montis* S. Disibodi *monacho exornatum: dicamus potius, ex aliis Sanctorum Actis putide compilatum, exordio ex Actis S. Kiliani ſermo deſumpto, aliuſque aliunde corraſis. Narrationis totius pars potiſſima habet in deſcribenda venatione Regis Dagoberti, qui cum ſuis canibus toto triduo mire inſequens*, montem, quem vir Dei incolebat, *aſcenderis, eumdemque ibidem in tugurio ſuo lassantem invenerit, ab eoque frugali prandio exceptus ſit, cujus tempore fera, a venatoribus preſſa & fatigata, ad Sanctum ſe receperit. Narrat deinde, quomodo cervum cucurriſſet* Disibodus, *eumque Regi dono dederit, quæ ipſum canis inſtar domeſtici quaquaverſum ſequeretur.*

refert non improbat. B 16 *Contra vero, prodigium admirans Rex non ingratus, poſtulanti Sancto tantum terræ ſpatium*, ad ſuam poſterorumque utilitatem *indulſiſſe dignus, quantum* ab illuceſcente aurora; quoad veſpertinalis adveniſſet hora, ſub vectore aſino gyrare poſſet: *Quæ omnia* perpetuali manu ſcripta Rex confirmaverit; *imo quæ ex aliis Legendis, quas hic enumerare nil opus eſt, ſuffurari voluit ſcriptor plagiarius. Mitto cætera æque puerilia, adeo pueriliter & verboſe coagmentata, ut ſeria lectione digna non judicem. Si recte conjecturam facio, collecta hæc fuerunt ſeculo forſaſſe* XIII. *aut* XIV. *ab aliquo vetuſtiorem S. Hildegardis vitam ignorante, utpote qui diverſiſſima memoret, & ab hujus auctoris ſenſu prorſus aliena. Id etiam colligi poſſe videtur ex paucis miraculis, a recentiori iſto Legendæ ſuæ ſubnexis, quæ cum ſancta Hildegardi, alia longe antiquiora recenſenti, ignota fuerint, & facta & ſcripta oportet poſt ejus obitum; is autem in ann.* 1180. *incidit; unde, ni fallor, manifeſtum eſt, & Legendam & miracula ad ſecula nobis vicinora referri oportere. Sola igitur jam dicta miracula inde deſumenda cenſuimus, quorum teſtem ſe aſſerit ſcriptor, longis pavergis & ambagibus enarrans, quæ commodiſſime ad pauculas lineas contrahi poterant.*

C *Circa Sancti ætatem varia ſententiæ.* 17 *Itaque ad unam Hildegardem revocanda eſt tota Actorum* S. Disibodi *qualiſcumque ſubſtantia, cujus ætatem nullo ſignavit indicio, niſi eo ſolo, quod ſi ſequamur, annos totis centum ſenior dicendus erit, quam ſcripſerit Marianus Scotus & alii paſſim cum ſecum, qui ſec.* VII. *antiquiorem declarare non audent, Chriſtopherus Browerus, in Annalibus Trevirenſibus, ad annum Chriſti* 639. *ita ſcribit:* Addunt his (*Sanctis, quos nominaverat*) Disibodum, qui, ſi is nimirum eſt, quem Trithemius narrat, ex Hibernia, pontificatus inſulis inſignem, peregrinandi cupidine in Spanheimenſem veniſſe comitatum; ibidemque non multo poſt D. Benedicti deceſſum conſtruxiſſe monaſterium, haud ambigas, rectius ad tempora illum ſuperiora remitti. *Nec magna in his, nec conſtans eſt Trithemii auctoritas, qui alibi, ad ann.* 700. *removet* S. Disibodi *obitum. Tota difficultas oritur ex S. Hildegardis periodo, n.* 13. *ubi Sanctum in Germaniam deducens, ait*, eum bonam & dulcem famam, de religione beati Benedicti audiviſſe, qui nuperrime migraverat, religioniſque ſuæ quamplurimos amatores reliquerat, *Cum igitur S. Benedictus anno* 543. *ad Superos evolaverit, ſi is nuperrime ſtrictius acciperatur, non poterit* S. Disibodus *ſeculum* VI. *exceſſiſſe.*

D 18 *Faverent huic opinioni Annales Trevirenſes Mſs. in quibus inveniſſe ſe ait Mabilio*, Ingobertum, Diſigothum, Wandelinum, Karilefum cum aliis ſuper montem Colenam, ſeu S. Pauli elariſſe pontificatu Magneriei; *faverent, inquam, ſi Annalium iſterum magna eſſet auctoritas, aut ſi conſtaret per* Diſigothum, *noſtrum* S. Disibodum *deſignari; etenim cum Magnericus ab anno circiter* 573. *ad* 595. *ſedem iſtam tenuiſſe dicatur, haud dubium relinqueretur, quin eo ſeculo floruiſſe cenſendus eſſet* S. Disibodus. *Sirmus in Mſs. commentariis ſuis, a RR. PP. Minoritis Hibernis Lovanienſibus mecum perofficioſe communicatis, in eamdem ſententiam adducit Menardum, libello de Orig. & incremento Ord. S. Benedicti pag.* 860. *ubi ait:* S. Disibodus Hibernus, qui paulo poſt obitum S. Benedicti in Germaniam venit, ſuum monaſterium ſub regula S. Benedicti condidit, Id teſtatur S. Hildegardis in ejus vita, *quam ſecutus videtur Trithemius dum Chronicum Hirſaugienſe componeret, in quo ad annum* 1138. *agens de tranſlatione, quam ex Dodechino ſupra retulimus, aſſerit, Sanctum* monaſterium *ſui* Ordinis, non multo poſt obitum S. Patris Benedicti, in vertice montis fundaſſe. *Sed de Trithemio pluribus infra. Taceo ſcriptores alios idem ſentientes, ex ſola S. Hildegardis auctoritate, quæ Colgano, Mabilioni, Cointio & pluribus aliis eruditiſſimis viris tanti viſa non eſt, ut Mariano Scoto vel ejus continuatori & interpolatori Dodechino anteferretur,*

aliis pro ſecul. 6. aliis pro ſec. 7. ſtantibus.

E 19 *Sic autem loquitur Marianum Chronicon ad ann.* 674. Hibernia inſula Sanctis viris plena habetur, de qua beatus Pater noſter Dyſibodus, epiſcopatu abdicato, cum pleriſque ſociis egreſſus, hunc locum inhabitavit, & divinis laudibus hic ſe a fidelibus venerari apud Deum promeruit. *Non poſſunt hæc omnia verba ad Marianum referri, ſed ad Dodechinum; hunc enim tam conſtat monachum vixiſſe in Monte* S. Disibodi, *quam certum ſit, eo loci numquam recluſum fuiſſe Marianum; ut vana ſint Sirmi & aliorum effugia ad elevandam, quæ ſola in re præſenti peremptoria videtur, chronici auctoritatem, quemadmodum in opere inedito*, de apoſtolatu Hiberniæ inter exteros, *agnovit Colganus, aperte ſentiens, mortem* S. Disibodi, *& abſolute & ex mente Mariani, qui illam nec ante nec poſt in ſuo Chronico memorat, referendam ad an.* 674. *adeoque ejus ex Hibernia migrationem, ad ann.* 633. *aut ſequentem*; quem annum, *inquit*, non ita pridem præceſſit mors S. Benedicti, ſi benigne verba veterum interpretemur: *ut facile explicari poſſe videtur vita Hildegardina n.* 22. *Si tantam latitudinem verba illa pati poſſe negaveris, certe prædicto Mariani Chronico, magis quam vagæ Hildegardis phraſi fidendum mihi ſemper videbitur.* Hildegardis, Bingenſis abbatiſſa, *inquit Cointius ad ann.* 674. *n.* 29. tantæ non eſt apud nos auctoritatis, quantæ Dodechinus, qui monaſterium S. Disibodi cum abbatia tituln gubernavit.

Propinqua epocha a nobis ſignato.

F 20 *Quidquid aliter locutus ſit alibi Trithemius, cum Dodechino ſenſit, dum lib.* I. *Compendii Annalium, ut ſupra etiam retulimus, ſub Clodoveo Francorum Rege, Dagoberti filio ſic diſſerit:* Sanctus quoque Diſibodus, monachus & presbyter, in diœceſi Moguntina in comitatu

ad quem recurrendus Trithemius.

Span-

A Spanheimenſi, duobus a Cruciniaco *, & uno a monaſterio quondam meo Spanheim, milliaribus, eremiticam ducens vitam, in eo loco prope Sobernheim, ubi Nahus & Glanus confluunt, monaſterium conſtruxit monachorum, quod ejus nomine hodie conſtat. *Hæc alio ſine ſupra cuncta iterum hic repetimus, ut pateat, Trithemium non ubique eadem cenſuiſſe. Obiit Cladovæus II. juxta Labbeum anno 662. vel, ut alii, paulo citius, certe ultra medium ſeculum ſeptimum. Diſibodus, teſte Hildegardo, in monte ſuo fideliter Deo ſervivit annis triginta.* Nihil igitur repugnat, *inquit Conrius*, quo minus Diſibodus in diœceſim Moguntinenſem venerit regnante Clodovæo, ibique ſuperſtes vixerit anno Chriſti DCLXXIV. *Obſervat deinde laudatus ſcriptor, quemadmodum annus ignoretur, quo Diſibodus in prædicto monte ſtationem elegerit, ſic nec annum determinate ſtatui poſſe, quo deſierit vivere.* Quidquid autem ſit de utroque, *ſic pergit Conrius*, floruit Diſibodus ſeptimo ſeculo, nec ejus peregrinatio manſioneſque extra Hiberniam, ad ſextum ſeculum referri poſſunt,

B 21 *Anno illo 674. in Mariani Chronico annum obitus* S. Diſibodi *notari, ſatis veroſimile eſt*, & *ita cenſet Conrius, cum ſupra citato Colgano & aliis; nolim tamen acrius contendere, Sanctum eo præciſe anno vitam finiſſe, cum id ibi diſerte non exprimatur, ut ſi quis cum Trithemio de Viris illuſtribus Ord. S. Benedict. Sancti noſtri vitam ad annum uſque 700. producere voluerit, facile ipſe aſſenſurus ſim. Audi Trithemii ipſius verba ex lib. 3. cap. 288.* Diſibodus epiſcopus in Hibernia, vir ſanctiſſimæ converſationis, cum cerneret populum ſuum duræ cervicis & prorſus incorrigibilem, abdicato epiſcopatu, cum quibuſdam ſociis venit Germaniam, & in diœceſi Moguntina, in comitatu Spanheimenſi aptum ſuo deſiderio locum reperit, in quo conſtructo cœnobio, multorum monachorum Pater fuit. Qui locus hodie dicitur Mons S. Diſibodi, & a Ciſtercienſibus inhabitatur, poſtquam noſtri pluſquam trecentis annis illum a tempore S. P. Diſibodi incoluerunt. Ejus vitam deſcripſit B. Hildegardis, abbatiſſa Bingenſis cœnobii, cujus feſtum agitur VIII. Junii. Claruit circa annos Domini ſeptingentos. *Jam ſatis perſpicis, in ætate* S. Diſibodi *Trithemium vacillaſſe.*

C 22 *Arnoldus Wion in notis ad Martyrologium ſuum monaſticum* VIII. *Junii, Trithemium vadem facit nonnullorum, quæ ut nimium aſſerunt. Primum eſt, quod ei tribuat*, migraſſe ſanctum Diſibodum a ſeculo hac item die (VIII. *Junii*,) *Trithemius enim in primo citatis verbis ſolum ait*, feſtum ejus agi VIII. Junii, *quod varias ob cauſas tempore Trithemii fieri potuit & poſtmodum mutari. In eo vaſus hallucinatur Wion, quod ſub Trithemii nomine ſcribat*, ſanctum Diſibodum monachum & abbatem *fuiſſe, ubi manifeſtum eſt, præfatum Trithemium non aſſeruiſſe aliud, quam quod fuerit* Pater multorum monachorum, *quod veriſſimum eſt, tametſi ex ſolo Hildegardis, non abbas dici poſſit, nec proprie monachus, ſed verus anachoreta & ſolitarius; qui habitum monaſticæ religionis, quo congregatio ejus utebatur, non ſuſceperat, ut diſertiſſime ipſa pronuntiat num. 20. In eo non aberravit Wion, quod ex recitato Trithemii loco aſſiruaverit*, S. Diſibodum *floruiſſe circa annum ſeptingenteſimum. Eamdem ſententiam ſequuntur & ſuentur Ferrarius, Wilſonus, Mabillo, Caſtellanus & alii, quæ tantopere a noſtra non differt, ut propterea lites movere operæ pretium ſit.*

D

23 *Ex fixa mortis epocha, prægreſſam ætatem convenienter ordinabis, ſi memineris annos tricenimo creatum Epiſcopum, decennio eccleſiam ſibi commiſſam adminiſtraſſe, aliis decem annis peregrinatum, ac tandem per annos triginta in monte ſuo conſediſſe, ut plane* terminum vitæ præſentis acceperit octogeſimo primo ætatis ſuæ anno, *ut eſt num.* 35. *Sancti patriam tam expreſſe diſtinguere auctor vitæ S. Hildegardis & Dodechinus, ut fruſtra hic laborent Scoti, quo ipſum Hibernis eripiant. Ad dignitatem quod attinet, ſolo* Confeſſoris *titulo* S. Diſibodum *donavit Rabanus, ut ex ejus verbis patebit paragrapho ſequenti*: unde oritur ſuſpicio, *inquit Mabillonius*, num ei (quod pluribus aliis accidit) affictum fuerit Epiſcopi vocabulum. *Verum alibi oſtendimus, tam ratum non fuiſſe per id tempus in Hibernia* Epiſcopi vocabulum, *ut ex Rabani ſilentio mox inferri poſſit, id ipſi fuiſſe affictum. Poterit hic fidere vir eruditus Hildegardi & Dodechino expreſſiſſimo aſſerentibus, Epiſcopum fuiſſe, priuſquam ex Hibernia in Germaniam ſeſe reciperet. Abbatem perperam & monachum nuncupari, jam ſatis diximus: ſic vitam inſtituit Sanctus, ut rigidiſſima aſperitate veteres æmularetur*, Antonium & Macarium ac eis ſimiles, qui herbis & duris cibariis vixerant, *ſibi imitandos proponeret; exemplo magis quam imperio congregatis fratribus, ad virtutum exercitationes, viam commoſtrans; unde ſanctitatis ſuæ radios ſic quaquaverſum diffudit, ut etiam vivens pro Sancto haberetur, certe ſtatim a pio obitu, cœleſtium veneratione conſecutus ſit; quod hic ſequenti paragrapho paulo diſtinctius oſtendendum ſupereſt.*

E

F

§. III. De Sancti cultu ex Martyrologiis aliiſque monumentis.

Jam ſparſim in ante dictis nonnulla collegimus, quo ad S. Diſibodi *cultum & antiquam venerationem reſerenda ſunt, eaque imprimis, quæ de variis elevationibus & tranſlationibus, poſt Dodechinum & Trithemium commemoravimus, ex quibus manifeſto conſtat veruſtus religioſus cultus in dicto ſæpius Monte ipſi exhibitus, quem magis confirmat auctor vitæ ſanctæ Hildegardis, dum viventis adhuc famam & ſanctitatis gloriam, late per totam circumvicinam regionem diſperſam & vulgatam narrat, etiam miracula recenſens, quæ magno numero patrata fuerint. ſic ut de publica veneratione, ſtatim a ſuperi morte, Sancto demonſtrata, dubitari non poſſe videatur. Eamdem porro longius mox diffuſam, ſatis quoque teſtatur præfata Legenda, quæ ſubinde recepta & communis fuerit, ſaltem poſtquam a S. Bonifacio ſacrum corpus, e primo ſepulcro levatum, decentiori loco collocatum eſt, circa annum, ut ferme licet ſuppone re, 740. Id interim plane mirandum eſt, tantum ſanctitatis ſplendorem in aliis regionibus ſub modio ſic latuiſſe, ut in claſſicorum Martyrologorum notitiam nunquam pervenerit. Et Bedæ quidem, Floro, Adoni, Uſuardo & Notkero id ſæculo condonaverim; at Wandelbertum, Prumienſem monachum, adeoque vicinorem, S. Diſibodum ignoraſſe, creditu difficilius eſt.*

25 *Itaque veteres inter ſolus Rabanus Mau-*

rus

* Creuznach.

qui diverſis locis diverſa ſenſit.

ſcripſerunt Angelus Wion.

Inter claſſicos Martyrologos

& vere ut ſcribis utuntur ordinatus,

Digitized by Google

A rus S. Diſibodi *meminit, non hoc die* VIII. *Julii,*
AUTC. *ſed ad* VI. *Idus ſeu diem* VIII. *Septembris, ſub hac*
J. B. S. *formula*: Et in ſuburbanis Moguntiacenſis eccle-
ſolus Rabanus de S. Disibodo meminit, & quidem 8. Sept. ſiæ, natale ſanctı Diſibodi confeſſoris. *Dignitatem* epiſcopi *a Rabano* præteritam, *jam ſupra cum Mabillone obſervavimus, non putantes tamen, Sanctum eo charactere privandum, quem ignoraſſe credimus Rabanum, cui ut anachoreta dumtaxat cognitus fuerit, a ſolitudine montis, quam totis triginta annis incoluerat, neglecta prorſus dignitate, qua vere præditum fuiſſe, Chronicon Marianum tam diſerte affirmat. Porro per* ſuburbana Moguntiacenſis eccleſiæ, *ut hic obiter dicam, non ipſa Moguntina ſuburbia deſignantur, ſed tractus ſeu territorium, aut diœceſis prædictæ eccleſiæ, quod alibi etiam uſuvenit. Utrum vero iſtic diem obitus proprie appellet Rabanus, dum ſcribit* natale, *an forte tranſlationis indicetur ſolemnitas, quæ ejus tempore feſtivius recoleretur, non facile deſtituxeris; auctor vitæ S. Hildegardis natalem ipſum clariſſime retulit ad hunc diem* VIII. *Idus Julii, quo in additamentis ad Uſuardum, ipſum repoſuit Editio Lubeco-Col.* Ipſo die beati Diſibodi, epiſcopi &
B confeſſoris: *unde in Grevenum & Molanum tranſiit, licet hic de eo rurſum memineris* VIII. *Septembris, quo Rabani verba deſcripſit.*

Variant ſcriptores in aſſignando natali. 26 *Monaſtici Wion, Dorganius & Menardus, non eadem omnes ſentiunt; a primo ponitur* VIII. *Junii*: Io Monte S. Diſibodi, depoſitio ejuſdem Diſibodi epiſcopi, qui, epiſcoparu relicto, Pater multorum factus eſt monachorum, in monaſterio diœceſis Moguntinæ, comitatus Spanheimenſis, qui locus poſtea a ſuo nomine, Mons S. Diſibodi dictus eſt, & miraculis clarus in pace quievit: *quæ ferme a Bucelino, plura alibi pollicente deſcripta ſunt. Hoc autem die præfatus Wion, non ſatis conſequenter annuntiat*: In pago Trevirico, S. Diſibodi epiſcopi & confeſſoris; *monent, ſe de eodem agere, quem ante multo rectius in diœceſi Moguntina collocaverat. Dorganius* VIII. *Junii ſcripſit*: S. Diſibodi epiſcopi tranſlatio. *Hoc die ſimpliciter*: S. Diſibodi epiſcopi & confeſſoris, *ut intelligas, natalem hic indicari. Menardus neque hoc die, neque* VIII. *Septembris de* S.
C Diſibodo *meminit, ſed* VIII. *Junii ſic habet*: In Monte S. Diſibodi, depoſitio ejuſdem Diſibodi epiſcopi, qui relicto epiſcopatu, factus eſt monachorum Pater in diœceſi Moguntina. *Qui pro* VIII. *Septembris certam, ut Mabilio & Caſtellanus, Rabani auctoritate, hic certe non minima, utuntur: Tritbemius iis præluxit, qui* VII. *Junii ipſum conſignarunt, cum Sauſſayo, Anglico Wilſoni, & Scotico Dempſteri, qui Belgio Sanctum adſcribit, hoc die agens de ejus* tranſlatione in Trevetico, *& pluribus aliis diebus aliat tranſlationes ametens. Nobis viſum eſt, cum auctore vitæ hunc Julii* VIII. *præferre, quo a Canſio etiam, Ferrario & Kalendariis Hibernicis notatus eſt; a ſolo Camerario* VIII. *Julii conſignatus.*

Expenditur & emendatur 27 *Tritbemii verba ex lib.* 3. *de Viris illuſtr. Ordinis S. Benedicti cap.* 288. *ſuperius relata ſunt num.* 21. *Miror ſane, teſtari Tritbemium, feſtum ejus agi* VIII. *Junii; niſi forte tranſlatio aliqua, eo die ſolemnius facta commemoretur, de quibus etiam paragrapho primo abunde diximus. Varia* S. Diſibodi *elogia, ex Ghinio aliiſque huc congerere, opere pretium non exiſtimo, longam ſatis panegyrim adnumActa ipſa, utinam quantum amplificata & exornata. Nec Dodechini verba iterum recitare opus eſt. Audiri meretur Sauſſayus in Supplemento ad* D
VIII. *Junii, ſaltem ut ea refutentur, in quibus a recto deviavit. Hoc ejus encomium eſt*: Apud Moguntiam, S. Diſibodi, epiſcopi Hiberni, qui abdicato præſulatu, & relicta patria, ut humilitatis perfectus cultor fieret, monachum in ſuburbio Moguntiæ, Chriſti amore profeſſus, ita divinæ gratiæ ſplendoribus inclaruit, ut demortuo abbati, ex ſodalium voto, quamvis renitens, ſuffectus fuerit. Quos in omni diſciplina religionis dirigens, & magis factis quam dictis eoſdem ad omnem virtutem incitans, in ideas perfectionis Evangelicæ, Chriſto aſpirante, transformavit. *In his paucis plura peccat Sauſſayus, neque enim in ſuburbio Moguntino habitavit* S. Diſibodus, *neque ibi unquam monachum profeſſus, neque demortuo abbati ſuffectus eſt; quæ omnia Actis ejus ex diametro repugnant. Reliqua encomii pars vitio non caret; ſequelam ſubjungamus.*

longius ſenſuſque elogium. 28 Deinde multa ſobole ſpirituali feliciter progenita, multorum pater filiorum, multorum patrator prodigiorum, ad civitatis ſupernæ
E (ad quam ſemper anbelaverat) amœna domicilia migravit. Cujus angelicæ converſationis ſeriem beata Hildegardis virgo & abbatiſſa Bingenſis, pura mente caodidaque manu deſcripſit; memoriam Rex gloriæ magnis clarificationibus honoravit, & Moguntina eccleſia eumdem ſuos inter Tutelares adſcribens, cultu perpetuo abhinc proſecuta, ipſius nomine eccleſiam & cœnobium, quod rexit dudum fidelis diſpenſator, gratulabunda inſignivit. *Hactenus Gallicanus Martyrologus, qui, utut S. Hildegardem, tamquam dictorum ſuorum vadem appellare bic videatur, Legendam ab ea ſcriptam certo non conſuluit, a cujus mente tam diverſa & aliena de* S. Diſibodo *congeſſit. Neque verum eſt*, eccleſiam Moguntinam eumdem ſuos inter Tutelares adſcripſiſſe (*ſunt ii Moguntiæ SS. Martinus & Bonifacius*:) *neque eccleſia iſta proprium ullum, quod ſciam, de* S. Diſibodo *officium uſurpat, certe uſurpare ſolita non eſt, ut ex pluribus vetuſtis Breviariis & Kalendariis, quæ in Muſeo noſtro exſtant, manifeſtum eſt.* F
Tuto igitur aſſerere poſſumus, in ornatiori ſua panegyri multa pie ſuppoſuiſſe Sauſſayum, quæ fieri quidem potuiſſent, at quæ facta aut uſitata fuiſſe, nullo modo conſtat.

ad & ad, quod commonuimus eſt Wilſonum. 29 *Minus digeſta & magis inepta ſunt, quæ in lucem protruſit Joannes Wilſonus, cujus in Martyrologio Anglicano ad* VIII. *Junii hic eſt textus*: Eodem die in diœceſi Moguntina, in ſuperiori Germania, depoſitio S. Diſibodi, epiſcopi & confeſſoris, qui in Hibernia natus, & ordinis S. Benedicti monachus, ordinatus eſt Dublioienſis in eodem regno Epiſcopus; qua dignitate reſignata, prædicatum Chriſtianam fidem conceſſit in Germaoiam, & factus abbas cujuſdam monaſterii præfatæ Moguntinæ diœceſis, quod in hunc diem S. Diſibodi dicitur, ibidem in magna vitæ ſanctimonia & miraculis, beatos dies ſuos conſummavit, circa annum Chriſti DCC. *Fruſtra quæſivi, unde talia haurire potuerit Wilſonus, indigna certe, quæ Commentariis ſuis illuſtraret laudatus ſupra Surinus, dum nobis epiſcopum Dublinii fingit etiam ante tempora S. Rumoldi, quem ad diem* 1. *Julii oſtendimus, urbs iſtius antiſtitem dici non poſſe, utpote tribus ferme ſecu-*

S. CLEMENS
S. DISIBOD
S. GISLALD.
S. STLVST?
S. DISIBODVS
S. DISIBOD?
S. DISIBOD?
S. DISIBOD?
NAPOLI

A *ſæculis ſeniorum cathedræ ipſius inſtitutione. Non minus abſona epiſcopatus reſignatio; ubi monumenta omnia clamant, ejectum potius e ſede ſua & pulſum fuiſſe* S. Diſibodum. *Monachum autem Ordinis S. Benedicti, vel in ipſa Hibernia profeſſum, æque ſonnium eſt; uti & abbatialis dignitas in monaſterio aliquo, quod ante Sancti in Germaniam adventum exſtitiſſe ſupponitur.*

Curioſus & veruſtus lemma

30 *Verum quidquid recentiores iſti vera falſis mixta confuderint, nihil ea officere poſſunt perpetuo* S. Diſibodi *cultui, a tot ſæculis ſtabilito, ſaltem in eo, ubi pretioſæ ejus exuviæ depoſitæ ſunt, cœnobio, hactenus, ut fallor, ſuperſtite, tametſi ad ſeculares canonicos Mons* S. Diſibodi *devolutus ſit. Curioſus, diligens & erudítus Majorum noſtrorum adjutor P. Alexander Wilthemius ad Papebrochium ſcripſit ſub principium anni 1676. reperiſſe ſe* pulcrum antiquitatis monumentum de S. Diſibodo, qui colitur VIII. Julii, *atque idem ipſum delineatum ſubmiſit Luxemburgo* XXX. *Maii ejuſdem anni.* Laminæ ſunt quatuor æneæ, *inquit*, quæ junctæ conficiunt limbum quadratum, quales ſunt ſpeculorum. Opus & figuræ conſtant encauſto &

B æreinaurato, In ſuperna lamina eſt Chriſtus in rotundo circulo, addito hinc inde A & Ω. A ſiniſtris (*volui dicere a dextris, niſi primus delineator latera mutaverit*) ſtat S. Diſibodus, cultu Epiſcopi, adſcripto nomine. Pone eum eſt S. Clemens cum nomine. A dextris (*in altero latere*) SS. Gisliualdus & Saluſtius cum nominibus, qui tres fuere S. Diſibodi ſocii. Ante Chriſtum, extra circulum, flectit genua & ſe inclinat Hildegardis, tenens librum, nempe quem ſcripſit de vita S. Diſibodi. In altera laminæ ſummitate ſedet in cathedra S. Diſibodus, adſcripto nomine. Infra eum ſunt duo monachi raſi, cum cucullo hærente ad humeros, ſupplices & geniculantes.

a Wilthemio delineatori curæ ſuæ,

31 *Supplices agnoſco, quod elata facies in adjecto ſchemate ſatis oſtendat, at quo pacto* geniculantes *obſervaverit Wilthemius, non tam facile perſpicio. At quocunque ſitu, geſtu & habitu eos contempleris, id certum eſt, delineationem noſtram, apographum ad nos miſſum, quod autographo perfectiſſime reſpondere, teſtatus eſt laudatus Wilthemius, etiam perfectiſſime repræſentare. Reliquum epiſtolæ proſequamur.* Ab iofimo exſurgit ſchedion uſque ad S. Diſibodum, cum his litteris:

C O PATER! QUID ERIT, CUM TE PASTOREM PERDEMUS? Contra a S. Diſibodo deſcendit aliud ſchedion: IN HUMILI LOCO ORATORII, UBI DEO SOLITARIUS SERVIVI, SEPELITE ME. Credibile, utramque ſententiam, ex vita primigenia, quam ſcripſit Hildegardis & Surius corrupit, eſſe ſumptam. In dextra lamina (*nobis ſiniſtra*) ſtat ter S. Diſibodus, veſtitus pontificaliter, cum nomine ter etiam addito; & ſupremo quidem loco ante eum mutus, proxime inferiore loco, ante eumdem hydropicus, in iofimo leproſus. In infima lamina ſepelitur S. Diſibodus a ſacerdote cum cappa & pedo, & utrimque adſtant monachi cucullati, ſed prolixe barbati. Characteres & figuræ redoleot ſeculum XII. In quatuor angulis ſunt in circulis animalia Evangelica, *quæ ſcalptor, æque ac cetera, diligenter & accurate imitatus eſt. Jam ea explicemus, quæ a Wilthemio preterita ſunt.*

hic in ar mariſſus exhibetur

32 *In exemplari Wilthemiano, ad normam protatypi, diſtincta ſunt ſingula ſuis coloribus, qui hic tam perfecte reddi non potuere, quamquam ab heraldicæ rei peritis dignoſcantur. Notabis igitur,* D *in autographo tres pariſſimum colores exhiberi, ſta-* Auct. *vum nempe, viridem & cæruleum. Flavus, quo* J. B. S. *omnes humanæ effigies depictæ ſunt, et inauratum deſignat, cetera encauſtica linea & tranſverſi parallelis ita efformantur, ut hæ colorem viridem, illa cæruleum exprimant, & hoc quidem vel ipſa Saluſti ſeu Saluſtii barba figurata eſt. Epigraphe ſuperior, tuſcripta circulo, qui Chriſti imaginem circumdat, haud dubium, quin hunc ſenſum faciat:* Memor eſto Eccleſiæ tuæ. *Si quæras, cui unquam uſus limbus iſte ſervierit, id ſupponam, quod alicubi ſcriptum reliquis Papebrochius; nempe ut laminis exornatum fuiſſe librum vitæ* S. Diſibodi, *a S. Hildegarde conſcriptum ſub annum 1170. Certe haudquaquam dubitaverim, quin partes iſtæ, ſive ſeorſim ſive ſimul junctæ, ad uſus ſacros deputatæ olim fuerint; ſatis veroſimiliter, ut pia alicui imagini aptarentur. Quo autem loco hodie, vel a quo ſerventur, mihi compertum non eſt; huc ea dumtaxat gratia relatæ & exhibitæ ſunt, ut veruſtus* S. Diſibodi *cultus demonſtretur, cum recte Wilthemium confuſiſſe exiſtimem*, characteres & figuras ſeculum XII. *redolere. Alia obſervabunt curioſi cimeliorum hujuſmodi explorateres, aut pridem obſervavit Papebrochius.* E

& explicatur, quæ de tribus ſocüs.

33 *Reſte autem conjecit Wilthemius*, credibile *eſſe*, utramque ſententiam, *in ſcenæ deſcriptam*, ex vita primigenia eſſe ſumptam, *non quidem ſecundum ſingulos verborum apices, ſed juxta ſinceram rei ſubſtantiam, quam invenies num.* 34. *At quid de tribus iſtis aliis* S. Diſibodi *ſociis* Gisliualdo *ſeu* Gillilaldo, Clemente *&* Saluſto *ſive* Saluſtio? *Palam eſt, hic apertiſſime Sanctos declarari, acceptos ex Legenda Hildegardina num.* 16. *ubi nominatim exprimuntur hac modo: Qui tres erant*, quorum primus ſcilicet ſenior Gillilaldus, ſecundus Clemens, tertius Saluſtius vocabatur, qui eum eo de Hibernia venerant. *Omni venerationis titulo abſtinet S. Hildegardis, nomine tenus eos hoc ſolo loco indigitans, adeo ut de ipſis unum hoc memoriæ prodituin ſit, quod* S. Diſibodum *in Germaniam comitati fuerint. Utrum vero ad mortem uſque* S. Diſibodo *adhæſerint, utrum ſingulare ejus vitæ genus arripuerint, an potius monachorum duxerint; quid poſterius, aute an poſt S. præceptorum e vita exceſſerint, adeo non memoravit S. Hildegardis, ut in toto reliquo narrationis decurſu, nec verbo de ipſis, ut dixi, memiuerit. Non exigua eſt fateor* F *monumenti tam veruſti auctoritas, ut & ipſi inter Sanctos recenſeantur; at cum nullam hactenus eorum in probatis faſtis memoriam repererim, tamiſper ab iis* S. Diſibodo *jungendis abſtinco, donec alibi occurrant, quæ cæleſtium honoris ipſis tribuendos clarius evincant. Si Camerarium objicias, ad* XVIII. *Auguſti annuntiantem*; S. Saluſtius S. Diſibodium e Scotia ſecutus eſt: *&* XXVI. *Junii*: Sanctus Giſualdus confeſſor, comes ſancti Diſibodi; *facile reſpondero, verum quidem eſſe, binos illos cum Clemente (quem a Camerario neglectum miror) ex S. Hildegardis fide,* ſaoctum Diſibodum *in Germaniam ſecutos fuiſſe, at vero tamæ auctoritatis non eſſe ſcriptorem iſtum, ut Sanctos nobis procudat, eo ſolo titulo, quod Sanctum aliquem comitati ſint; quemadmodum alias monui, nimis liberales eſſe Hibernos in canonizandis iis omnibus, qui S. Patricio aut ſocietate aut ſanguine conjuncti fuiſſe memorantur, niſi aliunde conſtet de cultu legitime exhibito. Jam tempus eſt ut Sanctis noſtris Vitam ſubjungamus.*

VI.

A

EXMS.

VITA

Auctore S. Hildegarde moniali.

Ex Ms. S. Maximini Trevirenſis.

CAPUT I.

Sancti genus, parentes a tyrannis expulſi, profectus in litteris, electio in Epiſcopum, abdicatio & receſſus e patria.

a Præmiſſa præfatiuncula de viſione, B Helingeſtad.

IN myſtica viſione *a*, ut Deus voluit, propter petitionem & juſſionem Prælatorum meorum, ſcilicet Hebigeri B abbatis, cunctorumque fratrum, in Monte beati Diſibodi Deo famulantium, de vita & meritis ejuſdem beati Patris nſpiciebam, & poſt prolatas viſiones libri vitæ meritorum, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, regnante Frederico Romanorum Imperatore, ſub preſſura Apoſtolicæ Sedis, fere per triennium in lecto ægritudinis jacens, ex divinæ pietate ſapientiæ, vocem de cælo, vigilans corpore & animo, ſic dicentem audivi: Electus Dei Diſibodus ab infantia ſua Spiritu ſancto, ut beatus Nicolaus, & beatus Benedictus eorumque conſimiles inſpiratus, ad omne bonum, quod vidit & audivit, ſitibundo corde anhelabat. Quapropter de ipſo dici poteſt: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & ultorem.

b Applicantur mirabilia Dei eidem in pueritia;

2 Quod ſic intelligendum eſt *b*. In bono affectu infantium, loquelam nondum habentium, & illorum, qui magis lac ſugere, quam mirabilia facere deberent, tu, qui Dominus omnium es, ad perfectam duxiſti nominis tui laudem; cum mirabilia tua in eis ſæpe operatus es: ſcilicet cum eos, nondum plenam medullam habentes, ita inſpiraſti, quod multa in loquendo & operando neſcienter proferebant; & cum alios, contra carnis jura, tanta fortitudine roboraſti, quod toto deſiderio ad cæleſtia tendentes, officia carnis peccando non exercebant. In his autem nullus dubietatem apprehendat, quia ſerpentinus dolus, in Beatis illis, bona & ſancta hæc facere non valebat; nam hæc feciſti propter inimicos tuos, videlicet perditos angelos, quatenus ad confuſionem ſuam, virtutem tuam in puerili ignorantia viderent; & ut deſtruas inimicum, quippe illum, qui in omnibus bonis te abneget. Et ultorem: videlicet hunc, qui lapides & jacula impietatis ſuæ contra verba & miracula tua, reprehendendo ea, projicit.

C

Quæ Sancto applicantur.

3 Hæc mala in ſupradictis Beatis hominibus nihil prævalebant, quoniam ea, quæ recta ſunt, loquebantur: Deus enim in beato Diſibodo ab infantia ejus uſque ad decrepitam ætatem ipſius, in donis ſuis operatus eſt; ita quod puerilia illius in nequitia non ludebat, & quod juventus ejus in laſcivia non ardebat, & quod maturitas ſenectutis ipſius ad ſiniſtram non reſpiciebat. Ipſe namque omnem pompam ſeculi hujus ita corde & corpore reliquit, quod quidam illum ſtultum, quidam vanum, quidam errantem, quidam vero mirabilem in operibus ſuis per hoc eſſe affirmabant, dicentes: Quid eſt hoc quod iſte facit?

D

Parentes e natale ſolo expulſi.

4 Parentes igitur beati Diſibodi, in libertate ſeculi pollentes, de excellenti genere Hibernenſium originem duxerant, ſed tamen pompam & gloriam mundi ſuperfluitate non habebant. Unde quidam tyrannorum, in ſuperbia tumentes, cum in eadem regione quam plurimos per tyrannidem ſibi ſubjugaſſent, etiam parentes Beati hujus viri, qui eo tempore puer erat, opprimere & ditinni ſuæ ſubjugare nitebantur. Ipſi autem libertatis generis ſui non immemores, duram injuſtamque ſubjectionem recuſantes, ab illis declinabaot, & ad remotiora loca ejuſdem regionis ſe longe contulerunt, & juxta quoddam flumen, quod de mari funditur *c*, una cum filio ſuo beato Diſibodo, omnique facultate ſua, in quodam oppido manſionem acceperunt, ubi & cum litteris, ceteriſque liberalibus artibus imbuendum, religioſis viris commendaverunt.

c

E

Sanctum puerum inſtituunt parentes.

5 At ipſe per gratiam ſancti Spiritus ea, quæ a doctoribus ſuis bona audiebat, capaci ingenio bonæ memoriæ commendabat, & ex hoc parentibus ſuis, in afflictione exilii laborantibus, non parvum gaudium faciebat. Sic puer iſte de die in diem proficiens, corporeque & ſanctitate creſcens, de ſtudio in ſtudium bonorum operum, orando, & eleemoſynas dando aſcendebat, ita quod ad omne, quod de Deo audire vel diſcere potuit, toto deſiderio properabat, & ſic per gradus virtutum & per incrementa ætatis ſuæ, ſingulis ſacris ordinibus ſuſceptis, ad gradum presbyteratus, cum triginta eſſet annorum, pertingebat. Quod cum timore Domini ſuſcepto, fecit ut bonus pigmentarius, qui in horto ſuo quæque pigmenta & aromata plantat, ſemper ſtudens, ut hortus ſuus viridis & non aridus ſit,

F

Qui ſecundæ faſtus, omnis virtutis hic datur, *d*

6 In his namque ſtudiis, idem Sanctus memor fuit verborum Sapientiæ, ubi dicit: Meſſuit myrrham meam cum aromatibus meis. Quod ſic intelligendum eſt *d*. Ego, qui juſtis operibus infudare debeo, bona intentione mortificationem carnis meæ præbeo Deo, cum propter amorem ipſius vitiis peregrinus fieri, & communem immunditiam illorum fugere, nullamque ſocietatem cum illis habere deſidero; quoniam in aromatibus virtutum, ipſum verum Deum amare, & venerari feſtino; cum amor cæleſtis deſiderii de corde meo, ipſo adjuvante, non deficiet. In hac recta & ſancta voluntate Sanctus iſte, quaſi mortuus ſeculo fuit, ita quod multi hæc videntes, fecerunt quaſi eum non cognoſcerent, & quod cum eo manere abhorrerent; quia ipſe ſe totum ſpiritui, & non carni ſervire cogebat.

ut in Epiſ ſcopum electus ſit;

7 Cumque in hujuſmodi virtutibus Deo laudabiliter ſerviret, & ob hoc illis, qui Deum diligebant, irreprehenſibilis placeret; accidit, ut quidam Antiſtes, in ejuſdem regionis partibus, de præſenti vita ad vitam futuræ emigraret: & cum populus tam minorum quam majorum, ſecundum conſuetudinem, conveniſſet, ut alium ſibi in Præſulem eligeret, quidam illorum, qui mores

bona-

honeſtatis, & vitam ſanctitatis beati Diſidodi cognoverunt, eum ſibi in Antiſtitem unanimiter elegerunt *e*. Quidam autem; quorum vita & converſatio ceprehenſibilis erat, hoc fieri prohibebant, dicentes: Quid prodeſt, hominem tacitum & non loquentem, & populum non cognoſcentem, magiſtrum fieri?

namque divinitatem, magnidquè refulſans,

8 Sed Deus ſuper Beatum hunc reſpexit, ut ſcriptum eſt: Humilem & pauperem juſtificare. Quod ſic intelligendum eſt: Juſtum, qui ſe propter Deum ad terram humiliat, & qui ſe egenum & pauperem toto corde confitetur, in operibus ſanctificare; quia juſtitia, aperto oculo pietatis, in eum reſpicit. Hic etenim humilia, paupertatem ſemper deſiderabat, & in columbino oculo ſimplicitatis, in Deum ſemper aſpexit, quatenus æternas divitias ſibi compararet: unde & Deus ipſum dilexit. Mortem quoque pro morte habuit, & omnia deficientia pro nihilo computavit, omniaque opera ſua in Deum poſuit, & ideo Deus eum elegit. Supernus namque judex virum iſtum communi populo occultaverat, ſed eum ſe diligentibus manifeſtaverat; unde, quamvis quibuſdam obſtupeſcentibus, ipſum magiſtrum & Antiſtitem eſſe voluit.

admittere negatur.

9 Cumque Beatus iſte a prudentioribus, præfatum onus ſuſcipere cogeretur, iple ſe indigoum tantæ dignitatis reclamans, vi, qua potuit, manus & pedes retraxit; ſed tamen, illis impellentibus & prævalentibus, qui Deum timebant, etiam nolens, divina autem ordinatione, in ſedem epiſcopatus poſitus eſt. In quo Epiſcopus ipſe felix juſtitiam Dei clamare & docere cœpit, & omnes, quos potuit, ſubjectos eſſe Deo monuit, & quod ab infantia ſua per Spiritum ſanctum imbutus eſſet, nunc erudiendo manifeſtavit, bonaque exempla ſanctitatum & virtutum paterno affectu eis in ſe præbuit. Quidam autem ob merita virtutum, quales in ipſo videbant, eum amabant, ac intenta cordis aure doctrinam ejus

C

cupiebant; quidam vero, qui Deum poſt tergum projeceranr, ſuper hunc Sanctum furebo elamabant: Iſte vivit quaſi homo non ſit: unde & nos inhumane vivere cogit. Et quis poterit eum audire? Et multis injuriis eum afficiebant.

Beati Patris officia ſunguns,

10 Ipſe autem paucos & fideles homines ad ſe colligebat, qui ei & conſolationem, & adjutorium præbebant. Et cor ſuum quotidie propter Deum afflixit, dicens: O! Domine Deus, ego ſervus tuus, ante pietatem tuam proſternor, faciens quæ juſſiſti. Tu enim, ſcis quod te ſolum deſidero; quapropter confido, quod deſiderium meum quandoque implebis: quemadmodum ſcriptum eſt: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quod ſic intelligendum eſt. O! homo, qui in peccatis conceptus & natus es, carnis contra affectum delectare in præceptis illius, qui te creavit; ad memoriam quoque reducens, quis ille ſit, qui te liberavit. Quod cum feceris, dabit tibi quæ petis, quoniam ea, quæ petenda ſunt, non petis, ſed cordis tui afflictionem, humiliato ſpiritu, illi oſtendens, & clamando & dolendo, te ipſum ut pecus, ea quæ recta ſunt ad laborandum conſtringes. Itaque qui pœnitere, & mala ſua hoc modo emendare ſtuduerit, prudentiores filiis lucis D
ſunt: quia ipſi hoc nec voluerint nec fecerint: Deo namque placet, ut homo durum bellum contra ſe ipſum, & contra draconem habeat, ut qui hoc habuerit, bujus & preces & deſideria Deus feſtinanter implevit, quemadmodum & in beato Diſibodo fecit, qui dura bella habuit, quamdiu in corpore vixit, ſed tamen ea bono fine feliciter conſummavit. EX MS.

Veritis hominum injuriis affectus,

11 Interim autem, dum Sanctus iſte populo ſuo verbis & exemplis in fide præfatæ dignitatis præeſſet, magna irriſio, magnum ſchiſma tota illa regione ebullivit, aliis quidem veteri & novo Teſtamento reſiſtentibus, Chriſtumque abnegantibus, aliis hæreſes hæreticorum appetentibus; aliis ſectam Judæorum apprehendentibus, aliis ſectam pagnorum diligentibus *f*. Aliis non humane, ſed in confuſione pecudum, turpi ſtudio vivere ardentibus, aliis autem diſciplinam propter humanitatem quidem habentibus, nullis tamen bona E
facere ſtudentibus. His maximis erroribus & confuſionibus beatus Diſibodus ſe viriliter & intrepide opponens, multa opprobria, multaſque injurias patienter ſuſtinuit, optans prælentem vitam magis perdere, quam tantis & tam inconvenientibus malis conſentire. *f*

& ſedem & patriam deſerit.

12 Cumque iſta per aliquos annos ſine eradicatione eorumdem malorum, eum periculo etiam corporis ſui, ſuſtinuiſſet, tædio tandem affectus, ad Deum in orationibus ſuis cum magno planctu dixit: O! Deus & o! Judex omnium Sanctorum hominum, quid prodeſt mihi cum populo iſto laborare, qui juſtitiam tuam rabidis morſibus traoſigit. Denique ſautores præfatorum errorum, eum populo, eiſdem erroribus implicato, videntes, quod Beatus iſte erroribus & pravitati eorum non conſentiret, ſed quod eos ubique conſtanter, abſque timore mortis arguerer; plurimas inſidias ei poſuerunt, & tandem coadunato agmine incredulorum, de ſede ſua multis contumeliis affectum expulerunt. Ipſe autem malens Deo in quiete ſervire, quam ſine fructu utilitatis diutius tardare, paucis & religioſis viris ad ſe collectis ſedem dignitatis ſuæ, quam per decem annos ſtrenue & religioſe rexerat; patriam & omoia quæ habebat, pro Chriſti nomine reliquit, dicens; nec ſibi, nec aliis prodeſſe ut ibi maneret. Ubi tam magna incredulitas cum duritia iniquitatis excreverat, & peregrinationem, quam diu optaverat, pro æterna vita læto animo arripuit *g*. F *g*

ANNOTATA.

a De hac Legenda, ex myſtica viſione ſeu revelatione ſcripta actum eſt in Commentario prævio a num. 12. *Mentem ſuam non ſatis clare explicat auctor, ſed nihil mutare voluimus: videri poteſt editio Surii, magis expolita.*

b Diximus etiam ſupra, loco citato, nonnullas ſacræ Scripturæ ſententias, ſingulari commentatione a S. Hildegarde expoſitas, quas ſcrupuloſius expendere, fori noſtri non eſt. An vero iſtiuſmodi interpretationes ad veras revelationes pertineant, aliorum eſto judicium.

c Ob-

A ex MS. c *Obſcura omnia ſunt, quæ hic de Sancti genere, parentum fuga, &c. memorantur: hoc vero plane mirum, eos ad flumen confediſſe*, quod de mari ſundereiur, *niſi ſinum aliquem, aut fluvii æſtum indiget, in quod maris æſtus, ſtatis temporibus undas repelleret. Cetera, ut ſemel dicam, & hic & in ſequentibus, ad locos communes reducenda ſunt.*

d *De his & aliis omnibus ſacrarum Litterarum moralibus interpretationibus plura non addam.*

e *Divinarunt aliqui*, per iſtius regionis partes, *deſignari Dublinium, ubi nempe per ea tempora Epiſcopus fuerit* S. Diſibodus, *idque Wilſonus & Sirinus adoptari poſſe cenſuerunt. Sed hujuſmodi anachroniſmos ſupra rejecimus.*

f *Quid hic intelligas in tanta rerum confuſione? Anſam inde accepit Sirinus diſquirendi, utrum Pelagiana hæreſis eo tempore in Hibernia repullulaſſet: at ſi id indicare voluiſſet auctor, paulo diſtinctius locuta fuiſſet.*

B g *Vides, totum hoc caput, tot verbis ampliſicatum, ad hæc paucula hiſtorica contrahi poſſe.* S. Diſibodus, *in Hibernia nobili genere ortus, pie educatus & in litteris eruditus, anno ætatis trigeſimo ſacerdos conſecratur; inde ad epiſcopatum, neſcio quem, evectus, poſt multas inſidias & perſecutiones ab impiis toleratas, ab iiſdem demum expulſus eſt.*

CAPUT III.

Peregrinatio in Germaniam, populi ad Rhenum inſtitutio, vita ſolitaria & auſtera in monte, initia monaſterii & miracula.

CUmque Hiberniam exiſſet, multis regionibus peragratis *a*, multiſque locis diligenter perſpectis, animæ ſuæ requiem quærens in Alamanniem tendem venit, ubi quidem durum immitemque populum invenit, ibique ſeſſus, greſſum per aliquod tempus figens, cum eidem populo verba ſalutis & exempla ſanctitatis daret, multi eum audientes, emabaot, multi autem eum oec audire nec amare curabant. Cumque in eadem provincia moras faceret, ſecum deliberando, quo declinare poſſet, bonem & dulcem famem de religione beati Benedicti audivir, qui nuperrime migraverat *b*, religioniſque ſuæ quamplurimos amatores reliquerat, & ita, per admonitionem Spiritus ſancti, deſiderium ſuum nondum impletum eſſe cognovit, quo diu deſideraverat, quod populo olim ſibi commiſſo, aliquos veræ perfectæ religionis viros ſibi conſociaret: ob hanc namque cauſam, iterum de locis ad loca proceſſit, nec io locis, nec moribus populorum illorum quid animæ ſuæ placeret, inveniabat.

a In partes Germaniæ perfectus.

b

14 Tunc flere & orare cœpit, dicens: Inclina, Domine, aurem tuam & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego; quod ſic intelligendum eſt. Tribulationibus meis condeſcendens, incline, tu Domine, qui rector cunctorum es, aurem miſericordiæ, & exaudi verba orationis meæ, quoniam inops in anima, per puſillanimitatem mentis, & pauper in corpore, per contritionem afflictionum ſum ego, qui te ſequi, te diligere ſuper omnia debui. Recordare itaque, quod ab infantia mea tibi ſervire ſtudui, & quod propter amorem tuum, paupertatem & contemptum mundi ſemper dilexi. Tunc Deus propter viriditatem boni deſiderii ipſius, preces has ſuſcipiens, ſuavem conſolationem quietis menti ejus immiſit, velut ros ſuper gramen cadit, & etiam in viſu noctis, quadem oſtenſione ipſi manifeſtavit, quod quandoque locus voto ſuo aptus, ab eo eſſet inveniendus: nam huic Beato viro Deus, ut reteris dilectis fecit, qui eum tota dilectione deſiderabant, cum ipſis ob megnam & bonam intentionem, qua fiducialiter io eum omni corde ſuo intendebant, præſens eſſe videndo, loquendo, & audiendo videbatur.

poſtquam veris loca peragraſſet,

15 Omnem quoque fabuloſam famam vanæ gloriæ Spiritus ſanctus illi abſtraxit, quæ in multis hominibus eſt, qui ſecundum voluntatem ſuam io ſimulatione orant & jejunant; cum aliquid a Deo injuſte quærunt, ubi, ut ſiquid eis, ut volunt, acciderit, quaſi pro oſtenſione a Deo habent. Siqui tales ſunt, velut ſtipula a vento diſpergentur. Sed cum homo a vanitatibus ſe mortificat, in ipſis quaſi ſomnum capit, & tunc ſuperbia vanaque gloria, ac acquiſitio honoris a populis, ceteraque vitia per virtutem Dei conſtringuntur, ne homo ille eb amore complexionis creatoris ſui ullo modo per ſuggeſtiones eorum avertatur. *ſolt Deo ſervire cupiens;* E

16 Beatus autem Diſibodus pro ſpe boni deſiderii ſui gaudens, quia illud per adjutorium Dei quandoque impleri ſciebat, cum bonam famam, de populo in partibus Galliæ citra Rhenum manentes, audiſſet, ita ſcilicet, quod populus ille quidem durus eſſet, ſed tamen eccleſiaſticam religionem devotus vivendo teneret; tædebat cum irriſionis illudentis populi, & vix expectans, feſtine ad finem Rheni iter ſuum direxit: & inde diverſens, ac per avia quæque incedens, ad fluvium Glan pervenit, illoque tranſito, montem excelſum & nemoroſum vidit, quem poſt decem annos peregrinationis ſuæ aſceodit, & ibi ſeſſus reſidens & quieſcens, ad comites ſuos (qui tres eraot, quorum primus ſcilicet ſenior Gillilaldus, ſecundus Clemens, tertius Saluſtus vocabatur) qui cum eo de Hibernia venerant, Spiritu Sancto tactus, dicebat: Hic requies mea erit. *tandem in monte, cum provol a Rhono* F

17 Nam cum deinde eumdem montem, circumquaque peragraſſet, & quæque latera ejus diligenter conſideraſſet; amœnitas illius, animæ ſuæ magis ac magis ad inhabitandum complacuit, quie & celſitudo illius difficilem acceſſum advenieotibus præberet, & rivuli ex utreque parte fluentes *c*, inibi manentibus refocillationem corporis darent: & orabat, dicens: Domine, qui ſuper cælos reſides, & abyſſum regis, precor ut amœnitas loci hujus in amœnitatem vertatur animarum: quia decet, ut in loco iſto a fideli populo tibi fideliter ſervietur. Et hæc dicens, ſibi habitationem in deſcenſu ejuſdem montis, verſus Orientem, propter compendium aquæ deſignavit, & converſationem, quam diu deſideraverat, ſtrenue incipiens, *cum ſocia habitare ſtatuit;* c

oran-

A orando, vigilando, & jejunando dure & aſpere ſolitariam vitam duxit.

variis cellulis ſecum ſibi ædificavit.

18 Socii autem ejus, qui cum eo adetant, ne invicem aliquod gaudium haberent, ſingillatim habitacula ſua, remotius ab eo conſtruebant. Et ſtiendum eſt, quod traditibus herbarum aliquamdiu inibi ſuſtentabantur, cum alios cibos non baberent. Mons autem ille in circuitu, cum adjacentibus ſibi ſilvis, locis quoque perviis & inviis (non unius hominis, ſed comprovincialium, tam minorum quam majorum) pluſquam milliare unum eo tempore erat. Unde accidit, quod cum homines eamdem ſilvam, ſeu pro captione ferarum, ſeu pro piſcatione adjacentium fluminum, ſeu pro incidendis lignis, ſeu pro aliis neceſſitatibus ſuis interdum intrarant: Beatum hunc virum, aut radices effodientem, aut alia ſibi neceſſaria circumquaque colligentem, multoties viderent, & ita poſt aliquod tempus manifeſtatus eſt.

B *Aſpera & ſolitaria ejus inſtitutio,*

19 Rumor enim in populum exibat, quod quidam Sanctus, cum quibuſdam aliis, in locum illum a Deo miſſus veniſſet; quod plurimi admirantes, bono deſiderio ad eum veniebant & ſibi quæque utilia cum eo conferebant, quibus ipſe verba ſalutis & vitæ reddebat: quoniam a tempore exilii ſui uſque ad id tempus in lingua eorumdem hominum (perdiſcenda) præcipue laboraverat; unde & eam pro modo ſuo & intelligebat & proferebat. Ex quo factum eſt, ut hi, quibus ipſe verba vitæ & monita indeficientis vitæ dabat, ei & cum ipſo manentibus quæque neceſſaria corporis ſæpius afferrent. Servus autem Dei, cum ſibi aſſociatis viris, pauperes & egenos ad ſe colligebat: & quidquid præter quotidianum victum ſibi remanſit, per hoc illos paſcebat. Nam ſemper memor fuit, quod Adam cibo periit; quapropter Antonium & Macharium ac eis ſimiles, qui herbis & duris cibariis vixerant, in corde ſuo frequentet habebat, quatenus illorum exemplo corpus ſuum a mollibus & delitatis cibis conſtringeret, ne ab antiquo ſerpente deciperetur. Et quanto plus Beatus iſte carnem ſuam affligebat, tanto amplius gratiam ſuam Deus cum illo multiplicavit; unde infirmi plurimi & debiles ipſi allati ſunt, quos Spiritus ſanctus per merita ejus repente ſanavit: quod tamen ipſe humilitet expaveſcens, laudem hominum, quantum potuit, fugiebat.

C

exemplo & verbis populum inſtruit;

20 Cumque fama ſanctitatis ejus per totam hanc provinciam, populo prodente, volaret, quidam Deum timentes ad eum venerunt, & parvum oratorium, in deſcenſu præfati montis ad orientem, ei ædificaverunt, in quo divina cum ſuis officia celebraret, quatenus & ipſi & ceteri pro Deo ſupervenientes, verba & paſcua vitæ ab eo inibi perciperent. Alii autem verſus Occidentem, in planitie pedis ejuſdem montis vepres & fruteta ſuccideruni, beatoque Vito hortos & paſcua parvaque tuguria ibi paraverunt: unde & propter fruteta, quæ ibi exciſa ſunt, quæ vulgari locutione *ſtudim d* dicuntur, locus ipſe *Studenheim* primitus apellatus eſt. Multi quoque ex longinquis regionibus ad Beatum hunc veniebant, animaſque ſuas ei bona fide & ſpe commendabant: quod populi in eadem provincia habitantes, divino inſtinctu extimuerunt, ac ſe in hoc facto negligentes eſſe dixerunt, quoniam Deus, ad gloriam, & ad honorem nominis ſui, locum illum per Sanctum ſuum viſitaſſet, quem ipſi juxta ſe habentes viſitare & facultatibus ſuis frequentius honorare negligerent. D EX MS.

21 Unde factum eſt, quod Principes ceterique nobiles & divites, una cum reliquo populo eaſdem terras inhabitantes, montem ipſum cum omnibus terminis ſuis, ultra decurrentes fluvios, ſcilicet Nam * & Glan, in longum & latum, ut prædictum eſt, directis, eidem Beato viro ac poſteris ejus offerunt, quia mirabilia Dei in eo viderunt, quatenus etiam ſanctæ converſationis inibi bonis hominibus congregatis, neceſſaria præſentis vitæ & ſine indigentia ſufficerent; & communi voce & clamore dicebant: Laus tibi, Domine Deus, quia hunt Sanctum tuum nobis mittere dignatus es. Qua oblatione ſuſcepta, Beatus ille multum extimuit, recordatus, quod in epiſcopali onere plurima adverſa prius ſuſtinuerat a genibus, genibus ad Deum flexis, orabat, ut eadem oblatio ad fructum & ad vegetationem animarum, Spiritu donante, exutgeret. *a quo locus commodior habitatio paratur.* * *al.* Naha. E

22 Deinde die ac nocte in corde ſuo æſtuando, cogitabat, quemadmodum in deſiderio mentis ſuæ per plurimos annos ante tranſactos habuerat, quomodo & ubi religioſos, & aſperæ vitæ viros colligeret, quoniam in ſpiritu intellexit, quod Deum deceret, ut ſpiritalis congregatio in loco illo creatori ſuo ſerviret. Et Spiritu ſancto inſpirante, omnem devotionem cordis ſui ad converſionem & ad doctrinam beati Benedicti poſuit, qui jam ad Deum tranſierat, & quoſdam Beatos viros, ſanctæ inſtitutionis ſuæ fideles miniſtros, eiſdem temporibus adhuc viventes & ſuperſtites reliquerat, atque ad longinquas regiones, ubi eadem converſatio religioſe & ſancte vigebat, nuntios humili ſupplicatione pro illis miſit, qui vineam Domini ſabaoth, ſecundum doctrinam prædicti Patris plantatent, qui regulam ſpiritali populo convenientem, ex omni vita Sanctorum, Spiritu ſancto docente, conſtituetat. *in qua jam ut regulam S. Benedicti* F

plures ad ſe fratres attrahit.

23 Et ſic quamplurimos ejuſdem converſationis viros religioſos ſibi attraxit, quibus & oratorium & habitacula convenientia, in ſupercilio ejuſdem montis, propter difficilem acceſſum, verius orientem ædificare juſſit, videlicet ne amodo a populo infeſtarentur, & ne forte rigor ac religio eorum, quotidiana frequentatione ſupervenientium, in mollitiem & in ſegnitiem verteretur. Ipſe vero, ut ad omnia occurſantia paratus eſſet, & ut ſupervenientibus in reddendis reſponſis, ſecundum qualitatem eorum omnibus ſatisfaceret; in deſcenſu montis ipſius ad orientem, in habitaculo & in oratorio, quod ſibi pataverat, ut ſupradictum eſt, ſolitarius permanſit. Congregatio autem eorumdem fratrum, tam ſecundum Deum quam ſecundum hominem augmentabatur: & quidquid facere vel habere debebant, juſſione vel permiſſione hujus Sancti viri fiebat, ac communem vitam, ſecundum inſtitutionem beati Benedicti, exercebant.

24 Studebat etenim pius pater Diſibodus, quod

A quod congregatio ipſius, per conſuetudinem ſibi inſtitutæ legis ita compoſita & firma eſſet, quod diabolus foveam vitiorum in ea parare non poſſet, & quod jaculis ſuis eam transfigere & ab invicem ſeparare non valeret; & quod ipſa terribilis per continentiam vitiorum, ac velut acies ordinata, in concordia virtutum diabolo & hominibus appareret. Sapienter quippe eam contra hoſtiles turmas aeriorum ſpirituum in humilitate pugnare & vanitatem ſuperbiæ ac arrogantiam mentis, in delectatione ſeculi hujus vitare docebat, laudemque ac gloriam victoris, qui legitime certaverit, & ſe deinde in cautela rectæ circumſpectionis bene conſervaverit, diligenter proponebat. Vallo etiam rigoris & diſtrictionis totius ſpiritalis diſciplinæ eam circumfodit & munivit, ne diabolus latenter, repente ſuper eam irrueret, ſciens quod ille maximum ſtudium habet, quatenus ſuper ſpiritalem populum irruat: & quod multo plus gaudet, ſi ſpiritualem hominem ſecundum voluntatem pravitatis ſuæ ſuperaverit, quam ſi multos ſeculares viciſſet: quoniam illum ſimilem ſibi feciſſe videt, eum a cæleſti deſiderio cadit, quemadmodum & ipſe per ſuperbiam de cælo corruit.

EXMS. quos & diligenter inſtituit

B

monaſterium paulatim perficitur.

25 Hoc modo Sanctus iſte filios ſuos congregare & corroborare cœpit. Quod ut ſeculares homines viderunt, ex tota provincia illa accurrerunt, & quidquid ipſe in neceſſitatibus ſuis operari & facere inchoabat, hoc ipſi bono animo ſtudioſe perfecerunt. Unde factum eſt, quod beata congregatio illa ad quinquagenarium numerum perfectorum fratrum, per duodecim annos multiplicata eſt. Ipſis namque temporibus pauci converſationis hujus homines inveniebantur, & nullus viam hanc, niſi probatus aggrediebatur. Sed Spiritus ſanctus, qui congregationem iſtam plantaverat, eam & rigavit: quemadmodum ros cum ſuper pinguem agrum cadit, ita quod in ea ſub diſciplina inventus, de virtute in virtutem aſcendebat, nec ab antiquo inſidiatore impedimentum habebat; quia ubi ipſe Spiritus ſanctus

C

in miraculis ſuis eſt, ibi idem antiquus hoſtis pavidus etiam, nec audebit illuc intrare; ſed ſiquid ibi latenter ſeminaverit, hoc Spiritus ſanctus iterum, ad confuſionem illius, conculcat. Merita autem & ſanctitatem beati Diſibodi ſigna & miracula Dei ſequebantur, quæ etiam ſine tædio ſæpius renovabantur, quoniam Deus ſemper nova faciet.

Mutus loquitur,

26 Quidam enim vir, cujus lingua præ nimia invalitudine corporis ſui ita debilitata fuerat, quod humana verba proferre non poterat, ad ipſum ex longinquis partibus veniens, nutibus & manuum indiciis, prout potuit, flebiliter exoravit, ut ſibi incommodo iſto apud Deum ſubveniret. At pius Pater, ſuper illum oratione facta, gratiam ſibi Dei adeſſe ſentiens, exemplique Domini recordatus, ubi mutum loqui fecit, in os iſtius hominis ſufflavit, dicens: In nomine illius, qui muto dixit, Effeta, & ille loqui cœpit; tibi, vinculum infirmitatis, quod linguam hominis hujus debilitaſti, præcipio, ut ſolvaris, & hinc recedas; nec amodo linguam ejus ad loquendum impedias. Statimque vinculum linguæ ejus ſolutum eſt, & humana verba ad rectum protulit, gratiaſque Deo & huic Sancto egit *c*.

D

c

hydropico ſanitatem reſtituit,

27 Quo facto, etiam quidam hydropicus, miro tumore inflatus, amicorum ſuorum manibus eidem Sancto oblatus eſt, qui multis lacrymis effuſis, ſanitatem corporis ab eo quæſivit. Sed cum ipſe aliquantulum hæſitaſſet, & ſe indignum tanti facti affirmaret, tandem victus prece ſupplicantium, omnipotentem Dominum pro illo exoravit, eumque manibus ſuis tangens benedixit, ſicque morbus per gratiam Dei ab illo paulatim diſparuit.

& leproſum mundat.

28 Sed & leproſus quidam, horrenda cute diſtortus, ad eum veniebat, precibuſque primum pro infirmitate ſua effuſis, etiam verbis comminabatur, ſe ab eo numquam diſceſſurum, quin ſoſpitati reſtitueretur. Hominis importunitate Beatus iſte tandem commotus eum in habitaculum ſuum duxit, ſeeumque per aliquot tempus retinuit, preceſque pro illo ſæpius fundens, eum ſanam pulcramque carnem corporis ſui habentem, ad ſua redire fecit. Ipſa autem veritas, quæ tunc hæc vidit, & fecit ea, hic per ſemetipſam, neſcientibus in apertum produxit.

E

ANNOTATA.

a *Eu alterum decennium* regionibus peragrandis *impenſum; aſt quo terrarum pertexerit, ubi moram aliquam fecerit, nuſquam declarat vitæ auctor.*

b *Si tot regiones peragraverit Sanctus, haud dubium, quin & alibi* S. Benedicti famam *audire potuerit. Iſtud autem* ei nuperrime migraverat, *quo ſenſu accipiendum & explicandum ſit, habes in Commentario prævio, a num.* 17.

c *De ſitu montis, de ſæpius condito & deſtructo monaſterio, ſatis dictum eſt ſub initium Commentarii; de tribus autem locis, ſub finem.*

d *Norunt Germani* Stauden, *pro frutetis,* F *unde formari debuiſſet* Staudernheim; *forte melius nomen loci expreſſit Trithemius, citatus in Commentario num.* 20. *ubi ſcribit* Sobernheim: *verum in appendice miraculorum, rurſus leges* Studernheim.

e *Hoc miraculum & bina proxima ſequentia exhibentur in tabula ſuperius repræſentata.*

CAPUT III.

Subditorum erga Sanctum veneratio, cœnobii incrementa, vaticinium de ſecutura ejus deſtructione, obitus, odoris fragrantia, ſepultura, & poſt eam curationes variæ.

Vergit ipſo in rigidiorem vitæ genus.

PLura quoque ſigna & miracula per eum facta ſunt in cæcis & claudis & in debilibus, ac in poſſeſſis a diabolo, & etiam in illis, qui de tempeſtate malorum humorum, ſenſus ſuos amiſerant, qui & de longinquis, ac vicinis partibus ad ipſum deferebantur;

A tur: Qui & omnes per eum ſanabantur; quoniam virtus Dei in ipſo erat. Nam idem ſervus Dei, inter ſuos ut eremita vixit, quæ vita radix vitæ monachorum eſt, quia homines converſationis illius, a ſeculo per omia abſtracti, cum laude Angelorum in ſolitudine vivunt, & vita eorum tam laborioſa eſt, quod etiam plutimi præ fragilitate, tam corporis quam animi, eam ſuſtinere non poſſent: ſi ipſam improvide ac repente aggrederentur. In hac autem diſtrictione beatus ipſe Pater vivens, ſubditos ſuos ad omne opus bonum, doctrina & exemplo confortavit, ut homo qui ignem ardentem, valde ardere facit, fecit hoc; (&) ipſi alium magiſtrum, eo vivente, nec quærebant nec volebant, præſertim cum ipſos ex præcepto ejus inter ſe haberent, qui eos ad rectitudinem converſationis ſuæ, abſque offenſione & murmuratione dirigerent.

& licet Beatiſſimum habitum non habuiſſet,

30 Habitum autem monaſticæ religionis, quo congregatio ejus utebatur, non ſuſcepe-
a rat *a*; quoniam leniorem converſationem ſe-
B cundum regulam beati Benedicti, quam ipſe haberet, ſubditis ſuis indulſerat, & hoc ideo fecit, ne, ſi illis in habitu ſimilis foret, cum tamen duritiam rigoris ſui in vigiliis, in jejuniis, atque in aliis carnis ſuæ contrarietatibus deponere nollet, religioni eorum detraheret & vitam communem eorum deſtruere videretur. Sed miſerrimo victu, quo corpus ſuum vix ſuſtentabat, & aſpero ac duro veſtitu, ſicut de terra ſua peregrinando exierat, quoad vixit, frequenter uſus eſt, imitans beatum Paulum, primum eremitam, eique conſimiles, qui magis in ſilvis, quam in villis eſſe volebant. Divina quoque in officio altaris ex eo tempore, quo de ſede ſua expulſus eſt, uſque ad finem vitæ ſuæ, non ſecundum ordinem Antiſtitum, ſed ſecundum conſuetudinem pau-
b perum presbyterorum celebrabat *b*, nec in hoc ullam oppreſſionem mentis, ſed lætitiam cordis habebat, paſſionem Chriſti imitando.

volunt Fratres alteri, quam ipſi ſubeſſe

31 Spiritalem etiam Patrem, & defenſo-
C rem, ut juſtum eſt, congregationi ſuæ multoties præponere laborabat, ſed omnes, qui ſub ipſo erant, hoc fieri recuſabant; quia non alium, præter ipſum, patrem & doctorem habere volebant, dicentes, inſpectores converſationis ſuæ ſe quidem habere, ipſum autem, ut eis in Domino ſublimius luceret, quamdiu viveret, numquam immutarent. Quapropter de bono voto, quod in cordibus ſuis habebant, per plurimas provincias divulgati ſunt, multique ad eos venientes, & conſilia & auxilia de animabus ſuis ab eis quærebant. Sed & plurimi, qui in provincia hac manebant, & qui in vicinitate præfati montis, cujus circulus longus & latus eſt, poſiti erant, propter ſuaviſſimum odorem & rumorem converſationis eorum, quidquid de prædiis & de facultatibus habere poterant, vel ſibi ſupereſſe ſperabant, ſancto & beato Diſibodo abſque omni retractione offerebant, atque villulas in præfata ſilva, hac & illac ad utilitatem illorum ædificabant.

Prædicit ſecutoras tribulationes,

35 Sanctus autem Dei, eum jam ibidem diu laboraſſet, & eum jam viribus corporis præ nimiis laboribus fere defeciſſet, filiis ſuis tremendo, in ſpiritu prædixit, quod in hujuſmodi proſperitate & ſecuritate, ut ad tempus ſine offenſione pervenerant, ſemper durare non D
poſſent; ſed multas, & magnas preſſuras & EX MS.
tribulationes paſſuri eſſent *c*, quia diabolus, *c*
quem in plurimam confuſionem bene vivendo ſæpius deriſiſſent, in magna irriſione, quam in populo ſe facere contendebat, eos quoque & poſteros ipſorum perturbare maximo ſtudio laboraret. Attamen eos pie & abundanter conſulabatur, dicens: Ego in ſuſpiriis & dolore cordis mei, cum magno deſiderio hactenus laboravi, ne tribulationem veſtram, quamdiu vivo in hoc ſeculo, videam, quod etiam ſic fieri in Domino confido. Vos autem ſcitote, quod poſt obitum meum, qui citius inſtabit, (quoniam vires corporis mei jam in defectu ſunt) & poſt tribulationes, quas paſſuri eſtis, noviſſima tempora veſtra prioribus meliora & proſperiora erunt; ita quod in omnibus neceſſariis animæ & corporis, tunc amplius, quam me vivente, vos & poſteri veſtri abundabitis.

& laſſitudinem ejus cum ea unitum.

33 Quæ verba cum illi audiſſent, in ma-
gno dolore cum lacrymis plangebant, quo-
niam finem illius imminere intelligebant. Et
rumor iſte in populum exivit, multoſque ad
E videndum eum excitavit, unde & ipſum audierunt, & ſe orationibus & ſanctitati ejus commendaverunt; quibus ipſe monita ſalutis & verba benedictionis dans, etiam filios ſuos & locum ſibi datum, eis commendabat, & ut hæc attentius cordibus ſuis infigerent, finem etiam ſuum adeſſe, eos non celabat. Tunc illi terminum vitæ ejus adeſſe audientes, lugubri voce plurimos gemitus dederunt, & quoad vixit, eum ſolito frequentius viſitabant. Unde autem finem ſuum ſciret, nemini aperuit, exceptis quibuſdam paucis & religioſis viris, qui fere omnia ſecreta ipſius noverant, quibus & dixerat, quod & angelica oſtenſione ei manifeſtatus ſit, & hoc ceteros celavit, qui cuncta opera ſua, ne laude perirent, quantum potuit, abſcondit.

Præfecto Fratribus ſuperiore,

34 Cumque per triginta annos in prædicto
monte Deo fideliter ſerviſſet, & fratribus ſuis
quæque neceſſaria præſentis vitæ ad plenum
ſubminiſtraſſet, plus labore quam ſenio jam
ſeſſus, ægrotare cœpit, quia vires corporis F
ejus omnino defecerant, & mox, convocatis omnibus fratribus, Patrem eis prænominavit, quem etiam, dum adhuc viveret, tunc primum ipſis perentibus, præfecit, cui & omnia, quæ ad eumdem locum pertinebant, commiſit; quoniam in ante tranſactis temporibus, Patrem ſe præponi recuſaverat, quia eumdem Sanctum in omnibus ut Patrem ſemper ſecuti fuerant. Sed & locum ſepulturæ ſuæ eis oſtendit, & ne in excellenti loco, ſed in humili umbraculo oratorii ſui, in quo Deo ſolitarius ſervierat, ipſum ſepelirent *d*, effuſis gemitibus *d*
& lacrymis rogabat. Quod illi ſe ita implere flendo in magnis doloribus promittebant. Dolentes quoque, omnia bona opera & doctrinam ejus, ſingillatim dinumerabant: ac amare plangendo, clamabant: Heu heu! quid erit de nobis, cum te defenſorem ac conſolatorem corporum & animarum noſtrarum perdemus *e*. Et quemadmodum ſitiens cervus fon- *e*
tes aquarum deſiderat, ſic & ipſi eum diutius habere deſiderabant, quod prius præ gaudio, quod cum eo frequenter habebant, cordibus ſuis infigere non poterant.

A Ex Ma. grandævus moritur, virtute suæ vitæ ultimo adore.

35 Denique ingravescente dolore, iterum convocatis fratribus, suum finem instare, ut potuit, eis innotuit; & post multos labores, post multasque tribulationes, octogesimo primo ætatis suæ anno, octavo Idus Julii, terminum vitæ præsentis accepit, Dominoque, cui fideliter servierat, spiritum illis adstantibus reddidit. Quo migrante, suavissimus odor balsami, & velut odor myrrhæ & thuris ac omnium aromatum, statim subsecutus est, ac plurima signa ibi facta sunt. Per totam autem provinciam illam fama citissime volabat, beatum Disibodum de hac vita migrasse, unde maxima multitudo hominum, ad exequias ejus properans, cupiebat & sepulturæ ejus interesse, & signa, quæ Deus ibi faciebat, videre. Suavissimus autem odor, qui eo migrante apparuerat, usque ad tricesimum migrationis ejus diem, circa sepulcrum ipsius durabat, in quibus etiam diebus homines septem, a malignis spiritibus obsessi, triginta quoque claudi multique cæci & surdi, atque alii quamplurimi, variis languoribus fatigati, sepulcrum ejus tangentes, per gratiam Dei veraciter sanati

B sunt.

Ecclesiæ miracula, ut præcipiunt, f

36 Et quoniam hæc signa multa erant, & quia homines temporis illius signa pro consuetudine habebant, cordibus suis insolentius infigebant *f*. At populus illa cernens, dicebac; Deus majora signa & plura miracula post mortem Beati hujus, quam eo vivente, nobis ostendit; quapropter etiam confidimus, quod per merita ipsius ab omnibus periculis nostris eruamur. Sed quia de his signis, quæ tunc ibi facta sunt, & quæ postmodum ibi per gratiam Dei in omnibus fiebant, multi plus & negligentius, quam debebant, gaudebant; idcirco Deus ea ad castigationem eorum subtrahebat. Spiritus enim sanctus non vult, ut homo, in miraculis, quæ ab ipso fiunt, glorietur: sed ut tremenda laude, illi soli, qui potestatem ea faciendi habet, gloria attribuatur. Deus quippe opera Sanctorum suorum ita distinguit, ut etiam creaturas constituit; sic videlicet, quod quibusdam bona opera & sanctitatem absque signis concedit, quibusdam autem bona opera, & etiam magna miracula

C attribuit, & aliis per gratiam suam dat, ut per bona exempla eorum multi ad eum convertantur: Quemadmodum etiam solem (in diem) & lunam ac sidera, in noctem in tempora discernit.

Quid supra reliquas creaturas

37 Totum quoque circulum orbis cum volatilibus & reptilibus, ceterisque animalibus crescentibus replevit, ita quod ille nullo modo in ulla necessitate vacuus est; unde & quælibet ad officia sua monet in monasterio illo, quod ad hominem pertinet: Una enim quæque creatura in genere suo multiplicatur, sicut Deus illi in prima constitutione præcepit: sed quæ irrationabilis est, homini ministrando succurrit, quoniam paterfamilias qui homo est, domum suam sine adjutorio & ministerio regere non potest: Deus autem solum hominem, ex rationabili & vivente anima vivere fecit; quapropter spiramen ipsius non deficit, sicut nec rami arboris deficiunt, quia Deus illi scientiam infudit, ita quod cogitando, quæ vult dictat, & quod in mente habet, quod postea clamanti voce, & rationabili verbo multiplicat, ut etiam folia in D arbore multiplicantur.

Scientia homini conferat,

38 Irrationabilis vero creatura scientiam rationabilitatis non habet, & ideo ventosa est, & præterit: homo autem rationabilis existens per scientiam utilitatem cognoscit, & illam diligit, ac eam ad se trahit, atque in eadem scientia quid malum, & quid nocivum sit, videt, & illud timet & fugit, ac se ab illo custodit, & in his duobus, timore scilicet & amore, quos in scientia boni & mali habet, se ubique regit, velut etiam avis cum duabus alis volat. Ipse namque solus ad imaginem & similitudinem Dei formatus est, quoniam Deus eum, ut secundum ipsum operaretur, creavit: unde ubi conscientia sua ad bonum se erigit, ibi per gratiam sancti (Spiritus) adjutorium sibi occurrit. In hac etenim distinctiona, ut prædictum est, Deus omnes creaturas posuit, & quia hominem ad imaginem & similitudinem suam fecit, ideo plenam scientiam illi præ omni mortali creatura dedit.

E Et quo cum merces maneat.

39 Et quoniam caro ipsius finem ac defectum habet, idcirco anima ejus bonum perficere non nisi ab illo, qui sine fine est, habere potest. Qui autem perseveraverint in bono usque in finem, hi in cælum ad Deum ascendunt, ibique cherubin omnia bona opera eorum ante thronum Dei dinumerat, & tunc etiam facies Dei illa, velut purissimum aurum, & velut pretiosissimos ac nobilissimos lapides, inspicit. Quapropter omnis cælestis harmonia canticum novum super illa decantat, & sic Spiritus sanctus in operibus Sanctorum nova semper facit. Sed qui in malo perseveraverint, hi perditos angelos imitantur, qui ob nequitiam suam a gloria cæli ceciderunt; & sic per squalidas vanitates mercedem æternæ vitæ amittunt.

Quam stulta malorum requitia,

40 Deus etenim homini plenam scientiam rationabilitatis, ut prædictum est, immisit, quoniam prævidit, & quod homo per illam diabolum superare posset, quia homo per bonam scientiam, malum, & per malam, bonum scit; & ideo victoriosissimo bello adversus eumdem antiquum hostem prælietur, quatenus F eum vincat, & ut locum, quem illa perdidit, possideat; quod nullatenus, nisi plenam sciantiam haberet, facere posset; quoniam quod homo cognoscendo scit, ab hoc se vix continere potest, quin per electionem se ad illud interdum vertat. Quod si obscuræ tenebræ in cor hominis ascenderint, ita quod homo in carna sua sapit, quod peccare potest; & si tunc peccatum elegerit, & in illo impœnitens perseveraverit, illi assimilabitur, qui a claritate luminis recessit, quatenus desideria tenebrosæ proprietatis suæ impleret; propter quod & gehennales pœnæ exortæ sunt,

Quæ contra bonorum studia.

41 Beatus autem sacare desiderat, quod in carne sua non sapit, & adjutorium a Spiritu sancto postulat, ut in speculum sanctitatis aspiciat. Et ut homo faciem suam in seculo, in quo tamen non est, considerat, & quod indignum ibi viderit, quantum potest emendat, sic Beatus per fidem bona opera operari hoc modo, ad confusionem diaboli, contra carnem suam desiderat; & quod caro ei non addicit, operatur; ac ita per

du-

A duriſſima & fortiſſima bella ſeipſum cum vo-
ex ms. luntatibus ſuis exſuperans, caritatem, quam perditi angeli habuerant, poſſidebit. Deus namque creaturas ita enniſtituit, quod homo opera ſua cum illis compleat; unde etiam quoſdam homines hoc modo imbuit, quod ſancta ædificia conſtruant, & quod ad ſerviendum Deo alios colligunt, quos tamen plurimas & varias viciſſitudines ipſe Deus multoties, ſecundum voluptates ſuas, permittit; quæ omnia tolerat: nec tamen ſtatim illis ultionem ſuam immittit. Ubi autem Spiritus ſanctus in ædificiis & in hominibus ædificat, etiamſi illi negligenter in peccatis vixerint, ſiquis ibi per contumaciam perverſitatis ſuæ deſtructionem fecerit, ignis Spiritus ſancti illum feſtinanter in zelo, & in judicio ſuo
g exurit g.

ANNOTATA.

B n *Ex his patet, nec monachum Ord. S. Benedicti, nec abbatem fuiſſe* S. Diſibodum, *quod ſupra etiam non ſemel monuimus.*

b *Hinc mirum videri non debet, ſi Rabanus ignoraverit, Epiſcopum fuiſſe.*

c *De his vide, quæ dicta ſunt in Commentario, §. 1.*

d *Horum verborum ſenſum ſic retulit jam dicta tabella æri inciſa*: In humili loco oratorii, ubi Deo ſolitarius ſervivi, ſepelite me.

e *Iſta autem ſic reddita ſunt*: O Pater! quid erit, cum te paſtorem perdemus?

f *Vult dicere, opinor, tam frequentia fuiſſe miracula, ne iis inſolentius exultarent homines, eaque ſenſim vilipenderent, ut ex ſequentibus ſatis colligitur.*

g *Quo vergat, aut quo hoc adductum fuerit longum iſtud parergum, fallor, ſiquis ſatis perſpiciat.*

CAPUT IV.

C *Monachorum diſperſio, reditus: ſacri corporis per S. Bonifacium translatio; ruina monaſterii, ejuſque caſus & viciſſitudines.*

Fratres Montis S. Diſibodi. HOc modo Spiritus ſanctus in præfato loco etiam operatus eſt, ubi beatus Diſibodus in bonis operibus Deo ſervierat; & ubi ipſe, ex hac vita migrans, felicem ſpiritum Domino reddiderat. Nam poſt tranſitum ejus, quibuſdam annis tranſactis, magna preſſura bellorum omnem prædictam provinciam occupavit: ita quod quidam, tyrannica rabie ſupervenientes, partes & terras Rhenn circumquaque contiguas, cum eadem provincia devaſtabant; quo horrore & timore habitantes in eis perterriti, quocumque poterant, fugerunt. Principes autem ſupradictæ provinciæ cum reliquo populo, præfatum Montem altum & inexpugnabilem ſcientes, cum multa feſtinatione, antequam ab hoſtibus occuparetur, nolentibus fratribus ibidem Deo famulantibus, ſuper eum fugerunt, ac firmis eum muris munientes, habitacula in eo fecerunt, confidentes, quod tam per merita beati Diſibodi, quam per munimenta ejuſdem montis, a prædicta crudeli tyrannide eruerentur. D ex ms.

43 Præ multitudine autem, & inquietudine hominum illorum, qui ipſum montem occupaverant, congregatio Fratrum, inibi Deo famulantium, in quiete manere, & Deo in rectitudine ſervire non valebant, & ideo conſilio & rogatu eorumdem Principum & hominum in longinquas regiones iidem fratres ſe diviſerunt (quia promittebant eis, quod poſt tribulationes & labores iſtos, honorifice eos reducerent) exceptis quibuſdam paucis & perfectis viris, qui ad tumbam beati Viri, videlicet Patroni ſui, ut eam in honore ſervarent, ſe contulerunt, qui etiam perfectionis erant tantæ, quod nec de ſeculo, nec de vita ſua quidquam curabant. Supradicta vero afflictio a, non per multa tempora annorum durabat, ſed provincia hæc a tyrannide incurſantium inimicorum per adjutorium Dei liberabatur. Quo facto, ii, qui eumdem montem occupaverant, pollicitationis ſuæ recordantes, timorem quoque Dei intuentes, Fratres ſupradictæ congregationis, ubicumque poterant, inveſtigabant, & eos cum magno honore reducebant, atque omnia, quæ ibi congeſſerant, & quæ ibi ædificaverant, cum majoribus facultatibus, amplioribuſque allodiis, quam prius illi habuiſſent, eis contulerunt. *ob motus bella alio migrantium.* a E

44 Unde factum eſt, quod ſecundum verba beati Diſibodi, quæ vivens prædixerat, noviſſima tempora eorum prioribus meliora & proſperiora poſt obitum ipſius, ac poſt tribulationes eorum fierent, quam prius fuiſſent; ita quod etiam ex longinquis regionibus quamplurimi, tam ſpirituales quam ſeculares, illo venirent, & conſilia ac auxilia, tam animarum quam corporum, ab eis peterent & acciperent. Sed Deus beatos homines iſtos, propter negligentias ſuas toties purgavit, quoties delinquebant; quemadmodum & tunc fecit, quando de ſignis & miraculis, quæ per merita prædicti Patris Sancti facta ſunt, plus & negligentius, quam deberent, gaudebant, unde & amodo tanta frequentatione non apparebant, ut prius apparere ſolebant. Ubi autem opera Spiritus ſancti videntur & cognoſcuntur, ſed tamen in oſtenſionem ducuntur, illic idem Spiritus ſanctus uſque ad noviſſimum quadrantem judiciali pœna eamdem offenſionem examinavit. *ſed poſtea bona reparavit.* F

45 Cumque ad ſepulcrum beati hujus Patris ſigna & miracula fieri ceſſaſſent, cum tamen poſteri ejus multis annis tranſitum ipſius ad Deum religioſe conſervarent, tandem illi cum ſuſpiriis intra ſe gementes, divino nutu recordati ſunt, quod peccatis ſuis exigentibus, Deus manum ſuam in prodigiis miraculorum ibi ſubtraxiſſet, & quod ea non niſi interdum, ob memoriam ejuſdem Sancti, oſtenderet: ſeque accuſantes, ad invicem dixerunt: Quid facimus in negligentia torpentes, quod hunc Sanctum Dei non veneramur, cum plurima miracula & bona propter merita ipſius fecerit nobis Deus? Itaque majores natu ejuſdem provinciæ & ſapientes quoſque adeuntes, *Patris ſui corpus per S. Bonifacium deportari curant.*

A ex ms. consilinmque ab eis accipientes, cum consensu & auctoritate Bonifacii, Moguntinæ sedis Antistitis, tempus & diem præfixerunt, quo ossa beati Disibodi elevarent, diemque hunc per omnem populum ejusdem terræ divulgarent. Et cum dies præfixus advenisset, multitudoque populi accurrisset, præsente præfato Antistite, sepulcrum sancti Viri adeuntes, cum magna veneratione ossa cineresque ejus sustulerunt, eaque de umbraculo oratorii, in quo tumulata fuerant, in monasterium, pene versus occidentem ejusdem montis constructum, cum hymnorum laudibus magnisque populorum vocibus, post plurimos migrationis ejus ad Dominum annos, transferebant, & in loco ad hoc præparato honorifice condebant.

Fiunt nova signa, & eundem locupletatur.

46 Sed Deus, qui occulta novit, iterum merita Sancti sui inibi manifestavit, ita quod in eodem die, interim dum hæc fiebant, quidam hydropicus aliique infirmi, diversa infirmitate gravati, curati sunt: & quod gravius, suaviſſimus odor, qui in transitu ejus apparuerat, tota die illa iterum mira fragrantia appareret: unde factum est, quod populus ejusdem provinciæ, diem annualem, quo hæc facta sunt, diemque migrationis ejus ad Dominum ad sepulcrum ejus venientes, cum magna veneratione precum & oblationum, deinceps frequentarent *b*. Fratres itaque supradictæ congregationis per plurimos annos in pace vivebant, & Deo beatoque Disibodo sine offensione in quiete serviebant: ita quod populus eos valde amabat, & beatificabat, & quod eis cum adjutorio & rebus suis ubique aderat; & propterea locupletes ac divites in multis facultatibus facti sunt.

B

b

Fama eorum monachos apud Carolum M. promovit.

47 Denique, plurimis curriculis plurimorum annorum & Regum transactis, maxima prælia cum provincialibus præfatæ regionis iterum exorta sunt. Quapropter majores natu cum Principibus ejusdem terræ Imperatorem, scilicet Carolum Magnum, qui eo tempore Romanum imperium susceperat, adeuntes, dixerunt; non decere, quod ii, qui spiritui & non carni, Deo & non mundo servire deberent, divitias & pompas seculi in superfluitate possiderent, velut illi facerent, qui in Monte sancti Disibodi essent, cum ipsi præliis & angustiis oppressi, divitias & facultates non haberent, unde regno servire, & sibi prodesse valerent. Quorum verba Imperator sapienter suscipiebat, sapienterque dissimulabat, dicens; quod ipse Fratribus illis, nec allodia, nec alias facultates, quas ipsis fideles contulissent, ulla ratione abstraheret. Quo responso accepto, illi ab incepta intentione se continebant.

C

quæ sibi alio Imperatore acta successum habuit.

48 Hoc itaque Imperatore defuncto, aliisque quamplurimis temporibus sibi succedentibus, item tyrannis crudelium bellorum exorta est, quæ tanta crudelitate invalescebat, quod etiam quædam civitates Rheno adjacentes, per easdem oppressiones dirutæ sunt. Quapropter nobiliores supradictæ provinciæ, qui erant de progenie prædictorum Principum Moguntinæ sedis Præsule sibi conjuncto, Imperatorem, qui eo tempore imperium tenebat, & ipsi adierunt, & supradictam querelam, acrius clamando, faciebant, dicentes; se nullam copiam facultatum habere, unde & imperio servire, & vitam suam defendere possent: Quoniam illi, qui in Monte S. Disibodi habitarent, allodia sua & parentum suorum possiderent; & se ignorare, unde hoc esset. Quibus idem Imperator auditis, assensum præbuit, ceterisque Principibus ac judicibus convocatis, quasi sub judicio, volens inquisivit, qua traditione & confirmatione tam longe & tam late possessiones allodiorum Fratribus collatæ fuissent.

D

ut bonis suis spoliatus, e monte abigantur;

49 Sed illi Imperatorem lotelligentes, & invidia malitiaque excæcati, multa falsa & injuste composita testimonia protuleruot, & prædictos Fratres, possessiones illas, quas plurimis temporibus sine querela possederant, injuste & absque imperiali sententia & concessione habere dicebant. Quapropter judicio judicum, injuste judicantium, imperiali sententia data, acceptaque ab eodem Imperatore licentia, supradictæ querelæ proclamatores, una cum præfato Pontifice, qui præcipuus invasionis hujus auctor erat, possessiones & allodia, quæ ad Mootem beati Disibodi spectabant, ejusdemque montis terminum, divina ultione annuente, crudeliſſima invasione & abstractione disturbant. Qua persecutione & incommoditate Fratres inibi habitantes perturbati & consternati, ac omnino denudati, bellorumque instantium horrore perterriti, eumdem montem, planctu magno ejulantes reliquerunt, atque ad alienа loca, quocumque poterant, se contulerunt.

E

eversis cellæ ædificiis,

50 Quibus abeuntibus, ne spem redeundi haberent, per præfatos invasores habitacula eorum etiam ad solum diruta sunt, excepto sanctificato loco, in quo ossa prædicti Sancti post translationem ipsius humata fuerant. Sed tamen oe idem locus divino officio penitus desolatus remaneret, qui auctores destructionis hujus fuerant, sacerdotem unum, qui populum in vicino habitantem regeret, ipsi præfecerunt, cui & victum & vestitum vix sufficienter, de beneficiis ad eumdem locum pertinentibus, designabant; sicque locus iste in hujusmodi desolatione diu permansit. Denique post multa curricula annorum, quidam pius & nobilis vir comesque præfatæ provinciæ, Liuthardus nomine, seculo quidem deditus, plurimis divitiis circumdatus, prædictum montem alcum & pulchrum desolatumque videns, per divinam gratiam compunctus, suspiravit, & propter gloriam sanctæ Trinitatis, & ob memoriam sancti Disibodi, tres sacerdotes ibidem Deo servire disponens, sufficientiam necessariorum præsentis vitæ ipsis de facultatibus suis instituit.

F

qua sententia restituta, canonici redeunt;

51 Sed & postea, aliis quibusdam annis revolutis, quidam Moguntinæ sedis Archiepiscopus, pius, humilis, contritusque corde, eumdem montem ascendens, genuaque sua ad tumbam beati Disibodi suppliciter inclinans, de possessionibus, eidem Sancto injuste ablatis, se magnum divitemque factum, vehementer indoluit, votumque Deo faciens, ad numerum duodecim Apostolorum Canonicos, ut ibidem Deo, Præfatoque Patrono die noctuque servirent, disposuit; quibus etiam de allodiis, ad eumdem locum pertinentibus, quantum potuit resignari fecit. Sicque purgatio divina paulatim flagella sua aliquantum retraxit; sed tamen hoc nondum ad plenum perfecerat. Itaque cum Spiritui sancto in

secreto

A ſecreto ſuo deinde placuiſſet, quemdam ad ſeculum prudentem virum, qui etiam Moguntinæ ſedi præerat, inſpiravit, eumque ſitire fecit, quatenus loeus, ſæpe prænominatus, fulgorem, quem in primo ortu ſuo ſuſceperat, reciperet. Hic namque ut prudens pater familias fecit, qui filios ſuos cum caritate ſubſtantiam ſuam diviſit; canonicos in ſupradicto monte manentes, ad alia loca ſibi convenienta benigne poſuit, atque religioſos viros, qui in magna diſciplina, ſecundum regulam beati Benedicti viverent, & in quibus omne bonum, ſancte vivendo, perficeretur, ibidem reſtituit.

Sed ad monachos dei mons redeamus.

52 Quo facto, eos in amplexione cordis ſui inſpexit, ut & in largitate beatus vir, elecmoſynas de ſubſtantia & de facultate, quas poſſidebat, ſecundum quod potuit, eis miniſtravit. Congregatio itaque hæc plurima flagella, tunc & poſtmodum, illic divina permiſſione patiebatur; ſicut & illi, qui prius ibidem

B erant, multoties paſſi ſunt, quemadmodum & nunc ibi in flagellis Dei multoties fit, & ut poſtmodum erit, cum eadem inibi habitantes promeruerint. Plurimæ autem ſtultæ fabulationes de omnibus prædictis cauſis per varietates multarum viciſſitudinum in populo diſcurrunt & narrantur, quæ Spiritus ſanctus non colligit; & ideo velut ſtipula diſſipantur: ſed hæc, quæ prolata ſunt, per Spiritum ſanctum, ad gloriam nominis ipſius ad memoriamque præſatu Patroni, atque ad caſtigationem audientium hominum, veraci revelatione manifeſtata ſunt: unde nec eis de prioribus opinionibus quidquam addendum eſt; ne verba illius, qui Eſt, in ſubſannationem duentur.

Quam vario Deus

53 Quapropter etiam conſiderandum eſt, quid Deus a primo homine huc uſque in hominibus operatus ſit. Cum enim Adam primum lapſus ſit, de paradiſo peregrinatus eſt; & quoniam ipſe per vilem creaturam ceciait, ideo

** An non offerri?*

etiam Deus creaturas ſibi offerre * volebat, quemadmodum infans primum lacte nutritur. Poſtquam autem filius Dei humanitatem induit, ſeipſum Patri ſacrificium obtulit, & os hominis ad cibum juſtitiæ aperuit; ſicut etiam puer paſcitur. Sed cum idem filius Dei

C cœlos aſcendit, igne Spiritus ſancti homines replevit, eoſque cum vitia & concupiſcentiis pugnare, & ſic ſeipſos Deo ſacrificium facere docuit: ita quod etiam ſecundum cœleſtem harmoniam vivere elegerunt, velut ſpiritales homines faciunt, qui ſe ipſos & mundum propter amorem Dei reliquerunt; & ut etiam alii boni homines facere ſtudent, qui in ardenti deſiderio ſecundum donum Spiritus ſancti, fortem continentiam aggrediuntur; quemadmodum homo in perfecta ætate per ſe ipſum eſtam capit.

In hominibus hoc operatur.

54 Sic Deus & hic fecit, quoniam vacillantem opinionem abſtulit, & veritatem fidualiter incedentem prodire juſſit. Idem itaque Deus iſtos, qui in prædicto loco manebant & manent, ut prædictum eſt, ſæpius purgavit, ſicut & alios quamplurimos ſæpius caſtigavit; ita tamen quod ex toto non deſeruit, quemadmodum filiis Iſrael fecit, qui cum bonum inceperunt, propter multas vanitates, quas deinde perpetrabant, plurimas perſecutiones paſſi ſunt, & qui etiam in malitioſo tempore requirentur, D & ſic per omnia non peribunt. Nunc autem ex ms. laus Deo ſit, qui contra antiquum ſerpentem ſemper præliatur, ita quod omnem rugam peccati, uſque ad conſummationem ſeculi purgavit, ubi & omnis conſtitutio fidelium ſuorum pleniter apparebit, in eam primum ordinavit: & tunc antiquus hoſtis ad plenum confunderur, quia nec ſibi, nec aliis prodeſſe, nec gloriam ulli dare poterit. Verba itaque hæc vera ſapientia protulit: ego autem paupercula, in lecto ægritudinis meæ jacendo, hæc omnia vidi & audivi, & ſcribere cœpi & finivi; ſed Deus poteſtatem habet, me in lecto erigere, ſi ſibi placuerit. Amen.

ANNOTATA.

a *De hac prima monachorum e monte ſuo migratione hic confuſe deſcripta, atque item de ſecutis aliis caſibus, in primo Commentarii paragrapho ſatis dictum eſt. Item de elevatione ſacri corporis per S. Bonifacium, aliiſque translationibus, ut hic fruſtra ſit plures annotationes congerere.* E

b *Expreſſe hic notat S. Hildegardis duplicem feſtivitatem; at quod mirere, ne quidem diem ſignat, quo prima iſta elevatio facta, ejuſque memoria celebrata fuerit.*

MIRACULA

Ex Paſſionali membraneo cœnobii Bodecenſis, Ordin. Canonic. Regular. S. Auguſtini, diœceſis Paderbonenſis.

IN viculo Studernhenſi erat quædam mulier, rebus admodum pauper, quæ unicam filiam delitioſe nutriverat, non opulentia rerum, ſed ſolito more matrum, quæ miſere amando, unicæ proli totum infigunt animum. Quæ cum hanc aſcenderet metam, uti ſubeſſe quæſiviſſet copulæ matrimonii, repentina clade perculſa F eſt infortunii, tantaque calamitoſæ podagræ afflicta eſt moleſtia, quatenus non ſolum pede claudicante, ſed natibus adhærente, nullatenus gradiendi uſu fungeretur, niſi baculi ſuppoſita furca ſuſtentaretur. Hoc ergo malum filiæ matrem nimio angebat dolore, tantaque amaritudinis anguſtata eſt miſeria, ut vix interdignoſceretur, quæ graviori pœna plecteretur. Nam hæc vulnera funeſtæ paſſionis tolerauter perpetitur; illa mucrone doloris interne ſævientis immoderanter exulceratur: ſed cum per aliquantum temporis hac quateretur procella meroris, tandem inito ſanæ mentis conſilio, ad beatiſſimi confeſſoris Chriſti Diſibodi tendunt aſylum; ibique uberrima fletus effuſione madefacientes pavimenta Sanctorum, præcipue expetunt ipſius meritis patrocinari, ut in portu optatæ ſalutis mererentur collocari. Conſummato vero precum libamine, ſub ipſo ſoporiferæ noctis acceſſu, domum redeunt remenſo tramite. Dein paupercula cœnula refocillatæ,

Senatur contracta ex podagra infirmitas.

ſolito

A ſolito more membra locavere quieti. Mox
ex ms. ubi ſopor irruit, quem ſubitanea vel deſidiæ vel amaritudinis mater calamitas pepererat: ecce Dei ſervus, candidiſſima ſtola laureatus, puellæ viſus eſt adſtitiſſe, ac primo locum doloris attrectare, & ad ultimum vincula inflictæ paſſionis enodare. Qua viſione expergefacta, matrem elanculo accerſivit, eamque deleneficis verbis alloquens, quid viderit, vel quemadmodum ſana facta ſit, diligenter expoſuit. Quis ergo excogitare poterit, quaota vel qualis lætitia exorta fuerit, cum filiam omni ægritudinis falce mater vidiſſet relevatam? Nempe æſtimo, per gaudium & exultationem mentis incidiſſe, acſi emortui corporis partes omnes ſpiritus denuo vivificans ſuppeditaſſet animandi. Igitur, inter ſpem metumque deſudans, inſipidæ menti ſtolida irrepſit occaſio; utrumne factum detegeret, an ſilentio taciturnitatis obumbraret. Nam ex uno timuit, mendacii argui, ex altero ſupplicium promereri. B Qua ſolicitudine ſuſpenſa, quid ageret, parum penſi habebat; nec enim retinendi viam ulla certa ratio demonſtrabat. Mane itaque facto, fama excuſſit ſilentium; nec ſolum per contiguas domos hic rumor perſonabat, verum etiam quaquaverſum per circuitum forenſes conventus multiplici gaudio repleverat, & quotquot audierant, Salvatoris clementiam in beati Confeſſoris & eximii Antiſtitis meritis laudabant.

& alia ex paralyſi: 2 Quædam puella paralyſis ita miſerabiliter erat contracta morbo, ut peoe nullo membrorum fungeretur officio; ſed tandem remanſerat rara facultas loquendi, oec non oculis tenuis ſcintilla videndi, ceteris nervis penitus enervatis, & humano uſui imparatis, ideoque quidquid naturalis uſus exigebat, hoc ſolers cura parentum ſuppeditare ſolebat: hioc parentes gravi ſolicitudine & triſtitia exulcerati, ignorabant, quid eſſent acturi. Tandem bonum, ut viſum eſt, incidit conſilium, expetenda eſſe ſuffragia Sanctorum, quorum patrociniis ſperabant, natam ab infirmitate poſſe relevari, & C priſtinæ ſoſpitati reſtitui. Nec mora; aſylum beati Diſibodi humillima devotione expetunt, filiam ſecum deferunt, juxta ejus ſepulcrum ponunt, minime dubitantes, ſperatam ſalutem, beati viri opitulantibus meritis, mox adfuturam, ſecundum Dei miſericordiam. Jam aliquantulum temporis proceſſit, & ſubito puella clamans, parentes vocavit, expandenſque manus in cœlum, conatur aſſurgere, receptiſque viribus in pedes conſtitit, & nutaoribus greſſibus, velut alienis plantis incedera ceotavit. Parantes autem, viſo miraculo, perfuſi ſunt imbre lacrymarum præ gaudio, magis ac magis exhilarati, quia natam firmatis greſſibus, ſoſpitate recepta, incedere viderant, quam membratim diſſolutam attulerant, inexplebiles omnipotenti Deo laudes perſonabant, in beati Diſibodi glorioſiſſimis meritis, cujus patrociniis conceſſum eſt, eos reportare manipulos exultationis. Quam poſtea incluſam uſque ad triginta annos vidimus, & inlolitam in ea abſtinentiam perſpeximus. Nam non ſolum a carne ſe abſtinuit, ſed nec micas panis ſciens in cibum aſſumere curavit. Si quis autem in cibos ejus, quibus alebatur, paululum farinulæ, cauſa probationis immiſcuit, non ſine gra- D vi dolore digerere potuit.

Item paralyſica alia: 3 Inter inſignia miraculorum, quæ ob beati Diſibodi merita operatus eſt Deus virtutum, occurrit & aliud huic miraculo, quod prælibavimus (ſimile,) aviditſimæ noſtræ & omnium fidelium commendandum memoriæ. In villa prope montem ſita, cui oomen eſt Berwitere, puella quædam dira paralyſis ægritudine tenebatur, ita omni membrorum compage diſſoluta, ut inutile cadaver eſſe putaretur: & quia omni ex parte præmortua, ſolo ſpiritu palpitabat, ſola diligentia amicorum neceſſaria providebat vitæ, cuique parentes longo labore fatigati, quæque neceſſaria ſtudioſe adminiſtrando, ad ultimum cœperunt langueſcere præ tædio; & malebant naturæ eam jam ceſſiſſe, quam tam miſerabiliter vitam duxiſſe, ne ipſi diutius fatigarentur hujuſmodi labore. Cumque diu contriſtarentur, quod eam nec vivere poſſe, integra ſanitate, nec mori certo fine cernebant, ad ſuffragia beati Diſibodi una cum E filia properabant, ibique mittentes cum fletibus ſemina precum, non ambigebant, ſe meſſuros exoptabile gaudium: illis vero ibidem parvo tempore commorantibus, ecce affuit optata ſalus, quæ puellam, longo dolore excruciatam, ab omni infirmitate relevavit, & nebulam triſtitiæ de cordibus parentum abſtraxit. Nimirum lingua diu conſtricta panditur; caliginoſi oculi clara luce ſerenantur, obduratæ aures recluduntur, enervatæ manus ſoſpitati reſtituuntur, pedes naturali greſſu ſolidantur, ſieque tota inofficioſitas membrorum, divinitus procurata, ad integram rediit ſanitatem per glorioſa ſancti Patris merita. Cognati vero puellæ & aſtans turba, videntes cadaver, quod attulerant imbecille, in naturalem maſſam mirabiliter reformatum, magnificas laudes reſonabant Regi cœlorum, ſine intermiſſione beati Viri merita venerantes, qui fecit eos redire lætiores.

Item mendicus cæcus curatus, 4 Vir quidam in præfata villa ontritus, & F eidem puellæ notus, duplici cauſa afflictus eſſe aſſeritur; penuria ſcilicet oeceſſariarum rerum, ſine quibus nec juſti aluntur, & invalitudine membrorum, quæ ſæpe ſert tolerantibus præmium, quia quem Dominus paterno affectu diligit, corripit, & caſtigat omnem filium, quem recipit. Hie audita fama virtutum beati Viri, non protelavit ſpatium morandi, ſed feſtinanter locum adiit, ingreſſuſque in templum, lacrymoſas preces profudit ad Dominum, & quod in voto & ſpe habuit, per patrocinia ſervi Dei impetravit. Eodem die, quoniam Paraſceve erat, non minima multitudo è vicinis agris convenerat, quæ ſolito more deſiderabat expiari ſordibus vitiorum per confeſſionem & pœnitentiam, ut in die ſancto Paſchæ mundior poſſet Euchariſtiam accipere. Is vero ut vidit populum ad ſalutandam Crucem humili devotione accedere, mox humi proſternitur, flexiſque genibus pro poſſe advolvitur, poſtulataque venia, regredi ſemipes diſponens, mox lignum popliti alligatum, cauſa facilius incedendi, decidit, &, inſpectante populo, ſoſpes apparuit.

& hydropica. 5 Inter reliquas beati Viri virtutes, quas operata eſt per ejus merita manus Domini, re-

dit

A dit ad memoriam res egregia, cunctis retro ſeculis admiranda ; & quia ipſi vidimus, colore taciturnitatis obducere, nefas eſſe exiſtimavimus, & ob hoc maxime, quia videtur ſatius fore geſta Sanctorum crebro rumioare, quam præguſtata cognitione, oblivione faſtidire. Redeunte natalis beati Patris noſtri Diſibodi celebri ſolennitate, confluxit ad diem feſtum, more ſolito, promiſcui ſexus maxima multitudo, ex remotis adjacentium provinciarum partibus, alii cauſa orationis, alii gratia recipiendæ ſanitatis vel cujuslibet negotiationis. Inter hæc agmina adducta eſt puella paupercula, quam hydropis morbus tam gravi afflixerat dolore, ut vix poſſet incedere. Sole autem ad occaſum vergente, incerta erat, quo diverteret, vel quem potiſſimum gratia humilitatis locum accederet, quia incolæ loci incogniti erant, & viciniores villæ longe diſtabant, ut ſi ſederet in animo eas expetere, forſitan obſtaret ardua via, & imbecillitas corporis, ac caligo opacæ noctis. Quid tamen ageret, ignorabat ; acce- D ex ms.
pto tamen animi conſilio juxta tumbam ſancti Patris accubitans, lacrymoſis precibus ejus patrocinia invitabar, talique intentione pernox manens in oratione, expectavit divinæ gratiam miſericordiæ. Mane itaque facto, convenit copioſa multitudo, quæ videns illam deformitate turgidi ventris depravatam, condoluit, & preces pro ea fundere non ceſſavit. Igitur non erat Deo deſpectabilis populi ſupplicatio, quam bene proſperavit ſervi Dei ſalutaria interceſſio. Nam inter ſacra Miſſarum ſolennia, intercutanea peſtis, velut ſumus evanuit abſque immunditia, & multis admirantibus ſoſpes exſtitit muliercula, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, cui eſt gloria in ſecula. Amen. *Hactenus manuſcriptum Bodecenſe, cui quod ſuperaddamus, nihil repertum eſt.*

B E

DE S. KILIANO EPISC. ET MARTYRE, COLOMANO SEU COLONATO ET TOTNANO EJUS SOCIIS.

HERBIPOLI IN FRANCONIA.

J.B.S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Herbipolis Patronus S. Kilianus, ejus nomen, patria, profeſſio, & martyrii ſocii.

Anno M.LXXXIX. DE S. Kiliano *rebuſque ad ejus vitam, geſta & martyrium ſpectantibus, præclare meritus eſt noſter Nicolaus Serarius*, vir eruditiſſimus, *inquit Canifius*, qui notis optimis S. Kilianum illuſtravit, *iis nempe hiſtoricis & dogmaticis, quas Vitæ Suvianæ, a ſe anno 1598. recuſæ, prolixe ſubjunxit. Ibi articulo 7. de Herbipolitana urbe fuſe diſputat, in ejus primordia, nomen & cauſam nominis diligentiſſime inquirens ; ſic tamen ut alias originationes præterierit, apud Mabilionem, ſeculo 3. Benedictino par. 2. pag. 719. notatas, ubi* Muſtopoli *præfertur* Praxipolis *&c. quæ pluribus diſcutere nec noſtrum, nec hujus loci eſt ; quidquid enim de his ſtatuant etymologiarum ſcrutatores*, Wirtziburgum, *ſeu* Wirziburgum, *aut* Wirceburgum, *quo modo & variis aliis antiquitus ſcriptum reperitur, vernacule* Wurtzburg, *hodie* Herbipolis *eſt, Franciæ orientalis, ſeu Francomæ civitas primaria, ad Mœnum fluvium, in perampla valle, ſum potius planitie ad montium radices ſita, ſub metropoli Moguntinacenſi : urbs ſane elegans, ut nobis quidem viſa eſt, quæ ſplendidius in dies accreſcere videtur, cuique ad latus ſiniſtrum arx, pura magnificum palatium imminet, Epiſcoporum S. R. J. Principum & Franciæ orientalis Ducum ſedes. Quæ omnia veritatem probant vaticinii S. Bonifacii apud Mabilonem, citato ſeculo pag. 904. ita prænuntiantis :* Felix eris Wirzpurch, & inter Germaniæ non ignobilis urbes ; & quamvis his temporibus quarumdam civitatum poſtrema habearis, tamen exornata corporibus Martyrum, inferior non haberis, *haud dubio pro* habeberis.

Herbipolis urvio nomine appellata, C

a *Hinc duo ſatis manifeſte patere videntur. Alterum, quod non ſolum* S. Kiliani, *ſed etiam Burchardi tempore, ignobile adhuc dum oppidum fuerit Herbipolis, at* corporibus Martyrum *poſtmodum* exornata, *mirum in modum accreverit ; ut non immerito quis poſſit aſſerere,* S. Kilianum *non uno titulo ibi venerandum ; videlicet & ut Herbipolenſem apoſtolum, & ut patronum, imo & quodammodo etiam ut urbis ipſius conditorem ; quemadmodum alibi de tot Germaniæ & Belgii civitatibus, ad Sanctorum tumulos accreſcentibus, & recentiſſime de S. Willibaldo Eyſtettenſi die præcedenti diximus. Gloriatur itaque ſancto ſuo apoſtolo, conditore, patrono & tutelari protectore* S. Kiliano *Herbipolis, eadem gratia, qua S. Willibaldo Eyſtadium, ut qui ambe civitatibus illis ſanctiſſimam Jeſu Chriſti fidem annuntiantes, e denſiſſima idololatriæ caligine, ad ſalutarem veritatis lucem adductis illis gentibus, ad ſacrorum corporum ſuorum ſepulturas, ſignis ſuis & miraculis æterna monumenta erigi curaverint. Et ea quidem Chriſtianæ religionis fundamenta Herbipoli jecit* S. Kilianus, *ſuoque ſanguine ſigillata conſtabilivit, qua poſtmodum in totam Franconiam ſe dilataverint, quæque in hodiernum uſque diem, hæreticis circumquaque fruſtra obſtrepentibus, feliciſſime ſuccreſcunt, ut recte demonſtrat Serarius. Hæc pauca, occaſione Sancti hic nobis delibanda fuerunt ; plura curioſorum oculis ſubjicies Topographia Meriani.* Patronus & conditor S. Kilianus,

F

3 S. Ki-

A AUCT. J. B. S.

3 S. Kiliani *nomen molliori & receptiori modo efformavimus, tametſi non ignoremus varias ejuſdem expreſſiones* Kyllena, Killena, Killinus, Killenus, Quillianus, Chillianus, Chilianus, Cilianus, Cælianus *& alias apud Serarium & alibi. At eorum omnium etymon repetendum a* Calice, *ut habent Acta interpolata apud Surium & Serarium, hic a nobis ex Cauſia integre edita; ubi Geilana dixiſſe fertur*, a calice Kiliane diceris, ſed valde amara pocula infundis: *& id genus alia, ad interpolatoris Egilwardi (de quo pluribus infra) cogitationem omnino amandanda ſunt: neque ea, quæ crudite adduxit Serarius, de vocibus Græcis in Germanam linguam translatis, umquam ſatis ſuadebunt, mulierem ea intellexiſſe aut pronuntiaſſe, quæ in majori iſta Legenda ei affinguntur. Veram plane autumo S. Hieronymi ſententiam, apud laudatum Serarium, quod* nemo in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli ſumat ex alia. *Anglicum* Kyl *& lex fruſtra ex Anglia accerſivit Serarius: rem promptius expedit curioſa obſervatio noſtri Henrici Fitzſimon in ſuo expanſo Sanctorum Hiberniæ Catalogo ad* S. Kiliani *nomen*. Kil, *inquit*, locorum in Hibernia prænomen, cellam ſignificans, quoties occurrit, toties Sancti nomen adjunctum habet. Nunc proclive eſt unicuique in patria locis ſuos dare patronos, & huic catalogo plurimos Sanctos. *Sitne hac vera nominis radix, neſcio: alius eſt* Chilianus *ſeu* Kilianus *Albiniaci in Artheſia ad* XIII. *Novemb. eſt* Kellenus XXVI. *Martii: ſunt* Kellum, Kellac *& alia hujuſmodi nomina, ſorte ad eamdem radicem ſpectantia. Similibus expendendis oleum & operam perdimus.*

Cauſa Scotus an Hibernus fuerit,

4 *Nec majoris momenti mihi viſa eſt quæſtio altera, a laudato Serario, notatione* 3. *operoſius diſcuſſa; utrumnam, Hibernuſne an Scotus fuerit* S. Kilianus; *cum de ea, toties recurrente controverſia, mentem meam ſatis aperte declaraverim ad Acta S. Rumoldi & S. Guthagoni* I. *&* III. *Julii, in tomo præcedenti & alibi. Vita antiquior & ſincerior, quam hic illuſtramus, diſerte de* S. Kiliano *pronuntiat*, quem Scottica tellus edidit, *nullum verbum faciens*, unde *ad inſulam magis, quam ad continentem Anglia ſpectare, ſatis tuto colligas; nec me certe movebit* Kil *Hibernorum, ut eorum catalogo Sanctum adjiciam, quamdiu certiora monumenta non producuntur, quæ ipſum inſulæ paulo clarius vendicent. Scio, Egilwardum Surianum, & ipſum quem nos ex Cauſia integrum recudimus, ita veteris Anonymi textui Hiberniam aſſuere, ut inde ortus intelligatur* S. Kilianus. *Audi interpolationum principium:* Scotia, quæ & Hibernia dicitur, inſula eſt maris Oceani, fœcunda quidem glebis, ſed ſanctiſſimis clarior viris; ex quibus Columbano gaudet Italia, Gallo ditatur Alemannia, Kiliano Teutonica nobilitatur Francia. *Diceres, non abſimilem orationem pra oculis habuiſſe Theodoricum, abbatem Trudonopolitanum, auctorem poſterioris Legendæ S. Rumoldi, dum in prologo ſuo in eamdem prope ſententiam locutus eſt.*

non eſt prætium diſputare

5 *At enim difficile eſt, interpolatores ſibi conſtare: expende ſodes, quæ Egilwardus, horum Actorum exornator, apud nos num.* 4. *ſubjungit: fallor, ni contradictionem, ſaltem inconſequentiam obſerves. Hæc ejus verba ſunt:* In vicinam Scotiæ Britanniam pervenit, *inquit*, quam non longa navigatione prætereriens, Gallias attigit. *Si per* Scotiam *ibi intelligatur* Hibernia, *ſcribere omnino debuit* in vicinam Britanniam trajecit, transfretavit *vel* navigavit, *aque ac immediate poſt*, non longa navigatione Gallias attigit. *Cur igitur de navigatione non meminit? Cur ſimpliciter ſcribit*, in vicinam Scotiæ Britanniam pervenit? *Vere dicitur vicinam eſſe Britannia Scotiam, non tam propriæ Hiberniam*, pervenire *autem ad navigationem non refertur. Verum & his diutius immoror, videantur apud Serarium ſcriptores ultro citroque citati; videantur Faſti Hibernici & Scotici: apud illos non ſatis exacta ſunt Kalendaria;* COLOMANNUS *majuſculis ſcribitur*, Kilianus *nonnumquam omittitur: apud hos, in Breviario Aberdonenſi inter Scotos diſertiſſime reponitur, uti & apud Dempſterium, Camerarium & in B. Mariani Actis* IX. *Februarii n.* 2. *pag.* 370. *nubem bi teſtium pro ſe afferunt, nec ſuis illi carent. Dixi & iterum repeto, me inter Scotos & Hibernos arbitrum ſedere prorſus non velle; lites ipſi ſuas dirimant, Tros Rutiluſve ſuat* S. Kilianus, *nullo diſcrimine habebo. Eu modo aliam diſceptationem.*

B C D E F

6 *Ordini ſuo Benedictino* S. Kilianum, *poſt Trithemium monaſtici certatim adſcripſerunt, adſcripſit & Mabillo, tametſi in Obſervationibus prævviis eandide fateatur*, dubium relinqui, an S. P. Benedicti inſtituta ſectatus ſit. *Mihi non minus dubium eſt, an umquam monachus fuerit, ſatente denuo Mabillone, ea omnia, quæ de monaſtica profeſſione afferuntur, mera eſſe interpolatoris additamenta, ubi prima & ſincera Vita auctor nec rimam aperit, unde colligas, aut monaſterium ingreſſum* S. Kilianum, *aut ei præfectum fuiſſe. Audi rurſus Mabillonem:* Kilianum fuiſſe monachum & abbatem (quod non diſerte auctor noſter) affirmat interpolator, & quidem Hiienſem, ſi Trithemio credimus. *Neutrum credu Trithemio, nec interpolatori; neque id ex ſinceri auctoris verbis uſpiam elicitur.* Congregatis, *inquit*, in unum ſuis ſociis atque diſcipulis .... aliis ſeptem illis adjunctis, cœpit eis perſuadere, propria contemnere, patriamque & parentes... relinquere & nudos ſequi Chriſtum .... Illi vero obtemperantes, firmiter coadunati, relictis omnibus, de propria perrexerunt patria. *Ego hic nec monachos nec abbatem olfacio, neque verba illa uſquam inſinuant, aut* S. Kilianum *aut ſocios tunc monaſticam cepiſſe, quod relictis omnibus Chriſtum nudi ſecuti ſint, dum ad miſſiones apoſtolicas ſeſe accingerent; ut magis veriſimile appareat, clericos omnes fuiſſe, quorum aliqui in Gallia aut in Belgio hæſerint, alii Sanctum in Franconiam ſint comitati, præſertim* Colomanus *&* Totnanus, *alii in alias fortaſſe partes, ad Evangelium proſeminandum ab ipſo* S. Kiliano *deſtinati.*

neque unus ſimile credimus, monachum fuiſſe.

Quot ſocios habuerit.

7 *Porro de* S. Kiliani *ſociis clara eſt Legendæ noſtræ ſententia, quatuor nominatim, ſed pro diverſis antigraphis diverſimode exprimentis, cum ſeptem anonymis. Acta paulo nitidiora ex codice noſtro Valcellenſi ſeu Moretiano, ſignant* Colmanum, Gallonem (*non* Gallum, *ut inde fortaſſe finxit interpolator Egilwardus*) Arnualem *&* Totnanum, *aliis* Donatum. *Sigebertus, Rhegino, aliique a Serario citati, plures addunt, vel ad pauciores contrahunt, & variis modis nomina inflectunt: aſt eorum nemo ſatis certo afferre potuit, omnes illos* S. Kilianum *in Franciam orientalem comitatos, quod ex Actis ipſis eruere apertuit, in quibus noti certe non ſunt* Adananus, Adelinus

& Wil-

A & Wilfridus, *qui forte* S. Kilioni *diſcipuli eſſe potuerint, ſed alibi miniſterio ſuo functi & defuncti. Acta reſtringuntur ad binos duntaxat & peregrinationis & martyrii ſocios, non ad tres, ut perperam legunt Wion, Dempſterus & alii. Wandelberto & Uſuardo ſolus* Cilianus *notus eſt. Rabanus, ut infra dicam pluribus,* duorum ſociorum ejus *meminit, ſed anonymorum; Notkerus* duorum diſcipulorum ejus, Colonati ſcilicet presbyteri & Totnani diaconi, *quæ ferme phraſis eſt Uſuardorum auctiorum, quos noſtra editio ſigillatim enumerat, ut ex demum concluſio a nobis eliciunda ſit, veros* S. Kiliani, *& in apoſtolatu Franconico & in ipſo martyrio ſocios fuiſſe ſolos* SS. Colonanum & Totnenum: *de aliis nihil certo ſciri, præterquam quod in nonnullis Martyrologiis hoc die referatur* Arnuolis, Arnwal, Erwaldus, *ſeu* Anualis; *procul dubio quia* S. Kilieno *ſocius in Actis additur, ea cauſa ad hunc diem remiſſus ex* XIX. *Januarii & XV. Februarii, cum tamen in Sanctorum Hibernorum æque ac Scotorum Catalogis & Kalendariis referatur* II. *Octobris, ut vide ſupra in indice Prætermiſſorum hujus diei.*

B

& cum quibus martyrium ſit paſſus.

8 *Sociorum iſtorum duorum nomina, quemadmodum & ipſius* S. Kiliani *varie formant & torquent codices Uſuardini & Martyrologi recentiores. Minime fortaſſe a vero abludit Roſweydianus, in Anglia auctus, dum legit,* Colmanni & Totmanni; *alii habent* Calani & Totmanni, *alii* Colonati & Tothnani, Colanani & Tornanani *&c. In aliqua Sigeberti editione invenit Surarius* Dolomanni & Tholmanni; *in noſtra Miræi eſt* Colomanni & Tolmanni. *Verum quocunque modo nomina iſta verteris, etiam in* Colonet & Tothnat, *iidem erunt bini illi & ſoli* S. Kilioni *ſocii, quos ei in titulo conjunximus, ut vere cum ipſo, in Franconiam primum, deinde Romam peregrinati, inde Herbipolim reduces, individui* S. Kiliani *in prædicando Evangelio comites, demum cum ipſo martyrio coronati, excluſis ſociis aliis quibuſcunque, Atque hæc Actis plane conformia ſunt, hæc firma & conſtans Herbipolenſium traditio; ſic ut in elevatione ſacrorum corporum, in tranſlationibus & perpetuo cultu Herbipoli Sanctis exhibito, tres ſemper duntaxat, neque plures uſque hodie manſerentur. Forte non male obſervavit Sigebertus ad anu.* 694. Kiliani Vuirziburgenſis epiſcopi diſcipulus Arnual in Gallia, Adamanus (*opinor* Adomnanus) abbas, Adhelmus & Wilfrid epiſcopi clarent in Anglia, *Synchronos* S. Kiliano *fuiſſe conſtat Sanctos iſtos, ſaltem dum accipitur Wilfridus ſenior; an diſcipuli fuerint, non diſputo. De epiſcopatu & quidem Wirziburgenſi, deque temporum aliquali ordine modo diſquirendum.*

C

§. II. S. Kiliani dignitas epiſcopalis; ratio temporum in apoſtolatu Franconico & martyrio.

Neoprimus Herbipolenſium,

IN *eo genere eſt Legenda noſtra ſincerior, ut characteres chronologicos non niſi difficillime ex ea educas; neque vero id etiam ſatis indicat, ubi & quomodo* S. Kilianus *dignitatem epiſcopalem conſecutus ſit. Ceterum ut certum ſuppono, Antiſtitem fuiſſe, non Herbipolenſem, ut poſt Sigebertum & alios multi perperam aſſeruere; cum ex mutuis Bonifacii, Præſulis Moguntini, & Zachariæ, Romani Pontificis epiſtolis conſtet, Burchardum primum fuiſſe urbis Wirtziburgenſis epiſcopum. Quippe Bonifacius, inquit Mabilo, acepta facultate origendi in Germania ſedes epiſcopales, unam inſtituit in caſtro Wirziburgo, quod Zachariæ ſignificat ep.* 130. *his verbis:* Neceſſe quoque habemus, indicare Poterniteti veſtræ, quio per Dei gratiam, Germaniæ populis aliquantulum percurſis vel correctis, tres ordinavimus Epiſcopos, & provinciam in tres parochias diſcrevimus: & illa tria oppida ſive urbes, in quibus conſtituti & ordinati ſunt, ſcriptis auctoritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus. Unam eſſe ſedem epiſcopatus decrevimus in caſtello, quod dicitur Wirziburg. *Id confirmat Zachariæ epiſtola ſua relata apud Otthlonum lib.* 0. *cap.* 2. *& brevius in Actis noſtris tom.* V. *Junii num.* 46. *pag.* 469. *ubi patet, Burchardum eidem eccleſiæ per Bonifacium præfectum fuiſſe. Ejus rei teſtem habes Zachariam ipſum in epiſtola ſua, quæ inter Bonifacianas eſt* 123. Dilectiſſimo nobis Burchardo, S. Eccleſiæ Wirtziburgenſia (*ſupple* electo) Zacharias Papa, *in qua* confirmat atque ſolidae permanere ſancit ſedes epiſcopales. *Plura ibidem adducit Mabilio, quæ rem hanc indubitatam reddunt, & ſi recte perpendas, quæ in contrarium adducere videtur Serarius not.* 22. *idem probat, nec quidquam amplius; primus Wirziburgenſis apoſtolus eſt* S. Kilianus, *primus ejus urbis prior epiſcopus S. Burchardus.*

D

AUCT. J. B. S.

E

10 *Perſtat interim aſſerta a nobis veritas, ex Actis ſincerioribus & perpetua Wirziburgenſi traditione ſtabilita, ad pontificiam dignitatem eveſtum* S. Kilianum, *presbyterum fuiſſe* S. Colomanum, *ſocium vero alterum* Totnenum diaconum; *cum hac ſolum differentia, quod Egilwardus Romæ ordinatum velit* S. Kilianum, *nos gradus omnes conſecutos exiſtimemus, priuſquam è patria proficiſcerentur. Fruſtra quæſieris, quo loco, quo tempore ordinatus, & cujus loci Epiſcopus fuerit; Acta ipſa utcunque explicam id, quod præcipue hic controverti poteſt. Ita ubi ſub ipſum principium legimus:* In eis (nempe litteris) tam perfecte profecit, ut exinde pontificale didiciſſet regere culmen. *Aus ego vehementer falſor, aut hic inſinuat auctor, oſtendiſſe reipſa Sanctum, cum Epiſcopus eſſet, ſe tali munere recte fungi noviſſe, ut non aliter verba intelligi poſſe videantur, quam de adepto jam tum* pontificali munere. *Mitto commenta Egilwardi, ubi* S. Kiliani *monachatum & monachorum præfecturam adſtruit. Ego in Actis nuſquam veſtigium reperio, ex quo calligas, extra patriam eum Epiſcopum conſecratum fuiſſe; & quidem num.* 3. *Romam primum appulſus, diſertiſſime appellatur* Pontifex, *priuſquam Papam Romanum Conomen convenisſet. Appoſite ſe cogitare putavit interpolator, ſi in Hibernia ex monacho abbatem faciens, gradatim eum in monaſterio promoveret; tum vero Romam profectum, num.* 6. *ait,* conſenſu totius Urbis, beatiſſimum Virum, in præſulatua officio conſtitutum, quo & Chriſma conficere, & eccleſias dedicare, & ſacros Ordines conferre irreprehenſibiliter voleret.

ſed vere Epiſcopus apoſtolicus fuit.

F

11 *Equidem non dubito, quin Egilwardus, hæc ita exornans, ad ea reſpexerit, quæ antea facta fuerant, aut certe facta ipſe exiſtimavit, Burchardum ipſum erronee tradens Romæ ordinatum fuiſſe. Pridem faſſus ſum & in Commentario*

in ipſa ſua patria, non Romæ ordinatus.

A AUCT. J. B. S.

3 S. Kiliani *nomen melliori & receptiori modo efformavimus, tametſi non ignoremus varias ejuſdem expreſſiones* Kyllena, Killena, Killinus, Killenus, Quillianus, Chillianus, Chilianus, Cilianus, Cælianus *& alias apud Serarium & alibi. At eorum omnium etymon repetendum a* Calice, *ut habent Acta interpolata apud Surium & Serarium, hic a nobis ex Canſio integre edita; ubi Goilana dixiſſe fertur*, a calice Kiliane diceris, ſed valde amara pocula infundis: *& id genus alia, ad interpolatoris Egilwardi (de quo pluribus infra) cogitationem omnino amandanda ſunt: neque ea, quæ erudite adducit Serarius, de vocibus Gracis in Germanam linguam translatis, unquam ſatis ſuadebunt, mulierem ea intellexiſſe aut pronunciaſſe, quæ in majori iſta Legenda ei affinguntur. Veram plane autumo S. Hieronymi ſententiam, apud laudatum Serarium, quod* nemo in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli lumat ex alia. *Anglicum* Kyl *&* lex *fruſtra ex Anglia accerſivit Serarius: rem promptius expedit curioſa obſervatio noſtri Henrici Fitzſimon in ſuo expanſo Sanctorum Hiberniæ Catalogo ad* S. Kiliani *nomen*. Kil, *inquit*, locorum in Hibernia prænomen, cellam ſignificans, quoties occurrit, toties Sancti nomen adjunctum habet. Nunc proclive eſt unicuique in patria locis ſuos dare patronos, & huic catalogo plurimos Sanctos. *Sitne hæc vera nominis radix, neſcio: alius eſt* Chilianus *ſeu* Kilianus *Albiniaci in Arteſia ad* XIII. *Novemb. eſt* Kellenus XXVI. *Martii: ſunt* Kellum, Kellac *& alia hujuſmodi nomina, forte ad eamdem radicem ſpectantia. Similibus expendendis oleum & operam perdimus.*

cujus nominis varia efformatio & etymologia.

B

4 *Nec majoris momenti mihi viſa eſt quæſtio altera, a laudato Serario, notatione* 3. *operoſius diſcuſſa; nimirum, Hibernuſne an Scotus fuerit* S. Kilianus; *cum de ea, toties recurrente controverſia, mentem meam ſatis aperte declaraverim ad Acta S. Rumoldi & S. Guthagoni* I. *&* III. *Julii, in tomo præcedenti & alibi. Vita antiquior & ſincerior, quam hic illuſtramus, diſerte de* S. Kiliano *pronuntiat*, quem Scottica tellus edidit, *nullum verbum faciens, unde ad inſulam magis, quam ad continentem Anglia ſpectare, ſatis tuto colligas; nec me certe movebit* Kil *Hibernorum, ut eorum catalogo Sanctum adjiciam, quamdiu certiora monumenta non producuntur, quæ ipſum inſula paulo clarius vendicent. Scio, Egilwardum Surianum, & ipſum quem nos ex Canſio integrum recudimus, ita veteris Anonymi textui Hiberniam aſſuere, ut inde ortus intelligatur* S. Kilianus. *Audi interpolationum principium:* Scotia, quæ & Hibernia dicitur, inſula eſt maris Oceani, fœcunda quidem glebis, ſed ſanctiſſimis clarinr viris; ex quibus Columbano gaudet Italia, Galln ditatur Alemannia, Kiliano Teutnica nobilitatur Francia. *Diceres, non abſimilem orationem præ oculis habuiſſe Theodoricum, abbatem Trudonopolitanum, auctorem poſterioris Legendæ S. Rumoldi, dum in prologo ſuo in eamdem prope ſententiam locutus eſt.*

Scotus Scotus an Hibernus fuerit,

C

5 *At enim difficile eſt, interpolatores ſibi conſtare: expende ſodes, quæ Egilwardus, horum Actorum exornator, apud nos num.* 4. *ſubjungit: fallor, ni contradictionem, ſaltem inconſequentiam obſerves. Hæc ejus verba ſunt:* In vicinam Scotiæ Britanniam pervenit, *inquit*, quam non Inga navigatinne præteriens, Gallias attigit. *Si per* Scotiam *ibi intelligatur* Hibernia, *ſcribere omnino debuit* in vicinam Britanniam trajecit, transfretavit *vel* navigavit, *æque ac immediate poſt*, non Inga navigatione Gallias attigit. *Cur igitur de navigatione non meminit? Cur ſimpliciter ſcribit*, in vicinam Scotiæ Britanniam pervenit? *Vere dicitur vicinam eſſe Britanniæ Scotiam, non tam propriæ Hiberniam*, pervenire *autem ad navigationem non refertur. Verum & his dictus immoror, videantur apud Serarium ſcriptores ultro citroque citati; videantur Faſti Hibernici & Scotici: apud illos non ſatis exacta ſunt Kalendaria;* COLOMANNUS *majuſculis ſcribitur*, Kilianus *nonnumquam omittitur: apud hos, in Breviario Aberdonenſi inter Scotos diſertiſſime reponitur, uti & apud Dempſterium, Camerarium & in B. Marianis Actis* IX. *Februarii n.* 21. *pag.* 370. *nubem hi teſtium pro ſe afferunt, nec ſuis illi carent. Dixi & iterum repeto, me inter Scotos & Hibernos arbitrum ſedere prorſus non velle; lites ipſi ſuas dirimant, Tros Rutilusve ſuas* S. Kilianus, *nullo diſcrimine habebo. En modo aliam diſceptationem.*

D

E

6 *Ordini ſuo Benedictino* S. Kilianum, *poſt Tritbemium monaſtici certatim adſcripſerunt, adſcripſit & Mabilio, tametſi in Obſervationibus prævviis candide fateatur*, dubium relinqui, an S. P. Benedicti inſtituta ſectatus ſit. *Mihi non minus dubium eſt, an unquam monachus fuerit, ſatente denuo Mabilione, ea omnia, quæ de monaſtica profeſſione afferuntur, mera eſſe interpolatoris additamenta, ubi prima & ſinceræ Vitæ auctor nec rimam aperit, unde colligas, aut monaſterium ingreſſum* S. Kilianum, *aut ei præfectum fuiſſe. Audi rurſus Mabilionem:* Kilianum fuiſſe monachum & abbatem (quod non diſerte auctor noſter) affirmat interpolatur, & quidem Hienſem, ſi Trithemin credimus. *Neutrum credo Trithemio, nec interpolatori; neque id ex ſinceri auctoris verbis uſpiam elicitur.* Congregatis, *inquit*, in unum ſuis ſociis atque diſcipulis .... aliis ſeptem illis adjunctis, cœpit eis perſuadere, propria contemnere, patriamque & parentes... relinquere & nudos ſequi Chriſtum .... Illi vero obtemperantes, firmiter coadunati, relictis nmnibus, de propria perrexerunt patria. *Ego hic nec monachos nec abbatem olfacio, neque verba illa uſquam inſinuant, aut* S. Kilianum *aut ſocios tunc monaſticam cepiſſe, quod relictis omnibus Chriſtum nudi ſecuti ſint, dum ad miſſiones apoſtolicas ſeſe accingerent; ut magis veriſimile appareat, clericos omnes fuiſſe, quorum aliqui in Gallia aut in Belgio baſerint, alii Sanctum in Franconiam ſint comitati, præſertim* Colmanus *&* Totnanus, *alii in alias fortaſſe partes, ad Evangelium proſeminandum ab ipſo* S. Kiliano *deſtinati.*

aequo vero familiæ credamus, monachum fuiſſe.

F

Quæ ſecta habuerit,

7 *Porro de* S. Kiliani *ſociis clara eſt Legendæ noſtræ ſententia, quatuor nominatim, ſed pro diverſis antigraphis diverſimodo exprimentis, cum ſeptem anonymis. Acta paulo nitidiora ex codice noſtro Valcellenſi ſeu Moretiano, figunt* Colmanum, Gallonem (*non* Gallum, *ut inde fortaſſe finxit interpolator Egilwardus*) Arnuulem & Tutnanum, *aliis* Donatum. *Sigebertus, Rbegino, aliique a Serario citati, plures addunt, vel ad pauciores contrahunt, & variis modis nomina inflectunt: aſt eorum nemo ſatis certo aſſerere potuit, omnes illos* S. Kilianum *in Franciam orientalem comitatos, quod ex Actis ipſis eruere oportuit, in quibus noti certe non ſunt* Adananus, Adelinus & Wil-

ante eſt præpotum deſignatus.

A & Wilfridus, *qui forte S. Kiliani diſcipuli eſſe potuerunt, ſed alibi miniſterio ſuo functi & defuncti. Acta reſtringuntur ad binos dumtaxat & peregrinationis & martyrii ſocios, non ad tres, ut perperam legunt Wion, Dempſterus & alii. Wandelberto & Uſuardo ſolus* Cilianus *notus eſt. Rabanus, ut infra dicam pluribus,* duorum ſociorum ejus *meminit, ſed anonymorum; Notkeus* duorum diſcipulorum ejus, Colonati ſcilicet presbyteri & Totnani diaconi, *quæ ferme phraſis eſt Uſuardorum auctiorum, quos noſtra edito ſigillatim enumerat, ut ea demum concluſio a nobis elicienda ſit, veros S. Kiliani, & in apoſtolatu Franconico & in ipſo martyrio ſocios fuiſſe ſolos* SS. Colomanum & Totnanum: *de aliis nihil certo ſciri, præterquam quod in nonnullis Martyrologiis hoc die referatur* Arnualis, Arnwal, Erwaldus, *ſeu* Anualis; *procul dubio quia* S. Kiliano *ſocius in Actis additur, ea cauſa ad hunc diem remiſſus ex* XIX. *Januarii &* XV. *Februarii, cum tamen in Sanctorum Hiberniorum æque ac Scoterum Catalogis & Kalendariis refe-*
B *catur* II. *Octobris, ut vide ſupra in indice Prætermiſſorum hujus diei.*

& cum quibus martyrium ſit paſſus.

8 *Sociorum iſtorum duorum nomina, quemadmodum & ipſius* S. Kiliani *varie formant & torquent codices Uſuardini & Martyrologi recentiores. Minime fortaſſe a vero abluſit Roſweydinus, in Anglia auctus, dum legit,* Colmanni & Totmanni; *alii habent* Calani & Totmanni, *alii* Colonati & Totmani, Colanani & Tornanani *&c. In aliqua Sigeberti editione invenit Serarius* Dolomanni & Tholmanni; *in noſtra Mirai eſt* Colomanni & Tolmanni. *Verum quocumque modo nomina iſta verteris, etiam in* Colonat & Totmat, *iidem erunt bini illi & ſoli* S. Kiliani *ſocii, quos ni in titulo conjunximus, ut vere cum ipſo, in Franconiam primum, deinde Romam peregrinati, inde Herbipolim reduces, individui* S. Kiliani *in prædicando Evangelio comites, demum cum ipſo martyrio coronati, excluſis ſocius aliis quibuſcumque. Atque hæc Actis plane conformia*
C *ſunt, hæc firma & conſtans Herbipolenſium traditio; ſic ut in elevatione ſacrorum corporum, in translationibus & perpetuo cultu Herbipoli Sanctis exhibito, tres ſemper dumtaxat, neque plures uſque hodie memorentur. Forte non male obſervavit Sigebertus ad ann.* 694. Kiliani Vuirziburgenſis epiſcopi diſcipulus Arnual in Gallia, Adamanus (*opinor* Adamnanus) abbas, Adhelmus & Wilfrid epiſcopi clarent in Anglia, *Synchronos* S. Kiliano *fuiſſe conſtat Sanctos iſtos, ſaltem dum accipitur Wilfridus ſenior; an diſcipuli fuerint, non diſputo. De epiſcopatu & quidem Wirziburgenſi, deque temporum aliquali ordine modo diſquirendum.*

§. II. S. Kiliani dignitas epiſcopalis; ratio temporum in apoſtolatu Franconico & martyrio.

Non primus Herbipolenſium,

IN *eo genere eſt Legenda noſtra ſincerior, ut characteres chronologicos non niſi difficillime ex ea educas; neque vero id etiam ſatis indicat, ubi & quomodo* S. Kilianus *dignitatem epiſcopalem conſecutus ſit. Ceterum ut certum ſuppono, Antiſtitem fuiſſe, non Herbipolenſem, ut poſt Sigebertum & alios multi perperam aſſeruere; cum ex mutuis Bonifacii, Pœſulis Moguntini, & Zachariæ, Romani Pontificis epiſtolis conſtet, Burchardum primum fuiſſe urbis Wirziburgenſis epiſcopum. Quippe Bonifacius, inquit Mabilio, accepta facultate erigendi in Germania ſedes epiſcopales, unam inſtituit in caſtro Wirziburgo, quod Zacharia ſignificat ep.* 132. *his verbis:* Neceſſe quoque habemus, indicare Paternitati veſtræ, quia per Dei gratiam, Germaniæ populis aliquantulum percurſis vel correctis, tres ordinavimus Epiſcopos, & provinciam in tres parochias diſcrevimus: & illa tria oppida ſive urbes, in quibus conſtituti & ordinati ſunt, ſcriptis auctoritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus. Unam eſſe ſedem epiſcopatus decrevimus in caſtello, quod dicitur Wirziburg. *Id confirmat Zacharias epiſtola ſua edita apud Oſtblenum lib.* 2. *cap.* 2. *& brevius in Actis noſtris tom.* V. *Junii num.* 46. *pag.* 469. *ubi patet, Burchardum eidem eccleſiæ per Bonifacium præfectum fuiſſe. Ejus rei teſtem habes Zachariam ipſum in epiſtola ſua, quæ inter Bonifacianas eſt* 133. Dilectiſſimo nobis Burchardo, S. Eccleſiæ Wirziburgenſis (*ſupple* electo) Zacharias Papa, *in qua* confirmat atque ſolidas permanere ſancit ſedes epiſcopales. *Plura ibidem adducit Mabilio, quæ eum hanc indubitatam reddunt, & ſi eccle perpendas, quæ in contrarium adducere videtur Serarius nov.* 22. *idem probat, nec quidquam amplius; primus Wirziburgenſis apoſtolus eſt* S. Kilianus, *primus ejus urbis proprius epiſcopus S. Burchardus.*

10 *Perſtat interim aſſerta a nobis veritas, ex Actis ſincerioribus & perpetua Wirziburgenſi traditione ſtabilita, ad pontificiam dignitatem evectum* S. Kilianum, *presbyterum fuiſſe* S. Colomanum, *ſocium vero alterum* Totnanum diaconum; *cum hac ſolum differentia, quod Egilwardus Romæ ordinatum velit* S. Kilianum, *nos gradus omnes conſecutos exiſtimemus, priuſquam è patria proficiſceretur.* Fruſtra quæſieris, *quo loco, quo tempore ordinatus, & cujus loci Epiſcopus fuerit; Acta ipſa utcumque explicant id, quod præcipue hic controverti poteſt. Ita ibi ſub ipſum principium legimus:* In eis (*nempe* litteris) tam perfecte profecit, ut exinde pontificale didiciſſet regere culmen. *Aut ego vehementer fallor, aut hic inſinuat auctor, oſtendiſſe reipſa Sanctum, cum Epiſcopus eſſet, ſe tali munere recte fungi novuiſſe, ut non aliter verba intelligi poſſe videantur, quam de adepto jam tum* pontificali munere. *Mitto commenta Egilwardi, ubi* S. Kiliani *monachatum & monachorum præfecturam adſtruit. Ego in Actis unſquam veſtigium repeio, ex quo colligas, extra patriam eum Epiſcopum conſecratum fuiſſe; & quidem num.* 3. *Romam primum appulſus, diſertiſſime appellatur* Pontifex, *priuſquam Papam Romanum Cononem conveniſſet. Appoſite ſe cogitare putavit interpolator, ſi in Hibernia ex monacho abbatem faciens, gradatim eum in monaſterio promoveret; tum vero Romam profectum, num.* 6. *ait,* conſenſu totius Urbis, beatiſſimum Virum, in præſulatus officio conſtitutum, quo & Chriſma conficere, & eccleſias dedicare, & ſacros Ordines conferre irreprehenſibiliter valeret.

ſed vere Epiſcopus apoſtolicus fuit.

11 *Equidem non dubito, quin Egilwardus hæc ita exornans, ad ea reſpexerit, quæ antea facta fuerant, aut certe facta ipſe exiſtimavit, Burchardum ipſum erronee tradens Romæ ordinatum fuiſſe. Pridem faſſus ſum & in Commentario*

in ipſa ſua patria, non Romæ ordinatus.

D Auct. J. B. S.

E

F

A AUCT. J. B. S. *ad S. Rumoldum oſtendi, ſatis receptum fuiſſe Anglis, Scotis & Hibernis ad Limina proficiſci, ut ſi minus epiſcopali dignitate, ſaltem benedictione Apoſtolica donati, in varias orbis partes, Evangelium prædicaturi deſtinarentur, quod de Winfrido, Bonifacio, Willibrordo, Clemente, & aliis Egilwardi ætate tam notum erat, ut non tantopere mirandum ſit, ſi id ipſum de S. Kiliano bona fide ſuppoſueris. At enim ſi, ut oportet, preſſe inſiſtimus vetuſtioribus & ſincerioribus Actis, alia prorſus via ineunda eſt, qualem ſtravimus in jam dicto Commentario ad Acta S. Rumoldi paragrapho 7. num. 80. ubi ſatis clare demonſtratum eſt, moris olim fuiſſe in Britannicis partibus, multos ordinare Epiſcopos, tum qui in patria laboribus Evangelicis inſudarent, tum qui relicto ſolo paterno, in Galliam, Belgium & Germaniam verbum Dei diſpenſaturi procederent, ut habes citato §. num. 79. pro ſolo Belgio Epiſcopos plures, quorum fortaſſe nullus Romæ conſecratus eſt. Eorum*

B *numero accenſere liceat S. Kilianum, vere Epiſcopum, ſed regionarium & nulli ſedi additum, ſeu Epiſcopum apoſtolicum, atque totius Franconiæ, ſaltem Herbipolenſium primum fidei doctorem & apoſtolum. Ita equidem rem componendam exiſtimo, rejectis & expunctis iis, quæ primis & ſinceriſibus Actis pro interpolatoris ingenio & arbitrio aſſuta ſunt,*

Epochæ ætas ex Cononis PP. temporibus colligitur,

12 S. Kiliani *anni natalis epocha, reliqua ætatis curſus & rerum ab eo geſtarum ſeries, non niſi conjecturaliter ordinari poteſt, Franconiæ Dux, vel, ut alii, Judex Gozbertus, ſolis hiſce Actis cognitus, ad illuſtrandam chronologiam nihil penitus confert; ſolus & unicus apparet character in temporibus Romanorum Pontificum* Joannis & Cononis; *nam de Benedicto, utriuſque deceſſore, Acta nec genuina nec interpolata meminerunt, ut eorum, qui ita ſcripſerunt, errorem merito redarguat Serarius notatione 8. oſtendens, eum Sigeberto perperam adſcriptum fuiſſe. Actorum noſtrorum verba ſunt num. 2.* Eamus Romam & viſitemus limina Principis ſanctorum Apoſtolorum & præſentemus nos obtutibus beati Papæ Joannis. *Erat hic Joannes V. qui pontificatum tenuit a* XXII. *Julii anni 685. ad diem* 11. *Auguſti 686. qua temporis intercapedine omnino ſtatuendum eſt,*

C S. Kilianum *& ſocios e Franconia Romam profectos ſub finem æſtatis prædicti anni 686. que pervenerint, cum conſecratus eſſet Joannis, jam defuncti, ſucceſſor Conon, a quo* prædictus pontifex Kilianus amabiliter & honorabiliter ſuſceptus eſt: *accepta autem* licentia & poteſtate prædicandi & docendi, *inde ad miſſionem ſuam, eodem anno 686. promptus & alacer redierit, atque annis circiter tribus apoſtolicis laboribus perfunctus, martyrio coronatus fuerit hac die* VIII. *Julii anno 689. ut notant Serarius, Mabilio, Caſtellanus & alii, nulla tamen addicta calculi ſui certa probatione, quæ ferme in ſola Herbipolenſium ſententia & in epitaphio, infra allegando, fundatur.*

annus Martyrii ac brevitas apoſtolatus i

13 *Et vero alia ejus rei argumenta proferre, haud ita pervium eſt: ex Actis colligitur, non longam fuiſſe* S. Kiliani *apud Herbipolenſes prædicationem, ut merito rejiciatur epocha Werneri apud Serarium, citata notatione 8. ſignantis annum 694. & multo magis Sigeberti, martyrium Sanctorum noſtrorum innectentis anno 697. que fieret, ut annis ferme undecim convertendis Francis infudaſſent, ubi pauciſſimis memoratis Actis, converſo & baptizato Gozberto, populum* D *omnem, qui ſub poteſtate ejus erat, in eadem mox fide confirmatum: miſſo autem per Gozbertum uxori ſuæ Geilanæ repudio, hæc die noctuque cogitabat, quomodo Sanctos diſperdere potuiſſet. Nec ſane mora longa interpoſita videtur; invenit ferox mulier impium conſilii ſui adminiſtrum, qui præcepta ejus* complevit, Sanctoſque *in Dei laudibus unanimiter conſiſtentes.... enſe acuto jugularet, prout* omnes pariter capitibus truncati ſunt. *Porro hæc omnia in ſæpe dictis Actis ita narrantur, ut duorum annorum ſpatio facillime agi & perpetrari potuerint; ut proinde præfatæ virorum eruditorum opinioni libenter accedam, quod* S. Kilianus *anno ille 689. cum duobus ſuis ſociis martyrio coronatus ſit. Atque hæc eſt, ut jam dicebam, Herbipolenſium conſtans traditio, in epitaphio apud Serarium pag. 61. conſignata:*

Annis ſexcentis octogeniſque novenis
Iſtic Kyllenam ſcimus ſmitia prope venam,
Et Colonatum necnon Tothnanque beatum
Ob Salvatorem proprium ſudiſſe cruorem. E
Hinc fuit, eſt & erit ſalus illi, qui pie quærit;
Eſt cæcus, mutus, claudus, ſurduſque ſolutus.

non item ex epitaphio Herbipolenſi.

14 *Aſt enim, quod bona Herbipolenſium venia dictum ſit, non magna eſt hujus epitaphii nec fides, nec auctoritas: eum enim in duabus ſequentibus epochis, ex Egilwardi opinione acceptis, patenter exerret, ut demonſtravit Mabilio, nil mirum eſſet, ſi hæc fallaret. Sic habent ſequentes totius epitaphii verſus:*

Septingenteſimo quinquageſimoque ſecundo,
A Bonifacio, Burckardo conſociato,
Hi ſunt ſublati, rite quoque cannizati:
Hos pete devote, qui ſint oramine pro te.
Septingenteſimo nonageſimo quoque primo
Burckardus moritur, corpuſque ſuum ſepelitur,
Juxta Sanctorum tumulum, ſeu ſcribitur,
hnrum,
Per Megengaudum ſucceſſorem reverendum.

Ibi elevatio ſacrorum corporum ad ann. 752. & conſequenter S. Burchardi ordinatio ad ann. 751. dilata, obitus vero ejus ad 791. protractus, errores ſunt ex Egilwardi penu deducti; nam Burchardus æque ac Willibaldus, ut die præcedenti oſtendimus, Epiſcopi erant ante ſynodum Germanicam, habitam anno 742. Et id quidem vidit hoc loco Serarius, ſcrupum vocans, quem non ſatis aperte anſus eſt ſolvere. Vidit & alium ſcrupum in annis epiſcopatus Burchardi, qui annis ut minimum 50. ſedem tenere debuerit, ſi ad annum 791. ſuperſtes fuit: quæ omnia recte refellit Mabilio, & nos pluribus loco ſuo proſequemur ad XIV. *Octobris. Hæc cum ex mendoſis Egilwardi calculis profecta ſint, potuit etiam male conſignari annus martyrii* S. Kiliani; *verum cum oſtenderimus, epocham illam anni 689. cum ſinceris Actis recte & apte congruere, puto, cum citatis auctoribus convenientiſſime teneri poſſe.*

Vita ferter probabiliter ordinata,

15 *Quibus ita poſitis, retrocedendo verosimiliter ordinanda eſt reliqua* S. Kiliani *ætas, quam non longævam fuiſſe, ex apoſtolatus brevitate non improbabiliter conficitur. Jam annus maturum ſupponere oportet, dum e patria egrederetur, utpote qui & Epiſcopus erat, & diſcipulos habebat, apoſtolicæ vitæ ſectatores. Non male igitur quis conjecerit, annum quadrageſimum aut attigiſſe aut forte ſuperaſſe, quando brevi navigatione ex Britannia in Galliam transfretavit anno 684. vel 685.*

Non

A *Non conſtat, recta continuo via in Franconiam progreſſum, potuit enim ad aliquot menſes, quidni & annum hærere in Gallia aut in finitimis partibus, antequam deſideratam miſſionem attingeret, ad quam pervenerit exeunte anno 681. aut ſub anni ſequentis principium: cumque abundantem ibi meſſem cerneret, locum elegantem hominesque jocundos, ſed errore deceptos, antequam eorum converſionem ſerio aggreſſus ſit, Apoſtolica auctoritate & benedictione, licentia & poteſtate, ut miſſionariis Apoſtolicis receptiſſimum ſemper fuiſſe, ſæpe oſtendimus, & nuperrime in S. Ottone Bambergenſi, priuſquam ad Pomeraniam convertendam ſe accingeret; Apoſtolica, inquam, auctoritate, licentia & poteſtate munire voluerit. Ex omnibus jam dictis veroſimillime colliges, vixiſſe Sanctum annis circiter quinque & quadraginta, natumque circa annum 643. Qui ætate grandiorem dicere voluerint, aliam ipſi ſerium pro ſuo libitu ordinent, me refragatorem non habebunt.*

B

Hypotheſis Egilwardi examinata.

16 *Obiter notaverim, nugarum eſſe Egilwardum interpolatorem, dum hic importune memoriam refricat Pelagiani erroris, fingitque* S. Kilianum *Romam pertexiſſe*, quatenus apud Romanam Sedem, & integrum Chriſtianæ religionis dogma, & licentiam prædicandi acciperet. Hibernia ſiquidem olim Pelagiana fœdata fuerat hæreſi, Apoſtolicaque cenſura damnata, quæ niſi Romano judicio ſolvi non poterat. Idcirco Vir ſanctiſſimus *&c. ut vide num.* 4. *Hanc Romanæ profectionis cauſam fuiſſe, bona fide admiſit Serarius, ei explicandæ longum articulum impendens. Equidem non exiſtimo, majori Pelagianæ fuligine reſperſum fuiſſe* S. Kilianum, *quam tot alios ejus temporis populares Epiſcopos Apoſtolicos, qui per Galliam & Belgium verbum Dei fructuoſe annuntiarunt, de tali cenſura tam parum ſolliciti, ut ad ejus abſolutionem a Papa accipiendam, Romam non acceſſerim. Ut verbo dicam, hæc & plura alia ſatis ineptæ Actis ſinceris, intruſa ſunt, in quibus nec eorum umbra apparet. Sed hic de ſola Sancti dignitate & aliquali temporum ratione agendum fuit.*

C

§. III. S. Kiliani & ſociorum elevatio & translationes.

Prima elevationis circumſtantia

De prima S. Kiliani *& ſociorum elevatione ſic ultimis lineis loquuntur Acta noſtra:* Illuſtrante autem Domino merita eorum, cum conſilio & præcepto Zachariæ Papæ, mediante Bonifacio Archiepiſcopo, a Burchardo, primo Wurziburnenſium epiſcopo, de tumulo honorifice ſublevati ſunt, regnante Pippino, primo Orientalium Francorum Rege feliciter. *Occaſionem autem hujus elevationis deſcribit ſæpedictus interpolator Canſianus apud nos a num.* 19. Ait ſiquidem, *uti rem contraxit Mabilio, Gertrudem Pippini Regis Francorum filiam, nuptas detrectantem*, veniſſe in partes Orientalis Franciæ, in locum, qui nunc corrupte Carleburg vocitatur, ibique de facultatibus ſuis, in honorem beatiſſimæ Virginis Mariæ, monaſterium conſtruxiſſe, ubi Atalongum presbyterum, & Bernardum diaconum, quos ſecum adduxerat, ordinaverit. *Cum ipſa inde in Franciam reverſa eſſet, Atalongus pueros in ſtudio litterarum erudiens, ibidem permanſit.* Cœperunt vero hi, qui juniores erant,

divino impulſi ſpiritu, vociferari: Kilianus ſi- D
goa facit, de loco, in quo indigne jacet, tolli Auct.
debet. *Id cum Atalongus minis prohiberet, ne a* J. B. S.
pueris frequentaretur, cæcitate percuſſus dicitur, poſtea vero ad Sanctorum tumulum ſanatus, quod levandorum corporum occaſio fuerit S. Burchardo, qui epiſcopalem ſedem Wirzeburg primus promeruit.

18 *Gertrudis iſtius qualiſcumque hiſtoria pridem a Majoribus noſtris non uno loco operoſiſſime diſcuſſa eſt, præſertim die ſecunda Februarii in Commentario prævio ad ſanctam Hadalogam pag.* 306. *tum vero* XVII. *Martii in diſſertatione, Actis ſanctæ Gertrudis Nivellenſis ſubjuncta, a pag.* 601. *Rem eamdem recentius verſavit & explanare conatus eſt Mabilio, ſeculo* 3. *Benedictino, parte* 1. *pag.* 718. *Ceterum quæcumque fuerit ea Gertrudis, huc non ſpectat, niſi qua parte Atalongum in Francian orientalem adduxiſſe dicitur, ut qui occaſio fuerit ſacrorum corporum* S. Kiliani *& ſociorum e terra levandi, ut etiam tradit Sigebertus ad annum* 746. *his plane verbis*: Athalongus presbyter, per illatam ſibi cæcitatem, admonitus quærere corpora ſanctorum Chiliani ſociorumque ejus, inventis Sanctorum corporibus, viſum recepit; eaque re ſanctus Bonifacius, Moguntiæ epiſcopus, ab Athalongo ad ſe relata, caſtrum Wirziburch, ad honorem Chiliani martyris, qui ad prædicandum ibi a Papa Conone Epiſcopus ordinatus fuerat, ibique mortis & quietis locum a Deo acceperat, epiſcopalis ſedis privilegio inſigniri decrevit, primumque ibi Epiſcopum S. Burchardum ordinavit.

Tum diverſis aſſerunt.

19 *Satis patet, interpolata ab Egilwardo Acta pro oculis habuiſſe Sigebertum, ex quibus nonnulla decerpſit, fortaſſe non melius affixa anno* 746. *quam ſuperius* S. Kiliani *martyrium retulerit ad annum* 697. *Nec placet allegata cauſa erectionis epiſcopatus aut ordinationis S. Burchardi, qui ſedem Herbipolenſem prius occuparit, quam de elevatione ſacrorum corporum cogitatum fuerit. Interim hic obſervo, alium in Actis S. Burchardi apud Surium* XIV. *Octobris, lib.* 1. *cap.* 9. *nominari ſacerdotem, qui, quæ geſta fuerant, S. Bonifacio innoteſcere voluerit. Sic ibi loquitur ſanctus ipſe Bonifacius*: Primus fundator veſtræ fidei Kilianus, ab Apoſtolica vobis paſtoralitate tranſmiſſus, fidem, quam verbis docuit, hoc ipſo in loco martyrii teſtimonio complevit. Ecce idipſum præſentis tumuli loquitur confeſſio, ubi ad ejus ſociorumque ejus corpora, per ſanitates & miracula, credulitatis veſtræ exercetur die noctuque confirmatio. Hæc mihi primum gratia Chriſti, per quemdam fratrem noſtrum innoteſcere voluit, Adelhelmum ſcilicet presbyterum, qui lumen oculorum, Dei judicio ſibi ablatum, hic juxta glebas martyrii, meritis eorumdem recepit. Deinde numeroſis tanta ſanctitudo ſignis in noſtra diœceſi manifeſtata, viſa eſt tam mihi, quam cunctis circumquaque fratribus noſtris non eſſe negligenda.

Ut differe a ſit eos colligiſ.

F

Brevior S. Burchardi Acta

20 *Diceres, Egilwardum ſui immemorem fuiſſe, dum in diverſis Vitis diverſa inventoris presbyteri nomina protulit; verum utcumque iſta ſe habeant aut geſta ſint; indubitatum videtur, ſacra* S. Kiliani *& ſociorum corpora, a S. Burchardo elevata, & non ſemel tranſlata, honorifice recondita, & publicæ populi veneratione expoſita, abſque ulla prævia Zachariæ Pontificis canonizatione, a Luca Caſtellino, pro eo ſeculo præmature excogi-*

A *tata, ut pridem docuit Papebrochius. Nunc ad*
Auct. *S. Burchardi Legendas recurrendum eſt, ut pri-*
J. B. S. *mæ elevationis & ſecutarum translationum narra-*
tio inde deſumpta, quantum fieri poterit, ad re-
ctum calculum chronologicum revocetur. Ex Actis
antiquioribus rem prius deſcribo; ab Egilwardo
acceptarus, quæ ad poſteriores translationes per-
tinent. Sic ſcribit Anonymus apud Canifium & Mabilionem num. 7. Dehinc meditari cœpit, ut corpora beatorum martyrum Kiliani & ſociorum de loco, in quo ab infidelibus temere poſita fuerant, levarentur. Pro certo namque noverat, non diligenter fuiſſe reconditos, quos clam audiverat interfectos. Collecto denique clero & populo, indixit jejunium, ut digni poſſent reperiri, a quibus ſancti Martyres permitterent ſua corpora moveri,

ſi non male deſcribunt

21 Conſtituta autem die elevationis Mar-
B tyrum, maxima ruſticorum multitudo confluxit Wirzpurch; alii religionis ſtudio, alii convenerant illecti miraculorum indicio, alii recuperandæ ſanitatis deſiderio. Tunc venerabilis pontifex Burchardus ad locum ſepulturæ acceſſit, acceptoque farculo, primus fodere cœpit, ſubvenientibus ſibi miniſtris, quos ad hoc opus delegerat. Sed poſtquam tellus egeſta eſt; non alta ſcrobe inventa ſunt corpora Martyrum, ita fragrantia, ut omnium circumſtantium nares ſuavitate odoris tanti replerentur. Elevatis deniqua corporibus, ingens factus eſt populorum concurſus, multitudinisque ſtipata congeſtio, Elaborabat nempe popularis ille conventus, ſi quis poſſet ſcretrum tangere, aut tranſi-
tu ſuccumbere; alii elevatis manibus, gratias Deo referre; eratque vox omnium una; Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Tanta vero miraculorum inſignia operatus eſt Dominus per Sanctos ſuos, ut ſiqui forte aderant, qui fide titubarent, viſis tot ſignis, ſolido robo-
C re credulitatis firmarentur. Miraculis igitur comitantibus, hymnis perventum eſt ad locum, ubi Sanctorum corpora condenda erant; quæ diligenter condita, uſque in præſentem diem hymnis & orationibus frequentantur.

22 *Hæc Egilwardus in majeri S. Burchardi*
ſed qua Egilwardus ſcripſit, *Vita lib. 2. cap. 2. apud Surium & Mabilionem, variis fatis interpolationibus non parum auxit & amplificavit, nihil tamen adjicius, quod ab Anonymo dictum non ſit, aut porro in Actis noſtris ſuo loco dicendam, Auctor idem proxime capite memorat prædia, quæ* glorioſus Antiſtes Burchardus *Chriſti Martyribus dono dedit, imo* ſponſæ eccleſiæ Wirceburgenſi in dotem contulit, *tam de propriis fuis jam acquiſitis ſuis, tum de iis, quæ ſubinde a Rege Pippino, tam ab abbatiſſa Immina, tum alunde impetrare potuit. Capite 6.* ad ſuperiora reflectens *Egilwardus, narrare occipit, quomode Burchardus,* convocatis certo die tam clero quam populo, Martyrum corpora, nuper de terræ pulvere levata, cum veneratione maxima ſuper montem, *a prædicta Immina ſibi traditum,* comitantibus populorum turbis tranſportari fecerit: *quæ prima duci poteſt ſacrorum corporum translatio, cum ipſa elevatione facile confundenda. Perro ea jam dicto monte* per continuum triennium, in baſilica ſanctæ Dei Genitricis, D eaſdem ſacratiſſimas reliquias, indeficienti totius religionis officio, tam per ſeipſum quam univerſum ſibi adhærentem clerum, reverenter excubans, cuſtodivit . . . . proponens principale illic ſuæ ſedis inſtituere monaſterium, *ſeu cathedralem eccleſiam.*

23 *Abſterruere poſtmodum* aſperitas montis, *multis adjunctis torpolata ſunt.* arduus aſcenſus, aquæ penuria, *alæque difficultates ibidem occurrentes, ob quas ad preces confugiens, cæleſti indicio trium ardentium candelarum,* e *monte ad ſepulturam Martyrum delatarum,* intellexit per Spiritum ſanctum Vir Dei, monaſterium, quod in monte conſtituere diſponebat, circa ſepulturam Martyrum *eſſe fabricandum:* quod & primum de lignea materia initiatum, poſthæc accuratiori lapidum ſtructura, per ſanctum Dei Pontificem ad unguem eſt perductum, ubi & denuo Sanctorum corpora relata, & in operoſo ſarcophago glorioſe ſunt recondita. In quo loco, tam illorum, quam beati Burchardi meritis, novi novæ ſedis Epiſcopi, numquam beneficia Salvatoris noſtri deſunt iis, quicumque credulo corde ea perquirere non deſiſtunt. Deniquc Veritas, quæ dilectoribus ſuis pollicetur; Ecce ego vobiſcum ſum omnibus die-
bus uſque ad conſummationem ſeculi; quod E alibi, tam factis quam verbis implevit, hic idem ad tumbas vel confeſſiones Martyrum, tam corporaliter quam ſpiritualiter operari non deſinit. Cæci vident, ſurdi audiunt, claudi ambulant, leproſi mundantur, *&c. Atque hæc poſtrema, ſiquidem vehementer non fallor, hæc, inquam, celeberrima & nominatiſſima cenſeri debet ſacrorum corporum translatio & depoſitio.*

24 *Quis nobis modo OEdipus aderit, qui &* *Si certo ſtatui poſſit nulla* *primam elevationem & ſecutas translationes, ad* *rigetur,* *rectos temporum calculos revocet? Primam & ſolennem exaltationem ad annum ſecundum epiſcopatus S. Burchardi, ſatis aperte referre videtur Egilwardus, dum ait,* anno ſecundo ordinationis ſuæ tractare cœpit cum comprovincialibus Epiſcopis . . . ſed maxime cum glorioſo magiſtro ſuo metropolitano Epiſcopo Bonifacio . . . uti corpora beatorum Martyrum Kiliani *&c. Difficultatis ſolutio penderet a vero principio ordinationis S. Burchardi, quem Mabilio oſtendit, ante annum 742. aque ac S. Willibaldum, conſecratum fuiſſe, utpote qui Synode Germaniæ, iſto anno habitæ, jam Epiſcopus interfuerit. Hinc, inquam, penderet ſolutio, ſi ſatis tute credi poſſet Egilwardo, vere* ſecundo ordinationis *S. Burchardi* anno *rem comigiſſe, quod mihi quidem adhuc dubium eſt, cum primæ Vitæ, a Caniſio editæ, ſcriptor Anonymus, eam translationem potius ad finem vitæ S. Burchardi, quam ad principium referre videatur. Suſpecti plane ſunt Egilwardi calculi, cum & in anno ordinationis S. Burchardi & in epiſcopatus duratione turpiter lapſus ſit, ut non uno loco evincit Mabilio. Res utcumque componeretur, ſi, ut veram ſapponendo translationis epocham, pro anno* 752. *diceretur, Egilwardum conſequenter erraſſe, nempe qui ordinationem reducit ad* 751. *ſicque epitaphio ſua ſtaret veritas, & verum item eſſet, quod notavit Bollandus, legiſſe ſe in Ms. Reginæ Sveciæ in folio, quod Chronicon continet, præſertim*

A *verum Colonienſium & aliarum Germaniearum, ad annum iſtum* 752. Translatio S. Kiliani facta eſt.

Refutanda eſt Herbipolenſium opinio.

25 *Signatur eadem epocha a Serario & aliis paſſim, eſtque receptiſſima & prope indubitata apud Herbipolenſes ſententia. Verum contra eſt Mabilonius opinio, ſatis certis monumentis firmata, quod S. Burchardus verosimillime ad eum annum* 752. *non ſupervixerit, ut vide in ejus notatione ad Egilwardi librum* 2. *cap.* 11. *pag.* 713. *Unum hic pro omnibus ſit teſtimonium B. Liudgeri in vita S. Gregorii abbatis, in Obſervationibus prævius num.* 6. *pag.* 700 *tomo noſtro* 2. *Junii pag.* 486. Duo autem ex illis, *Bonifacii diſcipulis*, Wigbertus & Burghardus, ante magiſtrum migrarunt a ſeculo. Sed non illi abſque palma electionis ſuæ, dum ad regna cæleſtia magiſtrum præcedere meruerunt. *Si ante magiſtrum, anno* 753. *die* v. *Junii in Friſia martyrio affectum, a ſeculo migravit Burchardus* II. *Februarii (quamvis colatur* XIV. *Octobris) ad eum annum veroſimiliter non pervenit. Jam cum non* XL. *epiſcopatus anni ei adſcribi poſſint, ut fallit Egilwardus, ſed novem dumtaxat, ut ex Mariano & Trithemio oſtenditur, eorum unitum affingendo anno*

B 741. *conſequens erit, ut ante annum* 752. *e vita migraverit S. Burchardus, nempe* 751. anno ante Bonifacii necem tertio, *inquit Mabilio; eritque adeo falſum, tali anno ſanctorum* Kiliani *& ſociorum corpora ab eo e terra levari & transferri potuiſſe: unde epitaphii epocham, & receptam inde Herbipolenſium traditionem ruere neceſſe eſt, ut non obſcure agneſcunt in novis ſuis lectionibus de S. Burchardo, dum fatentur*, in Epiſcopum Herbipolenſem fuiſſe electum, & a S. Zacharia PP. anno DCCXLI. ſpecialiter confirmatum.

quæ aliquo uſque ex ſitiani poſitis,

26 *Durior ſorte eis videbitur ea opinatio, & talis mihi primum viſa eſt; ſed veritatem fruſtra quis convellere nitatur. Nihil præmature decerno, cum res tota de integro diſcutienda ſit ad dictam diem, qua S. Burchardus colitur*, XIV. *Octobris. Hic tantiſper ſupponere meditabar, Mariani & Trithemii auctoritatem, de novennio epiſcopatus S. Burchardi, necdum adeo certam eſſe, ut ei contradici non poſſet, & ad decennium atque ultra protrahi regiminis durationem: qua ſemel admiſſa, ad* II. *Februarii anni* 753. *ſuperſtes eſſe potuiſſet S. Burchardus, & una verum manere, quod B. Liudgerus aſſerit*, ante magiſtrum e vita migraſſe. *In ea hypotheſi, una ſaltem via aperta fuiſſet, ut cum communiori opinione aliquatenus conciliaretur Egilwardi ſententia,*

C *eo, quo ſupra dicere cœperam, modo; ſi nempe memineſſemus, ipſum S. Burchardi initia anno* 751. *collocaſſe: hoc autem primo errore ſuppoſito, ad alium facile dilapſum, ut cum aliunde perſuaſum haberet, translationem controverſam anno* 752. *factam, conſequenter dixerit*, anno ſecundo ordinationis ſuæ *S. Burchardum de prædicta elevatione* tractare cœpiſſe *&c. Aſt eam ipſam hypotheſim perturbat adducta ab Egilwardo primæ elevationis & ſubſecutarum translationum concatenatio, ad quam anni plures requirantur. Aliquandiu manſerunt reliquiæ in loco primæ elevationis; inde in monem delatæ*, per continuum triennium *ibi* cuſtoditæ *ſunt; e monte denuo ad ſepulturam reportatæ, ubi demum* monaſterium, *ſeu eccleſia nova fabricata eſt. Quis igitur ſatis concipiat, paucis ante S. Burchardi obitum menſibus, factam eſſe primam elevationem?*

Si variæ translationes diſtinguuntur.

27 *En Rhodum, en ſaltum, cui ſuperande OEdipum poſtulabam. Conatum hunc noſtrum æqui bonique ii conſulant, quorum intereſt: omnibus rite*

expenſis, ea, quæ incomponibilia apparent, ita aliquatenus conciliari poſſe videntur. Demus Egilwarde, primam elevationem a S. Burchardo factam anno ſecundo ſuæ ordinationis, *cum hæc certo præceſſerit annum* 742. *vel eo ipſo* 742. *vel certo ſequenti anno eam inuectemus. Rurſus, cum Egilwarda ſtatuemus*, per continuum triennium *ſacra corpora* in monte cuſtodita *fuiſſe, adeoque anno* 746. *inde ad primæ ſepulturæ locum denuo relata; qua ratione ſalvabitur, quantumvis male expoſita epocha Sigeberti, prædictum annum ſignantis. Sic repoſita ad vetus ſepulcrum corpora, in æde primum lignea aſſervata ſunt, donec* accuratiori lapidum ſtructura, *novum monaſterium (etiam hodie* Neumunſter) ad unguem eſt perductum, *cui exſtruendo haud dubie anni aliquot impendendi fuerunt, ut ingens ea molitio facile totum ſexennium tenere potuerit, anno primum* 752. ad unguem perducta, *quande tandem* Sanctorum corpora, ex *pri-* E *dem* relata, *in* operoſo ſarcophago glorioſe ſunt recondita. *Quæ poſtrema illuſtrat translatio, ſeu reliquiarum tam magnifica depoſitio hominum memoriæ ita inhæſerit, ut anterioribus quodammodo obſoletis, hæc ſola in tabulis Herbipolenſibus perſeveraverit, dicto toties epitaphio diſerte conſignata. Effugium dixeris, per me licet: aliud modo magis appoſitum reperiant earum tabularum vindices, quo eaſdem felicius tueantur.*

De aliis epitaphio ejuſque auctore.

28 *Huc denique ſpectant, quæ accurate notavit Serarius art.* 23. *de elegantieri Sanctorum noſtrorum epitaphio, ab ipſo diligenter diſcuſſo.* Exſtat, *inquit*, bellum quoddam & utile de Sanctis noſtris hexaſtichon.

Hi ſunt, Herbipolis, qui te docuere magiſtri,
Qua verum coleres religione Deum.
Impia quos tandem juſſit Geilana necari,
Celavitque ſub hunc corpora cæſa locum.
Ne turpi, ſine laude, ſitu defoſſa jacerent
Corpora, Burckardus ſub monumenta locat.

F

Sed triplex de iis error vagatur. Primus, quem diligentiſſimo doctiſſimoque Demochari Caſpar Bruſchius, aliis quibuſdam Democharis obtruſit; eſſe verſus hos, in ipſa ſepulcrali crypta inſcriptos, hactenuſque ibidem legi. At vero ibi non ſunt, ſed in veſtibulo capitularis loci, qui Novi monaſterii templo quidem cohæret, in ædificiorum camen parte ſuperiore, ad ſeptemtrionale cryptæ latus. Alter Henrici Pantaleonis, & qui eum imprudens ſecutus eſt, Arnoldi Wion, eorum verſuum auctorem eſſe S. Burckardum. Fuit ſane S. Bonifacius poeta non malus, ut ex ipſius verſibus plurimis apparet: Burckardum vero doctiſſimum fuiſſe non inficior, poetici tamen nihil in eo noto. Et vero verſus iſti, non priſcum illum eccleſiaſticum, & temporibus illis uſitatum ſtylum referunt, ſed noſtri potius ſeculi elegantiam & venuſtatem. Auctorem vero tradit in ſuis Monaſterii novi Antiquitatibus, Reverendus novi ejuſdem monaſterii Decanus D. Joannes Gantzhornius, D. Engelhardum Funckium, Deeretorum doctorem. Tertius error ex ſecundo iſto naſcitur; pervetuſtos eſſe verſus, cum tamen eorum auctor Engelhardus, non niſi anno Domini MCXIII. colleg'i ejuſdem Decanus fuerit.

A

AUCT. J. B. S.

§. IV. Acta a quo interpolata, quæ ſincera, ab aliis contracta; & quæ hic dentur.

Acta a Surio & Serario edita, incompleta ſunt;

GLorioſi Martyris & ſociorum *Acta primus, quod ſciam, edidit talium monumentorum diligens collector Laurentius Surius, ſed more ſuo ſtylum immutans & ſæpius contrahens. Ea ipſa recudi curavit laudatus ſupra Serarius anno 1598. notas ſuas varias, tum dogmaticas tum hiſtoricas adjiciens, ut jam ſupra abunde indicavimus: atque ea ſola Legenda fuit, quæ ante ſeculum XVII. lucem uſpexerit, ſaltem quæ ad nos pervenerit. Eamdem quinquennio poſt Serarium, nempe anno 1603. ſed integre, & ſervatis primigeniis phraſi, ex membranis Mſs. monaſteriorum Windbergenſis & Rebdorfenſis reimpreſſit Henricus Caniſius tomo 4. Antiquæ lectionis, a pag. 625. quæ vita in eo etiam a Suriano, ut vocat Caniſius, fragmento differt, quod ſub finem adjunctam habeat hiſtoriam Gertrudis & Attalongi, quam ad eumdem ſcriptorem omnino ſpectare, haud dubium eſt, cum ejus occaſione narretur ſacrorum corporum inventio & elevatio, per S. Burchardum, hortatore S. Boniface facta, de qua ſe pluribus acturum ſpondet, his verbis:* Quomodo Martyrum corporum de loco, ubi indecenter poſita fuerant, ſuſtulerit, in vita ipſius (S. *Burchardi*) prout poterimus, manifeſtare curabimus. *Quam id accurate, & ad normam hiſtoricam exacte præſtiterit, non perfunctorie expendimus §. præcedenti.*

B

Integre a Caniſio vulgata,

30 *Exſtat etiam hæc ipſamet Legenda uberior in aliis codicibus Mſs. altero Trevirenſi S. Matthiæ, altero S. Maximini, ut ab Henſchenio notatum reperio: id maxime laboravit Caniſius, ut vitæ iſtius ſcripterem ex qualibuſcumque indiciis eruaret. Audi ipſum in præfatione ad Lectorem.* Quis auctor fuerit, hactenus incompertum eſt. Si autem divinare licet, conjectura eſt, fuiſſe Egilwardum, monachum cœnobii S. Burchardi prope Herbipolim, qui, teſte Trithemio, ſcripſit vitam S. Burchardi, quæ exſtat apud Surium tomo 5. XIV. Octobris. Nam auctor noſter vitæ

C

S. Kiliani, in fine promittit vitam S. Burchardi, his verbis: In vita, ipſius Burchardi, prout poterimus, manifeſtare curabimus. Et hæc de auctoris nomine conjectura mihi certa eſſet, ſi nullus alius vitam S. Burchardi ſcripſiſſet. Sed quia aliam quoque, & quidem antiquiorem, ut videtur, (quam etiam hic edimus) vitam S. Burchardi in Mſs. membranis invenimus, potuit fieri, ut idem auctor utramque, hanc ſcilicet, quam damus, S. Burchardi, & iſtam Kiliani ſcripſerit. Nos hic nihil aſſerimus, præterquam quod fide digniſſimus ſit hic auctor, qui ait: Nihil ejuſmodi aſſeramus, quod incompertum habeamus. *Ita Caniſius.*

qui in aut Eorum inquirat, fidem ejus omnis laudat.

31 *Qui ſi ex poſtremis his verbis auctoris fidem collegit, nullo prorſus eſt ejus illatio, nam doctiſſimi viri venia, quiſquis auctor is fuerit, ſive Egilwardus ſive alius, in tota vita nuſquam profert adductam tam ſpecioſe ſententiam, quæ ſolius Surii concluſio eſt, ſive ſtylum mutantis, ſive corruptum aliud exemplar deſcribentis, in quo hæc vel hujuſmodi verba reperit:* Nihil ejuſmodi aſſeramus, quod incompertum habemus; *nam horum verborum loco, ſic habet ipſiſſima Caniſii editio, apud nos in fine numeri 28.* dummodo nil talium D pudeat nos ignorantia rerum. *Et ſane plurima aſſerit ſcriptor ille, quarto, ut minimum poſt S. Kiliani necem ſeculo, quæ ipſi comperta non fuiſſe, ſatis manifeſte conſtat, cum ex iis, quæ obſervavit Mabilio, tum ex perpetuis interpolationibus & pugnis, ſæpius perperam digeſtis, quæ in annotatis curſim indicare non prætermiſimus. Neque Caniſii ſcrupulus, de ſcripta duplici S. Burchardi Vita magnopere me terret, quo minus eumdem ipſum Egilwardum, ad S. Burchardi prope Herbipolim monachum, auctorem faciam, tum Vitarum longiorum SS. Kiliani & Burchardi, tum liberaliorem interpolatorem utriuſque brevioris & ſinceriorem, ab ipſo Caniſio, citato tomo 4. Antiquæ lectionis, editæ.*

Non dubitavit Mabilio, quin is eſſet Egilwardus,

32 *Id ſatis aperte collegiſſe videor ex collatione utriuſque Legendæ minoris, cum longioribus iſtius interpolatoris orationibus. Quin & ſæpe laudatus Mabilio, qui in Obſervationibus prævis ad Vitam ſinceriorem S. Kiliani, a ſe editam, Caniſii conjecturam obiter retulerat, nullum de ea adhucdum judicium proferens, ſequenti ſuo ſeculo ad Vitam ſancti Burchardi, paulo diſertius mentem ſuam explicans, poſtquam binas quoque S. Burchardi* E *Legendas expendiſſet, ſic num. 1. pronuntiat:* Porro Egilwardus, cœnobii S. Burchardi prope Herbipolim monachus, Vitam S. Burchardi ſcripſiſſe dicitur apud Trithemium. Nec dubium, quin is ipſe ſit auctor prolixioris Vitæ S. Kiliani, ab Henrico Caniſio editæ tomo 4. qui auctor pollicetur, ſe in Vita S. Burchardi, a ſe deſcribenda, dicturum, qualiter Burchardus epiſcopalem ſedem Wirziburg promeruerit, & quomodo Martyrum corpora de loco, ubi poſita fuerant, ſuſtulerit. Quod utrumque Egilwardus hic fuſe exſequitur. Is in Vitæ hujus lib. 2. cap. 10. meminit antiquioris ſcriptionis, qua ulus eſt. Hæc licet pauca, inquit, digeſta ſufficiant, quæ decerpta quidem ex nonnullis antiquorum relationibus, ſatis ſimpliciter exaratis, noſtras in manus devenerant. *Fuit is ſemper interpolatorum pruritus, ut quæ ſimplicia & vera repererant, multis fucis aſcitiis, & ſæpius fabellis exornarent.*

Breviorem etiam S. Burchardi Actorum interpolator.

33 *Sit igitur Egilwardus monachus auctor Vitæ iſtius Kilianæ prolixioris, nec hilum inde auctoritatis ei accedet, nam ut oſtendit Mabilio, præter craſſos errores chronologicos, ſæpe lapſus eſt in amplificanda breviori S. Burchardi Vita; idcirco* ex tribus libris, ab Egilwardo conditis, omittens primum, quod Anonymi lucubrationem ſuperfluis verbis amplificaverit, novaſque mendas adjecerit. *Idem ipſum planiſſime præſtitit in maculanda & ſuperfluis verbis amplificanda Vita* S. Kiliani, *per antiquiorem Anonymum ſimplicius, ſincerius & fidelius ſcripta. Viri pertiam obſervabis ex his ultimis numeri 6. verbis:* Nam Romam pergens, Gallum in Alemannia febre gravatum dimiſit, *cum ſcilicet qui totis XL. annis prius e vita migraverat, quam* S. Kilianus *Franconiam attigiſſet. Hæc de nomine & fide interpolatoris, cujus ætatem, apud Mabilionem rejiciunt aliqui ad ſeculum ferme* XIV. *ſaltem ad annum* 1300. *ipſe vero conjecturam facit, vixiſſe illum ſec.* XI. *de quo, quod diſtinctim ſtatuam, non habeo. Vixerit ſeculo* XI. *ſatis remotus fuit a temporibus* S. Kiliani, *ut vere dicere non poſſent;* nihil ejuſmodi aſſeramus, quod incompertum habemus; *cum*

vero-

A *verisimillime nihil certum & compertum habuerit, quod de S. Kiliani gestis & martyrio scriberet, præter ea, quæ reperit in narratione Anonymi seniores, quam a Canisio primum editam, ceteris prætulit Mabilio, & nos longe præhabendam indubitanter censemus.*

Principiorum S. Kiliani allucinatus est Ms.

34 *Est ea simplicior & sincerior narratio, ut ultro fatemur, scriptoris Anonymi & incogniti, cujus nec nomen, nec professionem, nec certam ætatem, vel harriolando quis assequi possit; scriptio paulo levior & seabrosior, præsertim ut apud Canisium, ex incorrectis codicibus desumpta exstat: apud Mabilionem, tantillum hinc inde limatior. A nostro prægrandi Valcellensi seu Moretiano codice absunt graviores solœcismi, pleræque locutiones barbaræ & contortæ constructiones; verbo, exactiora & intelligibiliora omnia: eamque idcirco & prædictis editionibus & pluribus apud nos manuscriptis anteponendam existimavimus, neglecta variantium lectionum longa & tetrica collatione, quæ lectoribus non nisi summum tædium peperissent. Poterunt curiosiores harum rerum indagatores editionem nostram cum Canisiana & Mabilionæa per se conferre; fallor vehementer, nisi & ipsi in nostram sententiam pedibus eant. Emendatum ab aliquo suspicaberis & expolitum apographum nostrum; dicas id, per me licet, qui voluerit, ego ejus rei in nostro codice nullum vestigium deprehendi: nam si id in se suscepisset aliquis latini formonis peritior, haud dubium, quin & multa, adhucdum crassius expressa, stylo, ad normam Surii, terfiori emollivisset. Utut est, persuasum habeo, non ingratam fore hanc tertiam editionem ejusdem Passionis, qua incomparabiliter superat verbosius illud Egilwardi, seu cujuscumque alterius opus.*

B

Opus absit Gozberti assertum,

35 *Habemus eadem puriora Acta ex schedis Illustrissimi Episcopi Landavi, sed imperfecta, quæ aliunde & ab alia manu completa sunt, in quibus id haberi fateor, quod forte melius abest a nostro Valcellensi, de Gozberto Duce a servis suis occiso. Equidem non satis perspicio, qua ratione cum tota historia satis apposite cohæreat Gozberti istius interitus. Hezanum, fratris forte Gozberti ex Geilana filium, cum tota mulieris impiæ progenie interfici potuisse; id sane videtur consonum: verum quid promereri potuit a Christianis subditis Gozbertus, sanctorum Martyrum patronus, defensor & vindex? Iterum duo, magis placere exemplar nostrum, ex citato codice fideliter acceptum, quamvis apographa alia, & jam dictas editiones damnare prorsus non audeam. Lectiones sex manuscriptæ ex Passionali membraneo ecclesiæ Fridlarensis, sunt & ipsæ Actorum sinceriorum compendium. Ceterum ubi adest fons ipse purior, ad rivulos delabi oportere non arbitramur. Dabimus igitur Acta illa ex laudato nostro codice, brevibus, ubi opus est, annotationibus illustrata; quibus & majora Egilwardiana, abunda item explicata, subjungemus; utpote quæ aliis multo notiora & communiora sunt, multarumque traditionum origo, quæ ex Actis purioribus refelli possunt. Sed hic scriptoris Anonymi tempora, quantum per tenebras aliquæ usque fieri poterit, explorare conabimur.*

C

Non vidit, nec exstitisse tempore Rabani,

36 *In præfatione ad Usuardini Martyrologii numeram editionem articulo 3. paragrapho 2. pag. xix. ostendimus, Rabanum seu Hrabanum scripsisse Martyrologium suum circa annum 845. dum dimissa cœnobii Fuldensis, Herbipoli non procul diffit, præfectura, liberius sibi rebusque suis vacabat, antequam anno 847. ad cathedram episcopalem Moguntinam eveheretur. Eam epocham hic præmisso, ut lector intelligat, per id tempus verisimillime necdum scriptam fuisse eam, qua de agimus, sinceriorem Legendam, quam Rabanus, in vicinia Fuldensis monachus, procul dubio non ignoraſſet. Porro textus ejus Martyrologii infra expendendus, plane demonstrat, aliam suo tempore de S. Kiliani martyrio historiam, seu memoriam, seu traditionem fuisse, nempe cum aperte enuntiet, Sanctum cum sociis, a quodam judice iniquo, nomine Gozberto, trucidatum fuisse. Id vero quandoquidem Actis nostris repugnet, puto inde consequens esse, Rabanum Acta nostra numquam vidisse, ac proinde ejus ætate necdum in eam formam redacta fuisse; unde & illud consequeretur, ineunte sæculo IX. necdum exstitisse: ut facile non nisi circa id tempus vixerit & scripserit is, qui meliora illa & sinceriora Acta satis diligenter concinnavit, puta ex monumentis Herbipolensibus, tunc scriptis fortasse, tum fidelium memoriæ tunc adhuc inhærentibus.*

D Auct. J. B. S.

fol. 681 post fol. 12. col. 4 pstio.

37 *Certe ad ulteriora seu posteriora tempora revocanda non sunt, cum eadem aut valde consimilia legerit Notkerus, Rabano ætate proximus, qui sæculo nono postremum floruit, mortuus anno 912. ut patebit ex ejus apud ipsum S. Kiliani elogio, jamjam producendo. Egilwardum etiam, quem sæculo XI. scripsisse existimat Mabilio, ipsa illa Acta præ oculis habuisse, indubitatum est. Utraque suo loco exponentur, ubi de Sancti cultu, ex sacris Fastis & ecclesiasticis Officiis egerimus. Ceterum non infundatam existimamus conjecturam nostram, quod circa medium sæculi noni S. Kiliani Acta primum collecta & descripta fuerint. De auctoris nomine non labore: monachus præterea fuerit vel clericus Herbipolensis, parum interest; sane bona fide ipsa dixisse verisimilitudinis limites nusquam egressus, quod in Egilwardo interpolatore sæpe fuit reprehendendum. De eadem S. Kiliani & sociorum historia sæculo XIV. ab aliquo Joanne Erfordiensi, in S. Stephani cœnobio monacho versibus illigata, & a se visa meminit Serarius notatione 1. sed satis habuit modicum specimen exhibere, quod & nobis & lectori sufficiet:*

Sanctorum merita { Cura fuit / ista } sociorum compingere { studuere pia resol. / } cœtu.

E

Citat item vastum quoddam, in Moguntino Societatis nostræ collegio Ms. volumen lectionarium; verum hæc omnia ex Egilwardi opere compilata existime. Ad posthumam Sancti gloriam procedamus.

§. V. S. Kiliani & sociorum cultus ex sacris Fastis & antiquis ecclesiasticis Officiis.

In Martyrologiis antiquis, præsertim in Rabano notus,

Quinam primi Martyrologi S. Kilianum *in Fastos nostros retulerint, pridem satis explicui in Observatione ad Usuardum hoc die. In codice Hieronymiano Lucensi manifestum additamentum est:* In Austria, pagio S. Kiliani. *Romanum parvum, Beda, Florus aut Ado perperam citantur, cum de ipso non meminerint, nisi assutæ interpolationes ipsis adscribantur. De Wandelberto dubium non est; is enim duos duntaxat Sanctos versibus suis illigavit;* Octavo ante Idus Cilianum Procopiumque. *Dixi superius, mirum videri non debere, si* Kilianus *Rabano, Fuldensi monacho, notus fuerit, in ea locorum vici-*

A nia; hinc a Notkero acceptus, auctori elogio ex-
AUCT. *ornatus sit. Unde cum Usuardus desumpserit,*
J. B. S. *non ita liquet; ast ab eo, sub* Chiliani *etiam no-*
mine, sed absque sociis relatum constat, a quo in
totam progeniem auctiorem, cum variis elogiis,
quæ in postrema ejus editione satis expressa sunt, con-
stanter transiit. In vetusto Martyrologio S. Mar-
tini Trevviis sic legitur: In Vuirceburg, quæ & Ermipolis nuncupatur, Kyliani episcopi & martyris. *Expendenda his rursus verba Raba-*
ni, ita scribentis: In pago Austriæ, & castro, nomine Wirziburg, juxta Moin fluvium, sanctorum natale Chiliani martyris & duorum sociorum ejus, qui ab Hibernia Scottorum insula venientes, nomen Christi in prædictis locis prædicaverunt, ibique ob veritatis confessionem, a quodam judice iniquo, nomine Gozberto, trucidati sunt, & postea
B multis signis veri Christi Martyres esse claruerunt.

a Notkero 39 *Pagum* Austriæ, *pro* Orientalis Franciæ, *ultra ipse explicat, & paulo clarius infra* Notkerus. *Socios* S. Kiliani *nominatim non exprimit: an quod ignoraverit, an quod præterea nos confuerit, non divino. De* Hibernia Scottorum insula, *jam satis diximus. Cetera Sanctorum nostrorum martyrum & miraculorum gloriam plane confirmant, tametsi erraſſe Rabanum ponsemus in auctore martyrii Gozberto, quem ex Actis malumus faviſſe S. Kiliano; hunc vero & socios impulſu Geilanæ, ejus uxoris, interemptos fuiſſe. Proxime ad Actorum ſenſum accedit Notke-*
rus, qui ea procul dubio vidit & conſuluit, ſal-
tem omnino conſimilia habuit, ut ſuperiori para-
grapho dixi, hocque ex ipſis ejus verbis magis pa-
tebit. Sic loquitur: In pago Austriæ, id est novæ Franciæ, castro, imo civitate, ut Teutonico nomine prodit, Wirzburg, juxta Moin fluvium ſita, paſſio Sancti Chiliani, primi ejuſdem civitatis epiſcopi, & duorum diſcipulorum ejus, Colonati ſcilicet presbytari, & Totnani diaconi. Qui ab Hibernia Scotorum inſula venientes, & a Pontifice, Sedis Apoſtolicæ auctoritate accepta, nomen Chriſti in eodem loco &
C in circuita prædicaverunt.

Imagini elogio laudatur; 40 Cumque multum populum idem vir Apoſtolicus, ſignis & verbo Domino adquireret, a Duce locorum eorundem, nomine Cozperto, pro eo, quod eum a conjugio uxoris fratris ſui disjungere niteretur, factione ejuſdem inceſtuoſiſſimæ Geilæ, cum ſociis, eodem zelo ſervantibus, eſt interemptus. Ad quorum memorias cum plurima ſemper fiant miracula, his tamen indiciis pretioſa mors eorum primum mortalibus eſt commendata. Nam is, qui eos, in oratione poſitos, nocturno tempore ſilentio peremit, hue & illue amens diſcurrendo, ac ſe reum meeis Sanctorum clamitando, ſeque ipſum dentibus ſuis laniando, quia igne inviſibili a Sancto Chiliano ſibi videbatur exuri, commiſſum ſuum ipſe publicavit. Geilam quoque, etiam ipſo nomine peculcam, ſpiritus malignus invaſit, & indignam ejus vitam digniſſima morte finivit. Cozbertum vero ſervi ſui occiderunt gladio, filium autem ejus populi propulerunt de regno. Ad augmentum quoque ſanctitatis Martyrum declarandum, cum poſt annos plurimos, transferendi gratia detegerentur, contra naturam ejuſdem regionis, ſupra modum humidæ, libri eorum ac veſtimenta omnia, pariter cum
D ois ſubterrata, ita ſunt illæſa reperta, quaſi in ſcrinio, ſuper terram poſito, eſſent incluſa.

Sic ut vero- 41 *Alia Martyrologiorum recentiorum elogia* *ſimile non* *huc congerere, operæ pretium non duco, una fer-* *ſulcada non* *me eſt omnium ſententia; nam pleraque omnia de-* *ſunt.*
ſumpta ſunt ex ſecundis Actis ab Egilwardo *interpolatis, ut ex* Ghinio, Bucelino *aut aliis facile intelliget. Wion inter Epiſcopos Herbipolenſes primum ei cum Notkero locum tribuit, & Hien-*
ſem etiam monachum appellat, alibi martyrii ſo-
cium adſcribens S. Erunaldum *ſeu* Ernunaldum *ex Trithemio, cujus verba, a Canifio recitata, Actis ipſis antiquis longe poſthabenda exiſtimo. Sanctorum iſtorum trium nomina plurimum defor-*
marunt Martyrologi recentiores, præſertim Itali Maurolycus, Felicius & Galeſinius; ſed eorum er-
roribus expoliendis & reſtituendis, nova opera chartam implere, ſupervacaneum eſt, enim de iis jam ſupra ferme ad nauſeam dictum ſit. Breviores ſunt E *annuntiationes Dorgaun & Menardo: ſufficiat, hic retuliſſe hodiernum Romani verba:* Herbipoli in Germania, S. Chiliani epiſcopi, qui a Romano Pontifice ad prædicandum Evangelium miſſus, cum multos ad Chriſtum perduxiſſet, una cum ſociis, Colomanno presbytero, & Totnano diacono trucidatus eſt. *Hæc omnia vera exiſtimo, iſque abunde probatur conſtans & perpetuus* SS. Kiliani *& ſociorum, non ſolum particularis Herbipoli, aut in Franconia, ſed in univerſa Eccleſia religioſus cultus.*

Vigilia & 42 *Qua potiſſimum ſolemnitate, quo eccleſiaſtico ritu aut Officio Sanctos celebraverint prioribus ſecu-* *feſtum* *Sancti* *lis Herbipolenſes, poſt enarratas ſupra elevationes & tranſlationes, uſque ad finem ſeculi XV. aut initium XVI. nec ipſi bodie norunt, nec nobis promptum eſt explicare. Inter ſchedas noſtras reperi ſolum, ex aliquo vetuſto Miſſali extractum, quod forma litterarum Teutonicarum, ſeu Gothicarum, ut vulgus loquitur, antiquitatem non modicam redolet, priſtinæ, ut opinor, cultus irrefragabile teſtimonium præbens, ubi & ipſi Sancti vigiliæ locus tribuitur. Sic habet;* In vigilia S. Chiliani. *Introitus eſt de communi plurimorum Martyrum.* Introret in conſpectu tuo Domine *&c. Notandæ præcipue videntur Collecta, Secreta & Complenda. Prima eſt:* Concede nobis, quæſumus omnipotens Deus, venturam beatorum martyrum tuorum Chiliani, Colonati atque Totnani ſolennitatem, congruo F prævenire honore, & venientem digna celebrare devotione. Per Dominum. *Secunda:* Accepta ſit tibi, Domine, noſtræ devotionis oblatio, & ad ſanctorum martyrum tuorum Chiliani & ſociorum ejus puriores faciat nos venire feſtivitatem. Per Dominum. *Tertia demum:* Præſta nobis, æterne largitor, eorum ubique pia protegi oratione, quorum natalitia, per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, votivo prævenimus obſequio. Per Dominum. *Fit commemoratio Octavæ Viſitationis B. M. V. & ſancti Willibaldi.*

Missa Of- 43 In die S. Chiliani, *Miſſa eſt*, Multæ tri- *ficio olim* *celebrata.*
bulationes juſtorum, *In orationibus nihil peculia-* *re; prima*, Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut beatorum Martyrum *&c. Notanda eſt Sequentia, quam hic deſcribo:* Adoranda, veneranda Trinitatis eſt unſa. Trinitatis ſub figura, Sacramenta latent plura: quod jam dudum præſignavit, qui tres videns, adoravit monadem. In fornace tres intacti, Sacramenta ſunt adepti eadem. O! quam mira virtus Dei, quæ nos certos reddit

ſpei

A ſpei per tres viros ad quercum, quos tamen ſertur tranſmiſiſſe ; Hi ferebant tria dona, per quæ datur hinc corona, trinæ viæ recto pede, qui probatur inſtitiſſa. Arbor dicta benedicta Salvatoris paſſione, Noſtras quoque umbras fuge dedit procul a regione ; Nobis viros tres mittendo, Trinitatis qui docendo, veram fidem inſtaurarent: Ut erroris cæcitate victa lucis claritate, veritatem comprobarent. Servi Chriſti ſunt tres iſti, Colonatus & Totnanus, & beatus Chilianus. Salve vera ſpes ſincera, Trinitatis ſub figura, noſtri tam expreſſa cura. Cura quidem bonitatis, & divinæ pietatis, in mittendis tribus viris ad nos exhibita: Odor quorum cum doctrina, tam remota quam vicina, replet loca & divina ope adhibita. Laude digna venerantur, & eorum celebrantur geſta, feſta orientis in Franconia ; Aucta quoque ex favore, eſt præcelſa & honore Herbipolis civitas nunc eximia. Sanguinis namque effuſione, & hoc loco ſepulturæ horum eſt famoſa & decorata. Triumphantes ergo viros, ſanctitate

B bos tres miros, hæc & tota recolat eccleſia. Iſti enim in agone, ſpe mercedis & coronæ, ſervierunt Trinitati : Qui & nos ſerviendo, laudes, preces effundendo, ejus miræ bonitati, exoremus donis ejus, nos tam bonis his patronis combeari, & ſociari in æterna regnie.

Ex lectionario Officii Lambacenſis 44 *Exſtat præterea diffuſum per totam Octavam Officium, ſub hoc titulo impreſſum*: VIII. Julii. In feſto SS. Kyliani & ſociorum martyrum, patronorum eccleſiæ Lambacenſis, *in ſuperiore Auſtria, ad tria ferme integra ſolta in quarto ſeu ad* CXXV. *pagnas extenſum, ex quo propria nonnulla excerpere, non erit prorſus abs re noſtra. Officium ſolemne primo die in duodecim lectiones dividitur, quorum quæ in ſecundo Nocturno leguntur* VI. VII. *& octava, Actorum compendium referunt ſatis germanum & nitidum, niſi earum concinnator nonnullas Egilwardi interpolationes ſuperfluo adoptaſſet. Dignæ mihi viſæ ſunt, quæ hic deſcriberentur. Antiphonæ, verſus, capitula & reſponſoria propria ſunt, ſed Vitæ ipſius fragmenta, ut non ſit opus his eadem repetere. Hymnus ad Veſperas, ſic ſonat*: Mare, fons, oſtium,

C aquæ terrarum : Deus tu omnium caput bonorum. A te bona fluunt, ad teque currunt. Longe ab inſulis, pars bona maris ; Ad fontem rediit, teque requirit, Jeſu, viventium fontem aquarum. Maris fons eſt Deus, pars Kylianus: Quam procul patriis ſitit ab oris ; Cervi more ſuum tendit ad hauſtum, Scotorum inſulæ felix alumne, Nos prece ſedula dignos fac aqua, Quam quiſquis biberit, ſitim poſt neſcit, Mundos baptiſmate fraudes iniquas Semper inficiunt, male demergunt, Per ſtagnum criminis ; in pœnam mortis. Sed tuis precibus omnes oramus, De fœva eripi noxæ charybdi, Tangentes lacrymis portum ſalutis. Laus tibi Trinitas, laus & poteſtas : Te laudent flumina, cælum & terra : A mari ad mare laus ſit hac die. Amen.

probantur quæ antecedunt 45 *Multa præterea, ut ad jam dictas ſecundi Nocturni lectiones accedam.* QUINTA *eſt* : Beatus Kylianus, nobili genere ortus in Scotia, ordinatus in Epiſcopum terræ illius, & bene litteratus, dilectus erat Deo & populo : Quadam die fuit admonitus dominica voce, dicente : Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Prædictum igitur verbum tractans apud ſemetipſum, convocatis diſcipulis ſuis, perſuaſit eis propriam contemnere carnem, patriam & parentes relinquere pro Chriſto ; quos facile obtemperantes invenit. Peregrinantes autem in Auſtralem partem, ad caſtrum, quod vulgo Wiirzburg dicitur ; pervenerunt, & ibi aliquantulum commorati ſunt. LECTIO VI. Videntes autem, habitatores loci illius idola colere, & Deum cœli ignorare, ad locum amœniſſimum multos colligebant, & eorum cæcitatem corrigebant ; conſilioque inito, cum ſociis acceſſit ad ſummum Pontificem, & obtinuit auctoritatem prædicandi eis, & rediit. Dux igitur Gosbertus, Dominus ejuſdem loci, vocato eo, & collatione cum eo facta, converſus eſt ab eo ad fidem Chriſtianam, ac baptizatus cum tota plebe. Qui quidem Dux habuit uxorem in matrimonio fratria ſui, juxta ritum paganorum. Kylianus autem non audebat cum de E hoc arguere, antequam confirmatus eſſet in fide : & eo confirmato, conſuluit, eam dimittere. Quam cum, ſancto Viro monente, nobiliſſimus Dux dimittere vellet, ea indignationis furore ſuccenſa, die noctuque ſancti Viri necem perpetrare, inſidias præparare cœpit,

minus pie eam 46 *Hactenus vellé, vere & ad veterum Actorum fidem ſua exegit lectionum ſcriptor, quæ eadem norma uſum vellem in duabus ſequentibus, Egilwardiana ſuligine nonnihil reſperſis. In Lectione* VII. *diſplicet, quod Gosbertus ad* militiam contra hoſtes tetendiſſe *dicatur ; diſplicet, quod* lictor *adſtruatur* cum ſocio : *diſplicent* fabula equorum *ſuper Sanctorum* ſepulcrum conſtituta. *In octava conſequenter dici debuit, duos* carnifices a dæmonibus correptos: Kylianus *autem* a calice, *alterum eſt interpolatoris commentum. Sed demus lectiones ipſas.* F SEPTIMA *eſt* : Unde Dux, da hoc quaſi de gravi ſomno evigilans, ait : Graviora modo prædicas, quam ante, ſed tamen pro amore Dei illam dimittam. Differens tamen hoc negotium, in militiam contra hoſtes tetendit. Abeunte autem illo, ſanctus Kylianus ſentiens inſidias mulieris, cum ſociis ſuis die noctuque orationibus & jejuniis vacabat, alacriter exſpectans jam dudum optatam martyrii coronam. Quadam autem nocte, ſancto Viro cum ſociis ſuis laudes divinas celebrante, adeſt lictor una cum ſocio, a oefanda muliere deſtinatus, qui Dei Sanctos diſtrictis gladiis impie trucidant. Quorum corpora eadem nocte, clam in eodem loco, cum ſacris eorum veſtibus & libris; ac reliquis omnibus quæ habebant, ita ut nec ſignum aliquod de iis appareret ; ſepulta ſunt. Imo, ne umquam revelarentur, ſtabula equorum ſuper illorum ſepulcrum conſtituta fuere.

qua ex Egilwardo objiciuntur. 47 LECTIO VIII. Mulier autem quædam, Burgunda nomine, Deo devota, prope cellam ſancti Viri habens oratorium, qualiter res geſta eſſet cognoſcens, tamen prodere timens, tandem ante finem vitæ ſuæ cuncta propalavit. Duce igitur reverſo, viſoſque Sanctos inquirente, uxor ejus, eoſdem, cauſa peregrinationis ſolitæ, jam dudum abiiſſe, mentita eſt. In brevi autem poſtea carnifices,

qui

A qui Viros ſanctos necaverant, a dæmonibus correpti, coram omnibus horribili voce clamabant, identidem repetentes: Heu Kyliane, quantum nos incendia! Sicque ſceleſtiſſimo facto ſuo propalato, miſere exſpiraverunt. Nec longe poſtmodum, etiam ipſa cruenta mulier Ducissa, a dæmone arrepta, eumdem fere clamorem aſſiduo edidit, dicens: O Kyliane, Kyliane, quam graviter uris, quam acriter inſtas! A calice quidem, Kyliane, diceris, ſed heu quam amarum calicem mihi infundis! His ſæpius dictis, tandem cum magno cruciatu, ad cruciatus, a diabolo ſibi paratos, migravit. Poſt multum vero temporis, Spiritu ſancto favente, & ſancto Kyliano miracula faciente, eorum corpora Chriſtianis ſunt revelata, & in decentiorem locum, maxima cum veneratione collocata. *Sive hic ſtudio, ſive caſu præterita fuerit mors violenta a ſervis Gerberto Duci illata; recte, me quidem judice, omiſſa videtur, quidquid eam moneret Notkerus. Cur ita ſentiam, ſupra explicui. Nunc reliquum eſt, ut unicum, de novis lectionibus & hodierno Sanctorum cultu, paragraphum ſubjungamus.*

Auct. J. B. S.

B

§. VI. De novis in Officio eccleſiaſtico lectionibus, & ſolenni hodierno Sanctorum cultu.

Ad quæſtionem meæ reſpondens Reverendiſſimus Suffraganeus,

NOn *ita pridem compoſitæ ſunt novæ de* S. Kiliano *& ſociis lectiones, a noſtro P. Leonardo Pierz ab annis quindecim huc tranſmiſſæ, de quibus huc etiam ugere paraveram, ſed cum prima fronte adverterim, ex Egilwardina Legenda, omnium manibus trita & hic denuo recuſa, deſumptas eſſe, nec veroſimiliter excuſas, aut uſu admiſſas; non putavi operæ pretium eas tranſcribere: ſatis mihi fuit, per R. P. Wildericum Zinck, Collegii noſtri Herbipolenſis Rectorem, ea indicare, quæ mihi in ipſis non ita arriderent, quæque ex ſupra diſputatis ſatis manifeſte patere exiſtimo.*

C *Major cura fuit, ut per eumdem Patrem ea manuſcripta documenta, ex quibus hodiernam Sanctorum ſolemnitatem lectorum oculis liceret exponere, quam cultus partem, ab omnibus ſcriptoribus negletam, ſatis mirari non poteram. Varias itaque quæſtiones propoſui, ex quarum ſolutionibus res tota, quæ huc potiſſimum attinet, elucidaretur. Ad quas ea primum pervenerunt, perſpectum non habeo: id certum eſt, reſponſa tam diu dilata fuiſſe, ut tantum non, urgentibus typis, hinc excludenda fuerint. Tandem a paucis diebus deſideratas notitias ſubmiſit Reverendiſſimus ac Perillustris, nec minus eruditus Dominus Joannes Bernardus, Epiſcopus Chryſopolitanus, Herbipolenſis Suffraganeus, cujus officioſiſſimæ benevolentiæ accepta referri debent, quæ tota hoc paragrapho ſubjicientur.*

novæ, vetera alia manuſcripta ad reperiri

49 *Quæſieram primo loco; Num præter monumenta a me ex Surio præcipue & Serario diſcuſſa, nulla Herbipoli aut in vicinis monaſteriis de* S. Kiliano *& ſociis reperta eſſent, ex quibus ſacra hiſtoria magis illuſtrari poſſet. Spem aliquam fecerant ea, quæ circumferri audieram de antiquitatum theſauro, ſub tecto Cathedralis eccleſiæ, a V. C. Georgio Conrado Sigler, non ita pridem invento. Verum ad hæc repoſuit Reverendiſſimus, omnia monaſteria &, ſique ſint, archiva olim perluſtraſſe diligentiſſimum hujuſmodi emolumentorum inveſtigatorem, noſtrum P. Joannem Gamans* ad requiſitionem venerabilis P. Bollandi, *ejuſque præterea continuatores, codices omnes manuſcriptos evolviſſe: ut merito ſupponi debeat, præter vulgata nihil ſupereſſe, quod ad rem ſacram magnopere conducat. Neque vero alia tradidiſſe Trithemium, in monaſterio Scotorum Herbipoli vita functum anno* 1519. *neque Laurentium Friſium*, qui natus anno MCCCCXCI. trium Epiſcopotum & Principum Conradi III. Conradi IV. & Melchioris conſiliarius, ſecretarius & archivarius fuit; *cum tamen hi duo res Herbipolenſium minutiſſime deſcripſiſſe videantur*: non alia *interim* uſi notitia, *inquit Reverendiſſimus*, quam quæ fuit Surio & Serario, *ut proinde ſupervacaneum ſit, operoſiorem diſquiſitionem de veteribus monumentis inſtituere. Felicius ea docere me potuit, quæ aliis quæſtionibus propoſueram.*

D

50 *Secunda erat*: *Quænam ſanctis* Kiliano *& ſociis veneratio hodie exhiberi ſoleret? Utar hic ipſis Reverendiſſimi verbis, quæ ſic habent*: Magna, *inquit*, & forſan major alteri Sancto, quem alia provincia Germaniæ pro fidei fundatore colit, non exhibebitur. Pridie poſt campanæ ſonitum ad Ave Maria in meridie, per diſtinctarum campanarum quaſi continuum pulſum clerus & populus ad primas convocatur Veſperas, quas ipſe Epiſcopus Princeps cantat, præſentibus omnibus Cathedralis eccleſiæ canonicis, qui in hac & reliquis per totam Octavam diebus adeſſe debent, niſi notabilem redditum portionem velint amittere. Comparent in iis reliquus in civitate Clerus ſecularis Collegiatarum eccleſiarum, Abbas cum conventu ex monaſterio S. Stephani, Ordinis S. Benedicti, omnes tam in urbe quam extra illam, viciniores parochi: qui in ſolenni proceſſione introducunt Sanctorum reliquias, quas poſſident. Finitis primis Veſperis & Completorio, poſt unius horæ ſpatium, in Cathedrali & prope adjacente Collegiata Novi monaſterii, ubi locus primæ ſanctorum Patronorum ſepulturæ eſt, incipit Matutinum cum Laudibus pro die ſequenti, in quo celebrantem ſeu officiatorem agit major eccleſiæ Cathedralis Decanus.

hodiernum ſolemnitas

E

51 *Hæc in feſtivitatis pervigilio, ſolenni plane celebritate. Pergit Reverendiſſimus*: Altero die, ſummo mane, in ipſo feſto, in Cathedrali perſolvuntur de Horis minoribus Prima & Tertia. Poſtea ab ipſis miniſtrantibus eccleſiæ Cathedralis Canonicis capicularibus celebratur primum Sacrum ſolenne. Hoc finito, habetur hora ſeptima uſque ad octavam concio in Cathedrali ab ipſo Epiſcopo Suffraganeo. Hora octava ab ipſo Epiſcopo Principe Sanctiſſimum in proceſſione, comitante toto Clero in cappis, defertur ad Collegiatam in Novo monaſterio, ad tumbam vel locum primæ ſepulturæ ſanctorum Martyrum, uti ſupra dictum; ubi olim Ducis Gosberti palatium fuiſſe creditur, & inde per aliquem circuitum iterum ad Cathedralem, in qua in altari majore, coram expoſitis tribus Sanctorum capitibus in ſtatuis argenteis, dictus Epiſcopus Princeps celebrat ſummum Sacrum. Secundæ Veſperæ vel ab ipſo Epiſcopo Suffraganeo, vel Decano majoris eccleſiæ cantantur, & illis finitis, deducuntur reliquiæ Sanctorum in proceſſione iterum ad eccleſias proprias.

diſſimile

F

52 Per

A

& accurate explicanda.

52 Per totam Octavam qualibet die, coram expoſitis Sanctorum reliquiis Miſſa pontificalis ab Abbatibus & Præpoſitis infulatis hujus diœceſis celebratur, & in ipſa Octava proceſſio ſolennis circa hanc civitatem ducitur, præſentibus omnibus Cathedralis eccleſiæ canonicis. Solenniore etiam cultu per totam Octavam in loco primæ ſepulturæ, nunc ſeculari Collegiata, ad ſanctum Joannem Evangeliſtam in Novo monaſterio, de Sanctis fit memoria. Extra chorum ad diei ſolemnitatem ſpectat, quod circa Veſperas per triduum jus aſyli vel immunitas publica voce præconis promulgetur, pro omnibus qui vel proſcripti, vel metu pœnæ, ob delictum commiſſum ſibi male conſcii, a civitate diſceſſerunt. Item quod civium notabilis portio & ſtipendiarius miles, ad ſex millia quandoque aſcendens, in civitate præſens, in proceſſione hinc inde arma præſentans, Sanctis Patronis honorem augeant. *Non videntur diſtinctius exponi potuiſſe, quæ de hodierna feſtivitate, & ſolenniſſima veneratione, Sanctis exhibenda ſolita, poſtulaverunt. Pari utique & diligentia ceteras quæſtiones diſſolvit Reverendiſſimus, ut ex ſequentibus patebit.*

D

AUCT. I. B. S.

item quo habitu ſanctus depingi ſolet

53 *Tertio articulo inter rogaveram, qua forma aut habitu Sancti repræſententur, & quo in templo potiſſimum honorentur? Sua membro utrique aptatur reſponſio: Et primo quidem*, ſanctum Kilianum cum epiſcopali, ſanctum Colonatum in ſacerdotali, & ſanctum Totnanum in diaconali habitu ſculpi & pingi. Figuram S. Kiliani hic adjungo ex ſigillo, quo dicta Collegiata S. Joannis in Novo monaſterio de anno MCXIX. utebatur, cum antiquius non invenerim monumentum. *Sapit omnino ſeculi ſui non magnam ſculpendi peritiam; dignumque adeo viſum eſt, quod hic in ære inciſum exhiberetur, cum altero non diſſimili Epiſcopi Embricenſis, de quo in Actis S. Ottonis ad diem* 11. *Julii meminimus, quoque ipſa uſus ſit annus, ut notavit Reverendiſſimus*, 1135. *Ex amborum forma rem omnem perſpicies, colligeſque, quod alibi in Actis noſtris non ſemel obſervatum eſt, aliam ſeculis iſtis fuiſſe tum pedi, tum mitræ, tum aliorum paramentorum figuram; de qua hic pluribus differendum non eſt. Facile apparet, characteres ad hodiernorum normam a ſculptore expreſſos; quos vellem plane genuinos reddi potuiſſe.*

E

B

F

C

Alteri membro reponitur: Quod potiſſimum honorentur in eccleſia Cathedrali & modo dicta Collegiata, loco nimirum primæ ſepulturæ. Item in ſeminario ad S. Kilianum, & in celebri hoſpitalis Julianæi eccleſia.

& quo ritu eccleſiaſtico celebrentur Sancti

54 *Quartum caput inquirebat, quo ritu eccleſiaſtico colerentur Sancti, an cum Octava, an alio die, quam* VIII. *Julii? reſponſum:* Ritu duplici primæ claſſis, & quidem cum Octava, die VIII. Julii tantum celebrari, & ſic in antiquiſſimo diurnali manuſcripto, in quo annus deeſt, celebratum lego. *Prædicti Diurnalis vetuſtatem probat Reverendiſſimus ex eo, quod* in præfixo Kalendario, menſe Januarii non habeatur feſtum Cathedræ S. Petri; nil de feſto Corporis Chriſti, non feſtum Viſitationis; nil de Commemoratione Fidelium defunctorum ad diem ſecundum Novembris: *unde non male colligit, conſcriptum fuiſſe ſub finem ſeculi* XII. *Ex eo paucula deſcripſit, quæ hic merentur inſeri, cum jam alio loco commode referri non poſſint. Oratio in vigilia de* S. Kiliano *& ſociis ejus Colonato & Totnane*: Deus qui ſanctorum Martyrum tuorum Kiliani & ſociorum ejus mentes virtute conſtantiæ paſſione roborati, concede propitius, ut ſicut illi, devicto perſecutore, coronari a te meruerunt, ita nos eorum interventione defenſari, & ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereamur.

quam cultum feriis.

55 *Sequitur in ipſa die feſtiva Capitulum*: Juſti tulerunt ſpolia impiorum & decantaverunt, Domine, nomen ſanctum tuum, & victricem manuum tuam laudaverunt pariter Domine Deus noſter. *Oratio multis abbreviationibus contracta, ſatis communis eſt*: Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui beatorum martyrum tuorum Kyliani, Colonati, Totnati ſollempnia colimus, meritis ipſorum protegamur & precibus. *Magis propria eſt ea oratio, quæ pro Octavas ſignatur, ſed cujus partem alteram perfectiorem deſideres. In hunc modum concepta eſt*: Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſanctis tuis Kyliano ſocioſque ejus, non ſolum credere in Filium tuum, ſed etiam pro eodem pati poſſe donaſti, noſtræ quoque fragilitati divinum prætende ſubſidium, miam ſempiternam, pro qua illi felices exhilarant, nos ſaltem ſincera confeſſione conſequi mereamur. *Videtur hæc pars ultima ſic poſſe reſtitui:* ut vitam ſempiternam, in qua illi, poſt

cer-

A certamen, felices exhilarantur, nos saltem &c. ut ſervetur aliqualis membrorum oppoſitio, Ad quæſtiones regrediamur.

AUCT. J. B. S.

Quo uſque ſe bodie extenderit,

56 *Quinta petebat: Ad quas alias urbes, intra vel extra dioeceſim Herbipolenſem is cultus extendatur? Solutio:* Olim ante Lutheri hæreſim, quam civitates imperiales in Germania, paucis exceptis, nunc potiſſimum profitentur, extendit ſe ad civitates imperiales in hac dioeceſi ſitas, & ſignanter ad illam Windsheim dictam, cujus prima & principalis eccleſia in honorem & titulum ſancti Kiliani anno MCXC. ædificari cœpit, in cujus altari majore hiſtoria ejuſdem Sancti adhuc in hodiernum diem cernitur. 2. In Schweinfurth, ubi pons a S. Kiliano nomen habet, & anno MCCCLXXXIII. artificioſe elaboratus fuit, 3. In Hailbrunn Suevorum, 4. In Hallis; in quibus duabus civitatibus imperialibus, in dioeceſi Herbipolenſi ſitis, eccleſiæ in honorem S. Kiliani olim dedicatæ fuerunt, & in hodiernum diem monumenta non contemnendæ antiquitatis ibidem conſpiciuntur. Extra hanc dioeceſim in Weſtphalia prope monaſterium Corbejenſe, oppidum eſt Huxarum nuncupatum, in quo ante annum milleſimum a Chriſto nato, templum in honorem & nomen S. Kiliani exſtructum, teſtatur Chriſtianus Franciſcus Paulinus in Chronico Huxarienſi, Francofurti MDCXCVIII. edito, ubi fol. 6. & 7. memorat oblationes ad aram illis de anno MLXXXVIII. a piis fundatoribus factas. Viennæ in Auſtria a patriotis Franconibus quotannis feſtum ſolenniſſime agitur. *Videatur Gelenius hoc die; item Officia Oſnabrugenſia, Mindenſia & alia.*

B

Et unde Lambacum pervenerit.

57 *Legeram apud Bruſchium, Adalberonem, Comitem a Laymbach & Scherdingen, ex Bavaris parentibus Arnoldo & Regilla, Lambacenſis monaſterii fundatoribus ortum eſſe, atque eccleſiam Herbipolenſem annis quadraginta laudabiliter & utiliſſime rexiſſe, non ſine multis inſidiis & vexationibus ab Henrico Imperatore ſobiſmatico ipſi paratis, ſic ut non ſemel a ſede ejectus fuerit, ad monaſterium Lambacenſe ſeſe recipere compulſus, ubi tandem quiete vivere, & præſentibus uti maluit, quam alibi cum ſummis vitæ periculis, ea iterum admittere, quibus jam hoſtium ſuorum ſchiſmaticorum armis excidiſſet. Hæc mihi ſatis præmonſtrabant, ſanctorum Kiliani & ſociorum cultum, de quo ſupra egimus, ab Adalberone Lambacum translatum fuiſſe, verum ſuſpicabar aliud quid intervenire debuiſſe, v. g. conceſſionem reliquiarum, unde tanta celebritas ibi hactenus perſeveraſſet. Quæſivi itaque 6. Unde tanta ſolennitas in eccleſia Lambacenſi ſuperioris Auſtriæ, ut cum Octava iſtic celebrentur S. Kilianus & ſoci? At nihil præterea reperit Reverendiſſimus, totam cultus cauſam referens in Adalberonem ipſum, aut in cœnobii iſtius monachos, qui illius, tamquam fundatoris, amore ſanctos Herbipolenſes Patronos venerari cœperint, & porro hactenus in eadem veneratione conſtantiſſime perſeverent.*

C

De reliquiarum expoſitione & populi ad eas converſu.

58 *Quæ ſuperſunt quæſita, paucis percurram. Petieram: Quo loco & in quo altari expoſita ſint Sanctorum corpora, aut quale eis erectum monumentum, qualis lipſanotheca? Reſpondetur*: In feſtis ſolenioribus tria ſanctorum Martyrum capita in ſtatuis argenteis exponi in altari majore eccleſiæ Cathedralis, una cum codice Evangeliorum, quem eorum ſanguine conſperſum, traditio oſtendit. In Collegiata Novi monaſterii, in templo ſeminarii S. Kiliani, & in celebri hoſpitalis Julianæi eccleſia illorum reliquiæ exponuntur. *Dubium remanet, quo loco aut in quo tumulo depoſitæ ſint reliquæ Sanctorum exuviæ; niſi intelligamus, veſtibus eſſe in veteri ſepultura Novi monaſterii, aut forte bellorum injuriis, hæreticorum incurſionibus, ut in Belgio noſtro & tota ferme Gallia factum deploramus, aut alia calamitate interiiſſe. Poſtrema dubia erant, de populi ad ſacras reliquias concurſu, & recentioribus miraculis. Ingens fidelium confluxus aſſeritur in ipſo feſto & per Octavam, tam ex Francouia, quam ex adjacentibus provinciis; at* miracula recenter deſcripta non inveniuntur. *Majorum incuriam accuſamus, nos ipſi ſæpe in iis, quæ ante pedes ſunt, negligentiores.*

D

59 *Quæſtionibus meis poſtulatum attexueram, adderentur quælibet alia, ad Sanctorum poſthumam gloriam quomodocumque ſpectantia. Monuit itaque Reverendiſſimus, Joannem Fredericum Pfeffinger, V. C. & equeſtres academiæ Luneburgenſis inſpectorem, vulgaſſe recenter librum, ſub titulo* Vitriarius illuſtratus, *in quo deſcribit Vitas Imperatorum, epiſcopatus & principatus Germaniæ; & lib. 1. Tit. 15. de Principibus imperii, multa beneficia memorat, ab Imperatoribus eccleſiæ Herbipolenſi, ex veneratione erga* S. Kilianum *collata: unde deſcribi & ad me tranſmitti curavit laudatus Reverendiſſimus folia nonnulla, quæ poſtulato noſtro non incongrua aptari poterant, niſi obſtitiſſent angustiæ temporis, ad ſimilia paulo accuratius excutienda neceſſarii: & præterea opus eſſet, fontem ipſum conſulere, ex quo ea extracta ſunt, quod fieri prorſus non poſſe, manifeſtum eſt. Addo, quod opportunior locus ſupereſſe videatur: cum enim beneficiis iſta omnia, ad epiſcopatum Herbipolenſem potius, quam ad* S. Kiliani *geſta aut cultum referantur; magis opportune expendi & illuſtrari poterunt ad* XIV. *Octobris, quo colitur S. Burchardus, ſive controverſiæ verus primus iſtius civitatis Epiſcopus, ut ex ſupra dictis perſpectum exiſtimamus. Eris & tunc ſua* S. Kiliano *gloria, hic nihil ſupereſt, niſi ut Acta ipſa, paragrapho 4. ex profeſto diſcuſſa, repræſententur.*

Acta Burchardi remittuntur.

E

F

A C T A

Ex codice noſtro Ms. prægrandi Valcellenſi ſeu Moretiano

Collata cum aliis Mss. & cum editionibus Caniſii & Mabilionis.

Ad epiſcopatum provocatur, cum ſoci in Franconiâ pergit.

a

b

FUit vir vitæ venerabilis, nomine Killinus *a*, quem Scottica tellus de magno edidit genere, qui etiam a puerili ætate magnum habuit ſtudium ſacras diſcere litteras, & in eis tam perfecte profecit, ut exinde pontificale didiciſſet regere culmen *b*, & tunc jam alio vocabatur nomine Kilianus, babens gratiam ad clerum, & ad omnem populum, qui etiam in tantum, amore Chriſtianæ religionis impletus erat, ut quidquid ad animarum lucrum, quidquid ad propagationem fidei pertinere cognoſceret, devota men-

A mente & pio operari ſtudio non ceſſaret. Contigit autem, ut quadam die Evangelica ſimul & voce dominica admonitus eſſet, ubi dicitur: Qui vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Hæc ſecum beatiſſimus Vir toto cordis ac mentis affectu pertractans, congregatis in unum ſuis ſociis atque diſcipulis, id eſt Lonato *c*, ac Gallone *d*, & Arnuvale presbyteris & Totnano diacono, aliis ſeptem illis adjunctis, cœpit eis perſuadere, propria contemnere, patriamque & parentes, ſecundum Domini Evangelium, relinquere, & nudos ſequi Chriſtum. Illi ſtatim ſacræ admonitioni beati Viri obtemperantes, firmiter coadunati, relictis omnibus, de propria perrexerunt patria, & venerunt in Auſtralium partem, ad caſtellum, quod vocatur Wirziburch.

ubi priuſ. quam fidē pagani amnuntiat.

2 Ibi per aliquod tempus commorantes, regnante ibi eodem tempore quodam Duce, nomine Gozberto, filio Heranis *e* ſenioris, qui *e* fuit filius Hruodis; qui etiam ipſe Gozbertus, & omnis populus ſibi ſubjectus adhuc pa-
B ganico vivebant more, idola dæmonum colentes, Deum vero cæli & terræ minime agnoſcentes. Videns autem ſanctiſſimus Vir, miræ amœnitatis locum, atque pulchertimam multitudinem ibi nobilium virorum, ab antiquo hoſte obſeſſam, ultra quam dici poteſt, dolebat illorum cæciatem, iniitque conſilium cum ſuis, dicens: Fratres, videtis locum elegantem homineſque jocundos, licet errore deceptos; ſi vobis videtur, faciamus ſicut condiximus, uſque dum in noſtra ſuimus patria: eamus Romam, & viſitemus limina Principis ſanctorum Apoſtolorum, & præſentemus nos obtutibus B. Papæ Joannis, & ſi Domini voluntas ſit, ab Apoſtolica Sede accepta licentia, cum conſultu illius, iterum revertamur, & prædicemus illis fiducialiter nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. Non mora; factis compleverunt dicta, veniendo ad limina ſancti Petri Principis Apoſtolorum.

Romā appulſus, pētitionē ſuā libertati manifeſtat. a lege Cononis.

3 Sed illuc venientes, & Apoſtolicum virum Joannem non invenientes, quoniam jam defunctus eſt; a ſancto Papa Canone *a* prædictus Dei Pontifex Kilianus amabiliter &
C honorabiliter ſuſceptus eſt. Cum autem B. Papa Cannn audivit, unde venerat & ad quid venerat, & ad quem locum exinde prompta voluntate iturus fuerat; audita illius fide, pariter & doctrina, dedit illi a Deo & ſancto Petro Principe Apoſtolorum, licentiam & poteſtatem prædicandi & docendi, & quolcumque ſua convertere potuiſſet doctrina, libera atque firmiſſima hoc facere
f poteſtate *f*.

Inde redeūt Dūm Killenia cum populo conuertit;

4 Ipſi namque exinde pergentes itinere, ſequeſtrati ſunt, tamen corporaliter, non ſpiritualiter, & adhærebant ſuo Epiſcopo Kilian Colonatus presbyter, & Totnanus diaconus, & venerunt in partem Auſtralium Francorum, ad caſtellum, quod dicitur Wir-
g ziburch *g*, ibi prædicantes primitus verbum Domini. Quibus auditis, Gozbertus Dux convocari eos fecit ad ſe. Cum autem præſentati adeſſent, confabulationem in invicem fecerunt Kylianus Epiſcopus & præclarus Dux Gozbertus. Non multo poſt tempore perſuadebat illi devotus Domini Pontifex Kilianus, Chriſtianum fieri. Qui etiam, Domino volente, illius ſacris admonitionibus adquieſcens, baptizatus eſt ab illo, & confirmatus eſt omnis populus, qui ſub illius poteſtate erat. D Ex Mſſ.

5 Ipſe autem Gozbertus Dux in matri- *& illam ab illicitis amplexibus avertit;*
monio *b* habuit uxorem fratris ſui, ſicut antiquitus fuit conſuetudinis. Sed ſanctus Dei *b*
Pontifex, ſicut ſapiens ſemper facit ſapienter, noluit illi eam interdicere, antequam bene firmiterque confortatus eſſet in fide Chriſtianitatis. Tunc talibus ad illum locutus eſt ſermonibus; Fili dilecte, Gozberte, modo Chriſtianus, & per omnia Deo amabilis factus es, ſi unam rem facis, quam maxime te oportet facere, ut dimittas conjugem tuam, quam injuſte habes tibi copulatam; quoniam te non oportet habere uxorem fratris tui. Ad hæc dicta Dux Gozbertus, quaſi de gravi ſomno evigilans, reſpondit & dixit: Graviora & difficiliora modo ſuades & prædicas, quam ante. Sed per Dei omnipotentis amorem, quem prædicaſti & prædicas, dereliqui omnia, quæ dilecta & amabilia mihi fuerunt ad habenda: per eumdem amorem, & meam E
conjugem amantiſſimam, ſi non eſt licitum habere, dimittam, quoniam nihil mihi Dei amore charius, nihilque amabilius eſt.

propterea uxoris fratris ſui, cum ſocio necatur.

6 His auditis, conjox Gosberti nobiliſſimi Ducis, ira & invidiæ fomite accenſa, die noctuque cogitabat, quomodo Sanctos diſperdere potuiſſet. Cum autem appropinquaſſet tempus paſſionis & remunerationis eorum, præcedentibus meritis vacabant ſupradicti Martyres Chriſti die noctuque orationibus & jejuniis, læti ſine triſtitia, & devoti ſine formidine, alacres expectantes diem jam optatam, ut martyrio coronarentur. Contigit autem, ut quadam nocte dum Dominus omnipotens ſuos finire voluiſſet milites temporale certamen, tempore nocturno, quando in Dei laudibus unanimiter conſiſtebant, acceſſit lictor *i* ad eos, enſe acuto quaſi præparatus *i*
ad jugulandos Dei amicos, complens præcepta Geilanę, uxoris Gozberti Ducis: quod videns Killena Pontifex Chriſti, dixit ad ſuos: O filii mei ſpirituales, jam adeſt dies diu optata; ſpirituale certamen mecum inite abſque timore, ſine trepidatione, ſecundum Do- *g*
mini vocem: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. His dictis, omnes pariter capitibus truncati ſunt, & martyrio coronati. Eadem etenim nocte cum omni celeritate eodem in loco furtim ſepulti ſunt, ſed & illorum capſæ, crux, & Evangelium, aliaque Pontificalia veſtimenta ſimul cum illis in ſepulcro poſita ſunt.

Io humi do defoſſi libri & veſtes ſacræ non corrumpuntur.

7 Hoc videns quædam matrona, nomine Burgunda, verbis facta narravit. Eſt enim loci illius conſuetudinis in autumno vel hieme, nec non & verno, temporeque æſtivo, quando pluit, non plus quam duorum pedum ſpatium poteſt fodi, niſi aqua contra erumpat. Sed divina miſerante gratia, quando Deus omnipotens corpora eorum de loco ſepulturæ ad majorem volut ſublevari honorem, carnibus, ſicut mos eſt, conſumptis, cetera ſana & bene cuſtodita inventa ſunt, in tantum, ut nec unum folium de libris vel

A vel fimbriæ de veſtimentis ipſorum putredine Ex Mss. conſumptum ſit. Veniente quoque Duce Gozberto, & ubi ſupradicti Dei ſervi eſſent, inquirente, infidelis uxor ejus reſpondit, ſe neſcire quo pergerent, vel ubi forent. Sed miſer ille, qui necis eorum reus tenebatur, non potuit celare pœnam, quæ ei de vindicta Martyrum evenit, ſed currens huc illucque vagus & profugus, & velut phreneticus, ſe eſſe reum de morte eorum ſemper aſſerebat, & inſuper ajebat tremens & lugens: Killena ſanctus Dei igne me ferociſſimo exurit.

Punitur divinitus, qui ſanctos torquemat.

8 Hoc itaque audiens Gozbertus Dux, congregato omni populo, qui cum illo ſimul erat k ſacro baptiſmatis fonte a ſancto Pontifice ablutus, interrogavit eos, quid de miſero facere debuiſſet. Erat autem ibi quidam homo eloquens k, paratuſque ad reſpondendum, ſecundum ſuggeſtionem Geilanæ infelicis uxoris Gozbecti, qui taliter dixit: Domine mi, Dux Gozberte, cogita de temetipſo, & omnibus nobis, qui ſimul tecum baptiſma ſuſcepimus ab ipſis, B & proba, utrum Deus eorum tam fortis, tam præpotens ſit, & omnia ſciens, retribuenſque bonis bona, & in noviſſimis mala reſtituens malis, niſi ſe per pœnitentiam ante correxerint: & jube iſtum miſerum reſolvi a vinculis, & coram omni populo, ſuo derelinqui arbitrio. Si enim eſt talis Deus eorum, ſicut dixerunt & illi, deſcendet ſuper eum vindicta illius, & potenter ſuos vindicabit ſervos. Sin autem alias, ne iraſcatur Dominus meus, qui talia l dico; tunc volumus ſervire magnæ Dianæ l, ſicut & anteriores noſtri fecerunt patres, & proſperati ſunt in eo uſque in præſens. Factum eſt quoque ſecundum dictum hominis tyranni, & dimiſſus eſt miſer ille in medio populi. Cum vero dimiſſus eſſet, cœpit repente inſanire & ſemetipſum ſuis laniare dentibus, quo uſque vitam finivit præſentem. Quod cum viderent, qui ſacro baptiſmatis fonte abluti erant, omnes pariter gloriantes, gaudebant ſe obedire illorum doctrinæ, quoniam videbant Deum illorum tam mirabiliter eos vindicare.

Vitio de Geilana & ejus filio ſumpta-15 miracula ac elevatio.

9 Igitur his omnibus ita peractis, vindicta iræ Dei ſubſecuta eſt carnifices ſanctorum Martyrum. Nam Geilanam ſpiritus invaſit C malignus, atque in tantum eam agitabat, uſque dum vitam finiret. Hetanum m vero filium ejus populus Orientalium Francorum de regno ejecerunt. In tantum enim illius perſecuti ſunt progeniem, ut nec unus de illius ſtirpe remaneret. Poſt multum vero temporis, in loco, ubi illorum ſepulta ſunt corpora, divino nutu receperunt cæci viſum, claudi quoque greſſum, ſurdi auditum. Quotquot diverſis infirmitatibus erant fatigati, & ibi venerunt, ſtatim ſanitatem receperunt. Illuſtrante autem Domino merita eorum, cum conſilio & præcepto Zachariæ Papæ, mediante Bonifacio Archiepiſcopo, a Burchardo, primo Wirſiburnenſium Epiſcopo, de tumulo honorifice ſublevati ſunt, regnante Pippino, primo Orientalium Francorum Rege feliciter.

D

ANNOTATA.

a *Canifii editio & alii codices legunt* Killena *ſeu* Kyllena: *rectius opinor: nam & in decurſa etiam hic* Killena *&* Kyllena *ſcribitur.*

b *Hinc in Commentario collegimus*, S. Kilianum *Epiſcopum fuiſſe, prout ſæpe ante patria egrederetur. Nihil habent hæc Acta, quo vel eminus ſuadeant, monachum aut abbatem appellari debere.*

c *Hunc* Colonatum *ſeu potius* Colomannum *eſſe, ex contextu facile colligitur.*

d *De hoc nihil uſpiam reperio, de ſequenti Arnuvale, dicemus ſuo loco. Non omnes cum S. Kiliano in Franconiam perrexiſſe, ſatis conſtat: Trithemii & Wionis auctoritas oppoſitum non evincet.*

e *De hac progenie, non eſt quod quærendo te* E *fatiges. De Gozberto & Hetano varia tradunt Legendæ, quæ nemo facile conciliet. Vide Serrarii notationem 13.*

f *Hæc omnia recte & appoſite ordinata ſunt, multa & hic & alibi finxit interpolator, de quibus vide annotata ad Paſſionem alteram.*

g *De hac urbe locuti ſumus in Comm. prævio.*

h *Legebatur in codice* maherimonia, *ut eſt etiam in edito Canifii.*

i *Unus hic indicatur lictor, in omnibus interpolatis carnifices duo ſunt.*

k *Mirum ſane, totam hanc hiſtoriam ab Egilwardo præteritam.*

l *De diis gentium, qui tunc temporis in Francovia colebantur, videnda Serrarii notatio 14.*

m *Canifii editio, quam ſequitur Mabilo, vult Gozbertum etiam a ſuis occiſum, cujus rei nulla aſſignari poteſt ratio: præferenda videtur lectio noſtra.*

Hactenus de Actis, quæ ſi non omnino genuina ſint & a ſynchrono aut ſubæquali ſcripta, longe ſane ſinceriora exiſtimo, quam ſint majora illa, quæ a Canifio edita diximus, aut paulo breviora Surii & Serrarii. Ceterum ne quid a nobis prætermiſſum conqueri poſſint Herbipolenſes, Paſſionem iſtam longiorem etiam ſubjiciendam cenſuimus: de qua præter jam dicta in Commentario & in Annotatis infra, nihil hic obſervandum ſupereſt. F

ALTERA PASSIO

Ex Mss. codicibus eruta ab Henrico Canifio tomo 4. Antiquarum Lectionum.

Prologus auctoris.

SAnctorum Martyrum certamina quoties ad memoriam redeunt, toties mentem ardore compunctionis tangunt, quo fit, ut fraternæ charitati multum videatur impendere, qui Martyrum hiſtorias ſtylo ſtudet memoriæ commendare. Et quamvis culpis retardantibus, iter rectitudinis aſſequi non valeat, incedentibus tamen in patriam, veritatis tramitem monſtrat. Alioquin miſerrimum eſt, feliciter navigantibus, ſi invideat portum ſalutis, qui patitur damna periculoſæ navigationis. Idcirco beatiſſimi Kiliani ac ſociorum ejus geſta, prout poſſumus, litterarum notis aſſignare curamus, ut frater-

A na ſtudia *a* ad amorem boni operis incitemus.
a Quia enim phialam dare fratribus non poſſumus, ſaltem cyathum propinemus.

INCIPIT PASSIO.

CAPUT I.

S. Kiliani puericia, monachatus, præfectura, peregrinatio in Franconiam & Romam: ubi Epiſcopus ordinatus, ad miſſionem reduc, Ducem cum populo convertit.

Literis probe inſtructus. *b*

B Eatus Kilianus, Scotorum genere nobilibus ortus parentibus, divinæ tamen gratiæ factus eſt nobilitate clariſſimus. Scotia, quæ & Hibernia dicitur *b*, inſula eſt maris Oceani, fœcunda quidem glebis, ſed ſanctiſſimis clarior viris; ex quibus Columbano gaudet Italia, Gallo ditatur Alemannia, Kiliano Teutonica nobilitatur Francia. Qui, ut diximus, nobili proſapia editus, a pueritia liberalibus ſtudiis traditus, ſimul cum litterarum incrementis diligenter cœpit indagare viam veritatis. Tandem prævenientе ſe gratia Dei, ſpretis humanarum litterarum ſtudiis, omnibuſque hujus mundi illecebris, monaſterium petiit, abnegavit ſemetipſum ſibi, tulitque crucem ſuam, & ſecutus eſt Chriſtum.

Fit monachus & abbas.

3 In monaſterio igitur poſitus, quantæ obedientiæ, quantæque frugalitatis, quantæque fuerit vigiliarum & orationum inſtantiæ, vitæ præſentis terminus declaravit. Quamvis etenim martyrii palma per gratiam magis, quam per meritum conſtet, bonis tamen adimpletur operibus. Videntes itaque monaſterii fratres in virtutum profectibus beati Viri perſeverantiam, primo eum per eccleſiaſticos gradus ad presbyteratus officium precibus accendere, deinde ejuſdem monaſterii regiminis curam ſumere coegerunt. Ille autem ſciens, perfectionem charitatis ſine proximi dilectione perfecte conſtare non poſſe, paſſus eſt in propriis ſe aliquantulum minorari, ut fratrum prodeſſe poſſet utilitati, imitatus Apoſtolum, cupientem anathema fieri a Chriſto pro fratribus & cognatis ſecundum carnem.

C

ſed gloriam fugiens, in Pictaviam cum ſociis pergit:

4 Verumtamen cum fama beati Viri longe lateque crebreſceret, metuens ipſe, ne popularis favor maculæ ſibi rugam infigeret, cœpit meditari, qualiter notos & propinquos relinqueret, peteretque longe ſepoſitas terras, ubi nbſcutus fama, & vilis genere poſſet haberi, quo liberius divinis cultibus vacare valeret. Deliberatione itaque recedendi facta, collectis ſociis *c*, in quibus idem fervor dilectionis ardebat, ad vicinam Scotiæ Britanniam pervenit; quam non longa navigatione præteriens, Galliam attigit. Qua permeata

c

peregrinatus. * in provinciam Germaniæ devenit, quæ ab incolis terræ ipſius Orientalis Francia vocitatur; ibique in oppido, quod Wirzeburg eorum lingua dicitur, latina vero lingua, virorum *d* interpretari caſtellum poteſt, moram ſe facturum diſpoſuit, non veritus incredulæ

d

gentis feritatem, eo quod intrepidus coronam optaret martyrii. Sed tamen prædicationis interim abſtinuit, donec Romano ſe Pontifici præſentaret, quatenus apud Romanam Sedem & integrum Chriſtianæ religionis dogma, & licentiam prædicandi acciperet. Hibernia *e* ſiquidem nlim Pelagiana fœdata fuerat hæreſi, Apoſtolicaque cenſura damnata, quæ niſi Romano judicio ſolvi non poterat. Idcirco vir ſanctiſſimus coram Primate Apoſtolicæ Sedis, ejuſdemque miniſtris, ut ſibi ſemina divini verbi gentilibus erogare liceret, ſtudio divini amoris expetivit. D EXEDIT. H. CAN.

e

5 Tunc autem præerat Romanæ Eccleſiæ Konon Pontifex, humanis, diviniſque litteris pollens, pontificali officio congruus, in ordinandis eccleſiaſticis rebus diſcretor idoneus. Qui audita fide præfati Viri, charitatis nexibus illigata, Deo gratias retulit, eique ſeſe charitatis amore impertivit, exultans, ſemina divini eloquii ab inſulanis, ac longe poſitis Doctoribus augeri.

unde Romam proſectus.

E

ibi Epiſcopus ordinatur.

6 Erat igitur apud egregium Pontificem non modica exultatio, quia cernebat paulatim evacuari fraudem antiqui hoſtis, creſcentibus divinæ miniſtris operationis. Tunc ex conſenſu totius Urbis beatiſſimum Virum in præſulatus officium conſtituit, quo & chriſma conficere, & eccleſias dedicare, & ſacros ordines confecrare irreprehenſibiliter valeret. His ita peractis, dimiſit eum, monens, ut cœpto nperi inſiſteret, a Domino ſibi parato præmin æternæ retributionis. Beatus itaque Kilianus urbem egreſſus, peracto itinere cum Kolomanno presbytero & Totmanno levita, ad locum ſibi deſtinatum pervenit, Columbano in Italia relicto. Nam Romam pergena, Gallum *f* in Alemannia, febre gravatum dimiſit.

f

Indoque reddit Herbipolenſibus predicat.

7 Veniens igitur ad prædictum oppidum Orientalis Franciæ Wirziburg, nnn eum, quem in eadem provincia Ducem reliquerat, invenit, ſed alium *g*, nomine Gozbertum. Porro venerabilis Vir paulatim cœpit pabula divini verbi incredulia populis miniſtrare. Tantam enim Dominus ei gratiam contulerat, ut in brevi tempore gentis loqnelam perdiſceret, & eis proprio ſermone ſemina veritatis erogaret. Mirabantur autem omnes, non ſolum novitatem doctrinæ, ſed exuberantiam quoque eloquentiæ; facundiam etiam ſermonis comitabatur efficacia virtutis. Impletum eſt in illn, quod Veritas Apoſtolis promiſit; Ego, inquiens, dabo vobis os & ſapientiam. Et iterum: Opera, quæ ego facio, & vns facietis. Sed cum jam divini ſemina ſuccreſcerent eloquii, & plebs gradatim minueretur errore gentilitatis, uſque ad principes populi ſancti Viri fama pervenit, ut Ducem quoqua provinciæ non lateret. Qui eumdem ſanctum Virum ſibi præſentari juſſit, experiri cupiens, quæ eſſet hæc doctrina, quam prædicabat, hactenus ſibi incognita. F

g

Poſt varios labores

8 Erat vero idem Princeps naturali ingenin præditus, licet gentilitatis errore fœdatus. Ad quem cum a beato Viro perventum eſſet, conſtanter veræ dogma religionis inſinuare cœpit, docens, unum eſſe Deum viſibilis & inviſibilis creaturæ auctorem, in Trinitate perſonarum, & unitate divinitatis conſiſten-

A EXEDIT. H.CAN.

ſiſtentem : Jeſum Chriſtum a Judæis crucifixum, in una perſona verum Deum, verumque hominem, in natura divinitatis æqualem Patri, in natura humanitatis factum mortalem ; tertiam tamen in Trinitate perſonam, per quam rationabilis mortaliſque creatura, invidi hoſtis fraude decepta, ſit miſericorditer reparata. Præfatus autem Princeps adjuvans tanti viri conſtantiam, & ſermonum inſuperabilem veritatem, quia, ut diximus, naturali pollebat ingenio, veris ſe ſuperatum ſententiis videns, ad tempus ejus diſtulit auditionem, volens frequenti apud ſe tractare rimatu, utrum, quem Kilianus docebat, an Dianæ *b* cultus præponendus foret. Diana namque apud illum ſumma veneratione habebatur. Verumtamen egregius Vir jugi inſtantia laborabat, ut Deo redderet animas, quas diabolus perdere conabatur. Lucerna igitur ſupra candelabrum poſita, omnibus reſplendebat, & civitas in monte conſtituta ab omnibus videbatur.

b

B *Dorcas eâ omni populo commendat.*

9 Porro prænominatus Dux cernens perſeverantiam prædicationis egregii Viri, ſecreto venit ad eum, cupiens doctrinis ejus inſtrui, quatenus cognito tramite veritatis, abigere valeret anfractus erroris. Sed a beatiſſimo Viro Catholicæ fidei documentis diligenter inſtructus, proximo die Dominicæ Reſurrectionis *i* cum multis aliis dato nomine, aqua lotus baptiſmatis, abſolutionem priſtini promeruit erroris. Sicque factum eſt, ut tota pene provincia Orientalis Franciæ, relicto dæmonum cultu, divinæ religioni operam daret. O beatiſſimum virum Apoſtolicæ dignitati comparandum! Ad judicium namque Domino veniente, Petrus Judæam, Andreas Achaiam, ceteriquæ ſecum diverſa regna trahent, inter quos beatus Kilianus Teutonicam Franciam ducet. Quanta tunc erit exultatio patris in prole, & prolis in patre, quando omnibus mundi conſumptis periculis, neque memoria reſtabit tribulationis. Sed jam tempus eſt, ut ad beati Viri, ſociorumque ejus martyrium ſuccincte pergamus, ita tamen, ut moderata brevitas & ſtudioſo lectori ſatisfaciat, & deſidioſo faſtidium tollat.

i

C *& illum ab illicita matrimonio*

10 Prædictus Dux Gozbertus, monitu aſſiduo beatiſſimi Præſulis, ad meliora de die in diem proficiebat. Erat illi tamen conjunx ſecundum gentilitatis ritum, quæ quondam fratris ipſius conjugio fuerat copulata. Hæc Geilana nomine dicebatur. Præclarus autem Vir Dei idcirco in initio fidei noluit tale prohibere conjugium, ne in pœnitudinem credulitatis, gravitate monitus Princeps prælibatus ducereтur. Et hoc eſt, quod Apoſtolus in fide nondum perfectis dicebat : Tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. Perfectorum enim eſt ſolidus cibus. Ideoque egregius Martyr, quod gravius noverat, diſtulit in futurum, ſimulque divino revelante Spiritu, ſciens in hac re ſibi & ſociis cauſam conſtare martyrii, ut multis interea prodeſſet, interim omiſit tale damnare conjugium ; licet cuperet diſſolvi & cum Chriſto eſſe, imitatus Apoſtolum, qui in ſporta per murum a fratribus dimiſſus eſt, non ut mortem timeret, ſed ut multis ante mortem prodeſſet.

11 Verumtamen cum quadam die venerabilis Præſul Ducem familiariter alloqueretur, diD. *ſenſim vel probis.*

xiſſe fertur inter cetera : Fili mi, quem per Evangelium genui, gaudeo valde in profectu fidei tuæ, ſed multum me movet, quia illicitis nuptiis k detineris, & vereor nimis, ne a recto itinere tali conjugio retarderis. Legitur enim, ſapientiſſimo dicente viro : Qui in uno offendit, multa bona perdit ; Jacobo Apoſtolo teſtante ; Quia qui totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Propterea in baptiſmate innovatur homo, & non ex parte, ſed totus. Ut autem totus innovari poſſit, nihil priſtini retinere deberet erroris. Audiens hæc Princeps, primo hæſit ſtupore, deinde alta ſuſpiria trahens (valde enim diligebat eam, quam habebat uxorem) demum tale fertur dediſſe reſponſum : Audivi Pater, te docente, quia Dominus Jeſus monet, nihil præferendum ſuo amori, non patrem, non matrem, non filios, non uxorem, & idcirco quamvis unice diligam junctam mihi uxorem, præpono tamen divinum amorem *l*. Sed nunc non adeſt mihi otium inquirendi, qualiter eam dimittam, quia contra hoſtes noſtræ reipublicæ feſtino, cum autem fuero reverſus, inventa opportunitate dimittendi, ſeparabor ab illa. Hæc vero cum ad aures Geilanæ perveniſſent (quis enim fallere poſſet amantem ?) gravi incanduit ira, ceu raptis catulis leæna, diuque ſecum bacchata, ex eo cœpit quærere, quomodo ſanctos Viros extingueret : neque enim abſente marito, tanto ceſſaret cardine rerum.

k

l

E

ANNOTATA.

a *Monachum ſe eſſe inſinuat compilator, ut qui* fraterna ſtudia ad amorem boni operis incitare *conetur. Egilwardum autem fuiſſe non ſolum Vitæ S. Burchardi, ſed etiam* S. Kiliani *& ſociorum interpolatorem, in Commentario ſatis probatum exiſtimamus.*

b *De patria* S. Kiliani *egimus in Commentario. Omnia quæ hic dicuntur, uſque ad principium n.* 4. *nimis quam liberaliter ab Egilwardo adjecta ſunt.*

c *Mirum, quod ſociorum nomina, in prototypo ſuo expreſſa, omiſerit, quis cetera augere ſolitus eſt.*

F

d *Aliter interpretantur alii apud Seravium ; ſed de his ſatis dictum eſt.*

e *De hac intempeſtiva obſervatione dictum etiam in Commentario, uti & de iis, quæ Romæ geſta commemorat.*

f *Inepta rerum connexio : pridem ſepulti erant SS. Columbanus & Gallus, antequam Sanctus noſter è Britannia pedem extulerit, ut patebit ad* 16. *Octobris & 21. Nov. Pluret ejuſdem Egilwardi anachroniſmos ad S. Burchardi Vitam oſtendit Mabilio.*

g *Negatur iterum ſcriptor, ut etiam obſervavit Mabilio ; & quæ hic denuo verboſius commiſcet, mera aſſumenta ſunt.*

h *De diis iſtius temporis Francorum Orientalium pluribus diſputat Seravius art.* 14.

i *Quærit art. ſequenti Seravius, cur Reſurrectionis Dominicæ tempore baptizatus ſit Gozbertus ; ſed eum diem non ſignant Acta ſincera. Reliqua hoc numero adjecta, ad hiſtoriam parerga ſunt.*

k *Vide de his nuptiis Seravium operoſius diſputantem totis tribus articulis* 16. 17. *&* 18.

l *Hæc*

A | *Hæc etiam ab interpolatore excogitata ſunt, de quibus nihil vita vetuſtior.*

CAPUT II.

Sanctorum martyrium fraude uxoris Gozberti; in eam & carnifices divina ultio; Gozberti & filii meritus. Sacrorum corporum per Atalongum inventio & elevatio.

a *Hinc unor eo eadem offa.*

FElix Kiliane *a*, qui Heliæ & Joanni dignus es comparari. Helias namque Jezabelis inſidias pertulit, Herodiadis fraude Joannes martyrium accepit, tu Geilanæ zelo truncaris, tribus tamen una eſt cauſa laboris, teſtificatio videlicet veritatis. Helias non nuptias prohibuit, ſed mulieris improbitatem damnavit; ideoque tamen evaſit, quia Dominus eum abſcondit. Joannes & Kilianus, quia nuptias vetuerunt illicitas, femineo veneno mortem pertulerunt. Nulla ſiquidem feritas beſtiarum in hoc mundo ſimilis mulieris malæ. Ad hujus rei exemplum ſufficiunt duo nmnibus aliis incomparabiles viri. Samſon invicti roboris, dux Iſraeliticæ plebis, & Salomon inexhauſta ſapientia laudabilis, quorum utorque femineis fraudibus ceſſit; hic idola colendn, ille, quo privari fortitudine poſſet, monſtrando. Nulla igitur beſtia in hoc mundo ſimilis eſt mulieris malæ. Igitur ad propoſitum redeamus.

B

carnifices ſubornat,

13 Neſanda mulier, de qua nobis ſermo eſt, callida meditatione perquirebat, qualiter ſine populari ſtrepitu & vulgi cognitione, ſanctos Viros perderet. Armabatur namque impatientia iræ, & libidinis furore. Et quia diabolus iniqua cupientibus fomenta malitiæ ſubminiſtrat, inventi ſunt duo *b* miniſtri crudelitatis, qui promitterent, ſe ſatisfacturos Geilanæ deſideriis, datis ſibi muneribus miſerrimæ executionis: atque ita factum eſt, ut accepto

b

C præmin nefandi operis, pervenerint ad votum femineæ crudelitatis. Solebat namque beatiſſimus Martyr Kilianus, poſt parvam dnrmitionem neceſſitatis, ad ſtudium vigilare propenſæ orationis. Quadam vero nocte cum leves ſomnos carperet S. Kilianus, ita ut nec dormiret integre, nec vigilaret aperte, epparuit ei vir habitu *c* formaque pulcherrimus, qui diceret, Amice Kiliane ſurge, nolo te diutius laborare, uno dumtaxat certamine tangeris, & ſic jugiter victor mecum eris. His dictis abſceſſit. Evigilans autem egregius Vir, intelligena divinam ſibi adeſſe viſitationem, cnnvocatis ſratribus inquit: Fratres evigilemus, cito aderit Dominus, & pulſabit januam; cavendum ergo eſt, ne nos ſomno torpentes inveniat. Addamus nleum lampadibus, dum tempus eſt, ne ſi defecerit, tunc incipiamus quærere, quando non poterimus invenire.

c

qui Sanctos cum ſociis jugulavit.

14 Illis itaque circa medium noctis nrationibus vacantibus, carnifices ſtrictis gladiis locum, in quo orabant, penetrarunt. Quos cum ſacer Vir intuitus eſſet, ait, Amici, ad quid veniſtis? implebitis præceptum, conſummabitis curſum. His dictis interfecti ſunt, ibique terræ mandati, ne quia ſcire poſſet, quid factum foret. Veſtimenta quoque cum quibus divina Officia peragebant, ſacrique libri *d* ſimul cum eis defoſſa ſunt, ne quod indicium necis eorum deprehendi poſſet, ſed clam diſceſſiſſe putarentur cauſa ſolitæ peregrinationis. Erat tamen quædam nobilis mulier, Burgunda nnmine, quæ a principio prædicationis eorum ſanctis adhæſerat Vtris, habens cellulam juxta oratorium Sanctorum, quo facilius divinis laudibus intereſſe valeret. Hæc intenta vigiliis, quæ facta fuerint, diligenti ſtudio inveſtigavit, recedentibuſque carnificibus, linteolo fuſum ſanguinem Sanctorum collegit *e*, ac terræ diligenter inſodit, vigiliis & oratinnibus vacans, ubi Sanctorum corpora nbruta noverat, excolebatque locum veneratione, qua poterat, licet ſilenter, ne ſicut poſtea factum eſt, Geilanæ juſſu removeretur.

D EXPDIT. H.CAN. *d*

e

15 Eadem ſceleratiſſima mulier, ſtratis quoque plancis *, ſtabulum equorum, in loco, ubi ſancti Martyres humati erant, fieri juſſit, ne quo indicio ſacra corpora proderentur. Ferunt tamen ab his, qui tunc fuere, poſteris relatum, quod animalia ibi ſtabulata ſuper ſepulcra Martyrum, nec ſtercora, nec urinam jacerent *f*, honorem Martyribus exhibentia, ut quod de Capite Propheta vaticinatus eſt, hoc in eis membris reperirerur. Cognovit, inquiens, bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui; Iſrael non cognovit. Talique modo, ut dictum eſt, Sanctorum corpora hominibus pene ignota forent, niſi præfata Burgunda in extremn vitæ poſita, quibuſdam fidelibus, nbi poſita eſſent, revelaverit *g*. Contigit autem, ut Dux, peracta militia, reverteretur ad locum, ubi ſanctos Viros dimiſerat. Quos cum non inveniſſet, ſtudinſe cœpit perquirere, quando & qua cauſa receſſerint, quove abierint; ejus enim uxor, veneno malitiæ fœdata, aliquando rubore perſuſa, aliquando pallore depreſſe, aliquandn confidentia roborata, diverſos anfractus nequitiæ ſuæ fraudibus prætendebat,

Miracula & Burgundæ mulieris pro Sanctis cura.

* tabulis.

E

f

g

F

dicens; Non ſe eos cuſtodiſſe, neque cuſtodes adhibuiſſe; quandn voluerant, veniſſe; quando ſibi placuit, receſſiſſe, quo peregrinationis ſuæ ſervarent propoſitum. Quem ſeminea verba non emolliunt, quem e ſtatu rectitudinis non retrahunt? Credulus iteque verbis cnnjugis Princeps, aliquantulum cœpta ab inquiſitione quievit. Sed enim juxta dominicam vocem, nihil npertum, quod non reveletur, & occultum, quod non ſciatur.

Carnifices

16 Cum ea, quæ facta fuerant, paulatim nblivioni traderentur, unus eorum, qui ſanctos Viros gladin invaſerant, ſubitn a dæmone arreptus, ingenti voce clamare cœpit; Kiliane acriter me perſequeris, ſiquidem igne conſumor: quod feci, celare non poſſum: video mihi imminere gladium, ſanguine tuo reiperſum *h*. Talia diu vociferans, & propriis ſe dentibus lanians, a præſenti migravit in æternam pœnam. De talibus quippe ſcriptum eſt: Duplici contritione contere eos Domine. Alter vero mortis Sanctorum conſcius, in rabiem verſus, gladio ſemet appetit, effuſiſque viſceribus per tormenta præ-

h

A sentis temporis, ad æterna pervenit. Quis, Geilana, tibi cernenti talia sensus tunc erat? Infelix cruciatibus acta furebas.

17 Non multo post & ipsa bellua, de qua loquimur, dæmonibus arrepta, quanta poterat voce clamabat; Juste torqueor, quæ sanctis Viris tortores adhibui; recte crucior, quæ cruciatus paravi. Acriter instas Kiliane, ignem accendis Kolnmanne, fomenta ministras Totmanne. Sufficiat vobis vicisse, nimis vestras ulciscimini injurias. A calice, Kiliane *i* diceris, sed valde amara pocula mihi infundis. His dictis, miserabiliter vexabarur, ita ut a multis vix teneri posset. Tandem cum magno cruciatu ad cruciatum diabolo paratum, pervenit. Cernimus impletum, quod Veritas in Evangelio inquit; Dominus non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die & nocte, & patientiam habebit in illis? Amen dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.

18 His ita gestis, aiunt Gozbertum a propriis servis interemptum *k*, filiumque ejus principatu dejectum, cognatos affinesque eorum a contribulibus talia perpessos, ut vix aliqua eis reipublicæ dignitas in eadem provincia manserit. Cur autem hæc provenerint, utrum quia fidem rectam servabant, ab his, qui ab ea deviarant, talia passi sint; an quia ipsi post obirum sanctorum Martyrum a tramite veritatis recesserant, vindictam hanc a Deo illatam sibi pertulerint, viderit ipse, quem nullum latet secretum; dummodo nil talium pudeat nos ignorantia rerum *l*,

19 Enimvero, quia ad finem operis tendimus, operæ pretium arbitramur, si virtutum beati Martyris saltem unum miraculum fateamur. Venerabilis virgo Gertrudis, Pipini Regis Francorum filia, cum virum accipere nollet, cui eam pater sociare volebat, auxilio matris, quamdiu potuit, paternis in regnis latuit. Sed cum diutius latere non posset, venit in partes supradictæ Orientalis Franciæ, in locum, qui nunc corrupte Carleburg vocitatur, ibique de facultatibus suis, in honorem beatissimæ Virginis Mariæ, monasterium construxit, quod usque in præsentem diem permanet, ubi Atalongum presbyterum & Bernardum diaconum, quos secum adduxerat, ordinavit. Ipsa dehinc ad propriam terram rediit, quia procum sui conjugii obiisse cognovit: quæ usque ad vitæ terminum in virginitate permanens, virginitatis simul, & morum probitate Deo complacuit. Prædictus autem Atalongus ignorabat Kilianum, forsitan ut vix ejus audiverit famam, quæ paulatim ignorantia obsoleverat.

20 Erat tamen sacerdos divinis eruditus literis, divinisque deditus mandatis; sed, ut diximus, meritum beati Martyris ignorabat. Verumtamen cum quadam die puerorum classes, quas ad studium litterarum erudiebat, ante se, ut materiem dicendi ab eis perquireret, astare juberet; cœperunt hi, qui junioris ætatis erant, divino impulsi spiritu, vnciferari dicentes: Kilianus signa facit, de loco, in quo indigne jacet, tolli debet. Quod cum venerabilis presbyter audisset, stupore repletus est; præsertim, quia puerilis timiditas nullatenus magistralem austeritatem verebatur. Minas tamen eis intulit, ut si umquam tale fari auderent, quod utilitate careret, graviter verberibus premerentur. Factum est autem inter hæc, ut solis cursus noctis tenebris interpolaretur, præfatusque Presbyter post cibi potusque necessitatem, resolveretur in somnum. Qui tam gravi somno pressus est, ut phantastico videretur premi vestigio.

21 Instante aurora, cum gravitas illa dormitionis deficeret, vidit per somnia venerabilem ante se astare virum, lumine terribilem, qui diceret; Nisi credideris, non videbis. Quod & Dominus Judæis prophetico affamine comminatus (est), dicens: Nisi credideritis, non intelligetis. Orto autem die, cum jam sol secundam tangeret lineam, interrogavit ministrum; utrum Phœbus adhuc emerserit marinis undis: attamen cum cognovisset, quod jam diei produceret horas, defigens in phœbeos radios obtutus luminis, apertis oculis nil vidit. Intelligens tamen, quod sibi somnium prætulerit vaticinium cæcitatis, ac temeritatem suam ad mentis oculos revocans, puerorum præconia, præsagium intellexit divinæ operationis. Tunc flens & ejulans cœpit dolere, non tantum cæcitatem corporis, quam præsumptionem mentis. Hinc ab incolis loci illius, in quo morabatur, scisitari cœpit, quis fuerit Kilianus, cujus laudes etiam puerilis lingua fatebatur.

22 Interea adfuit quidam rusticus, qui quamvis dignitatem historiæ prosequi non posset, materiam tamen facti verbis, quibus valuit, patefecit, dicens: Ex longinquis Kilianum partibus advenisse, fidemque Christianæ religionis habitatoribus ipsius provinciæ ostendisse, mulierbrique fraude extinctum, ignorantia simul vulgi, temporisque interstitio aliquantulum oblivione interlitum. Quod cum venerabilis sacerdos audisset, inquisita Martyrum sepultura, se illuc deducendum popposcit, ibique orationibus atque vigiliis instanter poscebat, ut intercessione venerabilis Martyris sociorumque ejus, sibi Dominus amissum redderet lumen; damnans in se ignorantiam discretionis, temeritatemque sermonis. Tandem beneficiis Sanctorum recepto lumine, non cessabat publice pandere, quibus poterat, facta in se miracula divinæ operationis; adeo, ut venerabilem Archipræsulem Bonifacium, qui tunc Moguntinæ præerat ecclesiæ, adiens, quanta sibi fecerit Deus, meritis Beati Kiliani sociorumque ejus, diligenti narratione prosequeretur,

23 Erat autem idem Atalongus *m* fama & moribus non ignobilis, ideoque non solum sancto viro Bonifacio, verum etiam omnibus recta fateri videbatur. Ex eo itaque tempore investigabat Archipræsul venerabilissimus, qualiter oppidum, ubi Sanctorum corpora posita erant, episcopali dignitate sublimaret. Et quia ad finem hujus operis tendimus, hic terminum narrationis ponamus. Qualiter autem venerabilis Pontifex publicitus episcopalem sedem Wirziburg primus promeruit, & quomodo Martyrum corpora de loco, ubi indecenter posita fuerant, sustulerit; in vita ipsius, prout poterimus, manifestare curabimus, ad laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen.

A N.

Gozbertus & filius etiam interempti dicuntur.

k

l

Historia Gertrudis & Atalongi.

Hic a pueris, profusus.

m

corpus S. Kiliani & sociorum reperit.

& clarus erat.

A

ANNOTATA.

a *Totus hic numerus, novum Egilwardi parergum eſt.*

b *In præcedenti Vita ſinceriore, unicus adducitur crudelitatis Geilanæ miniſter, nec plures reperit Notkerus.*

c *De ea apparitione non meminit prædicta vita. Rem haud dubie exornare voluit interpolator.*

d *Quærit Seratius art. 19. quinam libri ſacri cum Sanctis defoſſi fuerint.*

e *Hic iterum plus dicit Egilwardus, quam in antiquiori Paſſione invenerit.*

f *Neque de hoc miraculo quidquam habent Acta vetuſtiora; pluribus tamen illud explicare conatur Serarius.*

g *Non ſatis ſibi conſtat ſcriptor; ſi enim Burgunda revelaverit, ubi poſita eſſent Sanctorum corpora, cur dicitur n. 19. famam Sancti obſolevuiſſe, cur adducitur poſtea Atalongus, a pueris coactus, & in ſomnis monitus, ut ea quæreret? &c.*

B h *Sunt hæc & ſequentia, interpolatoris ampli.*

ficationes, jam dixi, unicum percuſſorem in prioribus Actis memorari. D

EXEDIT. H. CAN.

i *Non hæc diuit mulier, ſed doctioris Egilwardi cogitatio eſt.*

k *Non video cur Gozbertum ſubditi intererimt; de* Hetano *loquuntur Acta noſtra, qui forte Geilanæ filius, matris perfidiam ſecutus fuerit: idem tamen legit Notkerus in Actis, quæ ſuo tempore exſtabant.*

l Huc uſque tantum Surius, *inquit editor Canuſius*; cetera enim vel in ſuo Ms. non habuit, vel non addidit, cui propoſitum fuit epitomen dare, & quidem ſtylo mutato. Nos hic omnia integra ex duobus Mss. damus: *& nos cum illo, licet ex parte extranea ſit adjuncta hiſtoria, ut alibi diximus. Id ſolum notabis, pro ultimis hujus numeri verbis*, dummodo nil talium pudeat nos ignorantia rerum, *in Surii & Serarii editionibus hæc ſubſtitui*; modo nos nil ejuſmodi aſſeramus, quod incompertum habemus; *quæ an Surius ita mutaverit, non auſim aſſerere. Dixi in Commentario, male a laudato Canuſio hæc adferri, ut Egilwardi fidem probet.* E

DE S. LANDRADA VIRG. ET ABBAT.

BELISIÆ IN TERRITORIO LEODIENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§. I. Beliſiæ notitia; natales S. Landradæ; annus mortis; elevationes ac translationes corporis; cultus; Officium proprium.

CIRCA ANNUM DCLXXX. AUT DCXC.

Beliſia deſcripta.

BElyſia, *aliis* Belſena, *antiquiſſimam ducatus Loſſenſis in Haſbania inferiore oppidum, locus eſt, in Taxandriæ ingreſſu ad fluvium Demeram, duobus Trajecto, duobus Tungris, pari utrimque diſtantia, milliaribus diſſitus, vulgo* Bilſen *dictus, a civitate Leodienſi facile duplo remotior. Ædificatum fuiſſe juſſu Colongi, decimi noni Reguli Tungrorum anno Chriſti* XLVIII. *tradit in Topographia Loſſenſi, edita anno 1717. a C. V. Laurentio Robyns, juris utriuſque Doctore & curiæ Leodienſis Conſidico, ubi pag. 156. citat* C Ms. fol. 6. *Beliſiæ etymon tradit Auctor Vitæ* S. Landradæ, *num. 8. his verbis:* Hac tali virginum militia, his gymnaſiis, in brevi locus adolevit, & in omnis humanitatis creſcens annoſitatem, non, ut prius, a belnis Belua, ſed Beliſia, hoc eſt bene Elyſia vocari cœpit. *Auctior hic editio apud Surium, in qua ſuperadditur:* ſive enim nemoroſam jucunditatem, ſive fluminum aut fontium irriguam ſpectes ubertatem, apum quoque & mellis ceream ſuavitatem, addita incolarum chriſtiana religione; parum eſt, quod dubites de elyſia beatitudine. *Ibidem locus viſitur cœnobium, jam a Canonicarum regularium congregatione habitatum, quod vocatur* Monſter vel Munſter Bilſen, *id eſt monaſterium Bilſen ſeu Beliſiæ, cujus primordia ad* S. Landradam *referenda ſunt, conſtructa illic ejuſdem auſpiciis eccleſia in honorem Deiparæ Virginis; ſicut indicatur in Vita; & adſcitis ſibi ſociabus, perfectioris inſtituti ſtudioſis & ſequacibus. Vide Vitam n. 7. Hanc eccleſiam a S. Lamberto ſub initium ſui pontificatus apud Trajectenſes ad Moſam, quem figit Coinerus anno 668. conſecratam fuiſſe, idem tradit tom. 3. Annal. Eccl. Francorum, pag. 620. num. 6.*

Illuſtres Landradæ natales;

2 *Clariſſimis ortam fuiſſe natalibus Sanctam noſtram, memorat ſcriptor Vitæ, n. 1. ſic loquens:* Clotharius (*non* Lotharius, *ſicut mendoſe in Mt. noſtro*) quartus a Ludovico, B. Remigii baptizatore (*id eſt* baptizato) trium regnorum monarchiam eo regebat tempore, Burgundiæ, Neuſtriæ & Auſtriæ, Pippinus Carolomanni (*non* Caroli magni, *ut iterum vitioſe noſtrum Mt.*) filius, cum viro Dei Arnulpho, poſtea Metenſi Epiſcopo, Majores erant domus, glorioſiores ſuper hac nuper natæ neptis luæ ſanctitate, quam ſuper ejus, cui principabantur, regni cura & moderamine. *Per Pippinum hic intellige, vulgo* Landenſem, *Beati titulo inſignem, de cujus patria, genere ac dignitate, pluribus jam pridem tractavit Bollandus ad diem* XXI. *Februarii; ubi præterea inquirit, an illo exiterit primus in Auſtraſia Major domus, intermiſceatque inſuper nonnulla, ad S. Arnulfum ſpectantia, quæ ibidem videri poſſunt.* F

quando natalis ?

5 *Quo anno prodierit in lucem* S. Landrada, *non determinat Auctor vitæ. Colligi nihilominus utcumque id poteſt, ſi vera ſunt, quæ ibidem referuntur, ex eo, quod ponatur primam lucem hauriſſe cœpiſſe ſub Clotario Rege, & Pippino atque Arnulfo, ejuſdem Regis præcipuis in aula miniſtris, ſicut mox diximus; adeoque, ſive Pippinus, regnante Clotario, Majorem domus agere cœperit anno Chriſti 614. quando Auſtraſios reduxit, ut Clotario ſeſe ſubmitterent; ſive vero primum anno 621. aut 622. (de qua re pluribus agitur ad dictum diem* XXI. *Februarii) non videtur*

A AUCT. J. P. detur aptus tempus deſignari poſſe ejus nativitati, quam illud, quod inter annum 618. & 624. utrimque interponitur; cum Arnulfus, quo Majoris domus ſub Clotario munus adminiſtrante, nata dicitur Landrada, ad idem officium aſſumptus ſit anno 618. juxta tabulam Chronologicam Illuſtriſſimi Meurſſe, de Epiſcopis Metenſibus ordinatam; in qua anno 624. figitur initium epiſcopatus Metenſis, prædicti Arnulfi. Annectamus itaque natalem virginis Landradæ anno circiter 620. a qua epocha tota vitæ ejus ſeries ordinari congrue poteſt.

quo conſanguinitatis gradu

4 Quo conſanguinitatis gradu S. Landrada attigerit Pippinum & Arnulfum, difficile eſt determinatu. Labiertus noſter in vita ejus, par. 2. Menologii, pag. 8. fatetur candide, inanem ſe operam poſuiſſe, ut nodum hunc diſſolveret, lectis ac relectis, ſed conatu irrito, variis, huc pertinentibus. Præmiſerat, non poſſe eam nuncupari neptem Pippini & Arnulfi, quaſi fuerit nata ex Anſigiſo & Begga, quorum hæc & iſte erant liberi. B Nam certo conſtat, Pippinum cognomento Herſtallum, ex illis natum fuiſſe; ſi itaque ex hiſce parentibus nata ſit S. Landrada, jam ipſa non erit proles unica, qualis ab Auctore Vitæ diſerte ſcribitur extitiſſe. Quid ſi nomen neptis hic accipias in latiore ſignificatione, ut non proximam, ſed paulo remotiorem conſanguineam denotet Arnulfi & Pippini, ut nomen illud intellexit neotericus quidam Legendarius Gallus?

attigerit Pippinum Landr. & Arnulfum

5 Aliter ſcriptoris Vitæ mentem interpretandam putans Cointius tomo citato, pag. 367. dicit, Auctorem illum, dum Landradam Arnulfi & Pippini neptem vocat, eam innuere natam egregiis parentibus Anſigiſo, Arnulphi filio, & Begga, Pippini filia; præter nuptias, quas Begga cum Anſigiſo contraxit, illis temporibus inter utramque Arnulfi & Pippini familiam, nulla prorſus intercedente neceſſitudine. Cui præterſæ nativitati, præter argumentum, ſupra a nobis e Labierio delibatum, opponis duo alia; primum, inquit, petitur ab ætate Beggæ, quæ nubiles annos ante Arnulfi pontificatum non attigit. Alterum ſumitur ab auctoritate veterum ſcriptorum, qui Anſigiſum conſtituunt patrem Pippini Herſtallii, nuſquam vero Landradæ. C Ex dictis habes, unde corrigas eos, qui Landradam, Caroli Martelli filiam, S. Godegrandi, Ep. Metenſis, matrem, confundunt cum noſtra, ſine dubio decepti vocum homonymia, & quod noſtra dicatur fuiſſe neptis Pippini; quæ jam prudenter acta ſunt in Commentario prævio S. Godegrandi, tom. 1. Martii, pag. 453. Ubi inſuper conſignatur annus mortis S. Landradæ circiter DCLXXX. vel DCXC. de quo nonnulla jam elucidanda veniunt.

quo anno mortua;

6 Epocham nobis exhibet Vita n. 10. cujus adminiculo de S. Landradæ obitu chronologice ſtatuere poſſumus. Nam ibidem narratur, quod S. Lambertus ſub finem Vitæ S. Landradæ, ſupremo morbo laborantis, accerſi juſſus, ad ipſam ſe contulerit, cum & ipſe non procul abeſſet a morte, ſi credimus Auctori Vitæ, ſcribenti, quod, accepto triſti nuntio, affictæ ejus valetudinis, ſanctus SENEX omnibus ſe expediverit, viamque ad Chriſti Virginem maturaverit. Jam vero, quandoquidem diem ſupremum clauſerit S. Lambertus exeunte ſeculo VII. vel ineunte VIII. conſequens eſt, ut anno circiter DCXC. ſanctiſſima quieverit Landrada, anno ſeculi non expreſſo ab Auctore Vitæ. Labiertus dictum obitum affigit anno 694. vel 695. Lambertio martyrii laurea coronato juxta ipſum ann. 696. vel 698. quod Labbe differt ad ann. 707. Cointius vero ad ſequentem 708. Id quod poſtea diſcuti poterit loco ſuo, ad diem XVII. Septembr. quando ex inſtituto de rebus geſtis S. Lamberti tractabitur; quo præſentem controverſiam remittimus. D

Tranſlatio variis Num. Mal.

7 Jam SS. Landoaldi ac ſociorum ejus corpora translata erant a S. Floreberto, & poſtea a Bononæ Archidiacono elevata, uti narratur ad diem XIX. Martii, tomo 3. a pag. 37. quando mulier quædam, nomine Sigeburgis, hydropica, a S. Landrada in viſu nocturno admonita de ſuo elevando corpore, curavit illud elevari una cum duobus aliis, ibidem loci, nomine Wintershovii, ſepultis, & ſubito ſanata eſt. Rem totam recenſet Collector miraculorum, de quo poſtea; ſatis ſit, hic aſcribere, quod facta ſit hæc translatio, ſive elevatio tertio Nonas Martii. Vide, quæ dicuntur in Commentario prævio SS. Landoaldi & ſociorum, tom. 3. Martii, pag. 34. num. 2. E

Alia tranſlatio Gandavum, ſignis in ſe vetere Sanctæ miſcens laudes, data,

8 Tranſlatio longe celebrior ſignatur in Vita SS. Landoaldi & ſociorum; in qua narrantur monachi Gandenſes cœnobii S. Bavonis, miraculis Sanctorum excitati, recepto ab Ottone II. Wintershovio, & facultate transferendi reliquias; in qua, ut quam, narrantur conſuluiſſe Sanctorum præſbyterum, atque intellecto ſitu reliquiarum, eaſdem ſolenni pompa exportaſſe ex eo loco, unde a graſſatoribus non poterant olim exportari; eaſque variis per viam donariis honoratas, prodigiis claruiſſe. Inter quæ illud non infimum, quod ſeretrum, in quo S. Landrada continebatur, ſaltum, cunctis cernentibus, darer, ac ſe a S. Landoaldo removeret, præbens mirabiliter tanto ſacerdoti reverentiam & competentem honorem.

quo anno conſignata ſ

9 Porro ſacra illa depoſita, ut ibidem notatur, in ipſo ſacratiſſimo Dominicæ Annuntiationis atque Incarnationis die pervenerunt, Deo volente, ad S. Bavonis monaſterium, quod rectiſſime vocatur Gandenſe cœnobium; cujus Fratres devotiſſimi merito in adventum Sanctorum gaudio magno præ ceteris ſunt repleti, ac proinde ſolenni more veſtiti, cum univerſo eccleſiaſtico ornatu & infinito agmine undique confluentium populorum, obviam de longe ptallendo venientes, eaſdem ſanctiſſimas reliquias ovantes in humeris ſuos ſuſceperunt, & in baſilicam cum exultatione magna introduxerunt, anno ab Incarnatione Domini DCCCCLXXX. Anno memoratæ tranſlationis conſonat vetus Chronicon Gandenſe Ms. quod citat Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis, pag. 377. F

quo iterum anno elevati ita valde ſolenni.

10 Alia corporis S. Landradæ, atque aliorum Sanctorum, de quibus ſupra, nec ſolennitate prioribus inferior elevatio, tertio anno poſt illorum apud monachos Gandenſes depoſitionem conſecuta, legitur in eodem tomo Martii pag. 45. & 46. auctore, ut illic dicitur, monacho Gandenſi coævo; ubi exponitur, reliquias, in cryptæ poſitas, multis miraculis claruiſſe; atque hos viſis, ab Abbate monaſterii poſt actas Deo gratias, ablegatos fuiſſe ad Epiſcopum Leodienſem, inquiſitionem habituros ſuper miraculis antiquioribus, ad Sanctorum reliquias factis; quæ ab eodem Epiſcopo in Synodo collecta, atque una cum aliis Actis ab Archiepiſcopo Remenſi confirmata referuntur, indulta reliquiarum elevatione; ad quam Liudulphus Epiſcopus Noviomenſis & Tornacenſis invitatus, preciosis capſis, in eum finem factis, illas impoſuit; ortoque ſole, rejectis obſtaculis malevolorum

ſolenni

A *ſolemni pompa ſacra ipſius elevavit, ſupra altare repoſuit, plaudentibus univerſis, Miſſamque celebravit, annuntiatis miraculis, feſtoque in perpetuum indicto, XIII. Junii, anno 982. Hæc in compendio; quæ pluribus deſcripta habes in Actis, loco citato.*

Alia tranſlatio. 11 *Aliam ſacri pignoris translationem erue ex Bartholomæo Piſeo noſtro, in Floribus eccleſiæ Leodienſis pag.* 307. *dicente*, manſiſſe Winterſhovii ſacrum corpus ad annum uſque DCCCCLXVI. quo inſignis ejus portio eum ipſo capite non ſine miraculo translata eſt a quodam Lantzone, loci Domino, *ſed* poſtea Beliſiam relatam, ibidem in hoc tempus egregia religione ſervari; avectum eſſe reliquum corpus Gandavum anno DCCCCLXXXIV. (*imo* DCCCCLXXX. *ut ſupra diximus*) & ad noſtram ætatem in S. Bavonis veneratione eſſe. *Vita S. Landualdi & ſociorum ejus cap.* 3. *commemorat, Lantzonem cum facultate Epiſcopi voluiſſe auferre partes reliquiarum; ſed ſervis immotis ſactis, ſepius impeditum, ac tandem, addicta eccleſiæ parte hereditates, voto*

B *potitum. Credibiliora mihi eſſent, quæ hic de Lantzone ſuperaddit Piſeanus, ſi antaquo aliquo inſtrumento uti ſcirem. Quæ autem aſſerit de inſigni portione cum ipſe capite translata, & poſtea Beliſiam relata, quam ait ad hoc tempus egregia religione ibidem ſervari, reliquo corpore Gandavum avecto, convincuntur non ſubſiſtere ex ſequenti inſtrumento authentico, quod amutense P. Jacobo de Pauvv, Societatis noſtræ ſacerdote, perofficioſe nobiſcum communicavit ac deſcripſit Ampliſſimus Dominus Goetbals, exempti Capituli eccleſiæ Cathedralis S. Bavonis Gandavi Canonicus Graduatus, & dicti Capituli Secretarius; de quo proximo paragrapho, ubi primum egerimus de alia tranſlatione.*

§. II. Alia Reliquiarum S. Landradæ tranſlatio; præſens reliquiarum ſtatus apud Gandenſes, authentico documento comprobatus; Sanctæ elogia.

C PRæter commemoratas Virginis noſtræ tranſlationes, *aliam inſuper lego apud Surium, qui poſtquam dediſſet Vitam & miracula* S. Landradæ *e Ms. exemplari, quod unicum tantum ſe dicit habuiſſe, aſſerit in Ms. codice ſequentia ad marginem adſcripta fuiſſe aliena manu*: Annn Domini MCCLXXVII. die Dominica poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli celebravit venerabilis Philippus, Tornacenſis Epiſcopus, tranſlationem corporis beatæ Landradæ Virginis in Haeltere. Cui translationi interfuerunt venerabiles Archidiaconi, magiſter Henricus de Muda, & Dominus Nicolaus, dictus Miſo: Dominus Ægidius, tunc Abbas S. Martini Tornacenſis, & quam plures alii viri religioſi & etiam ſeculares, videlicet Dominus Radulphus de Nivella, Dominus Joannes de Haxpoele, & Dominus Philippus, frater ejus, milites, & permulti alii, immo innumeri, tam nobiles, quam ignobiles. *Hanc ipſiſſimam tranſlationem Annalibus ſuis inſeruit Meyerus lib.* 9. *pag.* 94. *ad annum* 1278.

Ruſſum alia tranſlatio.

Corpus Sanctæ requieſcit Gandavi in S. Bavonis.

13 *Per translationem hanc* corporis beatæ Landradæ, *non aliam intelligi poſſe, quam partis, e corpore avulſæ, quæ fortaſſe notabilis fuerit, probaſi alibi ſæpius in translationibus reliquiarum, vel earum catalogis uſitata, ſuadent præter monumenta ſuperius allata, de tranſvectione Sanctæ ad monaſterium S. Bavonis Gandavi, Auctores, translationis in Haeltere poſteriores, atque imprimis Raiſius, diligens ſacrorum pignorum Belgii indagator, qui affirmat in ſuo Hierogazophylacio Belgico pag.* 86. *S. Bavonis Cathedralem eccleſiam ornatis Gandavenſis* habere eorpora S. Landradæ Virginis . . . S. Macharii Patriarchæ, Antiochenæ ſedis Archiep., *&c. Ceterum, ne quem hic moretur nomen* Haeltere, *ſeu* Altere, *in quo facta dicitur tranſlatio, obſerva, hoc nomine deſignari pagum, olim Tornacenſis, nunc vero Illuſtriſſimi Gandavenſis juriſdictioni ſubjectum, media via Brugas inter & Gandavum, canali Gandavo-Brugenſi vicinum. Reverendus admodum Dominus P. A. de Rue, prædicti pagi Paſtor, conſultus a me quoad varia, quæ huc ſpectant, litteris ad me datis die* VII. *Auguſti hujus labentis anni* 1720. *ad quæſita mea reſpondit in hac verba*: Primo, non eolitur in eccleſia noſtra S. Landrada. Secundo, nullæ extant reliquiæ præfatæ Sanctæ. Tertio, E diploma nullum habemus translationis reliquiarum. Quarto, non conſtat etiam, aliqua miracula patrocinio ejuſdem *in dicto paga fuiſſe* obtenta. *Viguiſſe autem priſcis temporibus ibidem cultum aliquem* S. Landradæ, *non obſcure liquet e reliquis obſoletæ venerationis veſtigiis; teſtante laudato Domino Paſtore in iiſdem litteris*; in eomputu eccleſiæ *ſuæ*, reddito anno MDCXXXIII. *haberi mentionem penſionis annuæ perſolvendæ pro conductione* horti fructuum, pertinentis ad S. Landradam, 477. virgarum geometricarum magnitudinem complectentis, *&c. addituque*, hos terminos in ſubiecuentibus computibus huc uſque continuari. *De his hactenus. Nunc opera pretium fuerit, præſentem reliquiarum apud Gandavenſes ſtatum conſpicere, authentico teſtimonio comprobatum, præmiſſis aliquibus, quæ huc pertinent.*

Secretarius Capituli S. Bavonis Gandavi.

14 Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo, die Julii vigeſima nona, Reverendus Dominus Theſaurarius exemptæ Cathedralis Eccleſiæ S. Bavonis Gandavenſis, ad requiſitionem Reverendorum Patrum Societatis F Jeſu, Actis Sanctorum illuſtrandis ſedulam operam impendentium, curavit in mei infraſcripti præſentia, Canonici & Secretarii ejuſdem Eccleſiæ, aperiri quandam capſulam ligneam, tribus fere pedibus longam, ibidem aſſervatam eum hac inſcriptione; S. LANDRADA: qua aperta, in ea reperimus imprimis duo diplomata, ſimul conſixa, quorum unum erat hujus tenoris.

duo diplomata.

15 (Carolus Maſius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Gandavenſis, univerſis præſentes literas viſuris, ſalutem in Domino. Cum in viſitatione hujus eccleſiæ noſtræ Cathedralis invenilſemus undecim capſas ſacrarum Reliquiarum, quas intelleximus olim iiſdem capſis incluſas fuiſſe a Reverendiſſimo D. Janſenio (piæ memoriæ,) primo hujus Sedis Epiſcopo; veriti tamen, ne poſt tot annos, tumultus bellicos, ſeditiones & rebelliones, quæ maxime in hac civitate & Catholicæ Religionis cauſa intercefferunt, aliquid damni vel irreverentiæ iis illatum eſſet; de communi Confratrum noſtrorum Reverendorum, D. Præpoſiti, Decani, ceterorumque Canonicorum conſenſu, capſas omnes ad locum Capitula-

A Auct. J. P.

tularem deferri, easque ibi in noſtra Dominorumque omnium præſentia aperiri curavimus decima octava menſis Februarii, anni milleſimi ſexcenteſimi undecimi.

plurium recognitione reliquiarum ſanctæ S. Bavonis per Illuſt. Maſium;

16 Sed quia, juxta litteras præfati Reverendiſſimi D. Janſenii, in hac capſa inventas, & quibus præſentes tranſiguntur, ſacras etiam has reliquias, in iiſdem ſpecificatas & deſcriptas, ſanas, illæſas, integras & debito ordine & modo collocatas & involutas invenimus: ita eas cum ea, qua decuit, reverentia, honore & ceremoniis reliquimus & repoſuimus. In quorum omnium fidem & teſtimonium, præſentes manu noſtra ſubſcriptas, ſigillo etiam noſtro fecimus communiri, anno, menſe, die, quibus ſupra. Erat ſignatum, Carolus Maſius, Epiſcopus Gandavenſis): & appendebat præfatum ſigillum. Alterum diploma ſeu litteræ in præcedentibus memoratæ ſunt tenoris ſequentis:

B *plurium recognitionis per Illuſt. Janſenium Gandenſem facta;*

17 (Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, die Septembris decima, Reverendiſſimus Dominus, D. Cornelius Janſenius, primus Epiſcopus Gandavenſis, præſentibus Venerabilibus Dominis, Marco Stercke Decano, Clemente Crabbeels Archidiacono, Petro Gillis Theſaurario, Petro Simonis archipresbytero, aliiſque multis Canonicis Eccleſiæ Cathedralis S. Bavonis (reverendo Domino, D. Viglio Zwichemo, Præpoſito Eccleſiæ, Bruxellæ in negotiis regiis exiſtente, ſuoque id ſuffragio comprobante) ſeretrum ſanctæ virginis Landradæ aperuit, quum totum multo ſitu nbductum ac pene diſſolutum eſſet, ac lintea, quibus ſacræ reliquiæ involutæ erant, immunda omnino, corrupta & putrefacta: ex eo quod totos fere duos annos in locis ſecretis & ſubterraneis, propter metum Gueſiorum, hoſtium fidei & religionis, qui crudeliter ubique locorum cædibus atque incendiis graſſabantur, una cum aliis fere omnibus eccleſiæ reliquiis collocatum fuerat. Apertn autem feretro, invenit caput ſanctæ Virginis, licet nnnnihil confractum, una cum aliis fere nmnibus corporis oſſibus.

C *S. Landradæ reliquiarum, ſpeciatim, a S. Plorebero ſo elevatarum.*

18 Quæ nmnia diligenter repurgata, in nova ac munda lintea, inque novas ligneas capſulas religioſe tranſpoſuit; una etiam cum duobus albis ſigillis, altero Floriberti Epiſcopi Trajectenſis, cui adjuncta erat membrana quædam oblnnga cum ſequenti inſcriptinne:

„ Jacet in hoc ſcrinio ſancta Dei virgo Landrada, quæ Beliſiæ facta eſt Abbatiſſa, ubi „ etiam hominem depnnens, ſpiritum Deo redens, a ſanctimnnialibus terræ commendata, divinitus eſt Wintreshovum inde tranſlata, juxtaque ſepulcrum ſancti ſacerdotis „ Landoaldi tumulata, cujus depoſitionis dies „ octavn Idus Julii celebratur annus; & ipſius „ ſancti corpnris elevatin a ſancto Trajectenſi „ Epiſcopo Flnrberto Kalendis Decembria di„ gnoſcitur acta. „ Alterum autem ſigillum erat Lindulfi, Nnviomenſis Epiſcopi, adjunctam habens quadratam quamdam membranam cum ſequentibus:

Ex a Lindulfo Novionenſi Epiſc. translatio.

59 „ Annn DCCCCLXXX. Incarnationis Dominicæ, Idibus Junii, facta oſt in Gandenſi „ cœnobio translatio corporis ſanctæ virginis „ Landradæ a venerabili Noviomenſi Lindul„ fo pontifice. Io hujus rei & translationis „ prædictarum reliquiarum teſtimonium, Re„ verendiſſimus Dominus prædictus præſentes D „ litteras fecit ſigilli ſui appenſione commu„ niri. „ Et appendebat jam dictum ſigillum ceræ rubræ impreſſum, cum hac circumſcriptione: ſigillum Cornelii Janſenii, Dei gratia Epiſcopi Gandavenſis; & incluſum in pixide ex albo ferro.

Nota Chronologica diplomati addita.

20 *Obſervat laudatus Ampliſſimus Dominus Secretarius in margine iſtarum litterarum, ad illa verba*; Flnrberti Epiſcnpi Trajectenſis, *hanc haberi annotationem*: Præfuit Eccleſiæ Trajectenſi ab anno Domini DCCXXXI. uſque ad DCCLVIII. *Porro ad hæc verba*, ipſius ſancti corporis Elevatin a ſancto Trajectenſi Epiſcopo Florberto Kalendis Decembris dignnſcitur acta, *in margine haberi*: Annn Domini DCCXXXVIII. *Denique ad illa verba*, a venerabili Noviomenſi Lindulfo pontifice, *ſcriptum in margine eſſe*: Præfuit Eccleſiæ Nnviomenſi ab anno Domini CMLXXV. uſque ad CMLXXXVII. *Fidem facit idem Dominus Secretarius*, inveniſſe *ſe* etiam in præfata capſa duas memoratas membranas, continentes ſupra dictas inſcriptiones, quas diſtincte, *inquit*, legimus, cnnſcriptas litteris & abbreviationibus, magnam admodum vetuſtatem referentibus. Adjacebant ſigilla, ſuperius quoqne memnrata, ex alba, ut apparebat, cera, craſſitudinis fere unius digiti, & figuræ alioquin ovalis: quibus reſpective impreſſæ erant imagines dictorum Epiſcoporum cum circumſcriptis eorum nominibus; niſi quod inſcriptin ſigilli, ſuperius ſecundo loco memorati, nnn eſſet amplius legibilis. E

Quo in ſtatu nunc ſint reliquiæ S. Landradæ, ex ejus Vita, quæ exponitur a Domino Loeranio, teſte oculato.

21 *Quo autem in ſtatu nunc temporis ſint reliquiæ* S. Landradæ *apud Canonicos eccleſiæ Cathedralis Gandavenſis, ita edíſerit idem, qui ſupra, Ampliſſimus Secretarius; qui, aperta capſa, accurate eas detexit & inſpexit. Habe ejus verba*: Nunc autem quod attinet reliquias S. Landradæ; invenimus eas, prout ſuperius deſcribuntur, duplici linteo albo & mundo involutas, & leviter colligatas lineo ligamine albo, cum ſuperpoſito velamine ſerico: quibus F reverenter retectis, conſpeximus poſitum in una extremitate caput ſeu cranium, nonnibil confractum; cui conſequenter adjacebant alia corporis oſſa facile omnia vel fere omnia, diſſoluta tamen & non nihil confuſa: a quibus curioſius attrectandis vel numerandis abſtinuimus. Quum autem ſacrum iſtum theſaurum aliquamdiu reverenter fueramus intuiti, eumdem eiſdem linteis, eodemque velamine, eo, quo antea fuerant, modo, involvimus, colligavimus, conteximus. In quorum omnium fidem hafce litteras propria manu ſcripſi & ſignavi die XXXI. Julii MDCCXX. Goethals Cath. Eccleſiæ Cannnicus Graduatus & Capituli Secretarius.

Annuntiatur, in Martyrologiis.

22 *Nolim hic pluribus recenſendis de noſtra Sancta annuntiationibus lectorem morari. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui deſiderantur in Martyrologio Romano, Molanus in Additionibus, Labbeus, Sanderus in Hagiologio Flandriæ, Miræus in Faſtis Belgicis, Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, Menardus, Ganetus, Dorganus & Caſtellanus illam referunt hac die. Codex Uſuardinus Bruxellenſis annuntiat eam cum elogio*: Apud Beliſiacenſe monaſterium, S. Landradæ, virginis & abbatiſſæ; quæ fuit eorum, quos Franci Majores domus appellant, inclyta

A inclyta proles & B. Gudilæ, noſtræ patronæ, conſanguinea. Et cum obiſſet, ſtatim B. Lamberto Epiſcopo apparens, locum ei ſuæ ſepulturæ deſignat. Et cum populus ad id explendum non conſentiret, apud Beliſiam tumulatur; ſed poſt triduum inventa eſt, cum ſarcophago divinitus tranſportata, ubi prædixerat. *Compendium Vitæ ſive elogium ejus contexuit Fiſenus in Floribus eccl. Leodienſis, a pag.* 305. *Præter hoc elogium parvum, quod ſuggerunt Auctaria Uſuardi, non ita pridem illuſtrati, aliud dant Faſti Belgici Miræi, quibus adde Molanum, in Indiculo Sanctorum Belgii. Quando autem ea omnia tacitus prætereo, profero illud, quod Sauſſayus concinnavit loco ſupra allegato, ubi ſic legitur.*

Elogium ex Sauſſayo.

23 Hæc (*Landrada*) inclyta Francorum ſtirpe, ex regiæ domus Majoribus progenita, parentibus unica, tanto illis charior fuit, quanto in illa ab inde a pueritia majora prudentiæ & virtutis indicia lucebant. Poſtquam vero exactis pueritiæ annis, parentes eam nuptui tradere vellent, illa tanta apud eos gravitate peroravit, ut ipſos pene genitores, de continentia & libello repudii admonuerit. Ab hinc ſpretis omnibus, & unius cellulæ clauſa anguſtiis, ſed quaſi paradiſi latitudine fruens, eodem ſolo orans & recubans, ſicco pane & aqua cruda corpuſculum ſuſtentabat; quando B. Lamberto, Epiſcopo Leodienſi & ſubinde Martyri, ob tanta ſanctitatis ſpecimina in notitiam venit. Sed & S. Willibrordo Antiſtiti Trajecti inferioris, propter eximias pietatis dotes chara, ejus hortatu cœnobium ſacrarum virginum propriis ex patrimonio ſumptibus in ſaltu Beyla conſtruxit.

B

24 Ibi confluentium ad ſe virginum nobili ſodalitio aggregato, magiſtra totius religionis egregia (in cujus ore pallor ex jejuniis, in lingua fermo ſale conditus, in oculis nitens pudicitia, eleemoſyna profluens in pauperes, conſtantia pollens in adverſis, modeſtia in proſperis, juge obſequium in omnes impendens) Chriſti ancillas ad omnem Chriſtianæ

C virtutis perfectionem provexit. In quibus S. Amalbergam, præclaræ nobilitatis virginem, ad ſuæ ſanctitatis imitationem plene efformavit. Ac demum poſt longam carnis & ſpiritus luctam, in lectum ægritudinis incidens, eum nihil de aſſiduo precandi ſtudio remitteret, e corporis vinculis ſoluta, ad Agni cæleſtis deſideratas nuptias cum magno meritorum ornatu, virgo prudens & pura, feliciter profecta eſt; atque ab ipſo S. Lamberto dignis exequiis honorata, præclaris etiam adeptæ cæleſtis glorificationis teſtimoniis in tumulo emicuit, ex quo ab Angelis elata atque decentiori loco repoſita, majoribus adhuc reſulſit divinæ virtutis indiciis. *Hæc ille, quæ quoad ſubſtantiam e Vita deſumpſit.*

Officium proprium.

25 *Quam ſtabilis perpetuus Gandavi S. Landradæ cultus perſeveraverit, facile perſpicitur ex eo, quod anniverſario Officio honoretur hoc die, appoſitis propriis antiphonis in utriſque Veſperis ad* Magnificat, *& in Laudibus ad* Benedictus. *In Lectionibus propriis ſecundi Nocturni, corrige ex ſupradictis, quod illic legitur de Sancta; ubi*, ut hiſtoriæ quædam tradunt, glorioſiſſimi illius Caroli Martelli, Brabantiæ Ducis filia, *extitiſſe perhibetur.*

D

§. III. Vita, quæ hic datur, ejus Auctor; Legendæ, unde ſuit deſumpta, compilator; miraculorum collector.

Auct. J. P.

DUplex *in promptu eſt Vita Latina* S. Landradæ, *quarum una exſtat apud Surium; altera noſtra manuſcripta eſt. Hanc cum illa collatam judicavi typis dignioren, tamquam ſinceriorem, purierem, antiquioremque; quantumvis eodem ambas e fonte profectas, ſatis appareat ex utriuſque convenientia. Suriana hoc habet proprium, more ei conſueto, ut modice auctior, atque inſartas hinc inde habeus ſententias e ſacris Litteris, non videatur retinuiſſe primigeniam ſcripturis phraſim, neque pura prorſus & intacta ad poſteros eſſe tranſmiſſa. In eo tamen illud exemplar præſtat noſtro, quod prologum habeat; ſiquidem is primi Auctoris ſit fœtus; quod videtur veroſimile; quia in prologis ſcribendis exercuiſſe ſtylum, colligitur ex Actis S. Rumoldi, S. Bavonis, & S. Trudonis, ejuſdem Auctoris nomen præferentibus. Prologum itaque, in noſtro Ms. exemplari deſideratum, hic ex Surio reſtituo, collatum cum M. Corſendoncano Canonicorum Regularium juxta Turnhoutum.*

Vita Ms. quæ hic datur, caret prologo.

E

27 Nemo, qui dubitet ad gloriam Omnipotentis ſpectare, geſta Sanctorum oblita aut abolita recolligere aut propagare. Quaſi enim in quamdam ſpeciem futuræ meſſis bujuſmodi grana jaciuntur, & jacta uberiori ſegete luxuriant & recolliguntur; eum auditor ſtudioſus aut extenditur in bonis, aut prohibetur a malis. Hoc ſtudio accenſa olim priorum licentia, non modo in propriis, ſed etiam in peregrinis deſudaverunt ſtudiis; ut Cicero in Œcumenico Xenophontis: Virgilius in Iliade Homeri, Terentius in comœdia Menandri. Quæ omnia, etſi mulcent corda audientium, compertum eſt, quantum proſint bene intellecta, ad correptionem delinquentium. Ceteros ut taceam, quis non miretur ſerventiſſimum illius Ptolemæi Regis ſtudium? Cui cum non ſufficerent omnia Græcorum gymnaſia, auditum eſt, quo ſudore, quo ſumptu, quibus ſtipendiis comparaverit vel extorſerit ingenia eorum, quos appellant Septuaginta. Hos omnes noſter Hieronymus quodam volatu ſupergreſſus, litteras, velut fugientes toto orbe, perſequitur, auſuſque ingredi denſiſſimam Hebræorum vel Chaldæorum ſilvam, infinito labore uſque ad dentium fectionem, cum Amos Propheta ſycomoros vellicat; fractoque nucleo & peregrina captivata littera, pugnacem Herculi de manu extorquet clavam, multorumque annorum ſudores Latinis importans æraris, alienos labores, noſtros in uſus facit.

qui reſtituitur hic italice.

F

28 Innumerabiles præterea alii hoc ſtudio arſere, qui, ut ait Daniel, ad juſtitiam eruditi multos, & velut ſtellæ in perpetuas lucent æternitates. Sed quo hæc tam longo repetita principio? Videlicet, ut oſtendam, non proterve aut mollibus delectatum rumuſculis me ad ſcribendum provocari, ſed ſola caritatis intentione, quod nequeo, conari; neque enim nullius laboris eſt, prius dicta aliter dicere, & vetera in novum auditorium reportare, ubi mille hominum ſpecies, & rerum diſco-

qualis extat

A diſcolor uſus. Aggrediar tamen una lucubratiuncula vitam beatæ Virginis Landradæ, vobis petentibus ut ſatisfaciam, & ceteras exemplo admirabilis feminæ ad virtutem ut accendam, ejuſque meritis ſaltem aliquam debiti mei merear veniam. In ſerculo enim noſtri Salvatoris columnæ argenteæ, aſcenſus purpureus, media conſtrata caritate propter filias Hieruſalem. Ea propter etſi nitorem eloquii, aut ardorem necdum attigimus martyrii, ſaltem ad medium ſuſpiremus ſtrati, ut qui nec columnæ alios portando, nec purpura ſumus, pro veritate moriendo, medium tamen occupemus, vera recte credendo, & recta vere ſcribendo. Satius enim eſt per hujuſmodi detegere ingenium, quam per Aonios montes & Heliconis vertices, ut Poetæ canunt, ſpargere ſive deterere.

AUCT. J. P.

apud Surium.

29 Poſt glorioſum igitur dominicæ Reſurrectionis triumphum, accenſo quaquaverſum igne illo, quem Dominus Jeſus venit in terram mittere, & voluit vehementer accendi, B non modo viri, ſed & feminæ, admirabili illo Omnipotentis amore uſque ad contemptum mortis incaluere. Non ætas, non ſexus, aut quidquid poteſt illicere aut blandiri, currentem Dei equitatum retardabat. Ridebant aſpera, calcabant proſpera, & pleni ſpe immortalitatis, paſcentem in meridie Dilectum toto conatu, dum aduſque deprehenderent, perſequebantur. Tormenti occaſio ſi deeſſet, ſecum ipſi pugnabant, & aliam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis, gratia Dei per Jeſum Chriſtum quotidiano ſui cruciatus martyrio expugnabant. Ex hac probatæ Chriſti monetæ maſſa, egregiæ virtutis imago, virgo ſnit Landrada. *Quæ poſtrema verba continent initium Vitæ pariter ac Mſ. noſtri exemplaris.*

Fragmentum, quod hic ſequitur,

30 *Numere* 11. *vitæ, apud Surium editæ,* dicuntur, quæ hoc loco ſequuntur in exemplari Ms., de induſtria *eſſe* omiſſa. Cum certum ſit, *prout ibidem refertur & abunde patet ex dictis*, Carolum Magnum non poſſe ad Landradæ tempora referri. C *Et vero, teſte Bollando*, hæc non habebantur in Ms. Corſendoncano, *ſicut ipſe notavit ad marginem folii, e codice Suriano impreſſe avulſi, quod præ oculis habeo. Quid autem ineptum illud fragmentum ſibi velit, paucis intellige. Poſtquam narraſſet Vitæ num. 8. confluxiſſe ſocias ad* S. Landradam, *qua* Virginum militia *&* gymnaſiis in brevi locus *Beliſiæ* adolevit, & in omnis humanitatis creſcens annofitatem, non ut prius, a beluis Belna, ſed Beliſia, hoc eſt bene Elyſia vocari cœpit, *mox ſubnectitur parergon bene longum de S. Amelberga, Landradæ diſcipula, hoc argumento:*

chronologia ex vitis ſumta,

31 Conveniebant ad hæc caſtrorum Dei ſpectacula multi nobilium. Inter quos etiam Carolus Rex, appellatus Magnus: nam poſt venationem cœnobium hoc intrans, pernoctaturus, inter veſpertinas epulas ſubito e vicino ſaltu fœtoſa eoque ſævior urſa adeſſe nuntiatur, more ſolito in ipſo portæ limine pauperes invaſura. Diffugiunt omnes: ſola Landrada, quadam animoſitate imperterrita, veſtem, qua domus obſerari ſolent, interim Principi offert, & crebro armatum Crucis ſignaculo in irruentem jam urſam deſtinat. Ille nihil motus, inclamans more militari, pedetentim contra graditur, & librata diligenter dextra, D uno eodemque non difficili ictu ruptam illam molem facit victimam. Sic non Carolus, ut ab avo, ſed Carolus Magnus vocatus eſt ab ingenti facto. Victor hic beſtiarum & omnium certaminum molli vulneratur libidine. Erat illic virgo ſacra, nomine Amelberga, genere nobilis, forma ſpectabilis. Hæc in ſola concione illa ſanctarum feminarum, ſub beata Landrada nutriebatur, & contemptis omnibus, in unius æterni Regis amore accendebatur.

e vita ejus truſum a

32 De vitæ ejus perfectione nihil dubium: nam in geſtis habetur, banc in Officiis eccleſiæ laborantem, & virginea manu cementa attrectantem, juvenis Rex, dum frequentius intuetur, laſcivis oculis molle bibit venenum. Pugnat tamen ſecum aliquamdiu, ſperans, quod in re erat, & Amelbergam non poſſe humano amore corrumpi, & turpe eſſe, ſi Rex infamaretur nota repudii. Sed cum in dies amplius molli boc æſtu decoqueretur, depaſto ſenſu, mente mutata, una dierum in Virginem impetum facit. Illa reluctans, & E vicinæ eccleſiæ valvas arripiens, fracto tamen brachii oſſe, evadit, & ante altare Dei Genitricis proſtrata, velut poſt naufragium, amatoris ſui deprecabatur ſolatium. Fuſa brevi & pura oratione miſericordiſſime ſtatim conſolatur, & velut poſt fornacem tentationis, longe purior integræ ſanitati reſtauratur, timenſque poſt hujus naufragii emerſionem, ne rurſus relaberetur fluctuum illiſionem, nocte reddita, cum germano ſuo Redingo fugam iniit, & Tempſecam, fundum ſuum, ſuper fluvium Scaldum repetit. *Poſt hoc perergon, redditur in Vita* S. Landradæ *verba*: Cum inſtaret dies præmii B. Landradæ, *quæ habes in Vita hic excuſa num. 9.*

forte primo ad alio auctore ſubnexa compoſitum.

33 *Verum fabuleſam eſſe illam digreſſionem, ut nihil dicam de veterum ſcriptorum teſtimoniis, quibus caret, ſatis ſuperque liquet ex ratione temporis, quo vixit* S. Landrada, *annis circiter 100. Carolum Magnum prægreſſa. Quid ſi hæc fabula hic infarta ſit ex Auctore incerti nominis & ætatis, qui librum conſcripſit, Vitam complexum S. Amelbergæ*, ſed, *ut dicit Mabilio ſec. 3. Bened. part. 2. pag. 240.* tot fabulis reſperſum, incertiſque narrationibus, ut ſatius *ipſi* viſum ſit, quædam ex eo decerpere, quam librum integrum exhibere. *Nihil itaque eſt, quod ad adoptandas aniles baſce uænias cogere quemquam poſſit; referente eodem Mabilione, loco citato, pag. 241. poſtquam fragmenta quædam, e dicta Vita delibata, excuſſiſſet*, ea quæ, *de Caroli cupitis cum Amelberga* nuptiis relata ſunt *ex Vita ejus male compoſita*, nullo ſcriptorum veterum teſtimonio niti. *Nimium præterea Amelberga iſta, quæ a biographo* S. Landradæ *primis virtutum lineamentis ad vitæ aſceticæ perfectionem ab ipſa narratur infermata, nimium, inquam, ſecundum calculum mortuarium* S. Landradæ, *ſuperius a nobis fixum, Amelberga ætate præcedit Carolum Magnum, quam ut ejus nuptias ambire potuerit, ut conſideranti planum fiet. Sed ne de Amelberga longiores ſimus loco non ſuo, lucem fortaſſe majorem ea, quæ ad præſentem quæſtionem ſpectant, accipere poterunt ex dicendis die* x. *hujus. Illud obiter inſinuo, fortaſſis ortum duxiſſe hanc fabulam ex confuſione duarum Amelbergarum in unam, vitæ inſtituto ac*

tem-

A *tempore diſſiuctarum. Unus eſt, ſufficiant jam dicta ad præſens argumentum.*

De auctore vitæ, 34 *Supereſt, ut de Auctore Vitæ breviter agamus. Nomen ejus deſignatur in titulo, vitæ noſtræ manuſcriptæ præfixo, his verbis:* Sequitur Legenda S. Landradæ virginis, quam ſcripſit Theodoricus Abbas; *idem ille, qui monaſterio Trudonopolitano præfuit, ac plures Vitas, ut ſuperius inſinuavimus, Iuſteris mandavit. Ceterum de ejus ætate, merito & doctrina ſatis dictum in Commentario prævio S. Rumoldi, die prima hujus menſis, §. 2. Nihil moror Legendarium Gallum recentiorem, qui eumdem Theodoricum Vitæ Landradianæ auctorem profeſſus in tabula Critica ad hunc diem, ſcrupulum tamen injicit, quaſi vero, præjudicium aliquod habeatur, ne opera illa ſuppoſititia ſint, falſoque ipſi attributa, tali auctore haud ſat digna.*

Legenda compilatore 35 *Compilator Legendæ, e quo Vita prodiit, monachus fuit certi nominis, at prior monaſterii incerti, prout indicat ſequens clauſula, exemplari noſtro adſcripta:* Explicit Legenda Sanctorum hujus loci, ſic breviter compilata per magiſtrum Oliverum Longi, Priorem ejuſdem

B cœnobii. *Nec plura ad inſtructionem lectoris ibidem reperi de hac re; nec divinare promptum, qua ætate vixerit, quando ſcripſerit, & cetera id genus, qua huc pertinent.*

& collectore miraculorum. 36 *Locus præſens monet, ut de collectione miraculorum, vitæ ſubjungenda, paucis loquamur. Auctor latet. Excerpta collectio eſt e Ms. Corſendoncano, de quo ſuperius, habebaturque poſt Vitam S. Landradæ, cum Surii, ut jam nunc prænotavimus, editione collatam. Miraculum, quod ibidem refertur a num. 6. uſque ad 9. excluſive, de Sigeburge hydropica, de elevandis S. Landradæ nec non SS. Adriani & Juliani corporibus monita, eorumque elevationem curante, ſubito ſanata; miraculum, inquam, illud accepit collector ex Actis S. Landoaldi tomo 3. Martii, pag. 38. num. 12. ubi adjunguntur iſtæ periodi, in Ms. noſtro omiſſa:* Fert autem fama multorum & ante nos & in præſentiarum, hanc Beatam, dum ſanctimonialibus Beliſiæ poſitis præfecta, ſuaviſſimos ſupernæ contemplationis carperet fructus, ſacratiſſimam virginem præclaræque nativitatis Amelbergam, ſanctis inſtituiſſe moribus ſtudiiſque. Facta vero eſt hæc translatio tertio Nonas Martii.

C *Qua clauſula maxime confirmatur inſtitutio S. Amelbergæ ſub* Landrada, *hic ſcripta diu ante Theodoricum, videlicet anno Domini 980. ut Hariganus Auctor dicit in prologo Vitæ S. Laudoaldi, apud nos ibid., a pag. 35. Videri quoque poſſunt miracula ad ſacras reliquias SS. Laudoaldi & ſociorum ejus facta, in quibus noſtræ Sanctæ, ſimul cum illis Wintershovii ſepultæ, ſimul inde translatæ atque elevatæ, partem gloriæ tribuere nihil adeo prohibet, ut id facere, æquitas poſtulet. Conſule dicta Acta SS. Laudoaldi & ſociorum die XIX. Martii. Nihil jam nos moratur, quin ſubjiciatur Sancta Vita, notis noſtris illuſtrata.*

D EX MS.

VITA

Auctore Theodorico, Abbate Trudonopolitano.

Collata cum ea, quæ eſt apud Surium.

CAPUT I.

Illuſtres Sancta natales; virtutes; vita aſcetica, adſcitis ſibi ſociabus; adificatio eccleſia; e priore tumulo in alium divinitus transfertur.

F *Illuſtres S. Landradæ natales,* EGregiæ virtutis virgo Landrada, fuit contra ſuperbiæ gigantem diabolum pugnaciſſima. Virginibus quidem imitabilis, ipſiſque viris admirabilia. Francorum ſoboles, & eorum, quos Majores domus appellant, inclyta proles, totam priorum progeniem a ſtirpe ſuis meritis nobilitavit & ornavit. Taceo, quod in utero matris benedicta, antequam nata; prius electa, quam concepta, ab uſque incunabulis ſtatim Chriſtum ſubintelligere, & quibus licebat, motibus infantiam deteſtari, & neſcio quid divinius ſtudebat ſapere; unica parentibus, eoque magis affectuoſior. Jam in ea erat videri ætate, quanta poſtmodum vas illud repleretur Spiritus ſancti gratia & ubertate. Cloiharius *a*, quartus a Ludovico, *a* beati Remigii baptizatore *b*, trium regnorum *b* monarchiam eo regebat tempore, Burgundiæ, Neuſtriæ & Anſtriæ. Pippinus, Caroli magni *c* filius cum viro Dei Arnulpho *d*, poſtea Me- *c* tenſi epiſcopo Majores erant domus, gloriſio- *d* res ſuper hac nuper natæ neptis ſuæ ſanctitate, quam ſuper ejus, cui principabantur, regni cura & moderamine.

2 Decennium ejus nunc prætereo, quod to- F tum tanta percucurrit pietate & gratia, ut *educatio; ſtudium virginitatis,* nutritores ſuos quotidie videretur incitare ad religionis ſtudia. Ad ea venio, quæ poſtea proprio ſudore elegit, arripuit, tenuit & perimplevit. Inſtabant parentes unicam ſuam nuptui tradere, recuperaturi fœcunditatem. Illa ſtatim nuptiarum contemptum cum incommodis, quæ ſequuntur, tanta peroravit gravitate, ut ipſos pene parentes admonuerit de continentia & libello repudii. Ab hinc ſpretis omnibus & unius cellulæ clauſa anguſtiis, paradiſi perfruebatur latitudine, eodem ſolo orans & recubans, eademque anguſtia ſicco pane & aqua magis provocans, quam reſtringens * eſuriem. Inter hujuſmodi virtu- ** forte reflinguens.* tes & infirmi hujus corporis caſtigationem, caſtitatem ſi prædicem, ſuperfluus reprehendar. Balneas ignoravit; mollia ſtrata, etiam febre cum æſtuaret, abhorruit; cilicio obvoluta, in nuda humo Chriſti miles exercitabatur. Quod peccaſſe quis poterat, velut ſi

jam

A iam ipſa quoque peccaſſet, in ſe vindicans, ex Ms. & alieni delicti pœnas luens.

e cum eſſet puer vitæ *f* *g*

3 Martinus *e* eo tempore Romæ, Remenſis *f* Trajecti, verbo & opere pervigilabant in cura ſacerdotali; Trudo *g* in Hasbania in tyronem Chriſti enutriebat. Horum accenſa virtutibus, per momenta aut patriam deſerere aut eremum deſiderabat involare. Interim numquam ſine lacrymis, numquam dies aut noctes ſine afflictionibus habebat continuas. Sola & incomitata pene invaſerat ſolitudinem, ſi nnn aut ætas, aut, quos paſcebat, pauperum cura pedem ejus tenuiſſet. Nullus enim clericorum, nullus inopum ejus evaſit manum, quin aut cibo ſuſtentaretur, aut veſtibus ejus obvolveretur. Quorum enim cellas non intravit? Quorum pedes ipſa non lavit? Mira ingenio, & difficilis in hoc tali ſexu fortitudo.

Et animi demiſſione,

B 4 Et vili aliquo pallio totum corpus ſuum tegebat, ut, qui eam vidiſſet, nnn ipſam, ſed ultimam crederet ancillarum. Otium labore caſtigabat. Pertractat rurſus de eremo, Et quæ omnia jam pro Chriſto reliquerat, totum id fruſtra reputat, ſi non ſeipſam quoque abneget & relinquat. Invitis parentibus, reclamante familia, ſaltum, quem a feritate inhabitantium beluarum, Beluam vocant, invadit, erectoque propria manu brevi tugurio, ingreditur pugnatura cum diabolo. Puer officialis in paſcendo pecore dum occupatur, irruentibus tenebris, dum medias noctis agebat excubias, elevatis oculis, arrectis auribus, more illorum evangelicorum paſtorum illuſtratur ſuper hunc locum lumen in primis cæli cum: poſtea cum lumine cantum exaudit angelicum. Stupebat ſe ipſum. Ablata viſione ac die reddita, recollecto pectore, miraculum ad Virginem reportat. Illa nihil mota, utpote quæ Angelorum ſuleret frequentibus uti colloquiis, futuræ tamen nocti cum jejuniorum & orationis purificatione ſe præparat. Accerſit etiam presbyterum, nomine Sigemarum, & cum eo quibuſdam ſecretis animæ

C luſtrationibus celebratis, cum illo ſuo paſtore locum adeunt.

Vita ipſius ſalutaris,

5 Ibi ſolo recubans, & neſcio quæ myſtica divinis auribus murmurans, terram lacrymis complebat. Aderat hiems ſolito algore horridior, nivibus denſiſſimis. Illa nudis pedibus & lanea ſingulari induta, quo magis Spiritus ſancti igne interius incenduit; eo facilius rerum incommoda exterius ſuſtinuit. Tunc vero cæli aperti, tunc lux cæleſtis duplicius effuſa reſplenduit. Voces etiam angelicæ ſolita dulcedine præſentius inſonuere, & quædam divinitatis conſilia de theſauris cæleſtibus ad deſponſatam Deo Virginem reportavere. Ex hinc velut prænonita & de voluntate ſui amatoris edocta, nullam prorſus prætereundam horam putavit, quin eumdem locum reinviſeret, & debita illic orationum munia perſolveret.

earis virtutum radiis refulgens; ſeus & cæleſti viſione.

6 Stabat in medio noctis ſilentio, incomitata & ſine arbitris, & ultra omnem hanc luteam infirmitatem elevata, libero mentis pede in odorem cæleſtium unguentorum currebat. Cum ſubito patefactis cælis, comitante lumine, mirifici operis crux delabitur, & Landradæ, quæ jam mundo crucifixa erat, velut pro munere ſuper contiguum lapidem deponitur. Sicut enim mollis cera impreſſam ſigilli D imaginem recipit & repræſentat; ita & duriſſimus lapis, adhuc nobis ejuſdem crucis totam impreſſionem integre demonſtrat. Vnx interim adminiſtratorii ſpiritus audita eſt; Accipe Landrada hoc ab immortali ſponſo charitatis pignus. Ipſe tibi crucis mittit ſponſalia, qui in cruce moriens, reſtaurat omnia. Amatoris tui hæc ſunt munera. Tali munimine hoc in loco deinceps non nocebunt ſpiritus immundi, fames, mortalitas, rerum inæqualitas, morbi & peſtilentia.

Condit ſanctæ eccleſiam, confeerationem earum S. Lamberto;

7 Virgo Dei gaviſa de munere; roborata de conſolatione; oblita ſexus & ætatis, in quamdam virilitatem accingitur; propriis manibus negotium, quod non potuerat, aggreditur. Vepres & ſpinas extirpare; humum ſarrire; eccleſiam in honore & memoria Dei Genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ conari fundare: propriis manibus lapides effodere & comportare, lineam ducere, fundamenta jacere, & in loco ſibi deſtinatæ crucis, non E alius, quam ipſa collocavit ipſum, quod adhuc perdurat, altare. Adfuit indefeſſæ laboratrici ſuæ manus Omnipotentis uſque ad conſummationem perfecti operis. Tunc vero Lambertum *b* Epiſcopum, poſtea Chriſti Martyrem futurum, evocat, & pia commonitum familiaritate, qua ſe ab initio ſanctæ animæ obligaverant, novæ ſuæ & eccleſiæ conſecrationem & reliquiarum impoſitionem ex voto impetrat. *b*

adſpiſtis ſibi ſuæ.

8 Ex hinc jam creſcente religione videbat diabolus & ingemiſcebat ingentes animos in fragili ſexu mirabatur. Aliæ patientia, aliæ pugnabant obedientia; aliarum cœpens calor moderatis jejuniis refrigerebatur; aliarum tepidius ſtudium exemplis & conſolationibus accendebatur. Tanti dux ſemina facti. In cujus ore pallor ex jejuniis, eleemoſyna in pauperes, conſtantia in adverſis, modeſtia in proſperis, in ſervos Dei juge obſequium, humilitas cordis & veſtium; ſermo etiam modeſtus, idemque ſufficiente ſale conditus, quem F non frangerent, quem ad virtutem non accenderent? Hac tali virginum militia, his gymnaſiis in brevi lucus adolevit, & in omnis humanitatis creſcens annoſitatem, non ut prius, a beluis Belua, ſed Beliſia, hoc eſt, bene Elyſia vocari cœpit.

Mortali morbo ſuccumbit,

9 Cum inſtaret dies præmii beatæ Landradæ, poſt longam carnis & ſpiritus luctam, qua ſemper vivens, ſemper moriebatur, incidit (in) lectum ægritudinis. Depaſcebantur medullæ, ſiccabatur caro, exhauriebatur ſanguis, cum tamen nihil de jejuniis ſibi remitteret, damnum ſuum reputans, ſi quidquam de ſolito penſo imminueretur. Circumſtabant morientem matrem ſanctarum virginum dulcis cœtus, in ſeipſas jugi gemitu vindicantes, quidquid illa pateretur. Aliæ lectulo affidere, aliæ caput ſuſtinere; aliæ mappulam apponere, & aquam calidam miniſtrare: aliæ pſalmos dicere; aliæ cereos ducere: nulla prorſus otia eſſe.

moritur, prædicta mortis horæ; & aſſiſtente S. Lamberto

10 Illa interim velut præſagiens, conſolata circumſtantes, de exitus ſui hora prædicit, & ſanctum Epiſcopum Lambertum accerſiri præcipit, ut in morte quoque ejus foveretur colloquiis, cujus in vita jucundabatur ſemper conſiliis. Accepto triſti nuntin,

A tio, ſanctus ſenex omnibus ſe expedit, viamque dum maturat, Landrada interim de hac corruptibili domo in æternitatem tranſmigrat. Pontifex in itinere, ingruentibus tenebris, dulci viſione jucundatur. Semivigilanti & velut in extaſim rapto, quadam gravi majeſtate venerabilis virgo apparuit, & ſenilem arguens tarditatem, ſolita & familiari allocutione, de mora reprehendit, cur ſcilicet abeunti myſteria ipſe ſuis manibus non tradiderit.

cæleſti viſione cernuus meruit,

11 Ille negligentiam excuſat, de illis, quæ ſuperſunt, utpote de ſepulcri loco ſe paratum reddens. Et illa; Arrectis, inquit, oculis cælum ſuſpice, & quo ſa extendat per medium lucis nimbum, crucis ſignum diligenter intende. Lambertus totum ſe in viſionem extendens, & velut quoſdam fulguris tractus, quo poterat, conatu ſequens, notat locum, crucis fulgore deſignatum cum admonitione Virginis. Hic, inquit, ſepulturæ locus: hic cinerum meorum erit tumulus uſque in diem, qua juſſerit Dominus.

B *In loco, quem cruce cæleſti deſignatam,*

12 Hac jucunda illius demonſtratione, iſtius attentione Virgo cælis recipitur: Epiſcopus a ſomno erigitur, & relegens viſionis ſuæ libellum, feſtinato & præter vires curſu delatus Belyſiam, invenit eos jam agentes de ſepulcro infra eccleſiam. Expleta oratione, epiſcopali facundia plebem ſuam alloquitur. Poſtremo de revelatione ad eum facta ſermonem ingreditur. Submurmurant ſtatim univerſi, & necdum perorantem clamore tumultuario impediunt, & velut impugnant. Hic, ajunt, fuit conſecratæ & prælatæ. Ejus operibus hæc crevit eccleſia. Hic per eam puellaris adolevit turba; hic cæcos illuminavit; hic claudos erexit; hic omnibus incommodis ſe oppoſuit. Tu ipſe hic ſtudiorum ejus adminiculator, tu virtutum atteſtator, ipſiuſque hujus eccleſiæ conſecrator. Non eſt Epiſcopi populum lædere: non eſt Paſtoris, oves velle ſpoliare, ut quam vivam tenuimus, mortuam amittamus. Nullum hoc pietatis, nullum hoc officium humanitatis, Sanctam a nobis dimittere, virtutum operatricem aliis relinquere. Age tua pro officio, cetera nos curabimus pro tempore & negotio.

C *a Beatiſſimæ tumulo,*

13 Hac tumultuariæ plebis Lambertus permotus pertinacia, Facila eſt, inquit, præeſſe civibus, ſed difficile placera omnibus. Obedire quidem Deo oportuit, magis quam hominibus. Sed certus cum ſim, nihil poſſe mutari de omnibus, quæcumque voluerit Dominus, ſciens & prudens manum in flammam mitto, & voluntati veſtræ interim me præbeo. Sic ad votum populi Virgo ſepelitur: ſed Epiſcopo nihil de priſtina ſolicitudine imminuitur. Sciebat enim facilius elementa poſſa mutari, quam Landradam mentiri. Jejunium ſibi Epiſcopus indicit; orationes cum jejuniis continuat. Demumque axacto triduo, in concione pro re pauca declamat. Dei, inquit, voluntati nolle obedire, contra torrentem brachia eſt tendere. Ideoque tempus jam eſt, de noſtro quoque ut pendeat judicio, quid illa nobis dudum expoſita ſibi velit noſtra viſio; ocularia fides adhibeatur; tumba Virginis aperiatur, ut omnis ſuper hoc negotio ſcrupulus amoveatur.

14 Acclamatur ab omnibus: pedibus eunt in ſententiam, & aperta tumba, non modo D corpus, ſed neque ipſe reperitur corporis loculus. Expallent tacito murmure ceteri: ſolus Epiſcopus Deo gratias agens, & ut filios paterne demulcens, Quia, inquit, jam quievit diffidentia, experiamur nunc, quid Dei poſſit magnificentia. Prædux ipſe viam arripit: populus comes ſecum Wintreshovum i uſque percurrit; in quo ſcilicet fundo idem Epiſcopus olim a venerabili genitore ſuo Apro, ſancto archipresbytero Landoaldo commendatus, nutritus & adultus, in ſanctitatis apicem excrevit. Ibi rrlegens ſuæ illius viſionis indicia, & oſtenſæ crucis veſtigia, effoſſa humo (o rem novam & nove ſemper ſtupendam!) Virginis glebam cum ipſo ſarcofago inveniunt tranſportatam, eo ordine, ea deeenti reverentia locatam, ut nulli ſit dubium, Angelorum id effeciſſe miniſterium.

EXMS. *in quo erat ſepulta, ad alium locum*

15 Hoc tam admirabili ſpectaculo aliquamdiu jucundati, digna cum veneratione, devotis manibus terram reponunt, & deficientes in ſemetipſis, cetera omnipotenti Deo committunt. Poſt hujus angelicæ ſepulturæ indicium, tanta ſe ubertate illuc diffudit cæleſta beneficium, ut nuſquam copioſius efluxerit divini muneris ſtillicidium. Quis enim cæcus, quis febra æſtuans, quis hydropi litibundus, quis quocumque incommodi genere anxius, ſtatim, ut petierit, non accepit? Obiit autem ſanctiſſima Landrada non minus martyr k quam virgo, octavo Idus Julii. Virginibus exemplar ſufficientiſſimum, & omnibus bonis imitabila propoſitum, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto; cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

oratione ab Angelis tranſlata.

E

k

ANNOTATA.

a *Vitioſe hic ponebatur Lotharius, ut prævius indicat Commentarius, num.* 2.

b Baptizatorem *accipi debere in ſenſu paſſivo, ut deſignet* baptizatum, *prave monuimus. Melius legitur apud Surium*: Clotarius, quartus a Ludovico, quem beatus Remigius baptizarat.

c *Legendum* Carolomanni, *monuimus ſupra, num.* 2. *Ubi & alia ſpectantia ad Pippinum, de quo hic ferme.* F

d *Colitur die* XVI. *Auguſti. Agit de illo Meuriſſe in Epp. Metenſibus, a pag.* 107. *Vitam edidit Mabilio in Act. Bened. ſec.* 2. *pag.* 249.

e *S. Martinus I. ſedere cœpit* 649. *deſiit* 654. *Obiit* XVI. *Septembris.*

f *Colitur* III. *Septembris. Vitam edidit Mabilio. Vide Sec.* 2. *Act. Bened. a pag.* 488.

g *Conſecratus ſacerdos, ponitur apud Labbe anno* 659. *acceſſiſſe S. Remaclum. Colitur die* XXIII. *Novembris. Vita edita a Mabilione, Sec.* 2. *Bened.*; *obſervationes in eam prævias habes a pag.* 1069.

h *Celebratur die* XVII. *Septembris. Vitam dat Mabilio Sec.* 3. *Bened. a pag.* 69. *De obitu ejus dictum in Comm. prævio, num.* 6.

i *De hoc loco ſatis multa in annotatis ad Acta S. Landoaldi die* XIX. *Martii pag.* 37. *littera* S. *Item in tranſlatione pag.* 45. *lit.* b. *A monacho Gandenſi, coævo hiſtoriæ tranſlationis Gandavum, & elevationis, vocatur pag.* 43. *cap.* 1. *num.* 1. Curtis hiemis.

A k *Id intellige in latiori ſignificatione, in qua* ex Ms. *martyres dicuntur, qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis ſuis.*

MIRACULA

Ex Ms. Corſendoncano.

Mulier ſolennem depoſitionis diem S. Landradæ temerare auſa,

SOlennem depoſitionis beatæ Virginis diem ancilla quædam Lantburgia, dominæ ſuæ Ingeldradæ ſervitio auſa eſt temerare; ſed digna factis ſuis remunerata eſt incommoditate. Nam in ipſa nocte (dum) molam piſtoriam manu vertebat, ſubito baculus contractæ manui fixus inhærebat, & ſic edocta celebrare feſtum Virginis, alios ammonebat. Partim præciditur ei de manu baculus, nec abciditur incommoditas manus: levigatur ei baculi pondus, nec mitigatur ei dolor & contritio manus. B Non enim latere miraculum potuit, quod Chriſtus ad honorem ſuæ Virginis operari diſpoſuit. Punit ergo unius delictum, & cunctis innotuit, placitum ſibi celebrare Virginis natalitium.

punitur;

a Venit ergo illa mulier ad præſentiam ſanctæ Virginis, ubi requieſcit in loco Gandenſi, oſtendit populis contractam manum & præciſi particulam ligni: fatetur tranſgreſſionis culpam & incommoditatis cauſam omni congregationi ſancti Bavonis, precibus quidem & lacrymis quærit placari ſibi, quam offendit, Virginem, credens per ejus meritum invenire Deum miſericordem. Quæſivit & non invenit; petiit & non accepit: quia miſerendi ejus tempus & hora necdum advenit. Videns ergo Domina ejus, quia in petendo nihil profecit, offerens eam, ad honorem ſanctæ Virginis, beato Bavoni, quaſi Domino domus cenſualem conſtituit.

in domo redditur priſtinæ ſoſpitati,

3 Abbas autem eas de banno infractionis feſti abſolvit. Exinde majori ſecuritate ac ſecuriori devotione dominum ſuum, ſanctum Bavonem inclamabat, cujus meritis domeſticam ejus ſanctam Landradam ſibi placabilem fieri confidebat. Nec defraudata eſt ſpe, quam habebat. C Poſt modicum temporis, nimium fletu & labore fatigata, quietem capiebat ſoporis, & gratia Dei tota manus erigitur cum digitis, & ſuper altare ſancti Bayonis particulæ ligni ex repercuſſionis ſonitu vehementi excutiuntur. Stupefacti de lectulis æditui: & mulier expergefacta, ſentiens ſe, recepta manu, reconciliatam ſanctæ Landradæ Virgini, gratias egit Deo & ſancto Bavoni, domino ſuo. Hæc tua ſunt opera Chriſte; hæc tua magnalia Domine, qui Sanctos tuos ita ſemper dignatus es mirificare. Ad horam nonam laudes Deo dicturi conſurgunt monachi: & quia erat ſeptima Sabbati, multi ad veſperam confluentes ex confinio territorii, in commune laudaverunt nomen ſanctum Domini.

Reliquiæ S. Landradæ, a Corbero ſini ſitra portæ ſpecta, a

4 Circa annum Domini MCCCC, Curatus de Denterghem *a* in diœceſi Tornacenſi, quadam die Dominica, ſubadſtantibus parochianis, de antiqua illius eccleſiæ cruce multas reliquias cum ſuis breviculis extraxit, magis famoſas ſeu notas ad dexteram partem, minus vero cognitas ad ſiniſtram ejuſdem altaris collocans: ea tamen intentione, ut reliquiæ magis famoſæ in nova cruce, tunc recenter empta, D ſed minus cognitæ in antiqua cruce iterato clauderentur. Cum vero idem Curatus inter ceteras reliquias in quodam breviculo inveniret ſcriptum ac publice recitaret: Hæ ſunt reliquiæ ſanctæ Landradæ Virginis, & nemo adſtantium illius ſanctæ Virginis nomen agnoſceret, locatæ ſunt eædem reliquiæ ad dicti altaris ſiniſtram partem.

ad dextram altaris partem tranſlata dijudicatus.

5 Quo facto, mox cunctis ibidem cernentibus, miraculoſe quodam pacifico volatu prædictæ reliquiæ ſe tranſtulerunt ad partem altaris dexteram, & juxta reliquias magis cognitas, prout quidam legum doctor & miles in armis, Dominus & magiſter Petrus de Ripa, temporalis poſſeſſor illius parochiæ, quia præſens erat, ſub ſuo juramento poſtea retulit domino Abbati & quibuſdam religioſis monaſterii ſancti Bavonis.

Sigeburgis hydropica, b

6 Quodam *b* alio tempore contigit, quod quædam mulier, nomine Sigeburgis, uxor Lantzonis, morbo ſic intercutaneo laborabat, quod crura ejus cum pedibus ita intumuerant, ut E pene per totum annum nec ſaltem eccleſiam, niſi cella geſtatoria eveheretur, intraverit, nec thoro viri, nec convivio participata ſit, edulliumque ſaſtidiret, potumque, excepta aqua, univerſum execrata ſit. Hæc intempeſta cujuſdam noctis viſione ſubita ſemivigilans corripitur, atque in hæc verba monetur: Cum dominos dominaſque noſtras terra extuleris, cur & nos, fideles eorum, in luto deliteſcere finis? Ego quippe ſum Landrada, Adrianus martyr & Julianus. Ipſi quoque ſunt de ſocietate noſtra. Hanc viſionem illa viro intimavit: & ut aut Epiſcopus aut Epiſcopi auctoritas ad ſublevationem eorum invitarentur, rogavit. Ille in præterito anno ita in elevatione ceterorum queſtus eſt obſonatum, ut ei per manus hæc inceptare, nimis videatur arduum.

de nihilo Landradæ corporibus elevandis monito,

7 Poſt dies aliquod, apparente iterum eadem viſione, eadem, qua prius, ſanctimonialis ſcilicet effigie de negligentia corripitur, de contemptu confunditur. Et quæ, inquit, tot & tanta in medicos expendiſti, nec curari meruiſti; ſi nos ex luto efferres, jam ſanari meruiſſes, Et ubi, inquit illa, vos inveniemus? Cella, F qua ad eccleſiam geſtaris, inquit, tua, noſtra irreverenter deprimit buſta; arca autem, retro poſita, nimium eſt nobis onerosa. Et ſi cauſaris, quia Epiſcopum aut ejus Vicarios non mereris: e vicino Sarabertum ſaltem presbyterum habes & alios ad id perficiendum viros fideles. Mane itaque facto, quid ſuper iis facto opus eſſet, deliberanti, adeſt quædam ex gynæceo ejus puella, cum eadem viſione referens, ſe monitam per hæc eadem ſigna, Ea nunc in villa Gnodenghove habitat.

curat ea elevari; & fabrica fa- cit.

8 Sigeburgis autem, domina ejus, cui hæc demonſtrabantur, a cujuſque ore jurantis hæc & obteſtantis nos iſta decerpſimus, adhuc vivit; vivit inquam, & præſenti luce ſana & incolumis veſcitur nobilis perſona; domus ampla, rem fideliter quærentes ſcire, non ſinit latere. Quæ cum omni feſtinatione mittens presbyteros, qui hæc explerent, accepere; interim ipſa non paſſa quieſcere, fecit ſe ferre ad eccleſiam, & interim a loco denominato paulatim egerere terram, & vix ſemipedem terræ eruerant, & ecce Sanctorum

A ſtorum ciſternæ in ipſa pene ſuperficie apparebant : adveniunt & presbyteri, quicumque fuerant evocati, & retectis Sanctorum ſepulcris, repererunt nomina eorum exprompta in breviculis, & dum quæque digna translationi adimplent pro poſſe, ipſa jam dicta matrona, quæ operi inſtabat attentius, ſubito converſa, rivos vencni & putredinis, ſaniem ad ſextarii menſuram videt excurriſſe ſibi ex cruribus. Quæ admirata & de ſoſpitate recepta hilarior reddita, domum pedca rediit, convivium hoſpitibus & domeſticis opulenter apparavit ; ipſa interſedit, nec edulium aliquod ſuſtidicns, nec vini potionem vel alterius ſorbitionis jam exhorrens.

Alia quædam mira cula

9 Præterea multa alia miracula contigerunt certo tempore anni, quorum pauca ſubjecta ſunt. Quarto Kalendas Junii quædam ſemina Trethewara cæca, Sanctorum limina gratia orationia, cauſa cxpetendæ ſalutis adibat, ſed in ipſa via necdum illuc pervenerat ; & ecce priſtina ſanitate rcccpta, incedcns gaudebat. Sequenti demum die, id eſt feſto Pentecoſtes, quod tunc erat tertio Junii, quidam Theodoricus nervia totius corporis per annos multos contractus, multis veridicis teſtibus coram adſtantibus, omnino eſt ſoſpitatem indeptus. Denique tertio Nonas Junii, ſcria quinta ejuſdem hebdomadæ, mulier cæca cx pago Bracbatenſi, cum Sanctos auxiliatum invocaſſet, & luminare dcſcrendum cis pro poſſe præparaſſet, nec mora extitit, ſed oculorum lumen recepit.

ope eorundem Sanctorum patrata.

to De eodem pago cxtitit & altera mulier, quæ nimio renum affecta dolore, per unius ferme anni ſpatium ad nullius, ut ipſa fatebatur, officii commoditatem valuit exurgere. Hæc ubi Sanctorum pignora delata didicit, & per ea illic mira operari cognovit, eandclam pro adipiſcenda ſalutc devovit, & ut ſui in tanto dolore miſcrcrentur, oravit. Continuo priſtinæ ſanitati reddita, candelam Sanctis devote offerans, cinctorium ſimul protulit ; & pro indepta incolumitate gratias Deo per Sanctorum merita immenſas pariter retulit.

B

D

XX MI.

ANNOTATA.

a *Pagus eſt in Caſtellania Cortracena, fere medius Tiletum inter & Deinſam ; olim ſuberat Epiſcopo Tornacenſi, nunc Gandenſi.*

E

b *Unde ſequens miraculum fuerit deſumptum, notavimus in Comm. prævio, num.* 26.

DE S. ITHERIO EPISC. NIVERNENSI,

NOIENII SEU NOVIGENTI IN GALLIA.

J.B.S.

Sylloge de cultu, patria, ætate, geſtis & reliquiis.

CIRCA AN. DCXCI.

Papebrochius ad XXV. *Junii, ex Sauſſayo duos ſanctos Itherios diſtinguens, alterum Bituricenſem, alterum Nivernenſem, ita ſcriptum reliquit in elencho Prætermiſſorum*: S. Itherius Epiſcopus Bituricis, ſucceſſor S. Sævitiani, conditus in baſilica ſanctæ Crucis, claruis ſuis indiciis memoratur a Sauſſayo, ſecuto Monachum San-Sulpitianum, Patriarchii Bituricenſis ſcriptorem, qui aſſerit, ſanctum corpus nunc, id eſt ſuperiori ſeculo, in magna haberi vencratione. De hac interrogatua eccleſiæ iſtius Parochus, negat apud ſe ullamexſtare memoriam tumuli, ncdum cultus. Ita R. P. Petrus Caritè Collegii noſtri ibi Rector, anno MDCXCI. omnia diligenter ſcrutatus ; & pro comperto affirmans, eum, qui hodie Biturigibus ritu ſemiduplici colitur, incertum qua de cauſa, eſſe Epiſcopum Nivernenſem : neſciri tamen, hujus an illius ſint eccleſiæ collegiatæ duæ Aienſis & Sancergienſis : qua de re plenius cupio edoceri, pro die quo alter Nivernis colitur VIII. Julii. *Caſſa fuit Papebrochii poſtulatio, nemo docuit quidquam, ita ut poſt tot annos a quinto tomi Junii editione, Nivernum mihi recurrendum fuerit, ut vel modicas notitias de ſancto Nrvernenſi Epiſcopo impetrarem.*

Ex 25. *Junii hoc tomo emiſſo,*

C

non pro Epiſc. Bituricenſi.

a *Eſt hodiedum penes nos citata noſtri Caritei epiſtola, cujus propria verba referre, operæ pretium fuerit, ut magis pateſcat, cultum omnem* S. Itherio *delatum, non ad alium ſpectare, quam ad ipſum, quo de hic agimus, Nrvernenſem Epiſcopum, ordine, ut ibi fertur, ſextum decimum. Eu integram Caritei reſponſionem datam* VI. *Septembris* 1691. Illnd a me Rev. V. requiſivit, ut accurato ſtudio facerem ipſam certiorem de cuku ac vencratione, quem habeat S. Ætherius in ædc S. Crucis civitatia hujus Bituricenſis. Faciam ego vero libenter & qua potero diligentia. Et illud quidem primum Rev. V. dicam, hujus ſancti Præſulis nullam exſtare memoriam in cabalis ipſius Breviarii Bituricenſis. Nam qui XXV. die Junii in eccleſia Bituricenſi ritu ſemiduplici celebratur Itherius ; ia non Ætherius, ſcu Itherius eſt Bituricenſis Antiſtes, ſed alius Itheriua Nivernenſis Epiſcopus. Qua in re eccleſiæ Bituricenſis uſus eſt ſingularis, cum hujus Itherii memoria VIII. Julii celebretur in Breviario Nivernenſi, Aurelianenſi ac Senonenſi, hancque reſerat eodem die Martyrologium Gallicanum in Supplemento ; a quo & refertur memoria ipſius Ætherii ſeu Itherii XXV. Junii.

F

ſed pro Nivernenſi accipiendus eſt.

3 Neque etiam vidi, nec auditu accepi, in hac ipſa ſanctæ Crucis æde ulla cxſtare adverſus illum Sanctum peculiaris veneratio-nis indicia ; & fieri poteſt, ut ille cultus ac veneratio, quam P. Labbeus deſignat in Patriarchio Bituricenſi, talis exſtiterit ad tempora illius auctoris, cx quo rem ipſe deſcripſit, non vcro ad ipſius tempora qui ſcripſit. Præterea, ne quis in hac parte reſidcret animo ſcrupulus, ipſum adivi eccleſiæ ſanctæ Crucis Parochum, a quo tria requiſivi. Primum, num adhuc notaretur alicubi in illa æde B. Ætherii tumulus : & negavit ulla hujus ſupereſſe veſtigia, ſuccuſſis totics regeſtiſque terris. Secundum, num ſaltem lo-

A AUCT. J. B. S.

cuſ notaretur aliquis, ad quem teſtis ſanctitatis populi devotio confluereret: & iſtud pariter negavit. Tertium, num aliquo die ejuſdem Sancti coleretur, & num hanc aliqua fundationum monumenta teſtarentur; & nulla ſubjunxit exſtare ejuſmodi rerum indicia. Dicuntur quidem, non longe ab ipſa civitate Bituricenſi eccleſiæ duæ collegiatæ Aienſis & Sancergienſis patronum colere S. Itherium; ſed utrum Bituricenſem, an ipſum Nivernenſem, id nondum comperi . . . . . De Itherio porro Niveroenſi mihi, opinor, a me exſpectat Rev. V., cum ejus memoriam plurimi paſſim auctores celebrent,

Cultus ejus probatur ex Sauſſayo,

4 Fateor equidem a ſcriptoribus nonnullis celebrari S. Itherium Nivernenſem, aſt ab omnibus tam jejune atque confuſe, ut difficile ſit, ætatem aut geſta ejus ſatis tuto eruere; quod brevi fiet manifeſtius. Neque vero cultus ipſe celebris ulle pacte dici poteſt, cum in nullis Martyrologiis Uſuardinis, quantumvis auctis, neque in aliis vetuſtioribus memoriæ ejus ſignata reperiatur, præterquam in Sauſſayi Supplemento & in recentiſſime Univerſali Caſtellani, qui S. Itherium Nivernenſem, XXV. *Junii memorat, alterum vero, non* Itherium *ſed* Ætherium Bituricenſem, *quem Sauſſayus eo die ſignaverat, e Sanctorum numero plane exeludit. Audiamus utriuſque verba, Sic loquitur Sauſſayus in Supplemento, hoc die:* Noienni apud Senones, S. Itherii Epiſcopi Nivernenſis & Confeſſoris, qui ubi natus, ibi & ſepultus, creditam patriam ſpeciali patrocinio fovet & protegit. Nec ſolum in patria colitur Vir ſanctitate celebris, ſed diffuſis longe lateque gloriæ ſuæ radiis, etiam Soliaci ad Ligerim, in dicata tutelæ ſuæ collegiali eccleſia, ſacris honoribus obſervatur. Sederunt autem in Niverneoſi cathedra alii ſanctitatis exploratæ Præſules ante B. Itherium; quorum aliqui, fixos oatales habeotes, diebus propriis ad cultum coofignati ſunt; alii tamen ſi meritis æque ſpectabiles, in Faſtis ſacris minime certa die ſunt adſcripti, oimirum ſancti Patricius, Eulalius, & Eoladius, quorum benedicta memoria, ne a Galliæ Sanctorum ſerie excidat, nomina eorumdem, pium & conſeotaneum vitium eſt, tabulis his ſacris inſcribere.

B

C

& caſtellas po, qui locum eum vatur ubi ſtinguit.

5 In eo & nos hic Sauſſayo obſecuti ſumus, quamvis poſtrema illa huc minime pertineant. Supplebit hæc memoria eam, quam inter Præterm[illos] agere debuiſſemus, nacturi forte aliquando documenta alia, quæ Sanctis illis, adhuc extra ordinem vagantibus, locum proprium in Aſtis vindicent. Ad S. Itherium *Nivernenſem redeamus, quem, haud dubie ex Breviario Aurelianenſi, ita celebrat Caſtellanus* XXV. *Junii. Verba ejus ſingula, ut ipſe voluit, latina facimus, eum ſis, quas ſubinde adjecit, correctionibus. Sic interpretanda ejus in textu enuntiatio:* Novioduni, apud Montem Argilum in Vaſtinenſibus, ſancti Itherii Epiſcopi Nivernenſis. *Monet porro pag.* 690. *locum* Noyen, *ut ibi ſcripſerat, mutandum in* Neugent, *idque Gallice vertendum* Novigenti, noo Novioduni, *inquit, ſeu* Noyen, ut fecit Catherinotus, delufus terribili voce Noiennii a Sauſſayo conficta. *Hæc eo dicta ſint, ut diſtinctior habeatur loci ipſius notitia, a nobis præmiſſi ſolita. Nam ab aliis pluribus vicis ſeu oppidis, Novigenti nomine inſignitis, ſatis hoc noſtrum diſtinguitur per vicinitatem ad* Montem Argilum (*vulgo* Montargis), *via quæ Pariſiis Nivernum deducit.*

D

6 Probant igitur Sauſſayus & Caſtellanus cultum S. Itherio *exhibitum, magis etiam confirmandum ex Lectionibus Breviarii Nivernenſis, ſeu; quas nuperrime miſit noſtri iſtic collegii Rector R. P. Deſgrés, a me rogatus, ut quidquid notitiarum de* S. Itherio *ſuppereſſet, id benigne ſuggerere dignaretur. Præſtitit ipſe & officioſe & diligenter, quæ poſtulaveram, Soliacum, ſeu Sulliacum* (Sully) *uſque per amicos recurrens, quod ſolenniori iſtic cultu honorari* S. Itherium *didiciſſet, ut quam poſſem ſymbolam & ipſi conferrent. Accepte denuo ſunt Lectiones ex vetuſto Breviario Aurelianenſi, in qua diœceſi ſitum eſt prædictum oppidum, recitari ibidem ſolitæ* XXV. *Junii, Nivernenſibus plane conformes, ſed quas ex hodierno Aurelianenſi Officio, ab annis undeviginti* (1701.) *reformato, expungi juſſerit, tunc ejuſdem urbis Antiſtes, Eminentiſſimus Cardinalis de Coislin, in ejuſmodi mutationibus paulo liberalior, relicta dumtaxat ſimplici commemoratione non ad diem, quo antea colebatur, ſed ad* IX. *Julii, pro mero ſuo arbitrio. Dies tranſpoſitionem acceptarunt Canonici Sulliacenſes, verum priſtina ſolemnitate feſtum ipſi celebrare perguntſ, utentes perantiqua Officio proprio, in membranis deſcripto, ac feſtiviſſimo cantu.*

Subſtitutio alia Nivernenſe accuſſus ſeu;

E

7 Non notavit rei totius relator, in quo conſiſtat Officii iſtius proprietas, verum ex iis, quæ ſubjunguntur, videtur poſſe colligi, eaſdem ipſas Lectiones recitari, quas hic deſcribo. Lect. IV. Iterius, Itherius *ſeu* Ytherius, ex Noemio viço oriundus, omnium liberalium artium ſcieotia inſtructus, vitæ ſanctitate & divinitus ſibi collata gratia ſanitatum conſpicuus, adeo homioum gloriam declinavit, ut quolcumque ſanaret, admoneret, ne cui dicerent: ipſe vero loca quævis abditiſſima quæreret, ut ibi lateret incognitus. Lect. V. Illum igitur in quodam loco, qui Vaſtinum dicitur, ioter vepres & ſpinas morantem, & inde Romam a legatis ſuis adductum, ſummus Pontifex, comperta viri ſanctimonia, familiariſſime complexus eſt, & illic miraculis coruſcantem, apud ſe per octodecim menſes retiouit. A elero demum populoque Nivernenſi votis omnibus in Epiſcopum expetitus & impetratus Itherius, in ejus civitatis ingreſſu, quemdam artubus contractum ſanitati reſtituit, dæmoniacum unum a dæmone liberavit. Lect. VI. Poſteaquam vero eccleſiam Nivernenſem multos annos rexiſſet, emeritus miles animam Deo reddidit. Ejus corpus in navigio ſuper Ligerim poſitum, ſolo proprio reſtituit fluvius; & cum in ejus tranſitu iofirmi multi ſanitatem recepiſſent, tandem Noemio appulſum, ſacerdotes juxta altare eccleſiæ honorifice ſepelierunt,

unde accepta per omnes lectiones,

F

8 Reliqua ſiunt de Communi Pontif. Notatur autem in Lectionibus Nivernenſibus, quod acceptæ ſint, ex geſtis ejuſdem & ſcriptis eccleſiæ Sulliacenſis, ubi ejus memoria celebratur. *Jam diximus, omnimodam conformitatem eſſe inter eas, quas Nverno & Sulliaco accepimus. Ceterum habes hic Sancti patriam & ſepulturam, qua Noemium appellata, conſtanter hodie ſumitur pro* Novigeoto (Nogent, Noyen, Noian) *ut diſtinctius expreſſit Caſtellanus. Ætas & geſta*

in quibus tempore & geſta non ſatis diſtinguuntur.

conſu-

A *confuſionem ſapiunt, ne nominato quidem Pontifice Romano, a quo in Urbem accerſitus ſit, & poſtea ad Nivernenſem eccleſiam deſtinatus. Lucem his afferre voluit Michael Caignon, in ſua Cataloge hiſtoriali Epiſcoporum Nivernenſium, Pariſiis gallice edita anno 1616. ubi ſextum decimum ordine numeratus, eum Rogæ ſucceſſorem ſtatuit anno 691. ſedente Romæ S. Sergio Papa, in Francia vero regnante Theodorico I. ſaltem Theoderico aliquo; epocha quidem non inverſimili, ſed non continuo admittenda, ſi ſola Cotignoni auctoritate nitatur, qua antiquiorem necdum reperi. Apud Sammarthanos in feria decimus ponitur*, dicturque in eccleſia Noienni, vico oarali diœceſis Senonenſis, quieſcere ab anno DCXCI. *Sed hæc ſcrupuloſius verſanda non ſunt.*

Quæ Caignonus contra ſuperadditis,

9 *Quæ præterea nauſibil exarnat Cotignonus, nihil plus ſubſtantiæ continent, quam in deſcriptis ſupra Lectionibus habeatur. Nec pluris faciendum eſt breve aliud Vitæ* S. Itherii *compendium, editum anno 1657. per Canonicos Aeuſes (Des Aus) diœceſis Bituricenſis, a quibus ut Patronum etiam coli*

B *aliquem* S. Itherium, *uti & apud Sancergienſes, laudatus ſupra Carneus memorabat. Narrat compendium iſtud, Sanctum per revelationem impeditum fuiſſe, quo minus ex Francia in Liguriam ſe reciperet; legatos autem Sergii PP. negotiorum cauſa Sueſſionem veniſſe, a quibus Romam deductus ſit* S. Itherius; *atque id genus alia, quæ pluribus referri non merentur. De recentioribus teſtimonium ferre potuit laudatus Cotignonus: nempe Sancti corpus, rutellige potiorem partem, in eccleſia parochiali Novigentina, ejus nomini dicata, hodiedum depoſitum conſeri, pluresque incolas* Itherii *nomine inſignire; in arce porro Sulliacenſi ad Ligerim, non procul Novigento ſita, collegiatam olim fuiſſe, quæ a Regula ſeu Domino acatholico deſtructa, in oppidum ipſum translata fuerit, ubi uſque hodie Canonicorum collegium ſubſiſtit.*

in ſcripsit recentioribus confirmatur.

10 *His robur addit Commentariolus, a laudato R. P. Deſgrés recentiſſime huc directus, ex quo jam nonnulla deſumpſi. Docent ibi Sulliacenſis Capituli Cantor & Syndicus, furentes Hugonottes, ſacrorum omnium violatores, XIV. Januarii 1562. intercepium Sulliacum ejuſque arcem, in qua erat* S. Itherii *collegialis eccleſia, miſere depopulatos, ſic* D
ut a Maximiliano Bethunio, Sulliacenſi Duce, Henrici IV. temporibus notiſſimo, templum novum in oppido exſtrui debuerit; documenta vero plurima in ea ſpoliatione perierint, adeo ut mirum non ſit, ſi panciſſima, ad S. Itherium *ſpectantia, hodie reperiantur. Supereſt nihilominus lipſanotheca lignea deaurata, ad formam veteris eccleſiæ collegiatæ caſtrenſis fabrefacta, in altaris faſtigio expoſita, quæ quotannis ſolenni ſupplicatione circumferri ſolet altera Pentecoſtes feſtivitate, tum vero per annum urgente aliqua calamitate, oppidanis id poſtulantibus, ad implorandum ſanctiſſimi Tutelaris patrocinium, quemadmodum anno 1719. factum teſtantur, propter intenſiſſimos calores & extremam ſiccitatem. Hæc Sulliacenſium in ſanctum Patronum pietas & fiducia, quibus in hac parte clientes alios Novigentinos, Nivernenſes, Aeuſes, Sancergienſes alioſque cedere non exiſtimo.*

AUTE. J. B. S.

11 *Quando & qua ratione ad Aeuſes pervenerint* S. Itherii *reliquiæ, decet inſtrumentum in dicto Commentariolo relatum, quod hic ſubnecto*: Joannis, Regis quondam Francorum filius, Dux Bituricenſis & Averniæ, Comesque Pictavienſis, Etamparum, Boloniæ & Alverniæ, univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & devotionis augmeotum. Notum facimus, quod de conſenſu, voluntate & beneplacito Prioris beati Ytherii de Noyen, cepimus de reliquiis ejuſdem prioratus partem capitis & brachii B. Ytherii epiſcopi & confeſſoris: quas reliquias dedimus, ob favorem & requeſtam dilecti & fidelis noſtri, magiſtri Simonis & Alegreti, eccleſiæ de Aux, quæ ad honorem dicti Sancti fundata exſtitit; ut ibidem perpetuo corpus ipſius Confeſſoris valeat, ſicut decet, ſolenniter venerari. In quorum teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum in villa noſtra Bituricenſi, die undecima Novembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo tertio, *Utrum etiam Sancergienſes ſacris exuviis gaudeant, quæ porro Nivernenſibus relictæ ſint, non habeo unde explorem: æqui bonique conſulant clientes, qua hic data ſunt.*

A quo noſtris Aeuſis reliquias obtinuerit, E

C DE S. PAULO NOVO, MART. F

CONSTANTINOPOLI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§. I. Cultus; elogia; reliquiæ; cruciatus; Acta; tempus martyrii.

ANNO DCCLXVI. INter alias, quas pro ſacrarum imaginum cultu ferina barbaries mactavit victimas, locum haud poſtremum meretur S. Paulus, *cognomento* Novus. *Nuſquam in tabulis ſacris Græcorum hoc die nomen ejus reperi. Cognomentum autem nuſquam alibi, niſi in noſtra, quod daturi ſumus, Mſ., memini me legere. Habent illud e Martyrologis Latinis codex Strozzianus, Bellinus, Molanus, Galeſinius, Mauroliçus, ac Ferrarius in Cataloge generali Sanctorum. Tametſi autem cetera omnia ad probandum ſancti Martyris cultum, monumenta nos deficerent, ſatis ille probaretur lucu-*

Cultus Pauli vetus,

2 *Interim juvat meminiſſe*, S. Paolum, *Martyrologio Romano inſcriptum* XVII. *die Martii, &*, *prout ibidem refertur, paſſum ſub eodem Imperatore, Conſtantine Copronymo, eodem loco, eademque de cauſa, quibus* Paulus *noſter paſſus traditur in ſuis Actis; juvat, inquam, meminiſſe, alte-*

qui diverſus eſt ab alio ſancto Paulo, qui celebratur 15. Martii.

A Auct. J. P. *rum ab altero diſtingui, tamquam diverſum; ut colligitur ex diverſitate mortis, qua martyrium conſummarunt; ſicut oſtenſum eſt jam pridem ad diem Octavum* XVII. *Martii, ubi plura; atque inter alia, Paulo, iſto die culto, aſſignatur palæſtra martyrii, non Conſtantinopolis, ſed Cyprus.*

Ad eum in Menæis. 3 *Utrumque etiam Martyrem recte antea diſtinxerat Fortunatus Ulmus, Venetus, monachus Caſinenſis, in annotationibus una cum* S. Pauli *Martyris noſtri paſſione, editis anno* 1612. *pag.* 23. *In Annuntiatione vero, quam habent Menæa Græca impreſſa ad diem* XXI. *Octobris, his verbis, Τ ἁγίου ἱερομάρτυρος Μαρτυρίου, Ἀνδρέου, Στεφάνου, Παύλου τε καὶ Πέτρου, Sanctorum & a Deo illuſtratorum Martyrum, Andreæ, Stephani, Pauli & Petri, non videtur aptius intelligi poſſe Paulus alter, quam noſter. Vide dicta ad diem* XVII. *Martii de* S. Paulo, *Martyre in Cypro.*

Elogium ejus e 4 *Elogium Martyris noſtri, ſeu, ſi ita vocare mavis, breviora Acta, ſcripſit Petrus de Natalibus lib.* 6. *cap.* 69. *quæ ſic habent*: Paulus Martyr Conſtantinopoli nobilis oriundus, paſſus eſt
B ibidem tempore Conſtantini Imperatoris hæretici. Qui, cum eſſet dux militiæ imperialis, & vere miles Chriſti catholicus, Imperatorem de combuſtione ſacrarum imaginum, quæ per ipſum in eccleſia apud Blaquernas fiebat, conſtanter redarguebat, & reverendas imagines Chriſti & Sanctorum venerandas efficaciter comprobabat. Ob hoc, ab Imperatore detentus, & primo in carcerem miſſus, duriſque compedibus vinctus eſt. Inde juſſu Conſtantini, poſt aliquot dies educitur; & dum pro catholica veritate ageret, naſus ei præciditur, iterumque cuſtodiæ mancipatur. Dehinc poſt dies octo iterum productus, pice & ſulphure liquatis, capite perfuſus, cum in tormentis gratias Deo ageret, oculi ipſi eruti ſunt. Noviſſime pedibus ligatis per medium forum trahitur, & membris omnibus corporis diſſipatus, ſicque ſatis colliſus, excuſſo cerebro ſpiritum exhalavit, VIII. Idus Julii; cujus corpus, ad
C partes Aſparis tractum, ibique dimiſſum ab hæreticis, ut a canibus voraretur, a Catholicis viris ibidem ſepultum eſt. Imperator autem Conſtantinus pro tanto ſcelere & aliis commiſſis, ultione divina vermibus ſcaturiens, vitam miſerandam finivit. Cui Michael, filius ejus, vir per omnia catholicus, ſucceſſit. Poſt annos vero CXXII. Chriſtiani & religioſi viri divina revelatione corpus ſanctum, inde ſublatum, ad monaſterium Charmonam tranſtulerunt, miris refragans odoribus & miraculis coruſcans; quod poſtmodum a Venetis inde levatum & Venetias delatum, in monaſterio S. Georgii Majoris quieſcere dicitur ab incolis ejuſdem civitatis.

aliud brevius, 5 *Aliud & brevius elogium reperitur apud Ulmum loco ſupra citato, pag.* 18. *ex Chronica Andreæ Danduli, in qua Ms. ſic dicit ita legiſſe lib.* 7. *cap.* 9. Paulus, vir orthodoxus, edicto Conſtantini, inhibentis imaginum venerationem, reſiſtens, variis tormentis jubetur affligi: & cum perſeveraret, erutis oculis, tantum per forum tranſjectus eſt, quod ſpiritum emiſit. Et jam mortuus, ad partes Aſparis, pro eſca canibus projectus eſt: a viris catholicis conſervatus eſt. Denique ſub Petro Ziano Duce Venetias deportatus.

6 *De ſacris glorioſi Pugilis exuviis, ſumma apud Venetos in veneratione habitis, tradit ſequentia prædictus Ulmus pag.* 27. *atque*: Nunc, *anno videlicet* 1612. *quo opuſculum ſupra memoratum vulgavit*, incorruptum adhuc extare, qui eum viderunt, venerabiles monachi perhibent, ducali cornu, a Petro Ziano, ſibimet a capite depoſito, humiliterque capiti ſacri Martyris impoſito, ornatum; ac ſtola, auro texta, a Michaele Alabardo, Venero, noſtri cœnobii Abbate, noviſſime indutum. *De brachio autem, corpori adempto, ita ſingillatim proſequitur*: Altero tamen brachio, nunc argentea theca cooperto, ac palam ſingulis ad colendum expoſito, caret. Audivimus haud ſpernendos viros, qui religionis ſignum illud de ducali cornu, non a Petro Ziano, ſed a Chriſtophoro Mauro exiiſſe aſſerebant: quod tamen picturæ, Mauro ipſo principe antiquiores, non admittunt. D *Reliquiæ*

7 Vidimus ipſi yconam, quæ etiamnum extat, beatiſſ. Mariam Virginem in medio, beatos Georgium, Stephanum protomart. & Coſmam martyrem a dextris; beatos Benedictum, Paulum martyrem cum ducali cornu, & Damianum a ſiniſtris. Atque ad pedes beatiſſimæ Virginis Mariæ Abbatem, mitræ paſtoraliſque (pedi) inſignibus, nigro cucullo indutum; genua flectentem. Prope autem legebantur characteres: Dei matri Philippus, abbas hujus monaſterii. Philippus autem abbas floruit prope annum MCCCXIX. ut in hiſtoria cœnobii noſtri, quæ quam primum edetur, videre licebit; & Chriſtophorus Dux anno MCDLXII. Uſus vero D. Pauli depingendi cum ducali cornu, ab narrato religioſi Principis actu prodiit. Eo enim habitu pingere, iiſque inſignibus ſanctum Martyrem aſſolent, ut in altari requieſcit. *Et quoniam Martyrum reliquias tum potiſſimum coli dicit, quando primum aliquo advenium, tepeſcente paulatim religione cum lapſu temporis, hinc* potius Ziano, quam Mauro Principi memoratam pietatem adſcribendam *cenſet prædictus Auctor.* *ſumma veneratione culta* E

8 *Inter alios cruciatus, tyranni juſſu* S. Paulo *illatos, & heroica conſtantia toleratos, de quibus in Actis ejus, legitur ibidem num.* 9. iratus Imperator verbis Martyris, præcepiſſe picem & ſulphur infundi ſuper caput *ipſius. Ad quem locum ſpectat annotatio Fortunati Ulmi pag.* 26. *Ut, ubi pro perfuſo ferventibus ſulphure ac pice liquatis Martyris corpore, adduxiſſet teſtem Petrum de Natalibus, addit*, monachos ſeniores haud ſpernendæ auctoritatis, quibus ejus corpus videre feliciter contigit, id ipſum affirmare; cum ſparſim per totum, hujuſmodi picis ſigna etiamnum appareant. *veſtigia cruciatuum in corpore relicta* F

9 *De Actis Martyris hæc accipe. Habemus illa e Ms. Reginæ Sueciæ, quod fuerat Pauli Rhamuſii & amicorum. Superius erat ſcriptum Burdelos; eſtque integer liber de Sanctis, quorum reliquiæ ſunt Venetiis in S. Georgii Majoris nobiliſſimo ornatiſſimoque monaſterio, de quo mentio facta eſt tom.* 3. *Aprilis, in Comm. prævio ad Acta S. Georgii Martyris num.* 62. *Promiſit Houſebonus, agens de* S. Paulo *Martyre, ad diem* IV. *Maii, ſe hoc die daturum Acta* S. Pauli, *prout a Fortunato Ulmo illuſtrata ſunt; forte defectu antiquiorum, quæ nos damus. Hoc titulo notatur dictum noſtrum apographum*: Martyrium & confeſſio S. Pauli Novi, qui paſſus eſt ſub Conſtantino Copronymo, imperio imperante. *Ex* *Acta Mart. Mſ.*

calla-

A *tollationes Mſs. noſtri cum fragmentis, variis locis ab Ulmo annotationibus ad paſſionem* S. Pauli *inſertis, (quam ex Mſs. antiquitus ſervato in monaſterio S. Georgii Majoris, ac Petro de Natalibus concinnaſſe ſe ſcribit, quamque publicæ lucis fecit anno, ut diximus, 1612.) ſatis apparet, Mſs. ipſius & noſtrum prodiiſſe ex eodem fonte. Tanta eſt utrobique convenientia. Porro* videri *ſibi ait*, Ms. è Græca ad Latinam linguam deductum. *Præter alios idiotiſmos, Græcam phraſim redolentes, quales mihi videntur num.* 6. colloquium circa ΒΟΛΛΕΚΤΟΣ, *Græc.* ἀδιαλεκτους, *id eſt*, eos, qui convenerant. *Num.* 7. Ubi autem inimicitiæ exercetur in ΔΙΥΙΝΟΜ: *Græc.* κ' θειον, *id eſt*, contra numen, divinitatem, Deum *vel* religionem; *præter boſce, inquam, idiotiſmos, Græcam phraſim redolentes, apertiſſime videtur is ſe prodere num.* 12. *ubi occurrit:* Novimus ΣΥΡΕΡΙΟΣ, *Græce* ἀνωθεν, ἀνω, deſuper, ſupra; *quod cum hic referatur non ad locum, ſed ad tempus, dicendum erat bene Latine* ſuperioribus temporibus, olim, *vel* antiquitus. *Atque hæc, ut exiſtimo, ſatis Græcum probant fontem.*

B

Annus mortis ejuſdem.

10 *Duplex nota chronologica, a ſcriptore Actorum* S. Pauli *expreſſa, una quidem in fine numeri* 13. *altera n.* 14. *non cohæret. Nam, poſtquam martyrium ipſius affixiſſes anno quarto imperii Conſtantini Copronymi, & alios* 34. *annos ejuſdem Imperatoris imperio ad mortem uſque adjeciſſet, pergens ad narrationem inventionis ſacri pignoris, refert, illud tandem poſt centum & viginti duos annos divino monitu repertum fuiſſe, Antonio, cognomento Cauleos, patriarchalem ſedem CPolitanam occupante, S. Ignatio ex illa ad Cælites tranſlato. Cæterum ſanctum Athletam noſtrum occubuiſſe non anno Conſtantini Copronymi quarto, ſed vigeſimo ſexto, id eſt anno Chriſti* 766. *inſiſtendo ſaltem characteribus chronologicis, quos Acta deſignant, ſic oſtendo ex iiſdem Actis, & Petro de Natalibus. Eorum cum centeſimo vigeſimo ſecundo poſt tranſitum Martyris anno, corpus ipſius inventum fuiſſe memorent, & quidem, ut diximus, ſuperaddant Acta, hoc contigiſſe ſub Patriarcha CPolitano, qui tum temporis erat Antonius Cauleos; cumque hic Patriarcha, teſte*

C *Baronio, ſedere cœperit Conſtantinopoli anno.* 888. *hæc concurrere annum* 26. *imperii Copronymiani cum martyrio* S. Pauli *& anno Chriſti* 766. *ſuperadde deinde annos* 122. *& habebis numerum annorum* 888. *recte concordantem cum anno paſſionis, Copronymi vigeſimo ſexto, annoque inventionis Martyris, Chriſti* 888. *id eſt* 122. *poſt Martyris obitum.*

chronologi- æ ordinatio.

11 *Lapſus inſuper deprehenditur ſcriptor Actorum* S. Pauli, *primo dum affinat Martyris mortem anno Copronymi imperatoris quarto, ſubdit aliis* triginta quatuor annis *eum* imperaſſe, *ut habes num.* 14. *in fine: atque adeo juxta calculum ipſius, jam regnare debuiſſet Copronymus univerſe* 38. *annos; qui tamen ſecundum ſanam chronologiam anno a morte patris ſui Leonis Iſaurici* 35. *incheato mortuus ponitur. Secundo, idem ſcriptor convincitur erraſſe, quando S. Ignatio, patriarchæ CPolitano e vivis excepto, ſucceſſiſſe refert Antonium Cauleos, ſupra memoratum; cum tamen ille non S. Ignatio, ſed S. Stephano, Imperatoris Leonis fratri, in ſede patriarchali ſuffectus ſit, ut videſis apud Baronium, ad annum Chriſti* 888. *emperinque ſedere non ſub Baſilio Macedone, ſed anno demum tertio Leonis Philoſophi.* D *Ulmus pro anno, qui in ſebeda, olim arcæ ſacri* AUCT. *corporis affixa, inveniebatur ſuppreſſus, & quo* J. P. *deſignabatur Martyrem paſſum anno* IV. *Copronymi Imperatoris, per errorem vult omiſſum eſſe numerum denarium, & pro anno* IV. *ſcribendum anno* XIV. *recte ſubjicions, quod* calculus CXXII. annorum a paſſione ad ioventionem, nec XIV. nec IV. anno Paulum paſſum fuiſſe, ſinat afferere. *Illud interim habemus commodi ex epocha mortis S. Ignatii patriarchæ, qua ſtatuitur accidiſſe regnante Imperatore Baſilio Macedone, anno* 878. *& poſt quam, Actorum* S. Paoli *ſcriptor, inventionem corporis collocat, nimirum tempore Antonii Cauleos; illud, inquam, habemus inde commodi, quod vel ipſius calculo chronologico inhærendo, proxime accedatur ad rationem temporis, ſuperius a nobis fixam quoad mortem Martyris & annum Conſtantini Copronymi, quo illa evenit, facta utriuſque epocha combinatione cum inventione corporis, æra Chriſtiana, & patriarcharum Antonii Cauleos, de quo ſupra.*

E

§. II. Inventio corporis; tranſlatio, ſub quo abbate facta; quando & a quo ſcripta; ſcriptor martyrii; corpus recluſum; an Venetiis Coloniam Agrippinam delarum?

Nonnulla, ad corporis reverſio-

EA, *quæ pertinent ad inventionem ſacri corporis, ejuſdemque integritatem, a correptione poſt centum ac viginti duos annos immunis; ſatis recenſita traduntur in Actis a num.* 14. *Sed non erit abs re, quædam illius adjuncta illuſtrare ad faciliorem intelligentiam. Ughellus Italiæ ſacræ tom.* 5. *col.* 1332 *refert, in veteri ipſius ſancti Martyris tumba inventam eſſe hujuſmodi Ms. veteſtum notam:* Corpus beatiſſimi Pauli martyris, qui in CPolitana urbe ob ſacrarum imaginum defenſionem ab impiiſſimo Conſtantino Copronymo variis tormentis affectus, octavo Idus Julias martyrii palmam percepit. Deinde cum centum ac viginti duobus annis prædictum Martyris corpus humatum ſub terra manſiſſet, imperante Chriſtianiſſimo Imperatore Baſilio Macedone, facta angelica revelatione Antonio, F venerabili olim abbati monaſterii Caleos, tunc vero Patriarchæ CPolitano, inventum fuit in monaſterio Chaima, tanta ſuavitate redolens, adeoque recens, pulcrum & integrum, ut tunc reconditum adhuc ſpirans videretur. *Sequentia indicant annum tranſlationis, de qua paulo poſt.* Anno poſtmodum Incarnationis Dominicæ MCCXXIX. tranſlatum fuit Venetias, ad hoc venerabile monaſterium S. Georgii Majoris die XXI. Julii.

ſpectantia adjuncta

13 *Interea obſerva manifeſtum errorem in hac ſebeda; cum anno demum tertio Leonis Philoſophi, non autem ſub Baſilio, hanc dignitatem inierit Antonius, ut conſtat ex dictis ſupra.*

14 *Cangius in CPoli Chriſtiana lib.* 4. *pag.* 153. *n.* 18. *notitiam dat monaſterii* Caleos, *ſeu* Galiæ, *quod* μονὴ τῶν Καλῶν *a Leone Grammatico, pag.* 479. *ab aliis* μονὴ τῶν Καλέως *dici affirmat, addens illud extruxiſſe Antonium Cauleam, Patriarcham CPolitanum, ex Nicephoro Gregora in ejus vita. Paucis interjectis, quærit idem Cangius, unde* Caulearum *nomen acceperit; ac prorſus incertum eſſe tradit, an ex eo, quod* monaſterii Caleæ

A Auct. J. P.

Calæ Hegumenus fuerit, an vero monaſterium ipſum de ejus cognomine appellatum fuerit. *Adde, quod, ſicut ibidem legitur.* Antonii Patriarchæ mentio fit in inſcript. Gr. apud Gruterum MLXI. 2. *Atque ut tam hic, quam ſupra, omnia de ipſo dicta, contrahamus, videas lector diem XII. Februarii, ubi ampliorem notitiam invenies de ejus cultu tam apud Græcos, quam apud Latinos. Diſcere indidem poteris præter ejus vitam, quo anno patriarchatui CPolitano præſidere cœperit; cui ſucceſſerit in illa dignitate; & confirmata videbit tam ea, quæ ſupra deſiuta ſunt de exordio abſentiæ ab illa cathedræ CPolitanæ, quam de ejus in eadem deceſſore.*

Illuſtratio. 15 *Locus, in quo ſacrum Martyris corpus, Deo præmonſtratore, dicitur fuiſſe inventum, in ſcheda, quam jam mox ex Ughello produximus, nominatur* Chaima; *in Mſs. Actis noſtris, ſcribitur* Chaioma; *apud Petrum de Natalibus eſt* Charmona: *at, ſi non fallor, puto ſcribendum & intelligendum monaſterium* Cajuma, *Græce* μονὴ τῆς Καϊμᾶς, *ut vocat Cangius, loco ſupra citato, num. 16. nihil ibidem memorans, quo urbis CPolitanæ tractu ſitum illud fuerit. Utcumque id fortaſſe colligi poſſit ex eo, quod ex dictis noſtris Actis num. 14. habeamus, ſitum fuiſſe ad* partes Aſparis, *ſeu non procul ab iſto loco. Fuit autem Aſpar, Patricius, qui tempore Leonis Magni, Imperatoris*, ciſternam maximam *CPoli exſtruxit*, Aſparis *nomine appellatam*, juxta antiquum urbis murum *ſitam, uti ex Chronico Alexandrino refert Cangius lib. 1. CPoleos Chriſtiana, pag. 97. num. 9. qui & ibidem lib. 2. pag. 168. nu. 9. affirmat* Aſparis domum extitiſſe, ubi extructa, quæ de illius nomine ciſterna Aſparis dicta eſt. *Atque hinc haud dubie illa pars urbis CPolitanæ* Aſparis partes ſeu tractus *nuncupata vulgo fuerit. De Aſparis ciſterna & demo meminit etiam Codinus de Orig. CPolit. regiæ impreſſionis pag. 29. De Aſpare dabunt plura Annales Eccl. Baronii ad ann. 450.*

Translatio corporis

16 *Martyrio & inventioni* S. Pauli *in apographo noſtro ſubnectitur narratio translationis, hoc titulo:* Translatio corporis S. Pauli Martyris, de Conſtantinopoli Venetias, anno Domini MCCXXII. in monaſterio S. Georgii Majoris, qua tempore Veneti ac Franciæ Proceres Conſtantinopoli imperabant. *Notiſſimæ ſunt Venetorum ac Francorum cum ſuis confœderatis pro reductione Terræ ſanctæ expeditiones, ineunte ſeculo decimo tertio tentatæ, partes præcipuas agente, Henrico Dandulo ſeu Dandolo Duce Reip. Veneta, vero immortalitate digniſſimo propter præclare geſta, rarasque in paucis & eximias dotes animi & corporis vel in devexiſſima ætate. Andreas Dandulus, Dux item Venetus, uno ſeculo ac dimidio poſterius Henrico mortuus, in Chronico ſuo ita ſcriptum reliquit ad præſens inſtitutum, non ſolum mentionem faciens de translatione, de qua hic agimus, verum etiam de loco, e quo iſta contigit, dicens apud Cangium, lib. 4. CPolis Chriſtianæ, pag. 80.* Paulum Abbatem S. Georgii de Venetiis, de monaſterio de Pantepoſtis * de Conſtantinopoli, ſibi a Duce commiſſa, corpus S. Pauli, qui ſub Conſtantino Copronymo per martyrium paſſus eſt, cum favore Marini Sturlato, pro Venetis Poteſtatis inibi, in ſua tranſtuliſſe monaſterio.

* Pantepopus.

e quo monaſterio ſacrum ſit allatum

17 *Operæ pretium videtur breviter agere de prædicto monaſterio*, Pantepopti, *ex* Παντεπόπτου, *nomine appellato, e quo ſacrum Martyris depoſitum Venetias translatum eſt. Cangius loco citato, tradit ædificatum fuiſſe ab Anna Ducæna, Alexii parente, ex Zonara & Glyca, & quamvis in illud conceſſerit Anna, vult tamen non fœminarum, ſed virorum fuiſſe. Zonaras tom. 3. pag. 171. agens de imperio Alexii Comneni, ſic de illo habet:* Matri Imperatoris, adminiſtratione rerum, ut dictum eſt, diu functæ, mala, quibus ſubditi vexabantur, plerique adſcribebant. Quam rem filius, ut qui nomine tenus forte dumtaxat regnaret, etſi moleſte ferebat, tamen illam invitam pro reverentia ſua, poteſtate privare noluit. Quo Mulier animadverſo, verita, ne vel invita excedere cogeretur, relicta regia, omni auctoritate illi cedit, & in Pantepopti monaſterium, a ſe ædificatum, migrat; ubi, cum aliquot annos honorifice & regaliter vixiſſet, provecta ætate obiit.

monaſterii alterius

18 *Monaſterii alterius, eodem* Pantepopti *nomine appellati*, ſitum è veteſtis litteris Chriſtophori Mauri, Ducis Venetiarum, *producit Ulmus in annotationibus ad translationem corporis* S. Pauli, *pag. 13. Itaque* a tergo, *ſcriptum refert:* Magnificæ D. Conſorti q. Magnifici D. Franciſci Criſpo, Gubernatrici Ducatus Egæo Pelagi Chriſtophorus Maurus, &c. *Tum hoc profert litterarum fragmentum:* Conſueverat enim monaſterium ipſum, & ita pro comperto habetur, in iſta inſula Naxi, tamquam membrum & particulam ejus recognoſcere & poſſidere eccleſiam quamdam, nominatam Pantepopti, quæ partim temporis diuturnitate, partim ignorantiane, pro derelicta & abalienata fuit ab hoc monaſterio, & capite ſuo, *&c. Naxum idem Auctor deſcribens*, Naxus, *inquit*, eſt, quam vulgo Nicſiam dicunt. Apud Strabonem lib. 10. eſt in Mari Egæo inter Parum & Amorgum. Una eſt ex Cycladibus; *concludit:* In hac itaque Pantepopti cœnobium, & eccleſia condebatur.

ejuſdem nominis

19 *Fuerit itaque hoc monaſterium Pantepopti, poſtremo loco nominatum, antiquitus ſubordinatum & ſubjectum, tamquam membrum ſuo capiti, monaſterio Pantepopti CP. Nuſquam vero aſſerit auctor Translationis apud Ughellum tom. 5. a col. 1326. eccleſiam Pantepopti CPolitanam dicatam fuiſſe S. Gregorio, quod erronee ipſi affingit Cangius loc. cit. pag. eadem 80. ſic eum corrigens:* Perperam porro auctor hiſtoriæ ejuſdem Translationis corporis S. Pauli Venetias, apud Ughellum ſcribit, monaſterium Pantepopti dicatum fuiſſe S. Georgio; cui imputat, quod legerat apud Dandulum, translatum fuiſſe a Paulo abbate S. Georgii de Venetiis, de monaſterio Pantepopti CP.

translatio ſub quo abbate facta;

20 *Ulmus a pagina 10. accuſat Arnoldum Wion, citatus eum in Annotationibus ad S. Gerardi Vitam, quod corporis* S. Pauli *translationem ſub Marco abbate, eodem tamen anno, quo communiter ſtatuitur, videlicet 1222. factam prodat. Et ſane cuilibet, hiſtoriam Translationis, quam hic proferimus, non caligantibus oculis legenti, conſtare debet, illam non ſub Marci, ſed ſub Pauli, qui ei ſucceſſit, regimine contigiſſe. Ad hæc, anno 1222. Paulum, non Marcum extitiſſe abbatem, ſuſius in cœnobii Hiſtoria idem Auctor oſtenſurum ſe dicit.*

21 *Scriptorem Translationis contemporaneum fuiſſe,*

A *fuiſſe, non male anguit Ulmus ex ſequentibus ejuſdem verbis, quæ habes apud eos num.* 4. Per idem tempus CPoli ſuper partem, quæ venerat Venetis, principabatur vir illuſtris Marinus Storlatus, ſcilicet ſuper ejuſdem civitatis medietatem; qui dominus Marinus, pro eo, quod illius parentes ex antiquo apud monaſterium S. Georgii tumulantur, & ipſe credit tumulari, diligit monaſterium & confratres. *Attendenda ad verba*, ipſe credit tumulari; diligit monaſterium & confratres; *& intelliges auctorem loqui de Marino, tanquam tunc ſuperſtite, phraſibus per præſens tempus expreſſis. Cum autem dictus Marinus, ut ibidem legitur*, cum ingenti amore in deducendo Martyris S. Pauli corpus, conſilium & auxilium dederit, *ſequitur, ſcriptorem Marino atque adeo ipſi translationi, videri fuiſſe contemporaneum.*

auctum translationis ſæpius contemporaneus;

22 *Cæterum, tam me ſcriptoris nomen latet, quam conditio, vitæque inſtitutum, quod profeſſus fuis. Si Ughello credimus, monachus extitit in cœnobio S. Georgii Majoris, qui, ut habet tom.* 5. *Italiæ ſacræ, col.* 1326. ejuſdem loci monachus, ſimplici quidem ſtylo, ſed veraci conſcripſit S. Pauli *Translationem. Quod, unde ipſe tam de ſtatu vitæ affirmate pronuntiet, non eſt mihi exploratum. Porro edita apud Ughellum translationis hiſtoria adjumento mihi fuit ad corrigendos defectus, in Ms. noſtrum illapſos, ex illius cum hoc facta collatione, atque ut de Auctore Translationis agentes, de Auctore Actorum ſeu Paſſionis Martyris verbulo meminerimus. Cenſui ſæpe prolatus Ulmus, eum iſta conſcripſiſſe, qui inventioni corporis interfuit, adeoque Acta exaraſſe annis* 122. *circiter poſt Martyris tranſitum; totidem quippe annis Paſſionem Inventioni præceſſiſſe, ex illis conſtat. Probat opinionem ſuam ex fragmento, inter ſuas ad paſſionem annotationes expoſito, pag.* 172. *quod ita habet de prædicta inventione:* Divina directi gratia, lapidem impoſitum tumulo Martyris a venerabilibus viris, ut mihi prius oſtenſum eſt, viderunt, *ex quo fragmento hæc delibans & expendens verba*, ut mihi prius oſtenſum eſt, *arguit Auctorem inventionis, & ſimul Paſſionis (cum utriuſque videatur certo unus eſſe idemque auctor) præſentem ipſi inventioni interfuiſſe.*

qualis fuerit, quando ſcripſerit martyrii? B

C

23 *Verum cum noſtrum apographum a prædicto exemplari diſſonet, & pro*, ut mihi prius oſtenſum eſt, *legat num.* 15. ut ipſis prius oſtenſum eſt, *neque ſatis cauſa habeam ad diſcrepandum, quæ cui lectioni ſit anteponenda, tanquam emendatior & caſtigatior; ſequitur, nihil ex his concludi certo poſſe pro præſentia ſcriptoris in ſacri depoſiti inventione. Videtur interea undecumque colligi, magnam inter res ſcriptas & ſcriptorem, temporis intercapedinem interfluiſſe; eâque confici ex lapſu non unо, inter ſcribendum ab eo commiſſo, ut dictum fuit ſupra.*

Ad martyrii ſcriptoris ætatem reſpexere tranſlationis.

24 *Corpus ſancti Martyris reclauſum fuiſſe ſub Clemente VIII. Pontifice Maximo, memorat ſæpe dictus Ulmus in Annot. ad paſſionem ejus, pag.* 25. Sed & venerabiles, *inquit*, monachi, qui in hoc cœnobio aderant (*intellige cœnobium S. Georgii Majoris*) quando ultimo ſub Clemente VIII. Pont. Max. corpus ejus in altari incluſum eſt, ut hodie vidari minime poſſit, ipſum antea tunc intuiti, cum ceteris membris integrum ſe conſpexiſſe aſſerant, apertiſſime tamen narium abſciſſionem præ ſe ferre teſtantur. *Hinc liquet, confirmari ea, quæ jam pridem dixerat Henſchenius, agens de S. Paulino, Diacono Martyre, ad diem* IV. *Maii, ubi aſſerit, perperam S. Paulinum iſtum veteres martyrium ſubiiſſe ſub Conſtantino Copronymo, & gratis frugi, Venetiis translatum Colonam; imo ne Paulini quidem nomine fuiſſe muncupatum*, aſſumpto aliquo vicini nomtois Martyre, cum alius non inveniretur. *Hæc ibi; ubi etiam plura, quæ huc ſpectant, videri poſſunt; quæ recte referuntur dicto die quarto menſis Maii, quo ejuſdem Martyris cultus ibidem ſtabilitur ex Martyrologiis; Caſtellano ad diem præſentem*, VIII. *Julii, eum inferente ſuo Martyrologio Univerſali; qua occaſione, ignoro; niſi forte, quia Paulinum putavit eundem cum* Paulo, *qui hodie colitur. Atque eccum jam S. Pauli*

Corpus S. Martyris Venetiis, ut aſſeritur, reclauſum.

D AUCT. J. P.

ACTA

Ex Ms. Reginæ Sueciæ,

E

Auctore Anonymo conſcripta.

CAPUT I.

S. Paulo, ob defenſionem imaginum ad carcerem detruſo, naſus præciditur; ſulphur & pix infunduntur.

JAm quidem maligna hæreſis multitudo diſſipata erat, & ratio pietatis tempus acceperat, erubeſcebat autem & mœrebat omnis veritatis oppugnator, & locum non habebat mendacium, divina veritate ubique corufcante. Sed non tulit natura invida & livida, ut non iterum præclarum corpus eccleſiæ laniaret; ſed auſa eſt bellum ineitare inabdicatum & abſque induciis. Leo tunc, Syrus genere *a*, orientalium rerum curam gerens, præſumpſit imperio reſiſtere. Manu igitur antartica *b* ioſurrexit in Theodoſium Imperatorem. Ille vero monachalem vitam eligens, permiſit huic ſceptrum aſſumere, & infra propriam conſtitoi concupiſcentiam. Hic igitur impius, & utioam numquam Principatum occupans, ſtatim contra Deum aſſumpſit prælium. Venerabiles enim, & divinas imagines in toto orbe terrarum, quem ſoi illuſtrat, reſpective figuratas, & ab omnibus adoratas, impius igni, & conflationi auſus eſt tradere. Ut igitur divina in hunc vindicta tranſiit propter aſtum: ipſo male vitam ducente, ſicut imperii, ita & impietatis malignus illius hæres ſucceſſit priocipatui, & paternam crudelitatem generans, & malitiam parturiens, quam jam conceperat, concilium Cayphæ colligit, volens Chriſtum per imaginem vituperare, & deſtruere, & templum Genitricis Dei, quod eſt apud Blachernas *c* cum compluribus occupans, inania & vana juxta Prophetam David, eſt meditatus.

Graffari hæreſis

a

F

b

c

2 Divinum enim intrans templum, olim imaginibus decoratum, vidit per picturas Chriſti

inter alias forſitan ſuæ oppoſit

A ſti venerabilem nativitatem, & miracula cun-
ex MS. cta, quæ fecit, ipſius mortem, reſurrectio-
nem, & in cœlum aſcenſionem, & Spiritus
ſancti adventum. Has impius ſuffodiens, de-
formem, ut ita dicam, efficit Eccleſiam. Ad
hæc multi quidem obſtabant, pro noſtris, of-
que ad ſanguinem, & cædem pro fide recta
pugnantes. Sic enim habebant mentem, &
promptitudinem, ut omnia facile ſuſtinerenc
potius, quam divina defererent altaria, ſicut
fuerat imperatum. Cum multis aliis fidelis &
veritatis pugil beatiſſimus Paulus, ut hoc
malignum audivit edictum, non adorare Chri-
ſti imaginem, ne ſubirent pericula: divino ze-
lo, juxta Pſalmiſtam, tabeſcabat. Igitur om-
nia, quæ erant præ manibus (abjiciens,)
depoſitoque bujus vitæ pondere (pollebat quip-
pe divitiis, ingenuitate, ac poſſeſſionibus) jam
nudus contra peccatum militat, &, Impera-
tore Conſtantino *d* ſedente, malignorumque,
ac impiorum gentilium multitudinem colligen-
te, turpeſque conſummante nundinas, nil
difficillimum formidans, non Imperatoris fu-
rorem trepidans, aſtans in medio beatiſſimus
Paulus, exclamavit: Si in alio quidem, &
non io te poteſtas eſſet, conveniens erat il-
li, & non tibi culpam adſcribere, o Impe-
rator.

S. Paulus 2 Quoniam autem mente diſtractus, cujuſ-
dam ſiniſtri dæmonis conſilio, pietatem abju-
raſti, venerabileque nomen Eccleſiæ vitupera-
ſti, illius ornatum auferens, & puram ejus
tunicam maculaſti, & deformem, & ſine ſpe-
cie (ut ita dicam) oſtendiſti, indigna qui-
dem imperiali potentia operatus, indigna au-
tem tua ſublimitate tuaque prudentia, vel
non noſti, quomodo divina natura miſeriæ no-
ſtræ totam noſtram maſſam ſibi appropriavit,
& omnino toti humanitati commiſta, noſtra,
quæ ceciderant, reædificavit, &, quæ perie-
rant, ſalvavit? Hujus ergo carnis, pro nobis
aſſumptæ, ſimilitudinem, reſpective figuran-
tes, veoerabiliter adorantes colimus, ipſum
Dei verbum propter nos incarnatum, quaſi
ipſam carnem habitantem, non divinitatem
circumſcribentem, confitemur. Eumdem divi-
C num, impaſſibilem, & incircumſcriptibilem
cum aſſumptione carnis per imaginem, &
ſimilitudinem depingimus effingentes. Has er-
go venerabilium imagioum informationes levi-
tate mentis, vel quodam modo ſævitiæ de-
ſtruens, æſtimas te illas irrecnſabiles pœnas
effugere? Ad hanc igitur conſtantiam marty-
ris elatus ille, & illecabroſus, inſaniens: Quis,
inquit, & unde iſta ſeductor venit, qui & im-
periale contempſit tribunal, & tantam verbo-
rum emiſit ſævitiam, volens hunc ſacrum con-
ventum conturbare? Non ſum, inquit, extra-
neus ab imperio, ſubjiciens martyr Paulus,
ſed in hoc ſum genitus, nutritus & eruditus.
Videns autem Chriſtum contumeliis affectum
per imaginem, io hanc deveni conſtantiam,
volens inſipiantiam radarguera tuam multam:
nihil enim crudelium terrebit ma, vel alliciat
dulcium: & pati, & mori pro venerabilibus
imaginibus, alegi prompte.

vel eorum ipſe imperavit; 4 Imperator dixit; & quid (in) nos exer-
rantes a recta fide, vel a divinis ſanctioni-
bus inveniens, redargutionem, ut dicis, in-
duxiſti? Sanctus Paulus reſpondit: Quod quon-
dam a ſanctis Patribus divina diffinita utraque D
doctrina, contemnere & ſuffodere legem tuli-
ſti. Imperator dixit: Et quomodo eſt juſtum,
eum, qui oac intellectu eſt comprahenſibilis,
nec oculis viſibilis, nec auditu tolerabilis, &
per materiam figurare, & per imaginem de-
pingere, nullo modo exiſtantem in compre-
henſione, niſi ſola infinitate, ut dixit Gregc-
rius Theologus? Sanctus Paulus reſpondit;
Numquid nos illam naturam ignotam, & ſine
ſpecie per imaginabilem picturam, reforma-
mus, & adoramus? Abſit; ſed carnis ſimili-
tudinem per .... id eſt, per imaginam, quod
in figuris eſt, adorantes, ad ipſum, (ut ita
dicam) Deum, Varbum incarnatum refari-
mus oratiooem. Imperator dixit: Ergo divi-
num immateriala eſt, vel materiæ ſubjectum:
ſi enim immateriale, patet procul dubio, quod
ſine ſpecie eſt, & ſine forma. Si autem poſſi-
bila eſt, & hoc ſecundum te, argo circumſcri-
ptibile omnino eſt, & formæ ſubjectum. Si
ergo dederis, omnino etiam in imaginibus ad-
orabile. Si autem non boc: quomodo illud in- E
telligam, non habeo.

cujus objecti ſtricte rei ſollers, 5 Sanctus Paulus ſubjiciens, inquit: O Im-
perator, quod ſecundum primam quidem, &
divioam naturam, Deus Verbum, & impaſſi-
bilis ſit, & incircumſcriptibilis: io eo autem,
quod naturam noſtram aſſumpſit, & tempore
eſt circumſcriptibilis, & ſanſu comprehenſibi-
lis. Ad hoc igitur, Imperator bæſirans, & nil
contradicere, vel obloqui potens, furore mor-
daci meote dividebatur; & iram quidem Mar-
tyris induxit fiducia. Ad verborum autem ſub-
tilitatem, & auctoritatem, mordacitatemque
reſpiciens dictionum, timebat, ne forte multa
verborum perſuaſiona omnibus perſuaderet di-
ſcere religiooem, & ſtatim quidem deſiit a
veſania contra Martyrem; tenebat enim eum
ſtupor urgens, & colloquium circa colle-
ctos.

in carcerem conjiciunt eum quidem. 6 Præcepit autem publice eum tontinuo mit-
ti in carcerem prætorii. Et babebat ſanctus
Paulus quippe * in carceribus ligno pedes vin-
ctos, ſed non habebat mentem compeditam ti-
more tyranni; ſpes enim meliorum ſpectato- F
rum perſuadebat contemnere impetum malo-
rum. Unde nec ab bymnodia deſiit; ſed vin-
ctus & cuſtodia detentus pſalmum dicebat con-
venientem tempori, & paſſioni; ſcilicet; In
via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſic-
ut in omnibus divitiis: & loquebar de teſti-
moniis tuis in conſpectu Regum, & non con-
fundebar. Greſſus meos dirige ſecundum elo-
quium tunm, & non dominetur mei omnis in-
juſtitia, & cetera. Et quidem tenuit hymno-
diam indeficientem, per totos octo *e* dies in- *e*
juſtam deteotionem ſuſtinens; quam rigide ſu-
ſtiouit, & ingenue, non ut in carcere, ſed in
viridario recubans, pro cibo, & potu, & pro
aliis voluptatibus corporeis hymnodiam po-
nens. Poſt tranſitum igitur illorum dierum,
axhibetur idem Martyr imperiali tribunali,
Tyranno præcipiente præſentari, & ait ad eum
Imperator:

deinde ſiſtitur imperatori; 7 Dementia mentis tuæ, ut arbitror, te
io tantum ad inſrunitam (linguam) movit,
ut pro parvo haberes præcepta imperialia.
Et licet prius cogitationum putredine in tan-
tum elationis inciderit; val nunc vigilans

fias

A fias nobiſcum, ſubjiciatiſque ſuccumbens imperialibus ſanctionibus. Sanctus Paulus reſpondit: Imperator, nos Chriſtiani præceptis ſacris parentibus & Apoſtolicis regulis obſequentibus poteſtatibus ſubjicimur. Ubi autem inimicitia exercetur in divinum, non ſolum obſiſtimus, & opponimus; ſed & tibi quidem, & his adverſamur juxta Prophetam, dicentes: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio, oderam illos, & inimici facti ſunt mihi? Imperator dixit: Inimicari nos dicis divino, eo quod adorationem idolorum contra Chriſtum averſamur? Sanctus Paulus reſpondit: Et quomodo enim venerabilium imaginum adorationem ſolventes, non ſolum hoc, ſed & Judaicæ perfidiæ convenienter te conſortem & participem nominabo? Illi etenim & Filii, & Spiritus ſancti honorem avellentes a voce Dei, (ex) divina gratia ceciderunt. Vos autem imaginis adorationem inhonorantes, carniſque diſpenſationem profanantes, a Deo cecidiſtis, illis præparatorum participes effecti malorum.

B *ejus juſſu naſus ejus amputatur.*

8 Hæc a ſancto Paulo probata, & dicta ſunt. Tyrannus autem, audiens, motuque furoris accenſus, præcepit naſum Martyris amputari, & ſic ipſum in prætorium recipi. Hoc autem facto, & dicto citius erat videre admirabilem quamdam tolerantiam, & ſuper hominem: non enim gemitus, nec luctus, nec vox commiſta lacrymis; nec fletus cum ululatu temperatus; nec aliud aliquid eorum, quæcumque homines male patientes efferunt, a Martyre prolata audiebantur; ſed ita pœnam toleravit, acſi nihil in corpore pateretur. Ut igitur poſt illud amarum, & cruciabilem dolorem, item hunc carcer ſuſcepit, nec poſt tribulationem ab hymnodia diceſſit. Item cantans illud Propheticum: Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas: faciem meam non averti a ſpuris turpitudinis. Et item; Dominus mihi adjutor eſt, non timebo, quid faciat mihi homo. Dominus mihi adjutor eſt, & ego deſpiciam inimicos meos. Exultabunt labia mea, cum cantavero tibi, & anima mea,

C quam redemiſti. Nondum tres tranſierant dies, Imperator, ſedens pro tribunali, præcipit præſentari ſibi ſanctum Paulum, & ait illi: Perſuaſeruntne tibi (hæc) tormenta, licet minima, mutari ad melius *f*, & ad utile mentem

f transferre; & diſcedere quidem ab illa inutili perſeverantia; deſiſtere autem & a ritu idolorum; vel primam tenes ſuperſtitionem, & temeritatem?

invocatio confortis Martyre id tolerantiæ.

9 Sanctus Paulus reſpondit: O Imperator, nec diuturna detentio, nec particularum inciſio, nec aliquid aliud eorum, quæque corpus deformant & vituperant, poterit me ab adoratione venerabilium imaginum ſeparare. Et ſi videtur tibi, flagellis verbera, irrita feras, accende omnem ignem: ſi, inquam, habes terribilem tormentorum ſpeciem, adinvenias, & addifices ipſo experimento, quod non poteris me expellere ab hac pulcra confeſſione. Et hæc dicens, & ad terram reſpiciens, exaltavit vocem ſuam, tendens manus in cœlum, exclamavit: Abſit a me Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, ſacræ imaginis tuæ adorationem profanare, & Matris tuæ, vel Sanctorum: per eam enim quaſi per quamdam D
viam, ad tuam adorationem deducimur. Iratus quippe Imperator verbis Martyris, præcepit picem & ſulphur infundi ſuper caput Martyris. Sed & hac pœna inducta illi, eadem ei fuit perſeverantia, & neque vel minima vultus ejus alteratio apparuit. EX MS.

ANNOTATA.

a *Deſignatur Leo Iſauricus, coronæ anno 715, Baronio 716, potius.*

b *Id eſt* tyrannica *vel* conjurata. *Gr. ἀντιμοτ, eſt* tyrannus; *ἀντιμοσία, ἀντιμοσις*, conjuratio.

e *Locus CPoli. De cujus nomine, ſitu, &c. tractat Gangius CPolis Chriſtianæ lib. 4. pag. 83. num. 6.*

d *Cognomento* Copronymus; *unde ſic dictus vulgo notiſſimum eſt,*

e *Bis carcer* Paulum *excepit. Primo, ut tradunt hic Acta, octo dies ibi conſumpſit; ſecundo tres, non tamen integros, ut diximus num. 8. Petrus de Natalibus, ſicut videmus num. 4. ſcribit, hos ſecundo vice octo dierum ſpatio detentum fuiſſe Martyrem; ſed perperam; ſtandum quippe potius Actis cenſeo.* E

f *Fortunatus Ulmus, ſæpe ſæpius in Comment. prævio memoratus, fatetur poſt hæc Actorum verba, exemplar Ms. antiquitus ſervatum Venetiis in monaſterio S. Georgii Majoris, quo ſolo fuiſſe maluimus, noſtro eatenus integro.*

CAPUT II.

Confutat Tyrannum; oculis privandus, ad mortem condemnatur.

SUccedit & huic pœnæ carcer, eratque condemnatus S. Paulus, nec ſic a laude ceſſans divina, ſed clare pſallens, & dicens: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo; Dominus defenſio mea, a quo trepidabo? &c. Et iterum, Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit. Super aquas refectionis educavit me, deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ. Si enim ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Impinguaſti in oleo caput meum, & miſericordia tua ſubſequatur me omnibus diebus vitæ meæ. Et hic quidem ſic tolerabat detentionem, Spiritu ſancto roboratus, & divinis enutritus verbis. Sicut quidam ait. Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tyrannum autem inflammavit magis inſania, nec erat retentibilis, niſi ad propriam perſuaderet impietatem; licet non valuerit finem imponere voluntati: martyr enim Paulus eſt ſuffultus firmiter petra confeſſionis. *Deum laudat Martyr.* F

11 Unde & item (ut vidit) ipſum, vocatum a prætorio, cœpit cauſæ aſſiſtere, & ſolum, quod venit, & aſtitit, multa inſaniæ animam implevit tyranni, ita ut truciori oculo eum reſpiceret. Et adverſus vox auſertur: Quouſque, infelix, mortem cupis, & hanc *Tyranni ad Martyrem ſermo.*

vi-

A vitam deſiderabilem feſtinas relinquere, pro- ex MS. vocans nos ad iram; tranſgreſſionis appellans, & ſuperioris, ac divinæ ſubſtantiæ inimicos, (ac) profanatores, quodammodo poſitarum legalium traditionum? Sanctus Paulus reſpondit: Non ego, Imperator, ſed ipſæ res te accuſant. Superiorem enim patrum traditionem profanantes, convenienter ab illis, quæ illi prædicaverunt, vituperantur. Si enim qui Regis leges poſitas inhonorat, ſupplicium & pœnam novit ſuſtinere: quanto magis, qui divinas depravat factiones? Imperator, dixit; Et quid ergo eorum, quæ a ſanctis Patribus, a doctoribus aſſignata ſunt, ſubripuimus? Sanctus Paulus, reſpondit: Quoniam eas, quæ ab illis oſtenſæ ſunt & adoratæ, ſanctorum effigies, has ab eccleſiis eliminantes, anathematizaſtis. Imperator dixit. Malum caput, & tibi a ſanctis Prophetis, vel Apoſtolis vel Patribus ſancitum eſt, humanam formam depingi, & oſculari?

B 12 Sanctus Paulus reſpondit: Novimus ſu- *Ille quæ reſpondit.* perius *a* divinam imaginem *b* repoſitam a mu- *a* liere Hæmorhoiſſa, quæ tetigit fimbriam Chri- *b* ſti, & ſanata a fluxu ſanguinis, quæ figuram Salvatoris noſtri reſervavit, ſed & figura Genitricis Dei iterum formata a Luca, ab omnibus accipitur & acceptatur & adoratur, & hæc ſanctæ & univerſales ſynodi ſanxerunt. Has invenientes magis roboraverunt, quam repulerunt. Hæc igitur ſic facta, & ab omnibus accepta, Sanctorum venerabilia deſtruere non horruiſti, o miſer, & omnium hominum inſipientiſſime. Mihi quidem, & fieri contingit, quod per hæc æternum ignem tibi theſaurizare feſtinas: & nos conſortes aſſumere tuæ dementiæ ac temeritatis, & avellere quidem a Deo, ſiniſtro autem tranſmittere dæmoni. Hæc autem tenebris & vertigine animam impleveré tyranni, & exacuere ad mortem Martyris. Unde ad hæc reſpondere prætermittens, ad ſententiam eſt converſus, Statim ergo fit indiſcretorum judicum C conventus & legum revolutio, & quam pœnam juſtum ſit ſubire eum, qui imperatorem ſpargit opprobriis, ſcrutabatur, & inveſtigabat. Simulabat enim ſe Catholicum & legem quæſivit, factis conſentaneam & ultricem imperii.

Ad mortem condemnatus, martyrio coronatur. 13 Condemnant igitur ſanctum Paulum morte, & mox ſententiam accepit conſummationis: & hoc quidem ſupplicium declaraverunt. Tyrannus vero crudeliorem definit mortem: præcipit enim oculos B. Pauli martyris erui. Deinde, inquit, bonum eſt, ut per pedes ligatus trahatur per medium forum, donec reddat animam infelicem. Poſtea, & poſt mortem eſcam volucribus & canibus infelix corpus tranſmittatur, ut & dehita careat ſepultura. Hæc dicente Imperatore, ſuperabant prompta iniqui præceptum, & accipientes eum hi, qui ad hæc erant deputati, & manus poſt tergum ligantes, & funem ad pedes, per forum medium diſtrahebant, & ſic ſanctus Paulus patiens orabat, dicens: Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum & terram. Tractus igitur martyr, per forum attractus, & de lapide ad lapidem offendens caput, reddidit Deo ſanctam animam. Tra- hentes eum igitur impii, & mortuum exiſtentem, flagellabant, donec anferentes ad D partes Aſparis *e* cum damnatis ad eſcam canum. Quidam vero viri timorati, accipientes corpus ſancti Pauli martyris, depoſuerunt in loco ſequeſtro, imponentes magnum lapidem ſuper tumulum, ne reliquis oſſibus noceretur. Defunctus eſt autem Paulus, ſacer martyr Chriſti & Confeſſor, octava die menſis Julii in confeſſione Jeſu Chriſti, ſub imperio impiiſſimi Conſtantini Copronymi, quarto anno *d* ſui imperii, qui & aliis triginta *d* quatuor annis *e* imperans, deinde propriæ iniquitatis pœnas ſolvens, & ſcaturiens vermibus, ahrupit vitam, igniſque perpetui factus *e* eſt cibus.

14 Nec minimum tempus intermedium, & *Corpus B.* omnis tyrannis iconomathorum cecidit. Ob- *Martyris* tinuit autem imperium Michael *f*, filius piiſ- *f* ſimæ Theodoræ, qui templa renovavit, fidemque Catholicam dilatavit, & augmentavit, & E decorem venerabilium imaginum erexit, attribuens Eccleſiæ ornatum decentem & congruum. Poſt quæ (quibus autem judiciis novit Deus) & ipſe deſtitit ab humanis rebus *g*. Ignatio igitur tunc Pontificatus thronum *g* regente, aſſumpſit imperii ſceptra piiſſimus Baſilius Macedo. In temporibus autem hujus imperii humanam vitam reliquit ſanctus ipſe Ignatius *h*, (&) gubernacula ſumpſit eccleſiæ *h* Antonius Abbas *i* venerabiliſſimi monaſterii *i* Caleos *k*, vir venerabilis vitæ *l*, ratione, *k* actu, & ornatu venuſtatus. Ad hunc ergo *l* ſanctum presbyterum Antonium quædam divina apparitio adveniens, corporis beatiſſimi Pauli martyris manifeſtam fecit oſtenſionem. Angelica enim apparitio, apparens Pontifici, inquit ad eum: Surgens mane, & aſſumens timoratum elerum, vade ad partes Aſparis, & deveniens ad monaſterium Chaioma *m*, *m* requiranſque ibi invenies corpus beatiſſimi Pauli martyris, qui multos pro veritate confummans agones, accepit coronam immortalitatis. Mox ergo Patriarcha, urgens præceptum Im- F peratoris, ſecundum juſſum Angeli priorem, toti ſacræ ſynodo enarravit.

15 Viſum eſt ergo omnibus, & timorato *Divinitus oſtenſum.* clero & turbis, monaſteriiſque eſt, litania locum, qui oſtenſus eſt Patriarchæ, occupare. Quod & fecerunt, accendentes candelas, armaturamque Crucis vivificæ præferentes, & cum pſalmis & hymnis ad quæſitum locum pervenerunt, ubi ſacra myſteria celebrantes in templo Dominæ noſtræ Genitricis Dei, & ſemper Virginis Mariæ, ad prædictum monaſterium Chaioma, poſt perfectionem ſacri myſterii, effodientes, inveſtigant præoſtenſum locum, & requirentes invenerunt, & deprehenderunt divina directi gratia, & lapidem impoſitum tumulo Martyris a venerabilibus viris, ut ipſis *n* prius oſtenſum eſt, viderunt *n* magnum exiſtentem, & qui ab humana manu vix poſſet elevari. Hunc Patriarcha, diu orans, ſanctique interceſſionibus confiſus, auſus eſt propriis manibus amovere. Revoluto ergo lapide & ſepulcro apparente, ubi ſacrum corpus jacebat, & omnino aperto, erat videre, quoddam terribila & magnum prodigium.

16 Centum viginti duobus annis mortuus ſuc-

A fuerat in ſepulcro poſitus, tamquam ſpirans & animatus videbatur integer, ſanus, perfectus, nullam maculam ferens in corpore: ſed ita ſpirans nitore vultus, ut ipſe ſolaribus radiis præniteret. Quem deoſculans ſanctiſſimus Patriarcha Antonius, cum omni clero & populo, attollentes ipſum corpus S. Pauli, & ferentes, depoſuerunt in templo ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Genitricis Dei, & ſemper Virginis Mariæ, honoratæ in prædicto monaſterio Chajoma; quod & uſque nunc, ſanctum & venerabile corpus Martyris ita videtur integrum, & ſanum, ſanitates perficiens, (&) omnibus, ejus auxilium invocantibus, tribuens ſanitates. Quis enim vel morbis comprehenſus, vel adverſitatibus circumdatus, deinde beatiſſimi Pauli martyris implorans nomen, non ſtatim invenit difficilium ſolutionem? Eſt enim portus infirmantibus omnibus, qui in tribulatione ſunt; opitulator & adjutor promptiſſimus. Sed, o martyr, ſplendor juſtorum, contubernariæ Patriarcharum conductor, cæleſtis actus particeps, adſis nunc & nobis, & tuæ opitulationis indigentibus, & auxilii; & eripe nos a maligni ſcandalis, quæ vix eſt effugere. Hujus vitæ ſeda turbationem, mentemque mitiga, & in tempeſtate, & in mundana nos effice confuſione ſuperiores, ut tuarum intercеſſionum directi gubernaculo, & præſentem vitam tranquille pertranſeamus, & ſempiterna bona adipiſcamur, quæ contingat nos omnes nanciſci gratia & benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo gloria & imperium, honor & ſupplicatio Patri & Spiritui ſancto eſt nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

a poſt 120 annos reperium incorruptum.

ANNOTATA.

a *Id eſt* ſuperioribus temporibus, olim, antiquitus, *Græce* ἀνωθεν, vel ἄνω; *quæ quando ad locum referuntur, ſignificant* deluper, ſupra. *Hic, ſi uſpiam alibi, prodire videtur Auctor, ſua ſe e Græcis tranſtuliſſe. Vide Comm. prævio n. 9.*

b *De illa imagine agit Euſebius Eccl. Hiſt. lr. 7. cap. 18. Item de illa memorant Acta S. Procopii, quæ dedimus hac die, num. 28. & 29.*

c *De hoc tradit u CPolitano docebit te Comm. prævius num. 15.*

d *Hunc annum correximus in Commentario prævio num. 11.*

e *Univerſo tantum imperavit annis 35. ut in Comm. prævio, num. 11.*

f *Cognomento ὁ Μεθυσὴς, ſeu* Potor, *poſt mortem patris Theophili imperare cœpit anno 842. ſub tutela matris Theodoræ.*

g *Occiſus anno 867. die 24. Septembris.*

h *Obiit die 23. Octobris anno 878.*

i *Conjiciunda hujus Patriarchæ in ſede CPolitana exordia in annum 888. monuimus in Comm. prævo.*

k *De hoc monaſterio Comm. prævius. num. 14.*

l *Sacro cultu donatum fuiſſe refert Commentarius prævius, num. 14.*

m *De diverſa hujus vocis efformatione, aliiſque, huc ſpectantibus, inſtruet te Commentarius prævius, num. 15.*

n *Fortunatus Ulmus legit* mihi. *Adi commentarium prævium, a num. 22.*

TRANSLATIO CORPORIS

Conſtantinopoli, Venetias ad monaſterium S. Georgii Majoris, collata cum editis apud Ughellum tom. 5. Italiæ ſacræ, a col. 1326.

Auctore incerto, forte monacho dicti monaſterii a.

GLorioſus martyr Paulus, fratres mei dilectiſſimi, juſtum eſſe credidi, qualiter de Conſtantinopoli Venetias venerit, & in quo tempore, ſtylo ſcribere, ut beata memoria nobis, & poſteris perpetuo conſervetur. Græcorum gens, quæ imperium Conſtantinopolitanum regebat, fere omnes, quæ in mundo erant, gentes, tam in ſecularibus quam in ſpiritualibus deſpiciebant, & abominabantur. Venit, ſicut æſtimo, eorum ſuperbia, & deſpectus in memoria juſti Dei, & occaſione ſanctæ Terræ gens nobiliſſima & Deo devota Venetorum, cum aliquibus comitibus Ultramontanis, paraverunt exercitum, ut Saracenos & barbaros devaſtarent. Sed Deus omnipotens magis voluit Græcorum ſuperbiam & deſpectum per memoratos nobiles punire, quam etiam Saracenorum, & barbarorum injuriam vendicare. Comque eſſet dux bonæ memoriæ Henricus Dandulus *b*, vir valde famoſiſſimus, & ſapientia ornatus; apud Jadram *, venit quidam filius Cherſachi *e*, cujus excuſſis pater oculis a ſuo patruo, imperium perdiderat, & rogavit ducem, & comites, qui cum eo fuerant, ut amore Dei, cui ſe devoverat ſerviturum, eum de tanta injuſtitia vindicarent: & ſibi imperium, quod ejus pater male perdiderat, per miſericordiam reſtituerent. Qui condolentes, & eum deducentes ſecum, dederunt ei imperium.

Exponit ſcripſere

b

* *Al. Zara Hiſtor.*

c

a Græci vero, habentes eum Dominum, occeiderunt, & qui eum deduxerant, incendere laboraverunt eum ſuis navibus. Et ecce, unde crevit occaſio, ut qui omnes deſpiciunt, ſuper omnes omnipotentis Dei potentia deſpectui traderentur. Nos hæc diximus, fratres mei dilectiſſimi, ut nemo ſuperbire audeat, vel aliquem habere deſpectui; quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Græcorum imperium ex tunc in antea factum eſt Latinorum, & in Conſtantinopolitana eccleſia, quæ diu reſtiterat Romanæ Eccleſiæ, ordinatus eſt nobilis quidam Venetiarum Thomas Maurocenus *d* nomine, eruditiſſimus Patriarcha. Tunc etiam monaſterium ſancti Georgii cœpit poſſidere Conſtantinopolitanum monaſterium, nomine Pantepoptis *e*, in quo beatiſſimus & ſanctiſſimus Paulus martyr glorioſe venerabatur: & in quo multa ſigna per eum Dominus fecerat, & miraecula: multaque ægritudines ab ægris corporibus per ejus merita expellebat. Eodem tempore præerat in monaſterio beati Georgii vir nobilis genere, Dominus Marcus, qui de con-

F

qui occo-ſum

d

e

A gregatione ſua miſit virum, miræ ſanctitatis
ex Ms. moribus ornatum, Domnum Paulum, qui aſſiduis jejuniis, & in coſtitate cum humilitate, & patientia Deo ſerviens, (beatum) exitum vitæ præſentis pro deſiderio veræ beatitudinis, incertus & neſciens, quando fieret, expectabat.

3 Miſit etiam cum eo duos alios monachos, *Primatus ſit translatio.* ut monaſterium Pantepoptis cum eo pariter, immo ſub eo, divinis officiis honorarent, veneratione, qus merebatur. Aſſumpto igitur regimine præfati monaſterii, inter cetera invenit corpus glorioſiſſimum beati Pauli, de quo tanta exultatione gavisus eſt, quanta nemo poſſet de acquiſitione immenſi theſauri amplius gratulari. Et merito; oam theſaurus ille theſauros omnes hujus ſeculi præceilebat. Templum Dei exiterat, & Spiritus ſancti fuerat habitatio, & pro oomioe Domini mortuus jacebat in corpore; vivus in anima, in cæleſti patria lætus & victor regnabat cum Chriſto. Spiritus ſancti cooperante gratia idem Dominus Paulus Conſtantinopoli rediit, & non poſt multum temporis Domnus Marcus, ſenectute gravatus, abbatiam ſancti Georgii, quam tenebat, refugavit, & ipſe (ut erat omni honeſtate famoſiſſimus) eſt
B abbas effectus. Tanti vero theſauri, quem reliquerat, non immemor, miſit ad Priorem, qui eo tempore monaſterium Pantepoptis, aſſenſu & voluntate ipſius abbatis ſancti Georgii (regebat, domnum, Marcum nomine, monachum
f & ſacerdotem S. Georgii *f*,) ut idem ſanctiſſimum corpus prout poſſet, abſconſe ſibi mitteret, oe taoti theſauri violentiam pateretur. Neceſſe habuit Prior idem præceptis Abbatis ſui obedire: immo tenebatur de jure.

g qua petitione; 4 Per idem tempus Conſtantinopoli ſuper partem, quæ venerat Venetis, principabatur vir illuſtris Marinus Storlatus, ſcilicet ſuper ejuſdem civitatis medietatem; qui Dominus Marinus proco, quod illius parentes ex antiquo apud monaſterium ſancti Georgii tumulantur, & ipſe credit tumulari, diligit monaſterium & confratres. Ad quem cum Prior præfatus acceſſiſſet, & ſecreta ſui cordis aperuiſſet, cum ingenti amore in deducendo martyris ſancti Pauli corpus, conſilium & auxilium dedit. Habebat Prior memoratus amicum fidelem, Jacobum Grimaldum nomine; hunc rogavit, ut
D pretioſam gemmam ſuo Abbati deferret, quæ non ſolum monaſterium, ſed & totas Venetias ſua præſentia decoraret. Nam ſicut B. Marcum pene de univerſis partibus viſitare adveniunt innumerabiles viri, & feminæ; ita beatum Paulum facta eſt glorioſa conſuetudo videndi. Præterea paravit Prior capſellam, in qua totum integrum, ut erat, depoſuit corpus.

qui commiſſum. 5 Poſtea rogavit Prior memoratum Principem, ut rogaret Petrum Ingoſum de Conſtantinopoli, ut in ſuo affirio *g*, capſam cum corpore ſuſciperet; ſed quid intus eſſet, ei nullo modo aperuit, & ut præciperet, ut in tali loco poneretur, quod non poſſet aliquis deſuper ambulare. Audivit ille preces Prioris: audivit & quod rogaverat, corpus ſcilicet deferre. Fecit etiam oauclerus, quod rogavit Poteſtas. Parati nautæ venire ad oavem, capſam, cum funibus ſtrictam duxerunt, &, ſicut dictum fuerat, poſita eſt in loco, ubi nemo habebat acceſſum. Mirabantur nautæ de capſa, quæ erat circumligata, & interrogabant portitorem, quid in-

sus haberet. At ille, timore coactus, vitrea D
opera, auro depicta, ineſſe dicebat. Et vere vitrea opera capſa geſtabat, figura dico, non natura. Hoc enim de puritate vitri eſt, quod dicere poſſumus, ut quæ intrinſecus manent clauſa, extrinſecus agnoſcamus. Et ſanctus vir Paulus, Chriſti martyr, ſanctitatem, quam habuit in voce confeſſionis, ſervavit in opere paſſionis. Nil in ſe habuit duplicitatis, nec fraudis opera, ſicut Scriptura de quibuſdam loquitur, dicens; Sunt qui nequiter humiliant ſe, & interiora eorum plena ſunt dolo & fallacia. Auro fuerant depicta, id eſt virtutibus ornatus; his nempe, prudentia, temperantia, fortitudine, & juſtitia; vel quia Scriptura dicit: Accipite ſapientiam, ſicut aurum, ideo ſapientia etiam eum dicimus oroatum: non ſapientia terrena, animali & diabolica, neque ſecundum Apoſtolum Paulum, ſapientia principum hujus ſeculi, quæ deſtruuntur; ſed ſapientia in E
myſterio abſcondita, quam præparavit Deus in gloriam ipſius. Hanc ipſam commendans, Jacobus dicit:

6 Quæ deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena (miſericordia, &) fructibus bonis, (non) judicans; ſine ſimulatiooe. Cœperunt nautæ navigare, & veoerunt aura ſecunda uſque in partibus Cephaloniæ *b*. Et quia lux in tenebris latere non poterat, paravit Dominus ventum validum & nimiam tempeſtatem maris; ita ut affirium fluctibus mergeretur. Tunc perdiderunt temonem; arborem inciderunt, de ſe penitus deſperantes, vivere amplius oon credebant; plangebant etiam de peccatis ſuis nimium formidaotes, ne ſicut aquis corpora, ſic animæ æterno ſupplicio traderentur. Interea, ſicut placuit Creatori, in mentem naucleri venit capſella, in qua latitabat B. Paulus, Chriſti martyr, & quod Poteſtas ſibi dixerat, ut in tali loco poneretur, ut ab aliquo non conculcaretur; cœpitque ſuſpicari, Sanctum aliquem intrinſecus latitare, & propterea pati naufragium. Verum hoc eſſe, & nos credimus: quia cum de cæco oato interrogatus fuiſſet Dominus, ſi is peccaſſet, aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur? Reſpondit: Neque F
hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo. Sic iſti ad glorificationem martyris B. Pauli, paſſi ſuos non naufragium, ſed maris ventique intolerabile ſupplicium; ſicut ad glorificationem Unigeniti ſummi Dei, cæcus paſſus eſt, quam diximus, cæcitatem. O mira, & ſtupenda! qui glorificavit caput, non definit quotidie glorificare & membra; qui glorificavit Filium ſuum Jeſum, glorificavit & martyrem ſuum Paulum. Vocatis itaque omnibus nautis, narravit eis per ordinem, quomodo Poteſtas eum rogaverat ſuſcipere capſam, & ut in tali loco poneretur, quod ab hominibus non conculcaretur, & quia alicujus Sancti corpus eſſe in capſa crediderat, petitus eſt Jacobus Grimaldus, ut aperiret capſam, qualiter poſſent agnoſcere veritatem.

Fabrica gravi; vasi pelles *b*

7 Reſpondit, hoc ſe facere nullo modo poſſe; oam * quidam clericus, Domioicus *in litinere eum.* Caravellus nomine, qui eſt canonicus ſan-

cto-

A ctorum Apoſtolorum eccleſiæ & diaconus, in alia navi clavem haberet, ne aliquam diminutionem aliquis faceret de corpore ſancto. * al. diſpoſitio. O recta intentio, o diſpoſitio * ſancta corporis ſui martyris! quod Dominus ad laudem ſui nominis per tot annorum curricula ſervaverat integrum, ſicut huc uſque apparet, & poſuit in corde mittentis, ne in navi illa mitteret clavem capſellæ, in qua prædicti depoſuerat corporis ſanctiſſimam gemmam. Inde enim quod eſt ſervata ejus integritas, noſtris meritis non eſſe credimus, ſed Domini gratia. Omnia vere cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Sic & beato, de quo loquimur, Paulo, ad ſuam glorificationem, ei eſt ſervata eadem, quam vidimus, membrorum integritas, propter illius nimiam ſanctitatem. O nautæ, cur timebatis perire? Portabatis portantem, & B neſciebatis; habebatis ſalvantem, & ignorabatis; ideo timebatis perire, ſed Chriſtus Jeſus lucernam ſuam, id eſt martyrem ſuum Paulum, quem multis per tranſacta tempora illuſtraverat miraculis, extinctam non eſſe aperuit, neque ſub modio poſitam oblivionis, cujus nomen ſcriptum eſt in libro vitæ. Eſt etiam poſita ſuper candelabrum, regnans cum Chriſto, pro quo ſumpſit mortis ſupplicium, ut luceat omnibus, illum fidelitar colentibus. Revelato itaque corpore inter eos lis crevit.

per Jonam corpus ſe-dasse? 8 Alii volebant eum in mare mittere, ſicut quondam nautæ fecerunt Jonam. Alii dicebant, Nequaquam, ſed deprecemur Deum, ut a periculo mortis liberemur ſancta interceſſione ipſius. Non enim a facie Domini ſicut Jonas fugerat beatus martyr Paulus, ſed ſicut conſors nominis & gentium magiſter beatus Apoſtolus Paulus Cæſarem appellaverat; ſciens per Spiritum, ſe Romæ in fide Chriſti multis profuturum: ita beatus iſte Martyr, deduci ſe ſinebat Venetias, &, ſi non prædicatione, miraculis ſimilis multa facturus. Juxta C Dei placitum prævaluit bona voluntas in omnibus, & cœperunt Sanctum venerari, quem ſtulti aliqui cogitabant ſubmergere. Incontinenti nempe die vel hora, tanta facta eſt tranquillitas maris & venti, quantam nemo mortalium melius cogitare poſſet. Vilo tanto miraculo, numquid dicere potuerunt; Quis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? Erat profecto membrum de corpora, cujus Chriſtus in ſempiternum etiam non deſinit caput. Chriſtus, qui per ſe ipſum quondam ſalvavit naviculam Petri, ne mergeretur a fluctibus, ipſe per ſuum fidelem martyrem Paulum, juvamen ſalutis diu optatum dedit ducentibus illum.

navium depoſito 9 Læti itaque nautæ, pervenerunt Otretum *i*, & ibi accipientes ſibi & affirio, quæ decerant, neceſſaria, flanteque aura ſecunda, pervenerunt uſque Venetias. Verum, quia diximus, quod Dominicus Caravellus diaconus, diſpoſitiona divina, ſicut credimus, in alia navi clavem haberet theſauri incomparabilis, ipſe Prior venit cum clave, & denuntiavit gaudium affuturum, quod non ſolum ſuſcipientes lætificaret, ſed etiam multas exteras gentes, quæ ad eum venturæ erant, ipſum adorare, ut cernimus. Poſtea vero nuntiatum fuit domino Abbati, & Monachis, quod venerant, qui detulerant ſanctum corpus beatiſſimi Martyris Pauli. At illi gaviſi & alacres, tum magna lætitia & exultatione paraverunt navem, poſueruntque intus vexilla non modica, &, campanis pulſantibus, cum honore digniſſimo, digniſſimum corpus, margaritam (ut ita dicam) pretioſam, immo margaritis omnibus pretioſiorem ſanctitate, munditia, & miraculorum virtute, perduxerunt ad monaſterii ripam, anno Domini MCCXXII. D Ex MSS.

10 Ornatus domnus Abbas *k* ſacerdotalibus indumentis, & mitratus cum ſuis monachis & monachabus omnibus, ipſemet accepit capſam cum corpore propriis ulnis, fratribus illum juvantibus, & dignis laudibus, voce & mente canendo, lætus in eccleſiam ſancti Georgii martyris, ſicut optabat, Deo annuente, perduxit. Poteſt, ſicut credimus, de tali manſione gaudere, ubi conſociatus eſt beatiſſimis Stephano protomartyri digniſſimo, Coſmæ atque Damiano martyribus, nec non etiam Coſmæ Confeſſori ſanctiſſimo. Sunt etiam, ſi- E cut monſtratur in eodem loco, divina diſpoſitione gemmarum omnium pretioſiſſimæ gemmulæ pretioſiores, ut eſt Crucis ligni particula, ſpongia, quæ ſactatiſſimo ori Dominico fuit appoſita: ſicut & Apoſtolorum Philippi & Jacobi, & Thomæ confeſſoris, quantitas Martyrum & Virginum, de quibus loqui longum eſſet per ſingula. Cognoſcentes viri & feminæ civitatis Venetiarum, gaviſi & lætabundi venerunt videre ſanctiſſimum corpus B. Pauli, & ejus ſuffragia poſtulare. Multi denique ægrotantes, ipſius meritis, Domino opitulante, in ejus adventu receperunt ſalutem cognovimus; & quia de omnibus nimis laborioſum eſſet dicere, de aliquibus in ædificationem fidelium, ſicut a relatoribus audivimus (dicemus, ſed) quia preſens opuſculum nondum peregimus, illius miracula in poſterum dicere reſervamus. Pro marito fideli & F devotione, ipſius (corpus) foliorum cooperiri auri, & depingi fecit (Abbas), & in arcella optime depicta digniſſime collocavit, lampadem cum oleo ante eum, in ſigno reverentiæ, dependere juſſit. Fratres vero ipſum diem adventus ejuſdem Sancti hactenus, diem ſcilicet undecimam exeuntis menſis Maii *l*, unanimes pari exultatione cum ſuo Patre celebrarunt feſtivam, uno etiam voto, omni die omnique nocte, pene per totius anni curriculum non deſiſtunt ejus ſuffragia poſtulare, & quibus poſſunt, excolere laudibus, ad laudem & gloriam Unigeniti ſummi Patris, qui vivit, & regnat Deus per infinita ſecula. Amen. *Pranlat appulſa.* *l*

ANNOTATA.

a *Monachum monaſterii S. Georgii Majoris cenſet fuiſſe Ughellus, ut dictum in Commentario prævio, num.* 22.

b *De Henrico & Andrea Dandulis, habes in Comm. prævio, num.* 16.

c *Filius Iſaaci eſt Alexius Junior, (cujus patruus, Alexius ſenior, cognomento Comnenus, dictum Iſaacum oculis & regno privarat, una cum filio Iſaaco vinculis mancipatum) Qui deinde priſtino ſplendori fuere reſtituti. Plura Hiſtorici.*

d *Anno* 1204. *fuit electus.*

A e *Major notitia hujus monaſterii datur in Comm.* Ex Mss, *prævio, num.* 17.

f *In Ms. noſtro deerant, uncis incluſa; quæ reſtituo ex fragmento, Annotationibus Ulmianis in translationem corporis* S. Pauli *inſperſo, n.* 12. *& Ughello.*

g *Speciem eſſe navigii, indicant verba num.* 6, paravit Dominus ventum validum & nimiam tempeſtatem maris, ita ut affligerent fluctibus mergerentur. *Vid. etiam num.* 9. *An forte ſic dictum, quia in Syria inventum, vel primo adhibitum?*

h *Inſula Græciæ in mari Jonio, Venetis ſubdita; a copia Cephalorum piſcium, ut fertur, ſic vocata,*

i *An* Hydruntum, *vulgo* Otranto, *ubi commeatum ſumpſerint?*

k *Translatio hac non ſub Marco Abbate, ſed* B *ſub Paulo, Marci ſucceſſore contigit; patetque e contextu, ut notatum in Comm. prævio, num.* 20.

l *Translatio e Ms. Florentino Strozziano notata inter prætermiſſos die* 21. *Maii, in hunc rejicitur. Itaque per* diem undecimam exeuntis menſis Maii, *intelligo diem* 21. *qua die Molanus in Additionibus eamdem quoque ſignat.*

MIRACULUM.

Mulier, S. Paulo patrocinante, a maleficio liberata.

Mulier C Lemens ac miſericors Dominus cum non tam ei mulieri, de qua locuturi ſumus, quam etiam omnibus, qui inclyti martyris ſui Pauli patrocinio ſincera fide ac cordis devotione petierint, paratus, promptuſque ſit, ejus meritis ſua imperturi beneficia; idcirco qualiter ea mulier, quam & novimus *a*, & ſæpius a dæmonibus vexari vidimus, dicti Martyris meritis, ac interventu liberata ſit, narrare decrevimus. Hæc itaque mulier, cum adhuc puella quinquennis a dæmonibus poſſeſſa, ad adultam perveniſſet ætatem, legitimoque marito tradita *Per ſor. eam.* fuiſſet, a dæmonibus, qui ſam * latenter lædebant, non permittebatur maritali uti commercio. Cumque beatiſſimi martyris Pauli longe lateque fama crebreſceret, veniens dicta mulier cum aliis, ea, qua potuit, fide ac devotione ad corpus acceſſit, Martyrem ibi ac Dominum deprecatura, ut a dæmonibus ipſis liberaretur: qui, ut hactenus fecerant, lacerare cupiebant, ejuſque corpus, & animam latenter ſuis necare maleficiis, Sed prævaluit martyris Pauli ad Deum pro ea effuſa interceſſio; detecti enim ſunt, & quam pernicioſi ſint ac noxii, manifeſte patuit, ad noſtram, ſi bene perpendimus, utilitatem. Nam quis non obſtupeſcat, videns ipſius paſſionem, eamque tam manifeſta opera facere?

miſere a dæmone vexata, 2 Mentem enim illius alienantes, faciebant ipſam dæmones huc illucque inhoneſte diſcurrere, per ejuſque os, turpia verba vociferando proferebant: nec non corpus ipſius concutientes, ex ejus viſceribus ſanguine non modico excuſſo, & per os effuſo, afferebant, ſe cum eo ſanguine, in laude Martyris, licet invitos, ab eo exituros. Itaque videntes ſe potentiſſimi Pauli D precibus in ea diutius manere non poſſe, domum claudere feecrunt ac cameram, confectaſque * clavis earum quam fortiter januis, eam occidere ſuſpendio conabantur. Sed Martyr ſanctus, nequaquam paſſus famulam ſuam talia pati, per incognitam vocem convicinatibus ſuis id revelavit, quod dæmones clam facere cupiebant. Concurrerunt tunc citiſſime mulieres, quæ aderant. Cum vero ingredi non poſſent, B. Paulum devote rogaverunt; ſtatimque januæ mirabiliter apertæ ſunt. Habebat autem ea mulier monachum quemdam, ſibi familiarem, in monaſterio divi Georgii Majoris, in quo dicti Martyris venerandum corpus requieſcit: qui charitativo affectu Martyrem pro ea aſſidue deprecabatur, &, in quantum poterat, tam eam in Domino confortabat, dicens, quod veriſſime, & ſi non ſtatim, in proximo tamen erat beati ipſius Martyris patrocinio liberanda; ſicut & per Dei gratiam factum eſt.

3 Nam poſt longam nimiamque fatigationem, E *opt. S. Pau-* ſicut ſperabat, & ſicut ei dictum fuerat, ſancti *li ſanato;* martyris Pauli gratia, multis ad eum ob id fuſis precibus, tandem ſanata eſt. Quæ ſanatam ſe ſentiens, cupienſque, quonam pacto curata fuerit, ſcire, & ſi ea ſit ſanitas ſecum toto ſuæ vitæ tempore duratura, id a Domino, cui nil latet, perquirere curavit. Itaque dum nocte in ſoſola eſſet cubiculo, cum magna ſe in orationem devotione proſtravit. Qua ſic ante B. Pauli picturam orante, aſſuit beata Dei Genitrix Virgo, quam antecedebat cum accenſo ceren Archangelus Michael, nec non & venerabilis martyr Paulus, ferens in pictura omne illud ſupplicium, quod pro Chriſto paſſus fuerat, ſicut ſupradictus ei religioſus narraverat: & quidquid ſcire deſiderabat de ſua ſanitate, ei ad plenum aperuit. Tabula autem, in qua beati Martyris pictura depicta erat, movere ſe cœpit, ſentireque ſe tantæ Dominæ adventum, quamvis re inſenſibilis eſſet, in hac ſui motione ad ipſius glorificationem monſtravit. Interrogabat autem ſupradicta mulier Virginem venerandam, cur dæmoniaca in tantum paſſio deſæviret; Reſpondit; Eo quod filius vix patri fidem ſervaret. Proinde multæ, quæ hanc habituræ ſunt paſſionem, beati Pauli precibus ſalvabantur, ut a multis exteræ gentis nationibus in Chriſti nomine veneretur. Sicque viſio ipſa receſſit. F

4 Acceſſit autem mulier ipſa ad prænominatum monachum, eique ſupradicta omnia *celeſtis viſione re-* (ut viderat) enarravit; qui ipſam monuit, *creatur* ut in cœptis perſiſteret precibus, & ſi deinceps ſimilia videret, peteret, ut Officium beatæ Virginis diceret: quod ſi facerent, nullatenus de viſione poſtmodum dubitaret. Fecit itaque, ut monita a monacho fuerat, Ea autem orante, beata Virgo, ſicut prius advenit cum beato Michaele, & martyre Paulo, aſſociantibus eos beato Petro, & Evangeliſta Joanne, qui, rogante muliere, Officium venerandæ Virginis devote celebrarunt. Quo peracto, interrogavit, beatam Virginem mulier, ſi cum viro ſuo maritale eſſet commercium habitura. Cui beata Virgo: Hoc ait, in aſſiſtentis Pauli poteſtate eſt, ut qui dæmonia expulit, ipſe tibi connubium maritale reſtituat; volo tamen, ut hac nocte in

mea

A mea venerstione vicibus quinquaginta genu flectas, jejunesque septima Sabbati, & in vigilia S. Pauli, dum sana es; omni vero die dic septies in mei memoriam & honorem, dominicam orationem, cum septem genuflexionibus, similiter quinque vicibus orationem prædictam, genuflexionem in gloriam Adjutoris tui Pauli, ac tribus vicibus orationem ipsam dominicam cum totidem genuflexionibus in sancti Michaelis exultationem. Sicque abscessit, hujusmodi ei proposita regula salutis. Confortata vero in Domino mulier in confusionem inimici, hæc, quæ desiderabat, adepta est, & carnale connubium, & diu optatâ liberationem. Sit gratia Jesu Christo Domino nostro, qui ubique non desinit suum glorificare martyrem Paulum *b*. *b* D Ex MS.

ANNOTATA.

a *Observa, scriptorem coævum fuisse miraculo, quod narrat.*

b *Non pauca in narratione hujus visionis videntur sapere phantasiam muliebrem.*

DE S. HADRIANO P. I. AN. III.

NONANTULÆ IN DITIONE MUTINENSI,

DISQUISITIO HISTORICA.

I. B. S.

§. I. Proponitur quæstio, quis Hadrianus Papa Nonantulæ colatur.

B E

ANNO DCCLXXXV. *Hadrianus aliquis Papa*

UTut præclaros fuisse fateamur, doctrina & sanctitate, plerosque Romanos Pontifices, qui sub Hadriani nomine universam Ecclesiam gubernarunt, atque eos inter Hadrianum I. qno nullus hactenus sacras habenas diutius moderatus est; attamen nec ei nec successoribus synonymis Sancti appellationem in ullis Fastis ecclesiasticis tributam, nec eorum quemquam pro tali ab universa Ecclesia agnitum, nec in præcipuis Romanorum Pontificum Catalogis, Sancti nomen præfixum novimus, præterquam in postrema Anastasii Bibliothecarii editione, in qua facile crediderim, male transpositum cum titulum, qui Hadriani I. successori, Leoni III. debebatur. Interim certum est, in cœnobio Nonantulensi, cujus situm habes in Actis III. Martii pag. 265. & apud Pagium, ad annum 813. num. 8. certum est, inquam, coli ibi aliquem Sanctum, sub Hadriani Papæ nomine hac die VIII. Junii. Atque inde mosum crediderim Papebrochium, ut Hadriano III. quem ibi sepultum noverat, non Hadriano I. eam venerationis notam apponeret, ex quo haud dubie sua accepit Castellanus in Martyrologio Universali, dum ita scripsit: Spinæ-Lamberti, in ducatu Mutinensi S. Hadriani Papæ, ejus nominis tertii, cujus corpus in Abbatia Nonantulensi, sub altari principe colitur. C

In abbatia Nonantul. sepultus.

2 *Abbatiæ istius primordia sic describit Ughellus tomo* 2. *Italiæ sacræ col.* 101. Dum Lopicinus, *inquit*, in cathedra Mutinensi sederet, Anselmus Forojulensis Dux, spreto mundo monachus effectus est, ædificavitque prope Fenanum, monasterium, cujus postea abbas est dictus, ac post duos annos, qua opibus, qua jurisdictionis, insignem abbatiam Nonantulanam, a Mutina urbe quinque tantum milliaribus distantem, exstruxit, anno scilicet DCCLII. *Pergit ibidem agere de* cœnobii ædificatione, incremento, pretiosis reliquiis, *aliisque eodem spectantibus, quæ celebre olim fuisse prædictum monasterium, egregie demonstrant, sed quæ præsenti huic nostræ disquisitioni nil quidquam lucis afferre possunt. Quo in statu hodie perstet, docebit Joannes Mabilio, qui ipsum perlustravit in Itinere suo Italico tomo* 1. *pag.* 202. *sic loquens:* Ipsa die in Nonantulanam abbatiam ....

3 *Plusculum hic spopondit Mabilio, Vitam* Hadriani *Papæ I. pollicitus, quam vero præstiterit: nam in parte altera citati jam tomi sui primi Itineris Italici, in qua documenta nonnulla seu analecta colliguntur, pag.* 38. *sub præfixo hoc titulo*: Incipit vita & textus epistolarum Hadriani I. Papæ antiquæ Romæ, *fragmenta duntaxat aliqua, seu formulas docerpit, quæ ad Diurnum Romanum referantur, de* Hadriani *gestis permodicum enarrans; forte quod in veteri illa, a se laudato codice, non gesta istius Pontificis, sed potius epistolæ describantur, ut non obscure etiam indicavit Ughellus, pluribus infra conveniendus, apud quem poema saltem adducitur, quod aliqualem* Hadriani *Papæ I. formam exhibeat, ut brevi patebit. Ceterum qualiscumque demum sit vetus iste codex monasterii Nonantulani, id minime dubium videtur, quin ex ista Anonymi monachi Ms. collectione profluxerit, atque jam a temporibus Leandri Alberti apud Mutinenses invaluerit opinio, quod* Hadriani I. *Pontificis corpus in eo cœnobio sepultum, & jam a tot seculis ibidem, cultus solis Sanctis debitus, honoratus fuerit.* F

Ex ed. alio quo accepimus est pro Hadriano I.

Leandri Alberti primum vulgatio.

4 *Hujus rei luculentissimus testis est Ludovicus Vedrianus, in opere de Sanctis Mutinensibus, Mutinæ excuso anno* 1663. *a pag.* 58. *& rursus in historia sua Mutinensi, triennio serius edita, parte* 1. *pag.* 369. *ex quibus manifesto liquet, inolevisse istic inveteratam opinionem, in sæpe dictæ abbatiæ templo coli cum S. Silvestre* Hadrianum *Papam, istius nominis primum. Et quidem inter Sanctos repræsentatur effigies æri incisa, adscriptis superius his verbis,* S. HADRIANUS I. PAPA; *infra autem, sepultus & honoratus Nonantulæ. Sequitur, per septem aut octo facies in* 4. *compendium vitæ, quæ tota melius accepta sniffet ex Anastasio Bibliothecario. Citatur identidem Leander Albertus, quem primum fuisse existimo, qui ex præfato codice Nonantulano, historiam istam vulgaverit. Mihi satetit, ex edi-*

AUCT. J. B. S.

A *tione anni* 1588. *f.* 354. *verſo retuliſſe pauca hæc ejus verba, Latine reddita*: Progredientibus via Æmilia, ſupra Mutinam, ad dextram Panari ripam, 8. p. m. occurrit Silimbertum caſtrum, dictum olim Spinum Lamberti, uti reperi in vita Hadriani PP. I. qui ibidem ad meliorem vitam ſanctiſſime migravit, dum rediret ex Francia, quemadmodum docet vetuſtiſſimus codex, qui in cœnobio Nonantulano aſſervatur.

Rectè hæc primum retulerat Ughellus;

5 *Viderat, opinor, Leandrum Ughellus, ſed ejus auctoritate nihil motus, tomo* 1. *Italiæ ſacræ, in ſerie Romanum Pontificum, ita locutus fuerat, ut tamquam fabellam explauderet totam illam Mutinenſium & Nonantulanorum traditionem.. Audi ejus verba in* Adriano I. Moritus eſt in ſumma tranquillitate temporum anno DCCXCV. ſepultuſque Romæ eſt apud S. Petrum, cujus beatiſſimæ memoriæ Carolus ipſe Magnus, quem aximie ſuperſtitem coluerat, ſepulcrum erexit, atque epitaphio, a ſe compoſito exornavit; unde plane conſtat, vaticinari profumum * illos,

B qui Hadrianum ſcribunt Spilimberti prope Mutinam vitam liquiſſe, illuſque hoc tempore corpus in celebri S. Silveſtri abbatia apud Nonantulam requieſcere. Ceterum repente novo creato Pontifice, nullum exſtitit interregnum. *Hæc ibi recte & vere Ughellus, quibus conformia tradit in* Hadriano III. *in hunc modum*: Fato ceſſit Id. Martii anno DCCCLXXXVIII. ſuper fluvium Scultenam, in villa dicta Vuitrachara, ſepultuſque in monaſterio S. Silveſtri prope Mutinam, ubi pia credulitas fidelium, illum veneratur, ut Sanctum, jacetque conditus ſub majori altari. Hinc erravere plerique, illum primum Hadrianum exiſtimantes in Nonantulano monaſterio quieſcera, quod non ita eſſa, ſupra docuimus ex epitaphio ſepulcroque, quod eidem Romæ Carolus Magnus, gratia familiaritatis excitavit,

Vult dicere, ne falſo.

viſa poſtmodum retice,

6 *Sic ſenſit & ſcripſit Ughellus, donec opere ſuo ad Mutinenſem epiſcopatum perducto, ubi totam abbatiam Nonantulanam accurate luſtravit, & ejus monumenta recenſuit, incidens in codicem illum veterem, a Leandro laudatum, de quo nuperrime agebamus, neſcio quo fulmine tactus, palinodiam canere non erubuit, confeſſione peringe-*

C *nua, quæ tota deſcribi meretur ex tomo* 2. *a col.* 113. *in Giſione Mutinenſi Epiſcopo*. Quo Præſule, *inquit*, prope Mutinam, in oppido Spilimberti, Alexander, in deſcriptione Italiæ, aliique narrant, Hadrianum I. Papam anno DCCXCV. vitam liquiſſe, ejuſque corpus in celebri Nonantulana abbatia delatum, ibidem requieſcere, quod non ita eſſe, in primo tomo hujus noſtræ ſacræ hiſtoriæ docuimus, dum Romanorum Pontificum ſeriem recenſeremus, ducti potiſſimum ex epitaphio ſepulcrove, quod eidem Carolus Magnus Imperator Romæ in Vaticana baſilica excitaverat, quod adhuc exſtat; pauloque poſt in eadem ſeria, dum Hadriani III. obitum attulimus, illum, non primum in oppido Spilimberti, villa Vitrachara defunctum, & in Nonantulana abbatia humatum fuiſſe afferuimus, cum revera Hadrianus III. eſſe non potuerit, quem pia credulitas Nonantulæ veneratur ut Sanctum, ejuſque feſtivitatis diem celebrat VIII. Id. Julii, cujus lipſana ſub ara maxima jacere affirmat.

ſe errorem narrant;

7 Ex geſtis namque Hadriani, in vetuſtiſſimo pergameno codice, cum ſoluta oratione, D tum verſibus Leoninis, ab Anonymo, Hadriano ſynchrono, conſcriptis, clare videtur; ſi quempiam ex Hadrianis apud Nonantulam quieſcere, afferere velint; primum, non ſeeundum neve tertium eſſe, exiſtimandum eſt; ea enim Acta primo, non aliis convenire demonſtratur. Ceterum quæ de Hadriano primo jam fabellam exiſtimavimus, illoſque profumum vaticinari, qui eumdem ſcribunt, Spilimberti e vivis exceſſiſſe, dum Galliam peteret; ejuſque corpus in abbatia Nonantulana quieſcere; nunc ex geſtis ejuſdem, quæ modo ex citato vetuſtiſſimo codice dabimus, ingemue fatemur, haud illos divinaſſe. Quomodo vero Carolus eumdem apud Vaticanam baſilicam epitaphio, a ſe compoſito exornaverit, cum ille Nonantulæ humatus eſſet; an honoris, obſervantiæ, dulciſque ejus memoriæ cauſa, quem eximia ſuperſtitem coluerat, in celebri Chriſtiani orbis Vaticano templo honorarium ſepulcrum elogiumque exſtare perpetuo voluerit; an vero E Hadrianum, apud Spilimbertum defunctum, in Nonantulana eccleſia delatum, ibidem ad tempus humatum, relatumque deinde Romam, & in Vaticano reconditum, Carolus ſepulcro & elogio illuſtraverit, prudens judicabit lector noſtri erit, & errata noſtra libenter corrigere, & vetuſtiſſima monumenta, quæ pro Sanctis habentur, ad veritatem magis indagandam, ſtudioſis in medium proferre.

nimis levi viro

8 *Gratiſſima utique nobis ſunt* vetuſtiſſima *quæque* pro Sanctis monumenta, *modo germana ſint, & in vetuſtiora certioraque monumenta non impingant; id quod ad ſeveriorem criticam exigere poterat, & debebat Ughellus, cujus ſincerum candorem vehementer equidem, & ubicumque opus eſt, imitari plane cupio: at non minus miror tantam doctiſſimi viri in credendo facilitatem, ut bona fide admiſerit, Acta illa, ſeu ligata ſeu ſoluta oratione, ſcripta eſſe ab Anonymo, qui* Hadriano I. *ſynchronus fuerit, cum ætatem illam nec redoleant, nec redolere omnino poſſint, ut ad ſecula multo poſteriora revocanda ſint. Niſi quis* F *priorem partem excuſandam putet, eamque ad* Hadriani I. *tempora retrahi patiatur, ſolis illis poſtremis novem verſibus reſciſſis, qui ad aliorum imitationem ſubinde facti fuerint, ut iſtius Pontificis corpus, utpote inter* Hadrianos *celeberrimi, Nonantulæ quieſcere, populo perſuaderetur: quod quam inconcinne ab Anonymo monacho ordinatum ſit, infra ſuo loco clarius pateſcet.*

eâ mente habuerit.

9 *Sane non adeo facile ad mutandam priorem ſententiam moveri debuit laudatus Ughellus, qui, ut cetera hic taceamus, vel ex uno ſola, ſed certiſſimo capite colligere potuit, prætenſæ iſtius Nonantulanorum traditionis incoherentiam; cum enim Catalogi omnes Romanorum Pontificum & probatiſſimi quique ſcriptores poſt Anaſtaſium Bibliothecarium, in eo unanimiter concordent, quod* Hadriano I. *immediate & abſque ullo interregno ſucceſſerit S. Leo III. concipi omnino nequit,* Hadrianum *in Æmilia, tam procul ab urbe Roma mortuum eſſe, & eodem ipſo die ſamam ejus obitus in Urbem pervolaſſe, ut ante me obſervarunt Papebrochius, Pagius & alii. Verum & urgentiora argumenta ſuppetunt, quibus evincatur, non præfatum* Hadrianum I. *ſed ejuſdem nominis tertium, centum fere poſt annis, nempe* 885. *Spilimberti e vita deceſſiſſe, Nonantulæ ſepultum, ibidemque ſacris*

San-

A *Sanctorum honoribus donatum, privata ſaltem monachorum & circumvicini populi pietate, quæ ſe in alias partes non late diffuderit; obſcuram certe manſiſſe vel in ipſa Italia*, Hadriani PP. *ſaltem ut Sancti, memoriam, oſtendit ſilentium Ferrarii, patriorum Sanctorum ſcrutatoris diligentiſſimi.*

Quæſtionis ſtatio propoſitur.

10 *Uticumque tamen ea habeant, cultus in eccleſia Nonantulana conſtans & ſtabilitus, nec a quoquam in dubium revocari poſſe videtur, ut proinde tamquam indubitatum admittendum ſit*, Hadrianum *ſaltem aliquem, Romanum Pontificem, ibi a tot ſeculis fidelium venerationi expoſitum fuiſſe. Totus diſquiſitionis noſtræ cardo in eo nunc vertitur, ut diſſipatis Nonantulanorum & Mutinenſium tenebris, quæ hactenus ſub* Hadriani I. *nomine, ſanctum* Hadrianum *tertium involverunt, debitos huic cum Papebrochio aliiſque honores vindicemus. Cum autem præcipuus jam ſæpius memoratæ opinionis aſſertor fuerit Abbas Ugbellus, ejus potiſſimum argumenta, ex famoſo veteri codice, hactenus manuſcripto, deſumpta, ſequenti proxime paragrapho diſtinctius proponenda ſunt, quæ tertia hujus diſquiſitionis parte ſic refutare conabimur, ut ſperemus,*

B *extra controverſiam deinceps poſitum iri, quis ex Romanis Pontificibus, ſub* Hadriani *nomine in Cœnobia iſto Nonantulenſi, Sanctorum veneratione a tot ſeculis cultus ſit, & hodiedum honorari pergat.*

§. II. Unde profluxerit opinio, quod Nonantulæ colatur Hadrianus PP. I.

Refert Ugbellus

A *Bbatis Ugbelli, recte primum ſentientis ac poſtmodum ſententiam mutantis, verba ſuperius retulimus; nunc ea producenda ſunt, quæ ipſe* vetuſtiſſima monumenta *putavit, taliaque, ut* errata ſua corrigere *compelleretur. Sunt hi nimirum* verſus Leonini *iſti* conſcripti ab Anonymo, *quem* Hadriano ſynchronum *nimis leviter credidit, cum facile obſervare potuiſſet, res & perſonas, toto fere ſeculo diſjunctas connecti & confundi. Sic incipit poema qualecumque, a præfato Ugbello & a noſtro Auguſtino Oldoino in additamentis ad Ciaconium relatum:*

C

Hadriani primi Papæ ſanctiſſimi geſta.

carmen Leoninum

1a Rex regum fortis, totius conditor orbis,
Qui bona quæque facis, largiris & omnia gratis,
A te donantur quæcumque valere probantur.
Ergo mihi dona, quo poſſim voce ſonora,
Ad placitam laudem tibi verum promere carmen
Pontificis ſummi, quo geſta ſonent Hadriani.
Impetret hoc paſtor, cujus ſum carminis auctor.
Auribus intentis expectet concio plebis.
Denique ſermo brevis percurret ericque fidelis.
Civis Romanus, fidei virtute probatus,
Extiterat, certis ut claret res documentis.
Quem Romanorum clerus populuſque patronum
Elegere ſibi, concordi pectores fidi.
Ipſe bonus paſtor gregis & divinus amator,
Qualiter in Patrem, Natum, ſanctum quoque Flamen
Eſſet credendum, clarum dederat documentum. J. B. S.
Nec non ſanctorum Patrum ſex conciliorum
Cultorem verum fore ſe promiſit in ævum,
Sedis Apoſtolicæ; res omnis juſque ſubinde,
Prædeceſſorum, ſimiliter & retinenda ſuorum,
Se ſervaturum pariter firmavit ad unum.

in quo multa

13 Quidquid & hæc contra ſcelerata nititur aura,
Se contempturum rabidi velut canis uſum.
Hæc vetis votis. & ab omni fraude remotis,
Prætiul præfatus Domini ſpondens Hadrianus,
Petro rite ſuo commendat ſcripta magiſtro.
Sic te, Petre, decet, cauſas animaſque tuere.
Poſt celebrans feſtum, ſermonem fecit apertum,
In quo præſentem firmavit dogmate plebem,
Alloquiis blandis nimis aſſidue memorandis.
Scilicet ut pacis teneat pia vincla rogavit,
Et pro ſe Regem rogitaret omnipotentem,
Quatenus officio, divino munere ſumpto,
Se regat & firmet, populum ſimul ipſe gubernet.
Hinc formam trinam ſummæ deitatis & unam
Clara voce probat, ſupplex veneratur, adorat.
Demonſtrans cunctis præſentibus atque futuris,
Quod ſic credebat, populum velut ante docebat.

Hadrianus PP. I.

14 Ante ſacrum corpus Petri venerabile prorſus,
Hæc depromebat, velut ejus geſta revelant.
Poſt hæc, ut miles, cui ſurgunt undique lites,
Cœpit multa pati bellis, & ad arma vocari.
Qui ſcutum fidei ſumens galeamque ſalutis,
Fortiter inſtantem commotus perculit hoſtem.
Nam Deſiderio Romæ regnante ſuperbo,
Et res Eccleſiæ morſu nimio lacerante;
Idem Vir fortis, quo peſtem vinceret hoſtis,
Tunc Regem Carolum vocitavit amicus amicum,
Ad proſternendum magna virtute protervum.
At Rex Francorum, turba comitante ſuorum,
Venit & obſedit, miſerum poſt prælia cœpit.
Exilio captum damnavit non revocandum.
Filius inde pati cœpit pro crimine patris,
Donec projectus regno fuit ipſe miſellus.
His ita tranſactis, Carolus virtutibus auctis,
Obtinuit Regnum, Papa tribuente receptum,
Eccleſiæ matri, quæ perdiderat, reparatis,
Hac in parte pium ſtatuit regnante * Pippinum,
Natum majorem merito qui ſumpſit honorem.

& Carolo Magno progna

15 Hinc hereſim quondam Græcorum finibus ortam,
Deſtruxit rectis rationibus ac recolendis.
Namque duo reges Græcorum regna tenentes,
Scilicet indoctus Anaſtaſius ac Leo pravus,
Præcepere ſacras igni damnare figuras.
Præcepto lato, Chriſti damnatur imago.
Effigieſque ſacræ quocumque labore paratæ,
Patrum cunctorum ſtructæ ſub honore priorum
Vel comburuntur, vel ſtricto ſune trabuntur.
Tantum jam dictis Græcorum partibus ipſis.
Gregorius quidam Romanus Præſul agebat.
Hac ex parte moris ne ſit veſania talis.
Tandem defunctis cum Papa Regibus illis,
Et Conſtantinus Regali ſede potitus,
Filius edoctæ Reginæ matris Irenæ,
Qui cum matre ſua Papam rogitat prece pura,
Romam directo cum ſcriptis Præſule ſancto,
Quatenus infeſtas hæreſes pater ipſe repellat,
Vel per ſe pergens, vel tranſmittendo fideles,
Qui leges ſanctas teneant ſub corde ligatas,
Et lites tantas rationum dogmate frangat.

16 His

A Auct. J. B. S. *quæ Hadriano III. perperam applicantur.*

16 His pius acceptis Hadrianus plura reſcripſit,
Ad veram lucem pravorum flevit acumen,
Miſit & ipſe viros divina lege peritos,
Qui reſponderent quærentibus atque docerent,
Ipſi concilio Domini ſub nomine facto,
Artis divinæ populis præcepta dedere;
Præcipue regi magis hæc audire volenti,
Tunc hæreſim damnant, auctores ejus & arctant,
Atque jubent ſacras templis renovare figuras,
Firmavit dictum tunc juſſio regis ad ipſum.
Ad Carolum Regem poſt hæc cum pergere vellet,
Lamberti campo vitam finivit in amplo,
Qui propter caſus Lamberti Spina vocatur,
Ad ſacrum cujus concurrunt undique funus.
Hinc reſonant cantus, hinc fert turbatio planctus,
Eccleſia ſancti Silveſtri jure colendi,
Corpus ſacratum cum luctibus eſt tumulatum,
Fletibus expletis, lætare Nonantula felix,
Cui Dominus tantum conceſſit habere patronum,

Poſt corr. Anon.

17 *Hoc primum ei palmare quodammodo, pro* Hadriano I. *argumentum, quo perculſus Ugbellas victas continuo manus dedit. Pergens deinde vaſtiſſimum ſuum codicem depingere, titulum exſcripſit, quem ſupra ex Mabilione retulimus*; Incipit vita & textus epiſtolarum Hadriani; *addens Aliorum initium:* Hadrianus igitur natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via lata, ſedit annos XXIII. menſes X. dies XVI. *Teſtatur, ſequi Acta & epiſtolas* Hadriani I. *quæ tamen prætermittit, ne Pontificum vitas deſcribere videatur, eaque ſolum defumit, quæ de obitu & ſepultura ejuſdem* Hadriani, *in fine codicis narrantur; ſpondens, ſe reliqua libenter aliquando daturum, cum aliorum Pontificum geſtis, a ſe compilatis, quæ hucuſque inedita ait, quæque talia permanſiſſe, nec lucem amquam vidiſſe exiſtimamus. Inde ſubjunguntur ex dicto codice nonnulla eadem, quæ leguntur iſtis verſibus jam expreſſa ſunt, cum aliis ad cultum & miracula pertinentibus; hic etiam a nobis deſcribendis, quatenus vis inconcinne digeſta ſint, nequid diſſimulaſſe videamur. Ea totum rei ſcabroſum contextum, prout ibi legitur, cum aliunde obtineri non potuerit:*

Subjungit alia ſub eo pontif.

18 Cum in regia urbe Concilium celebrari decreviſſet, reſiſtentibus quibuſdam Dei inimicis, impediti ſunt. Sed poſt annum hinc & inde collecti quam plurimi Epiſcopi, eorumque legati, factum eſt ſeptimum concilium in Nicea Bithyniæ, imperante, ut diximus, Conſtantino, & Hyrenea matre ejus, præſidente quoque Domino Hadriano primo Papa per ſuos legatos in eodem concilio. Hic etiam dum ad Regem Carolum pergeret, ut veterum pandit memoria, in locum qui ſpinam Lamberti vocatur, vitam finivit, VIII. Idus Julii, & ad eccleſiam monaſteriumque beati Silveſtri, quod Nonantula dicitur, perductus, honorifice ſepultus eſt. Ubi etiam uſque miraculis coruſcare dignoſcitur. Cujus morte Carolus Francorum Rex audita, nimium condoluit, diuque ſe in lamentis dedit. Nam ab ipſo Romanorum Patritius conſtitutus fuerat, regnumque Italiæ, ipſo favente, ſuſceperat. Cantores etiam, doctoreſque Eccleſiæ ab eo ſuſceperat, & in Ametenſium urbe conſtituerat, cujus eccleſiæ cantores uſque hodie Romanæ Eccleſiæ plus cæteris Gallia in cantu concordant. D

19 Sepulto itaque ſummo Pontifice & univerſali Papa Hadriano, Apoſtolicia infulia involuto, uti mos eſt Romanum ſepelire Epiſcopum, in præfato Nonantulano monaſterio, ſicut ſuperius prælibati ſumus: ſeptem jam dicto cœnobio diaconi & monachi ſtolidiſſimum conſilium repererunt, dicentes: Quid huic Sancto, & animæ defuncti prodeſt, quod tantæ pulchræ veſtes marceſcant terreno humore? Melius certe eſſet, ſi hæc ſancta eccleſia de illis honorem haberet, idcirco ad hoc venientes, nocte omnes infimul ad ſepulcrum ejus pergamus, & lucidia, ac coruſcis veſtibus eum exuamus, & vilioribus veſtibus induamus. Luce igitur diſcedente, & tenebris terram obumbrantibus, omnes ad monumentum euntes, eum cum ſilentio diſcepelierunt, & veſtimenta ei arripuerunt. Et ut lucidius, & apertius hoc ab omnibus credatur, adhuc unam pulchram planetam, quam craſſantes* ei abſtulerunt, in noſtro monaſterio habemus. E *ſpoliſſe.*

** Intergrabi ſanctæ. & male digeſtæ*

20 Sed uſi animi ſimilium de tali facinore contabeſcant, hoc in verum ſcimus, quia nullus evaſit impunitus. Omnis namque ille funeſtus tumultus, in eodem anno ſuæ vitæ finivit curſus, niſi tantummodo unius. Ipſe vero qui ſuperſtitit, in ecſtaſi ereptus, ſanctum Hadrianum, vicinum ſancto Silveſtro ſedentem cernit. Qui etiam ſancto Silveſtro de tali injuria conquerebatur, dicens: Domine, en monachus tuus audaciſſimus, qui me expoliavit cum ſuis conſortibus. De ſua itaque audacia te deprecor, ut mihi vindictam facias. Beatiſſimus vero Silveſter humilibus verbis reſpondens, inquit: Noli mihi hoc frater dicere, ſed ut tuæ voluntati libet eum de ſua ſtultitia ſtude punire. Tunc B. Hadrianus eum arripiens, ter Paſtorali virga percuſſit, dicens; Iſta in mundo oſtende ſigna, quatenus hic te fuiſſe, omnis populus credat. Ibique quemdam ejuſdem monaſterii monachum, adhuc in ſchola parvulum manentem, in ordine Abbatum oſtendit ſedentem. Mox autem ipſe in ſe quærere, quid ſibi evenit, recitabat. Quem vero abbatiæ honorem habere debebat, ipſe prædicebat; factus autem pœnitans, uſque ad vitæ ſuæ marginem, omni die ad ſepulturam ejus totum pſalterium canebat. F

uti & mihi videtur,

at Cumque ſancti Silveſtri eccleſiam omnis populus renovare deſtinaverat, ſancti Hadriani corpus in alio ſepulcro recondere cœperant. Ubi vero ejus corpus ita cum magna laude mutaretur, quidam ejuſdem eccleſiæ vice dominus, unum ex oſſibus ejus improvide tangere præſumpſit. Quod ita fervidum eſſe ſenſerat, ut ſe accenſum ignem in manu tenere crediderat, Mox illud deponens, quando manum ſuam exarſam conſpexerat, velociter ad manſionem ſuam perrexerat, & unam candelam ad imaginem ſuam longam fecerat, & currens ad ſancti Hadriani ſepulturam leniter cum magna devotione eam obtulerat. Mox autem ex manu ſanus effectus, rediit lætus, Hoc quoque multi ſe vidiſſe narrant, qui adhuc mundo reſtant.

A quæ ibi pavata dicuntur.

21 Videns igitur omnis populus tanta miracula ſummi Dei potentiam oſtendere ob illius merita, cum venerari decreverunt, ac in quantum valebant, eum colebant. Sed cum divina ultione Nonantulanum caſtrum concrematum fuiſſet, etiam arca, in qua ſancti ac beatiſſimi Hadriani Papæ oſſa jacebant, fuit exarſa; oſſa vero ejus cum pannis ejus involutis in medio ardentis ignis ira illibata permanſerant, ut ne aliquam pannuli particulam ignis tangere præſumpſerat. Et ut hoc ſuggerat fidei augmentum, omnes ſcirote, quod in eiſdem pannis adhuc oſſa ejus jacent, ferentia odorem immenſum. Quin etiam lampas, quæ ante ejus arcam quotidie ardebat, eodem die ab igne fuit exarta, in terram ceciderat, & tamen Dei voluntate illæſa permanſerat.

B

§. III. Oſtenditur, Nonantulæ non alium S. Hadrianum Papam coli poſſe, præter ejus nominis tertium.

Ex loco ſepultura

AD propoſita hic Ughelli argumenta, vel potius ad totam codicis narrationem, ſeu verſu ſeu proſa relatam, brevis eſſet reſponſio & ſolutio, ſuperius a nobis facta, ſi paucis quis diceret, falſum utrobique ab Anonymo ſupponi, cum ex Anaſtaſio Bibliothecario conſtet, Hadrianum I. Romæ vita functum & in Vaticano ſepultum. Habet in Vitis Pontificum, ubi de prædicti Hadriani obitu agitur, pag. 120. Vitam finiens, ad æternam migravit requiem, non alibi, quam Romæ, & ſepultus eſt in baſilica B. Petri Apoſtoli, VII. Kal. Januarii Indictione IV. Contra vero certiſſimum eſt, ex Anaſtaſii profecutore Guilelmo, alibi obiiſſe S. Hadrianum III. Verba ejus ſunt pag. 234. Igitur defuncto recolendæ memoriæ Hadriano, (III.) qui eidem beatiſſimo Papæ Marino ſucceſſerat, ſuper fluvium Sculcinna, in villa, quæ Vulzachara nuncupatur, ut retule notavit in ſerie Pontificum Ughellus ſupra numero 6. Ex his conficitur, evidentem eſſe Nonantulani monachi confuſionem, in quo tota ea traditio ſubſiſtit, quam proinde corruere neceſſe ſit. Cetera ut omnia exactius refellantur; aliorum potius, quam meis utar reſponſionibus, ut pateat, prudem convulſa eſſe, quæ ab Anonymo perperam conficta ſunt.

C

ſatis evicti patrati.

24 Ubi alium Ughellianæ iſtæ, præcedenti §. recitatæ, primum legiſſet Papebrochius, anno, uti conjicere eſt, 1673, in collectaneis ſuis Mſs. bona fide annotavit: VIII. Julii, S. Hadrianus Papa I. Vita carmine & proſa ciratur ab Ughello tomo 2. a col. 123. Cultus probatur. Petii vitam integram MDCLXXIII. nempe ut ad Julium perventurus continuatoribus uſus eſſet. Exigua fuit jactura, quod poſtulatum codicis apographum non acceperis, cum in eo pauparum ad geſta pertinens reperiſſemus, præter ea, quæ ab Ughello tradita ſunt, fideliter modo deſcripta. At vero rem poſtmodum multo accuratius expendit laudatus Magiſter noſter, ubi de Hadriano PP. I. agens, conſultis certioribus monumentis, ſic ſenſa ſua diſerte expreſſit: Errarunt ergo, nominis identitate decepti, Nonantulani illi monachi, qui Hadriani Papæ, in ſuo monaſterio ſepulti, mortem & miracula deſcribentes, ei aptarunt vitam & geſta Hadriani I. tam proſa quam carmine, in iis, quæ exſtant apud Ughellum, monumentis, dandis ad VIII. Julii: quem errorem corrigentes poſteri, venerantur ſub altari ſuo majori collocatum corpus, tamquam corpus Hadriani Papæ III. quem certo conſtat in Æmilia peregre mortuum eſſe & ſepultum.

D

Auct. J. B. S.

25 Magiſtri fidem liberavimus in Ughelli monumentis hac die VIII. Julii ad verbum referendis: quod autem aſſeruit, errorem correxiſſe poſteros, id ei aliunde compertum eſſe debuit: neque enim non ita pridem correctum ſatis oſtenderat titulus ſuperius Ludovici Vedriani opera, nempe Sanctorum Mutinenſium & ipſius urbis hiſtoria. Cetera quæ in Hadriano I. paucioribus perſtricta ſunt, paulo fuſius deducta invenies in S. Hadriano III. cui ex veteſto in abbatia Nonantulana cultu, Sancti titulum & honores reſtituit. Sic ibi loquitur: Guilelmus Bibliothecarius locum, in quo obiit Hadrianus, vocat villa Vulzachara, ſuper fluvium Scultinnam: & hunc in Æmilia eſſe, notat Baronius. Strabo Scultannam nominat: & hoc nomen fluvius ille hodieque retinet, teſte Blondo. Leander Panaram vocari ait. Utrumque nomen habent chorographicæ tabulæ Joannis Antonii Magini, Scultenna o vero Panara f, ad cujus ſiniſtram ripam, pari ferme a Mutina atque Bononia intervallo, ſed Mutinæ propius intraque Mutinenſem diſtrictum, jacet oppidum Spina Lamberti, vulgo Spilamberti dictum, fortaſſis a Lamberto Italiæ Rege atque Imperatore, annis poſt Hadriani obitum pluribus, quam centum, cum antea Longobardica voce diceretur Vulzachara, id eſt Willæ vel Willonis ager; infra quem ad ejudem fluvii ripam dextram, ad X. m. p. ſita eſt Nonantula, ubi ſepultum diximus.

non Hadrianum PP. I.

E

26 Conjicit deinde Papebrochius, cur Roma in hac partes profectus ſit S. Hadrianus III. Papa, idque non inveriſimiliter colligi putat ex temporum iſtorum calamitatibus, a Saracenis Italiæ allatis; verum quæ potior ratio fuerit, infra patebit. Reliqua ejus verba ſubjungamus: Cauſa autem diſcedendi ab Urbe Pontifici huic fuiſſe videtur ingens a Saracenis metus, contra quos auxilia petita per ſeipſum maturaturus, iter ſuſceperit in Germaniam; ſed morte præventus in via ſit. Illi vero ſequenti mox anno* vaſtaverunt Campaniam, & Caſinenſe monaſterium S. Benedicti die IV. Septembris exuſſerunt. Quin autem Nonantulæ ſepultus hic Hadrianus ſit, dubitari non debet, licet antiquiores ibidem monachi exiſtimarint, ſe habere corpus Hadriani I. ejuſque Actis (ut ſupra notavimus) carmine ac proſa ſubtexuerint, quæ ſeiebant de obitu & miraculis Sancti. Condonandum enim eſt medio rum ſeculorum ignorantiæ, quod ex pluribus Hadrianis elegerit eum, qui fuit primus & celeberrimus. Boni ſiquidem viri, cum meminiſſent legiſſentve, Hadrianum ſuum eum iret ad Regem, nemo eis occurrit prius quam Carolus Magnus, Rex Francorum & Longobardorum, Hadriani I. amantiſſimus.

ſed Hadrianum III. Nonantulæ ſub.

* Alii non vaſt 884.

F

27 Rem eamdem eodem ferme tempore deſcuſſecat noſter item Auguſtinus Oldoinus, in additamentis ad Ciaconium, tomo I. a Col. 553. ubi relatus eſt omnibus, quæ ex Ughello dedimus, ſic obſervat: Hæc tamen omnia, quæ recitavimus de Hadriani morte ac ſepultura, repugnare aperte

aut otioſa ſententia emendari poſſunt.

A perte videntur iis, quæ ſcripſit Ciaconius ex
Auct. epitaphio ſepulcrove, quod eidem Carolus Ma-
I. B. S. gnus Imperator Romæ in baſilica Vaticana ex-
ſtruxit. *Subdit porro*: Scriptores hos facillime
inter ſe concordes redderet, qui diceret, Ha-
drianum hujus nominis I. apud Spilimbertum
defunctum, in Nonantulana deinde eccleſia ad
tempus humatum, relatumque demum Romam,
& in Vaticano reconditum, a Carolo Imperatore ſepulcrali elogio illuſtratum. *Verum non magis placere id poteſt, quam idem Oldoinus tomo* 2. *col.* 114. *probaverit*, quæ ad conciliandos inter ſe auctores, recentior aliquis ſcribat, prius Innocentii IV. corpus in ſacris S. Laurentii ædibus tumulo datum, ac poſtea in eccleſiam principem illatum, cum nullius ſcriptoris antiqui auctoritate nitatur, imo antiqui Chronici Ca-
B venſis teſtimonio refellatur. *Par eſt utriuſque conciliationis ratio, par auctoritas, quæ eamdem averſatur.*

Pij plane anſpicii

28 *At fruſtra hiſce immoramur diutius, rem omnem peremptorio decidit continuator Annalium Fuldenſium, a Lambecio editus tomo* 2. *Bibliothecæ Cæſ. Vindobonenſis a pag.* 350. *quem mihi præmonſtravit Pagius, ſive patruus ſive nepos, in Baronii Critica ad annum* 885. *& in Breviario geſtorum Romanorum Pontificum tomo* 2. *pag.* 161. *in quo præmonet Pagius junior ſeu Franciſcus, primum Annaliſtam Fuldenſem abſolviſſe opus ſuum anno* 882. *continuatum ab Anonymo, quem vocavit ipſe Annaliſtam Freberianum: præter quem alius fuerit Anonymus, de quo loquimur, qui, quod a Lambecio editus ſit, Lambecianus appellari poteſt. Hic autem ad annum* 885. *iſta refert de morte Hadriani PP. III.* Imperator cum ſuis apud Franconofurt colloquium habuit, miſſiſque Romam nuntiis, Hadrianum Pontificem invitavit in Franciam. Voluit enim, ut fama vulgabat, quoſdam Epiſcopos irrationabiliter deponere, & Bernhartum filium ſuum ex concubina heredem regni poſt ſe conſtituere; & hæc
C quia per ſe poſſe fieri dubitavit, per Pontificem Romanum, quaſi Apoſtolica auctoritate perficere diſpoſuit. Cujus fraudulenta conſilia Dei nutu diſſipata ſunt.

Anonymus ſpurbenſis a Lambecio editus.

29 Nam, *ut pergit idem Continuator Lambecianus*, Pontifex Romanus, ab urbe digreſſus, & Heridano flumine tranſito, vitam præſentem finivit, ſepultuſque eſt in monaſterio Nonantulas. Quod cum Imperator comperiſſet, contriſtatus eſt valda, eo quod in tali negotio voti compos effici non potuit. *Si per Heridanum Padus hodiernus intelligatur, non videtur eum tranſiiſſe Pontifex, qui Spilimberti e vita migravit. Ceterum in iis partibus extremum diem clauſiſſe, confirmat etiam Annaliſta Freberianus, dum ſcribit*: Poſt obitum Carolomanni Regis (*qui contigit menſe Decembri anni* 884. *ut ad eum annum legere eſt in Critica Baronii*) *qui tunc Galliam rexerat, Cæſar regnum ipſum aggreditur, receptiſque primoribus, & diſpoſitis ibi rebus, prout voluit, remeavit in Franciam, ad edictum placitum Wormacenſe obviam Apoſtolico*. Sed dum ipſe Papa jam medio itineris ſpatio foret, correptus celeri infirmitate expiravit. *Pluribus opus non eſt, ut veriſſima demonſtretur propoſitio hujus §. prafixa, qua nos oſtenſuras promiſimus, Nonantulæ non alium* S. Hadrianum *Papam coli poſſe, præter iſtius nominis III. ut in ejus vitæ compendio, mox dando, ſatis etiam probat laudatus ſupra Oldoinus. Jam de cultu & geſtis pauca* D *ſubnectamus.*

De uni-cul. tus veſtigiis.

30 *De die obitus non modica eſt controverſia; eam reducere voluit Papebrochius ad ipſam feſtivitatem, qua Nonantulæ colitur Sanctus hac* VIII. *Julii, aliis certantibus pro* VII. *Idus Maii, aliis pro menſe Septembri, nimirum ut quiſque Romanorum Pontificum ſeriem ordinate contexuit. Nihil magnopere obeſt, quo minus* VIII. *Julii mortuus ſit: aſt ex ſolo iſto cultu id evinci non videtur, cum ejus variæ rationes eſſe potuerint, quas hic enumerare non vacat. Neque alias difficultates chronologicas explanare opus eſt; ad rem præſentem ſufficit, quod* Hadrianus PP. *ab immemorabili in Nonantulano cœnobio habitus fuerit & cultus pro Sancto, approbante vel ſaltem permittente Eccleſia, ut in tot aliis Sanctis accidiſſe, notiſſimum eſt. Miracula vetuſtiora ex codice Ms. ab Ughello accepta dedimus; an & quæ poſtmodum patrata ſint, an ſingularis aliquis ad Sancti reliquias concurſus fiat, an ſolemnior ſit ejus feſtivitas, nullæ prodiderunt tabulæ: unum hoc certi cultus indicium ſuppeditavit laudatus Italiæ ſacræ illuſtrator, quod jam dicta* VIII. *Julii ſub hac oratione invocetur*: Omnipotens mitiſſime Deus, qui beatum Hadrianum, confeſſorem tuum, pontificali & Apoſtolica dignitate ſublimaſti; quique illi cæleſti regni januam miſericorditer E aperuiſti, tribue, quæſumus, ut ejus piis interceſſionibus, & præſenti vitæ ſuffragia, & æterna præmia conſequi mereamur.

Geſta Sancti ex Ciaconio.

31 *De geſtis, cum non ſederit niſi anno* I. *menſ.* III. *& diebus* XIX. *pauca ſuperſunt, quæ non putavi aliunde tutius deſumi poſſe, quam ex Ciaconio & Oldoino. Erravit ille in eo, quod* Sanctum *hunc* Hadrianum ſepultum *crediderit* in baſilica S. Petri. *Ceterum recte, opinor, aſſerit* parria Romanum *fuiſſe*, Agapitum antea vocatum, *&* magnitudine animi cognomine Hadrianos æquaſſe. *Notatu digna ſunt, quæ ſubjungit.* Inſtantibus Principibus Romanis, *inquit*, initio pontificatus ſui, anno DCCCLXXXIV. tanti animi fuit, ut non dubitavarit potentiæ Imperatorum ſe opponere, & duo decreta ediderit, unum pro Romanorum libertate, ad ſenatum populumque Romanum, ne in creando Pontifice aut confeerando Imperatoris auctoritas exſpectaretur, utque libera eſſent & Cleri & populi ſuffragia, quod quidem inſtitutum, a Nicolao I. tentatum potius quam inchoatum fuit. F Alterum pro dignitate Italiæ, ut moriente Imperatora Carolo III. Craſſo ſine filiis, regnum Italicis Principibus, una cum titulo imperii traderetur. Sunt quidam hiſtorici & juris periti, qui hunc Pontificem, ob primum decretum, juris Imperatorii prædonem dicant; qui tamen in errore verſantur, cum ſua auctoritate retrahere juſte Hadrianus potuerit, quod, neceſſitate cogente, antea prædeceſſores ejus permiſerant. *Hæc Ciaconius.*

& ex Oldoino.

32 *Superaddit Oldoinus*, Hadrianum, ſancti prædeceſſoris veſtigiis inhærentem, execratum eſſe Photium, tamquam laicum, agentem Conſtantinopolitanæ eccleſiæ Patriarcham, *nec ullum prorſus* cum eo participaſſe communionis ſymbolum, quamvis ab Imperatore Græcorum Baſilio magnopere rogaretur. Baſilius autem Imperator ubi conſtantiam perſeverantem in ſingulis Romanis Pontificibus eſt intuitus, magna indignatione commotus, evomens, quam

in ſe

A in ſe diu continuerat, iram, hoſtiles plane ad Hadrianum litteras dedit, contumeliis plenas, quas tamen Romam ſero perlatas, poſt obitum Hadriani, Stephanus Papa ipſius ſucceſſor accepit. Scripſit hic Romanus Pontifex epiſtolas quaſdam, licet una dumtaxat reperiatur ad Baſilium Imperatorem, quæ exſtat in Synodo Univerſali VIII. apud Binium tomo 7. Conc. cum epiſtola ſynodali Duziacenſi ad Hadrianum; ad quem etiam ſcripſiſſe eodem anno, quo creatus eſt Pontifex, gratulatorias litteras, & alias commendatitias pro Carolomanno Francorum Rege, & pro defenſione Fratharii, Bituricenſis Archiepiſcopi, Fulconem Archiepiſcopum Rhemenſem, teſtatur Flodoardus in ejuſdem Fulconis vita. *De regiminis tempore, obitu & loco ſepulturæ jam ſatis dictum eſt: atque hiſce toti diſſertationi finem imponimus.* D Auct. I. B. S.

DE S. SUMMIVA VIRG. ET MARTYRE
CUM SOCIIS VEL SOCIABUS.
IN NORVEGIA.

Notitia ex Greveno.

J. B. S.

B VIII. JUL. SUmmivam, Sumnivam *ſeu* Sunivam *primus hoc die nobis ſuggeſſit Hermanus Greven in ſuis ad Uſuardum additamentis hoc modo*: Sunnivæ virginis & ſociorum ejus martyrum: qui de Hibernia egreſſi, in Norbegia coronas martyrii aſſecuti ſunt. *Hanc ante Grevenum nullis Martyrologio inſertam novimus; atque ex eo forte hauſiſſe certum eſt, Molanum, Caniſium, Ferrarium, & ſiqui alii ſum recentiores Martyrologi; ac præ ceteris Hiberni, quos inter noſter Henricus Fritzſimon, qui in primo ſua Sanctorum Hibernorum Kalendario* S. Summivam *præterierat, vel potius non noverat, in auctiori poſtmodum tabula eam* VIII. *Julii diſerte collocavit* cum ſeptem ſociis in Norvegia, *Caniſium citans, qui Sociorum numerum non magis expreſſit, quam Grevenus. In Menologio Scotico Dempſteri eadem exſtat falſa Caniſii citatio.* In Norvegia, Summivæ Virginis & ſeptem Sociarum, *quæ eſt alia prava interpretatio, cum non* Sociarum, *ſed* Sociorum *Germanice legat Caniſius.*

Eo Greveno a recentioribus acceptæ hauſerunt.

a Caſſiliano præterviſſe eſt.

a *Vidit hæc omnia, opinor, ſæpe nobis laudatus Claudius Caſtellanus, vulgo dictus Sanctorum reſſor diligentiſſimus, neque tamen auſus eſt* S. Summivam *aut ſolam aut cum ſociis Martyrologio ſuo Univerſali adſcribere, ea nimirum contentus, quod poſito nomine in indice generali, addideris litteram* O, *qua ſignificat, ſe talem omiſiſſe. Utut magna mihi ſit in his rebus viri iſtius auctoritas, nolui tamen judicio ejus acquieſcere; ſed confuſis aliis Septentrionalibus monumentis, tametſi Sanctam illam non repererim in Vita Aquilonia Joannis Vaſtovii, at certe ea inveni, quæ certo probent, in Svecia eam olim cum ſociis ſolemniori eccleſiaſtico cultu vere honoratam fuiſſe, ſub nomine* Sunivæ. *Eſt apud nos Miſſale perveruſtum, in Svecia olim uſitatum, quod Votivale appellavit Papebrochius, excuſum, ut characteres demonſtrant, ſub finem ſeculi* XV. *vel ſubſequentis initium, in cujus præfixo Kalendario clariſſime exprimuntur* VIII. *Julii* S. Sunivæ *nomen, eique ad eumdem diem loco ſuo aptatur Miſſa hujuſmodi:*

3 *Titulus eſt*; De ſancta Suniva Officium. *Introitus*, Vultum tuum deprecabuntur *&c. Oratio*: Supplicationibus noſtris, quæſumus omnipotens Deus, aures tuæ pietatis inclina, ut qui ſanctæ Sunivæ virginis & martyris ſociorumque ejus feſta recolimus, eorum muniamur præſidiis, & ab omnibus liberemur adverſis. *Epiſtola*, Sancti per fidem. *Graduale*, Glorioſus Deus in Sanctis ſuis. *Evangelium*, Simile eſt regnum cælorum decem Virginibus, *cum reliquas communi Virginum & Martyrum. Non facile crediderim, ex iſtiuſmodi Miſſali Aquilonari* S. Summivam *in Greveni notitiam perveniſſe, cum inde ſolus cultus innoteſcere potuerit, non vero adventus ex Hibernia in Norvegiam, ubi cum ſociis vel ſociabus martyrium ſubierit; quæ forte ex Breviario aliquo ejuſdem regni Suecici deſumi potuerint. An ſatis certæ fidei ſint tantur, non auſim equidem definire. Socios vero, an veriſimilius ſocias habuerit Virgines, ſitne ex Hibernia a barbaris aut piratis Norvegis abducta, ut Vitus infra teſtatur; a quibus & quomodo martyrio affecta fuerit, pluribus non inveſtigabo.*

E An vero cultus ejus eſſet ex Miſſali Suecico.

F De martyrio ejus minime omnino.

4 *Sat temporis, & forte nimium impendi, ut quærerem, qui rem obſcuriſſimam elucidaret: ſed fruſtra: nam altum ubique de* S. Summiva *& ſociis vel ſociabus martyribus ſilentium aut meræ tenebræ. Citatur in ſæpe dictis collectaneis manuſcriptis RR. PP. Minorum Hibernorum Lovanii noſter Stephanus Vitus, ut in Cornice deplumata Calidonia lib.* 1. *ita ſcriptum reliquerit.* S. Summiva Scota Hiberniæ virgo, quæ cum ſeptem ſociis virginibus Hibernis fuerunt a prædonibus tyrannis Normannis paganis captæ, delatæque in Norwegiam, ubi exemplo vitæ innocentis, & conſtantia conſervandæ caſtitatis, & miraculorum oſtenſione, ad Chriſtum convertit Norwegos aliquot. *Hæc quidem ſatis opportune excogitata ſunt, at magis placerent, ſi vetuſtiori aliquo teſtimonio firmarentur. Ceterum ex illis nil quidquam educitur, quo Sanctæ hujus, vel ſociorum aut ſociarum certa ætas, geſta, virtutes, aut miracula dignoſcantur, eadem a nobis illuſtrentur; ut proinde hic omnino ſiſtendum ſit.*

DE

DE S. ILLUMINATO EREMITA
APUD TIFERNUM TYBERINUM. IN UMBRIA ITALIÆ,

J. B. S.

Notitia ex Ferrario.

VIII. Jul. *Hic alter Sanctus est, cujus non solum incerta ætas & gesta, sed & patria ipsa, omnibus Martyrologis extra Ferrarii Catalogos ignotus, nullo peculiari cultu Tiferni, ubi corpus quiescere dicitur, honoratus; certe cujus natalem in tabulis istius ecclesiæ non annotari, testatur idem Ferrarius. In* B *Catalogo generali Tifernates ex Plinio distinguit, sic ut alii Tyberini sint, alii Metaurenses, de quibus hic pluribus agere, operæ pretium non est. Ad priores, hodie* Citta di Castello, *spectat* S. Illuminatus, *cujus Acta Mss. se vidisse asserit Ferrarius, qui interim in toto suo elogio bina ferme duntaxat miracula producit, ut ex sequentibus patet:* Illuminatus eremita in agro Tiphernate apud montem Albanum, ab urbe Tipherno ad IV. m. p. distantem, vitam asperam in ea montis excelsi solitudine duxit, Præcursoris normam imitatus, cum solis rebus agrestibus vesceretur. Quo in loco ecclesia sub ejus nomine olim exstabat; ea autem cum proximo pago diruta, dum corpus alio deferretur, puella, diu ab immundo spiritu agitata, ubi sacrum corpus attigisset, illico liberata est. Clericus etiam, toto corpore perfractus, eum decennio eam infirmitatem pas- E sus esset, ab avo suo ad beatum Illuminatum ductus, sanitatem consecutus est. *Præter hæc pauca, de hoc Sancto nihil repertum est.*

DE S. NOMIO SEU NUMMIO CONF.
PROPE VILLAM-PIROSAM INTER PARISIOS ET HOUDANUM.

J. B. S.

Notitia ex Martyrologiis.

VIII. Jul. *Primam hujus Sancti memoriam pro hoc die fecisse editio Usuardi Parisiensis, per Munieratum procurata anno* 1490. *his verbis:* In pago Pinciacensi, S. Nomii Confessoris. *Alius Usuardus auctior Reginæ Suec. sub num.* 428. *scripsit:* In pa- C go Pintiavensi, sancti Nunni Confessoris. *Molani additiones ad Usuardum legunt:* In pago Pinciacensi, sancti Nomii Martyris. *Legendum est, opinor, ut habent Munerat. & Mol., ut locus seu positio designetur non procul Poissiaco, (gall. Poissy) quem Baudrand explicat per* le Pinterais, qui est tractus Galliæ in diœcesi Carnotensi, verius Sequanam fluvium, cujus periere limites; & ejus sit tantum mentio, *inquit*, in actis mediæ ætatis, & in rebus ecclesiasticis illius diœcesis. *Rem paulo clarius distinxit Castellanus in Martyrologio Universali, in quo ad hanc diem sic habet:* Prope Villam-pirosam (*Villepreux*) inter Parisios & Houdanum S. Nummii Confessoris, *Hic rectissimus situs est, in mappis geographicis expressus, distans Parisiis Houdanum versus, milliariis gallicis circiter quinque.*

Aevocationibus Martyrologii signatis,

2 *Ibi reperio &* Villepreux & Saint Non, *quod est Sancti nomen gallicum, hoc eodem die relatum in Kalendario spirituali Parisiensi* (Almanach spirituel) *tamquam peculiari aliquo cultu in ea urbe honoratum.* S. Non conf. en Vexin: *in Vexino tractu insulæ Franciæ, cujus caput ajunt esse Pontisaram. Et hæc quidem omnia eidem nomini conveniunt, præterquam quod male a Molano* Martyr *appelletur. Verum quis Sanctus iste aut cujas fuerit, quando & in quo statu vixerit, quid egerit, quo tempore floruerit aut mortuus sit, quæro, qui mihi explicet. Parisios recurri, dubia proposui, lucem postulavi; nihil obtineri potuit. Saussayum ante frustra consulueram: nam dum is in Supplemento ad suum Martyrologium Gallicanum scribit:* In agro Leodiensi, Pinciacensi pago, natalis S. Nomii martyris, litteris inversis, a nonnullis sacris scriptoribus Monii nuncupati, potius laurea emeriti martyrii in morte, quam in vita rerum gestarum notitia clari: *dum inquam, hæc scribit, plane demonstrat, se nescire de quo Sancto hoc die agatur; nam Monius ille spectat ad* XVIII. *Octobris, quo die eum in indice generali retulit Castellanus, sed in textu omisit; forte quod vero cultu honoratum non crediderit, quod dicto die ex Molani Natalibus erit examinandum.*

Sitne hoc loco cultus, antea ignoratur.

D E

A D

DE S. GRIMBALDO ABBATE

WINTONIÆ IN ANGLIA.

SYLLOGE HISTORICA.

J. P.

§. I. Cultus S. Grimbaldi; elogia; patria; vitæ inſtitutum.

ANNO CMIII. AUT CMIV.

S. Grimbaldi cultus facer ex variis.

Sancti Grimbaldi *Abbatis cultus ſacer tum e Martyrologiis, tum ex aliis veterum ſcriptorum monumentis notiſſimus eſt ac teſtatiſſimus, tametſi in Romano Martyrologio præteritus. Talis fuit traditus a* Wilhelmo Malmesburienſi, *qui*, humatus, *inquit*, magna gloria ſanctus prædicatur & creditur. *Hunc ſecutus Matthæus Weſtmonaſterienſis, eum* magnæ ſanctitatis *virum prædicat. Conſonant Florentius Wigornienſis, & Iperius in Chronico cœnobii S. Bertini, quod Ms. habemus, cap.* 12. *ſcribens*, quod S. Grimbaldus eſt *ibidem* monachus effectus. *Refertur hoc die in codicibus Uſuardinis Antverpienſi Majore, Bruxellenſi, Aquicinctino, Altempſiano, & Lubeco-Colonienſi; de quibus conſule Uſuardum a paucis jam annis illuſtratum. Eodem ſanctitatis titulo honoratur in Legenda Sanctorum Angliæ, Capgravio attributa, Baronio ad ann.* 904. Wione, *Natalibus Sanctorum Belgii, Miræo in Faſtis, Dorganio, Ferrario, Matthæo, Menardo ac Bucelino. Plura, quæ huc ſpectant, dabunt Sancti elogia.*

B

Vide alium ex Benedictionali excerpto.

2 *Cultus ſacer plurimum ſtabilitur ex Benedictionali Roberti apud Mabillonem Act. Bened. Sec.* 5. *a pag.* 6. *ex monacho Gemeticenſi Archiepiſcopi Cantuarienſis, ſub annum* 1050. *quo in libro legitur*, Benedictio in natali S. Grimbaldi Confeſſoris, *qualis ſequitur*: Benedic, Domine, omnem hanc plebem, beatiſſimi Grimbaldi Confeſſoris ſolemnitate congregatam, atque fulgidis illius exemplis roboratam, cœleſtis beatitudinis albo fac dignanter eſſe adſcriptam. Amen. Quippe illum hodierna die ad cœleſtem eum tripudio evexiſti catervam, plebem hanc reſpice placatus, tibi ſubjectam, tantique interventu patroni, a peccatorum omnium ſqualoribus clementer concede ſore abſolutam. Amen. Sicque eos labentis ævi tranſigere tribue felicitatem, ut, cum in mundi defectu judex adveneris cunctorum, non eos collegio dampnes reorum, ſed omnium concives eſſe concede Sanctorum. Amen. Quod ipſe præſtare dignetur, cujus regnum & imperium ſine fine permanet.

C

Elogio deſumpto ex Legenda Sanctorum Angliæ,

3 *Legenda Sanctorum Angliæ jam memorata ſequenti præconio ſanctum Abbatem proſequitur*: S. Grimbaldum monachum, litteratura & cantu peritum, de partibus Galliæ accivit Rex Alfredus Weſtſaxonum, & conſtructo apud Wintoniam novo monaſterio, eum Abbatem conſtituit: qui, congregata monachorum caterva, Abbas & Doctor eorum venerabilis effectus, litteris & moribus diſcipulos inſtruxit. Eleemoſynis deditus, orationibus devotus, vigiliis aſſiduus, & omnibus bonis exemplis plenus, in ſenectute bona, VIII. Idus Julii terras reliquit, & pro operibus Deo placitis, præmia in cœlo recepit. Apud Wintoniam in monaſterio, ab eventu Hida vocato, corpus ejus in magna veneratione habetur. Floruit autem circa annum Domini DCCCLXXXVIII.

Sanſſayus,

4 *Sanſſayus in Martyrologio Gallicano ſic ejus laudes adornat*: Ipſo die (VIII. *Julii*) Sancti Grimbaldi, Abbatis & Confeſſoris, qui Teruanæ Morinorum oriundus, vix adhuc a puericia egreſſus, Bertinienſibus monachis apud Audomaropolim ſeſe adjunxit, ubi magnos pietatis & doctrinæ fructus cum edidiſſet, demum in Angliam trajecit, ab Alfredo, Weſtſaxonum Rege, ob claram ſanctitatis famam evocatus; a quo Abbas conſtitutus novi monaſterii apud Wintoniam, ingenti cum virtutum incremento, munus exorſus, ea laude peregit, qua commiſſo gregi tramite veræ felicitatis omni exemplo ſanctitatis propalato, eamdem ipſe apud Deum dignus ſupernæ mercedis repertus, fidus gratiæ cooperarius conſequi promeruit lauream.

E

Epiſtola Fulconis, Arch. hoc tempore,

5 *Non inelegans Viri elogium invenio apud Alfordum noſtrum in Annal. Angl. ad annum* 885. *deſumptum ex Fulconis, Archiepiſcopi Remenſis ut fertur, epiſtola, quam e Ms. codice Annalium Wintonienſium, qui liber de Hida appellatur, exſcripſiſſe ſe teſtatur. Exhibeo dictæ epiſtolæ fragmentum, reſciſſis aliis, huc non pertinentibus, brevitatis cauſa.* Unum a nobis ſpecialiter depoſcitis, Rex Alfrede, nomine Grimbaldum, ſacerdotem & monachum, ad hoc officium, *arcendi lupos a grege Domini*, & curæ paſtoralis regiminis præficiendum; cui utique teſtimonium perhibet univerſa eccleſia, quæ eum ab ineunte ætate nutrivit in vera fide & ſancta religione, & quæ illum per ſingulos gradus eccleſiaſtico more promovit uſque ad ſacerdotii dignitatem; digniſſimum eſſe illum proclamans pontificali honore & idoneum, qui poſſit & alios docere. Sed quoniam id in noſtro regno magis fieri optabamus, & olim, Chriſto annuente, opportunitate temporis adimplere diſponebamus, ſcilicet, ut quem habebamus filium fidelem, haberemus & miniſterii noſtri conſortem, & in omni utilitate eccleſiaſtica fidiſſimum adjutorem; non ſine ingenti, ut ita dixerimus, dolore patimur illum a nobis divelli, & per tanta ſpatia terrarum ac maris, a noſtris obtutibus ſeparari. Porro autem charitas non novit diſpendium, nec fides detrimentum, nullaque intercludunt intervalla terrarum, quos copulat veræ dilectionis vinculum; libentiſſime veſtræ petitioni annuimus, quibus nihil negare poſſumus.... Noſtrum igitur eſt, illum vobis canoniee concedere; veſtrum autem illum honorifice ſuſcipere.

F

6 Ea ſcilicet ratione atque tenore, tam ad glo-

A AUCT. J. P. *que ad Alfredum, Regem Anglo*

gloriam regni veſtri, quam ad honorem eccleſiæ & præſulatus noſtri, eum, ad vos mittendum cum ſuis electoribus, & cum nonnullis regni veſtri proceribus, vel optimatibus, tam epiſcopis ſcilicet, presbyteris, diaconibus, quam etiam religioſis, laicis, qui vobis viva voce, in præſentia totius eccleſiæ veſtræ profiteantur ac promittant, eum condigno honore ſe habituros omni tempore vitæ ſuæ; nec non decreta canonica, & functiones eccleſiaſticas ab Apoſtolis, & Apoſtolicis viris eccleſiis traditas; quæ tunc a nobis audire & poſtea ab eodem ſuo paſtore & doctore ſecundum formam, a nobis ſibi traditam, diſcere potuerint, cunctis diebus irrefragabiliter velle cuſtodire. Quod cum fecerint, divina benedictione & beati Remigii auctoritate per noſtrum miniſterium & impoſitionem manuum, more eccleſiaſtico decenter ordinatum, & in omnibus pleniſſime inſtructum, accipientes illum ſibi, cum debito honore deducent ad propriam

B ſedem, alacres & læti ipſi, omni tempore patrocinio illius fruituri, doctrinaque & exemplo ejus jugiter inſtruendi.

Data ſunt; ſed forte non ſuchonpiſta)

7 *Et paucis interjectis, ita pergit:* Illius (*Grimbaldi*) *erit* paſtorali ſolertia ſibi commiſſorum ſaluti ſemper conſulere, & poſt ſe univerſos potius amore trahere, quam terrore cogere. *Hactenus fragmentum epiſtolæ, quam Alſordus, tametſi de illa Flodoardus non meminerit, adjudicandam cenſet Fulconi, ad annum prædictum*, nam. 13. *Mirum accidit, in eodem fieri mentionem, ſi quis attenderit ad totum contextum, quod miſſus fuerit* S. Grimbaldus *a Fulcone*, curæ, *ut ibidem dicitur*, paſtoralis regiminis præficiendus, digniſſimus pontificali honore; *quod per* impoſitionem manuum more eccleſiaſtico decenter ordinatus, cum debito honore deducendus ad propriam ſedem, *referatur. Verum, an videtur illa epiſtola tam eſſe authentica, ut omni ſuſpicione vacet? Quæ* S. Grimbaldum *epiſcopum facit; qualis alibi a nullo agnoſcitur; de qua epiſtola ne vel ad umbram meminit Flodoardus, qui plurimas tamen refert a Falcone ſcriptas ad Romanos Pontifices Marinum,*

C *Adrianum, Formoſum & alios; ad Imperatores etiam ac Reges; quin vel ad ipſum Alfredum, de quo hic agitur, quem corrupte* Albradum *vocat; ad Epiſcopos etiam, & ad ipſum quoque Plegmundum Cantuarienſem, perperam Plecmici nomine nuncupatum, Mirum foret, in tanto numero ſcriptarum litterarum Fulconis, ab Auctore, qui proximus illis temporibus vixerit, tam accurate ac diſtincte relatarum, haſce unas fuiſſe præterminſſas, ſi unquam exitiſſent in rerum natura. Quid ſi pro privato affectu illas compoſuerit aliquis, & Annalibus Wintonienſibus inſeruerit? Nec obſtat, quod Harpſfeldius harum litterarum meminerit, earumque compendium referat ſec. 9. cap. 10. recentior quippe eſt illa auctor, quam ut prætenſæ epiſtolæ irrefragabilem auctoritatem conſiliare queat.*

Annalibus Wintonienſibus:

8 *Illuſtria plane ſunt, quæ idem Alſordus eodem anno e nominatis Annalibus in laudem ſancti Confeſſoris edidit in hæc verba:* Anno igitur ab Incarnatione Domini DCCCLXXXV. juſſu Fulconis, Remenſis Archiepiſcopi, pariterque rogatu proprii Abbatis, ſanctiſſimus Domini Confeſſor Grimbaldus, exemplo beatiſſimi patriarchæ Abrahæ, egrediens de terra & cognatione ſua, Anglicam terram ingreditur, ubi in D gentem excrevit magnam, ubi fœcundæ doctrinæ fructificare meruit multiplici ſatione, & in filiorum multorum ſpiritualium propagatione gaudere. Rumor præterea de tanti Patria exoptato adventu, ad aures ſereniſſimi Principis Alfredi ac ſummi Pontificis Anglorum nec non Patriarchæ Cantuarienſis Ethelredi Archiepiſcopi deveniens; procedunt concite ambo, Rex & ſummus ſacerdos & regni nobiles, in unum conglobati, in occurſum Viri Dei, & eum, non quaſi hominem, ſed quaſi Angelum Dei ſuſcipiunt.

Cambdeno, & Aſſero teſte eum laud.

9 *Apud Cambdenum in deſcriptione Oxonii, citantem verba veterum Annalium Novi monaſterii Wintonienſis, vocatur* ſanctus Grimbaldus ſacræ Paginæ ſuaviſſimæ dulcedinis excellentiſſimus profeſſor .... vir acutiſſimi ingenii & undecumque doctiſſimus. *Aſſerus, teſtis oculatus, in libro de geſtis Alfredi Regis apud Mabilionem, breviter quidem ſed honorifice ipſum laudat, dicens, Regem Alfredum* advocaſſe E *Gallia in Angliam* Grimbaldum, ſacerdotem & monachum, venerabilem videlicet virum, cantorem optimum, & omni modo eccleſiaſticis diſciplinis & divina ſcriptura eruditiſſimum, & omnibus bonis honoribus ornatum. *Ne longior ſim, concludo eu dictis, ſanctum Abbatem variis ingenii, eruditionis, vitæque ac morum integritatis dotibus enituiſſe, non ſecus ac fidus inter viros ſua ætate præſtantes ſapientiæ laude ac probitatis.*

S. Grimbaldi de patria.

10 *Felix enimvero patria, quæ tantum virum genuit! At quænam patria ipſius fuit? Miranus in Faſtis ſcribit*, natum Tornaci Nerviorum, aut, ut alii volunt, Teruanæ Morinorum. *Sanſſayus, ut ſupra jam retulimus, eum* Teruanenſem *facit. Talis quoque audit in elegio apud Molanum in Natal. Ferrarius hac die, Meyerus lib. 2. Annal Fland. ad annum 903. Wion & Bucelinus in Menol. Bened. aſſerunt* Tornacenſem, *cum Molano in Indiculo Sanctorum Belgii pag. 34. Wilhelmus Malmesburienſis lib. 2. de Geſtis Pont. Angl. pag. 246. nominat illum* Flandrenſem, *atque ex illo Ceguatus lib. 3. Annal. Tornacenſ. pag. 3. denique cum utroque facit Malbrancus* F *lib. 5. de Morinis, pag. 230. ubi, poſtquam probaſſet* S. Grimbaldum *in Morinis ortum, maleque ab aliquibus accipi Tornacum pro Tornabemo Morinenſi, uti & Taruannam, Morinorum archipolim pro* Tarvanna *ſeu Paulopoli, poſtea concludit, videri poſſe dici* S. Grimbaldum Teruanenſem, *ſed etiam Tornabemenſem extitiſſe, eumque*, quem genere illuſtrem volunt, originis ſuæ claritudinem ab Attonis, Bononiæ Comitis, liberis, quos, *inquit*, ab Carolo Magno turris Ordantis Barones narravimus inſtitutos, accerſere, cum ad navalium & portuum cuſtodiam videantur deſtinati. Cum vero parens Teruannæ forſan honorificam gereret præfecturam, contigit Grimbaldum illic natale ſuum iniiſſe.

Defectum antiqua Vita,

11 *Talis autem fuit geſtorum a beatiſſimo Viro continuata ſeries, ut meruerit difertum præconem, qui ea ab antiquis temporibus ſcripto commendans, ad poſteros tranſmitteret, & ab oblivionis tenebris vindicaret. Tradit Iperius extitiſſe de ipſo Legendam; verba Iperii dabo jam mox. Teſtatur Molanus, non in Indiculo, uti vult Mabilo, ſed in Natalibus Sanctorum Belgii, vitam ejus*

ſcri-

A *ſcriptam fuiſſe a Goſſelino, Monacho Bertinenſi, cum hoc exordio :* Urbs Morinorum. *Illam integram non magis videro mihi licuit, quam Maibewin ac Mabilloni poſſ Molanum. Quamobrem aliunde ſupplenda nobis erit hæc jactura, convenendo epitomen rerum præcipuarum, ab ipſo geſtarum. Ac primo quidem de infantia ejus ſic loquitur in elogio, quod* ex Gotzelino, Chronicis D. Bertini, & Legenda Sanctorum Angliæ *concinnatum dicitur apud Molanum in Natalibus Sanctorum Belgii ; quibus conſonans ea, quæ habet Malbrancus lib.* 5. *pag.* 230. *in hæc verba :* Urbs Morinorum quondam ampla & antiquis titulis opum & bellorum inclyta, illuſtrior nunc eſt Confeſſoris Chriſti, *Grimbaldi*, genitura. Siquidem a ſeptenni infantia, ſuis annis fortior ac prudentior, monaſterium præoptavit.

continetur ſyllogo hiſtorica ; in qua de ejus educatione monaſtica

B 12 *Educatio Sancti monaſtica traditur apud Molanum in prædicto elogio, ubi dicitur* ſuſceptus eſſe & ſancti Samuelis ſacrificio ſacratus in cœnobiali divi Bertini gremio, ſub patrocinio clavigeri Petri. *Diſtinctius rem deſcribit Iperius, veſtitam nonnullis adjunctis ; quæ in Chronico, quod, ut dixi, Ms. habemus, ad annum* 834. *relato obitu Fridogiſi, Abbatis* XI. *Bertinenſis, narrat ei,* ſucceſſiſſe Hugonem, hujus loci Abbatem XII. filium Imperatoris & Francorum Regis Caroli Magni... Hic Abbas, regiminis ſui anno primo, juvenem elegantiſſimum, beatum Grimbaldum, recepit & ſtuduit hujus monaſterii monachum, qui, qualiter & quantum profecerit, teſtatur ejus Legenda ; (*Ergo, ut mox inſinuavimus, Legenda de ipſo ſcripta fuit*) quam de ipſo canimus in eccleſia Dei. *Atque hunc ſtatuo do anno natali* S. Grimbaldi, *qui fuerit circiter* 815. *monaſterium ingreſſi anno circiter ætatis* 19. *& ab Hugone admiſſi anno* 834.

probitate ac virtute ;

13 *Quam inſignem vero ſe probarit monachum, quam in virtute adoleverit, & tandem excreverit in virum perfectum, traditur in eodem elogio apud Molanum ; nam* ſacratiſſimis inſtitutionibus in ſpem cœleſtium, in virum perfectum, in gaudium coaluit Angelorum. Sed quis omnem virtutum ejus ſeriem percurrat ? Quam melliflua, benignus, amabilis fuerit ; quam ardens cœleſtibus deſideriis terrena quæque tranſcenderit ; ut ſacris lectionibus & orationibus aſſiduis invigilaverit, corpus caſtigaverit, bellum aereis poteſtatibus indixerit, arma totius innocentiæ tulerit, monaſterialis obedientiæ exemplar effulſerit : a ſingulis ſinguli operum beneficia æmulando acceperit. Sacerdotii ſui dignitatem auctoritate decorabat, humilitate modificabat.

C

præpoſitura, miſſus ad regem Galliæ pro quæſtorio ſtatuendo,

14 *Quid ? quod tantam ſibi inter ſuos veneration. æſtimationemque conciliarit, ut ad præpoſituram electus, atque ad munera velle adminiſtrare, miſſus fuerit ad Regem Galliæ, cum eo tractaturus de re ſummi momenti, ad monaſterium S. Bertini ſpectante ; ſicut diſcimus ex Iperio, cap.* 20. *ubi ſic narrat :* S. Fulco, Remorum Archiepiſcopus, dudum Abbas noſter, *id eſt monaſterii S. Bertini*, nunc hujus *ejuſdem* loci Abbas vigeſimo loco reaſſumptus eſt per hunc modum. Balduinus Catus, Flandriæ Comes, filius Balduini Ferrei, hanc abbatiam vacantem habere geſtiens, Regem juvenem Carolum adiit, ut, ſi poſſet, obtineret. Quod ſentientes monachi, beatum Grimbaldum, tunc hujus loci monachum & Præpoſitum, ad Regem dirigunt, ad hoc, ſi poſſent, omnimodis evacuandum. Qui cum Comes in itinere invenit ; quo tenderet, inquirit. Qui, cum reſponderet, ſe Regem expetere velle : dixit Comes, ſe hanc abbatiam bene poſſe obtinere, ſi ſibi monachi non obſtarent ; ſicque receſſum eſt. Beatus Grimbaldus ad Regem perveniens, beatum Archipræſulem Fulconem ibi reperit ; cui monachorum verba propoſuit, omnes ſcilicet unanimiter ſe locum velle deſerere ; quia religioſus & ſacer locus imb laicali redigeretur poteſtate, poſtulans, ut Regem expeteret, nec hoc fieri permitteret in ſuo regni tempore. Archiepiſcopus condolens, & memor antiquæ dilectionis, cum Grimbaldo Regem adiit, ſupplicationem & verba monachorum expoſuit. Rex vero annuens, per firmam electionem eidem Archiepiſcopo Fulconi abbatiam hanc regendam commiſit anno Domini DCCCXCIII. *Porro, quanta dexteritate hanc pro Sithienſibus legationem obierit* Grimbaldus *Præpoſitus ; quam fortiter perorarit ad Balduinum revocandum ; quam, Fulcone a Rege Bervinenſium Abbate juſſo, monachis illis gratus acciderit ejus reditus, exponit Malbrancus lib.* 7. *cap.* 2.

D

E

aliiſque dotibus exornata ;

15 *His adde elogium è Molano ; unde pateat, ſpectam Præpoſiti a* S. Grimbaldo *ſummæ cum laude obitam & exornatam fuiſſe. Itaque, poſtquam ibi diebus fuerat*, omnium votiva prece rerum monaſterii Præpoſitus conſtitutus, *adjungitur, quod eſſet* prudentia & facundia clariſſimus, æquitate & pietate ſolidiſſimus : nihil ſibi in tertis theſaurizans, ſed fratribus, ſed eccleſiæ, ſed egenis & hoſpitibus adminiſtrans, ut animal oculis undique plenum, cuncta proſpiciens. Tam benigna vero erant in eo charitatis viſcera, ut domeſticorum quorumdam mores tolerare maluerit, quam eos ejicere, commendans Domino tempus diſpenſationis, qua corrigeret eccleſiam ſuam ; quod per beati Præſulis Adelwoldi inſtantiam factum eſſe conſtat. *Planum igitur fit ex dictis, ſanctum Virum variis ingenii, eruditionis ac probitatis dotibus enituiſſe. Atque hæc quidem de vitæ ejus inſtituto ; circa quod duo alia puncta ſe offerunt, quæ proximo paragrapho diſcutiemus.*

F

§. II. An S. Grimbaldus fuerit Cancellarius ; unusne, an duo Grimbaldi æquales ?

S. Grimbaldum Cancellarium fuiſſe, ex poterat ex Mabillone ?

CAncellarii munere functum fuiſſe S. Grimbaldum *refert Mabilio ſe invenisse* in quadam charta Rodini cujuſdam, qui prædia nonnulla pagi Ambianenſis in Sana-terra Sithienſibus tradidit, *his verbis :* Actum in monaſterio Sithin, in eccleſia S. Petri, anno 1. Caroli Magni Imperatoris, cognomento Craſſi, VI. Idus Septembris. Grimbaldus ſacerdos & monachus ſcripſit. *Atque ita haberi aſſerit præfectus Auctor apud Folquinum in Hiſtoria Sithienſi ſub Roduſfo abbate ; idque cenſet contigiſſe ad annum* 881. *obſervatio illi calculo obſtare contextum Rodini, cui, ſi quis inſiſtat, dicere conſequenter ipſum debere, Rodini donationem factam an.* 885. *Verum quia ſecundum opinionem ipſius* Grimbaldus *in Angliam ſe recepit anno* 883. *unum e duo-*

A AUCT. J. P. *bus aſſerendum cenſet*, aut Grimbaldum, qui prædictum inſtrumentum ſcripſit, alium eſſe a Grimbaldo, de quo nunc agimus; aut certe inſtrumenti, ab eo ſcripti, characteres ad annum 881. qui primus Caroli in Italia fuit, referendos eſſe. *Sed præterquam quod ex hoc loco videatur obſcurius elici munus Cancellarii, de quo loquimur (ſi quidem ullo modo inde exundi poſſit. Quid enim vetat ſimilia inſtrumenta ſubnotari ab iis, qui Cancellarii non ſunt?) videtur inſuper numerus Grimbaldorum nimium multiplicari; quibus duobus, ſi adjungas alterum, noſtro æqualem, a Mabilione adſtructum, ut dicetur paulo poſt; jam habebis duos ex tribus Grimbaldos, eamdem inter ſe ſimiles, quam ut ſimul ambo in hujuſmodi temporum adjunctis eos vixiſſe, credibile ſit; prout de illis diſputabitur jam mox.*

An ex Anonymo apud Uſſerium? 17 *Aſſeritur expreſſius prædictum Cancellarii officium ab Anonymo apud Uſſerium in Indice Chronol. pag. 1175. ex notula*, quam ad marginem libri VI. Polychronici Ranulphi Caſtrenſis, B manu ſatis antiqua appoſitam, in membranis Thomæ Alani Oxonienſis, *reperiſſe ſe dicit, quæ ita habet:* Grimbaldus, præſente victoriosiſſimo Alfredo, ceteriſque regni Magnatibus in Univerſitate Oxon. legit primo lectionem ſcholaſticam, qui paulo ante fuit Pariſienſis Cancellarius. *Anonymi nota ad verba Ranulfi, ubi de* Grimbaldo *ſit mentio, paulo aliter ſonat apud Aſſerdum, ad annum 886. & non ſemel duntaxat, ſed bis, ipſum id muneris adminiſtraſſe, refert, ſemel nimirum* in Univerſitate Oxonienſi, *ſemel Pariſiis, cum memoraretur*, paulo ante fuiſſe Cancellarius Pariſienſis. *Aſſi opinionem hanc refellit idem Aſſerdus, ex eo præſertim, quod* ille honoris & prærogativæ titulus, necdum in latino orbe natus eſſet, ſicut nec Univerſitatis nomen, eo ſenſu, quem hodie pro Academia ſumimus.

Si a munus ipſi abjudicatur. 18 *Enimvero* Univerſitatis *nomen pro* ſchola publica *invaluiſſe circa Henrici III. tempora, notavit Cambdenus, agens de Oxonia, & ex eo Uſſerius in Primordiis pag. 342. Utut eſt: videtur ſatis everti munus Cancellarii, quod prætenditur in notula dicta geſtum a* S. Grimbaldo, *partim* C *ex ante dictis quoad laudes ejus ac vitæ inſtitutionem, ubi altum de hac re eſt ſilentium; partim ex debilitate & infirmitate unius notulæ, ab incerto auctore Ranulfi verbis adjectæ, tacentibus aliis ſcripteribus, qui ex inſtituto agunt de rebus geſtis a* S. Grimbaldo. *Nihil itaque ſatis firmi hic occurrit, ut hanc dignitatem ipſi attribuendam cenſeamus.*

Diſſuaſionis datio ea duobus Grimbaldis qualibus 19 *Numquam mihi incidiſſet ſuſpicio, an due eodem tempore, in eodem monaſterio Bertiniano, eadem famæ celebritate, eadem ſanctitate morum,* Grimbaldi *convixerint, in eadem ambo Anglia mortui. Ecquis enim credat, tot notas individuales, ut loquuntur Philoſophi, plus quam uni eidemque individuæ perſonæ convenire poſſe? Itaque de duplici* Grimbaldo, *ſupra fidem utrimque æquali, nihil cogitans, incido in locum Mabilionis, tomo 3. Annal. Benedict. a pag. 240. ubi priorem ſuam de unico tantum* Grimbaldo *monacho opinionem, retractat & corrigis. Rectene, an ſecus; & an ſecundæ curæ exactiores fuerint, quam primæ, diſcutiamus. Sic itaque habet loco citato:* Exiſtimavi aliquando hunc eſſe Grimbaldum monachum (*de illo Grimbalde, qui ſubſcripſit chartæ donationis, de qua initio hujus paragraphi, hic ſermo eſt*) quem ex Sithienſi monaſterio Ælfredus rex in Brittanniam invitavit ad reſtituendum in illa inſula ſtudium litterarum. At re maturius conſiderata, viſum eſt duos diſtinguere ejuſdem nominis Sithienſes monachos, ſibi æquales, quorum unus ab Ælfredo accerſitus ſit in Angliam; alter Præpoſiti officio functus apud Sithienſes uſque ad necem Fulconis, Archiepiſcopi Remenſis; quo interfecto, ipſe in eamdem inſulam confugerit, ad vitandum furorem eorum, qui manus injecerant in Fulconem, ab ipſo rogatum, ad capeſſendum denuo regimen abbatiæ Bertinianæ. D

accerſitorum ſecus Mabilio, duos aſſerens 20 *Deinde interjectis nonnullis de* S. Grimbaldo *noſtro, quem ad diſtinctionem alterius, Majorem vocat; negat ei convenire id, quod Mabilonius ait, nimirum non eum Præpoſiti officium in monaſterio Bertiniano geſſiſſe, non abbatis munus poſt Rodulfi obitum recuſaſſe, nec Regi Galliæ auctorem fuiſſe, ut Fulco, Archiepiſcopus Remenſis, hanc præfecturam denuo reſumeret.* Nam, *inquit*, hæc alteri Grimbaldo convenire conſtat: cum eo tempore Grimbaldus Major Wintonienſem abbatiam in Anglia regeret. *Et poſt pauca de miſſione ejus in Angliam accitu regis Alfredi, ſic proſequitur:* Grimbaldum è Sithienſi monaſterio accitum fuiſſe conſtat, & quidem a Fulcone Abbate, aut a Rudolfo, ejus ſucceſſore miſſum. Si a Fulcone Abbate; id factum oportuit haud ſerius anno præcedente LXXXII. *poſt octingenteſimum*, quo Fulco Abbas in locum Hincmari Archiepiſcopi ſuffectus eſt. Neque porro id differri poteſt ad ſecundam Fulconis jam Archiepiſcopi præfecturam poſt mortem Rodulfi Abbatis, quæ accidit anno DCCCLXXXVIII. Quo tempore Grimbaldus ſine dubio in Britannia verſabatur. Siquidem anno DCCCXXXVI. teſte Aſſero, exorta eſt infauſta Oxoniæ diſcordia, *mox verbatim referenda, quæ* orta fuit poſt tres minimum annos, quam Grimbaldus eo acceſſerat. Quippe ex ipſo Aſſero, per tres annos haud magna inter *diſcordes* fuerat diſſenſio, occultum tamen fuit odium, quod ſumma eum atrocitate poſtea erupit. *Unde concludit*, vel ſuperiori vel certe præſenti anno, *id eſt* 882. *vel* 883. hanc miſſionem factam F eſſe.

cujus ratiocinationis propoſitio 21 *Ita ratiocinatur Mabilio. Tota vere ratiocinationis vis eo redit, ut probet, quo tempore* Grimbaldus *Præpoſitus oratorem egit in Gallia, ne electio abbatis devolveretur ad peteſtatem ſecularem, tum temporis* Grimbaldum *Majorem, extitiſſe in Anglia, & quidem Wintonienſem Abbatem. Hujus argumenti Achilles penitur ex loco Aſſeri, ubi agitur de diſcordia Oxonienſes inter & Grimbaldum Majorem (tantiſper & nos ita ipſum appellemus diſtinctionis gratia.) Intelligo. At quid ſi locus ille ſit ſubleſtæ fidei, quid ſi ineptus & male cohærens; quid ſi fragmentum genuino Aſſeri textui aliunde perperam aſſutum? Locus, tametſi paulo longior, integer fere hic eſt præferendus, ut de ejuſdem valore ex æquo ſtatui queat, tota rei controverſia hinc dependente. Aſſerdus ad annum 886. num. 17. citans in margine Aſſerum fol. 16.* qui nuper eum impreſſerunt, *inquit*, ita eum loquentem faciunt ad hunc annum. *Verba ſunt ſequentia:* Eodem anno exorta eſt peſſima ac teterrima Oxoniæ diſcordia inter Grimbaldum, doctiſſimoſque illos viros, quos ſecum illuc adduxit,

A duxit, & veteres illos ſcholaſticos, quos ibidem inveniſſet, qui ejus adventu leges, modos ac prælegendi formulas, ab eodem Grimbaldo inſtitutas, nmni ex parte amplecti recuſabant. Per tres annos haud magna fuerat inter eos diſſenſio, occultum tamen fuit odium, quod ſumma cum atrocitate poſtea erupit, ipſe erat luce clarius.

expoſitio eor. 22 Quod, ut ſedaret Rex ille inviĉtiſſimus Ælfredus, de diſſidio eo, nuntio & querimonia Grymbaldi certior factus, Oxoniam ſe contulit, ut finem modumque huic controverſiæ imponeret.... Veteres illi ſcholaſtici contendebant, antequam Grymbaldus Oxoniam deveniſſet, litteras illic paſſim floruiſſe, etiamſi ſcholares tunc temporis erant numero pauciores, quam priſcis temporibus; plerique nimirum ſævitia & tyrannide paganorum expulſis, idque indubitato veterum Annalium teſtimonio, illius loci ordines ee inſtitute, e nonnullis piis & eruditis hominibus fuiſſe haucita; ut a D. Gilda, Melkino, Nennio, Kentigerno, & B aliis, qui omnes litteris illic conſenuerunt.... ac D. quoque Germanum Oxoniam adveniſſe, annique dimidium illic eſſe moratum, quo tempore per Brittaniam iter fecit, adverſus Pelagianorum hæreſes concionaturus; ordines & inſtituta ſupra mirum in modum comprobavit. *Tum referatur Rex utramque partem hortatus*, ut mutuam inter ſe conjunctionem & concordiam tuerentur... At Grymbaldus... ſtatim ad monaſterium Wintonienſe, ab Ælfredo recens fundatum, proficiſcebatur. Deinde tumbam Wintoniam transferri curavit, in qua propoſuerat poſt hujus vitæ curriculum, oſſa ſua reponenda, in teſtudine, quæ erat facta ſubter cancellum eccleſiæ D. Petri in Oxonia. Quem quidem eccleſiam idem Grymbaldus exſtruxerat ab ipſo fundamento, de ſaxo, ſumma cura perpolito.

ac dilucide ſatis 23 *Locum hunc merito multis impugnat dictus Aſſordus: ac mirum ait, Aſſerum tam ex abrupto de diſcordia illa locutum, cum nullam alias aut ſcholæ Oxonienſis, aut academiæ ibidem fundatæ fecerit mentionem. Deinde, quomodo lis illa anno 885. nata, & jam ante triennium occulte concepta fuerit;* C eum non ſolum, *inquit*, ſuperius *apud ſe* dicta, ſed Cambdenus ipſe, Wintonienſes Annales citans, probent, Grimbaldum non niſi ſuperiore anno *videlicet* 885. in Angliam veniſſe? *Addit, qui* fieri potuerit in tanta Danorum vaſtitate *& graſſatione in Mercionum provincias, eccleſias, monachos*, ut eruditis illis ſcholaſticis parcitum ſit, permiſſumque muſis vacare? *Quæris præterea*, quis illos docuerit? Sub quorum magiſtrorum diſcipline ſtuduerint? *Fatentibus Auctoribus*, illos omnes exauĉturaſſe Alfredum, & novos ſubſtituiſſe. *Loci ſæpe dicti auctoritatem enervat inſuper ex nominibus propriis virorum quatuor, ibidem fabuloſe inſertis.* Quod ad pios, *inquit*, & eruditos viros attinet, Gildam, Nennium, Kentigernum atque Melkioum, qui indubitato veterum Annalium teſtimonio, Oxonii in ſtudiis conſenuerunt.... ſatis aperte fucus primis etiam oculis apparebit. Nam Gildæ utriuſque, Albanii, inquam & ſenioris; Baldonici etiam & Junioris exordia, profectiones, ſtudie, ſenium denique & ultimam vitæ periodum inſpeximus ſupra (*aſſignatis ad marginem annis* 508. 509. 512. *pro Gilda Albanio; pro Badonico autem annis* 540. 562. *&* 583.) ex omnium, quos invenire potuimus, Annalium fide; & numquam eos vel Oxonii ſtudentes, vel in illa Dobunorum provincia viventes, vidimus.

24 Peri diligentia Kentigerni itinera legimus, ejus incunabula, pueritiam, juventutem, ſtudia etiem & ſtudiorum locum exploravimus; & nullum ejus Oxonii veſtigium apparuit, Nennius & Melkinus obſcuriores ſunt, nec poſſumus eos tam accurate ſequi. Qui tamen de illis eut dixerunt, aut ſcripſerunt aliquid (nam inter Britanniæ ſcriptores numerantur) numquam Oxonii, nedum quod ibi conſenuerint, meminerunt. *Quin imo*, quia eorum unus Banchorenſis, alter Avalonius cognominatur; *in illis potius cœnobiis vixiſſe*, ſtuduiſſe, docuiſſe & denique conſenuiſſe videri, *ait, productâ congruentiâ, quæ id ſuadeat. Denique illud, quod additur de* Grimbaldo, *ad Wintonienſe monaſterium deducto a Rege Alfredo, quod recens fundaverat, dicit, non conſtare cum Annalibus ejuſdem monaſterii, ita enuntiantibus:* In vigeſimo nono enno & ultimn regni ſui (proh dolor!) E primitus ſancto viro Grimbaldo ſuum Rex clementiſſimus aperuit conſilium, & ſuam primitus expreſſit voluntetem de enſtructione cœnubii in urbe Wentana: ſed prævenius morte piiſſimus Rex, votum diutius cupitum explere non potuit. Cujus mortem ſanctiſſimus Pater Grimbaldus affliĉtione flevit incomparabili. Sed prædiĉtus nobilis ac glorioſus Princeps Alfredus, ante mortem imminentem, terram pro capella & dormitorio emit, & filio ſuo Edoardo pro teſtamento legavit, ut monaſterium a patre, per plurima annorum cutricula præcogitatum, complere & fundare non tepeſceret. *Conſer hæc cum fragmento pſeudo-Aſſeriano, & videbis* Grimbaldum *a Alfredo deductum fuiſſe ad monaſterium, quod tum temporis nondum erat in rerum natura.*

25 *Si quis itaque has fragmenti ineptias expendere voluerit, non improbabit concluſionem Aſſordi, ita loquentis:* Ob hæc ἀσύστατα καὶ ἄτοπα, quæ in prædicta narratione continentur, merito aliqui dubitarunt, an genuinus Aſſeri partus eſſet, an vero ſuppoſititius & adulterinus. Jacobus Uſſerius cum ea ex Aſſero recitaſſet, erraticum fragmentum vocat, & ejus operi inſertum; doletque Cembdenum, uni exemplari Ms. quod numquam viderat, edeo fidem adhibuiſſe, ut curaverit illud Francufurtenſi impreſſioni ioſeri. *Alde corollarii loco ex eodem Uſſerio pag.* 342. antiquiſſimum antigraphum, ſi non ipſius (quod omnino videtur) Aſſerii, certe proximis ab eo temporibus, charaĉteribus Saxonicis exaratum, adhuc io Cottoniana bibliotheca conſervetur; in quo iſtorum omnium neque volam extare, neque veſtigium, *affirmat.*

26 *Jam vero ut revertamur ad* Grimbaldum, *unde tantiſper digreſſi ſumus, unumne an duos æquales; cum vacillet fragmentum, cui tamquam fundamento duos boſce* Grimbaldos *ſuperædificavit Mabilio, ipſa etiam eorum duplicatio vacillet, neceſſe eſt, niſi aliunde fulciatur, & quidem tam certis & irrefragabilibus rationibus, ut aſſenſum non tam eliciant, quam extorqueant; nimis multis adjunctis plane ſimilibus hic concurrentibus, qualia ſunt idem nomen, eadem ætas, idem vitæ inſti-*

A AUCT. J. P.

inſtitutum, idem inſtituti monaſterium, eadem rerum agendarum dexteritas, eadem vitæ ſanctitas, idem mortis locus, quam ut omnia hæc in diverſis perſonis concurrere potuiſſe, fiat veriſimile aut credibile; aut vero admittendum ſine urgentiſſima neceſſitate. Magis itaque propendeo, ut credam, unum unicum eodem tempore in eodem monaſterio extitiſſe Grimbaldum, *non admiſſo altero, ei tam æquali.*

Dexteritas objectionis jus

27 *Quid enim piaculi eſt, differre adventum* Grimbaldi *in Angliam, ſecus ac cenſet Mabilio, in annum* 888. *quo ſecunda vice præfecturam monaſterii Bertiniani adminiſtrabat Fulco, ſimul Archiepiſcopus Remenſis, & ſimul iterum Abbas? Enimvero miſſum eſſe* Grimbaldum *in Angliam eo tempore, quo Fulco admotus erat cathedræ Remenſi, conficitur ex qualiquali epiſtola, ad Regem Alfredum data, cujus fragmentum dedimus n. 5. in cujus epiſtolæ exordio præfatur, ſe ſcribere, dum eſſet Archiepiſcopus. Audi ejus verba:* Gloriosiſſimo ac Chriſtianiſſimo Regi Anglorum Alfredo, Folco, gratia Dei Rhemorum Archiepiſcopus, *&c. Nec videtur improbabile, quod una tunc fueris Abbas; adeoque quod epiſtolam iſtam ſcripſeris (ſi tamen umquam ſcripſeris) quando ſecunda vice monaſterii Bertiniani præfecturam adminiſtrabat. Quorſum enim ſpectant iſta verba?* Non ſine ingenti, ut ita dixerimus, dolore, patimur illum *Grimbaldum* a nobis divelli, & a noſtris obtutibus ſeparari... libentiſſime veſtræ petitioni annuimus ... Noſtrum eſt illum vobis canonice concedere. *Scio reſponderi poſſe cum Alfordo ad annum* 885. *n.* 7. itum eſſe ad Fulconem, Remenſem Antiſtitem, qui Hincmaro ſucceſſerat, penes quem in monachos *Sithienſes* erat ſumma poteſtas; atque regiis litteris, nuntiis & muneribus idem ab eo poſtulatum.

B

In hac materia

28 *Si præplacet opinio, quæ anno* 885. *ut habent Annales Wintonienſes & poſt illos Alfordus, adventum* S. Grimbaldi *in Angliam figit, non repugno; modo ne duos intrudas* Grimbaldos, *ſoepe præter omnem veroſimilitudinem undequaque ſimillimos, neque* Grimbaldum *Præpoſitum ad S. Bertinum a noſtro* Grimbaldo *diſtinguas. Enimvero unum unicum* S. Grimbaldum, C *eumque Præpoſitum agnovit Iperius; talem agnovit Molanus in elogio ſuperiore, talem Malbrancus de Morinis lib. 7. pag. 401, talem Alfordus ex Annalibus Wintonienſibus, ſcribens ad an.* 885. *num. 4. talem haud dubie ſcriptores alii, quorum nulli, ut opinor, in mentem venerit, duos adeo inter ſe ſimiles diſtinguere, præterquam uni Mabilioni, ex fragmenti male cohærentis, inepti & apocryphi auctoritate, quæ nullius momenti cenſeri debet, ſubnixi.*

difficultatem movere poſſit,

29 *Quin imo, fac me fragmentum illud admittere, tamquam genuinum, necdum adduci poſſero, ut admittam duos* Grimbaldos, *adeo ob ſimilitudinem incredibiles. Fac enim anno* 883. *profectum ipſum eſſe in Angliam, juxta hoc fragmentum, quo tempore ex Abbate Bertiniano Fulco factus erat Archiepiſcopus Remenſis; fac anno* 885. *juxta annales Wintonienſes; fac anno circiter* 888. *aut* 889. *tempore ſecundæ præfecturæ Fulconis, de qua ſupra; adde inſuper, quod, ut auctor eſt idem Iperius capit.* 20. *poſt impiam eadem Fulconis* beatus Grimbaldus, de quo ſupra capitulo Idugonis primi, parte 1. & ſupra è parte prima, *quem unum eumdemque facit, memor evangelici conſilii; ſi vos perſequuntur* D *in civitate ista, fugite in aliam;* timore Comitis *Balduini Calvi* inductus; & quia ſciebat, res eccleſiæ per ſuam præſentiam in melius deduci non poſſe, ſed potius & veriſimilius timens propter eum in deterius ire, transfretarit in Angliam, & ibi uſque in finem vitæ ſuæ permanſerit; *Adde, inquam, jam dictis hæc omnia tamquam vera; quid obſtat, quo minus excurſionem ſecerit* Grimbaldus *ex Anglia, quo antea fuerat profectus, in Galliam, aut tractus ei vinculis? Excurſionem hanc ſat veroſimilem reddunt trajectus admodum facilis, notitia & æſtimatio, qua apud Fulconem valebat plurimum, rerumque gerendarum dexteritas, prudentia, ac ejus reliquæ dotes prudentionis ac virtutis. Quid ſi ab eodem Fulcone evocatus ſit ex Anglia, ut conſilia conferret in difficultatibus, inter ſe ac Balduinum Calvum, Flandriæ Comitem, quoad bona quædam eccleſiaſtica motis, quarum occaſione poſtea a Wenemaro, Balduini ſatellite, Fulco interemptus fuit?*

30 *Utut ſe res habet, alterutrum hoc eſt admittendum; vel dicta excurſio ex Anglia in Galliam,* *non tamen veroſimilis.* *vel duplicatio duorum Grimbaldorum, prorſus incredibilis, ob identitatem nominis, ætatis, habitationis, vitæ inſtitutæ, auctoritatis, ſanctitatis, loci mortis. Eligo utrum placet; aut ſi quid habes melius, id expedi. Obiter nota, alium* Grimwaldum, Priorum unum, *qui ponitur apud Mabilionem Act. Bened. Sec. V. pag. 3. vixiſſe ſub medium ſeculum decimum; alium item* Grimbaldum, *Præſulem* Taruannenſem, *cujus obitus ſignatur apud Malbrancum ann.* 816. *hoc non ſpectare, utpote tempore a noſtro longe diverſos.* E

§. III. Cur in Angliam profectus Grimbaldus; Res ibidem geſtæ; obitus; ſepultura.

Quando contigerit profectio S. Grimbaldi

EX *dictis colligi ſatis poteſt, quo circiter anno contigerit profectio* S. Grimbaldi *in Angliam. Qua vero de cauſa eo profectus ſit, præter ea, quæ habentur inter elogia, memoriæ produnt Annales Wintonienſes apud Alfordum, ad an.* 885. *n.* 4. Anno, *inquiunt*, Dominicæ Incarnationis DCCC. LXXXV. anno vero regni ſui VIII. (*legendum monet Alfordus*, XV.) glorioſus Rex Alfredus, Danis miraculoſe fugatis, vel in ſua jura redactis, cum ſolis Angligenis imperitavit, monarcha factus, conſiderans, quod per eccleſiæ ſanctæ devaſtationem, ſacerdotum Chriſti interfectionem, monachorum fugationem, monialium violationem, taliumque miniſtrorum ab eccleſiis ſuſpenſionem, paulatim Chriſtianitas cecidit, &, nec qui docerent, nec qui ſacris myſteriis participarentur, exiſterent; venit in memoriam Chriſtianiſſimi Principis de ſancto Grimbaldo, ſpiritualis amicitiæ ſibi dudum fœdere copulato, qui degebat in monaſterio ſancti Bertini; a quo, cum puer, & a patre ad ſanctiſſimum Papam mitteretur Leonem, ut in Regem Anglorum inungeretur, monita acceperat perpetuæ ſalvationis. F

In Angliam

32 Mitiſſimus enim S. Bertini Præpoſitus, S. Grimbaldus, in eodem cœnobio, ad quod gratia hoſpitandi, cum ſuis comitibus, filius Regis, ſemper Deo devotus Alfredus divertiſſet, puerum cum ſociis benigne ſuſcepit, & obſequium charitatis ipſis impendendo, uſque mane requieſcere inſtanter depoſcebat; ſolis-

A ſolicituſque de eorum hoſpitalitate, hortatus eſt benigniſſima eos, de ipſorum animæ ſalute: & gaudia ſuperna incorporaliter amara docuit, & ad Dei regnum non ſolum verbis, ſed totis medullis cordis, firmiter tendere. Unde cum inſignis puer, aliquantis diebus in S. Bertini demoraretur cœnobio, quotidie ad tanti Doctoris pedes ſedere feſtinabat, ut more Mariæ cæleſtis doctrinæ audiret arcana, & noo quaſi ludens. Sic pia cœpit mente Deo in corde vovere; ſi Roma repedare poſſit incolumnis, & ſi facultatis afferret poſſibilitas, quandoque Sanctum illum *ſe* exaltaturum, & in ſuo regno honorifice retenturum. Unde factum eſt, ut pro tantis diſcriminibus ſupra memoratis, dolore cordis exagitatus vehementer Rex benigniſſimus Alfredus, locutuſque cum Archiepiſcopo Cantuariæ Ethelredo, nomen S. Grimbaldi & meritum ſanctitatis veneranda innotuit Præſuli, dicens: Quod exhortationibus ſuis poſſet multos ad ſuperna deſideria inflammare, & cæleſtis ſapientiæ poculis inebriare.

B

ſit vocatus

33 Tractantes ergo pariter Rex & Pontifex, celerius tranſmittere, Deo adjuvante, ultra mare decreverunt, ut S. Grimbaldus, operibus, quibus erat idoneus, medelam ſalutis, ſi non obſiſteret tarditas fidei, genti præberet Anglorum. Denique ultra mare mittuntur legati, ſereniſſimi atque clariſſimi de gente Anglorum viri, ad monaſterium S. Bertini, nuntiantes Abbati prædicti cœnobii, quod illuſtriſſimus Rex Alfredus & ſanctiſſimus Pontifex Ethelredus, multis poſtulationibus & frequentiſſimis precibus poſtulaverant, ut perfectiſſimum dirigeret eis Grimbaldum; ut ſecundum modum obſervationis eccleſiaſticæ conſtrueret monaſterium in civitate Wintoniæ. *Hæc Alfordus ex Annalibus Wintonienſibus, quibus ſubdunctur ſequentia ex iiſdem Annal.* Et ut ſuum deſiderare ſanctiſſimum, facilius impetrarent (*Alfredus Rex & Ethelredus Epiſcopus*) præclariſſimos nuntios, ad Fulconem Remenſis eccleſiæ & totius Franciæ Archiepiſcopum, tranſmiſerunt; quorum voto piiſſimo Fulco

C Archiepiſcopus ſatisfaciens, pro S. Grimbaldo epiſtolam Regi Chriſtianiſſimo Alfredo, & Archiepiſcopo Cantuariæ Ethelredo, remiſit, continentem verba, quæ ſequuntur; *epiſtolæ exordium cum fragmento, ad* Grimbaldum *ſpectante, produximus ſupra. Videri præterea poteſt Harpsfeldius nono ſæcula, cap.* 10.

accuſat a Rege Alfredo oſtentatæ ſanctitatis;

34 *Alfredus, multis laudatiſſimus, ut Viri ſancti merita propalaret, ſerius cogiſſe Londini concilium ſeu conventum, e proceribus regni, Epiſcopis & Abbatibus; de quo eſſi Spelmannus, ſcripta accuratus Conciliorum calleſtor, tacuit, in Annalibus tamen Wintonenſibus legiſſe ſe teſtatur Alfordus, id quod putat veriſſimum. Verba dedimus ſupra num.* 8. *De illa ſynodo etiam meminit Harpsfeldius ſæc.* 9, *cap.* 7. Celebris, *inquiens*, ſynodus Londini coiit, cui & Alvredus Rex cum proceribus interfuit, atque Grimbaldus Abbas, quem rex recens e Gallia evocaverat. *Atque ut jam præcipua quædam puncta ſubjiciamus eorum, quæ* S. Grimbaldus *egit in Anglia, pergamus cum Harpsfeldio:* Qui *Grimbaldus* Regis & Archiepiſcopi rogatu concionem ad cœtum illum habuit, qua graviter & ſapienter multa de dignitate humanæ naturæ, ad quam illam Deus ab initio ex ſumma ſua bonitate evexit, utpote ad imaginem Dei creatæ, & quo modo ingratitudine atque peccato primorum parentum ea ſit labefactata, atque everſa, diſſeruit: multaque ſubjecit valde accommoda, quibus auditores a turpi, vitioſa & voluptuaria, molli & delicata, ad ſanctam, gravem, continentem & ſeveram vitam revocaret.

D Auct. J. P.

35 Multa præterea, quibus eos ad magnitudinem animi, & altam rerum omnium terreſtrium deſpectionem hortabatur. Summa Dei in illos, & omne humanum genus collata beneficia, memoriæ illorum ſuggerebat. Qui, quamquam gratiam referre tantam non poſſent, quanta deberetur; grati tamen ea in memoria tenerent, & gratias ſaltem accurate agerent. Præmia denique illa ſempiterna bonis & officioſis, pœnas rurſus immortales apud juſtum Judicem improbis repoſitas, in memoriam eis, ut magis a vitiis deterreret, & ad virtutis ſtudium acueret, revocavit: Quæ, & id genus alia, ut magno omnium applauſu exceptâ fuerant, ita cum non mediocri omnium fructu dicta ſunt. *Hæc orationis compendium: orationem vero ipſam totam Annalibus ſuis inſerit Alfordus ad annum* 886. *Quantus inde animorum motus, quanta animarum fuctus ſit convectio, narrat idem Auctor ex prædictis Annalibus, unde orationem hauſerat; quo, ne juſto longior exiſtam hoc narrato, lectorem mitto. Quibus a* S. Grimbaldo prædicatis, clamor in concilio factus eſt Anglici populi; & benedicebant pariter gloriolum nomen Domini, qui in ipſam provinciam tam gloriolum doctorem eis direxit.

quam fortiter abſtinuerit hominis a vitiis, & induxerit ad virtutem;

E

36 *Quam vero obtuxe Alfredus litterarum ſtudia promoverit conatus ſit, quam fortiter pro hac re pervaxit, refert Harpsfeldius ex Annalibus Wintonienſibus, hortationem regiam magno litteraturæ deſiderio, aut parvo deſiderium ſcientiæ fructu ſubſecutis. Parva ſive Oxonienſis academia ſub Rego Alfredo primum inchoata fuerit, ſive tantum reſtaurata & aucta novum ſplendorem induerit, (inchoatam ab eo fuiſſe tradit Alfordus num.* 10. *ad an.* 886. *etiam Malmesburienſem) habemus, ſi Annalibus Wintonienſibus credimus,* S. Grimbaldum *Oxonii docuiſſe; qui & academiæ exordia ad idem tempus referunt his verbis:* Anno Dominicæ Incarnationis DCCC. LXXXVI. anno ſecundo adventus S. Grimbaldi in Angliam, incepta eſt Univerſitas Oxoniæ. *Inter magiſtros numeratur* S. Grimbaldus, ſacræ paginæ ſuaviſſimæ dulcedinis excellentiſſimus profeſſor, *ut dictum inter elogia.*

quam ſub eo floruerit litteratura.

F

Quærit ſibi & Deo vacare,

37 *Inter hæc Viro ſancto cura inceſſit redeundi in patriam, & ubi juventutem traxerat, ibi ſenectam traducendi, a ſtrepitu mundi vacuum, ſibique & Deo intentam; cum non procul abeſſet a vitæ exitu. Petiiſſe hoc a Rege Eduardo, Alfredi filio & regni ſucceſſore anno* 901. *ut non obtinuiſſe, memorat Alfordus poſt Harpsfeldium; addens*, quoniam potiſſima Grimbaldi cura erat, ſancte & quiete ſeneſcere, novum illi monaſterium in Wintonienſi urbe (quod nuper Alfredus juſſerat) exſtrui ſine mora & dotari curavit. *Verum totam rei geſtæ ſeriem, porrectas Eduardo preces a Grimbaldo pro reditu ad monaſterium ſuum, regiam donationem pro novo monaſterio Wintonienſi, diſce ibidem apud Alfordum ex ſæpe productis Annalibus. Breve eſt illud Malmesburienſis, referentis ædificationem monaſterii*

A *naſterii ad Alfredum, libro 2. de Geſtis Reg. Angl.*
Auct. *cap. 4. Alfredus*, in Wintonia, *inquit*, quod
l. P. dicitur novum monaſterium *conſtruxit*, ubi Grimbaldum Abbatem conſtituit. *Ne hæc pugnent cum mox dictis de Rege Eduardo, intellige Malmesburienſem vel loqui per prolepſin, vel monaſterium, cum ſuo Abbate ab Alfredo deſignatum fuiſſe, & poſtea ab Eduardo inchoatum. De monaſterio novo quædam ſuperaddit Mabilio in Act. Bened. Sec. 5. pag. 5. quæ ibidem videri poſſunt. Propius ad rem noſtram ſpectat id, quod ſcribit Harpsfeldius Sec. 9. cap. 10. ibi* S. Grimbaldum beatu Judoci reliquias, ex territorio Pontiorum delatas, honorifice repoſuiſſe. Quas Deus poſtea multis miraculis cohoneſtavit. *Nec abs re additum iri autumo ex eodem auctore*, hoc monaſterium ab omnibus fere adſcribi Alfredo; non quod ipſe ædificaverit, ſed ædificare propoſuerit, curaritque ædificandum.

ad mortem ſpectat; 38 *Quæ ad beatum obitum* S. Grimbadi *ſpectant, paucis dabo, ubi præmiſero, quam ſedulo, pieque ſe ad eumdem comparaverit. Molanus loco ſupra aſſignato*: Fertur, *inquit*, a Deo expoſtulaſſe, ut camino languoris ante obitum
B purgaretur. Inter dolores tamen, ob virtutem patientiæ, ſanis fortior fuit, juxta illud Apoſtoli: Quando infirmor, tunc potens ſum. Cum autem hinc migraturus, ad dominici corporis ſalutare viaticum ſe movere præ ægritudine non poſſet, forti tamen niſu, ſe ipſo fortior, ſeſe erexit, & Chriſto adveoienti io faciem ſe proſtravit. A Fratribus autem petiit ſolus per triduum relinqui, ut iter ſuum pararet. Per quod continuum triduum ſe Deo in contritione cordis, & diluvio lacrymarum immolabat. *Tum ſubdit ejus mortem*: Quarto denique die fratribus ad ſe revocatis & in pace commendatis, ad æthereos cives migravit anno Domini DCCCCIII. ætatis ſuæ LXXXIII. *Sic ille, citans Officium Bertinenſe, ex Gotſelino deſumptum.*

pius obitus 39 *Harpsfeldius paula aliter iſta tradit*: Grimbaldus vero, *inquit*, ingraveſcente jam ætate, quotidie magis atque magis a negotiis & curis omnibus mundi ſe ſubduxit, de quibus neque loqui, neque audire ſuſtinebat, totumque
C ſe io orationes & jejunia effudit; raro prodibat, niſi ut ſalutaribus admonitionibus aliquos ad pietatem accenderet; homines affiſto & perculſo animo erigeret & conſolaretur. Quæ ſancta exercitia, gravi & letali morbo accedente ad tam prolixam ætatem, adeo non remittebat, ut vehementius ad cæleſtia animum defigeret atque intenderet, tam continuis orationibus affixus, ut vel valentem defatigarent. Obiit deinde Vir pius VIII. Idus Julii, creditumque inter cæleſtes choros adſcriptus, humatus in dicto novo cœnobio, quod Hyda appellatur. *Superſedeo referendis iis, quæ ad præſens propoſitum habent Annal. Wintonienſes apud Alfordum. Illud ſingulare eſt, quod, ut* D
referunt, Expletis io regimine clericorum quatuor ſeptimanis, poſtquam monaſterium dedicatum fuit, deliberavit, ut ſupra ſcriptum *dicitur*, ſanctus Pater Grimbaldus in operibus iſtius elegantis fabricæ monachos imponere. Sed prævidit in ſpiritu, diem tranſitus ſui appropinquare, quo mercedem bonorum oporum a Chriſto Jeſu deberet recipere pro certaminis labore, & ideo voluntatem ſuam in congregandis fratribus non potuit explere.

annus mortis; 40 *Quod ſpectat ad annum mortis; ſcriptores alii ab aliis non diſſentiunt, niſi penes unicum annum. Molanus ponit annum* 903. *Eumdem tenet Florentius Wigornienſis, adſtipulante ei Meyero, lib. 2. Annal. Fland., & Mabilione, qui citat annum & diem ex chronologia Saxonica poſt Bedam; in qua ſic legit*: Hoc anno 903. deceſſit Athulfus Dux, Ealhswithæ frater, Eadwardi Regis mater; & Virgilius abbas de Scotis; Grimboldus item presbyter, VIII. Idus Julii. *At Matthæus Weſtmonaſterienſis ejus obitum affigit anno* 904. *ita inquiens*: Anno gratiæ CMIV. ſanctus presbyter Grimbaldus, vir magnæ ſanctitatis & unus magiſtrorum Ælfredi Regis, gaudia conſcendit regni cæleſtis. E
Hunc ſequuntur Baronius & Alfordus, qui ultimus ſe fundat in verbis ſequentibus, diplomati regiæ donationis præmiſſis, quæ ſic ſonant: Sequitur donatio regis Edoardi ſenioris, cujuſdam portiunculæ terræ . . . anno regni ſui quarto, conceſſa S. Grimbaldo, qui vixit poſt coronationem prædicti Edovardi ſolummodo tribus annis compleie, & inſuper aliquanto tempore in quarto anno coronationis prædicti Regis Edoardi. *Qui cum memoretur regiam coronam accepiſſe in Pentecoſte anni* 901. *numeratis inde tribus annis completis, exceſſeſt jam annus Chriſti* 904. *cum uno alterove menſe. De qua re Malbrancus ad iſtud annum*: Obiit *Grimbaldus* anno ætatis 83. VIII. Julii, Dominica die, anoi CMIV. & in Wintonienſi ſuo monaſterio tumulum ſortitus eſt. *At nunc de tumulo dicendum ſupereſt.*

ſepultura. 41 *Ea, quæ Maibevvius & Mabilio huc referunt, videlicet, quod ſanctus Abbas* tumbam Wintoniam transferri curavit, io qua propoſuerat poſt hujus vitæ curriculum oſſa ſua re- F
ponenda in teſtudine, quæ erat facta ſubter cancellum divi Petri in Oxonia (*reliqua dedimus num.* 22.) *videntur infirmæ fidei eſſe, cum nitantur fragmento, Aſſiri quidem nomine vulgato, at pluribus titulis ſuſpecto, ut ſupra diximus. Sepulcrum fuiſſe Wintoniæ in novo monaſterio, cui Hida nomen, reſulimus ex Harpsfeldio, num.* 39. *& Malbranco, numero præcedente. Quædam vero, ſpectantia ad veneratonem corporis poſt Sancti obitum, quoniam in anteceſſum jam narrata ſunt inter elogia ejus, hic pro inſertis haberi volumus, & ſyllogen hiſtoriam noſtram concludimus.*

D E.

DE SS. MONACHIS ABRAMITIS MM.

CONSTANTINOPOLI.

Sylloge Hiſtorica. J. P.

ANNO DCCC. XXXII. INter alia monaſteria, Conſtantinopoli exſtructa, unum memoratur, nomine Abrahamii vel Abramitarum nuncupatum; cujus antiquitas, utpote quod ſteterit ante medium ſeculum ſextum, habetur ex ſubſcriptione Alexandri cum ceteris urbis CPolitanæ Hegumenis, in Concilio CPolitano actione v. ubi dictus Alexander, Dei miſericordia Presbyter & Archimandrita monaſterii S. Abraam (Græce eſt Ἀβραμίου, id eſt Abrahamii) ſubſcripſit & tradidit. Plura dabit Cangius in CPoli Chriſtiana lib. 4. pag. 117. Monaſterium illud Monachis Martyribus, de quibus hic agimus, nomen Abramitarum indidit; quo Actis noſtris inferendis conſummus, ſola Martyrologii Romani auctoritate nixi, ab aliis Martyrologis tam Latinis quam Græcis præteritos. Ita ibidem hodie annuntiantur. Conſtantinopoli paſſio ſanctorum Monachorum Abrahamitarum, qui ob cultum ſanctarum imaginum reſiſtentes Theophilo Imperatori, martyrium conſummarunt.

Monachi Abramitæ unde ſic dicti;

B

inſerti Martyrologio Romano

2 Unde inſerti ſint ſacris biſce tabulis, colligimus ex notis ad Martyrologium Romanum, nullum auctorem citantibus præter ſolum Cedrenum. Do ejus verba, ex verſione novæ impreſſionis typographiæ regiæ Pariſinæ, pag. 519. Horum, qui nefariis Imperatoris Theophili machinationibus libere reſtiterunt, præcipui fuere Abramitæ monachi, qui libere in conſpectum ejus progreſſi, ex ſanctorum Patrum dictis, magni videlicet Dionyſii, Hierothei & Irenæi demonſtrarunt, non nuper vivendi rationem inſtitutionemque monaſticam extitiſſe, ſed perantiquum eſſe; ſed & ſacras imagines ipſis fuiſſe apoſtolis familiares; quando & Lucas, divinus Apoſtolus, Deiparæ formam depinxerit, & Chriſtus Dominus, Deuſque noſter lineo impreſſam ſui effigiem, oullo manus miniſterio elaboratam, nobis reliquerit.

3 Hoc modo diviniſſimi iſti viri, cum tyranni inſeitiam atque ſævitiam redarguiſſent, ob ſummam dicendi libertatem multos cruciatus atque tormenta paſſi, urbe etiam in exilium relegati ſunt. Qui cum ad ſanum Joannis Baptiſtæ, quod Terribile cognomento dicitur, eſſque in Euxino ponte ſitum, perveniſſent, flagellorum plagis prorſus confecti, in Cælitum cœtum abierunt. Eorum cadavera inſepulta, in ſolum projecta, diu admodum integra manſerunt. Donec pii quidam ea humaverunt, & eodem, quo Chriſti Martyres, honore dignati ſunt. Ita Cedrenus; cui verbatim conſonat Conſtantini Porphyrogeniti Continuator lib. 3. num. 11. Baronius ſacros horum Martyrum triumphos refert ad annum 832.

ex Cedreno.

E

DE S. EDGARO CONFESSORE

REGE ANGLIÆ.

GLASTONIÆ IN ANGLIA.

C F

SYLLOGE HISTORICA J. P.

§. I. Cultus, elogia, compendium vitæ.

AN. CM. LXXV. S. Edgarus, Angliæ, quam rexit, columen ac decus, regumque norma & gloria, jam a priſcis temporibus cultu publico honoratus, non infimum ſibi inter Cælites locum vendicat. Agunt de illo recentiores; nimirum prior impreſſio Martyrologii Anglicani eum recenſet die XXIV. Maii; ſecunda, hoc die VIII. Julii, quo etiam refertur ab Alfordo. Ferrarius ipſum habet XXIV. Maii. Videri poſſunt ea, quæ dicta ſunt inter Prætermiſſos ad illum diem. Hæc e recentioribus. Porro ſancti Regis cultus pluribus ſtabilietur ex elogiis, quæ ſubnecto.

Cultus S. Edgari

ex integritate corporis.

2 Wilhelmus Malmesburienſis, vicinus illorum temporum, de quibus hic ſcribit, lib. 2. de Regum geſtis cap. 8. tradit ſancti Confeſſoris noſtri corpus poſt annos ſeptuaginta repertum eſſe, nulli corruptioni obnoxium, in teſtificationem ſanctimoniæ, in vita exercitæ. Nec, inquit, illud obliterandum; quod cum abbas Ailpardus ejus tumulum anno Incarnationis Domini MLII. effodiſſet, invenit corpus, nullius labis conſcium. Quod cum eum ad reverentiam debuiſſet inflectere, ad audaciam levavit: nam quia locellus, quem paraverat, difficilem pro magnitudine corporis minabatur ingreſſum, regales exuvias ferro temeravit. Unde continuo ſanguis undatim emicans, aſtantium corda pavore concuſſit. Ita regium corpus in ſcrinio, quod ipſi eccleſiæ contulerat, ſuper altare locatum eſt, cum capite S. Apollinaris & reliquiis Vincentii Martyris, quæ ille magno empta, decori domus Dei adjecerat. Temeratorem porro ſacri corporis mox animus reliquit, nec multo poſt eccleſia egreſſum, fracta

A Æta cervice mors invenit. *Hiſtoriam hanc ſpeciosa ſua ingenuij Vincentius Bellovacenſis lib.* 25. *cap.* 31.

Auct. J. P.

& miracu-lis ſtabilit-tus.

3 *Quin imo* S. Edgari *ſanctitatem miraculis comprobatam fuiſſe, idem Auctor teſtatum reliquit, ita proſequens*: Nec in his manſit regiæ ſanctitatis oſtenſio, ſed in ulteriora proceſſit, ſanato ibi furioſo & cæco. Merito ergo non infirma inter Anglos fama eſt, nullum, nec ejus, nec ſuperioris ætatis Regem in Anglia recto & æquilibri judicio, Edgaro comparandum. Ita nihil vita ejus ſanctius, nihil juſtitia probabilius fuit, exceptis vitiis, quæ poſtea amplis virtutibus delevit. *Henricus Huntendonius magnificentiſſime de Edgari meritis prædicat lib.* 5. *pag.* 356. *his verbis*: Edgarus pacificus Rex, magnificus, Salomon ſecundus, cujus tempore numquam exercitus advenarum venit in Angliam, cujus dominio Reges & Principes Angliæ ſunt ſubjecti; cujus potentiæ Scotti etiam colla dedere, cum regnaſſet XVI. annis & duobus menſibus, feliciter vivens, felicíter obiit; nec potuit male

B mori, qui bene vixerat, qui tot eccleſias Deo fundaverat, qui tot bona perennia brevi tempore ſtatuerat; cujus plantationum gratiæ quanto inſtantius Deum laudare non ceſſant, tanto beati Regis in cæleſtibus gloria creſcere non deſiſtit. De cujus laude muſam aliquantulum dicere pro meritis permovimus.

Auctor opum, vindex ſcelerum, largitor honorum,
Sceptriger Edgarus regna ſuperna petit.
Hic alter Salomon, legum pater, orbita paeis,
Quod caruit bellis, claruit inde magis.
Templa Deo, templis monachos, monachis dedit agros,
Nequitiæ lapſum, juſtitiæque locum.
Novit enim regno verum perquirere ſalſn,
Immenſum modico, perpetuumque brevi.

4 *Nec ab ea diſſentit Rogerus Hovedenus, in-*

Plagium. *ſigni hoc laudationis apparatu* S. Edgarum *ſepeliens*: Anno EMLXXV. *inquit pag.* 426. Angliæ orbis Baſileus, flos & decus anteceſſorum Regum, pacificus Rex Edgarus; non minus me-

C morabilis Anglis, quam Romulus Romanis, Cyrus Perſis, Alexander Macedonibus, Arſaces Parthis, Carolus Magnus Francis, Arthurus Brittannis, poſtquam cuncta regaliter conſummavit, anno ætatis ſuæ XXXII. regni autem illius in Mercia, & Northimbria XIX. ex quo vero per totam Angliam regnavit, XVI. Indictione III. octavo Idus Julii, feria V. ex hac vita tranſivit, filiumque ſuum Eadwardum & regni & morum reliquit heredem. Corpus vero illius Glaſtoniam delatum, regio more eſt tumulatum. *Plura ſuperaddit idem Auctor de inſtructiſſima ejus navali apparatu, & amore juſtitiæ; quorum altero terrorem injecit hoſtibus, altera animos ſubditorum ſibi devinxit; quæ non eſt hujus loci ſigillatim tranſcribere.*

vita 5 *Compendium vitæ exhibent Petrus de Natalibus, nec non Legenda nova Sanctorum Angliæ, in hæc verba*: Edgarus, Rex Anglorum inſignis, frater Edwii, cœpit regnare anno Othonis Imperatoris XXII. dum adhuc eſſet juvenculus annorum XVI. quo naſcente, Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis audivit vocem de cœlo, Angliæ dicentem: Pax Angliæ, quamdiu puer iſte regnabit, & Dunſtanus poſter vixerit. Regnavit autem annis XVI. & quolibet anno novum monaſterium fundavit, totamque inſulam in ſumma pace & juſtitia gubernavit: nam Regem Scotorum Cinandum *, Cambrorum Malcolmum *, archipyratam Maſcoſium, omneſque Reges Walenſium, numero V. ad curiam coactos, perpetuo ſacramento ſibi obligavit. Quos apud Legionum ſibi occurrentes, & pompam triumphi per fluvium deduxit, una navi impoſitos, quam illi remigabant, & ipſe in prora ſedebat. Compatriotas ſuos a nimia potatione, timore & induſtria refrenavit, & adeo ſeverus fuit, quod ibi nullus fuit privatus latro, nullus popularis prædo, niſi qui vellet amittere vitam. Quin etiam omnis generis feras, ſanguinis avidas ex regno exterminavit.

D

* *al.* Kinaldrum. * *al.* Malcolmum.

6 Guidoalo, Regi Gualdenſium Indixit, ut *tempum-dum* ſibi omni anno tributum ecc. luporum ſolveret; quod dum ille pluribus annis feciſſet, nullum ſe amplius invenire poſſe profeſſus eſt. Omni ætate poſt Paſcha naves per omnia littora adunari præcipiebat, & aſcendens ipſe

E met, mare circuibat, ut pyratas arceret: hyeme vero per provincias equitabat, ut prædones deleret, judicia potentiorum exquirens, ne jus violarent. Quodam tempore venatum perrexerat, Dunſtanum, qui ſecum erat, rogans, miſſam differre, quia dies Dominicus erat. Appropinquante hora tertia, Epiſcopus ſacris indutus ſuper altare Regem exſpectabat, ſubitoque ſopore levi depreſſus, raptus in cælum, audivit cantus Angelorum, cantantes Kyrie eleiſon novem vicibus.

7 Excitatus poſt modicum, adhuc exſpectans, rapitur & audivit alta voce dici: Ite Miſſa eſt, & reſponderi: Deo gratias. Tunc

a Petro de Natalibus & Legenda nova Sanctorum Angliæ.

F accurrentes ejus clerici, Regem adeſſe dixerunt; quibus reſpondit, quod Miſſam audiverat, nec eſſe opus, quod eo die amplius celebraret. Interrogatus a Rege, cur hæc diceret, & quare celebrare nollet, viſionem aperit. Et hac ſumpta occaſione Regi prohibens, ne die Dominico ulterius venatum pergeret; quam correptionem ſanctus Rex benigne ſuſcepit & de cetero obſervavit. Qui gubernatn regno, poſt annos XVI. anno ætatis ſuæ XXXIII. in pace quievit, & miraculis poſt obitum claruit. *Hactenus Petrus de Natalibus & Legenda nova Sanctorum Angliæ convenimus; ſed in hac additur*: Ut in vita beati Patricii clarius patet, *id quod in illo deſideratur. Non ignoro, varios extitiſſe Patricios; at quem Patricium hic velit intelligi dicta Legenda, non habeo exploratum; neque vacat indagare.*

§. II. Vitæ ſeries ex variis chronologice deducta.

Annus natalis. ANnus 943. S. Edgaro *natalis fuit, quem illuſtravit prodigium, tanquam præmunitum verum magnarum, a ſancto Rege gerendarum in Anglorum incolumitatem & gloriam, omnibus retro ſeculis prædicandum; de qua jam egimus, quando e Legenda nova Angliæ vetuſtimus vocem auditam Angelorum a S. Dunſtano in nativitate ſancti Principis, quo de hoc agimus. Adde Weſtmonaſterienſem*; Anno gratiæ, *inquit*,

CMXLIII.

A CMXLIII. cum magnifico Regi Eadmundo Regina ſua Algiva filium peperiſſet Eadgarum, S. Dunſtanus audivit voces pſallentium & dicentium in ſublime: Pax Anglorum eccleſiæ, exorti nunc pueri, noſtrique tempore Dunſtani. *Conſonant Florentius Wigorenſis & Hovedenus ad prædictam annum.*

an imo. 9 *Natalem vero locum obtigiſſe S.* Edgaro *in agro Glaſtonienſi, conficitur ex Antiquitatibus Glaſtonenſibus fol. 64. ab Alforda citatis, tenore, qui ſequitur*: Genuerat Edmundus ex Regina ſua Elfgiva duos filios, Edwium & Edgarum pacificum. Et ſicut eadem terra bonas & malas herbas nutrit, & urticæ quandoque eſt proxima roſa, ſic ex eodem patre Edmundo Edwius peſſimus & Edgarus piiſſimus proceſſerunt. Natus quippe eſt Edgarus in quodam vico, cootiguo Glaſtoniæ, qui ounc Edgarlei ouncupatur, ubi tunc erat curia ſatis celebris. *De Edwio*, Edgari *fratre, recurreremus hic plura dicenda, quæ habes die* IV. *pag.* 71.

B 10 *Enimvero ſceleram juſtiſſimus ultor Deus hunc eumdem, ſpurciſſis inſamem, & effrenatæ libidini impune animos laxantem, atque adeo ineptum ad regendos alios, qui ſe ipſum regere non poſſet, puniviſ, ablata ab illo meliori regni parte, atque in fratrem translata*, Edgarum *videlicet*; *de qua re ſic narrat Florilegus*: Anno gratiæ CMLVII. Eadwious, quoniam in regimine ſibi commiſſo inſipienter egit, a Mercenſibus populis & Norenſibus eſt penitus derelictus; nempe ſapientes quoſque regni & nobiles odio vanitatis diſperdeos, ignaros oihilominus & iniquos ſtudio dilectionis ſovebat. Quo unanimi omnium conſpiratione dejecto, elegerunt, Deo diſtante, fratrem ejus Edgarum in Regem, & annuente populo res regni publica diſpertita inter fratres, ut Thameſis fluvius regnum diſterminaret amborum.

Regni partem adeptus,

Dunſtanus ab exilio revocat,

11 *Piiſſimus itaque Princeps partem non vulgarem ſolis Anglicanis conſecutus, nihil habuit antiquius, quam ut S. Dunſtanum abbatem, ab Edvvio fratre injuſte proſcriptum, juſtiſſima ſententia ab exilio revocaret, Glaſtonienſi monaſterio ac prædiis reſtituendam; quod quidem executioni mandavit, nulla interpoſita mora. Atque illud Hovedenus ſic expreſſit*: Mox Rex Mercenſium Edgarus beatum Dunſtaoum abbatem cum hooore & gloria de exilio revocavit. *Nec vere acquievit* Edgarus, *quin non ſuo dumtaxat ſuffragio, verum etiam publice Epiſcoporum procerumque conſenſu decideretur, S. Dunſtani exilium prorſus irritum, invalidum ac nullum, perturbatique animi impetu, prout in ſimilibus caſibus uſuvenire ſolet, irrogatum fuiſſe. Quamobrem convocat conventum Brandferdiam, quem Spalmanus concilium vocat, & aſſigit anno* 959. *ſed perperam, ut videtur, pro anno* 957. *ſi Oſberno credimus, qui in vita S. Dunſtani, edita die* XIX. *Maii, cap.* 7. *ſic narrat*: Poſt paucos electionis ſuæ dies præcepit Edgarus Dyarcha, totius Regni ſui concilium celebrari, in quo annihilatis omnibus, quæ a Fratre ejus iniquis fuerant legibus decreta, ac reſtitutis omnibus, quæ violenta illius fuerant dominatione ablata, Dunſtaoum quoque venerabilem Abbatem in magna gloria de exilio revocavit, & majore, quam ab omnibus ante Regibus honoratus fuiſſet, gloria ſublimavit.

12 *Si poſt paucos electionis ſuæ dies* Edgarus, *concilio convocato, Dunſtanum ab exilio revocavit; ſi rurſum electio illa contigit anno, ut diximus,* 957. *quid ſupereſt, niſi ut Dunſtani revocationem anno* 959. *ineptiſſimus non anno* 959. *ſed anno* 957. *qui etiam ſignatur in Chronico Saxonico, Matthæo Weſtmonaſterienſi, Wigornienſi, Hovedeno & Baronio. Sublato e vivis Edvvio, commiſſorum criminum pœnitente, ſolus regnare cœpit* Edgarus. *Factum hoc refert Baronius anno* 959. *poſt varios Angliæ ſcriptores, agente* Edgaro *annum ætatis* 16. *Regni prædicti exordia longe auſpicatiſſima ita exponit Malmesburienſis lib.* 2. *de Regum geſtis, cap.* 8. Anno Dominicæ Incarnationis CMLIX. Edgarus, honor & dilicia Anglorum, filius Edmundi, frater Edwini, juvenculus annorum XVI. regnum adipiſcens, eodem numero ferme tenuit. Res ejus multum ſplendidæ etiam noſtro celebrantur tempore. Affulſit annis illius divinitatis amor propitius, quem ipſe mercabatur ſedulo devotione animæ & vivacitate conſilii. Denique vulgatum eſt, *videlicet, nacem Angelicam in natali ejus a S. Dunſtano auditam, ut ſupra memoravimus*. Reſpondit veritas rerum cæleſti oraculo: adeo illis viveotibus ſplendor eccleſiaſticus effloruit, & tumultus bellicus emarcuit. *Eumdem annum adiit ab* Edgaro *ſolii Anglicani conſignans Hovedenus, Wigornenſis, & Alfordus.*

D AUCT. J. P. *quo anno?*

E

An is recte ſignatus in Chronico Saxonico & Annalibus Wintonienſibus.

13 *Non recte Chronicon Saxonicum ponit annum* 957. *ſic memoratus ad annum prædictum*: Hoc anno deceſſit Eadwigua Rex Kal. Octobris, & Eadgarus, ejus frater, capeſſit regnum tum in occidentalibus Saxonibus, tum in Merciis, tum in Northymbris: is vero ei præfuit XVI. anois, *pacis ſtudioſus, Dei amans, ejuſque gloriæ amplificandæ ſedulo intentus. Eodem vitio laborant Annales Wintonienſes, dum referunt*, anno CMLVII. Edgarum, juveoem XVI. annorum apud urbem Achamam, id eſt, Bathoniam, Idus Maii, die Pentecoſtes, in Regem conſecretum, qui ſtatim Dunſtanum de exilio revocavit. *Quæro enim, qui poſſit cohærere annus* Edgari *natalis* 943. *cum anno* 957. *ætatis* 16. *quo ponitur regnum auſpicatus? Alter ab Annalibus iſtis hic error committitur quoad coronationem, & corrigi poterit ex ſupra dicendis de eadem coronatione ac tempore ejus. Non porro erit alienum a noſtro inſtituto ſingulares magnoque Rege dignas dotes commemorare. Ut tacitus præteream, quas in ejus bonorem laudes adornat Florentius Wigornenſis, cum* Edgarum *in regni ſolio collocaſſet, de quibus videri poteſt hic*; *Henricus Archidiaconus Huntindonienſis*, de Edgari *primordiis ita pronuntiat lib.* 4. *pag.* 356.

F

Edgari regno ſolliciter inchoato

14 Edgarus pacificus, frater Regis prædicti *Edvvii*, tedecim annis regnavit. In diebus ejus maxime hæc terra *Angliæ* meliorata eſt, & Dei omnipotentis gratia, quam ipſe pro poſſe ſuo devotiſſimus meruit, ſemper, dum vixit, in pace regnavit. Ille namque Chriſti fidem in regno ſuo validiſſime dilatavit, & opera ſalutis exemplo ſuo clariſſime fœcundavit. Dilectus namque Deo & hominibus, gentes terræ ſuæ ſemper pacificare ſtuduit; nec aliquis prædeceſſorum ſuorum tanta pace & gaudio regnum tenere potuit. Ipſe ſiquidem nomen Dei honorabat, & de lege Dei ſæpius inquirens, libenter eam dilcebat & gaudeoter docebat; & verbis & operibus populum ſuum bonorum operum exercitationi prompprus

A Auct. J. P. peus invitabat. Domini autem omnipotentia ſervo ſuo Edgaro bene geſta non ſolum in futuro, verum etiam in præſenti ſeculo retribuit; quia regulos omnes & conſules & patriæ totius gentem cum tremore & amore pro velle ſuo ſubdidit abſque prælio & aliqua Martis perturbatione. Fama vero & nomen Regia clariſſimum terris univerſis dilatabatur ampliſſime & veniebant extranei videre gloriam ejus, & audire doctrinam oris ejus.

non eadem ſemper reſpondit ſanctitas integritas.

15 *Fauſtiſſimis biſce principiis* Edgari *Regis, moribus & vita laudatiſſimi, non eadem ſemper integritatis ac virtutum continuatio reſpondit; ut qui lapſus in libidinem, priorem ſuam gloriam non modice obſcuraverit, vixſus ad exiguum tempus prioris, qua ſplendebat, lucis defectionem pati, quam profundiſſima humilitate, quam pœnitentia, adpoſteritatis memoriam inſigni, a S. Dunſtano injuncta, annorum omnino ſeptem ſpatio continuata; quam operibus bonis, numero multis, excellentia præſtantibus, ſibi denuo ſuiſque reſtituit. Et vere magnos lapſus in hominibus etiam ſanctiſſimis, qui ſacri Atlantis inſtar videbantur ſuppoſite vertice cæli axem poſſe ſuſtinere, non raro permiſiſſe novimus divinam providentiam inſcrutabili quidem, ſed tamen æquiſſimo judicio, homines ſe ut eſſe meminerint, quoad hic vivunt, debiles, infirmos, inconſtantes, ea denique cum imbecillitate natos, ut variis lapſibus expoſita ſit vita noſtra. Ceterum rem geſtam narrat Oſbernus in vita S. Dunſtani, quæ tametſi data ſit ad diem* XIX. *Maii, ſuum tamen hic etiam meretur locum, perquam pathetice deſcripta, & vel ideo de integro, quouſque hue ſpectat, producenda. Itaque ab initio capitis* 8. *ſic ibidem fatur Oſbernus:*

Regi lapſo ſeptennis a S. Dunſtano injuncta pœnitentia.

16 Sed hæc communia totius Eccleſiæ gaudia cupiens diſturbare malignus, accendit animum Chriſtianiſſimi Regis in amorem Deo devotæ virginis, ut quoniam a tramite juſtitiæ Dunſtanum dejicere non potuiſſet, eum, quem præcipue Dunſtanus diligebat, & ſuper quem totius religionis vigor incumbebat, dejicere tentaret. Perpetrato itaque in virginem velatam peccato, atque ad publicam populi audientiam perlato, Dunſtanus tam pro culpa, quam pro infamia Regis, graviſſimo dolore affectus, mox illum, veluti alterum David cum Bethſabee dormientem, alter ille, ſed longe ſeverior Nathan, intrepidus adiit, furibundus ad eum introiit. Aſſurgens autem Rex venienti obviam Pontifici, extendit manum, ut eum ad regium dedneceret thronum. Qui renuens manum dare, oculos cum quadam animi indignatione in illum torſit, & ait: Tu Pontificis manum audes contingere, qui virginem, deitatis munere arrhatam, non timuiſti præripere? Sponſam Conditoris tui adulteraſti, & amicum Sponſi aliquo tuo obſequio exiſtimas poſſe placari? Nolo amicus eſſe, cui Chriſtus fuerit inimicus. Territus ergo verborum tonitruo Rex, objurgantis ſe pedibus Pontificis extemplo proſternitur, ſcelus flebiliter fatetur, veniam humiliter precatur. Quod ut vidit Pontifex, expavit, perfuſumque Regem lacrymis, lacrymis & ipſe madena, tellure levavit.

Ut ab eodem præceptata a ſuo impleta.

17 Deinde cum magnitudinem peccati per amplificationem expoſuiſſet, & paratum illum ad omnem ſatisfactionem reddidiſſet, ſeptennem ei pœnitentiam indixit, ut in toto hoc ſpatio coronam regni non geſtaret, jejunium in hebdomada biduale tranſigeret, avitos pauperibus theſauros large diſpergeret; ſuper hæc ſacrandis Deo virginibus monaſterium aliquod fundaret, quatenus, qui unam per peccatum Deo virginem abſtuliſſet, plures ei per ſeculi volumina aggregaret. Clericos etiam male actionales de eccleſiis propelleret, monachorum agmina introduceret, juſtas Deoque acceptas legum rationes ſaneiret, ſanctas conſcriberet, conſcriptas per omnes fines imperii ſui populis cuſtodiendas mandaret. Nihil ergo reſiduum erat, quod minus aut ſegnius Rex impleret, quam a Rectore vitæ ſuæ præceptum fuiſſet. Septimo autem anno cum redeunte quaſi jubilæo termino, pœnitentiæ tempus exactum fuiſſet, ſacer Præſul, accitis omnibus imperii Anglorum Principibus, Epiſcopis, Abbatibus, & univerſis eccleſiaſticæ dignitatis ordinibus, impoſuit Regi coronam coram omni multitudine populi Anglorum, lætantibus cunctis & ineffabilibus jubilationis vocibus Deum in Dunſtano laudantibus. *Diſce obiter ex annotatis ibid. in hunc locum littera* a, puellam, *de qua ſupra, fuiſſe, quæ* Wintoniæ inter ſanctimoniales non velata degebat, ſed timens pudori, raptim capiti ſuo impoſuerat velum. *Sic ibi ex Osberno. Accedit Malmesburienſis, qui aſſerit, natam ipſi fuiſſe* S. Editham de Wilfritha, quam certum eſt, *inquit*, non tunc ſanctimonialem fuiſſe, ſed timore Regis puellam laitam ſe velaviſſe, moxque eamdem, arrepto velo, lecto imperiali ſubactam: unde offenſum beatum Dunſtanum, quod illam concupiſſet, quæ vel umbratice ſanctimonialis fuiſſet, vigorem pontificalem in eum egiſſe. *Hoc factum affigit Alfordus anno* 963.

Hanc lapſum & ſanctæ ablati

18 Sunt, *teſte Malmesburienſi*, qui ingenti ejus gloriæ nævum tentent apponere, dicentes, primis temporibus fuiſſe crudelem in ives, libidinoſum in virgines. *Tum commemoratis ad hoc propoſitum tribus exemplis, Athelwoldi ſeu Ethelwoldi Comitis interempti, virginis violatæ, de qua ſupra diximus ex Osberno*, ſubjiciunt, *aiz*, tertium, in quo utrumque appareat vitium, *quodque dictus Auctor ubi narraſſet, ſic pergit*: Sed hæc quomodocumque ſe habeant, illud conſtat, quod a XV. ætatis ſuæ anno, quo Rex conſtitutus eſt, uſque ad XXX. fine regio inſigni regnaverit, *Id paulo poſt referemus: addo ego, certiſſime conſtare, quod in id unice incubuerit, ut multiplici bonorum operum exercitatione labes præteritas eluere atque expurgare; ſicut vel intelligi datur ex eo, quod monaſteria, ſupra fidem pene numeroſiora, partim reſtauraverit, partim ab integro ædificarit, prout fidem facit inſtrumentum apud Spelmannum tom.* 1. *Conciliorum pag.* 432. *unde ſequens excerpo fragmentum; ubi Edgarus ſic loquitur*: Temporibus anteceſſorum meorum, Regum Anglorum, monaſteria tam monachorum quam virginum deſtructa, penitus rejecta in tota Anglia erant. Quæ ego ad Dei laudem pro remedio animæ reparare, & ſervorum & ancillarum Dei numerum multiplicare devovi. Et ipſis ſupradictis meis cooperatoribus ſtrenue annitentibus, jam quadraginta & ſeptem monaſteria cum monachis & ſanctimonialibus conſtitui. Et ſi Chriſtus vitam mihi tam diu conceſſerit uſque ad 1. remiſſionis numerum meæ devotæ Deo munificentiæ oblationem

pro-

A protendere decrevi. Unde nunc in præſenti monaſterium, quod prædictus reverendus Epiſcopus Oſwaldus in ſede epiſcopali Wiogreceaſtre, in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ amplificavit, & eleminatis clericorum nænias & ſpurcis laſciviis, religioſia Dei ſervia, monachis, meo conſenſu & favore ſuffultus locavit; Ego ipſis monaſticæ religionis viris regali auctoritate confirmo, & conſilio & adſtipulatione Principum & Optimatum meorum corroboro & configno, ita ut jam amplius non ſit fas neque jus, clericis reclamandi quidquam inde.

Locorum aperum auctoritatem ſuppleavit.

19 *Longum eſſet & non neceſſarium, totum diploma verbatim tranſcribere, verus donationibus, propenſiſſima & vere regia munificentia conceſſi referentiſſimum, In fine apponitur*: Facta ſunt hæc anno dominicæ Incarnationis CMLXIV, Indictione VIII. regni vero Ædgari Regis VI. in regia verba, quæ ab incolis †††† nominatur, in Natali Domini, feſtivitate ſanctorum Innocentium, feria IV. *ſubſcriptionibus additis.*

B *Alfordus, ubi dixiſſet cum characteribus chronologicis, diplomati appoſitis, annum cohærere, addit*, quomodo contentis in diplomate conveniat, & Edgari titulo, Regum & Hiberniæ domitori, merito quæri; ſed facile, *inquit*, reſpondetur, omnia fere in ſequentes annos referenda, cum nimirum conſtitutis ubique monaſteriis, & expulſis heteroclitis Eccleſiæ miniſtris, Deus ei in præmium Reges & Regna ſubjecit. *At de his ſequenti paragrapho erit dicendum pluribus.*

§. III. Vitæ e variis chronologice deductæ continuatio; mors, ſepultura.

Quam pro-clive foerit meritis S. Edgaro

Piiſſimus Princeps Edgarus *munificentiam ſuam impenſam voluit monaſterio Croylandenſi*, *quando, annitente Turketulo, ejuſdem monaſteriis Abbate, edidit publicum diploma*, ſanctum, *ſicut apponitur*, anno Dominicæ Incarnationis CMLXVI. præſentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & Optimatibus regni *Edgari* ſubnotatis. *Dictum diploma habetur apud Ingulfum a pag.* 880. *quot & quantis donationibus locupletatum, videri ibidem poteſt. Nec vero parum meritis ac laudis* S. Edgaro *peperit cura illa ſingularis, qua monaſticæ diſciplinæ perquam ſedulo ac paterne conſultum proſpectumque eſſe voluit. De qua re Harpsfeldius tradidit ſequenti ſeculo* 10. *pag.* 185. Neque ego iſtam, *inquit*, ex alio magis fonte *incomparabilem* felicitatem manaſſe crediderim, quam quod a puero Edgarus (licet nonnumquam per ætatis lubricum, &, ut fit in tanta poteſtate, humanitus lapſus ſit) pie & ſancte erga Deum & divina, a quibus reliqua reſpublica, ejuſque felicitas tota pendet, affectus fuerit. *Et poſt pauca de familiari conſuetudine & uſu cum viris ſanctiſſimis, Oſwaldo, Æthelwoldo ac Dunſtano, nec non de monaſteriis, quæ per tam violentas, tamque longe lateque patentes Danorum incurſiones per totam fere Angliam aut everſa ſunt penitus aut valde labefactata, partim reſtituta, partim de novo ædificata, de quibus ſupra, pergit ad noſtrum propoſitum. Textum juverit verbatim recenſere.*

C *Julii* Tomus II.

21 Monaſtica ſimul diſciplina, quæ prorſus ſere interierat, reſtaurata eſt, acciſiſque ex celeberrimo Floriacenſi Benedictinæ diſciplinæ cœnobio monachis, aliiſque ex locis, præſcripta quædam dicta ſunt; ex Benedicti aliorumque Patrum ſcitis collecta, quæ una & eadem accuratoque obſervatione apud omnia cœnobia conſervarentur; quæ adhuc viſuntur, digna ſane & quæ ab aliis legantur, & exacta monachorum præſertim obſervantia: habitaque eſt celebris Wintoniæ ſynodus, quæ decreta illa rata, firma & fixa eſſe voluit: ad quam Edgarus litteras ſcripſit, quibus & eos ad perſeverandum in ſancto propoſito animavit, & hortatus præterea eſt, ut omni cautione providerent, ut, quoad fieri poterat, una eademque monaſticæ diſciplinæ obſervantia omnibus ubique præſcriberetur. Et ipſe quidem ad ſuam curam defenſionemque virorum cœnobia revocavit, uxorique Elfridæ curam de ſacris virginibus earumque cœnobiis injunxit.

D AUCT. J. P. *de monaſtica diſciplina.*

Anglie Epiſcopi Wintoniæ ea de cauſa convocantur.

22 *Quid? Quod* Edgaro *jubente, Wintoniam convenerint Angliæ Epiſcopi, ut ſtatuta a Dunſtano pro monaſtica religioſorum Benedictinorum diſciplina utriuſque ſexus, quorum adminiculo, non obſtante locorum differentia, unanimes omnes, & unius moris in domo Dei habitare, & ipſi ſervire poſſent, communi omnium calculo approbarentur. Hoc factum affigit Alfordus anno* 966. *poſt cujus proœmium, quod ex vetuſtiſſimo exemplari tum Saxonice tum Latine, characteribus perpuleris exarato, fideliter exſcriptum, a Seldeno ſibi exhibitum commemorat, cum hac epigraphe*: Proœmium regularis concordiæ, Anglicanæ nationis monachorum ſanctimonialiumque orditur; *poſt cujus, inquam, proœmium ſubnectitur epitome* 12. *capitulorum de ſacris & ſolennibus monachorum Officiis, omiſſo capitulorum ipſorum integro contextu brevitatis cauſa, quoniam longiuſcula ſunt. Spectamus ad eumdem annum* 966. *profert chartam Regis* Edgari, *paterni erga monachos animi teſtem, in favorem novi monaſterii Wintonienſis, quod Hidam vocabant, confectam, atque in capitula* 23. *diſpertitam, & dicto anno editam. Præter illam inſuper pro Wintonienſi hoc cœnobio ad annum circiter* 967. *producit leges eccleſiaſticas, quas, ſicut præmittitur*, frequenti ſenatu ad Dei gloriam, regiæ majeſtatis ornamentum ac reip. utilitatem ſancivit, *nec non canones circa ea, quæ* pertinent ad conſtitutiones Edgari Regis de ordinatorum vivendi formula. *Denique anno Chriſti circiter* 969. *attribuit ſæpe laudati Regis orationem, ad Epiſcopos habitam, atque ad perſuadendum efficacem, in qua clericorum enumeratis vitiis, eorum loco ſufficiendos decernit monachos, cura hac demandata Epiſcopis, regia auctoritate fultis.*

E

F

Potentiſſima pro reductione monachorum in locum clericorum, diſſolute viventium

23 *Quanto autem & quam ferventi ſpiritu ibidem magnus honoris divini zelator loquitur, quam ſevere corripit, quam potenter perorat! Habe ſpecimen ex pauculis, quæ ſubjungo*: Æmulamini, *inquit*, 11 Sacerdotes, *Epiſcopos officii ſui commonefacientes*; æmulamini vias Domini & juſtitias Dei noſtri. Tempus inſurgendi contra eos, qui diſſipant legem Dei. Ego Conſtantini, vos Petri gladium habetis in manibus. Jungamus dextras; gladium gladio copulemus, ut ejiciantur extra caſtra leproſi, ut purgetur ſanctuarium Domini, & miniſtrent in templo

A AUCT. *I. P.* filii Levi . . Agite, quæſo, ſolicite, ne pœniteat, nos feciſſe, quod fecimus, dediſſe, quod dedimus, ſi viderimus illud non in Dei obſequium, ſed in peſſimorum luxuriam impunite libertate conſumi. Moveant vos Sanctorum reliquiæ, in quibus inſultant; venerande altarie, ante quæ inſaniunt. Moveat vos Anteceſſorum noſtrorum mira devotio, quorum eleemoſynis veſania clericalis abutitur. Proavus meus Edwardus, ut ſcitis, omnem teſtam ſuam eccleſiis & monaſteriis decimavit. Sanctæ memoriæ atavus meus Alfredus, ut eccleſiam ditaret, non theſauris ſuis, non patrimonio, non ſumptibus, non reditibus percendum putavit. Avus meus ſenior Edwardus, quante contulerit eccleſiis, paternitatem veſtram non latet. Pater meus & frater, quibus donariis Chriſti altarie cumularint, meminiſſe vos decet.

Edgarus ad Epiſcopos parœnet. B 24 O Pater patrum Dunſtane, contemplare, quæſo, patris mei oculos, ab illa lucida cæli plaga in te radiantes. Audi querulas ejus voces, cum quadam pietate in tuis auribus reſonantes. Tu mihi pater, Dunſtane, tu mihi de conſtruendis monaſteriis & eccleſiis ædificandis conſilium ſalubre dediſti. Tu mihi adjutor in omnibus & cooperator extitiſti. Te quaſi paſtorem, patrem & Epiſcopum animæ meæ, morumque meorum cuſtodem elegi. Quando tibi non parui? Quos umquam theſeuros tuis conſiliis prætuli? . . . Æternam dicebas eleemoſynam eſſe, nec aliam fructuoſiorem, quem quod monaſteriis eccleſiiſve conferetur, quo Dei ſervi ſuſtententur &, quod ſupereſt, pauperibus erogetur. O pretioſam eleemoſynam, & dignum animæ pretium! O peccatis noſtris ſalubre remedium, quod a ſinu Sybillæ in peregrine muris pellicula fœret, quod ejus auriculas ornat, quod componit digitulos, quod corpus delicatum in byſſo ſtringit & purpure . . . Quid huic querimoniæ reſpondebis? Scio; cum videbas ſurcm, non currebas cum eo, nec cum adulteris portioncm tuam ponebas. Arguiſti, ob- C ſecraſti atque increpaſti. Contempta verba ſunt, veniendum eſt ad verbere, & non deerit tibi poteſtas regia. Habes hic tecum venerabilem patrem Ethelwaldum, Wintonienſem Epiſcopum; habes reverendum præſulem Wigornienſem, Oſwaldum; vobis iſtud committo negotium, ut ex epiſcopali cenſura & regia auctoritate turpiter viventes de eccleſiis ejiciantur, & ordinate viventes introducantur. *Præclara enimvero & pio Rege dignißima oratio!*

Privilegio ex concilio Londinenſi pro monaſterio Glaſtonienſi; alia aliis conceſſa. 25 *Videre etiam datur apud eumdem Spelmannum concilium Londini habitum anno Chriſti* 970. *vel* 971. *in quo* celeberrima privilegia, ab Edgaro Glaſtonienſi cœnobio conceſſa, confirmantur, *&c. Varia privilegia monaſteriis conceſſa, atque adeo propenſiſſimum ſancti Principis erga Dei famulos affectum ſpirantia, collegit Alfordus annis* 970. *&* 971. *quibus accedunt legatio miſſa ad Joannem PP. XIII. in cauſa monachorum Glaſtonienſium, anno* 971. *ab eodem auctore ſignata; quo item agitur de prædiis, a Rege eidem monaſterio conceſſis.* (*De corpore S. Swithuni, anno* 971. *regnante hoc piiſſimo Rege, Anglis divinitus detecto, videſis tom.* 1. *hujus menſis, pag.* 328.) *Adde juramentum fidelitatis & obſequium a ſeptem Regibus ipſi delata anno* 973. *quo præterea regia veſtis, monaſterio Glaſtonienſi donata, quo magnus animus in parvo corpore, quo tributum* 300. *luporum Britannis impoſitum, quo ingens atque* D *boſſibus formidabilis uavium apparatus recenſetur. Atque hoc demum anno* Edgarum *Regem conſecratum fuiſſe, referunt Malmesburienſis, Wigornienſis & Hovedenus, ac præſcriptum pœnitentiæ ſeptennii finem impoſuiſſe. Quæ omnia enucleatius hic commemorare, longioris foret & minime huc ſpectantis operæ. Obiter Chronicon Saxonicum*: Hoc enno 973. fuit Eadgarus, Anglorum gubernetor, cum magno honore in regem conſecratus in veteri civitate Acemanneſceaſter (dicta.) Incolæ vero alio nomine Batboniam appellant. Ibi fuit gaudium magnum omnibus; exortum eſt in fauſto illo die, quem vulgus nominat appellatque Pentecoſtes diem.

Bona opera ejus coronationem ſubſecuta. 26 *Propius ad inſtitutum noſtrum ſpectat, ſingillatim oſtendere, quot & quam inſignibus virtutum præſidiis* Edgarus *condecorarit ſuam coronationem, videlicet pietate in Deum, religione in* E *Sanctos, munificentia in Dei famulos, tamquam totidem pretioſiſſimas præmittens margaritas, quæ coronam in cælis, numquam deficientem & immarceſſibilem condecoraturæ eſſent in ſecula. De Malmesburienſi quidem monaſterio, Thorneienſi & Rameſienſi optime meritum fuiſſe, conſtat ex publicis tabulis, quæ hac de re poſteritati relictæ ſunt. Ad Malmesburienſe quod attinet; Edwvius*, Edgari *frater, illud, in agro Wiltonienſi poſitum, Dunſtano monachiſque tratus, novis incolis fœdaverat, regularibus exclußis, inducens homines ſolutioris vitæ; quod paucis deplorat Guilielmus, illius loci monachus lib.* 2. *de Regum Geſtis cap.* 7. *ubi de Edvvio ſcribens, ſic fatur*: Ea tempeſtate ſecies monachorum fœda & miſerabilis erat: nam & Malmesburienſe cœnobium plus quam ducentis ſeptuaginta annis a monachis inhabitatum, clericorum ſtabulum fecit. *Edgarus autem huic malo occurrit, hoc ſtabulum purgavit: indignos loci habitatores ejecit, ſanctioris vitæ homines ſubſtituit, dato eis Præfecto Alfrico, de quo Ingulfus cum aliis rerum Anglicarum ſcriptoribus* F *editus, quod in ſuperioribus citationibus ſemper ſubintelligi volumus, pag.* 884. *loquitur in hæc verba*: Hoc eodem tempore clericis ejectis de monaſterio Maldeſmesbiriæ, quos Edwinus frater ſuus, monachis expulſis, nequiter intruſerat, monachos revocavit, præficiens eis in ebbatem Alfricum, virum in eccleſiaſticis officiis tunc celeberrimum, donans ei chartam ſuam in hunc modum. *Sequitur diploma, ad cujus finem apponitur* annus Dominicæ Incarnationis CMLXXIV. & regiæ conſecrationis primus. *Unde vides confirmari annum conſecrationis regiæ ſupra ſignatum.*

In reſtaurandis monaſteriis munificentiſſimus. 27 *Ita quidem Ingulfus, qui pag.* 885. *in piiſſimi Regis laudem adjungit*: Ego vero, *inquit*, tam remoti monaſterii chartam apoſui, ut oſtenderem, quanto igne Spiritus ſancti Regis Edgari (enimus) accenſus fuerit, eccleſies ruinoſas & monaſteria diruta reſtaurandi. *Jam vero quid egerit ſanctus Princeps pro Thorneienſi monaſterio in Cantabrigienſi agro, habes ex diplomate, quod ex Reyneri tractatu* 1. *fol.* 14. *citat Alfordus, qui & illa diplomatis verba, quibus Edgarus dicit*, octavo decimo mei terreni imperii anno, *&c. cum non regnarit niſi annis ſedecim, expendit & explanat. Quid multis moror? Regium diploma pro Rameſienſis cœnobi fundatione,*

A *datione, in comitatu Huntingtonienſi ſiti, e bibliotheca Cottoniana exceptum, inſervit Annalibus Anglicanis Alfordus anno 974. a pag. 378. Atque hæc ſufficiant, habeanturque certiſſima argumenta, quibus Rex* Edgarus *poſteritati merito exhibeatur ubique pius, ubique religioſus, ubique eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudioſiſſimus, ubique bonorum operum cultor ſtrenuus & indefeſſus, facicus ſibi ſæculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælo, peccata eleemoſynis redimens, operibus virtutum a juvenili ſua mitigatate levatus, & ſupra nivem dealbatus.*

Quo anno obierit Edgarus, 28 *Tandem* Edgarus, *meritis plenus, ætate præcox, at cælo maturus, cum vixiſſet annis duobus ſupra triginta, regnaſſetque annis ſedecim, longiori vita multo digniſſimus, e terreno regno, quod religioſiſſime moderatus fuerat, ad cæleſte migravit anno Domini 975. ſummo bonis omnibus relicto ſui deſiderio. Ingulfus, Malmesburienſis & Weſtmonaſterienſis, ubi de ejus obitu agunt, diem haud exprimunt. Wigornienſis, & Hovedenus diem mortis diſerte ſignant, dicuntque eum incidiſſe in* VIII. *Idus Julii, ac*

B *feriam* V. *Quæ feria invicte eruitur e littera Dominicali e, incidente in quartam Julii. Chronicon Saxonicum perperam diem mortis diverſum aſſignat, his verbis:* Hoc anno 975. (morte) finivit terræ triumphos Eadgarus, Anglorum Rex . . . Eum menſem ubique in patria ſepulta, qui aotehac erant in arte chronologica rite edocti, Julium appellant; cujus decimo octavo die, juvenis Eadgarus nobilibus torquium latgitor deceſſit ex hac vita. D AUCT. J. P.

29 *De anno mortis mox determinate, ſatis convenit inter auctores. Perperam ab his diſſentit Speſmannus, Edgari obitum affigens anno proxime præcedenti* 974. *ſic loquutus pag.* 489. Sub hac tempeſtate, anno ſcilicet Chriſti CMLXXIV. e ſeculo migravit inclytus Rex Edgarus pacificus, patriæ & monaſticæ diſciplinæ propugnator ardentiſſimus, qui inter alias ſuas, quas olim vidimus, conſtitutiones, aureis exaratas litteris (ſed mihi hodie non occurrentes) ſemet monachorum cœtui, reginam ſunm monialium præfecit gubernatores, *ſtatuitur contra ſpeciosa nomina;*

30 *Ad ſepulturam* Edgari *quod ſpectat, jam diximus, ubi elogia ejus recenſuimus, Glaſtoniæ ſepultum fuiſſe. Annuunt auctores. Sufficiat protuliſſe verba Ingulfi, quæ loco coronidis adjungi poſſunt iis, quæ de die & anno mortis, quæque de ſepultura protulimus in medium: Itaque ſic loquitur pag.* 889. Porro inclyto Regi, qui erat flos & decus omnium antecedentium ſuorum & totius occidui climatis orbis terræ E baſileus, honor & roſa Regum, anno Domini CMLXXV. regni vero per totam Angliam XVI. ætatis XXXII. defuncto & Glaſconiæ ſepulto, ſucceſſit in regnum primogenitus filius ejus. *obierunt ſepultus.*

DE S. ALBERTO CONFESSORE

MONACHO CISTERCIENSI.

SIGESTRI PROPE GENUAM.

Brevis notitia. J. B. S.

VIII. Julii. *Silium hic producimus, profeſſione Ciſtercienſem monachum, quem tamen ſcriptores iſtius Ordinis, utut diligentiſſimi virorum illuſtrium collectores, hactenus ignoraſſe videntur, æque ac Ferrarius, qui in neutro ſuo Catalogo,*

C *alioquin toto Sanctis referte, de eo muſquam vel verbo mutnit. Nequo vobis facile fuiſſet, in ejus notitiam devenire, niſi inter Majorum noſtrorum ſobedas reperta fuiſſet epiſtola noſtri Joannis Stephani Fliſci, anno* 1683. *Genua Papebrochio reſpondentis ad ea, quæ de iſto Sancto quæſierat. Invenerat ipſe, opinor, inter Officia propria ſanctæ Genuenſis eccleſiæ, ſeu potius in feſtorum Kalendario, anno* 1640. *edito, menſis hujus* VIII. *die ita legi:* Alberti de Genua Confeſſoris, duplex. *Cum autem de eo alibi nec volam aſſecutus eſſet nec veſtigium, nihil prius habuit, quam ad ſocium Fliſcum recurrere, a quo impetraret, quidquid de tali Sancto, alibi plane ignoto, Genuæ aut ſcriptum, aut ſaltem vulgi opinione traditum eſſet. Fecit hic gnaviter poſtulata; atque ex ejus epiſtola intelliget, vere quidem coli Genuæ* Saoctum *iſtum* Albertum, *at vitam ejus, ætatem, & quid-*

quid ad geſta pertinet, penitus ignoravi. Fliſci verba ut noſtra referemus.

a S. Albertus, *de quo Rev. v. ſcribit, alius non eſt, quam ille, de quo feſtum celebratur* VIII. *Julii, & deſcriptum elogium legitur ex Martyrologio, quod pro eccleſia Januenſi concinnarunt* F *noſtri Arobiopiſcopi, præponendum lectioni Martyrologii Romani, in hæc verba, quæ ſubjicio:* Die VIII. Julii. Genuæ, poſitio S. Alberti monachi Ciſtercienſis & confeſſoris, qui ſanctitate & miraculorum gloria conſpicuus, eremiticam vitam degens, in ſenectute bona quievit in Domino. Ejus corpus in eccleſia, ipſius nomine Deo dicata, extra eamdem urbem conditum, magna populi frequentia honoratur. *Eccleſia de qua in hoc elogio (Fliſci rurſus verba ſunt) ſita eſt in quodam monte prope oppidum Sigeſtrum, vulgo* Seſtri di Ponente, *a quo diſtat mille fere & quingentos paſſus. Hujus ſancti Viri virtutes & decora latent nos; & quamvis a multis quæſitæ fuerint notitiæ, invenire non potuerunt. Unde nihil habeo quod addam, inquit Fliſcus, neque ego, quod aliunde, poſt inutiles inveſtigationes, adjungere valeam.*

A D

NONA DIES JULII.

SANCTI QUI SETIMO IDUS JULII COLUNTUR.

S. Anatholia V. } MM. apud vetcrem Thoram in dioecesi Reatina Italiæ.
S. Audax }
S. Cyrillus Epiſc. Mart., forte Gortynæ in Creta.
S. Zeno cum ſociis decem millibus, ducentis tribus MM. Romæ ad Aquas Salvias.
S. Mochus Martyr, Mediolani,
B S. Zeno
S. Mimias
S. Vitalis
S. Rufinus
S. Euangelius
S. Vriſius
S. Agnitus
} Martyres Tomitani
S. Felicianus Martyr, in Sicilia.
S. Floriana } VV. & MM.
S. Fauſtina } Romæ.
S. Pontianus Epiſc. Mart., Tuderti in Umbria.
S. Euſanius & ſocii Martyres, apud Forconium in Veſtinis.
S. Brictius Epiſc. Confeſſ. Martulæ in Umbria.
S. Andreas } Martyres
S. Probus } apud Græcos.
S. Patermuthius
S. Copres
} Martyres in Ægypto.
C S. Alexander
S. Felix Epiſc. Genuæ in Liguria.
S. Paulus Epiſc. Apud Senones in Gallia.
S. Theophanius Confeſſ. Corneti in Tuſcia.
S. Auremundus abbas Mariacenſis, apud Pictones in Gallia.
S. Everildis Virgo, in Anglia.
S. Agilolfus Epiſc. Mart. Coloniæ Agrippinæ.
S. Herumbertus Epiſc. Confeſſ. Mindæ in Weſtphalia.
B. Joanna virgo Carmelitana, apud Regium Lepidi, in ducatu Mutinenſi,

S. Nicolaus Pichius Gorcomienſis, Guardianus
S. Hieronymus Werdanus, Vicarius
S. Theodoricus Emdenus Amersfortius
S. Nicazius Joannis Hezius,
S. Willehadus Danus
S. Godefridus Mervellanus
S. Antonius Werdanus
S. Antonius Hornarienſis
S. Franciſcus Rodius Bruxellenſis
S. Petrus Aſcanus
S. Cornelius Wicanus
Ordinis S. Franciſci de Obſervantia:
S. Joannes, Ordinis Prædicatorum
S. Adrianus Becanus, Ord. Præmonſtr.
S. Jacobus Lacopius, Ord. Præmonſt.
S. Joannes Oſterwicanus, Can. Reg.
S. Leonardus Vecchelius, Paroch.
S. Nicolaus Poppelius, Paroch.
S. Godefridus Dunæus, Sacerd. fec.
S. Andreas Walthepus, Parochus,
} Martyres dicti Gorcomienſes; ſed Brilæ in Hollandia coronati,

E F

PRÆ-

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Ephrem *a Beda ſeu Floro hoc die ſacris Faſtis, poſt Anatholium & Audacem adſcriptus eſt, his verbis*: Eodem die, depoſitio S. P. N. Ephrem: *addidit Rabanus*, viri doctiſſimi & religioſiſſimi, *ut minime dubites, quin indicetur celeberrimus ejus nominis Diaconus Edeſſenus, vulgo* Syrus, *ad quem facile reducuntur annuntiationes variæ auctiorum Uſuardorum Centulenſis, Bruxellenſis, Vaticani & aliorum, quos ſuo loco citatos habes. Solus ſecus Roſvveydi codex ab aliis omnibus differt, dum ita legit*: In Ægypto, S. Ephrem monachi, *qui, ut ibidem notavi, diverſus eſſe deberet ab Edeſſeno Diacono. Ægyptum etiam ſignavit Grevenus; at fruſtra quæſivi, quis hic Ægyptius Ephrem dici poſſit, qui hoc die colatur. Quot Sancti iſtius nominis jam in hoc opere illuſtrati ſint, colliges ex Indice, tomo 7. Junii edito. Fore ſuſpicatus fueram, indicari Ephrem, qui Abrahami eremitæ* collega *vocatus in vita Mariæ meretricis, ejuſdem Abrahami neptis, apud Roſvveydum pag. 369. Sed neque hic Ægyptius fuit, aut in Ægypto monachum egit, ut eſt* XVI. *Martii, pag. 435. num. 15. Id igitur reliquum eſt, ut Martyrologia omnia cenſeri debeant loqui voluiſſe de S. Ephrem Syro, quem hoc die e vita migraſſe contendit Caſtellanus. Sed actum nunc agimus. Vide ejus Acta illuſtrata* I. Februarii

Elfredam *virginem in Kalendario aliquo invenit Bollandus, ſed qua alibi nota non ſit, ſaltem ſub tali inflexione: veriſimillimum eſt, indicari* S. Elfledam *abbatiſſam Steneasbalenſem, cujus geſta lenge Commentaeie hiſtorico illuſtrata ſunt* VIII. Februarii

S. Eleutherii translationis primæ *meminit Balinghem: vide de ipſa & aliis Commentarium prævium ad Sancti Acta §. 4.* XX. Februarii

S. Heriberti *Colonienſis Archiepiſcopi* ordinatio *facta anno Domini 999. memoratur in editione Lubeco-Col., Greveno & aliis. Sed de ea nihil dicendum ſupereſt, cum Sancti Acta illuſtrata ſint* XVI. Martii

S. Gerulfi martyris & Wichburgis virginis *annuntiatio eſt Florarii Ms., non ſolitis diſparata conjungere & nomina ſæpius torquere.* S. Gerulfus *nulle modo huc pertinet; ſed ad* XXI. *Septembris*: Wichburgis *quam* Wichburgam *nominat & ſolus ſeorſim refert Grevenus, mihi hactenus ignota eſt. Quid ſi ex modica mutatione nominis omnia componantur, intelligaturque* S. Witburga *virgo Anglica, de qua actum eſt* XVII. Martii

S. Cyrillus diaconus, *qui a Grevene, Molano & aliis hoc die ſic deſcribitur*: Apud Heliopolim, quæ eſt circa Libanum, ſancti Cyrilli diaconi & martyris. Qui, ut lib. 6. hiſtoriæ tripartitæ dicitur, cum ſub Conſtantio multa idola contriviſſet, ſub Juliano a paganis peremptus eſt: *tot characteres diſtinctivos adjunctos habet, ut dubitare nequeas, quin de eo agatur, cujus geſta illuſtrata ſunt* XXIX. Martii

S. Pancratius *epiſcopus & martyr Tauromenii in Sicilia cum elogio refertur in Menologio Sirleti in Menæis aliiſque faſtis Græcis: item in Ephemeridibus Græco-moſais & alibi. Sed de eo jam pridem actum eſt* III. Aprilis

De B. Landulfo *Aſtenſi epiſcopo, a ſcbiſmaticis Henricianis ſub initium ſec.* XII. *plurima paſſe, egit Galeſinius ad diem 1. Junii, quem in Catalogo Sanctorum Italiæ non eſt auſus ſequi Ferrarius, erroris Galeſinium arguens, in nova ſua Topographia ad Martyrologium Romanum; qui tamen poſtmodum in Catalogo generali* Landulfum *etiam poſuit cum titulo* Beati *ad Kalendas Junii. Hoc die ipſum notavit Henſchenius ex Ughelli Italia ſacra tomo 4. a col. 513. ubi columna 515. expreſſiſſime dicitur, obiiſſe* VII. Idus Julii, *quo ipſum referre parabam, niſi deprehendiſſem, Acta ejus ab eodem Henſchenio illuſtrata fuiſſe ad* VII. Idus, *ſeu ad* VII. Junii, *quo ſignatur obitus in paulo longioribus Actis a Malabayla ſuggeſtis, facili mutatione litteræ* X. *in* L. *Ceterum dubitare cogor, utrum jam dictus* Landulfus *vero cultu eccleſiaſtico utrovis die Aſtæ honoretur, cum Mabilie in Ordinis ſui Annalibus tomo 5. pag. 455. c. ſatis frigide ſcribat*, Landulfum, *cujus tibi elogium inde contraxerat*, beati titulo donatum apud Ughellum: *Caſtellanus vero, diligens Sanctorum ſcrutator, in Martyrologio ſuo Univerſali ad* VII. *Junii non alio enim nomine dignetur, quam* Venerabilis. *Habuit ſua argumenta Henſchenius, ob quæ Acta ejus illuſtrarent eo die, quo videri poſſunt* VII. Junii

S. Valentini epiſcopi Tungrenſis *memoriam cum elogio hoc die agit Florarium Sanctorum Ms., ſed quidquid ad Sanctum ſpectat, jam datum eſt* VII. Junii

S. Theraclius, *pro* Heraclius (*in Florario* Theradius) *notatur in Uſuardis Colonienſibus, quin & Hieronymiano Reg. Suec. ſeu Senonenſi S. Columbæ, ſub nomine* Eracli, *uti & in veteri Kalendario Corbeienſi. Eundem hodie cum Paulo fratre epiſcopo Senonenſi & Heraclii ſucceſſore conjunxit Sauſſayus, & Trecis collocavit Ferrarius in Catalogo generali. Caſtellanus ipſum hoc quoque die ſignat, ea procul dubio cauſa, quod ſolenne ejus feſtum apud Senones agatur, quidquid Sauſſayus diſerte aſſerat, obiiſſe* VIII. *Junii, quo die de eo actum eſt* VIII. Junii

S. Cunera virgo *ex hiſtoria Urſulana hoc die accepta eſt a Camerario, nempe ut ſert vulgata Legenda; de qua vide Commentarium ad Sanctæ Acta* XII. Junii

S. Theobaldus eremita *jam non ſemel repetitus eſt: neſcio cur hoc die locum invenerit in Breviaeie Pariſienſi anni* 1584. *De eo abunde actum eſt.* XXX. Junii

S. Martialis *Galliarum Apoſtolus jam non ſemel translatus & tranſpoſitus eſt: notiſſima eſt ejus feſtivitas, quando & Acta illuſtrata ſunt* XXX. Junii

B. M. V. Viſitationis octava *ſignatur in codice Uſuardino Antverpienſi maximo, item in Ultrajectino, Leydenſi, & in tot aliis, quos in auctariis Uſuardinis notatas habes. Vide quæ dicta ſunt* II. Julii

Germanus Confeſſor in Hibernia, *in eo eſt Sanctorum numero, quas Grevenus indiſcrimi-*

A *natim & undecumque collectos in auctaria ſua ad Uſuardum intruſit, Ego Germanum iſtum pro hoc die alibi non invenio, nec ſcio, quo referri poſſit, niſi forte idem ſit, de quo egimus ſupra* III. Julii

S. Ampelium Mediolanenſem epiſcopum *hoc die ſignat Ferrari Catalogus Sanctorum Italiæ, remittens ad* VIII. *Februarii; ſed neutro die recte poſitus videtur. De eo egimus* VIII. Julii

Godſcalchum Ducem & Hipponem presbyterum martyres Leontii in Wandalia *accepiſſe ſe ait Ferrarius in Catalogo generali*, ex Martyrologio Petri Caoiſii, *quale ego non vidi hactenus, cum in utraque editione Germanica de his Martyribus nulla fiat mentio. Locum explicat in ducatu* Mekelburgenſi *ſeu Magnopolitano, qui olim Wandalia dictus ſit. Aut, Ducem a ſubditis idololatris inter divina myſteria cum Gippone presbytero cæſum, imperante Henrico III. Cæſare, pro quo citat Crantzium, alioſque. Incipiendum erat a cultu ipſis exhibito, de quo doceri cupimus.*

Zenonem abbatem *non negamus laudari a Petro Equilino lib. 6. cap. 76. Novimus etiam, quæ de*
B *eo ſcripta ſunt in Vitis Patrum, ſed de eo etiam quærimus, quando & ubi Sanctorum honores nactus ſit.*

Thebaculus *apud eumdem Ferrarium acceptus eſt* ex Menologio Scotiæ, *nempe ex Dempſtero, ita hoc die ſcribente*: In Scotia, Thebaculi, monachi Baſiliani, S. Reguli Patrenſis ſocii, *quando reliquias S. Andreæ Apoſtoli in Scotiam advexit, inquit Ferrarius. De ea reliquiarum translatione agetur ſuo loco: alia, quam Dempſteri auctoritate opus eſt, ut* Thebaculus *Sanctis annumeretur; ſi ea accedat, alibi ei locus dabitur.*

Molruani *alicujus, tamquam* ſancti Archipræſulis & legati Hiberniæ *vitam, ſeu potius oratoriam panegyrim ad Bollandum olim miſit noſter Henricus Fitz-ſimon, quam etiam in alio codice deſcriptam habemus. Mirum eſt encomium per locos communes deductum, quod ſanctis ferme omnibus Epiſcopis aptari facillime poſſit, repletum variis generis virtutibus, accuſationibus & perſecutionibus impiorum, quæ Præſulem, ut ſo purgaret, ad Romanum Pontificem, neſcio quem, proficiſci compulerint, peregrinatione,*
C *ſi ſuperis placet, ſuſceptam in vinculis, quorum clavis in exenteratо Tyberis piſce reperta ſit Romæ. Hujuſmodi prodigia vix fidem inveniunt, etiam dum a noto & pluſquam mediocris auctoritatis ſcriptore traduntur; tantum abeſt, ut ea nobis perſuadeat ignotus encomiaſtes. In patriam ſuam redux, plenus dierum & meritorum ad æterna præmia evolaſſe dicitur hac die* IX. *Julii. Evolvi tabulas omnes Hibernicas & Scoticas, ſicubi Molruani occurreret memoria; verum cum nihil repertum ſit, non puto nobis integrum eſſe, talis encomii, ab otioſo fortaſſe homine ex aliis conflati, auctoritate ipſum Sanctis adſcribere, de cujus ætate nec veſtigium in tota oratione inveniasi.*

Quinquaginta monachorum Martyrum *cum ſuo abbate certamen hoc die referunt Kalendarium Ciſtercienſe, Henriquez & Chalemotus, in cœnobio B. Mariæ de Firmitate, in comitatu Burgundiæ. Dicuntur* martyrio affecti omnes anno 1300. ab exercitu hæreticorum banditorum, qui monaſterium & bibliothecam combuſſerunt, *Eoſdem etiam hoc die ſignavit Sauſſayus: verum Caſtellani filentium ſatis oſtendit, nullum ipſis cultum deferri, qui aliunde probari non poteſt.* D

Petronilla, *ut* Deo dilecta virgo & venerabilis *in cœnobio S. Annæ Abulæ in Hiſpania ponitur ab Henriquez & Chalemoto, qui recte a* Beatæ *aut* Sanctæ *titulo abſtinent, quem Arturus in Gynæceo ei munifice adſcribit.*

Rodolpho *monacho Ciſtercienſi, ut* Catholicæ veritatis conſtantiſſimo aſſertori *atque* hæreſum expugnatori acerrimo (*puta Albigenſium*) Beati *nomen adſcribit Henriquez, a quo melius abſtinet Sauſſayus.*

Septem eremitarum *claſſem hoc die nobis adſtruit additio aliqua Ms. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum*, quorum ſunt nomina, *inquit*, Petrus, Stephanus, Joannes, Georgius, Theodorus, Felix, Laurus. *Florarii & Greveni ſtylum imitatus eſt harum additionum ſcriptor, ut multa vage & obſcure congereret. Si vere Sanctis annumerandi ſint ſeptem iſti anachoretæ, aliunde plus auctoritatis accedet, quæ rem certius clariusve explicet & definiat.*

Salvia virgo *abſque ullo prorſus* charactere diſtinctivo ponitur *a ſolo Greveno, multorum, ut alias diximus, Sanctorum indigeſto collectore, cujus ea in re exigua eſt auctoritas: forte poſtea recurrent, quæ de Sancta qualitumque & geſtis ejus melius edoceant.* E

S. Briſtium alterum Epiſcopum *alicubi reperit Bollandus, qui aliis eſſe non poteſt a Briſtio illo geminato apud Scriptores Umbriæ, de quo videnda diſſertatio Janningi ante tom. 1. Julii a pag. 21.*

Angelum Caſinenſem monachum *in Sanctorum Kalendario partis 1. Seculi 6. collocavit Mabilio, ſed omni titulo abſtinens*; Io monte Caſino, Angeli monachi. *Tum inter vitas Abbatum & priorum Caſinenſium ejus elogium refert pag. 104. quod ex Petro Diacono paulo contractius hoc ipſo die exhibet Bucelinus ultimo loco*, Angelum *appellans* venerabilem, qui poſt extractam diutius inter ſeculi delicias vitam, pœnitentia ductus, & lugubrem monachorum habitum amplexus, gratiam in oculis Domini meruit, & conſummatus in brevi, tempora multa explevit. Quo mortuo, ex energumeno cacodæmon clamando graviter queſtus eſt: Quid hac hora mihi Beoedicte feciſti? Angeli mihi animam, ob exigui geſturam cuculli auferens, F
tuo in cœleſtibus gregi miſcuiſti. Quo dicto, ſigno dato mors Angeli fratribus nuntiata eſt. *Si recte notavit Mabilio, videtur obiiſſe circa annum* 1010.

Maternus, Galendinus, Gajus & Baſilius, *ut Mediolanenſes Epiſcopi nuncupantur a Florario Ms. & forte hinc a Greveno, nihil diſtinctius proferente. Vaga ſunt hæc & incerta, neſcio unde accepta. In Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium ante tomum* VII. *Maii, invenies* Gaium *pro anno* 61. Maternum *pro anno* 282. *quorum illi aſſignatur natalis* XXVI. *Septembris, huic* XVIII. *Julii*. Galendinum, *ſeu* Galendium *non invenies, non magis quam* Baſilium. *Sed collectoribus iſtis habendæ gratiæ pro diligentia, condonanda eſt imperitia.*

Germanus, Kilianus, Ribianus, Tornanus, Brocardus *hoc die ſic conjunguntur in Kalendariis expanſis noſtri Henrici Fitz-ſimon. Bollandus alicubi legit pro* Germano & Bibiano, Rimanus & Multonus: *ſed quomodocumque*

flect.

A *flectantur nomina, non videntur ad hunc diem pertinere. Jam dixi de* Germano *actum* III. *Julii. De* Kiliano *&* Totnano, *die ipſorum proprio* VIII. *Julii. Quo ſpectant alii* Ribionus, *ſive* Rimanus, Brocardus *&* Multonus? *Nullum eorum novit Camerarius, ſolum* Ribianum *de nomine ſalutavit Dempſterus*, epiſcopum *appellans: ego de omnibus majorem quæro notitiam, priuſquam inter Sanctos eis locum aſſignem. Novi* Brocardium *in Colgani Patricio pag.* 230. *ſed necdum inducor ut credam, omnes S. Patricio cognatos aut diſcipulos Sanctis accenſendos eſſe: vide quæ diximus die præcedenti.*

SS. Hodriani & Jacobi, *Canonicorum Ordinis Præmonſtratenſis, eccleſiæ B. Mariæ Middelburgenſis in Zelandia, qui* apud Brielam in Hollandia per varias ab hæreticis pro Catholicæ & Romanæ fidei profeſſione irrogatos injurias ... od martyrii palmam glorioſe

B agonizando pervenerunt, *memoriam ſeorſim recolit Joannes Chryſoſtomus vander Sterre in natalibus Sanctorum Ordinis. De omnibus iſtis Martyribus, vulgo Gorcomienſibus, agitur hoc ipſo die.*

Plurimorum Mortyrum *memoriam agit Viola Sanctorum, quorum varia torments ſigillatim deſcribit, nullo addito nomine aut martyrii palæſtra; ut quis facile novos ſibi Martyres fingat, qui ignorat, eadem referri verba, quæ in editione Lubeco-Col. Zenoni & ſociis, de quibus hoc die agimus, ad verbum adſcribantur.*

Henricus de Coſveldia *cum titulo* Beati *hoc die memoratur ab Arnoldo Raiſſio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii ex Catalogis illuſtrium virorum Joannis Trithemii; & orthodoxæ matris Eccleſiæ Doctorum Guilielmi Eyſengreim, ut qui* in domo Vallis gratiæ juxta Brugas, *ipſe Carthuſienſis ordinis monachus, diem extremum clauſerit.* Is natione Germanus fuit, *in quam*, domuſque beatæ Mariæ prope Gertrudis Bergam egit Priorem. Vir in Scripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, vita & converſatione devotus, & magnæ famæ; ingenio

C ſubtilis & clarus eloquio, declamator quoque ſermonum celeberrimus: qui cum viſitationis actui in præfata domo Vallis gratiæ ſolubriter intenderet, anno è Virgine pariente MCCCCX. ad cœlos abiit. *Virum laude dignuſſimum, haud diffitemur; at Brugis aut alibi pro Sancto aut Beato habitum, necdum compertum.*

Martyres duos anonymos *Franciſcanos ſic poſt Gorcomienſes bodie annuntiat Arturus:* Ibidem (*Brielæ*) paſſio duorum fratrum anonymorum Mortyrum: *de quibus in notatione ait;* Eodem die & anno, aliunde duo Fratres Franciſcani Brielam a Geuſiis fuere adducti, atque martyrio coronati, quorum mentionem egerunt Surius ſupra, & Chapeauillus tomo 3. hiſt. Leodien. ſub Gerardo Groesbecano cap. 18. *Hæc deſcribo, ut appareat, quam debili fundamento Sanctos hic multiplicet Arturus. Verba Chapeauilli ſunt pag.* 464. Hic primum Catholicorum ſanguinem, propter fidem Catholicam Geuſii ex profeſſo effundere incipiunt. . . Gorcomii in publico foro, eo nomine ſuſpenſi duo cives: apud Briclam Nicolaus Popelius, paſtor Gorcomienſis cum tribus presbyteris; duo item Franciſcani, aliunde Brielam adducti, cum quodam Canonico regulari. *Luxato mundi ſeſtu, ipſos hic Gorcomienſes Martyres indicare voluit Chapeauillus. Presbyteri tres ſunt, Vechelius, Duncus & paſtor alius Walterus: pro* duo *lege* undecim *ex numeris male ſcriptis aut intellectis, adde Canonicum regularem Oſterwicenſem, ac deinde, qui hic deſunt, Joannem Dominicanum & binos Præmonſtratenſes, habebis juſtum numerum novemdecim Gorcomienſium, de quibus hoc die agimus, excluſis Anonymis, Eſtio & ſcriptoribus omnibus ignotis.*

D Franciſcus Ovarius, in territorio Americano, } *memoratur ab eodem Arturo, ultima etiam in Gy-*
Victorinus diaconus, Tarnoviæ in Polonia, } *naceo.*
Illuminatus, Florentiæ, }
Catharina de Jeſu, Beatæ in Hiſpania }

Leonoro virgo Ciſtercienſis *Poplesi in Catalonia etiam* Beatæ *titulo ab Arturo donatur.*

E S. Lithardus *ſeu* Lituardus *urbis* Cornuti *alias* Cornueti, *in Patrimonio S. Petri ſitæ, patronus hac die ſignatus eſt a Caſtellano. Invenio ſchedulam, in qua dicitur obiiſſe die 9. aut 12. Julii, ſed cum referatur a Ferrario in utroque Catalogo duo poſteriori; hoc vero die ibidem colatur* S. Theophanius, *de quo ſuo loco agimus, rejicienda ſunt paucula, quæ de* S. Lituardo *duci poterunt, ad* XII. Julii

S. Juſtus Confeſſor *unus è quatuor fratribus Polonis, eremitis Camaldulenſibus Ordinis S. Romualdi, dicitur obiiſſe hac die anno Domini* 1008. *Alius eſt* Barnabas Confeſſor *reliquorum magiſter*, qui claruit anno 1005. die 10. Maii: *tertius* Andreas Zoerardus confeſſor, qui vixit ann. 1009. die 16. Julii: *quartus* Benedictus Zuirardus martyr, qui floruit ann. 1011. die 6. Maii. *Horum vitas, ſeu potius virorum compendia, tamquam* Sanctorum, quorum feſto ſancta mater eccleſia Catholica Romano celebret, *edidit Martinus Baronius, Jaroſtavienſis clericus, Cracoviæ anno* 1609. *De iiſdem, tamquam* Sanctis, *etiam agitur ad calcem vitæ B. Bogumili, quæ illuſtrata eſt* 10. *Junii. Non agnovit Sanctos Silvanus Razzius,* F *agens de aliis ſui Ordinis; non agnovere Majores noſtri ac quidem inter Pratermiſſos. Cupio ego dare ſingulis quod ſuum eſt; ſi ſolum probetur cultus in Poloaia toleratus, de quatuor ſocius ſimul agam ad* 16. *hujus menſis, quamquam fatentur Baronius, ignorari quo loco depoſitum ſit* Juſti *ibius corpus. Submittant igitur Camaldulenſes quæ deſideramus pro* XVI. Julii

S. Bernardi abbatis translatio, *neſcio unde inſerta ſit additionibus Mss. Carthuſiæ Bruxellenſis: ceterum vere an falſo ibi referatur, videndum erit ad diem natalem* XX. Auguſti

S. Firminus epiſcopus confeſſor *ſignatus hoc die in Hagiologio Franco-Galliæ, per Labbeum edito, non videtur alius eſſe a S. Firmino Ambianenſi*, cognomento Confeſſore, *ut ab alio cognomine martyre contradiſtincto. Sed is colitur* 1. Septembris

Thecla nobilis matrona Tornocenſis, *ut quæ omnium virtutum genere decorata, a S. Eleutherio ter monita, corporis ejus elevationem per Heydulonem epiſcopum procuraris, laudatur a Rayſſio* XX. *Februarii, quo die de S. Eleutherio, & de*

A *& de Thecla etiam, ſed in Prætermiſſis actum eſt, eumque prædicta elevatio die* XVIII. *Sept. facta fuerit, licet* IX. *Julii feſtive recolatur, ut hic etiam diximus, remiſſa eſt rei diſquiſitio ad prædictam* XVIII. *Septembris. Ceterum cum tali die Tornaci nec de elevatione, nec de translatione (quæ ibi ſolemniter recolitur* XXV. *Auguſti) quidquam fiat, hoc vero die in feſto elevationis lectione* V. *dicatur*, Theclam, quæ reliquias S. Martyris veneratura ſolennitati aderat orans, percepto Dominici corporis Sacramento migraſſe è vita, *nec ulla alia de ipſa in Officiis propriis agatur memoria, non videtur de cultu ejus ultra inquirendum: ſiquid tamen forte occurrat, remittemus & nos ad* XVIII. Septembris

S. Fraternus epiſcopus *in Hieronymianis codicibus Lucenſi & Corbeienſi ad calcem laterculi hoc die adjectus eſt:* Et Fraterni epiſcopi, *quod eſſe augmentum antiquarii Gallici alibi cum Florentinio diximus. Hunc vero antiquarium* frequentem eſſe in addendis Autiſſiodorenſibus Beatis *ibidem etiam obſervavit Hieronymianorum illuſtrator. Horum codicum, opinor, auctoritate, hoc die* S. Fraternum *retulit Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali, abſque titulo Martyris, ad* XXIX. *Septembris, eam vocem* Martyris, *uncis inſerens, & ad Romani marginem addens, acceptum eſſe ex hoc die. Ita ille cenſuit; ceterum cum in Hagiologio Franco-Gallico, a Labbeo edito, in Catalogis Sanctorum Autiſſiodorenſium, & in ipſo Romano, quod ſequimur, citata Septembris die recolatur, & vitæ compendium tali die defunctum aſſerat, omnia ad ipſum ſpectantia, cum titulo martyris aut confeſſoris, diſcutienda erunt* XXIX. Septembris

B

Edilburga *S. Inæ regis uxor, quæ a Menardo, Wilſono aliiſque hoc die refertur, totam ſuam canonizationem debet Arnoldo Wion in Ligno vitæ, cujus verba exhibere, operæ pretium eſt. Sic legit, omnium primus, in textu ſuo hodierno:* In Anglia, ſanctæ Edilburgæ reginæ, quæ in cœnobio Berchingii Deo dicata, miraculorum gloria & ſanctitate refulſit. *Atque hæc ſunt verba, quæ ex ipſo Menardus deſcripſit. Audi porro Wionis notationem.* Trithemius de alia Edilburga virgine, Anglorum regis filia, hac die agit, ſed cum illa a Baronio & aliis reponatur die ſeptima menſis præſentia, ex conjectura quadam, hodiernum diem huic alteræ Edilburgæ reginæ conſecravimus. *Ingenua quidem confeſſio, ſed temeraria auctoritas, quæ omnia ſus deque verti poſſint, ut planiſſime hoc die fecit Ferrarius, res & tempora diſparata mire confundens. Rectius Edilburga iſta ſeu Ethelburga, Inæ regis uxor, & poſtmodum abbatiſſa Bircbingenſis a Majoribus noſtris prætermiſſa eſt* VI. *Februarii; quo die ſanctus ejus conjux Ina colatur, & ibidem de ipſa habetur, quidquid fortaſſe dici poteſt,* §. 7. *ubi de die obitus nihil ſtatui potuit. Cavit etiam Mabillio, ne inter Sanctos Ordinis Benedictini recenſeretur, ne quidem de ea agens, præterquam inter prætermiſſos, quæ ut virgo, & in prædicto cœnobio abbatiſſa, a Maibewio aliiſque pluribus refertur eo die, quo accuratius res tota examinabitur & evolvetur* XI. Octobris

C

S. Odæ Viduæ translatio, *cum longiori deſcriptione refertur in Florario Sanctorum Ms. brevius a Greveno, Canifio & aliis. Sed de iis hoc die agendum non eſt; omnia fuſius examinanda & illuſtranda erunt ad diem natalem* XXIII. Octobris

D

S. Serapionis epiſcopi apud Ægyptum, *meminit hoc die Ado, nullo duce, nullo præeunte; idque annuntiatione tam vaga, ut difficillimum ſit aſſequi, quid velit, aut quem iis verbis deſignet. Notkerus, qui ipſum ſecutus eſt, ſcribit:* Item in Ægypto, ſancti Serapionis epiſcopi & confeſſoris. *Sed neque hæc ſatis clara ſunt. In auctariis Uſuardinis codices aliquot, ut Vaticanus, Strozzianus, Editio Lubeco-Col. & Grevenus, eadem ex ipſis referentes, tantumdem explicationes adjiciunt. Dixi in Obſervationibus ad Uſuardum hoc ipſo die, agendum alibi de Serapionum diſtinctione, ſed cum non videam de Sancto iſto qualicumque hodie agi poſſe, cujus res geſtæ penitus ignorantur, niſi cum Epiſcopo Tbmuis, de quo* XXI. *Martii, aut cum alio aliquo confundendus ſit, remittenda ulterior diſquiſitio ad diem, quo illuſtrandus venies Serapion Antiochenus* XXX. Octobr.

E

S. Oreſtes, martyr ſub Diocletiano, per XXIV. milliaria ab equo raptatus, *refertur hoc die in Ms. Synaxario P. Sirmondi, & de eo fit mentio in codice Taurinenſi B. Nos eum differimus cum Menæis impreſſis ad* X. Novemb.

Odæ Virginia translatio *notatur in Florario Sanctorum Ms. ut facta* Rodum in Campinia anno ſalutis 1103. *Colitur Sancta & res tota illuſtrabitur* XXVII. Novembris

F

S. Nicolai epiſcopi translatio *adjecta eſt Bedæ noſtræ editioni Plantinianæ, nullo addito, unde cognoſci poſſit, de qua translatione agatur. Celeberrima eſt, quæ Barium in Apuliam facta ſignatur in Romano* IX. *Maii, ut habes ibi in Prætermiſſis. De omnibus agetur ad diem natalem* VI. Decembris

S. Theobaldum *abbatem Vallium Cernaii, inter Prætermiſſos dici præcedentis recte a Chalemoto aliiſque ſignari diximus* VIII. *Decembris, quo eum rejecimus. Ceterum prædictus Chalemotus hic* feſtivitatem ſolennem *agi memorat ab antiquo tempore, quod* ea forte die elevata ſint e terra primo ſacra oſſa ejus *&c. Verum de his etiam agetur ad diem* VIII. Decembris

DE

A D

DE SS. ANATHOLIA VIRG. ET AUDACE MM.

APUD VETEREM THORAM, SEU TORANUM FLUVIUM, IN DIOECESI REATINA ITALIÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J.B.S.

§. I. Priſca & diverſa in Martyrologiis S. Anatholiæ memoria unde proceſſerit.

SUB DECIO. B

Martyrologiorum antiquorum diſcrepantia

DE implexa S. Anatholiæ, *aut cum aliis ſociis, aut cum ſolo Audace conjuncta, annuntiatione agere cœpimus in noſtris ad Uſuardum Obſervationibus, huc remiſſa controverſiarum circa nomina, palæſtram, & Acta ſolutione, quam dilucide exprimere, hactenus non ita pervium fuit, quidquid ſcriptorum evolverim, qui ad eumdem lapidem offenderunt. In vetuſtiſſimis Kalendariis, nec de S. Anatholia ſola, nec de ſocia, ſocio, ſociis aut ſociabus uſquam fit mentio: Hieronymianorum varii textus, & hoc & ſequenti die, rem prorſus involvunt, ut plane dubites, an illic agatur de S. Anatholia hodierna Martyrologii Romani cum S. Audace, an de alia aliqua virgine ſynonyma, quæ ab iſta, conditione, palæſtra, martyrii genere aliuſque adjunctis diverſa ſit. Præcipuorum nodorum ſolutio pendet a recta intelligentia Martyrologierum, in quibus vetuſtiſſimæ ejus exſtant commemorationes, diverſis verbis & diebus expreſſæ, quas hic expendendas ſuſcipimus, aſſignatis, quantum fieri poterit, ſenſibus, e quibus primitus emanarint, inde ad ſubnaſcentes difficultates proceſſuri.*

ſic appoſita explicanda videntur,

2 *Textus Lucenſium codicum apud Florentinium hoc die, ſaltem grammatice vitioſus eſt:* Romæ, natalis virginum Floriani, Fauſtini, Anatholiæ, Felicitatis, cum presbyteris VI. *Forte purius legit Richenovienſe:* Romæ, loriani, Fauſtini, Anatholii, Felicitatis. *Ceterum Epternacenſe cum Lucenſibus ſatis convenit, ſubſtituendo* Florianæ & Fauſtinæ cum presbyteris ſeptem: *Corbeienſis codex, uius mutilus, ad eumdem ſenſum, ſaltem quod ad* Anatholiam *ſpectat, reducitur. Hic jam quæſtio, utrum indicata in hoc latercule* S. Anatholia, *eadem ſit, quæ cum* Audace *recolitur a tota ferè Romani parvi, & Beda, ſeu potius Flori? Audiamus Florentinum;* Diverſam hanc S. Virginem putarem ab Anatholia Thorenſi, cujus ſub hac die meminit Rnmanum Martyrologium, & cum eo Uſuardus, Ado, Notkerus aliique Latini, tum quod aliis ſanctis virginibus ſociatur, tum quod ſequenti die in vetuſtiori noſtro expreſſius recolitur, *Nihil magnopere ſcrupuli video, quod tota jam dicta claſſis ad Thoram pertineat minime, utpote Romæ paſſa: ſi vero* Anatholia *hodierna, ipſiſſima illa, quæ die ſequenti in Hieronymianis diſerte* in Sabinis *collocatur, cum* Victoria, *ejus aut ſorore, aut ſaltem fida ſocia, & in undâ virginitate conſorte, a Romano parvo & Floro paſſa* XXIII. *Decembris.*

C

3 *Utcumque varios textus conferas & expendas, non videtur res tota commodius explanari poſſe, quam ſi dicatur, Hieronymianorum collectorem, Actorum primam partem ſecutum, in conjunctione duarum iſtarum virginum* Anatholiæ & Victoriæ, *Romanum parvum vero & Florum ad partem poſteriorem reſpexiſſe, dum* Marſium, *ſeu* Marſioum, Audacem *dictum,* Aoatholiæ *martyrii ſocium fecerunt, ſervato die, illic expreſſo* VII. Idus Julii, *elogio longiori inde accepto, quod ex Floro ab Adone ſumptum, in totam progeniem tranſiit, aut integre aut contracte, ſic ſaltem ut manifeſte pateat, non ex alio fonte hauſtum, quam ex Actis, ſeu potius Actorum fragmento, quale edidit Surius, quodque in pluribus Mſs. codicibus exſtat, paulo purius, quamvis non multo melius. Admiſſa autem hac* Anatholiarum *diſtinctione, facile evaneſcunt variæ difficultates, quæ meo quidem judicio fruſtra excogitantur, ubi alia non deſunt ex Actis ipſis explanandæ: quæ cum in nonnullis differant, id primo ſtatuendum eſt, nec Romani parvi auctorem, nec Florum vidiſſe Acta majora, quæ celebris Aldelmus, ſeculi ſeptimi ſcriptor, compendio retulit in libro de Laude Virginum, & Petrus de Natalibus lib. 1. cap. 83. & lib. 6. cap. 73.*

quod ex diverſis fontibus ſua hauſerint. E

4 *Ut res clarius ſeſe evolvat, deſcribam hic Aldelmi verſus ex editione Canſii tom. 5. pag. 861. quæ ſoluta oratione exſtant tomo 2. Orthodoxographiæ pag. 1711. Sic canit poeta:*

Aldelmus vetuſtiora Acta habuit, F

Tempore quo Decius triquadrum rexerat orbem,
Militibus Chriſti mortis diſcrimina patrans;
Exſtitit in Roma binarum ſorte ſororum
Fama, præcipuas pulſans rumoribus aures,
Quas nullus poterat tormentis viocere tortor.
Quamlibet inſontes multaret cæde cruenta,
Ut vitæ auctorem reflexa mente negarent.
Altera de geminis felix Anatolia dicta;
Altera ſed geſtat verum Victoria oomen.
Has igitur ſponſia claris natalibus ortis
Ad prolem generis ſataguot adjungere nuptas.
Sed mens virgineis ambarum torrida flammis,
Stuppas luxuriæ combuſſit torre pudoris,
Spurcitias mundi contemnens corde caducas.
5 Divitias ſpargunt, ſimul & patrimonia dantes,
Aurea purpureis calcant crepuodia gemmis;
Cunctaque pauperibus mox ornamenta miſellis,
Nil ſibi ſervantes, veodunt pro ſtipe ſuperna.
Nuntius è cœlo pinnatus labitur alto,

duæ ſorores Anatholia & Victoria coronantur.

Flam-

A Flammeus aſpectu, niveo candore coruſcus,
AUCT. Sceptrorum lumen dextra geſtabat in alma,
LB. S. Ambas alloquitur tali cum voce puellas:
Nunc procul a veſtro pallorem pellite vultu,
Pectore nec pavido quatiens timor ilia pulſet,
Dum vobis thalamus paradiſi ſede locatur,
In quo perpetui numquam conſortia ſponſi
Deficient penitus, ſed gaudia longa manebunt,
Si vos virginitas comes indefenſa tuetur.
Tunc ambæ ſervant caſtæ conſortia vitæ,
Angelus ut dederat Sanctis præcepta pudoris,
Uſque fugam vitæ cum mors in limine latrat,
Marcida depopulans vitali pectora flatu.
His igitur geſtis ringuntur ſæva procorum
Pectora, lethifero zeli maculata veneno,
Dum cernunt amplum ſponſas expendere cenſum.

ſtrinſque martyrium deſcribens,

6 Sequitur martyrium S. Victoriæ, quæ decurſo, ſic ad S. Anatholiam *redit:*

Sic quoque famoſis felix Anatolia ſignis
Claruit, exilium ſævi perpeſſa tyranni.
Conſulis en ſobolem conſtrictam nexibus arctis,
Expertem ſenſus cum bruta mente vagando
B Hoſtibus explosis reſtaurat pectus anhelum,
Quorum ore rudi diverſis peſtibus ægros
Conglomerant pariter ſtipantes agmine Sanctam:
Ollis optatam reddebat Virgo ſalutem:
Nec non & morſum, qui torvam carmine gypſam
Irritat ut Sanctos crudelis belua lacertos,
Dentibus horrendis & rictu rodat aperto,
Extemplo curat, diſrumpens vincla chelydri,
Qui prius in ſpira morſum glomeravit inertem,
Idcirco curſim feſtinat credere Chriſto,
Agnoſcens propriam tanta virtute ſalutem.
Inſuper & meritum cumulavit ſanguinis oſtro,
Præmia ſumpturus cum cœli cœtibus almis.
Candida poſt ſequitur cum binis martyra ſertis
Integritas nitidam, necnon & paſſio rubram
Plumabant pariter macta virtute coronam.

Diarium Martyrologii uſi ſuos fragmenta ſparſim,

7 Hactenus Aldelmus in nonnullis obſcurius locutus, ſic tamen ut ſatis oſtendat, ſe Acta majora præ oculis habuiſſe, ex quibus, præſtigiatoris Marſi, *ſeu* Marſini *nomen expreſſit in ſoluta ſua oratione. Omnia facilius intelliges, ubi hæc contuleris cum Actis ipſis infra illuſtrandis, ex Ms. bibliothecæ Cæſareæ. Quæ ad S. Victoriam ſeorſim ſpectant, danda ad diem, quo eam coli diximus,* XXIII. *Decembris. Id etiam facile obſervabitur, Acta a Surio edita, ipſa eſſe, quæ auctor Romani parvi & Florus ſecuti ſunt, quæque recte acephala dixeris, ſolum exilium, prodigia & martyrium narrantia, iis truncatis, quæ exilii cauſam exponebant. De utriuſque partis pretio aut fide hic non agitur, nec utrum Gelaſii PP. II. tribui poſſint, ut in annotationibus ad Romanum Martyrologium ex Petro Diacono memorat Baronius. Hæc ea ſolum cauſa præmittuntur, ut lectores intelligant, unde oriri potuerit diverſitas annuntiationum inter Hieronymiana & aliam Martyrologorum claſſem, quorum verba ſubjungemus, ubi etiam Surianum fragmentum protulerimus, non ex ejus editione, ſed ex Ms. codice S. Maximini Treviris, cum aliis collata, ex cujus ſolo exordio perſpicies, deeſſe partem aliquam priorem, cujus hæc ſequela ſit. En igitur dictum fragmentum:*

in quo S. Anatholia emergumenum liberat,

8 Sancta autem Anatholia cum eſſet in jejuniis & orationibus attenuata, & die ac nocte in Scripturis ſanctis intenta, & ita in ſuo exultaret exilio, ut putaret ſe de Paſchæ feſtivitate gaudere, contigit, ut filius Diodori, * qui erat Conſularis Piceni, nomine Anniaus, a diabolo vexatus, clamaret, dicens: Domina Anatholia incendis me. Interea Diodorus, homo paganiſſimus, dum mitteret eum (per) lucos & templa *, venit ubi erat lucus, in vicino S. Anatholiæ, & dirumpens catenas, quibus erat aſtrictus, orantis Anatholiæ ante pedes apparuit, dicens: Tu es, qui flammis me tuarum orationum exuris. Interea S. Anatholia exſufflavit in eum, dicens: Exi diabole ab iſto homine. Et ſtatim exiit ab eo. Qui cum ſanus ad ſuum patrem, in faſcibus poſitum, adveniſſet, & agnoviſſet, quomodo ſalvatus eſſet a S. Anatholia; veniens ad eam cum uxore ſua, & cum filiis, adorabat eam, offerens infinitas pecunias. Ex quibus S. Anatholia nihil penitus accipiens, dixit: Vade, & egenis Chriſtianis atque egentibus eroga: tu autem Chriſto crede cum tuis, & liberaberis. D

* *al.* Theodori.

* *al.* per diverſa loca.

9 Exiit autem opinio ejus per totam Piceni provinciam, & deferebantur ad eam infirmi, quos medici deſperabant, & lunatici, & dæmoniis pleni: & omnes ſalvi redibant, credentes in Chriſto. Cum hæc autem agerentur, fecerunt ſuggeſtionem Decio Imperatori, templorum Pontifices; & miſit qui eam ibi interficerent, ſi ſacrificare noluiſſet. Itaque veniens Feſtianus ad eam, juſſit eam inde ejici, & duci ad civitatem Turenſem. Quam induci juſſit in ſecretarium ſuum, & diverſo genere plagarum vexari, deinde eculeo & lampadibus urgeri, & interrogabat, utrum thura incendere veller diis, & ire libera, quo vellet. Reſpondit: Miſer & infelix, ſi non receſſeris a cultura dæmonum, cum ipſis in perpetuo arſurus es incendio. Tunc vocavit ad ſe Feſtianus Marſum, & dixit ei: Facito iſtam includi in uno cubiculo, & tu ei dimitte ſerpentes, qui illam comedant: & donabo tibi multa: & faciam te amicum meum.

ſanat infirmos; Decio deferuntur; ſequuntur ſi E

10 Cui Marſus, nomine Audax, reſpondit: Tu plures ſerpentes dicis: ego ei dimittam unum: & ſtatim eam interficiet. Igitur cum eſſet in cubiculo anguſto concluſa, & ſerpens ibi fuiſſet a Marſo dimiſſus: tota nocte Virgo ſancta in hymnis & pſalmis orationibuſque durans, illum ſerpentem acerrimum, in manſuetudinem convertit. Mane autem facto Mercurium & Minervam invocans Marſus, cubiculum aperuit; & ecce ſerpens cinxit collum ejus, volens eum a canna * comedere. Sancta vero Anatholia miſit manum ſuam, & comprehendit eum, dicens: In nomine Domini mei Jeſu Chriſti exi hinc, & vade ad locum tuum. Statim cum omni manſuetudine abſceſſit. Tunc Audax Marſus adoravit eam, dicens: Verus Chriſtus Deus eſt.

a ſerpente elluſo, ſervat Audacem,

F

* *forte* a cauda.

11 Audiens autem Feſtianus, Marſum Chriſtum confitentem, vocavit eum ad ſe, & dixit ei: Illa ſi magicis artibus ſe a ſerpente eripuit, tu debuiſti ad contumeliam deorum Chriſtum credere Deum eſſe? Audax dixit: Ego Chriſtum verum Deum credo, quem invocavit illa, & de guttere men ſerpentem acerrimum manibus ſuis eripuit. Cui Feſtianus dixit: Miſer dives es, & in auro & in argento & in familia, & in eapſellulis tuis, & habes uxorem & filios, ut quid mori non times, ut iſta omnia

qui ad Chriſtum converſus, fit Monge:

A nia derelinquas? Audax dixit: Ego ſcio, & probavi virtutem Chriſti nominis: & ideo mori jam non timeo. Non vides, a quali fera me invocatio nominis ejus eripuit? Tunc Feſtianus dixit: Relatio de te data, faciet te inter Chriſtianos ſubire ſententiam. Miſſus itaque in cuſtodiam, dum iret relatio & venirent reſponſa. In hoc ſpatio, agente S. Anatholia, Audax Chriſtianus effectus eſt. Deinde pro Chriſti nomine capitalem ſententiam excepit.

Mors Anatholiæ, ac corporis depoſitio.

12 Sancta autem Anatholia, gladio transverberata, (ut) per dextrum latus gladius miſſus in ſiniſtrum exiret: atque hoc exitu triumphantem Chriſtus excipiens & virginem ſacratiſſimam ſibi & martyrem conſecravit. Cives autem Turenſes rapuerunt corpus ſanctæ Virginis, &, ubi eis revelatum eſt, poſuerunt: ubi benedicitur Dominus, ex eo nunc & in ſecula ſeculorum. Amen. Percuſſa eſt autem virgo ſacratiſſima Anatholia die ſeptimo Iduum Juliarum: depoſita autem ſexto Idus

B ejuſdem. Corpus vero Audacis Marſi martyris, quoniam de Oriente fuerat, uxor & filii tulerunt, & navigaverunt, ferentes ſua omnia, & geſta, quæ in iſto libello ſcripta ſunt beatæ Anatholiæ virginis, & in finem Audacis martyris. Amen.

§. II. Cultus SS. Anatholiæ & Audacis in Martyrologiis, palæſtra martyrii, reliquiæ, earumque veneratio.

Ex Bedæ ſeu Flori textu

JAM eo devenimus, *ut ex præmiſſis ſatis perſpicuum ſit, cur in Hieronymiano Anatholia & Victoria* in Sabinis *conjungantur; cur vero in aliis Martyrologiis ſola* S. Anatholia *cum* S. Audace *commemoretur; utpote cum auctiori Romani parvi & Bedæ ſeu Flori non alia Acta annotaverint præter fragmentum jam deſcriptum. Demus verba ipſa Romani parvi:* In civitate Tyria, Anatholiæ & Audacis, *cui annuntiationem reſpondet Wandelberti metrum*, Audax ſepteno pariterque Anatolia claret. *Sed rem clarius expediet reliquorum Martyrologiorum fons, textus Bedæ ſeu Flori in noſtra editione ante tomum* 2. *Martii:* In civitate Tyræ, natale SS. Anatholiæ & Audacis ſub Decio Imperatore:

C quorum Anatholia, cum multos in Piceno infirmos, lunaticos & dæmoniacos curaſſet, ducta eſt, jubente Feſtiniano, ad civitatem Tyræ, & diverſis plagarum generibus vexata; deinde cum ſerpente tota nocte incluſa, nil læſa eſt: quin & ipſum miniſtrum *, qui ſerpentem immiſerat, nomine Audacem, mane a ſuo ſerpente devorandum eripuit, & ad Chriſti martyrium convertit. Nam ipſe poſt hoc ob confeſſionem veritatis in cuſtodiam datus, nec mora capitali ſententia coronatus eſt. Ipſa quoque Virgo Chriſti gladio transverberata eſt, cum ſtaret extenſis manibus in oratione, ita ut per dextrum latus gladius miſſus, per ſiniſtrum exiret. Quæ paſſa eſt VII. Idus Julii, ſepulta autem mane a civibus Tyrenſibus. Audax vero, qui ab Oriente erat, ab uxore ſua & filiis illic translatus eſt.

* *lege* Marſum.

ſumpſere Martyrologi reliqui,

14 *Fallor vehementer, ſi hic non appareat verorum prædicti fragmenti compendium, ex quo vel ſimuli, non ex Hieronymianis accepta videntur, quæ codici Reg. Sueciæ, ſeu S. Columbæ Senonenſis, inverſo nonnihil ordine, attribuit Hol-*

D *ſtenius in Animadverſis ad Martyrologium Romanum, & poſt eum Florentinius, ex ipſo non ſatis recte conſectaria deducens. En codicis, a nobis editi, verba, non ultimo ſed primo loco:* In civitate Tyre, natalis ſanctorum Anatholiæ virginis & Audacis Marſi, qui utrique capitali ſententia coronati ſunt. *Poſtrema hæc Actorum textui conformia non ſunt; eſtque præterea notabile diſcrimen inter verba ab Holſtenio & Florentinio relata, & ſenſum codicis noſtri, in quo nulla* Imperatoris Decii *mentio. Ad Bedam ſeu Florum vere referenda eſt annuntiatio codicis S. Cyriaci, a Baronio laudati, & Barberiani acephali, de quibus alibi ſatis diximus. Textum Bedæ ferme ad apicem tranſumpſit Rabanus,* (Tyræ *mutato in* Tyro) *tranſumpſit item Ado,* (*omiſſis* nec mora capitali ſententia coronatus eſt) *atque ex hac tota ejus progenies: ubi adverte, in noſtra Bedæ editione legi* miniſtrum *pro* Marſum; *qui in Rabano, Adone, Notkero, imo & in aliis iſtius codicibus S. Cyriaci & Barberiniano conſtanter ponitur.*

E

uti & Romanum in diem.

15 *Ex Uſuardo proceſſit hodierna Romani Martyrologii commemoratio, ipſo fonte nonnihil auctior, & mutata in aliquibus poſitione, quam non ſatis exacte diſtinxit Baronius. Anaſtasius utriuſque textum. Sic habet Ujuardus, Adonis contractior:* In civitate Tyro, paſſio ſanctorum Anatholiæ & Audacis ſub Decio Imperatore: quorum Anatholia, Chriſti virgo, diverſis plagarum generibus vexata, noviſſime gladio tranſverberata eſt in oratione. Audax quoque in cuſtodiam datus, nec mora capitali ſententia coronatur. *Hæc non repetam, quæ in Obſervationibus dixi de varia expreſſione palæſtræ martyrii: confer modo annuntiationem Romani:* In civitate Thora, apud lacum Velinum, paſſio ſanctorum Anatholiæ & Audacis, ſub Decio Imperatore: quorum Anatholia, Chriſti virgo, poſtquam plurimos per totam Piceni provinciam, variis languoribus affectos curaſſet, & in Chriſtum credentes feciſſet, jubente Fauſtiniano judice, diverſis pœnarum generibus vexata, cum ab immiſſo ſerpente liberata, Audacem convertiſſet ad fidem, noviſſime extenſis manibus orans, gladio tranſverberata eſt:

F Audax quoque in cuſtodiam datus, ſine mora capitali ſententia coronatur. *Satis patet, unde augmenti materiam deſumpſerit Baronius, cujus hæc eſt annotatio:*

Palæſtra martyrii a Baronio & aliis

16 Legebatur, *inquit*, in aliis Martyrologiis, Tyri ad lacum Vulſinum: ſed pro Thyro ſeu Thurio vel Thyre, Thora; & pro lacu Vulſino, Velinus eſt poſitus. In Martyrum Actis, Thurenſis pro Thorenſis, ſeu Thorana mendoſe legitur: vetera enim monumenta ejus eccleſiæ, firmaque traditio populi, hos, de quibus hic agitur, Martyres ibi paſſos eſſe, abſque aliqua ambiguitate teſtantur. Non ignoramus tamen, lacum Vulſinum, Tirenſem eſſe appellatum, cujus memoria habetur in decreto Deſiderii Regis Longobardorum, quod ex tabulis Viterbienſibus deſcripſit Aldus Manutius in libro de orthographia; ſed nulla (ut accepimus) in ejus loci oppidis, de his Martyribus exſtat memoria; quæ virens recenſque in prædicta Thorana eccleſia perleverat, quæ eſt (ut accepi) in diœceſi Reatina. Hæc accepimus a R. D. Curtio Franco Canonico S.

Petri

A Petri in Vaticano, qui in his perquirendis plurimum laboravit. Porro Thora a Dionyſio Halycarnaſſæo lib. 1. Tiora dicitur, quam a Reate Latinum viam verſus, ſtadiis XL. diſtare teſtatur. Corrupto vocabulo, i eſt mutata in h, ut loco Tioræ, Thora dicatur. *Potuit Baronius alicubi reperiſſe* lacum Vulſinum, *at ego me fateor, in nulle hactenus Martyrologie talem poſitionem effendiſſe.*

Aucт. J. B. S.

non ſatis accurate explicata.

17 *Neque vero palæſtræ mutatæ, a Baronio inductæ ſatis ſubſiſtit, ut videre eſt in diſſertatione noſtri Januingi de Sanctis Umbriæ, tome 1. Julii præfixa, pag. 7. num. 31. ubi evincit, non ad lacum Velinum ſitam fuiſſe antequam Thoram ſeu Tioram, ſed potius ad fluvium Velinum, ſtadiis XL. ex Halycarnaſſæo, ſupra Reate. Per Velino fluvio ſtat etiam Auguſtinus Lubin, Martyrologii Romani illuſtrati tab. 3. pag. 162. vulgoque eſſe* ad dextram ejus ſeu borealem ripam: *ſed malim dicere, Thoram ſitam fuiſſe ad vicinum fluvium Toranum ſeu Turanum, paulo infra Velinum, ut recte notavit Caſtellanus, ad hodiernum Romani Martyrologii textum; ubi ad Baronii verba de lacu Velino;* Potius, *inquit*, ad fluvium Toranum in Aprutio, ubi ad meridiem iſtius fluvii, ad ripam ſiniſtram ſpectantur rudera veteris Thoræ, & eccleſiæ S. Anatoliæ, procul a lacubus, qui a Velino fluvio formantur, ſuntque in ducatu Spoletino prope Reate. *Atque hæc plane congruunt cum animadverſione Holſtenii, mox ſubjicienda, a qua nonnihil abludit Ferrarius in ſua Topographia, ſic legens:* Theora, quæ & Thora, civitas olim Sabinorum antiquiſſima, nunc oppidulum agri Reatini apud Velinum lacum, a Reate vix v. mill. paſſuum, in via, quæ Romam ducit, recedens: ubi non ſatis mirari poſſum Leandrum Albertum, qui Thoram, Todi interpretatur. *Sed neque Ferrarius bonus hic topographus aut geographus dicendus eſt.*

B

ab Holſtenii reſtitutione deſcitum eſt.

18 *Rem omnem dilucide exponet Holſtenii obſervatio ad hunc diem, ea quæ ſua acceperiſſe videtur Caſtellanus. Sic igitur habet:* Tora vel Tiora, ſive Torana civitas, in ea Sabinorum parte fuit, quæ Æquicolis Marſiſque conjungitur & Torano fluvio rigatur. Nam etiam hoc tempora magna ejus veſtigia viſuntur ad lævam dicti fluminis ripam, in planitie amœna, cui ex adverſa ripa Caſtel-vecchio & Antuni caſtella in arduis ſcopulis ſita imminent. In ejus ruinis etiam nunc eccleſia S. Anatoliæ exſtat, & magno vicinorum populorum concurſu frequentatur. Campi circumcirca ruderibus oppleti, magnæ civitatis indicium præbent; & in ipſa eccleſia præter columnas, aliaque antiquitatis veſtigia, vetus inſcriptio marmorea exſtat, M. Aurelio Antonino Caracallæ poſita. Civitas hæc Torana ſex paſſuum millibus diſtat a Trebula Metuſca, ubi ſancta Victoria, Anatoliæ ſoror, paſſa fuit, de qua infra ad XXIII. Decembris notavi. Ceterum corpus S. Anatoliæ ex dicta eccleſia Torana ad Sublacenſe monaſterium translatum fuit, ubi etiam nunc exſtat. *Non videtur Martyrum noſtrorum palæſtra accuratius & diſtinctius deſcribi potuiſſe; ex ea vero Holſtenii topographica delineatione planiſſime ſolutum eſt, quidquid difficultatis in meis ad Uſuardum Obſervationibus hac diſcutiendum remiſeram.*

C

19 *Neque multis me hic morabitur Tamayus in ſuo Martyrologio Hiſpanico grandibus hucusque mendacia detonans in Baronium eoſque omnes, qui jam a tot ſeculis Sanctos hoſce Italiæ ſua vindicarunt, quos ipſe in Hiſpaniam perveniſſe ex ſolito ſuo pſeudochronico Dextri Biparjano, Luitprande & hujuſmodi gerris, ſexcenties convulſis, operoſe nugando contendit. Jam toties contra ſolem locutus eſt, toties logi ejus retuſi ſunt, ut pigeat, eamdem arenam denuo ingredi, aut lectores hujuſmodi fabellis exagitandis, non ſine tædio diſtinere. Tamayum pee ſe cum hoc commentario confecant, quos id genus examina delectant, aut certe conſulant laudatam Januingi diſſertationem de Sanctis Umbriæ, iis locis, ubi S. Briſtium, de quo etiam hoc die agimus, eodem jure a Tamayo in Hiſpanias deportatum, priſcis ſuis & veris poſſeſſoribus reſtituit. Sola Tamayi annuntiatio tam manifeſtis ineptiis ſcatet, ut reliqui enarrandis ſaperſedendum exiſtimem. Ea elogium, auctore ſuo dignum:* Apud Thyar, urbem Ilercaonum Tarraconenſis Hiſpaniæ, S. Anatoliæ, clariſſimæ feminæ, T. Aurelii Hiſpani ſponſæ ſororis S. Victoriæ, ad Turbulam in Baſſetanis paſſæ: quæ poſtquam ſororis agonem agnovit, in fidei confeſſionem robuſta, nec judicum minas, nec præſidum pœnas exhorruit, quin potius ob Chriſti nomen comprehenſa, viriliter in ejus prædicatione perſiſtens, ad palmam acceſſit, & glorioſum martyrii trophæum feliciter reportavit, converſo Audace venefico.

D

Tamayi, opera refutatione digna non ſunt.

E

20 *Hiſce obiter, ſed merito rejectis, ducunt nos poſtrema Holſtenii verba ad translationem reliquiarum, quæ Actis noſtris ſubjuncta eſt, & quam forte viderit ipſe: nam ibi deſcribitur ſacri corporis reſoſſio facta ſeculo X. ejuſdemque ad Sublacenſe cœnobium tranſlatio; de qua inferius agendum erit. Notat Ferraeius in Catalogo Sanctorum Italiæ*, exſtare oppidum in Piceno & Umbriæ confinio, in finibus Camertum, non negligendum, cui nomen S. Anatoliæ eſt. Ibi corpus hujus Virginis, quæ ab incolis maxime colitur, in propria eccleſia conditum eſt. *Ab his non deflectit Obſervatio Antonii Gallonii in hiſtoria Italica ſanctarum Virginum Romanarum: ibi de* S. Anatholia *pag.* 137. *ſic ſcribens:* S. Virginis corpus quieſcit in loco agri Piceni (*della Marca*) qui a S. Anatholia nomen habet: digiti duo, mentum & reliquiæ aliæ, hic Romæ in eccleſia S. Mariæ Majoris. *Vix mihi dubium fuit, quin aliquas etiam reperiſſet Maſinius in ſua Bononia perluſtrata; atque eccum, ibi in templo S. Petri haberi dicitur* S. Anatholiæ caput. *De reliquiis, quas ab Abbate Sublacenſi Thoreaſes obtinuerunt, quæque in ſaperſtite apud ipſos eccleſia procul dubio etiam hodie honorantur, plura brevi dicet translationis hiſtoria, de qua jam loqui cœpimus.*

Qua ratione duo poſtrema reliquiæ.

F

21 *Per quem, quando & qua occaſione prædictæ reliquiæ Romam & Bononiam pervenerint, equidem indagare non intendo; curioſior quæſtio eſt, non minus difficulter, defectu monumentorum ſolvenda, quo tempore corpus, ſeu ejus pars notabilis, e monaſterio Sublacenſi in Piceniam pervenerit, unde a* S. Anatholia *cognominatum fuerit oppidum ſeu locus, de quo Gallonius & Ferrarius; id aſſerentes ex monumentis, neſcio quibus, quæ forte non continuo admittent Sublacenſes, apud quos haud dubie, id teſtante Holſtenio, perſeverace debet traditio, de aſſervato ibidem ſacro corpore,*

In agro Piceno & Umbri aſſervari.

Acrio-

A *Acriores quandoque id genus controverſiæ non aliter dirimuntur, quam pacifica tranſactione, qua pars utraque poſſidere ſinitur, ſicuti poſſidet; quæ nos Jacobilli arbitrio dirimenda reliquemus, ut infra intelliges. Satis mira ſunt, quæ iſte narrat tomo 2. pag. 18. rotunde aſſerens*, S. Anatholiæ *corpus a ſacerdotibus aliiſque fidelibus ſepultum quidem fuiſſe eodem loco, quo martyrium ſubierat, ſed paulo poſt in Picenum tranſlatum, ubi ipſa Sancta prius commorata fuerat, in id nempe oppidum, quod ab ea denominatum diximus. Æque tranſverſum eſt, quod ſubdit, Leonem, abbatem Sublacenſem, a Joanne PP. XI. obtinuiſſe ambo ſacra corpora, quæ in prædicto* S. Anatholiæ *oppido per annos 680. occultata fuerant. Hæc cum hiſtoria tranſlationis haud quaquam conveniunt, ubi non ex Piceno, ſed ex primo ſepulturæ loco Thoronſi Sublacum allata dicuntur.*

De his plura Jacobilli.

22 *Majori, opinor, fide ſubnixi ſunt, quæ tradit de altera inventione, Sublaci facta anno 1095. poſtquam annis 163. retectum non fuiſſet ſacrum ſanctæ* Anatholiæ *corpus, dubitarentque adeo nonnulli, an ibidem vere adhuc quieſceret ſub altari principe ſacri Specus, quo tirones monaſterii properare ſolebant, religioſam profeſſionem emiſſuri, in cujus formula hæc diſerte exprimebantur:* Ad honorem Dei omnipotentis & beatæ Mariæ Virginis, & beatiſſimi Patris noſtri Benedicti, & beatæ Anatholiæ virginis & martyris, cujus ſacrum corpus in præſenti requieſcit eccleſia. *Abbas igitur ejus temporis, nomine Joannes, ſacrum corpus integrum jam dicto loco ſumma cum omnium lætitia invenit, pauculis oſſibus exceptis, quæ ſeorſim Sublaci populi veneratione exponebantur, & quæ Romæ honorari ajebat Gallonius. Os brachii magnum conceſſum fuit oppidanis ad* S. Anatholiæ *in Piceno, quos in annalium anno 1326. Abbati Sublacenſi bracchium* S. Victoriæ *obtuliſſe, narrat Jacobillus, cujus demum arbitrio jam diximus, omnem, ſi quæ ſupereſt, de ſacris reliquiis controverſiam diremptum iri. Teſtatur itaque, repoſitas eſſe ſacras omnes exuvias in prædicta eccleſia ſacri Specus, & corpus* S. Audacis *ſub ara majori eccleſiæ S. Scholaſticæ aſſervari, ut patuit in ultima recognitione facta menſe Martio anni 1643. Hæc ex Jacobillo pauca contracta ſunt, qua ſi a Bonnienſibus admittantur, non video prorſus, qua ratione ſanctæ hujus* Anatholiæ *caput ad eos pervenerit.*

B

varia loca & templa S. Anatholiæ nomine inſignita adducens.

23 *Ad utriuſque Sancti cultus ſolemnitatem mirifice conferunt, quæ pluribus hinc inde collegit laudatus Jacobillus, de variis locis, terris, ſeu pagis* S. Anatholiæ *nomine in Umbria ſua & Tuſcia gloriantibus. Præcipua interim feſtivitas perſeverat in monaſteriis Sublacenſibus S. Scholaſticæ & ſacri Specus, pretioſa pignora hodiedum cuſtodientibus; in quibus ſub illuſtriori ritu hoc die peraguntur omnia cum Octava. Accedit, quod & alia eccleſia, in eodem Sublacenſi territorio* S. Anatholiæ *dicata ſit, in qua ritu eodem, dicamus pia æmulatione, veneratio quotannis inſtituitur. Par eſt celebritas in ſæpe dicto* S. Anatholiæ *oppido agri Piceni, quin & tota diœceſi Camerinenſi. Adde pagum alium ſeu caſtrum diœceſis Spoletinæ,* Anatholiæ *nomine etiam nuncupatum, cum eccleſia parœciali, eadem Sanctæ ſacra: unde in tota ea diœceſi fit Officium ſub ritu ſemiduplici: quibus alia minoris momenti loca,* S. Anatholiæ *nomine inſignita, adjungit Jacobillus, quæ apud ipſum videri poſſunt. An in horum ſingulis ſacra Sanctorum lipſana honorentur, exploratum non habeo: ex his, opinor, patet, ad reliquiarum notitiam nihil deſideravi. Jam reliqua, ad* S. Anatholiæ *ejuſque ſocii paſſionem ſpectantia, expendenda ſunt.*

D Auct. I. B. S.

§. III. Sanctorum ætas, eorumque paſſionis & translationis hiſtoria.

Tempore Decii coronati confletur Acta.

ÆTatis & martyrii epocham, non aliunde eduxere hiſtorici & Martyrologi, quam ex Actis, ſive longioribus, ut noſtra ſunt, ſive mutilis, ut ea Surius edidit, in quibus paſſim denotantur tempora Imperatoris Decii, notiſſimi Chriſtianorum perſecutoris. Baronius ad annum 253. num. 29. cum aliis non paucis ſcripturibus ſanctorum Anatholiæ & Audacis paſſionem non ſolum prædictis Decii temporibus innectit, ſed determinate ſignat annum 253. quo ex probatiſſima & receptiſſima hodie chronologia ſuperſtes eſſe non poterat Decius, jam toto ante biennio, contra Gothos pugnans cum filio interemptus, poſt imperii menſes XXX. aut annos circiter tres; ut proinde, ſi tempore Decii Martyres coronati ſunt, id ut ſummum differri poſſit ad annum Chriſti 251. *Nota eſt Baronii diſcrepantia a veris Chronologicis calculis, qui ad tempora uſque Decii, toto biennio deflectunt. Fatebor ingenue, non iis monumentis nos præditos eſſe, ut hæc accuratius expendamus, quandoquidem Acta ad ſolum innuant,* ſub Decio Imperante *aut paſſas fuiſſe ſanctas ſorores* Anatholiam & Victoriam, *aut ſaltem ejus juſſu, procorum ſeu ſponſorum ſuorum artibus in exilium abactas; ſi tamen & hæc ſatis tuto admitti poſſint: nam Actorum hiſteria tali auctoritatis gradu poſita non videtur, ut ex ejus fide occurrentes controverſias certo liceat definire. Interim nihil magnopere obeſt, quo minus ad Decii tempora revocetur ſaltem ſanctorum* Anatholiæ & Audacis *martyrium.*

C

D

E

non ſtarent nec incongruum videtur.

25 *Ceterum, ut jam dicebam, non minus ambigua eſt talis epocha, quam ſint in pluribus Acta ipſa, veterum Actorum ſinceritatem tam parum redolentia, ut nec de nomine Sanctos iſtos appellaverit Ruinartius. Id extra controverſiam ponimus, vetuſta eſſe, & ſeculo ſaltem ſeptimo exſtitiſſe, ut probant evidenter, quæ ex Aldelmo dedimus paragrapho 1. verum nec ea ætas ob omnis interpolationis & liberioris amplificationis nota eximit narrationem ſuo viſionibus, prodigiis & miraculis refertam, ut mihi ſaltem nequaquam ſit veroſimile, eam Pelagio PP. II. qui anno 590. e vita migravit, adſcribi poſſe, quod in annotationibus ex Petro Diacono inſinuaſſe Baronium ſupra monuimus. Minus etiam credibile, quod eidem Petro Diacono tribuit Jacobillus, ſcripta fuiſſe Acta a Julio PP. I. vix toto ſeculo martyrio poſteriori. Negandum interim non eſt, aut Pelagium ipſum, adhuc privatum, aut alium ejus temporis ſcriptorem Acta aliqua Sanctorum noſtrorum colligere potuiſſe: aſt ea ratione ab ipſo exornata fuiſſe, credibile non eſt. Non unius Sanctorum Martyrum paſſionis ea ſors fuit, ut primum candide, vere & ſimpliciter concinnata, oratores repererit, quibus nihil placuit, niſi quod mirum & ſtupendum videretur. Sed hæc locos hujuſmodi communes congerere, nil opus eſt; Acta ipſa, ut jacent, nemo facile admiſerit, utpote quæ ſatis oſtendunt, ampliſicationes plurimas primigeniæ ſimplicitati acceſſiſſe; ut rebus augendis facile ſuperſedere potuerit laudatus ſupra non ſemel Jacobillus.*

F

AUCT. J. B. S. *Criticis plurima diſplicent.*

26 *Tillemontio in notis ſuis ad tomum* 3. *pag.* 703. *plura diſplicent, ea præſertim quæ de Antonio & ſerpente memorantur; diſpliſcent viſiones angelorum, & ſolita in apocryphis Actis clauſula de depoſitione corporis per revelationem*, ubi benedicitur Dominus ex eo nunc & in ſecula ſeculorum. *Alter hypercriticus omnia ferme reſpuit, ſed eos non moramur: medio ituri iuxtim. Actis forteſſe primigeniis adſcribi poteſt rerum geſtarum ſubſtantia, ornatus hinc inde utinius interpolatoribus. Dixi ſuperius, non niſi fragmentum a Surio vulgatum eſſe, e nobis ſupra exhibitum, cui deeſt tota pars prior, ſeu, ut nos diviſimus, totum circuſer caput primum, ſatis plenum cum eo fragmento hiſtoriam conſtituens, quam ex manuſcripto bibliothecæ Cæſareæ deſcripſit noſter Franciſcus Bacrius, cujus, non ita pridem defuncti, elogium huic tomo præmittitur. Notavit ipſe, Cæſareum Ms. pluribus mendis depravatum eſſe, quorum duviora corrigi poſſent, uti pleraque a nobis primæ* B *puritati reſtituta ſunt. Frequentiores dialogi, ultra virginum captum quandoque diſpoſiti, ſatis probant, decorum ubique ad amuſſim ſervatum non eſſe; aſt ſingula ad rigidius examen revocare, operæ pretium non duximus. Jam ſatis patet, quæ noſtra ſit de prædictis Actis opinio.*

Quæ diſſimilitudo ſalvari poſſit.

27 *Non prætermiſerim obſervare, quod ex fragmento Suriano & Aldelmiani carminis, cum Actis noſtris collatione, haud obſcure colligitur, nempe Aldelmum paulo puriorem fontem præ oculis habuiſſe; & fragmentum ipſum, ſupra deſcriptum, aliquanto ſimplicius eſſe, quam ſit exemplar Cæſareum, in quo pleraque verboſius adornata ſunt. Suſpicari igitur licet, Actorum noſtrorum ſcriptorem ultimum, quem non immerito dixeris Sublacenſem monachum fuiſſe, tranſlationis hiſtoriam compoſuiſſe ſeculo fortaſſe* XII. *aut ſerius, qui antiquiorem Legendam præ oculis habens, eam, ut per ea ſecula frequens fuit, pro ſuo ingenio & libitu ampliaverit, clauſulam adjungens, quam infra dicemus, eo adinventam, ut non ſolum* S. Anatholiæ, *ſed etiam* S. Audacis *corpus repertum aſſereret, & utrumque ad Sublacenſes tranſlatum;* C *contra quam diſertiſſime in Actis memoratur*, S. Audacis *corpus, ab uxore & filiis alio deportatum eſſe. Ne in re obſcura diutius fruſtra verſemur, non male quis exiſtimaverit, ſcriptori iſti Acta, ſi non plane ſincera & genuina, ſaltem minus extenſa præluxiſſe, quorum fragmentum nobis ſupereſt, quæque utinam pro utraque parte paulo integriora ad nos pervenſſent. Reſtat pauca expendenda tranſlationis hiſtoria, quæ tertium hic caput conſtituit.*

Videtur ille Actis interpolator, qui deſcripſit inventionem,

28 *Ut uſquam in ipſis Actis veſtigium occurrit, unde cum aliqua ſaltem veroſimilitudine conficias, a quo, & quo forte tempore Acta prima collecta fuerint, ſic etiam deſunt indicia, per quæ in tranſlationis & amplificationis auctorem certo deveniamus. Jam ſuſpicionem inſinuavi, quod monachus Sublacenſis fuerit. Certe ſe talem oſtendit, ut prodigia etiam in tranſlationis ſuæ narratione mirum in modum placuerint: mallem ego, tanta ei cura fuiſſet, rem omnem characteribus ſuis chronologicis paulo accuratius diſtinguere. Soriam Abbatum Sublacenſium non reperi hactenus; ſcriptor hic* Leoonem *notat, ſacrorum corporum refoſſorem; qui ſi vere cœnobium moderatus eſt tempore Benedicti VII. PP. cum hic ſedem Romanam tenuerit ab anno* 975. *ad* 984. *neceſſe eſt abbatem iſtum Leonem in ea tempora incidere, cum quibus etiam componendus eſt Anaſtaſius Epiſcopus* D *Reatinus, ut qui tranſactionem, inter Thoranſes & Abbatem initam, ſuo calculo comprobaris. Inveni Ughellus Anaſtaſium aliquem, Reatinum Epiſcopum, in appendice tomi* 5. *col.* 1527. *pro anno* 948. *cujus ætas non difficulter protraheretur ad annum* 975. *niſi ibidem ſucceſſor Anaſtaſio daretur Heldebaldus, cujus ſubſcriptio habeatur in documento aliquo anni* 975. *ut proinde nonnullum in horum nominum combinatione errorem agnoſcere oporteat, & conſequenter colligere, auctorem non tam vicinum fuiſſe ipſi rei geſtæ, quam ſatis mire decompſit.*

In pluribus etiam conſuta deprehenditur.

29 *Venatio a Leone abbate Sublacenſi ordinata ad alienum territorium Thoranſe, Sublaco trigunta ut minimum milliaribus Italicis diſſitum, quem prima fronte non offendat, ſaltem qui locorum diſtantias demetiri noverit, & rerum congruentias examinare? Quid? quod nihil prorſus juris habuiſſe ſupponatur Abbas, quo ſacris illis pignoribus ita Thoranſes privaret, ut ipſi poſtmodum ad obtinendam eorum partem aliquam* aliquantulum juris in ſuis regionibus *tribuere compulſi fuerint,* ſcriptis inſtrumentis, locum, ubi ſancta quie- E *verant corpora, cum omnibus ſuis pertinentiis monaſterio Sublacenſi donantes; in quibus, adeo crudo expoſitus, quæ appareat æquitatis ſpecies, quæro, qui ſatis demonſtrare poſſit. Somnus Abbatis & quæ eum ſubſecuta ſunt, abſque ulla neceſſitate inducta videntur; nec majori auctoritate nititur equus ille indomitus, qui portato ſacro onere, non ſolum ferociam depoſuerit, ſed continuo extinctus ſit. Neque conveniunt tota ea hiſtoria cum vulgatiſſimis Surii Actis, in quibus expreſſiſſime dicitur, quod* corpus Audacis Marſi martyris, quoniam de Oriente fuerat, uxor & filii tulerint, & navigarint; *ut id ſaltem certo conjicias, corpora ſanctorum* Anatholiæ & Audacis, *eodem loco non fuiſſe ſepulta, atque adeo clauſulam vitæ ultimam, in Actis noſtris addititiam eſſe, eoſtudioſe inventam, ut viam ſternat ad ſæpe dictam tranſlationis hiſtoriam. Habe modo Acta ipſa prout a Baertio deſcripta ſunt.* F

ACTA

Ex codice Ms. bibliothecæ Cæſareæ, ſignato num. 724. ſupra; infra 185.

CAPUT I.

S. Anatholia, nuptias averſata, virginitatem colens, exilio mulctatur.

Anatholia matre perfecutionis, clam Chriſto ſervit;

TEmporibus Decii Cæſaris erant Romæ ſacratiſſimæ virgines Chriſti Victoria & Anatholia, quæ ab ipſis fuerant cunabulis Chriſtianæ; ſed muliebri metuentes infirmitate & ſe in ſuis domibus continentes, famulatum Chriſto clandeſtinum exhibebant, melius ducentes, occulte religioni & Dei præceptis inſiſtere, prout poſſe ſuppeteret, quam fidem ſanctam, palam ſe oſtentando, relin-

A relinquere, & Chriſti nomen ſi confiterentur palam, ſuppliciis coacte negare. Audierant namque a ſacerdotibus Chriſti, ipſum, cum ab Herode quæreretur occidendus, in Ægyptum fugiſſe, ſuiſque diſcipulis præcepiſſe, dicentem; Cum perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. Erant autem Eugenius & Aurelius Titus, clariſſimi ac potentiſſimi viri, qui matronarum nobilium interceſſu, illas ſibi conjugali jure ſatagebant adjungere. Illæ vero nondum in Chriſti amore adeo perfectæ, ut martyrii ſe crederent poſſe per ſupplicia palmam accipere, ut fidei ſanctæ maneret in eis integerrima religio, diuturnis interpellant precibus, hujuſmodi rei pollicentur effectum *a*.

a ad nuptias ſanctæ; ſed de viſione virginitatis eis dono oblata.

2 Inſtante autem Aurelio, ut promiſſum rei citius compleretur, Anatholia promiſſionibus ſuis ſpem juvenis differebat. Orabat interim inceſſanter Chriſti Virgo Dominum ſuum, cui actualiter ſerviebat, ut ſe de manibus eriperet inimici, ne ſcilicet ſponſum duceret gentilitatis erroribus ireretitum, & ne ipſam forſitan ſanctum nomen Domini negare, ſponſo cogente, contingeret. Interea quæcumque rei familiaris habuit in auro & in argento ſeu lapidibus & veſtibus pretioſis, clandeſtina diſtributione in Chriſti pauperes erogavit. Nocte autem inſecuta, poſtquam rerum omnium, quas domi habuit, partem pauperibus erogaverat, dormienti ei angelus *b* apparuit, diadema clariſſimum geſtans in capite, atque auratis veſtibus adornatus, cujus vultus ſolis æmulabatur fulgorem, qui ad eam toto converſus lumine, denique eam intentis inſuitus oculis, his virginitatem ſermonibus laudare cœpit: O ſancta, o beata virginitas! O nupta perennis ſponſi, corruptionis & doloris prorſus ignari, expers mortis, propinqua Deo, qui perennis eſt vita! Hic eſt theſaurus auro plenus & gravis: hunc nemo ſutum attingit: hunc nulla tinea demolitur, nulla erugo conſumit. Magna, o Anatholia, gloria polles, magnis abundans divitiis, has ſolicita mente cuſtodi, pro his vigila, has conſerva, ne frauderis gloria, quam tibi Dominus præparavit in cœlis.

B

b apparuit

3 Hac viſione atque allocutione angelica Anatholia, virgo Chriſti, adeo confortata eſt & in Chriſti amore perfecta, ut pro virginitate mallet occidi, quam vinci. Omnibus igitur, ut prædiximus, rei familiaris opibus diſtributis, cum nuptiarum dies inſtaret, ægritudinem ſimulavit: inſtabat Aurelius, virginis animum nunc minis terrere, nunc demulcere blanditiis. Illa ſurenti viro languorem opponere; nec poſſe maritali jugo gravari, quam ſola ſatis ſuperque infirmitas redderet imbecillam. Cum autem ſponſus, amoris impatiens, modis omnibus omnique niſu votum ſuum complere ſatageret, illa ægritudinis cauſa negaret, non poſſe onus maritale ſuſcipere, quod chriſtiana eſſet, ſponſo delata eſt. Nolens autem Titus ſponſam, quod hujus eſſet fidei, prodere; ne, ut ceteri, gravibus pœnis, & mortis, ſe deſiderii ſui impote, demum exterminio plecteretur, blandimentis eam a propoſito conatur avertere & eiſdem modis, ut a fide diſcedat, ſe ſperat efficere, quibus, ut ſui matrimonii copulam promiſiſſet, effecerat.

C

non corruptores recuſat.

4 Eugenium itaque amicum ſuum adiit, eumque, ut ſibi ſubveniret, precationibus

adhibiti a prava du-

D Ex Marcello per Eugenii amicum

expoſcit. Qui Eugenius reſpondit; Mirari non ſufficio, cur preceris, quem tibi paratum in omnibus obedire, mortem quoque, ſi expedit, ſubire, deorum iram, indignationem principum ſuſtinere quibuſcumque periculis, dum ſaluti modo tuæ conſuleret, expertus es ſubjacere. Siquid igitur conſilii, ſiquid auxilii in hac re perpendis a me tibi poſſe contribui, ut ſervo fidiſſimo atque obedientiſſimo imperato, amicum me in periculis experiere veracem. Tunc Titus: Age, inquit, oro, o amice, ſponſam tuam Victoriam ad eam velociter deſtinato, ut minarum intentationibus & blanditiis perſuadeat, quatenus matrimonio meo ſe jungere non recuſet. Mox Eugenius ſponſæ ſuæ Victoriæ cauſas indicat: rogat, ut Aurelii ſponſam Anatholiam, videlicet collactaneam ſuam, quibus poteſt modis, ad Aurelii petitionem inflectat.

5 Ad ſponſi preces, nihil morata Victoria, Anatholiam adiit, cui & dixit *c*: Caritatis tuæ, ſoror dulciſſima, ut te adirem me compulit magnitudo. Cum enim omoia te conſulte & prudenter, ut ingeouitatem tuam decebat, egiſſe meminerim; unum id, quo animo, quo conſilio, ut ſponſum reſpuas, machineris, ignoro. Audi ergo, Anatholia ſoror, conſilium meum: crede ſuaſiouibus meis: noli in ſemel cœpta pertinacia permanere: noli quidquid mente conceperis, operibus conſummare, ne tuis ſis ſolis contenta conſiliis: noli te ultro morti ingerere. Si Chriſtus ipſe præcepit ad tempus perſequentibus cedere, cur perſecutiones ipſa deſideras, ipſa quæris? Conſidera obſecro, ſoror cariſſima, temporis hujus anguſtias, noſtrorum ærumnas, fugas, latibula, ſupplicia, carceres & exilia, meiſque conſenſum præbe ſermonibus. Titum Aurelium, virum illuſtrem, regia ortum familia, regia fultum ope, cui rogata conſenſum ipſa conjugii promiſiſti, ſuadeo, ut nolis promiſſo matrimonio defraudare. Cumque loquendi finem Victoria feciſſet, Anatholia reſpondit: Satis docte prudenterque, ſoror, & Chriſtiane mihi, ut virum ducam, ut mei corruptores accipiam, perſuadere conata es. Nunc itaque patienter verbis meis aures accommoda, ut quæ æque loquar in arcano, recondas mentis arcanis.

consilium, et precibus Victoriæ; *c*

F

6 Nomini tuo reſpondeo, de nominis tui vocabulo te exhortor: commendo, ut, quod diceris, eſſe feſtines, ut diabolum vincas, ut proberis vera Victoria. Deus, omnipotens pater, omnia per Verbum ſuum in principio faciens, hominem quoque, rationalem videlicet creaturam, ceteris animantibus jam creatis ex limo terræ formavit, eique, ut cetetis omnibus irrationabilibus creaturis præeſſet, mandavit. Quem cum ſuis in locis cuncta diſpoſuiſſet, ſolum in paradiſo conſtituit, eique Evam conjugem ſociavit poſtmodum. Cumque ſuper terram hi ſoli duo conviverent, & omnem mundum, quem pro hominibus creaverat Deus, hominibus vellet impleri, præcepit eis, creſcere & multiplicare, procreare filios & implere terram. Poſtquam autem Dominus omnipotens Jesus Chriſtus, Verbum Patris, per quod facta ſunt omnia, de

ſed fruſtra.

A cælo dignatus eſt ad terras pro ſalute noſtra deſcendere, & de immaculatæ Virginis Mariæ viſceribus aſſumere carnem noſtram, non Deus, quod erat deſinens, ſed, quod non erat, homo eſſe incipiens; & virgo ipſe permanſit, & virgines permanentes ceteris plus amavit.

Laus virginitatis ab Anatholia aſſerta.

7 Ideo enim legitur in Evangeliis, Joannem ipſæ ceteris diſcipulis dilexiſſe, quem ſuo etiam pectori in cœna permiſit incumbere, & ut ſupra reperam, ante Evangelium Prophetas & Patriarchas cum omnes legantur placuiſſe Deo, ſolum Eliam, qui corpore virgo permanſit, curru igneo rapuit, ſolius hujus orationibus cœlum clauſit & aperuit. Si igitur antequam Chriſtus naſceretur ex Virgine, tantæ ante Deum gloriæ virginitas fuit, ut eum, qui virgo permanſerat, igneo rapuerit curru, & matrem ſibi virginem Chriſtus elegerit; quantum nunc gloriam habere credenda eſt, cum ipſius cœli & Angelorum & hominum Virgo Maria conſiſtit regina. In illa quidem virginalis gloria eſt ſuper Angelos exaltata; in carne vero Chriſti ad Patris dextram collocata. Cum hæc Anatholia dixiſſet; in hac Victoria voces erupit: Numquid ergo ſolæ locum in cælis virgines poſſidebitis. Nuptæ peribunt & viduæ? Nulla eis portio danda eſt cæleſtium gaudiorum? Anatholia reſpondit: Nuptis quidem & viduis ſuus eſt locus in cælo, ſua eſt eis palma, lux, gaudium & corona; ſed illis omnibus gloria præſtantior concedetur, quæ, ſequentes Chriſtum, virgines permanſerint. Virgines Verbo ipſius Patris fruuntur. Sponſæ virginis Patris vultum propinquius contemplantur.

Virgines ſunt ſocii angelorum.

8 Hæc autem, quæ aſſero, mira tibi & fidem excellere videntur; ſed hoc unde noverim, audies, ſi requiris. Illa ſe id ſumme velle, id dudum expectaſſe teſtatur. Tunc Anatholia, poſtquam quodcumque mihi in auro & argento in veſtibus erat & ornamentis vendidi, eorumque pretium in pauperum ſubſidium expendi, nocte inſecuta, dormienti mihi juvenis apparuit, aureo diademate coronatus, ut ſol multum ſplendidus totum corpus auratis gemmatiſque veſtibus coopertus; qui ad me totus converſus lumine, neque diu intentis oculis contemplatus, virginitatem cœpit ſponſam regis appellare, perpetui doloris penitus atque corruptionis ignaram. Lucem illam vocabat, cui nullæ tenebræ prævalerent: gloriam, quam nulla mutuaret confuſio, nulla paſſio deturparet; exſortem mortis, conſortem vitæ; quæ, inquit, veræ & æternæ vitæ, quæ Deus eſt, proxima eſt in cælis. His auditis, cum evigilaſſem, qui ad me loquebatur, evanuit; unde triſtis effecta, & humi proſtrata, continuo orabam Dominum, ut ablata viſio mihi redderetur. Rurſus juvenis mihi præſto adfuit, & veris me cœpit vocibus alloqui, & virginitatem veri Regis purpuram atque coronæ regiæ dicere margaritam, æternum theſaurum, auro abundantem, & gemmis, quem furum fraus nulla ſubripiat, nulla vetuſtas, nulla ærugo conſumat. Has mihi opes, hanc mihi gloriam adeſſe dicebat, quæ numquam noleni poſſent auferri. Magnam mihi virginitatis a Deo partam gloriam promittebat, ut hanc intentius & ſolicitius cuſtoditem. Idem ſæpius repetens, admonebat. Tantus igitur ex illo tempore virginitatis in me amor incanduit, ut malim mortе qualibet interire, quam virginitatis commutare propoſitum.

quo tempore viſiones habita,

9 Poſtquam Anatholia locutioni ſuæ finem dedit, Victoria ad pedes ejus precabatur, ut ſibi ejuſdem juvenis viſio præſtaretur. Tunc Anatholia, proſternens ſe, orabat Dominum, quatenus eamdem utriſque oſtenderet viſionem, & cum pariter orationem fudiſſent, ecce Angelus Domini in eodem habitu apparuit eis. Quem cum ambæ vidiſſent, nimio timore perterritæ, ceciderunt in facies ſuas, & obſtupefactæ pavore nimio obmutuerunt. Angelus autem Domini confortavit eas, dicens: Nolite timere, dilectæ Domini: corona enim vobis a Deo parata eſt in cælis, ſi virgines permanſeritis. Victoria igitur læta, timore depoſito, Angelum percunctatur, quæ ſit in cælis gloria virginum, quæ conjugatarum aut viduarum a virginibus differentia. Quæ omnia, ut quæſierat, ſeriatim ei Angelus explicavit. Mox Victoria in Chriſti amore verbis Angelicis roborata, domum rediit,

Victoria doc bona pauperibus, & ſponſi cælestis amore erogaſſe,

10 Quidquid in auro & argento in pretioſis repoſitum veſtibus, Anatholiam imitata, pauperibus diſpertivit, ut pauperis illius ſponſa mereretur effici; qui cum dives eſſet, ſecundum Apoſtolum pauper factus eſt, ut nos, qui pauperes eramus, divitiarum ſuarum faceret affluentes. Hoc Eugenius cum ſenſiſſet, rem cito omnem aperuit, & quid in his facto opus ſit, nimio ſermone pertractavit. Si eas proderent, ſciebant profecto, quoniam eis mortis ſententia plexis, earum prædia fiſcus occuparet; ipſi cum ſponſis ipſarum quoque matrimoniis privarentur. Conſilium itaque invenerunt, quo & illæ, ni ipſis conſentirent, ſuppliciis affectæ, mortis demum exterminio plecterentur, & ipſi earum non amitterent facultates *d*. Ex condicto igitur Cæſarem adeunt; ſponſas ſuas ad rura deducendi (veniam) flagitabant: quo conceſſo, alacres effecti, Eugenius ſponſam ſuam Victoriam in Tribulanum territorium ad poſſeſſionem ſuam, Titus Aurelius in Thorenſis urbis ſuburbana deducunt, eaſque in locis inculcis & ſqualidis ae deſertis præcipiunt morari, ſervis ſuis mandantes, ut eas fame diverſiſque injuriis cruciarent, donec ad ſuos libitus earum animos inclinarent. Igitur Anatholia virgo pro Chriſti amore in exilio conſtituta, parentum, amicorum, omniumque hominum ſolatio carens, patriæ domus, prædiorum & omnium, quæ ſibi materno ſeu paterno jure contigerant, extorris effecta, infelicitatem humanam divino amoris ſolatio & ſpe gaudiorum cæleſtium leniebat,

ANNOTATA.

a Non opinor, verum nuptiarum ſponſionem interceſſiſſe, ſed ſpem aliquam factam, qua virgines deprecantium matronarum moleſtiis ſe liberarant. In ſequentibus tamen ſemper urgetur promiſſio, & ſponſi ac ſponſæ conſtanter appellantur. De familia, nihil obſervo; Jacobillum adeat, qui credere cupit, Aniciae fuiſſe ſanctas Virgines.

b Dictum eſt in Commentario, diſplicere crudelis

A *cis frequentes hujuſmodi angelorum viſiones, quales denuo recurrunt num. 8. & 9. quæ nihilominus eo ſolo titulo ſuſpectæ eſſe non debent, modo accedat ſufficiens veteris & probati ſcriptoris auctoritas.*

c *An colloquia illa ſatis recte concepta & diſpoſita ſint, aliorum cenſuræ relinquo.*

d *Neque hæc conſilia placent; unus etiam, quod ſequitur, in Martyrum Actis ſatis inſolitum, ut virgines procerum ſeu ſponſorum poteſtati concedantur, quod ipſa morte durius videri poſſit.*

CAPUT II.

Sanctæ in exilio geſta; miracula; judicis in eam ſententia; converſio Audacis & utriuſque martyrium.

B

Exilio mulctatur, Chriſto ſe conſolatur; a

ASponſi impii miniſtris fame attenuata, cæleſtis ſe verbi pabulo ſatiabat. Unus ei panis Chriſtus *a*, cibus indeficiens eſurienti, Chriſtus fons vitæ, potus refrigerans ſitienti; Chriſtus ei patria. Chriſtus parentes; virgini ſuæ Chriſtus comes individuus adhærebat. Orationibus jugiter intenta, noctes vigiles tranſigebat: quæ ei ad miſeriam & pœnam putabantur inferri, ſuæ illa & omnium pro Chriſto patientium gloriæ deputabat. Interea divina providente clementia, Anianum, Diodori *b* ejuſdem provinciæ conſularis filium, ſpiritus immundus arripuit, & per ejus os immenſis vocibus exclamabat: Anatholia incendis me tuis orationibus. Diodorus autem, homo paganiſſimus, thura cœpit offerre & victimas immolare dæmonibus, ac per diverſa templa filium deſtinabat, qui dum per dæmonum delubra mitteretur, pervenit ad locum, in quo Anatholia virgo Domini morabatur, die ac nocte laudibus divinis inſiſtens. Ut autem Dei virginem

b

C dæmon, qui puerum vexabat, aſpexit, procidens ante pedes ejus, cœpit vocibus ſolito valentioribus ac ditioribus inclamare: Tu es, ajebat, Anatholia, quæ me orationum tuarum flammis exuris.

Spiritum immundum ejicit.

12 Cui beata virgo ait: impero tibi in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, immunde ſpiritus, exi ab homine iſto: & ſtatim puer a dæmonio liberatus eſt. Reverſus igitur ad patrem incolumis, quo ordine ſalvatus ſit, enarravit. Et lætantur parentes pro filii ſoſpitate, congratulantur cives omnes Diodoro conſulari, virginis rumore provincia ſubito pervagatur. Venit Diodorus cum uxore & filiis omnique domo ſua, virgini pro ſalute filii gratias redditurus, & munera afferens infinita. Sancta autem Anatholia, aperiens os ſuum, docebat eos de regno Dei & ſalute animarum ſuarum: pecunias autem, quas ſibi ob ſalutem filii oblaturus attulerat, præcepit pauperibus diſtribui Chriſtianis, ſibi dicens neceſſarium nihil eſſe, cui & in hoc mundo, quod ſatis eſſet, Chriſtus Dominus largiretur, & in futuro lecnlo regnum æternum vitamque perpetuam, quæ nullis miſeriis, nullis ærumnis, nullis infeſtatur doloribus, cui ſemper lux, ſemper gaudium lætitiaque ſuppeteret, quæ nunquam finienda eſt, numquam morti obnoxia, D daturus eſſet in cælis.

Ex MS. *Miraculis inclarescit;*

13 Tu, inquit, omiſſis dæmonibus, huic vero Deo & omnipotenti crede, & ſalvus eris. Exiit itaque tanti miraculi fama in provinciam univerſam, & ſanctæ Anatholiæ nomen paſſim & hominibus & dæmonibus divulgantibus: currebant ad eam variis languoribus laborantes, a medicis deſperati, & qui habebant lunaticos, ſive energumenos, deferebant ad eam. Quos illa omnes in Chriſti nomine orationibus ſuis curabat, & exhortans eos Chriſto credere, dimittebat a languoribus liberatos. In tantum itaque ſanctitatis ac miraculorum ejus rumor excrevit, ut ad Decium uſque fama pertingeret *c*. Quod ille audiens, & ut erat Chriſtiani nominis avidus infectator, furore nimio arreptus, Feſtianum *d* quemdam nomine, virum impiiſſimum, Thoram deſtinavit, ut Anatholiam virginem ſacrilegam, ſuppliciis cogeret ad immolandum, & ſi diis libamina offerre recuſaret, gladio in eam animadvertendum edicit.

c

d

14 Veniens ergo Feſtianus ad urbem Thoram, Anatholiam ſibi, miſſis officiis * imperat præſentari; quam torvis intuens luminibus, Tunc es, inquit, Anatholia, quæ hominibus ſuades, deorum pietate ac religione contempta, hominem neſcio quem, a ſuis contribulibus occiſum, divinis cultibus honorare? Anatholia reſpondit: Ego. Et Feſtianus dixit: Sacrifica diis, quos veros deos eſſe, manifeſta divinitas comprobavit. Anatholia reſpondit: Ego non ſacrifico manufactis idolis, quæ opera hominum cum ſint, ſenſu penitus carent; & cum aures habeant, non audiunt; cum os habent, non loquuntur; eum nares habent, non odorant: eum pedes habent, non incedunt. Feſtianus dixit: Præcepta Auguſtorum, quorum famulatui omnia ſubjectus eſt orbis, noli ſuperbiendo contemnere.

E

Feſtianus Perſicus, ab unquibus laceratur * *apparitoribus.*

15 Anatholia reſpondit; Auguſtis tuis & omnibus, qui eorum obtemperant juſſioni, æternum incendium & pœna ſine fine debetur, in qua in æternum pro ſuis ſceleribus cruciantur. Feſtianus dixit: Tormenta perpetua & ignem æternum diis auguſtis nobiſque comminaris, voluntati eorum obſequentibus; ſed niſi citius ſacrificiis deos places, & Auguſtorum juſſa perficias, ipſa prior in corpore tuo pœnas, &, licet non in æternum, experieris ineendium. Anatholia reſpondit: Effac *e*, quod vis; quoniam ego numquam dæmoniis immolabo: nullis minis, nullis ſuppliciis a meo propoſito dimovebor. Tunc Feſtianus juſſit eam in ecnleo ſuſpendi & torqueri, & dum torqueretur, etiam ardentes lampades lateribus ejus appoſuerunt, & illudentes clamabant: Sacrifica dus ſecundum præcepta Principum, & perge libere, quo volueris.

Martyris reſponſa,

F

e

16 Illa autem dicebat eis: Miſeri & infelices! Ego quidem momento temporis ſentio dolorem corporis, & in æternum cum Deo meo gaudebo. Vos autem, niſi ad Dominum meum convertamini, cum numinibus veſtris incendio ardebitis ſempiterno *f*. Videns itaque *f* tantam Virginis conſtantiam Feſtianus, fecit eam deponi de eculeo, & vocans ad ſe Marſum *g* quemdam, Audacem nomine, dixit ei: *g* Tolle veneficam hanc, quæ ſuis præſtigiis homi-

ſentiendo ea tormenta.

A mines fallit, & culeum eam clauſam ſac ſerex MS. pentium morſibus interire, & multam tibi pecuniam condonabo, meorumque amicorum te præcipuum faciam. Marſus Feſtiano reſpondit: ſi unum ſolummodo ei ſerpentem immiſero, protinus interibit: ſolent namque Marſi in hujuſmodi veneficiis peritiſſimi & potentiſſimi eſſe. Clauditur virgo ſanctiſſima cum ſerpente in culeum: innocens parricidarum punitur exemplo; ſed judex omnium juſtus non deſerit innocentem.

S. ſerpens in culeo inclusa, ab eodem non lædituri 17 Noctem totam incluſa in (culeo) Virgo tranſegit, Dei laudibus & orationibus inſiſtens, pſalmis & conſuetis vigiliis vacans, creatoriſque ſui famulam anguis, manſuetus effectus, derelicta pie natura, non tetigit. Mane autem facto, cum Mercurium, cui in caduceo vitæ & mortis potentia a Jove conceſſa dicebatur, & Palladem, quæ Gorgonem ſæviſſimam (præfert,) invocaſſet, culeum Mar-
B ſus aperit, quem continuo ſerpens, a cullo invadens, diris cœpit morſibus attrectare. At virgo Domini Anatholia manu extenſa apprehendit eum, & ait: In nomine Domini Jeſu Chriſti, pro cujus ego amore iſta ſuſtineo, exi hinc & vade in locum ſuum. Quo ſerpens audito, ſine mora continuo exiens a culeo, cum manſuetudine pia diſceſſit. Tunc Marſus exclamavit voce magna dicens: Vere Deus Chriſtus eſt, & præter hunc non eſt alius.

qui miratus Audax ſe vertitur. 18 Audiens hoc Feſtianus, obſtupuit, & vocans ad ſe Audacem, dixit: Quid hoc? Nonne ex ore tuo, o Audax, audivi, cum tibi illam idcirco tradidi, ut ad deorum converti numina renuentem, ſerpentum morſibus interficeres? Tu contra te quoque a deo cum pietate avertens, ejus effectus es conſors inſaniæ. Audax dixit: Novi ego, quanta ſit in hujuſmodi ſerpentibus feritas, quanta vis in venenn, quanta in morſibus; & ideo nomen Chriſti confiteor, & ipſius majeſtatem adoro: quoniam cum tanta ſit in
C ſerpente vis mortis, in vi propria Chriſti famulam lædere nihil potuit, & qui ſolet ſactu ſolo homines, vel quæquæ momorderit animalia, in momento extinguere, famulam Chriſti, cum ea tota nocte incluſus, in culeo tangere non præſumpſit. Inſuper me, qui eum ſolitus ſum carnibus & medicaminibus, quotieſcumque voluerim, mitigare, morſibus ſuis, niſi illa ſuccurreres, extinxiſſet. Ad hæc Feſtianus: Numquid ſi illa valentioribus veneficiis iram ſerpentis (compeſcuit), & eiſdem actibus ab illius te morſibus liberavit, in clamorem hac de cauſa prorumpere debuiſti, & nomen ſceleſte inclamare? Audax dixit: Dii, quos dicis, vere, ut Virgo ſancta aſſerit, dæmones ſunt: quoniam cum ego eos, culeum aperiens, invocaſſem, nihil mihi dii auxilii, quibus ab infantia famulatus ſum, præſtiterunt, ſed potius propter illorum invocationem ſerpens me arripuit indignatus, &, ut jam dixi, niſi eum ſancta Virgo cohibuiſſet, omnem in me maleficæ artis cum vita ſcientiam finiſſet.

Chriſtum confitetur, 19 Verus Deus, verus Deus Chriſtus eſt, cujus Anathnlia ſancta ſervitiis mancipata & lædi ipſa a ſerpente non potuit, & eum, ut alios læderet, non permiſit. Feſtianus dixit: inſanis, o Audax, & ideo iſta proſequeris. D Audax reſpondit: Vere ego hactenus inſanivi, dum ſimulacra muta & ſurda colui; cum eos, qui non ſunt, tamquam aliis eſſe præſtarent, adoravi, & in meum auxilium invocavi. Nunc autem vere ſapio, cum verum Deum agnoſco, & credo atque confiteor. Feſtianus dixit: Reſpice miſer & nega hoc nomen hominis ſcelerati, quod Principes inſequuntur, & deos libaminibus placare feſtina, ut ignoſcant tibi, quæ in eorum injuriam verba jactaſti. Audax reſpondit: Fac, quod vis, quoniam idolis numquam ſacrificabo. Feſtianus dixit: Vel filiis tuis & conjugi miſerere, neque velis te ipſum ultroneæ mente damnare. Audax reſpondit: Jam mihi nulla de conjuge cura, nulla ſolicitudo incumbit, Deum verum, cui ſemel adhæſi, non derelinquam.

cum Anatholia carcere mancipatur, & ipſa martyrio coronatur. 20 Tunc Feſtianus, videns, quod nullis minis nullisque blanditiis avelli poſſet ab amore & confeſſione nominis Chriſti, præcepit eum carcerali cuſtodiæ mancipari, & Anatholiam cum ea in eadem cuſtodia fecit retineri. Cum itaque ambo in ergaſtulis tenerentur, die ac nocte non ceſſabat beata Virgo Audacem de regno Dei & patientia cohortari, & gaudentes, quod pro Chriſti nomine pati mererentur, in hymnis & laudibus Deo gratias vo- E cibus continuis perſonabant. Quod audiens Feſtianus, capitalem in Audacem ſententiam promulgavit, ſicque in ſua ſanguine baptizatus, perrexit ad Dominum. Multi autem ex Thorenſibus, videntes ſigna & mirabilia, quæ per beatam virginem Dominus operabatur, relictis idolis, crediderunt in Chriſtum. Quod intelligens Feſtianus, metuens, ne per paſſionis ejus conſtantiam, & mirabilia, quæ in Chriſti nomine faciebat, major populi pars, relicto ſimulacrorum cultu, converteretur ad Chriſtum, minis & blanditiis agens, ut thurificaret dæmoniis, cum ad id nullo pacto Virginis animum agere poſſe perſpiceret, juſſit, ut in loco, in quo ſtabat, gladio feriretur.

quem et Anatholia, minis et blanditiis fruſtra tentatus, ſecuta eſt, & a Thoranis ſepulta. 21 Veniens autem ſpiculator & ſtantem F eam, ut orabat, manibus extenſis inveniens, gladium eam dextro percuſſit in latere, ita ut ſiniſtrum quoque latus gladii mucrone tantum perfoderetur. Hoc ordine Anathnlia, virgo Chriſti & martyr, ærumnas hujus ſeculi laboreſque conſummans, ad æternæ vitæ gaudia, quæ nullo termino conſummanda, pervenit, ubi martyrialibus inſulis adornata, Martyrum & Virginum ſanctis agminibus ſociata, perennique ſponſo conjuncta in cælis, quem toto deſiderio quæſierat, ad quem ſummo ſtudio anhelaverat in terris, cum eo conglorlatur in ſecula ſeculorum. Cives autem Thorenſes, rapientes ſanctæ Martyris corpus, poſuerunt in loco, qui eis per revelationem fuerat oſtenſus, in quo loco multa beneficia ſervis ſuis per merita ſanctiſſimæ Virginis petentibus ſe non deſinit (concedere) Jeſus, ad laudem & gloriam nominis ſui. Paſſa eſt autem beata virgo & martyr Domini Jeſu Chriſti Anathnlia ſeptimo Idus Julias, Imperante Decio, præſidente Feſtiano, & ſepulta eſt apud Thoram a viris fidelibus, qui per eam crediderant.

22 Evolutis autem a paſſione ejus multorum

A rum annorum curriculis, translatum eſt corpus ipſius ſimul & beati martyris Audacis *b* ad locum, qui Sublacus nominatur, ab urbe Roma quadraginta millibus diſtans, & poſitum eſt in locum, ubi & nunc requieſcit, in Specu videlicet illo, in quo ex mundi naufragio nudus evadens vir Domini Benedictus, excepto Romano monacho, magnitus hominibus, tribus latuit annis. Quorum nos merita & orationes commendant Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto, ut qui pro noſtris actibus non meremur, ipſorum interceſſionibus ad vitam pervenire mereamur æternum. Amen.

Corporis translatio. *b*

ANNOTATA.

a *Satis patet, hinc incipere fragmentum Suriacum, a Sublacenſi ſcriptore, uti diximus, amplificatum & verboſius ornatum.*

b *Sic etiam vocatur in fragmento:* Theodorum *ſubſtitue, ſi is magis placet.*

c *Vide hæc ſupra in fragmento veroſimilius narrata.*

B

d *Ita paſſim appellatur, ab aliis* Fauſtinianus *dictus: utrovis modo ſcribas, nihil magnopere intereſt.*

e *Intelligitur, quid velit ſcriptor: quæ magis barbara erant, hinc inde levigata ſunt.*

f *Hæc & ſuperiora non incongrue dicta ſunt. an ſatis vere, fruſtra quæſieris.*

g *Sive* Marſus *ſive* Marſinus, *patronymicum eſt. Noti ſunt Marſi & Æquiculi in veteri Romana hiſtoria; ut mirum ſit, deos in ſive fragmenti, quod* uxor & filii tulerint corpus & navigaverint. *Certe navigandum non ſunt, ut ex loco martyrii ad Marſorum terminos perveniretur, niſi forte adverſo flumine provecti ſint. Hoc fortaſſe non male correxit Actorum ſcriptor, ſed non ſatis recte alia ſubſtituit, ut in Commentario obſervatum eſt.*

h *Jam dixi, hæc fragmento Actorum conſona non eſſe, ſed hic ita ab auctore diſpoſita, ut viam quodammodo ſternerent ad hiſtoriam inventionis ulteriſque ſacri corporis.*

C

INVENTIO

Sacrorum corporum Audacis & Anatholiæ.

Corpora Ss. Martyrum, diu ſub terra defoſſa. *a*

HUmanæ inſcientiæ utile eſt, accommodare doctrinam & mirabiliter laudare Dei mirabilia, qui in rudibus temporibus priſca renovat opera, ſeſe augmentando in ſuæ ſponſæ ſinu, quam emit pretioſo ſanguine ſuo. Quare varia piorum certatorum *a* acta oſtendit inſignia. Mirabilis quippe eſt in Sanctis ſuis, atque omnia eorum diuturnaliter cuſtodit oſſa, ut unum ex eis non conteratur. Dignum namque duximus adſcribi, qualiter Anatholiæ virginis ſanctique martyris Audacis corpora, quæ diu latuerunt, ſunt inventa. Cum ſæva fuiſſet orta tempeſtas Decii, atrociſſimi Regis temporibus, & prædictos Martyres juſſiſſet necari, ut in eorum legitur geſtis, ſancta corpora eorum ſunt in compoſitione dimiſſa, quo a fidelibus ſunt humata. Per plures autem annos in eodem occulta pauſavere loco, ut idolatrico permanentibus errore ethnicis. Tandem vero, poſtquam reſtituta eſt pax, & crucis opprobrium penitus eſt cunctis annoratum, pretioſa prædictorum corpora Sanctorum, quæ in obſcuris latebant ſcrobibus, omnium rerum arbiter voluiſſet declarare, perfecta oſſa quieſci perfectiori loco, alma jam membente fide.

D

Ex ms.

24 Eo quidem tempore primo monaſterio beati patris Benedicti, quod dicitur Sublacus, Leo *b* præſidebat abbas, divina operante elementia, ut ſancta inveniſſet corpora in Thorenſi valle, ex ſuis curavit mittere venatum *c*, qui cum juſſam exercuiſſent venationem, in prætextam perveniunt vallem. Advenerabilem igitur dum appropiaſſent locum, quo ſancta quieſcebant corpora, divino nutu canes illuc greſſum tendere non audebant, & ſi aliquis illuc ſe appropinquabat ex canibus, mox in illum ſe intromittebat rabies, canino carente ſenſu. Quod cum ſapius fuiſſet factum, ſtupentibus venatoribus, prædicto nuntiavit Abbati, enucleatim narrando hujus rei geſta. In promptu autem Abbas cum eisdem venatoribus ad venerabilem pervenit locum, præcipiens, ut ſui ſecum deferrent foſſoria. Venerabilis ergo locus Abbati ut eſt oſtenſus, Deum cœpit rogitare, quem nihil latet, quod ſibi occultum dignaretur oſtendere theſaurum. Paulatim namque interea cœperunt fodere, ac laxatis brachiis fodiendo ad nimium deveniunt laborem, alta crepidine defoſſa humo fruſtra laborantibus.

tempore Ludovici Abbatis eo Sublaco, *b*

c

E

25 Tale autem opus Abbas cernens, ut omnino ſine fructu eſſet, quaſi demens ſe æſtimavit & pœnituit, quod in tanto leviter ſe movaret timere. Protinus, inquit ſuis comitibus, ſtulte huc foras venimus; ſed ſapienter ad propria remeamus loca, ſine aliqua comperiendi ratione. His dictis ſubito equum ſubiit, & per ſuum repedavit iter, ſequentibus ſociis. Non longe autem eo gradiente, ingens eum cepit ſomnium tam graviter, ut nullo modo in equo nequiret conſidere.

mirabiliter dictis

F

Tunc fatus eſt ſuis: Sinite me aliquantum quieſcere: quia valde me præoccupat ſomnus. At illi dixerunt, ſi veſtræ, Domine, complacet magnitudini, utilis non eſt hic pauſatio: quia, ut intueris, magnus hunc locum detinet lucus, hominum egens frequentia. Quibus reſpondit: Veſtris non poſſum uti conſiliis, ſed vos eſtote excubantes; ego parva fruar pauſatione. Statim ut in ſolo eſt collocatus, per ſomnium ei divinitus affatum eſt oraculum: Convertere, inquit Kurie *, & opus, quod cœpiſti, ſatage adimplere. Nam appetitum tuum ille perficiet, qui univerſo attulit ſalutem mundo. Revelante ſe, expergefactus ſurrexit Abbas, & quod ſolus audivit, ceteris patefecit remeans ad cœptum opus.

* *gratiſſime*

26 Confractis igitur terræ viribus *, pretioſum repererunt theſaurum, ſignatis tumulis. At ubi pretioſa intuiti ſunt oſſa, tonanti Regi vaſtas ratulerunt gratias, qui eſt memor verbi ſancti ſui, quod capilli de capite non peribunt juſti. Oppanſis tumulis Sanctorum, abſtulerunt pretioſa oſſa, & in cujuſdam animantis corio ea condiderunt, indomitumque captarunt equum, quem honeſte de prædictis onuſtarunt oſſibus, qui ſolitam oblitus eſt indomitatem, pacifice & ſine aliquo ſtrepitu per totam cum ſancto pervenit onere viam: Verum ubi ad prædeſtinatum deve-

* *viceribus & effoſſo,*

ne-

A nerunt locum, videlicet Specum, quo almus pa-
Ex MS. ter Benedictus feliciter, ut plenius nosti, conver-
ſatus, depoſito onere protinus expiravit equus,
prævidente Deo. Non erat quippe conveniens,
ut peccatricem amplius veheret carnem, qui ſa-
croſanctæ ſemel vectatus eſt oſſa.

obtulerit d 27 Honorifice vero ſancti martyris Audacis reliquiæ *d* in proprio ſacræ virginis Scholaſticæ altari ſunt intromiſſæ per manus ſummi Pontificis Benedicti ſeptimi Papæ. Oſſa vero Chriſti virginis Anatholiæ apud prætaxatum Specum ſunt conditæ in ſuo proprio loco, per quæ multa largiuntur beneficia fidelibus, patrante Domino uſque in hodiernum diem. Interea hoc paſſim diffamatum eſt miraculum, & incolæ illius terræ, videlicet Thorenſis, circumquaque degentes, quo oſſa primitus fuerant humata, ad jam prædictum decernunt venire Abbatem, ut de ſacris, quas abſtulerat, reliquiis illis pro di-
B vina caritate vel parum concederet, quatenus ecclefiam in honorem virginis Anatholiæ, in loco, unde ablatæ fuerant, conſecrarent. Quibus reſpondit: Res, quam poſtulatis, vobis videtur parva, ſed noſtro magnam præſtat auditui gravedinem: ceterum ſi noſtram obauditionem, quæ durior noſtris inſonuit auribus, (vultis) molleſcere, divinis utimini ſcriptis: nam, inquiunt, Date, & dabitur vobis. Noſter delectat animus, ut hoc monaſterium aliquantulum nanciſcatur juris in veſtris regionibus *e*. Quod ſi meos animoſos hac de re ſatiaveritis ſenſus, quamvis difficilis ſit res quam flagitatis, tamen appetitum veſtræ concedemus petitioni ſanctum, qui alias a nobis immunes ibitis.

quæ conditio Thorenſibus 28 Cui præfati inquiunt incolæ: Sine ceterorum incolarum conſultu hoc ſtatuere minime valemus. Et Abbas illis: Cohabitatores ergo conſulite veſtros: qui ſi noſtræ offenſum dede-D rint petitioni, veſtram adimplemus voluntatem, & perpetualiter tam vos præſentes, quam futuros, qui ex vobis orientur, hic apud tonantem Regem obtinebitis orationem. Converſi itaque viri, univerſæ nuntiant plebi quæcumque ab Abbate dicerant. Tota autem plebs gratanter promiſit, ſe eſſe acturam, quidquid animoſus expoſtulaverat Abbas. Miſſus vero legatus ab Abbatem, ire feſtinavit, ſecum unam ex ſanctæ Anatholiæ ſpatulis curavit deferri. Tandem ſcriptis inſtrumentis, locum, ubi ſancta quieverunt corpora cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ præſentes erant, quæque venturæ ſorent, Sublacianenſi monaſterio donationa in perpetuum curarunt, illis reſtituta ſpatula, quam Abbas attulerat. Hæc omnia facta ſunt conſentiente Epiſcopo, Anaſtaſio nomine, qui tunc Reatinam gubernabat eccleſiam.

Auctoritas reliquiæ conceſſæ.

ANNOTATA.

a *Intellige Martyrum, qui certarunt pro fide.* E *Exordium hoc ſecuturæ narrationi ſatis appoſite præmiſſum eſt.*

b *De hujus Abbatis cum Benedicto VII. PP. & Anaſtaſio Epiſcopo Reatino combinatione, dictum eſt in Commentario prævio.*

c *Item de hac venatione & id genus aliis.*

d *Jam patuit, ſecundum antiquius fragmentum, alio deportatum fuiſſe S. Audacis corpus, quod proinde reperiri non potuit apud* S. Anatholiam, *nec conſequenter in S. Scholaſticæ altari deponi. Errorem in alterutro agnoſcere oportet.*

e *De his etiam in commentario.* Obauditio *ſupra, eſt ingrata auditio ſeu ingratus ſermo.*

D E
S. CYRILLO EPISC. ET MART.
C *FORTE GORTYNÆ IN CRETA.*

J. P. COMMENTARIUS PRÆVIUS. F

sub Decio vel Maximiano. *S. Cyrillus a 14. Junii cur huc translatus?*

P*Riuſquam pro majori rerum a* S. Cyrillo *geſtarum elucidatione nonnulla de more præmittam, jubeo lectorem ante omnia meminiſſe eorum, quæ jam pridem dicta ſunt inter Prætermiſſos ad diem* XIV. *Junii, quo* cum illuſtri elogio memorari *dicitur* in Ms. Synaxario CPolitano, aliiſque adſervatis Mediolani in bibliotheca Ambroſiana, Taurini in bibliotheca Ducis Sabaudiæ, Pariſiis in bibliotheca Mazariniana, Divione in collegio Societatis. *Quapropter parum abfuit, quin eo die fuerit datus; viſum tamen ipſum transferre in hunc diem*, quia idem fere elogium habetur in Menæis excuſis, ejuſque memoria inſcripta eſt Martyrologio Romano ad diem *præſentem, quo illum damus.*

Memoria ejus apud Græcos

2 *Memoriam vero ſancti hujus Martyris apud Hagiologos longe celebratiſſimam eſſe, liquet tam ex tabulis ſacris Græcis, quam Latinis, frequentiſſimam de ejus agone mentionem facientibus hac die, ſicut patebit ex iis, quæ ſequuntur, dulto exordio a Menologio Baſiliano, Græce edito ad calcem tomi* I. *Julii, cujus contextum ad diem* IX. *ejuſdem menſis ita redde Latine*: Cyrillus Hieromartyr, magno in fide Chriſti & divinis virtutibus facto tocremento, Archiepiſcopus eccleſiæ Cretenſis conſtitutus eſt. Hic, cum gregi recte præfuiſſet, populumque Domini doctrina & monitionibus auxiſſet, mota perſecutione ab idololatris comprehenſus vinctuſque, Præſidi traditus eſt. In ignem injectus, cum illæſus ab eo egrederetur, vinculis, quibus ligatus erat, combuſtis, & lignis, quibus flamma nutriebatur, in cinerem redactis, a Præſide dimiſſus eſt; qui mirabatur id, quod factum fuerat, atque edicta Imperatoris tamquam iniqua reprehendit. Atque hæc tunc quidem ita. Tandem vero Præſes, ubi videbat multos amplecti fidem in Chriſtum, iram Imperatoris veritus, Sanctum comprehendit, & vel invitus capite minuit, concilians ipſi vitam immortalem & æternam beatitudinem regni cœlo-

A lorum. *His ſere conſonant Menæa impreſſa, Maximus Cyzicenorum Epiſcopus ac Menologium Sirleti. In Synaxario Sirmondi ſignatur* v. *Septembris cum elogio, e quo nonnulla puncta delebabimus paulo poſt, notatu digna.*

& apud Latinos ſæpiſſime.

3 *Pervulgata pariter eſt* S. Cyrilli *notitia apud Latinos hoc etiam die. Antiquiſſimum Martyrologium Hieronymianum ſic ipſum annuntians.* Cyrilli Epiſcopi, igni traditi. *Præcedunt ibidem Martyres Tomitani, quibus in dicto Martyrologio conjungi videtur ſub eadem ſerie* S. Cyrillus, *quamvis disjungendum putet Florentinius in notis. Florus, prout a nobis editus eſt tomo* 2. *Martii, præter paſſionis palæſtram* Ægyptum, *quam ſignat, inſuper exprimit* Decii Imperatoris *nomen &* Lucii præſidis, *&* poſt ignem, *e quo illæſus exivit,* B capitalem ſententiam. *In eamdem ſententiam loquuntur Rabanus, omiſſo tamen nomine Decii imperatoris. Do ejus verba:* Eodem die (IX. *Julii*) in Ægypto natale eſt Cyrilli Epiſcopi, qui cum a Lucio Duce ſacrificare idolis cogeretur, & nollet hoc conſentire, juſſit eum Dux, ſuccenſo igne, in medio poni; & cum arſiſſent omnia ligna, & eſſet cinis, ſpectantibus religioſis viris, ut oſſa ejus colligerent, inventus ſuper pavimentum ledens extenſis manibus ad cælum. At vero videntes ſignum, quod Dominus in eum oſtenderat, mirabantur, ſtupentes, quod ſic intactus eſſet ab igne, & ob hoc multi crediderunt in Chriſtum. Poſtea vero prædictus Dux juſſit eum gladio percuti, & ille gaudens, percuſſus reddidit ſpiritum. *Diſcrepat Ado, ſic loquens:* Natalis S. Cyrilli, Epiſcopi, qui flammis injectus, illæſus evaſit, ac ſtupore tanti miraculi a judice dimiſſus, cum rurſus verbum Dei alacriter prædicaret, ac plures efficacius ad fidem Chriſti converteret, Judex, pœnitentia ductus, capite plecti eum juſſit, atque optatum martyrii finem conſummavit. *Ubi vides ſupprimi nomina Imperatoris, Præſidis & palæſtræ martyrii. Idem fit apud Uſuardum. Notkerus ſignat* Ægyptum & Lycium Ducem. C *Singulare aliquid hic habet codex Uſuardinus Hagenoyenſis, inter auctarii Uſuardini hoc die citatus, qui poſt annuntiationem cum brevi elogio, addit in fine:* Aſtantes autem animam ejus in ſpecie niveæ columbæ ad cœleſtia conſcendere viderunt. *Nomen* S. Cyrilli *etiam exhibent bolre Hieronymiana contracta, Auguſtanum videlicet & Labbeanum. In Martyrologio Romano ita de Martyre noſtro legitur:* Gortynæ in Creta S. Cyrilli epiſcopi, qui in perſecutione Decii ſub Lucio Præſide flammis injectus, cum incenſis vinculis evaſiſſet illæſus, ac ſtupore tanti miraculi a Judice dimiſſus eſſet, rurſus pro inſtanti & alacri fidei prædicatione facta de Chriſto, ab eodem capite plexus eſt.

Expenduntur variæ afſertiones circa tempus paſſionis.

4 *Atque ex jam dictis variæ ſeſe offerunt difficultates, quo ſub Imperatore, quo tempore, quo loco paſſus ſit* S. Cyrillus, *cujus fuerit urbis epiſcopus: quas diſſolvere, non eſt promptum, variantibus inter ſe antiquis documentis, quorum ſubſidio diu trina deberent expediri. Baronius in notationibus ad Martyrologium Romanum dicit quidem, ſe verius exiſtimare, paſſum fuiſſe ſub Decio: at quo fundamento nixus, verius illud exiſtimavit? Acta Græca variant ab Actis Latinis in aſſignando Imperatore. Utris plus credas? Quid, quod ne quidem conveniant iſta Acta in aſſignando Præſide, ſub quo curſum conſummavit ſanctus Pugil noſter? Nam ſi Græcis credimus, fuit is Agrianus; ſi Latinis, Lucius. Quis autem cui ſit præferendus, incompertum arbitror. Id unum videtur* D Auct. J. P. *ut certum admitti poſſet,* Cyrillum, *pro quo Baronius ad an.* 822. *citat Annales Græcorum, Gortynæ Epiſcopum, a Saracenis, ex Hiſpania in Cretam delapſis, quod fidem Chriſtianam negare nollet, occiſum, a* Cyrillo, *de quo hic agimus, ſive ſub Maximiano paſſo, prorſus diverſum eſſe, admiſſa ejus exiſtentia, in dictis Annalibus aſſerta; maxime quia* Cyrillus *noſter habetur in Hieronymiano Martyrologio, ſeculo nono antiquiori, & quia Acta deſignant tempus perſecutionis gentilium. Accedit eo, quod Florus, Ado & Uſuardus non dicant* Cyrillum, *quem annuntiant, ſuo tempore paſſum fuiſſe. Itaque cum non ſatis conſtet ſub quo imperatore martyr obierit, dubium etiam eſt martyrii tempus. Dixi,* admiſſa ejus exiſtentia; *quæ videtur admitti debere, mixta teſtimoniis trium auctorum, numero* 6. *in fine proferendis.*

loco martyrii.

5 *Neque certiora ſperes de loco martyrii, Martyrologis de eo inter ſe diſcrepantibus. Etenim Hieronymiana videntur ſanctum Martyrem conjungere cum Martyribus Tomitanis, ibidem relatis, ut ſupra diximus, notante Florentinio,* Thomum, *ut in iiſdem ſcribitur, eſſe Antonino urbem in Ægypto circa Cbenobaſciam; ſicque quoad locum conciliari forte poſſet cum iis, qui palæſtram martyrii Ægyptum ponunt. Hoſce tamen Martyres Tomitanos idem Florentinius tribuendos videri ait Tomis, celebri Myſiæ civitati. Romanum parvum, Ado, Uſuardus & Notkerus de loco martyrii tacent. Martyrologio Romano, Gortynæ in Creta* S. Cyrillum *annuntiant, atque adeo quaſi tacite inſinuant, hanc ei fuiſſe martyrii palæſtram, præluxerant Menologium Sirleti, Menæa impreſſa, Maximus Cyzicenorum Epiſcopus, & Synaxarium Sirmondi die* v. *Septembris. Petrus de Natalibus refert Romæ paſſum; quis fide, quo auctore, quo teſte? Illuſtriſſimus Franciſcus Maria de Aſte, epiſcopus Hydruntinus, in diſceptationibus ad Martyrologium Romanum, tricas, de quibus hic, ſatis vidit, ſed non diſſolvit: nam dum ſat multis verſatus eſſet in inquirendo loco, tandem deſperata ejuſdem determinatione, concludit* F *pag.* 315. In tanta codicum varietate ſanius fore, ſi faniores annuerint, ut palæſtra non indicetur.

& de urbe epiſcopatus

6 *De urbe epiſcopatus occurrunt ſequentia. Acta noſtra Latina aſſerunt fuiſſe Epiſcopum, ſed cujus loci, non exprimunt. Græca vero hunc titulum præferunt:* Μητροπολίτου τῶν ἁγίων Κυζίκου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης μητροπόλεως Γορτύνος. Martyrium S. Cyrilli, archiepiſcopi Gortynæ, metropoleos Cretæ. *Eumdem titulum habet elogium apud Sirletum. Baſilianum autem Menologium indicat fuiſſe Epiſcopum Cretenſem. Timorem non abs re movet Tillemontius tom.* 3. *pag.* 715. *ne character epiſcopi Gortynæ pertineat ad aliquem Cyrillum, qui vixerit ſeculo nono, & reliqua ſpectent ad alium, qui ſeculo vertio, vel unico ſeculi quarti martyrii palmam ſit conſecutus: qui in tali caſu potuerit fuiſſe Epiſcopus in Ægypto. Baronius per Annales, quos loco ſupra allato citat pro Cyrillo ſeculi noni, fortaſſe non intelligit, niſi Annalus Joannis Zonaræ, qui lib.* 15. *num.* 14. *regni Impreſſionis Pariſinæ, aſſerunt, tempore Michaelis Balbi* Cyrillum Gortynium Epiſcopum pro Chriſti defenſione martyrii coronam accepiſſe. *Niſi forte etiam reſpexerit Eminentiſſimus Annaliſta ad Curopalatem & ad Cedre-*

num,

A num, quorum ille pag. 13. in fine, dicit: Tunc
AUCT. (tempore videlicet irruptionis Saracenorum in Cre-
J. P. tam, quam affigit Labbe anno 823.) etiam Cyril-
lus, Gortynæ Præſes, martyrii corona donatur,
quod Chriſtum negare noluiſſet. *Hic vero, im-
preſſionis regiæ pag.* 510. Tum temporis etiam Cy-
rillum, Gortynæ Epiſcopum, martyrii cornnam
ſupplicio eſſe conſecutum *memorat ob eamdem cau-
ſam. Quorum trium Auctorum teſtimonia vides ſta-
biliri junioris alicujus* Cyrilli, *Epiſcopi Gortynæ,
ſeculo nono florentis exiſtentiam; quem valde ſuſpi-
cor confuſum eſſe perperam cum ſenore.*

Recognoscitur. 7 *De Actis* S. Cyrilli *hæc habe. Duplex eorum
dabimus exemplar, alterum Latinum, alterum Gra-
cum, utrumque inter ſe diverſum. Hoc prodiit e bi-
bliotheca Vaticana; quod in Latinum converti, &
ad duo Mſs. collatum emendavi. Illud eſt deſumptum
e litteraria ſupellectile Sammamiana Treviris, &
congruit quoad ſubſtantiam cum editis apud Surium,*
B *qui tamen more ſuo dictionem elimavit. Ms. Vati-
canum cum Trevirenſi contuli, & cum eo conforme
deprehendi, laborante tamen defectibus ſcriptoriis,
In fine habet Martyrem* tradidiſſe ſpiritum VII. Kal.
Julii; *quod in Ms. Trevirenſi, prout apud nos eſt,
non lego. Baronius ad annum* 254. *num.* 26. *Acta* S.
Cyrilli *ſincera eſſe dicit, Tillemontius, non obſtan-
tibus difficultatibus, quas obiicit, ea utcumque ſu-
ſpicit, Non placet ipſi conſervatio ſancti in igne,
tamquam res valde extraordinaria ſeu inuſitata,
Martyrologiis Hieronymianis in ignem injectum me-
morantibus, abſque aliis adjunctis additamentis,
huc facientibus; unde videatur colligi, martyrium
ſancti* Cyrilli *conſummatum fuiſſe in igne. Verum
non video, quod hæc res debeat obſtare ſinceritati Acto-
rum, quia eſt extraordinaria. Quorſum enim mira-
bilis Deus in Sanctis ſuis, niſi quia extraordinaria,
inuſitata & mirabilia per eos operatur? Plus ali-
quid urget ſilentium Hieronymianorum,*

8 *Aliqua improbabilitatis ſpecie videatur labora-* D
*re factum Ducis Lucii, qui, audita tam mirabili
Martyris conſervatione & evaſione, dicitur laudaſ-
ſe Deum Chriſtianorum. De conſervatione & eva-
ſione adeo prodigioſa, & de facto Lucii, verbum
nullum faciunt Acta Græca, in quibus ſolummodo
legitur, quod lictores juſſa perfecerint, celato gene-
re mortis. Duo in iiſdem Actis Græcis; nimirum
viſio Martyri exhibita, martyrii conſummandi præ-
nuntia, num.* 3. *& vox e cœlo audita, bobus, qui
hunc ſanctum Senem vehebant, ulterius progredi non
valentibus, nonne videntur aliquid Metaphraſtæi
ſapere? Quibus videtur addi poſſe prologus, pro
tam brevibus Actis nimis longus.*

9 *Iis, quæ hactenus de Actis ejus diximus,* coro- Pauca
nidis *loco attexo paucula puncta e Synaxario P. Sir-* quædam
mondi, in tabulis Græcis, num. 2. *citatis, haud* ſingularia
expreſſa, in quo dicitur ſanctus Præſul & Martyr ex Synaxa-
noſter ἐξηκονταετὴς γενόμενος, ἐνιαυτοὺς πενθεκαι- rio Sir-
τὴν Γορτυνίᾳ; cum eſſet ſexagenarius, epiſcopus mondi;
Gortynæ conſtitutus, *eamque eccleſiam rexiſſe* ἐπὶ
ὅλους εἴκοσι, annis viginti quinque; *ob Chriſti con-*
feſſionem ἐν κάμῳ τῷ σίμβδυλι, *in camo os con-*
ſtrictus, & in ſenectute πένητα ἡμ' ἐνενηκοντατέσσαρα
annorum quinque & nonaginta, τῷ ξίφει τὴν κεφα-
λὴν ἀνατμῆθε, *gladio caput amputatus, nulla fa-*
cta mentione de igne; quem eadem tabulæ Græcæ E
*amputatione capitis præmittunt, ut videſis ſupra
num.* 2.

10 *Ad extremum, ferit animus, Martyris trium-* verſiculi
pho accinere verſiculis, quos habent Menæa Græca in Menæis.
*impreſſa, & quas poſt ejus annuntiationem elogia
præmittunt:*

Εἰ μὴ γέμας ἦν ὁ Κύριλλος Γορτυνίου
Ἦθώσατ' ἂν τόλμα πρὸς ξίφει τὸ καρδίαν.
Cyrille Gortyn, pondere annorum gravis,
Enſis furorem mente juvenili ſubis.

C # ACTA GRÆCA

Auctore incerto

Ex Bibliotheca Vaticana; codice ſignato 1667. vel 1669. f. 71. Interprete J. P.

F

Cum duobus Mſs. collata.

Prologus noſter.

NE ſapientiæ arcana imperitos inveniant an-
ditores, ſi minus ad narrationem ſit accom-
modata oratio; equidem ad propoſitum generoſi
victoris ac martyris Cyrilli ſtadium progredi ma-
turavi, implorato prius divino ſervatoris noſtri
Jeſu Chriſti Spiritu ſancto, qui profunda ſapientiæ
ſcrutatur; ut ſortiſſimi Athletæ ac generoſi bel-
latoris Cyrilli, S. Martyris, archiepiſcopi no-
ſtri, præmiata certamina, & convenientem
virtuti ipſius gloriam explanare poſſim iis, qui
in tantæ rei ignoratione verſantur; ut narrationis
ſerie accuratius expoſita, & feſtæ hujus noſtræ
lucis, & præſentis diei & ſolemnitatis myſteria il-
lis obſcura non ſint, qui ad communem hilarita-
tem confluxere: ſed enim formato crucis Domini
noſtri Jeſu Chriſti ſigno, ad Cyrilli martyris cer-

Ὡς ἂν μὴ ὁ λόγος ἀνέργαστον πρὸς τὴν διή-
γησιν ἐσόμενον, καὶ ἡ σοφίας μυσήρια ἀνε-
ξιχνίαστα ἀκροατὰς τύχοιεν· ἔσπευδον ἐξ ἀνάγ-
κης εἰς τὸ προκείμενον στάδιον τοῦ γενναίου ἀθλητοῦ
καὶ μάρτυρος Κυρίλλου, ἐπικαλεσάμενος τὸ θεῖον τὸ
σωτῆριον ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄγιον πνεῦμα, τὸ ἐρευνᾶ
τὰ πρῶτα ἡ σοφίας· ἵνα τὸ ἰσχυρότατον ἀθλητοῦ,
καὶ γενναίου στρατώτου τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τοῦ
ἁγίου μάρτυρος, ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν γενομένου,
ἐφικτὸν ἔσωθεν τοῖς ἀκούουσι ἔχῃ, τὴν ἄδηλο-
σιν τῶν πάντων, ἔτι καὶ τρόφιμα ἐυσὲβ τοῖς ἀγαθοῖς
διδοξάσματα, ἵνα ἐπεργασίαν τῶν ἀνεδοξασμένων γενο-
μένων, καὶ ἡ τοιούτων ἡμῶν καὶ ἐπιφανῶν ἡμέρας,
καὶ ἡ πανηγύρεως μυσήρια, μὴ ἀνεξίτηλα τοῖς εἰς ἢ
κοινὴν ἐφροσύνην παρῆσιν τύχοιεν. Ἀλλὰ σπεύδων μᾶ
προθυμίαν, τὸ σημεῖον ἡ σφραγὶδος φορῶν Ἰησοῦ Χρι-

τοῦ,

A σῦ, ἔτως ἐφ' τῷ διηγήσει τὸ ἐπαθλον, ἓ ὡς νίκης
b τὸ μάρτυρ@ Κυρίλλ@, ἡ διεξιὼν ἔσωθεν τὸ τοῖς
ἐξῆς τὸ πνευματικὸν ἀνῳδὴ ἐδοξίας χάριν.

a Ὁ διάβολ@ σκ@ ἄξιον ἑαυτῇ, ἐκλεξά-
μενον Μαξιμιανὸν, ἢ τὴν τότε βασιλέοντα, ἐ-
πιτάσσει δόγμα ἐξενεγκεῖν, ὡς ἂν Χριστιανὸς
μεταδοθῇ ἀπὸ ἢ διαστάσεως γραφῆς ἓ πᾶς τὸ
Χριστὸ εἰσπολῖ μὴ ἐμπολιτεύεσθαι, ἀλ' ἐναπε-
λόσθαι τὰς πράξεις ἓ ζοφώδους πράξεις, ἀνα-
πᾶσθαι ἡ μεταφέρεσθαι ἀπὸ τῶν νομιζομένων ἓ θείων
εἰς δαιμόνων θρησκείαν ἐπὶ βλάβῃ ἓ ψυχῆς, ἡ
πᾶσι ἢ ἰδίων καταρᾶς συναγελάζεσθαι. μιαροφα-
γεῖν τε ἓ εἰδώλοις ἐνιδύειν, ἡ μηδένα Χριστιανὸν
ὀνομάζεσθαι.

3 Τοιούτου ὄ τὸ δράκοντος ἀνθρωπίνου
ἐπὶ λύμῃ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἡ κόσμα κυκ-
μένα πρὸς ἀσέβειαν ἡ σύγχυσιν σκοτοφόρον, ἐπὶ
τὸ ἀγεμονίαι Ἀγριανοῦ, ὁ παμμιαρώτατ@ διωγμὸς
ἠγείρετο ἓ Χριστιανῶ, ἡ πάντας ἐναγκάζοντο εἰς
ὕπνον ἢ εἰδώλων μὴ μιαροφαγεῖν, ἓ ἐνιδύειν. Το-
σούτου τοίνυν δυσσεβείας ἐνεστολισμένου τὸ ἀνθρω-
B πίνῳ γένει, ἡ τὸ σώματα ἔχοντ@ χόρον, σκ-
ράττων ἐπὶ τῷ Θεῷ δίκαι, ἡ ἢ μὲν φλόγόνται,
ἢ ὃ βίᾳ καταχρώμενον ἓ ἀγομένων περὶ πρόθυσιν
ἢ τὸ ἢ εἰδώλων τεμένη, ὁ ἅγιος Κυρίλλ@, ὁ
ἀρχιεπίσκοπ@ ἦν, ἐπὶ ἢ οἰκίας, ἡ ἐκπεπληγμέ-
νου τὴν ψυχὴν μοχθηρίαν, ἄφαρπα τὸ ὁράματα
ἔρυτὸν τῳ, ἀπὸ τῶν ὤμων κεφαλὴν μέρος τι λαβὸν,
ἡ ἀποθέμενον τὸ ἰδιῳ ὄρει. Ὧι ὃ ἢ ὕπα φα-
ντασιᾷ τῳ ἡ Διονυσίῳ ὑπαυδίοντα ὁ Πρέσ-
βυς, σαφὲς τῷ διανοίᾳ διανοίᾳ, ἵνα περ μαρτυ-
ρίῳ δῶ αὐτὸν τῷ χρέος ἀναπληρῶσαι, ἡ ἐν ὄρει
τῷ σώμα αὐτῷ ἀναστεῖλαι, ἓ σώφρονα λογισμὸν
ἀπαλλάξαι ἡ ἀφ' ἁπλότητι ζῆσαι, ἡ τῷ νεότητι
τοιζῶν. Ἀνὴρ γὰρ ἦν κεκοσμημένος πάσῃ ἀρετῇ,
ὑλικὴν τε προβεβηκὼς, ἓ Ἀβραμιαῖα νεότητι
κεκοσμημένος, (ὡς φιλοσοφίας ὑλικῆς, ἓ δόκιν γρα-
φὼν μύστ., ἢ τῷ Χριστῷ μυσταγωγίαν κεκοσμημένος)
Ἦγετο ἐπὶ ἢ ἐμπαγμὸν ἀ σαπρικοῦ ἡλικίας ὁ
Πρεσβύς, γέρᾳ κεκμηκὼς τῷ σώματι.

4 Προκαθίζοντος ὃ Ἀγριανοῦ δημοσίᾳ, τῇ
πρὸ ζ' εἰδῶν Ἰουλίων ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ προσχθεὶς
ὑπὸ τῶν πρωτίστων αὐτοῦ, διωκόμενος ἀνειλεῖ
C ἰσχυροτοιούτῳ ὑπ' αὐτῷ, ἡ τοσαῦτα δυσὶ ἐ-
πιγγέλματος βασανιστήρια, οἵ ὅτι πᾶν τὸ σῶμα
αὐτοῦ πᾶν μέρος τιμηθέντα, ἓ πυρὶ ἀνειλη-
λῶ ἀποτέτμητο, ἓ καυτηριαζόν οἰδήμασι μηδὲ-
ξῃ, οἱ μὴ ὑπακόοι τῷ τῷ βασιλέως προστάγματι,
μιαροφαγεῖν τε ἓ ἐνιδύειν τοιοῦδε, ἡ μεταβαί-
νοι ἐ ἀνδρῶν σοφιᾶ, ἡ πᾶς τὸ Χριστὸ διδαχαῖς.
Ὁ ὃ γενναῖος τραυμάτων ἡ ὄνκα βαστάζων πᾶ ἐ
ἀντιπάλου νίκας, ὁ ἄκτυπος ἀθλητὴς, ὁ ἐ ἐν ὑ-
ψηλοῖς ἀγωνιζόμενος ὁρᾶν, ὁ τῶ ἐν κόσμῳ ἀνάπλεω
μισίσας, ὁ ἐ ἁμαρτίαν τίμενον ἀπολαβεῖν
σπεύδων, ὁ σοφίας πλήρης, ἡ ἁγίου πνεύμα ἐν-
εργούμενος, ὁ σκυλεύσας ἐ τύραννον, ἓ ἐ διά-
βολον ἐξυβρίσας, ἐκ ἐκτυξὶν ἀρχοντοι κοσμικῇ
τῷ ἀνωλεῖ, ἐκ ἐδρασθὲ, ἐκ ἐδαλίσατο· ἀλ' ἕ-
στηκεν ἀτρωτος, ἓ τεῖχος ἄκτυπον πρὸς τὰ ἐπαγ-
γελόμενα ἀνῳδὴ, καπγηλῶν τὰ ἀναλγητα.

5 Εὐσθὲν ἢ νῦν τῷ πραπέμενον τάδιον τῷ
ἀγῶνος, ἓ ὁ πρέσβυς τὸ σῶμα, ὁ γὰρ κεκμηκὼς,
ἐπεδικαιοῦτο ἐφ' ἑαυτῷ τῷ ἐ σώφρονα λογι-
μὸν ἔδου ταπήχων, ἐνίεζεν πρὸς ἐ παρακλῆσιν,
παρεκλαμβάνοι καδάπλιτο πρὸς τὰ ἀνατόλας τῷ
ἀναπαραπλαμένῳ τῷ δόρατι ἐ πίστεως, ἡ τὰ
ὅπλα ἐ σωτηρίας τὰ Χριστῷ πρέπουσ' ἐσχυρὸν ἐ
κατ' αὐτὸ νίκης ὑπλισθοῖ, ἵνα πόνους τὰ ὑδὲν ὑλο-
γίζοτο, ἓ ᾧ ῥομφαίᾳ ἐπατρώσατο ἐ ἀντίδικον, ὃν σκο-

tamen ad victoriam narrandam alacer properabo, D
ut recenſere per orationis decurſum res ab eo præ- Ex ms.
clare geſtas poſſim.

a Poſtquam diabolus elegiſſet Maximianum, *Diabolo homines ad flagitia ſeſtinante,*
dignum ſe inſtrumentum, tum temporis Impe-
ratorem, edictum fecit vulgari, ut Chriſtiani
a divinis Scripturis removerentur, præceptiſque
Chriſti vitam non conformarent, ſed ut flagi-
tiis operam darent, rebuſque ſordidis decepti, a
divinæ legis obſervatione ad dæmonum ſuperſtitio-
nem traducerentur cum animarum damno; gen-
tium ſacra frequentarent, immundis cibis veſce-
rentur, idolia immolarent, & nemo Chriſtiani
nomine compellaretur.

3 Cum autem talis a dracone ad naturæ huma- *& perſecutione adverſus Chriſtianos ſtatuta, movetur in viſione de martyrio S. Cyrillus i*
næ perniciem exortus eſſet error, & orbis ad im-
pietatem & obſcuram confuſionem raperetur,
præfecturam gerente Agriano, longe ſceleſtiſſima
in Chriſtianos conflata eſt perſecutio, omneſque
cogebantur in idolorum templis edere pollutos ci-
bos & ſacrificare. Quo tempore ergo tanta huma-
num genus impietas infeſtabat, adverſarius libe-
rum habebat campum turbandi Dei famulos, eum E
alii fugerent, alii vi detinerentur, &, reluctante
voluntate, raperentur ad idolorum delubra,
S. Cyrillus archiepiſcopus, cum domi eſſet, ta-
lemque improbitatem averſaretur, avem quam-
dam in viſione contemplatur, quæ a ſuo capite
partem aliquam auferebat, atque in loco montano
deponebat. At vero ſenex, ubi ſpectaſſet hanc tam
manifeſtam & piam apparitionem, ac mente divi-
nitus afflata intellexiſſet, naturæ debitum marty-
rio ſibi perſolvendum, & in monte corpus ſuum
reponendum, ſana conſideratione rem æſtimavit,
ſpiritu ſervens, & affectæ ætati juveniles animos
jungens. Etenim vir erat omni virtutum genere
ornatus, ætate provectus, caniciem Abrahami ge-
rens (divinarum Scripturarum ſapientia plenus,
præclarus arcanorum Chriſti interpres *a*.) Senex *a*
itaque feſſum devexa ætate corpus trahens, ad il-
ludendam ſatanæ fallaciam ducebatur.

4 Cum vero publice præſideret Agrianus, die *Præſidi Agriano ſiſtitur; miſſique tormenta ſentit.*
ante ſeptimum Idus Julii, die dominico, productus
in medium ab illis, qui ſe comprehenderant, tru-
culentiſſimis minis ab ipſis exagitatus eſt: qui tor-
menta hujuſmodi ei denuntiabant: videlicet, to-
tum ipſius corpus membratim eſſe concidendum,
tolerandam ignis acerbitatem, eandentium lami-
narum incurrendam pœnam; niſi Imperatoris edi-
cto morem gereret, atque ad pollutorum ciborum
eſum & victimas induceretur, ſapientiæque cum
virtute conjunctæ nec non Chriſti doctrinæ nun- F
tium remitteret. Sed generoſus miles, arma ge-
ſtans contra hoſtis victoriam, athleta ſupplantari
nelcius, cæleſtem præmiatorem intuens, mundi
nas fraudes averſatus eſt, & immarceſcibilem coro-
nam reportare feſtinans, ſapientiæ plenus, ſanctoque
Spiritu afflatus: ille, inquam, qui tyranno ſpo-
lia detraxit, & diabolum delevit, inundani judicis
minas non exhorruit, non trepidavit, nun timuit;
aſt muri inſtar minime ruinoſi adverſus ea, quæ ſibi
nuntiabantur, ſtetit intrepidus, minas deridens.

5 Nam ad propoſitum certaminis ſtadium feſti- *fortiter dimicat pro Chriſto.*
nabat, &, ſenex cnrpore, ſenectute confectus,
animo erat forti atque erecto, prudentemque
cogitationem mente agitans, juvenili animo in-
ciem prudit; eoque accinctus, ac fidei thorace
armatus, ut adverſario reſiſteret, omniſque gene-
ris armatura, ac potenti Chriſti tropæo ad victo-
riam de illo reportandam aſſumptis, labores ni-
hili fecit & gladio hoſtem vulneravit; qui tene-
bris

A bris involutus, & ex acie cedere coactus viri illius
Ex MS. dextera, victus perdoluit & ad magnam agendi impotentiam redactus est. Præses vero iniquus, aliquos, ad spectaculum tenebrarum sibi delectos, atque ad confessum longe infortunatissimum secum congressos, jussit importunitati Senis consilium dare, edicens, non gladio duntaxat obtruncandum, sed generi quoque suo multorum malorum causam fore, si Imperatoris edictum sperneret, & viram glorioſe traducere recusaret, puerisque & stirpi multas calamitates allaturum; sin vero cum sacrificio Martyris communicaret, nihil se prætermissurum eorum, quæ ad Martyris honorem pertinerent.

pergunt ad supplicium deportari:

6 Hujusmodi itaque lata sententia, lictores sanctissimum Cyrillum Episcopum comprimunt, & multa cum festinatione, mentisque fervore e tribunali abreptum, extra civitatem abducunt. Qui cum tardius incederet (nam alacritatem animi retardabat senectus, celeriorem gressum
B non præbens ad perficiendum martyrii sacrificium) currui imponentes, adjuncto boum aratorum jugo, diaboli ministri in montanum locum abduxerunt, quo vocatus erat Sanctus, ut mortem oberet, martyrii laureæ dignitatem consecutus.

animoque plenus.

7 Boves autem suppositio collo fructum valde feracem deferentes agricolæ ad immortalitatem, ut sine impedimento martyrii cursum consummaret, neque ad sinistram, neque ad dexteram declinarunt, sed recto tramite iter confecerunt. At vero generosus Pugil, justitiæ fructibus plenus, miles invictus; ille, qui choreæ angelicæ tutela munitus erat; ille, qui ad immortalitatem incorruptam paradisi properabat, alacri animo discedit; ille, inquam, insuperabilis auriga stimulos subjiciebat corpori, ut ferret viribus majora, & luctam cum inimico habendam pro nihilo duceret. Et sane scalam spectabat paratam, per quam cælos scanderet, nec non manum sibi porrigentes angelos, scissos cælos, magnumque certaminum præmiatorem intus confideotem, & coronæ immortalia bravium afferentem a Patre, & suo imponentem capiti. Ipsi gloria in secula. Amen.

mittunt ad cælum,

8 Cum itaque deveniſſent ad munitum & asperrimum locum, cognomento Raxum, ut impleretur visio, Sancto prælignata, boves quidem, qui prius cum alacritate traxerant, progredi ulterius non valuerunt; sonus autem & vox quædam e cælo
C ferebatur: Usque huc. Qua audita, diaboli ministri, ulterius Sanctum ducere veriti, jussa perfecerunt. Is vero pura cum anima e vivis sublatus, cursu ad cælos volavit. In cæleſtia atria ingressus, a magno certaminum remuneratore Domino nostro Jesu Christo, corona incorruptibili redimitus est.

& a fidelibus honoratur.

9 Quidam vero e piis fratribus, quos ab ira draconis servare dignatus fuit Dominus, religionis studio adducti, Sancti corpus ceperunt, & eodem hoc loco posuerunt, in secuturæ posteritatis memoriam; cujus usque hodie, omnes undequaque, Christo bene propitio, confluentes, festum diem celebramus. Sanctum prodigiis clarum possidentes, psalmisque & Evangeliis mystice animas imbuti, laudibus cumulemus Patrem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & potestas in secula seculorum. Amen.

ταῦδε, ἡ σάφαργος γενόμενος ἐ δυσὶ δεξιαῖς; D
ἰώιστο πασσοφεῖ, ἡ τὸ τοῦ ἀμοχθεῖ ἴγνυτο. Καὶ προσκλαύσαμενος ὁ ἄρχων ἐ ἀνομίας αὐτοῦ ἐφ' οἷς τῶι ζοφώδει δέσμῳ παπαιζομένου αὐτῷ, καὶ οἷς σαπιδῶσι δυσὶν συμφορῶν σωπλοκυδίσιν αὐτῷ, παραπλήσιον γενέσθαι συμβέλει πρὸς ἀστοῖαν τῷ Πραιβίῳ, διηξιῶν, ὅν ὡ μίνος ξιφο σκλάσου, ἀλλ' οὖν κακὸν κακῶι τῷ γένι αὐτῷ παραιωθῆ γενέσθαι, ὡ ἀσυφορίσεως ἐ δόγματος τῷ βασιλέως, ἡ ἀκλεῶς ἐ βίου παριελθὼν μὴ βιωθείη, πασαὶν τε ἐ γένι σπαὶ μοχθοφόρει ἐμποιέσαι, ἡ χαιρουσὶ γενόμενος ἐ ἐπὶ Μάρτυρι δυσίας, σὺ ἐφιλόμενος τῷ Μάρτυρι πρὸς στεφάνῳ ἀκολουθῆ.

6 Τοιούτου ὄ ἐξεγχθέντος ἀποφάσεως, ἡ ὑφ' ἡμῶν κομισαμένου Κύριλλος ἐ ἀγιώτατος ἐπίσκοπος, ἡ μὴ ταχὺς ἐπόξους ἡ σπουδῇ ζέοντος, ἵνα τῷ ἀοδυτορροώντος συκαμβασομένου, ἡ ἀναγκάζοντες ἔξω ἐ πόλεως, ἡ βράδιον αὐτὸ βαδίζοντος (ἐ γὰ προθυμίας πίπτοντι τὸ γῆρας, ἀκινήτου ἐ ἀδυτορρόου ποιοῦσθαι μὴ συγχωρῶν πρὸς τὸ ἀγωνίσασθαι E
ἐ θυσίας) ἁμάξῃ, οὗτον ἐπιδεσθέντες οἱ ὑποζύγια τῷ ἅβλάβῃ, ἡ ζύγιοι ἀγροῖκων βοῶν ἐπιζεύξαντες, ἀπήγαγον εἰς ὄρους ὄρεσιν, ἔνθα ἐκάλεστο πλακοδόκα ὁ Ἅγιος, ἐ τῷ μαρτυρίου λαβὼν τέφανον ἀπεζεύθη.

7 Οἱ ὄ βόες ὑπόζυγες ἐ ἀγκίνα, ἔ ἐ ἄκαρπον καρπὸν τῷ γεωργῷ πρὸς ἀθανασίαν φέροντες, ἀνεμποδίστως πλέων ἐ δρόμου, οὐ ὄ εἰς ἀριστερὰ, ἀπ' εἰς δεξιὰ ἐκκλίναντες, ἀλ' ἐθείας τὰς ὁδὸς πρὸς ἐ εὐστοχίαν ποιήσαντες. Ὁ ὄ γενναῖος Ἀθλητὴς, πλουτοφόρους καρπὸν δικαιοσύνης, ὁ ἄσπιλος στρατιώτης, ὁ ὑπὲ χορείας ἀγγέλων φρυάμενος, ὁ εἰς ἀφθαρτον ἀθανασίαν παράδεισον σπεύδων, ἀκίνητος ἐνίστατο, ὁ αὐχένιος ἰσχὺς παρηκολουθούμενος τῷ σώματι, ἡ παρὰ δύναμιν φέρειν, ἡ εἰς οὐδὲν οἴεσθαι τὰ παλαίσματα τὰ ἀγωνίσματα. Ἐδόκει γὰρ ἐπαιρομένην τὴν σκάλαν, δι' ἧς ἐκπορεύσεται εἰς τὸν ἄνω, ἡ ἐκεῖ ἀγγέλους χεῖρα αὐτῷ ὀρέγοντας, ἡ ὑμνοῦς ἀχίζομένους, ἔ ἐ μέγας ἀγωνοθέτης ἔκδοτ κεκοσμῆσθαι, ἡ βραβεῖον ἐ ἀθάνατον τέφανον, ἡ παρὰ τῷ Πατρὸς αὐτοῦ κομιζόμενον, ἐμπέπνευκε τῇ ἀνω κεφαλῇ. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. F

8 Ἐλθόντας ὄ εἰς τόπον ὀχυρὸν ἡ τραχύτατον, ὃν σκάλμον Ῥάξον, ἵνα πληρωθῇ ἡ ὄψασις, προεγγραμμένου τῷ Ἁγίῳ, οἱ μὲν βόες, τὸ πρόσθεν μὴ προθυμίαν ἔκφαντες, πορευτέρω προβῆναι οὐ δύναντο. Ἦχος δέ τις ἡ φωνὴ ἀφανὴς ἠφέρετο, ἕως ὧδε. Οἱ δὲ διώκοντες οἱ τὰ ἅβλάβη ὑπηρέται, ἐμὲ τὸ δυσωνυμεῖ στρατιάρχῃ ἀγαγεῖν ὁ Ἅγιον, ἐπίλυσ τὸ προσταχθέν. Ὁ ὄ πλουσθεὶς καθαρᾷ τῇ ψυχῇ ἐ ἡ ὁ ἀρίστου ἅβλαπτος δρόμου. ἀραιόνους ὄ σπουδὴ ἐμβατεύσας, ὑπὸ τὸ μεγάλο ἀγωνοθέτου τὸ Κυρίου ἡμῶν Υἱοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐ ἀφθαρσίας τέφανον ἀπέδυσατο.

9 Τινὲς ὄ τῶ ἀδελφῶ ἀδελφοὶ, ὃς ὁ Κύριος ἀπὸ τῆς τῶ δράκοντος ὀργῆς σῶσαι κατηξίωσεν, ἀλαβείᾳ φερόμενοι, τὸ λείψανον τῶ Ἁγίου λαβόντες, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἔθεντο εἰς μνημόσυνον τῆς μετέπειτα γενεᾶς. Οὗ νῦν ἑορτάζοντες πάντες ἄχρι σήμερον, πάντας σωτηχόδον Χριστὸ βιοῦσθαι ἐπισωμαγόμενοι πλήμεθ. Θεῖμα μὲν τῶ Ἁγίου ἔχοντες, ψαλμοῖς τε καὶ διαγγελίοις μυσταγωγήμενοι τὰς ψυχὰς, δοξάσωμεν ὁ Πατέρα τῶ Κυρίου ἡμῶν, Υἱοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶ αἰῶνος. Ἀμήν.

ANNOTATA.

a *Uncis inclusa ex alio apographo Græco desumpta sunt, atque huc translata.*

ACTA

A

ACTA LATINA

Auctore incerto,

Ex Ms. S. Maximini Treviris

Collato cum Ms. Vaticano, ſignato 1771.

S. Cyrillus a Lucio Duce,

SAnctus Cyrillus Epiſcopus, non incognitus Ægyptiis: cujus fides apud Deum & homines probata eſt. Apprehenſus ergo a Lucio Duce, ſacrificare cogebatur. Hic namque puer cum eſſet, creſcebat in actis bonis, & ubi audiebat famulos Dei, relictis parentibus, ipſa ſe ſociabat, ut audito verbo Dei corroboraretur in fida. Cumque veniſſet ad legitimam ætatem, factus Epiſcopus, creſcebat in

B verbo & opere, perſeverans in fide Domini noſtri Jeſu Chriſti in epiſcopatus ſui ordine annorum eirciter quinquaginta. Et cum eſſet annorum octoginta duorum, & bene docuiſſet populum ſibi creditum, multos ab errore convertit ad veram & religioſam fidem. Apprehenſus ergo a Duce compellebatur ſacrificare.

Idolis ſacrificare recuſat ſed fruſtra,

2 Ut vero beatiſſimus Cyrillus Epiſcopus dominicis præceptis reſiſtens dicebat, Sacrificans diis & non Deo, eradicabitur; Dux dixit: Sacrifica ſenex; præſta ætati tuæ. Cyrillus reſpondit: Non ſum ſenex, nec perſuades mihi hoc. Dux dixit: Audio te prudentem virum & doctum. Convertere ergo & ſacrifica, ne ſalveris. Reſpondit: Sic ſum prudens & doctus, ut non aliis prædicans ipſa reprobus inveniar. Dux dixit: Conſule ſenectuti tuæ & ſacrifica. Cyrillus reſpondit: Tunc mihi conſules, ſi in conſpectu omnium horum impendar. Et cum multum certarent, & de divinis Scripturis opprimeret Ducem,

C ut nec reſponderet ei, & videns omnem populum ad ejus doctrinam convertum, repletus ira, dedit in eum ſententiam, dicens: Cyrillum, delirum ſenem & vicinum morti, vivum incendi juſſi.

3 Et ſanctus Dei gaudens Cyrillus & pſallens ibat. Succenſo autem igne, in medio ponitur. Et cum arſiſſent omnia ligna & eſſent cinis, precantibus religioſis viris, ut oſſa ejus colligerentur, invenitur ſuper pavimentum ſedens extenſis manibus ad cœlum. At vero videntes ſignum, quod Dominus in eum oſtenderat, mirabantur ſtupentes, quod ſic intactus eſſet ab igne. Hæc autem omnia unus Dominus operabatur, qui ſciebat iterum per eum multos ab errore converti ad eum. Nunciantur hæc Duci, ſalvatum eſſe ab igne ſanctum Cyrillum epiſcopum.

D

Ex Ms. ad ignes damnatur & a non læditur.

4 Et admirans, venire eum juſſit, & videns ſanum, laudans Deum Chriſtianorum, ad ſua eum redire mandavit. Poſt hæc vero non ceſſabat famulus Dei prædicans verbum Domini & regnum ejus promittens. Quoſdam de errore gentilitatis ad viam veram revocabat; quoſdam de vana vita ad ſobrietatem

E mentis. Audiens vero turba, concurrebat ad eum unanimiter credentes & dicentes: Credimus per te, Sancte, in Deum tuum, quia magnus eſt, qui de igne te liberavit. Et ille gaudens omnes ſuſcipiebat, faciens Chriſtianos, & baptizans eos, docebat, dicens: Confortamini & fideliter agite filii in eum, cui credidiſtis; & ipſe erit veſter adjutor in omnibus, & majora, quam ſperatis, vobis præſtabit.

Tandem a Deus, ſui oblivione ſtrictus, primum diverſos, poſtea ſuos ſuſcitavit;

ejuſdem juſſu capite plectitur,

5 Hæc eo agente, nuntiatur Duci, & repletus ira dicebat: Ut quid humane egi cum eo, & non interfeci eum? Non ei, inquit, parcam. Et dedit in eum ſententiam. Cyrillum, quem de igne liberatum juſtitia vivere non permittit, gladio percuti juſſit. Et illa gaudens, percuſſus tradidit ſpiritum *a*. Amen.

ANNOTATA.

F *a In editis apud Surium additur* VI. Idus Julii, *appoſita in margine nota*, fort. ſeptimo, *quo die ſuperius in ſyllogo hiſtorica eum a Martyrologis ſignari diximus.*

DE S. ZENONE MARTYRE ET SOCIIS CCIII.

J. B. S.

ROMÆ AD AQUAS SALVIAS.

Notitia ex Martyrologiis.

CIRCA ANN. CCXCVIII

Ab aliis ſynonymi, diſtinctus beatorum Zeno,

INter *ſynonymos* Zenones, *tum Martyres tum Confeſſores, qui jam plures numero in Actis noſtris recenſentur, & porro locis ſuis recenſendi ſunt, ea nota characteriſtica diſtinguitur is, qui ſub eodem nomine hodie colitur, ut de confuſione nihil periculi ſubeſſe poſſit: etenim ſocii decem mille ducenti & tres ſoli huic ita conveniunt, ut non facile alio transferri queant. Locus item martyrii* ad Guttam jugiter manantem, *ſeu ad Aquas Salvias, Apoſtoli Pauli martyrio toto orbe celeberrimas, conſignatus, ad ſolam hanc Martyrum claſſem abunde reſtringitur. Atque hæc quidem ſatis plana ſunt ex Romano parvo, & tota ejus per Adonem & Uſuardum progenie. Audi primum omnium fontem:* Romæ, ad Guttam jugiter manantem, Zenonis & aliorum decem millium ducentorum & trium, *qui ibi per numeros Romanos expreſſi, ab Adone & aliis explicantur ſignificantur. De palæſtra nihil diſputationis ſupereſt, quæ in Uſuardum Molani*

A AUCT. J. B. S.

irrepſerant ex Baronio in noſtris Obſervationibus reſtituta ſunt. De cetero Romano parvo nihil ſuperaddidit Ado præter ſolum Sancti titulum. Uſuardus legit, Natalis ſancti Zenonis Martyris.

ex Martyrologiis accepta eſt.

2 *Notkerus Adonis veſtigia, de more, preſſe ſecutus eſt, Beda citari non potuit niſi ex editione Plantiniana, nam in genuina noſtra, ſive ea Bedæ ſive Flori ſit, in Rabano aut Wandelberto nota non eſt hodierna, qua de agimus, annuntiatio, quam ex pluribus aliis Martyrologiis deſcribere, plane ſupervacaneum eſt. Petrus de Natalibus Adoni perperam adſcribit, quod* per diverſa ſupplicia trucidati, Chriſtum Dominum in ſuis corporibus glorificantes, coronas triumphi cœleſtis obtinete de manu Domini meruerint, *qua alterius interpolatio eſt, cum ſimpliciſſimus ſit Adonis atque ac Romani parvi textus, Anſam præbuerit Petrus augmentatori alicui Uſuardi, qualis editus eſt Lubecæ & Coloniæ, ut longiorem ſupplicium analyſim texeret.* Quorum alii, *inquit*, ſecuri, alii

B gladiis, alii mucronibus cæſi, alii cruribus fracti, alii manibus pedibuſque abſciſſis mutilati, alii ſuſpenſis brachiis, amariſſimo fumo ſubter accenſo, magnis cruciatibus vexabantur. Alios vero lento igne prope adhibito, tormentis longioribus conſumebant, *&c. quæ cum apocrypha ſint, pluribus referri non merentur; nobis ſatis erit, ſi ſupra citati textus veritas in tuto collocetur.*

Baronii de eo & ſocius perraro.

3 *Arrodit eam Tillemontius tomo 5. pag. 124. Baronium vellicans, quod ea, quæ refert, nulla auctoritate nitantur. Citaverat hic, uſcio quam appendicem ad Acta S. Marcelli, ſed quæ hactenus lucem non vidit, neque in Actis noſtris exſtat eo loci, quo produci debuit ad XVI. menſis Januarii*, Aliis auctoritatibus opus eſſet, *inquit Tillemontius*, ad credendum cum Baronio, quod Diocletianus, nonnulla animi moderatione & prudentia præditus, uno impetu pluſquam decem ſuorum militum millia mactari voluerit. *Feret, ut candide dicam, tam horrenda carnificina uno die perpetrata, ſi ita intelligendus eſt Martyrologiorum ſenſus, quem nihil vetat paulo accommodatiori explicatione donare, quam feciſſe videatur Baronius ad annum 298. n. 17. his verbis:* Sed deſcribamus ſummatim hic ad recenſita Acta (*S. Marcelli*) ſuperius appendicem. Eodem tempore contigit, ut Diocletiani & Maximiani conſilio, omnes ubique poſitæ legiones luſtrarentur, & qui in eiſdem reperti Chriſtiani milites eſſent, exuti militia ac penitus exarmati, vincti Romam perducti, tamquam ſervi adſcriptitii thermarum operibus fuerint mancipati.

C

non ita effundit;

4 *Hactenus mihi in ea Baronii narratione, quod magnopere offendat; ſic pergit:* Thermis vero ablolutis, qui conſtantes in confeſſione nominis Chriſti, nullis fracti laboribus perſtitiſſent; ne laborum opere alleviati (quod ingens eſſet illorum numerus) aliquid in imperium molirentur, omnes pariter capitis ſententia condemnantur. Repertus eſt omnium numerus decem millium ducentorum trium, qui omnes una cum Zenone tribuno, qui inter eos dignitate excellere videbatur, extra Urbem porta Trigemina ducti ſunt, & in concavo vallis, in loco, dicto Gutta jugiter manans, ad Aquas Salvias, ad unum omnes necati ſunt ſeptimo Idus Julii, quo celebri memoria annuatim eorumdem triumphi dies natalis recolitur. *Hæc, reſtituto Baronio, in allegata Actorum S. Marcelli appendice contineri haudquaquam negaverim. At*

D *quærent homines minus creduli, an tantam fidem ea appendix mereatur, ut rem tam crudam & inauditam, ut certam cogamur admittere, qua re vera antiquiorum ſcriptorum teſtimoniis fulcienda videbatur. Utcumque res fuerit, noſtrum hic eſt ſaltem Martyrologiorum integritatem tueri.*

Si accommodate explicetur.

5 *Pace itaque Eminentiſſimi viri dictum ſit; non exigit omnino textus Romani parvi aut ejus ſequacium, ut milites iſti ſeu operarii una omnes & uno die trucidati fuerint, quod ſane factum adeo execrabile, ab illius temporis ſcriptoribus non videtur ſilentio involvi potuiſſe, Dicamus paulo benignius, famoſas Diocletiani thermas, quæ ſeptem annis Chriſtianorum labore, ſudore & ſanguine extructæ memorantur, palæſtram fuiſſe, ex qua tot pugilum millia ad ſupplicium rapi potuerint, quorum numerum auxerint Chriſtiani, mauſeriſque Romæ conſtantiſſima traditio, decem mille ducentos & tres aut quatuor eo paſſo periſſe,* Zenone *nominatim expreſſo, ut eorum tribuno aut ſaltem anteſignano præcipuo. Memoria autem perſtiterit* ad Guttam jugiter manantem, *quod eo loci extra Urbem minori cum tumultu obtruncati fuerint. Hoc paſto, niſi vehementer fallor, tollitur quidquid adjunati offendit in narratione Baronii, ſervaturque interim textus veritas de Zenone & ſociis* 10203. *ſi non eadem die, certe eodem circiter loco coronatis, quorum memoriam Romani parvi auctor hoc potiſſimum die conſignaverit, ſolitus nempe, ut alibi oſtendimus, plurimorum Martyrum natales dies, pro more ſuo arbitrio ſelegere. Hæc equidem ita conciliari poſſe exiſtimavi, haud ægre laturus, ſi quis ſecuriorem & clariorem viam invenerit.*

E

Dextri & Bivarii elogium.

6 *Miror ſane, Tamayum hac die tam inſignem Martyrum claſſem Hiſpaniæ ſuæ non vindicaſſe, ubi tamen ſolites ducat habet Flavium ſuum Dextrum & commentatorem ejus Bivarium. Utrum alio fortaſſe die retulerit, fugit quærere; Dextri & Bivarii verba retuliſſe, eſt rebus ſeriis jocos, quantumvis inficetos inſpergere. Prioris textus eſt ad annum* 290. *pag.* 308. *num.* 4. Romæ, ſanctorum Martyrum Zenonis & mille ducentorum duorum martyrum Hiſpanorum, ex Celtiberia glorioſe paſſorum. *Operæ pretium eſt videre, quot modis ſe torqueat bonus Bivarius, ut Dextri ſui textum cum Romano conciliet; ſed ne operam ludamus, habe poſtrema ejus verba:* Nonnullis viſum eſt, deeſſe in Dextri codice verbum DECEM, ut non quidem ſolum mille, ſed DECEM MILLE legendum ſit. Quod vero dicantur rurſus ducenti duo vel ducenti tres, parum intereſſe, cum ea variatio pendeat ex modo, quo Zeno ipſe numerum cum ceteris faciat, vel extra ceterorum numerum referatur. Probabilius autem mihi eſt, ſanctum quidem Zenonem ſocios habuiſſe XMCCII. hos autem non omnes Hiſpanos milites fuiſſe, ſed MCCII. cetera novem millia fuiſſe ex aliis regionibus. *Satis ſcite, ſi ſatis vere; ſed nugas iſtas miſſas faciamus.*

F

De ſanctorum MM. reliquiis.

7 *Poſtremum notemus, ſatis mirum videri ex tot millibus Martyrum nullas Romæ reliquias honorari, ſaltem quas repererint Panciroltus, Martinellus aut Piazza, apud quos nulla earum memoria. In Maſſinis Bononia perluſtrata reperit Henſchenius ad XXII. Martii, atque inter Prætermiſſos retulit* feſtum expoſitionis duorum capitum ex decem millibus Martyrum, *quod*

cete-

A celebretur Bononiæ in eccleſia S. Jacobi Majoris, *ubi* ſuſpicatur *laudatus Henſchenius*, eſſe Martyres, qui cum Zenone columtur IX. Julii. *An Maſſaius ſatis noverit, quos ibi appellaret Martyres, an porro ſubſtet Henſchenii ſuſpicio, non eſt adeo promptum divinare: clarius ſeſe explicat Perluſtrator Bononienſis hoc die, dum aſſerit*, in templo S. Gabrielis di porta Revegna- AUCT. J. B. S.
na exſtare reliquias S. Zenonis, ſocii decem millium ducentorum & trium Martyrum: *Item* apud Sanctimoniales ſanctæ Mariæ Angelorum in platea della Noſadella eſſe oſſa aliqua prædictorum Sanctorum, obtenta a ſummo Pontifice Gregorio XIII. anno MDLXXV. *Quænam oſſa alia alibi aſſerventur, aut populi venerationi expoſita ſint, hactenus me latet.*

DE S. MOCHO MARTYRE
MEDIOLANI.

Ex Hieronymianis. J. B. S.

IX. JUL. DE Mocho *martyre aliquo in Africa egerunt Majores noſtri* VII. *Junii, de duobus* Mociis XXII. *Aprilis* & XI. *Maii; bodiernus* S. Mochus
B *vix uſpiam notus eſt præterquam in Hieronymianis, tum majoribus tum contractis, deformato hinc inde nomine. In vetuſtiſſimo Epternacenſi vocatur* Mecus, *in media ferie Tomitanorum tranſpoſitus. Rhinovienſe & Richenovienſe ſcribunt* Mocci, *Corbeienſe parvum, ut noviſſime tomo tertio Analectorum vulgatum eſt*, Mocchi: *turpius Marbacenſe ibidem*, Moclii, *Auguſtanum noſtrum* Inochi. *Cæterum in Corbeienſibus majoribus & Lucenſibus diſerte exprimitur* Mochus; *nec de poſitione ſeu paleſtra dubium eſſe poteſt, cum codices paſſim omnes utant* in Mediolano, *pauci* in Mediolanio. *Ex depravato aliquo exemplari ſua accepit Notkerus:* Mediolani, nativitas ſancti Mochimi, *neque felicius ipſum correxit Canuſius, dum ſubſtituit* Monæ: *ſatis inſuper dubitatum* E
videtur, legendum eſſe Mochi. *Quod ſi codicum Hieronymianorum notitia ad Galeſinium aliaſque Mediolanenſes pervenuiſſet, tali Sancto tabulas ſuas augere non neglexiſſent; ſolo tamen nomine, nam de Actis & geſtis ejus altum ubique ſilentium. Placuit Caſtellano* Mochum *hoc die referre abſque poſitione ſeu loco paleſtra; quod cur fecerit, in eo codicum confuſu, prorſus non video; potuerat ex Florentinio rem integram deſumere.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS TOMITANIS
ZENONE, MIMIA, VITALE, RUFINO, EVANGELIO, VRISIO ET AGNITO.

Ex Hieronymianis. J. B. S.

IX. JUL. *Variant codices in aliquot horum ſeptem Mar-*
C *tyrum nominibus, & in numero quidem differt textus Lucenſis Florentinii, omiſſo nomine* Vriſio, *qui ex vetuſtiſſimo Epternacenſi & Corbeienſibus certo addendus eſt. Alterum in prædicto ſphalma obſervo, quod* Fenoni *ſcribat pro* Zenoni *ſeu* Zenonis, *quod nomen, a ceteris ſociis avulſum, in Hieronymiana parva tranſiit. Utut nonnihil tranſpoſitus ſit textus Epternacenſis, tota claſſis ex ipſo eruitur, cum hoc ab aliis diſcrimine, quod melius legere videatur* Mimiæ *pro* Mi- F
næ; *ex aliis vero præferendus ſit* Vriſii *pro* Uris, & Agniti *pro* Annitis, *qui in Blumiano eſt* Agnitis, *in Corbeienſi*, Agnetis, *in quo etiam* Rufinæ *pro* Rufini. *Sive* Evangelium *legas, ſive* Evangelum, *parum admodum intereſt. Atque ex his ſatis cognoſcitur ſanctorum Martyrum, alibi ignotorum, manipulus. Neſcio, quid Caſtellanum induxerit, ut ex ſeptem biſce Martyribus ſolos duos* Zenonem & Mimiam, *præteritis aliis, conſignaret.*

DE S. FELICIANO MARTYRE
IN SICILIA.

Ex Hieronymianis. J. B. S.

IX. JUL. QUemadmodum S. Mochus *martyr ſuperius relatus Mediolanenſibus, ſic* S. Felicianus *bodiernus Siculis omnibus incognitus fuit, horum tamen Martyrologiorum auctoritate omnimoda ſubſiſtens, ta quibus mira concordia annuntiatur:* In Sicilia, Feliciani, *quo modo etiam eundem ex-*
primunt Hieronymiana contracta Rhinovienſe & Richenovienſe. Fruſtra ſe torquebit, qui de eo plura alibi inveſtigare voluerit. Cajetanus in Martyrologio Siculo a Græcis S. Pancratium accepit, de quo in hac tabula etiam agimus, quemque ſufficiebat retuliſſe eo die, ad quem ipſum remiſimus.

A D

DE SANCTIS VIRGINIBUS ET MARTYRIBUS ROMANIS

FLORIANA ET FAUSTINA.

J. B. S.

Ex Hieronymianis.

IX. JUL. *Fateri omnino cogimur, corruptos esse & transpositos hoc die Hieronymianorum laterculos, dum nobis Sanctos evidenter obtrudunt, qui ad diem sequentem pertinent, ibique adeo repetuntur. Solos eorum textus referre sufficiet, ut manifeste appareant & nominum confusio & characteres perperam additi. Accipe singulorum verba. Vetustissimum Epternacense sic annuntiat:* Romæ, natalis Virginum Florianæ, Faustinæ, Anatholiæ, B Felicitatis, cum presbyteris VII. Felicis, Philippi, Martialis, Alexandri & aliorum trium. *Aut ego vehementer fallor, aut pro* presbyteris, *legendum est* Filiis, *ut demonstrant expressa nomina* Felicis, Philippi, Martialis, Alexandri *& aliorum trium innominatorum, qui plane constituunt numerum filiorum sanctæ Felicitatis, quæ hic ex mera confusione virginibus associatur. Cum autem de S. Anatholia seorsim egerimus, non superfunt ex tota illa annuntiatione nisi solæ duæ Virgines, in titulo positæ, quas ante me solas superstites agnovit laudatus supra Castellanus,*

2 *Non minus implexus est laterculus codicis Lucensis Florentini, præter solœcismum, alibi observatum, sic res commiscens, ut quinque eminus filii sanctæ Felicitatis referantur, additis sociis sex pro filiis duobus. Ea verba:* Romæ, natalis virginum Floriani, Faustinæ, Anatholiæ, Felicitatis cum presbyteris sex, Felicis, Philippi, Martialis, Vitalis, Alexandri cum aliis VI. & Fraterni Episcopi; *qui ut alibi diximus, merum est assumentum antiquarii Gallici. Ad clariorem explicationem nil confert textus mutilus Corbeiensis:* Romæ, natalis Virginum Florianæ, Faustinæ, Anatholiæ & Fraterni episcopi; *nisi bona fide supponere velimus, hujus codicis scriptorem confusionem observasse & rescusse. Id certe ex hoc, uti etiam ex Blumiano & Epternacensi evincitur, non* Florianæ & Faustini, *ut perperam Lucensis, sed* Florianæ & Faustinæ *emnino legendum. Aliud exemplar, æque aut magis truncatum consuluit Neikerus, ex quo eruit* Florianum & Faustum. *Nec multo accuratiora sunt, quæ traduntur in Florario Ms. in additionibus Mss. Cartusiæ Bruxell. & in hujusmodi non magni momenti codicibus, de* sanctis Floriana, Faustina, Felicitate & VII. presbyteris. *Puto ea præstare, quæ hic damus, ad tollendam, vel saltem ad minuendam codicum confusionem.* E

DE S. PONTIANO EPISC. ET MART.

TUDERTI IN UMBRIA.

Notitia ex Ferrario.

J. B. S.

C

SUB DIOCLETIANO,

TUder, *seu* Tudertum *episcopalem Umbriæ urbem satis descripsit Bollandus ad* XXIX. *Januarii, agens de S. Seustio & aliis* LXXX. *Martyribus, ad quorum societatem proxime spectare S.* Pontianum episcopum, *intelliges ex Officiis ecclesiæ Tudertinæ, quæ in compendio suo citat Ferrarius, solus, ni fallor, & primus, qui Martyres illos omnes, ceteris Martyrologis ignotos, in suo Catalogo suggessit, a Jacobillo verbis paulo pluribus ornatos, a quo id saltem discimus, lectiones proprias a sacra Congregatione approbatas fuisse, quas, procul dubio, plane continet Ferrarii narratio, cui nihil magnopere addidit Joannes Baptista Possevinus in sua Sanctorum Tudertinorum historia, S. Cassiani longiora Acta proferens, ad* XIII. *Augusti examinanda. Ex eodem Ferrarii fonte hausit Ughellus, in Episcopis Tudertinis n.* 2. *ut proinde nobis sufficiat unus Ferrarius, cujus annotationem etiam describimus, qua difficultatem aliquam, quousque fieri potuit, explicare conatur: cetera in jam dictis S. Cassiani, Tudertini item episcopi, Actis de integro discenti & illustravi poterunt. Sic habet in suo Catalogo laudatus Ferrarius:*

A Ferrario primum notatus est

F

cum elogio ex tabulis Tudertinis,

2 Pontianus episcopus Tudertinam regens ecclesiam in sæviſſima Diocletiani, & Maximiani Imperatorum persecutione in Christianos, in cisterna cujusdam piæ matronæ Tudertinæ (cujus filium Seustium, Ablavii Proconsulis nepotem, una cum matre in Christiana religione erudivit) latitabat: quando Ablavius, in concives sæviens, octuaginta una cum Seustio necem intulit, & ad domum illius venit, ut bona illius publicaret. Ubi inventum sanctum Episcopum ex illa cisterna extraxit, illique antequam ad interrogationes & quæstiones deveniret, quod Seustium nepotem, paulo ante a se jugulatum, ad Christum convertisset, partem pellis instar zonæ a capite ad talos crudeliter detrahi jussit. Cum Pontianus interrogatus, se Christianum libera voce respondisset, neque pro Christo, ut passionis illius & resurrectionis consors fieret, mori paratum, Romam vinctus abducitur, ubi jussu Imperatoris, ferreis vinculis constrictus, in carcerem conjicitur, Cassianique Ablavii filii custodiæ committitur; qui a Pontiano ad Christum conversus, Christianæque fidei præceptis instructus,

A ctus, poſtea illi in epiſcopatu ſucceſſit, illuſtreque martyrium pro Chriſto conſummavit, Pontianus cum aliquot annos eccleſiæ Tudertinæ præfuiſſet, multoſque Chriſto ſua prædicatione peperiſſet, poſt carceres, catenas & alia tormenta, glorioſus tandem martyr migravit ad Chriſtum VII. Idus Julii.

de quibus Ferrarii ſcrupulus.

3 *Plura in his occurrunt obſervatione digna, quæ jam diximus ad* XIII. *Auguſti examinanda eſſe. Unum eſt, quod Ferrario injecit ſcrupulum.* De Ablavio, *inquit*, dubitari poteſt: quem ſub Conſtantino magno Conſulem, & Prætorio off. D functum, poſtquam Conſtantinus Chriſtianæ Auct. fidei colla ſubmiſit, ac demum a Conſtantio, J. B. S. filio Conſtantini, cum imperare cœpiſſet, obtruncatum fuiſſe, Baronius in Annalibus eccleſiaſticis refert. *Niſi quia velit, hunc ab illo diverſum eſſe, vel eumdem ſub Diocletiano & Conſtantino floruiſſe, vita in multos annos producta: quod minus tamen probabile videtur, cum nihil apud Scriptores de hac re legatur. *Sed nos de hoc & aliis ſuo loco.*

DE SS. EUSANIO ET SOCIIS MARTT.

APUD FORCONIUM IN VESTINIS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

B Sanctorum cultus & Acta. E

SUB MAXIMIANO.

Sanctii Martyrologii ignoti.

FOrconium, *Furconium ſeu Furconia*, quaſi ſorum Conæ, *inquit Ferrarius, urbs Samnitum in Veſtinis, quondam epiſcopalis, at nunc exciſa, cujus rudera* Furconio *dicta, viſuntur in Aprutio ulteriori prope Aquilam urbem, hinc ad tria millia diſtantem; Forconium, inquam, notatur in Mr. quod hic damus, tamquam præcipua virtutum ſpectatrix atque agonis paleſtra, ſeu pars ſaltem vicina territorii, in quo Sancti, de quibus hic agimus, glorioſius claruere. Fruſtra eos quæſivi, nuſquam reperi apud Martyrologos, ſi ſolum Ferrarium excipias; qui eos refert in Catalogo Sanctorum Italiæ diverſis duobus diebus ac diverſimode, nimirum die* VII. *hujus* S. Euſanium presbyterum, *prætermiſſis ſociis ac titulo Martyris; tametſi ſociorum meminerit in Actis, quæ ibidem producit; die autem* IX. *exhibet ſanctum* Euſanium *ſocioſque Martyres. At contra agit in Catalogo generali, die* IX. *mentionem facient ſolius* Euſanii presbyteri; *die vero* VII. ſanctorum Martyrum Euſanii presbyteri & ſociorum ſub C Maximiano, *appoſito ſemper eodem ubique annuntiationis loco Forconio vel Furconio. Vide, quæ de biſce Sanctis, diverſis diebus ac diverſimode relatis a Ferrario, dicta ſunt inter Prætermiſſos die* VII. *hujus, a quo illos in hunc tranſtulimus.*

non parum habent controverſiarum quitus.

2 *Diverſam hanc ſcribendi rationem aliquouſque dictus Auctor elucidat, ita ſcribens in Notis ad Catalogum generalem:* Ex tabulis eccleſiæ Aquilanæ, quæ *S. Euſanii* natalem hac die (IX. *Julii*) celebrat & confeſſorem vocat; licet illius Acta Mss. potius martyrem eum demonſtrent: nam etſi *in* pace quievit, plurima tamen paſſus eſt ſub Maximiano tormenta una cum aliis, de quibus tamen nihil Aquilæ agitur. Corpus *in* pago ſui nominis, ab Aquila quinque M. P. diſtante, quieſcit. *Ita ille, vix quidquam allegans, quo cultum* S. Euſanii *ſtabiliat, præter tabulas Aquilanas; & quo locum depoſitionis probet, nihil amplius, quam vulgi fortaſſe opinionem, corpus requieſcere voluiſſe in pago ipſi cognomine. Uſus eſt, de ſacri cultus honoribus, Sancto noſtro jam a priſcis temporibus impenſis certiſſimo liquet ex charta donationis, apud Ughellum tomo* I. *Italiæ ſacræ a columna* 417. *qua Otto Imperator anno* 956. *totum Furco-*

nienſem comitatum in honorem S. Maximi, Epiſcopo & eccleſiæ Furconienſi dono dedit, tradiditque alia bona & jura conceſſit, in quo inſtrumento inter alia ſic habetur: Similiter concedo eidem epiſcopatui tria millia mediola terræ, *quæ* incipiunt in illo loco, ubi CORPUS S. EUSANII REQUIESCIT. *Hinc, ut patet, duo diſcimus, cultum videlicet antiquum, & locum, in quo jam a tot ſeculis corpus Sancti requieverit, fuiſſe ſitum in diœceſi Forconienſi. Præter hæc duo nil quidquam ex monumento vere antiquo & ſolide hiſtorico aſſerueris, quod fidem certam facere poſſit; ut pluribus dicetur in diſcuſſione Actorum, jam inſtituenda.*

3 *Actorum, quæ impreſſit Ferrarius, ſous ab* *Quid ſentendum ſit* eodem aſſignatur quoddam antiquum Ms. eccleſiæ Aquilanæ; *funtque compendium illorum, quæ ex impreſſo exemplari, a nobis haud viſo tranſcripta atque huc miſſa ſunt a P. Petro Poſſino, anno* 1674. ex impreſſo, *ſicut adſcribitur, tunc* raro. *Notantur hoc titulo:* Vita ſanctorum Martyrum Euſanii & ſociorum Martyrum, Marcellus de Auria U. I. D. Protonotarius Apoſtolicus, Ca- F nonicus & Vicarius Generalis Aquilanus Clero & civibus Sipontinis. *Quid ſenſerit Ferrarius de Actis, quæ edidit, non obſcure expreſſit dicens,* nonnulla egere cenſura, *ſeque* aliqua quaſi inveriſimilia omiſiſſe. *Certe Acta noſtra multo auctiora, habent plurima, cur diſpliceant, & ſuſpicionem ingerant, eſſe ea in numero illorum Actorum, quæ videntur potius excogitata ad exercendum ſtylum ſcriptoris, quam ad informandum animum lectoris; adornata ex epiſodiis, prium aliquod drama repræſentantibus, non autem ex fideliter collecta monumentis. Cognoſce ex paucis, quæ ſubjicio, eorum valorem, tamquam ex ungue leonem.*

4 *Ab ipſo principio, perpaucis narratis de San-* *de Actis* *cti vita ac virtutibus, mox fit digreſſio ad miracula, identidem recurrentia, ſi non ſupra fidem multiplicata; adeo ut tota narrationis ſeries vix aliud cenſeri queat, quam conſarcinata miraculorum congeries. Quid dicam de colloquiis, precibus, ſententiis ſacris, itineribus, apparitionibus nimis crebro repetitis, quam ut veriſimiliter contigerint. Quid de* ſanctimonialibus feminis,

A AUCT. J. P. *tempore Maximiani Imperatoris ac Maximi, filii ejus, de quibus ibidem agitur num.* 12. *Quid de pœna Priſci Reguli*, a quatuor diabolis, *qui* in ſimilitudinem avium alas habentes, & coram omni populo elevaverunt Priſcum in aera & portaverunt eum in montem excelſum, & ibi præcipitaverunt eum, *prout narratur num.* 16, *Quid de hac clauſula, a Sancto, morti proximo, prolatu?* Rogo te, Domine, ut poſit obitum meum, quicumque ad corpus meum venerandum venerit, & meam eccleſiam ædificaverit, ac vota in eccleſiam meam obtulerit, miſericordiam illi concedas. Ægri ſi venerint, liberentur; dæmoniaci curentur, & ſurdis auditum præſtare digneris, & qui ex toto corde pro quacumque petitione ad te clamaverint, exaudias illos Domine Deus, qui cum Patre tuo & Spiritu ſancto vivis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen. *Quam orationem mox ſubſequitur nova Angeli apparitio ad totius pii dramatis complementum, qui dixit:* Omnia, quæcumque petiſti, donata tibi ſunt a Domino, & ſcito die tertia migraturum de hoc ſeculo. *Quæ omnia, atque his ſimilia ſolent a ſinceris ac genuinis Sanctorum Actis procul abeſſe. Quid plura? Hoc uniuerſo videor ſalva veritate de iis affirmare poſſe, quod pluribus locis in illis partes ſuas agat ſi non vena Metaphraſtis, ſaltem ſtylus & compoſitio alicujus ſcriptoris, qui non multum ab ea abhorruit.*

B

qua hic damur, 5 *Citat quidem Ferrarius pro ſuis Actis antiquum quoddam Ms. eccleſiæ Aquilanæ, quæ eorum, ut diximus, quæ hic damus, ſunt compendium; verum non mediocriter extenuat eorum auctoritatem, ſinceritatemque & fidem infirmat, quando notas* cenſuræ *indiga eſſe, & aliqua quaſi inveriſimilia ſe omiſiſſe, affirmat; quæ duo non magnam ſapiunt antiquitatem. Et ſane quilibet in hujuſmodi rebus vel mediocriter verſatus, experientia magiſtra diſcere poterit, uſuvenire non raro, ut Mſs. dicantur eſſe antiquæ, atque ut talia ab Auctoribus venditentur, tametſi nullos antiquitatis characteres præferant. Pauca hæc viſum fuit de Actis præſentibus præfari, quæ nunc exhibeo,*

C

ACTA SUSPECTA.

CAPUT I.

S. Euſanii virtutes miraculis illuſtratæ

Sancti Euſanii virtutes; virtutum ejus ope, ad miracula patranda facilis,

IN Provincia Apuliæ in civitate Sipontina glorioſus Confeſſor Chriſti S. Euſanius ex Chriſtianis parentibus ortus, in fide ipſius educatus ac litteris eruditus, cum bonis moribus pollere cœpiſſet, ſacerdotii quoque gradum, Deo protegente, meruit adipiſci; cum omnibus acceptus eſſet & carus, a cunctis quoque nimis diligeretur ſummo honore & reverentia. Ipſe vero, ſæpius animo illud Evangelii meditabatur; qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Itaque pro Dei amore mundi gloriam pro nihilo ducens, relicta prædicta urbe, in qua nobiliter degebat, parentibus quoque, & omnibus, quæ poſſidere videbatur, eremum petiit in Garganum, atque in hymnis & laudibus divinis jugiter inſiſtebat. Jejuniis quoque & vigiliis ſemetipſum afficiens, per ſeptem continue annos in quodam antro incluſus permanſit: ſed pius Dominus, volens hanc lucernam, ſancto ipſius igne ſuccenſam, populorum conſpectibus jam amplius detegere, cœpit illum ibidem magnis miraculis declarare.

D

Mulier in ſomno monita ab Angelo,

a Erat namque in prædicta civitate quædam mulier nobili genere, ac timens Deum, valde plena operibus bonis & eleemoſynis, & limina ſanctæ Matris Eccleſiæ ſæpe frequentans, cujus unicus filius, cum quadam die gravi infirmitate tactus fuiſſet, defunctuſque cum eſſet, mulier, ut diximus, nobilis, magna civium multitudine circumdata, lugubres exequias exhibebat; cumque viro deſtituta, unicam ſobolem amiſiſſet, & nuſquam aliam ſe habituram ſperaret, nimiis doloribus, ac inremediabilibus fletibus affligebatur. Advenienteautem nocte, eum præ nimio dolore fatigata, paulum obdormiſſet, aſtitit ei in ſomnis Domini Angelus, dicens; O Mulier, tolle exanime corpuſculum filii tui, & vade ad virum Dei S. Euſanium Presbyterum, & roga eum, ut ſuſcitet illum. Expergefacta mulier a ſomno, diluculo ſurgens, tulit corpuſculum filii ſui, & nimium credula de viſione Angeli, feſtina perrexit ad illum, magna populorum comitante caterva. Quæ cum perveniſſet ad illum, projecit extinctum corpuſculum filii ſui ante pedes ejus, & cum lacrymis clamare cœpit: O Euſani, ſacerdos Dei altiſſimi, adjuro te per virtutem Jeſu Chriſti, quem tu prædicas, ut reſuſcites filium meum. Beatus Euſanius reſpondit cum lacrymis, & dixit; Noli, o mulier, talia loqui; non enim tanti meriti ego ſum, quod tantum audeam operari miraculum. Et reſpondens mulier dixit: Angelus Dei miſit me ad te, ut eum reſuſcites. Audiens autem hæc beatus Euſanius, proſternit ſe pronus in terram, ubi puer mortuus jacebat, & oravit ad Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, qui unicum filium viduæ, jam extra portam civitatis delatum, pietate motus, intuentibus populorum turbis, ſuſcitare dignatus es, te humili prece depoſco, ut hujus quoque viduæ mulieris fidem propitius reſpicere digneris, & ei unicum filium viventem reſtituas, quem mihi, te jubente, extinctum attulit, ut cognoſcant omnes, quia potens es Deus in ſecula ſeculorum.

E

F

puerò mortuum deſert ad Sanctum, qui eum reſuſcitat.

3 Cumque a circumſtantibus fuiſſet dictum, Amen, eadem hora ſurrexit puer, nomine Diocletianus, glorificans & laudans Deum, & provolutus ad pedes beati Euſanii, deoſculabatur eos, dicens; Sanctiſſime Pater, amodo tecum ero, ut ſim famulus & diſcipulus tuus uſque in diem exitus mei. Illi autem omnes, qui videbant beatum Euſanium tale feciſſe miraculum, glorificaverunt Deum valde, & venientes ad civitatem Sipontinam, narraverunt omnibus, quæ viderant. Audiens autem hæc omnia omnis populus prædictæ civitatis, venere univerſi, & procidentes ad genua ejus, rogabant eum, dicentes: Beatiſſime Euſani, ſacerdos Dei, revertere in civitatem noſtram, ut ſis dominus & pontifex, & pater noſter. Beatus

A tus autem Euſanius cœpit flere, & dicere omnibus; Filioli, ego non ſum dignus, ut tali honore fruar; quia ſum peccator, & inſipiens & ſtultus nimis. Audiens autem hæc populus, levavere eum invitum, & portavere io civitatem, ut Epiſcopum ordinarent; eo enim tempore Epiſcopus prædictæ civitatis ad Dominum tranſierat. Tunc B. Euſanius dixit eis; Obſecro vos, dilectiſſimi fratres, date mihi inducias diebus octo, & tunc faciam voluntates veſtras. His ergo auditis, populus acquievit. Interea venit Euſanius ad parentes ſuos, & locutus eſt eis dicens; Audite me domini & fratres, & quæ vobis dixero, de mandatis D. N. Jeſu Chriſti, in quantum poteritis, adimplete & obſervate: audivimus enim Deum dicentem io Evangelio; Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Et iterum: Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Et alibi: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non
B poteſt meus eſſe diſcipulus. Audivimus enim & vidimus, quod iſti patres noſtri Juſtinus preſbyter & Florentius & Felix, & Juſta, filia Florentii, deſpexerunt omnia: & nos fratres, hoc ipſum facientes, ſequamur veſtigia eorum, & Domino annuente, viſitemus corpora ſanctorum Apoſtolorum, ut ipſis pro nobis intercedentibus, vitam percipere mereamur æternam.

Abiens cum fratre & ſorore in Agrum Reatinum, eorum illuminat.

4 His auditis Theodorus, frater ejus, & ſoror ejus Gratia & diſcipulus ejus, quem a mortuis reſuſcitaverat, ſimul cum eo dereliquerunt omnia ſua, & exeuntes de civitate Sipontina, peregre profecti ſunt, pſallentes hunc pſalmum: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Cumque perveniſſent in agrum Reatinum, in locum, ubi * Monticulus dicitur, ubi nunc eſt eccleſia in
* qui
b honorem B. Euſanii dedicata, ibidem pauſavere. Erat autem ibi mulier quædam, nomine Theodorica, quæ jam duodecim abhinc annis lumen amiſerat. Hæc cum audiviſſet Sanctorum famam, qui eodem nuper venerant,
C manu ſe ad eos fecit adduci, & venit ad ſervos Dei, & exclamavit, dicens: Sanctiſſimi patres, adjuro vos per nomen Dei noſtri Jeſu Chriſti, ut ponatis manus veſtras ſuper oculos meos: confido enim in Domino, quod per veſtras preces videbo lumen. Tunc Sancti, unanimiter orantes, dixerunt; Domine Jeſu Chriſte, qui oculos duorum cæcorum, ad te clamantium, illuminaſti; illumina, quæſumus, & hanc anciliam tuam; & facto ſigno Crucis Chriſti ſuper oculos ejus, dixerunt: Theodorica, illuminet te Deus noſter Jeſus Chriſtus. In ipſa hora aperti ſunt oculi ejus, & vidit lumen: at illa mox procidens ad pedes Sanctorum, cum magno gaudio gratias agebat Domino Jeſu Chriſto, & omnes, qui aſtabant, erant laudantes, & benedicentes Dominum.

A Valvenſibus expulſi ſunt, tempeſtate punitis,

5 Profecti autem inde Sancti Dei, venerunt in terram Valvenſem *a*, in locum, qui Superactione vocatur, in campum, ubi ſita nunc eſt eccleſia in honorem S. Euſanii, & ibidem pauſaverunt, & quæſiverunt hoſpitium
a
ab hominibus ibidem habitantibus. Illi autem iniqui homines non receperunt eos apud ſe. Tunc beatus Euſanius & Theodorus dixerunt; Domine Jeſu Chriſte, Deus de Deo, ſubveni nobis, ſervis tuis, quia noluerunt iſti homines nos excipere in domos ſuas. Eadem vero nocte venit tempeſtas magna, & ventus validus, & diſperſit maximam partem meſſium, quas in areis invenit, & etiam acervos tritici, a paleis purgatos. Mane autem facto, exeuntes homines illi de domibus ſuis, cum comperiſſent, quod ventus fecerat, & vidiſſent ſervos Dei jacentes in terra, cœperunt cum nimio mœrore & gemitu ad invicem dicere; Væ miſeria nobis, propter iſtos ſervos Dei venit ira Dei ſuper nos, quia noluimus recipere illos in domos noſtras. Et congregati viri pariter & feminæ, atque pueri, ceciderunt omnes ad pedes ſervorum Dei, & levavere vocem, dicentes; Peccavimus in Dominum, & in vos: indulgentiam petimus. D EX MS.

reducta ut quilibet ad proprias ſuas ſtorum?

6 Tunc B. Euſanius dixit ſociis; Fratres & commilitones mei, reddamus laudes Deo cæli, & rogemus Dominum pro ipſis; & dixere: Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei omnipotentis, qui diſcipulis tuis in navicula apparuiſti, quando eis contrarius venit ventus, & mare tumidum placaſti, & ventum ſilere feciſti. Tu Domine, libera iſtos homines ab hac tempeſtate valida, quæ ſuper eos venit. Continuo exaudivit Deus preces eorum, & ſubito facta eſt tranquillitas magna, & ceſſavit ventus. Viri autem illi hæc videntes, ſeſe proſtraverunt iterum ad pedes Sanctorum, & glorificabant Dominum, dicentes: Benedictus Deus, qui tales ſibi elegit famulos, & deprecabantur illos, dicentes; Rogamus vos ſupplices, o ſanctiſſimi patres, ut per aliquot dies nobiſcum maneatis, quatenus veſtris ſacris monitionibus roborati, & orationibus eruditi, æternam poſſimus invenire ſalutem. Sancti vero nimis rogati ab illis, manſerunt ibidem dies tres. E

ovis a lupo rapta, ruſtico reddita,

7 Dum autem eſſet in eodem loco ruſticus quidam juxta eccleſiam, qui paſcebat oviculas ſuas, venit lupus, & rapuit unam ex illis. Cœpit autem ruſticus ille dicere: S. Euſani, rogo te, ut depreceris Deum contra eumdem feram. Elevans autem oculos B. Euſanius, cum vidiſſet lupum, oviculam ferentem, dixit: Ego tibi impero in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, lupe, ut non habeas licentiam, eam movere: ſtatimque relicta ove, ſtetit lupus quaſi petra duriſſima. Canes vero neque homines ullam læſionem potuerunt ei inferre. Tunc dixit B. Euſanius, lupe, ego tibi impero in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut huc amplius non venias, ſed vadas, quo poſſis vivere. Videntibus autem cunctis, qui aſtabant, nocte receſſit inde lupus, & recepta ovicula ſua ruſticus lætus & exultans, ibat glorificans & laudans Deum. F

mulier ſterilis facum, data;

8 Poſt hæc autem venit eo quædam mulier ſterilis, una cum viro ſuo, quæ numquam filium genuerant. Cœpere omnes res ſuas in eccleſia vovere; & dixit mulier illa ad B. Euſanium: Domine obſecro te, ut ores Dominum pro me, ut tribuat mihi ſobolem; & hoc voveo, quod, ſi ex utero meo genuero filium maſculum, de hac domo Dei numquam

rece-

A recedet, ſed ſerviet ibi cunctis diebus vitæ
ex MS. ſuæ. Orantibus autem Sanctis, exaudivit voces illorum, & reverſi domum, concepit in utero ſuo mulier illa, & congruo tempore adveniente, peperit filium, & impoſuit illi nomen Adeodatum, & poſtquam adultus eſt infans, obtulit eum cum oblationibus ad eccleſiam, ſicut voverat, & cum ſacerdotibus ſervivit in eadem eccleſia omnibus diebus vitæ ſuæ. His ita peractis, Sancti abierunt inde pſallentes pſalmum hunc: Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum. Et venerunt in agrum Furconienſem, in locum, qui vocatur campus Familisrius, ubi erant duæ ſanctimoniales feminæ, quarum una dicebatur Gratula, altera vero Theodoſia, quæ habebant ambæ cellulam juxta eccleſiam B. M. Virginis, in loco, qui quinque Villulæ dicitur, qui etiam vulgo Grati vocatur, & habebant operarios in agro ſuo.

B 9 Contigit autem, ut tranſirent illac ſervi
Operarii, qui Sanctos irridebant, pœnis afficiuntur. Dei, & ſalutarent illos: illi autem inſipientes & maligna referti pravitate, non ſolum non reſalutaverunt eos, verum & nimium irridentes, daſpexerunt illos. Quæ omnia, Domino permittente, verſa ſunt illis in malum; nam ea nocte facti ſunt muti ac rigidi, & meſſores & manipulos ligantes, præter unum, qui ſanctimonialibus feminis, quid ſibi evenerat, nunciavit his verbis: Percuſſi ſumus a Deo propter peccata noſtra: quis cum tranſirent juxta nos ſervi Dei, ſalutaverunt & benedixerunt nos: nos autem irriſimus eos; propterea venit ira Dei ſuper nos. Audientes autem hæc ancillæ Dei, cœperunt flere ac dicere: Væ miſeris, væ nobis; propter peccata enim noſtra ſuper nos iſta tribulatio. Et interrogaverunt eum, dicentes; Quonam jam poſſunt iter habere? Ait, neſcio. Servi Dei autem, ut viderunt operarios ſic affectos, pauſaverunt, ut viderent, quod Dominus de illis facturus eſſet. At ſanctimoniales, currentes poſt eos, conſecutæ ſunt illos, ad quorum ſe pedes proſtravere cum lacrymis, dicentes: O
C ſanctiſſimi patres, quoniam operarii noſtri vos irriſerunt, grandis tribulatio ſuper illos venit; ſed vos, amici Dei, nolite attendere eorum pravitatem, ſed caritate ac miſericordia moti, ad ipſos, quæſo, revertamini, ac pro eis Deum rogate, ut a peccatis ſalvantur. Surgentes autem Sancti invenerunt illos, & orantes dixerunt; Deus, qui pius es, funde benedictionem tuam ſuper illos ſervos tuos, & per tuam ſanctam pietatem, ac miſericordiam, eos in priſtinam dignare incolumitatem reſtituere, ut videntes glorificent nomen tuum ſanctum, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum. Cumque omnes, qui aderant, reſpondiſſent, Amen, ſtatim ſalvi facti ſunt, & proſternentes ſe ad pedes Sanctorum, reddiderunt laudes Deo, & omnes dixerunt, qui aderant: Gloria tibi Domine Deus, qui non dereliquiſti preces juſtorum. Sanctimoniales autem feminæ proſtraverunt ſe ad pedes Sanctorum, dicentes: B. Euſani, Dominus per vos tale miraculum facere dignatus eſt, (quod) nos indignas videre permiſit. Inde ſurgentes, dixerunt ad Sanctos, venite ad eccleſiam B. M. V., valde obſecramus vos, maneatis hic hodie. Itaque venientes Sancti Dei, ſuppliciter poſtulaverunt, atque D die eodem ibi manſerunt. Sequenti vero die iter ſuum Sancti acceleraverunt: cupientes dixerunt ad illos ſanctimoniales; Rogamus vos ſanctiſſimi patres, & valde obſecramus, ut cum hac vobis remeare contigerit, ad nos venire dignemini. Hinc ſancti Viri diſcedentes, pervenerunt ad eccleſiam B. Juſtæ Virg. & Felicis, & Florentii. Eo tempore namque fabricabatur illa eccleſia. Septem vero abhinc annis illi ſancti in hac provincia venerant.

10 Pertranſeuntes autem ſancti Dei vene- *Pillus muti, ac ſurdus ſanatus a b*
runt in terram, quæ Amiterni *b* nominatur, ubi multa corpora ſanctorum requieſcunt apud eccleſiam B. Mariæ Virginis. Erat autem ibi quædam mulier foris ſtans ac plorans, quæ habebat unicum filium, jam ſeptem annorum, mutum pariter ac ſurdum. Audiens autem hoc B. Euſanius, pietate commotus, dixit diſcipulo ſuo, tolle infantem illum s ma- E
tre ſua, & adduc eum ad nos, & ita fecit. Tollens autem B. Euſanius puerum in manibus ſuis, & trahens longa ſuſpiria, ſignavit eum, & dixit: Deus, qui te plaſmavit, ipſe te reducat incolumem, fili; & ſanatus eſt infans illa hora, & cœpit loqui, & vocavit matrem ſuam. Et depoſuit eum in terra B. Euſanius, & appropinquans reddit eum matri ſuæ, dicens ei; Accipe filium tuum ſanum, & vade in pace, & Dominus ſit vobiſcum. At illa accipiens filium ſuum, ibat glorificans Deum.

ANNOTATA.

s *Territorium Valvenſe ſitum eſt in provincia Aprutii Citerioris.*

b *Antiqua fuit Veſtinorum urbs, nunc everſa:*

CAPUT II.

Alia miracula, a S. Euſanio patrata; viſio SS. Petri & Pauli; ſeparatio a ſuo fratre; multorum converſio; obitus. F

A Beuntes inde venerunt in civitatem Rea- *Mulier liberata a dæmone;*
tinam, & introeuntes eccleſiam B. M. V., invenerunt mulierem, quam habebat ſpiritus immundus, & pedes ejus ac manus ferreis nectebantur catenis: adeoque nre ſpumante vociferabatur, ut audientes omnes metu afficerentur: diu enim illam diabolus vexaverat, nec ab aliqun ſanari umquam valuerat. At ubi B. Euſanius & Theodorus viderunt illam tam crudeliter a dæmone fatigari, apprehendentes illam, dixerunt ei: Curet te Deus noſter Jeſus Chriſtus, qui te plaſmavit: & continuo ſignantes frontem illius ſigno Crucis, dixerunt; Deus, qui per lignum Crucis mundum reſtauraſti, & ſatanam in inferno religaſti, & omnes ſanctos, qui ibidem retenti eraot, diſſolviſti, & ad ſuperos revocaſti, tu Domine diſſolve iſtam mulierem, quam malignus ſpiritus invaſit. Dæmon illico exclamavit voce magna, dicens; Heu me! heu me! tot annos habitavi apud iſtam mu-

ligrem,

A lierem, & nemo potuit me ejicere, & iſti tam violenter me ejiciunt. Et dixerunt Sancti: Nos non te ejicimus, ſed Chriſtus Dominus noſter, cujus ſervi ſumus. Dæmon reſpondit: Quomodo ab ea exire poſſum aut removeri? Sancti dixerunt: Immunde ſpiritus, increpet te Deus noſtes Jeſus Chriſtus. Dæmon clamabat: Non poſſum exire ab ea; quid me perſequeris: ſi hinc exiero, quo ibo? Sancti dixerunt: In tenebras exteriores, & in æternam pœnam, quæ te exſpectat, & patrem tuum diabolum, & omnes, qui fecerint voluntates veſtras. Ipſe vero dæmon exire nolebat. Tunc Sancti oraverunt ad Dominum, & dixerunt: Domine Jeſu Chriſte exaudi nos in hac hora, ut nos non vincat diabolus. Statim autem dæmon ſpumans, & ſtridens dentibus, cum magna voce exclamavit, exiens ab ea, & ſanata eſt mulier ex illa hora. Conveniens vero omnis populus, cum magna voce glorificabat Dominum, qui tale miraculum per ſervos ſuos operari dignatus eſt.

B *Petrus & Paulus ei apparuerunt, jubent eum ſeparari a ſuis fratre.*

12 Prætereuntes autem Sancti Dei de civitate Reatina, abierunt in urbem Romam. Ibique multa mirabilia fecit Deus propter eos. Infirmos enim ibidem ſanaverunt, paralyticos curaverunt, cæcos illuminaverunt; & per eorum prædicationem multi paganorum converſi ſunt ad Dominum. Et, ut quid agerent ſancti Viri, ſcirent, eadem nocte SS. Apoſtoli Petrus & Paulus per viſum dixerunt illis: Separamini ab invicem, ac ſacerdos Dei Euſanius cum diſcipulo ſuo revertatur Furconium. Theodorus vero Presbyter eat Gaetam. Mane igitur ſurgentes Sancti, ingreſſi ſunt Tiburtinam urbem, ubi dies octo manſerunt. Quibus peractis B. Euſanius dixit fratri ſuo Theodoro: Frater dilectiſſime, dividamus corpora noſtra, quia Domini præceptum eſt. Ego enim revertar Furconium, ut ibi annunciem verbum Domini. Tu autem vade Gaetam ad Maximianum Imperatorem & filium ejus Maximum, ut moneas illos, qui ibi ſunt, de lege Dei. Deus autem omnipotens,

C ut nobiſcum in itinere fuit, ſic ſit tecum. Et oſculantes mutuo atque inter amplexus lacrymas fundentes, ſeparati ſunt ab invicem, & abiit S. Theodorus in oppidum Gaetanum: beatus autem Euſanius cum Diſcipulo ſuo reverſus eſt Furconium. Cumque veniſſet ad eccleſiam B. Mariæ Virginis, ubi erant ſanctimoniales feminæ, & inveniſſet ibi Gratulam ſuam, indicavit illi omnia, quæ ſibi acciderant. Die autem tertia infirmata eſt Gratia ſoror ejus: & circa octavam diem emigravit de hoc ſeculo ad ſanctam requiem & ſepelivit eam ibidem.

Cæca ſanatur

13 Quædam autem femina, nomine Agia, e regione Furconenſi, dives valde, quæ fuerat cæca annis duobus & menſibus tribus, B. Euſanio votum fecit, dicens: Sancte Euſani, ſi precibus tuis & ſanctæ ſororis tuæ Gratiæ, lumen mihi Dominus, quod amiſi, reſtituere fuerit dignatus, omnia bona mea eccleſiæ tribuam, & numquam a ſervitio ejus recedam. Cui B. Euſanius: Accede, quæſumus, ad ſepulcrum ejus & ora Dominum atque crede: quia dabit tibi, quod fideliter petis. Acceſſit itaque mulier & oravit, & tetigit ſepulcrum, ac deinde oculos ſuos: & protinus recepto lumine ſurrexit, laudans & benedicens

D Deum: & ſicuti voverat, continuo omnia bona ſua largita eſt eccleſia S. Mariæ, ex MS. ubi, quoad vixit, Domino ſervivit. Beatus autem Euſanius jugiter ibidem perſeverans ſerviebat Domino, & multos ex paganis convertebat ad Dominum Jeſum Chriſtum.

Paulus Martyr cæſus diver., & ab Angelo liberatus carcere. α

14 Eodem vero tempore quidam regulus peſſimus, nomine Priſcus, qui habitabat in civitate Habienſi a, audiens, quod (agebat) B. Euſanius, miſit ad eum præfectum ſuum, nomine Siſinnium, præcipiens, ut vinctum eum ad ſe perduceret. Qui cum veniſſet, dixit ei: Euſani Rex noſter Priſcus miſit me, ut te ad eum vinctum producam. Reſpondit B. Euſanius, & dixit ei; Eamus, quia mihi & tibi gloria parata eſt. Diſcipulus autem B. Euſanii dixit ad eum. O Pater mi, cur me derelinquis? B. Euſanius dixit; Noli flere, ſed magis gaude, quia vado ad gloriam. Et ductus eſt ante conſpectum Priſci Regis, quem non interrogatum, fuſtibus cædi juſſit. Ille autem cum cæderetur, gaudens dicebat Regi.

E O miſer! Torqueri jubes in inſania tua & in furore tuo. Tunc indignatus Priſcus, juſſit eum recludi in carcerem, & diligenter a cuſtodibus cuſtodiri. Cumque introiviſſet B. Euſanius in carcerem, apparuit ei Angelus Domini, & dixit ad eum: O Euſani, famule Dei, pax ſit tecum, noli timere, ego enim ſum cuſtos tuus, unde ſcias, quia miſit me Chriſtus, ut te ejiciam de hoc carcere. Et ſtatim miſit eum foras. B. Euſanius reverſus eſt ad habitaculum B. Mariæ Virginis, & ad cellulam oratorii ſui. Mane autem facto, ſurgens clavicularius, introivit in carcerem & beatum Euſanium non invenit: portæ enim carceris ferreæ erant diſruptæ & catenæ, quas in collo & pedibus ſuis habuerat, liquefactæ erant. Et currens citius, nunciavit hæc impiiſſimo Priſco, qui ſtatim fecit eum omni diligentia inquiri, & venientes ſatellites, invenerunt eum populo prædicantem, & nullam maculam in ſe habentem, & celerius regredientes, nunciaverunt ea, quæ viderant impiiſſimo Priſco. Tunc indignatus Priſcus dixit: Heu me! victus ſum ab Euſanio. Tunc Regis Præfectus Siſinnius cum ducentis hominibus ad B. Euſanium venit, & non interrogantes, comprehenderunt illum & catenis ferreis alligatum produxerunt ad civitatem Habienſem ante indigniſſimum Priſcum.

F

Deum cæ-ptus & idolum a loco ſuo juſſu, illud confregit.

15 Tunc Priſcus juſſit eum tamdiu pugnis & calcibus tundi, quoadusque adoraret idolum Jovis; & ſtatim juſſit afferri illud coram omnibus. Cumque allatum fuiſſet ante conſpectum omnium, dixit Rex ad B. Euſanium: Ecce Deus, modo adora illum, & ſalvus eris, & accipies dona multa, & revertere ad oratorium tuum, & noſter amicus eris. B. Euſanius reſpondit: Ego amicitias tuas non concupio, neque ſacrifico dæmoniis veſtris; quia nec mihi nec tibi prodeſſe poſſunt. Tunc iratus Priſcus, ut os ejus lapidibus tunderetur, mandavit. Cum vero cæderetur, gaudens confortabatur, & dicebat: Gratias tibi ago Domine Jeſu Chriſte, qui me ad iſtam coronam juſtitiæ perducere dignatus es. Et cum ſtaret idolum Jovis in medio, dixit beatus Euſanius ad Priſcum. Iſte eſt Deus veſter? Priſcus dixit:

A ex ms.

xit: Iſte eſt. S. Euſanius dixit: Sine me facere de eo, quod volo, & modo videbis virtutem ejus. Priſcus reſpondit, & dixit; Si audes facere, fac. Tunc S. Euſanius armavit ſe ſigno ſanctæ Crucis, & dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui per ſignum ſanctæ Crucis tuæ mundum reſtauraſti, & genus humanum de poteſtate diaboli liberaſti & omnes electos tuos de inferno abſtraxiſti, tu Deus meus dignare exaudire me, ut confringere poſſim idolum hoc nefandiſſimum Jovis, quod impiiſſimus Rex colit, & populus iſte iniquus. Et elevans B. Euſanius idolum in manibus ſuis, projecit in pavimentum, & continuo confractum eſt. Hæc autem cum vidiſſet Priſcus, faciem ſuam tutudit, & ſtatim juſſit eum in carcerem trudi.

Eumdem carceri inclusum, visione ab Angelo; postmodum Priscus regnat.

B

16 Cum autem introiſſet B. Euſanius in carcerem, lætus cœpit laudare, & obſecrare Deum, dicens: Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, Deus, qui miſiſti Angelum tuum ad Apoſtolum tuum Petrum, quomodo ab Herode Rege erat clauſus in carcere, qui eripuit eum de manu Herodis, tu tranſmitte mihi Angelum tuum, qui oſtendat mihi, quid facere debeam. Tunc venit Angelus Domini, & dixit illi: Euſani, dilecte Dei, pax ſit tecum: noli timere. Et continuo omnia vincula ejus deſtructa ſunt, & claritas Dei circumfulſit eum, & iterum dixit illi Angelus: Conſtans eſto, ſciens quia craſtina die impiiſſimus Priſcus a diabolo percutietur, & liber & ſoſpes exibis de hoc carcere. Mane autem facto, venerunt quatuor diaboli, in ſimilitudinem avium alas habentes, & coram omni populo elevaverunt Priſcum in aera, & porrexerunt eum in montem excelſum, & ibi præcipitaverunt eum, & non eſt ab ullo homine inventus. Unde factus eſt luctus magnus in civitate. Tunc Præfectus Siſinnius, & uxor Regis, nomine Triſonia, & filius ejus Quirillus, & filia ejus, nomine Eleuteria, juſſerunt abſtrahi de carcere B. Euſanium, & omnes pariter venientes proſtraverunt ſe ad pedes ejus, rogantes, ut ſe baptizaret, & intra tres dies baptizavit eos in nomine ſanctæ Trinitatis cum omni familia: fuerunt enim numero centum & tres. Poſt hæc autem intra annum & ſex menſes baptizavit omnem populum civitatis Habienſis, & mundavit eam ab omni ſpurcitia idolorum.

C

Rurſum viſitur ab Angelo, & de exitu monet.

18 Cum itaque B. Euſanius de hoc ſeculo eſſet vocandus, venit Angelus Domini ad eum, & dixit: Beatiſſime Euſani, veni ad regna cæleſtia, ut epulcris cum ſociis tuis in Sanctorum requie, & B. Euſanius reſpondit: Gratias tibi ago Domine Jeſu Chriſte, qui me ad tuas epulas invitaſti. Ego enim ex toto corde deſidero ad te venire, & nunc rogo te Domine, ut poſt obitum meum, quicumque ad corpus meum venerandum venerit, & meam eccleſiam ædificarit, ac vota in eccleſiam meam obtulerit, miſericordiam illi concedas. Ægri ſi venerint, liberentur; dæmoniaci curentur, & ſurdis auditum præſtare digneris, & qui ex toto corde pro quacumque petitione ad te clamaverint, exaudias illos Domine Deus, qui cum Patre tuo, & Spiritu ſancto vivis & regnas in ſecula ſeculorum. Amen. Et dixit ei Angelus Domini, omnia quæcumque petiiſti, donata tibi ſunt a Domino, & ſcito, die tertia migraturum de hoc ſeculo, & his dictis, Angelus Domini rediit ad cælum. Die autem tertia vidit B. Euſanius cælos apertos, & choros Angelorum, ſtantes ante conſpectum Dei, & canentes: Gloria in altiſſimis Deo, & parentes ſuos ac ſororem ibidem in gloria ſtantes, & hymnum Deo canentes in medio Sanctorum. Itaque eadem hora Deo gratias agens, animamque ſuam commendans, obdormivit in pace VII. Idus Julii. Deinde venerunt presbyteri & populi, qui eo magiſtro crediderunt in Deum, & diſcipuli ejus, ſanctimoniales feminæ, & canentes ploraverunt uſque ad veſperum, & obtulerunt ſacerdotes ſacrificium laudis Domino: deinde ſepelierunt eum in eccleſia B. M. V., quæ facta eſt in prædio ſanctimonialium feminarum in pace, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

D

ANNOTATA.

E

a Havienſem *ſcribit Ferrarius, licens in annotatis poſt Acta, quæ producit die* VII. *hujus:* Haviam, Forconium & Amiternum, antiquas Veſtinorum urbes fuiſſe.

TRANSLATIO CORPORIS.

Apparent S. Euſanius, multis eos

POſt tranſitum vero S. Euſanii accidit, ut illud prophetícum potius in eo augmentaret miraculis, Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebis ſuæ: benedictus Deus; Deus enim dedit virtutem B. Euſanio in vita ſua, dedit etiam poſt mortem: nam ad ſepulcrum ejus multi infirmi, invocato Domino, ſanati ſunt, & multæ & variæ infirmitates curatæ ſunt. Poſt menſes vero undecim, & dies quindecim exiit populus de civitate Sipontina & Valvenſi, & de aliis civitatibus & caſtellis, & cives, qui viderant & audierant beatum Euſanium, mirabilia facientem, & venientes ſimul cum Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus, adduxerunt aurum & argentum, & veſtimenta plurima, ut redimerent corpus S. Euſanii, & venerunt ad eccleſiam B. M. V., ubi corpus ejus humatum erat. Facta eſt autem grandis alteratio inter illos & Furconienſes populos. Illi dicebant, quia nobis Dominus donavit eum, erant autem ſimul Epiſcopi, (ac) Presbyteri cum clericis & laicis, & feminis. Illi diſcooperiebant, & iſti replebant: ſicque factum eſt per dies tres: tertia autem nocte apparuit B. Euſanius per viſionem Epiſcopis, qui ibidem erant, & dixit illis: Fratres heredes mei, & participes regni Dei, Dominus noſter Jeſus Chriſtus miſit me ad iſtam terram Furconienſem, ut prædicarem populo impio, & incredulo: proinde ſcitatis, quia non eſt placitum illi, ut corpus meum reducatis ad terram veſtram, ſed videte locum, quem vobis oſtendo, & levate corpus meum ſimul cum iſtis, & ibi reclndite illud, & date aurum & argentum, & omnia bona veſtra,

F

A vestra, quæ huc adduxistis ad redimendum corpus meum, & initiantes ecclesiam meam, dicam illam, & revertimini cum gaudio ad patriam vestram. Mane autem facto narraverunt Episcopi universis populis, qui ibidem erant, cuncta, quæ eis B. Eusanius per visionem dixerat.

quo corpus suum velit transferri;

2 His ergo revelationibus conterriti omnes pariter venerunt ad sepulcrum, ubi corpus ejus jacebat, & tunc protinus lapis, quo erat coopertum, a semetipso elevatus est, & apertum est sepulcrum ipsius. Tunc omnes magno odore repleti, procidentes in terram, collaudaverunt Dominum, & accedentes Episcopi, & Presbyteri cum omni populo, cum gaudio magno & exultatione transtulerunt corpus ejus in illum locum, ubi B. Eusanius imperaverat, & illic sepelierunt eum cum pace & gloria magna, ubi & multa mirabilia fecit Dominus & facere non desinit usque in præsentem diem. Tantum autem spatium est ab eo loco, ubi corpus B. Eusanii primitus jacuit, usque ad eum, ubi isto die est reconditum, quantum petra jactari manu potest. Facta est autem translatio ista & actio constructionis ecclesiæ B. Eusanii VII. Idus Julii. Populus autem omnia, quæ ibi habebant, dederunt in ecclesiam illam, & steterunt ibi, laudantes Deum, per dies quindecim, & reversi sunt unusquisque cum gaudio in domum suam. D

ex nec. ossuaria posse discerni ibidem habita.

3 Postea vero sanctimoniales feminæ, & discipulus S. Eusanii, & populus multus, qui per eum ad Dominum conversi fuerant, fecerunt magnam basilicam super eum. Sanctimoniales vero feminæ dederunt omnes res suas ipsi ecclesiæ, & alii multi de populo similiter fecerunt, & ditaverunt illam. Decimo autem anno adimpleta est basilica. Post annos vero decem, quidam impius & crudelissimus, nomine Cerson, qui fuerat amicus * regis Prisci, & habitabat in castro, quod Cerre vocabatur, cui dicebant amici ejus: Eusanius iste interfecit, & destruxit amicum tuum Priscum. Audiens autem hæc ille impiissimus, venit ad ecclesiam beati Eusanii, & destruxit eam, & apprehendi jussit sanctimoniales feminas, & discipulum B. Eusanii; & portari eos fecit in castrum, jam prædictum, & præcepit, ut saxo ligato ad colla eorum ex rupibus præcipitarent illos. Et veniens populus crudelis jussa impii Cersonis impleverunt. Post E non multum tempus, destructo adversario, populi Christi ecclesiam S. Eusanii pretiosiori opere reædificaverunt, & collegerunt corpora Sanctorum, & diligenter infra ipsam præfatam ipsius ecclesiam sepeliere cum ingenti lætitia, & exultatione, dantes gloriam Deo, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

* al. fortasse vus

DE S. BRICTIO EPISC. ET CONFESS.

MARTULÆ IN UMBRIA.

COMMENTARIOLUS. J. P.

DIE IX. JULII. ACtum agerem, *si in rebus, quæ ad* S. Brictium *spectant, illustrandis multum operæ ponerem. Sufficerit, lectorem mittere ad Tractatum præliminarem ad tomum* I. *Julii de Sanctis* XII. *Sociis, quorum unus numeratur* S. Brictius, 2 *Syria advenis in Umbria, Italiæ provincia, in qua tractatu ea, quæ hic de isto Sancto tractanda forent, discussa sunt. Non abs re tamen fuerit, brevem præcipuorum punctorum anacephalæosim contexere, qua præfatis argumenta summa sub uno veluti aspectu lectoris oculis repræsentetur.*

Recapitulatio materiæ præliminari ad tom. I. Julii

C

de cultu S. Brictii,

2 *Ex annuntiatione Martyrologorum antiquorum (recentiores non morantur) nimirum auctoris Romani parvi, Adonis, Usuardi, Notkeri Adonem plenius describentis, quibus adde Romanum hodiernum, satis constat de cultu Sancti, ut videre est loco citato, cap.* 3. *pag.* 21. *Et vera præter cultum, vix aliud suppetit, quod certo asseras, deficientibus primævis Actis, quæ haud dubie, sive sincera sive interpolata, Adoni, Martyrologium suum concinnanti, præluxerint, ac postea lapsu temporis intercederint. Cum itaque nulla in istis annuntiationibus mentio fiat patriæ, nulla ætatis, qua vixit, nulla loci vitæ aut mortis, præter* Martulam aut Maralanam civitatem, *unde Sanctus audit Episcopus Martulanus, quamvis ibi ut talis non signanter expressus, haud mirum, nihil de hisce adjunctis definiri posse, quod antiquis documentis ut sanam historicam fidem mereatur. Vide, quæ ibidem dicuntur pag.* 22. *num.* 3.

3 *Quam commentitia, male coherentia ac monstrosa sunt Acta, sive ea, quæ simul agunt de* XII. *dictis sociis, quæ illic discutiuntur a pag.* 16. *sive gesta* S. Brictii *seorsim, quæ examinantur a pag.* 21. *tam pomum discordiæ extitere, quod Auctores recentiores in varias antilogias induxit, quibus pugnantia eos loqui manifestum est. Hinc a nonnullis Umbriæ Scriptoribus socii* XII. *atque adeo* Brictius *noster, ad* F *seculum primum; ab aliis ad tertium; ab aliis ad sextum referuntur advenisse in Italiam, sicut habes pag.* 22. *num.* 4. *Hinc duorum Brictiorum conduplicatio sine ulla veri specie aut apti auctoris fide a Jacobillo adhibita, diversisque seculis adaptata, eo fine, ut tot temporum ac personarum male connexæ combinationes intelligi possent cohærere; quæ vide ibidem a num.* 5. *Hinc tot ab eodem Auctore infartæ narrationes, adjunctis nimium distinctis ac particularibus circumscriptæ, quam ut lectori, præjudiciis vacuo, credibiles apparere possint, ut videlicet num.* 8. *&* 9. *Mitto alia; quid enim ex Actis apocryphis speres nisi apocrypha? In seculum quoque prodeunt pag.* 24. *num.* 18. *Auctores Hispani, contendentes, S. Brictium ad suam patriam pertinere, ibidemque vixisse & obiisse; at cap.* 6. *§.* 2. *part.* 2. *refelluntur eorum somnia.*

ex de eius Acta

4 *Juvat hisce, quæ superius de cultu Sancti protulimus, corollarii loco hic ex Masinio in Bononia perlustrata adjungere, reliquias ipsius conservari in ecclesia S. Luciæ Societatis Jesu in platea*

Reliquiæ ipsius Bononiæ; earum in pago ei cognomine asservari dicitur.

A Auct. J. P. plures Caſtillonenſi, ſicus ibidem refert pag. 375. *Nec ſilentio prætereundum arbitror, id quod nuper Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, pag. 418. ubi recenſito Sancti elogio, hæc addit in rem noſtram, cujus monumenta eccleſiæ Spoletinæ*; Exſtat pagus cum eccleſia de S. Britii nomine dictus in Spoletinorum finibus, quem Martulam urbem fuiſſe autumant; ubi corpus illius aſſervari ferunt. D

DE SS. ANDREA ET PROBO MARTT.

J. P. Notitia ex tabulis Græcis.

DIE 12. JULII. *Sanctorum duorum Martyrum par eruo ex ſupplemento ad Menæa Græca excuſa ex Synaxario Ms. Sirmondi & Ms. Chiffletii, in quo illos ſignatos lego in hæc verba:* Οἱ ἁγιοι Μάρτυρες Ἀνδρέας καὶ Πρόβος πυρὶ τελειοῦνται. Sancti Martyres Andreas & Probus igne e medio tolluntur. *Hiſce ibidem verſiculis celebrantur:*

SS. Andreas & Probus ſuo ſubiacent.

Ἐσώσας εἰς τὸ σκάφμα τὸ πυρός, λέγει,
Λύρας ἀναψύχοντα σὰς ἀοιδὰς δύο.

B Dum, Chriſte, perſtant ignis in voragine,
Refrigerantur duo viri ex aura tua.

Eodem modo referuntur in Menæo Mazariniano & cum eiſdem verſiculis; ſed pro participio ταῖνια, quod ibi lego, majorem rationem metro habens dictum ſupplementum ponit ἰτῶνα, Nec σκάφμα legit idem Mazarinianum, ſed καῦμα. Duos etiam hoſce Martyres recenſet Menæum Chiffletii, at ſine verſiculis. Æqui bonique conſulat lector hæc de iis pauca. E

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS

PATERMUTHIO, COPRETE ET ALEXANDRO.

J. B. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Diſtinctior Sanctorum notitia; cultus apud Græcos antiquus; recentior apud Latinos.

SUB JULIANO. *Illuſtre eſt* Patermuthii *nomen inter Paleſtinos Martyres apud Euſebium cap. 13. ubi gloriſum ejus certamen cum Peleo & Nilo Epiſcopis ac ſacerdote anonymo, qui alibi Helias dicitur,* Celebrat Tarbuthius apud Euſebium, *commemorat, eumque appellat* virum, ob prolixam erga omnes benevolentiam, cunctis notiſſimum. *Atque hic eſt, qui cum prædictis ſociis colitur a Græcis* XVII. *Septembris, omiſſus apud Latinos* XIX. *ejuſdem menſis, quando tres alii referuntur. Idem ipſe eſt, quem laudat Photius in Bibliotheca, editionis Schotti col. 299. ubi* princeps dicitur inter eos, qui ad metalla damnati exercebantur; *quique* poſt Pamphili per martyrium migrationem, brevi interjecto tempore, flammis & ipſe cum aliis vita pulſus eſt. *In Vitis Patrum celebratur & alius* Patermuthius *ſeu* Pater Mutius *apud Ruffinum lib. 2. cap. 9. ut qui ex* latronum maximo, ſepulcrorum violatore, atque in omnibus flagitiis notiſſimo, *in acta latrocinandi converſus, mira & ſtupenda patraverit, ibidem ſatis fuſe narrata a ſene presbytero, nomine* Coprete, *qui apud Palladium cap. 54. ſolus laudatur, uti & apud Sozomenum lib. 6. cap. 28. inter ſanctos viros, qui in Ægypto floruerint ſub Imperatoribus Valentiniano & Valente. Ex Sozomeno accepit Nicephorus Calliſtus, quæ de ipſo memorat lib. 11. cap. 34. Alium invenies in notis apud Roſweydum pag. 488.*

C

Et alius in Vitis Patrum ob hodiernum diem ſignandi Juvat;

2 *Atque hi quidem ſynonymi ferme ſunt duobus primis & præcipuis hodiernis Martyribus; verum aut Acta noſtra a capite ad calcem commentitia ſunt, aut Martyres Ægyptii a priori Martyre Paleſtino, & duobus Ruffinianis confeſſoribus diverſi ſunt, atpote tot ante annis ſub Juliano coronam adepti. Nec diffitebor, Græcam hiſtoriam, quam nova interpretatione donatam exhibebo, variis titulis ſuſpectam eſſe, & eo modo exornatam, ut non difficulter quis opinetur, acceptæ eſſe ex Vitis Patrum nomina, iisque affectam narrationem, quæ ſi ad juſtæ criſeos rationem exigatur, ferme in omnibus tota vacillet, ut poſt ſuo loco inſinuabimus. Hic tantiſper ex Græcorum tabulis ſupponendum, aliam prorſus Martyrum claſſem hoc die deſignari, quæ cum* Patermuthio & Coprete *Ruffini nihil commune habeat, diſtincta etiam per ſocium tertium,* Alexandrum *militem, qui eorum fortitudine & exemplo ad fidem converſus, eamdem martyrii gloriam conſecutus ſit, ut tradunt paſſim Menæa impreſſa, Maximus Cythærorum Epiſcopus, Menologium a Sirleto verſum, Menologium Baſilii, a nobis editum, Mazariniana, Chiffletiana & alia, uti etiam Martyrologium Arabico-Ægyptium, a Gratia Simonio latinitate donatum.*

3 *In iſtis omnibus eodem ipſo hoc die annuntiantur ſigillatim Martyres, aut ponitur certamen* Patermuthii & ſociorum, *ut dubium eſſe non poſſit, quin iidem ubique conſignentur: quod etiam magis patet dum aliquorum elogia expenduntur, quæ Actis noſtris plane conformia ſant, ut ex uno aut altero de ceteris conjecturam facere poteris. Menſem Julium Menologii Græci Baſiliani habes primo tomo Julii, ubi elogium Græcum* qui cum ſociis in Menologio Baſilianο.

Digitized by Google

A *cum invenies, hic latine redditam* : Patermuthius & ſocii ejus ſub tyrannide Juliani Apoſtatæ in eremo Ægypti ſolitariam vitam agebant. Abeunti autem Apoſtatæ ad bellum contra Perſas proditi ſunt ab idololatris, & cum apprehenſi fuiſſent, adducti ſunt coram ipſo. Erat autem Patermuthius annorum ſeptuagiota quinque, Copres vero annorum quadraginta quinque; & ſeparati cogebantur abnegare Chriſtum. Perſuaſus igitur Copres blanditiis Apoſtatæ, abnegavit. Cum hoc intellexiſſet Patermuthius, plorans orabat Deum pro ipſo. Introductus ergo ipſe & videns Copretem ſplendidis veſtibus indutum, flevit: & ſciens Copres, quod propter ſe ploraret, exclamans dixit: Non amplius ſum Julianitea, ſed Chriſti ſervus. Cum igitur præciſa fuiſſet lingua, projectus eſt in ignem

B cum Patermuthio; & Alexander quidam videns illos nullo modo læſos, credens Chriſto, enm ipſis capite minutus eſt.

de Viris ſanctis. 4 *Hæc cum Actis noſtris tam manifeſte conveniant, ut non poſſerit utilidius contrahi tota paſſionis hiſtoria; niſi quis ſuſpicari velit, elogium iſtud Actis ipſis antiquius eſſe, atque adeo oratorem aliquem, Metaphraſtis imitatorem, ex illa materiam ſumpſiſſe, quam longis parergis & locis communibus exornaret. Nec magnopere differunt, quæ in Menologio Sirleti habentur, his verbis:* Eodem die certamen ſanctorum Patrum Patermuthii, Copri & Alexandri, qui Juliano Imperatore Apoſtata, in Ægypti ſolitudine quietam vitam agentes, delati ſunt, quod eſſent Chriſtiani. Cum ſubdolis Apoſtatæ adulationibus Coprus deceptus, Chriſtum negaſſet, Patermuthius liberius Julianum Imperatorem redarguit, & Coprum a lapſu ad fidem revocat, ita ut, qui paulo ante Chriſtum abnegarat, confeſſor effectus ſit. Accenſa igitur fornace, uterque in eam conjectus eſt, in qua cum permanſiſſent incolumes, Alexandrum militem ad Chri-

C ſti fidem converterunt, qui eum ipſis etiam fornacem ſubiit, ex qua egreſſi, obtruncati ſunt. *Atque hæc bina ſpecimina ſufficient, ne ſæpius eadem aut conſimilia repetenda ſint, quæ unum eumdemque ſonum ubique deſignant. Qui in ſupplemento ad Menæa excuſa, exſtat verſiculus, neſcio an huc ſatis proprie ſpectet:*

Ἀγῶνι Ἀλεξάνδρε διπλᾶ καμβαίνει
Ἀνελίκτων τομῆς τε καὶ διπλᾶ τέρα.
Agone functus, aſceta & martyr, duplo,
Duplices coronas, merito Alexander capis.

& aliis Faſtis græcis laudatur. 5 *Ceterum conſtans eſt Græcorum de ſanctis* Patermuthio, Coprete & Alexandro *ſententia, ita omnibus eorum Faſtis hoc die conſignata, tametſi in ipſis Actis diſertiſſime legatur*, menſis Decembris decima gladio obtruncatos fuiſſe, & recepiſſe coronam a Domino, *quod mirum eſt non annotaſſe Joannem Baptiſtam Marium, Romanum Actorum interpretem, de quo paribus infra. In Menæis excuſis altera eorum feſtivitas agitur* XVII. *Decembris; ſed neque hujus ſecundæ, tali die, commemorationis rationem ſatis intelligo. In nullis Latinis Martyrologiis recurrit nomen* Patermuthii, *ubi tamen potiori jure ſociis tribus adjunctus fuiſſet* XIX. *Septembris glorioſus ille Paleſtinæ Martyr, ab Euſebio celebratus, quam hæc nova annuntiatio, ex Sirleti Menologio deſumpta, Romano Martyrologio adſcripta ſit, his verbis:* Alexandriæ, ſanctorum Martyrum Patermuthii, Copretis & Alexandri, qui ſub Juliano Apoſtata cæſi ſunt. *Neque vero tabulis iſtis Græcis preſte habeſis Baronius: etenim apud ipſos nulla certa martyrii palæſtra, nequidem in ipſa paſſionis hiſtoria conſignatur, neque ex illis aliud omnino eruitur, quam quod Martyres in Ægypto paſſi ſint, ſed non magis Alexandriæ, quam quolibet alio loco.* ℣.

D Auct. J. B. S.

6 *Quanto ſæpe Cardinalis Sirleti auctoritas laudata reviſione & reformatione tum Martyrologii Romani, tum Officiorum eccleſiaſticorum, recordor me Romæ ex authenticis monumentis didiciſſe; at ſæpe faſſus ſum, id quod Majores noſtri variis etiam locis indicarunt, Græcis illis acceſſionibus Faſtos noſtros Latinos non magnopere ditatos fuiſſe. Paterant ſane eam atque delecta, nonnulli celebriores Sanctis ex iſto Menologio accipi, ob occurrentes quandoque rationes, quales hic eſſe potuerunt, quod SS. Patermuthii, Copretis & Alexandri ſacra corpora, aut eorum pars magna Romam delata fuiſſent, ubi in ipſa urbis Catholici metropoli ab immemorabili culti fuiſſent, & quidem in eccleſia aliqua parœciali, ipſorum nominibus dicata, de qua pluribus agit laudatus ſupra Joannes Baptiſta Marius, ad ſancti Angeli in foro piſcium Canonicus, in præfatione ad Acta Sanctorum horum Martyrum, a ſe Latine reddita & Romæ vulgata anno 1645. ex quo aliiſque Romanis ſcriptoribus, qui templa Urbis & depoſitas ibi Sanctorum reliquias recenſuerunt, nonnulla ſequenti paragrapho examinanda ſunt.*

unde Martyres iſti in Romanum tredulii ſunt.

E

§. II. Romanus Sanctorum cultus in eccleſia parœciali, eorumdem nominibus dicata.

A *Mario ducendum eſt exordium, qui lucubrationculæ ſuæ rationem reddens, inter alia ſic præfatur:* Quæ vero cauſa, *inquit*, nos impulerit ad hanc hiſtoriam inter tot alias fingillatim ſcribendam, paucis accipe. Prima fuit eademque præcipua, quod eum in eccleſia ſancti Angeli in foro piſcium canonici munere fungamur, ad noſtræ eccleſiæ honorem ſpectare vi-

F tum eſt, ut translatas ſolenniter ex veteri eccleſia horum Sanctorum ſacras reliquias, eorumque imagines, in memoriam antiqui cultus revocaremus. Translationis hiſtoriam his accipe. Cum multis abhinc annis, laxatis Hebræorum ſectæ & nationi Urbis ſpatiis, diruenda eſſent quædam Chriſtianorum templa, inter hæc fuit ſancti Patermuthii & ſociorum perantiqua eccleſia parœcialis, cujus ſingula ſacra cimelia, ac prædictæ Sanctorum imagines, una cum eorumdem Sanctorum reliquiis, ut diximus, quæ ad altare majus patebant, ſimul cum omnibus juribus parœcialibus, ſolenni pompa, ſingulari beneficio noſtræ obvenere eccleſiæ, in qua deinde ſpatio longi temporis, in memoriam prædictæ veteris eccleſiæ, dicatum in honorem ſancti Patermuthii viguit altare, prædictis tamen ſacris reliquiis antiquiſque imaginibus adornatum.

Teſtimonium J. B. Marii.

8 Deinde vero cum ſel. recor. Clementi PP. VIII. placuiſſet, loci redditus & emolumenta RR. Patribus Congregationis Oratorii, ſancti

non ea omnia ſunt certa

AUCT. J. B. S.

A Philippi Nerii fundatoris ſanctiſſimi veſtigiis, celeberrimis exemplis inſiſtentibus, benigne applicare, oblitterata fere prioris eccleſiæ memoria, ſplendidius coli cœpit horum Sanctorum feſtivitas apud dictos RR. Patres, prout hodieque colitur, quibus ultro etiam antiquæ imagines dictorum Martyrum, memoriæ ergo, ſuperioribus annis noſtri capituli dono ceſſerunt, in loco illuſtriori collocandæ; relictis nihilominus paucis eorumdem Sanctorum reliquiis ad ſervandam antiquam memoriam. *Hæc Marius nec ſatis clare, nec ſatis diſtincte, quæ me impulere, ut apud alios ſcriptores Romanos, de eodem argumento tractantes, rem ulterius indagarem: atque eccum occurrit Floravantes Martinellus, in Roma ſacra, ibidem edita 1653. ubi pag. 377. ita habet,* MUTI & CUPI; ſcilicet Patermuthii & Copretis, de quibus in Martyrologio IX. Julii, in re-

B gione S. Angeli, meminit taxa Leonis X. Erat intra ſeptum Hebræorum, & ſolo æquato ſeu profanato (templo) fuerunt translata jura ad S. Angelum fori piſcarii, erecta inibi cappella, quæ taxatur a dicto Leone in ſcutis decem. Erat parochiale, ut in libro anniverſario ſanctiſſimi Salvatoris. *Neque hæc temporibus ſuis ſatis clare diviſa videntur,*

ſum opinionibus aliorum ſcriptorum

9 *Octavius, ſeu potius noſter Hyppolitus Pancirolus, Mario & Martinello vetuſtior, cujus Theſauri abſconditi vulgati ſunt 1625. nec in templo Vallicellano, nec in S. Angeli in foro piſcium quidquam reperit reliquiarum, quod ad* Mutum & Cupum *aut* SS. Patermuthium & Copretem *referri poſſet. Verum omnibus poſterior abbas Bartholomæus Piazza in Hemerologio ſacro ſic* IX. *Julii Italice ſcriptum reliquit:* Sancti Patermuthius & Copres Martyres Alexandrini, quibus in loco, ubi Hebræi modo degunt, erat dedicata eccleſia; cujus jura partem translata ſunt ad S. Angeli in foro piſcario, ubi exſtat altare ſub eorum invocatione, partem ad S. Mariæ in Vallicella, ubi de iſtis Sanctis fit officium ritu ſemiduplici, & in ſuperiori fornice ſeu abſide altaris Aſcenſionis eorum imagines depictæ ſunt. *Num-quamne impetrare licebit, ut apertius & accuratius res ſuas explicent? De Vallicella nihil novit Mar-*

C *tinellus: Piazza vero diviſa ſupponit veteris eccleſiæ jura, quæ tamen conſtat ad Patres Oratorii univerſim tranſiſſe, ut infra clarius patebit.*

qui rem eò explicant

10 *Ceterum audis his paſſim Sanctos duos, & quidem Martyres Alexandrinos, abſque ulla dubitatione cum Sanctis hodierni Martyrologii Romani confuſos, quamvis uſquam appareat tertius* Alexander, *uſquam exprimantur vetuſta indicia, ex quibus manifeſtius conſtet, aut* Mutum & Cupum, *aut* Patermuthium & Copretem *potius Ægyptios Martyres fuiſſe, quam mere monachos confeſſores, quod certe probato aliquo documento demonſtrari debuiſſet, ne alioquin urgeat aliquis & non infunda-te contendat, Ruffinianos iſtic ſolitarios æque intelligi potuiſſe ac Martyres hodiernos, quorum nulla prorſus certa memoria in Latinis Sanctorum tabulis aut Officiis eccleſiaſticis reperta fuit, antequam ipſorum nomina, ex Menologio Sirletiano accepta, in Romanum Martyrologium infererentur. Non eſt mihi animus, jam a tot annis recepta in dubium revocare; quod ſatis aperte facit Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali pag. 830. & rurſus pag. 967. id ſolum in ſcriptoribus illis deſidero, quod quaſi data opera res involvant, quas nobis difficil-*

limum eſt, documentorum defectu, explanatiores D *reddere, aut ſatis appoſite, uti vellemus, illuſtrare, tametſi id aperis noſtri inſtitutum & vatio poſtſimum exigat,*

ad prioſtas deſſ cultatem.

11. *Torſit me præterea in his rebus difficultas haud exigua, quod templum paræciale ſanctorum* Patermuthii & Copretis *dicatur exſtitiſſe in loco, ubi nunc ſunt Hebræorum ſepta, atque horum, ſeu primum erigendorum ſeu laxandorum cauſa, everſum fuiſſe. Sis ego mecum arguebam. Primus Judæos, per Urbem antea diſperſos, & liberius vagantes, a Chriſtianis nota aliqua diſtingui, & in unam regionem collectos, ſeptis concludi voluit Paulus PP. IV. anno 1555. ut eſt apud Ciacconium aliosque Romanos ſcriptores, & noviſſime ex numiſmatibus refert Bonannius tomo 1. pag. 368. unde conſequens videtur, Pauli IV. tempore, paræciale iſtud ſanctorum* Patermuthii & Copretis *templum exſtare adhucdum debuiſſe, ſi unquam dicto loco exſtiterit. Atqui ſuperius ajebas Floravantes, jam ſub Leone X.* taxatam ſuiſſe in ſcutis decem cappellam in S. Angeli erectam, *in qua cappella reliquiæ jam tum aſſervabantur, ex deſtructo pridem templo illuc* E *translata. Decendum eſt igitur, aut Judæos diu ante annum 1555. ſeptis fuiſſe concluſos, quod Romanæ iſtius temporis hiſtoriæ repugnat; aut ſatendum eſt, ſubeſſe hic aliquid, quod ſcriptores iſti operoſius explicare aut neglexerint, aut non potuerint,*

aperem reſponſum

12 *Hiſce nodis cuncum quærens, Romam pridem recurreram, ut inde variis hiſce tenebris lucis aliquid affunderetur, quod tamen, uti maxime optaveram, impetrare non potui. Conſultus itaque laudatus jam ſupra noſter Philippus Bonannius, eruditis operibus notiſſimus, & rerum Romanarum non imperitus, ea ſolum repoſuit, quæ hic ex litteris ejus Italicis Latina facio:* Conatus ſum eruere quidquid hic ſciri poſſet de ſanctis Muto & Cupo. Ad S. Mariæ in Vallicella nulla id genus nominum memoria: neque illic aſſervantur reliquiæ ſanctorum Patermuthii & Coprotis. Verum quidem eſt, in ſuperiori fornice ſeu teſtudine altaris Aſcenſionis depictaa eſſe tres Martyrum imagines: at quorum ea ſint, ignoratur. Fit iſtic officium de ſanctis Patermuthio, Coprete & Alexandro, quia beneficium fundatum olim in eccleſia ſanctorum Patermuthii & Coprotia, in ſeptis Hebræorum ſita, datum fuit Antonio Gallonio presbytero Oratorii S. Philippi, poſt cujus mortem unitum fuit templo Oratorii, quod ipſo hodiedum gaudet, quæ cauſa eſt cur ibidem officium celebretur. Hæc habui, a RR. F Patribus Oratorii & ab Eminentiſſimo Cardinale Colloredo. Ad S. Angeli nil quidquam ſcitur; ne id quidem, utrum iidem Sancti ſint cum Muto & Cupo, de quibus Martinellus; unde convenit, ſuſpendere judicium, idque ſolum credere, fuiſſe ſanctos Patermuthium, Coprete & Alexandrum,

quod locum adfert cum Ciampini ſcripto

13 *Hæc quamvis varias a me propoſitas objectiones non omnino diſſolverent, id ſaltem explicationis ſuggeſſere, ut clarius modo perſpiciamus, qua occaſione ad Patres Oratorii pervenerint & præbenda, & obligatio recitandi officium de* SS. Patermuthio, Coprete & Alexandro. *Jam ex alio inſtrumento alia etiam pluſculum elucidabuntur. Forte fortuna incidi in manuſcriptum aliquod a Clariſſimo & illuſtriſſimo Joanne Ciampino ad Papebrochium miſſum XIV. Kal. Julii*

1690.

A 1640. *continens bullam Urbani PP. III. in qua* XXVI. *filiales eccleſiæ matricis eccleſiæ S. Laurentii* enumerantur, *quaſque Ciampinus in ea charta deſcribit. Porro ſic habet ad eccleſiam ordine* XXXIII. *quæ in bulla corrupte vocatur* S. Patermunerii: Potius, *inquit Ciampinus*, Patermutius; nam eccleſiam S. Patermutii reperio, in notis, quæ aſſervantur in archivo S. Laurentii, fuiſſe prope portam regionis Hebræorum, vergentem ad plateam eorumdem Hebræorum, ac ſuppreſſam juſſu Pii V, ni fallor, unitamque eccleſiæ S. Angeli in foro piſcium. Redditus ipſius converſi fuerunt in beneficium ſimplex, quod poſtea a Clemente VIII, unitum fuit Congregationi Oratorii, ac propterea ipſa congregatio poſſidet nonnullas domos ædificatas, ubi olim erat eccleſia.

ad quæ eâ vero revocanda ſunt,

14 *Atque hic demum ſiſtendum fuit, cum fruſtra alibi me quæſiturum perſpicerem. Habes hic paulo diſtinctiorem veteris eccleſiæ ſitum, ſi non in regione Hebræorum, certe prope ipſorum ſepta: ipſa vero deſtructa aut ſuppreſſa non videtur ante tempora Pauli IV. vel, ut Ciampinus, Pii V. Ad tantam qualemcumque Lacunæ X. quod attinet, potuit* B *ea eſſe, neſcio qua de cauſa in S. Angeli, ipſo templo parœciali, adducdum exiſtente. Suppono itaque jura omnia prædictæ eccleſiæ ad S. Angeli translata fuiſſe auctoritate S. Pii V. atque illius manſiſſe ad tempora Clementis VIII, ab ipſo in beneficium ſimplex reducta in Gallenſis favorem, qui deinde apud ſocios, Oratorii Patres, perpetuus manſerit, cum onere recitandi officium de Sanctis veteris templi patronis. Eoſdem porro eſſe, qui in fornice altaris Aſcenſionis depicti ſunt, equidem non dubito; tales ferme in opuſculo ſuo repræſentavit Marius, nempe monachos duos & militem, palmam martyrii manu præferentes. Ceterum non adeo mirum videri debet, ſi tam recens bodie apud Patres Oratorii Sanctorum memoria non ſit, quam fuerit Marii & Martinelli tempore. Non diſplicebunt, opinor, quæ hic operoſius a nobis inveſtigata ſunt.*

Sanctorum translatio,

15 *At vero reſtabant & alia, quæ explicatiora voluiſſem. Et primo quidem ſcitu digniſſimum erat, quando & quomodo ſanctorum iſtorum Ægyptiorum Martyrum cultus Romam pervenerit. Deinde cur unus damnatus aut duo nominatim eccleſiæ jam dictæ patronus appellati fuerint. Demum qui factum, ut* Patermuthii & Copretis *nomina in* Muti & Cupi *transformata ſint. Aſt hæc nobis ſolvenda incumbunt, non quidem ex certis noſtris, at ſaltem ex probabili conjectura, qua non verebimur opinari, Sanctorum hoſpernorum reliquias eodem ferme tempore Romam allatas, quo illuc ex Ægypto perductæ ſunt exuviæ SS. Cyri & Joannis, Saracenis eas regiones occupantibus, ut vide* XXXI. *Januarii in Commentario num.* 16. *Templum deinde ipſis erectum fuerit, quod ſeculo* XII. *exſtitiſſe Ciampinus oſtendit, nempe tempore Urbani PP. III. licet nomen in bulla nonnihil corruptum ſit. Forte conjecturæ noſtræ curioſum aliquem & eruditum Romanum excitabunt, ut plura diſquirat, quæ rem omnem paulo dilucidius explicent. Quod autem* Patermuthius *quandoque ſolus, ſæpius cum* Coprete *ponatur, excluſo plerumque* Alexandro, *id plane accideris abbreviandæ appellationis cauſa, ut paſſim fit in nominibus templorum, quæ pluribus Sanctis dedicata ſunt, ut docet experientia & exemplis oſtendit Caſtellanus in primo ſuo Bimeſtri notarum in Martyrologium Romanum a pag.* 469.

16 *Neque ex alio capite ſolvendum eſt dubium*

templum de transformatione nominum Patermuthii, D & Copretis *in* Muti & Cupi. *Obſervat ibidem* Auct. *Caſtellanus, templum Romæ SS. Cyro & Joanni* J. B. S. *dedicatum, ſolo ſenſim* Abbacyri *nomine indigi-* & nominis *tari cœpiſſe, quod paulatim deflexerit in* Appacy- Patermu- *ro, Appacaro, tum* Appaſſaro, *hinc in* ſancta thii expli- *Appaſſaro unde* ſancta Paſſaro, *& demum* ſancta cata. *Paſſara, uti hodiedum appellatur; quæ tanta eſt metamorphoſis, ut viri ſancti nomen in feminenm transierit. Si conſque rem deduxit vulgaris ſermonis corruptela, quam facile fieri potuerit, ut inſolita apud Romanos nomina* Patermuthii & Copretis, *pronuntiatione aſperiora, ita ſenſim limata & abbreviata ſint, ut tandem nihil remanſerit præter* Muti & Cupi, *quæ tamen vere pro aliis duobus accipienda ſint. Hic ex eodem Caſtellano obiter notabis, nomen* Patermuthii *non inveriſimiliter compoſitum eſſe ex* Pa *Ægyptio pro Patre, &* Termuthis, *quemadmodum ex* Pa *&* Chomis Pachomius, *ex* Pa *&* Phnutis Paphnutius, *quaſi dicas* Pater Termuthis, Pater Chomius, *&* Pater Phnutius, *quod Syri explicant per ſuum* Abba, *in Evangelio notiſſimum, uti & ſuperius in* Abbacyro, *Hæc pro cultu Sanctorum ſufficiant, quorum* E *Acta non magis ſincera eſſe, merito deploramus: ex iis, quæ modo diſcutiemus, de exiguo eorum pretio difficile non erit ſtatuere,*

§. III. Acta ſuſpecta, nulla cenſura aut emendatione ſatis corrigenda.

Perſua ſio ſua varia non red- ta Marius

ERant ea olim in Occidente ſeu in Eccleſia Latina prorſus incognita, *donec ipſa primus Latine vertit & in lucem protulit* citatus *ſupra non ſemel Joannes Baptiſta Mari, eccleſiæ S. Angeli in foro piſcium Canonicus, anno* 1645. *qui præfatione pag.* 5. *&* 6. *ita lectorem alloquitur*: Hiſtoria vero paſſionis eorum exſtat in antiquo Ms. Lectionario, quod vocant Baſilicæ Vaticanæ, cujus mentionem facit Baronius in notis menſis Julii die 1x. ad Martyrologium. Et Roſweydus in notis ad vitas Patrum auctore Ruffino lib. 2. cap. 9. refert, alios ejuſdem nominis reperiri, ſed diverſos eſſe ab his, quorum hiſtoriam hic ſcribere intendimus, cum illi vulgato more confeſſores, iſti martyrio laureati deſignentur; ut aperte eorum geſta indicare videntur in Menæis & Menologio, ut diximus. Horum itaque res geſtas tradituri, præmittimus, nos non verbum ex verbo, ſed ſenſum totius hiſtoriæ reddituros: quatenus enim in dicto Lectionario ſancti Petri memoratur, eum vix aliquid niſi confuſe & interrupte eruere queas; ut idcirco prudenter notarit Baronius, eam hiſtoriam emendatione & caſtigatione egere, non quoad veritatis argumentum, ſed quoad narrationis impeditæ, nec perfecto ſenſu editæ ſtylum, quem idcirco imitatione doctiſſimorum virorum, quos inter cenſeri poteſt Laurentius Surius, formare placuit, nullibi mutato veri ſenſu, imo quam fieri potuit, retentis iſidem verbis, ſed tantum ex variis hiſtoriarum lectionibus illuſtrato, magiſque clare reddito; ſublatis tamen iis, quæ hiſtoriæ ſeriem turbabant, circa temporum Chronologiam, ob quam non erat repudianda hiſtoria martyrii.

A AUCT. J. B. S. multa adducit

18 *Hæc Marius, ſolitis ſibi ſcribendi formulis, ubi nonnullu implexa recurrunt, quibus ad amuſſim expediendis, certiori notitia opus eſſet. Verba ejus expendam, adjunctis hinc inde, quæ occurrunt, difficultatibus. Ac primo quidem ait*, Paſſionis hiſtoriam exſtare in antiquo Lectionario, quod vocant Baſilicæ Vaticanæ, cujus mentionem facit Baronius. *Quis hæc audiens, non continuo ſibi ideam formet celeberrimi cujuſdam Lectionarii, quod per antonomaſiam paſſim veniat ſub nomine* Lectionarii Baſilicæ Vaticanæ. *Nobis hujuſmodi Lectionarium ignotum eſt hactenus, nec Lectionarii meminit Baronius, cujus hæc ſunt verba:* Legi horum Acta in veteri codice Baſilicæ S. Petri in Vaticano, ſed quæ cenſura & emendatione indigeant. *Porro an codex ille totus Græcus ſit, an cum Latinis mixtus, ambiguum relinquitur: non dubitat tamen Marius, ſed aperte ſupponit, idem ſibi apographum in manus veniſſe, quod ſe legiſſe teſtatur Baronius; quaſi unum unicum Actorum iſtorum exemplar Romæ exſtitiſſet, quorum forſaſſe plura reperiuntur, eaque haud dubie non modicum diſcrepantia, ſaltem ab eo, quod Marius interpretatus eſt, ut mox dicam.*

B quæ diſficulter intelligas;

19 *Monet deinde interpres noſter, ſe* non verbum ex verbo, ſed ſenſum tantùm hiſtoriæ reddidiſſe, *quoniam, ut ait*, vix aliquid niſi confuſe & interrupte eruere queas. *Habeo pra manibus & latine reddidi manuſcriptum Græcum martyrii prædictorum Sanctorum, quod Majorum noſtrorum cura deſcriptum eſt ab abbate Porcio ex codice Vaticano 866. fol. 340. quod Marium non vidiſſe, perſuaſiſſimum habeo, cum ut minimum tertia parte brevius ſit eo, quo ipſe uſus eſt, niſi pro libitu ſuo multa inſeruerit, quæ in Græco non habebuntur. Neque in eo noſtrum exemplar convenit cum Mariano, quod* vix aliquid niſi confuſe & interrupte erui queat; *nam hic plana ſunt pleraque, ſtylo quidem ſatis communi, ſed non adeo confuſo aut interrupto, quin erui poſſit & latine explicari, quod græca phraſi dicitur. Fatetur præterea Marius, ſe imitatione doctiſſimorum virorum* ſtylum formaſſe. *Habuit certe in ea re duces non paucos, quos imitari potuit; ſed exemplo*

D *peſſimo & genuinis etiam Sanctorum Actis pernicioſo: unde nimirum nata illa Actorum confuſio, ut rebus ſæpe per ſe ſatis ambiguis, tenebræ affundantur pluſquam Cimmeriæ.*

non ſatis ſibi ſatisfecit interpres,

20 *Quid autem ſibi velit Marius per* varias hiſtoriarum lectiones, *quibus Actorum ſenſum* illuſtraverit, magiſque clare reddiderit, *ſallor, ſi quis ſatis intelligat. Illuſtrari utique poterant Acta, ſed ſeorſim per notas & obſervationes, ſervato fideliter primigenio textu, nullique omnino* fublatus, *tametſi ea* hiſtoriæ ſeriem aliunde turbent circa temporum chronologiam, *vel circa alia quæcumque. Hæ ſunt vera partes ſinceri interpretis, cui nec addere quidquam prototypo, nec demere plane licitum eſt. Nimia ea libertate uſus Marius, talem concinnavit hiſtoriam, ut rebus per ſe ſatis ſuſpectis nova eaque palpabilia fabuloſitatis momenta adjecerit, ut facile perſpiciet, qui Acta ab eo edita contulerit cum noſtris, quæ exigua quidem fide digna ſunt, ſed Marius ſic ſua deformavit, aut deformata invenit, ut nullam prorſus mereantur, magnis miraculis & angelorum Michaelis & Gabrielis apparitionibus prodigia cumulans, adſcitaque demum mirabili clauſula, qua ſanctos Martyres ait*, ſine gladio victoriam gloriosam obtinuiſſe, *eamque* D *in annotatis tueri audet contra expreſſiſſimam tubularum Græcarum ſententiam, in quibus* obtruncati dicuntur, *& ſic glorioſam martyrii coronam conſecuti,*

Acta emendanda eſſe agnovit Baronius,

21 *Neque vero tot pigmentis opus erat, ut Acta falſitatis ſuſpectu redderentur: nam quantuvis etiam integritate tranſlata, tot ſuppoſitionis notas præ ſe ferunt, ut vix aut ne vix quidem a fabuloſitate vindicari poſſint. 1. A principio ad finem non niſi dialogorum perpetua ſeries, & mere pro libitu intruſa ſacrarum Scripturarum explicationes. 2. Julianus tamquam immaniſſimus tyrannus depingitur, qui non niſi ferro & flammis in Chriſtianos paſſim ſæviverit. 3. Scena fingitur coram Apoſtata in Ægypto, quo conſtat Julianum, ſaltem dum imperavit, numquam profectum eſſe. 4. Frequentes iſti eventus prodigioſi & ſubitanei, dramati magis quadrant, quam ſincera martyrii enarrationi, præſertim dum apud probatos eorum temporum Scriptores nil quidquam reperitur, quo id genus portenta vel eminus confirmentur. 5. Auctor tam mira* E *ſcriptionis, ejuſque ætas, & adjuncta cetera prorſus ignota, rem neutiquam commendant. Acta ipſa diverſimode aucta & amplificata ſunt, ſic ut plura contineantur falſitatis indicia in verſione Mariana, ut jam dixebam, quam in Actis a Porcio deſcriptis ex codice Vaticano, ſupra a nobis citato, quæ utrobique fruſtra emendare tentaveris.*

ſed qui id fieri poſſit, non vidi-mus.

22 *Alteram verſionis ſuæ & editionis cauſam allegat Marius, in hujuſmodi rebus verſandis nec-dum magnopere exercitatus, quod* res ipſa ſcitu digna, neque hactenus publici juris facta eſſet, quæ proinde movit animum, ut huic quoque lucubrationi, inter alias occupationes aliquid temporis impenderet, quod maxime exiſtimaret, jucundum fore lectori, tam inſignis hiſtoriæ & vix cognitæ narratione animum oblectare. *Non diffitebor, ſatis jucunde exornatam eſſe apud Marium narrationem, pluribus prodigiis, non temere admittendis, turgentem; ſed in tota ea jucunditate deſideratur veritas, quæ præcipuum, imo unicum hiſtoriæ pretium addit, quamque hic agnoſcere difficillimum ſit, Græco auctore prorſus incognito, cujus compoſitio, ut apud Marium exſtat, vix Metaphraſte digna ſit. Rectiſſime igitur in notis ad Martyrologium obſervavit Baronius, talia eſſe Sanctorum iſtorum Acta*, quæ cenſura & emendatione indigeant: *imo tali cenſura, ut tota prior pars pro ſcriptoris ingenio adinventa dici poſſit, aut ex neſcio quibus eſiuſmodi drumaticis fictionibus accepta. Altera porro, quæ ad martyrium* F *pertinet, id ſolum dici poſſit ſatis probabiliter commemorare, quod ſancti* Patermuthius, Copres & Alexander *tempore Juliani, inſolescentibus Alexandriæ & tota fere Ægypto idololatris, ibidem, aut jubente, aut connivente Apoſtata, interfecti fuerint; idque ex ſupradictis utcumque admitti poſſe videtur, ſiquid demum ſatis unto admittendum eſt.*

Qua ratione ſalvari poſſit martyrium.

23 *De his paganorum per id tempus graviſſimis in Ægypto ſeditionibus, deque eorum in Artemium Ducem, & in Georgium Alexandrinum intruſum, & in ceteros Chriſtianos rabie, legendi Sozomenus, Theodoretus & alii. Nobis ſufficient pauca ex Nazianzeni oratione tertia, unde de ceteris judicium ferri poterit. Sancti verba ſunt:* Eccui tandem Alexandrinorum erudelitas ignota eſt, qui præter multa alia, quæ adverſus nos deſignarunt, temporis licentia

immo-

A immoderate abutentes, plebs etiam alioqui ſeditioſa & furioſa, hunc quoque impietatibus ſuis cumulum addidiſſe referuntur, ut ſacroſanctum templum noſtrum duplici cruore, hoc eſt victimarum & hominum implerent. *Parem crudelitatem etiam in monachos & anachoretas Ægypti exercitam, minime dubium eſt* (*præter vexationes a militibus, de quibus Baronius ad annum 362. ex Evagrio & Palladio*) *ut proinde non incongrue exiſtimemus, Sanctos, de quibus agimus, ſimili aliquo graſſantium idololatrarum turbine conſumptos fuiſſe,* D *ornatos deinde ab aliquo metaphraſta ut legenda, quæ* AUCT. *ita emendari nequeant, ut undecumque tolerabilis reddatur, Nobis certe talis viſa non eſt, ut annotatis aut obſervationibus, præter jam dicta, illuſtrari mereretur, cui, neſcio qua de cauſa, inſerta ſunt nomina SS. Eugenii & Macarii, qui apud Martium ejuſdem martyrii ſocii inepte compellantur. Hujuſmodi parerga non moramur, ſatis erit paſſionis interpretationem ſubjungere.* J. B. S.

MARTYRIUM

Ex veteri codice Græco Ms. Bibliothecæ Vaticanæ ſub num. 866. fol. 340. Interprete J. B. S.

B

CAPUT I.

S. Patermuthii ad varias S. Copretis diſcipuli quæſtiones reſponſa.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἦν Κόπρης, ὃς ἐκ συγχώρησεν αὐτοῦ βασιλέως, ἐξορμήσας ἐπὶ τὸ Περσῶν πόλεμον, ἐξ διοδίου ἐπὶ τὸ ἀνατολὴ, πολὺν αἷμα ἐξέχεεν. Ἅμα δὲ πασσχὼν Εὐγένιος καὶ Μακάριος, οἱ καὶ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ, ἐπισκόποι ὄντες ἐξ μάρτυρες, ἐκ πολλὰ μάστιγας ἐξ τιμωρίας παρέτριψεν τὸ Μαυριτανίᾳ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ εἰς ἄλλας χώρας, Ἐν ᾗ καὶ ἡμῖν ἀπὸ ἐκείνων ὑπῆρχον δύο ἀδελφοὶ ἐρημῖται, ἐρημίτου ἐκ τῆς Αἰγύπτου χώρας, τοῦ κυροῦ ἐξ θεοσεβοῦς ἀναστροφῆς, ὀνόματι Πατερμούθιος καὶ Κόπρης. Ὁ δὲ Κόπρης ἐπαιδεύθη ἔχων ἐν ἑαυτῷ λόγον τῆς Χριστοῦ, λέγω δὲ Πατερμούθιε, πάτερ, ἐπιτρέψῃ μοι λόγους τῆς Χριστοῦ, καὶ θέλω ἐρωτᾶσαί σε περὶ μαθήσεως. Πατερμούθιος ἄπεν, ὦ τέκνον πρόσεχε σεαυτῷ· οἱ γὰρ τὰ βαθέα ζητοῦντες, εἰς βάθος ἐμπίπτουσιν πειρασμῶν. Κόπρης εἶπεν, ἐκ ἔστιν κρεῖττόν σοι μαθεῖν, εἰ ἀγαθὸν τὸ διδάσκεσθαι. ὁ γὰρ Εὐνοῦχος ἐκεῖνος ἐρωτήσας τὸν Φίλιππον, καὶ διδαχθεὶς περὶ ἑνὸς τῶν ἐν γραφαῖς ῥήματος, ἀνέβλεψεν τὸν Χριστὸν, καὶ ἐπεζήτησεν καὶ τὸ βαπτίσματος. Ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ διδάσκεσθαι, ἐξ τὸ ἐρμηνεῦσαι γραφάς. Πατερμούθιος ἄπεν, ἀκούσω ἐρμηνεῦσαι, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, μή ποτε τὴν ἐρμηνείαν μαθὼν, τὴν ἀλήθειαν παραβάλῃς. Κόπρης ἄπεν, ὁ ἐρμηνεὺς ἐκπειρασμοῦ, στρέφεται ὁ ἀλήθεια. Πατερμούθιος εἶπεν, παρὰ ποῦ στρέφεται, παρὰ δὲ ποῦ στρέφεται. Κόπρης εἶπεν, ὁ τροφεὺς ὁ τραφέντα.

2 Καὶ πρόσθες εἶπεν. Ἐν πρώτοις τὸ ἀποστόλου ἐρωτῶ λόγον, φησὶν γὰρ, Ἐγὼ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ, ἐλθόντος δὲ τοῦ ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον, καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ, ἡ οὐ ζωὴ, αὕτη εἰς θάνατον, παρὲξ οὗτος δὲ ἔτεκε, δέομαί σου, περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περὶ ἄλλου ἑτέρου; Πατερμούθιος ἄπεν, ἡ σὴν αὐτὸν, λέγω, ἐγὼ εἰμὶ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, καὶ νόμου φαρισαῖος. Εἰ δὲ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, ποτὲ ἔζησεν χωρὶς νόμου ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος; Τοῦτο δὲ ἐκ προσώπου τοῦ Ἀδὰμ εἴρηται τὸ λόγον, καθὼς εἶπεν, ἐγὼ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· πλάσας γὰρ ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, δὶ αὐτῷ ἐντολὴ καλὴ καὶ ἐξ κακῆ, διὰ λέγω, ἔζων χωρὶς τοῦ νόμου, ὃ ἦ ποτέ, πρὸ τὸ ἐλθεῖν τὴν ἐντολὴν, διὰ λέγω, ἐλθόντος δὲ ἐστολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον, καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐν-

DUm imperaret Julianus Apoſtata, per ejus indulgentiam, cujus legem impie violaverat, accidit, ut impetu latus in bellum Perſicum, in Orientem proficiſcens, multorum Sanctorum ſanguinem effuderit. Hos inter varia tormenta ac ſupplicia paſſi Eugenius & Macarius, Dei famuli, Epiſcopi & Martyres, in Mauritaniam amandati ſunt; & multi alii in alia exilia deportati. Hoc ipſo tempore exſtitere viri duo, profeſſione eremitæ, natione Ægyptii, pietate & virtutibus præſtantes, quorum nomina, Patermuthius & Copres. Hic autem, doctrinæ Chriſtianæ perdiſcendæ avidus, dixit Patermuthio; Pater, vehementer deſidero de Chriſti ſermonibus te diſſerentem audire, eorumque interpretationem intelligere. Cui Patermuthius; Adverte animum, fili: nam qui profunda ſcrutantur, in profundum tentationum incidunt. At Copres: Non eſt malum, inquit, diſcere, & optimum eſt doceri; etenim Eunuchus ille, Philippum interro- F gans, & ab eo verba ſalutis edoctus, Chriſtum agnovit, dignus deinde habitus, qui baptiſmum ſuſciperet. Bonum igitur eſt & doceri Scripturas, & earum explicationem inquirere. Tum Patermuthius: Attende, obſecro, ne forte cum interpretationibus te occupas, veritatem minus perſpicias. Nequaquam, mi Pater; nam, ſuperveniente interpretatione, nutritur veritas. Imo, inquit ille, alios nutrit, alios pervertit. Repoſuit junior. Quod natum eſt prodeſſe, nocere non poteſt. *Copres a magiſtro ſapientiæ ſapientiæ,*

2 Tum pergens; Sine te rogem ſenſum Apoſtoli, dum ſcribit: Ego aliquando vivebam ſine lege; ſed cum venit mandatum, peccatum revixit. Ego autem mortuus ſum, & inventum eſt mihi mandatum; quod erat in vitam, hoc eſſe ad mortem. Scire velim, utrum de ſe ipſo hæc ſcribat, an de alio quopiam? Ad quæ Patermuthius: Qui hæc profert, idem ipſe ait; Ego ſum Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus. An magnus ille Paulus, Hebræus ex Hebræis, aliquando vixit ſine lege? Non ergo de ſe loquitur, ſed hoc oraculum ex perſona Adami dictum eſt, cui quadrat: Ego aliquando vivebam ſine lege. Formans enim Deus Adam, poſuit illum in paradiſo, dans ipſi præceptum boni & mali, propter quod dicit; Vivebam ſine lege aliquando: nempe, antequam veniret mandatum; unde ſubdit: Sed cum venit mandatum, peccatum revixit; ego autem mortuus ſum: *quænit ſe- ſum Apoſtoli Rom. 7.9.*

A & inventum est mihi mandatum, quod erat ad vi-
ex MS. tam, hoc esse ad mortem. Etenim Adam, audire negligens, gustavit de ligno, & ejectus est ex paradiso. Venit itaque mandatum præcipiens; peccatum revixit, ipse vero mortuus est. Hæc igitur de Adamo pronuntiavit Paulus.

Item quid indicetur Luca 15. 8.

3 His acquiescens discipulus ita ulterius magistrum interrogare perrexit. Dictum est in Evangelio, quod mulier quædam, habens decem drachmas, & perdens unam ex illis, nonne accendit lucernam, & quærit perditam, donec inveniat. Et cum invenerit, convocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram. Negraveris hujus sententiæ vim expouere: nam ego, ingenio tardior, eam non satis intelligo. Nihil moratus senex: Declaratio sermonis est hæc: Decem drachmæ sunt; Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Potestates, Principatus, Virtutes, Seraphim & Cherubim, atque Adam protoplastus. Mulierem ad Christum refer, quem scilicet Apostolus vocat Dei potentiam & Dei sapientiam. Vera utique sapientia Christus, relinquens choros angelicos, decimam drachmam, per lapsum Adæ deperditam, quæsiturus descendit;
B & accendens lucernam; id est, carnem suam in holocaustum crucis offerens, invenit redemitque genus humanum per sacrosanctam passionem suam.

tom Ps. 93

4 Rem dixisti planissime, inquit Copres, sed patere aliam etiam quæstionem subjungam. Habetur in Psalmo septuagesimo secundo. Quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde! Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns: & quæ deinceps. Declara mihi, Pater, de quo hic sermo est? Tum Patermuthius: Imprimis hunc Psalmum cecinit Asaph. Commorabatur Propheta in alto monte, sejunctus ab hominum consortio, conservans seipsum in omni sancta conversatione. Cum autem toto corpore plagis variis afflictaretur, & monti insidens, considerarct civitatem inferius & pagos circumquaque jacentes, atque ex ipsis progredientes homines, hos quidem in equis, alios
D vero in curribus; alios discurrentes, alios genio indulgentes & pedites; sensit prioris vitæ tædium, voluitque descendere ex monte & habitare cum ipsis.

quo Patermuthius explicat.

5 At ubi descendisset, Angelus Domini humana specie apparens, ipsum interrogat. Quo pergis? Qui dixit; Postquam jam diu sum commoratus in hujus montis vertice, & contabuit corpus meum multa ægritudine, prospiciens ex adverso viros egredientes cum symphoniis & choris, volui habitare cum ipsis; quia licet ethnici sint, sunt tamen robusti. Quæ cum audisset Angelus, Revertere, inquit, in locum tuum, dum veniat tibi intelligentia coram Domino. Regressus vero Propheta ad prius hospitium, hausit gratiam coram Domino, perspectaque attentius hominum vanitate, statim cum anxietate cordis cecinit; dicens: Quam bonus Israel Deus; his qui recto sunt corde! mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, paeem peccatorum videns. Eos deinde aspernatus, sic prolequitur: Quia non est respectus morti eorum, nec firmamentum in plaga eorum, &c. Hæc est interpretatio, quam postulasti.

Queritur rursus de Ps. 93.

6 Rursus Copres: Exhilaratus sum verbis tuis, mi Pater, & reflorait cor meum; sed denuo te interrogare non desinam. In altero Psalmo scriptum est: Dixit injustus, ut delinquat in semetipso, non est ti - Dei ante oculos

τολὺ τὸ ζῆλόν, ἵνα οὐ δύνωμαι. Παρελθόντος γὰρ D ὁ Ἀδὰμ, ἐγεύσατο τοῦ ξύλου· καὶ ἐξεβλήθη ἐκ τοῦ παραδείσου. Ἦλθεν οὖν ὁ σύντομος λόγος, ὁ ἁμαρτία ἀπέζωσεν, καὶ ἀπέθανεν. Ταῦτα οὖν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ Ἀδὰμ ἐλάλησεν.

3 Κοπρὲς ἔπειτ, ἀνακτίσαμαι τὸ ῥῆμα, ὅτως γὰρ ἔχει. Ἐν τῷ προσδίῳ τοῦ ἱεροφάντου. Εἰρήκας ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι γυνή τις, ἔχουσα δέκα δραχμὰς, καὶ ἀπολέσασα μίαν ἐξ αὐτῶν, οὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ ζητεῖ τὴν ἀπολομένην, ἕως ἡ εὕρῃ, καὶ εὑρόσα συγκαλεῖ τὰς φίλας καὶ τὰς γειτόνισσας, λέγουσα, Συγχάρητί μοι, ὅτι εὗρον ἣ δραχμὴν, ἣν ἀπώλεσα. Διασάφησόν μοι τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι βραδέως ἔχω τὴν σύνεσιν. Πατερμοῦθιος εἶπεν, ὁ ἑβδομήκοντα τὸν λόγον ἡμῖν ἐτίθη. Αἱ δέκα δραχμαὶ εἰσὶ ἄυται, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, δυνάμεις, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, Σεραφὶμ, Χερουβὶμ & Ἀδὰμ ὁ πρωτόπλαστος. ἡ γυνὴ τοίνυν ἔστι, ὑπερβὰ γὰρ γέγραπται τὸ τῆς σοφίας, Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, & Θεοῦ σοφία. Ἡ ἀλ- E
λὰ σοφία Χριστὸς κατελιπὼν τοὺς ἐξουσίας, ἦλθεν ἐπὶ τὴ δυκάτῳ δραχμῇ ἐπὶ τῷ ἐκπτώσει τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἅψασθαι τῆς σαρκὸς ἐπὶ τῷ λυχνίᾳ, αὐτ' ἔστι ἐπὶ τῷ σταυρῷ, ἀνέβατο τὸ ἀπολόμενον ἐφ' ᾧ εὑρηκὼς αὐτὸ φίλοις,

4 Κοπρὲς ἔπειτ· Παπλαροφόρημαι καὶ ἐγὼ τοῦτο, ὅτως γὰρ ἔχει, ἀλλ' ἐν προσδίῳ τοῦ ἱεροφάντου, δέομαί σου. Ἔρεσαι ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ, Ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς τοῖς δικίοις τῇ καρδίᾳ, ἐμοὶ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ βήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Διασάφησόν μοι, πάτερ, περὶ τίνος εἴρηται; Πατερμοῦθιος εἶπεν, οὗτος ὁ ψαλμὸς ὑπὸ πρώτοις ἐψάλκε Ἀσάφ, ἐν ὄρει γὰρ ὑψηλῷ κατῳκίσθη ἐν ὄρει ὑψηλῷ & κατακρύφῃ, διείρων ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀναστροφῆς ἀνθρώπων, καὶ πλησίος μεγάλῳ ἀέρματος ἐν τῷ βάμα-
τι, & καθεζόμενος ἐν τῷ ὄρει, ἐσκέπτετο κατώτερον τὸ ὄρος πόλιν περιτὸν, καὶ κώμας, & ἐξ αὐτῆς ἐκπορευομένους ἀνθρώπους, ἄλλους μὲν ἐφ' ἵπποις, ἄλλους δ' ἐν ἅρμασιν, ἄλλους διφρευομένους καὶ πεζεύοντας, ἄλλους τέρπεις ζητοῦντας, ἐδίλεσεν καταβὰς ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ οἰκήσας μετ' αὐτῆς.

5 Καταρχομένου δὲ αὐτοῦ, ἄγγελος Κυρίου, ἐν F
ἀνθρώπου φανεὶς, λόγον αὐτῷ, Πῇ πορεύῃ; Ὁ δὲ εἶπεν, Κατίμενον ἐν τῷ ὄρει αὐτῷ χρόνον πολλὸν, καὶ ἔπιπε τὸ σῶμά μου φαύλῃ ἀῤῥωστίᾳ. Σκοπήσασι δὲ εἰς κατάντημά μου ἀνδρῶν, ἐκπορευομένους μετ' συμφωνίας καὶ χορῶν, ἐζήλωσα ἔσεσθαι μετ' αὐτῶν, ὅτι ἰθνικοί μὲν εἰσιν, ἄῤῥωστοι δέ. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος, ἀναστρέφου εἰς τὸν τόπον σου, ἕως ἂν ἔλθῃ σοι σύνεσις παρὰ Κυρίου. Ὑποστρέψας δὲ ὁ προφήτης ὅπου ἦν αὐτὸ τὸ κατάλυμα, ἀρίσας χάριν παρὰ Κυρίῳ, καὶ καθὼς ἔστησεν τὸν μισάνθρωπα τῶν ἀνθρώπων, ἄδων μετ' συμφωνίας ἐψάλκε, λέγων, Ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς τοῖς δικίοις τῇ καρδίᾳ· ἐμοὶ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ βήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. Εἶτα ἐξυβρίζων ἀναίσι, ἐπιφέρει, ὅτι ὅτε ἀνάδυσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στέρωμα ἐν τῷ μάστιγι αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· αὐτη ἐστὶν ὁ ἑρμηνεία τοῦ λόγου.

6 Κοπρὲς ἔπειτα, ἐν τούτοις ἐφρανάι με, δέ ἵνα ἀνοίξωμαι μου ἡ καρδία. Καὶ ἵνα ἐρωτῶ, ὁ παύομαι. Ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ γέγραπται· φησὶν ὁ παράνομος τῇ ἁμαρτίᾳ τῇ ἑαυτῷ, ὅτι ἔστι - - - - - ἀνόμων τῇ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ, ἀπο-

ἀπο-

A μὲν διεκογίσατο ἐπὶ τῷ κοίτῃ αὐτῆ, κακὸν ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Παπρμιθεὺς δὲ εἶπεν, ὁ ἐρωτῶν σε λόγῳ ἄνω ἐστὶ. Λοιπὸν ὁ Δαυὶδ ἦχεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, ὁ δὲ πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ Ἀμμὼν, ἰδὼν Θάμαρ, τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, ἐπεπόθησεν εἰς αὐτὴν, ἐμπεσοῦσα ἀσθενείαν ἐμνᾶτο. Καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτὸν ὁ Δαυὶδ παραγενόμενον, καὶ ὁ Ἀμμὼν φησὶν, μή τις ἀνέτω εἰ σῷ οἴκῳ, ἀλλὰ μὴ Θάμαρ ἡ ἀδελφή μου, καὶ ἄνα ἀφικνοῦσα ἰάσεταί με ἀπὸ μελαγχολίας. Ἐπιτρίψαντος δὲ τῷ Δαυὶδ, ἀσθενήσασα ἡ Θάμαρ τὸ ἀφικνοῦσθαι αὐτῷ, μὴ εἰδὼς ἡ δόλος. Προσεγγισάσης δὲ αὐτῷ πλέον, ἐπισπάσας ὁ Ἀμμὼν ἀπὸ ἱματίου αὐτὴν, λέγων, κοιμήσῃ μετ' ἐμοῦ. Ἡ δὲ εἶπεν, Μὴ ἴσθι οὕτω, μὴ ποιήσῃς ἁμαρτίαν τὴν μεγάλην ταύτην, παροργίσαι κύριον ἡμῶν Θεὸν, καὶ ἴσται ἡμῖν θάνατος. Ὁ δὲ ἰσχυροποιήσας ἐπιπέσασα αὐτῇ ἐποίησε ἁμαρτίαν, ἐμίσησεν αὐτὴν, καὶ ἐβάλεν αὐτὴν ἔξω τῆς κοιμήσεως. Διὰ τοῦτο ἔρχεται ἐπὶ Δαὶδ τὴν ἀτιμίαν (ἐπὶ τῇ κοίτῃ) αὐτοῦ, ἢ (ὁ) μισθὸς, περὶ τῶν ὧν πλάκτης ὁ ψαλμός.

B 7 Κυρὲ εἶπεν, πάντα ἐμπέρας διεκαρώσας πάτερ. Ἐν ἑρωτῇ δέομαί σου· ἄρτας ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, Οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκὸς παλαιούς, εἰ δὲ μήγε ῥήγνυται οἱ ἀσκοὶ, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται ...ἀλλ' οἶνον νέον εἰς ἀσκὸς καινὸς βαλτέον, ἑ ἀμφότερα σωφρίται. Παπρμιθεὺς εἶπεν, Θέσει νέος τὸ χαρὸς τῆς παρουσίας τῷ Χριστῷ κήρυγμα· ἀσκοὶ παλαιοὶ οἱ Ἑβραῖοι, ἀσκοὶ νέοι ἡμεῖς, οἱ ἐξ ἐθνῶν συμπίνοντες τὸ νέον χάρισμα τῆς παρουσίας τῦ Χριστῦ, καλῶς ῥήγνυται· Οἶνον νέον ἐδεῖ βάλλειν, φησὶν, εἰς ἀσκοὺς παλαιούς, οἱ δὲ μήγε ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ, ὡς Καϊάφας ὑπερηφῶς ἔλεγεν τῷ Κυρίῳ· Εἰ σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῦ ζῶντος. Καὶ ὁ χείσας φησίν. Σὺ εἶπας. Ὁ Καϊάφας μὴ δεξάμενος τὸ νέον τῆς παρουσίας τῦ Χριστῦ γλῶσσος, διῤῥήξεν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, δεῖν ἐστὶ, περὶ ὃ εἴρηται, ἀσκοὶ παλαιοὶ, ὅταν οἱ Ἑβραῖοι μὴ δεξάμενοι τὸν Χριστὸν, διῤῥάγησαν. Ἡμεῖς δὲ δεξάμενοι τὸ νέον τῆς παρουσίας χάρισμα τῦ Χριστῦ, διεφυλάξαμεν, καὶ διεπερίθημεν. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἑρμηνία τῦ λόγου.

8 Κυρὲ εἶπεν, Μεγάλως ἔ σὺ πάντα ὠφέλησάς με, πάτερ ἡμῶν. Παπρμιθεὺς εἶπεν, παῦσαι λοιπὸν C τῦ ἐπερωτᾶν, μὴ τοι πολλὰ ἐρωτᾷ σε, πάτερ, καὶ πλανᾶσθαι. Κυρὲ εἶπεν, ἵν' ἄναξ ἐρωτῶ σε, πάτερ, καὶ ποιήσω. Ἐν τῷ Ἀμβακὺμ τῷ προφήτῃ εἴρηται, ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου περαίνοντας ὕδατα πολλά, τίνες οἱ ἵπποι; τίνα τὰ ὕδατα; Παπρμιθεὺς εἶπεν, τὸ ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου περαίνοντας ὕδατα πολλά, ὅτι ἀνέτειλεν ἐπὶ ἀποστόλοις ὁ Κύριος τὸ τῷ οἰκουμένῃ κηρύξαι τὸ πίστιν, ἐκφήναντας ἔθνη, ἐσαλεύσαντας ἄρχοντας, ἐκπλήξαντας εἰς ὀργὴν βασιλεῖς. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἑρμηνία τῦ λόγου. Κυρὲ εἶπεν, ἐχαρτοποιήσας με τὴν ψυχήν, δέομαί σε πάλιν μῆ σωσχεῖ καρδίαν φθεγγόμενόν σοι· ἴδον τὸ ὁράμα τὴν νυκτὸς ἀπέρχομένου ἐπὶ ὁρωσί, ἔ ἔρδησεν ἴδιε ἐμὲ ἀνδρωποι λάχνεμοι, κατέχων ῥάβδον λαμπρὰν τὸ τῷ χερὶ αὐτοῦ· ἦν ἰδιώτης, ἔ ἴδε ἄνδρωπος μέλας, ἔχων καὶ αὐτὸς βακτηρίαν ἔ ἀντέσησε πρὸ ἐμοῦ ἐκέκαυτο πῦρ ἢ χαπνῦ πλησμονὴ ἐπεκάλεζεν αὐτῷ.

9 Καὶ ἐκτείνας ἡ χεῖρα ὁ μέλας ἐκεῖνος, περιεπτύξατό μοι, ἔ ἤμην τὸ μέσῳ τῦ καπνοῦ, καὶ ἐκυλίσατό με πάντα τὰ κακά μου, καὶ ἀνέστη ἀφ' ἐμοῦ ἐκεῖνος ὁ λαμπρὸς ἄνδρωπος, καὶ φωνὴ ἴδιδε ἐκ τῦ οὐρανοῦ, λέγουσα, ἐκπλάσσεται ἡ καρδία τῦ ἀνδρὸς, καὶ πάλιν ἐκανθήσει μετανοήσαντος. Ταῦτα ἴδων, ἀνατρὰς ἐπεφόβημαι. Τί ἄρα ἔσαι; ἀπάγγειλόν μοι. Παπρμιθεὺς εἶπεν, πάντα

iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, malitiam autem non odivit. Reſpondit Patermuthius; Hæc ita intelligenda ſunt. Habuit David filios & filias. Horum natu maximus Ammon, videns Thamar ſororem ſuam, impuro amore in ipſam exarſit, cujus cauſa morbum ſimulavit. Cumque eum parens conſolaturus inviſiſſet, rogavit Ammon, ne ſervorum quiſquam domum ingrederetur; Sed veniat, inquit, Thamar, ſoror mea, & ipſa miniſtrans, ſanabit corporis languorem. Filii poſtulatis annuit David, unde paulo poſt ingreſſa eſt Thamar doli neſcia, ut fratri ſerviret. Vix lecto appropinquarat, cum Ammon, apprehenſis ejus veſtibus, ad flagitium ſollicitavit. Cui illa: Abſit hoc, frater mi, non facias hoc peccatum magnum: provocabimus ad iracundiam Dominum Deum, & erit nobis mors. At ipſe vim faciens, inceſtum commiſit; & perpetrato ſcelere, concepto ſtatim in ipſam odio, e cubiculo ejiam ejecit. Atque idcirco dicitur iniquitatem meditatus E in cubili, malitiam autem non odiſſe.

7 Peritè admodum expoſuiſti omnia, mi Pater, *de Matthæi* ſed ſine tibi iterum moleſtus ſim. Dictum eſt in *9. 17.* Evangelio: Nemo mittit vinum novum io utres veteres, alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur.... ſed vinum novum in otres novos mittendum, & ambo conſervantur. Tum ieoior: Audi, fili: Vioum oovum eſt nova prædicatio adventus Chriſti. Utres veteres ſunt Hebræi. Utres novi, oos, ex gentibus combibentes novum donum præſentiæ Chriſti: ſicut dicitur, Vinum novum nemo mittit in utres veteres, alioquin rumpuntur utres. Ad hunc modum Caiphas, Dominum interrogans petebat; Dic nobis, ſi tu es filius Dei vivi; cui cum Dominus repoſuiſſet: Tu dixiſti: Caiphas non ſuſcipiens novum adventus Chriſti muſtum, ſcidit veſtimenta ſua, & hoc eſt propter quod dicitur uter vetus. Sic & Hebræi alii, non ſuſcipientes Chriſtum, inſtar veterum utrium ſciſſi ſunt. Nos vero amplectentes prædicationem adventus Chriſti, eam cuſtodivimus, & cuſtoditi ſumus, tamquam utres novi. Habes ieoſum Evangelii.

8 Honorande Pater, ait Copres, magnopere *de Habacuc* juvas & accendis me tuis inſtructionibus. Jam igi- *cap. 3.* tur ceſſes, inquit Patermuthius, & quæſtionibus tuis deſine de cetero me interpellare, ne cum multa interrogas, multom fortaſſe decipiaris. Cui Copres: Audi quæſitum hoc ultimum, ceſſabo im- F poſterum. Legitur in Habacuc Propheta: Miſiſti in mare equos tuos, turbantes aquas multas. Quinam equi illi, obſecro, quenam aquæ? Reſpondit ſenex: Intellige equos in mare miſſos, aquas multas turbantes, quando Dominus miſit io univerſum Apoſtolos, fidem prædicaturos; tunc nimirum, turbatæ Gentes, concuſſi Principes, moti ad iram Reges. Hæc loci illius explanatio. Ad hæc Copres: Magno me gaudio afficis, Pater optime: ſed aliud ſupereſt, quod anxie tibi exponam. Vidi in ſomnis cælos apertos & deſcendentem ad me virum, candidis veſtibus indotum, & ſplendidum baculum manu præferentem. Et dum hæc contemplabar; ecce vir alius niger ſeſe obtulit, habens & ipſe in manu baculum; ſed eum præcedebat ignis accenſus, & ingens fumi copia circumvolvebatur.

9 Et manus extendens niger ille, medium *Evolvitur ſe alium* me complexus eſt; eramque medio in fumo; *Copresi* & mala mea & peccata omnia me circum gyrabant. Abiit autem a me vir ille ſplendidus, & vox de cælo data eſt, dicens: Marceſcet hominis fructus; ſed immutatus rurſum reflorebit. His viſis, exurgens, turbatus ſum; dic; quid hoc erit? Patermuthius dixit: Ingravatione

A depravaberis & inſanies cor tuum: & recedes a Deo
ex Ms. vivo. Videſis, Dominum time, ne ſomnium te
comprehendat. Ecce enim in quæ tempora perve-
nerimus. Imperator quippe, legem Dei prævari-
catus, implacabilem perſecutionem in Oriente ex-
citavit contra Chriſtianos. Veniet tempus, quo &
nos quæramur. Sed vide, ut agas viriliter; ne in
tempore certaminis, obliviſcaris Domini Dei tui,
& fias in deriſum Beſial, & ludibrium idolorum.

προσῇ παραπαίσας καὶ χορτασθείσα σοῦ καρδία, ἡ D
ἀποστήσασα σὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ζῶντος. Ὅρα, φοβοῦ τὸν Κύριον,
ἵνα μὴ κάτωθεν καταλάβωμεν. ἰδοὺ γὰρ οἱ καιροὶ
κατέλαβαν· ὁ γὰρ βασιλεὺς ἔστω παραβὰς τὸν νόμον
τοῦ Θεοῦ, ἐκκαύσας ἔστω δεινὸν ὀργισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς
τοὺς Χριστιανούς· ἔξει ἡ καιρὸς καὶ ζητηθῆναι ἡμᾶς, ἀλλ'
ὅρα, ἀνδρίζου, μὴ σὲ φθάσῃ καιρὸς καὶ ἀγῶνος ἐνταλθῆναι κυ-
ρίῳ τῷ Θεῷ σου, καὶ γένῃ τοῦ Βελιὰλ γέλως, καὶ παλιγκο-
πῇ εἰδώλων.

CAPUT II.

Ex eremo abducti, Juliano ſiſtuntur; lapſus Copretis & reſipiſcentia; utriuſque cum milite Alexandro martyrium.

B

Deducuntur quidam ad Julianum,

HActenus Sancti in eremo degebant; ſed gen-
tiles aliqui illic habitantes, eos ad Julianum
detulerunt, quod eſſent duo Galilæi, & multos a-
verterent a deorum ſacrificiis. Hic itaque in Æ-
gyptum progreſſus, miſſis continuo militibus, illos
accerſivit. Ubi adventantium militum rumor ad
Patermuthium pervenit, diſcipulum paucis mo-
nuit: Ecce, fili, tempus certaminis, perſtemus
generoſe in fide. Venientes autem miſſi milites,
Sanctos ſtiterunt. Imperator ad ſe introductos in-
tuitus, Patermuthium interrogat; Quot ſunt anni
vitæ tuæ ſenex? Quo reſpondente, ſeptuaginta
quinque anni ſunt, ex quo boni & mali notitiam
habeo: converſus ad Copretem; Et tu, inquit, ju-
nior, dic quot ſint anni vitæ tuæ? Reſpondit illa:
Anni ſunt quinque & quadraginta, ex quo pedes
mei terram calcant. His auditis, ſenem abduci ju-
bet, ſervato Coprete, quem blanditiis ad deorum
ſacrificia invitavit; Agnoſce, inquiens, quod te
ætate præcedam & conſilio ſim maturior. Scito &
me olim Galilæi partes ſecutum, in humiliatione
fuiſſe. At poſtquam deorum immortalium cultui
me addixi, vides, quibus me donis cumulaverint,
divitiis, gloria, & dignitate ſuprema.

qui Copreti blanditias ſuggerit:

11 Suggero itaque tibi bonum conſilium, ut ſa-
crifices diis, eo pacto illuſtris futurus in meo pa-
latio. Tunc captus diabolica ſtaude Copres, ſubi-
to in pravum commutatus, quaſi mente captus,
Imperatori aſſenſus eſt, ac gaudio plenus; Bonum
C mihi, inquit, o Imperator, conſilium tuum; bo-
num mihi, quod natus ſim hodie, cum te reperi in-
ſignem viæ ducem. Julianiſta ſum impoſterum, non
Chriſtianus. Nunc ea corrigam, in quibus ante er-
ravi, diis immortalibus ſacrificia offerens. His Ju-
lianus vehementer delectatus, mortalium beatiſſi-
mum Copretem pronuntiat, quod deos immorta-
les agnoverit, vitam æternam ei daturos. Pergens
deinde miſer Copres, atque a Chriſto deficiens, ſa-
crificavit Apollini, diaboli cultum amplexus; unde
& Angeli ab eo receſſerunt, & dæmonibus præda
factus eſt. At poſtquam beatus Patermuthius co-
gnovit diſcipuli perfidiam, flexis genibus ita Do-
minum deprecatus eſt: Domine Deus meus, ne per-
mittas perire tranſgreſſorem mandatorum tuorum.
Recordare operum juventutis ejus, & ne repu-
dies, quem perverterunt blanditiæ Apoſtatæ:
quia opus tuum eſt miſereri, & ſervare opera
manuum tuarum.

Sed hic Patermuthii precatio.

12 Poſtera ab hinc die palam ſedens pro tribu-
nali Julianus, adſtante Coprete, ſerena facie, &
candidis veſtibus amicto, juſſit adduci & Pater-
muthium. Quem cum ingreſſum, ſubmiſſis quaſi
oculis, Copres eſſet intuitus, ad Julianum conver-

Ἐπὶ δυσὶ ἔτεσι σὺ ἐν ἐρήμῳ, εἰ ἢ ἄλλοι τινὲς ἦ
ἰδιῶται, διέβαλον αὐτὸν πρὸς Ἰουλιανόν, ὅτι εἰσὶν E
δύο Γαλιλαῖοι, καὶ πολλὰς ἀνατρέπουσιν ἀπὸ μὲν θεῶν
τοῦ θεοῦ. Θᾶττον δὲ ὡς ἤκουσε τὸν Ἰουλιανὸν τὰ μέρη τῆς
Αἰγύπτου, ἀποστέλλει στρατιώτας, μεταπέμπεται αὐτούς.
Ἐρχομένων δὲ αὐτῶν, παρῆν ὁ λόγος τῷ Κοπρῆ λέ-
γων, Τὸ καιρὸς ἀγῶνος, τέκνον γενναίως σὺ φρόνει-
σον. Ἐλθόντες δὲ οἱ πεμφθέντες στρατῶται, παρέστη-
σαν τῷ βασιλεῖ ἀνὴρ ἀγίους. Ὁ δὲ καλέσας αὐτὸς ἀ-
σχάλλων, ἔλεγε τῷ Πατερμοῦθι· Πόσα ἔτη σοι
ζωῆς ἐν πρεσβύτῃ; Ὁ δὲ ἄνερ, ἑβδομήκοντα πέντε
ἔτη εἰσίν, ἀφ' ἧς γινώσκω καλὸν καὶ πονηρόν. Καὶ
ἀναβλέψας πρὸς τὸν Κοπρῆν, λέγει· καὶ σὺ νεωτέρας
εἶναι φέρε ἔτη σοῦ ζωῆς ἐν. Ὁ δὲ ἄνερ, μὴ θαύ-
μαζε, ἀφ' ἧς ἐπαθόμην ἐν πάθημα μοι γλῶ. Λέγει ὁ βασιλεύς, ὡς ἐπιστο-
ἐκβαλεῖτε τὸν πρεσβύτην, καὶ ἐκτρεπόμενον τὸν νεανίσκον. δίσκα
Ἐκβληθέντος δὲ τοῦ γέροντος, ἤρξατο ὁ βασιλεὺς ἐπι-
στρέφειν τὸν Κοπρῆν, λέγων, Θέσει σοὶ τοῖς θεοῖς νε-
ανίσκε, γινώσκειν, ὅτι πρόγω σου τὸ ἡμέρᾳ, καὶ
γὰρ τοῦτο τοῦ Γαλιλαίου ὑπῆρχον, καὶ τὸ ταπεινοῦσθαι διέτριν, ἕως ἐπιστρεψάτω ἐπὶ μεγάλους
θεοὺς, ἅτε μοι δωρεὰν, δι παρέχειν μοι, πλοῦτον
καὶ δόξαν μεγάλην.

11 Συμβουλεύω οὖν σοι συμβουλίαν καλὴν, ἵνα F
θύσει τοῖς θεοῖς, ὅπερ ἔνδοξος ἐν τῷ ἐμῷ παλατίῳ.
Τῶν πλοκὴν ἐκ ἐβδελυκτῆς ἐπιτροπῆς ὁ Κοπρῆς,
μεταβληθεὶς εἰς ταχέως, καὶ ἀποδυσάμενος τοῦτον
σώματος, ἐκάθητο ὡς βασιλέως χάριν καὶ λόγων,
Καλὸν μοι ἡ συμβουλία σου, βασιλεῦ, ἀγαθόν μοι,
ὅτι ἐγνώσθην σήμερον, ἓ ὅτι ποτὲ σε καμπτὸν ὄθνε-
γόν· Ἰουλιανίστης εἰμὶ ἀλλοτὲ ἓ ἐκ εἰμὶ Χριστιανός,
ὅτα ἐσφάλλω τὸ πρόσπορ, τοῦ διορθώσωμαι, θύσας
τοῖς θεοῖς. Ἐχάρη ὁ βασιλεὺς καὶ ἔστω, Μακά-
ριος εἶ σὺ περὶ πάντα ἀνδρῶνα, διὰ ἔγνως ἐκεῖ
θεὸς ἐκεῖ ἡ αἰώνιον ζωὴ σοι παρεχομένη. Καὶ
μὴ πάλιν προσθεὶς ὁ φίλος Κοπρῆ, ἔθυσε τῷ
Ἀπόλλωνι, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιεπυ-
ίχετο ἡ διάβολον, ἄγγελοι ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ,
καὶ δαίμονες ἐχάρδια ἐν αὐτῷ. Γνοὺς ὁ μακάριος
Πατερμοῦθιος, ὅτι παρέλθεν ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ ὁ
Κοπρῆς, κλίνας τὰ γόνατα, προσηύξατο πρὸς Κύ-
ριον, λέγων. Κύριε ὁ Θεός μεδαμῶς ἀπολέσῃς ἡ
παραβάντα ἡ ἐντολὰς σε, μνήσθητι ἔργων νεότη-
τος αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀποστείλῃς, ὃς ἐσκόλιασεν ῥήμα-
σιν παρεσόμε, ὅτι ἔργον σόν ἐστι, τὰ ἔπλασε ἓ
σώζειν τὰ ἔργα ἡ χειρός σε.

12 Τῇ ἡ ἐπαύριον προκαθίσας ὁ βασιλεὺς ἐπὶ
τὸ βῆματος παρεστῶτος τοῦ Κοπρῆ λαμπρὸν πρεσ-
βύτην ἐν λιμπρὸς ἱματίοις, προσέταξεν εἰσαχθῆναι
ἡ Πατερμοῦθιον. Εἰσερχομένου ἡ ἁγίου γέροντος,
ὑποβλέψαντα αὐτὸν ὁ Κοπρῆς λέγει, ἔρχεται ὁ
γέρων

A γέρων ἐκεῖνος, ὁ ἐξ ἀρχῆς παραμυθούμενός με ἐν τῇ σωτηρίᾳ ταύτῃ. Καὶ ἰδοὺ ἔρχεται ὁ ἄγιος γέρων πρὸς τὸ βῆμα, λέγει ὁ Κοπρεὺς, πατὴρ Παπυμιθίε, ἰδοὺ σε ἀγαθύμουντα, ἢ σὺ γελᾷς; ἐγὼ τὸ λοιπὸν Ἰουλιανίστης εἰμί, ἢ οὐκ εἰμὶ Χριστιανός. Παπυμιθίου δὲ τοῦ γελοιάζοντος, ἐξῆλθε τοῦτο τοιοῦτον. Λέγει αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, μὴ κλαῖε, ἀλλὰ θῦσον καὶ σὺ τοῖς θεοῖς, καὶ χάρηθι ἅμα Κοπρεῖ. Ὁ ἅγιος γέρων ἄντε, καὶ χαρὰ ἐγένετο ὁ πρεσβυτέρῳ, κεῖται ἀνάπαυσιν ἔσχε· οὐκέτι χαίρει τοῦ, οὐ γὰρ μέλλει κλαύσεσθαι. Ἐγὼ δὲ πλείονα τοῦ, καὶ οὐ μέλλω ἀγαθύνεσθαι· ἐγὼ γὰρ ἀρτίως ἐνδύσομαι τὰ λαμπρὰ ἱμάτιά μου, ἢ οὐ μέλλω γυμνὸς ὑπάρχειν. Ἐγὼ γυμνὸς τοῦ σώματος, ἢ οὐ μέλλω εὐθέως ἐνδύσασθαι Πνεῦμα ἅγιον. Νῦν ἐστι χορταζόμενος, καὶ οὐ μέλλω πεινᾶσαι. Ἐγὼ δὲ νῦν κλαίομαι, καὶ οὐ μέλλω χορτασθήσομαι. Νῦν ἐστι βασιλεὺς ἀνόμως παρέστηκε, ἢ οὐ μέλλει ὑπὸ τὸ μεγάλου βασιλέως κρίνεσθαι κεφάλαιον. Νῦν ἐστι βασιλεὺς φθαρτὸν χορηγεῖ, οὐ τὸ μέλλει ὁ χορὸς τοῦ γέλωτος. Νῦν B ἐστὶ ἐπαίνοις ἀνθρωπίνοις ἐπαίρεται, ἢ οὐ μέλλει ὀργὴ Θεοῦ ἐπανίστασθαι.

13 Ταῦτα οὖν, ἐμβλέψας εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Κοπρέως, λέγει, ναί σοι, ἄθλιε Κοπρέ, ἢ νοῦ δαίμονες χορεύουσι τὸ σοι. Ἰδοὺ γὰρ ἄγγελοι ἀνίστησαί, ἢ δαίμονες ἀπαντᾶσθαι, Θεοῦ ἐγκυμόνδες, εὐδυνάμενόν τε καὶ διάβολον, ἀλήθειαν ἐλθεῖσαν, ἢ ψεῦδος ἀπολωλεκέναι διὰ κενῆς ἐδράμες. Μνήσθητι, ἄθλιε, ἔργων σώματός σε, ἢ παῦσαι παραβαίνων τὰ ἐντολὰ τοῦ Θεοῦ. Δεῦρο πρός με, ὦ τέκνον, ἀγάπησον τὸν Θεόν, ἵνα σε περιπτύξηται· εἰ δὲ ἀσέβησας, μετάνοησον, ἵνα μετανοήσῃ σε ὁ Δεσπότης ἐνδυμα λάβοις. Ταῦτα ἢ πλείονα αὐτοῦ ἀρυσάτου τοῦ Λίγιν μὴ ἐβαρύνου, εἶπεν ὁ Κοπρεὺς λέγω, οἴμοι οἴμοι, πάτερ, ἐ ἀναζωπυρήσας τὰ πνεύματα, ἀνέβλεψε πρὸς τὸ ἱμάτιον, ἢ ἔκλαυσε. Κύριε ὁ ἐμὶ Ἰουλιανὸς, ἀλλὰ Χριστιανός, ἡμάρτηκα Κύριε, παρέβλε τὰ ἐντολά σου, ἀσέβησα, ἐλοίμισα, ἐ τὸ πονηρόν τὰ ἐποίησα. σὺ ἐπίσταμαι, ἐὰ οὖν γνωσθῶ ὅτι σὺ ἐγκαλέσωμαι, ἐπ' ἐλέους μοι ἡ παραβάσα, ἢ γενόμενον ξύλον ξηρὸν, ἢ οὐ καρπὸν ἐξίστασο, ἢ τὰ φύλλα ἐμαράνθη.

14 Ἐλεήσόν με Κύριε ἡ ζεῖον γενόμενος ἡ σὸν ἐντολὸν, ὅτι ῥήματα πίονων ἐκαμψάν με καὶ κατῳκίς φθαῖλο καπνίσταί με, ἰοὺ ἐσεισάσθη ἐπ' ἐμὲ C ὁ δόλιος ἔφι, ἢ ἐγκαλέσαντό ἐπ' ἐμὲ χορεὶ δαιμόνων, ἀστέρες οὐρανὸ ἐδονήθησαν, ἢ ὁ ἥλιος ἐξέστη τὸ τῇ ἐμῇ παραβάσι, ἐσαλεύθησαν ἀραὶ τὰ ἔ ἡ γῆ, ὅτι ἠρνησάμην ἡ τοιοῦτο Κύριον, ἐ σχιδὸν πάντα τὰ στοιχεῖα ἐξεπλάγησαν ἐπὶ τῇ ἐμῇ παραβάσι ἡ ἀρνήσει. Καὶ οὐ δυνάμαι ἡμὲ ἀρνῶν ἀποδράσαί μοι τῇ μετανοίᾳ, ἅτινι ἐλεήσῃ με Κύριος. Κλαύσατε ἐπ' ἐμὲ πάντες ἀνθρωποι ἡ ἐκτείσατε τὸ Θεῷ, ἐ γενόμενοι γέλως δαιμόνων. Στενάξατε ἐπ' ἐμὲ πάντα δίκαιοι, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος, ἐ ἐσβέσθη ἐπ' ἐμοὶ τὸ καλὸν ἡ τίστις. Τίς ἀρα, εἶδε, ἡ ἐλεήσει με Κύριος ὁ Θεός μου μετανοοῦντα; Δραπέτης ἡ αὐτὸ, ἀποδρᾶσι καὶ ὁ μέγας Παπυμιθίος, Παῦσαι ἡ οἱ παρόντες Χριστιανοὶ ἐδάκρυον ἐπὶ τῷ στεναγμῷ τὸ Κοπρέ· ὁ ἡ Κοπρὶς ἐπιστραφὶς, εἶπεν, δι' ὃ αἴτιον ἐφάνησάς με διάβολος φθαῖ ἔτι ἐνόησας κατ' ἐμὲ παρεύρεμα, ἀνελάμβανέ σε ἡ γενὸν δόξαν, ἢ ἐδικάς μοι. Ἐγὼ ἡ ἐλπίζε ἀνολαβεῖν ἡ χάριν, ἢ ἀπώλεσα. Θεὸς γὰρ ἐὸ ἀγαθὸς, πιστὸν, ἢ πείθομαι μὲ ὡς τὸν ἡμᾶς μισθὸν αὐτὸ, ἢ σώσει με.

15 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰουλιανὸς ἐταράχθη, καὶ εἶπεν, γοργόθητα ἐσχάρα, καὶ ὑποκαύσθα ἰκανῶς, ἵνα οἱ αὐτὸ καυθῶσιν οἱ παράνομοι ἔτοι. Κοπρὶ εἶπεν, καλὸς βασιλεὺς, ἔκλαυσε με τὸν D fus: En adeſt ſenex ille dux meus, qui impedivit me, ne hanc viam ſaluris ingrederer. Illi autem jam ad tribunal appropinquanti, dixit Coprea: Quid eſt, Patermuthi, vides me exultantem, & tu luges? Jam ego Julianiſta ſum, & non Chriſtianus. Cui Patermuthius: Video te ridentem, & idcireo lugeo. Tum Julianus; Ne lugeas, inquit, ſed ſacrifica & tu diis, & gaude cum Coprete. Repoluit ſanctus ſenex: Gaudium ipſius temporarium, terrena poſſeſſio eſt. Ipſe lætatur nunc, in futurum triſtaturus: ego autem ploro nunc, in futurum gavilurus. Ipſe jam gloriatur, ſplendidis ornatus veſtibus: ſed poſtmodum pudore luffundetur, ad nuditatem redactus; ego vero jam corpore nudus ſum, ſed tunc fiet, ut induar Spiritu ſancto. Nunc hic ſaturatur, & poſtea eſurier: ego nunc famem patior, in æternum ſaturandus. Hic modo Regi impio aſſiſtit, & poſtea a magno Rege legitime judicabitur: nunc ille Regi corruptibili chorum inſtituit, deinde in inferno tripudium acturus: nunc in laudibus humanis, E tamquam irritamentis fulcitur, ſubjiciendus poſtea divinæ vindictæ.

13 Interea Copretem aſpiciens; Væ tibi, *ſolli miſeræ* miſer, quod dæmones de te chorum ducant. Ecce enim Angelos deſerena, & dæmones attraxiſti, & orbatus Dei gratia, diabolum induiſti. Veritatem fefelliſti, fruſtra adhærens mendacio. Memento, miſer, operum juventutis tuæ, & deſine tranſgredi mandatum Dei. Huc adeſdum ad me, o fili; ama Deum, ut te complectatur: in quem fuiſti impius, jam ſis pius, ut reſipiſcens, pietatis indumentum recipias. Hæc & id genus plura dicente Sancto cum lacrymia, ingemuit Copres: Hei mihi, hei mihi, Pater! Et novo ſpiritu excitatus, ſuſpexit in cælum, dicens; Domine non ſum Julianiſta, ſed Chriſtianus. Peccavi, Domine, violavi mandatum tuum; impius fui, iniquus fui, & malum in conſpectu tuo egi. In hoc, precor, pateat bonitas tua, quod miſereariſ mei tranſgreſſoria, tamquam aridi ligni, unde fructus nullus decerpitur, ſed flaccida folia decidunt.

14 Miſerere mei Domine perfidi prævaricatoris, quia verba impiorum inflexerunt me, & a- F *ab apoſtaſia reſipiſcit,* ſtutia diaboli demerſit me. Sibilavit ſuper me doloſus ſerpens, & gaviſi ſunt ſuper me dæmonum chori. Stellæ cæli motæ ſunt, & obſtupuit ſol, apoſtaſiæ meæ teſtis. Concuſſa ſunt cælum & terra, cum abnegavi creatorem Dominum; & propter lapſum meum, perculſa ſunt propemodum elementa omnia. Nunc poteſtatea cælorum, reſipiſcenti mihi ſuccurrite, ſi quando miſereatur mei Dominus. Flete ſuper me homines omnes, quoniam a Deo excidi & factus ſum ludibrium dæmonum. Ingemiſcite ſuper me juſti, quod me torve aſpexerit ſol, & deturpata ſit a me pulchritudo fidei. Quis ſcit, ſi miſereatur mei pœnitentis Dominus Deus meus? Illo vero lamentante, planxit & magnus Patermuthius: omnes autem Chriſtiani præſentes lacrymabantur propter gemitum Copretis. Hic ergo converſus, dixit: Quam ob cauſam me decepiſti diabole? Quare ſic ſibilaſti poſt me impie? Recipe terrenam tuam gloriam, quam dediſti mihi. Ego jam ſpero recipere gratiam, quam perdidi; Deus enim bonus eſt; confido fore, ut me faciat ſicut unum de mercenariis ſuis, & ſalvet me.

15 Hæc audiens Julianus turbatus eſt, & *& cum Patermuthio ſe ignem conjicit;* ignem exſtrui præcepit & ſufficienter accendi, ut comburerentur impii illi. Ad quem Copres intrepidus; Optime, inquit, o Imperator,

exure

ex ms. exure mihi linguam, per quam nefanda prolocutus sum. Scinde carnes, seca nervos, confringe mihi ossa, ut per plures cruciatus apostasia mea eluatur. Tunc iussit ignitam forcipem linguæ ejus admoveri. Quo tormento prope exanimatus Copres, sanctum Senem invocans, ora pro me, Pater, inquit, quia deficio in hoc cruciatu. Beatus vero Patermuthius eum confortans, Sustine ait, o fili, Christus tibi auxiliabitur. Vix ea protulerat, cum statim forceps frigefacta est. At Julianus ambos actutum focum iussit conscendere. Quo dum pergerent, succensum ignem videns Copres, exterritus horrere cœpit & multum angustiari; dixitque Patermuthio; Magister, Deus pro me deprecare, quia vehementer formido.

Sed illoſ ſyrmonem.

16 Contra Senex: Ne paveas, fili; memento a puero conversationis tuæ. Memoria repete, quod ex tota mente tua invocabas Dominum, cujus auxilia toties expertus es. Nunc etiam invocemus Dominum nostrum Jesum Christum, & servabit nos ex omni afflictione. Oraverunt itaque ambo simul, dicentes: Domine Deus, ostende & in nos peccatores potentiam tuam; sicut erga tres sanctos tuos pueros; & libera nos ex flammarum minis, ostendens tyranno illi idololatræ, quod tu sis solus Deus in cælo & in terra, qui regnas in secula seculorum. Sic orantes benedixerunt foco: & continuo misit Dominus Angelum, qui flammam cohibuit, adeo ut illos non tetigerit: quapropter Deum indesinenter glorificaverunt. Advertens autem sanguivorus Julianus, quod ignis quodammodo frigescens Sanctis non nocuisset; eos iade extrahi, fornacem accendi, atque in illam Martyres conjici præcepit.

Hic vilis converſus Alexander,

17 Interea militum unus, nomine Alexander, ad Copretem accedens, sic eum affatur: Miser, prius sacrificasti diis, & nunc ipsis obedire renuis. Sacrifica ut ferveris. Cui Copres: Tam grande est peccatum meum; ut oblivione deleri nequeat. Si enim congregaretur aqua maris, & omnes fluvii, & scaturigines fontium, ad lavandas sordes peccati mei non sufficerent. Verum Rex meus Dominus remittet mihi pro sua bonitate. Dixit Alexander: Vellem & ego Regi illi militare. Si vis, inquit Copres, nihil est quod impediat: nam exercitum colligit absque invidia. Converte ex impietate animam tuam ad pietatem, ex injustitia ad justitiam: egredere ex iniquitate ad æquitatem, ut impius impium convertat, & ita simul salutem reportemus: sicut scriptum est, Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. Credens igitur & Alexander, lætabatur cum ipsis. Quibus magis irritatus Julianus, jussit Sanctos projici in caminum ignis. Quos cum abduci ceraeret Alexander, secutus est, dicens: Ibo & ego vobiscum Beati. Dicit ipsi Copres, apprehende sinistra manu manum sancti Senis.

In caminum ignis pleni de ingreditur:

18 Itaque inter Sanctos medius, amborum manus tenens, exclamavit: Continent me dno Patres, & ego sum in medio ipsorum; confidensque eorum precibus, non verebor ingredi caminum ignis. Atque iterum Sanctos compellans, rogavit, ut subsisterent; Nam si vadam vobiscum in foraacem, inquit, propter vos ignis vi sua privabitur, & quæ mihi iade utilitas? Si enim propter vos me ignis non tetigerit, dicam quod nihil sum. Sed state hic & progrediar ego solus in caminum: & si servatus fuero, tuac cognoscam, quod vocavit

φλόγωσον, εἴ δε καὶ φοβῆκε ἐμελήσατο. Τέμνε σάρκας, νεῦρα κόπτε τέμνε, σωθῆναί με καὶ ὀστᾶ, ὅπως διὰ πλείονων βασάνων ἡ παράβασίς μου διορθώσωμαι. Τότε ἐκέλευσεν ἐξυπαβλῆ πυρωμένην προσφέρεσθαι τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κωπρὲς εἰ τοιούτῳ βασάνῳ ἐξιστάμενος, ἔλεγεν τῷ ἁγίῳ γέροντι, πρόσεχέ μοι, πάτερ, ὅτι κάμνω εἰ τῷ βασάνῳ· ὁ δὲ μακάριος Πατερμούθιος ἔλεγεν, ὑπόμεινον, ὦ τέκνον, ὁ Χριστὸς σοι βοηθήσει, μὴ ὀλίγα δὲ λέγων ὁ ἐξυπαβλῆ ἐψυχορράϊζεν. Καὶ ὁ βασιλικὸς ἐκέλευσεν ἐνεβῆναι ἐπὶ Ἀγίοις ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ. Ἀναπτόντων δὲ ἀυτῶν ἐπιβάντων, ἐκέλευσεν ὁ Κωπρὲς, ἐδὼν τὴν ἐσχάραν φλογοῦσθαι ὅσον, μὴ ἀνόμοιόν γένωνται, ἔλεγεν τῷ Πατερμούθιῳ, βοήθησόν μοι, ὅτι ἐκκλίνω σφόδρα.

16 Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, Μὴ δειλιᾶσε, τέκνον, μνήσθητι ἐκπαιδεύσεώς σου, μνημόνευσον, ὅτι ἀπὸ ὅλης σου ἰσχύος σε ἐπεκαλοῦ τὸν Κύριον, πολλοὺς πειρασθέντα, καὶ ἐβοήθη σοι, καὶ νῦν ἐπικαλεσώμεθα τὸν Κύριον ἡμῶν τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ῥύσεται ἡμᾶς ἐκ πάσης ἀνάγκης, μὴ προσλάξωσιν ἁμαρτίαν ἡμᾶς λέγοντες, Κύριε ὁ Θεὸς δεῖξον ἐν οἷς ὑμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐδυνάμεις σου, οἷς ἐνεῖ τῷ ἁγίῳ σου τριῶν παίδων, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ τοῦ φοβεροῦ πυρός, μὴ δόξῃ αὐτῷ τῷ ἰδόλῳ τυράννῳ, ὅτι σὺ εἶ μόνος Θεὸς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ βασιλεύεις εἰς τοὺς αἰῶνας καὶ αἰώνων· Καὶ εὐξάμενοι, ἐσίβησαν τῇ ἐσχάρᾳ. μὴ Κύριος ἀπέστειλεν ἄγγελον, καὶ ἐκλείσασε τὴν φλόγα, καὶ ἐκ ἔλαιο ἀυτῷ. Καὶ εἰ δὲ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἀβλαβέντες· γνοὺς ὁ ἀμοβίρος Ἰουλιανὸς, ὅτι ἐψυχράϊζε ἡ ἐσχάρα, μὴ ἐκ ἐνεργάσασε αὐτῷ, ἐκέλευσεν καπνοεκδόκας ἀνὰ μέσ᾽ ἐσχάρας, καὶ προσέταξε καῦσαι κάμινον, ἐπὶ ἐμβληθῆναι εἰς Ἁγίους.

17 Τῶν προσέρχεται εἷς τῶν στρατιωτῶν, ὀνόματι Ἀλέξανδρος, καὶ λέγει τῷ Κωπρῇ, πολλάκις πρότερον πείθωμαι σοὶ λέγειν, καὶ νῦν ὑπείκων αὐτοῖς ἐ θέλεις θῦσαι ἵνα σωθῇς. Κωπρὲς εἶπεν, ὦ πρεσβύτερ μου ἁμάρτημα λίαν ὑπερβολῆς. Εἰ γὰρ συναχθείη τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης, καὶ πάντες οἱ ποταμοὶ, καὶ αἱ βρύσεις τῶν πηγῶν ἀπονιπτῆναι τὸν ῥύπον τῆς ἁμαρτίας μου ἐκ ἱκανώσει, ἀλλ᾽ ὁ βασιλεύς μου ὁ Κύριος ἀπείπων συγχώρησέ μοι τῷ ἰδίῳ ἐλέει. Λέγει ὁ Ἀλέξανδρος, ἔθελον κἀγὼ τῷ βασιλεῖ ἐκείνῳ στρατεύεσθαι. Κωπρὲς εἶπεν, εἰ θέλεις, ἔξεστί σοι· ἐ γὰρ στρατολογεῖ φόβον, ἀνέτερος ἐξ ἀναβάσεως τοῦ ἰδίου ἀγροῦ, ἐπίστρεψον τὴν ψυχήν σου ἀπὸ ἀσεβείας εἰς δικαιοσύνην, ἔξελθε ἐκ παρανόμων, ἀναλαβὲ σε παρὰ δίκην, ἵνα ἀσεβῆς ἀσεβῆ ἀνατρέψῃ, ἵνα κοινῇ τὴν σωτηρίαν κομισώμεθα, καθὰς γέγραπται, Διδάξω σέβεσθαι τὰς ὁδὰς σου, καὶ ἀσεβῆς ἐπὶ σε ἐπιστρέψουσι. Πεισθεὶς δὲ ἐ ὁ Ἀλέξανδρος, ἐχάρη σὺν ἀυτοῖς. Γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ τύραννος, ἐκέλευσεν βληθῆναι ἀυτὸν εἰς τὸ κάμινον τοῦ πυρός. Ἀναγομένων δὲ ἀυτῶν, ἀκολούθει καὶ ὁ Ἀλέξανδρος λέγων, παρέρχομαι κἀγὼ σὺν ὑμῖν μακάριοι. Λέγει αὐτῷ ὁ Κωπρὲς, κράτησον τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν χεῖρα τοῦ ἁγίου γέροντος.

18 Καὶ κατασχὼν τὰς χεῖρας τῶν δύο, λέγει κατέχεσθέ μου δύο πατέρες, κἀγὼ νῦν μέσος αὐτῶν, καὶ θάῤῥων ταῖς δεήσεσιν αὐτῶν, ὁ φοβηθήσομαι εἰσελθεῖν εἰς τὸ κάμινον τοῦ πυρός· καὶ πρόειμι, ἵνα σὺν τοῖς Ἁγίοις, δέομαι ὑμῶν, ἵνα παραμείνω μεθ᾽ ὑμῶν εἰς τὸ κάμινον, δι᾽ ὑμᾶς κοινώσω τῷ πῦρ, ἔ ἐμοί τι τῷ ὄφελος; ἐνὶ γὰρ δι᾽ ὑμᾶς μὴ ἅψηταί μου τὸ πῦρ, ἀρκνμαι λέγειν, ὅτι εἰμὶ οὐδέν· ἀλλὰ σὺν ὑμῖνδε, ἔ παρέσομαι μόνος εἰς τὸ κάμινον, μὴ ἐνὶ σῴσωμαι, ἵνα προσκέκλυταί μοι ὁ Θεὸς. Ὁ

γέρων

A ἡγεμὼν λέγει· τίνος ἐκγονίου, σοφέ, ὁ Κύριος ἡμῶν μετὰ σοῦ. Ἐγγίσαι ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ἰδὼν φοβερὰν τὴ φλόγα τὴ καμίνου, εἶπεν τῷ Κυρίῳ, λέγων, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ τῶν ἐλεημοσυνῶν καλέσαντός με μετανοίαν, γινώσκω ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν ὁμολογῶ, ἀλλὰ θαρρῶν ἐπὶ τῇ σῇ δωρεᾷ, εἰσέρχομαι ἐπὶ μέσον τὴ καμίνου, καὶ πεποιθὼς, πάντων ἐρύσῃ. Οἱ δὲ Ἅγιοι ἔμενον ἐκεῖ ἀνὰ ἑκατόν· ὁ δὲ μακάριος Ἀλέξανδρος ἔλεγεν, λέγων, Εὐχαριστῶ σοι, κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστέ, ὃν ἠξίωσάς με διὰ τῆς Ἁγίων σου ὁμολογίας ταύτης, γινώσκω δὲ, ὅτι οὐκ ἐν δίκῃ οὐκ ἤλπισά με τῷ πῦρ, ἀλλ' ὡς ἁμαρτωλὸς ἐφείσω μοι, πλὴν ἵνα προφάσεως ὑπάρχῃ ἐξωτερῶν, καπεξάσῃ με εἰ τῷ πίνει σε πλανοδίᾳ. Καὶ δὴ ἐλθόμενος ἐκεῖ, ἀπέδωκεν τὸ πρόσωπον τῷ ψυχῷ ἐκεῖ μέσον τὴ καμίνου.

19 Εἰσελθόντων δὲ τῶν Ἁγίων εἰς τὸ κάμινον τοῦ πυρὸς, βλέπουσιν τὸν μακάριον Ἀλέξανδρον κα- B λοδείσα, κάμινον τὸ τῷ καμίνῳ ἄβλαβῆ, τὸ μὲν δὲ εὐωδίαν ἐλογιζόμενα, ἀνθίσιν δὲ ἐκπέμπουσα, ὅτε δὲ μὴ ἐκεῖ ἦσθον περιεστῶτες ἐκπέμπουσα, οἱ μὲν ἐκκαυσθέντες πᾶσι. Ὡς δὲ οὐκ ἤλπιστο τῷ Ἁγίων τὸ πῦρ, ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς ἐκκαυσθῆναι ἔξω τοὺς Ἁγίους, ἅμα δὲ καὶ τὸ σῶμα τῷ μακαρίῳ Ἀλεξάνδρου. Ὀσφρανθεὶς δὲ ὁ ἀνόσιος, ἐξ διασάμενος ἵνα μὴ ἐκκαίσωσιν αὐτῷ τὸ πῦρ, ἀλλὰ, ὄντως μέγας ὑπάρχει ὁ Χριστὸς· Καὶ νῦν πείσει ἡμέρας προσκαλεσάμενος ἔφη Ἁγίοις, ἤρξατο ἀναπείθειν αὐτοὺς, λέγων, Δύσασθε τοὺς θεοὺς, καὶ ἀναλόγους ἢ μισθοὺς ὑμῖν ἀποδώσουσιν. Ὁ δὲ μακάριος Παπεμμίθιος εἶπεν τῷ βασιλεῖ, ἀνθ' ὧν ἐκ ἐδόξασεν ἡμᾶς Θεὸν, ἀπωλείας εἰς πόλεμον, καὶ σωφρονεῖς ἐξ συμπλακεῖς ἐτοιμάσῃ, κἀκεῖ ἀπολαμβάνῃ, καὶ ὁ μὴ ἴδῃ ἵνα τὸν Ῥωμαίων γῆν.

20 Τότε ἀγανακτήσας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι τῷ ξίφει ἀποκτανθῆναι. Ἐκβληθέντων δὲ τῶν Ἁγίων ἐκ τῆς πόλεως, ἐστὶ τῷ πεπλανῆσθαι, ῥυτὴ ἐκκόπη λίμνου, ἔδρα Παπεμμίθιος ὁ ἐξ ἀρχῆς ἀναστήσας εὐθέως μὲ, ἀνακαμψον ἐκεῖ κάτω σὺ, ἀφίσω δὲ καὶ Κυπρίδι σε τῷ ἀμέρᾳ· ἔδεσε λοιπὸν καὶ ἀπαντήσῃ· καὶ ἀναστήσαντες τῷ Κυρίῳ, ἐπλησθήσεσαν ἡμῶν τῷ ξίφους μηνὶ Δεκεμβρίῳ δεκάτῃ, καὶ ἀνέλαβον τὸ στέφανον παρὰ Κυρίου. Ἐστεφανώθησαν δὲ οἱ ἅγιοι μάρτυρες Παπεμμίθιος ὁ Κυπρίδι καὶ Ἀλέξανδρος βασιλεύοντος Ἰουλιανοῦ τῷ παραβάντος ἐπὶ γῆς βασιλείαν, ἐν δὲ ἡμᾶς βασιλεύοντος τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, μεθ' ᾧ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος, προσκύνησις, μεγαλοπρέπεια, καὶ μεγαλωσύνη, καὶ ἐξουσία, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

me Deus. Ad quæ Senex: Fideliter cogitasti; perge: Dominus erit tecum. Appropinquans Alexander, videnſque terribilem fornacis flammam, ſic Dominum deprecatus eſt: Domine Deus, qui etiam peccatores vocas ad pœnitentiam, me peccatorem ſcio, ſed potentia tua fretus, fornacem ſubeo; ſtatimque medio in igne ambulavit, omnibus inſpectantibus, Sanctiſque interim pro ipſo inſtantiſſime orantibus. Ipſe vero beatus Alexander orabat, dicens: Gratias ago tibi, Domine mi Jeſu Chriſte, quia dignum me cenſuiſti per Sanctos tuos hac confeſſione; agnoſco enim, quod, eum juſtus non ſim, ignis me non tetigerit, ſed velut peccatori mihi pepercerit: ceterum quia propoſitorum æſtimator es, fac me dignum in tua fide conſummari. Inter hujuſmodi precationes, in pace animam reddidit in medio camino.

19 Ingreſſi etiam Sancti, vident beatum Alexandrum jacentem in camino innoxium, a flammis intactum, ſuavi odore fragrantem, adeo ut in foris circumſtantes emitteretur, velut effuſum unguentum. Julianus vero, animadvertens Sanctos ab igne non lædi, eos juſſit extrahi ſimul cum corpore beati Alexandri. Deinde ſuaveolentiam olfaciens, & ignis in Sanctos impotentiam perſpiciens, Chriſti virtutem profiteri coactus eſt. Elapſis interim diebus quinque, Imperator vocatos denuo ad ſe Martyres, cœpit de novo ad apoſtaſiam cogere, dicens: Sacrificate diis, & liberos vos dimittam a reliquis ſuppliciis, quæ vos manent. Reſpondit ei Patermuthius: Et quare tu Deum non glorificaſti? Ad bellum properabis, in quo cum hoſte confligens & manus conſerens, ſuperaberis, illic morieris, & non videbis amplius terram Romanam.

20 Tunc indignatus Julianus, juſſit ipſos per gladium ultimo ſupplicio affici. Ejectis autem Sanctis ex civitate ad conſummandum martyrium, vox audita eſt, dicens: Huc ades, Patermuthi, a principio placens, in conſpectu meo; accipe præmium laborum tuorum. Remittam autem & propter te Copreti peccatum ſuum. Adeſte & æternis gaudiis cumulamini. Interim gratias agentes, gladio obtruncati ſunt, menſis Decembris decima, & receperunt coronam a Domino. Itaque glorioſo fine occubuere ſancti Martyres Patermuthius, Copres & Alexander, imperante Juliano Apoſtata ſuper terram, in cœlis vero regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui cum Patre & Spiritu ſancto, gloria, honor, poteſtas, adoratio, majeſtas, magnificentia, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

ex MS.

illi vero

gladio obtruncati ſunt.

DE S. FELICE EPISC. ET CONFESS. GENUÆ IN LIGURIA.

Notitia ex Ferrario.

SEC. IV.

In confuſa Epp. Genuenſium ſerie,

Auguſtinus Juſtinianus epiſcopus Nobienſis in Annalibus Genuenſibus, Italice editis an. 1537, pauca de primis iſtius urbis Epiſcopis & valde confuſe tradit fol. 25, ſolos octo nominatim exprimens, qui ante Theodulfum, ſeu ante ſeculum X. eam epiſcopalem adminiſtraverint. Hos inter quatuor Sanctis adſcriptos memorat, nempe Valentinum, Felicem, Syrum & Romulum; *at neque horum, neque aliorum quatuor ætates definiri poſſe, aperte fatetur; ut non videam, quo fundamento dicere potuerit Jacobus de Voragine apud Ferrarium in annotatione*, S. Felicem vixiſſe circa annum Domini CXL. *Addit Ferrarius*, indubitatum eſſe, S. Syrum ante Gregorii Magni tempora vixiſſe, *quandoquidem* is lib. 4. Dialog. cap. 53. eccleſiæ S. Syri Genuæ meminerit, *unde conſequens eſt*, *etiam*

I. B. S.

A *etiam* S. Felicem, *alterius inſtitutorem, S. Gregorio Magno ſeniorem fuiſſe, quod Juſtinianus falſum eſſe ait, cum Gregorius ſanctam illum Syrum, non* Epiſcopum *ſed* Martyrem *appellet, dum Valentinum aliquem, ſacro loco indignum, Genuæ ſepultum aſſerit* in eccleſia beati martyris Syri, *quiſquis demum Syrus ille fuerit, Sed de ea difficultate a Papebrochio pridem actum eſt ad* XXIX. *Junii, tomo* 5. *num.* 11. *pag.* 480. *ubi etiam num.* 9. *ex S. Syri ætate colliges,* S. Felicem *ſpectare ad Sec.* IV.

Auct. J. B. S.

datur hujus elogii ex Ferrario,

2 *Cæteras ad primos iſtos Epiſcopos Genuenſes ſpectantia ibidem utcumque explicata invenies, Epiſcopatus durationi, ſi epitaphio infra exhibendo credimus, ad annos* XX. *extendenda eſt; dicendumque,* S. Felicem, *dum e vita migraret, ſeptuagenarium fuiſſe. Ex pauciſſimis, quæ Genuæ ſuperſunt, monumentis breve elogium concinnavit Ferrarius*: Felix Genuæ natus, in ſacriſque litteris & moribus eruditus, ac a S. Valentino epiſcopo ſacris initiatus, illi vita functo, ob ejus præclaras animi dotes, in epiſcopali ſede ſubrogatur. Ejus ſanctitas miraculis comprobata creditur; nam inter alia, cum is ſacra Miſſæ myſteria celebraret,

B flamma de cælo ſuper caput illius rutilans deſcendit, in qua Chriſti Domini manus, ſuper hoſtiam jam ſacratam radians, a S. Syro viſa perhibetur, S. Syrum, qui ſibi in epiſcopatu ſucceſſit, erudivit, qui ſe diſcipulum tanto magiſtro dignum exhibuit. Felix denique piis laboribus ſenioque confectus, cum annum LXX. ætatis ageret, ad præmium in cælos evolavit VII. Idus Julii. D

3 *Non diffitebor, paulo plura, ſaltem multo pluribus verbis de* S. Felice *memorari in Sanctuario Genuenſi Mariani de Grimaldis, Genuæ edito anno* 1613. *tum Italice ampliſicata a pag.* 142. *tum Latine magis contracta in lectionibus Officii eccleſiaſtici, quo ejus memoria hoc die celebratur ſub ritu duplicis majoris, pag.* 22. *verum ea omnia, quantum quidem ad veram rerum ſubſtantiam pertinent, jam dictis nihil ſuperaddunt, quod hic abunde propoſitum non ſit. Sextum ordine numerari poſſe* S. Felicem *in Epiſcoporum ſerie, admittit Papebrochius, loco ſupra citato.* Sepultus eſt, *inquit Ughellus*, in eccleſia duodecim Apoſtolorum, quam poſtea de nomine, ut dictum eſt, S. Syri placuit appellare, *ubi anno* MCCLXXXIII. *ejus* ſacras reliquias repererunt cum hac inſcriptione, *ſeu epitaphio*: Hic requieſcit ſanctus Felix, epiſcopus Januenſis, qui vixit annis LXX. rexit epiſcopatum XX. receſſit VII. Idus Julii. *De S. Syro ejuſque eccleſia, jam dixi, videndum Papebrochium. De cætero* S. Felix *veteſtioribus omnibus Martyrologiis ante Ferrarii* E *Catalogum ignotus fuit, cur Romano, æque ac S. Syrus adſcriptus non fuerit, habes ſub principium ejus commentarii.*

vel ex aliis una quidquam eſſit poteſt.

DE S. PAULO EPISCOPO

APUD SENONES IN GALLIA.

J. B. S. Notitia ex Martyrologiis & Breviario Senonenſi.

CIRCA AN. DC. XXX. DE *hujus* S. Pauli *illuſtri fratre & in eadem ſede deceſſore,* S. Heraclio, *actum eſt ad* VIII. *Junii, quamquam in Breviario Senonenſi memoria ejus feſtive recolatur hoc die, ut in Prætermiſſis ſupra annotavimus. Secutus ibi eſt Henſchenius Martyrologia, eo die* S. Heraclium *ſignantia, quemadmodum hic modo referimus* S. Paulum, *in eccleſia Senonenſi Officio duplici celebrari ſolitum* v. *hujus, quæ die ipſum ex Galeſinio, Ferrario, Ghinio & aliis huc remiſimus, de utroque acturi, quatenus unius Acta geſtis alterius inſerta ſunt, cum de* S. Paulo *nihil ſciatur, quod in prædictis S. Heraclii Actis non contineatur, quodque elogio ſuo ferme complexus non ſit Sanſſayus,* v. *Julii ſic annuntians*: Senonis, depoſitio S. Pauli, ejuſdem civitatis epiſcopi & confeſſoris, qui fratri ſuo Eraclio, ſedis hujus metropolitæ ſuffectus, vicem non modo ejus eadem dignitate replevit, ſed pari etiam ſanctimonia exornavit, brevique, at glorioſo exacto pontificatu, & tumuli ſocius, & fraternæ beatitudinis particeps effectus eſt. *Ita ad prædictam diem, quibus hodierna aliorum Martyrologiorum verba, hinc inde aberrantia, adjungere, operæ pretium non eſt.*

Colitur apud Senones 5. Julii, C

notata ex Actis S. Heraclii fratris,

2 *Hæc autem die ſic habet in Supplemento pag.* 1143. *ad* VII. *Idus*: Apud Senonas, tumulatio S. Pauli, epiſcopi hujus metropolis & confeſſoris: qui frater S. Eraclii, ejuſdem ſucceſſor in hac eccleſia fuit: quam ubi eadem vigilantia & pietate adminiſtraſſet, in pace æterna obdormivit. Eodem die Trecis, feſtivitas S. Eraclii, fratris ipſius B. Pauli, qui VIII. Junii defunctus, germanum ſuum, quem ſacri muneris reliquit heredem, ſuo tumulo poſt felicem mortem illatum, apud cœnobiticam ædem S. Joannis Evangeliſtæ ſic excepit ſepulcri jure conſortem, ut ejuſdem in cælis gloriæ præmio muneratum, beatum complexus ſit ſocium. *De* S. Pauli *geſtis quod addat, nihil ſupereſt; ſubjungam infra quæ de utriuſque translatione in Lectionibus Breviarii Senonenſis, anno* 1625 *edti, memorantur. Obſervabis autem, die* v. *Julii fieri Officium ſub ritu duplici de* S. Paulo, *ſed totum deſumi ex communi confeſſoris pontificis. Annum obitus notavit Caſtellanus* 535. *at paulo citius migraſſe, conficies ex iis, quæ in commentario ad S. Heraclium diſputata ſunt; maluimus nos indeterminate ſcribere circa annum* 530. *Sammarthanis ab omni calculo abſtinentibus. En modo quæ de translatione in Actis S. Heraclii atque in prædicto Breviario Senonenſi habentur, octava & nona lectione*:

3 Labente denique curriculo multorum temporum, & creſcente numero Chriſtianum nomen perſequentium, timentes cuncti hujus civitatis incolæ, ne pagani venientes, corpora Sanctorum tractarent irreverenter, qui per idem tempus totam regionem vaſtabant; F

quorum translatum eſt ſacrum ejus corpus

A bant: congregati undique communi conſenſu, amborum tollentes reliquias, cantantibus clericis, cum honore maximo, detulerunt in principalem eccleſiam beati Stephani protomartyris. Ibi etiam, ſicut adhuc videri poteſt, in uno eodemque loco poſiti in Domini pace quieſcunt, auro & argento magnifice religioſeque tumulati. Credimus autem, nec alicui debet eſſe dubium, quia quiſquis, iiſdem patrocinantibus, divinum poſtulat auxilium, D
ſi bene vixerit, conſequitur veniam per eo- Auct.
rum merita a Domino noſtro Jeſu Chriſto, J. B. S.
qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia *&c. Non notavi, quod apud Ghinium dicatur Epiſcopus ordine fuiſſe ſextus decimus & ſenio confectus migraſſe ad Dominum anno ſalutis* DLXIX. *ex jam dicto commentario ad S. Heraclium* XIII. *Junii melius doceberis.*

DE S. THEOPHANIO CONFESSORE

CORNETI IN TUSCIA.

Notitia ex S. Gregorio Magno. J. B. S.

Sec. VI. *DE hoc Sancto apud antiquos Martyrologos nulla prorſus memoria; eum in Galeſinio reperit Bollandus, his verbis ſignatum* XXVI. *Januarii*: Apud Centum cellas, ſancti Theophanii confeſſoris, cujus vitam & virtutes beatus
B Gregorius Pontifex litteris mandavit. *Eſt eodem die breve ejus elogium apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, ſed cum hoc die in Catalogo generali aſſerat, Cornetanos, ſeu Cornuetanos* S. Theophanium *ut* protectorem ſuum hac die venerari, *relle a Bollando huc remiſſus eſt. Res auget Galeſinius, dum ait, S. Gregorium* vitam S. Theophanii litteris mandaſſe, *paucula de Sancti obitu & miraculis habet, quæ mox ex eo deſcribemus. De reliquiis urbis Cornuetanæ videri poteſt Ferrarius, de quibus iterum agendum erit* XII. *Julii: hic nobis ſatis erit, ætatem Sancti ex ipſo deſumpſiſſe.* Quo tempore S. Theophanius vixerit, *inquit*, ex iis, quæ a S. Gregorio loco citato narrantur, conjicere poſſumus. Cum enim S. Gregorius, ſe de odoris fragrantia ab illis, qui marmor ad oſtium ſepulturæ S. Theophanii elaboraverant, audiviſſe affirmet, dubio procul S. Gregorii tempeſtate vixit. *Addit porro, Sanctum hoc die a Cornuetanis coli*, quod corpus ejus *tali die* inventum translatumve fuerit. *Nihil*
C *præterea traditum reperi. Accipe modo*

ELOGIUM

Ex S. Gregorio Lib. 4. Dialogorum cap. 27.

a S. Gregorio laudatur. b Centumcellis. UT autem de egredientibus animabus, quæ multa prænoſcunt, ea, quæ cœpimus, exequamur; neque hoc ſilendum eſt, quod de Theophanio Centerelenſis * urbis comite, in eadem urbe poſitus, multis atteſtantibus agnovi. Fuit namque vir miſericordiæ actibus deditus, bonis operibus intentus, hoſpitalitati præcipue ſtudens. Exercendis quidem comitatus curis occupatus, agebat terrena & temporalia, ſed ut poſt in fine claruit, magis ex
E debito quam ex intentione. Nam dum appropinquante mortis ejus tempore graviſſima aeris tempeſtas obſiſteret, ne ad ſepeliendum duci potuiſſet, cumque uxor ſua cum ſletu vehementiſſimo inquireret, dicens: Quid faciam? Quomodo te ad ſepeliendum ejicio, quæ oſtium domus hujus egredi præ nimia tempeſtate non poſſum? Tunc ille reſpondit: Noli mulier flere: quia mox, ut ego defunctus fuero, aeria ſerenitas redibit. Cujus protinus vocem mora & mortem ſerenitas ſecuta eſt. Quod ſignum etiam alia ſigna ſunt comitata. Nam manus ejus & pedes, podagræ humore tumeſcentes, verſi in vulneribus fuerant: & profluente ſanie putebant. Sed dum corpus ejus, ex more ad lavandum fuiſſet nudatum, ita manus pedeſque ejus ſani inventi ſunt, ac ſi umquam vulneris nihil habuiſſent. Ductus itaque ac ſepultus eſt, ejuſque conjugi viſum eſt, ut quarto die in ſepulcro illius marmor, quod ſuperpoſitum fuerat, mutari debuiſſet. Quod videlicet marmor, corpori ejus ſuperpoſitum, dum ſuiſſet ablatum, tanta ex cor-
F pore ipſius fragrantia odoris emanavit, ac ſi ex putreſcente carne illius pro vermibus aromata ſerbuiſſent. Quod factum dum narrante me in homiliis, infirmia quibuſdam veniſſet in dubium; die quadam ſedente me in conventu nobilium, ipſi artifices, qui in ſepulcro marmor mutaverant, affuerunt, aliquid me de propria cauſa rogaturi. Quos ego de eodem miraculo coram clero, nobilibus ac plebe requiſivi, qui & eadem odoris fragrantia miro modo ſe repletos fuiſſe teſtati ſunt. Et quædam alia in augmento miraculi, quæ nunc narrare longum æſtimo, de eodem ſepulcro ejus addiderunt.

A D

DE S. AUREMUNDO ABB. MARIAC.

APUD PICTONES IN GALLIA.

J.B.S. Notitia ex Actis SS. Ord. Bened.

CIRCA AN. DC. *Signatur eft in Martyrologio Caſtellani.*

Quotum alibi Sanctum nobis ſuggeſſit ſeculum 1. *Actorum Ord. S. Benedicti, ubi de eo ſic legitur in præfixo Sanctorum Kalendario:* In monaſterio Mariacenſi apud Pictones, S. Auremundi abbatis, S. Juniani, abbatis Mariacenſis diſcipuli; *ut non videatur dubitari poſſe, quin ibidem pro Sancto habeatur, colaturque hoc die ſeorſim a magiſtro ſuo S. Juniano, uti confirmat Caſtellanus in Martyrologio Univerſali, inter Sanctos Franciæ ſecundo loco annuntians:* A Maitié-l'Evécau (*quod explicat* Mariacum-Epiſcopale) prope Pictavium, S. Auremundi abbatis, diſcipuli & ſucceſſoris S. Juniani, *Ad* XIII. *Auguſti illuſtranda veniunt hujus Sancti Acta, ex quibus ſolis paucula cognoſcuntur, quæ ad* S. Auremumdum *ſpectant, quæ hic ex citato tomo* 1. *deſcribimus, ubi pag.* 313. *dicitur*, S. Juniani ſpiritalis filius *fuiſſe*, individuus comes, miniſter & diſcipulus, *qui poſt ejus obitum*, ad multorum notitiam perduxit, *quæ magiſter* ſpiritu prophetiæ repletus abſentia & futura *prædixerat. Tum narrata* fame valida, *quæ* per totam regionem invaluerat, *num.* 13. S. Auremundi *brevis hiſtoria ſubjungitur.*

B

Mater ejus pregnans et inedia laborans

2 Ea igitur tempeſtate quædam mulier, compellente inopia, & famis valetudine cogente, ante oratorium, ubi vir venerabilis Junianus proſtratus Domino preces fundebat, cœpit magno ejulatu flere, & quibus poterat clamoribus vociferabatur, dicens: Vir Dei adjuva me. Quibus verbis vir Dei permotus, intentius cum lacrymis Deo preces fundebat. Surgens expleta oratione, miniſtrum ſuum vocat, dicens ei: Vade fili, ſcilicitare quid ſibi paupercula illa velit, & ſi quid vales, adjuva illam. Cum autem eam audieris, renuntia

C

mihi, quid velit clamor ejus & ejulatus. Cumque puer velociter juſſa expleſſet renuntiavit Patri, dicens: Mulier paupercula eſt, cui & panis deficit, nec unde emat, habet. Quo audito, juſſit eam in conſpectu ſuo adſtare, hilari vultu & paterno affectu interrogans, cur tanto ejulatu fieret, & clamoribus eum inquietaret. At illa reſpondit: Vere Dei famule & ſacerdos, ſcias me fame periclitari. Panis deeſt, emptio nulla, fames quotidie invaleſcit, & ecce prægnans morior. Quam ob rem tuam adii clementiam, ut ſi me de periculo famis eripueris, ſim tibi perpetuo ancilla, & filius, quem utero geſto, ſervus ſempiternus. Quem cum enutriero, tuis manibus (offeram) & jugiter ſervire inſtituam: tantum adjuva me, ne peream.

S. Juniani liberalitas juvatur,

3 Audiens hæc beatiſſimus Junianus, ſubridens ait: Sciebam etenim, antequam puer te vocaret, te & fame laborare, & in utero filium geſtare, quem ſcio meum futurum ſucceſſorem. Accipe de manu noſtra auri munuſcula, & ſicut libet, eme tibi cibos, ne pereas fame, & cum puer natus fuerit, cum omni vigilantia cuſtodi. Cave, ne aliquid incantationis aut diabolicæ ſuaſionis pollutiones in eum exerceas: ſed cum adoleverit, mihi eum affer; quia ego eum de ſacro baptiſmatis fonte ſuſcipiam, & litteris erudiam, & mihi ſucceſſorem conſtituam; prænuntians tibi, quod ſuperveniente anno frugum abundantia in hac regione exuberabit, & nequaquam fame ex hac quis peribit. Accipiens autem mulier illa aurum de manu ſancti viri, regreſſa in domo ſua gaudens tam de pretio, quam etiam de ſupervenientis anni abundantia, emit eſcas, & famis inediam temperavit, filiumque cum omni ſtudio ſecundum monita viri Dei enutrivit. At ubi eum ad ætatem puerilem perduxit, conſpectibus ſancti viri obtulit, qui ſecundum Salvatoris noſtri præceptum, ſacris fontibus eum propriis manibus initiavit. Ipſe enim de ſacroſancto baptiſmate ſuſcepit, & filium ſpiritalem adeptus eſt.

E

qui filium offert ſuum ſuo ſanctiſſimo

4 AURUM MUNDUM vocavit, ea videlicet ex cauſa, quaſi auro emptum, quia aurum matri dederat, unde ipſum filium enutriret, peculiarem quemadmodum ſibi vernaculum inſtruxit, litteris erudivit. Qui divina tribuente clementia, perfecte Scripturarum ſcientiam adeptus eſt, & ſecundum viri Dei prophetiam ſacerdotalem adeptus eſt honorem. Multo tempore cum ipſo inculpabiliter ſpiritali patre vixit, & ei in omnibus obtemperavit. Poſt cujus vero obitum ſucceſſor illius extitit magnæ virtutis homo & ſanctitatis, utpote qui a tali & tanto viro inſtructus fuerat, quem omni intentione, & doctrinis, & exemplis ſequebatur. *Teſtatur deinde vitæ S. Juniani ſcriptor Vulſinus Boetius, Pictavenſium epiſcopus*, S. Auremundo *narrante, plura innotuiſſe S. Juniani miracula*, quia, *inquit*, multo tempora poſt ejus obitum vixit, & gregem ſibi commiſſum irreprehenſibiliter cuſtodivit. *Quæ ſigillatim ab eo geſta ſint, quo anno meritorum præmium conſecutus, litteris conſignatum hactenus non reperi.*

F

DE

DE S. EVERILDE VIRGINE
IN ANGLIA.

Ex Martyrologio Altempſiano. J.B.S.

FORTE SEC. VII.

Nou ſiue ſcrupulo hanc Sanctam, nullis faſtis Anglicis, Scoticis, aut Hibernicis notam, hoc die collocamus, ex fido ſolius codicis Uſuardini, quem ex bibliotheca, unde acceptus eſt, Altempſianum *diximus, quem in præfatione ad noſtram editionem pag.* LXIII. *num.* 253. *in Anglia auctum oſtendimus, cuicumque demum eccleſiæ illic olim ſervierit. Annuntiatio ſimplex eſt:* Eodem die, S. Everildis virginis. *Longe nobis feliciorem eſſe oportebit, qui diſtinctam de ea notitiam alicubi invenerit.*

Ex codice Altempſiano auctus.

B *Miſit olim ad Bollandum noſter Michael Alfordus breve aliquod vitæ compendium, quod in lectiones quodammodo diſtributum, alicubi in Officio eccleſiaſtico uſitatum fuiſſe videtur; ſed qua in eccleſia, nemo facile devinaverit: neque id ſerviſſe Alfordum, neque miſſum a ſe compendium probaſſe, inde colligas, quod in Annalibus ejus editis* Everildis *nomen repertum non ſit. Sub propoſita igitur Altempſiani codicis cautione ſebedam Alfordianam, neſcio ex quibus laciniis collectam, hic ſubjiciemus & expendemus.*

Brevi narratio anno-tatur.

1 *Neſcio quid ad rem faciat narratiuncula principium hujuſmodi:* In diebus illis regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, S. Berinus epiſcopus, a Romanæ Sedis ſummo Pontifice tranſmiſſus eſt Occidentalibus Anglicis, ut prædicaret verbum Dei, & multis miraculis ſignorum coruſcaret. Convertit autem Kinegilſum, Regem eorum, cum omni familia ſua, & S. Oſwaldus, Northumbrorum Rex eum de ſacro fonte ſuſcepit. *Hæc præfatio a veritate hiſtorica non recedit; S. Birini apoſtolatus in Annalibus Anglicis notiſſimus eſt, ſpectans ad annum* 635. *ſub Honorio PP. In eadem tempora apprime congruunt converſio Kinegilſi, Occidentalium Saxonum regis, ejuſdemque per S.*

C *Oſwaldum de ſacro fonte ſuſceptio, ut pluribus ad dictum annum explicat laudatus Alfordus. Non adeo plana ſunt, quæ ſequimur, deficiente prorſus chronologiæ lumine, cum difficillime combinari poſſint S. Oſwaldi & S. Wilfridi, etiam primi Eboracenſis epiſcopi tempora, quæ tamen hic connecti videntur. Dicamus candide, cetera omnia pro ſcriptoris ingenio ordinata eſſe, non magna fide nec pretio. Sic proſequitur.*

In vita S. Birini diſtributa.

3 Præcedente vero tempore, exſtitit quædam virgo, Everildis nomine, nobilibus orta natalibus, quæ velut ſtella matutina totam provinciam ſuæ lucis radiis perluſtravit. Hujus igitur beatæ Everildis annuam feſtivitatem devotis laudibus recolentes, tanto devotionis ſtudio ejus laudibus inſiſtamus, quanto devotior in Dei omnipotentis famulatu permanſit. Cum igitur fama bonitatis ejus crebreſceret, & haus illius ubique reſonaret; ſacrum velamen clam, parentibus ignorantibus, ſuſcepit, & habitum monachalem, ſanctimonialiſque eſt effecta. Relictis itaque parentibus, a domo paterna clam diſceſſit, Jeſu Chriſti ſe commiſit manibus, dicens; Dirige me Domine in viam tuam per ſemitam juſtitiæ propter inimicos meos, & pſallens canticum Zachariæ, iter ingreſſa (eſt:) Deus autem, qui ubique eſt prælens, miſertus eſt illius; videns intentionem bonam, noluit eam ſolam iter ſuum facere: (itaque) miſit ei duas virgines habitu ſanctimoniali indutas, quarum una Bega vocabatur & altera Wuldreda. Quas cum videret a longe venientes, flexis genibus oravit Dominum, dicens: Benedictus Dominus Deus meus, qui conſolaris nos in omni tribulatione noſtra: concede mihi ſocias tibi aceeptas, ut ſimul laudare poſſimus nomen ſanctum tuum, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum. E

Quæ difficile ex fit

4 *Hactenus prima, ut quidem videtur, lectio; ex qua nec patriam, nec genus, nec ætatem Sanctæ clare uſpiam elicias: ut proinde aptari ea poſſint virgini cuilibet, e domo paterna ad cœnobium confugienti. Sacri textus ſententiæ tenella virginis captum ſuperare videntur; duæ autem iſtæ miraculoſa ſocia non poſſunt non lectorem, etiam mediocriter in his verſatum, offendere. Nec magis placet lectio altera:* Cum autem hæc oraſſet B. Everildis, affuerunt beatæ virgines præfatæ, Bega & Wuldreda, & dixerunt: Vere verum eſt quod veritas dicit, Dominus noſter Jeſus Chriſtus: Quidquid orantes petitis, credite & accipietis. En adeſt quod petivimus, en habemus quod optavimus. De tali conventu lætantes, Deum, qui ſibi proſperum faceret iter, laudaverunt, dicentes: Te Deum laudamus, Te Dominum confitemur. Et hymno dicto, mirum dictu, eam, numquam ante viderant, & nomen illius, Spiritu ſancto revelante, cognoverunt. *Fuerit iſta bonorum hominum credulitas, in aliqua forte populari traditione fundata; uotiori & diſtinctiori auctoritate opus eſt, ut ſimilia tamquam hiſtoricæ ſorte admittantur. Audi lectionem tertiam.* F

Ad veram hiſtoriæ ratio-nem re-vocatur.

5 Statim autem ut pervenit ad locum, ubi permanſura erat, Deo diſponente & Archiepiſcopo Wilfrido confirmante, in loco, qui prius prædium Epiſcopi vocabatur, poſtea manſio Everildis, Anglice vero Everidisham, tantæ ſanctitatis fuit, ut ſolum divinæ contemplationi vacaret. Cum igitur, Dei gratia adjuvante, ipſius exemplo & doctrina multas virginales animas Deo reddidiſſet, (nam ad eam veniebant multæ divitum filiæ, & ſacrum velamen acceperunt, ita ut in conventu ſuo aliquando octoginta haberet, aliquando plures) vocavit eam Dominus Jeſus tandem, dicens: Veni dilecta mea, accipe coronam tibi præparatam: & correpta vi febriculæ, inter manus virginum VII. Idus Julii migravit ad Dominum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen. *Credideram, acceſſurum luminis aliquid ex* Everidisham, Everildis *manſione; at fruſtra locum iſtum inveſtigavi: juvet, qui poterit, inveniatque, S. Wilfridum locum talem* S. Everildi *conceſſiſſe, quo fiet, ut ſi non in geſtorum ejus, ſaltem in certam ætatis cognitionem deveniamus: non lubet ultra palpando procedere.*

DE S. AGILOLFO EPISC. ET MART.

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Cultus, elogia, lectiones propriæ, varia nominis efformatio.

CIRCA ANNUM DCCLXX.

Colonia Agrippina, inter plurima alia ſacrarum exuviarum depoſita, quibus cumulatiſſime abundat, corpus etiam poſſidet S. Agilolfi. *Ægidius Gelenius de Coloniæ Agrippinenſis magnitudine lib. 3. ſyntagm. 7. occaſione eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis ad Gradus collegiatæ, §. 4. ita docet*: Excellit S. Agilolfi, Arch. Colon. corpus, argenteo ſarcophago incluſum, a beatiſſimo fundatore Annone translatum e Malmundarienſi monaſterio. *Sanctus autem iſte non eodem apud Martyrologos annuntiatur die; nam, ſicut dictum fuit in Prætermiſſis ad* XXXI. *Martii*, memoratur in variis Martyrologiis Mss., ſub nomine Uſuardi auctis, *ut puta in codd. Antverpienſi Maximo, Bruxellenſi, Ultrajectino, Leydenſi, Lovanienſi, Albergenſi, Danico, Hagenoyenſi, &* apud Grevenum, Canifium, Ferrarium & Molanum primæ editionis, *dicto die* XXXI. *Martii*. Verum eccleſia Colonienſis in antiquis etiam Breviariis & Martyrologiis ſuis celebrat ejus feſtum IX Julii, *Codex Uſuardinus Bruxellenſis poſt Sancti annuntiationem adjungit*, quem Karolus Martellus, avus Karoli Magni miſit cauſa pacis tractandæ, ubi crudeliter peremptus & martyrio coronatus, multis claruit miraculis. *Eodem quoque die ſic ipſum commemorat Sauſſayus cum elogio*: Amblavæ in Arduenna paſſio S. Agilolphi, Epiſcopi Colonienſis & Martyris, qui S. Bonifacii fidus ac ſtrenuus cooperarius, ibi, dum Chriſti fidem prædicaret, ab impiis interemptus eſt. Malmundavi * autem cum fuiſſet ſepultus, inde micantibus ſignis translatus eſt Coloniam. *Buceli-nus hac die* IX. *elogium ipſi adaptat*; XXXI. *Martii eum annuntiat Caſtellanus. Diebus ipſum referendi tam diverſis anſam præbuerint dies martyrii ac translationis diverſi; quorum hic ſit* IX. *Julii, ille* XXXI. *Martii*.

Sanctus Agilolfus, alio ab aliis Martyrologis die annuntiatus.

*Malmundarii.

2 *In litteris, anno incerto ad Papebrochium datis, quibus rogat earum ſcriptor inſtrui de loco martyrii* S. Agilolfi, *lego, quod* occaſionem hujus petitionis dederit cultus ejuſdem Sancti, qui excitata cappella in dictis locis (*præceſſerat mentio eccleſiæ Amblavienſis*) in dies augetur; ſic ut paſtor Amblavienſis vehementer deſideraret vitam hujus Sancti idiomate Germanico tranſcribi. *Unde diſcimus, primævum beati Martyris cultum, lapſu fortaſſe temporis, ut in rebus humanis uſuvenire non raro ſolet, in illis locis vel tepide perſeveravtem, vel omnino intermiſſum, non ſine parva religionis acceſſione ad priſtinum aut melioremſaltem ſplendorem rediiſſe. Enimvero virum apoſtolicum fuiſſe* S. Agilolfum, *& de adjacentibus aut finitimis Auſtraſiæ populis præclariſſime meritum, memoriæ proditum legimus ab auctore Paſſionis ſum.* 2. *quamvis non ſatis chronologice, ut poſtea dicemus; ubi tractans de adventu S. Bonifacii, narrat, quod Sanctus noſter cum illo* poſt Rheni tranſmeans littora, Germanorum gentem, ſedentem in tenebris evangelica luce perluſtraverit. *Et num.* 3. *habemus ſequentia*: Cæcitatem vero gentilium repellens gemma præſulum Agilolfus, in Germania peragebat opus evangeliſtæ, illic cæleſtem faciens flavelcere meſſem; *ut non ſit mirum, virum adeo inſignem meritis elogiis extolli ab iis, qui de ipſo meminerunt in ſuis ſcriptis, uti jam videbimus*.

instauratus post culmus;

3 *Elogium perquam antiquum ex apographo, quod habemus, deſumpto ex Ms. Patronorum Malmundarienſium, cui iſte præfigitur titulus*: Liber de miraculis S. Quirini Martyris, *quod Ms. ab eodem auctore exaratum primitus fuiſſe, a quo exarata fuit* S. Agilolfi *paſſio, hic dicendum, demonſtrabitur poſtea ſuo loco. Ibi ergo, poſtquam narraſſet auctor, auditas fuiſſe in monaſterio Malmundarienſi a duobus ejuſdem monaſterii monachis voces Angelorum, ita proſequitur ad noſtrum propoſitum*: Aliquot dein tranſierunt horarum curricula; cum inde progredientes eadem Beatorum agmina, eccleſiam lubiere, monaſterio quam proximam, beati Laurentii ſanctorumque multorum nominibus conſecratam, martyriſque Agilulfi, eatenus inibi quieſcentis, ambientes tumbam, hanc impoſuere antiphonam: Qui poſuit animam tuam ad vitam; ibique Matutinis pro Fidelium animabus decantatis, viſio illa cæleſtis a conſpectibus evanuit humanis. De præſcripto beatæ memoriæ viro multa ſuppeterent, quæ dicti laudabiliter poſſent; ſed quia nobis ablatus, alias eſt translatus, reticere exinde melius putavimus: tamen ne reputetur ignaviæ, Deum in Sanctis ſuis mirabilem glorificare, ne arguamur invidentiæ, Sanctos per Deum glorioſos, non magni facere, quis quantuſque vir iſte fuerit, perpaucis libuit explicare.

elogium E

F

4 Nobili ſtirpe editus, Anglino, loci hujus Abbati, a parentibus eſt traditus ſub inſtitutione monachi regulariter informandus. Qui patris ſpiritualis mores & vitam ſpiritualiter imitatus, ejuſdem ex voluntate Dei ſucceſſor eſt factus; dein ſedi Colonienſium antiſtes datus, abbatis etiam non depoſuit onus, donec utrumque ſtrenuiſſime gubernando, propter fidem regni apud Amblavam coronatus eſt martyrio, atque apud nos, ubi abbatis nomine præfuerat & opere, uſque dum Deus voluit, locum habuit ſepulturæ. *Ita ille, parcus quidem hoc loco, at verax laudator; qui haſce partes cumulatius implevit, quando ex inſtituto de ipſo agit, litteris committens ejus paſſionem, ut videre erit ad finem hujus Commentarii prævii*.

antiquum;

5 *Cratepolius in Annalibus Archiepiſcoporum Colonienſium pag.* 23. *ſequens contexuit elogium*: S. Agilolphus fuit ex illo ſacro collegio, quod

elogium Cratepolii.

A quod S. Bonifacius ex Anglia in Germaniam, ut eam ad Chriſti religionem converteret, adduxit; qui fere omnes, ut fuerunt viri ſanctitate & eruditione inſignes, ita ejus quoque conſanguinei & amicitiæ vinculo conjuncti. Hic Agilolphus in novello monaſterio Malmodarienſi monaſticam vitam eſt profeſſus, inde ob egregiam pietatem eidem monaſterio præfectus in abbatem, & cum a Rege Francorum plurimum diligeretur, eccleſiæ Colonienſi datus eſt Archiepiſcopus anno ſalutis noſtræ DCCXVIII. Fuit autem vir pius, mitis ac pacificus & bonus gubernator eccleſiæ. Olim Germaniam ad fidem Chriſti ac ejus religionem monachi converterunt: nunc apoſtatæ, exititii, votifragi monachi, qualis Lutherus ac ejus aſſeclæ, eam evertunt. Fuit & hic Agilolphus juſtitiæ obſervantiſſimus & adulterorum infectator acerrimus; qui ob ſummam probitatem (ut fieri ſolet) impiis valde fuit inviſus.

In laudem Sancti additum.

B 6 Hi tandem, nacta occaſione, Virum innocentiſſimum interemerunt. Orto enim inteſtino Francorum bello, Regis partes, cum illi a conſiliis eſſet, ſecutus eſt. Cum autem res ad arma veniſſet, Rex eum ad proceres, ut de pacificatione tractaret, miſit. Exercitus autem in Ardennia prope Malmodarium monaſterium conſiſtebat. Beatus autem hic Pontifex, nonnullis conniventibus, a ſatellitibus interficitur. Delatus eſt ad Malmodarium cœnobium, ibique honorifice ſepultus. Locus ille, ubi ab impiis fuerat occiſus, multo tempore viridis permanſit, & nocte lumen ibidem viſum eſt. S. Anno inde eum tranſtulit Coloniam, & ad Gradus Mariæ repoſuit, qui multis miraculis claruit. Malmodarium Sigebertus Rex inter alia cœnobia fundavit, & ſic illud S. Remaclus appellavit, quod a malorum ſpirituum infeſtatione locum illum emundaverat. *Hactenus Cratepolius; in cujus elogio ea, quæ correctione indigent, ſicut etiam in elogio Molani, quod pariter referemus, emendari poterunt ex iis, quæ dicentur per decurſum hujus Commentarii noſtri.*

Quid de eo Molanus

C 7 *Molanus in elogio* S. Agilolfi, *quod exhibet in Natalibus ſanctorum Belgii ad diem* IX. *Julii, e variis adornatum, varia huc ſpectantia commemorat*: Coloniæ, *inquit*, natalis & translatio S. Agilolfi, ejuſdem urbis Archiepiſcopi. Hic Joppiliam veniſſe ſcribitur ad ægrotantem Pipinum principem, multumque adlaboraſſe, ne heredem ſcriberet Carolum Martellum, ex Alpaide pellice genitum. Quod tamen impetrare non potuit. Deinde paſſus eſt martyrium in pago Arduennenſi Amblavæ, qui locus a præterfluentis fluminis nomine ſic vocatur, & in eccleſia S. Laurentii, Malmundarienſi monaſterio contigua, ſepultus eſt, & variis claruit miraculis. De ipſo ſcriptum eſt in libro miraculorum S. Quirini Martyris. Nobili ſtirpe editus, *&c. quæ jam dedimus num.* 4. *quibus prætermiſſis, pergamus cum Molano*: Chronicon vero vulgatum Colonienſe habet, occiſum eſſe ab hoſtibus, dum cauſa pacis a Martello ad Saxones mitteretur, quodque a Brunone, qui frater erat Othonis Imperatoris, Coloniam ad Gradus ſit delatus. Sed ego cædem Epiſcopi ad tempora filii, aut nepotum, qui etiam contra Saxones bellaverunt, referre non dubito; eo quod litteræ Zachariæ, qui mortuo Martello factus eſt Pontifex, de legato Bonifacio recipiendo, ad eum etiam dirigantur.

D AUCT. J. P.

8 Deinde hiſtoria S. Annonis, cui multum eſt tribuendum, teſtatur, ſancti Agilolphi corpus ex Malmundario avectum eſſe Coloniam per S. Annonem, ubi id repoſuit in monaſterio ſuo ad Gradus. Eſt autem Malmundarium ſecunda S. Remacli abbatia, a Stabulenſi dependens, olim diœceſis Colonienſis; ſed nunc, niſi fallor, Leodienſis territorii, quoad utramque juriſdictionem. Dum enim beatus Poppo his præeſſet, ſtabilivit perpetua lege, ut Malmundarienſes profeſſionis ſuæ ſponſionem apud Stabulenſes facerent. Natalis incidit in ultimum diem Martii; ſed a Colonienſibus ſimul cum translatione recolitur die IX. Julii, eo quod in fine Martii eccleſia ſemper occupetur Officio Quadrageſimæ aut paſſionis vel reſurrectionis Domini. *Addi his poſſet elogium a Bartholomæo Fiſen compoſitum in Floribus eccl. Leod. pag.* 321. *ubi varia de ipſo collegit e vita S. Swiberti, Molano, Officio Colon. & ex iis, quæ miſit R. D. Franciſcus Laurentii, Prior Malmundarienſis. Conſuli inſuper poſſunt, quæ habet idem auctor in Hiſt. Leod. ad an.* 721. *pag.* 163. *& anno* 1061. *pag.* 306.

In Natalibus Sanctorum Belgii.

E

Lectiones propriæ.

9 *Lectiones Sancti proprias Coloniæ hunc miſit P. Joannes Grosbaus, alias plures in Actis noſtris laudatus, ex perveteri Breviario Colonienſi deſumptas. Collecta iis præmittitur, quæ ſic habet*: Magnifici Præſulis tui Agilolphi nobis, quæſumus Domine, natalis votivus reſplendeat, & quem pro Eccleſia tua gladiis impiorum hodie veneramur innocenter occiſum, eumdem apud tuam clementiam interventorem ſentiamus propitium. Per, *&c.*

Lectio I. Beatus Agilolphus tranſierat nemora; jamque appropinquans hoſtium cuneis, ibat per prata virentia. Illi deputaverunt cuſtodes ac ſpeculatores, quos de ſuis validiores noverant & callidiores. Qui cum conſpicerent ſacerdotem Chriſti venientem, crudeliter, ut leo, frendent, ſibique venire prædam, tamquam lupus, gaudent.

F Lectio II. Ecce venit, inquiunt, Colonienſis Pontifex, prudens Caroli proviſor & opifex. Hic eſt ille famoſus inſignis & venerabilis in omni Gallia, cujus ſapientia regni diſponuntur negotia.

Lectio III. Conſpiremus ergo ad arma, irruamuſque in eum manu dura. Eat in ferri diſcrimina; de terra tollatur ejus memoria. Poſt caput regni facile corpus ſuparabimus omne. Erumpunt itaque iræ, nec frena ſciunt cohibere.

Lectio IV. Magno fragore ruunt protinus; infeſtiſque armis cominus occurrunt; (pro dolor!) enſe petunt, Patremque telo laceſſunt. Undique ferro cæditur, innocens ejus ſanguis effunditur: proſternitur terræ corpus impulſu armorum; mens devota permanet ad Regem cælorum. Illi parcere non ſtant, ſed ſortiter ictibus inſtant.

Lectio V. Sic poſtremo ſpiritu palpitans, ſuppliciter Deum poſtulat, ut in pace ſpiritum ſuum ſuſcipiat. Nec mora præſtandi, quia non cenſura magiſtri, ſpernit pulſantem pro juſtitia patientem. O Martyr felix! ex

A illius ore, velut candida proceſſit & ad aſtra co-
Auct. J. P. lumba volavit.

Lectio VI. Jacebat proſtratum Martyris corpus exanime, berbaque pullulabat ejus roteo ſanguine. Spiritus migraverat ad Chriſtum, cum quo gaudet & vivit in æternum.

varia nominis efformatio. 10 *De varia nominis efformatione ſic accipe.* Agilolfus, Agilolphus, Agillolphus, *ſeu* Agylolfus, Agiolfus & Agilulphus, *& ſi quæ reperiantur ſcribendi formæ, a jam productis diverſæ, eumdem ſanctum Martyrem deſignant; quarum hic judicavimus habendam eſſe rationem, ne cui varietas ſcriptionis moram injiceret. Nos in efformando illo nomine ſecuti ſumus in titulo ſuperiore, & ſequemur porro deinceps, modum ſcribendi, in apographo noſtro Paſſionis expreſſum.*

§. II. Epiſcopatus; tempus martyrii; dies obitus; translatio corporis.

B

S. Agilolfus non fuit primus Archiep. Coloniensis. Gelenius *lib.* 1. *ſyntagm.* 6. *pag.* 41. *ſcribit, moleviſſe opinionem, quod* S. Agilolfus *fuerit primus Archiepiſcopus Colonienſis. Claudius Caſtellanus aſſerit abſolute, ipſum extiſſe primum Epiſcopum Colonienſem, ut videri apud eumdem ſanctorem poſſit in Additionibus ad Martyrologium Romanum, die* XXXI. *Martii. Hanc vero opinionem refutat Cointius tom.* 5. *pag.* 200. *his verbis*: Eccleſia Colonienſi poſt Raginfredi Epiſcopi mortem Paſtore viduata, Franci quidem a Zacharia, Romano Pontifice, poſtularunt, ut Coloniæ, quæ metropolis olim Germaniæ ſecundæ, deinde utriuſque Germaniæ, fuerat, dignitas metropolitana reſtitueretur, ibique Bonifacii, Archiepiſcopi ante regionarii, ſucceſſorumque ſedes fixa permaneret. At Moguntia paulo poſt Epiſcopo quoque deſtituta, cum Gervilius Epiſcopus in ſynodo depoſitus fuiſſet, aſſenſumque ſuæ præbuiſſet exauctorationi, Moguntiam Germaniæ primæ, deinde utriuſque Germaniæ quondam metropolim, prætulerunt ſtatim Coloniæ, mutatoque priore conſilio petierunt, ut Bonifacius ejuſque ſucceſſorea, Archiepiſcopi fierent Moguntini. Ne vero Colonienſis eccleſia diu vacaret, datus ei mox Epiſcopus Agilulphus. *Non fuiſſe autem primum Epiſcopum Colonienſem, manifeſtius eſt, quam ut debeat pluribus probari; idque vel ex eo ſatis conſtat, quod in concilio Agrippino, Euphratæ, ejuſdem civitatis Epiſcopus, quia Chriſtum Deum negaret, hæreſis damnatus atque exauctoratus eſt anno Chriſti* 346. *Plura dabit tomus* 2. *Conciliorum apud Labbe a col.* 615.

C

Propoſitis variis. 12 *Difficilior ſeſe offert quæſtio de tempore vitæ ac martyrii* S. Agilolfi, *in cujus determinatione quot ſunt capita, tot ſententiæ. Molanus, ut ſupra vidimus, cædem illam referre non dubitat ad tempora filii aut nepotum Caroli Martelli, nixus litteris Zachariæ PP., ad eum datis, adeoque reſpicit medium circiter ſeculum octavum aut etiam ulterius. Cratepolius, ut patet ex elogio ſuperiore, initium epiſcopatus affigit anno* 728. *Ferrarius in Cataloge generali obitum anno circiter* 700. *Buſelinus autem clariſſe refert ſub annum* 740. *Caſtellanus annuntiationi Martyris apponit* verſus annum DCCXV. *Cointius in Annal. Francorum, locis variis de* S. Agilolfo *agens, aſſerit eum abbati Angliæ ſuffectum, cujus monaſticis inſtitutionibus antea imbutus fuerat, anno* 744. *Iuſulas Colonienſes nactus anno* 746. *litteras autem a Zacharia PP. ad varios Epiſcopos, inter quos & Agilolfi nomen inveniatur, ſcriptas, & quidem cum titulo* Epiſcopi Colonenſis, *affigendas opinatur anno* 748. *cum Baronio contra Sirmondum, qui vult datas anno* 744. *At non eſt, quod tantilla temporis differentia multum nos ſolicitet. Hinc digreſſus idem Auctor ad annum* 750. hoc circiter anno, *inquit*, Agilulphus, Epiſcopus Colonienſis & abbas Stabulenſis & Malmundarienſis abdicavit epiſcopatum, manſitque Abbas Stabuleti & Malmundarii ad annum uſque Chriſti DCCLXX. quo vitam finivit, teſte Fiſeno in Abbatum Stabulenſium Catalogo, *quem ordinavit in Floribus eccl. Leod., a pag.* 400. *Ibidem præterea pag.* 321. *tacite ſuffragatur ordini chronologico, quem texuerunt Molanus, Comitus & Caſtellanus, dum vitam Sanctis extendunt ultra medium ſeculum octavum, ſic ſcribens*,

13 Illam tamen, *inquit*, ad Pipinum legationem, *de qua ex profeſſo tractabitur paragrapho ſequente*, ad trutinam non immerito quiſpiam revocaverit. Adoleſcens enim Agilolphus in diſciplinam Anglino Stabulenſium abbati traditus fuit, & poſt eum Abbas deſignatus; qui tamen vita nequaquam decaſſit ante annum DCCLVI. quandoquidem illo anno conceſſum Anglino Abbati a Childerico Rege diploma in hunc diem ſecvetur. Agrippinenſis autem Præſul paulo poſt factus eſt. Erat certe anno XLVIII. quando illi Bonifacium, Apoſtolicæ Sedis legatum ſummus Pontifex commendavit. Quomodo igitur Agrippinenſis Epiſcopus erat anno XIV? Relinquitur nimirum, ut dicamus, imperiti cujuſdam librarii factum errore, ut Agilolfus legatur Epiſcopus, qui Giſo vel fortaſſis Anno ſcribi debuerat. In hanc ſententiam non gravate mecum, ut opinor, veniet, qui mature excuſſerit, quæ alias de ſcriptore vitæ S. Suuitberti annotata produxi,

D

E auctorum.

14 *Laudatus Cointius ad an.* 770. martyrium, *ait*, paſſus eſt Agilolfus, Bertholino Colonienſem epiſcopatum, ut Gelenius ex Chronico Colonienſi notat, tunc gerente. *Cuique Gelenii librum t. ſyntagm. 6. num.* 25. *qui in Gelenio deſignat* 25. *Epiſcopum Colonenſem: ubi tamen, quod dici vult Cointius, minime gentium dicitur. Nam de Bertholino agens Gelenius, dicit, ipſum claruiſſe ſub Carolo Magno, anno* DCCLXXII. *obiiſſe Non. Feb.; addens, Chronicon Coloniense fol.* III. dicere, S. Agilolfum a Bertholino elevatum. *Enimvero aliud eſt ac toto cœlo diverſum pati alicujus tempore, aliud ab ipſo elevari, illud arguit eos contemporaneos vixiſſe, hoc vero nihil ſimile ſignificat. Quod enim probibet ſanctum* Agilolfum *dudum ante tempora Bertholini obiiſſe, & poſtea tamen ab ipſo fuiſſe elevatum? Et vero ni de Gelenii ſententia in ratione temporis, de qua hic quærimus, aliquid etiam ſubjiciamus; non ſemper ſibi ille conſtat: nam loco citato pag.* 41. *dicit, ſanctum Epiſcopum noſtrum* ſub Pipino Heriſtallo & Carolo Martello ſediſſe annos circiter VI. martyrizatum anno DCCXVII. Et *lib.* 3. *ſyntagm.* 7. *pag.* 308. *eumdem plane epocham ſtatuit, ſic loquens*: Hic ille Agilolphus eſt, qui cum beato Swiberto olim ad convertendum Pipinum illicitis Alpaide amoribus implicitum, legatus, atque etiam Friſonum

F

A ſonum Apoſtolus, dum paſtorali officio & pietati diu noctuque incumbit, a Chriſtianarum virtutum oſoribus in pago Ambavienſi occiſus, martyrii lauream meruit VII. Idus Julii ſub annum DCCXVII. *citans pro illo anno* antiquos Mss. codices S. Andreæ Colonienſis & aliarum eccleſiarum.

obitus ac mortis S. Agilolfi

15 *Prædictus vero auctor in libello, cui titulum fecit*, Colonia ſupplex, *diverſum rationem temporis ſtatuerat, dum memoras* S. Agilolfum *Archiepiſcopum declaratum a S. Zacharia, Pontifice Maximo, tandemque circa annum 748. interemptum fuiſſe. Hinc conficitur, nec ſibi ſemper conſtitiſſe Geleſium, nec pariter convenire inter auctores in figenda epocha chronologica vitæ ac mortis, de qua in præſentia ſermonem inſtituimus. Atque Geleſius denuo poſtremam hanc ſententiam everſit, ſic pergens ratiocinari:* Deiode ſexennio ante obitum Caroli Martelli, nempe anno DCCXXXV, Raginfredum, S. Agilolphi in Colonienſi cathedra ſucceſſorem, cum S. Wilibrordo commutaſſe quædam mancipia, ex archivis refert R. P. Chriſtophorus Browerus. Quæ igitur hactenus communiter credita ſunt & plerique auctores commemorant, nempe S. Agilolfum creatum primum archiepiſcopum a Zacharia Pontifice, & hunc anno DCCXLVIII. ſcripſiſſe S. Agilolpho, neceſſario corrunt; fundamentum enim habeat in mendo epiſtolæ Zachariæ Pontificis, ex qua pontificia epiſtola errorem licet deprehendere, cum ex ordine epiſcoporum, tum ex obſervationibus R. P. Nicolai Serarii in Hiſtor. Moguntina, ubi ex aliis exemplaribus epiſtolarum Zachariæ, quatuor aſteriſco notatis Præſulibus, inter quos Agilolphus eſt, alios quatuor melioris lectionis ſubſtituit. *Hæc de variis recentiorum in calculo Agilolfiano figendo ſententiis; diſcendum ſupereſt de epocha auctoris antiquioris.*

ſuccenſit

16 *Auctor Paſſionis* S. Agilolfi, *quam hic damus, eas exhibet notas chronologicas, ut, ſi iis inſiſtamus, dicere neceſſe ſit, ſanctum Præſulem inter vivos degere deſiſſe circa annum 717. Hanc epocham ſuadent omnes notæ characteriſtica, loco plus uno ibidem expreſſo; quales ſunt*, Pippious, *qui non poteſt eſſe alius, quam Herſtallus;* C Carolus Martellus, *qui conſilio ſapienti ſanctiſſimi Archipræſulis utebatur Agilolfi; bellum gerens adverſus Chilpericum, qui & Daniel Clericus, & Raginfredum; Leo Imperator, videlicet Iſauricus; Gregorius Pontifex, hujus utique nominis ſecundus; vaſtatio Arduennæ & obſidio urbis Colonienſis a dictis Raguſredo & Chilperico, quas Browerus affigit anno 716.* Beatus Bonifacius ... a paganis gladio peremptus ... longe poſt paſſionem beatiſſimi Patris noſtri Agilolphi, *ut narrat idem ſcriptor Paſſionis num. 15. Denique, ne longior ſim, famoſum ſtratagema bellicum, quo Carolus Martellus, hoſtibus longe numero impar, ſuorum paucitatem ſupplens, Chilpericum cum ſuis devicit atque in fugam egit; quod novus Francicæ Hiſtoriæ auctor innectit anno 716. citans annales Metenſes, quamvis id diverſo modo commemoret, quam ſcriptor prædictus Paſſionis, ſicut pluribus aliis videbitur; qui etiam aperte aſſerit* S. Agilolfum *interemptum fuiſſe jam tum temporis, quando illud ſtratagema, executioni mandatum, Carolo Martello victoriam, hoſtibus cladem attulit. Res geſta narratur in Paſſione a num. 23.*

17 *Si tale eſſet meritum hujus auctoris anonymi, qui ſcripto complexus eſt Paſſionem ſancti Anſtitis* Agilolfi, *ut genuinus fidelis hiſtoricæ charactheribus præditus, majorem, quam vulgus ſcriptorum ſolet, fidem faceret; rem fortaſſe præſtarem, rationis conſonam atque eruditis non ingratam, ſi, relictis aliorum in figendo vitæ ac mortis* S. Agilolfi *tempore placitis, ea ad ſolum dicti auctoris calculos exigerem. Jam vero quoniam non pauca occurrunt in Paſſione, quam ſcripſit, cenſuram potius, quam laudem merita, ut pluribus in notis criticis, ſuper hac Paſſione paragrapho proximo faciendis, video aliam viam mihi ineundam eſſe. Quid enim habet ſententia auctorum, ſuperius productorum, vetans noſtro Præſuli ultra medium ſeculum octavum exiſtentiam, cur tamdiu ſuſpiceas, tamquam improbabilis, fundamento carens, & ultra juſtas chronologiæ metas vagam? Sane pro hac ſtat Zachariæ PP. epiſtola, anno 744. vel 748. ſcripta, in cujus inſcriptione exprimitur nomen* Agilolfi, Epiſcopi Colonienſis. *Pro hac facit Catalogus Abbatum Stabulenſium, apud laudatum Feſcum in Floribus eccl. Leod. a pag. 400. ordinatus, in quo, ſerie continuata, ducto principio a primo Stabulenſium ac Malmundarienſium Abbate S. Remacio, pergitur ad Abbatem decimum* S. Agilolfum, *e vita ereptum, ut ibidem traditur, anno 770. Hanc denique videtur ſatis ſtabilire duplex diploma, ad* S. Agilolfi *deceſſorem a Rege Childerico datum, de quo, quid referat Feſcenus in Paralipomenis Florum eccl. Leod. parte 2. pag. 605. operæ pretium eſt intelligere.*

18 Decimus Abbas *Stabulenſis* fuit S. Anglinus, cui Childericus Rex anno DCCXLII. varias prærogativas conceſſit; at Carolomannus anno XLVI. villas ſedecim donavit. Bina hæc diplomata, quando vixerit Anglinus oſtendunt. Huic Carolomanni Principis munificentiæ non diu ſuperfuit; quandoquidem anno XLVII. dicatur creatus Colonienſis epiſcopus S. Agilolfus, jam ante Stabulenſis Abbas. *Ita ille in elogio quamque ſanctorum Abbatum Stabulenſium, quæ ex veteribus monumentis Stabul. collegit adm. R. D. Franciſcus Laurentii, Prior Malmundar. ut ibidem præmittitur. Tres itaque iſtas rationes, e litteris PP. Zachariæ, e Catalogo Abbatum Stabulenſium, atque e duobus inſuper diplomatibus petitas, tamquam ſpurias ac falſas arguere in gratiam auctoris, qui Paſſionem ſcripſit, inſulſa atque inepta, bolus mihi videtur durioris digeſtionis, quam ut adeo facile deglutiatur. Ad rationes, ſupra ex Geleſio productas num. 15. ſic reſpondeo. Argumentum, quod petitur de commutatis a Raguſredo mancipiis cum S. Willibrordo ante obitum Caroli Martelli, anno 735. qui Raguſredus fuerit S. Agilolfi in Cathedra Colonienſi ſucceſſor, paralogiſmus videtur, ſi Comitis credimus, utcunque falſo ſuppoſito, videlicet, quod Raguſredus fuerit ſanctus* Angilolfi *ſucceſſor, qui potius fuit ejus deceſſor. Eum ſic nobis exhibet idem Comitius ad ann. 724. num. 31.* Succeſſor quoque *Faramundi* controvertitur; is tamen procul dubio fuit Ranguſredus, cui poſtea ſucceſſit Agilolphus, licet hic in vulgatis Catalogis eidem Raginfredo præponatur. *Ibidem ſtatuitur Hildegarius, proximus* Agilolfi *ſucceſſor. Hæc epocha epiſcopatus Raguſredi admiſſa, ea, quæ a Geleſio de permutatis mancipiis referuntur, & de quibus etiam agit Comitius ad ann. 735. num. 3. difficulta-*

D Auctor. J. P. *recedimus a calculo quo habet auctor Paſſionis noſtram ſtabilitus,*

E

ut patuerat, verſionem.

F

Digitized by Google

A AUCT. J. P. *cultatem non habent. Jam vero varia quidem in epiſtola Zachariæ PP. quatuor epiſcoporum, inter quos* Agilolfus, *eſt lectio; proque nomine* Agilolfi *aliud ad marginem ſubſtituitur: ſed utra lectio ſit verior, melior ac magis genuina, quis ſatis ſolide decidat? Nihil itaque ſatis video firmi, quod cogat nos diſcedere ab opinione, ſtatuente ſanctum Epiſcopum ſupervixiſſe ultra medium ſeculi octavi, & forte etiam uſque ad ann. 770. tametſi fateamur, omnia hic adeo eſſe intricata & involuta, ut vix certi aliquid tuto definias.*

Dies tranſlationis cujusnam ſit;

19 *Ex diebus, quo Martyr obiit, & quo translatus eſt, inter ſe diverſis, ortam videri diverſam annuntiationem, retulimus ſupra num. 1. Certe ſi auctori Paſſionis habenda eſt fides, diem extremum obiit Sanctus* XXXI. *Martii; de qua re ille cap. 1. num. 10.* Martius, *inquit*, die claudebatur ultima, ferebat Aprilem dies craſtina: tranſierat Sanctus nemora, *&c. Et mox truculentam ni illatam mortem deſcribit. Et in fine capit. 1. paſſio dicitur* celebrari pridie Kal. Aprilis. *Diſſonat illi Gelenius, quando diem obitualem ſtatuit eſſe* VII. *Idus Julii, quem diem tranſlationis, non mortis, potius dixerimus, juxta ſuperius num. 1. dicta.*

B

A quo facta tranſlatio;

20 *Sacras* Agilolfi *exuvias è Malmundarienſi monaſterio Colonam tranſlatas fuiſſe ab Annone Epiſcopo Colonienſi, conſtat è vita ejuſdem Annonis die* IV. *Decembrit, ab anonymo conſcripta, & apud Surium edita, in qua narratur in hæc verba, num. 37.* Sed, ut ad priora redeamus, Anno beatiſſimus, in terris excolens, quibus in cœlis aſſociari totis niſibus feſtinabat, Colonienſem urbem, dium fraudatam corpore Martyris & Epiſcopi ſui Agilolfi, membrorum ejus reſtitutione lætificavit; quæ Malmundarienſibus præripiens, in monaſterium ſuum, quod eſt ad Gradus, cum magna civitatis exultantis ambitione tranſtulit. *Jam vero, quoniam prædictus Anno* ad lucis tranſivit auctorem anno præſulatus ſui vigeſimo primo, anno Incarnationis Domini MLXXV. *ſicut refert ejus vita, a Gamanſio Colonia huc miſſa & accepta ex Ms. pergameno antiquo eccleſiæ collegiatæ S. Georgii Coloniæ, a poſteris noſtris ſuo tempore edenda, liquet, iſtam tranſlationem poſt annum* 1075. *differri non poſſe.*

C *Fiſenus in Hiſtoria Leod. lib. 8. num. 30. pag.* 306. *eam inciſit anno* 1061. *ſimul ſignificans, qua ratione contigerit:* Erupit, *inquit*, his temporibus malum aperto ancipitique marte, *an Malmundarienſe monaſterium deberet pergere ſubeſſe Abbati Stabulenſi, &* graviter Stabulenſes turbavit. Forte Kalendis Auguſti nobilem Germanorum Principum conventum Stabuleti habebat Agnes Auguſta, vice filioli regnum adminiſtrans. Aderat Anno, Colonienſis Archiepiſcopus, quem clandeſtinis artibus ſibi conciliandum propoſuerunt Malmundarienſes. Rogant, ut ſacram familiam, curæ ſuæ creditam, in proximo viſere dignetur. Ubi veniſſent, pretioſum depoſitum oſtentant, ſacrum corpus beati Agilolfi, Stabulenſis olim & Agrippinenſis ſimul Præſulis, Martyriſque. *Tum paucis injecta mentione legationis ad Pippinum, quæ examinabitur paragrapho proximo, item de loco martyrii, ſepultura ac miraculis ex Molano, ſic proſequitur ad rem noſtram:* Exarſit Anno ſancta cupiditate, pretioſi pignoris Coloniam reducendi. Ultro obculere Malmundarienſes, rati demerendum tanto munere Antiſtitis animum; qui magna ſua voluptate Agrippinam avexit opulentam iſthanc gazam, & in monaſterio ſuo ad Gradus collocavit. E Malmundarienſium voto res fluxit. D

Ea a S. Brunone, Ottonis Imperatoris fratre;

21 *Nullam itaque partem in iſta tranſlatione habuit S. Bruno, imperatoris Ottonis frater, id quod ſupra num. 7. retulit Molanus, citatus Chronicon Colonenſe; verum idem auctor, non obſtante iſto Chronico, factam tradidit ab Annone, plus nobiſcum deferens Vitæ hujus Præſulis, ſæpe dictam tranſlationem diſertis verbis, num. 20. datis exprimenti, quam Chronico incertæ fidei & auctoritatis, ſaltem de quibus non ſatis videtur conſtare. Adde, quod per ſphalma ſcriptionis* Anno & Bruno *facile confundi potuerint ab imperito exſcriptore, qui fortaſſe per ideam adjectitiam, ratus ſe hæc re de iſto Chronico bene mereri, adjecerit Brunoni*, qui frater erat Othonis Imperatoris; *ſic conſequenter in ſemel cæpto errore pergens. Utut eſt, tranſlatio iſta credi non poteſt a Brunone facta, cui Vita Annonis tam clare reclamat. Huc etiam ſpectant, quæ occaſione cultus* S. Agilolfi *initio hujus Commentarii attulimus ex Gelenio de ſacri corporis tranſlatione.* E

§. III. An functus ſit S. Agilolfus legatione ad Pippinum Herſtallum ſeu Craſſum; analyſis critica in Paſſionem Sancti, quæ hic datur; ejus auctor; ſtylus; ætas; apographum.

Legatio S. Agilolfi ad Pippinum Herſtallum

AD Pippinum Herſtallum ſeu Craſſum, Jupiliæ cum fatali morbo conflictantem, legatos diſceſſiſſe ſanctos Swibertum & Agilolfum, ipſum inducturos, ne Carolus Martellus, ex Alpaide pellice genitus, ipſius heres ſcriberetur, volunt recentiores auctores non pauci, Molanus in Natal. Sanctorum Belgii pag. 141. Fiſenus in Hiſtoria Leod. pag. 163. Gelenius lib. 3. de Coloniæ Agripp. magnitudine, pag. 308. quibus adjunge Miræum in Faſtis Belgicis, qui die 1. Martii & IX. Julii hujus profectionis memſuit, eam affigens anno 714. ſed ejus cauſam non exprimens. Hæc demum legatio infarta eſt lectionibus Officii propriis S. Agilolfi, *quæ habentur die* VII. *hujus inter Officia propria Sanctorum eccleſiæ & diœceſis Oſnabrugenſis, anno* 1652. *edita; ſed in duobus antiquioribus Breviariis anni* 1516. *quæ habemus, iſto die præterita omnis de* S. Agilolfo *mentio. At legatio illa plane corruit ex dictis de tempore vitæ ac mortis* S. Agilolfi, *paragrapho ſecundo ſtabilito. Atque etiamſi inde iſta legatio non plane corrueret; ob alias rationes commentitia cenſeri deberet, non almunde, ut opinor, hauſta, quam ex vita apocrypha S. Swiberti, ſub Pſeudomarcellini nomine vulgata, & apertis hallucinationibus, falſitatibus ac mendatiis inepte ac turpiter conſarcinata, meritoque releganda ad monſtra hiſtorica, qualia in impoſtorum cerebellis coaleſcunt. Vide, quæ Bollandus in eo auctore corrigenda obſervavit die 1. Martii, a pag. 78. Locus de quo hic quæritur, ſic ibidem ſonat.* F

tamquam fabula, a Pſeudomarcellino conficta,

23 Anno DCCXIV. Pippinum, *ait inſicetus fabulator*, dolentem ſuper innocente morte Sancti Lamberti Epiſcopi, ad mortem ægrotaſſe. *Tunc vero accerſitum per nobiles viros Swibertum, ut eum viſitaret*, perrexiſſe prius Coloniam ad illuſtrem Ducissam Lotharingiæ ſive Auſtraſiorum,

A ſiorum, conſilium ab ea expetentem, quidnam facere deberet. *Quæ eum & Agilolfum*, Colonienſem Archiepiſcopum cum pleriſque aliis prælatis miſit ad Pippinum Principem, conjugem ejus; ad informandum eum, ſi obiret, ne illuſtres legitimos ſuos filios Drogonem, Ducem Campaniæ, (&) Grimoaldum Majorem domus Childeberti, Regis Franciæ, exheredaret, heredem ſcribendo Carolum Martellum, illegitimum ex Alpaide pellice genitum, *&c.* Pippinus vero, eodem anno moriens, eumdem Carolum Martellum ſuorum principatuum reliquit heredem. Quod cernentes præfuti Pontificoes, inglorii & triſtes Coloniam redierunt, enarrantes Plectrudi omnia, quæ geſta erant in Joppilia a Pippino, conſolantes eam, & ad tolerantiam patientiæ animantes.

injuriæ. 24 *Aniles baſce nenias convellit Bollandus, oſtendens, Plectrudem conjugem non fuiſſe divortio ſeparatam a Pippino, ut liquet e donationibus, utriuſque nomine factis, ab ann. 705. ad 714. ſubſilemque adornari cauſam legationis ex metu exheredationis filiorum Drogonis & Grimoaldi, qui*

B *jam e vivis exceſſerant. Addit, ſed quod proprie non eſt hujus noſtri inſtituti, Pippinum multis virtutibus peccata expiaſſe contra inquos obſtrepentem Pſeudomarcellinum. Fiſenus in Hiſtoria Eccl. Leodienſis, anno 1642. typis editus, pag. 163. commentitiam ex dicto fabulatore legationem mutuatur, ejuſque prætorea mentionem facit ibidem pag. 306. verum in Floribus eccl. Leodienſis, anno 1647. in lucem datis, abunde errorem ſuum correxit, quando rurſum in illo opere recenſita hac legatione, ita ſubjungit;* Illam tamen ad Pipinum legationem ad trutinam non immerito quiſpiam revocaverit, *&c. quæ habes num. 13. Atque de fabella ſpurii Marcellini plus quam ſatis. Nunc ad auctorem Paſſionis progrediamur, eam exigendo ad analyſim criticam, ut patcat, quam merito ab ejus epocha chronologica receſſerimus.*

Paſſio Sancti. 25 *In ipſo Paſſionis exordio per Pippinum, ibi nominatum, non aliunde colligi poſſe, quam Pippinum Herſtallum ſive Craſſum, patet manifeſte ex toto contextu. Hic fuit Major domus Auſtraſiæ & Neuſtriæ; quare ergo vocat eum author* Regem, *ſic loquens?* Igitur apud Francorum gentem Pippino Rege, vita exempto, *an forte quia*

C *avum Pippinum confudit eum Pippino Rege, ſuo ex filio adopta? Num. 2. ballucinatur, dum ſcribit:* Hic Gregorius, Bonifacium, fidei dogmatibus imbutum, genere Britannum, ordinavit epiſcopum, quem aggredi juſſit partes Galliarum & expetere ſacrum Antiſtitem Agilolfum ... *qui, comitante S. Bonifacio*, poſt Rheni tranſitum lectore; Germanorum gentem, ſedentem in tenebris, evangelica luce perluſtravit. *S. Bonifacius anno demum 723. a S. Gregorio PP. conſecratus eſt Epiſcopus, quocum in expeditione Apoſtolica Germaniæ partem habuiſſe S. Agilolfum, memorat, auctor Paſſionis; quomodo id combinari poteſt cum morte ejuſdem Sancti Agilolfi, quæ juxta ejus ſyſtema contigere debuit circiter anno 716. ut ſuſius deduxit habes num. 16. Rurſum ineptit, dum num. 6. Carolum Martellum, Pippini Herſtalli filium*, clariſſimum Regem *vocat. Jam vero legatio ad Chilpericum & Raginfredum, a Carole Martelle commiſſa ſancto noſtro Antiſtiti, ipſis nunciatura, quod* niſi regni fines egrediantur, conſliget adverſus eos potentia regalis; *& quod ſubjungitur*, Parens dictis regalibus ſacerdos fidelisſimus, ut valedixit fratribus, pacemque dedit omnibus, ibat in Chriſti nomine, Martyr futurus ſanguine, *ſeclusa etiam ratione temporis, ſupernus a nobis ordinata, quacum non poſſunt combinari, non multum habere videntur etiam alioquin, quo undequaque placere & tanquam vera continuo admitti poſſint.*

D Auct. J. P.

26 *Numero autem 24. rurſum facit Carolum Martellum Regem:* Fama, *inquit*, certa rei nuntia, provecta non pigro volatu, pervenit ad regales aures. *Adjuncta ſtratagematis, a muliere Carolo Martelle ſuggeſti ac relati a num. 25. videntur fabuloſe ab auctore conficta. Cui enim non diſplicent æquivocatio plauſtri, de quo num. 26.* Rex arboreus cum arboreis militibus, *num. 27. ac terror hoſtium*, ſylva eos perlequente? *Vellico adjuncta dicti ſtratagematis, non vero ipſum ſtratagema, quod, alio modo narratum, videri poteſt apud novum ſcriptorem Hiſtoriæ Francicæ noſtrum Gabrielem Daniel, qui illud refert ad ann. 716.* citatus, *ut diximus, Annales Metenſes ad hunc*

E *eumdem annum. Hæc, quæ ad criſim revocanda hic cenſuimus, arguunt, ut mea ſert opinio, auctorem manuſcripti, quod domus, in hiſtoricis rebus, quas vel legit vel audivit, nonnulla imperite confudiſſe, quædam de ſuo addidiſſe, ut nemini videri nemini debeat, nos in epocha vitæ ac mortis Agilolfianæ figenda ab eo receſſiſſe.* *ad analyſim criticam revocata.*

27 *Ceterum, ſicut auctoris nomen mihi eſt incompertum, ita non dubitandum videtur, quin fuerit monachus Malmundarienſis. Idque colligitur ex ſequentibus. Joannes Gamanſius, quo anno hac miſit Paſſionem* S. Agilolfi, *eodem ſimul miſit Ms. hoc titulo notatum:* Incipit liber de miraculis S. Quirini Martyris, *deſumptus, uti aſſerbitur, ex Ms. Patronorum Malmundarienſium. Librum iſtum, ſive Ms. compoſitum eſſe a monacho Malmundarienſi, evincunt illa fragmenta, quæ inde excerpe. In initio ſic habet.* In eorum, *ſanctorum patronorum Malmundarienſium*, ex vico Candarenſi translatione FRATRIBUS NOSTRIS ingens fuit exultatio. *Poſtea, relato miraculo pueri contracti, ſe manifeſtum facit:* Fratres noſtri fiere præ gaudio. *Et rurſum alibi:* Dæmonia peſſima infeſtatione mulier torquebatur, Widrada nomine, ſed ſpe curandi ad noſtrum ducta monaſterium, velox a Deo per beatos Martyres conſecuta eſt remedium. *Et clariſſime id indicat in elogio* S. Agilolfi, *indidem delibato, quod retulimus num. 3.* Apud nos, ubi Abbatis nomine præfuerat & opere, uſque dum Deus voluit, locum habuit ſepulturæ. *Atqui iſtud Ms. unde hæc fragmenta excerpta ſunt, ab eodem fuit auctore exaratum, a quo exarata fuit prædicta paſſio; conſequens ergo eſt, ut Paſſionis auctor ſit Monachus Malmundarienſis. Quod autem idem utriuſque extiteris auctor, jam pridem obſervarunt Bollandus & Gamenſius: quorum ultimus ita notatum reliquit:* Idem Malmundarienſis monachus eſt auctor & hujus hiſtoriæ tum Paſſionis, tum miraculorum S. Agilolfi, tum translationis & miraculorum S. Quirini. Conjicio illud ex ſtyli omnimoda ſimilitudine. *Nec vanam fuiſſe ipſius conjecturam, patebit ex ſequentibus, ubi de auctoris ſtylo.* *Ejus auctor fuit monachus Malmundarienſis.*

F

28 *Redolet ille æſtrum poeticum, auctore identidem affectante orationem numeroſam & ligatam. Dicores poetaſtrum agere potius, quam hiſtoricum. Panca multis exprimit. In verboſis digreſſionibus* *Stylus ſcriptoris.*

eſt

A AUCT. J. P. *eſt frequens ad nauſeam uſque. In agglomerandis verſibus hexametris minime ſibi temperat. Habe ſpecimen.* Injuſtas acies, atque impia caſtra moventes ... Non aliter varii, quam turbant aera venti ... Haud ſecus agnorum quam turmam turba luporum diſſipat, & prædam prædo rapit ore cruento, *num.* 3. Illic cœleſtem faciens flaveſcere meſſem ... Ingemuit, ſtrinxitque animum pietatis imago, *num.* 4. *Et ibidem:* Illorum triſtes pulſabant aera voces. Talis clamor erat, quem turba gemendo ferebat. *Quid multis moror? Plura hujuſmodi ibidem occurrunt, quam ut ea vacet hic otioſe tranſcribere. Vide unus quam Ms. de miraculis S. Quirini eumdem ſtylum & auctorem ſpiret, Puer*, qui vocem non ore dabat, non aure trahebat, quin ex contractione deformi deformia membra gerebat. *Et poſt pauca:* Excitus a ſomno lætatur munere ſumpto, .. Cum ſol occiduis radios immergeret undis. *Et aliquibus interjectis:* Erectuſque ſuis lætatur vadere plantis. *Et poſtea:* Grata ſuperveniet, qua non ſperabitis, hora ... tenebriſque remotis, implevit vacuas ignoto ſole feneſtras. Jam cœli medias Phœbus conſcenderat arces. *Quid plura? Abunde ex his paucis patet, non tam ovum eſſe ovo ſimile, quam ſtylum ſtylo.*

B 29 *Ex eodem ſtyli charactere, facile datur intelligi, eladem & fugam Chulperici & Raginfredi, a n.* 23. *expoſitam, ejuſdem monachi partum eſſe; qui his denuo expreſſionibus non obſcure ſe prodit:* Candidus auratis aperiebat cornibus annum taurus, & adverſo ſedens canis occidebat auſtro. Hora erat occiduis cum ſol ſe immerſerat undis. Lunaris lampas perpulchra nocte nitebat ... O ſtulti, ſtulti! quæ vos dementia cepit. *Tam hic igitur, quam alibi auctor poetaſtrum ſe eſſe non diſſimulat.*

Vixit autem poſt S. Agilolfi *ad Colonienſes tranſlatione, ab Annone facta, de qua ſuperius diximus, ſicut ipſe inſinuat in libro de miraculis S. Quirini; ubi injecta ſancti Præſulis noſtri mentione;* De præſcripto, *inquit*, beatæ memoriæ viro, *Agilolfo*, multa ſuppeterent, quæ dici laudabiliter poſſent; ſed quia nobis ablatus, alias eſt translatus, reticere exinde melius putavimus. *Ne tamen nihil dicat, ignaviæ vel invidentiæ vitio culpandus, ſubnectit parvum elogium, quod num.* 3. *produximus. Id quod indicio eſt, Paſſionem & miracula* S. Agilolfi, *poſt miracula S. Quirini fuiſſe conſcripta; nam cum illic tam parvo elogio utcretur, ſine dubio indicaſſet, ſe plura alias de hoc Sancto litteris mandaſſe. Hoc igitur poſtea præſtiterit, & duo miracula, in libro de miraculis S. Quirini narrata, ad* S. Agilolfum *inde tranſtulerit. Miraculum quippe, quod ibi refertur de cæca & curva muliere ſoſpitata, num.* 10. *& quod incipit:* Natalis S. Joannis Baptiſtæ a fidelibus fideli excolitur devotione, *eodem modo narrantur in libro de miraculis S. Quirini; uti inſuper miraculum de muliere, recurvis digitis laborante, n.* 16. *nimis conſonat Ms. de S. Quirino, quam ut inde non ſit excerptum.*

eſſem erat. 30 *Si quæras ulterius, quo circiter anno floruerit pluries memoratus ſcriptor; hoc reſpondſi accipe ex ipſo, in libro ſæpe dicto de miraculis S. Quirini ita nos de tempore, quo vixit, inſtruente:* Per id tempeſtatis, *qua ſicut præmiſerat*, exigentibus hominum inſolentiis, terrores Dominus incutiebat ſuperventuræ gentilitatis, pontificales adminiſtrabat inſulas in Colonienſium urbe Hermannus, *qui triduanam abſtinentiam ad placandum dominum numen ſuis injunxerat.* Quia ergo, *inquit ſcriptor*, abbatia noſtra ad ejus diœceſim pertinet, ſtuduimus & nos idem agere, quantum valuimus, Deo largiente. *Et paulo poſt mortuæ puellæ, ad tumbam Malmundarienſium Patronorum relictæ atque ad vitam revocatæ adfuiſſe ſe teſtatur his verbis:* Poſt tempus jejuni, ſumpto cibo paſtiſque viſceribus, reverſi, puellam vitali luce donatam reperimus. *Itaque cum viderimus auctorem vixiſſe poſt S. Annonem, Epiſcopum Colonienſem, ſequitur hic intelligi Hermannum, hujus nominis tertium, qui ſignatur in Catalogis Epiſcoporum Colonienſium præſſe cœpiſſe ann.* 1089. *deſiiſſe autem* 1099. *atque adeo ſcriptorem, quo de agimus, vixiſſe verſus exitum ſeculi undecimi. Obſerva obiter, Gulielmum Eyſengrenium Spirenſem, teſte Molano in Annotationibus ad Martyrologium Uſuardi, a ſe additionibus auctum, ad diem* 12. *Julii, dicere, inter alias vitas a Brunone, Colonienſi Archiepiſcopo ſcriptas, quales ibidem numerantur Euergiſli, Proculi Sufatenſis, Eliphii, Gregorii Spoletani, etiam eſſe vitam* S. Agilolfi. Quod, *inquit, Molanus*, unde habeat, ignoro. *Idem ignoramus etiam nos, & fugimus quærere. Faller, an hoc anſam dederit Ferrario enuntiandi, vitam ſancti Præſulis tradi ſcriptam a S. Brunone Epiſcopo.*

Paſſionis epographe. 31 *Finem imponam huic Commentario, dum pauca addidero de noſtro manuſcripto. Miſit illud P. Joannes Gamanſius Coloniæ anno* 1638. *adſcripto ad marginem, quo ex fonte prodierit, videlicet ex Ms. lectionario pergameno S. Mariæ ad Gradus Coloniæ & Ms. Patronorum Malmundarienſium, quod habet Paſſionem multo luſtriorem & authenticam: unde utroque Ms. fideliter collato, quæ in primo Ms. ad Gradus omiſſa erant, ex ſecundo Ms. Malmundarienſi ad marginem & alibi annotata ſcribuntur; & in Mariano Ms. ad ſingula loca, ubi illa omiſſa erant, notabatur crux, ſigni loco. Ea nos exemplari Mariano, quod hic damus, intexuimus, uncis incluſa ( ), ut textus alter ab altero commode diſtingui poſſit; pauculis in annotata rejectis. Sed jam Paſſionem ipſam ſubjicimus.*

PASSIO

Ex Ms. Lectionario pergameno S. Mariæ ad Gradus Coloniæ & Ms. Patronorum Malmundarienſium,

A Monacho Malmundarienſi conſcripta; forte numquam hactenus edita.

CAPUT I.

Qua occaſione S. Agilolfus ſit occiſus.

IGitur apud Francorum gentem, Pippino *a* rege vita exempto, Carolus *b*, filius ejus, decorus ac robuſtus ſucceſſit in regno. Qui licet *a* *b*

A licet puerili teneretur ævo, glorioſus tamen habebatur in triumpho. Hic conſilio ſapienti
1. *Carolo Martello cum Childerico & Regnfredo bis bello*, ſanctiſſimi Archipræſulis *c* utebatur Agilolfi, ſapere ea, quæ ſunt Dei, diligere & operari; eccleſiaſtica & ſecularia negotia armis tueri, moribus ornare, legibus emendare. In hunc, *f* regalia ſceptra jure tenentem, Francia maligmis odiis exarſit, Danielemque quondam clericum, mutato nomine, Helpricum vocans, in regno ſublimavit, quem cum tyranno Raginfrido contra pium Principem direxit; & ut eum vita ſimul & regno privarent, invidia ſtimulante ſuggeſſit.

2. *Bonifacius ad S. Agilolfum*; 2 Eo tempore Leo præerat Imperator Romanis arcibus *d*, ſummus & univerſalis habebatur Papa Gregorius *e*. Hic Bonifacium *f*, catholicæ fidei dogmatibus imbutum, genere Britannum, ordinavit Epiſcopum, quem aggredi juſſit partes Galliarum & expetere ſacrum Antiſtitem Agilolfum: pervenerat enim ad aures ipſius fama virtutum, ut, adjuvante prudentia illius & conſilio, ſpargens in Germania divini verbi
B ſemina, facilius a ſuis pravitatibus refrenaret *g* rebellium corda. Ejus adventu pius Archos Antiſtes, tactus inopinabili gaudio, ſuſcepit eum cum omni honorificentia. Cum quo poſt Rheni tranſmeans littora, Germanorum gentem, ſedentem in tenebris, Evangelica luce perluſtravit.

3. *Tyrannis omnia vaſtantibus*, 3 Interea præfati tyranni injuſtæ acies atque impia caſtra moventes, & longe lateque ſævitiam ſuæ tyrannidis exercentes, Arduennam pervenerunt. Deinde mœnia Colouienſis urbis, in manu gravi ſepti, triſtibus armis petierunt. Normam ſpernunt juſtitiæ, pacem turbant Eccleſiæ. Non aliter, varii quam turbant æra venti, irrumpunt ovilia ſacra lupi; multi corruunt in ore gladii. Haud ſecus agnorum quam turmam turba luporum diſſipat, & prædam prædo rapit ore cruento. Itaque peracta cæde nefanda, ſpoliata crudeliter urbe, ſublatis etiam ſecum eccleſiaſticis & regiis theſauris, reduunt ſe Arduennis *b* montibus arduis. Veniunt
b ad locum denſis accinctum nemoribus, excelſum, munitum collibus, Amblavam vocatum
i a præterfluentis nomine fluminis *i*, cui plurimum commodi & amœnitatis confert copia
C graminis. Placuit illis loci facies: ideoque manentes ibi, diſtribuebant ea, quæ rapuerant, inter iniquos diverſæ nationis ſatellites, Francos *k*, Aquitanios, diverſi etiam cultus malos
k Chriſtianos & gentiles peſſimos.

Colonium invaſit P. Agilolfus. 4 Cæcitatem vero gentilium repellens gemma Præſulum Agilolfus, in Germania peragebat opus Evangeliſtæ, illic cœleſtem faciens flaveſcere meſſem; cum relatum eſt & de ſuæ ſedis exſpoliatione, de civium diſpendio, de theſauris ab eccleſia ſublatis. Qui protinus ingemuit, ſtrinxitque animum pietatis imago, & quamquam cœpti ſtimularet cura laboris, diem non diſtulit, ſed ad urbem velociter rediit; nam via rectior putabatur, qua deſolati conſolarentur, & turbati confortarentur. Ingreditur Coloniam dulcis conſolatio piaque dulcedo, occurritque ei civium dolentium lacrymiſque manantium multitudo. Illorum triſtes pulſabant æra voces. Talis clamor erat, quem turba gemendo ferebat. Te præſidente *l* pio paſtore ſacroque magiſtro, læta fuit nobis rebus fortuna fecundis; ſed ut recedens a tuis ovibus, Apoſtolum te dediſti gentilibus, protinus illa ſuum D
mutavit nubila vultum. Ecce circumdedit nos EX MSS.
luctus & miſeria, tempeſtas gravis inundavit ſuper capita noſtra. Acies oculorum noſtrorum lacrymis meriæ, pene caligarunt pro nece cariorum & perditione bonorum, & pro vulneribus, quæ tot per corpus habemus.

Conſolans ſuos ad patientiam cohortatur. 5 Conſolans illos, his verbis ammonet heros. Tergite fratres oculos lacrymis inundantes. Diſcedant de corde veſtro tanti dolores. Quid vos in mœſtitiam luctumque dejecit? An apud improbos mores juſtitiam nunc primum periculis eſſe laceſſitam conſetis? Nihil eſt, quod admiremini, ſi in hoc vitæ ſalo circumſtantibus agitemur procellis. Ipſe Dominus probra & illuſiones toleravit, ſubiitque tormenta crucis. Ferte crucem Chriſti, feret hæc vos trans mare mundi navis, quæ cunctas ſcindit ſuperatque procellas. Fundamentum domus veſtræ maneat ſolidum, ne vi ventorum moveatur, aut inundatione fluctuum. Nolite timere, divino nutu fiunt omnia. Si ſitis ſtabiles veſtrique juris, hæc corporis vulnera fient animæ E
medicina. (Perſecutionis fervore fideles examinantur, aurum velut igne probatur. Si ſimus aurum, cœleſtis aulæ erimus ornamentum. Si plumbum fuerimus, regiæ domus ornatus non erimus. Fluminis impetu piſcis creſcit, non læditur; ſic juſtus creſcit, dum procelloſa perturbatione quaſſatur, Dominoque ſit mante manum ejus non conturbatur; granum transfertur ad horrea, cum tritum milla modis caruerit palea. Simus læta meſſis, non palea, quæ vento ſtante diſpergitur per æra, ſi cœleſtia transferri volumus ad horrea.) Itaque ad Dominum, fratres, veſtras convertite mentes, ut præſens gemitus det veri gaudia cœlus. Abſit dolor a cordibus veſtris, attendite verba Salomonis: Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat autem omnem filium, quem recipit. Inferantur menti veſtræ verba dominica: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

A Regi Coloniæ vocatur ad Childericum & Raginfredum; 6 (Spargo veſtris in cordibus divini verbi ſemina, quæ ſi non... nec ſpinæ præfocaverint, nec æſtus exuſſerit, accedente pluvia hortationum mearum & cogitationibus veſtris bonis, quibus hoc agitur in corde, quod in agro raF
ſtris, & glebæ frangantur, & ſemen operiatur, germinabitis & afferetis fructum juſtitiæ, ad quem gaudeat & lætetur agricola. Gaudete in Domino ſemper iterum dico gaudete.) Haud aliter triſtitiæ diſſolvens nebulas, eorum in vires collegit animos. Inter agendum clariſſimus
V. Rex Carolus, elegans, induſtrius & armis ſtrenuus, cognita regni depopulatione, facta barbarorum præſumptione, collectis copiis, Coloniæ mœnibus intulit ſui præſentiam, ut prælia committeret adverſus hoſtilem turmam, quod negotium poſuit in ſui proviſoris, beati videlicet Agilolfi judicio, ut volens in omnibus ejus conſilio. Barbara rabies, inquit, Domine præſul, ad pugnam nos concitat. Quid agendum ſit, veſtra induſtria cenſeat. Helpricum & Raginfridum contra me direxit Francia, quibus miniſtrat vires Aquitania, auget tyrannidem Germania, carere ſuæ perfidiæ caligine nolens, dominique jugum ferre renuens. Quorum ſævitiam licet omnis Gallia ſit experta, veſtra tamen diœceſis crudelius eſt ab illis depopulata. Me petunt, inſidiis privare volentes honoris

bus

A bus regiis. Nunc etiam episcopatus vestri fines
ex mss. occupant, populique facultates capiunt & devorant. Hos bello cum quantis potero, aggredieos, superare conabor. Nam vel nobiliter moriar, vel libera jura tuebor. Ad illos volo legationem meam feratis: quia nisi regni fines egrediantur, confliget adversus illos potentia regalis. Hæc in Deo dixit, non in homine: cum non multo stiparetur milite.

vt. p Malmundarienſibus benigne ſuſpexerit; 7 Parens dictis regalibus sacerdos fidelissimus, ut valedixit fratribus, pacemque dedit omnibus, ibat in Christi nomine, martyr futurus sanguine. (Fuerat jam dudum ejus cordi pius affectus & ardens desiderium, suum monasterium visendi, fratresque de sua tristes absentia lætificaodi). Cum multis itaque sui comitibus itineris, ut transiit pagum Reburiensem
m , gaudens habebat iter, auspice Deo, per Arduennensem. Exultat omnis proviocia tanti sacerdotis præsentia, pervolavitque fama ad
n notitiam cœtus Malmundriensis n, advenire suum patrem, suum decus, suum præsulem,
B suam gloriam. Gaudere senes cum junioribus, exultare pusilli cum majoribus. Videas populos undique confluere, ut interessent tantæ lætitiæ. Omnia fervebaot, instabant omnia votis. Hunc divites, hunc pauperes venturum resono passim clamore ferebant. Tantus amor Sancto, tanta est devotio vulgo. (O patrem dignum, ter sanctum, ter venerandum! qui viscera tot pietatis, gaudia tot mentis, se redeunte, refert; quem grex suus advenientem decenter suscipiens, laudis modulamina confert.) Ingreditur monasterium, principis Apostolorum patrocinio dicatum, cum fratribus psallentibus & populis gaudentibus. Sed latet ejus imminere lamentabile funus, triste, minax, querulum, lacrymabile, prodigiosum. Pro lacrymis cantus, pro luctu personat hymnus. (Verum, quem non lætificaret tanti patris adventus, tam teneri & industrii, tam dulcis & amabilis, tam humilis & affabilis? Uous etenim idemque semper manens, cœlestem quodammodo præferens vultu lætitiam, extra naturam videbatur humanam, oumquam mœrens, numquam ridens. O virum mirabilem, divina gratia coruscantem! quem nec adversa mutaverunt, nec prospera. Martyrium cui vita fuit,
C multis perferenti passiones; fame, vigiliis, frigore, jejuniis, opprobriis invidorum, infectationibus improborum, cura pro infirmantibus, solicitudine pro periclitantibus. Quo enim dolente, non doluit? Quo scandalizante, non ustus est? Quo pereuote, non gemuit? Tantæ virtutes ejus erant quod suave redolentes ibant in immensum, & multipliciter per eas accenderetur devotio populorum. Tanta ejus erat conversatio, quam non possit explicare nostra narratio.)

quæ dulci orationi affectus & ad virtutem Benedicti, 8 Itaque post orationem, flens præ gaudio, ruit in oscula fratrum, atque ab eo sic est peroratum. (Scio vos, fratres, de mea contristatos absentia, postquam me Dei gratia pontificali decoravit infula. Legimus filiis Israel adversus Amalech pugnantibus, in monte stetisse Moysen, expansis ad Deum msnibus atque devotis incumbendo precibus, absentem pugnasse cum hostibus. Oratio namque devota cœli conscendit altiora, orantemque præsentat in sublime divinæ Majestatis, licet habeatur in terris præsentia corporali. Si ergo corpore vobis abD fui, tamen orando me Deo proximum pro vobis exhibui. Exhibendo me proximum Deo, vobis non defui, & si non defui, certe non abfui. Præsens ergo fui vobis, quos habui semper in orationibus meis, Deum rogans, ut vos virtutibus muniae contra spiritualis insidias Amaleeh, & introducat in æternam hereditatem filiorum Israel. Eja fratres, & mihi vos adestote pura cordis dilectione, atque præcone veritatis admonente, corda vestra eum manibus ad Deum levate.) Moneo vos caritatis igne VII.
fervere, orationi frequenter incumbere, obedientiæ bonum majoribus exhibere, patientiam, quæ miseriarum portus est, amplecti, prælatos vobis venerari, lumbos vestros præcingere, castitatem diligere, pacem præ omnibus & unanimitatis concordiam tenere, invidiæ fiammas vestris a cordibus fugare, ut mereamini grati divinis conspectibus apparere.

9 Ante nostros oculos habemus diem migra- expoſito laborum ad regni incolumitatem officio,
tionis ab hoc seculo; quia non est hic nobis manens habitatio. Labuntur enim anni fugaces, & die, velut unda procellis, truditur E
dies. Omnis homo quasi flos, transit velociter ut ros. Nec simus infœcundæ arbores, igni comburendæ; sed simus in domo Domini plantatio fertilis & ornata floribus fine fine. Regalis emanavit auctoritas, ut regalem feram legationem barbaris, regni sævis invaforibus, in loco satis huic vicino monasterio commanentibus. Ibo, reversurus, vosque visurus, si dederit Deus. Dixit; seque pontificalibus insulis exornavit, ad recolendam dominicæ passionis memoriam, iturus ad suæ passionis victoriam.

10 Celebratis ergo Missarum solemniis, it vttt. pius ad sævos noster hierarcha tyrannos, ut dum ad hoc finis pergit,
decreta ferat, quæ regia jussio mandat. (Verum tempus erat, gelidus canis cum montibus humor liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit: frondebant silvæ, ridebant floribus her- F
bæ, Martius die claudebatur ultima, ferebat Aprilem dies craftina.) Transierat Sanctus nemora, jamque appropinquans hostium cuneis, ibat per prata virentia. Illi deputaverunt custodes & speculatores, quos de suis validiores crudelioresque noverant, & callidiores. Qui dum conspicerent sacerdotem Christi venientem, crudeliter, ut leo, frendent, sibique venire prædam, tamquam lupus, gaudent. Perfundunt totas animo furoris habenas, accenduntque cordibus invidiæ flammas. Sitiunt ejus sanguinem fundere, eumque cæde perimere. Ecce venit, inquiunt, Colonieosis pontifex, prudens Caroli provisor & opifex. Hic est ille famosus, insignis & venerabilis in omni Gallia, cujus sapientia regni disponuntur negotia: conspiremus ergo ad arma, irruamus in eum manu dura, eat in ferri discrimina; de terra tollatur ejus memoria. Post regni facile corpus superabimus omne. (O rabies crudelissima, o furor novus & dementia! Sic hostis humani generis gaudebat totum mundum sibi subdendum Christi morte, cum suam ruinam sciret imminere, sicut hi profani per hujus necem Sancti sperabant omne regnum suæ subjugandum ditioni. Nam qualis tunc spes erat capiti reproborum de capite electorum; talis est omne membris reproborum de mem-

bris

A bris capitis electorum. Sed ſicut poſt paſſionem Dominicam tartarea poteſtas triumphata ruit, ſic horum ſævitiam temerariamque manum virtus Chriſti poſt effuſum ſanguinem ſervi ſui ſuperavit, quod poſtea, divina gratia largiente, notabimus, poſtquam triumphum paſſionis ejus peroraverimus.)

IX. Hos ab illis cædiuntur.

11 Erumpunt itaque iræ, nec frena ſciunt cohibere. Magno fragore ruunt protinus, infeſtiſque cominus armis occurrunt. Proh dolor! enſe petunt Patrem, teloque laceſſunt. Undique ferro cæditur, innocenſque ſanguis ejus effunditur. Proſternitur terræ corpus impulſu armorum, mens devota permanet ad regem cœlorum. Illi parcere non ſtant, ſed ſortiter ictibus inſtant. Hic extremo ſpiritu palpitans, ſuppliciter Deum poſtulat, ut in pace ſuum ſpiritum ſuſcipiat. Nec mora præſtandi; quia non cenſura magiſtri ſpernit pulſantem pro juſtitia patientem. O Martyr felix! Ex illius ore, velut nix, candida columba proceſſit & ad aſtra volavit. (At ſævi ſatellites, videntes eum exſpiraſſe, non morantur ad caſtra recurrere, ſed velociter euntes, gaudia nuntiant, virtutem & victoriam dominis ſuis prædicant; qui non erant ab eodem loco receſſuri, donec gladio cæderentur hoſtili.) Jacebat terræ proſtratum Martyris corpus exanime, herbaque pullulabat ejus roſeo ſanguine. Spiritus migraverat ad Chriſtum, cum quo gaudet & vivit in æternum.

B

X. magno ſui Malmundarienſibus.

12 Gaudebat adhuc longe non abeſſe pontificem Malmundarienſis cœtus: quippe, qui promiſerat ſe reverſurum, ſi daret Deus, ſed ſubito gaudium in mœrorem commutatur, cum ab iniquis peremptus eſſe nuntiatur, nec minor ineſt cordibus gravitas gemitus & doloris, quam paulo ante fuerat exultationis. Turbantur & triſtantur fideles populi, omniumque lacrymis exundant oculi. Pulſant aera magnis querendo clamoribus, &, quid agant, ignorant penitus. Patria exangues artus cernere deſiderant, ſed hoſtium lævitiam trepidant; tum ire cogit amor, tum ſtare coercet timor. Sed vicit tandem conſtantia dilectionis formidinem, devotio repulit omnem timorem. Tanta multos roboraverat charitas, tanta conſtantes effecerat pietas, ut, quia pium paſtorem noverant occubuiſſe, non formidarent manibus reproborum necem ſubire. Concurrit turba monachorum, convolat ex agris & vicis multitudo populorum. Veniunt ad Amblavam, cernunt humo jacentem corporis ſacri glebam. Videntur gramina Martyris illita cruore, nimioque notantur ora pallore. Cogit illos dolor cordis ſemivivos ruere, altaque ſuſpiria de profundis profundere, tantoque mœroris afficiuntur vulnere, ut in oculis exſiccatæ deficerent lacrymæ.

C

volatile dei ſidaris.

13 Omnes unanimiter conquerentes, prorumpunt in has voces: Heu miſeri! quid agemus? qui tantum patrem nos amiſiſſe dolemus. Quis nobis medebitur ultra, cum ipſe ſolus omnium fuerit medicina? (Quæ nobis jam erit conſolatio, quos conſolatore privacos, tanta perturbavit deſolatio?) Quæ tutela reſtat ovibus, cum paſtor peremptus ſit a lupis rapacibus? Heu, viduata tanto paſtore Colonia, cujus ſanguine rubet tellus Arduennica. (Eheu! nautam amiſimus, peri-

D

clitabitur navis in maximis fluctibus; ſtabic ventorum vis violenca; nulla reperiet oppoſita ſibi vela. Heu pater chariſſime! heu pater dulciſſime! gaudens ad nos veniſti, tuoque nos adventu lætificaſti: gaudens ſalutari verbo nos monuiſti, gaudens a nobis receſſiſti; veniſti gaudens ad hoſtes; arma triſtia gerentes, innocentemque ſanguinem fundere ſitientes. Heu gaudium rapuerunt, atque omnia mœſta dederunt!) Ecce quid actum ſit, pater, cur lacrymas fundat oculus, vides. Cerneris extinctus, laceratus mille per ictus. Taliter animis mœrentibus clamatur, ſæpiuſque clamor ingeminatur. Hæc audientes tyranni Reginfridus & Helpricus, qui & Daniel, cum ſuis ſatellitibus turbati ſunt nimis & conterriti, exiſtimanteſque, ſe magnum de ſuis ferre diſpendium, non erubuere fugam, & ſic o fidelium non læſerunc agmina patrem piiſſimum, innocentem ſuo peremptum gladio deflentia.

ex Ms.

o

Corpus ſepelitur.

14 Hinc perpendere poſſumus beati Viri merita, qui ſinu receptus Abrahæ, ſuos amatores, ſua curantes funera, ab hoſtilis enſis incurſione ſua protexit interventione. Animis itaque mœrentibus, ut diximus, a parte fidelium clamatur, ſæpiuſque clamor ingeminatur. A majoribus natu tamen & ſapientioribus tandem vix impetratur ſilentium, ut dicerent, quid eſſet agendum. Noſtræ, inquiunt, ingemiſcendum eſt deſolationi, ejus congaudendum eſt glorificationi. (Vere enim eſt glorioſus, vere beatus, cujus vita ſancta fuit & innocua, fide integra, ſpe robuſta, charitate diffuſa, & bonitate conſpicua. Hic eſt fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut daret illi in tempore tritici menſuram. Hic gregi, ſibi commiſſo, perennis vitæ dedit alimenta, referans illis ſapientiæ cœleſtia documenta. Neſcimus virum majoris fidei & prudentiæ ſub cœlo, qui præcipuus illi fueric in timore & amore divino, in fraterna charitate & in omni pietate. Quem ſi Neronianis Deciniſque temporibus in illa, quæ tunc extitit, congregatione divinare * licuiſſet, vere fateri poſſumus, quod equuleum conſcendere &, ignibus ſe tradere, capitalemque ſententiam ſubire non timuiſſet. In animi virtute fuit tam nobilis, ut pro fide regni & juſtitia certaverit uſque ad effuſionem ſanguinis. En jacet occiſus multis vulneribus, qui cauſſa mali vel materies mortis cuiquam non fuit ullatenus.) In martyrum conſortio fulget ejus anima, gaudens in cœleſti regno per ſecula. Accipiamus ergo ſacrum corpus ejus ſepulturæque mandemus honorifice cum tanta veneratione, quanta venerandæ ſunt Martyris exuviæ. Dixerunt, quid eſſet in affectu, compleverunt illud protinus effectu. Athletæ Domini corpus linteaminibus involutum feretro levaverunt, & cum laudibus Malmundario intuleruntc, ejuſque devote celebratis exequiis, in eccleſia beati Laurentii multorumque Sanctorum honore conſecrata, monaſterio quam proxima, ſepelierunt.

E

* Pro Deo certare.

F

XI.

ſepulturæ ſuæ venerandæ patiens.

15 (Beatus vero Bonifacius *p*, quem ſupra memoravimus, cum multorum colla Dominico jugo ſubjugaſſet in Friſia, a paganis gladio peremptus, regnante Pipino *q*, filio

p

q

A Caroli, Martyr occubuit Inngе poſt paſſionem
ex MS. r beatiſſimi Patris noſtri Agilolphi, quæ cele-
r bratur pridie Kalendas Aprilis ad laudem & ho-
norem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus re-
gnum permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Pippinum fuiſſe Majorem domus Francorum, non Regem, prævie monuimus num.* 25.

b *Deſignatur hic Carolus Martellus; quem non ſucceſſiſſe in regno, ſat notum eſt.*

c *Non fuiſſe eum primum epiſcopum Colonienſem, oſtendimus in Comment. prævio, a nu.* 10.

d *Intelligit Auctor Leonem Iſauricum; uti innuimus in Commentario prævio.*

e *Vixit tunc Gregorius, hujus nominis ſecundus.*

f *Male hic iſta combinari cum Bonifacio, prævie obſervavimus, num.* 25. *ubi etiam ſecuti ſumus chronologiam, a præcedentibus nutis chronologicis diverſam.*

B g *Vult haud dubie his vocibus* archos Antiſtes *auctor ſignificare* Archiepiſcopum.

h *Melius Ms. Malmundarienſe* Arduennæ.

i *Vulgo* Ambleſ, *fluvius in ducatu Luxemburgenſi.*

k *Ms. Malmundarienſe addit* Friſiones &

l *Ms. Malmundarienſe legit* præſente. *Et ſane videtur ea lectio ſuaderi ex ſtylo auctoris, affectantis paſſim numeros ac metrum. Conſule dicta in Comm. prævio, num.* 27. *&* 28.

m *Pagus eſt Coloniam inter & Arduennam.*

n *Vulgo vocatur* Malmedy. *Mabilio in notis ad Vitam S. Remacli, Act. Bened. ſecul.* 2. *pag.* 492. *loci etymon profert ex Harigero, cap.* 55. *nimirum quia ille locus a ſuperſtitionum emundatus poluitione*, Malmundarium, *quaſi* a malo mundatum, *dictus eſt. De ejus ædificatione, diplomatibus ac ſitu inſtrui poteris ex Analectis S. Sigeberti Regis, die* 1. *Februarii, a pag.* 24.

o *Loco iſtorum verborum:* Exiſtimantеſque, magnum de ſuis ferre diſpendium, non erubuere fugam, & ſic, *in Ms. Malmund. habentur ſequentia:* Nimiaque confuſione mentis hebetati, tantaque dementia capti, ut una voce dicerent omnes corde pavenți; Ac, at quid eſt? Taliter dementati cnrruerunt, auribus appo-
C nentes obſtacula, ne pulſaret illas lacrymabilis querimonia, quam non ſperabant humana voce fieri, ſed novo genere periculoſi tonitrui. Sic omnis virtus eorum emarcuit, quam formidn mentis eluſæ rapuit. Sic eorum tyrannidem compeſcuit dementia, a quorum cordibus erat omnis remota clementia. Sic cunctis viribus privati, fidelium, *&c.*

p *Obiit anno* 755.

q *Signatur Pippinus Brevis, Caroli Martelli filius.*

r *Obiiſſe* S. Agilolfum *poſt S. Bonifacium ſtatuimus in Comm. prævio num.* 17. *&* 18.

CAPUT II.

Miracula Sancti ope patrata; victoria Caroli Martelli.

a Digiti re-curvi. EO potiſſimum tempore *a* ferebatur in ſublime noſtri Patris gloria, fama volante per vicos, urbes, oppida. Certatim namque variis doloribus afflicti confluebant ad ejus D
patrocinia, nec negabantur eis optatæ ſalutis munera. Libet quiddam paucis enotare, quia ſanctum Martyrem juvat magnificare. Mulier quædam, cujus dextеræ manus digiti, nervis marcentibus, in palmam recurvi ſævum miſeræ addebant dolorem, creſcenteſque nimis nimiis progreſſibus ungues, teneram intrinſecus laniabant carnem: jam quoque perfoſſam laniabant ulcera palmam; quot enim in manu recurvi erant digiti, tot palmam ungularum perforabant aculei. Adſtans quadam die juxta Martyris tumbam inter Miſſarum ſolemnia, Domino ſupplex fundebat precum vota. Cum ſubito, amminiculantibus meritis beati Martyris, ab immani erepta diſcrimine, amiſſæ recepit officium dexteræ, quæ in flexibilem uſum miro fuerat revocata ordine. Ergo late patuit hoc miraculum, quod ad noſtri hierarchæ ſcimus contigiſſe tumulum. Quin etiam quam pluribus aliis ſignis mirificavit Dominus Sanctum ſuum, adhuc quieſcentibus E
ejus membris, ubi fuerant tumulata primum. Verum his prætermiſſis, fert animus ex his aliqua dicere, quibus tranſvecto de loco primæ repoſitionis ejus corpore, reconditoque venerabiliter in monaſterio prope ſancti Salvatoris altare, dignatus eſt mirabilis Deus in Sanctis ſuis athletam ſuum glorificare *b*.

b *febris.*

17 Quidam, Bruningus nomine, in laicorum numero dignitatis pollens culmine, ſatis tis fidelis & utilis Malmundarienſium fratrum incumbebat officiis. Huic acceſſit ægrotatio tam valida, ut omnia pene membra redderet velut exanguia. Cerneres nra pallore notari, cerneres juvenem ſine ſpe vitæ magnis angoribus artari. Non erat ægritudinis modus, quæ perſiſtebat velut inſolubilis nodus. Ingentem namque & ealor & frigus faciebant juxta dolorem. Febris erat, febris regnum per corpus habebat, animamque labi de ſua ſede cogebat. Hic, cujus dubii pendens in funeris arcto ſaucia, ſub gelidis ardebat vita periclis, monitus in ſomnis confugit ad ſuffragia noſtri Patris. Nam ſuſtentante baculo binoque ducente famulo, venit ad Martyris tumulum, recepitque optatæ ſalutis cumulum. Etenim F
ſuper acervum, ſacri corporis glebam continentem, ſumens, vinn lavante, pulverem, propinavit ſibi potum ſalutarem in magnarum febrium propulſionem. Ergo claruit omnibus, quod magnus ſit hic Sanctus; ad tumulum cujus febris languore gravatus, venerit & oraverit, gaudens ſoſpeſque receſſerit.

& alimentis ſuos ſuſtentavit.

18 Alium quemdam Genronem, coquinam fratrum exercentem fideliter, dolor dentium ſumulis urgebat amaris irremediabiliter, eaque vis adeo domuerat virile robur, ut nec eſca, nec potus, nec ſomnus operetur ab eo. Et mihi elamabat aſſidue, afflictionem ſuam non ceſſans exprimere. Unde ciborum terebatur refectin, inde mei corporis detrimentum fit & defectin. Teror unde terebam, premor unde premebam; voror unde vorabam. Et quid faciam? Dice ſapientes conſilium, quo tantum poſſit pelli ſupplicium. Confugiendum eſt, tibi, inquam *c*, ad herodem Dei, ad coheredem Chriſti, ad ſacerdotem magnum, *c*
ad Martyrem ſummum, ad pium protectorem, ad benignum rectnrem, ad hierarcham

ſan-

A ſanctiſſimum, ad athletam fortiſſimum. I, ſer ei munera, tui capitis orbem circumducta dimenſione ſignantia, cereum pulcrum ſer ad ejus ſepulcrum, venerandus pontifex tibi ſit opifex, egregius præſul tibi ſit conſul. Nec mora, dictis paretur, effectus effectui præbetur. Itur & fertur? reditur & refertur. Itur comitante fide, reditur comitante ſalute. O gaudium hominia, o virtutem Martyris!

Alius obnoxius ob furtum punitur, ac liberatus.

19 Interea præteriens is, qui famulabatur infirmis fratribus, ante Martyria ſepulcrum vidit & concupivit ſuperjacentem cereum pulcrum. Rapuit ergo latenter, quod reddidit patenter. Uti namque dator muneris redierat comimnte ſalute, ſic raptor ejuſdem prodiit inde comitante dolore. Itaque raptum, ut ſuis intulit loculis, amaris cœpit artari ſtimulis. Torquetur dente, turbatur mente; exclamat; o mirabiliter annectit eheu lamentabiliter; fit conventus plurimorum, comperitur cauſa dolorum. Redditur & refertur allatum; vident hominem ſanatum. Soſpitas redit mox, querula ſilet vox. Sublata redduntur, alia conferuntur, preces funduntur, vulnera pelluntur. Eja ridete dentes, dolore carentes, ſoſpitate ditati, merito noſtri coronati.

B

Caeca curata mulier

20 Natalis ſancti Joannis Baptiſtæ a fidelibus fideli excolitur devotione, & ſecundum promiſſum divinitatis per Angelum multi in ejus gaudent nativitate. Unde fit, ut ſingulorum annorum revolutione ad ipſius curratur memoriam, ut quia ille clamavetat: Agite pœnitentiam, peccatorum obtineatur indulgentia per bonæ operationis inſtantiam. Hujuſmodi conſuetudinis benevolentia ad Malmundarienſe monaſterium promiſcuæ multitudinis confluxerat numeroſitas, in tantum, ut præter populum nil aliud videas per compita, perque plateas. Intererat huic tripudio mulier, ſuorum advecta ſtudio, quæ toto membrorum deformis curvamine, utroque etiam oculorum carebat lumine. Fratrum quidam, Hugo nomine, ſancto de more recolens myſteria vitæ, ſancto adſtabat altari, cui non minima ineſt portio dominici ligni, ſacros Martyris cineres propter habenti. Mulier a ſuis projecta, præ ipſis gradibus ſacerdoti adſtabat propius. Jam ſecreta dicebantur ſecretius, & plebs circumſtans Domino mactabat ſe in precibus, eum tanto Martyris ſepulcro *, oculis lumine carentibus, repente illa claris exclamat vocibus: En video, video, ſit laus & gloria Chriſto.

C

** forte ante Martyris ſepulcrum.*

ſuſpicatur.

21 Fit multiplex murmur in adſtantibus ex lætitia tanti proventus, tam diu permanens, ſuppreſſa voce, dum terminarentur officia Miſſæ. Tunc vero omnes prorumpunt ad divinas laudes, ſuper facto hujuſmodi obſtupeſcentes, divinitatem in commune communi exorant precamine, ut virtus oſtenſa in reſtauratione luminis, oſtendatut in reparatione reliqui corporis. Nec defuit humilium ſupplicamini, qui ſe timentium ſemper adeſt voluntati. Nam ſub oculis omnium, qui aderant, compages refluum ſubito rapit arida ſuccum; officia & rigidi remeant in priſtina nervi, atque interdictum repetunt veſtigia flexum. Mulier ſurrexit incolumis, argenteumque monile, collo dependens, altari pro munere impoſuit gaudens. Credo, ſi tot auri affuiſſent pondera, quot arboribus inſunt ſolia, Deo ſanctoque martyri libens contuliſſet univerſa. Ea res tantum proceſſit in admiratione, quanta multa populi multiplicitas in ejus rei affuit operatione.

D

EX MS. *Locus martyris ſemper viridis.*

22 Aliud quidam, relatu dignum, quod erat ſuperius dicendum, ſed fuit a memoria lapſum; quia hodieque videtur fide plenum, paucis abſolvere, videtur congruum. Locus, in quo completum eſt trophæum fortis Athletæ, viriditatem ſui perpetuo conſervat germine, ut nec æſtivo exuratur ſervore, nec hiemali adimatur frigore, & inarabilia manet uſque hodie, &, ut teſtantur incolæ, crebro per noctem micat lumine. Perpendat quiſque fidelium, quanti valeat apud Deum in cœlis, cui tantum gratiæ collatum eſt in terris ad laudem & gloriam Salvatoris, qui eſt, quod non eſt ei, principium & finia.

23 Aſpiret igitur noſtris cordibus ſancti Spiritus gratia, ut officio ſtyli ſignemus, qualiter hoſtium ſævitiam temerariamque manum, quæ fuit auſa beatum Agiloſſum pontificem perimere, divina contriverit potentia. Amblava locus eſt in Arduennenſi pago, duobus milliaribus diſtans a Malmundarienſi monaſterio, ſilvarum circumdenſatus opacitatibus, habena montes congruos ædificandis caſtellorum munitionibus. Hujus rei gratia Daniel & Reginfridus, quorum miniſtri memoratum Antiſtitem neci dederunt, ibi ſua caſtra fixerunt, ut in montania, erectis firmis ædibus, ruerentur, venationumque jocis, quando vellent, exercitarentur, meditantes, quomodo poſſent in Carolum, ſuum mergere gladium, ignari ſe paſſuros magnum de ſuis in eodem loco diſpendium. Hia auxilium dabat Eudo dux Aquitanorum & Rabodus Dux Freſonum.

Chilpericus & Reginfredus

E

24 Placitum tempus advenerat; in flores & folia ſe ſilvarum denſitas induerat: candidus auratis aperiebat cornibus annum taurus, & adverſo ſedens canis occiderat auſtro. Omnis patria patris mortem deflebat, qui felicius, ut vere fateamur, jam vivebat. Fama, certa rei nuntia, provecta non pigro volatu pervenit ad regales aures, infudique cordi dolorem, cogentem fundere toras modo vires. Non ultra Caroli ſe continere poteſt indignatio, quem tanta perverſorum provocabat præſumptio; ira, mœrore, dolore nimis urgetur, & quid agere poſſit, meditatur. Quid plura? Erexit in arma viros, animi virtute paratos, ingreditur Arduenenſem pagum non in ſono buccinæ, ſed in ſilentio, diviſa multas in partes acie. Poſt aditus nemorum, quæ circumdant Amblavam, & per omnes circumquaque vicos, jubet inſidias latere & arma ſemper in manibus habere, ut ſi progrederetur aliquo, aliqua pars hoſtium incauta incideret in manus latentium. Hora erat occiduis cum ſol ſe immerſerat horis *. Veniens Rex Malmundarium, ingreditur eccleſiam, quæ continebat prædicti martyris Agilolfi tumulum, manavit lacrymia in triſtitia magna, citiuſque volens inde progredi, paucis orans, intulit iſta. O ſapientiſſime Pontifex Agiloſſe, cujus ſanctitatis modum nulla lingua poteſt explicare, impetres apud Deum tua, precor, interceſſione, ut merear de meis hoſtibus, tuis interfectoribus victoriam obtinere.

a Carolo Rege impetrante ope S. Agilolfi.

F

** lege undis?*

25 Dixit, & ingreſſus monaſterium Principis Apoſtolorum, adeſſe ſibi ſuffragia ſuppliciter exoravit. Inde maturans iter, venit cum

& adhibente, quod mulier ſuggeſſerat?

A paucis ad locum, quem Romam vocant incolæ, ubi manebat quædam, quæ venerat ab Amblava, magnæ mater familias induſtriæ. Hæc ſciens adeſſe Carolum, miranſque pauciſtatem militum, cauſam quærit, cognitaque; non bene ſic, aliter agendum dicit. Accedens itaque conſtans ad Regem, in medio protulit hunc ſermonem: Ancillæ tuæ conſilio, Domine Rex, utere, poteriſque tuos hoſtes percutere, & ab iſtis finibus expellere; glorioſuſque victor exiſtere. Noli tot inſidias ponere, ſed fac exercitum tuum convenire. Cooveniant omnes ad exitum ſilvæ, faciantque quod ſuggeram ſerenitati tuæ. Accipiant ſinguli ramum foliis floribuſque denſatum de nemore vicino, tantum, qui poſſit omnino tegere virum cum armis & equo. Omnes hæc inuſitata arma tecum cum ſolitis armis ſumant, catervatimque cum ſilentio lentis greſſibus incedeotes, illuceſcente diluculo, ad locum, ubi manent hoſtes, te duce teodant. Si dictis meis aſſenſum præbueritis, triumpho vere gaudebitis. Placuit omnibus ſermo, oec mora, totus militum colligitur ordo. Abſcinduntur rami foliis floribuſque denſati, quibus teguntur cum armis & equis viri; mira conſtruitur acies, in qua mira videri poterat facies: novis armis munitæ catervæ, catervatim non diviſo cuoco cœperunt incedere, & idcirco nomen illius loci dicitur ad catervas uſque hodie.

Stratagema.

26 Lunaris lampas perpulcra ooƈte nitebat: Danielem & Reginſridum horrida ſomnia terrebant, horamque noƈtis peraƈturi, ſidera volentes cognoſcere, miniſtris ſuis dicebant: Egredimini, &, ubi ſir plauſtrum, intuemini. Illi procedentes velociter eunt ad locum, ubi viderant io initio noƈtis plauſtrum, quo junƈtis bobus ſegetes & ligna feruntur, idque vident poſtea penitus loco oon fuiſſe motum. Redeuntes ad dominos; Ubi, inquiunt, erat carrum, cum perreximus dormitum, ibidem manet adhuc fixum. Tyranni, ſperantes eos reſpondete ſuis intentionibus, quod ſcilicet dicerent de Arƈturi ſyderibus, dicunt adhuc multum noƈtis reſtare, cum jam inciperet aurora micare, cœperuntque ſomno ſua ſecuri membra dare. Taliter illudebaotur divino judicio, ut vindicaretur innocentis ſanguinis effuſio.

C

d devicti & in fugam acti.

27 Interea veniebat Rex arboreus *d*, cum arboreis militibus, quem dum cernerent acceleraotem cuſtodes pervigiles, attoniti nimis ſtabaot, ſilvamque venire ſperabant; iiſque territi, currunt aliis nuntiare, magnoque clamore; Pspæ! aiunt, fugiamus, ſilva nos perſequente. Ecce nos obruunt nemora, celeriter ad nos venientia. Talia dicentes irrident, atque ſic eis reſpondent: O ſtulti, ſtulti, quæ vos dementia cepit? Aciem oculorum veſtrorum noƈturna vigilia confudit. Niſi Threicii vatis, pro funere conjugis gementis, Orphei muſa ſonuerit, ſilva mobilis ire non poterit. Jam ſilviſeræ propinquabant acies, in quibus nil præter ſilvam cerneres. Clamant iterum ſpeculatores, audire ſe fragorem ſilvæ venientis, taleque reſponſum redditur illis: Silete temulenti, ſilete ſtulti, Bacchicis nimis referti muneribus, oculos & aures amiſiſtis. Date ſopori ſeſſos & ebrios artus, ut ſanum ſapere poſſitis. Tandem impetus venientium omnium pulſat aures, territique tyranni cum ſatellibus procedunt inermes. Quos cum cernerent regsles turmæ, quæ ſilvam ferentes, ſperabantur ſilvæ, parumper hærent, & inter ſe & illos vix unum mediati ſtadium vident; arborum ramos deponunt, armaque bellica ſumunt. Pervolant & irruunt in hoſtes, oulla ſpe, nullo robore ſibi reſiſtere valentes. Corda quatit horror barbaris, dextriſque labaſcunt & armis. Tum ſæva mors, tum vuloera, tum oulli clypei tutantur viſcera. Nuſquam virtus, nuſquam audacia, tantaque metu turbatas mentes iovaſit vecordia, ut nec primos congreſſus, nec prima ſerrent prælia. Non frenos non arma regunt, ſed omne corpus ad ictus patere ſinunt. Quid plura? Crudeliter cæduntur, & in necem rapiuntur. Reginfridus & Hilpericus, qui & Daniel, videntes ſe magnum de ſuis ferre diſpendium, non erubuere fugam. Vicit formido pudorem.

D

E

F

ANNOTATA.

a *In margine manuſcripti notatur, ſequentia miracula uſque ad finem numeri* 22. *inferius relata, e ſolo Ms. Mariano ad Gradus, de quo loco in Commentario prævio, deſumpta eſſe. Præterea adſcribitur:* In octsva Agilolfi, *ſine dubio, quod vel ibi, vel alibi in Octava ſancti Martyris recitari iſta conſueverint. In ſolo autem Ms. Malmundarienſi poſt Paſſionis hiſtoriam ſubdebatur immediate hiſtoria de cæde & fuga interfectorum* Sancti Agilolfi, *cum hoc exordio:* Aſpiret igitur noſtris cordibus, *&c. quæ hic damus a num.* 23. *eodem ordine, quo accepimus.*

b *Miraculum hoc e libro de Miraculis S. Quirini excerptum diximus prævio num.* 29. *ſicut etiam illud, quod ſequitur:* Natalis S. Joannis Baptiſtæ, *&c.*

c *Patet inde, Auctorem vixiſſe, dum iſta contingebant.*

d *In Comm. prævio, num.* 26. *adjuncta hujus hiſtoria ad trutinam revocavimus.*

DE S. HERUMBERTO EP. ET CONF.

MINDÆ IN WESTPHALIA.

Ex Officio Oſnabrugenſi J. B. S.

CIRCA ANN. DCCC. *Mindæ Weſtphaliæ ad lævam Viſurgis ripam non incelebris civitas, Epiſcopo olim, qui Colonienſis ſuffragaueus erat, ſubjecta, nunc Pruſſicæ poteſtati ſubdita, quamquam Imperialis & Hanſeatica, prima fidei Chriſtiana principia B. Carolo Magno, famoſorum id temporis Saxonum domitori, accepta refert, adeoque & quæ ad eam firmandam potiſſimum conduxere, præcipue epiſcopatum, ab eodem Imperatore ibidem inſtitutum, anno, ut ferunt Chronica, 780. probante Adriano I. Pontifice. De hujus aliarumque per Saxoniam eccleſiarum fundatione expreſſius agit Chronicon*

Fundatio ep. Mindenſis a Carolo M.

B *Mindenſe apud Meibomium tomo 1. Rerum Germanicarum a pag. 554. de qua non ſemel in Actis noſtris diſſerendum fuit. Aliorum Chronicorum Mindenſium rationem reddit V. Cl. Leibnitius in ſua ad Scriptores Brunſwicenſes Introductione tomo 2. pag. 19. loquens de Hermanno Lerbeke, auctore Chronici Epiſcoporum Mindenſium, ubi, præter jam dicta, tertium aſſignat, quod etiam penes nos eſt in collectione Piſtorii tom. 3. a pag. 723. in quo nonnulla recurrunt, quæ paulo exactius tractata deſideres.*

an Chronica Hermanni Lerbeke, 2 *Præter ceteros Chronicorum iſtorum collectores accurate ſcripſiſſe videtur Lerbekius, Ordinis Prædicatorum, cujus ætas deſignatur per Ottonem a Monte, Mindenſium epiſcopum, ut in fronte codicis ſcriptum reperit laudatus Leibnitius:* Hermannus de Lerbeke, frater Ordinis Prædicatorum domus Mindenſis, edidit hanc Chronicam, uſque ad tempus ſuæ vitæ, tempore Ottonis epiſcopi Mindenſis de Monte. *Fuit is Otto iſtius nominis tertius, in ordine Epiſcoporum* XLV. *cui* ab Urbano VI. anno MCCCLXXXIV. XVII. menſis Februarii, apud Neapolim de epiſcopatu Mindenſi proviſum eſt. *Geſta ejus narrantur a pag. 194. demumque* ſediſſe *dicitur* epiſcopus Otto XIV. annos, ſex ſeptimanas & quinque dies, *adeoque obiiſſe ejus referendus ad annum* 1398. *quod more iſtius ætatis rudi verſiculo ſic exprimitur:* M. ter centenis, L. & X. quatuor octoque punctis, *quæ eo ſolum dicta ſunt, ut oſtendatur, non ſeculo* XIII. *vixiſſe aut floruiſſe Lerbekium, ſed ſub finem ſecul.* XIV. *& veriſimillime ſub initium* XV. *atque ex hoc deſumenda erunt paucula, quæ de* S. Herumberto *memoria prodita ſunt.*

C

poſſit quis alibi Mindenſem ſuſpicari. 3 *In Chronico Piſtoriano aliud nobis nomen objicitur, ut pro* Herumberto, *primo Mindenſium epiſcopo, ſit* Erkanbertus, *qui alibi* Hercumbertus *&* Hercubertus *nominatur: nec in aliis ſatis diligens eſt ejus auctor, ut ex uno ad rem noſtram etiam ſpectante, colligi poſſit; dum ait:* Prædictus autem Carolus fundavit eccleſiam pulchram & ornatam, quæ jam major eſt eccleſia Mindenſis, quam S. Leo Papa conſecravit, & ordinavit eis quemdam virum ſanctum in paſtorem & primum Epiſcopum Mindenſem, nomine Erkanbertum: hic erat vir devotus, & ratione vitæ incedens in omnibus mandatis Dei; fecit enim Deus per eum multa miracula, quæ inſcripta ſunt libro vitæ... Prædictus autem Erkanbertus, multis clarus virtutibus, quievit in pace in vigilia S. Medardi epiſcopi. *Non cohærent iſta cum recepta opinione, quod* S. Herumbertus *datus ſit Mindenſibus Epiſcopus anno* 780. *nec dies obitus recte definitus videtur: nam Chronicon Lerbekianum diſerte notat, Sancti iſtius* tranſitum ſeu anniverſarium in profeſto Primi & Feliciani peragi conſueviſſe, *quod eſſet* VIII. *Junii, Sancto Medardo ſacra; ubi interim modo colitur hac die* IX. *Julii, ſaltem in Officio Oſnabrugenſi, infra recitando.*

4 *Neceſſe eſt fateri, non minus Sancti obitum, quam geſtorum ſeriem ignorari, Lerbekio meritiſſime conquerente, quod* in hoc, ſicut in pleriſque aliis, Clerus illius temporis & eorum ſucceſſores culpabiles non mediocriter heu reperiantur. *At non ſolius Cleri Mindenſis ea culpa fuit, ſed multis aliis eccleſiis nimium communis, quarum factiones Monachi & Religioſi reſarcire conati ſunt. Jam dedimus, quæ in Piſtorii Chronico obſervatu digna & corrigenda ſunt. Meibomianum in principio etiam plane confuſum eſt, id unum recte, ni fallor, cum recepta opinione adſtruens pag.* 555. *quod* Carolus Mindenſem fundaverit eccleſiam anno Chriſti DCCLXXX... cui præfecit venerabilem virum Domioum Hercumbertum, primum illius eccleſiæ Paſtorem & Epiſcopum, de cujus fundatione, *inquit*, tales exſtant verſus:

E

De S. Herumberto pauca ſuperſunt,

En ſeptingentis octoginta ſimul annis
Eccleſiæ Mindæ locus aptus conditur inde,
Deliciis plenus ſit, pace fruens & amœnus.

in rhythmis aliquot; 5 *Chronicon Piſtorianum rhythmum quoque refert de prædictæ eccleſiæ fundatione, ſed torto ſenſu per Sancti noſtri nomine: correctiora quidem videntur, quæ habet Lerbekius, at quomodo Leo Papa intrudatur, haud equidem intelligo. En operis præfatunculam:*

F

Annis Chriſti octingentis,
Sed bis decem ex his demptis,
Templum primum conditur
Petri Cephæ ad honorem:
Error gentis in decorem
Fidei convertitur.
Locum Minden nominatum,
Per gentilem incaſtratum,
Wedekindum nomine.
Hic per Karlum captivatus,
Per Leonem baptizatus
Sacro fontis flumine.
Karlus fundans hunc effecit
Contra gentes, quas ejecit,
Nominatos Saxones.
Leo ſacrans tutum fecit,
Herenbertum & præfecit
Contra nequam dæmones.
Fac, o Deus, ut ſalventur

A AUCT. J. B. S. * al. perueniet.

Gens & locus, nec * timentur
Hostium insidiæ:
Permanserus in æternum,
Nec trahatur in infernum
Dæmonum malitia,

cum suis accessit,

6 Sequitur Lorbekiana Chronici initium hujusmodi: Prædictis ergo omnibus bene ordinatis, sive per sanctum Carolum, sive per Wedekindum, vir venerandus Herumbertus Mindensi ecclesiæ primus pastor & præsul idoneus præficitur & designatur. Hic quantum temporis dictam ecclesiam rexerit, vel ubi sepultus sit, scriptum non inveni. *Tum eam querelam subdis, quam supra retulimus; demum sequentes versiculos:*

Hic doctor prudens ad opus sublime vocatus
De requiescentis, ut plurima corda lucretur,
Auctoritque Deo messis fœcunda paretur.
Nam hic Præsul honoratur,
Mindensis qui vocatur,
Dignitate palli,
B Quod bene rationale
Vocatur & non male;
Nam trini Episcopi
Tantum isto decorantur,
Per quem recte venerantur
Locus, gens & Clerici.

7 Reliquum est, ut eum Lorbekio avi istius clerum incusemus, quod in vobis suis litteris man-

dandis plane incurius fuerit, cum de primo suo teque sancto Episcopo tam pauca suppersimus. Utinam etiam liceat, vel posteritatibus ipsis seculis de viro tam insigni nullam in ecclesia Mindensi commemorationem ecclesiasticam in Officio factam fuisse. Habemus Mindense Breviarium impressum & completum anno Domini MDXVI. in nobili famosaque urbe Maguntina, per Joannem Scheffer, *in quo nec verbum est de* S. Herumberto, *ut nobis satis integrum non putassemus, eum hoc loco referre, nisi de ejus cultu & quidem sub ritu semiduplici testimonium daret ecclesia Osnabrugensis, ea lectione, quæ inter ejus propria Officia, Coloniæ anno 1652. excusa legitur:* Herumbertus vir miræ sanctitatis ac zeli fuit in convertendis Saxonibus, non ita pridem a Carolo Magno armis devictis; cujus virtutum meritis ac doctrina multi ad Christianam religionem deducti sunt. Qua re permotus Carolus, ipsum novæ episcopali cathedræ Mindensi, nuper a se fundatæ, consentiente Adriano Papa, antistitem primum præposuit. Qui in munere suo sedulum pastorem & doctorem eximium, per multos annos se exhibuit, & tandem sancte in Domino quievit. *Cetera cum oratione sumuntur ex communi. Notabis, ejusdem ecclesiæ Martyrologio propria annuntiari* S. Herumbertum *primo loco hoc die, eodem, quo hic, sensu, sed paulo contractiori,*

D *Colitur in ecclesia Osnabrugensi.*

E

F

DE B. JOANNA VIRG. CARMELITANA

REGII LEPIDI IN DUCATU MUTINENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. P.

Cultus; scriptor vitæ Italicæ; Latinæ interpres.

ANNO MCDXCI

C *B. Joanna Regii in Ducatu Mutinensi apud Ferrarienses celeberrima*

Regium Lepidi, civitas in Ducatu Mutinensi, de cujus primæva origine, aliisque ad ipsam spectantibus, agit Ughellus Italiæ sacræ tom. 2. a col. 197. præcipue religionis studio celebrat B. Joannam *virginem, Ordinis Carmelitani alumnam; de qua Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ita annuntiat hac die:* Rhegii in Æmilia B. Joannæ virginis, Ordinis Carmelitarum. *De cujus cultu observat sequentia in annotationibus, indicans unde eam acceperit, nimirum* ex Kalendario ecclesiæ Rhegiensis & monumentis cœnobii Ordinis Carmelitarum, cujus ipsa B. Joanna fundatrix fuit. Obiit anno salutis MCDXCI. ætatis vero LXIII. clara miraculis, in eodem monasterio, quod sancta Maria de Populo dicitur, condita, maximo totius populi concursu colitur. De ea in ejus ecclesia Officium & Missa die prædicto ex antiqua potius devotione, quam ex Romani Pontificis concessione recitantur. Vita illius typis excusa est Mediolani anno MDCXVII. *Non itaque die* IX. *Junii, sed hac die eam coli, recte jam pridem notatum fuit inter Prætermissos ad diem nonam Junii, his verbis:* In Vinea Carmeli & Acie bene ordinata coli dicitur hoc die, *novo Junii;* sed per errorem unius litteræ, ut apparet ex novo Ordinis istius Speculo, ubi vita ejus refertur ad diem IX. Julii; *qui fuit dies, quo ad meliorem vitam transiit, uti constat ex auctore Vitæ ejus. Nihil itaque dubii relinquitur de stabili & antiquo ipsius cultu, quem jam a tot annis apud Regienses ex propensa erga Beatam affectione inchoatum; deinde auctum, amplificatum & continuatum ex pia consuetudine fuisse, non ignoramus.*

ejusdem elogia ex Speculo Carmelitano.

2 Speculum Carmelitanum tom. 2. par. 1. pag. 541. *a probatione cultus hujus Beatæ ad ejus elogia progrediens, refert* Benedictum Gononum Cœlestinum in Chronico SS. Deiparæ sub ann. MCCCXXVIII. ex benedicto Mutto, auctore Vitæ ipsius, *eximias erga Virginem Mariam & plane singulares propensissimæ & pissimæ voluntatis affectiones commemorare,* quodque in recitatione unius Ave Maria, subinde per totam noctem in raptu & extasi permansisset. *Tum in eodem Speculo Virginis natales prædicantur ex tom. 4. Annalium Carmelitanorum, relati ad ann.* 1428. Nata est sub eodem anno Rhegii in Æmilia Joanna virgo, postea Ordinis nostri monialis, sanctitate & miraculis clara. Parentes habuit pios & modestos, Simonem & Catharinam Scopelli. Fundatrix hæc Virgo fuit monasterii virginum Carmelitarum ejusdem Rhegii civitatis, quod S. Maria de Populo dicitur, sub obedientia nostrorum Patrum Congregationis Mantuanæ. *Jam vero ibidem ex eodem fonte ad ann.* 1491. *his verbis sanctus* Joannæ *obitus describitur:* Cœlitum numerum

adauxit

A adduxit ſub hoc anno, die nona menſis Julii B. Joanna Scopelli de Rheggio, Ordinis noſtri ſanctimonialis, de qua in ſuperioribus egimus, carnis molem terræ & ſpiritum cælo mittens. Præcedente enim Jeſu ſponſi viſione, ſub pulcherrimi juvenis, candidiſſimis veſtibus ornati ſpecie, qui ex roſis & floribus paradiſi ſertum ipſi offerebat, & ad cæleſtes nuptias invitabat, graviſſimo preſſa morbo, Eccleſiæ armis munita, ſororibus ad ſe vocatis, ſanctiſque exhortationibus ad pietatem, devotionem & obſervantiam religionis præmiſſis, ſanctam animam exhalavit.

Plura apud ſcriptores vitæ, de quibus hic agitur,

3 *Porro ſolidas Beatæ virtutes, cæleſtes delicias, ſublimem contemplationem, patientiam, duris dæmonis inſultibus probatam; apparitiones, diem obitus præmunciatum & ſancte adimpletum; apparitiones denique poſt mortem, inventionem corporis incorrupti & ſuavem odorem exhalantis, & primo quidem a monialibus honorifice reconditi, ac miraculis frequentati, dein miro modo ab Epiſcopo Regienſi poſt revelationem acceptam viſitati, recogniti ac ſolemni cultu honorati, &*

B *quæ huc ſpectant, dabit Vita, hic recuſa. Primus eam, quod ſciamus, vulgavit Italice Benedictus Mutti Regienſis, e multis, ut ipſe indicat in epiſtola ſua dedicatoria, ſcriptis collectam. Variis locis traditur in Speculi prædicti annotatis, Vitæ Latinæ præviis, excuſa fuiſſe. Exemplar habemus anno* 1611. *Venetiis impreſſum. Ejuſdem anni exemplar præluxit P. Segero Pauli, Carmelitæ Colonienſi, qui Latinam Vitam, abs ſe conſcriptam, accepit ex Italica, omiſſis quibuſdam, quæ verboſe adornârat prædictus Mutti: pauculis etiam de ſuo additis, ut compers ex utriuſque Vitæ collatione, habiturus rationem eorum in annotatis. Auctor Latinus non male latinitati conſuluiſſet, ſi ſolæciſmos boſco declinaſſet; num.* 8. aſſerena Joannam propter nummorum inopiam inito pretio numquam foro ſatisfaciendam; *& num.* 20. cumulandas iri *pro* cumniarum iri. *Alibi occurrit* Modena *pro* Mutina. *Præmiſerat num.* 6. Deus vero, qui in ſe ſperantium curam non deſerit, ex præfati verſipellis argutiis eruere eam placuit. *Eu tibi jam ipſa*

VITA

C

Auctore Benedicto Mutti Regiano.

Ex Italico, Venetiis excuſo, anno Chriſti 1611. edita parte 1. Speculi Carmelitani a pag. 542. cum Italico collata.

CAPUT I.

S. Joannæ parentes; virtutes; vitæ auſteritas; Carmelitici habitus ſuſceptio; monaſterii novi fundatio; Monitbai per eam converſio.

ANno Chriſti MCCCCXXVIII. beata Joanna virgo, patre Simone, matre Catharina, tum genere tum pietate præclaris, nata eſt in civitate nobili de Regio. Sane ſummus in Deum amor, qui Virginis ſanctiſſimæ cor ſauciaverat, & veluti ſpiculis quibuſdam transfixerat, innatus videbatur, & in ea, ramquam ignis ſub cineribus delitescens, nutrimenta ſuſcepit. Quoniam infantia vix exceſſerat, cum deliberatura de ſolvendis ſeculi involucris, & monaſtico induendo habitu (quæ jam induerat virtutem) ſecum ageret, ſi ætas tenera permiſiſſet, deguſtans, quam ſuave ſit jugum & onus leve, ſuſceptum pro Chriſti amore. Ætate igitur pariter, & largiſſimis gratiarum undis ac ſtillicidiis cæleſtium charitimatum ita provehebatur, ut mens ipſius divinis fixa ſplendoribus, & incentivis effrenæ carnis cohibendis (quæ fragile corpuſculum impulſu aggredi ſolent) numquam ceſſaverit, tum dura corpus inedia macerando, tum diſciplinis coarctando, tum jejuniis attenuando, tum orationis ſtudio incumbendo, aliiſque piis operibus jugiter intendendo.

D EXMA. *B. Joannæ natalis, vita quæ ſanctitas virginibus ſacris;*

E *Oracula quæ edita; oraculi cum avara virtus & mendacia in adverſis.*

2 Cum ſponſo ſuo Jeſu Chriſto pro germanis duabus ſororibus matrimonio jungendis quadam die preces alacri animo, corde ſincero obtuliſſet, Deo ipſo oblationi annuente; effectum ſortiri meruerunt. Ecce enim divino inſpirante numine, duo juvenes forenſes, ambo nobiles, in eas amore feruntur, in ſponſas ſolicitant, tametſi ſibi antea non viſas, nec cognitas. Interea ambigui manent parentes, propter juventum generis imparitatem: nihilominus tot inter dubia flectuntur, ſponſalia contrahuntur ad inſtantiam Joannæ virginis, Dei voluntatem non deeſſe aſſerentis, cui in omnibus promptiſſime obſequendum. In hoc primo illuxit admiranda ejus ſanctitas. Cum ad grandiuſculæ jam ætatis adoleviſſet incrementum, cœpit etiam per quotidiani profectus cumulum ad ſe verioris diſciplinæ pervenire augmentum, ut quæ profiteret in numero annorum, creſceret etiam in oſtenſione mortificationum; ita ut viruerit amor in ea, nimirum vanitatis deſerendæ, & excluſerit ab ea timorem religionis ingrediendæ. Virgo namque inter ipſa lactantia infantiæ rudimenta, totam intentionem ſuam, totum amorem in ſponſum ad hoc direxit, ut corpus & animam ſuam illi conſecraret voto ſuæ virginitatis; Efflоruit in hoc ſancto propoſito omnipotens miſerentia Domini benedictio: nam nec parentum blanditiis, lacrymis aut minis mentem mutavit. Sciebat quippe incontaminatas immarceſcibiles palmas conſervatas in cælis eſſe ſolis legitime certantibus contra carnis illecebras, fraudia diabolicæ tentamenta, & ſeculi lenocinia; & ideo, ut ſoli Deo fieret veraciter tota, omnium alacriter excipit tela, & ut perenniter jure frueretur hereditatis cæleſtis, lætanter temporibus ærumnæ atteritur flagellis.

F

3 Optimis ditata deſideriis, ſanctæ Mariæ ſacrum habitum in religione B. Virginis Mariæ de monte Carmelo ſuſcipiendum deliberavit. Cilicium ſub ipſo induit: quo ſemel amicta, ad vitæ finem retinuit. Et ut ſpiritum carnis ac elationis magis ſubjiceret imperio rationis, nudum catenula ferrea cinxit corpus. Ecce novum martyrii genus, novum præbet in virgine ſpectaculum: illi namque oppidum, eſt clauſtrum; indumentum internum,

Aſſumit habitum Carmelitanum cum cilicio ac catena ferrea, mundum auſa.

A num, cilicium aſperum; cateniæ preſſura, corporis zona; blandimenta ſeculi, tormenta animi; & corporalis mors parentum eſt illi ſpiritualis vitæ principium. Nam utroque privata parente, zoraliter deliberat ſe privare mundi vanitate, ſponte deſerens, libens abjiciens, voluntariæ derelinquens proprii juris domum, proprietatis peculium, hereditates, adhuc & parentes nobilis generis *a* poſtponens amori Chriſti, ejuſque ſequens inopiam, contemnit ampliſſimas principalis opulentiæ facultates, de præſenti minime ſolicita, ſecura de futuro, nimirum de promiſſa centupli a ſponſo ſuo benedictione recipienda.

EX MS.

Meditatur fundare monaſterium, & quid ſit templum;

4 Poſtmodum vero unico munita Crucifixo, in quo gloriabatur cum Apoſtolo, totam fiduciam in ipſo ponens, paternam domum deſeriit, & ad feminam quamdam fortuna tenuiſſimam, pietate tamen & Dei timore opulentam, divertit. Cui percunctanti, quænam media pro extruendo, quod prætendebat, monaſterio attuliſſet? Joanna virgo ſapientiſſime reſpondit: Habeo, inquit, thelaurum, crucifixum videlicet Deum, in quo uno omnium dives ſum. Interea nequaquam ſegnis, a loco, ad monaſterium apto, perquirendo quievit, bono ſuo exemplo ad Deo famulandum alias ſuccendens, monaſticiſque caſtris ſociare ſibi alienæ profeſſionis milites ſatagens. Quæ mente conceperat generoſi animi virgo, implere vehementer optabat, congruum ſcilicet reperire locum monaſterii conſtruendi, & ecce divinitus inſpirata mulier vidua ejuſdem civitatis, ſe, duas filias, domumque propriam in vicinia S. Petri, alias caſtelli, nunc de Mutti dicti, ſituatam obtulit, firmiter ſtatuens ſub caſtris Joannæ virginis viriliter militare, ut ad curiæ cæleſtis triumphum poſſet feliciter pervenire. Ingenti perfuſa gaudio, prudens Dei ancilla, ex vocatione tam divina, ſuis eas caſtris aggregavit, non minori repleta ſolatio. Unde ſuper hoc plurimum ædificatæ ad domum divertunt, una, in unitate ſpiritus, commorandi gratia; ibique quatuor annorum ſpatio virtutum exercitio ſolerter incubuerunt, monaſterio conſtrueodo ſedulo neceſſaria præparando eum incredibili omnium civitatis incolarum applauſu & lætitia; quos ſuis continuis precibus ſingulari condecorarunt favore; cum Joannæ virginis opinio & fama ſanctitatis jam late diffuſa eſſet apud omnes.

B

C

Manichæi ab hæreſi ad Chriſtum convertit.

5 Quamdam ſuam compatriotam tunc temporis immanis mœroris amaritudine quidam filius, nomine Auguſtinus, afficiebat, Manichæi erroris caligine oppreſſus; qui nec ad Sacramentum pœnitentiæ adduci, nec a perverſo & diabolico ſuo errore amoveri maternis precibus, nec amicorum perſuaſionibus potuit. Quis interim matris luctus? Qui plaoctus deſolatæ? Quæ ſolicitudo afflictæ de filii ſalute? tandem divini ſolis radio quodam dia perfunditur, & confiſa in Beata, eam interpellat, obſecrat, obteſtatur, ut ſuo præſertim auxilio animum ferreum filii ſui, Manichææ ſuperſtitionis inſidiis detentum, expugnaret. Quem ad ſe Ancilla Dei vere miſericors advocat, ſui in primis erroris, in quo verſabatur, benigne arguens, dicit toties hominem debere reſurgere, quoties cadit ex fragilitate, jamjamque divinæ ultionis accelerata ſeveritate dæmonum faucibus devorandum tradi, niſi erroris caliginem ad mentis oculos aſſidue revocans, depelleret, & commiſſi reatus tenebras plangeret. Verum miſer, velut ſcopulus, aſſilientes maris fluctus rejiciens, ita non commovetur importunis Virginis efflagitationibus, ferrea ligatus voluntate. Sed feſtinat ex adverſo Beata diras Omnipotentis & furorem Altiſſimi vertere, orationibus tamquam lapillis gemmiſque pretioſis ornat ſe, veſtit ſe palla abſtinentiæ, & vigiliarum unguentis exoticis delibuta pergit, ut obſidionem hanc admirabilem ſolvat, ut vim averrat numinis inimici. Et ecce, ſubito Deum miſero placat, miſerum Deo reconciliat; abjurat hæreſim infelix feliciter; ad pedes confeſſoris procumbit humiliter; tranſit in affectum cordis prævaricator, & redit ad eor, atque gravitatem ſceleris pœnitentiæ lacrymis eluit; & pariter ſalus io virtute Joannæ, ſed Joannæ lamentantis ærumnas infelicis; ſed Joannæ orantis, Joannæ mœrentis, Joannæ cæli fores continuo pulſantis.

D

E

ANNOTATA.

a *In Italica vita eſt* li parenti, *id eſt* parentes *ſine addito*.

CAPUT II.

Dæmonis impetus adverſus Beatam; cæleſtis conſolatio ac virtutes ejus.

A dæmone impetita, divina vbi ſemo tuetur,

VErſipellis inſidiator indigne ferens optimam ſibi præreptam a virgine prædam, ubique & omnimodas ſuæ calliditatis aſſumit argutias, eam in profundum deſperationis adducere ſatagens, nimirum ei perſuadendo, regnum cælorum amiſiſſe, ad quod recuperandum fruſtra laboraret. Deus *a* vero, qui in ſe ſperantium curam non deſerit, ex præfatis verſipellis argutiis eruere eam placuit; cui ſequenti nocte apparuit mirabili coruſcans ſplendore, & infinitis Angelorum cuneis ſtipatus, introrſum eam in cordis penetralibus alloqui ſuaviſſime orſus eſt, dicens: Noli perhorreſcere, filia, dæmonum impoſturas & illuſiones, nec umquam a cœpta bonorum operum via deflecte. Simul etiam exereſcentium ſuorum ſecuram reddens meritorum; in cujus rei teſtimonium caput ejus diademate pretioſo condecoravit, & ſimul gaudio cor ejus replevit infinito.

F

a

7 Ancilla Chriſti, tacta zelo ædificandi, tandem adjecit oculum ad quamdam ſancti Bernardi eccleſiam cum horrulo & domo, a ſancti Petri porta modicum ſemota, a fratribus Humilibus tunc temporis occupata. Hæc igitur ita Beatæ aſpectibus placuit, ni eam pro monaſterio extruendo ſolicite petierit a Deo. Et quadam vice inter orandum ei apparuit D. Bernardus, quam mira mentis dulcedine conſolatus eſt, & conſolatæ mox promiſit: idque poſtea in ſe agnovit Beata impletum,

quod

A quod per viſionem ſibi fuerat ante promiſſum: nam anno a Chriſto incarnato MCDLXXXIV. Romanæ Eccleſiæ Innocentio octavo ſedem tenente, antehac Carmeliarum protectore, civitatem de Regio Humilium fratrum Generalis pertranſivit, Romam petiturus; qui ad Philippi Zoboli Regiani, Epiſcopi Comachienſis* inſtantiam, prælatam habitationem conceſſit. At cum priſcus ille humani generis hoſtis continuum a Joanna moliri contra ſe bellum conſpexiſſet, eo furoris vinciebatur affectu, quo factam promiſſionem revocari ſtuderet, non ceſſans cruenta beſtia tocia malitiæ ſuæ viribus circa Chriſti ancillam inſanire; non ceſſans virus ſuæ nequitiæ viſibiliter diffundere. Sæpe namque nonnihil certam quamdam feminam, eumdem locum habere prætendentem, commovebat, ſatagens ad hoc eam inducere, ut præfati acquirendi loci gratia ſeſe favorum ſubſidio opponeret: & tanto ſe vigilantiorem nequam reddebat, quanto feminæ noverat poſſeſſionis non aquirendæ periculum imminere.

*ad Comacienſis.

B 8 Hæc itaque ad S. Bernardi præfectum (qui paulo ante ſui Generalis conſenſu Joannæ locum promiſerat) diabolica perſuaſione femina ſe conferens, eum cohortata eſt, quatenus dignaretur illius loci promiſſionem revocare, cujus ſeipſam noverat emptionem poſtulaſſe, afferens, Joannam propter nummorum inopiam inito pretio numquam fore latisfaciendam, multis etiam ad id ipſi perſuadendum productis rationibus. Quibus motus præfectus, contractum cenſuit reſcindendum. Cumque igitur Joanna, fidelis Chriſti ancilla, in mente inde non modicum moleſtiæ pateretur, cui clauſa videbatur humani auxilii janua, & totius ſpes intercluſa poſſeſſionis, nihilominus eximia cum reverentia, & magna animi ſubmiſſione Altiſſimum de neceſſariis ad ſolvendum præfecto aſſerit proviſurum. At vero Joanna per varia ſolicitationum genera non valens obtinere reſolutionum verba, præfectus zelo immoderati furoris accenſus, iter arripuit, atque ad domum furibundus properare greſſibus cœpit, eas expulſurus. Sed loquela Joannæ virginis per effuſam mellis dulcedinem, mentis cæcatæ præfecti ita pellit furorem, ut qui prius fuerat tamquam leo frendens, inter clauſtra monialium jam factus mitis agniculus, inter lenitatem verborum, reverteretur domum. Et poſt crebro repetita a Joanna ejuſmodi tentamenta, eam præfectus ceſſavit moleſtare, non niſi a Patre luminum & magni conſilii Angelo ea omnia provenire ſibi plane perſuadens; unde poſtmodum pacifice loci poſſeſſionem tenuit.

ecclefiam & domum a Deo ſibi missam precibus, intercessione S. Bernardo, qui ei apparet.

C 9 Et cum ſeculi hujus annus ageretur MCDLXXXV. monaſterii primordia conſtituit ſub titulo Deiparæ de Populo; in quo una cum aliis monialibus commorantes, veluti in acie conſiſtentes, gratiæ cæleſtis oleo delibutæ, adverſus mundanos adverſantium hoſtium cuneos, tumultuantium ſtrepitus inimicorum viriliter dimicabant, civium ſubſidio & maxime Chriſtophori Zoboli Regiani ſemper ſubnixæ, cui eximia cum charitate & omni, quo poterat, ſtudio enitenti monaſterii promovendi antiquiſſima cura erat; ita ut brevi temporis ſpatio ſpiritualium quarumdam perſonarum concurſu, religione & pio cultu celebre efficeretur. Cujus regimini Joanna præficitur, quæ tamquam ſol filiabus ſuis per exempla bonæ operationis non mediocriter præluxit. Præter duras corporis jejunio macerationes, uberrimis plerumque lacrymarum compunctionibus affluebat; orationibus quinque ad minus jugiter hnris vacabat. Et cum ſupernæ gratiæ munus aliquod ſuſcipere prætendebat, quindecies mille Ave Maria recitabat, & nnumquodque centeſimum recitatione Salve Regina coronabat. Quibus dictis, ſepties quoque Ave maris ſtella, totidemque, o gloriola Domina, dicebat. Quam devotionem glorioſæ virginis Mariæ tunicam cognominabat.

Nova monaſterii præfatis, egregia ejus Deiparam officitur.

D 10 Prophetico fuit etiam donata ſpiritu, quo futura prædicebat. Quadam enim vice domina Juliana Sueffi *b*, detenta infirmitate gravi, Joannam inviſura, cum ad monaſterium contendiſſet, per merita ejus priſtinam ſanitatem recepit: ſimul & ingentem conſolationem, quod ſibi nimirum prædixerat, anni curriculo incipiente, maſculum pareret. Idque impletum fuiſſe poſtmodum cognovit actu, quod ſummopere habebat in affectu. Cum Quadrageſimali tempore Majoris hebdomadæ pro ſui conventus rei familiaris, & maxime librorum neceſſitate, in oratione verſaretur, a filiabus (quibus ſimiliter ut pro eadem immenſam Dei clementiam oblecrarent, injunxerat) mente in exceſſum rapta trium horarum ſpatio conſpicitur. Et præfati temporis termino appropinquante, ecce miro ſupernæ inſpirationis motu perculſus quidam ſanctæ converſationis Chryſanthus Suſente *c* de Corregio nomine, munifica liberalitate ſuccurrit neceſſitati.

donata ſpiritu prophetiæ.

b

E

c

11 Solebat Mater venerabilis, orans pro ſe & ſuis, ſequentem frequenter orationem dicere: Exaudi, ſancte Pater, omnipotens æterne Deus, per unicum filium tuum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, exaudi, quæſo, me miſeram famulam N, tuam miſericordiam deprecantem, & in te confidentem. Da in ore meo verbum bonum, & in corde meo conſilium certum *d*, corrobora mentem, ut in ſanctificatione permaneat, ne vis antiqui hoſtis, libidinoſaque contagio corporis ullum in me excitet bellum, nulla mentis vagatio ſenſus meos alienet, non turpiloquium, aut mordax, ſeu mendax: ſed verbum ſanctum reſonet in ore meo, ut clarificetur nomen tuum, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum. Eſto, Domine, memor congregationis tuæ, quam prævidiſti ab initio, & ne claudas ora canentium te; ſed da ſermonem juſtum & beneſonantem in os noſtrum, ut noſtræ deprecationes ſint acceptæ in conſpectu tuo. Qui vivis & regnas Deus, in ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio ab illo recitari ſolita.

F *d*

ANNOTATA.

a *Solœciſmus hoc notatur in fine Comm. prævii.*
b *Italice* Giulia Seffi.
c *Italice ſcribitur* Luſente.
d Rectum *lego in vita Italica.*

C A.

A ex 1170. Carmel.

CAPUT III.

Singularis Deiparæ cultus; dæmonis fraudes; ſublimis contemplatio.

Deiparæ feſta præcipue ſtuduit, & eâdem ſalutationem Angelicam;

GLorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ (cujus illa perſtudioſa cliens erat) quotannis tanta ſolemnitate feſta celebrabat, ut in vigiliis ejuſdem feſtivitatum millies ſalutationem angelicam recitaret: die vero ipſa ſeptem ejus Officia legendo perſolveret: & continuo ad pulſum ſalutationis Angelicæ, ipſummet profunditatis myſterium meditando, nonnihil inhæreret. Abſtinentiæ vero tantæ erat, ut Sabbatum, pane & aqua contenta, tranſiret; & ſimiliter totum illud ſpatium, a feſto ni-

B mirum Exaltationis ſanctæ Crucis uſque ad diem dominicæ Reſurrectionis, ſine intermiſſione jejunando tranſcurreret, (quamvis a certis quibuſdam diebus, ſecundum mitigationem Eugenii Quarti Pontificis Maximi eximeretur *a*.) Cum tanta igitur ipſius vitæ auſteritas, quæ latere vix poterat, Confeſſario ſuo innotuit, mox ſub ſanctæ obedientiæ præcepit imperio, ut, ſole ad occaſum vergente, in vigilia Annuntiationis almæ Dei Genitricis unicum Ave Maria recitaret. Cui promptiſſime morem gerens, ſolitarum numerum precum & rigorem acquievit relaxare, ſed affectum & fervorem non ceſſavit augmentare. Nam cum tanta devotionis magnitudine & contemplationis profunditate recitavit unicum illud Ave Maria, ut divini amoris igne ſuccenſa, & cæleſti lumine irradiata, in extaſim rapta viſa fuerit; & mente in cælum penitus defixa, totam noctem ſic conſumpſerit. Unde valet liquido deprehendi, pieque credi, altum dominicæ incarnationis myſterium

C tunc temporis meditando percurriſſe, ut tali die univerſo manifeſtatum generi humano.

auſtaſim ſe gaudent dæmones tecta; precibus ſuorum auctſtrati Beata ſuggerit.

13 Ægre ferens humanæ ſalutis inimicus Aneillam Dei tanta cæleſtium chariſmatum abundantia cumulari, omni, qua potuit, machina, deſuper infuſa ſolatia attenuavit impedire; nam paulo ante quam mens ancillæ Dei intra ſe recollecta, & ad uſum ſenſuum reducta fuiſſet, terrorem incuſſurus, in ſpeciem oviculæ adſtitiſſe viſus eſt malignus. Sed videns eam minime turbari, ſubito quaſi pertranſiens, ab oculis Virginis, ſe aſpicientis, confuſus evaſit. Alio quoque tempore ab omni ſenſuum exteriorum operatione octo horis abſtracta, viſe ſuit a ſuis filiabus: quas blandis ſolata eſt verbis, reſtituta ſenſibus, exhortans, ut ſolita pietaris in Deum exercitia numquam intermitterent, & dæmonum aſtutias minime perhorreſcerent; Quia, inquit, in cælo interceſſores & advocatos habemus ſanctum Joannem Baptiſtam, & ſanctum Hieronymum. Tantæ virtutis & efficaciæ erant ipſius preces, ut refectionis tempore aliquando contigerit panem deficere. Cumque hac in penuria anxiæ valde eſſent, illico B. Joanna ad ſolita orationis armamenta recurrens, preceſque ſuh ſilentio ad Deum fundens, vix modicum poſt, D & ecce, ultra omnium ſpem pania in ſumma multiplicatur copia, quæ cunctis illic degentibus abunde ſufficeret. Alias res horrendæ voces in ipſius cella audiuntur: mox Beata ex magno cordis affectu arcana iſta & myſterii plena verba pronunciat: Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Eſto mihi Chriſtus Jeſus & Salvator in protectionem. Et ſolicite inquirenti quidam ex monialibus, quidnam ſibi vellent hi clamores? Reſpondit Joanna, tres animas, purgatorii carcere detentas, importuna admodum ſupplicatione opem poſtulaſſe, ut de tantis eriperentur pœnis. Unde & poſtmodum ei præcepit, ne id ulli umquam, quamdiu viveret, declarare præſumeret.

terrori infultus dæmonis;

14 Sæpiſſime orantem malignus ſpiritus diris divexabat modis, & ſeme[ſuper eam immaniter irruit, graviſſimis verberibus attrivit, & projectam de ſcala pene ſemimortuam, moniales, quæ audito ſtrepitu illuc venerant, E invenerunt; tametſi eis ſeriem a ſe perlati caſus minime expoſuerit. Nihilominus duabus ex ipſis Modenam * iter habentibus, illic inhabitandi & monaſterio inſerviendi cauſa tunc temporis innotuit, cum obviam haberent miſerrimam quamdam ſeminam, miſerabiliter a dæmonio vexatam: cui malignus ſpiritus (ut eſt revera teterrimus, hiſpidus, horribilis) dixit; Has Monachas de monaſterio Joannæ de Regio eſſe, quam paulo ante de ſcala projecerat, poſtquam verberibus attriverat. Alias cum magna cogitationum ingruentium varietate occuparetur, & de monaſterii ſolvenda emptione contrectaret mente, verſipellis contortor, qui in thalamo mentis univerſa ſolet convolvere, & in diverſa præteritorum rememoratione puritatem intellectus involvere, videns eam monaſterii empti ſolutionem mente contrectare, iterum eam tentare aggreditur, aſſignans ei certum locum, ubi pecunias invenire poſſit. Quod minime acquievit facere, F antequam ſe orationi dediſſet: qua finita, diabolicum commentum fuiſſe novit.

* Mutin ſem.

in natali Chriſti myſtico ſpectu aſpectu ſui creatoris Beata,

15 Ipſo Domini noſtri Jeſu Chriſti natali die in mentis exceſſum rapta, internis animi oculis infantulum Jeſum conſpexit, eodem plane modo, quo in Bethlehem natus apparuit, nimirum inter brachia Virginis Matris pannis involutus, faſciis cinctus, in virginali gremio cubans; cui Virgo, pietate matris incitata, puriſſimis manibus ſuis, Spiritu ſancto plenis, de ſacro pectore ſuo lactis guttas miniſtrabat: deinde in humili ac duro præſepio ſuper fœnum reclinabat, cum Joſeph ſponſo caſtiſſimo adorans, grates referens. Patri æterno, quod cor ſuum dederit in reconciliationem generis humani. Inſuper, quod maximum eſt, B. Joanna conſpiciebat irrationabilia animalia, veluti rationabilia, halitu ſuo tenerrima & trementia ſui creatoris membra foventia: & paſtores proprium munus obeuntes, una cum tribus Magis glorificantes, qui, ſtella duce, in regionibus Orientis apparente, adoraturi & pretioſa munera ſua oblaturi venerant. Tunc autem Joanna rot inter myſteria flumine lætitiæ & ſpiritus jubilis adimpleta, conſervabat omnia hæc, conferens in

cor-

Digitized by Google

A corde ſuo. Et inter conſerendum, his omni reverentia Parvulum eſt allocuta verbis.

parvulum alloquens. Item feſto Paſchæ contemplatur myſterium Reſurrectionis.

16 Mi Domine, candor lucis æternæ, tam abjectum, tam paupetem, tam patientem, amore mei te videndo, quas rependam grates? Quid muneris offeram pro tam immenſa liberalitate? Quandoquidem minima ſimi ipſa in cenſu, & nihilum valeam, niſi in verborum & cordis affectu. Et ideo, quia in facultate mea inveniri non poteſt pretium meæ redemptionis, in ſermone celebro præconia munificæ liberalitatis, & in corde poſui tabernaculum tuæ majeſtatis. Totam me, mi Parvule, trahit affectio, ſed deficit poſſeſſio, & dives cogitatio vocis paupertate confunditur. Inſuper ipſo dominicæ Reſurrectionis die, tam ſublimis myſterii, & glorioſi de morte triumphi contemplatione inebriata, illam jubilationis Antiphonam, Alleluia nempe, ab univerſis creaturis decantari, ſibi videbatur audire. Et derepente ipſi ineffabili jubilatione ferventi, ſe Redemptor noſter Jeſus Chriſtus, immortalitate velatus, undique gloriæ ſuæ radios vibrans, ſpectandum dedit; verbis illam quam ſuaviſſimis conſolans, quod omnem ſeculi pompam penitus damnaverat, unico munita Crucifixo.

B

a *Uncis inclauſa abſunt ab Italica Vita.*

CAPUT IV.

Chriſtus Sancta apparet, diem obitus præmuntians; ſpiritualia documenta; ſancta mors.

Intellectum ex Chriſto rorum

C Um acerrima valetudinis incommoditate urgeretur, divinum generis humani medicum ſibi adſtantem, in ſpecie cujuſdam juvenculi, albis induti, conſpicit, e cæleſti horto vernantes roſas, & alios flores odoriferos afferentis, manibuſque ſuis coronam texentis, qua dilectiſſimam ſponſam ſuam decoravit. Nec hic adhuc ejus deſideria & affectus terminantur: nam ſponſus Jeſus Chriſtus ſponſam ſuam condecorare volens nuptiali thalamo, illi in cælis præparato, de novo inviſere advenit, eam invitaturus ad poſſidendam coronam immortalitatis, in præmium & retributionem certaminis corporalis, ei revelans diem ſuæ mortis, quo tranſire debebat ad requiem æternæ manſionis. Hic humano vix exprimi poteſt aloquio, qua lætitia, quo tripudio mens ejus repleta erat, videns præfixi tempotis appropinquare terminum, quo diſruptis vinculis corporis, anima evolaret ad ſponſum. Et ideo tanto perfuſa gaudio, ultra non valet diſſimulare, quo fruitur. Convocat chariſſimas ſuas filias, ultimo eas amplexura, omnem eis ſeriem a ſe conſpectæ viſionis, & eorum, quæ concigerant, exponere volens.

ſuis ipſe gaudii, de ſuo diſceſſu monentis hæc

18 Quibus auditis, vehementer triſtari eorpore, (&) clauſtrum omnium inhabitantium gemitu, lamentationum ululatu circumſonari auditum eſt. Et earum ſingulæ voces in excelſum tollentes, cum debita reverentia & aſſectu filisli veſtem, qua induta erat, deoſculantes, ſummis ab ea precibus ſupplicantes, poſtularunc, ut, quatenus ſuarum filiarum neceſſitatem in terris conſpiceret, jugiter pro ea miſerata in cælis, divinam clementiam exoraret. Mox beata Joanna, pia mater, his ita ſe ſenſit interius compungi, uc a lacrymis, filiali tacta amore, non valuerit ſe diutius cohibere, exoptans ad Deum omnes efferre, perenni bravio donandas. Menſe Julii *a*, anno dominicæ Incarnationis MCDXCI. graviſſima laboravit infirmitate; quam mortiferam eſſe cognoſcens, ſalutiferis Eccleſiæ Sacramentis muniri popoſcit; ſimul etiam ad ſe vocari omnes moniales euravit, plurima enitens ſalutaria, qnaſi quædam ſignacula, earum mentibus ſolerter imprimere monita. His itsque inſignis monitorum diſpenſatrix loqui cœpit terminis.

D ex sec. Carmel.

a

E

19 Meæ chariſſimæ filiæ & plus quam intima cordis mei viſcera, quandoquidem, Domino noſtro Jeſu Chriſto diſponente, hoc ab exilio & lacrymarum valle cogar recedere, congruum duco, ut in hac extremæ valedictionis (quam toties expetivi) hora, aliqua vobis depromam monita: I. Ideo igitur, dilectiſſimæ, quæ temporalis hereditatis jura ſponte & penitus reliquiſtis, nt perpetuæ felicitatis poſſeſſionem ſecure adiretis, arcte mentibus veſtris infigite, vos teneri omni cura adimplere officia veſtra, Sacramenta frequentando, & humili ex corde obediendo. II. Uberes quoque bonorum operum ſegetes excolere non ceſſate: ſæculum protinus ſalutiferæ mortificationis arripite, ac propriæ voluntatis viroſum germen de agro cordis veſtri radicitus exſtirpate. III. Lingua veſtra ac labia a divinis laudibus numquam ſint otioſa; ſed ſemper orationes, velut aromata terendo, revolvite, uc in conſpectu Dei non immerito poſſitis odorem ſuavitatis offerre. IV. Terribilem mortis diem ſedulo etiam in conſpectus veſtri præſentia ponite. V. Repentinum juſti judicis adventum, occulti videlicet inſpectoris, poſt parietem noſtrum ſtantis, & per feneſtram reſpicientis, tremefactis viſceribus retractate; cui diſtrictam minimorum rationem reddere debetis; qui nec falli occultatione criminum, nec ad impunitatem promerendam alicujus oblatione corrumpi, nec minarum acerbitate terreri, nec precum inſtantia placari poteſt; verum reddet unicuique, prout geſſit in corpore, ſive bonum ſive malum. Ideoque, filiæ dilectiſſimæ, ſolicitos mentis & corporis oculos in vos dirigendo, conſolari me quidem valeo, at ſatiari non obtineo. VI. Tranſitoria blaudientis ſeculi lenocinia, mirandi fervoris inſtantia reprimite; ut omnium deliciarum cæleſtium copiis mereamini affluere. VII. Temporalis ærumnæ flagella generoſe in via perferte, ut perpetuæ hereditatis jura perenniter poſſideatis in patria. VIII. Tunc cognoſcetis perexigui laboris veſtri rigorem alacriter pro Chriſti amore perpeſſum, jugis gaudii fore fruitionem; cognoſcetis varia genera tribulationum fore vobis ſerta gemmarum. IX. Et quanto quis

pulsat pia ejus monita

veſtrum

A ex spec. Carmel. veſtrum fuerit in afflictione ælacrior, tanto erit in remuneratione emineotior : quanto in officio perfolvendo diligentior, tanto in præmio recipiendo felicior. Et ſi me in matrem aſſumatis, aſſumam & vos in filias. Interea firmæ ſpei gradibus propero vobis parare viam ad meliorem vitam.

pendito anno post mortem testamento. 10 Hujuſmodi quippe admonitionibus factis, teſtamentum condidit, quo inter cetera præcipua, unum, charitatem nimirum, ſerie commendavit. Ad quam communiter exercendam, filiarum devotas mentes accendit, & tamquam tramitem amplectendum propoſuit. Quoniam tota fidei & fiduciæ noſtræ machina duabus in charitatis ſe baſibus erigit, Dei nimirum & proximi; eis quoque oſtendit ſatuas Virgines a cæleſtis Sponſi thalamo omni cum confuſione ſecluſas fuiſſe, quia in vaſis ſuis oleum charitatis non ſunt inventæ habuiſſe. Tum earum ſingulas oſculans oſculo pacis, ſimul & benedictionis, anno ſalutis MCDXCI, ætatis ſuæ circiter LXIII, nona Julii beatum Deo ſpiritum reddidit.

ANNOTATA.

B

a *In Italico eſt* Giugno, *id eſt* Junio. *Vide Comm. prævium num.* 1, *circa finem.*

CAPUT V.

Variæ poſt mortem apparitiones; miracula; facta revelatio Epiſcopo Regienſi; incorrupti corporis elevatio; cultus.

Apparens pluribus, aut hortatur ad frequentem celebrationem ſolemnitatis Angelicæ. FRequenter poſt mortem charissimis ſuis apparuit filiabus, in diverſis eas confortans ærumnis, & preſſuris: & inter alias ſorori Hieronymæ Lanzi, olim ſodali familiariſſimæ, & imitatrici ſuæ ſeduliſſimæ. Quæ ut ſancto Dei ſervitio commodius vacaret, ab omni monaſterii cura & officio declinare decreverat: ſed B. Joanna voluntatem propriam ei præcepit frangere, & ſuperiorum mandata in omnibus promptiſſime adimplere. Modicum poſt tempus iterum tota pulchra, ſerena aſpectu ac ſolenni quodam nitore conſpicua, eidem apparuit, nomineque proprio Virgo beata eam appellavit. Ad cujus vocem attonita exclamavit: O Mater venerabilis, eas, quas valeo, gratias tibi refero, quod filiæ tuæ per temetipſam digneris adeſſe, & tui præſentia aliquando conſolationem exhibere. Tunc inſignis venuſtatis præfulgida radiis beata mater ei ſeſe manifeſtavit, & ſimul eam ad coronam frequenter recitandam, aliiſque perſuadendam, incitavit; quia omni holocauſto acceptabilior, & omni ſacrificio gratior eſt Deiparæ virgini; inſuper addens, miraculæ cæleſtis ſponſi conſolatione cumulandas iri, ſi centies quotidiana eamdem decorarent recitatione Ave Maria, in eaque devotione conſtantes perſiſterent.

C

51 Hæc ſoror Hieronyma, per præfata viſitationum & favorum miracula, ſentiebat in ſe quotidie majoris deſiderii, corporis B. Joannæ effodiendi, ſuccreſcere incrementa. Et quamvis prudentia patris ſui ſpiritualis negaret deſiderio conſenſum, inſtantia tamen importunitatis obtinuit omnino effectum. Nam intimi quodam ſervoris inſtinctu animata, ſepulcrum diſcooperuit, diſcooperto abſtulit dextrum e corpore brachium, intactum relinquens reliquum, & tamquam gemmam pretioſam detulit ad cellam, dignæ devotionis reverentiam ei exhibens. Rurſum ſequenti nocte viſibilis ejus oculis Beata apparuit, aiens? Adſum, filia chariſſima, quid rei a me petis? Ubinam abſconditum latet brachium, quo ſuper te benedictionis ſignum, & alias ſorores multoties impreſſi? Eja, inquit, ſoror Hieronyma, mater beata, cuncta tibi ſunt aperta. Inſuper ab ea ſolerter inquiſivit, quid circa patrem ſuum, jam dudum defunctum, & ſororem diſpoſitionis eſſet, utrum ſcilicet eos pœna conſtringeret, an eos quævis proſperitas arrideret. Joanna revelatione cognovit, patris animam pœna purgatorii conſtringi; pro cujus refrigerio deberet Deum orationis ſacrificio placare; ſororis vero proſperitate perenni in cælo ſecum perfrui.

D Corpus effoſſo & dextro ejus brachio, revelat ſibi eum defunctum;

E

verſum apparens, jubet cuipiam edoni terræ, quod incorruptum in arca reponi dicat.

52 Contigit poſtmodum, præfatam ſororem Hieronymam, una cum alia, a Duciſſa petendæ eleemoſynæ gratia pro Conventus rei familiaris neceſſitate, juſſu ſuperiorum Ferrariam proficiſci. Interea nocturno noctis ſilentio, cum apud monaſterium ſancti Gabrielis recepta eſſet hoſpitio, & vario cogitationum involucro oppreſſa perpenderet anxia, quonam modo tantam Dominam alloqui deberet, rurſum Joannam adſtare ſibi conſpexit, ineffabilis ſolatii alimento ſe reficientem; valdeque gratam adventu ſuo, exaudiendam, & omni favore prætenſionis ſuæ donandam fore ſibi dicentem, atque hilarem & lætam Regium reverſuram: quo, eum Domino opituſante, proſpero perveniſſet itinere, ei corpus ſuum totaliter ex humo educendum juſſit. Expeditione igitur piæ prætenſionis ſuæ feliciter (ut ſibi prædictum fuerat) peracta, in patriam ſuam rediit: tunc temporis currente anno MCDXCII. & prima Decembris incorruptum illibatumque educunt moniales e ſepulcro corpuſculum, velut tunc fuerat, cum ſepulturæ illud primitus traditum eſſet, undique odorem exhalans ſuaviſſimum; & in quadam arca honorifice recondunt.

F

tumultuoſis quæ prodigiis homines vexantur; quibus conſilio revelatio Epiſcopo Regienſi, a

53 Aliquo tempore ſic permanſit, donec Priur Carmelitarum, & Confeſſarius monialium ſtatuerent, quid in hoc eventu agendum. Mox videntes innumerabilia ex corpore divina virtute quotidie fieri prodigia, tandem deliberato pergunt animo ad Antiſtitem de Regio, qui tunc erat Bonus a Franciſcus Arlotti, Regianus, ei nunciaturi eventum rei. Eumque reperiunt cuidam libro ſtudentem, cujus auctor hunc Canticorum citabat locum: Tempus putationis advenit. At loco putationis, ſcriptum reperiebat, publicationis. Super quo Antiſtes non parum attonitus, varietatem textus ad mentis cubiculum reducens, & diligenter revolvens, cum eodem Canticorum loco contulit, & concordare pariter reperit. In hac ambi-

A ambiguitate verſantia, cellam intrarunt Antiſtitis Patres duo præfati, totumque beati corporis eventum per ordinem fideles relatores ei expoſuerunt, mirabiliora videlicet, quæ Deus ad gloriam ſui nominis per eam, dum adhuc viveret, operatus fuerat, poſt mortem quoque ejus operari dignatus eſt, qualiter etiam glorioſum corpus e terra eductum eſſet. Quapropter humiliter depoſcebant conſilium, opem & licentiam, id ſolemniter publicandi. His auditis, Antiſtes admirabundus cœpit exclamare: Vere opus Dei eſt, & mihi cœlitus tunc revelatum eſt, cum legerem: Tempus putationis: & continuo ob oculos mihi verſabatur, Tempus publicationis; idemque legere cogebar. Quandoquidem ergo hucuſque ſanctum latuit corpuſculum, & modo jacet effoſſum, tempus eſt, innuentibus vobis, & id fieri cupientibus, publicæ denunciationis titulo manifeſtare univerſo mundo.

B *corpus ſanctum ab Antiſtite, & juxta altare reconditum.*

24 Quapropter Antiſtes, nonnullis canonicorum, doctorum, diverſorumque civitatis nobilium ſtipatus turmis, ad monaſterium pergit, & præmiſſa oratione factaque diligenti informatione, corporis & mentis oculos in ſanctum corpus, expers corruptionis, & habitum, quo cooperiebatur integrum, ſedulo fixit: ac ſtupore plenus, in has erupit voces, reginæ videlicet Sabæ ad Salomonem: Verus eſt ſermo, quem audivi in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & non credebam narrantibus mihi; donec ipſe veni, & vidi oculis meis, & probavi, quod media pars mihi nuntiata non fuerat. Poſtea tam incolarum civitatis, quam externorum facto concurſu, ordinata ab ipſo celebratur ſolemnis proceſſio: in quorum præſentia pontificalibus inſulis exornatus, Sacrum decantavit in præfati monaſterii eccleſia, continuo ante ſanctum corpus cereis accenſis (ut congruum erat) quamplurimis. Peracto Miſſæ ſacrificio, ſanctum Corpus reverenter ſublatum, & in loco ſancto, ad hoc diſpoſito, collocatum fuit, in ſiniſtro nempe altaris cornu; ubi integrum illibatumque adhuc quieſcit, ſubtiliſſimo eoopertum velo, & hoc ejus eſt Epitaphium.

D *ex proc. Canon.*

25 Hic decus, & famæ pars maxima Carmelitarum,
Corpore ſelici virgo Joanna jacet.
Cæleſti gaudens ut ſpiritus integer aula,
Sic non conſumptis oſſibus alma caro eſt.
Gaudeat exultans his concio tota ſororum,
Lætetur propria Scupea prole domus.
Lætitiæ voces populus ſub ſidera jactet
Regius, hæc diva virgine lætus agat.
Sis bona, ſis felix cunctis, ſanctiſſima virgo,
Siſque memor noſtri vocibus ante Deum.

Eius epitaphium ac celebritas.

Ibique inauditis populorum turmis undique confluentibus, atque pie orantibus, præclara corporis ſancti fama crebreſcit, multorumque cultu inſignitur, & mira reverentia oſtenditur. Et præter ſolemniora totius anni feſta, in quibus videndum exhibetur, ipſius etiam feſti die, qui in nonam Julii incidit, exhibetur, & maxima fidelium multitudine celebratur; qui de immenſa ejus gloria, qua jam cum Chriſto regnat, ſummopere lætantur: ubi ſe regnare in perpetuum ſperant, ejus apud Deum patrocinio ſuffulti.

E

ANNOTATA.

a *Apud Ughellum tom.* 1. *col.* 309. *vocatur* Bonifacius Arlottus. *Tomo autem* 5. *in Appendice ad tomum* 2. *prædictum, col.* 1618. *ex Regienſibus Scriptoribus traditur vocatus fuiſſe* Bonfranciſcus; *de cujus electione vide, quæ ibidem referuntur. Sufficiat hic eam eminus indicaſſe.*

C F

A D

DE SS. MARTYRIBUS GORCOMIENSIBUS

NICOLAO PICHIO GORCOMIENSI GUARDIANO, HIERONYMO WERDANO VICARIO, THEODORICO EMDENO AMERSFORTIO, NICASIO JOANNIS HEZIO, WILLEHADO DANO, GODEFRIDO MERVELLANO, ANTONIO WERDANO, ANTONIO HORNARIENSI, FRANCISCO RODIO BRUXELLENSI, SACERDOTIRUS, ET PETRO ASCANO AC CORNELIO WICANO, LAICIS ORDINIS S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA; ET ALIIS OCTO, NEMPE JOANNE SACERDOTE ORDINIS PRÆDICATORUM, ADRIANO BECANO AC JACOBO LACOPIO ALDENARDENSI ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS, ET JOANNE
B OSTERWICANO CANONICO REGULARI ORDINIS S. AUGUSTINI, NECNON LEONARDO VECCHELIO BUSCODUCENSI, NICOLAO POPPELIO WELDANO, GODEFRIDO DUNÆO GORCOMIENSI, ET ANDREA WALTHERO, SACERDOTIBUS ET PAROCHIS SECULARIBUS E

BRILÆ IN HOLLANDIA.

J. B. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Belgii calamitatum sec. XVI. breve schema præmittitur.

ANNO MDLXXII. *Plena sunt Acta nostra fortissimorum Martyrum victoriis, quas de ethnicis & barbaris tyrannis, aut de hæreticorum, Ecclesiam infestantium furore, per totum terrarum orbem glorioso reportarunt. Ast ea certamina, saltem inter minus feroces Europæ populos, ad remotiores ferme ætates pertinere, nemo est qui ignoret. Scenam novam, vetustis illis haud minus tragicam aperuit duorum hominum infamis apostasia, quæ Germaniam primum & Galliam fœdis horrendisque spectaculis deformavit: tum vero in Belgium nostrum adunata impiorum colluvies, priscorum persecutorum crudelitatem superare visa est. Quos tumultus, quas strages ibi dederint Lutheri & Calvini asseclæ, quam furibunde in templa & sancta omnia sacrilegi homines debacchati sint, quam immani feritate sacerdotes potissimum & religiosos excarnificarint, tam recenti patrum nostrorum memoria pervulgatum est, ut tot crudelissimorum facinorum schema præmittere, necessarium non existimem. Innumeri prope sunt, quos annales Belgici sectatorum istorum rabie necatos memorant, necdum Sanctorum honoribus legitime donati, præter undeviginti sacros Pugiles, quorum Acta hic illustranda suscepimus. Miserandam affusti per id tempus Belgii faciem paucis adumbravit Actorum scriptor Guilielmus Estius, historiæ suæ cap. 1. quam tantillum elucidare aggredimur.*

Belgarum hæreticorum furor C

2 *Eo res Belgicas adduxerat Dux Albanus, pro Philippo Rege provinciarum moderator, ut sublatis e medio multis perduellibus, fractisque, solerti rei militaris peritia, primis famosi Orangii an. 1568. conatibus, pacata a se omnia & tranquilla existimaret. Hinc Bruxellis triumphans, galero & gladio a S. Pio V. Pontifice donatus, ea moliri adorsus est, quæ Belgarum animos, nimium pridem exacerbatos, novis invidiæ & odii fomitibus incenderunt. Et primum quidem eos vehementer pupugit erectum in arce Antverpiensi ignominiosum de subactis nobilitate & populo Belgico tropæum; tum autem infixus unguis in ulcere, inauditum tributum Decimæ, Vigesimæ & Centesimæ, etiam vi adhibita extorquendum. Atque hæc speciosa fuit apertæ defectionis causa, ab hæreticis avidissime arrepta, ut eleganter describit noster Famianus Strada Dec. 1. lib. 7. his verbis:* Ubi molesta tributorum quæstione civitates Hispanæ fidæ pariter ac dubiæ urgeri cœptæ sunt, glisscente omnium odio metumque superante, aucta præsertim ex Albani discessu populorum audacia; tunc enimvero intellexit Orangius maturandæ rebellionis fundandique, quod diu moliebatur, imperii tempestatem adesse. Itaque dum totus in eam curam Albanus enixius incumbit, imminens occasioni Orangius populos ab Regis obsequio retrahendi, firmatus occultis complurium civitatum consiliis ad defectionem jam spectantium, lecto per otium milite, eas belli faces intulit Belgio, quæ tot annorum spatio nullis urbium concidentium ruinis opprimi, nullisque cruoris extingui fluminibus potuere.

a Dum Albano nondum inter sed fuit,

3 Co-

primum pe-cuniis in Bri-le oppido,

3 Cœptum eſt, *ſic pergis Strada*, a Batavico mari bellum: quaſi jam tum vires ſuas præfeoſerint, & qua parte domioaturi aliquaodo eſſent, priocipio intellexerint. Et ſane intenderint attentaverintque ſæpenumero Geuſii, tum qui io urbe degentes, urbanique dicti; tum qui ſaltus obſedere, ac ſilveſtres nominati; ſoli demum aquatiles (ſic enim, & maritimi quoque anſeres vulgo appellati ſunt) ſelici rem audacia confecere. Horum Dux aquatilium Geuſiorum comes a Marca, Lumæi Dominus, odium in Albaoum profeſſus, depictis in vexillo decem mooetis, ad decimi nummi memoriam invidiamque militibus inferendam. *Terram eam beluam & ſanctorum Martyrum noſtrorum verum carnificem ſic paulo ante depinxerat Belli Belgici hiſtoriographus, ut qui Catholico nomini ſæve infenſus, barbaro ſe voto obſtrinxiſſet (ut olim Cl. Civilis, Batavorum & ipſe ductor adverſus Romanos) non poſiturum ſe ante capillum, quam Egmontii atque Hornani mortem ultus eſſet. Egregia ſane laude & opimis ſpoliis, dum in inermes pleroſque ſacerdotes ac monachos enormia ultionis exempla poſteritati reliquit. Sed de Rifflovaro illo ejuſque condigno ſceleribus exitu, plura in Actis laudatus Eſtius lib. 2. cap. 2. & lib. 4. cap. 2. & 4.*

ab aquatilibus Geuſiis capta;

4 *Ceterum Lumæus & æque facinoroſi commilitones complures Orangio obſecuti, inſtructam Anglia prædatoriarum navium quadraginta claſſe, oram Hollandiæ Friſiaque infeſtam habebant.* Illi, *inquit Strada*, Hiſpanorum odio ac prædarum cupidine, quarum quintam Orangio partem pendebant, quantum ab Amiſiæ fluminis oſtio ad fretum uſque Britannicum patet, piraticis excurrebaot navigiis: habebantque, ſi quando aut ab occurſu plurium, aut a tempeſtate declinandum erat, in Britanniæ portubus plerumque perfugium. Qua demum ſtatione, ceu communes hoſtes prohibiti, Reginæ juſſu ab Duce Albano rogatæ, dum Cantabricam invadunt navim atque diripiunt, adverſa ventorum vi in Vornam Hollandiæ inſulam deferuntur. Ibi pro mercatoribus habiti, tempeſtate illuc ejectis, diſcrimine io audaciam verſo, Brilam inſulæ portum adoriuntur, & priuſquam oppidani bellum advehi non merces intelligerent, inſeparabili ſucceſſu, nemine obſiſtente, capiunt Dominico Palmarum die; ac Lumæo præeunte, fractis divum imagioibus, nullaque omiſſa in res ſacras ſacrumque ordioem irreverentia, *portum ita communiverunt, ut Albano integrum non fuerit, anſeribus iſtis marinis firmam ſtationem eripere.*

unde multorum perſecutiones

5 *Atque hæc funeſta epocha poſiti anno 1572. rebellionis fundamenti & ſedis, eo ipſo temporis articulo, quo Bruxellenſibus tributum pendere recuſantibus, clauſiſque inſtitorum officinis, ex iis aliques Albanus ſuſpendi imperaverat præ foribus tabernarum.* Jamque miles in armis, lictor cum laqueo præſto erant, *utor iterum Stradæ verbis*, cum nuntius de Brila a Geuſiis capta, tamquam Deus e machina, implexæ funeſtæque tragœdiæ nodum ac laqueum repente ſolvit. Nam pereuſſus inopinata clade Albanus, omittit tandem odioſam quæſtionem, duos ipſos annos non alio fructu agitatam, quam ut aucta in Hiſpanos invidia, defectionis agitandæ conſilium maturaret, *ad capiæ inſulæ famam, tamquam ad elatum provinciis ſignum, incredibili per Belgium mutatione confecuta: ſic ut Lumæus pleraque Hollandiæ & Zelandiæ oppida, non minus religioni Catholicæ quam Albano infenſa, in partes ſuas mox traxerit, Moſa flumine Dordracum uſque extenſis copiis.* Atque in hunc denique modum oova hæc exſtitit, ab aquis reſpublica, parente ambitione, obſtetrice hæreſi, terrore ceu tonitru ante tempus emiſſa.

6 *Calamitatum noſtrarum imaginem hic cum Strada abſolvo.* Et profecto, *inquit*, miſerum, ſi umquam, hac tempeſtate Belgium fuit, quatuor exercitibus hoſtium a mari, a terra pariter appetitum. Cum provinciarum maritima Lumæus, Gallis finitima Naſſavius, Germanois contermina Bergenſis, media vexaret Orangius, Neque tantummodo ſubigerent urbes, repugnantelque trucidarent, ac domos militari licentia avaritiaque diriperent: ſed barbara immanitate, nullius ætati pudorive parcerent, in ſepulcra & requietem mortuorum deſævirent, omnes æque noxios habereot, in ſacra præſertim ſacerdotaſque fanatici furerent, eoſque (nec ullum vitæ pretium erat) quæſitis ad ignominiam cruciatibus mactarent. Quam ſacri Ordinis carnificinam a Geuſiis, & a Lumæo Geuſiorum immaniſſimo, pleriſque in urbibus peractam, fuere qui non minore iſtorum convitio, quam illorum præconio litteris conſignarunt. Et quamquam alicubi Regii milites, ſi ſacrorum injuriam excipias, inclementer & ipſi victoriis poſtmodum uſi ſunt: quia tamen id a Geuſiis ad Brilam eſt cœptum, direpta etiam, contra fidem jurejurando obſtrictam, Amersfortia; Hiſpanorum ferocia, quaſi ab exemplo veniam mereri aliquam videri potuit. Certe hoc nomine Orangii militia, ex hæreticorum Annalium confeſſione, infamis fuit.

calamitatorum principium.

§. II. Sanctorum paſſio apud populares celeberrima, eorum privatus cultus & elogia.

Martyres Brilæ ſub ſpoliis

IN eo rerum articulo ſcena Gorcomienſis exordium ſumpſit, dum ſub finem Junii, anno jam dicto 1572. Dordraco egreſſi rebelles, ductore Marino Brantio, Gorcomium aggreſſi, a civibus, pro majori parte hæreſi & Hiſpanorum odio infectis, facile admiſſi ſunt, clericis omnibus & religioſis, quorum maxime ſanguinem ſitiebant Geuſii (appellationis originem notam ſupponimus) in arcem ſe recipientibus. Qua etiam paulo poſt capta, contra juratam fidem, ea omnia probra, ludibria & carnificinam exercuere temulenti milites, quæ accuratiſſime & fideliſſime in Actis deſcribuntur. Abducti inde noctu ſancti Martyres, Brilæ traditi ſunt in furioſas Lumæi manus, profeſſi ſacerdotum & monachorum jugulatoris, a quo novis injuriis, calumniis & ludibriis affecti, ludicram ſupplicationem circum patibulum inſtituere cacti, inde in veterrimum ergaſtulum detruſi; tam ad diſceptationes cum nonnullis apoſtatis vocati, ubi eas egregie confudiſſent, iniquiſſima demum ſententia condemnati heroes fortiſſimi, in furcam acti, glorioſum agonem pro fidei Catholicæ veritate conſummaverunt hac die nona Julii. In Martyrum ordine recenſendo, montes velim lectores, me nulli prærogativam aut meritorum præcellentiam adſcribere, ſecutum nimirum ſericm nominum, pro ut ea refertur in

A AUCT. J. B. S.

decretis Romanis, ſuper eorum canonizatione pridem evulgatis.

o Belgis vro Sanctis habiti

8 *Ubi per reliquum Belgium Catholicum diffuſa eſt perpetratæ cædis fama, vix ulli dubium fuit, quin pretioſiſſima eſſent in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, poſſentque adeo ut veri Martyres & apud eum interceſſores invocari, quod privata multorum pietas mox præſtare haud deſtitit. Teſtabitur Molanus, quæ de ejus temporis Martyribus fuerit Belgarum ſententia, ſic ſcribens in Indiculo pag.* 78. Ceterum nobis hæc ſcribentibus, anno potiſſimum LXXII. tanta eſt Geuſiorum in paſtores & eccleſiaſticos, atque Catholici nominis viros perſecutio, ut putem plures elapſo anno LXXII. occubuiſſe martyrio apud Belgas, quam ſpatio omnium annorum præcedentium, uſque ad natalem Chriſti. Quæ autem ſit gloria Martyrum iſtius temporis, quamque horrenda perferant ob fidei integritatem ſupplicia, a me in præſentiarum ſcribi non poteſt, tum quod res ipſa integrum librum poſtularet, tum quod multa nondum ſufficienter cognoſcantur, vigente adhuc perſecutione. Verum quando Dei dignatione, horum furor & perſecutio finem habebit, prodibunt peculiares tractatus, qui nunc a diverſis conſcribuntur, quibus ſanctorum Martyrum pretioſa mors & nobis & omni poſteritati commendabitur. Quod ut eiciſſime fiat, rogandus eſt Deus, per eoſdem provinciales noſtros Martyres, quos ipſe coronavit. Neque enim dubitamus, quin tam glorioſi Martyres, Belgii ſui, jam in cæleſti gloria conſtituti, curam & ſolicitudinem gerant, pro cujus ſalute in hac mortali vita & laborabant & ſuſpirabant.

B

& privata ſolum cultu

9 Itaque eorum patrocinio commendamus Belgii noſtri afflictiones, ut ab eis precibus eorum cito liberemur, *Neque vero dubitandum prorſus videtur, quin mox aris admota fuiſſent ſacræ ſaltem Gorcomienſium noſtrorum reliquiæ, niſi ſuccedentes continuæ bellorum turbæ, & metus a Geuſiis, earum reſoſſionem impediviſſent: ſic enim per eam temporum calamitatem accidit, ut de promovendo ulterius publico & generaliori ſanctorum Martyrum cultu cogitatum non ſit; certe executioni mandari non potuerint, quæ eorum gloriæ cupidi dudum meditati fuerant. Interim* per id tempus (*hoc eſt ab ipſe martyrii anniverſario die*) *inquit Eſtius lib. 4. num.* 332. multi Catholici Gorcomienſes, qui partim in ſua adhuc civitate degebant, partim inde profugi, in exteris civitatibus verſabantur, appetente anniverſario paſſionis ſanctorum Martyrum die, religioſa pietate vigiliam ejus diei ſpontaneo jejunio ſanctificabant, atque ipſum natalem, feſtum ac ſolennem agebant; utrumque vero diem piis precibus tranſigebant, Deum ſuppliciter orantes, ut improbos hæreticorum conatus evertere, conſilia diſſipare, vires diſſolvere, faſtum dejicere, denique toti patriæ ſalutem & Catholicam religionem reſtituere dignaretur.

e multis invocati,

10 Atque hæc omnia per interceſſionem & merita novellorum Martyrum poſcere non dubitabant, ſcilicet perſuaſum habentes, eos qui propter fidei Catholicæ confeſſionem, manibus hæreticorum occubuiſſent, & vere Chriſti Martyres eſſe, & ut Dei amicos ac noſtræ ſalutis apud Deum ſuffragatores, invocari rectiſſime poſſe. Ceterum quam religioſum hoc & pium Catholicorum precandi ſtudium, nequaquam fruſtra fuerit, exitus docuit. *Ipſum ibi* D *fuſius deſcribit Eſtius in inſigni victoria, dicto anniverſario ſanctorum Martyrum die, apud Harlemum a Catholico milite parta, aliiſque eodem ſpectantibus, ut jam ſatis demonſtratum ſit, quod ſuperius dicebamus, ſanctos Martyres Gorcomienſes, ab ipſe glorioſo agone, privata popularium primum, deinde & aliorum veneratione jam tum honorari cæpiſſe, exſpectata occaſione, qua ſolenniori cultu ab Univerſa Eccleſia legitime invocari permitterentur. Longior mora fuit quam devotorum clientium zelus pateretur; at tandem deſideratam opportunitatem ad cultus extenſionem contulere pacta ſub initium ſeculi* XVII. *cum Batavis induciæ, qua uſi PP. Memoriæ, e quorum ſacra familia undecim omnino Martyres numerabantur, ea felicitate executi ſunt, quæ ſequenti proxime paragrapho fuſius deducemus.*

De iis meminere Lorichius & Miræus,

11 *Belgarum omnium de Sanctis una fuit ſententia, quam paucis complexus eſt Ferreolus Lorichius in Chronico ad annum jam dictum* 1572. Nona Julii, *inquit*, Franciſcani ſodales undecim atque alii aliquot ſacerdotes, & religioſi E viri, Gorcomio oriundi, Brilæ in Hollandia, religionis Catholicæ cauſa, plurima perpeſſi, tandem ad laqueum relati, glorioſum martyrii triumphum reportarunt. *Deerant in Belgio Catholico ſanctorum Martyrum exuviæ, quibus demum reſoſſis anno* 1615. *& ſequentibus, tum ab Archiepiſcopo Mechlinienſi recognitis &* 1618. *ſolemniter exaltatis, publicus reddi cæpit & Bruxellis & in variis aliis civitatibus cultus, ut ex oculato teſte Auberto Miræo in Faſtis ſuis intelliges, ubi deſcripto prius Gorcomienſi oppido, ſic ſubdit*: In hoc fuit inſigne Franciſcanorum monaſterium, ex quo undecim ſodales, cum aliis aliquot ſacerdotibus, Brilam Hollandiæ oppidum a Calviniſtis (quos Geuſios Belgæ vocant) abducti, ibidem laqueis ſuſpenſi anno MDLXXII. die IX. Julii pro fide Catholica mortem fortiter obierunt..... Horum Martyrum oſſa elanculum effoſſa, & per fidos homines Bruxellam allata, ibidem pro magna parte adſervantur in templo Franciſcanorum, in auratis arculis incluſa. Partes aliæ variæ per oppida ſunt diſtributæ, & cum honore adſervantur Lovanii, Athi, Cameraci, Valentianis, F Antverpiæ, Thenis, Trudonopoli & alibi.

Raiſſius in Eſtio,

12 *Longiori elogio rem proſequitur Arnoldus Raiſſius in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii, dum ex Guilielmo Eſtio aliiſque totam martyrii hiſtoriam deſcribit fuſius infra ex ipſomet fonte a nobis exhibendam, ut diffuſiores iſtæ orationes hic inſerendæ non ſint. Singulos deinde Martyres ordine recenſens, ſingulisque breve ſuum encomium concinnans, de ſacris reliquiis, mox poſt reſoſſionem per Belgium veneration expoſitis, hoc addit teſtimonium*: Eorum ſacræ exuviæ abdite effoſſæ, & per fidos homines Bruxellam allatæ, ibidem pro magna parte adſervantur in templo Franciſcanorum, mauratis capſulis incluſæ. Partes variæ pluribus per Belgium locis diſperſæ venerationi ab omnibus habentur; uti Montibus Hannoniæ, Binchii, Cameraci, Valentianis, Antverpiæ, Athi, Lovanii, Trudonopoli, Tillæ-monte & alibi; eoque ſolenni pompa tranſvectæ ſunt. *Quæ ibidem habet Raiſſius de mirabili planta, in lignea pixide recluſa, quæ cum tempore collectionis non niſi tribus aut quatuor floribus ornaretur,*

poſt

A *poſt biennium undeviginti produxiſſe comperta ſit, ſpectant ad paragraphum ſequentem.*

Opmerus & Sauſſayus. 13 *Multo fuſius de ſanctis Martyribus Gorcomienſibus agunt Petrus Opmerus ab Henrico Sedulio in Hiſtoria Seraphica anno 1613. editus & actis illuſtratus, quemadmodum & tot alii ſcriptores in Actis Canonizationis longo ordine recitati. Veram cum pieraque omnia ſive hiſtoricæ ſive panegyrice relata, ex ſæpe laudato Eſtii opere decerpta ſint, aut certe cum præclariſſimis Actis, ab ipſo editis & a nobis recudendis conveniant, pluribus hic deſcribendis ſuperſedendum cenſuimus; ſufficiat Sauſſayi annuntiatio, in hunc modum concepta:* Brilæ apud Batavos in Gallia Belgica, martyrium ſanctorum Chriſti nnvemdecim athletarum, pro fide orthodoxa ab hæreticis necatorum: qui vulgo Gorcomienſes dicti Martyres, ut Eccleſiæ Chriſti Catholicæ ſacra dogmata, glorioſo agone egregie inito ac peracto tutantes, obfirmarunt; ſic & cultum debitum, præter cæleſte præmium, quod a Domino feliciter ſunt adepti, apud Belgas

B potiſſimum receperunt. Nam ſacratiſſima eorum oſſa, clanculum effoſſa, & per pios homines Bruxellam allata, ibidem pro magna parte aſſervantur in Franciſcanorum Patrum templo, inauratis arculis incluſa, Partes vero nonnullæ in varia per Belgium loca diſtributæ, ab ejuſdem inſtituti alcetis (ex quorum Ordine undecim ex his divinis pugilibus prodiere) aſſervantur Lovanii, Athi, Cameraci, Valencianis, Antverpiæ, Thenis, Trudonopoli, & alibi digna cum veneratione.

atque item Proceſſus Hollandici. 14 *Vera eſſe, quæ de ſingulari, Belgarum præcipue, in ſanctos Martyres veneratione, & hic Sauſſayus & alii paſſim ſcriptores aſſerunt, plurimis argumentis demonſtrari poteſt; idque non ſolum poſt reliquias in Brabantiam aliaſque provincias deportatas, verum etiam priuſquam de iis refodiendis cogitaretur. Id manifeſte oſtendunt Proceſſus Hurlemii, Ultrajecti, Gorcomii & alibi per Hollandiam, auctoritate Nuntii Apoſtolici Bruxellenſis Lucii Sanſeverini, anno 1619. confecti; in quibus identidem referuntur eorum teſtimonia, qui in anguſtiis & morbis ſuis ad SS. Martyrum ſepulcra recurrerint, eorum meritis & interceſſione promptam medelam conſecuti, aii oſtendet miraculorum elenchus, Actis ipſis infra ſubnectendus. Nec defuere, qui longas peregrinationes ad prædictum martyrii locum ſuſceperint, ibi Sanctos veneraturi, tametſi ad finem gravi a Geuſiis periculo fieri non poſſet. Sunt item, qui affirmant, ſe bis terve & quater in anno eumdem locum viſitare ſolitos, ex devotione orationes fundere &c. Quin imo depoſuunt teſtes, horreum ipſum tanto in honore fuiſſe, ut in eo, ex reverentia, non paterentur Catholici quemquam ludere, aut animi gratia diſcurrere. Ut verbo dicam, adeo pervulgata fuit cultus, jam ab ipſo paſſionis tempore, a pluribus exhibiti fama, ut Roma ipſa eum toleraverit, quamquam poſtea, interveniente Urbani VIII. decreto, Proceſſus alii ad Canonizationem inſtitui debuerint, de quibus agemus paragapho 4. Intelligitur, quod ſupra dicebamus, reliquiarum diſtributionem, non tam ad cultum quam ad ejus extenſionem plurimum contuliſſe: de ejuſdem celebritate poſt canonizationem, dicetur paragrapho 5.*

C

§. III. Miracula ſanctorum Martyrum] paſſionem ſecuta.

D Auct. J. B. S.

Signa varia mox a martyrio coruſcantia, quibus ſanctorum Martyrum gloriam patefacere voluit Altiſſimus, tum per viſiones tum per varia beneficia, ipſi etiam Actorum ſcriptori aliiſque præſtita, recenſet fidelis hiſtoricus libro ſuo 4. quibus nos plura alia ad Paſſionis calcem ſubjungemus. Hic ea potiſſimum deſcribenda ſuſcipimus, quæ de mirabili flore, ſeu florum ſurcula, ad Sanctorum ſepulcrum, ut fertur, exorſo & prodigioſe multiplicato memorantur. Eſtium de ea re non meminiſſe, mirum fortaſſe videbitur; at quam facile accidere potuit, ut ejus ætate non adeo percrebuerit; certe necdum tam conſtans fuerit fama, quæ, ut ex proximo dicendis patebit, non niſi poſt Eſtii obitum latiſſime per Belgium diffuſa eſt. Ad Opmerum ultimæ editionis Belgicæ anni 1700. tomo 2. pag. 51. notatio ſub nomine Sedulii apponitur, quod poſt martyrium incognitus ille ſarculus excreverit, in quo cum primum ſoli tres aut quatuor flores apparuiſſent, occluſos iſte in arcula, repertus ſit anno 1574 flores omnino novemdecim produxiſſe, tot nempe, quot eo loci glorioſi agonis coronam fuerant conſecuti. Et hæc quidem ia dicta editione, ſed quæ apud Sodalium ipſum in Hiſtoria Seraphica, ubi ad ſexdecim Opmeri capita commentarium adjungit, non exſtant, ut non temere exiſtimem, ab alio poſtmodum adjuncta, & per prolepſim ſeu anticipationem anno paſſionis adſcripta. Interviculi poſtmodum reconſenda, E

16 *Certum & definitum tempus quo floſculi iſti excreverint, aut primum obſervati ſint, traditum non reperio, at ſub ſeculi XVII. principium conſtantiſſimam miraculi famam receptam fuiſſe, diſerte teſtatur ſupra laudatus Reiſſius his verbis:* Noſtro etiam ſeculo juxta Brilam, ubi hi generoſi athlethæ martyrii coronam conſequi meruerunt, collecta eſt inuſitatæ naturæ planta, quæ in pixide quadam anno milleſimo ſexcenteſimo decimo quinto incluſa, biennio poſt undeviginti flores, pari nempe cum Martyribus numero, haud abſque evidenti miraculo protulit: cum tamen tempore collectionis non F niſi tribus, ad ſummum quatuor floribus ornaretur. *Rem pluribus deſcribi & expendit R. P. Benignus Fremaus in ſua Legenda Belgica Sanctorum Ordinis ad hunc diem. Verum hæc facies potiſſimum authentica depoſito viri integerrimi, ut ibi appellatur, & venerabilis ſenis R. D. Adriani Antonii ab Oorſchot, ad ſanctæ Gertrudis Ultrajectli Paſtoris, qui u tumultuum Belgicorum principio ad annum æque 1619. in laudatis ſupra Hollandicis Proceſſibus*, fideliter in eccleſia pro animarum ſalute in partibus diœceſis Ultrajectenſis laboraſſe *dicitur.* hic ſolum verbotenus ſeu florum ſurculus,

17 *Is annos tam* LXXV. *aut* LXXVI. *natus, a deputatis legitime* rogatus de ſurculo quodam florum, ipſi ante quinquennium a quodam donato, mirabiliter in floribus multiplicato (cujus fama jam apud multos percrebuerat) reſpondit; circa annum MDCXIV. ſi recte meminit, dictum ſurculum, habentem tres aut quinque incirca flores candidos, accepiſſe, ſublatum e loco ſepulcri Martyrum Gorcomienſium, juxta Brielam, ubi iſtiuſmodi flores ſo- quem acularetus veſtis offerit,

A lum inveniuntur in loco illo, ubi Martyres fuerunt ſepulti, aut circa, & non alibi: unde etiam in civitate Brielenſi ab ipſis hæreticis illi ipſi flores vocantur flores Ruggenſes, a monaſterio Ruggenſi, Ordinis Canonicorum Regularium, in cujus monaſterii horreo dicti Martyres ſunt ſuſpenſi: qui etiam floses in Martyrum dictorum veneration em inde eruti, ad alia loca tranſportantur & plantantur, qui etiam ipſis apothecariis & medicis incogniti ſunt. Hunc ergo ſurculum cum dictus deponens accepiſſet, in parva capſula lignea, primo parvi exiſtimans, ſepoſuit in ſuo cubiculo; aliquando tamen cum veneratione aliqua inſpexit, invenitque eum in eadem forma prout acceperat.

In tigneo pyxide ſervatum

18 Poſtea tamen, cum ab octo aut novem circa menſibus non inſpexiſſet, cum a quodam theologo de floribus iſtis mentio fieret, quod non exareſcerent, ſed in ſuo vigore perpetuo manerent, mane conſurgens, ex iſta narratione ſurculum iſtum curioſius inſpexit, inveniteque cum magno ſtupore, pene biennio poſtquam a radice evulſum accepiſſet, in tantum auctum & floribus multiplicatum, ut illa ipſa capſula, in qua eouſque fuerat, eum non caperet, videbaturque dictus ſurculus major futurus, niſi anguſtia capſulæ, in qua incluſus erat, prohibniſſet. Quapropter totus admirabundus tulit ipſum ſurculum cum ſua capſula ad ſuum oratorium, & in decentiori loco expoſuit. Quo ipſo tempore cum duæ piæ domicellæ, ſacrum audituræ, oratorium ipſum accederent, illis dictus deponens miraculum cum admiratione narravit, & ſurculum floribus multiplicatum oſtendit; quarum una ſtatim reſpondit, ibi inveniri numerum Martyrum Gorcomienſium; & numerati dicti flores, inventi ſunt totidem flores, quot Martyres uno tempore in loco Ruggenſi fuerant ſuſpenſi, ſcilicet novemdecim.

B

In tribus aut quatuor in 19. provinciis

19 Qui flores a pluribus poſtmodum per totam diœceſim Ultrajectenſem & per Hollandiam ſunt viſi & in veneratione habiti, & poſtea juſſu Reverendiſſimi D. Vicarii Apoſtolici ſculpti & in imaginem repræſentati ſunt, ut ad plures, cum gloria Martyrum, miraculi notitia perveniret. Ipſe tandem ſurculus, miraculoſe floribus auctus, Sereniſſimis Principibus Brabantiæ donatus fuit, qui eumdem cum veneratione & pro inſigni munere acceperunt. *Hactenus authentica depoſitio, cui & aliae liceret adjungere, niſi res aliunde ſatis probata ſupponeretur. Neque enim in unico ſurculo prodigium ſtetit: nam plures hujuſmodi plantulæ, ex loco martyrii acceptæ & alio translatæ, adeo celebre reddidere miraculum, ut non ſolum per fœderatas provincias, ſed per univerſum Belgium aliaſque finitimas regiones, flores Martyrum Gorcomienſium in hunc uſque diem appellentur, quamvis non omnes unius modi ſint, ſed aliquibus, ob ſimilitudinem aliquam, adſcititium nomen impoſitum obſervem; nam ſurculi quidam tenues, ad me delati, in ſex ramulos diſtribuuntur, quorum ſingulis adhærent terni floſculi gradatim aſcendentes, qui cum altero, in medio protuberante numerum decemnovenalem plerumque, ſed non conſtanter repræſentant.*

C

20 *At mihi teſtati ſunt viri prudentiores Catholici Batavi, non eum eſſe floſculorum Gorcomienſium ſurculum, de quo hic agitur; utpote qui a gemino multum diverſus, ſola floſculorum numeri, ſemper æqualis, ſimilitudine tale nomen ſuctus ſit. Hunc ego in accipiti hærens, omnem conatum adhibui, ut alicunde germanæ ipſius plantulæ verum ideam, quam a centum & amplius annis in æs inciſam noveram, abi ubi conquirerem. Cum vero a Religioſis hic Ordinibus, quorum interierat, eam impetrare non poſſem, opportuna ſubſidia ſuggeſſit Adm. Reverendus & prænobilis Dominus Petrus-Henricus Goos, eccleſiæ noſtræ Cathedralis ad B. Mariæ Canonicus, cujus ope obtentam demum fateor, quam fruſtra alibi quæſieram, veri ſurculi, ſupra deſcripti, delineationem in libello Flandrico, excuſo Silvæducis anno 1623. cum brevi compendio hiſtoriæ quindecim e numero Gorcomienſium Martyrum, quorum ibi ad vivum exhibentur effigies, hic etiam in æs incidendæ, ſi cetera quatuor adfuiſſent, ut infra pluribus indicabo. Lectori æque ac mihi jucundum erit mirandi prodigii formam, quouſque in lamina plana reddi potuit, oculis contemplari. Appoſita inſcriptio, quæ ea ipſa imagine, ut hic expreſſa eſt, repræſentabatur, relatæ depoſitionis compendium eſt.*

D

ut oſtendit transfuga ex Go-

E

Flores apparuerunt in terra noſtra-
ront a Surculus iſte in loco martyrii 35.
Martyrum Gorcomien. prope Brielam in
Hollandiâ deceptus, pyxidi inclusus habens
3 vel 4 floſculos, biennio poſt A. 1617 inven-
tus eſt nonus miraculo, in totidē excrev-
ſo. quot 35. Martyres fuerq in eſt no-
vemdecim.

F

G

§. IV. Procurata ſacrorum corporum reſoſſio.

Cultum auctis reſoſſis ſacrorum corporum,

STrpendæ narrationis, jam ex Proceſſibus deſumptæ adjuncta tam accurate enumerata, & tota patria per id tempus devulgata, ad Sanctorum cultus per Belgium Catholicum propagationem mirifice contuliſſe, haud dubium eſt. Acceſſit is cumulus, ut ſupra dicere cœperam, quod effoſſis ſanctorum Martyrum oſſibus, alia plurima ſigna continuo manifeſtata ſint, quæ venerationem & fidelium in Sanctos fiduciam incredibiliter auxerunt confirmaruntque. Reſoſſionis aaias aut plurium ſcriptam olim fuiſſe Brevem & veram narrationem, invenio inter ea, quæ ad ſanctos Martyres ſpectantia, ex verbis D. Capellani de Outbeuſden, pancis annotavit Papebrochius XVI. Junii 1690. at ipſammet narrationem, adhibita quantavis diligentia, repetitis vicibus & coram & ſcriptis apud RR. PP. Minores, eruere hactenus non potui; niſi


A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
1619
Delineatio Loci in quo olim fuit Monasterium Ruyense, Ord. Canonic. Regularium S. Augustini, quod tamen post
Porta Curtatis Brielensis ... A
Domus duorum testium ... B
Locus Ecclesiæ parochialis ... C
Locus Cœmeterii parochialis ... D
Locus Martyrii et sepultura MM ... E
Locus cultivus Monasterii ... F
Locus Refectorii Monasterii ... G
Locus Stagni piscium, adhuc aqua plenus ... H
Locus Ecclesiæ ... I
Locus horti ... K
Locus portæ currium ... L
Fossa ad pedum, Cœmeterium Commune ab hoc monasterio separans ... M


A
B
D
L
M
1572
Delineatio Situs Monasterii quondam Ruyensis Ord. Canonic. Regularium S. Augustini, pro ut olim fuit
Porta Curtatis Brielensis ... A
Domus duorum testium ... B
Ecclesia parochialis ... C
Cœmeterium parochiale ... D
Locus Martyrii Martyrum ... E
Culina Monasterii ... F
Refectorium Monasterii ... G
Stagnum ubi asservabantur pisces ... H
Ecclesia Monasterii ... I
Hortus florum ... K
Porta Currium ... L
Fossa ad pedum, parochiale Cœmeterium a monasterio Separans ... M

NAPOLI

A *miſi ea ſint, quam ex archivis archiepiſcopatus Mechlinienſis, & epiſcopatus Antverpienſis poſtmodum conſecutus ſum. Id igitur reliquum fuit, ut ſupplerent jam ſæpe dicti Proceſſus Hollandici, ex quibus, tum loci tum ſacrorum corporum identitatem eurſim conabor deſcribere, propoſita mappa topographica, in ipſis delineata, huc autem ex ea incaſa, ſitum veterem & modernum diſtinctiſſime exhibente, ſicque loca ſingula priſci monaſterii Ruggenſis, nempe cœnobii templum a parœciali, hujus cœmeterium ab horreo, in quo ſanctæ Martyres in trabem acti ſunt, determinante, ut ad oculum pateat, nullum prorſus fieri potuiſſe ex uno in alterum confuſionem.*

quæ à Judicibus facta

22 *Ejus rei ſcrupuloſam, ſi unquam, inquiſitionem Proceſſibus, a ſe factis, inſeruerunt viri Ampliſſimi Nicolaus Nomius, ſacræ Theologiæ Licentiatus & eccleſiæ Cathedralis Harlemienſis Decanus, ac Judocus Catius, ſacræ Theologiæ & ipſe Licentiatus, atque ejuſdem eccleſiæ Canonicus, ad id legitime deputati; qui locum ipſum accuratiſſime viſitarunt, auditiſque variis teſtibus, quorum aliqui martyrio præſentes adeſſe potuerant, rem*

B *omnem ſolertiſſime diſcuſſerunt. Præcipua ſeveri examinis ratio in eo verſabatur, ut demonſtrarent ſacrorum corporum, non ita pridem refoſſorum, identitas, talisque ab aliorum hominum oſſibus diſtinctio, ut de commixtione nec minima ſuſpicio cuiquam ſuboriretur. Non potuit, me quidem judice, rigidius examen inſtitui: ex plurimorum depoſitionibus confecta ſunt, ut jam dicebam, ea delineationes, quas hic oculis exhibeo, litteris ſuis, pro locorum diverſitate, exactiſſime diſcretas; quarum inſpectio tantum non ad evidentiam demonſtrat, nullam (ſepoſita enormi fraude & malitia) potuiſſe intervenire commixtionem oſſium ex veteri cœmeterio, cum ſacris Martyrum corporibus, ſepultis in horreo ceſpitum, quod tanto terræ intervallo a prædicto cœmeterio diviſum eſt, interjecta olim foſſa ad pedes 25. extenſa, quæ modo adhuc ſupereſt, ſed ex majori parte immunita. Res tota explicatione minime indiget, cum apertiſſime pateat ex utraque tabula huc expreſſa.*

ut mappa topographica eo demonſtratur.

C 23 *Sic loquuntur Ampliſſimi Viri ſupra nominati in Proceſſu Ms. pag.* 13. Porro locum ipſum, prout nobis deſcriptus fuit olim jacuiſſe, & deinde prout a nobis inventus fuit jacere, depingi ac delineari curavimus, ut veritas magis exinde pateat atque innoteſcat; maxime ſi adverantur duæ diſtantiæ; una a foſſa, aqua plena, cœmeterio parochiali contigua, uſque ad locum horrei; in quo ſepulti ſunt Martyres jam dicti, quam mentientes, invenimus eſſe nonaginta ſex pedum; altera ex alia parte, a dicti horrei loco uſque ad locum, ubi eccleſia monaſterii Ruggenſis ſtetit; quam mentientes, invenimus eſſe ultra trecentorum pedum: quæ diſtantiæ, noſtro judicio, omne tollunt dubium permixtionis oſſium, de quibus eſt quæſtio, cum oſſibus in vicinis locis jam dictis ſepultorum. Datum Harlemi ſub noſtro ahirographo & Capituli Harlemenſis ſigillo, die xx. menſis Novembris, anno a Chriſto nato MDCXIX. eratque ſignatum *&c. Atque hæc nos ducunt ad id, quod erat propoſitum, nempe ad ſacrorum oſſium refoſſiones, de quibus agunt laudati viri Nomius & Catius a pag.* 17. *quæ tametſi teſtium potius quam temporum ordine recenſeantur, rem geſtam ipſaſque refoſſiones, ſæpius & a diverſis hominibus repetitas, ſatis dilucide explicant.*

24 *Harum præcipui deſignatores & auctores* D AUCT. *fuiſſe videntur* Lendert Dirckſe, *ſeu Leonardus Theodori filius, &* Petrus Geritſe (*filius* J. B. S. *Gerardi*) *van Dueren typographus Ultrajectenſis, qui pag.* 25. *teſtatur, quod circa octo vices ibidem foderit, apinor eum præfato Leonardo, aſſtantibus nonnunquam PP. Minoritis ad hoc deputatis, ut reperta reliquiæ in partes Catholicas deportarentur. Deſcripſit Papebrochius modicum inſtrumentum, quod tori rei lucem adfert. Eſt copia apochæ jam dicti Leonardi, in qua ſic loquitur:* Ego Lenderi Dirckſe, Brillæ commorans, confiteor, accepiſſe de manibus Petri Geritſe van Dueren, typographi Ultrajectenſis, ſummam quinque librarum Flandricarum, ad ſex libras & 40. groſſos ſingulas, mihi competentes & promiſſas pro refoſſione quorumdam oſſium, quæ erant defunctorum Martyrum, ex conventu Regularium, Rugge dicto, quod olim ſtabat extra portam meridionalem Bridenſem. Promitto inſuper meliori, quam nanciſci potero, commoditate, aliis duobus locis fodere, ſi forte iſtic adhuc aliquid dictorum oſſium poſſim reperire, idque pro eadem jam E dicta ſumma hoc ipſum poſitive pactus: Actum noctu inter XII. & XIII. Novembris anno MDCXVII. coram præfato Petro Geritſe, ſtylo novo. *Signatum erat:* Per me Lendert Dirckſe Conwenburch. *Ad Proceſſum vel dimus.*

Refoſſores Leonardus Theodori,

25 *Ibi pag.* 17. *quintus ordine teſtis comparet Venerandus P. Arnoldus de Witte, Ordinis Minorum ſacerdos, prædicator & confeſſarius, qui ſepties vel octies ſe locum martyrii viſitaſſe teſtatur, factam delineationem rectiſſimam cenſens, ex trium teſtium incolarum, a ſe non ſemel examinatorum conſenſu. Hic* rogatus, *verba ſunt Proceſſus,* an præfatorum Martyrum oſſa effoderit, & quibus præſentibus? Reſpondit, ſe duabus diſtinctis vicibus eadem quæſiviſſe & inveniſſe, propriiſque manibus extraxiſſe ſatis notabiles partes, idque ſe feciſſe ex ſuorum Superiorum (oſſa iſta honeſtiori loco collocare deſiderantium) mandato, quodque eadem oſſa & partes notabiles quæſiverit & invenerit in loco, a tribus præfatis perſonis demonſtrato, ac in delineatione præfata deſignato per litteram E. & F non alibi: quodque prima vice adfuerint Ven. P. F. Joannes Tyras, & Leonardus Theodori, Annæ Vincentii filius; ſecunda vero vice ſolus iſte Leonardus Theodori; ſeque inveniſſe terram adeo ſolidam, oſſaque ipſi adeo cohærentia, ut dubium non ſit, quin eadem multis annorum curriculis ibidem jacuerint. Rogatus, quid de ipſis oſſibus ſic inventis fecerit? Affirmavit, eadem, ſimul collecta, in propria perſona comitatum, Ven. adm. P. F. Jacobo Neſſeo, Bruxellas in Brabantiam detuliſſe, ac Reverendiſſ. P. F. Andreæ a Soto, Ordinis ſui ſuper provincias Belgicas, Coloniæ, Hiberniæ etque Angliæ Commiſſario generali, ac Sereniſſimæ Hiſpaniarum Infantis Confeſſario, fideliter tradidiſſe.*

PP. Arnoldus de Witte & Joannes Tyras i

26 *De aliis oſſibus, a ſe etiam effoſſis, teſtatus ibidem eſt Ven. P. F. Joannes Tyras; at nemo certius teſtimonium ferre potuit, quam dictus ſupra, & legitime interrogatus pag.* 25. Petrus Gerardi a Dueren Ultrajectenſis, *qui* natus *tum* annos plus minus quinquaginta, aſſeruit, ſe duodecim vicibus ad minus fuiſſe in loco, ubi

ſed adfuit præcipuus Petrus Geritſe,

Mar-

A Martyres Gorcomienſes martyrio ſunt affecti
Auct. & ſepulti : proinde exhibita ſibi loci delinea-
J. B. S. tione, affirmavit, videri ſibi eam bene factam, digito ſuo demonſtrans locum, in ipſa delineatione deſignatum per litteram E, tamquam locum martyrii & ſepulturæ eorumdem, addens, ſe loci ſitum optime noſſe, ex eo quod circa octo vices ibidem fodiſſet, oſſa & reliquias prædictorum Martyrum quærendo, quæ etiam ibidem invenit & extraxit, & non ex alio loco. Rogatus, unde ſciret eo loci Martyrum horum reliquias quieſcere? Reſpondit, ſe, antequam priori vice in dicto loco foderet, intellexiſſe, Brielæ quemdam eſſe virum, dictum Vincentium Cornelii, urbis ſcabinum, a quo de loco ſepulturæ eorumdem certior fieri poſſet; unde prædictum Vincentium Cornelii convenions, ab eodem edoctus eſt, locum horrei (in quo ſuſpenſi erant Martyres & ſepulti) ſitum eſſe inter ſtagnum, in
B quo ſolent piſces monaſterii quondam Ruggenſis aſſervari, & foſſam monaſterii prædicti, locum ab eccleſia & cœmeterio parochiali dividentem,

Ovis gemina

27 Qua loci deſignatione ſive demonſtratione necdum contentus, civitatem egrediens, mulierem quamdam offendit, in domo quadam, loco ſibi deſignato vicina, habitantem, quæ domus in delineatione jam dicta ſignata eſt littera B, eratque nomen muliari Anna Vincentii, a qua ſcrio de loco, in quo olim ſacerdotes & monachi, Gorcomio Brielam adducti, ſuſpenſi & ſepulti eſſent, inquiſivit: illa autem eumdem ſibi locum oſtendit & deſignavit, quem dictus Vincentius Cornelii antea, ut jam dictum eſt, ei demonſtraverat; & majoris certitudinis ergo, aſſerebat, dictam mulierem affirmaſſe, ſe eumdem locum certitudinaliter didiciſſe a quadam vetula nonagenaria, jam defuncta, quæ dum viveret, oculis ſuis Martyres prædictos in eodem loco viderat ſuſpendi, & ſcrio ipſam Annam Vincentii admonuerat, dictum locum obſervaret, cujus monitioni acquieſcens parvulam foſſam, ad latitudinem unius pedis in circuitu, in loco ſibi a vetula demonſtrato fecerat, & ſemper conſignaverat; quam eamdem ſibi deponenti oſtendit, dicens, ibi fodias, & reliquias Martyrum ibi invenies, & non alio loco. Affirmavit itaque dictus deponens, hunc eumdem locum eſſe, qui in delineatione ſive deſcriptione totius monaſterii & locorum vicinorum, deſignatus eſt per litteram E, quodque nocte ſequenti, propter metum & pericula, quæ ab hæreticis ſibi imminebant, ſi ſcitum fuiſſet, eodem loco fodit & reliquias invenit ac effodit; quodque quoties poſtea ibidem fodit, oſſa Martyrum prædictorum quærendo, nuſquam alibi, quam in dicto loco, deſignato per litteram E, eadem invenit. Itemque quod fodiendo ibidem aliquot particulas & fragmenta ceſpitum ſub terra invenit, certum indicium, ibidem olim horreum fuiſſe, in quo ceſpites monaſterii reponi ſolerent.

Et reliquiarum diſtributionem deſcribens;

28 Rogatus, quibus præſentibus oſſa ſive reliquias prædictas quæſierit & effoderit? Reſpondit, ſemper ſibi adfuiſſe & ſecum fodiendo quæſiviſſe quemdam Leonardum Theodori, habitantem in vicinia, in domo deſignata, in prædicta delineatione, per litteram B, & non alium excepta ultima vice, dum foderet; qua D
R. D. Joannes Cauchius, ſacerdos & vicarius eccleſiæ metropolitanæ Ultrajectenſis, & nobilis Dominus Jacobus van Hoof van Zyll adfuerunt. Ulterius rogatus, quid fecerit de reliquiis a ſe effoſſis, ſeu quibus eas dederit? Reſpondit, ſe eas quas prima, ſecunda & tertia vice effodit, dediſſe Everardo Bottero; quas vero duabus ſequentibus vicibus effodit, ſe eas dediſſe generoſo Domino in Roon, & Domino de Heuter; reliquias denique, quas aliis ſequentibus vicibus invenit & effodit, ſe ex ordinatione Reverendiſſimi D. Philippi Rovenii, Vicarii Apoſtolici, tradidiſſe R. D. Joanni Cauchio ſupra nominato. *Hæc vero etiam ordine ſuo a deputatis juridice interrogatus, prædicta, quatenus ad ſe ſpectarent, pag. 29. confirmavit, addens*, ſe notabiles illas reliquiarum partes omnes, ex mandato Rev. D. Vicarii Apoſtolici ſupra dicti (quod in ſcriptis, ajus ſignatura & ſigillo munitum, nobis oſtendit) penes ſe in ſua æde conſervare, *unde procul dubio in variis per Hollandiam oratoriis diſtributa fuerunt.* E

29 *Demum pag. 79. adducuntur verba ipſius Reverendiſſ. P. F. Andreæ a Soto*, coram Deo & Chriſto Jeſu *teſtantis* XX. *Januarii* 1629. omnia oſſa, ſive reliquias, quas multis ac diverſis perſonis, potiſſimum *ſui* Ordinis Patribus diverſorum conventuum, in diverſis provinciis ſibi ſubditis dederat, publicæ veneratione, prævia ordinariorum Epiſcoporum approbatione, exponendas, tamquam reliquias ſanctorum Martyrum Gorcomienſium; eaſdem numero eſſe, quas poſt earumdem approbationem per Reverendiſſimum ac Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Mechlinienſem, recepimus ex manibus generoſi Domini Everardi Botteri, Ven. Patris Jacobi Neſſer & Arnoldi de Witte, noſtri Ordinis ſacerdotum, in Hollandia inter Catholicos laborantium, quorum induſtria & laboribus eadem (ex loco, in quo primum dictorum ſanctorum Martyrum corpora ſepulta fuere) eruta fuiſſe & effoſſa, ex eo- F
rumdem depoſitionibus conſtat. Adhæc, quod ſingulis eorum, una cum dictis reliquiis, eopiam authenticam dictæ approbationis Illuſtriſſimi Mechlinienſis, addito ſuo teſtimonio tradiderit. *Ex dictis ad ſeriem hiſtoriæ ſatis patet, urgente potiſſimum Reverendiſſ. P. Andrea, ſuſceptam eſſe ſacrarum reliquiarum refoſſionem, procurante Everardo Bottero, cujus inſtrumenta fuerint Petrus Gerardi a Dueren, & Leonardus Theodori a Couwenburch: ad majorem totius rei elucidationem ſacies ſequens paragraphus, de prædictarum reliquiarum legitima recognitione, approbatione & ſolemniſſima exaltatione.*

Quæ extant teſtatur P. Andreas a Soto.

§. V. Prædictarum reliquiarum recognitio, approbatio, exaltatio & in varias partes diſtributio.

SS. Reliquiarum recognitio.

Prima recognitionis & approbationis inſtrumentum mutilum vetuſtis laudatus ſupra Miræus in Faſtis pag. 387. *quod integrum, a me diu quæſitum, ex archivo epiſcopatus Antverpienſis opportune ſuggeſſit Adm. R. D. Urbanus Albertus Boehemont, eccleſiæ Cathedralis Antverp. Canonicus, Sigillifer & illuſtriſſimo Epiſcopo a ſecre-*

A *ſecretis ; dum hæc imprimerentur e vivis ereptus ; poſtmodum vero etiam Mechliniæ ſubmiſſum eſt a R. D. Benedicto de Ruddere Eminentiſſimi Cardinalis ab Alſatia, Archiepiſcopi ſecretario, ex quo non parum illuſtrabitur propoſita ſuperius hiſtorica reſeſſionum narratio :* Mathias Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archiepiſcopus Mechlinienſis, omnibus Chriſti fidelibus, has viſuris ſeu legi audituris, notum facimus, quod die XVIII. Junii anni præſentis MDCXVI. Reverendiſſ. in Chriſto Pater Andreas a Soto, Sereniſſimæ Iſabellæ Claræ Eugeniæ, Hiſpaniarum Infanti, Principi noſtræ, a ſacris Confeſſionibus, & Fratrum Ord. Minorum per Belgium & alias provincias generalis Commiſſarius, ad nos deſtinavit probos duos viros, venerabilem videlicet Patrem Jacobum Neſſeum, Ord. Minorum de Obſervantia religioſum, & alterum generoſum Dominum Everardum Botterum, natione Geldrum, deferentes ad nos certa oſſa, caput ſcilicet unum, cum

B fruſtulis aliorum capitum, aliaque ſatis grandia & oblonga oſſa, ut, & tamquam reliquias Martyrum Gorcomienſium, ſub Comite Lumenſi, ad oppidum Brilenſe ob religionem Chriſtianam interfectorum, ut eaſdem reliquias viſitare, & narrationem iſtius dicti Everardi Botteri examinare & cenſere vellemus, eaque officia præſtare, quæ ab Antiſtite Ordinario circa hujuſmodi rem facienda viderentur : ipſa vero narratio, quam nobis exhibebat dictus Dominus Everardus Botterus, erat teooris ſequentis.

cui inſeritur narratio Everardi Botteri. 31 *Haud infundata ſuſpicio mihi ſuboritur, hanc ipſam eſſe* Brevem & veram oarrationem, *de qua ante meminimus, quamque in annotatis ſuis indicaverat Papebrochius. Utcumque ſit, digniſſima certe videtur, quæ ex Illuſtriſſimi Hovii inſtrumento authentico hic tota ſubjiciatur. Sic habet :* Ego Everardus Botterus, natione Geldrus, anno MDCXV. Septembri Ultrajecto diſceſſi, comitatus viris religioſis tribus, & poſt varia tempeſtatum pericula, quarta ejuſdem menſis, circa boram matutinam veni ad locum ſepulturæ Martyrum Gorcomienſium, ſitum

C circa muros Brilenſes, aliquando horreum monaſterii Ruggen, Ordinis Regularium, in quo ex trabe ſuſpenſi, morte ſub Comite Lumenſi affecti fuerunt ; ac effodi curavi, nobis præſentibus, rudera permiſta ceſpitum reliquiis, ad ſpatium duodecim pedum in quadro, & inveni caput integrum cum fruſtulis aliorum capitum, & oſſibus pluribus. Acceſſi deinde ad ædes vicinas mulieris Annæ Centens ſeptuagenariæ, quæ mihi prima indicaverat locum ſepulturæ Martyrum dictorum, alioquin pluribus Catholicis, qui devotionis vel voti cauſa eum viſitarunt, notiſſimum. *Unde mirifice confirmantur, quæ paragrapho 1. diximus de cultu, a piis fidelibus ibi inchoato, antequam corpora refoderentur. Pergit narratio in depoſitione mulieris.*

primi reſeſſionum procuratoris. 32 Hæc, confeſſione præmiſſa, affirmavit, ſe quadraginta annis ibidem habitaſſe ; & dum juvenis eſſet circiter XXIV. annorum, & minus reverenter per trabem horrei dicti diſcurreret, fuiſſe ab alia vicina, Helena Jacobi nomine, quæ martyrio & ſepulturæ horum Martyrum interfuerat, monitam, non decere per trabem talem ita diſcurrere, ex qua ob Catholicam fidem viri pii fuerant ſuſpenſi ; cui monitioni occaſionem etiam dabat frater mariti hujus mulieris XXIV. annorum, de illa dicens : Eccum petulantem juvenculam io trabe, ex qua monachi pependere & ſepulti ſunt. Et non procul inde (monſtrato loco ſepulturæ) addebat, & dictam Helenam conſuetam fuiſſe Catholicis locum demonſtrare ; &, defuncta Helena, ſe petentibus idem præſtitiſſe : atque omnia & ſingula hæc juramento confirmavit. Hinc itaque diſcedens, ſacras Martyrum reliquias reperias mecum aſportavi, & in præſentia bonorum & piorum virorum, imo ſacerdotum (quorum nomina conſulto hic non adſcribo) in duabus capſis incluſa, bona fida Reverendiſſ. P. Andræ a Soto, ſereniſſimæ Iſabellæ Claræ Eugeniæ, Hiſpaniarum Infanti, a ſacris Confeſſionibus, & Fratrum Ordinis Minorum per Belgium & per alias provincias generali Commiſſario tradidi. Ita actum & teſtimoniis, quorum ſupra fit mentio, approbatum, ſigilloque ſæpe dicti D. Everardi appendente munitum, Ultrajecti anno MDCXVI. XXIV. Februarii.

Approbatio per Archiepiſcopum Mechlin.

33 *Hactenus narratio Illuſtriſſimi Hovii inſtrumento inſerta, quam ibidem ſequitur prædictarum reliquiarum approbatio in hunc modum :* Nos itaque noſtro nolentes officio deeſſe, oſſa hæc diligenter inſpeximus, narrationis prædictæ ſerie examinata, ejuſque auctoris qualitatibus expenſis, teſtium etiam diverſorum, fide dignorum, gravitate perpenſa, cenſuimus, & præſentium tenore nos ceoſere declaramus, vera hæc eſſe Martyrum Gorcomienſium oſſa ; veram item narrationem generoſi ac zeloſi Domini Everardi denominati, & proinde ſancta hæc oſſa, tamquam veras Martyrum reliquias, publicæ venerationi fidelium exponendas decernimus, auctoritate noſtra archiepiſcopali & ordioaria. In quorum fidem hæc manu & ſigillo noſtris ſigoavimus Mechlioiæ XXII. Junii anno MDCXVI. *Quæ omnia plane conformia ſunt iis, quæ ex Proceſſibus ſupra retulimus. Porro repetitas ſæpius a Petro Gerardi & Leonardo Theodori ſacrorum corporum reſeſſiones, novo ipſi inſtrumento Belgico, quod penes me eſt, coram notario & teſtibus confirmarunt* VII. *Julii anni* 1618. *quo ſecuta eſt ſolennis reliquiarum exaltatio Bruxellis habita* XVIII. *Octobris, cujus accuratiorem deſcriptionem cum alunde nanciſci non potuerim, eam paucis decerpam ex jam dicta Legenda Belgica Sanctorum Ordinis, auctore R. P. Benigno Premont, cujus non verba ſed ſenſum Latine reddam.*

& ſolemniſſima earum exaltatio

34 *Teſtatur ipſe cum aliis, prædictas reliquias duabus iſpſaanthecis affabre factis & inauratis religioſe impoſitas fuiſſe. Solenne ſacrum ipſo die in templo PP. Minorum decantavit Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, aſſiſtentibus Ampliſſimis Abbate Parcenſi & præpoſito Frigidi montis. Miſſæ & ſupplicationi interfuere ſereniſſimæ Celſitudines Albertus & Iſabella Belgii Principes, Capitulum S. Gudulæ, Paſtores omnes cum univerſo Clero, & præter Ordines Mendicantes, etiam Canonici Regulares S. Auguſtini, Begardi, Capuccini, Minimi, & monachi Frigidi montis, ſub ſua ſinguli Cruce. In ipſa ſupplicatione poſt Crucem deferebatur imago S. Franciſci, pretioſiſſimis gemmis & unionibus exornata, eamque pone ſequebantur effigies ſanctorum Martyrum, ad vivum expreſſæ, quas haſtis præfixas geſtabant pueri, angelos*

A AUCT. J. B. S. *les decoro habitu repræſentantes. Inde conſpicua eminebat prima lipſanotheca, cum imagine Reginæ Martyrum immaculate conceptæ; tum Concilia, Finantiarum ut vocant, Cancellariæ Brabantiæ, Cameræ Rationum, utrvque ſcabinorum ordo, epificia, ſodalitia, prælata a ſingulis tarda, quæ ultra quinquies mille ſo die arſiſſe dicuntur,*

Bruxellis anno 1618. 35 *Ordinatam eam ſeriem excipiebat lipſanotheca altera, a Minoritis quatuor, ut prior, deportata inter ſuaviſſimos muſicorum aulæ concentus, agmen claudente Rege & æterno Martyrum remuneratore in venerabili Sacramento, a confertiſſima populi multitudine adorato. Pergit deſcribere quæ in S. Gudulæ geſta ſunt, unde ad PP. Minorum eccleſiam reducta ſupplicatione, altari, ad id deſtinato impoſita ſunt reliquiæ, cantato hymno euchariſtico Te Deum laudamus, ubi jam ad horam ſecundam pomeridianam protracta fuerat ſolennitatis cæremonia. Miraculo adſcriptum eſt, quod continuata prope pluvia, incbeato ſacro ceſſaverit, uſque dum peracta ſupplicatione imbres denuo deciderint. Tenuis ſolennitas tot diebus, quot ex Ordine Minorum Martyres fuere, confluente undique populo, præ animi teneritudine in lacrymas effuſo. Id potiſſimum in ſanctorum Martyrum beneficiis numeratum eſt, quod græviſſima lues epidemica, quæ Bruxellenſes diu afflixerat, ab eo exaltationis reliquiarum die graſſari deſierit. Reliquiæ aliæ per Brabantiam, Flandriam, Arteſiam, Hannoniam, quin & in Germaniam atque Hiſpaniam diſtributæ, pari ubique veneratione exceptæ ſunt, ſic ut brevi tempore miracula viginti quatuor, Montibus, Valencenis, Cameraci, Bincbis, Papalmæ, Heſdinii, Tornaci, Sluſis & Alibi patrata recenſeantur; ſed de his alibi.*

Approbatio Malderi Ep. Antuerpenſis 36 *Singularum iſtarum urbium celebriores elevationes deſcribere ſuperſedeo, magis ex re erit, ipſarum recognitiones, approbationes & viſitationes paucis adducere, quæ in Proceſſibus Romæ exhibitæ ſunt, ut patet ex* Poſitione ſuper dubio, an conſtet de validitate noviſſimi Proceſſus Namurcenſis, tam Remiſſorialis quam Compulſorialis; necnon teſtes in eo examinati & compulſati reſpective, ſint rite & recte examinati, & an jura in eodem examinata, fuerint legitime compulſata. *Iſtic a pag. 22. enumerantur diplomata & teſtimonia variorum Epiſcoporum, qui in ſuis reſpective diœceſibus prædictas reliquias examinaverint & approbaverint. Primo loco ponitur* diploma Reverendiſſimi D. Joannis Malderi Epiſcopi Antverpienſis, ſuper identitate reliquiarum dictorum Servorum Dei in eccleſia FF. Minorum Reg. Obſerv. in civitate Antverpienſi expoſitarum, ſubſcriptum per Adrianum Spirinck ſecretarium & ſigillo præfati Reverendiſſimi D. Epiſcopi munitum. *Porro idem teſtimonium recognitum fuit in alia reliquiarum viſitatione, inſtituta* XXVII. *Julii* 1629. *per viros Ampliſſimos DD. Franciſcum vander Zypen Archidiaconum, & Godefridum a Diepenbeeck Archipresbyterum eccleſiæ Antverpienſis, ad iſtarum aliarumque reliquiarum recognitionem legitime deputatos, cujus inſtrumentum præ oculis habeo. Sic ibi teſtantur laudati Ampliſſimi:*

a deputatis recognita. 37 Exhibuit præterea idem R. P. Cornelius a Borre, Procurator ut ſupra, alias litteras Reverendiſſimi D. Joannis Malderi, Epiſcopi Antverpienſis, datas XV. Julii MDCXXIX. manu ejuſdem Reverendiſſimi ſubſcriptas, nec non de mandato ejuſdem A. Spirinx Secret. nec non D ſigillo ejuſdem Reverendiſſimi firmatas, quibus fidem facit prædicto die & anno, coram Reverendiſſima Dom. ſua compariſſe R. P. Sedulium, Exprovincialem Minorum, adducentem Petrum Geeraerts van Dueren, civem Ultrajectenſem, teſtantem, ſe certam partem oſſis (quam dictus Pater exhibebat, Petro illam recognoſcente, eamdemque genuinam eſſe aſſerente) effodiſſe è loco ſepulcri, ſibi bene noti in Briela, Martyrum Gorcomienſium, & tradidiſſe Domino Alexandro Axelio, ſacerdoti Trajectenſi, qui Axelius iſtud dicto P. Sedulio miſerat, uti per litteras ejuſdem datas die VI. Januarii MDCXIX. ſtylo veteri, eidem Reverendiſſimo exhibitas, patuiſſe teſtatur *&c. Auditi ſunt deinde teſtes varii, poſt quorum depoſitiones incluſæ ſunt reliquiæ duabus ligneis capſulis deauratis, una cum litteris Reverendiſſimi Malderi & Patris a Sato Commiſſarii generalis, eaſdemque capſulas Ampliſſimi deputati ſigillis ſuis obſeravunt &c.*

Item Archiepiſcopi Cameracenſis E 38 *Ne in ſimilibus deſcribendis nimius aut tetricus ſim, ſufficiat ea paucis proponere, quæ in memorata Poſitione breviter ſed authentice enarrantur, Ibi a n. 8. exhibita dicuntur* duo diplomata ſeu teſtimonia originalia bon. mem. Franciſci vander Burch Archiepiſcopi Cameracenſis, ſuper identitate reliquiarum prædictorum Servorum Dei, ad publicam fidelium venerationem in oppidis Valencenenſi & Condatenſi. *Item* aliud diploma præfati Archiepiſcopi Cameracenſis, *impreſſum & ſubſcriptum pariter, ſuper identitate & permiſſa expoſitione reliquiarum præfatorum* Servorum Dei in eccleſia FF. Minorum Recollectorum. *Præterea* ſumptum authenticum alterius diplomatis præfati Archiepiſcopi Cameracenſis, ſuper identitate ac permiſſa expoſitione reliquiarum dictorum Servorum Dei, in eccleſia eorumdem FF. Minorum oppidi Athenſis. *Memoratur in eadem Poſitione pag. 32. n. 21.* extractum viſitationis reliquiarum dictorum Servorum Dei ex Proceſſu Remiſſoriali Athenſi, auctoritate Apoſtolica conſecto anno MDCXXII. *ſuper eadem identitate & publica expoſitione reliquiarum, in prædicto oppido*, coram R. D. Philippo le Grand, Decano Cervienſi, & R. D. Petro de Namur, Regente Collegii Athenſis.

F Epiſcopi Namurcenſis, 39 *Num. 11. ſic habetur:* Duo diplomata Reverendiſſimi D. Joannis Dauvin, Epiſcopi Namurcenſis, ſuper identitate ac permiſſa expoſitione reliquiarum dictorum Servorum Dei in eccleſia FF. Minorum in oppido Nivellenſi & in capella caſtrali pagi de Rixenſart, diœceſis Namurcenſis reſpective quieſcentium. *Quæ immediate confirmantur per inſtrumenta originalia Reverendiſſ. P. F. Andreæ a Soto, quibus ſe eaſdem reliquias dediſſe teſtatur. Tum vero nu. 24. allegatur* inſtrumentum publicum ſuper proceſſione ſolenni introductionis reliqniarum in oppidum Nivellenſe, de data XXVI. Aprilis MDCXIX. *Num. 18. citatur* extractum viſitationis reliquiarum dictorum Servorum Dei ex proceſſu Remiſſoriali, Apoſtolica auctoritate peracto Mechliniæ anno MDCXXIX. coram RR. A. DD. Petro vander Wielen, Vicario generali, & Joanne le Roy, Officiali Mechlinienſibus, judicibus delegatis, ſuper identitate reliquiarum dictorum novemdecim Servorum Dei, reſpective expoſitarum in eccleſia FF. Minorum Reg. Obſerv.

A ſerv. & apud moniales Clariſſas dictæ civitatis. *Numero proxime ſequenti agitur de extracto viſitationis reliquiarum factæ Antverpiæ eodem anno 1629. de qua ſuperius abunde diximus.*

& deputatorum Sti ſolenſium.

40 *Num.* 20. *adducitur* Proceſſus Remiſſorialis Inſulenſis, auctoritate Apoſtolica fabricatus anno MDCXXXII. coram R. D. Roberto Imbert, eccleſiæ collegiatæ S. Petri Scholaſtico, & R. D. Bernardo Verviano, dictæ eccleſiæ collegiatæ canonico, legalizatus a R. A. Decano & capitulo præfatæ eccleſiæ & oppidi Inſulenſis, ſuper identitate ac publica reſpective expoſitione reliquiarum dictorum Servorum Dei in eccleſiis FF. Minorum Recollectorum & monialium Clariſſarum dicti oppidi Inſulenſis, necnon in oppidis Duacenſi, Cominienſi & Bapalmæ. *Ut reliqua compendio proſequar, notaſſe ſuffecerit, indicari num.* 22. *extractum viſitationis reliquiarum Montibus Hannoniæ, ſuper identitate & publica reſpective expoſitione in eccleſiis FF. Minorum Recollectorum, & divæ Waldetrudis & monialium Clariſſarum dicti oppidi. Denique num.* 23. *extractum aliud viſitationis reliquiarum Valencenis factæ ſuper earum identitate, & publica reſpective expoſitione, tam in eccleſia FF. Minorum Recollectorum, & in abbatia Sancti Joannis dicti oppidi, quam in oppidis Condati & Querceti. Ex quibus omnibus manifeſte patet, quam late per Belgium diſtributæ fuerint prædictæ Sanctorum reliquiæ. Ne longius excurram, audi Golenium ad hunc diem:* Item Coloniæ in eccleſia PP. Obſervantium Ordinis S. Francilci, feſtiva commemoratio Martyrum Gorcomienſium, quorum reliquiæ conſervantur apud dictos Patres.

B

Reliquiæ ad S. Michaëlis & in Domo profeſſa S. J. Antverpiæ.

41 *Hactenus de ſacrarum reliquiarum diſperſione, facta præcipue per ſæpe dictum Commiſſarium generalem, cui certe plurimum in hac parte debet univerſum Belgium Catholicum. De aliis, haud dubie pluribus & notabilibus, quæ per fœderatum Belgium variis locis coluntur, nulla mihi ſatis diſtincta notitia, quamvis ex fide probatorum virorum conſtet, Gorcomii, Ultrajecti, aliiſque in urbibus pretioſa pignora aſſervari & honorari eo cultu, quo apud acatholicas poteſtates vitus noſtri exerceri poſſunt. Non excidat id, quod Echo S. Norberti triumphantis annotavit pag.* 63. *nempe Matthæum abbatem ad S. Michaëlis Antverpiæ* os C grande obtinuiſſe a Reverendiſſ. P. Andrea Soto, Sereniſſimæ Iſabellæ Infantis a ſacris olim Confeſſionibus, ex ſocietate Martyrum Brilanorum, inter quos Præmonſtratus Ordo, ac ſpecialiter S. Michael Antverpienſis duos ex Middelburgo filios Hadrianum & Jacobillum Martyres egregios habuit. *Neque etiam prætermittenda ſacri theſauri pars non exigua in reſtaurato ibidem templo noſtræ Domus profeſſæ; ubi arculis duabus ligneis inauratis impoſita ſunt bina grandiora oſſa, quæ auctoritate Illuſtriſſimi bonæ mem. Joannis Ferdinandi Epiſcopi Antverpienſis legitime approbata, hoc ipſo die populi venerationi exponi, & ſanctorum ipſorum Martyrum Gorcomienſium annua feſtivitas celebrior pridem recoli conſueverit.*

§. VI. Varii proceſſus ad canonizationem ſanctorum Martyrum Gorcomienſium inſtituti ab anno 1619.

Sacris reliquiis, ut modo narravimus, ab anno 1616. recognitis & approbatis, atque anno 1618. & ſequentibus ſolennius exultatis, agi ſerio cœpit de Martyribus Gorcomienſibus in numerum Sanctorum, juxta receptum Eccleſiæ morem referendis, atque ideirco prima inquirendi cura commiſſa fuit illuſtriſſimo D. Lucio Sanſeverino Archiepiſcopo Saleruitano, cum poteſtate Legati a latere apud Sereniſſimos Belgii Principes Nuntio Apoſtolico, cujus auctoritate per literas datas XIV. *Octobris anno* 1619. *& Proceſſui inferias, rem ſuſcepit Illuſtriſſimus Dominus Philippus Rovenius, per fœderatas Belgii provincias Vicarius Apoſtolicus, a quo deputati & ſubdelegati ſunt* XVI. *Decembr. ejuſdem anni, jam ſupra nominati Ampliſſimi Nicolaus Nonius & Judocus Catius, cum Rev. adm. & eximio D. Jacobo Boolio, eccleſiæ metropolitanæ Ultrajectenſis Canonico, qui primum proceſſum, ſæpe a nobis ſuperius citatum, per Hollandiam & ditionem Ultrajectinam formarunt anno prædicto* 1619. *cujus titulum hic appono:* Proceſſus martyrii & identitatis reliquiarum ſanctorum Martyrum Gorcomienſium, cujus originalia acta miſſa ſunt Romam VIII. die Februarii MDCXX.

D

AUCT. J. B. S. *Permutatio-neſſus Romam miſſus an.* 1620

E

43 *Hinc plane liquet, jam tum ad ſacram Rituum Congregationem recurſum eſſe, a qua id primum obtentum, ut reliquiarum veneratio tolerari poſſet, quemadmodum docet epiſtola Cardinalis de Monte, data ad Archiepiſcopum Mechlinienſem* XIII. *Novembris* 1621. *quarum partem hic ſubjicio.* Ex litteris Illuſtriſſimi Cardinalis S. Severinæ primum, mox etiam ab ipſomet coram accepta eſt, quæ deſiderabatur relatio, circa duo illa, martyrium nempe & identitatem reliquiarum Martyrum Gorcomienſium. Cumque poſtea de mandato ſanctiſſimi Domini noſtri in Rituum Congregatione, pluribus deſuper habitis ſeſſionibus, negotium hoc mature perenſum, ac diligenter, prout rei qualitas & gravitas exigit, conſideratum fuerit: tandem Domini mei, eidem Congregationi præpoſiti, in eam venerunt ſententiam, probationes, huc tranſmiſſas, non eſſe adeo concludentes, ut ex illis moveri poſſint ad rem omnino definiendam, atque ſupremam manum illi imponendam: verum ex ejuſdem Illuſtriſſimi Cardinalis a ſancta Severina informatione, necnon æſtimatione, devotione ac veneratione, in qua a populis Belgicis dicti Martyres eorumque reliquiæ habentur, permoti iidem Illuſtriſſimi Domini mei, prudentiæ Dominationis Tuæ Reverendiſſimæ remittunt, ut per modum conniventiæ, eadem populorum devotio ac veneratio erga prædictos Martyres eorumque reliquias continuari permittatur, quouſque aliud ab hac ſancta Sede decretum & determinatum fuerit.

ex quo obtentaculum tolerantiæ,

F

quam Epiſcopi aliqui probaverunt,

44 *Paulo altius res tota repetitur in Regiſtro aliquo Ms. Proceſſuum Romanorum a* VI. *Maii* 1645. *ad Martium* 1648. *in quo reſumuntur ante acta, quæ hic ad dilucidiorem rerum explicationem opportune inferentur. Sic ibi cauſæ reſumptæ altior a pag.* 5. *loquens de loco martyrii & ſacrorum corporum reſoſſione;* Tunc temporis, *inquit*, publicata tregua inter Catholicum Regem ac confœderatas provincias Belgii, conceſſoque inter partes commercio, cum locus ille in maxima ſemper fuerit Catholicorum veneratione, & multi a diverſis infirmitatibus eorum interceſſionibus ſe liberatos profiterentur, ut reliquiæ illæ in majori haberentur devotione, a piis quibuſdam de nocte, menſe Septembri

A bri MDCXV. ex prædictis foſſis defoſſæ fuerunt, & clanculum ad ſtatum Catholicum aſportatæ, diverſiſque Belgii Epiſcopis præſentatæ, quorum aliqui, nempe Archiepiſcopus Mechlinienſis ac Cameracenſis & Epiſcopus Namurcenſis publicam illis, uti Martyrum reliquiis, venerationem decreverunt, ut ex eorum decretis apparet. *De his nos ſupra ſatis diximus, Sic pergit Regiſtrum.*

AUCT. J. B. S.

alii tamen epiſcopi ut Iprenſis

45 Alii tamen epiſcopi, ut Iprenſis (*idem mihi de Antverpienſi, Joanne Maldero, ex authenticis ejus litteris conſtat*) in ſenſu fuerunt, quod ſine Sedis Apoſtolicæ auctoritate, hæc publicatio fieri non poterat: & præterea ſuper hoc a Nuntio Apoſtolico, in illis partibus degente, qui fuit poſtmodum Cardinalis S. Severinæ, Paulus V. fuit requiſitus; & quia rei gravitas maturam deſiderabat conſultationem, ideo ab ipſo Pontifice negotium ad ſacram Rituum Congregationem fuit remiſſum; quæ nihil tunc decernere voluit, ſed duo ab ipſo Nuntio requiſivit. Primo quidem hiſtoriam martyrii, ſecundo vero identitatem reliquiarum; ſuper quibus ut informarer, per Eminentiſſimum D. Cardinalem Burgheſium fuit reſcriptum, ſub die XXIV. Auguſti ann. MDCXIX. Nuntius vero Apoſtolicus auctoritate ſua ordinaria aliquot compilavit Proceſſus, ut prædicta duo clare comprobaret, quos Romam tranſmiſit, una cum propriis litteris miſſivis, & ipſe etiam Romam reverſus, coram ſuper duobus prædictis ſacram Congregationem informavit: & licet ex illa informatione ſacra Congregatio non cenſueris, Servos Dei poſſe declarari Beatos ac Martyres, cenſuit nihilominus venerationem & reliquiarum expoſitionem tolerari poſſe, uſque quo aliud ſancta Sedes Apoſtolica declararet, ut apparet ex litteris datis eidem Archiepiſcopo Mechlinienſi, *quas dedimus ſupra.*

B

alii proceſſus poſt anno 1625.

46 Exinde in ſacra Congregatione, una cum inſtantiis, tam regularium quam ſecularium, & legitimo procuræ mandato, fuerunt producti, aperti & examinati Proceſſus prædicti, qui dicuntur auctoritate ordinaria facti, proponente Eminentiſſimo Domino Cardinale Muto, decretum eſt, relevantes eſſe & ſufficientes pro inquiſitione in genere, ac eſſe locum, ſi Sanctiſſimo placuiſſet, relaxandi Remiſſoriam in ſpecie, prout facta relatione Sanctiſſimo, decretum ſacræ Congregationis laudavit. Unde præcedente commiſſione generali, ejuſdem Sanctiſſimi manu ſignata, & eidem ſacræ Congregationi directa, ſervatis ſervandis, Remiſſoria in ſpecie fuit relaxata ſub die XXII. Maii MDCXXV. Hæc Remiſſoria Nuntio Apoſtolico, in civitate Bruxellenſi reſidenti, directa fuit, una cum duobus aliis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, ab eodem Nuntio deputandis, cum facultate alios etiam in eorum locum ſubrogandi. *Verum cum ad iſtarum litterarum normam in partibus hæreticorum Proceſſus inſtitui non poſſent, per aliam Remiſſoriam negotium totum commiſſum fuit prudentiæ Nuntii Apoſtolici. Hic vero* pro loci ac temporis opportunitate, ad inquiſitionem ſpecialem proceſſit, teſtes examinavit, ſcripturas compulſavit, reliquias viſitavit, ut pariter in Hollandia, Mechliniæ, Venlonæ, Athi, Tungris, Antverpiæ & Nivellis ſubdelegati diverſos Proceſſus compilarunt. *Qui omnes paulo poſt ad ſacram Congregationem directi ſunt, & anno 1636. aperti*, non tamen, *inquit Poſitio*, ob ſupervenientiam noviſſimorum decretorum Urbani VIII. diſcuſſi.

C

D

alii tum ob anno 1646. ad 1661.

47 *Hinc ad decennium retardato negotio*, inſtante Generali Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, die VI. Februarii MDCXLVI. in Congregatione ſacrorum Rituum reaſſumpta fuit cauſa canonizationis ſeu declarationis martyrii dictorum Servorum Dei in ſtatu & terminis, in quibus reperiebatur. *Anno deinde* MDCXLVIII. *cenſuit Congregatio*, conſtare, dictis Servis cultum ab immemorabili exhibitum fuiſſe, & ad præſens exhiberi, & comprehendi inter caſus exceptos a decretis Urbani VIII. ac proinde illis nequaquam contraitum fuiſſe & eſſe; ideoque poſſe ad ulteriora procedi, cui decreto Sanctiſſimus annuit XIII. Julii ſubſequentis anni MDCXLIX. *Deinde* VI. Februarii MDCLII. decretæ fuerunt & poſtmodum die VI. Aprilis MDCLVIII. conceſſæ litteræ Remiſſoriales & Compulſoriales pro ſumenda inquiſitione ſpeciali ſuper martyrio, cauſa martyrii, miraculis & identitate reliquiarum dictorum Servorum Dei. *Litteræ expeditæ ſunt* XVII. *Maii ejuſdem anni*, & directæ Epiſcopo Namurcenſi ejuſque Vicario Generali, necnon Archidiacono Namurcenſi, & alteri Archidiacono per Gallobrabantiam ac pariter Officiali per Gallobrabantiam. *Atque hic poſtremus fuit in cauſa ſanctorum Martyrum Proceſſus, ferme ad quadriennium protractus, quem hic referre ſupervacaneum eſt.*

E

quorum teſtes hic omnes ramur.

48 *Solam geſtorum hiſtoriam proſequimur. In Proceſſu Remiſſoriali confecto auctoritate Apoſtolica Ultrajecti, Gorcomii, Harlemii & Laydæ anno 1628. auditi fuerunt teſtes duo ſupra viginti; in altero, confecto Amſtelodami, Harlemii & Delphis anno 1634. teſtes ſeptem: in ultimo autem Namurcenſi, a IV. Julii anni 1658. ad XXI. Octobris 1661. examinati ſunt teſtes undeviginti, & ſic demum Proceſſibus in Belgio finis impoſitus eſt, poſtquam ad varios Epiſcopos recurſum fuiſſet. Rem eo feliciter perduxit R. P. F. Petrus de Hullegarde, in cauſa Procurator ſpecialiter conſtitutus a R. P. F. Jacobo de Riddere, Minorum Obſervantium nationis Germano-Belgicæ Commiſſario generali, necnon a R. P. F. Petro Mauero, totius Ordinis Minorum S. Franciſci Miniſtro generali, uſque ad declarationem martyrii. His demum acceſſere variorum Ordinum & Principum, tum Eccleſiaſticorum tum ſecularium litteræ ad Sanctiſſimum D. Alexandrum VII. datæ, & in citata jam ſæpius Poſitione a pag. 35. enumeratæ, pro impetranda canonizatione ſeu declaratione martyrii Sanctorum Gorcomienſium: quas inter eam decerpo epiſtolam, quæ primo loco refertur, data a tribus Ordinibus ducatus Brabantiæ* V. *Kal. Februarii anno 1664. in hæc verba:*

F

49 BEATISSIMA PATER.

Litteræ Ordinum Brabantiæ

Cauſam novemdecim Gorcomienſium Chriſti Martyrum, quorum pleroſque Brabanticæ ditioni acceptos debet Chriſtianus orbis, ad tribunal Vicarii ejus deferri venerabundi accepimus, & jam mente præſentimus gaudium, quod eccleſia Belgica ex Sanctitatis Tuæ deciſione exſpectat; idem quippe nobis viſum eſt, negotium ab eadem cognoſci, quod approbari. Horret adhuc animus, cum prioris ævi annales volventibus occurrit

A rit ſpecies late populantis hæreſis, quæ ut veræ fidei ac Sedis Apoſtolicæ auctoritati nuntium mitteret, etiam Regum noſtrorum imperium excutiendum putavit; egregio pietatis eorum documento, quæ nec dominationis diſpendio adduci potuit, ut nutaret. Sed & avulſa jam pars, quantumvis graſſantum undique venenis infecta, non adeo ſterilis virtutum fuit, ut non inſignia exempla prodiderit; pluribus xelo Dei accenſis, qui nec minis, nec terroribus, nec ſuppliciis ceſſerunt, imo inter hæc ipſa glorificaverunt Dominum. Cujus rei Gorcomium & Brilam, oppida Batavorum, præſtantiſſima habemus theatra, in quibus heroes noſtri infracta decertarunt conſtantia. Ac primum quidem, ingruentibus ſectariis, bonis omnibus verbo & exemplo præiverunt, duhios, qua poterant, confirmarunt; malos vero, ut eorum temporum acta teſtantur, laboribus & vigiliis indefeſſis, ad melioremfrugem reducere conati ſunt.

B 50 Quod & ipſis maximam, imo unicam apud Divinæ & humanæ majeſtatis reos invidiam concitavit, potiſſimum vero, quod Ipſius Chriſti in Euchariſtia præſentiam, & ſummorum Pontificum vicariam auctoritatem, quibus ex æquo ſe affectos oſtendebant, modis omnibus tuerentur. Quare cum arcano Dei judicio, eo uſque ſerpſiſſet malum, ut jam remediis locus non eſſet, ipſique hæretici rerum potirentur; omnem ſuam rabiem in eoſdem Martyres effuderunt, ac exquiſitiſſimis opprobriis & tormentis affectos, in tantum non deterruerunt, ut etiam ganderent, quoniam digni habiti fuerant, hæc pro ejus nomine pati; quin imo, inter repetitos cruciatus, & tam barbaras lanienas, ut pluries eos tantum non enecarent, fidei noſtræ profeſſionem, luculento illis & ſectariis omnibus teſtimonio, vel deficiente ſpiritu ediderunt; uſque dum perfecit in illis Deus opus bonum, quod cœperat; & ad curſus conſummationem, per crudele & extremum ſupplicium, quo libentes ſuo litarunt ſanguine, deductos, vocavit in gloriam, ut pro mortali vita, quam illi conſecraverant, inter angelos & electos, æterna & numquam intermoritura donaret.

C 51 Quod in ipſo martyrii loco, magno Catholicorum aſſenſu ſtatim creditum, per totum quaquaverſum patet Belgium, percrebuit, aditaque mox miracula teſtata ſuerunt, quæ orthodoxis, hæreticorum jugo preſſis, eam addiderunt conſtantiam, ut in vera religione duraverint, ac etiamnum durent; vicinas vero ditiones mirum in modum confirmarunt, augeſcente præſertim in dies ſingulos conſtanti & publica ſanctitatis eorum voce & fama, una cum gratiis, quas Deus per eoſdem fidelibus elargiri dignatur; quod & magnam totius cleri & populi devotionem provocavit, qui memoriam eorum in benedictione recolere geſtiunt, & reliquias, Præſulum noſtrorum auctoritate approbatas, ſummis honoribus afficiunt, ultimum Sanctitatis Tuæ decretum exſpectantes, quo Beatorum & Sanctorum Catalogo ab eadem adſcripti, publicum in eccleſiis cultum adipiſcantur. Quod eorum deſiderium, cum rei Chriſtianæ utilitatem & firmamentum, imo incrementum in his regionibus ſpectare, perſuaſum omnino habeamus, id ipſum Sanctitati Tuæ exponendum duximus, per ſacra omnia obteſtantes, ut cum laborea ejus non niſi Chriſto, cujus hic in terris locum implet, ac ſponſæ ſuæ Eccleſiæ deſudent, præfatæ Martyrum cauſæ ultimam manum apponere dignetur.

D Auct. J. B. S.

52a Quamobrem ad eamdem Sanctitatem Tuam ablegavimus R. P. Petrum de Hullegarde, Ordinis Seraphici in hac provincia cuſtodem, qui ſuſcepta totius negotii procuratione, etiam vota noſtra ad pedes ejus defert; eaque pollet judicii acrimonia, rerum præſertim ſacrarum atque his affinium peritia, ac in cunctis obſervandis diligentia, ut illi potiſſimum mandata noſtra committenda exiſtimaverimus; in quibus proinde explicandis Sanctitatem Tuam eum benigne auditurum confidimus, Deum venerantes, ut eam reipublicæ Chriſtianæ bono, quam diutiſſime ſoſpitet, ac ſero ab Eccleſiæ militantis regimine, ad triumphantem evocet.

per deputatum ſuum demiſſo poſtulata.

E *Paris argumenti ſunt litteræ ſequentes, quarum primæ datæ fuerant a gubernatore & deputatis, tam eccleſiaſticorum quam nobilium civitatis & provinciæ Namurcenſis die* x. *Januarii an.* 1663. *Hiſpanice ſcriptæ ſunt litteræ deputatorum cleri & quatuor membrorum provinciæ & comitatus Flandriæ, datæ Gandavi* XXVIII. *Februarii* 1664. *ad Eminentiſſimum Cardinalem Chigium, uti & aliæ ad eumdem ab Ordiuibus Brabantiæ* XXVII. *Januarii ejuſdem anni.*

Aliæ ab eorumdem potiſſimum Leopoldo, Principibus & Epiſcopis.

53 *Sequuntur ordine litteræ aliæ ad ſummum Pontificem: & primum ex urbe imperiali Ratisbonenſi, ab Auguſtiſſ. Imperatore Leopoldo,* XXVIII. *Martii* 1664. *deinde à Sereniſſimo Electore Bavariæ Ferdinando Maria,* XV. *Martii* 1664. *ab Electore Trevirenſi Carolo Gaſparo,* XXX. *Martii* 1664. *ab Archiepiſcopo Salisburgenſi Guidobaldo,* X. *Februarii* 1664. *Marchio Caracena ſcribit ad Cardinalem Arragonium hiſpanice,* XXI. *Januarii ejuſdem anni. Tum vero rurſus ad ſummum Pontificem Andreas Archiepiſcopus Mechlinienſis,* XVIII. *Decembris* 1663. *Ambroſius Epiſcopus Antuerpienſis,* XXXI. *ejuſdem menſis & anni; Joannes Epiſcopus Namurcenſis,* XI. *Decembris* 1662. *Robertus Epiſcopus Brugenſis,* XIV. *Januarii* 1664. *Eugenius Albertus Epiſcopus Ruræmundenſis,* XX. *Decembris* 1663. *Junguntur demum libelli ſupplices Stephani de Gamarra y Contreras, Capituli eccl. Cathedralis Namurcenſis & Capituli generalis Præmonſtratenſis. Atque his ea res promota eſt, ut die* XXIII. Martii MDCLXVI. in Congregatione generali habita coram ſel. record. Alexandro VII. mature diſcuſſis martyrio & cauſa martyrii prædictorum novemdecim Servorum Dei, Sanctiſſimus, accedentibus omnium Conſultorum, & Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium ſuffragiis, decreverit ad diſcuſſionem miraculorum deveniri. *Verba ſunt decreti ſacræ Congregationis anno* 1674. VI. *Octobris editi, quæ rem eatenus actam ſatis explicant, ut tempus ſit ad ipſam Canonizationem procedendi.*

F

§. VII. Romana Beatificatio, ſolenniter ibidem celebrata 1615.

Probatis Roma

EO *perducta ſub Alexandro VII. quemadmodum præcedenti paragrapho expoſuimus, Ca-*

A *nonizationis causa, non usque adeo laborandum*
AUCT. *fuit, ut miracula comprobarentur, tanto numero*
J. B. S. *variis locis patrata, quorum accuratum elenchum utinam nancisci licuisset: nam ea sola ad notitiam nostram pervenerunt, quæ in recitato superius primo Hollandico Processu anni 1619. enumerantur, ad calcem Estianæ historiæ producenda. Fateor equidem chartarum molem mihi in manus tradidisse R. P. Martinum Puteanum, conventus RR. PP. Minorum Antverpiæ dignissimum Guardianum, in qua Processus nonnulli & Processuum variæ formulæ reperiebantur: verum tot inter chartas id desideravi potissimum, quod ad illustrandam sanctorum Martyrum gloriam conduxisset, ut jam supra indicavi non semel. Justæ excusationi locus omnino dandus est, nam cum Bruxellis monumenta pleraque ad Sanctos spectantia asservata sint, ibi vero luctuoso anni 1695. incendio, scripta multa perierint, id nobis reliquum fuit, ut spicas quodammodo colligentes, ea conficeremus, quæ data sunt facultate, & porro dabuntur de approbatione miraculorum, de subsecuta martyrii declaratione seu beatificatione, ejusque*
B *Romæ & alibi solennitate,*

55 *Itaque post citatum nuperrime decretum anni 1666. interveniente obitu Alexandri PP. VII.* morpis & piratibus *& non diuturno Clementis IX. pontificatu, res ad Clementem X. devoluta est, quo demum annuente, optatissimum exitum fortita est causa toti Belgio desideratissima. Docet id supra memoratum decretum, anno 1674. emanatum die VI. Octobris, cujus verba pergo describere:* Tandem in simili Congregatione, coram Sanctissimo D. nostro Clemente, divina providentia Papa decimo, ex plerisque signis, prodigiis & miraculis duo, utpote clariora & evidentiora argumenta finalis eorumdem Martyrum perseverantiæ, ad relationem Eminentissimi D. Cardinalis Azzolini, de unanimi omnium Consultorum, ac Eminentissimorum DD. Cardinalium assensu, Sanctitas sua approbavit, videlicet, quartum Joannis Theodori Dinchii a nativitate, & quintum Ægidii Tilmanni Diaconi intestinalis herniæ pertinacibus ac deformibus fracturis per plurimos annos laborantium, qui statim, emisso voto, integri sanique, ach numquam simili morbo correpti fuissent, reperti
C sunt. Quare expletis omnibus, quæ injunguntur noviſſima decreta fel. record. Urbani VIII. sacra Congregatio, auditis iterum Consultorum & Eminentiss. DD. Cardinalium sententiis, omnium suffragante consensu, declaravit, constare de martyrio & causa martyrii, & posse tutò quandocumque deveniri ad solennem prædictorum Martyrum canonizationem.

56 *Hæc omnia intelligenda sunt juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & sacrorum Canonum* declaratur beati. *dispositionem,* attento (*inquit decretum alterum, eodem anno* IX. *Octobris editum*) quod agitur de Martyribus, cum miraculis mature discussis & approbatis. Interim vero, donec ad actum solennis canonizationis deveniatur, posse Beatos declarari cum concessione missæ & Officii de communi plurimorum Martyrum. Sanctissimus vero, rei gravitate ita expoſcente, divinam explorare voluntatem decrevit precibus & sacrificiis prædicta die XXV. Septembris MDCLXXIV. Quibus peractis, sanctitas sua præfatum decretum expediri mandavit. Et interim, donec ad actum solennis canonizationis deveniatur, benigne concessit, ut prædicti Servi Dei Beato- D
rum titulo & cultu decorentur; nempe ut eorum felicis transitus dies in tota Hollandia, ab utroque clero, & alibi in ecclesiis omnium Ordinum, quos suo martyrio illustrarunt, ab utriusque sexus religiosis, cum Officio & Missa de communi plurimorum Martyrum, juxta rubricas missalis & breviarii Romani quotannis recolatur, & super his litteras in forma Brevis expediri jussit; ita tamen, ut juxta decretum fel. record. Alexandri VII. prædictæ litteræ prius in basilica Vaticana Congregationi sacrorum Rituum exhibeantur, & executioni debitæ demandentur.

57 *Locus hic postularet, ut prædictum Breve,* ut decretis *vulgatum* XIV. *Novembris* 1675. *jam dictis decretis subjungeretur; cum autem id ad manum non sit, aliunde vero ex dictis & dicendis res tota satis manifeste pateat, ea jactura utcumque resarcitur ex instrumento publico solennis ipsius beatificationis novemdecim Martyrum Gorcomiensium, Romæ edito anno* MDCLXXV. *& postmodum in Belgio recusa, quo tota rei gestæ series sic describitur, ut nihil magnopere desiderari posse videatur. Poterant* E
nonnulla contrahi, aut jam dicta supponi, at satius visum est hujusmodi documentum integre & fideliter totum exhibere. Incipit: In nomine Domini, Amen. Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quod anno a Nativitate ejusdem Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto Indictione XIII. die vero XXIV. mensis Novembris, pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Clementis divina providentia Papæ decimi anno ejus sexto.

58 Cum diligenter matureque discussis & *Romæ anno* perpensis per sacram Congregationem Emi- *1675. editum.* nentissimorum & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum processibus, authoritate S. Sedis Apostolicæ, & de ejus licentia valide & logitime confectis, super martyrio & causa martyrii novemdecim Venerabilium Servorum Dei Gorcomiensium nuncupatorum, undecim quidem Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, videlicet: Nicolai Pichi Gorcomiensis Guardiani, Hieronymi Werdani Vicarii, F
Theodorici Emidenii Amersfortii, Nicasii Joannis Hezii, Willehadi Dani, Godefridi Mervellani, Antonii Werdani, Antonii Hornarienſis, Franciſci Rodii Bruxellenſis, ſacerdotum & Petri Aſcani, ac Cornelii Wicani laicorum; & aliorum octo, nempe Joannis ſacerdotis Ordinis Prædicatorum, & Adriani Becani, ac Jacobi Laeopii Aldenardenſis, amborum Ordinis Præmonſtratenſis, & Joannis Oſterwicani Canonici Regularis Ordinis S. Auguſtini, nec non Leonardi Vecchelii Buſcoducenſis, Nicolai Poppelii Weldani, Godefridi Dunæi Gorcomienſis, & Andreæ Waltheri ſacerdotum, & Paroſchorum ſecularium; necnon ſuper ſignis, prodigiis, & miraculis, quibus divina clementia finalem eorum perſeverantiam approbaviſſe pie credebatur: emanataque, & binis decretis roborata declaratione, quod ex pleriſque ſignis, & miraculis hujuſmodi, duo utpote clariora, & evidentiora argumenta finalis, & cœlitus comprobatæ Catholicæ eorumdem Martyrum conſtantiæ; ad relationem Eminentiſſimi & Reveren-

A verendiſſimi D. Card. Azzolini, concurrente ad id unanimi omnium Conſultorum ac Eminentiſſimorum DD. ſuffragio approbanda venirent, & approbarentur.

quo rebus ita geſtis, 59 Factaque coram Sanctiſſimo D. N. Clemente Papa decimo, omnium, quæ in hujuſmodi cauſa geſta ſunt, plena & diſtincta relatione; auditiſque eorumdem Illuſtriſſimorum Conſultorum ſuffragiis, eadem ſacra Congreg. ſub die XXV. menſis Septembris anni proxime præteriti cenſuerit poſſe quandocumque eidem Sanctiſſimo videretur, ad ſolennem eorumdem novemdecim Dei Servorum canonizationem tuto deveniri, interim vero indulgeri, ut in toto terrarum orbe Beati nuncupentur. Idemque Sanctiſſimus ad pias, eniſas, humileſque ſupplicationes Majeſtatis Cæſareæ Leopoldi Romanorum Regis, in Imperatorem electi, aliorumque ſereniſſimorum Principum, ac diverſorum Illuſtriſ-
B ſimorum, præſertim Belgii Antiſtitum, necnon ducatus Brabantiæ, & comitatus Flandriæ ſeecularium, ac Regularium, quos ipſi novemdecim Servi Dei martyrio ſuo decorarunt, reſpective Ordinum, de conſilio unanimique aſſenſu dictorum Eminentiſſimorum & Reverendiſſimorum DD. Cardinalium, ſacris Ritibus hujuſmodi præpoſitorum, eadem auctoritate Apoſtolica indulſerit, ut prædicti novemdecim Servi Dei impoſterum Beatorum nomine nuncupentur, eorumque corpora, & reliquiæ venerationi fidelium exponantur; imagines quoque radiis, ſeu ſplendoribus exornentur, ac de eis quotannis die felicis eorum tranſitus recitetur Officium, & Miſſa celebretur de communi plurimorum Martyrum, juxta rubricas breviarii, & miſſalis Romani: facultatemque benigne conceſſerit celebrandi ſolemnia Beatificationis eorumdem novemdecim Servorum Dei, cum Officio, & Miſſa ſub ritu duplici majore, intra certa tempora, & certis in locis, poſtquam tamen in baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe eadem
C ſolemnia (aſſignata ad hunc effectum præſenti die XXIV. menſis Novembris) celebrata fuerint, uti latius, & diffuſius in litteris Apoſtolicis, datis Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIV. menſis cadentis, ad quas condigna relatio habeatur.

deſcribitur ſolemnitas beatificationis. 60 Cumque omnia, quæ ad ſolemnia dictæ Beatificationis in prædicta baſilica neceſſaria viſa ſunt, diligenti opera, & ſolicita cura admodum Rev. P. Ignatii de Broeyer, memorati Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci profeſſoris, & ſecretarii generalis, ac Nationis Germano-Belgicæ in Romana Curia agentis etiam generalis, cauſæque Beatificationis & Canonizationis dictorum novemdecim Dei Servorum procuratoris, in promptu præparata fuerint, & ſignanter in exteriori amplitſimæ & auguſtiſſimæ baſilicæ facie appoſita, & innixa martyrii eorumdem novemdecim Servorum Dei repræſentativa effigies, ſingulares atrociſſimorum tormentorum actus ad vivum exprimens, Pontificiis, ac Catholici Regis utrimque, ſubtus vero Seraphicæ Religionis inſignibus ſtipata, cum appenſa etiam loci, temporis, & cauſæ ipſius martyrii accurata inſcriptione, aurea coronide conſpicua. Ipſa autem baſilica lericis paramentis purpurei coloris, cum aureis peri-

D ſcelidibus ab infimo ad ſupremum uſque im- AUCT.
menſæ ſuæ conſtructionis fornicem conveſti- J. B. S.
ta, & ſolemniſſimo apparatu decorata habebat in altari Cathedræ ſancti Petri dicato, tabulam cum effigiebus depictis dictorum novemdecim Servorum Dei, illud quidem cruce, & candelabris aureis, aliiſque pretioſis ornamentis illuſtre, multiplici cereorum lumine ſplendidiſſimum, ſedilia vero ab utroque dicti altaris latere compoſita, a dextera ſcilicet pro Eminentiſſimis & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus, ſacrorum Rituum Congregationi præpoſitis, ac Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. DD. ejuſdem ſac. Congreg. Prælatis, & Conſultoribus; a ſiniſtra vero pro Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Card. Archipreſbytero, Illuſtriſſimis & Reverendiſſimis DD. ejus vicario, & cannnicis dictæ baſilicæ, pleraque alia demiſſiorum ſcamnorum ſubſellia, pro reliquo ejuſdem baſilicæ, ac undique confluente clero, nobilibuſque viris concurrentibus, & Ordinum prædictorum religioſis.

E
in S. Petri Romæ habitas. 61 Inſuper quamplurimi cerei, tam in eo, ſub quo ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli reliquiæ aſſervantur, ſuper argenteis ac aureatis, quam in ſingulis aliis dictæ baſilicæ altaribus candelabris impoſiti, & quatuor odæa pro totidem muſicorum choris cum organis non longe a prædictis ſedilibus erecta, ac etiam accerſita ex Pontificio præſidio militum Helvetorum cohorte, ad coercendum impetum popularis multitudinis, ad hæc ſolemnia inſolito concurſu, & eo majori devotionis fervore confluentis, quo ſibi apertos fuiſſe dignoſcebat cœleſtium gratiarum theſauros, per Indulgentiæ plenariæ & remiſſionis generalis peccatorum per eumdem Sanctiſſimum D. N., etiam non obſtante quarumeumque Indulgentiarum toto anno ſanctiſſimi Jubilæi revocatione & ſuſpenſione factam conceſſionem omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, confeſsis & ſacra communione refectis, dictæque Beatificationis ſolemnibus in-
F tereſſentibus, ſeu prædictam baſilicam ea die devote viſitantibus. Cujus quidem conceſſionis edicta publica in ſolitis locis, & compitis affixa fuerant, & etiamnum proſtabant. Ego ejuſdem ſacræ Ritnum Congreg. notarius, cancellarius, & archiviſta infraſcriptus, vocatus ad notandum ejuſdem Beatificationis ſolemnia, præmiſſis omnibus obſervatis, alia quoque infra dicenda fideliter adverti, videlicet, accenſis, & collucentibus cereis, ut præfertur diſpoſitis, quamplurimiſque nobilibus viris, ſpeciatim ultramontanis intra dictorum militum coronam conſiſtentibus, maximaque & inſolita utriuſque ſexus & populi multitudine extra eorumdem militum circuitum exiſtente.

ubi etiam reſertur. 62 Advenerunt primo Eminentiſſimi & Reverendiſsimi DD. Sforzia, Albizius, Alterius, de Carpineo, Azzolinus, & alii Cardinales dictæ ſac. Rituum Congregationi præpoſiti, ac Illuſtriſsimi & Reverendiſsimi DD. Prælati, & Conſultores ejuſdem ſacræ Congregationis; hiſque omnibus in ſedibus ſibi reſpective deſtinatis ſedentibus, e Sacrario dictæ baſilicæ proceſſionaliter progreſſi ſunt, præcedente Cruce, & præeuntibus acolytis,

totus clerus ejuſdem baſilicæ, Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi DD. Canonici, rochetto & ſuperpelliceo induti, Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Suarez, olim epiſcopus Vaſionenſis, Eminentiſſimi & Reverendiſſimi D. Archipresbyteri vicarius, ac Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Franciſcus Marinus Archiepiſcopus Amaſiæ, pluvialt rubeo indutus, cum mitra ſolemnia celebraturus, inter alios duos Canonicos ejuſdem baſilicæ cum dalmaticis, ſubſequente Eminentiſſimo & Reverendiſſimo D. Carolo Card. Barberino Archipresbytero & facta adoratione ad altare Papale SS. Apoſtolorum, ſeſe contulerunt ante dictum altare Cathedræ S. Petri, locum, ut ſupra, paratum, & pro dicta ſolemnitate deſtinatum; prædictiſque omnibus loca ſua tenentibus, cum uno ex baſilicæ prædictæ cæremoniarum magiſtris, illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Bernardinus Caſalius, prædictæ ſacræ Congregat. Secretarius, e loco ſuo ſe movens, acceſſit ad latus dicti Eminentiſſimi & Reverendiſſimi D. Card. Sforziæ, & eodem tempore coram Eminentia ſua, aliiſque Eminentiſſimis & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus conſtitutus, & ab uno ex eiſdem cæremoniarum magiſtris conductus prænominatus admodum R. P. Ignatius de Broeyer, qui habens præ manibus litteras Apoſtolicas prædictas in forma Brevis, ut ſupra, expeditas, illaſque dictæ ſacræ Congregationi debita cum reverentia præſentans, ac perorans inſtitit, ut ſequitur,

Poſtulatum procuratoris in cauſa.

63 Eminentiſſime & Reverendiſſime Domine, Cum hæc ſacra Rituum Congregatio declaraverit, conſtare de martyrio, & cauſa martyrii novemdecim Martyrum Gorcomienſium, undecim videlicet Seraphici noſtri inſtituti, utpotè Nicolai Pichi Guardiani cum decem e ſuis provinciæ Germaniæ inferioris, Joannis ſacri Ordinis Prædicatorum, Adriani & Jacobi amborum Canonicorum Præmonſtratenſium Ordinis S. Norberti, Joannis canonici regularis ſancti Auguſtini, necnon Nicolai Popelii, & aliorum trium parochorum reſpective ſecularium; qui omnes ſimul per conſtantem orthodoxæ fidei confeſſionem, & realis præſentiæ Corporis Chriſti in ſanctiſſima Euchariſtia, Romanique Pontificis primatus aſſertionem; poſt immaniſſima ac diriſſima tormentorum genera, Brilæ in Hollandia anno MDLXXII. de Catholicæ Eccleſiæ hoſtibus glorioſe triumpharunt; & inſuper nonnulla approbaverit miracula, quibus Deus optimus maximus pretioſam in conſpectu ſuo teſtatam voluit tam invictorum pugilum mortem, ſufficientia ad ſolemnem ipſis tribuendum cultum in conſueta Beatificationis forma ineundum: Sanctiſſimus D. N. Clemens PP. X. ex innata clementia, ac pro ſua in augenda Dei, & Sanctorum ejus gloria vigilantia, & paſtorali pietate, juſſit expediri hoc Breve, quo ſolemnis ejuſdem declarationis, & Beatificationis dies aſſignatur hæc XXIV. Novembris, prout in ipſo Brevi de die XIV. ejuldem menſis cadentis anni fuſius. Eapropter ego Fr. Ignatius de Broeyer, tamquam cauſæ dictorum martyrum procurator, & provinciarum Germano-Belgicarum agens generalis; tam Ordinis noſtri dictarumque provinciarum, quam meo, & aliorum, quos concernit, nomine, Eminentiam veſtram, ceteroſque Eminentiſſimos & Reverendiſſimos Patres Dominos meos humillime deprecor, ut memoratum Breve publicari, & executioni demandari, juxta piiſſimam Sanctitatis ſuæ mentem, jubere dignentur; quo majori Dei gloriæ, S. Sedis exaltationi, fidei orthodoxæ augumento, & maximo noſtræ Religionis, & prædictorum, necnon totius eccleſiaſtici Ordinis honori conſulatur; & fidelium omnium, ſignanter inter hæterodoxos commorantium devotioni proſpiciatur: habeantque in fortiſſimis hiſce Chriſti athletis inviolatæ fidei, & probatæ conſtantiæ rediviva priſcorum Martyrum exempla; ut & ipſos (ſi oportuerit) imitari non pigeat, quos celebrare maximopere delectabit.

Reſponſum.

64 Hujuſmodi autem oratione ac inſtantia adimpleta, dicti Eminentiſſimi Domini ſacræ Congregationis prædictæ Cardinales, receptis pro ea per dictum Eminentiſſimum D. Cardinalem Sforziam litteris Apoſtolicis prædictis, eiſque repertis illæſis, nulloque modo ſuſpectis, illas admiſerunt, ac publicari, dictaque ſolemnia celebrari, & alia deſuper neceſſaria, & opportuna ad earumdem litterarum formam fieri mandarunt, dictoque admodum Reverendo P. Ignatio, redditis prius majori, qua potuit, veneratione debitis gratiis inde recedente, & inter Canonicos ipſius baſilicæ conſidente; prædictus Eminentiſſimus D. Card. Sforzia, aliis annuentibus, conſignavit dicto Illuſtriſſimo D. Caſalio Secretario prædictas litteras Apoſtolicas, ad effectum illas deferendi cum relatione præcedentis inſtantiæ dicti admod. R. P. Ignatii, omniumque ab Eminentia ſua, & aliis Eminentiſſimis DD. Cardinalibus dictæ ſacræ Congreg. ut ſupra, mandatorum, ad prædictum Eminentiſſimum D. Archipresbyterum ex oppoſito ſedentem; prout illæ per dictum Illuſtriſſimum D. Caſalium illico delatæ fuerunt, quas idem Eminentiſſimus D. Archipresbyter debita cum reverentia acceptans, & intuens, uni ex cæremoniarum magiſtris conſignavit, & mandavit per manſionarium archiviſtam ejuſdem baſilicæ palam, & publice alta voce perlegi, prout ipſe archiviſta eaſdem litteras ſuis præ manibus receptas, porrecto mibi notario ibidem aſſiſtenti per dictum admod. R. P. Ignatium cauſæ prædictæ procuratorem, ſimiliter ibidem præſentem & aſſiſtentem, illarum tranſumpto impreſſo legitimo & authentico, meque illud præ manibus tenente, & auſcultante; idem manſionarius archiviſta, parendo mandatis prædictis, conſcenſoque ſuggeſtu, ad hunc effectum parato, de verbo ad verbum, alta, & intelligibili voce perlegit, & publicavit, ac e ſuggeſtu deſcendens, retento pariter penes ſe ſimili tranſumpto, reſtituit, tenoris ſequentis, videlicet: Clemens Papa X. &c.

Expoſitio imaginum.

65 Deinde lectione abſoluta amotis velis feretricis, quibus prædictæ imagines dictorum novemdecim Servorum Dei, ut ſupra reſpective exiſtentes contectæ fuerant, in intimo quidem prædictæ baſilicæ proſpectu gloriæ cæleſtis triumphus, in exteriori vero inſignis martyrii ſpectaculum, anhelanti Chriſti fidelium deſiderio & oculis expoſita fuerunt. Dum interim Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Marinus Archiepiſcopus prædictus celebrans inchoavit hymnum Te Deum lauda-

A damus, quem quaterni muſicorum chori, exquiſitiſſimis vocum, & inſtrumentorum omnigenorum harmoniis, multiplicique tubarum clangore, & tympanorum reſonantia excepere; univerſo interea Cardinalium, Prælatorum, Canonicorum, totiuſque Cleri auguſtiſſimo cœtu, ac ceterorum nobilium virorum agmine, populique copioſiſſima multitudine in genua proſtratis, & novos e Belgio ad cœlum evectos Chriſti Martyres devotiſſime venerantibus. Datoque in ſimilibus conſueto a pontificii præſidii incendiariis tormentorum bellicorum ſigno, pari fragore reſpondetur, & ſtrepituoſos bombos triplicarunt in initio, medio & fine Miſſæ, diſpoſita ex ordine & mandato dicti Admod. R. P. Ignatii procuratoris plurima ejuſmodi tormenta æoea. Finito autem hymno, prolatoque per diaconum verſiculo, Orate pro nobis beati Martyres, habitaque chori reſponſione; Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti; nec non per
B Illuſtriſſimum D. celebrantem recitata oratione propria de dictis beatis Martyribus, thureque coram illorum iconibus adoleto, idem Illuſtriſſimus D. celebrans cum dictis aſſiſtentibus pontificalibus ad divina peragenda indutus, Miſſam de Martyribus ſolemniter celebravit, organorum, & muſicorum concentibus intermixtam.

eorumque diſtribuit. 66 Quo tempore RR. PP. Franciſcus Raguſeus provinciæ Raguſinæ cuſtos, & Joannes Antonius Panormitanus, ambo ſacræ Theologiæ lectores generales, aſſiſtente R. P. Joſepho a Cirolo ſacræ theologiæ lectore etiam generali, provinciæ Marchiæ cuſtode, cui idem Admodum R. P. Procurator quatuor prægrandes arcas rebus ad hunc effectum neceſſariis congeſtas, illucque delatas conſignarat, & concomitantibus duobus aliis ejuſdem ſeraphici inſtituti Patribus ex bina paropſide argentea diſtribuebant imagines, alteras triumphum in cœlis, alteras martyrium in terris exprimentes dictorum beatorum Martyrum, quarum materies pretioſa (utpote ex auro, argento, & ſerico totaliter conflata) & extraordinaria amplitudo æmulabatur artificioſiſſimum, & induſtriæ pleoum
C ornamentum, quibus addebantur tranſumpta dictarum litterarum Apoſtolicarum, cum libro compendii paſſionis glorioſæ dictorum beatorum Martyrum, quæ ſingula non ſolum Eminentiſſimis & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus, ac Illuſtriſſimis Prælatis, Canonicis, Conſultoribus, ceteriſque cleri perſonis, unicuique ſecundum gradum, verum etiam aſſiſtentium oobilium, & innumerabili utriuſque ſexus Chriſti fidelium omnium ordinum, & conditionum multitudini, ad hæc ſolemnia inuſitato concurſu & eximia pietate confluenti, fuerunt diſpenſata, correſpondente ubique liberali & profuſa hujuſmodi imaginum tranſumptorum, & librorum diſtributione, & ita repetitis continuo tormentorum boatibus, & tubarum clangoribus, ſolemnia Beatificationis dictorum Servorum Dei in hac baſilica Principis Apoſtolorum mane diei prædictæ celebrata ſunt omni &c. Super quibus &c.

Teſtes ex variis Ordinibus. 67 Actum in baſilica prædicta præſentibus, videotibus, & intelligeotibus, eximio P. Magiſtro Martino Harney, Ordinis Prædicatorum, ſacræ theologiæ doctore Univerſitatis Lovanienſis, admodum Reverend. D. Valerio Mundelaers, Canonico Ordinis Præmonſtrateoſis, beatæ Mariæ de Tungerlo, præſide collegii S. Norberti de Urbe ejuſdem Ordinis vice-procuratore Generali, perilluſtri ac Reverendiſſimo D. Balduino Lueſmans Protonotario Apoſtolico, & Commiſſionum Signaturæ juſtitiæ Reviſore, ac perilluſtri D. Michaele Caron, Bolonienſis diœc., a parte Regni Illuſtriſſimorum & Reverendiſſimorum DD. Archiepiſcoporum Cameracenſis, & Mechlinienſis in Curia Romana agente, Teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter atque rogatis. *Sequitur clauſula*: Ego Jacobus Saſſus Sabinus, publicus Apoſtolica auctoritate notarius, in archivio Rom. Curiæ deſcriptus, ac ſacrorum Rituum Congregationis notarius, cancellarius, & archiviſta de prædicta ſolemnitate rogatus, præſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi, meoque ſolito ſigno ſignavi, &c. E

D Auct. J. B. S.

§. VIII. Eadem ſolennitas aiibi celebrata, Officii extenſio, & paſſionis hiſtoria a Guilielmo Eſtio fideliſſime conſcripta.

Solemnitas Romæ apud PP. Minores in Aracœli, PEractam in *baſilica Vaticana Beatificationis ſolemnitatem ſecutæ ſunt aliæ ab ipſis patriſſimum religioſis familiis, quas Sancti ipſi glorioſo ſuo martyrio exornaverant, ut curſim teſtatur R. D. Henricus Brewerus, S. Auguſtini Regularis Canonicus, in brevi ſcripſiuncula Colonienſi* De vita, paſſione, miraculis, elevatione & beatificatione SS. Martyrum Gorcomienſium, *ubi pag.* 30. *ſic habet*: Solemnia beatificationis inter omnes egere, anno ſequente (MDCLXXVI.) in orbe & Urbe durante Capitulo generali, omnium ſplendidiſſime Fratres Minores; reliqui Ordines modeſtius ac brevius pro hac vice, differentes alia ad actum canonizationis. *Pergit deinde narrare, litteris ex Italia acceptis, ſe intelexiſſe, quid Canonici Lateranenſes in Capitulo generali Bononiæ egerint, ubi* conteſtaturi aliquod
F religioſum Beato confratri ſuo (*Joanni Oeſterwicano*) obſequium, ſacram ejus imaginem, duos inter Præmonſtratenſes, proprio ſub habitu depictos, tamquam ex Ordine canonico aſſumptos, agoniſque ſocios, publico Bononienſium cultui ac venerationi expoſuerint; ac poſtea diem eorum feſtum, ſub ritu ſolenni primæ claſſis cum Octava & Officio plurimorum Martyrum, magno populorum concurſu celebraverint. *Hæc ille de rebus procul a ſe geſtis, de Colonienſibus vix quidquam memorans.*

& feſta poſtea eorum alibi celebrata ſint 69 *Ad feſtivas eas celebritates poteſtatem fecerat jam ſæpe laudatus Clemens PP. X. novo Brevi expedito* XXIV. *Martii* 1676. *conceſſo prius anni unius ſpatio, quod tunc ad ſupplicationem ſupra etiam memorati P. Ignatii de Broeyer, agentis & procuratoris in cauſa, ad alterum medium annum extendit*, ac ad augendum fidelium religionem & animarum ſalutem, cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intentus, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, vere pœnitentibus & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui eccleſias

A præfatas, die, quo ſolennia Beatificationis memoratorum Servorum Dei, Martyrum Gorcomienſium nuncupatorum, juxta præſcriptum ſupradictarum & præſentium litterarum, ibidem reſpective celebrabantur, aut alio aliquo die intra illius Octavam devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem, ſemel dumtaxat per unumquemque lucriſaciendam, quam etiam animabus Chriſti fidelium, quæ Deo in caritate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum ſuffragii applicare valeant, miſericorditer in Domino concedit.

Auct. J. B. S.

unde facta feſtivitas Antverpienſis,

70 *Quanta lætitia & exultatione omnia in Belgio perſonuerint, cogitari facilius poteſt, quam a me figillatim explicari. Rogati ſunt Ordines ſingulis, aliqualem ſaltem inſtitutarum per id tempus a ſe celebritatum narrationem ſuggerere non gravarentur, quam cum, repetitis conatibus, diu fruſtra expectaſſem, nihil antiquius habui, quam ut ad Annales Antverpienſes manuſcriptos magiſtri olim noſtri Papebrochii recurrerem, in quibus*

B *ad annum 1676. hæc ab eo paucis annotata reperi*; Die v. Julii a Patribus Minoritis celebrata eſt canonizatio Martyrum vulgo Goreomienſium, plerorumque ex eorum Ordine, qui Gorcomii capti, Brilamque deducti, ibi fuerunt ſuſpendio necati. Erat inter eos etiam aliquis Prædicatorii Ordinis, cujus cauſa hic quoque feſtum egit die IX. ejuſdem menſis. Item Præmonſtrarenſes duo Jacobus & Adrianus, quorum licet eum aliis conſuſæ reliquiæ, aliquas tamen ex eorum corporibus, jam pridem per Catholicos reſoſſis & diu reverenter habitis, nacti Michaelitæ noſtri, abbatia vacante, elevationem earum diſtulerunt in tempus novi Prælati, qui eam ſplendidiſſime peregit anno ſequenti Dominica prima Quadrageſimæ. *Hæc de triumphis Antverpienſibus, quibus haud dubie non ceſſere, qui per reliquum Belgium celebrati ſunt.*

Conceſſio Officii & ejuſdem extenſio,

71 *Sanctorum Martyrum cultui is biennio poſt, nempe* XII. *Martii* 1678., *cumulus acceſſit, quod ſacra Rituum Congregatio benigne indulſerit*, ut de beatis decem & novem Martyribus Gorcomienſibus, quotannis die IX. Julii eorum tranſitus, recitari poſſit Officium & Miſſa celebrari

C de communi plurimorum Martyrum, juxta rubricas breviarii & miſſalis Romani, & ad formam Brevis beatificationis prædictorum beatorum Martyrum a ſel. rec. Clemente X. emanati die XXIV. Novembris MDCLXXV. etiam in omnibus Belgii eccleſiis ſecularibus, tam Cathedralibus & collegiatis, quam parochialibus, ab illis omnibus, qui dictis eccleſiis ſunt adſcripti, ſeu ſub illis reſident & domicilium habent. *Quid deinde actum ſit, intellige ex decreto ſequenti, dato Romæ die* III. *Februarii* 1714. Ad demiſſas ſupplicesque preces Epiſcopi Antuerpienſis, ſacræ Rituum Congregationi enixe ſupplicantis, pro extenſione ad univerſum clerum ſecularem civitatis tutiuſque ſuæ diœceſis, orationis & lectionum propriarum BB. decem & novem Martyrum Gorcomienſium, alias ſub die XII. Martii MDCLXXVIII. à ſac. Congregatione ad uſum tantum Fratrum & monialium Ordinis Minorum S. Franciſci, in quacumque mundi parte exiſtentium, approbatarum, & ſucceſſive eadem die ad omnes Belgii eccleſias ſecularium, tam Cathedralium, (&) collegiatarum (quam) parochialium extenſarum ſacra eadem Rituum Congregatio, referente Eminentiſſimo & Reverendiſſimo D. Cardinale de Abdua, gratiam, ut ſupra, petitam ſingulis annis in feſto dictorum BB. Martyrum, cum eorumdem Officio & Miſſa, prædicto clero civitatis & diœceſis Antverpienſis, ſervatis tamen rubricis breviarii & miſſalis Romani, poſſe concedi cenſuit.

D

Miſſarum Martyrii

72 *Si ſatis recte utriuſque decreti ſenſum percipio, non eodem die* XII. *Martii anni* 1678. *extenſæ fuerunt oratio & lectiones propriæ ad univerſum clerum ſecularem Belgicum: nam ei tunc ſolum conceſſum videtur Officium de communi Martyrum, propriis iſtis Ordini Minorum aliiſque, & ſubinde Hollandicæ eccleſiæ primo indultis, quæ anno primum* 1714. *Illuſtriſſimus noſter Petrus Joſephus Antverpienſibus impetravit. Ceterum prædictas lectiones deſcribendas non cenſui, quod merum compendium ſint Actorum, a laudato Eſtio tam præclare concinnatorum, de quibus ſolis jam nobis agendum ſupereſt. Sunt ea, ut candidiſſime dicam, con-*

E *ſummatum opus Viri de Sanctis noſtris Martyribus immortaliter meriti, utpote quod ad eorum canonizationem plurimum conduxiſſe, ex Proceſſibus manifeſtiſſime conſtat, in quibus etſi longa ſerie citentur ſcriptores varii, etiam acatholici (quos referre nauſeam pareret) potiſſima ratio Eximii Eſtii habita eſt, qui omnium inſtar referendus hic eſt, tot elogiis ornatus, ut deco teſtari non dubitaverit Illuſtriſſimus Gaſpar Nemius, Cameracenſis Archiepiſcopus, Eſtianam hanc hiſtoriam* habendam eſſe pro indubitata, & cui fides tribui debeat, qualis probatiſſimis, doctiſſimis, & optimis hiſtoriarum ſcriptoribus adhiberi ſolet & debet.

ab Eſtio ſic iter ſcripta,

73 *Neque vero diſſimulavit Eſtius ipſe, ex quam certis monumentis hiſtoriam ſuam collegerit, locis variis id explicans tanto candore & ſinceritate, ut quemvis, etiam minime credulum, ad veritatis, tam nude propoſitæ, agnitionem compellat. Nihil fuci, ornatus omnino nihil; ſimplex eſt & accurata narratio, cui utinam tot Acta, a nobis in hoc opere illuſtrata, comparari poſſent! Ege me fateor ejus operis lectione ita raptum, ut verum geſtarum veritatem manu, ſi ita loqui licet, tangere viderer, id quod*

F *mecum ſtatuent, quicumque eamdem hiſtoriam, ſive ii Catholici ſive heterodoxi fuerint, Chriſtiano animo evolvere dignabuntur, & ſperare auſim, devios fratres noſtros ex tali lectione non minimum fructum reportaturos. Edita primum fuit Duaci anno* 1603. *Namurci poſtmodum recuſa* 1655. *Priorem cum non repererim, alteram Namurceuſem, a R. P. Puteano mihi benevole traditam, ſecutus ſum, eamque ad normam noſtram in capita ſua diviſi, ſervata tamen ad marginem veteri auctoris ipſius diſtinctione. Ad orthographiam quod attinet, cum ea in pluribus a noſtra ſcribendi ratione diſſideret, ad uniformitatem reducenda fuit, illæſa ſemper tota narrationis puritate & veritate.*

præmittitur in nihil & dicitur

74 *Hiſtoriæ ipſius titulum, & quæ præterea operi præfiguntur, paucis percurram, de ſingulis rationem redditurus, eaque deſcripturus, quæ ad rem facere videbuntur. Eu primam integram faciem*: Hiſtoriæ Martyrum Gorcomienſium, majori numero Fratrum Minorum, qui pro fide Catholica a perduellibus interfecti ſunt anno Domini MDLXXII. libri quatuor, au-

ctore

A ctore Guilielmo Eſtio Heſſelio, S. Theol. Doctore, & in Acad. Duacenſi profeſſore. Quibus pro coronide ſubjuncta eſt, eodem auctore, appendix de martyrio Guilielmi Gandani, item Minoritæ, quod contigit anno MDLXXXIII. Habes & aliorum quorumdam martyria, opportunis locis commemorata: nominatim Cornelii Muſii Delfii, theologi & poetæ. Namurci MDCXV. *Huc uſque titulus, quem exſcripſi nitida epiſtola dedicatoria inſcripta* Sereniſſimo Archiduci Auſtriæ, Domino Alberto, optimo clementiſſimoque Belgarum Principi, *data* Duaci e bonorum Paſtorum Seminario, anno Domini MDCIII. Martii die VII. S. Thomæ Aquinati ſacra. *Sequitur proteſtatio Commiſſarii generalis Ordinis S. Franciſci ſuper provinciis Germaniæ, Belgii &c. R. P. F. Jacobi de Riddere, qua ſervata cupit decreta Urbani VIII. iterum poſtea repetita in Admonitione ad lectorem.*

75 *Ad Eſtium ſpectant patiſſimum ſubjuncta teſtimonia, in Proceſſibus etiam producta, de viri fide & integritate, ex quorum primo, dato ab* B *Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Archiepiſcopo & Duce Cameracenſi, Gaſpare Nemio, paucula jam decerpſimus. Eadem confirmat Univerſitas Duacenſis; tum Ampliſſimi & Reverendi adm. DD. Præpoſitus, Decanus & Capitulum S. Petri; atque item Eximius D. Bartholomæus Petrus, qui cum Georgio Calvenerio opus approbavit: ſufficiet nobis Valerii Andreæ elogium:* Gulielmus Eſtius, Gorcomii natus, non ignoto Hollandiæ oppido, patre Heſſelio, viro admodum Catholico & orthodoxæ religionis ſtudioſiſſimo, de vetuſta nobilium olim arcis Eſtenſis, haud procul Tila in Batavis, toparcharum ſtirpe, unde cognomentum & inſignia apud poſteros manſerunt. Puer Ultrajecti litteris politioribus linguiſque ſub Georgio Macropedio eruditus eſt. Lovanii in ſtudiis tum philoſophicis tum theologicis feliciter inſtitutus, illa etiam decennio toto in Falconis gymnaſio tradidit; ac demum S. T. Doctor anno MDLXX. creatus, mox Duacum accerſitur, regioque ibidem Seminario præficitur, ad D. Petrum Præpoſitus, & Univerſitatis eo nomine Cancellarius ſalutatur. Vir ſane multis pietatis, doctrinæ, modeſtiæ Chriſtianæ atque in pauperes beneficentiæ nominibus ſuſpiciendus. C *Mortuus eſt ibidem* XII. *Kal. Octobris* anno Domini MDCXIII. ætatis LXXII.

Duæ elogia Eſtii

76 *Jam Eſtium ipſum in præfatione ſua loquentem audiamus:* Inter graviſſimas, *inquit*, eccleſiæ Belgicæ calamitates, quibus, juſto Dei judicio, jam annis pene XL. continuis atteritur, haud mediocriter effulſit nobis divina bonitas, dum ſua quadam perpetua lege, malis bene utens, atque e malis bona ſapienter eliciens, non ſolum electos ſuos afflictionibus purgare ac probare voluit, ſed etiam ex iis aliquos (quam felicitatem noſtro ſeculo divinitus conceſſam gratulamur) illuſtris martyrii coronis exornare dignatus eſt. Quo quidem in genere, ſeu conſtantiam ſeu numerum ſpectes, nequaquam poſtremi fuere Martyres illi, quos in Hollandia noſtra primum Gorcomii communi captivitate detentos, ac deinde Brilam, ad oſtium Moſæ fluminis avectos, utrobique vero pro confeſſione Catholicæ fidei plurima paſſos, una nocte furor Geuſiorum, qui dicebantur, ultimo ſupplicio affecit. Horum ergo paſſionem cum eo ipſo anno, quo ſacro certamine defuncti ſunt, ad amicum quemdam Coloniæ morantem, obiter ac breviſſime ſcripſiſſem, viſum ei fuit, crudum illud atque extemporaneum ſcriptum meum, me inſcio, typis evulgare.

& ipſiſſimus profeſſio,

77 Quod eum non modo dignitati ac multitudini rerum geſtarum minime reſponderet, verum etiam ab exacta veritate (ſcilicet actis Martyrum nondum ſatis exploratis) nonnihil aberratum in eo fuiſſet; ſicut & aliis quibuſdam libellis, qui poſtea variis locis impreſſi prodierunt: dilectus frater meus, piæ memoriæ, Rutgerus Eſtius, religioſo ſtudio, quo Martyres proſequebatur, incitatus, negotium ſibi ſumpſit, omnia eorum acta, quæ poſſet, undecumque perquirendi colligendiqua. Id vero quanta diligentia & fide præſtitum ab eo ſit, exponemus in ea parte hiſtoriæ, quæ peculiarem hujus rei mentionem poſtulabit. Ille collectam a ſe materiam mihi tradidit, ut a nobis apte digeſta, noſtroque ſermone ac ſtylo formata, aliquando proferretur in publicum. Ego, quamquam res erat multi laboris, E nec meæ profeſſionis, ſuadente tamen eadem caritate, quæ fratrem impulerat, opus ſuſcepi, in quo dum verſor, non id tantum, quod rogatus fueram, egi, ſed adhibito novo & acriori examine atque judicio, ſuperflua quæque rejeci, incerta truncavi, multa etiam poſtmodum a fide dignis auctoribus accepta, aut alias mihi nota, ſuis locis intexui. Etenim in his omnibus prima veritatis ratio a nobis habita fuit, nec minor publicæ utilitatis. Sunt enim hæ duæ certiſſimæ leges, quas nulla ratione fas eſt prætergredi, ne quidem in profanis ſcribendis, quanto minus in ſacris, qualis eſt hoc hiſtoriæ genus.

ſortas operis

rationem reddens

78 Editionem porro diu diſtuli, non ſine certo conſilio; cum interim undique crebris amicorum epiſtolis interpellor, efflagitantium, ut quod in uſum publicum a me paratum noverant, aliquando publici juris eſſe ſinerem, nec ſanctos Martyres debito ſibi in terris honore diutius paterer defraudari. Inter hæc ſuperioribus annis a R. P. Servatio Myricano, miniſtro Provinciali FF. Minorum inferioris Germaniæ, communi nomine eorum, qui tunc ad comitia provincialia convenerant, inſtantiſſime F fui rogatus, ut diuturnæ eorum expectationi ſatisfacerem. Quod & me frater ejus R. P. Martinus Myricanus, itidem provincialis multo ante rogaverat. Indignus quidem ego rogari a tantis viris, atque eo magis ac juſtius proterviæ condemnandus, ſi non obſequerer: ut jam de dilecto fratre meo R. P. Arnoldo Eſtio, qui nunc eidem provinciæ Miniſter præeſt, nihil dicam: quo certe non alium ſenſi magis moleſtum exactorem. Tot igitur amicorum atque præſtantium virorum auctoritati eedendum ratus, tandem in Dei nomine me ad editionem accinxi, paſſuſque ſum prodire, quod tantopere videbam expeti. Tui candoris erit, Chriſtiane ac benevole lector, operam hanc noſtram boni conſulere: tuæ pietatis fructum, ſi quem ex illa perceperis, auctori Deo, qui & in ipſis Martyribus ſua dona coronavit, adſcribere. Quod ſi etiam noſtri in precibus tuis ad Deum meminiſſe dignaberis, præclarus hic mihi fructus operis erit ac laboris. *Hæc de hiſtoriæ au-*

D Auct. J. B. S.

A *auctore, ejus conſilio & executione ſatis dicta ſunto.*

AUCT. J. B. S. *Cur omiſſa fuerint FF. Martyrum effigies.*

49 Poſtremum monco, in votis mihi magnopere fuiſſe, glorioſiſſimorum athletarum noſtrorum effigies, ad vivum expreſſas, hic in æs inciſas & in unam laminam collectas lectorum oculis repræſentare, ſi totius Martyrum cohortis imagines impetrare potuiſſem; quarum cum ſolæ quindecim ad manus meas perveniſſent; nimirum undecim ex Ordine Minorum, Vecbelii & Poppelii Paſtorum, Dunæi & Joannis Oſterwicani; alias requiſivi ab Ampliſſimo Abbate ad S. Michaelis, & a RR. PP. Dominicanis: verum cum illi tantillum de ſuo conferre dignati non fuerint, neque mihi expedire viſum ſit, ſolos quindecim, excluſis aliis, ſeligere, ulterioribus conatibus atque excurſionibus ſuperſedendum putavi, Sufficere omnibus oportebit delineationes Eſtianas, quæ ſi non penicillo aut ſcalpro, ſtylo certe ita ad vivum deſcriptæ videntur, ut ipſas ea ratione contemplari, non injucundum futurum ſit. En igitur Acta ipſa, ea fide ex Namurcenſi editione hic tranſſumpta, & marginalibus additionibus illuſtrata, qua ab eodem Eſtio pridem edita ſunt, tanta claritate perſpicua, ut annotata iis ſubjungere, minime neceſſarium exiſtimaverim.

B

HISTORIA

MARTYRUM

Auctore Guilielmo Eſtio Heſſelio, Sac. Theol. Doctore, & in Academia Duac. Profeſſore; edita Duaci an. MDCIII. & Namurci MDCLV.

LIBER PRIMUS.

D

CAPUT I.

Rerum Batavicarum & oppidi Gorcomienſis ſtatus, invaleſcentibus Geuſiis anno 1572. PP. Minoritarum ibidem cœnobium; ejus Guardiani inconcuſſa fortitudo & Fratrum cura, cum quorum pleriſque ad caſtrum ſe recipit.

Cum ſoli ex ab pene Geuſii Gorcomio immunerent,

ANno poſt Chriſtum natum ſeptuageſimo ſecundo ſupra milleſimum & quingenteſimum, regnante Philippo ſecundo Hiſpaniarum Rege Catholico, ejuſque nomine totius Belgii gubernatore Ferdinando Alvarezio Duce Albano; cum per Hollandiæ & Zelandiæ loca factio ſeditioſorum hominum, Deo ac Regi adverſantium (qui vulgo Geuſii dicebantur) poſt priores illos iconomachicos tumultus anno MDLXVI. excitatos, ac Dei ope & Margaritæ Duciſſæ Parmenſis (quæ per id tempus Belgii gubernacula pro Rege Catholico tenebat) aliorumque prudentia feliciter repreſſos, iterum tributi cujuſdam occaſione ad nequitiam ſuam abuſa, paulatim & numero & viribus increſceret; jamque Brilam, Fliſſingam, Euchuſiam, oppida maritima, rebellium conatibus admodum opportuna, cum aliis nonnullis, atque in his Alcmaria, ſuam in poteſtatem redegiſſet, Dordracum quoque, inſignem Hollandiæ civitatem, per defectionem concitatæ multitudinis non multo poſt ab illo hominum genere contigit occupari. Ab ea civitate itinere fere ſex horarum abeſt Gorcomium (Gorincheim originale ei vocabulum eſt) primarium territorii Arkelenſis, ſive, ut nonnulli vocant, Herculenſis, oppidum, non illud quidem valde amplum, ſed tamen & civium numero frequens, & mercaturæ peropportunum, videlicet in ripa Moſæ, commodiſſimo ad navigationem loco ſitum. E

magna libidem cæteroquin licentiæ oſtentatio.

2 Eo cum nunciatum eſſet, Dordracum teneri a Geuſiis; cum pios omnes, tum eos præcipue, quorum in Eccleſia ſacratius erat aut miniſterium aut profeſſio, rumor ille non parum perculit. Neque enim ignorabant, quis & qualis hoſtis immineret, ut cujus ingenium egregiis aliquot crudelitatis exemplis recenter editis, jam proditum ſatis ac declaratum eſſet. Miſcebant Geuſii callido & pravo conſilio cauſam religionis cum negotio politici regiminis; ut quibus non tolerandam eſſe impoſiti tributi ſervitutem perſuaſiſſent, ſimul in odium Catholicæ religionis (eos) pertraxiſſe viderentur, propterea quod Hiſpani, a quibus iſtiuſmodi oneribus in extremam ſervitutem ſe deprimi vociferabantur, eam religionem & præ ceteris colerent, & omni ſtudio propagare contenderent, & hæreticos omnes capitaliter odiſſent. Quo certe nomine veris & cordatis Catholicis omnibus, tam laicis quam Eccleſiaſticis, non immerito cara erat Hiſpanica natio. Igitur apud Geuſios pro eodem habebantur, Papiſta ſive Catholicus, & fautor Hiſpanicæ gubernationis. Unde odium omne, in Hiſpanos conceptum, in totum genus Catholicorum recidebat; ſed maxime in ordinem Eccleſiaſticum & Monachos, tamquam prima atque electiſſima Eccleſiæ Catholicæ membra. Quos proinde ex tam proſpero rerum Geuſianarum ſucceſſu graviter conſternatos, magna ſolicitudo, magnus ubique metus non abs ratione pervaſerat, iis præſertim locis, quæ periculo jam proxima videbantur. Atque ita ſe res habebat Gorcomii poſt Dordracenſium defectionem. F

3 Erat in ea civitate cœnobium Fratrum ſub Regula B. Franciſci Chriſto militantium, non tam vel amplitudine loci, vel elegantia ſtructuræ, vel numero Fratrum, quam obſervantia ſeverioris diſciplinæ commendabile. Hujus loci Fratres in trepidatione non minima verſabantur, hoſte tam vicino, ut qui humanæ infirmitatis ſibi conſcii, Geuſiorum ſævitiam atque odium in ſe implacabile plane cognitum haberent. Præerat illis eo tempore Guardianus vir inculpatæ ſanctæque vitæ Nicolaus Picus, in eadem urbe natus. Cujus virtus, atque imprimis ardens pro Catholica religione ſtudium & zelus toto hoc perſecutionis tempore ſingulariter eluxit, uti tota fere ſubſequens narratio declarabit.

SEC. II. *Religioſiſſimum cœnobii, ejus quæ ipſi manebant ſortes.*

A bit. Ut autem de hoc viro aliud aliquid repetam, ventitabat ad eum, tum alias, tum maxime ſub id tempus, oovis jam turbis enatis gliſcentibus, quidam ipſius ex ſorore nepos R. E. * juvenis pius & egregie Catholicus (quem & ille impenſe diligebat, & a quo viciſſim impenſe diligebatur) ita pro avunculi vita & incolumitate ſolicitus, quomodo quoodam adoleſcens ille, quem Lucas refert Apoſtolo Paulo, cujus ipſe quoque ſororis filius erat, ſtructas a coojuratis inſidias pia ſolicitudine præcaviſſe. Commemorabat hic apud avunculum, quæ paſſim ferebantur, recentia Geuſiorum infandæ crudelitatis facinora in Catholicos; quorum alios, horrendis ſuppliciis excruciatos, occidiſſent, alios peſſime mulctatos dimiſiſſeot, virgines etiam Deo conſecratas ſacrilega atque inceſta libidine contemeraſſent.

* Rutgerus Eſtius, auct. hujus.

4 Inter alia de viro quodam Gorcomienſi (qui, quod io religionem & Regem graviter offendiſſet, exulare coactus, piraticam io mari contra Catholicos exercebat) quemadmodum is quemdam ſuum civem vicinum, atque in litteris olim condiſcipulum, nomioe Arnoldum Cnobbaut, virum Catholicum, eaque potiſſimum cauſa ſibi vehementer exoſum, in Waterlandiæ partibus, ubi villa ei erat haud procul a mari, per id tempus degentem, ſociorum adjutus opera, hoſtiliter invaſiſſet, ac domo ejus per vim occupata, rebuſque omnibus exſpoliata, ipſum in navim pertraxiſſet, inibique multis plagis & opprobriis affectum ac varie vexatum, atque inter hæc oaribus & auribus fœde truncatum, ex antenna, quæ io mali ſummitate erat, ſublimem ſuſpendiſſet: ita vero pendeotem tum ipſe, tum ſocii ejus acceoſo ſarido, quod in particulas conciſum ſclopetis ſuis infarſerant, certatim impetiviſſent, donec ille tandem inter horrendos cruciatus deficientem animam efflaret. Hæc ſi faciunt, inquiebat idem juvenis, homini laico, qoid facerdoti facturos cenſes? quid monacho? Quid autem Fratri Minori? Quo enim quiſque melior, & ſui ſtatus ſeu vitæ ratione Deo conjunctior, eo gravius apud diaboli miniſtros odium incurrit. Nec vero ullum acerbius odium, quam quod in veros Dei cultores falſa religio conflaverit.

P. Nicolaus Pieck PP. Minoritarum Guardianus.

B

C

5 Iſtiuſmodi ſermonibus ille Nicolaum ad fugam mature capeſſendam hortabatur, ejuſque rei perſuadendæ gratia diebus fere XIV. antequam in hoſtium manus civitas veniret, frequeoter eum adibat: & quidem eo frequentius, quo magis hoſtium conatus procedere videbat, obſecraos eum & obteſtans, ut ad tempus certo ſe diſcrimini ſubduceret. Ad quæ Nicolaus identidem his atque hujuſmodi verbis reſpondebat: Horrenda ſunt, fateor, quæ narras. Quis enim humanus animus ad tantam illorum hominum crudelitatem non exhorreſcat? Quis vero tali hoſte propinquante non metuat? itaque metuere me, cum hæc audio, oon equidem negaverim. Humaoum namque eſt mortem & cruciatus extimeſcere. Verumtamen etſi mille *mortes* intentari mihi videam, Deo propitio, oec fidem meam prodam, nec fratres meos in periculo deſeram. Illo rurſus inter alia referente, quod Geuſii dicerent (ita videlicet inſtructi a magiſtro ſuo Calvino) ſe, ſi ſic cum ipſis ageretur, quomodo cum Catholicis, ore fidem negaturos, potius quam adeo dura pati eogerentur: perappoſite reſpoodit Nicolaus; Hæc ſi palam dicunt, dum adhuc proſpere eum ipſis agitur, quid dicturos exiſtimas, rebus adverſis? Nos autem, abſit ut aliquando fidem noſtram oegandam putemus, parati prius, adjuvante Deo, mortem & omnia extrema perpeti, quam ut taotum ſcelus admittamus.

ad fugam a nepote ob ſimul ſolicitatus,

D

6 Cum quando ab eodem nepote ad capiendam im importuoius urgeretur, talibus eum verbis velut cum ſtomacho repreſſit: Hem, quid putas? Mene derelictis fratribus meis, meæ ſolius ſaluti conſulturum? Id equidem non poſſum ullateous facere, nec volo. Rurſus eo ſuggerente, ut aut una ſecum fratres ſuos abduceret, aut prius omnes e monaſterio dimitteret; uti quiſque, quemadmodum unicuique id opportunum & commodum videretur, ad locum aliquem tutum ſe recipere; idemque faciendum admoneote de ſacris virginibus, quæ in eadem civitate ſub B. Franciſci regula io monaſterio S. Agnetis Deo famulabantur (harum enim cura ſimiliter ad eum ut Guardiaoum pertinebat) reſpondit, nec illud ſibi cooſilium ullo pacto conſultum videri. Sic enim futurum, ut Geuſii hac ipſorum ſeu fuga ſeu diſperſione cognita, rati Catholicos jam rebus ſuis diffidere, ac ſpem tuendæ religionis omnem abjeciſſe, criſtas etiam multo magis attollerent; contra vero qui adhuc in plebe Catholici eſſent, ob eamdem cauſam animos dimitterent, nec jam, ut facere ſoliti, conatibus hæreticorum amplius obniti auderent, itaque certo certius civitatem mox in Geuſiorum poteſtate futuram. Atque hujus rei culpam penes ſe fuique Ordinis hominea fore, ut qui hac ſua parum virili trepidatione ac præpropera fuga depreſſis bonorum civium animis, civitatem hoſti prodidiſſe viderentur. His ille verbis pio ac ſolicito nepotis animo tune quidem otcumque ſatisfecit; nulla interim in re ſui officii oegligens, dum conſolando, docendo, exhortando, oone privatim fratres ſuos, alioſque familiares, nunc publice pro concione plebem in fide Catholica confirmat, conteſtans, in ea perſiſtendum eſſe, quidquid tandem accideret; ac mortem oppetendam potius, quam fidem quoquo pacto vel negandam vel deſerendam.

omnia ejus conſilia ſortiter ea compleotur reſpuens.

F

CAP. III. *Provinciabus Geuſii, rei ſacræ propitiis,*

7 Porro cum jam, ut initio dicebam, Dordracum, proxima Gorcomio civitas, io Geuſiorum partes conceſſiſſet, ac plane futurum videretur, ita, uti tunc erant, paſſim affectis hominum aoimis, ut vicina quæque loca ſimilis tempeſtas involveret; iterum ſuæ incolumitati uti conſuleret, admonitus a nepote Nicolaus, nondum quidem ſibi fugiendum ſtatuit, ſed tamen periculi magnitudine ac præſentia permotus, tradidit ei ſui monaſterii vaſcula aurea atque argentea, quæ ad ſacrorum miniſterium pertinebaot, io ædibus patria ejus, ſuique ſororii, cui Heſſelio Eſtio nomen erat, abſcondenda. Quod & ab illo tune factum eſt. Erat is dies XXIV. Junii, Baptiſtæ oatalitius. Sed poſtero die rurſum conſiderans Nicolaus, eo loco tuta neutiquam fore ſacra vaſa, quod vir ille & præ-

A præcipuus ioter Catholicos, & Fratrum Minorum familiæ ſingulariter affectus, ut erat, ita apud omnes paſſim haberetur, tdeoque Geuſios, ſi rerum potirentur, haud dubie domum ejus ſcrutaturos eſſe: mutato conſilio, juſſit inde ea repeti, atque in arcem aſportari. Hæc enim mœnibus civitatis adhærens, & ad ripam fluminis præterlabentis poſita ac probe munita, tutum ſatis receptaculum, tam rebus quam hominibus, tunc quidem a pleriſque Catholicis judicabatur, præſertim cum & ſubſidium aliunde in tempore adfuturum multi non dubitarent, quod hujus rei gratia jam nuntii cum litteris ad regios aliorum locorum Præfectos miſſi pro certo dicereotur.

Gulielmus Feſtio.

Fallit Pauperibus libertas fugiendi propoſita.

8 Verum interim dum hoc vel agitur vel agi putatur, cives quidam Geuſii nihilo ſegnius, ac non paulo etiam quam Catholici, cautius alacriuſque ſuum agebant negotium. Militum cohortem unam & alteram Dordraco confeſtim ad ſe mitti petunt, qui ſuppetias a Catholicis exſpectatas anteverterent. Quæ res ſumma celeritate perfecta eſt. Nam tredecim B naves Dordraco miſſæ cum militibus fere eo die Junii xxv. ſub horam octavam ante meridiem in flumine velificantes, e regione civitatis & arcis apparuerunt. Tunc igitur civibus intra muros aliis perturbatis, aliis tumultuantibus, non parum auctus eſt metus iis, qui vel ordinis vel profeſſionis ratione graviorem apud hæreticos invidiam ſuſtinere ſolent. Quare tunc quoque Nicolaus, ne vel Deum tentare, vel officio ſuo deeſſe videretur, convocatis ſubitarie Fratribus, poſt neceſſariam pro tempore cohortationem, fecit omnibus liberam poteſtatem fugiendi, quo quiſque vellet, aut ubi maxime ſperaret ab hoſtium injuriis ſe tutum fore. Ipſe vero cum nonnullis, quibus idem placebat conſilium, in monaſterio permanere conſtituerat. Sed & virginibus ſaeris, quarum ad ipſum cura ſpectabat, permiſit, ut quando præſens ita poſcebat neceſſitas, C e monaſterii ſeptis egreſſæ, ad aoros ac neceſſarios ſuos Catholicos diverterent, quo ſic earum & ſaluti & pudicitiæ conſuleratur. Nam eas, quæ in alias civitates Catholicas abire ſibi tutius exiſtimabaot, jam pridie dimiſerat.

CAP. IV. Sparſis Geuſiorum ad fallendum rumoribus,

9 Inter hæc mendaciſſimus rumor Geuſiis auctoribus tota civitate ſpargitur, Dordraci, Alcmariæ, inque aliis oppidis, quæ Geuſiorum poteſtati ceſſiſſent, omnia, quæ ad religionem Catholicam pertioereot, ioviolata & ſalva relinqui, monachorum & Eccleſiaſticorum læſi neminem, nedum aliorum quemquam civium Catholicorum, denique libertatem ſuæ cuique religionis omni ſecuritate permitti atque concedi. Et ut plebis animos tributi cujuſdam, ut diximus, occaſione dudum a regiis gubernatoribus alienatos, ae non parum erga ſe inclinatos, potentius etiam in ſuarum partium favorem pertraherent, aſſeverant, fore ut annonæ pretia, ſimulatque Geuſii rerum ſummam tenerent, remitterentur; quemadmodum factum jam in locis illorum poteſtati ſubjectis, ſimili prorſus vanitate jactabant. Quamquam commeotum illud non ex nihilo natum erat. Nam Geuſii plurimum frumenti quibuſdam eorum locorum agricolis per vim abſtulerant; idemque frumentum vili pretio diſtractum ab iis in plebem poſtea fuit, uti plerumque ſolent res furto vel rapina quæſitæ. Ex eo facto ſparſus eſt annonæ laxatæ rumor, Ut autem etiam opinionem aliquam ſanctitatis inde venarentur, ejus frumeoti partem in egenos diſtribuerunt; tale nimirum hae ſua largitione Deo ſacrificium offerentes, quale juxta Sapientem, qui filium mactat io conſpectu patris. D

10 Ceterum iſtiuſmodi rumoribus cordatiores quam minimum movebantur, haud neſcii, non ob aliud, quam ad fallendam plebeculam talia ab illis vel fieri vel excogitari. Nam & fama veracior certiorque multum ab his diverſa jam aote nuntiaverat; & quidam Franciſcanus, Alcmaria profugus, recentiſſime Gorcomium advenerat, oculatus teſtis eorum, quæ a Geuſis illic gerebantur. Referebat is inter alia, quemadmodum Geuſii monaſterium ejus loci Fratrum Minorum invaſiſſent, Fratres ipſos comprehendiſſent, comprehenſos ac vinctos atque innumeris injuriis affectos tamquam patriæ proditores abduxiſſent; uni e Fratribus, ex morbo graviter decumbenti, lectulum, in quo jacebat, ſubtraxiſſent, ipſumque velut canem humi projectum reliquiſſent. Nec dudum quidem, ſed aote biduum, id eſt, pridie S. Joannis Baptiſtæ facta hæc affirmabat. Auxit ea res metum (nec immerito) Fratribus Gorcomianis, apud quos hæc referebantur. Porro ſub veſperam ejus diei rurſum interpellatus a ſuo nepote Nicolaus, ut ſibi caveret; oullis obſecrationibus adduci potuit, nt eam ſolam noctem extra monaſterium ageret, affirmans, numquam ſe commiſſurum, ut vel tantillum Fratres ſuos deſeraat. Poſtero die, qui erat Junii xxvi. aucto periculo, quod Geuſii jam ex proximo cum navibus urbi immineront, occupata videlicet tam ſuperiori, quam inferiori parte fluviis; iterum a Fratribus ad Guardianum concurritur. Neque enim adhuc, etſi pridie facta ejus rei poteſtate, e monaſterio diſceſſerant. Ille, tametſi magno animi dolore preſſus, quod non videret, qua ratione ſuos extra periculum collocaret, iterum eos in commune, quantum poteſt, conſolatur, & forti ae fidenti animo eſſe jubet, iterumque diſcedendi, quo vellent, poteſtatem omnibus facit. E F

qui ipſorum eruditiores geſtis plane reſiſtebant.

11 Mox univerſam librorum ſupellectilem, quæ non exigua erat, & veſtes ſacras, aliaque divioi cultus ornamenta quam ociſſime io arcem deportari mandat. Hanc enim vir nobilis Gaſpar Turcus, qui regio nomine eam tenebat, & toti territorio Gorcomienſi præfectus erat (vulgo Droſſardum vocaot) conſtituerat adverſus vim boſtium tueri, donec ſperatæ ſuppetiæ adventarent. Nam filium ſuum Guilielmum Turcum cum copiis a Comite Buſſutano, Trajectenſium ad Rhenum Regio tunc gubernatore, io horas exſpectare ſe affirmabat; & oſtenſis litteris Comitis, quibus id promittebatur, hac ſpe Catholicos, qui ad ſe in arcem confugerant, animabat. Porro cum e Fratribus quidam (inter quos Viceguardianus) urbem volentes egredi, portas elauſas inveniſſent, impetrare nullo pacto potuerunt ab iis, penes quos erat elavium cuſtodia, nt dimitterentur. Quare tum illi, tum alii Fratres io manifeſtum diſcrimen propter negatum e civibus diſceſſum vocari ſe viden-

ait ſibi a Nicolao ſuos ad ſuorum deſtructionem duci.

A dentes, una cum Patre Guardiano ſeſe in arcem recipiunt, tribus tantum exceptis, quibus propoſitum erat in monaſterio remanere: eum quibus & Guardianus ipſe manere maluiſſet, hoſtium exſpectaturus inelementiam, niſi magis officii ſui eſſe putaviſſet Fratrum conventui, quem major numerus repræſentabat, adhærere; præſertim cum tres illi, quibus viſum erat remanere, nulla neceſſitate id facerent, ſed facile poſſent, ſi voluiſſent, ceteros Fratres in arcem comitari.

CAPUT II.

Inſignes duo Parochi Gorcomienſes incaſſum cives exhortantur ad tuendam religionem & fidem Regi debitam; deditur Geuſiis Gorcomium, & poſt non longam oppugnationem etiam arx, pactis conditionibus mox violatis.

B

CAP. V. *Præſtandi Pastorum munera.*

ERant in ea civitate Parochi duo, Leonardus Vechelius & Nicolaus Poppelius, ambo viri præſtantes, utpote ſacrarum Litterarum egregie periti, & vitæ integritate conſpicui, quique gregi ſuo ſalubriter paſcendo vigilantiſſime præerant. Sed Leonardus, præterquam quod diutius præfuerat, ætate, doctrina, eloquentia potior, majorem erat auctoritatem apud populum conſecutus. Hi, quamdiu ſpes adhuc aliqua ſervandæ civitatis ſupereſſe videbatur, nihil prætermittebant, quod ad excitandos & confirmandos civium animos pro civitatis ac religionis defenſione præſtari a ſe poſſe exiſtimabant. Primum mœnia obeunt, & majores ac minores quoſque civium, quibus cuſtodia portarum & murorum defenſio demandata erat, hortantur ad virilem conſtantiam. Inde in forum progreſſi, quo jurati ſclopetarii cives reipublicæ cauſa convenerant, eos gravi oratione monent, orant, obteſtantur, ut hoc jam rerum diſcrimine viros ſe probent, ſtrenue pro ſacra religione certent, fidem Regi & civitati ſolenniter ſanctèque juratam libe-

C rent. Verum etſi non deerant, quorum in animis efficax eſſet Paſtorum admonitio; plerique tamen diverſis affectibus jam dudum præpediti, neque aures neque animum ſatis advertere viſi ſunt ad ea, quæ ab illis dicebantur: nonnulli etiam riſu ſalutaria illorum monita excipiebant.

ad conſir mandos in fide cives.

13 Poſteaquam igitur apud cives omnia Parochi fruſtra tentaſſent, & multitudinem ſic animatam viderent, ut a Geuſiis, una cum libertate religionis omnia proſpera promittentibus, in urbem recipiendis nequaquam abhorrerent; in arcem, quo jam ante confugerant, & noctibus aliquot ſuperioribus ſecuritatis ſuæ cauſa manſerant, revertuntur, ſummopere dolentes, quod contemptis ſanis Paſtorum conſiliis, oves male ſanæ luporum dentibus dilaniandas ultro ſeſe ingerere vellent. Sub idem tempus in arcem ſe contulerunt ex civibus Catholicis inſigniores nonnulli, quibus impiorum hoſtium adventum exſpectare minus tutum videbatur; inter quos erant Nicolai Pici ſororius & ex ſorore nepos, quorum ſupra meminimus. Alii quidam Catholici, dum neceſſariis quibuſdam rebus in arcem adferendis occupati, ultro citroque diſcurrunt, arce excluduntur, quod jam conſtaret, hoſtem intra mœnia receptum eſſe. Quod ut quam ociſſime fieret, erant inter cives, qui ſtudioſe confingerent, Hiſpanum militem, qui Roterodami per id tempus in præſidio erat, urbem illam totam incendiſſe. Metuendum, ne ſimiliter ab iis tractaretur Gorcomium: proinde Geuſio militi quamprimum portas aperiendas, qui Hiſpanum, ſtatim alioqui ſuperventurum, ab eo tam atroci facinore prohiberet.

D A. GUIL. ESTIO.

qui falſis rumoribus fallebat.

14 Spargebant & alios iſtiuſmodi rumores in vulgus, ad id, quod volebant, exſequendum opportunos. His artibus cum Geuſianæ factionis ſtudia vehementius accenderentur, res eo tandem proceſſit, ut fruſtra renitentibus Catholicis, ſub horam ſecundam ejus diei pomeridianam Geuſii, qui foris exitum internæ diſſenſionis operiebantur, reſeratæ fuerint civitatis portæ; nec id quidem ullis dictis conditionibus, quod eam paciſcendi moram furor & violentia ſeditioſorum civium non permitteret. Ducebat Geuſium militem Marinus Brantius, Flander, dudum abjectæ atque infimæ conditionis homo, nempe qui muniendis ac reficiendis advarſus inundationes aggeribus ſodiendo, & interdum rem nauticam exercendo vitam toleraſſet. Sed audacia & ingenii quædam promptitudo præſtiterant ei, ut apud perduelles aliquo eſſet loco. Quamquam ſe dignum erat agmen nactus, videlicet ex fece terræ mariſque collectos aliquot nebulones, indignos qui militum nomine cenſerentur. Fuerant enim plerique eorum in piratica exercitati jam diu ſub Guilielmo Lumnio (ut vocabatur) Comite a Marca, nulla alia ſtipendia merentes, quam prædationes liberas. Unde & nomeo apud noſtrates receperunt. Cum his igitur ingreſſus in urbem Marinus, mox forum occupat: eo ſtatim cives omnes pulſu campanæ convocat. Tum jusjurandum omnibus proponit in hæc fere verba: Jurarent fidem ſervaturos ſe Regi, regioque provinciarum Belgicarum præfecto, Guilielmo Naſſavio, Orangiæ Principi. Ceterum Duci Albano, ut tyranno, omnibuſque, qui partium ejus eſſent, pro virili reſtituros: Defenſuros item ſacroſanctum Evangelium (hoc enim ſpecioſo titulo profanam ſuam novitatem vulgo commendare ſtudebant) ejuſque hoſtibus hoſtes futuros. Hæc qui probarent, jubentur manu ſublatis in altum pileis aſſenſum ſignificare.

E

F

corpora dedicti omnia facturos.

15 Tunc igitur, pene omnes, qui præſentes aderant (aderant autem plurimi) pileos in altum ſuſtulerunt, ad eum modum ſacrilego ſe ſacramento miſeri perduellibus atque hæreticis obſtringentes. Nec id ſatis. Jubentur etiam novis dominis acclamare: Vivant Geuſii. Nec mora, magnis vocibus acclamatum eſt. Poſt hæc tam optata initia, ſatiſque ex iis, uti videbatur, perſpectos civium animos, Marinus, coacto ſenatu, conſilium

A filium capit de arce expugnanda : in quam, præter illos, quos ante commemoravi, se receperunt & alii aliquot Eccleſiaſtici viri, & civium Catholicorum non pauci cum uxoribus & liberis, ea quidem ſpe, quod putarent, arcem firmam ac munitam haudquaquam facile hoſtium violentiæ ceſſuram; aut, ut maxime tandem ceſſura videretur, ſubſidium a filio Præfecti in tempore adfuturum, quod eos obſidione pariter & diſcrimine liberaret. Erant autem omnes illi fere ejuſmodi, quibus & Catholica religio & debita erga legitimum Principem obſervantia cordi eſſet, adeo ut improbi quidam, poſt receptos in urbem Geuſios, horum periculo nequiter inſultantes, inter ſe talia jactarent: non potuiſſe quemquam præcipuos omnes Papiſtas melius ſeligere ac ſegregare, quam quomodo nunc ſemetipſi ſegregaſſent; eaque re vehementer gaudere ſe ſignificabant, quod deleri eos omnes perfacile eſſet, quando ſoli atque a promiſcua multitudine ſeparati, uno in loco concluſi jam tenerentur.

B 16 Porro qui in arce erant, cum animadverterent, rerum ad ſeriam arcis defenſionem neceſſariarum pertenuem eſſe apparatum, & nec fabros nec chirurgum quidem ullum adeſſe, qui ſaucios curare poſſet; nec aggeres adverſus hoſtium aggreſſionem objectos: rebus ſuis jam tum diffidere, atque animum remittere plerique cœperunt, in ſolo fere ſubſidio, quod exſpectabatur, ſpem omnem reliquam habentes. Quamquam interim ſibi gratulabantur pii Catholici, quod illo execrabili jurejurando non eſſent conſtricti; ſatius eſſe docentes, cum viris Deo ſacratis, ſacerdotibus, inquam, & monachis mortem perpeti, quam cum hæreticis nefario fœdere colligatos vivere. Præfectus arcis in forum, quod a Geuſio milite tenebatur, æneum tormentum exploſit ſemel & iterum, hoſtem ſe illis eo pacto declarare volens. Hi contra, dedi ſibi arcem continuo poſtulant. Qua re incunctanter negata, parare aggrediuntur ea, quibus ad oppugnationem opus erat. Verumtamen Marinus, ita ſuadentibus quibuſdam e civium numero cordatioribus, D non ante vi tentandam putavit arcem, quam litteris ad arcis Præfectum miſſis, ejus animum certius exploraret, atque etiam ad faciendam deditionem ſollicitaret. Eas litteras perferendas dederunt Franciſcano cuidam laico ex iis, qui in civitate remanſerant, quod ei & facilius creditum iri ab his, qui in arce erant, & propius ad arcem accedenti minus fore periculum exiſtimaretur. Quo cum ille eum litteris acceſſiſſet, & a quibus & quam ob cauſam miſſus eſſet, ad eos, qui in arce erant, inclamaſſet; Turcus præfectus renuntiari juſſit, ſe litteras nullas accepturum ab iis, qui regiæ Majeſtati per rebellionem arma inferrent.

Præfecti reſponſo irritati,

17 Hoc accepto reſponſo, Frater laicus, ut quoquo modo ſua legatione perfungeretur (quod illi pro tempore faciendum occurrebat) litteras, quas manu tenebat, utpote non obſignatas, aperuit, & elata voce legit ad eos, qui in arce ſtabant ad portam proximi. Pollicebantur litteræ Præfecto dignitatem ſuam atque officium ſalvum, ſi in arcem reciperet præſidium Principis Orangii. D Ceteris item ad unum omnibus, qui in arce erant, vitam incolumem, bonaque omnia ſalva, & liberum ex arce diſceſſum, ſi eam Orangianis dederent. Ex quo certius atque ſecurius ea res tranſigi poſſet, petebatur iiſdem litteris, ut Præfectus in curiam, ubi eum ſenatus cum duce militis Orangii præſtolaretur, ad colloquium deſcenderet. Ad ea reſponſum fuit in hunc fere modum: De arce dedenda ne quid ſperarent; ſibi ad defenſionem nec animum nec vires defuturas. Quod ſi cum Præfecto colloquium expeterent, ad eum in arcem venirent. Id enim multo juſtius eſſe, propterea quod ipſe regio nomine præfecturam in eos gereret. Eo reſponſo, ſeu quod ab internuntiis ferocius dictum, ſeu quod a ſimplici fratriculo parum commode relatum eſſet, irritati qui in ſenatum convenerant, illico parari atque expediri quam E diligentiſſime jubent, quæcunque ad expugnandam arcem videbantur opportuna. Quibus quam celerrime comparatis, & machinis æneis ad ea loca, unde facilior ad invadendam arcem via fieri poſſet, adductis, appetente jam veſpera, magnis viribus animiſque cœpta eſt a Geuſiis oppugnatio.

CAP. VI. Arcem ſibi dedi poſtulant Geuſii.

18 Nec minus fortiter reſiſtunt obſeſſi, crebra & terrifica in adverſum hoſtem tela mittentes. Verum quia paucitate laborabant (neque enim milites ſtipendiarios ſupra viginti eo tempore Præfectus habebat; ceterorum autem manus armis tractandis minimum aſſueverant) prohibere non potuerunt, quo minus hoſtis uſque ad portam arcis extimam pervaderet, eamque flammis injectis incenderet. Quamobrem neceſſitate compulſi, totam eam planitiem, quæ extremo muro claudebatur, & civitatem proxime reſpiciebat, atque ab arce reliqua aliquanto interjecto ſpatio diviſa erat, hoſti permittentes, retro abierunt in ſecundam arcis regionem. Sed cum hoſtis eo ſucceſſu erectus & loci commoditate adjutus, atque inſuper multorum ex plebe, quibus res novæ cordi erant, acceſſione auctus, obſeſſos jam & arctius premeret & acrius oppugnaret; nec ſubſidiarius miles din exſpectatus uſquam appareret, ea quoque regione ante mediam noctem derelicta, in præcipuam ac firmiſſimam totius caſtri partem, cui a lapidis colore cæruleæ turris nomen erat ſe recipere F coacti ſunt.

cum tertio virilius opugnant.

19 Ea namque totius loci diſpoſitio erat, ut ex urbe in hanc turrim, niſi tribus foſſis latis & aqua plenis prius tranſmiſſis, perveniri non poſſet, quæ juſto inter ſe ſpatio diſtantes, duas, quas dixi, regiones comprehendebant; hanc turri, illam civitati, ambas autem ſibi invicem ponte conjunctas, & utramque a fronte portis & muris protectam. Ipſa porro cærulea turris orbicolari figura juſtam complectebatur amplitudinem, & ab imo uſque ad faſtigium ex lecto marmore exædificata, pulcrum atque auguſtum præbebat intuentibus ſpectaculum. Hanc Præfectus non omnino deſperabat ſe tueri ac retinere tantiſper poſſe, dum filius cum exſpectato ſubſidio adventaret. Verum illo tardante, atque hoſte jam de proximo ſumma vi ad expugnationem arcis conitente; præſidiarii milites, ſpe retinendæ arcis abjecta,

Præfecto non minus acriter reſiſtunt.

Præ-

A Præfectum deſerunt, arma projiciunt, palam fatentur, pugnare ſe nolle; nonnulli quoque eorum clanculum ad hoſtem ſe recipiunt. Contra Præfectus, qua erat animi magnitudine, vel ſolum ſe pugnaturum, atque hoſti reſtiturum ad extremum uſque vitæ ſpiritum affirmabat, ſi a ceteris omnibus deſereretur; addens nihil fidei, neque clementiæ ſperandum ab hoſte rapinis, cædibus & ſacrilegiis aſſueto.

CAP. VII. qui demum ſuorum animi moribus fractus.

20 At vero alia parte fœminæ, quæ in arcem confugerant, ſuis altis ac luctuoſis clamoribus, quos ex periculi magnitudine timor exprimebat, Præfectum haud mediocriter obtundebant. Sed & uxor ac filia collum amplexibus ſtringentes, enixiſſime eum obteſtabantur, deditionem uti faceret, ac ne ſuam ſuorumque ſalutem pertinaci animoſitate in certiſſimum diſcrimen adduceret. Quas ille iratus ab ſe repulit. Cum autem ex viris etiam præcipui quidam, iidemque neutiquam ignavi, ſuaderent Præfecto (quem deſperare de arce retinenda jam ex quibuſdam ejus verbis animadverterant) ut pactis cum hoſte conditionibus arcem dederet; Guardiano tamen minime placuit eam dedi fidei hæreticorum. Neque fidem eis habendam cenſuit, quantumvis dejerantibus; certo perſuaſus, eos, qui datam Deo fidem violaſſent, nec hominibus inviolatam ſervaturos. Quamobrem nihilo ſegnius & ipſe munitionis atque inſtaurationis operi inſiſtebat, & ſocios ad idem opus cohortabatur, urgebatque etiam tunc eum miles ſtipendiarius animo fractus officium defenſionis detrectaret. Sed cum hoſtis de ſtudio oppugnationis nihil remitteret, ideoque obſeſſis periculum in ſingula pene momenta creſceret, cumque inſuper inexpertorum animus vehementer perterrefacerent ingentia bombardarum tonitrua & fulmina, adeo crebra & continua, ut arx ipſa & a fundamentis concuti, & velut in mediis flammis poſita, tota ardere videretur; non potuit paucorum virtus efficere, quo minus deditionis conſilium obtineret, prævaleſcentibus nimirum aliorum utriuſque ſexus hominum continuis clamoribus, flagitantium, ut quomodocumque per deditionem ſaluti omnium in commune conſuleretur.

B C

cum hoſtibus fœdus frequi poſtulant.

21 Quibus etſi diu non ſine pertinacis ſpecie reſiſteret Præfectus; ad extremum tamen paſſus eſt animum ſuum expugnari. Itaque placuit peti colloquium cum hoſte. Cui primum oblata eſt arcis deditio, capitibus boniſque ſalvis. Quod cum Geuſii abnuerent, poſtulantes tam vitam, quam fortunas obſeſſorum omnes ſuo arbitrio permitti; rurſum obſeſſis animus crevit ex periculo. Qui manu pro ſalute decertandum ſibi cutius ſimul & honeſtius rati, mox de integro tormenta ænea in hoſtem diſplodere aggrediuntur. Contigit ergo decurionis cujuſdam, hominis ſtrenui, eum in arcem invadere uiteretur, frontem ictu globi ferrei diverberari. Quo ille vulnere accepto, ſtatim mortuus concidit. Igitur cum viderent Geuſii, ſiquidem vi expugnanda arx eſſet, eam victoriam ſibi minime incruentam fore, ſubſidium quoque quod in horas exſpectabatur, omnino antevertendum ſibi eſſe ſta-

tuerent; mitiore conſilio uſi, & capitis periculo obſeſſos liberantes, arcis deditionem cum iis pacti ſunt, Marino ipſorum duce diſerte & conceptis verbis jurante, omnibus, qui in arce eſſent, tam Eccleſiaſticis, quam laicis (nemine prorſus excepto) vitam incolumem ſervatum iri, ſeque eos omnes liberos ex area dimiſſurum. Ceterum bona quæcumque inibi reperirentur, victori in prædam ceſſura jam convenerat. Facta igitur eſt arcis deditio paulo poſt medium ejus noctis, quæ ſextum diem Kalendas Julii proxime ſequebatur.

D A. Guil. Estio.

CAP. VIII. BB. Monachi veſtimenta, quæ depoſuerant, reſumunt.

22 Porro durante adhuc colloquio, cum viderent Fratrum Minorum Guardianus arcem jamjam hoſtibus deditum iri, habitum profeſſionis ſuæ rurſum ſe induit. Fecerunt idem ejus hortatu & ceteri Fratres. Siquidem plerique eorum religioſum habitum depoſuerant eo conſilio, ut ne veſtitu notabili, apud hæreticos odiolo ac tantum non execrabili, periculum ultro ſibi accerſere viderentur, potiſſime vero ne, dum in arcis defenſione varie occupantur, ab hoſtibus conſpecti, de induſtria præ aliis bombardarum ictibus peterentur, ſed indiſcriminatim æquo periculo cum ceteris propugnatoribus verſarentur. Neque vero lege ulla vel conſtitutione vetitum eſt veſtem mutare, ſi quando juſta neceſſitas id poſtulet. At neque illis facti ſui deerant exempla, ne domeſtica quidem. Nam quinque Martyres Franciſcani, quos anno MCCXX. vivente adhuc B. Franciſco, Sarraceni occiderunt, cum in eorum partes Chriſti fidem prædicaturi proficiſcerentur, quo facilius illuc uſque penetrarent, ſecularibus aſſumptis veſtibus, habitum ſuum religioſum ad tempus occultaverunt. Quorum paulo poſt audito martyrio, B. Franciſcum cum gaudio dixiſſe ferunt: Nunc vere dicere poſſum, me quinque habere Fratres. Ceterum hoſte jam arcem ingreſſuro, cui tamquam potentiori facile eſſet ſingulos tenere atque internoſcere, non putarunt viri religioſi ſuæ religionis habitum ultra diſſimulandum eſſe, quando etiam pro ipſa Catholica religione videbant ſibi mox decertandum fore.

E

F

armit ſpiritualibus ad certamen ſe parant.

23 Suis ergo veſtibus reſumptis, alius alii peccata Chriſtiano more confitentur, in hoſtium expectatione poſiti, ut reconciliatione ſuper delictis etiam levioribus accepta, purgatis & ob id paratioribus animis, ſævos hæreticorum inſultus ſuſtinere poſſent. Factum hoc pie imitati ſunt ſecularium quidam; quos etiam Nicolaus parochus participes fecit ſacræ communionis Corporis Chriſti, quod ille pia ſolicitudine e templo civitatis in arcem detulerat, ne per ludibrium ab hæreticis, quæ iis impia conſuetudo eſt, indignis modis tractaretur. In ſumma omnes fere quotquot in arce erant, quod hoſtium fidem meritio ſuſpectam haberent, ita ſe comparant velut ſtatim morituri. Porro Geuſii jamjam illuc ingreſſuri, iterum atque iterum ſanctiſſime promittunt, pacta juraia ſe ſervaturos. Ipſe eorum dux Marinus rurſus ad introitum portæ dexteram uni eorum, qui intus ad portam ſtabant, Heſſelio Eſtio porrigens, hæc verba prolocutus eſt: Nolite metuere; Quod promiſi, promitto etiam nunc, fidemque meam cum jurejurando

A rando obſtringo, me omnibus, qui in arce
A. Guil. Estio. ſunt, minoribus atque majoribus, & tam Eccleſiaſticis, quam laicis pacta omnia ſervaturum. Tantum opus, ut paululum adhuc iſtic ſubſiſtatis.

In eos pontifices ira erumpit Geuſii.

24 Quo dicto, cum ſuis introgreſſus, cogit omnes, quotquot in arce erant, in hypæthrium ſuperius. Erat ea planities in arce media ſubdialis quadrata. Tunc illuc quoque mox impetu ingreſſi milites inſtar rapacium ferarum, in captivos irruunt, veſtes ſingulorum & loculos ſcrutaturi, ſi forte quid nummorum illi apud ſe retinuiſſent, ut id totum auferrent. Inter hos milites erant non pauci, qui multo ante propter læſam divinam regiamque Majeſtatem in exilium vel pulſi fuerant, vel metu ſponte diſceſſerant. Hoc genus inſeſtiſſimum jam inde ab initio captivitatis ſenſere viri Eccleſiaſtici, præcipue vero Fratres Minores, quos illi inclementer admodum atque indigne trahentes exagitanteſque, curioſiſſime ſcrutabantur, pecuniam apud eos quærentes, qui ſuo inſtituto ac profeſſione, pecuniarum adeo ſunt inopes, ut earum contactu abſtineant. Sed enim auferre ab eis, quod non habebant, nulla vi potuerunt. Præ ceteris autem Vice-Guardianum, nomine Hieronymum, gravem atque honorabilem ſenem (ob id forte, quod Guardianum eſſe ſuſpicarentur) inſectabant, prehenſo pectore cum violentia tractantes & vexantes hominem, ut ab eo nummos, quos pauper Chriſti nullos habebat, extorquerent. Non multo poſt captivi in culinam omnes retruduntur. Inde rurſum aliquanto poſt propelluntur in atrium quoddam amplum & ſpatioſum.

B

Gorcomienſis erecti magna impietas.

25 Huc ingredienti Marino, & (quo ſe victorem ac terribilem captivis oſtenderet) ſtrictum enſem ſublatum dextra tenenti, quidam Gorcomienſis civis, una cum militibus in arcem ingreſſus, accenſum funalem cereum (quoniam adhuc nox erat) præferebat, his verbis uſus: Eodem prorſus modo, ut nunc ante dominum Capitaneum, inceſſi nuperrime publica in ſupplicatione cum hac ipſa teda ante ſanctum Sacramentum. Atque adeo quartus ego hanc arcem ingredi modo auſus fui. Hæc ille non minori impietate, quam impudentia palam apud captivos cives ſuos jactabat, manifeſte prodens vel deteſtabilem hypocriſim ſuam, vel inſignem animi levitatem, qui in re tam gravi & ſeria intra tam breve temporis ſpatium, quod a feſto Corporis Chriſti fluxerat, tam ſe ſui diſſimilem ſibique contrarium oſtendiſſet. Quamquam quod ille verbis, id alii plurimi per idem tempus factis & reipſa declararunt, quando tanta facilitate, ſeu levitate potius, quantam nemo ſatis mirari queat, diverſam ab ea, quam ante coluerant, religionem vel admiſerunt, vel etiam obviis, quod ajunt, ulnis amplexati ſunt.

C

D

CAPUT III.

BB. Minoritæ, reſumptis Ordinis veſtibus, ad certamen ſe præparant, cum aliis captivis, quos contra juratam fidem peſſime habent hæretici, opprobriis & convitiis flagella Dei facti, & Religioſis potiſſimum infeſti.

IN atrio memorato captivorum omnium nomina calamo excipiuntur, traditurque deſcriptorum catalogus in eorum manus, qui inter cives ſeu depravatæ ſeu dubiæ religionis habebantur præcipui, Siquidem in vicinum conclave jam e civitate convenerant cum nonnullis alii duo primarii ſenatores, jam novitiæ religioni, quam Geuſiorum factioni non parum addicti. Quæ res etſi tum quidem captivos lateret, vehemens tamen iis erat ſuſpicio, propterea poſtulari ſua nomina, ut quoniam novis iſtis hoſpitibus erant ignoti, nominum deſcriptorum catalogus civibus exhiberetur, quorum indicio proderentur, ſi qui forte ex eis aliquando illius factionis homines dicto factove gravius læſiſſent. Eam ſuſpicionem res ipſa confirmavit. Mox enim è captivorum grege nominatim evocatur una cum filio vir quidam egregie Catholicus, Theodorus Bommerus; cui, quod hæreticorum pernoviſſet ingenia, ideoque fidem eorum merito ſuſpectam haberet, neutiquam placuerat deditionem fieri. Huic autem præ aliis erant infenſi cives Geuſii; vel quod cum ſibi ſuiſque conatibus adverſantem ſæpe experti fuiſſent, vel eo maxime, quod ipſum eſſe ſcirent, qui pridie Geuſiis in flumine ante arcem & civitatem ſuperbe velificantibus, compilatores illos templorum & ſacrorum calicum ſurreptores alta voce inclamaverat.

CAP. IX. *Duo cives bene Catholici.*

E

F

contra jus datum fidei in furcam agitur.

27 Non id quidem immerito. Namque hujuſmodi ſe ſalutationibus dignos eſſe reipſa illo ipſo temporis momento declarabant, dum ſacros calices impuris manibus in altum tollentes, propalam è navibus oſtenderent, atque iis, ut olim ſacratis Dei templo vaſis Babylonii, Rege Balthaſare, ad profanas comporationes deteſtabili ſacrilegio in oculis omnium abuterentur, & ſacrum vexillum, quod Eccleſiaſticis ſupplicationibus præferri ſolet, in ſummitate mali pro ludibrio collocatum haberent. Verumtamen talia cum publice facitarent, audire hoc, quod erant, quodque eſſe ſe factis evidentiſſimis monſtrabant, noluerunt: quin vero veris illis appellari ſe nominibus tulerunt acerbiſſime. Memoratum igitur Catholicum virum, peculiari carceri mancipatum, non multo poſt, contra datam & juratam non ſemel omnibus captivis fidem, in medio civitatis foro ſuſpenderunt, adjuncto ei alio quodam cive Catholico. De quorum injuſto ſupplicio dicemus infra pleniua. Porro ad captivos in atrio poſitos multi cives hæretici ex eorum numero, qui du-

dum

A dum Catholicos acerbis odiis infectati fuerant, per intervalla accedunt, victis petulanter atque hostiliter insultantes, & cum exprobratione minas ingerentes, quorum aliis eo tam bello, ut ipsis videbatur, spectaculo abunde recreatis ac recedentibus, alii similiter se recreaturi mox succedebant. Ceterum in viros Deo sacratos præcipue, id est sacerdotes & monachos, illi maledicentiæ suæ virus expuebant.

Præfecti arcis quæmodo asperſa & inaudita, etc.

28 Inter hæc Præfectus arcis, captivorum unus, interrogatus a quibusdam, quare tanta animi obstinatione arcem defendere & servare voluisset; respondit id eo feciſſe, quo fidem, qua Regi cum jurejurando obstrictus erat, inviolatam servaret. Iterum interrogatus, quare gregem sacerdotum ac monachorum ad se in arcem recepisset; respondit, illos sibi bonos amicos esse, eoque ad se confugisse, ut vitam salvam haberent. Bonis amicis periclitantibus portas occludi minime oportere. Tertio rogatus, cur fratres ipsorum Joannem Maseicanum, & Bernardum Sartorem extremo supplicio affeciſſet; respondit, per justitiam publicam id abs se factum, atque ita pro sui officii ratione facere se debuisse, quippe qui administrator justitiæ fuisset eo loco constitutus a Rege. Fuerat autem in hos duos, propterea quod in suis ædibus hæreticos concionatores fovissent, ex sententia regii senatus gladio animadversum. Illum igitur è vestigio compedibus dure constrictum oneratumque satellites in carcerem abducunt, ne uxori quidem permissa potestate virum suum accedendi, tametsi jam præ tot molestiis incommoda valetudine affectum, ut uxoris solatio ac refocillatione magnopere opus haberet. Erat autem revera vir ille & Catholicæ religionis imprimis observans, & hominum Ecclesiasticorum amator. Cui postea Geusiorum præfectus tale perhibuit testimonium, ut de eo diceret ad quemdam, esse sum adeo insigniter atque intime Papistam, ut si cor ei discinderetur, nil præter sacrificos & monachos inibi reperiretur. Neque hac in parte marito cessit uxor, pietatis admodum studiosa mulier, & sanctimonialium aliquot filiarum mater.

B

C

CAP. X. Acerbitates horum in Catholicos exercitæ.

29 Jam vero dici non potest, quæ convitiorum tela, quamque sævas atque atroces minas homines illi improbi & ab omni humanitate vacui in miseros captivos, qui fide ipsorum freti se dediderant, ac potissimum in sacerdotes ac monachos, certatim cumulatimque contorserint. Si nos, inquiebant, in vestra essemus potestate, nullum profecto tormenti genus opinione vestra satis esset acerbum & crudele nobis excruciandis atque e medio tollendis. Certe vivos nos ignibus exurendos traderetis. Quo circa vicissim vos cogitate, quas nunc pœnas daturi sitis. Nam vestræ nunc vices aguntur. En videtis & experimini manifestam adversum vos Dei vindictam, qui si nobiscum non esset, & pro nobis non faceret, quonam pacto fieri queat, ut nos numero tam pauci arcem tam munitam caperemus? En quomodo unus nostrum superat & in fugam vertit mille vestros? Nempe quia recessistis a Domino Deo: ideo ab eo nostras in manus traditi estis. An non octoni aut deni nostri totas civitates in suam redigunt potestatem? Nimirum ipsa nunc experientia satis vos docet, compleri in vobis iram Dei, & graves illas commi- D
nationes in Scripturis prædictas; eo quod in le- A. Gall. Estio.
ge ejus nolueritis ambulare. Nunc ergo tempus est, ut meritas pœnas luatis. Sic illi barbare simul & impie miseris insultabant, non cogitantes se tamquam flagella Dei & virgas furoris Domini, quibus ille pro castigandis populi sui peccatis ad tempus uteretur, ad extremum projiciendos in ignem, diabolo & angelis ejus præparatum.

an flagella Dei essent ostendunt,

30 Quid tamen illi aliud istiusmodi verbis, quam Catholicos esse populum Dei, cujus paternis flagellis emendati, velut olim Israelitæ, tandem promissam capiant hereditatem; se vero ad eorum pertinere consortium ostendunt, quos a spe regni cœlestis alienos atque paternæ hereditatis exortes, vel in hoc seculo divina justitia negligit, ut in futuro gravius puniat, vel bujus quoque vitæ malis oppressos sed incorrectos, ad gehennæ supplicium transmittit, numquam finiendum. Quales olim fuere, per E
quos subinde populum suum affligi voluit Deus, Ægyptii, Assyrii, Chaldæi: qualis Antiochus ille, cui post temporariam populi Judaici castigationem, quam per ejus immanem sævitiam misericorditer & juste Deus exercebat, severum atque intolerabile Dei judicium mox adfuturum, fortissimi Martyres, quos exquisitis excruciabat pœnarum modis, inter ipsa tormenta divino spiritu moti non tacuerunt. Quales item qui posteriotibus seculis, post primos illos Christianæ fidei persecutores, Ecclesiam, permittente Deo, vastaverunt, Gotthi, Hunni, Vandali, Longobardi. Qualis denique ipse diabolus cum angelis suis, qui post consummatum opus multifariæ tentationis electorum Dei, in ignem æternum sibi fuisse paratum mittetur.

qui non fortitudo, sed alterius partis fidei vitio caret.

31 Quamquam quod de sua admirabili virtute & cœlesti auxilio jactabant, plane ridiculum est. Non enim civitates vi expugnabant, ut hinc eorum appareret fortitudo: sed ab amicis fautoribusque suæ factionis, hæreticis, inquam, & Geusiis, quorum ingens ubique copia succreverat, apertis portis, resistente nemine, passim in urbes advocabantur. Hoc si F
urbes expugnare est & fortiter agere, ita quidem sana eos in fortium virorum classe reponemus. At vero dum ita, ut dixi, Geusiorum quidam captivorum miseriæ illudunt, alii nihilo mitiores per hypocrisim rogabant priores illos, ne tantopere victis infesti essent; futurum enim, ut in ipsorum sententiam parteſque concederent. Tum rursus illusores illi, vultu ad lenitatem composito; O si id faciant, inquiunt, honoribus eos omnes ornabimus. Alium in hac civitate publicum ecclesiastem faciemus: alium atque alium aliis in locis eidem muneri præficiemus, aut certe ad alia officia dignitatesque provehemus. Inter hæc hæreticorum ludibria captivorum nemo verbum edidit, sed exemplo agni illius immaculati, qui cum ad crucem immolandus duceretur, non aperuit os suum, omnes silentium tenuerunt, velut & ipsi mox ad lanienam abducendi. Elucebat autem inter eos corona Fratrum Minorum una confidentium, ante quos instar gallinæ pullos suos protegentis positus, ipsa tenebat principia præfectus eorum Nicolaus

A Picus; qui & primus omnium paſſionis certa-
A. Guil. men auſpicatus eſt.
Estio. 32 Erat inter ſacram ſupellectilem, quæ in
Eorum in ſanctos ſævitia petulantia. arcem allata fuerat, tabella, qua porrigi ſo-
let oſculum pacis. Eam miles quidam arre-
ptam petulanter magnaque vi vultui atque ori
reverendi Patris obtruſit illiſitque. Sed ille
nihil hac militari inſolentia commotus, vul-
tum ſerenum, & gaudenti magis quam do-
lenti ſimilem tenuit, neque omnino proſtratæ
mentis indicium inter tam graves barbarorum
minas, terrores & contumelias conſtitutus ul-
lam dedit. Parem animi tranquillitatem ſer-
varunt Wilhadus & Nicaſius Minoritæ. Quo-
rum Wilhadus quondam Danis, quæ illi pa-
tria erat, ab hæreticis pulſus, in Belgium
velut aſylum ſe receperat, jamque extremam
ac prope decrepitam agebat ætatem. Hi duo
viri per totum id tempus, quo adverſum ca-
ptivos inconditæ terribileſque Geuſiorum voces
perſtrepebant, perinde ut in jugi convivio aut
B ſuavi ſymphonia, quieti ſecurique ſedebant,
tantum ſtatis precibus legendis & piæ medita-
tioni, quod alias ſæpiſſime facere ſoliti, va-
cantes: ut in eis perſpicue verum appareret
illud Salomonis: Non contriſtabit juſtum,
quidquid ei acciderit.

CAPUT IV.

Ad ſparſum imminentis mortis rumorem nihil prorſus terrentur SS. Guardianus & duo Parochi. Quam noxia rei Catholicæ fuerit politica in religione indifferentia; ſero ſe deluſos agnoſcunt Gorcomienſes.

Cap. IV. Ad ſparſum mortis rumorem Guardiani conſtantia.

EO tempore Geuſii quidam ſubmiſſe mode-
ſteque a captivis admoniti ſui juſjuran-
di, quo vitam ipſis incolumem tam ſancte pa-
cti fuerant, reſponderunt: Si vitam ſolam
pacti ſumus, veſtibus igitur ſpoliatos; ac ve-
ut Adamum penitus nudos hinc ejiciemus. Ita
aliis alia loquentibus, dum eorum quiſque vel-
C ut ex auctoritate diceret, & cujuſque ſenten-
tia ſuffragii pondus habere videretur; in an-
cipiti res captivorum ſtabat, & ſpei quidem
permodicum affulgebat, metus vero terroriſ-
que plurimum miſeris incutiebatur. Metum
augebat rumuſculus, tametſi falſus, ex ore
Geuſii cujuſdam natus. Nam is uni captivo-
rum, qui ſe nonnihil a ſociis abjunxerat,
vultuque mœſtitudinem diſſimularat, quaſi de
captivorum numero non eſſet, ſecreto ac ſe-
rio affirmabat, jam decretum eſſe, ut mona-
chi & ſacrificuli omnes quam primum necaren-
tur. Ea enim gratia nuntium feſtinato miſ-
ſum eſſe Dordracum, qui carnificem inde ac-
erſat. Reliquos Britam ad Comitem ablegan-
dos eſſe, ut de iis ille pro ſua voluntate ſta-
tuat. Primum hoc Guardiano, deinde utri-
que Parocho ab eo, cui indicatum fuerat,
nuntiatur. Guardianus hæc audiens ac vera
ratus, nullum tamen neque verbum neque
ſignum edidit hominis conſternati; ſed ſolitam
vultus conſtantiam ſervans, tantum oculos
humi defixos tenebat, videlicet obtutum aver-
tens ab iis, qui circum ſe poſiti, fremente D
atque inſultantes, inamœnum ac grave capti-
vis ſpectaculum exhibebant. In hac vultus at-
que animi tranquillitate tantum cœleſtia con-
templari, cum Deo colloqui, ſe ſuoſque ejus
providentiæ contradere, denique martyrium
tacitus meditari videbatur.

34 Porro Leonardus parochus, & ipſe vul- *virilis Parochi Paſtoris animus.*
tu quam minimum mutato, ſolitum virilis
animi robur & fortitudinem præferebat. Sed
neque prorſus deſperabat, ſe liberatum iri,
propterea quod multa humanitate ſæpe fuiſ-
ſet uſus erga hæreticos, quos ab errore prius
ad fidem Catholicam revocatos, interventu ſuo
pius Paſtor ab incommodis & mortis ſuppli-
cio liberaverat. Inter quos Anabaptiſta qui-
dam, cum ante annos quadraginta profano
ſuæ ſectæ lavacro retinctus fuiſſet, eamque ob
cauſam in vinculis habitus, aliquando de ca-
pite periclitaretur, eo nimirum ſupplicio ple-
ctendus, quod illius ſectæ hominibus Catho- E
licorum Principum edictis conſtitutum erat;
optimi ſui Paſtoris opera ac pia ſolicitatione
periculo mortis exemptus, & venia criminis
impetrata, liber fuerat dimiſſus. Hic, ut
alii multi, arcem poſt deditionem ingreſſus,
ad captivos, velut ad publicum ſpectaculum
accurrit. Leonardum inter captivos ut vidit,
adiit, quaſi fortunam viri miſeratus. Leonar-
dus quoque, quantum locus & res ſinebant,
cum homine colloquens, mutuam officii vi-
cem ad evadendum præſens periculum repo-
ſcere viſus eſt. Quod ei ſane vitio verti non
debet, cum viri prudentis ſit, nec temere ſe
periculis objicere, nec humana ſubſidia, qui-
bus ea poſſint evitari, negligere. Quod vel
uno Pauli gentium Doctoris exemplo mon-
ſtratur, qui, quo vim hoſtium evaderet, ſe-
que Eccleſiæ ſervaret, modo fugiens per mu-
rum in ſporta dimittitur, modo ſe civem eſ-
ſe Romanum exclamat, modo ſe Phariſæum
profitetur, modo Cæſarem appellat. Ceterum
civis ille, quem dixi, ſive quod ad priſtinum
errorem relapſus eſſet, ut proclive eſt illi ho-
minum generi ad vomitum reverti, ſive quod
ad fidem Catholicam non ex animo fuiſſet con-
verſus, ſed tantum pro re & tempore ita ſimu- F
laſſet, accepti beneficii gratiam parvi pendens,
nihil omnino profuit, ac ne quidem, ut pro-
deſſet, operam dedit.

35 Alter vero parochus Nicolaus Poppelius, *atque item Paſtoris ad ſuos Papiſtas.*
pallente depreſſoque vultu, conſternatum non
mediocriter animum oſtendere videbatur. Po-
teratque hoc tribui timori, cujus præ aliis can-
ſam habebat, quod multos malos male ſibi vel-
le noſſet, propterea quod in concionibus pu-
blicis magna libertate cum pari acrimonia vitia
hominum caſtigare, præcipue vero in ſectas ſe-
ctarioſque invehere ſolitus eſſet. Quod etſi ita
ſit, minime quidem id ei vitio dari debet,
quando timor ejuſmodi ita naturalis eſt, ut eum
a ſe prorſus excludere non ſit in hominis ſitum
poteſtate, etiamſi quam maxime rationis impe-
rium in auxilium vocet. Ideo namque & Chri-
ſtus, omnium Martyrum caput & Dominus,
tale aliquid volens aſſumpſit, ut eos, quibus
iſta nolentibus accidunt, ſuo ſolaretur atque
firmaret exemplo. Quamquam ego de Poppe-
lio magis exiſtimo, id ei accidiſſe, quod vi-

A ris fortibus ſolet, qui perpenſa cum ratione periculi magnitudine, cunctanter ac trepide certamen ineunt. At in ipſa congreſſione & pugna viros ſe præbent; contra quam temerarii & ſtulte audaces facere ſolent. Itaque illa Puppelii trepidatio, vultus dejectione indicata (ut mea quidem fert ſententia) non aliud, quam inſtantis pugnæ prudens quædam meditatio fuit; qua nimirum hinc ſuarum virium imbecillitatem conſiderando, inde vero divinæ virtutis opem ſperando atque invocando, ad agonem martyrii caute provideque ſe præparabat. Ignavia porro mollitieſque animi quam ab hoc viro longe abfuerint, primum illud declaravit, quod paulo ante interrogatus a quodam, licitumne eſſet Orangio in præſenti negotio jurare, ſimpliciter reſpondit, id extra culpam mortalis peccati fieri non poſſe. Sed multo etiam magis poſtea robur animi ejus prodidit illa coram hoſtibus frementibus
B ac præſentem mortem intentantibus apertiſſima fidei Catholicæ confeſſio, de qua in progreſſu dicemus.

CAP. XII. *Nihil magis religionis animi arguit,*

36 Ceterum nihil mirum, ſi captivi, quibus ſuum ob oculos vertabatur periculum, timera & expalleſcere viſi ſunt, quando & ex iis, qui iſtorum miſeriæ ſpectatores aſtabant, nonnullos videre erat colore atque habitu vultus nihilo lætiori, ſcilicet animi dolore preſſi manifeſtum indicium præferente. ſeu quod humano miſerationis affectu præſentem caſum civium ſuorum graviter ferrent, ſeu quod parem ſibi quoque cum illis fortunam ab hoſtium perfidia meturent, & certo metuendam eſſe viderent; ſeu forte quod facti ſui conſcientia torquerentur, ut qui barbaro milite in civitatem ita temere admiſſo, tot cives innoxios, imo viros optimos in extremum vitæ diſcrimen adduxiſſent. Neque nunc eos dico, qui factionis & ſectæ ſtudio Catholicos omnes oderant. Hi namque tunc, uti ſuarum rerum ſucceſſu vehementer exultabant, ita (quod ante dixi) captivis perquam petulanter inſultabant: ſed de iis loquor, qui ſeu recte ſeu ſecus in animo de religione ſentirent, eam tamC men ita colebant, ut in primis ſui ſtatus ac privatæ utilitatis & commodorum rationem haberent, interim externa ſpecie magnam ad omnes homines humanitatem oſtendentes. Erat inter hos ſenex quidam (cujus nomini parco, ne perſonam inſectari videar) vir conſularis & honoratus, ſed cujus animi levitatem mutata religionis facies, atque immodicum omnibus placendi ſtudium jam non ſemel coarguerant.

quem offendat ſimulatorum hypocriſis,

37 Nam primo Geuſiorum tumultu, qui inciderat in annum MDLXVI. cum quartis feriis ſub veſperum auditor ordinarius & cum primis ſpectabilis intereſſet concionibus hæreticis, quæ habebantur in domo quadam extra mœnia civitatis, in eum uſum Orangii auctoritate adinſtar horrei tumultuarie conſtructa (neque enim intra civitatem iis concionibus locus impetrari tunc potuit, Orangio licet pro Geuſiis graviter inſtante; ſed viriliter obſiſtentibus cum utroque Parocho civibus Catholicis) idem ipſe tamen, quaſi vel inter religiones nihil eſſet diſcriminis, vel in hominem alium repente ſuiſſet mutatus, poſtridia, id eſt quinta quaque faria, primo diluD culo in eccleſia Catholicorum, inter primos A. GUIL. honoratiori ſedendi loco occupato, conſpicieESTIO. batur; Miſſæ ſacrificio, quod ſolennter ea feria pro veneratione ſanctiſſimi Corporis Chriſti ex more Eccleſiæ celebratur, ſingulari quadam ſpecie devotionis intererat, luminaria, quæ ibi de more copioſe ſolant accendi, ſua ipſe manibus perquam officioſe accendebat; denique quæcumque homo vere Catholicus faceret, faciebat. Cum autem & locuplas imprimis haberetur, & ſæpenumero primarii ſenatoris, quem Burgimaſtrom vocant, officio functus fuiſſet (quæ duæ res auctoritatem ei apud vulgus præcipuam conciliaverant) facile omnium oculos animoſque in ſe convertebat, ſive in eccleſia Catholica ſacris intereſſet myſteriis, ſive profanis hæreticorum concionibus ſe miſceret.

etiam horretam feria

38 Videbatur hoc quibuſdam ad ſummam prudentiæ laudem pertinere, ſi gliſcantibus reE ligionis cauſa diſſidiis, neutram in partem ita diſcederent, ut pro ea, quam veram judicarent, devovere ſe, aut omnino moleſtiarum aliquid pati in animum inducerent; ſed pro temporum atque hominum varietate ſubinde in aliam atque aliam formam, ſimulando ac diſſimulando, ſe converterent, amicitiam cum omnibus colerent, aut certe colere ſe fingerent, comitatem apud omnes oſtenderent, favorem denique ſuum atque obſequium omnibus promitterent; nimirum hoc pacto ſeſo (ut quidem videri volebant) publicæ tranquillitati quam optime conſulera, revera autem privatam vitæ commoditatem ac dignitatem, captatis omnium favoribus, quam prudentiſſime tueri ſe atque ſtabilire arbitrantes. Quamquam ejuſmodi homines opinione ac ſpe ſua fruſtrari non raro contingit: dum enim ſincere nihil agunt, ſed ad plauſum & favorem multitudinis actiones ſuas omnes componunt, fit ſæpenumero, ut detracta larva, & detecta ea morum hypocriſi, quæ profecto nec diu latere, nec cordato cuiquam probari poteſt, tamquam vafri, ſubdoli, parum fidi, meri ſimulatores ac diſſimulatores vulgo male audiant, eamque etiam ob cauſam omnibus exoſi F merito reddantur.

tempori ſeſe opportunum;

39 Utcumque tamen interdum ſucus fiat hominibus, ea, quæ ſuris apparent, tantum intuentibus; Deo certe, qui cognitor ac diſcretor eſt cogitationum cordis, fucata hæc ſeu prudentia, ſeu ſapientia, quam ſpecioſo nomine politicam nonnulli vocant (nos cum Apoſtolo Jacobo terrenam, animalem, diabolicam rectius appellaverimus) placere nequaquam poteſt: quia juxta Pſalmiſtam, Deus diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos. Quandoquidem & Paulus Apoſtolus, ſi adhuc hominibus placeret, Chriſti ſervus non eſſet. Et tamen ejuſdem Apoſtoli teſtimonio pariter & exemplo ſapientiam illam ſuam aſtruere non veretur politicum iſtud hominum genus, quod ille ſe Judæis Judæum, infirmis infirmum, denique omnibus omnia factum eſſe dicat, ut omnes faceret ſalvos: quaſi factum hoc Pauli ad ſimulationem pertineat erroris, quæ ſemper eſt deteſtabilis, ac non potius ad conde-

A. GUIL. ESTIO.

ſcenſionem & commiſerationem errantium atque infirmorum, quæ in magiſtro pietatis eſt imprimis commendanda; dum ſalva veritate nihil eorum prætermittit, quibus proximorum vel error corrigatur, vel infirmitas ſublevetur.

qui merito redarguuntur.

4o Alioqui, quomodo implebit quod ipſe alibi docet, ab omni ſpecie mala abſtinendum eſſe? Aut quomodo ſecum ipſe conſentiet, qui alias neque Titum propter Judæos circumcidi patitur, neque Petrum religionis in negotio quidquam ſimulantem ſuſtinet, ſed libera voce reprehendit. Ille igitur, de quo loqui cœperam, quaſi conſiliorum, quæ de captivis agitabantur, conſcius, capitalem iis ſententiam annuntiat, & ſpecia condolentis atque conſolantis monet, ut præſentem caſum æquo ac forti ferant animo, quando ſpes non eſſet ſore, ut decreta ſemel ſententia revocaretur. Utrum autem revera decretum id jam tunc fuerit, an vero ſic decretum fuiſſe aliquo errore putaverit, incertum habeo. Illud certum, neque hunc virum, tametſi auctoritate valere plurimum crederetur, neque aliorum civium quemquam, qui frequentes eodem adventabant, vel verbum pro liberatione captivorum eloqui auſos fuiſſe; quamvis ex iis nonnulli captivorum ſaluti conſultum ex animo cupere viderentur. Quod illis ſane præter opinionem evenit, ut quorum adventum plerique omnibus votis exoptarunt, eos in urbem receptos tam graves hoſpites, imo tam duros dominos experirentur, ut jam ne hiſcere quidem pro iis auderent, quibus ex pactis adeo ſancte juratis incolumitatem deberi ſciebant.

B

Exponuntur miſeri ſtatus, quæ S. Paſtor ante prædixerat.

41 Itaque factum, ut talibus portentis admiſſis, omnis reipublicæ forma repente fuerit everſa, civiumque auctoritas extincta, non Catholicorum modo, ſed eorum etiam, qui ſibi ab illis omnia diverſa ſperaverant, libertatem, pacem, auctoritatem ſummam. Quamquam hæc illis eventura, ſi Geuſiorum fidei ſeſe crederent, ſatis ſuperque publicis in concionibus prædictum fuerat a Leonardo parocho; fruſtra quidem, utpota verba faciente apud homines dudum affectu & opinione contraria præoccupatos. Catholici vero cives, quorum exiguus eſſe numerus videbatur (de iis loquor, qui non in arcem confugerant, ſed in civitate remanſerant) delitescebant plerique præ metu, quorum etſi forte unus & alter familiaritate quorumdam Geuſinrum freti, in arcem, ac deinde in atrium captivorum irrepſiſſent, trepidi aſtabant, ne verbo quidem auſi innoxiorum cauſam adjuvare: non illi ſane diſſimiles Petro, qui in atrium Pontificis poſt Jeſum introgreſſus, Dominum ac Magiſtrum ſuum ſe noſſe præ metu diſſimulavit. Leonardus tunc admonitus a quodam captivitatis ſocio, quam non vere ſinriatus aliquando fuiſſet, Gorcomii in tantum Catholicos hæreticis numero prævalere, ut ſingulis hæreticis opponere poſſet denos Cathnlicos; Certe, inquit, fefellerunt me. Et verum hoc dixit. Fefellerat enim bonum virum multorum hypocriſis.

C

D

CAPUT V.

Segregatis in conclave Eccleſiaſticis omnibus, ablatam libertatem renuit Beatus Guardianus, ſuos ad conſtantiam egregie exhortatus. Incuſata perfidia Marini præfecti, qui tandem, pactis novis conditionibus, captivos cives laicos dimittit.

CAP. XIII. *Captivis ex hoſtis libertatem ſpes renidet.*

INter hæc porro ſub octavam horam evocantur è numero captivnrum cives duo cum ſuis uxoribus, alter Splinterus nomine, qui civitati erat a legationibus & negotiis publicis, penſionarium vulgo vocitant, alter ejus filius Joannes, utriuſque juris licentiatus; pro quorum liberatinne Splinteri nurus alteri cuidam ejus filio nupta (cujus in ædibus hoſpitio Marinus exceptus fuerat) magnis apud eum clamoribus ac muliebri ejulatu dum ſupplicaret, promiſſionem ſalutis eorum impetrarat, ſeu verius extorſerat. His igitur abeuntibus ſuam cauſam alii captivi commendant, ſed fruſtra. Mox enim iidem illi redire ad captivos juſſi ſunt, impediti aut certe dilati conſilio quorumdam, quos ſeorſum in conclavi diſceptaſſe inter ſe, quid de captivis ageretur, jam ante commemoravimus. Cœpit tamen exinde captivis nonnulla ſalutis ſpes affulgere, quod illo exemplo flecti poſſe præfecti animum intelligerent. Neque jam ob aliud ſe retineri arbitrabantur, quam ut, ſi quid adhuc pecuniæ reliquum apud ſe ſervaſſent, excuterentur, priuſquam abire ſinerentur; vel (ut quidam dicebant) lytron aliquod, æſtimatione prius facta, ſolvere cogerentur.

E

Guardianus & alii ſegregantur.

43 Dum ad hunc modum raptivorum pendent animi, evocatur Fratrum Minorum Guardianus cum omnibus ſuis, & præterea Canonicus quidam Regularis Sancti Auguſtini, idemque ſacrarum virginum ejuſdem Ordinia monaſterii præfectus. Boni nuntii quibuſdam ea res videbatur, exiſtimantibus ob id primos evocari monachos, atque adeo liberos dimitti, quod nec pecuniam eos apud ſe habere amplius ſuſpicio eſſet, & pretium ab iis pro capitum redemptione ſperari non poſſet, ut quos ad mendicitatem uſque pauperes eſſe conſtaret. Sed longe fefellit ea opinio. Abducebantur enim in conclavé quoddam, in quo ſejuncti ab aliis aſſervarentur, Quo cum intrarent, & ſcalas ibi ſorte poſitas conſpicerent, non alind tunc quidem ſuſpicati ſunt, quam ſe continuo ſuſpendendos. Ita ſpem temere a nonnullis conceptam ſuperveniens hic metus ex animis eorum repente profligavit. Dum in eo loco cuſtodirentur, acceſſit ad Guardianum quidam Gorcomianus civis, ei ſanguine conjunctus. Is ut moribus levis, ita religione inſtabilis, primum aliquando Regi Cathnlico militaverat, & in recuperanda aree Loveſteina, Gorcomio vicina, quam ante Geuſii dolo coperant,

F

A perant, virilem ac ſtrenuam navarat operam; ſed poſtea Brilum, quando jam ea civitas a Geuſiis tenebatur, neſcio quo conſilio profectus, in ſuſpicionem venit, quod Geuſiis ad militiam nomen dediſſet.

Ipſe aliter cum ad liberationem deſiderium remittit.

44 Quam ob cauſam paulo poſt cum ſorte Gorcomium reverſus eſſet, a præfecto comprehenſus & vinctus, Roterodamum miſſus fuerat ad Comitem Boſſutanum (qui tum eam urbem Hiſpanico præſidio Catholici Regis nomine tenebat) ut is regia, qua per Hollandiam fungebatur auctoritate, de illo ſtatueret. Ac ſane certum erat capitis periculum, niſi Guardianus, tum propinquorum precibus incitatus, tum maxime pia hominis commiſeratione ductus, quod eum ad meliorem frugem hac via reductum iri ſperaret, dante videlicet intellectum vexatione, Roterodamum profectus, liberationem ejus ſua apud Comitem interceſſione impetraſſet. Quo nimirum facto probatum reliquit, quanto flagrarit ſtudio ſubveniendi eis, quos adverſitate preſſos, ope atque opera ſua adjuvari poſſe non diffideret. Ceterum vir ille eo periculo liberatus, vitæ

B quidem emendationem nullam oſtendit, neque deinde religionem Catholicam ex animo ſuſtari viſus eſt: quin potius Geuſiorum factioni, tamquam parti potentiori, non multo poſt ſociatus, nonnullam inter eos auctoritatem erat jam conſecutus. Sed tamen accepti tam inſignis beneficii non penitus oblitus, ad Guardianum, uti dicere cœperam, acceſſit, eumque benigne allocutus, operam obſequiumque ſuum omne perquam officioſe ad ejus procurandam liberationem obtulit.

Et animi alterius ſyllibera.

45 At ille, quamvis de religione nondum eſſet propoſita tentatio, liberari ſe prorſus renuit, ſi non omnes ſui Fratres una ſecum liberi dimitterentur. Erant autem inter Fratres unus & alter, atque ii fortaſſis, quibus ad tuendam martyrii palmam animus poſtea per ignaviam defecit, qui cum viderent Guardianum præ ſe ac ceteris omnibus tam facile, ſi vellet, liberari poſſe, dicebant ei: Siccine nos, Pater, deſeres? Et erat qui diceret: Tu nos huc introduxiſti; & nunc in diſcrimine poſitos derelinques? Durum hoc

C illi erat, & acerbum auditu. Neque vero quemquam juſſu ſuo vel ſuaſu in arcem introduxerat, ſed, ut eſt a nobis initio commemoratum, pridie quam in urbem hoſtis reciperetur, Fratribus omnibus poteſtatem fecerat, quo vellent, & ubi ſe ſalvos fore ſperarent, diſcedendi. Cumque ſua ſponte & conſilio major eorum pars in arcem ſe conferret, & tres modo laici in monaſterio remanerent, cum quibus ipſe quoque manere maluiſſet, ut qui patientiæ magis quam defenſionis arma ſuam profeſſionem decere non ignoraret; a conventu tamen Fratrum, qui in majori ac potiori numero conſiſtebat, abeſſe noluit: eaque ſola fuerat illi cauſa petendæ arcis.

Inſigni exhortatione papiſta.

46 Iterum ergo ſociis omnibus diſerte promiſit in hæc verba: Numquam futurum putate, Fratres, ut ego vos deſeram. Neque enim aliquando patiar me ſolum liberari. Quin hac me ſponſione vobis obſtringo; vobiſcum in omni tentatione permanſurum me uſque ad extremum hujus vitæ ſpiritum, nec D liberationem mei ipſius ullam admiſſurum, A. Guil. donec vos omnes una mecum liberatum iri Estio. videam. Quod ſi unus ex numero, idemque minimus morte mulctandus erit, illi ego me in morte ſocium adjungam. Durate tantummodo Fratres mei, & viriliter agite; confortetur cor veſtrum, & ſperate in Domino. His atque hujuſmodi verbis Fratres, imo filios ſuos ſolicitus pater non tunc ſolum, ſed & deinde alias uſque in finem ſæpenumero perbenigne pieque conſolabatur, & ut ærumnam præſentem pro Chriſto & Eccleſia ejus forti animo perferrent, hortabatur. Ceterum idem ille Geuſius, qui Guardiano liberando ſuam operam nequidquam obtulerat, poſtea quemdam alium Franciſcanum, ſanguine item ſibi conjunctum, qui rebus coquinariis in cœnobio præfuerat (diſpenſatorem vocant) interceſſione ſua e captivo liberum fecit. Sed hic, ſive coactus ſive ſpontaneus, apud Geuſios in arce remanſit, & cibariis coquendis præfectus eſt; infelix, qui ollas Ægyptiorum E prætulerit improperio ſervorum Chriſti.

47 Non multo poſt quam atrio educti monachi in conclave abierant, evocantur etiam C. XIV. *A captivorum aliquo liberatus præfectus.* alii, quotquot in atrio captivi reliqui erant, tam laici, quam eccleſiaſtici. Qui cum neſcirent, quo ducerentur, & ſpem liberationis adhuc animo conceptam foverent, ductorem ſequuntur non inviti. At paululum progreſſi, vident ſe non ad liberum agreſſum, uti ſperaverant, ſed in carcerem duci. Intrant igitur quo jubebantur; ac præſentem caſum patienter ferunt. Unus tantum inter eos, homo prædives ac delicatus, dum ad carcerem duci atque urgeri ſe videt, ibi miſer ille animi ſui, rerum adverſarum inſolentis, & ferendæ Chriſti crucis admodum inſueti, molitiem ignaviamque prodens, manibus ac pedibus obluctatur; obluctantem vero trahunt, trudunt, verberant milites, donec in carcerem compellant. Sed non is fuit ex illis, quorum morte clarificandus erat Deus & illuſtranda Chriſti Eccleſia. Tunc alius quidam e numero captivorum, ſumpta audacia, Marinum accedens & libera voce compellans, F expoſtulare cum eo cœpit atque exponere, quod hæc, quæ fierent, pactis invicem confirmatis neutiquam reſponderent. Promiſſam quippe omnibus & juratam eſſe inculumitatem ac dimiſſionem. Nunc vero ſe in carcerem detrudi non abſque manifeſta injuria, ac fidei datæ & juratæ violatione. Hujuſmodi facta virum bonum ac ſtrenuum minime decere.

Datam fidem non ſatis tuetur.

48 Cui cum reſponderet Marinus, fateri ſe, ita promiſſum eſſe, eademque promiſſa inviolata ſe ſervaturum. Atqui manifeſto liquet, ait ille, te promiſſis non ſtare, qui in carcere includis, quos liberos dimiſſurum te dudum jurejurando confirmaſti. Tum Marinus; Exſpectato, inquit, Dordraco quemdam mox adfuturum: prout is retulerit, vobiſcum agetur. Adeone vero? inquit alter: Quid ſi exſpectatus ille nuntius referat, nos omnes agendos in crucem? At tecum inita pactio eſt. Tuæ fidei cum captivis arx dedita. Tu proinde fidem, quam toties tamque ſancte nobis obſtrinxiſti, liberare debes. Preſſus

iſtiuſ-

A istiusmodi verbis, ita demum respondit; Scio
A. Guil. Es. 10. fateorque, me fidem dedisse, Et si ex animi mei sententia rem gerere liceret, illico liberos vos omnes dimitterem. Ceterum quia agere, ut volo, non possum, expectandum vobis est, quidquid res ferat. Hæc eo commemoranda duxi, ut quisque intelligat, quam vilis sit fidei ac jurisjurandi religio apud hoc genus hominum, qui fidei ac pictati in Deum semel puntium remiserunt.

CAP. XV. *Sodalo multorum vicis metuendum ejulatus.*

49 Interea dum hæc aguntur, & captivorum causa in diserimine versatur, mulieres in atrio relictæ, quarum inde abducti erant vel mariti, vel filii, cum de iis nihil ad ipsas boni nuntii referretur, suspicatæ ad patibulum eos abstractos esse, clamoribus & lamentis atque ejulatu semineo domum universam complebant. Alia obsecrabat, ut marito suo adesse permitteretur; alia deplorabat, suo suasu filium in arcem venisse; quædam etiam nudato ac porrecto jugulo se pro merito ad necem offerebat. Quibus etsi serio affirmaret Marinus, viros earum salvos fore, non tamen illæ verbis ejus fidem habere, neque de
B lamentationibus & clamoribus quidquam remittere, donec tandem captivorum unus (quem modo dicebam) in atrium ingressus, cum certo retulisset, viros non ad patibulum, sed in carcerem ductos esse, dolorem earum aliquantum lenivit, atque atrocem de patibulo suspicionem exemit. Erat is Guardiani ex sorore nepos, idem, cujus supra feci mentionem.

voto temere pro, mire evadit Guardiani nepos?

50 Hic porro cum a Marino saltem impetrasset, ut carcere non teneretur cum ceteris incluſus, sed priori in loco velut honestiore custodia manere interim juberetur, quibus poterat modis annitebatur, ut ex arce se subduceret. Quod etiam, adjuvante Deo, paulo post effecit. Cum enim frequentes militum custodiæ portas obsiderent, duos nactus comites ex iis, quo post arcem occupatam spectandi curiositas eo pertraxerat, altero eorum præeunte, altero subsequente, per medios armatos custodes, exactæ observationis causa hinc inde longo ordine dispositos, a nemine neque agnitus, neque interrogatus, recta via in urbem elapsus est, tametsi erant inter illos,
C qui & nossent eum, & paulo ante molestiam exhibuissent, in communem cum aliis carcerem propellere volentes. Voverat autem is pridie votum Deo, tunc cum gravissima esset arcis oppugnatio, & proximum ex oppugnatione periculum. Vovendi erat hæc occasio. Recitabat pro consuetudine preces canonicas: in quibus cum ad hanc perveniſſet antiphonam, Joannes & Paulus dixerunt ad Gallicanum; Fac votum Deo cæli, & eris victor melius quam fuisti (erat enim natalis ille dies SS. Martyrum Joannis & Pauli) cogitans iis se verbis admonitum, quid in ea præsenti necessitate sibi faciendum esset, ad hunc modum intra se cum Deo locutus est: Si mihi dederis absque tui offensa hinc exire incolumem, voveo me lineis indutum sacram Eucharistiam in solenni ejus festi processione præiturum, cum primum in hac civitate Catholicam religionem colere publice licebit. Huic voto non temere acceptum tulit, quod
D & ante ceteros omnes captivitatis socios; & inopinabili prorsus modo, & quod præcipuum est, illæsa conscientia liber evaserit, Deo nimirum (ut credere par est) tali ratione pium ejus votum comprobante.

tandem ei omnes sociorum libert. diminuuntur.

51 Porro reliqui captivi, solis presbyteris & monachis exceptis, ac præterea cive quodam egregie Catholico, dudum multis criminationibus a Geusiis impetito, cui nomen Gordiano Vossio (quamquam & ipse post aliquot dies diligenti solicitatione suæ conjugis, datis tamen prius fidejussoribus repetendi carceris, quandocumque juberetur, dimissus fuit) cum diem pene totum, spemque metumque inter dubii in custodia detenti fuissent, vix tandem sub vesperum, pacta pro redemptione certa pecuniæ summa, liberi domum dimittuntur, tametsi non plane liberi, quando non sine jurisjurandi cujusdam obligatione permissi sunt discedere. Qua in re bis ab hoste fides est violata; quod nec sine pretio, nec sine jurejurando dimiserit, quos una tantum exceptione bonorum, quæ in arte reperta essent, interposita, liberos & inviolatos se dimissurum, absolute sancteque pactus fuerat. E
Quamquam hæc perfidia, si cum ea conferatur, quam deinceps in sacerdotes & monachos (quibus utique cum aliis captivis erant pacta communia) sceleratissime declararunt, etiam humanitatis & clementiæ nomen merebitur. Quod quidem ex historiæ progressu patebit.

Cur Dux non sit in carcerem retrusus fit.

52 Non est autem hoc loco prætermittendum, quod cum memorati cives dimitterentur, dimissus fuit una cum eis sacerdos quidam, Godefridus Dunæus nomine, cui cerebrum læsum nonnihil erat ex causa, quam alio loco referemus; vir alioqui, vel adversariis testibus, integerrimus. Verum is dum per medium atrium cum aliis ducitur, a militibus solus ipse retinetur, hujusmodi occasione. Gorcomianus quidam civis, Geusius, qui illic forte aderat, milites rogat, quid ita sacrificum illum dimitteret. Quibus respondentibus, quod fatuus esset, ait: Si satis sapit, ut Deum faciat, satis quoque sapit, qui suspendi debeat. O execrandam scelerati nebulonis in sacra mysteria blasphemiam! Quod tamen uti perquam facete dictum, ita jucunde sonuit in auribus militum, ut ejus gratia continuo Dei sacerdos in carcerem reduceretur, passionis simul & gloriæ cum iis, ad quos revertebatur, consortium habiturus. Ita videlicet apud impios illos una satis idonea causa capitalis supplicii visa est, sacerdotem esse ac divinorum mysteriorum administrum. F

C A-

A

CAPUT VI.

Sancti Martyres cibos vetitos reſpuunt, varios cruciatus fortiter patiuntur, uti & graviſſimas contumelias: primus in ſacerdotes ſeculares furor, & omnium ab iis extorſio. Poppelii Parochi inſignis confeſſio.

C. XVI. *In carcere detenti Martyres, carnibus veſci renuunt.*

POſt dimiſſos cives laicos, Guardianus cum ſuis omnibus e conclavi, de quo ſupra diximus, eductis, in tetrum ac fœtidum ſubterraneum carcerem detruduntur, in quem jam ante duo parochi cum ſacerdotibus aliis conjecti fuerant. Erat autem ſexta feria, qua Chriſtianis Eccleſiæ matris antiquiſſima lege, vetitum atque illicitum eſt carnes edere. Cum ergo cœnandi tempus adeſſet, & fames captivos urgeret, afferuntur eis carnes edendæ. Sed eas nemo omnium guſtare voluit, uno tantum excepto ſacerdote, qui & obedientiæ Eccleſiaſticæ & Catholicæ profeſſionis oblitus, tum ipſe ex iis comedit, tum alios, ut idem facerent, tametſi fruſtra, hortatus eſt; quamvis plerique eorum præ inedia pene jam deficerent, quod poſt nocturnos labores atque ærumnas, toto illo die nihil aut perparum cibi guſtaſſent.

B

ab auctore ex eyus confeſſ.

54 Non ignorabant illi ſane, ut erant inter eos viri ſacrarum Litterarum peritiſſimi, omnem creaturam Dei bonam eſſe, & mundis omnia munda. Sciebant etiam neceſſitati legem Eccleſiaſticam non præſcribere. Sed tamen ob duas cauſas mihi videntur carnes oblatas conſulto reſpuiſſe. Primum quod a deſertoribus Eccleſiæ, atque in contemptum Eccleſiaſticæ conſuetudinis oblatæ eſſent (ſicut olim piis divinæ legis zelatoribus ab impiis Antiochi miniſtris oblatam fuiſſe porcinam legimus) cum alioqui piſcium & aliorum eſculentorum haberi ſoleat eo loco abunde ſatis.

C

Deinde quod apud plebem (ſicut apud Judæos olim laudatiſſimus ille ſenex Eleazarus) illico ſe per calumniam traducendos ſcirent, velut qui defectionem a religione Papiſtica facere jam cœpiſſent, aut certe contra ſuam ipſorum doctrinam & profeſſionem, metu indocti aliquid commiſiſſent. Quæ res apud multos, religionis in negotio nutabundos, alioſque infirmiores, non leve offendiculum parere poterat. Itaque Martyres hac ſua conſtanti recuſatione, tum honori Dei, tum ſaluti multorum, pie ſimul & prudenter conſuluerunt. Ceterum ille, quem de carnibus ediſſe diximus, etſi poſtmodum adhuc multa communiter cum ſanctis Martyribus paſſus fuerit, non tamen ad metam uſque martyrii curſum paſſionis perduxit.

cum ceteris aetas homines recipidat tunc aliqui

55 Jam autem captivi eo ſe loco poſitos videbant, ut de liberatione vix quidquam ſperandum, at contra de morte, deque acerbis cruciatibus ſubeundis, ſerio ſibi cogitandum intelligerent. Quamquam erant, qui & mortem vehementer extimeſcerent, & ſupplicium tormenta non minus quam mortem ipſam reformidarent. Quod certe mirum videri nemini debet; quandoquidem omnibus inſitum eſt natura, mortem doloreſque uti refugiant. Sed Chriſtiani militis eſt, ita naturales hujuſmodi paſſiones in ſe admittere, ut earum impetu ad illicita pertrahi ſe non ſinat, & carnis infirmitate ſic tentari, ut ſpiritus divinæ voluntati per omnia promptus acquieſcat. Quo in certamine quam fuerit a noſtris Martyribus viriliter ac ſtrenue deſudatum, ex quo tempore civibus, quos dixi, liberatis, ſoli retenti ſunt, ea, quæ deinceps erunt a nobis commemoranda, perſpicue monſtrabunt; ſi tamen aliquatenus oratio noſtra rei dicendæ magnitudinem aſſequetur. Nam profecto nequaquam facile mihi fuerit verbis exſequi, quanta mala cum alias, tum præcipue Gorcomiano illo in carcere, tot noctes ac dies perpeſſi ſint ſancti Viri, dum ad omnium injurias expoſiti, viliſſimi cujuſque e grege militum nebulonis ſævos incurſus aſſidue aut exſpectant aut tolerant.

D

Guill. Estio.

E

illarum crudelitatis partes.

56 Etenim tenebriones illi ac ſatanæ miniſtri (Geuſios dico milites, arcis præfidiarios) quoties improbe ac petulanter agendi libidine ſtimulabantur (quod quidem erat frequentiſſimum) toties eam, prohibente nemine, in captivis affatim explebant. Fere autem a cœna cibo ſaturi vinoque madidi, iſtiuſmodi ludo ſe recreabant. Carcerem ingreſſi miſeros verberibus excipere, pugnis obtundere, calcibus impetere, trahendo, pellendoque atque aliis, ut cuique libitum erat, modis exagitare. Inter hæc autem vibratis in eos linguæ jaculis, teterrima maledicta certatim congerera; denique nullum contumeliæ genus prætermittere, quo vel animos ſuos homines nequiſſimi paſcerent, vel captivorum infelicitatem exaugerent. Impellabat eos ad hæc faciendæ primum vitæ ſuæ improbitas, jam longa conſuetudine verſa in naturam. Erant enim plerique eorum piratæ, ſicarii, publice facinoroſi: deinde odium acerrimum atque acerbiſſimum, quo genus hoc hominum in omnes Dei miniſtros, ſed potiſſimum in monachos deflagrat. Qui namque fieri queat, ut inquinatiſſimæ ac perditiſſimæ vitæ homines (ſi tamen homines eos dicere fas eſt) non infenſiſſimos animos gererent adverſus eos, quorum in vita & converſatione ſuum prorſus nihil agnoſcebant, ſed omnia ſuis cum factis & moribus e diametro pugnantia?

F

Odii Gorcomiorum in Catholicos cauſa.

57 Nam & Cain, ut teſtatur dilectus ille Chriſti diſcipulus, non ob aliud occidit fratrem ſuum, quam quia opera ipſius maligna erant, fratris autem ejus juſta. Utenim nulla major eſt contrarietas, quam earum, quæ in moribus hominum exiſtunt bonitatis & malitiæ, itemque veræ religionis & falſæ; ſic utique nullum inter homines odium inſeſtius acriuſque, quam quod morum ac religionis cauſa in bonos exercent mali. Porro his dnobus, improbitati & odio, velut cumulus & complementum tertia jam acceſſerat impunitas deſignandi in captivos quæcumque vellent. Ea nimirum eſt illa effuſa, effrenisque licentia, malis ac nequam hominibus ſemper minium exoptata. Quam proinde Chriſtus Dominus ad conſimiles impietatis miniſtros loquens,

A quens, & horam ipſorum vocat, & poteſtatem tenebrarum. Quæ quemadmodum divinæ diſpenſationis conſilio fuit ad tempus permiſſa Judæis in Filium Dei, ita non dubitamus, & iſtis fuiſſe permiſſam divinitus in Servos Dei: quo ſcilicet hi Chriſto capiti ſun, tamquam vera corporis ejus membra, per paſſionem conformati, futuræ quoque gloriæ cum eo conſortium mererentur, Apoſtolo ejus atteſtante: Si compatimur, & conglorificabimur.

a Guil. Estio.

C. XVII. *Graviſſima in Catholicos machinatio.*

58 Sed ad inſtitutam redeo narrationem, expoſiturus ea ſpeciatim, pauloque accuratius, quæ prima illa nocte lucifugæ illi ac tenebrarum miniſtri in filios lucis perpetrarunt. Fuit enim impetus iſte, ut primus, ita graviſſimus; & tempus ipſum nocturnum cum operibus tenebrarum apprime congruebat. Cum igitur large lauteque cœnati eſſent, diſtentis cibo potuque viſceribus, animum quoque ſuum voluptata ſe digna paſcere & ſatiare feſtinant. Surgunt a cœna, & rapido curſu carcerem petunt, ad captivos irruunt, horrendis vocibus ac vultibus miſeros percellunt, atque inter alia terribiliter exclamant: Abſcindamus

B iis omnibus virilia, nares, aures; deinde in crucem ſubigamus idololatras iſtos ac deificos. Hoc nomine Chriſti ſacerdotes appellabant homines impii propter myſticam conſecrationem. Intulerant autem illuc ſcalas, quarum conſpectu vehemens timor ſuſpendii ac mortis captivis quibuſdam incuſſus fuit. Etſi non hoc conſilio ſcalas attulerant, ut ſuſpenderent quemquam, ſed ut iis alligatos Martyres nudos virgis caderent, aliiſque, quibus liberet, modis excarnificarent. Nam virgas jam in eum uſum paratas habebant.

quibus unus ſolus ignoscor carnifex,

59 Tum quidam inter eos, audacia & ſcelere facile primus, cognomento Niger, homo Gorcomianus, porrigi ſibi ſcalas jubet. Quas cum ad carnificinam appoſitæ collocaſſet, divino nutu factum, ut eo quidam accurreret, cum clamore nuntians, Guilielmum Turcum (is erat arcis præfecti filius, pridie nequidquam a patre expectatus) cum copiis adventaſſe, jamque urbem invadere. Illi, cum rem ita, ut nuntiabatur, habere putarent, metu pavidi ab inceptu deſiſtunt, & relicto carcere, curſim ad mœnia contendunt, hoſtem depulſuri.

C Captivi interea reſpirandi ſpatium nacti, peccatorum ſuorum confeſſione, ac mutuis exhortationibus ad mortem & martyrium fortiter obeundum ſe parant. Sed tamen (quod nec hoc loco prætermittendum eſt) unus eorum, mollis nimium ac delicatus Chriſti miles, de morte cogitationem in animum ſuum dimittere nullo modo poterat, ſed conſertis contortiſque manibus, muliebri lamentatione carcerem complebat; fruſtra eum Leonardo Parocho adhortante, ut in Domino Deo confideret, virilem animum ſumeret, mortem pro religione contemneret, æterna præmia cogitaret.

Sacerdotes ſeculares primum aggreſſi Gorcomienſes,

60 Erat is, qui jam ante non ſemel inter viros ſortes ignaviam mollitiemque animi ſui vocibus & factis iſtiuſmodi prodiderat. Ceterum ut cognitum eſt, ſalium eſſe quod fuerat nuntiatum, carcerem mox repetunt milites, conceptum & aliquantula mora ſuſpenſum crudelitatis opus ſecurioribus jam animis exercituri. Primum igitur omnium, occupato quodam carceris angulo, jubent illuc ad ſe captivos ſigillatim accedere. Qui ſuſpicati, ſeſe ibi omnes alium poſt alium jugulandos, cum neſcirent quem primum vellent, manent ſuis locis, nec quiſquam accedere properat. Tum milites; Ex atratis illis volumus, inquiunt; ſeculares ſacerdotes eo vocabulo ex veſtitu deſignantes: quemadmodum Franciſcanos, leucophæatos (vulgo griſeos) ſimili contemptu vocitabant. Ideo vero illos evocant primos, quod apud eos pecuniam reperturos ſe ſperarent. Quod de iſtis ſperare vix poterant, quos ſcirent pro ſui Ordinis inſtituto pecunias neque contrectare, neque omnino poſſidere. Ceterum ad eam militum vocem Leonardus; præſto ſum, inquit. Moxque ad eos alacriter atque impavide progrediens, collum pectuſque ſuum ipſe nudat, & in genua procumbens, cervicem feriendam præbet.

ab iis ſolis omnia corrodere conſueſcunt.

61 At illi crudelitatis affectum auri cupiditate paululum cohibentes, pecuniam omnem ſuam depromere eum jubent. Leonardus illico depromptam ac traditam, quam apud ſe habebat, pecunia dimittitur. Deinde Godefridum Dunæum aggredientes; Oportet, aiunt, ut tu nobis theſaurum indices. Quamquam iſtum quoque non diu vexatum a ſe dimiſerunt; quod ſcirent hominibus ſemiſatuis (qualem hunc æſtimabant) non ſolere talia ſecreta committi. Poſt hunc igitur venire ad ſe jubent præfectum monaſterii Virginum Regularium S. Auguſtini, virum ſenem & vitæ probitate ſpectabilem. Exquirunt de theſauro monaſterii. Ille quantulum apud ſe pecuniæ habebat, proferens, nullius alterius theſauri conſcium eſſe ſe dictitabat. Sed improbi illi, non modo non acceptis ablatiſque, quæ apud eum inveniſſent, ſatiantur; verum etiam exinde de majori cupiditate accenſi, minis intentatis, extorquere conantur majoris alicujus theſauri confeſſionem. Et ut præſentaneæ mortis metu virum perterrefacerent, ſclopetum admovent, velut jamjam in eum diſploſuri, ni prodat occultas opes. Verum ille neque dare potuit, quod non habebat, neque prodere, quod non ſciebat; quando nec erat uſquam omnino, quod proderet, pauperis familiæ pauper præfectus.

C. XVIII. *In Poppelium Parochum ſæviunt,*

62 Erat autem militibus, civium quorumdam malevolorum relatu perſuaſum, immenſam pecuniæ vim in arcem a Catholicis importatam fuiſſe. Hac illi perſuaſione imbuti, nihil intentatum relinquunt, quo recondicorum theſaurorum indicium a captivis extorqueant. Graviori igitur impetu Nicolaum Poppelium, juniorem civitatis parochum aggrediuntur: in quem ob id inſenſiori erant animo, quod in ſuis ad populum concionibus acrius in hæreticos invehi ſolitus eſſet. Primum minacibus verbis prodi ſibi poſtulant theſauros Eccleſiæ. Sed cum viri conſtantia minis non moveretur, vim adhibere parant. Hominem ante ſe ſtatuunt tenentque, ne quam in partem facile ſe movere ac deflectere poſſet. Tum ori ejus ſclopetum (vulgo piſtoletum vocant) ſphærula ac pulvere ſulphuren inſtructum opponunt, velut continuo exploſuri. Neque modo theſaurum poſcunt auri vel argenti, ſed præterea

A terea fidei orthodoxæ & Catholicæ, quem potiorem ſanctioremque gerebat ſub pectore theſaurum, diripere moliuntur, gemina face in Dei ſervum armati diaboli ſatellites, avaritia, ut rapiant aurum, & impietate, ut auferant Chriſtum, quidni dico Chriſtum, quando extra Eccleſiam & fidem Catholicam Chriſtus haberi non poteſt?

Abris cum modis exagitant.

63 Itaque cum acerba quadam exprobratione jubent, ut quæ ſæpenumero publicis in concionibus prolocutus fuiſſet, jam tunc, ſi auſit, profiteretur, hujuſcemodi verbis eum compellantes: Hem ſacrificule; Ubi nunc illud os tuum & gloriatio tua? Qui toties de ſuggeſto jactabundus blateraſti, te pro fide tua mortem libenter oppetiturum. Age igitur, eloquere & reſponde, num magnifica illa dicta factis comprobare, tuamque doctrinam morte conſignare nunc ſis paratus. Ad hæc vir ſanctus, præſenti periculo nihil territus nihilque cunctatus, libera voce reſpondit. Etiam, lubens mortem oppetam pro fide Catholica, eaque imprimis, qua credo, Corpus B ipſum & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, in venerabili Sacramento ſub ſymbolis panis & vini vere contineri. Poſt hanc confeſſionem, claris & diſtinctis verbis pronuntiatam, nihil aliud quam continuo moriturum ſe arbitratus, ſublata voce, ita ut tota pena arce exaudiretur, exclamavit dicens: Io manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum.

Ferunt ad mortem cruciatum.

64 Porro miles ſclopetum, quod ori ejus adverſum continuo tenebat, laxare non eſt auſus; Deo videlicet manum barbari hominis cohibente, quo veritatis ſuæ teſtem ad uberiorem patientiæ materiam, ſimul & ad ampliorem gloriæ mercedem reſervaret. At vero milites, hac invicta viri fortitudine vehementius irritati, neque adhuc pecuniarum theſaurum, quem avaro verſabant animo, deſperantes, aliam extorquendæ ejus confeſſionis viam tentant. Igitur funem cinctorium cuidam ex Minoritis cum detraxiſſent, altera ejus parte collum Poppelio ſtringunt, alteram januæ carC ceris ſuperimittunt, quo ſurſum eum magna vi trahentes, iterumque demittentes, cum id identidem facerent, parum aberat, quin illi, preſſius aſtricto fune, animam intercluderent. Qua mortis vicinia jam laborantem urgent atque inſtant, latentes uti prodat theſauros. Verum ea ſic quidem a propoſito diſcedentem, denique poſt multam vexationem viribus defectum, ac pene exanimem, vixque extremum trahentem ſpiritum, ſolvunt atque a ſe propellunt. Qui quidem paulatim ad ſe rediit, ac ſpiritum recepit. Ceterum vibicem ex fune, quo tam immaniter tractus fuerat, in colli circuitu relictam, atque omnibus facile conſpicuam ad mortem uſque nobilis Chriſti confeſſor retinuit.

D

A. Gutt. Estio.

CAPUT VII.

Vexantur Minoritæ ad extorquendos ab iis theſauros: Guardiani lenis reſponſio & poſtea ſilentium: ferme ad mortem immaniter torquetur. Hiſtoriæ hujus veritas, & reverſi ad ſe Guardiani egregia ad concaptivos oratio.

VEnitur deinde ad Fratres Minores, & a pauperibus Chriſti pecuniarum theſauri poſcuntur. Et quamvis eos pro ratione ſui inſtituti pecuniarum uſu atque etiam contactu abſtinere nemo militum iſtorum ignoraret; attamen odium avaritiæ flammis accenſum, in ſiniſtram ſuſpicionem eos impulit, ut exiſtimarent, illos non hoc eſſe revera, quod foris profiterentur; ſed falſa paupertatis ſpecie fucum hominibus facere, & vel communes E opes aliquas occulte poſſidere, vel ſingulos furtive ſepoſitos habere oummos ad uſum privatum. Certe quidem horum nemo (gratia Deo) talis deprehendi potuit. Quippe & diſciplina, in qua a Patre Guardiano diligentiſſime continebantur, efficiebat, ut de pecuniis clanculum habendis cogitare non audercnt, & ea tum in providendis neceſſariis adhibebatur cura, tum in diſtribuendis ſervabatur æqualitas, ut nec habere vellent. Milites autem quo citius occultorum confeſſionem extorqueant, ab junioribus quæſtionis initium facere conſtituunt, quod eos ſperarent ob ætatem & ſimplicius atque apertius ad interrogata reſpon- ſuros, & facilius ceſſuros tormentis, quibus ad indicanda, quæ oſſent, cogerentur. Hos igitur aggreſſi, pugnis & alapis adeo dure & inclementer ceciderunt; ut eorum uni dens molaris excuſſus, locum in gingivis vacuum reliquerit, quem poſtea, cum evaſiſſet (neque enim hic in numero Martyrum fuit) F multis inſpicere volentibus oſtendit.

C. XIX. *Verſe to PP. Minoritas furore,*

jaculorum primum torquent, proditionis accuſant.

66 Alius quidam inter eos laicus, nondum talibus pugnis aſſuetus, ſublata voce ajulura cœpit cum lacrymis. Quem Guardianus, alii- que Fratres ad patientiam interim cum increpatione hortabantur. Sed cum eum nihilo minus duris verberibus, ac minis etiam gravioribus perurgeret militum ſævitia, ut theſaurum & res pretioſas Eccleſiæ commonſtraret, cum fletu reſpondit, oullius omnium ſa conſcium eſſe: ad Guardianum, ut præfectum, taliorum rerum notitiam & curam pertinere. Tum illi; Quis ex vobis eſt, inquiunt, horum proditorum præfectus? Proditores ideo vocabant, ne (quod Evangelicæ doctrinæ contrarium exiſtimabatur) religionis cauſa ſupplicio, moleſtiave quemquam afficere viderentur. Itaque proditionis ac læſæ reipublicæ crimen aſſidue objectabant iis omnibus, quos religionis nomine exoſos e vivis ſublatos cuperent. Sciebant enim quam proditoris nomen apud omnes odioſum eſſet. Quare confictis de induſtria criminibus, in id ſtudioſe incumbebant, vulgo paſſim uti perſuaderent, hoſce captivos pleroſque non aliud eſſe, quam patriæ proditores,

A tores, & conjuratos publicæ ſalutis at libertatis hoſtes. Porro mentione præfecti facta, junioribus dimiſſis, correptum illico Hieronymum Vicarium, Guardianum eſſe rati, minis & terroribus aggrediuntur. Pugionem pectori ejus admovent, adacturi in viſcera, ni prodat poſtulata.

Tolerum Vicarii & Guardiani optimus;

67 Vicarius eum verbo poſſet a ſe periculum avertere, ſi videlicet cum, ſe qui falſo putabatur, negaret, ipſe periclitari tacendo maluit, quam quod res erat, eloquendo, vitam alterius in diſcrimen vocare. Fuit hoc in eo magni erga præfectum ſuum amoris argumentum. Sed non minus iſtud laudabile, quod ſuo vicifſim Vicario Guardianus præſtitit; dum illo tacente, & violentas militum manus exſpectante, pro ſalute ejus ſemet objiciens (neque enim ferre potuit optimus ſuorum Paſtor & Pater, ut errore perſonæ quiſquam alius pro ſe cruciatu vel omnino moleſtia afficeretur) ſt illorum eſſe Guardianum

B clara voce profeſſus eſt. Eum ergo cognitum, Vicario dimiſſo, aggreſſi rabidi illi atque immanes cacodæmonum miniſtri, tractant hominem, non ut hominem, ſed ut nocentem aliquam feram, imo verius ut ſceleratiſſimum totius orbis ſicarium. Sic enim ipſe poſtmodum cuidam ſecreto retulit, a quo nos & illud & alia quædam habemus. Primum inſtant horrendis vocibus; mox verbera ſubmittunt & congeminant in tantum, ut univerſum penè corpus illi contunderent. Adduntur ad augendum terrorem minæ graviſſimæ.

Hujus paucis reſponſio poſt quam data,

68 Hac via nitentibus ad extorquendam theſauri confeſſionem, placide Nicolaus reſpondit hujuſmodi verbis: Calices ſacros & ornamenta templi noſtri in arcem iſtam illata ſuiſſe non ignoratis. Ubi ea quoque reperta a vobis eſſe nihil dubito. Alium porro theſaurum non habemus; ſed pauperes eum ſimus, ex eleemoſynis vitam ſuſtentamus, quas nobis uſque in præſens homines boni ſunt elargiti. Ex iis autem ſi quid adhuc reliquum eſt, id

C ubi ſit, neſcio. Neque enim noſtris, ſed ſecularium hominum manibus pecuniam in noſtras eleemoſynas collatam, tractari at diſpenſari ſatis probe noviſtis. Ad hæc milites; Mentiris monache. At vir ſanctus poſt primum illud reſponſum, utpote verum, abſolutum at rationis plenum, nullis deinceps neque minis, neque verberibus, neque alia quacumque membrorum divexatione compelli potuit, ut verbum præterea loqueretur. Etenim ſemel id, quod res erat, aperte ſimpliciterque reſponderat. Revera namque theſaurum, quo Fratrum ſeu monaſterii neceſſitatibus in longum aliquod tempus proſpectum eſſet, neque collegerat aliquando, neque ut colligeret, umquam laborarat. Quod quidem ab eo ſapienter imprimis, ac ſuæ profeſſioni convenienter factum eſt: tum autem & ea tempeſtate admodum accidit opportune. Quippe tali compendio cautum proviſumque fuit, ut ne hoſtes eorum hæretici theſaurum, quem auferrent ac nequiter conſumerent, reperirent: ſimulque ſublata occaſio ſiniſtræ æſtimationis, quam non ſine gravi ſcandalo concipere plerique potuiſſent, ſi apud eos, qui paupertatem Evangelicam ſingulari quodam modo publice profiterentur, latentes pecuniarum theſauri reperti fuiſſent. D

CAP. XX. *Alius quibusdam in ipſum crudelitas*

69 Cum igitur milites verbum ditiſceps nullum ab eo ſuper interrogatis extorquere poſſent, immaniter protrahunt ſuſpendendum. Qui cum inter hæc diceret: Nihil eſt neceſſe ma ad hunc modum trahi; ipſe lubens ac ſponte progrediar: illi nihilo mitius agentes, etiam funem, quo pro ſui inſtituti ratione cinctus erat, in collum ejus injiciunt, ipſum deinde ſic ligatum ferociter admodum in diverſa trahunt ac retrahunt, donec ad oſtium carceris perventum eſſet, ubi eum ſicut paulo ante Poppolium, ſuſpendio torquere parant. Itaque ſupra oſtium protenſo fune, quo collum Martyris ſtringebatur, primum violento ejus tractu ipſum attollunt humo. Sed cum diutius funem manibus tenerent, quærentes retinaculum aliquod, ſeu clavum, ſeu ſtipitem, cui funem innecterent, interim pendentis corpus modo ſubſidit & pedibus ad terram vergit; modo a barbaris illis iterum attracto E fune attollitur: atque in hac viciſſitudine pœna ſancto Martyri cum vita producitur; & mors, quam obirt pro Dei Eccleſia vehementer optabat, diffortur.

& aviciſſitudine ſæva tormenta,

70 Porro milites, cum funem pondere corporis abſcedentem identidem ad ſe retraherent, nec invenirent, ubi religarent; tandem quernum ſtipitem oſtio inſerunt, cui funem innectant. Accidit autem, ut illo crebro ad ſuperiorem oſtii partem attritu, funis rumperetur, ſimulque corpus pendentis gravi lapſu in terram decideret. Jacebat ergo vir ſanctus humi provolutus, capite declini, nullo vitæ indicio, planeque mortuo ſimilis. Accedunt milites, ut explorent, num vere ſit mortuus; jacentem paululum erigunt, ac ſedentis habitu componunt, dorſo ad parietem applicato. Deinde ſive per ludibrium, quod omnino jam mortuum crederent, ſive mortis ejus certius explorandæ cauſa, quod per cruciatus fieri facillime poſſe putarent, admotis candelis ardentibus, amburunt ei frontem, verticem, os, genas, aures, mentum, naſum. Quia etiam F (o immanitatem) flammam naribus inſertam in cerebrum ſubmittunt. Neque id ſatis. Os illi vi diducunt aperiuntque, & ardente candela immiſſa, linguam & palatum omne ita adurunt, ut ex eo tempore guſtu vehementer hebetato ac pene extincto, vix ullum a cibo potuve ſaporem amplius perceperit.

quibus adeo facile deterreri,

71 Nam & poſtera luce lingua totumque palatum veſiculis frequentibus obſita fœdeque affecta, ſociis inſpectantibus, quam eſſent ab illis barbaris crudeliter tractata, ſatis monſtrabant. Tum autem & facies tota flammis admodum deturpata, & frons ac genæ ſupercilliis & palpebris orbatæ (nam & oculis clauſis flammas exterius admoverant) triſte ſpectaculum aſpicientibus exhibebant, ſimulque carnificum illorum ſævitiam loquebantur. Collum quoque ex ſunt, quo diu fuerat aſtrictum, tumens ac lividum, & qua parte funis aſperitate fuerat attritum, quaſi rubra circumducta linea, pelle nudatum cernebatur. Cujus rei manifeſtum deinceps in collo veſtigium una eum ſignis uſtulationis earum partium, quas diximus, ad mortem uſque vir ſanctus geſta-

A geſtavit. At vero milites, cum poſt tot cruciamenta nullum adhuc in eo vitæ indicium animadverterent, tum contemptibiliter, pedibus repulſum atque humi projectum pro mortuo demum reliquerunt, abieruntque dicentes: Monachus eſt, quis requiret?

ut pro mortuo relinquitur.

72 Nec aliud ſane captivi ceteri, quibus ſpectantibus res tota gerebatur, quam dudum eum exſpiraſſe arbitrabantur. Et utique glorioſam ibi mortem glorioſus Dei Martyr inter illorum carnificum manus oppetiviſſet (jam enim diu, & ultra morem humanum jacuerat ſenſuum uſu deſtitutus) niſi Deo viſum fuiſſet ad hoc eum aliquanto diutius in vita ſervare, ut tum publica fidei Catholicæ confeſſione, tum graviorum etiam cruciatuum atque opprobriorum tolerantia probatus & cognitus, majorem in modum inclareſceret: ſimul ut locii, quorum non omnium par fuit ad ſubeundum martyrium alacritas & fortitudo, virum haberent, cujus exemplo & aſſiduis uſque in finem exhortationibus B incitati, firmatique in ſuſcepto tam gravi certamina non deficerent. Porro qui duces ſe tantæ crudelitatis præbuerunt, tres fuere Gorcomiani, quorum unus Niger cognomine, moribus certe nigerrimus, apud Geuſios in piratica præfecturam aliquando geſſerat; alii duo fratres erant, nonnulla etiam propinquitate contingentes eum, in quem talia deſignabant; ceterum filii peſſimæ mulieris, quæ cum Gorcomii obſtetricandi munus exerceret, cantilenas aliquot, partim hæreſeos fermento reſperſas, partim amatorias & laſcivas, a ſe compoſitas, in vulgus emiſerat.

Præfectus indolentia ferociores ſæpe habuit.

73 Eam Leonardus parochus, velut pietatis ac pudicitiæ peſtem, aliquando conatus civitate ejicere, primum magiſtros civicos ſuo propoſito obſiſtentes habuit; tum ne in Præfecto quidem regio præſidium reperit ſatis firmum. Cujuſmodi ſane difficultatem pius Paſtor non hac ſolum in re, ſed & in aliis magno animi ſui dolore ſæpe fuerat expertus. Nam Præfectus, etſi Catholicus, principio tamen ſegnius, quam rei magnitudo poſcebat, iis coercendis ac puniendis incumbebat, qui in religionem peccaſſent. Unde poſtea factum, ut eorum incrementis in anguſtias redactus, cum eos coercere C vellet, non poſſet; ſed & a quibuſdam in ſenatum cooptatis id genus hominibus, quorum electionem ipſe ſuo calculo confirmarat, deluſus, ſpretus, ſupplantatus fuerit, eo uſque, ut ab illis etiam vitæ ſuæ metueret. Quod & aliis quibuſdam rerum publicarum præfectis eadem hac tempeſtate contigiſſe novimus. Juſto namque Dei judicio fit, ut quos delinquentes ſeu corrigere, ſeu pro meritis punire neglexerimus, eoſdem poſtmodum, ipſa jam impunitate roboratos, & tam numero, quam viribus auctos, denique potentiores nobis effectos, noſtræ ſocordiæ graviſſimos ſentiamus ultores; ita nimirum diſponente Dei juſtitia, ut quemadmodum ſcriptum eſt, per quæ quis peccat, per hæc & puniatur. Sed alius huic querelæ ſit locus.

CAP. XXI. *De veræ narrationis veritate.*

74 Priuſquam autem ad inſtitutam narrationem revertar, interim monendus es mihi, Chriſtiane lector (ut ſinceram hiſtoriæ noſtræ veritatem agnoſcas) quædam vel falſa vel certe dubia, quorumdam relatu per id tempus de Martyrum noſtrorum afflictione ſparſa fuiſſe in vulgus, quæ nos huic commentario noſtro inferenda minime putavimus. Neque enim aut falſis aut dubiis egent laudibus Martyres veritatis, quorum ea virtutis excellentia fuit, ut ne his quidem eorum geſtis, quæ vera, certa atque comperta ſunt, pro dignitate celebrandis ſatis idoneos nos ſentiamus. Ferebatur, eos prima illa nocte, detractis veſtibus, nudos toto corpore virgis lictoriis immaniter ac fœde dilaniatos fuiſſe. Quod quidem factum non eſſe, ſatis conſtat; quamquam ita facere Geuſios ſtatuiſſe credibile eſt, ut qui virgas cum ſcala tortoria paratas jam habebant. Nam pridie viſi fuerant, qui virgarum faſces in arcem adferrent. Unde nata ſuſpicio fuit, ut ita factum putaretur. D

A GUIL. ESTIO.

75 Cur autem factum non ſit, Deus novit, cujus in manu ſunt voluntates hominum. Creditum eſt etiam a nonnullis, Nicolao Pico inter alia cruciamenta, quibus eum varie vexatum ſupra narravimus, crucis figuram ad ignominiam in fronte cultro exaratam fuiſſe. Sed nec iſtud nos aſſeverare poſſumus, erroris cauſam putantes, quod frons ejus, ſive ex lapſu, quando rupto ſine in terram decidit, ſive flammæ aduſtione fauciata, & poſtmodum linteo velata, piis quibuſdam occaſionem ejuſcemodi aliquid ſuſpicandi dederit. Nihilo plus fidei meretur, quod alius quidam, haud ſcio quo ductus argumento, crucis characterem a fronte tranſtulit ad cervicem. Nobis autem propoſitum eſt, non incertas quorumlibet conjecturas hiſtoriæ noſtræ admiſcere; ſed ea modo, quæ vel comperta vel ab idoneis teſtibus accepta habemus, integra fide referre. Siquidem Eccleſiæ Catholicæ negotium, quæ firmamentum eſt & columna veritatis, confictis incertiſve narrationibus promovere velle, valde improbum, & ab officio Chriſtiani ſcriptoris penitus alienum ſemper putavi.

rationem reddit cur ſibi fides non habeatur.

76 Quamobrem mirari ſatis nequeo cujuſdam hominis ſtudium (uti videtur) haud ſincerum, qui ante multos annos hiſtoriolam Martyrum noſtrorum evulgans (quam & Neapoli in Italia poſtmodum recuſam, maximiſque viris, ut veram atque fidelem, oblatam fuiſſe intellexi, & Ingolſtadii in Germania rurſus excuſam nuper ipſe vidi) præter alia, quæ non ex vero ibi F narrata deprehendi, præclaram illam Nicolai Poppelii confeſſionem, ſupra a nobis commemoratam, mutato nomine, ad aliam, quam volunt, perſonam tranſtulit. Quem errorem deinde ſecutus eſt is, qui hiſtoriam eccleſiaſticam Martyrum Ordinis S. Franciſci Pariſiis edidit anno MDLXXXII. Mihi quidem de fide rei geſtæ, ne quis dubitet, certiſſime conſtat; non tantum ex germani mei fideliſſima narratione, qui hoc ipſum accepit ex ore Leonardi parochi, quo tempore is, uti poſtea referemus, aliquantiſper e carcere dimiſſus, liberæ colloquendi cum amicis habuit poteſtatem; ſed & quorumdam aliorum, qui tunc illic præſentes aderant, & poſt evaſerunt, concordi conſtantique relatu: quorum etiam unus, Pontus Heuterus nomine, Gorcomienſis Canonicus, vir doctus & libris editis poſtea nomen adeptus, qui non ita pridem vita functus eſt, rem geſtam verſibus Belgicis ſcripto mandavit. Sed ad inſtitutum redeat oratio.

repellit hic quæ falſo ſparſa narrat.

77 Poſtquam Geuſii milites, uti dicebamus, C. XXII. car-

A carcerem reliquerunt, Nicolaus Picus, quem jam animam exhalaſſe tam ſocii, quam milites putabant, tandem ad ſe rediit, non ſine magna ſociorum omnium admiratione. A quibus deinde, quantum locus & tempus ſinebant, reſocillatus, ulum loquelæ recepit. Tum verò Hieronymum Vicarium, alioſque fratres & concaptivos hunc in modum eſt allocutus: Ego, fratres mei, per animi deliquium adeo penitus extra me fui, ut eorum, quæ in me & circa me facta ſunt, ſenſerim omnino nihil. Atque utinam Domino Deo viſum fuiſſet ſimul enimam hanc vinculis corporis exſolvere, & ad ſe recipere. Verum quia non ita placuit, fiat quidquid ille de me ſtatuit. Interim hoc vobis affirmo, pœnam hanc ſuſpendii neque gravem, neque acerbam eſſe toleratu, quemadmodum ego nunc reipſa ſum expertus. Cruciatus ipſe & modicus eſt & momentaneus; quem illico animi ſenſumque defectio conſequitur. Quo tam brevi, tamque facili paſſionis compendio ad æternam beatamque vitam, & coronam illam inamiſſibilem, in cælo nobis repoſitam evolabimus; ut fane liqueat, B quam non ſint condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Iſtiuſmodi ſermone ſocios conſolabatur verus Chriſti confeſſor, imo jam Martyr, quantum in ipſo erat; ſed voluntate Dei præter ſpem in vita reſervatus, ut fratres ſuos ad finem certaminis, ſuo tam fortitudinis exemplo, quam exhortationis verbo continue firmaret animaretque.

A Guil. Estio. Guardiani ad ſe revertit egregia ad ſocios oratio.

Novi ab impiis tortores & ſupplicia.

78 Tranſacta nocte illa tragica, qua tenebrarum miniſtri opera tam multa, ſe ſuoque principe digna, in Dei ſervos perpetrarunt, primo rurſus diluculo veniunt ex iis quidam ad carcerem, ſecurim adferentes eo conſilio, ut corpus Guardiani, quem pro mortuo reliquerant, & non aliud quam mortuum putabant, membratim dividerent, ipſaſque partes portus urbis ſublimes affigerent. Quod publicæ ignominiæ genus urbium ac regnorum proditoribus, qualem hunc cum ſociis haberi apud omnes volebant, poſt extremum ſupplicium inferri ſolitum eſt. Sed cum eum, ſecus quam C arbitrabantur, ſpirantem adhuc & viventem reperirent, primum admirari, mox iterum indignis modis ægrum adhuc vexare cœperunt, pedibus humi ſedentem impellere, in ventrem & latera calcibus impingere, atque inter hæc dicere; Vivitne Monachus? Vivitne adhuc? Aliiſque tum dictis tum factis petulanter in eum inſultare; tametſi a nece inferenda temperandum ſibi tunc quidem putaverunt. Hæc igitur, quæ jam commemoravi, primæ noctis acta fuere.

D

CAPUT VIII.

Quam atrocia ſequentibus noctibus paſſi fuerint SS. Martyres. Leonardi Parochi e carcere demiſſio, ut duobus Catholicis in crucem agendis aſſiſtat; ejus religio fruſtra tentata. Conceſſus chirurgus, cujus conſilia fortiter reſpuit Guardianus.

POrro nocte altera, dum iterum milites temulenti, impetu ruunt in carcerem, C.XXIII. *Friſii alii rum barbarum ſævitia.* aderat una Friſius quidam, cohortis ductor, vino madidus. Hic poſt diras contumelias, quas una cum ſociis in ſacerdotes & monachos evomebat, barbarum facinus homo barbarus aggrediens, ait: Volo, ut omnes ordine mihi buccas veſtras infletis. Tum ſoitio E facto a quodam Minorita, & inde ad alios progreſſus, binas aut ternas alapas ſingulis in utramque maxillam impegit tanta vi, ut pleriſque cruor e faucibus ac dentibus, quibuſdam e naribus, nonnullis etiam ex oculis erumperet atque emanaret; ac prima luce malæ eorum tumidæ, velut hominum tubas inflantium apparerent. Ab hac ſævitia vix unus & alter immunes fuere, qui, ne conſpicerentur, in foramen quoddam bombardarium, quod in muro erat, ſeſe immiſerant, quo vel hac ratione vim improbiſſimorum militum paulliſper effugerent. Alius vero quidam, ad omnem afflictionis incurſum trepidus, ideoque & a martyrii gloria alienus, dum barbarum illum cognatum ſuum appellat, ſimulque porrigit ei quidquid pecuniæ reliquum apud ſe ſervaverat, oſculo pollici ejus impreſſo, graviorem vexationem evaſit. Reliqui omnes ſcythicam hominis inſolentiam pati coacti ſunt.

quod aperti militis ſe mutaverit.

80 At idem ille tantopere ſibi placuit eo facto, ut poſtero die, cum apud prætorem urbis (vulgo Scultetum vocant) prandet, F de eo tam egregio facinore ſerio gloriaretur. Atque huic facto alia ſimilia ferme quotidie a militibus in captivos deſignabuntur, ſub noctem maxime. Tunc enim a cœna ſaturi, miſerorum afflictatione, velut jucundiſſimo quodam exercitamenti ludique genere, animos ſuos oblectabant. Fiebatque interdum, ut cum una aliqua nebulonum turba iſtiuſmodi ludo ſatiata, ſeu verius delaſſata (neque enim aliquando ſatiari poſſe videbantur) abſceſſiſſet, alia ſuas quoque tragœdiæ partes actura ſuccederet. Sed & quoties in aream novi hoſpites adventabant, primum hoc oblectamentum eis honoris cauſa milites præſtabant, ut ad captivos introducerent, poteſtatem facientes, ut quantum vellent, eorum miſeria, opprobriis, irriſionibus, oculos animumque paſcerent, & ſi quo pacto ſe læſos aliquando ab iis arbitrarentur, ibi ſeſe dictis, factis, ut libitum eſſet, ulciſcerentur.

81 Con-

A *varils turpibus verbis & ludibriis.*

81 Contigit inter alios Gallum quemdam militem in carcerem ingredi, captivis illuſurum. Quem ut Gallum eſſe cognovit Gallus quidam Minorita (ſcilicet qui poſtea martyrii palmam turpiter e manibus amiſit) communis ſeu patriæ, ſeu linguæ reſpectu, benevolentiam ab homine exſpectans: Ego ſum, inquit Gallica, tuus conterraneus: Cui miles: Itane vero? Simulque cultro poſtulatu, minatur ſe ei virilia abſciſſurum, addens hæc verba: Quia mihi conterraneus es, ſuſpendam te. Et ne nihil facto præſtaret, accepto cultro faciem illi incidit. Edebatur autem & aliud non minus impium, quam inhumanum ſpectaculum. Nam ſeni illi & barbari hominas ad monachos ſacerdotes, quos ſenectus ceteris venerabiliores oſtendebat, accedentes, per ludibrium ante eos flexo poplite ſeſe demittebant, quaſi juxta morem Eccleſiæ Catholicæ, peccatorum ſuorum exomologeſin facturi; ſimulque in eorum aures verba naſcio quæ inſuſurrabant.

B Quæ irriſiona mox in apertam ſævitiam converſa, cœperunt alapas optimis illis ſenibus in faciem inclementer incutere, colaphis capita contundere, nullam venerandæ canitiei rationem habere, juxta id quod a Threnographo ſcriptum eſt: Facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.

Wilhadus ad ſingula verbera Deo gratias reſpondet.

82 Unus monachorum Wilhadus, ætate jam pene decrepitus, ad ſingula verbera reſpondebat, Deo gratias: hoc videlicet reputans ſecum vir pius, nullum ſibi præſtari poſſe beneficium majus, ad conſequendam æternæ felicitatis gloriam, quam quod per illos Deus præſtabat, ut pro Chriſtiana Catholica religione contumelias & verbera pateretur. Agnoverat olim hoc divinum beneficium glorioſus Chriſti martyr Ignatius, quando malitiam lævientium in ſe militum, ſuam eſſe dicebat inſtructionem. Agnoverat & beatiſſimus Cyprianus, quando, lata adverſum ſe mortis ſententia, idem illud verbum eodem ſpiritu ſemel pronuntiavit, quod neomartyr iſte ſenex, quoties cædebatur, toties iteravit. Idem venerabilis Pater ab alio nebulone, mimicam illam confeſſionem in ſinum ejus fundente interrogatus, quid ad ea, quæ ipſe confeſſus eſſet, reſponderet? Ego, inquit, Dominum

C Deum pro te orabo. Sanctum omnino & ſapiens reſponſum. Sciebat enim, non alio aptiori remedio ſanari poſſe morbum, alioqui deploratum, quo ille laborabat, quam aſſidua juſti hominis ad Deum precatione.

pugnis & alapis tantum non enecatur.

83 At ea reſponſione accepta, Geuſius velut furia percitus; Tune pro me orabis? ait. Nec mora cœpit homo barbarus, inſtar efferatæ cujuſdam belluæ diris modis in optimum ſenem graſſari, pugnos & alapas ingerere, totum verberibus obtundere, tantumque non enecare. Nimirum viri ſancti precationem execrabatur vir impius, & phrenetici more, medicum ut hoſtem impetebat; magnamque interpretabatur injuriam, oblatum adverſus vim morbi remedium. Atque interim tamen lingua piiſſimi ſenis ad plagas ſingulas non aliud reſonabat, quam Deo gratias. O vere beatum ſenem! virum ad flagella paratum, & adverſus tot improborum injurias ſolo patientiæ clypeo munitum, qui perfectionis Evangelicæ, juxta

profeſſionem ſuam inſignis æmulator, non modo vindictam non expeteret, ſed & gratiam, inimicis indebitam, ſuppliciter poſceret, gratiam Deo debitam fideliter referret. Sed de nocturnis illis ac primis Martyrum afflictionibus hæc ſatis.

D A. Gutt. Estio.

84 Poſtulat nunc ordo narrationis, ut de Leonardo ſeniore parocho referam, quemadmodum is, & qua ratione e carcere dimiſſus, & qua deinde malevolorum fraude ac perfidia fuerit eo reductus. Pridie Kalendas Julii, qui dies erat tertius poſt primam illam noctem, acerba captivorum vexatione præ ceteris inſignem, ducebantur ad patibulum, medio civitatis foro recens erectum, duo cives Catholici, Theodorus, cognomento Bommerus, & Arnoldus, vulgo Rex agnominatus: ille, quod ex arce præternavigantes Geuſios, ſacrorum calicum ſuppilatores ac ſacrilegos inclamaſſet, ut ante diximus: hic autem, quod regio nomine militem locis quibuſdam vicinis collegiſſet; uterque Deo regique ex animo devotus. Rogavit tunc quidam Marinum, arcis præfectum, ut Leonardum carcere tantiſper abeſſe ſineret, donec damnatis, ut qui parochum eum habuiſſent, ad extremum ſupplicium adeſſet, ſalutaria monita damigrantibus daturus. Quod quidem non ita difficulter impetratum eſt, reſpondente Marino: Comitatur eos Papiſta Papiſtas.

C.XXIV. *Leonardus Paſtor, ab duobus Catholicis ſuſpendendis aſſiſtit.*

e carcere dimiſſus, ſuos omnes hortari pergit.

85 Leonardum igitur, eos ad locum ſupplicii comitantem, multi ſequebantur Catholici cives e collegiis, quæ duo Gorcomii erant ſagittariorum, quorum ſane nonnulli lacrymis pium erga ſuum paſtorem affectum declarabant. Quos ille vicifſim, quantum pro tempora licuit, conſolabatur, grateſque agebat pro animo erga ſe tam benevolo atque propenſo; vel ſolum illud eorum ſtudium magni ſe beneficii loco ducere teſtatus, etiamſi liberari non contingeret, ſed moriendum ſibi eſſet. Porro Marinus, cui ſtudium erat omnibus placere, ut omnium favore arcis præfecturam retinere poſſet, cives paſtoris ſui deſiderio triſtes ita alloquitur: Bono animo eſte. Paſtor non morietur, mutabit enim ſententiam, & aliam poſt hac concionandi rationem ſequetur. Quod audiens Leonardus: Minime vero, inquit, numquam, Deo propitio, futurum eſt, ut F aliud doceam, quam ſemper huc uſque docui, ſed purum ſineerumque Dei verbum, ſicut hactenus, ita deinceps, ſeu vivere detur, ſeu moriendum ſit, docebo. Et ad cives ſermone converſo: Quin adeo, vos, inquit, enixe precor & obteſtor, optimi cives, ut in iis, quæ ex me paſtore veſtro didiciſtis, ad extremum uſque vitæ ſpiritum conſtantes atque immoti permaneatis, quidquid demum ea cauſa ſeu mihi ſeu vobis ferendum erit.

et duas illas ſuſtinendas egregie exhortatur.

86 Tum autem & duos illos, qui ad mortem ducebantur, cum eos videret ignominiam infamia illius atque apud homines deteſtabilis ſupplicii, nonnihil (ut humanus fert animus) exhorreſcentes, ceteroquin promptos ad mortem pro fide, juſtitiaque ſubeundam (quæ quidem animi promptitudo in Theodori vultu & verbis potiſſimum elucebat) ita ſuo exemplo conſolatus ſimul &

A cohortatus eſt: Forti enimo eſtote, veſtræ nunc
A. Guil. patiendi vices ſunt; cras meæ ſorſiten futuræ,
Estio. Idem mihi ſupplicium, eadem ignominia, eadem exſpectanda eſt mortis inſamia. Cumque ſcalam conſcenderet, ſimilitudinem adferebat ejus ſcalæ, quam olim patriarcha Jacob in cælum uſque porrectam videns, Angelos in ea deſcendentes & aſcendentes contemplabatur. Iidem, inquit, Angeli per eam modo ad vos deſcendunt, veſtræ patientiæ ſpectatores ſimul & adjutores: cum quibus ipſi paulo poſt in cælum aſcendetis, ejuſdem patientiæ præparatam illic vobis coronam accepturi. His & aliis hujuſmodi verbis oves ſuas, ad occiſionem ductas, confortare bonus paſtor non deſtitit, donec illo ſelici certamine perfunctæ, in quo pro juſtitia laborantes, contra juſtitiam plectebantur, animos Deo redderent.

Quæ illius Martyres cenſet audiæ.

87 Hunc vero Theodorum cur a ſanctorum Martyrum numero excludere debeam, non video, cum necatus ſit impiorum manibus, non ut maleficus, ſed ut Catholicus; neque revera, ut maledicus, ſed ut ſacrilegæ impietatis liberrimus reprehenſor. Quod cum etiam in judices feciſſe lenctiſſimos quoſdam Martyres legamus, ut in Actis Apoſtolicis Paulum, ut Andream, Laurentium, Sebaſtianum, Agatham, Fauſtinum & Jovitam; quid cauſæ fuerit, cur dubitemus, num recte Chriſtianeque factum ſit ab hoc viro in perduellem ac perfidiosum gregem piratarum? Sed & Arnoldum in eodem albo adſcribendum, quoniam juſtitiæ cauſa ſupplicium ac necem ſubiit, dubitare non debeo. Cum his duobus una ducebatur ad patibulum Theodori filius (quem cum patre ſuiſſe ſeorſim abductum in carcerem, ſupra narravimus) non minori animo ſupplicium paſſurus, quam pater, cui ſe Catholicilmi ſtudio reddiderat ſimillimum. Nam & tunc, cum e medio captivorum poſt patrem evocaretur, libenter ſecutus patrem, clara voce dicebat; Benedictus Deus. Verum cum duceretur, cujuſdam virginis Catholicæ, eum nuptui petentis, interventu ac deprecatione liberatus eſt, in ea nihilominus, pro qua ſuerat periclitatus, Catholica fide cum ſua conjuge deinceps animo ac profeſſione perſiſtens.

Fruſtra in Geuſiorum partes allicitur Leonardus,

88 His peractis, voluere milites Leonardum in arcem reducere. Sed reclamantibus, ne id fieret, civibus, ductus eſt in curiam; ubi imperatum ei fuit a Marino & ſenatu, ut verbum Dei recte ac ſincere prædicaret. Idque Leonardus facturum ſe promiſit. Deinde, in poſterum Miſſam ne faceret, interdicentes, poteſtatem permiſerunt libere commorandi intra civitatem: ita dumtaxat, ut ex urbe diſcedere ei ſine dimiſſorio libello (vulgo paſtportum vocant) non liceret. Pro qua re fidem ſuam interponebat utrumque collegium ſclopetariorum. Porro qui in ſenatu primi erant, hac cautione non contenti, Leonardum ipſum jurejurando aſtringere voluerunt, id nimirum maligno ſtudio agentes, ut vir auctoritate præſtans & concionator inſignis, ea ſacramenti religione conſtrictus, effugere non poſſet, ut non in ipſorum tandem ſententiam parteſque, vel ſpecie ſaltem atque externa profeſſione tenus diſcederet, metu compulſus.

89 Quam ille eorum callidam machinationem intelligens, rationem reddidit, cur tam arcto vinculo ſe teneri nollet. Ita denique effectum, ut nudam ejus promiſſionem, qua fidem dabat, ſe, niſi miſſione prius impetrata, nuſquam extra civitatem abiturum, ſenatus acceptam haberet. Injungebant ei præterea, ut in feriis Viſitationis B. Mariæ (qui dies uno interpoſito proximus ſequebatur) concionem publice haberet, dicebantque; Noſti, quemedmodum tibi poſthac ſit concionandum. Quibus ille reſpondit: Equidem probe novi, quomodo concionari debeam, idque reipſa declarebo. Quo dicto, dimiſſus e ſenatu, domum abiit. Ubi eum continuo inviſit Guardiani ex ſorore nepos, cui, exacto prius jurejurando ſecreti ad tempus ſervandi, præcipua quædam nerravit eorum, quæ fuerant acta in carcere; ac nominatim id, quod ſupra commemoravi de Nicolao parocho, ejuſque pro ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento conſtantiſſime confeſſione, ſubjungens hæc verba: Meus Nicolaus verus eſt martyr. Suum enim Nicolaum, quod eum dudum in officio Paſtorali ſubſidiarium, velutique diſcipulum, poſtea ſocium & collegam habuiſſet, vocitare ſolitus erer.

Qui de ſui filii in carcere, fide multa narrat.

Quæ pro captivorū liberatione acta ſint.

90 Sub idem tempus alii quoque captivorum nonnulli, poſt diligentem amicorum & propinquorum ſolicitationem, liberati ſunt, ii ſcilicet, quos ut ceteris minus exoſos, redimi patiebantur Geuſii, tametſi non niſi grandi pecunia, cum fidejuſſione, quod urbem ſine venia non eſſent relicturi. Erant etiam Nicolao Pico præter matrem fratres germani tres, ſorores duæ, tum alii propinqui non pauci, qui omnes ſtatim fere ab initio captivitatis pro ejus liberatione diligenter ſolicitarant. Sed cum poſtea didiciſſent, eum omnino non paſſurum ſe liberari, niſi liberata ec dimiſſa pariter tota fratrum ſuorum ſocietate, tum etiam pro illis agere cœperunt. Verumtamen nihil effectum eſt, partim obſiſtentibus Geuſiis, quorum erat in monachos odium ſingulare, partim eoquod ſolicitantium voluntates & ſtudia non ſatis inter ſe reſponderent, eſſentque e civibus præcipuis nonnulli, qui pro quibuſdam aliis e captivitate eximendis omni contentione laborantes, monachorum ceuſam, ſeu vilem ac deſpicabilem negligerent.

CA. XVI. Rigotus aliquis, ut chirurgum accerſat,

91 Contingit autem, ut eodem illo die, quo dimiſſus fuerat Leonardus, vir quidam Catholicus, Clemens Calvius, artium magiſter, Nicolao Pico ſanguine junctus, benevolentia Marini novi præfecti uſus, arcem ingrederetur. Quem cum e carcere per cancellos Nicolaus conſpexiſſet, inclamavit, Clemens, audita e carcere voce, propius cœpit accedere. Sed prohibens eum Nicolaus: Sta procul, inquit, ut ne tu quoque pericliteris noſtri cauſe, ſi forte deprehenderit te quiſpiam nobiſcum ſecretius colloquentem. Tantum hoc, ſi potes, effice, ut chirurgus aliquis edvocetur, qui nobis curationem adhibeat. Adit ille continuo præfectum, & captivorum petitionem indicat. Cui præfectus: Quorſum iis opus chirurgo? Reſpondit ille: Vulneratus eſt eorum aliquis. Rurſumque præfectus. Unde vulneratus? Forſitan, inquit alter, ex fornice lapis decidit in caput

cujuſ-

A cujuſpiam. Ad hanc vocem cachinnum ſuſtulit præfectus, nimirum probe conſcius eorum, quæ dudum acta eſſent in carcere, quæque adhuc quotidie agerentur.

Is de præfecti conſtantia ad carcerem nuntiatur.

92 Ceterum hoc unice cavebat, tam ille, quam qui factionis erant ejuſdem, ne apud cives, præſertim Catholicos, tam indigna captivorum tractatio vulgaretur. Proinde paſſim jactabant, captivos omnes in conclavi luculento honeſte cuſtodiri, ciboſque & vinum liberaliter eis miniſtrari. Quem rumorem etiam in oppida vicina, quæ nondum ipſorum in poteſtatem erant redacta, diſſeminari ſtudioſe curabant; ut hac quaſi ſpecie præclaræ humanitatis apud externos quoque benevolentiam ſibi conciliarent, aditumque pararent ad occupandos eorum animos. Aderat ibi forte Martyrum ille cruentus carnifex, Niger cognomine, ſupra a nobis memoratus. Is audito eo, quod de captivis referebatur, ad præfectum ait: Ne quæſo chirurgum eis permitte. Quin potius ſine B computreſcant & inflammentur eorum vulnera, quo ſic omnes lenta morte confician̄tur, ac male pereant monachi illi & ſacrificuli idololatrici. At præfectus, vir non prorſus inhumanus, barbari hominis ſuggeſtionem nihil motus, annuit de chirurgo, non alium tamen admiſſurus, quam quem ipſe deſignaret.

Guardiano ægrotanti fundus, ut ſibi conſulat,

93 Erat is Theodorus quidam Cortmannus, Guardiano (quod præfectum latebat) affinitate junctus. Duxerat enim ſororem ejus natu minimam, honeſtiſſimam ſane mulierem. Dum chirurgus exſpectatur, Clemens adferri curat Guardiano panem candidum cum vini ſextario, quibus noonihil reficeretur. Quippe vires ei non illa tantum immani militum tractatione graviter afflictæ, verum etiam inedia vehementius attenuatæ, jam pene defecerant. Cum autem cibum ac potum ſumeret, affirmabat, ſe in iis nihilo plus ſaporis, quam in ligno, guſtatu percipere. Quod quidem unde ei acciderit, jam ante diximus. Cum idem conſobrinus eum quaſi triſtem conſolari vellet, ac C dicerer: Duo Germani tui Brilam profecti ſunt ad Comitem a Marca, tui liberandi gratia; quod certe facillime impetratum ferent; Nicolaus alacri & forti animo reſpondit in hæc verba: Fruſtra laborem illum ſumunt germani mei, ſi pro me ſolo agunt. Nam etſi forte id impetrent, numquam tamen committam, ut ſolum me dimitti patiar, & fratres hos meos in hac neceſſitate deſeram. Quin illud tibi confirmo, ſi vel unus omnium, idemque minimus retineatur ad ſupplicium, huic ego & carceris & cruciatuum & mortis ſocius remanebo. Idque adeo me facturum illis promiſi. Ad hæc conſobrina; ſi quiveris alios una tecum vinculis eximere, bene quidem: at ſi id impetrari nequeat, ego certe, ſi mea res ageretur, uni mihi conſulerem potius, quam ſimul eum alus morti me dederem. Nam quid illis obſecro neceſſarium ſit ex eo commodi, quod tu eum eis moriaris?

qui factæ deſiderat, ſermone ab eo avocatur.

94 Tali ſermone niſus ille quidem eſt a propoſito Nicolaum revocare; ſed nihil egit. Adeo confirmatum in ſententia, ſeu verius in amore Chriſti ſolidiſſime fundatum Nicolaus animum gerebat, paratus videlicet, & cupidus, exemplo Chriſti Domini ſui pro fratribus, ſi liceret, ſin minus autem, eum fratribus animam ponere, ſanguinemque profundere. Neque ab hac ſocietate paſſionis ulla ſe propinquorum ſuaſione finebat abſtrahi. Cujus ſane tam conſtantis propoſiti ſui juſtiſſimam, dicam neceſſariam ſecutus eſt rationem. Conſiderabat enim, hinc perſonam, quam inter ſuos gerebat, ne forte exemplo minus recto peccaret, inde vero fratrum ſuorum quorumdam infirmitatem, quæ ſubtracta cohortatione illa quotidiana, veluti matris pignora ſua ſolicite conſoventis, omnino periclitatura videbatur. Tunc autem inter alia protulit & illud memorabile verbum, ingenuo Chriſti milite digniſſimum, inquiens: O conſobrine! non parvi momenti res eſt mori pro fide Catholica. Quod ipſum & Hieronymus Vicarius, ardentiſſimæ fidei vir, totidem verbis confirmabat. D A. Guil. Estio.

CAPUT IX.

E

S. Guardianus ſuppliciis deformatiſſimus, ad alia patienda ſe fortem oſtendens, chirurgum in religione confirmat. Impii Omalii minæ & maledicta contemnuntur; oſtenditurque infames apoſtatas, ſacris abutentes, Nerone pejores fuiſſe.

POſt hæc chirurgus carcerem ingreſſus, cum videret Guardianum immaniter adeo ac fœde tractatum (facies enim tota flammis uſtulata nigrorem contraxerat, ut jam nec ſpecies nec decor in ea ullus appareret: collum quoque tumens & defricata cute eruentum adhuc & lividum cum eſſet, non modicum intuenti horrorem ingerebat) præ dolore animi lacrymas tenere non potuit. Cui Guardianus ſubridens: Quid lacrymaris: Et chirurgus: Quomodo lacrymas continere queam, qui te videam tam indigne tractatum? Contra Guardianus: At ego modicum eſſe revera cenſeo, quidquid hactenus fidei meæ cauſa pertuli; cum Dominus noſter Jeſus tam multa ſit paſſus pro nobis, ut neutiquam cum iis comparari queant, quæ nos patimur. Idcirco & his multo graviora, & ipſum adeo mortis ſupplicium, Deo donante, pro hac mea in ipſum fide libens ſubibo. Cumque familiarius cum eo colloqui pergeret chirurgus, quærebat inter multa, quemadmodum affectus animo fuiſſet, quidve cogitaſſet tunc, cum collum ei fune ſtringeretur. Ad quod reſpondit Nicolaus, percepiſſe ſe in animo ſuo ſingulare quoddam gaudium, eo quod dignus habitus eſſet pro confeſſione fidei Catholicæ mortem oppetere. CAP. XXVI. *Pudiſſime deformatus Guardianus.* F

96 Hæc referens, atque ingenti pro Chriſto patiendi deſiderio incenſus, in hanc erumpebat vocem: Quam leve & modicum eſt, quidquid hactenus paſſus ſum pro nomine Jeſu amantiſſimi Domini mei, qui tanta pro me peccatore perpeſſus eſt. Utinam mihi contingat etiam membratim ac fruſtulatim diſſecari pro fide Catholica. Quæ cum di- *ſermone quocumque alacritate paſti deſerat,*

A ceret, militibus quibuſdam ſorte carceri pro-
A. Guil. pinquantibus, monebar eum chirurgus, ut ta-
Estio. ceret, veritus ne ab illis audita hujuſcemodi verba periculum ipſi augerent. At Nicolaus, taciturum ſe negavit. Quin magis etiam vocem intendens, ut a militibus audiretur, imperterritus ait: Faciant de me quidquid libitum fuerit; excorient, aſſent, omnia perti paratus ſum. Verba certe non diſſimilia verbis Ignatii martyris, quibus ille patiendi cupidiſſimus, cum ſcriberet ad Romanos, optare ſe ſignificat, ut ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diviſio, & totius corporis contritio, cunctaque tormenta diaboli in ſe venirent; tantum ut Chriſto frueretur.

liberationis conſilia audiens prorſus deteſtatur.

97 Jam vero cum chirurgus etiam ſpem ei liberationis ingereret ex amicorum ſollicitatione, ſubjecit ille qualia dudum ad cancellos ſuum verba locutus fuerat: Numquam, air, Deo mihi propitio, futurum eſt, ut fratres meos deſeram, ſolumque me dimitti patiar. Sed etſi vel unus eorum tantum, idemque extremus ſupplicio deſtinetur, illi ego ſuperſtes ne ſim, inſtabo, ſupplicii mortiſque ſocium ſponte me dabo, quemadmodum me facturum fratribus meis dudum pollicitus ſum. Frequenter au-
B tem iſtiuſmodi verba cum vehementi quodam animi affectu repetebat ſanctus Dei martyr; quæ omnia nos ex ipſius chirurgi fideli narratione poſtea accepimus. Miranda profecto in famulo ſuo gratia Dei, ut pro ejus nomine non modo nulla adverſa reformidaret, nullos cruciatus exhorreſceret, verum mortem inſuper ipſam, omnibus merito formidandam, omnibus horrendam, pro magno beneficio, expeteret, adeoque totum ſeſe corpore & animo, quantus erat, in Deum transferret, Deoque tamquam holocauſtum immolandum offerret. Neque vero ſterilis hæc aut otioſa fuit in eo gratia Dei, ſed ad alios quoque præclarum veræ pietatis fructum propagavit. Inter quos hunc ipſum imprimis chirurgum numero, Qui cum ante id tempus, religionis in negotio nonnihil opinione fluctuaſſet, ita tum ſermone, tum
C patientiæ atque conſtantiæ illius exemplo in Catholica fide roboratus eſt, ut Martyrum cauſa non dubitaret ſe vitæ ſuæ diſcrimini exponere.

Quantum per hæc in fide profecerit chirurgus.

98 Reviſebat eos in carcere quotidie, ſeque aliquando ſinebat apud eos includi, quo familiarius cum eis ac liberius colloqueretur. Adferebat ſubinde mundas ſubuculas, quibus induerentur, & aromata, quibus reficerentur, & id genus alia, quæ ſub veſtibus abſcondere, & furtim ad captivos inferre poterat. Quid plura? Ex eo tempore vir ille tam ardenti ſtudio Catholicam fidem, ejuſque amatores coluit atque complexus eſt, ut apud Geuſios hoc ſolo nomine graviter offenderet. Namque inter alia, quibus inſignem fidei zelum declarabat, religioſos utriuſque ſexus homines, ſedibus ſuis pulſos ac profligatos, hoſpitio domus ſuæ frequenter ac libenter clam, palam excepit; etſi non ignoraret, quanto ſuo periculo id faceret. Itaque propter hujuſmodi pietatis officia Geuſiis vehementer exoſus, & aliquando in vincula conjectus, ſed inde propinquorum opera paulo poſt liberatus, e catalogo civium ordinis jaculatorii, non ſine grandi ignominia ſubmotus ſuit. Quibus incommodis agitatus, tandem ur- D
be rejecta, ſponte cum uxore & liberis in exilium abiit: in quo, magno Chriſtianæ virtutis exemplo, poſt amiſſam brevi conjugem, locum ſubinde mutare coactus, ad mortem uſque (mortuus eſt autem demum vigeſimo poſt Martyrum paſſionem anno) ſincerus, integer ac firmus in fide Catholica permanſit. Sed ad Martyres redeo,

99 Kalendas Julii, qui dies proxime præit feriis Viſitationis beatæ Mariæ, Gorcomium advenit Martyres viſitaturus (non eo quidem animo, quo beatam Elixabeth Chriſtigerula Virgo viſitavit, ſed quo Chriſtum jam natum ac mundo editum impius Herodes viſere voluit) quidam ex Leodienſis eccleſiæ canonico, caſtrorum Eccleſiæ Catholicæ deſertor, idemque non tam genere, quam ſacrilegiis & piratica nobilis, Joannes Omalius, homo ſpirans minarum & cædis in ſacerdotes & monachos, aliuſque Dei miniſtros: quem eo Brila cum mandatis miſerat ille Catholicorum inſenſiſſimus hoſtis Guilielmus a Marca Lumnius, Ceterum Omalius altera manu truncus erat, Quo enim tempore Lumnius una cum ſuis (inter quos primus Omalius) in mari Britannico piraticam exercebat, contigit aliquando, ut eis obviæ fie- E
rent naves aliquot Hiſpanicæ, quibus ingens copia vehebatur earum mercium, quas ſolita eſt ad Gallos & Belgas Hiſpania tranſmittere. Erat is dies Dominicus Palmarum, cum tertio poſt die Brila fuit ab iiſdem nebulonibus interceptus.

CAP. XXVII. *Impetus aperſus Omalium.*

100 Ibi a mercatoribus Hiſpanis (quibus certe animus in periculis haudquaquam facile ſubſidere ſolet) pro rerum ſuarum ac vitæ defenſione ita fortiter repugnatum eſt, ut ictibus bombardarum Lumnii milites aliquot interemerint; Omalio dextram manum abſtulerint; hoſtem denique ab oppugnatione deſiſtere, & datis vento velis in liberum mare ſe recipere coegerint. Igitur in carcerem ad captivos introductus Omalius, primum omnes torvis oculis ac truci vultu, velut devoraturus circumſpexit; deinde virulentam ſuam in eos linguam vibrans: Heus, inquit, vos deivori (hoc nomine Dei ſacerdotes propter ſacratiſſima myſteria blaſphemus ille vocabat) huc ego a Domino meo Comite a Marca miſſus ſum ea gratia, ut vos omnes e patibulis ſuſpendi jubeam. Cui e veſtigio Fratrum Minorum præfectus Vicarius, ſpiritu martyrii ſuccenſus, omnium nomine reſpondit: Sic age, ut loqueris. Nulla in nobis eſt mora. Parati ſumus omnes, ac ne unus quidem repugnabit. Quod audiens ille, ſtatim animo diſſecari, mordere labrum, ſtridere den- F
tibus, præ ira totus excandeſcere, ſævas jactare minas, & in hujuſmodi verba prorumpere. O ſanguinarii, quam multos homines, nihil mali meritos, crudeliter ac miſere contrucidaſtis! Quam multorum innoxium exſorbuiſtis cruorem! O quam nunc egregie mihi pœnas eſtis daturi, vos deifici!

SS. Martyres ad mortem exhortantes.

101 Sic ille mortem eorum, qui fuerant aliquando propter hæreſim per juſtitiam publicam ac civilem extremo ſupplicio affecti, in eos conferebat, qui ram manum, quam animum gerebant, a ſanguine ſundendo quam aliciſſimum, in id ſolum intenti, perditas ut

minis ac maledictis incedit.

ani-

animas Chriſto lucrifacerent. Qui proinde minis ac maledictis hominis inſani non magnopere commoti, patientiam intra mentem bene conſciam cum ſilentio conſervabant. Venit autem in carcerem eodem die lictor publicus (a quo miſſus, incertum habeo) qui depromptos e loculis ſuis reſtes captivis oſtentans, inquiebat: Aſpicite quid hic ſit. Reſponderunt autem cum alacritate Guardianus atque ex fratribus aliqui: Deo laus, Deo gratia, quod huc uſque pervenimus. Mox igitur bona pars monachorum, velut jamjam ad ſupplicium ducendi, cucullis ſuis exuuntur, ſpoliantur que. Nam lictor, tametſi de ſupplicio res ſimulata tantum, & ad terrorem compoſita erat, veſtes captivis detractas abſtulit, & ſibi vendicavit. Illi vero, quibus ablatæ veſtes fuerant, capite & collo denudato, tum & reliquo corpore veſte tantum intima tenuiter admodum contecto, ſic deinde per ſequentium noctium frigora relicti ſunt uſque ad vitæ exitum.

XXVIII. *Infames Eccleſiæ profectus.*

102 Dum hæc geruntur, aſtabat Geuſius quidam per ludibrium cantillans aliquot verſus odæ cujuſdam ſeu proſæ (quam vocant) in multis eccleſiis inter Miſſarum ſolennia cantari ſolitæ die natali (qui ante biduum fuerat) principum Apoſtolorum Petri & Pauli, clariſſimorum Chriſti martyrum. Erant autem hi poſtremi, quos præ ceteris clarius inſonabat. Ibi Neronis feritas principes Apoſtolorum præliis plurimis victores, diverſæ te Petre & Paule, addixerat pœnæ mortis. Te crux aſſociat, te vero gladius eruentus mittit Chriſto. Ad hunc modum infelix ille cantator triumphum Apoſtolorum ad inſultationem vertit Martyrum, non reputans ſecum ſe ſuoſque Neronianam illam, quam canebat, feritatem ſua crudelitate non uno gradu ſuperare. Neque enim Nero Chriſto nomen aliquando dederat, neque in Apoſtolos ante ſupplicium extremum, præter morem Romanum, gravius aliquod crudelitatis exemplum edidiſſe legitur. Ad hæc poteſtate ſungebatur legitima ac divinitus inſtituta, tametſi ea non legitime uterentur.

Novum poteſtatis ſuæ prodromus.

103 Hi vero homines, profeſſione Chriſtiani, Chriſtianis orti parentibus, & a pueris in Eccleſia non modo educati, verum inſuper eccleſiaſticis inſtitutis ac moribus imbuti, denique non ita pridem fidei noſtræ domeſtici, ac myſteriorum conſortes; ut primum novarum factionum afflati contagio, Catholicæ vinculum unitatis abruperunt, quaſi derepente teterrimas in belluas transformati, crudelitatis ſuæ, qua in ſocios & fratres pridem ſuos, uſurpata per tumultum poteſtate, graſſantur, nec finem ſtatuunt, nec modum: ut eos paſci piorum afflictionibus quaſi deliciis credas. In inferendis porro ſuppliciis nec juris ordinem, nec formam juſtitiæ, nec humanitatis ullam imaginem ſervantes, hoc unum ſequuntur, quod animus ira & odio efferatus ſuggeſſerit. Et erant ſane inter iſtos, de quibus nunc loquimur, qui non de vulgo fuerant Chriſtianorum; ſed vel eccleſiaſtico gradu, vel monaſticæ vitæ profeſſione præſtantes ceteris, dignitatem una cum religione turpiter abjecerant. Quorum e numero crediderim & hunc fuiſſe, qui verſus illos Latinos diſtincte ac memoriter, ad normam eccleſiaſticæ modulationis, cantando recitare potuit. Atque hujus generis fere ſunt quotquot his noſtris temporibus apud homines, novæ doctrinæ cupidos, pro miniſtris verbis Dei ſeſe venditaverunt. De quibus peculiariter id, quod de hæreticis in univerſum dixit Joannes Apoſtolus, dicere nobis liceat; Quod ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum. Per hoc enim quod ab Eccleſia receſſerunt, palam declarant, non ſe pertinuiſſe ad numerum electorum, inter quos in Dei Eccleſia, velut alieni, fuerant ad tempus commorati.

Sacra confeſſio ad agonem ſe parant captivi.

104 Sed ad intermiſſam redeo narrationem. In hoc rerum articulo poſiti Martyres, cum non aliud in momenta ſingula, quam ſupplicium extremum exſpectarent, qua poterant animi devotione, ad mortem ſe præparabant, ante omnia conſcientias ſuas humili peccatorum confeſſione purgantes. Quod idem & alias ſubinde ab iis frequentatum eſt. Quoties enim ad ſupplicium abripiendos ſe ſuſpicabantur (accidebat autem id ſæpenumero) toties exomologeſim illam ſacram & ſalutarem repetebant, ita de Dei miſericordia confidentes, ut tamen inſtituta ab eo peccatorum remedia nequaquam negligerent. Ceterum milites contenti terrorem captivis attuliſſe, & quoſdam eorum veſtibus, uti dictum eſt, ſpoliaſſe, nihil præterea gravius in eos tunc admittere auſi fuerunt.

CAPUT X.

Aliis ludibriis afficiuntur religioſi, in tenebricoſum carcerem detruſi. Paſtoris Leonardi feſto Viſitationis B. M. V. inſignis pro Deipara oratio & ad ſuos exhortatio. Inanes Catholicorum conatus, & lyiri, pro Nicolao Poppelio collecti, furtiva a præſtigiatore ſurreptio.

CA. XIX. *Pluribus ludibriis affecti religioſi.*

AT vero nocte inſequenti rurſum ex militibus quidam, a cœna ſaturi ac temulenti, ſolita improbitate in carcerem irrumpentes, novum petulantiæ ſuæ ludum exhibent hujuſmodi. Monachos binos conſertis brachiis dextro unius cum ſiniſtro alterius colligant; tum eoſdem binos, alios poſt alios ordine collocatos, carcere educunt, velut ad ſupplicationem proceſſuros. Deinde canere eos jubent, dicentes: Cantate monachi. Nunc ad mortem hac pompa proceditis. Illi non inviti rem bonam exſequuntur, cantantes (ut nobis relatum eſt) lætum illud & celebre canticum Eccleſiæ, cujus initium eſt: Te Deum laudamus. Erat ibi tum inter milites quidam, qui pro ludibrio idem illud canticum ſolus ab initio uſque ad finem memoriter bonis lateribus decantabat. Ex quo credi poteſt, etiam iſtum aliquando fidei noſtræ domeſticum, propius ad ſacra miniſteria penetraſſe, qui tunc Martyrum innocentiæ vexandæ, proh dolor! impium

A. GUIL. ESTIO.

A pium ſe miniſtrum exhibebat. Poſtro Martyres ta pompa perducuntur uſque ad arcis propugnaculum; ubi menſam inveniunt laute inſtructam, aſſidentibus aliquot Geuſiis, atque hilariter comportantibus, & genialem ac feſtam illam agentibus noctem.

Spectaculo ſunt ignominioſo Geuſiis.

106 Incidit quidem tunc captivis nonnullis ſuſpicio, ſeſe propterea ad epulum illud a militibus adductos, ut cum aliis epulari juſſi, denique dape diſtenti ac vino madidi, continuo poſt ab illis velut bruta pecora jugularentur. Sed inanis fuit hic metus. Nec enim apparet, milites aliud eo facto voluiſſe, quam ut inter epularum delicias hoc quoque monachorum, ſamquam monſtrorum novi orbis, ſpectaculo paſcerentur, & haberent, in quos conjectis certatim cavillis ac maledictis, improbam animi ſui libidinem aliquatenus explerent. Jam ut horrorem mortis in eis vehementius exciterent, ex ea quoque miſeriæ illorum parte, voluptatis aliquid acceperunt, porrecta aleis & appoſita pelvi luſoria: Ludite nunc omnes, inquiunt, & aleas in hanc pelvim projicite, ut in quem ſors ce-
B ciderit, is omnium primus ſuſpendatur, ceteris ordine ſecuturis.

quorum nobis mox terrore Gaza diſpenſet.

107 Ad eam terribilem propoſitionem reſpondens Nicolaus Picus: Nihil opus eſt, inquit, jactu alcæ. Ego me libentiſſime primum omnium ad ſupplicium offero. Scio equidem quid ſit ſuſpendium pati, videlicet id jam nuperrime expertus. Hæc ille ſolita animi promptitudine. Poſteaquam vero convivantium ac militum voluptati factum eſt ſatis, Martyres eadem, qua ducti, pompa reducuntur in carcerem. Erant autem qui ad hunc modum ducti & reducti fuere, ſoli monachi. Nam pridie ceteris captivis, amicorum ſolicitatione, ex illo ſubterraneo ac tenebricoſo carcere eductis, in ſuperiori parte domus, cuſtodia & tractatio tolerabilior conceſſa fuerat: tametſi nec ille locus eos ab improborum hominum infeſtatione ſatis vindicabat. Ibi enim quidam Gorcomianus civis, hæreticus, nomine Laurentius Tilmannus, Nicolaum parochum graviter exagitavit, iſtiuſmodi verbis in eum inſultans: Num memini-
C ſti, quemadmodum aliquando per plateas incedens eum tuo Mahometo (quo nomine noſtrates interdum idolum ſignificant, at ſceleratus ille ter ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum deſignabat) meas atque omnium noſtrum ædes præteriens introſpectabas, velut oculorum intuitu nos interfecturus, & obſervabas, ſi quis forte non genu flecteret, ut eum aceuſares, & in judicium capitis accerſeres?

eos alterius injuriis, Paſtor Nicolaus.

108 Nunc incidiſtia in foveam, quam feciſtis. Sperabatis autem veſtrum Papiſmum hic conſtabilire ac violenter retinere vos poſſe. At ego rem aliter ſe habere, probe noveram; videlicet iſtam veſtram idololatriam diutius haud duraturam. Quam cum tota Anglia totaque Germania dudum ſuis finibus exegerit; age, qui fieri poterat, ut eam hic retineretis. Ad has voces hæretici hominis a Nicolao, cui tacendi magis quam loquendi tempus illud videbatur, nihil, aut parum fuit reſponſum. Ferunt autem hunc hominem cum altero quodam cive ſaponario multum in hoc laboraſſe, ut quidquid erat Gorcomii ſacerdotum ac monachorum, ab-
D duceretur atque e medio tolleretur. Sed de iis, quæ captivis tunc aceiderunt, hactenus.

C. XXX. *Paſtor viſitationis S. M. V. Deiparæ Leonardus.*

109 Proximo die, qui Viſitationi Deiparæ Virginis ſacer erat, & in plebe celebris, Leonardus parochus, juxta conditum prædicaturus verbum Dei, in templo parochiali (magnum templum vulgo dicebatur) ſuggeſtum conſcendit; de quo inter concionandum aliquando dicere ſolitus erat: Dum in hoc ligno ſtetero, nihil ex me præter nudam veritatem audietia. Frequens erat auditorum, ſed in quo majorne luporum atque hædorum multitudo fuerit, an ovium paſtoris auditura ſermonem, haud facile dixero. Plurimi convenerant Geuſianæ factionis, hac potiſſimum ratione, quod exſpectarent puram & ſinceram (ipſorum opinione) verbi Dei tractationem; ſicut eum promiſiſſe perſuaſum erat. Ille vero tot adverſariorum conſpectum nihil veritus, integre, Catholiceque, velut antea ſemper, concionatus eſt. Beatam Virginem, Dei matrem & cœli reginam identidem appellabat: alterum adverſus Anabaptiſtas, qui Dei filium ex Maria carnem aſſumpſiſſe negant; alterum adverſus ſectarios in
E genere, qui paſſim laudibus atque invocationi Deiparæ virginis obganniunt.

de Deiparæ prærogativis egregia diſputat.

110 Sed & de perpetua ejus virginitate, contra veteres hæreticos, docte luculenteque differebat, admonens atque invitans (quod & alias ſæpenumero facere ſolitus erat) ut ſi qui in diverſam opinionem aliqua ſiniſtra perſuaſione eſſent inducti, quibus ea, quæ pro concione dixiſſet, nondum ſatisfacerent, neque omnem adhuc ex animis ſcrupulum removiſſent, privatim ad ſe venirent, pleniorem accepturi Catholicæ veritatis declarationem, eamque S. Scripturæ teſtimoniis, aliiſque idoneis argumentis conſtabiliendam. Magnam omnino ac ſingularem animi fortitudinem, & juxta ſui nominis etymon, cor leoninum ea concione contra adverſarios oſtendebat. Nec vero minorum erga ſuas oviculas charitatem monſtrare viſus eſt optimus paſtor, dum vehementiſſima oratione ad Catholicæ fidei perſeverantiam eas cohortatur. Et quidem ille ſimilem erga ſuos affectum, pari cum libertate conjunctum, oſtenderat non ita pridem in eo ſermone, quem ante traditam F hoſti civitatem habuit noviſſimum. In quo præter alia multa, quibus ad retinendam ac tuendam mordicus religionem Catholicam, fidemque juratam regiæ Majeſtati præſtandam, multis commodis atque incommodis hinc inde propoſitis, auditores ſuos hortabatur; hujuſmodi quoque verbis uſus eſt:

ſuaſque omnes ad eam fidem Cath. inviet pide cohortatur;

111 Quod ſi adventantem nunc a Geuſiis militem intra portas admiſeritis, multa videlicet præclara vobis & ſpecioſa promittentem, eito reipſa experiemini, quam vilis ſit apud eos paſtorum & promiſſorum fides. Neque profecto vel his ipſis, qui maximo ſibi bono fore credentes iſtorum adventum, ſummis votis ad eum aſpirant, ex animi ſententia cuncta proceſſura ſunt, eum illos in urbem receperint. Imo tunc demum, etſi ſerius quam veſtris expediat rebus, omnes intelligetis, quod & quale genus hominum ad vos intromiſeritis. Addebat autem hanc ſuis verbis extremam coronidem: Si vos, ovicu-las meas, non amarem, nunc utique tacerem.

Siqui-

A Siquidem eo ipſo die atque hora, qua hæc ab illo dicebantur, Geuſiorum auſpiciis miles conſcribebatur in proximis ſuburbiis, ad eam portam, iotra quam io platea ſub dio iſta concio habebatur; eo quod ſacellum, mœnibus ac portæ civitatis adhærens, cujus illo die dedicationis anniverſarium agebatur, auditorum multitudinem capere non poſſet. Ipſa vero porta propter hoſtem clauſa tenebatur. Adeo modico loci intervallo vir ille, tunc cum talia pro concione diceret, erat ab hoſte diviſus. Porro eo ſermone, de quo prius dicere cœperam, quem ad ſuos ultimum habuit, cum de beatiſſima Deipara Virgine Catholicam doctrinam expoſuiſſet, aſtantibus, attenteque auſcultantibus, non modo Geuſiis domeſticis, ſed & multis eorum, qui religionis evertendæ cauſa cum milite recenter in urbem veoerant, extremo verbo ſic ſuos eſt adhortatus: Perſiſtite, vos obſecro, fortes atque io-
B genui cives, perſiſtite & permanete conſtantes in fide Catholica.

quamobrem ad ſupplicium quæritur.

112 Verbum hoc poſtremum præ ceteris omnibus, juxta normam Catholicæ doctrinæ ab eo dictis, acerbiſſime tulerunt hæretici, ſentientes, quam non ex ipſorum ſeotentia, neque prout exſpectaraot, univerſum illum ſermonem concluſiſſet, Igitur exiode quæ-runt occaſionem, qua reductum in carcerem, una cum aliis captivis in mortem tradant. Verum id ſtatim abſque alio probabili prætextu tentandum haud putaverunt, utpote plebem metuentes, in qua multi adhuc erant, alii Catholici, alii vacillantes ac dubii quidem illi, ſed tamen erga ſuum paſtorem bene benigneque affecti. Namque ob eamdem cauſam & prima illa iconomachiæ tempeſtate, quæ tot celebres Belgii urbes aono MDLXVI. pervaſerat, & deinde uſque ad id tempus, imo & aliquamdiu poſt, Gorcomii non fuerunt auſi Geuſii, quamvis rerum jam potiti, ſacras imagines in templis demoliri. Vix tandem enim, diſpoſito per vicos & circa primarium urbis templum armato milite, ne quis ſcilicet a populo tumultus excitare-
C tur, impium hoc facinus impiis manibus exſecuti ſunt.

C.xxxi. Matris Guardiani & aliorum Catholicorum inanes conatus;

113 Leonardus tertium jam diem a vinculis liber io civitate agebat, cum officii gratia domi ſuæ a multis bonis inviſeretur. Quo etiam tempore eum adiit Guardiani mater, Henrica nomine, mulier honeſtiſſima, propc ſeptuagenaria, Catholicæ religionis obſervantiſſima. Quæ pro filio, ut par erat, affectu materno vehementiſſime ſolicita, ſic eum affata eſt: Ubi quato moratur filius meus cum fratribus ſociis; Numquid non & illi venturi ſunt; Cui Leonardus: Optarim equidem, inquit, o cara mater, vel has aures mihi præciſas, dum eos e captivitate liberos hic præſentes apud nos habere liceat. Videlicet iis verbis inſinuatum matri voluit, quo (in) periculo filius ipſius cum ſociis verſaretur. Quamquam ſub idem tempus captivorum cauſam Catholici quidam cives non negligenter agebant, ſed profectu peoe nullo, propter obſiſtentia ſibi malignorum quorumdam ſtudia, quibus unice cordi erat, ut captivos quacumque ratione tollendos curarent. Inter hæc Leonardo nuntiatur, collegam
D ſuum Nicolaum Poppelium certo ac deſignato pretio redimi poſſe, tantum opus eſſe, ut ea pecunia prompta numeretur. Ille, nulla interpoſita mora, ſummam conſtitutam colligendam curat.

A. Guil. Eatio.

Iterum pro Paſtore Nicolao collatum auferre præſtigiator.

114 Verum collecta pecunia parum prudenter, ac nimium periculoſe creditur empirico cuidam circumforaneo; qui quod magicis artibus operam daret, & amuleta ſuis præſtigiis incantata, medicamenti loco porrigeret iis, qui pro remedio ad ſe venirent, interdum quoque maleficia ſuis ipſis maleficiis pelleret, læpeoumero privatim ac publice, ejus rei cauſa fuerat ab utroque Parocho acriter admonitus, præſertim ab juniore. Qui cum ea correptione nihil proficere ſe cerneret, magiſtratum interpellaverat non ſemel, ut hominem impium ac peſtilentem intra civitatem non pateretur conſiſtere. Sed coooiveotia quorumdam e magiſtratu, pium paſtoria conatum irritum reddidit. Ille igitur impoſtor, tamquam apud Geuſios novos hoſpites gratia plurimum poſſet, pactus eſt certo ſe pretio Nicolai Parochi liberationem procuraturum, dummodo ſibi totius negotii cura permitteretur. Creditum eſt homini, ac numerata in maous ejus pecunia, quanta fuerat
E poſtulata. Verum homo perfidus, præda pontus, mox cum ea ſeſe clanculum ex urbe proripuit; ſimulque Parochum, quem moleſtum ſibi ſenſerat, ablato lytro, quo redimi poſſe putabatur, egregie per eam occaſionem ultus eſt. Itaque fraude ac ſcelere præſtigiatoris illius eluſa fuit aviditſima piarum quarumdam ovium exſpectatio; quæ paſtori ſuo periclitanti, ſuis non parvis impendiis, ſuccurrere omni ſtudio nitebantur.

CAPUT XI.

Data fide publica Leonardus Buſcoducum profectus, a rabidis nebulonibus ex itinere retrahitur, pugnis & calcibus ignominioſe contuſus; qui ad omnia ferenda paratus, ſociis conjungitur. Fruſtra iterum tentata Guardiani conſtantia.
F

AD Leonardum redeo. Hujus ſoror germana eo die, quo poſtremum ille ſermonem ad plebem habuit, Buſcoducis, quæ utrique patria erat, Gorcomium venerat. Fratri nuotiat, matrem graviter ægrotare. Ejus nomine rogat, ad ipſam viſendam uti ſtatim atque celeriter excurrat. Non renuit Leonardus, modo cum permiſſione publica dimittatur. Neque enim immemor erat fidei, qua ſe ſuis civibus dudum obſtrinxerat. Ergo ſororis & amicorum opera dimiſſorius libellus impetratur, a Marino præfecto ſubſignatus; ſed in quo Leonardus, cum eum perlegiſſet, aliquid deſiderabat, ſive de induſtria, ut ſuſpicio erat, ſive per imprudentiam omiſſum, ad ſuam tameo ſecuritatem neceſſarium. Quod ni adſcribatur, negat ſe

CAP. XXXII. *Soluo conducto matrem Leonardus*

pedem

A. Guil. Estio.

pedem extra portas urbis elaturum. Quid multa? Comparatur alius libellus, qualem velle ſe Leonardus dixerat. Is igitur hac fide publica probe ſibi cautum arbitratus, profectioni ſe accingit, urbem egreditur, ſcapham conſcendit, ſorore comitatus. Vehitur uſque Worcomium, oppidulum tam vocabulo, quam loco vicinum, in adverſa fluminis ripa ad ſiniſtram ſitum.

dum ad ea etiam mentis Buſcoducii profiſitur.

116 Nec brevis ille trajectus ſine periculo fuit, propter Geuſii cujuſdam perfidiam, quem magno conductum Leonardi ſoror Buſcoducis ſecum adduxerat, eo conſilio, ut in ſollicitanda fratris dimiſſione, ſibi apud Geuſios auxilio eſſet. Cui & ea cauſa promiſſum argentum jam numeraverat. Quo ille accepto, nihil amplius penſi habens, ut res homini ſibi commendato ſuccederet, ſed magis adverſarium ei ſe præbens, in via, qua Worcomium una navigabant, ludibriis & contumeliis nebulonum, qui majore quadam nave, in quam ipſe demum ex ſcapha conſcenderat, vehebantur, eum expoſuit; ut jam propter periculum, quod ab illis ſibi metuebat, ſuſcepti itineris ipſum peniteret. Verumtamen Dei voluntate ſalvus Worcomium pervenit. Quæ dum geruntur, Gorcumii rumor diſceſſus ejus increbreſcit, & ad primarios urbis cives perfertur. Qui rem indigne ferentes, ea maxime cauſa, quod ſe inconſultis atque inſciis, abitum molitus Leonardus fuiſſet, illico mittunt ad ædes ejus miniſtrum publicum, certius exploraturum, num ita ſe res haberet. Parocho non invento, & re ad primos ſenatores relata, ac deinde latius ac certius in vulgus ſparſa, non exigua coorta eſt inter Geulianæ factionis homines turbatio, ſed inter eos maxime, qui de collegio erant ſagittariorum; pleriſque eum hominem improbum ac perfidioſum eſſe vociferantibus, rem indignam ab eo perpetratam, qui clancularie ſugam adornaſſet, iniiſſetque, tot ſuis ſponſoribus in capitis diſcrimine derelictis, qui ſuam pro eo fidem obſtrinxiſſent.

quidam, & quamplurimi alii civis ſui

117 Ita quidem illi periculum ſuum invidioſe exaggerabant, quod tamen nullum erat revera, quandoquidem ab ipſo Marino præfecto fuerat impetrata dimiſſio. Quam idcirco ad multitudinis cognitionem referri non expediebat, quia procul dubio quorumdam maligno ſtudio fuiſſet impedita. Fit igitur e veſtigio concurſus ad eum locum, unde naviculæ ſolvere ſolent, unde & ſolverat Leonardus. Coit ad ripam ingens hominum multitudo. Magna pars haud ſecus atque urſæ captis catulis, ſic amiſſa hac præda frementes furenteſque tumultuantur. Quidam ex ſagittariorum collegio ceteris incitatior exclamat: Cur non quam poſſumus celerrime proditorem illum fugientem inſequimur; atque huc obtorto collo retrahimus? Næ ille ad hoc abiit, ut quidquid hic actum a nobis eſt, ad Hiſpanos perferat, civitatem iis prodat, ſocios captivos eripiat, nobis omnibus extremum exitium adferat. Quid ceſſamus, o cives, proditorem illum perſequi? His atque aliis hujuſmodi verbis inſenſi plebis animi, magis etiam ac vehementius in Parochum incendebantur. Simul eodem accurrerat alter primarius ſenator: qui cum Leonardum longius provectum didiciſſet, illico navicularia Imperat: O viri, adeſte, properate, nulla ſit mora. Quaterni validi ramiges in ſcaphas ſingulas. Liberaliter operæ penſabuntur. Dictum, factum. Nautæ parati in ſcaphas inſiliunt, quas ad ripam ſtantes ſex numero ſorte reperiunt. Adduntur & milites aliquot cum centurione, quo res & majore vi & auctoritate ageretur.

ex ſcapha i. gumindoſo navigio.

118 Remigatum igitur eſt a nautis certatim atque extremo conatu, adeo ut incredibili celeritate emenſo flumine, Worcomium appellerent. Ibi Leonardum cum ſorore, dum paratur currus, quo Buſcumducis vehatur, exſpectantem, jamque ſecurum ac nihil ſiniſtri ſuſpicantem inveniunt, comprehendunt, ducunt, in unam ſcapharum conjiciunt, ſecumque Gorcomium revehunt. Interim autem virum optimum contumelinſis nominibus petulantiſſime divexant; ſed maxime proditoris ei nomen & crimen identidem objectant. Ille quamvis inter malevolorum manus conſtitutus, ea tamen dicere non omiſit, quibus innocentiam ſuam probaret; ut qui neque proditionis machinandæ conſilio diſceſſiſſet, neque clanculum fugam iniiſſet, neque ſponſores ſuos abiens objeciſſet diſcrimini; propterea quod abeundi facultatem accepiſſet a primario, tam arcis quam civitatis præfecto Marino Brantio: Cujus, inquit, chirographum vobis exhibebo. Simulque protulit libellum dimiſſorium manu Brantii ſubſignatum. Sed eum mox unus ex illorum numero, qui Leonardo peſſime volebant, ei per vim o manibus eripuit, atque in facculum ſuam ſemoralem immiſit; videlicet ut integerrimo viro inter calumnias nihil eſſet reliqui, quo vel apud cives ſe purgaret, vel apud præfectum, exhibito ipſius chirographo, diſceſſum ſuum aſſereret. Ille contra maximopere ſolicitus, ut exiſtimationem ſuam apud omnes, ac potiſſimum apud bonos cives ſartam tectam ſervaret, etiam atque etiam flagitabat ſibi reddi libellum. Verum ab homine ſcelerato, ſibique inſenſiſſimo, præter convitia recipere nihil potuit. Atque inter hæc nautis pariter ac militibus adverſus eum ſuccamantibus, Gorcomium advehitur, ubi plurimi homines, occupata ripa, perquam cupide eum exſpectabant.

Cap. xxxiii. *Gorcumii inſtar proverbii loquuntur.*

119 Ut primum igitur a navicula pedem in terram Leonardus poſuit, ibi mox a circumfuſa multitudine cœpit indignis modis exagitari. Plerique virulentis linguis cum certatim impetere atque configere, contumelias & probra, non referenda, in virum ſanctum jactare, nullum maledicentiæ genus prætermittere. Quorum unus, Albertus nomine, tunicam illi magna vi circa pectus apprehendens: Hem proditor, inquit, ecce nunc tempus, ut proditionis adverſum nos conceptæ pœnas egregie luas. Erat is nauta Gorcomianus, hæretico fermento corruptus jam inde a puero, frater ejus, qui poſtea Brilæ ſanctos Martyres, tamquam in religionis negotio multum verſatus examinavit, ut infra dicemus. Alius quidam, qui in impio contra Regem Catholicum bello tandem male periit, Leonardum, apprehenſo ejus brachio, protrahens, eadem fere, quæ nauta, dicebat. Sed ventum deinda etiam ad graviores injurias, dum non aliter atque nocentiſſimam feram, virum innoxium, qua ducebatur, peſ-

ſimus

A simus quisque ferociter impetit. Alius in dextrum latus, alius io sioistrum pedem impellere: rursum alius in pectus ac ventrem summa vi impingere; alius io aliam quamlibet corporis ejus partem, vel pede vel calce, vel palmis, vel pugnis impetum facere. Reliqua multitudo circumquaque confusis vociferationibus perstrepere, plerique proditoris odiosissimum nomen assidue occlamare, passimque e media turba illud audiri, Suspendatur, suspendatur, tollatur e medio.

quod impiorum calumnia facile diluatur;

120 Leooardus inter hæc nihil æque ac famæ suæ atque existimationi consultum cupiens: O cives, inquit, nihil actum a me prorsus, cur proditionis accuser. Nihil io me tale deprehendetis umquam. Et quidem pro me facile satisfaciam. Taotum sit locus justæ purgationi. Talia ille valde solicite, sed frustra apud insensam & insanieotem turbam. At præter hoc proditionis crimen, quod ei per calumniam, occasione discessus sui impingebatur, aliis quibusdam fœdis criminationibus perditissimi quidam homioes honestum ac venerabile viri nomen coospurcare conati sunt, detestabilis flagitii eum insimulantes, quod cum sorore cubuisset. Digna certe calumnia suis auctoribus; digna, quam illi conjurati castimoniæ hostes ex impurissima sui pectoris lacuna depromereot,

B

ipse ad tormenta omnia paratus;

121 Nam quod ad sanctum Martyrem attinet, tam erat is noo ab omni modo impudicitiæ labe purus, verum extra omnem quoque suspicionem positus, nnminatim tnto eo tempore, quo Gorcomianæ plebi bonus pastor præfuerat (præfuit autem annis plus minus sexdecim) ut magis existimem defuisse, quibus hæc aut vera, aut verisimilia viderentur, quam a quibus ea confingerentur. Nam & snror ejus, etsi mulier habitu secularis erat, virginitatis tamen propositum, etiam ætate jam grandior, saoctissime retinebat. Leonardum in arcem usque perductum exuere se vestibus suis præfectus jubet, quæstionibus admovendum, tamquam de occulta ejus machinatiooe cogniturus. Aderat ibi soror, fratrem secuta; quam ipse proiode, tantisper uti secedat, admonet, soa pariter & illius verecundiæ consulens, optimus castitatis magister. Ea digressa, vestibus exutis ad tormenta sa parat. Sed mutata repente sententia, præfectus quæstionem prohibet, snrtasse veritus, conscientia reclamante, viri innocentiam acerbius vexare; cui proficiscendi copiam ipse a se factam, suaque manu subsigoatum libellum dimissorium probe meminerat. Quamquam spes liberationis jam oulla Leonardo in arcem reducto apparebat.

C

facile MM. domus conjungitur, a quibus vidimus pasti.

122 Ad quem ut rediit soror, sic eam affatus est: Vides, mea soror, quo nunc res meę sint loco. Quod si Deo sic visum est, ut hic mihi moriendum sit, obsecro, ne teipsam cruoies, neque cuiquam mortalium, præterquam mihi, meisque peccatis mortem meam imputes. O! singularem viri modestam, imo profundam Christiani pectoris humilitatem cum insigoi maosuetudine conjunctam. Flagrant in eum acerbissimis odiis hostes sui, & ad ejus oecem per meras calumnias grassantur. Nec tamen illorum malignitati mortem suam adscribi patitur vir mitissimus atque humillimus, sed suis tantum in Deum offensis. Post hæc in eumdem carcerem, quo monachi clausi erant, detruditur. Interea vero Geusinrum studio rumor tota civitate spargitur, Parochum furtivo discessu proditioom urbi machinatum: & hoc suo facinore ceteros omnes captivos una secum in certissimum vitæ discrimeo pertraxisse. Et quo major esset fides, idipsum asseverabant primarii senatores. Leonardus, etsi culpa vacuus, quia tameo ansam hanc malevolis ad perdendum omnes captivos opportunam esse videbat, qua erat animi submissinne, sæpe in carcere socios veniam supplex precabatur suæ temeritatis & imprudentiæ, qua periculum eis auxisset, quibus alioqui nondum spes liberatinnis fuisset adempta,

D

A. Guil. Estio

123 Quoniam autem ad earcerem circuitu quodam rediit sermo noster, aliquid hic quoque eorum, quæ per eos diea in carcere facta & dicta sunt, referamus. Ibi Martyrum ad Deum oratinnes, & ipsorum inter se exhortationes & consolationes. Quamquam alii aliis ferventius & frequentius hæc factitabant. Eo Theodorus chirurgus, de quo dudum facta est a nobis mentio, quotidie statis horis, curationis gratia eorum, qui saucii erant, accedere permittebatur. Qui fere quotiescumque carcerem introibat, duos religiosissimos viros, Wilhadum & Nicasium, genibus humi fixis pie Deum precantes inveniebat. Curabat eo tempore Leonardum, potiones quasdam medicas ei ministrans ad sanandum interiora corporis, quæ frequenti illa ac violenta, quam passus fuerat, membrorum pulsatinne graviter læsa, vehementer ei dnlebant. Curabat & Nicolaum, Parochum alterum, cujus collum, ex illa prima nocte adhuc saucium fomentis & medicamentis indigebat.

CAP. XXXIV. *Chirurgus fratrum UM. curat curat.*

E

Guardiani curatione solicitat

124 Jam & io Guardiani curatione occupatus etiamnum erat, in quo diutius eum morari oportuit, dum faciei, palatn, collo ac toti corpori conculcato atque collisn, medicationem & chirurgiam adhibet. necessariam. Itaque dato spatio familiarius cum illo colloquendi, subinde, quid animi haberet, interrogabat; maxime quoties suborta nova tragœdia, spes si qua fuerat, liberationis ablata videbatur. Ille vero, beoe se animo affectum esse respondebat. Quin gaudere ac felicem se reputare, cui divinitus concederetur ad mortem usque pro Catholica veritate certare. Nimirum experiebatur in se Vir sanctus id, quod olim de se Psalmista cecinit; Secundum multitudinem dolorum cordis sui, lætificatam divinis consolationibus animam suam. Et quod Apostolus ait; Sicut abundant Christi passiones in nobis, ita & per Christum abuodare consolationem nnstram. Quodque graviter a quodam dictum est: Consolationem supernam, etsi fidelibus Dei servis numquam desit, tnnc tamen subministrari copiosius, quando persecutorum rabies amplius exardescit.

F

ut si soli vulnus patiatur.

125 Cum autem chirurgus eum cum obsecratione sæpius interpellaret, ut se redimi pateretur (ea enim res a propinquis continenter solicitabatur) hujusmodi fere verbis respondit: Ego præfectus & pastor sum: oves curæ meæ commissas habeo; hos fratres

Digitized by Google

A tres meos : quos proinde in hac tam gra-
A. Guil. vi neceſſitate poſitos uti deſeram, officii mei
Estio. ratio nequaquam permittit. Quare fixa ſtat ſententia, Deo gratiam mihi ſuam largiente, ſimul cum iis & vivere & mori. Quid enim ſi ego propinquorum & amicorum opera liberatus evaſero? Quid tum de iis futurum, qui propinquos & amicos non habent? Num deſerendi fratres a fratre, oves a paſtore? Avertat hoc a me peccatum Deus noſter : cujus ope fiſus, certo jam ſtatui cum illis permanere, ut eos pro neceſſitate muneris mihi impoſiti, meis qualibuſcumque monitis & cohortationibus animatos ac roboratos, ad felicem ſui certaminis exitum finemque perducam. Rurſum chirurgus : An nnn bene cum illis agetur, ſi tu dimiſſus e vinculis allabores poſtea communi ſtudio cum Catholicis civibus ad eorum liberationem? Certum enim, quod ad exſtimulandos bonorum civium animos, ut fratribus tuis liberandis quam maxime ferio dent operam, tua præſentia plurimum ſit allatura momenti.

B 126 Nicolaus ad hæc : Equidem, ait, non recuſo e carcere dimitti, quo cauſam fratrum meorum, ſi qua poſſim, adjuvem. Sed interim dum ea res agitur, huc mihi quotidie recurrendum eſſet, debiti erga fratres officii, cohortationis & conſolationis gratia, tantiſper donec vel ipſi liberati mecum diſcederent, vel ſi eorum liberatio non ſuccederet, ego cum iis mortem oppeterem. Non ita quidem, inquit chirurgus, ſed manendum in civitate tibi eſſet apud amicos. Huc namque ſi redires, non dubium, quin iterum te Geuſii captivum facerent, cumque aliis includerent, neque poſtmodum abire ſinerent. Tum ille: Quoniam ita res habet, inquit, fatius eſt me nunc cum fratribus meis permanere. Neque enim ab officio, quod dixi, quoad facultas erit, ulla me res, Deo propitio, prohibebit. Hæc & his ſimilia complura Nicolaus, oſtendens profecto reipſa, quanto charitatis affectu fratres, eoſdemque filios ſuos
C & oves ſibi concreditas, pius pater & paſtor amaret; a quibus nec ſpe vitæ, nec metu mortis & ſuppliciorum, nec ulla denique propinquorum ac neceſſariorum importunitate, diſjungi ſeſe atque abſtrahi pateretur.

CAPUT XII.

Repetitos pro captivorum libertate conatus evertunt Geuſiorum fraudes, quibus id tandem efficiunt, ut noctu Gorcomio Brilam ad Lumæum abducantur Sancti, probris & verberibus anuſti.

CAP. XXXV. *Geuſiorum adverſus Sanctos ſtratagemata.*

POſt reductum in cuſtodiam Leonardum, velut egregia ac nobili præda recepta, ſolicite cavendum ſibi ducunt Geuſianæ factionis homines, ne rurſus eum e manibus amittant: eamque ob rem omnium captivorum cauſam communiter perſequendam ſibi ſtatuunt, ſcilicet ut illum hac ratione cum D ceteris in exitium propellant. Igitur eorum plerique ſtudioſe vicos urbis omnes obire, vulgus concitare, ſolicitare primores, quam maxima captivis apud omnes odia conflare, Leonardi facinus atrociter exaggerare, publicæ proditionis crimen omnibus inferre; nihil denique non tentare, quo miſeris invidiam augeant; & non modo liberationi, ſed & redemptioni viam omnem præſtruant. Adeo malis & pravis illi ingeniis inviſa penitus erat hominum innocentium ſalus, Leonardi maxime merito, ut in eum quadraret Davidicus ille verſus: Inimici mei dixerunt mala mihi; Quando morietur & peribit nomen ejus? Porro Catholici quidam non ſegniter operam ſuam in captivorum redemptionem, quoquo pacto tranſigendam, conferebant: ſed omnis eorum conatus adverſæ factionis molitione ſubvertebatur.

Dignissima viri boni in senatu sententia

128 Erant in magiſtratu, qui dum apud Catholicos pariter & Geuſios gratiam inire ſtudent, parum ſibi in ſuis ſententiis conſtabant: & ut erant in factionem animo propenſi, palam quidem pro captivis loqui videbantur, at clanculum eorum liberationi E modis omnibus reſiſtebant. Nonnulli vero captivorum cauſam ſic agebant, ut monachos, tamquam contemptos & odioſos negligerent, pro aliis e periculo liberandis ſolicitandum rati. Neque tamen vel in ipſo ſenatu defuerunt, qui tam pro monachis, quam pro clero liberando par ſtudium adhibendum cenſerent, idemque ipſi diligenter & ſerio adhiberent. Quorum unus vir optimus, nobis intime notus & charus, ac primo loco honorandus, cum de captivis ageretur, frequente ſenatu ſententiam hanc dixit: Omnium captivorum, ſive illi monachi ſint, ſive non ſint monachi, cauſam parem atque communem eſſe & haberi debere. Siquidem in arcis deditione cum Marino ſic ſtipulatum, ut omnes, qui in arce eſſent, cujuſcumque demum conditionis homines, excepto prorſus nemine, liberos ille atque inviolatos dimitteret. Hanc pactionem a Marino, priuſquam arcem in ſuam poteſtatem ac- F ciperet, ſolenni jurejurando, iterum ac tertio confirmatam eſſe. Eum proinde vel rogandum, vel quacumque ratione urgendum, ut fidem ſuam liberet, & conventa ſanctiſſime jurata præſtet. Præſtari vero ea non poſſe, niſi captivis omnibus ad unum uſque dimiſſis.

Quæ repulsa vi omnes liberandi cruciantur?

129 Hæc cum ab illo non minus graviter quam libere dicerentur, aſſenſit ejus orationi continuo primus ſenator, affirmans, rem ita plane, quemadmodum ille dicebat, actam eſſe, & proinde juſtiſſimum fore poſtulatum. Mox aſſenſit & reliquus ſenatus. Sed quia Marinus, jam ante non ſemel interpellatus, eam rem ſuæ negaverat eſſe poteſtatis, communi ſententia placuit ad Orangium mitti cum litteris hominem, ſenatus nomine rogaturum, ut ſuam hic auctoritatem interponeret, conventa ſervari præciperet, de captivis ad unum omnibus dimittendis ad præfectum arcis mandata daret. Erat enim tunc apud eos omnes, qui res novas appetebant, Orangii ſumma auctoritas, quam ſibi ſpecie quadam eximiæ in patriam charitatis, aliiſque id genus artibus homo ſucatus & vafer

ac

A ac vulpino ingenio conciliaverar. Quamvis autem in eam, quam diximus, ſententiam omnium ſuffragia conveniſſent; qui tamen inter eos erant monachis & clero inſenſiores, occulta molitione id agebant, ut captivi primo quoque tempore necarentur, ad eam rem uſi perditorum aliquot ſuæ factionis hominum opera, qui non verebantur propalam ad perdendum innoxios incumbere. Nimirum hoc illis ſtudium, ut acceleratione ſupplicii mandatum Orangii antevertererent.

Sed omnes domus eversum Gorcomii.

130 Quam etiam ob cauſam a nonnullis eorum Brilam ſuſcepta jam ante profectio fuerat ad Comitem Lumnium, hominem ferum, ac nuperis rerum ſucceſſibus inſolentem, ſanguinilque eorum, qui in Eccleſia Catholica ſacratiore eſſent loco, ſitientiſſimum, ut impetrarum ab eo referrent, quod tantopere expetebant. Nondum Orangius in Hollandiam advenerat; & Lumnii potentia jam in tantum creverat, ut ſi quid imperaret, periculoſum eſſet non parere. Miſerat autem is Gorcomium pauculis ante diebus quemdam Omalium, unimanum illum, de quo dudum memini; cui & in mandatis dederat, ut quotquot ibi ſacerdotes & monachi in vinculis babebantur, ad ſe captivos adduceret. Qui cum Gorcomii carcerem introgreſſus, captivorum coronam oculis luſtraſſet, minaſque ac probra (quæ ſuo loco commemoravi) peracerbe jaculatus in eos fuiſſet, denique eo miſerorum ſpectaculo ſacrilegus homo ſeſe ad ſatietatem oblectaſſet; inde Bommeliam cum cohorte militum petit. Quod oppidum Gelricæ ditionis eſt, & Gorcomio quatuor fere milliaribus abeſt. Eo clam vocabatur a civibus ejus oppidi nonnullis, quibus res novæ cordi erant, plane perſuaſus, portas patentes opera illorum, a quibus fuerat invitatus, ſe inventurum. Sed longe eum ſua fefellit exſpectatio. Major enim & lanior para civium, cognito ejus adventu, bombardas in mœnibus collocatas in eum expediunt & parant, ſi forte propius accedere tentaret.

Bommelia occupata & poſtea ſubdita.

131 Nec procul inde ſtationem habebat Hiſpanus miles, qui de hoſte adventante certior factus, arte eum circumvenit. Nam metum ſimulans, Omalium & qui cum eo venerant, uſque ad mœnia Bommeliana fugiendo pertraxit. Quo cum illi perveniſſent, primum præter ſpem crebris ictibus bombardarum e mœnibus impetuntur: tum & Hiſpani, qui fugam ſimulaverant, repente converſis in hoſtem vultibus & armis, gravem in eum impetum fecerunt; ita ut lexaginta plus minus de ſuis in ea clade Omalium amiſiſſe ferant. Atque utinam in ea fide & voluntate erga Deum & Regem Bommeliani perſeveraſſent! Namque, quod dolendum fuit, non multo poſt in communem cum Hollandicis civitatibus, ut ita dicam, inſaniam, neſcio quo malo conſilio pertrahi ſe miſeri paſſi ſunt. Porro dum abeſt Omalius, a Catholicis quibuſdam ſtudioſiſſime pro liberandis captivis eſt laboratum. Er quidem viis aliis fruſtra tentatis, quod reliquum, pecunia redimi eos placuit: eoque res demum deducta, ut cum præfecto militum criminali, qui, qua valebat apud Marinum gratia, liberationem præſtiturus videbatur, jam de pretio conventum eſſet. Factum id aliquanto poſt conventionem de Poppelio redimendo ſceleratе fruſtratam, uti narravimus. Sed cum collecta & parata pecunia jamjam numeranda eſſet, intervenit repente ea turbatio, quam ex occaſione abitus Leonardi, Geuſios de novo concitaſſe diximus. Ex quo factum, ut pactio de reddendis pretio captivis in irritum recideret. D A. GUIL. 157

132 Tertia dies erat Julii menſis, cum re apud Bommeliam male geſta, Joannes Omalius iracundus ac minax ſub occaſum ſolis Gorcomium reverteretur, poſtridie quam Leonardus fuerat in carcerem retractus. Eo reverſo, cum nihilo ſegnius a Catholicis negotium redemptionis captivorum ageretur, tum a quibuſdam fraudulentis hominibus ſpecie benevolentiæ commonentur illi, ne quod verbum, ſi ſaperent, apud Omalium pro captivis facerent; ſed tantiſper a ſolicitando deſiſtarent, donec Omalius abiviſſet: alioqui periculum fore, ne redemptionis apud ipſum injecta mentione (quod eſſet inſenſiſſimo in monachos & clerum animo) gravius etiam irritaretur, ac ſpei hujuſcemodi præcidendæ gratia captivos aut ex tempore necaret, aut Brilam ad ſupplicium abduceret; tantum abeſſe, ut vel pretio durus ejus animus expugnari poſſet. Quod certe falſum apparuit. E c. XXXVI. *Caſſo pro redemptione tentamen.*

133 Nam per idem rempus, quemdam in clero dignitate præcipuum, ante dies aliquot, uti ſupra narratum eſt, e carcere dimiſſum, ac domi manere juſſum (quem iterum domo extractum una cum ceteris captivis Brilam avehere decreverat) auro ſubnixis precibus exoratus, liberum fecit: cum ille jam deſperata ſalute, patibulum tamquam infame ſupplicium deprecatus, gladium ſupplex poſtulaſſet. Attamen ea ſubdola ſuggeſtione effectum apud viros bonos, ſed nimium credulos, ut cœptum ſolicitandi opus, dum Omalius adeſſet, intermitterent. Igitur Omalius die quinto menſis Julii ſub veſperum, accepta pro liberatione viri illius præcipui, quem dixi, pacta pecunia, Brilam proficiſci parat, ſecum avecturus captivos omnes reliquos. Neque enim Gorcomii palam eos interficere conſilium erat, eo quod tumultum popularem extimeſcerent. Quæ etiam Omalio cauſa fuit, intempeſta nocte eos abducendi. Sic enim ſuaſerant Geuſii ex civibus nonnulli, veriti ne, ſi luce res ea tentaretur, omni conatu reſiſterent Catholici. *Unus auro liberatus.* F

134 Nocte igitur ea, quæ ſextum Julii diem (Dominicus is erat) proxime antecedebat, Martyres ſanctos abducturi tenebrarum miniſtri, tunicis & palliis (quæ mantella vocant) eos ſpoliant, quibus ad id uſque tempus remanſerant: ut jam præter interulam veſtem Franciſcanis vix aliud reliquum fieret, quo nuda corpora contegerent. Aliis item ſacerdotibus togas talares detrahunt: nonnullis præterea & alias veſtes, quæ alicujus pretii videbantur, exuunt. Si quis autem ſorte verbo rogaret veſtem neceſſariam ſibi relinqui aut reddi, mox alapas pro veſte recipiebat; velut accidit honoratæ ſenectutis viro Wilhado Dano, qui ſolam interulam ſibi relictam videns, cum noctium frigora toto pene corpore exſanguis horreret, obſecrabat milites, ut ſibi vile ſuum ac de- *Martyres ad Lumnium abducti.*

A tritum mantellum redderent, quo frigus a ſe-
A.GUIL. nili corpore defenderet. At illi nulla ætatis
ESTIO. commiſeratinne moti, probria ac maledictis, inſuper & verberibus illico ſenem optimum cooperire aggrediuntur: Ah veterane proditor! inquientes; nimium tibi tuiſque ſociis proditoribus ac deaſtritolis indulgetur. Nimium bene omnes ac benigne, prout peſſime meriti eſtis, tractamini, digni videlicet, quibus, ad excoriationem uſque flagellatis, ſaccos ſale inſperſos, induceremus. Revocate jam nunc in memoriam, & recolite, quæ quantaque vos in noſtros ſocios ac ſymmyſtas exempla crudelitatis ediderittis.

Io Wilhadum & alios prefra ac verbera.

135 Hæc & bujuſmodi dicentes, interim quam duriſſime pugnis & alapis os venerandi ſenis obtundunt, dominis longe innocentiſſimi. Qui ad omnia probra & verbera, non aliud quam ſuum illud Deo gratias, reſonare, ſuppliceſque Deo manus ac preces pro ſuis perſecutoribus offerre noverat: tantum abeſt, ut cujuſquam aliquandn ſanguini verbo factove fuerit inſidiatus. At denique miſertus ejus neſcio quis, vile quoddam palliolum (ipſiuſne an cujuſpiam alterius, æque incertum habeo) quo tegeretur, corpori ejus injecit. Et hactenus quidem ea, quæ Gnrcomii circa Martyres nnſtros acta didicimus, Deo juvante fideliter exſecuti, primum librum hoc fine claudimus; ut ea, quæ deinceps uſque ad beatum eorum exitum geſta accepimus, alio volumine digeramus.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Noctu Gorcomio avecti SS. Martyres, Dordraci inſanæ plebis ludibrio expoſiti, cavillatore miniſtello confuſo, Brilam ducuntur.

Non ita Martyrum ortus hic laudatur;

AD extremum paſſionis certamen, & pretioſam in conſpectu Domini mortem ſanctnrum Martyrum ejus exponendam propius nunc acceſſurus, ea primum, quæ longo ſatis itinere, quo Brilam Gorcnmio vehebantur, paſſi ſunt, commemorare operæ pretium duco; quoniam per hæc etiam non parum & hoſtium nequitia, & militum Chriſti virtus ac patientia, & in ipſis certantibus atque vincentibus Dei gloria declarata eſt. Quamquam eorum ſortia non ſic commemoro, quin etiam infirma legentibus ante oculos ſubinde ponam, auctoritatem in ea re Scripturæ ſacræ ſecutus, quæ ſanctorum hominum lapſus inter præcipuas eorum laudes non tacuit. Ejuſmodi vero quiddam hic ſtatim initio occurrit. Nam cum ex arce captivi ad flumen ducerentur, navigio Brilam avehendi (factum id bnra prima poſt noctem mediam) unum eorum frater ſuus germanus, qui tum eo forte advenerat, extremis verbis abeuntem eſt prnſecutus. Cui mœſtus ac lacrymabundus Antonius (hoc enim illi nomen erat): Mi frater, inqnit, ſi mihi nunc opem ferre non potes, mori me neceſſe eſt.

137 Sed hanc ejus quaſi dejecti animi ſignificationem puto non mirabitur, qui noverit, quam ſit res ardua mortis terrorem vincere; ſimulque meminerit, neque omnium Martyrum parem eſſe ad patiendum alacritatem: neque ſemper eis adeſſe conſolationem illam internam Spiritus ſancti, quæ gaudentes in paſſionibus efficiat. Quamvis interim non deſit ea animi fortitudo, qua, cum ſic urgentur, ut aut fides eis neganda ſit, aut mors oppetenda, magis elegant fidem confitendo mori, quam negando vivere, ſciantque, quod Dominus ait: Qui perdiderit animam ſuam propter me & Evangelium, ſalvam faciet eam. Quod iſtum feciſſe, qni tam abjecte viſus eſt loqui, tandem res ipſa probavit. Vecturus erat captivos nauta quidam Gorcomianus, nomine Rochus; in cujus ſchapham cum pedem inferret Leonardus, hominem agnoſcens ac nomine compellans, utpote quem paſtor una cum ceteris ovibus ſalutari pabulo ſolicite paverat, ait: Hem Roche, tu nos ad patibulum vecturus es? Qui reſpondit: Ita me nunc facere neceſſe eſt. Non quidem intelligebat ille, quam nulla Chriſtianum hominem cogere neceſſitas debeat ad obſequium ſceleris. Ibi porro bonus paſtor graviter queri atque expoſtulare cœpit, quod ita furtim, quod nocte intempeſta ſuis ovibus ſubriperetur; quod non eſſet permiſſus extremo diſceſſu nutantes ſuorum animos cnnfirmare, & ad fidei conſtantiam cohortari; quod denique ſupremum vale in Domino dicere iis prohiberetur.

Ut non ali-quando aliquan-tum impe-dita oratio ac-cuſetur.

Juſta Paro-chi querela & de Gorcomienſibus vaticinio.

138 Tum non ſine gemitu converſis ad civitatem oculis, ſpiritu (ut æquum eſt credere) prophetico dixit: Gorcomium, Gorcomium, o quantum tibi malnrum impendet. Utcumque tamen hoc ab eo dictum quis accipiat, certe conſtat, ſtatim ab illo tempore multos continuos annos bello, fame, peſtilentia civitatem illam miſeris mndis attritam, exhauſtam, afflictam fuiſſe: quodque graviſſimum eſt malorum, deteſtandam hæreſim cum ſacrorum myſteriorum ac rituum ceſſatione, juſtiſſimo ſcelerum vindice Deo ſic permittente, ſupra omnes urbes vicinas in tantum illic obtinuiſſe, ut totis jam triginta annis non alia fuerit, in qua ſacerdotum ac Sacramentorum ritu Catholico adminiſtrandorum, verbique divini copia minus haberi poſſet. Porro captivi, cum avebe-rentur, undeviginti numero omnes fuere; quorum ſexdecim erant presbyteri, reliqui tres laici e familia Fratrum Minorum. Qui numerus quemadmodum deficientibus quibuſdam, ac rurſum aliis in eorum locum ſuccedentibus, mira Dei prnvidentia plenus & integer uſque in finem conſervatus fuerit, ſuo loco dicemus.

CAP. II. *Summus inter angu-ſtias Dei ſervus ducit.*

139 Poſtquam ſecundo flumine Moſa (quem eo tractu Marvedam vocant) provecti eſſent aliquo uſque captivi, tranſire jubentur e ſcapha in cymbam quamdam conchaticam, ex conchis quas vehebat, graviter olentem. In eam ſuperinri parte clauſam contruduntur & conſtipantur, haud multo ſecus atque merces in vaſis ſolent a mercatoribus compingi. Et ſane niſi mature ſuiſſent inde educti, periculum erat ne in tanta loci anguſtia, tamque

A quo tetro odore, pene adempta reſpirandi poteſtate, enecarentur. Habebat apud ſe Nicaſius aromatum nonnihil, quod adverſus hujuſmodi caſus ei Gorcomii in carcere fuerat a chirurgo datum. Quod ab eo ſociis communicatum, ſœtoris moleſtiam minuebat aliquantulum. Ceterum ex ea cymba non multo poſt in navim quamdam operariam tranſmiſſi, Dordracum uſque vehuntur. Appulerunt autem eo circiter horam nonam ante meridiem Dominica die.

Iisque plurimis ludibrio expoſiti.

140 Ibi rurſum Wilhado venerando ſeni pallium a militibus auferitur; Heutero Canonico ſuum item pallium; Henrico Minoritæ, quod ſolum ei reliquum erat tritum capitium, quem caperonem vocant; Nicolao Parocho tunica. Qui cum militis veſtam detrahentis improbitati nonnihil obniteretur, a Leonardo collega monitus, ſtatim ac lubens acquievit. Neque ei quidquam manſit reliquum præter lineum nigri coloris amiculum, quod camiſiæ intimæ ſuperinduerat. Porro Joannes Omalius eum præcipuis comitibus urbem ingreſſus, curandoque corpori largiter indulgens, impranſos eo die ſanctos Martyres reliquit. Neque vero eis in terram aſcendere permiſſum fuit; ſed in navi, quæ ad ripam affligata erat, relicti ac detenti, omnium ludibrio manſerunt expoſiti. Siquidem ex urbis porta, quæ proxima erat, accurrebant homines frequentiſſimi, captivos ſacerdotes & monachos, velut rem novam ac prodigioſam viſuri; vere ut ab iis jam tum dici potuerit illud Apoſtoli Pauli: Spectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus. Ibi probra, convitia, ſcommata certatim in Martyres jactari, cachinnis & confuſis clamoribus omnia perſtrepera. Quamquam aderant etiam Catholici quidam ejus urbis incolæ, captivorum afflictioni ex animo condolentes, ſuumque adeo dolorem etiam lacrymis palam teſtificantes.

Iem prandii convitiis & maledictis ſanctos.

141 Inter quos erant, qui pecunia redimere cuperent, ſi licuiſſet, Theodorum Emdenum, & Petrum Aſcanum Minoritas. Quorum Aſcanum, amici navim ipſam ingreſſi, præ charitatis affectu, non ſine fletu collum ſtringentes oſculabantur. At vero promiſcua multitudo nihilo mitius captivis illudere atque inſultare, neque ullum maledicentiæ genus prætermittere. Erat audire e media turba voces has & ſimiles; Ah ſeductores & impoſtores hominum! Quam multos male credulos commentis veſtris Papiſticis atque anilibus deliramentis in errorem abſtraxiſtis! Ah, quam multa animarum millia pravis ac peſtiferis veſtris Doctrinis in infernum præcipitaſtis! o quam pulchre nunc patibulum ornaturi eſtis! Et alia id genus dicteria atque convitia, ut quemque maledicendi libido titillabat, in ſanctos viros cumulatiſſime congerebantur. Etenim impunitas & licentia publice conceſſa metum ex animis omnem exemerat. At interim mihi liceat eoſdem Chriſti Martyres in tanta canum circumlatrantium rabie patientiam corde tacito, rectoque ſibi conſcio conſervantes, ipſius Domini mei verbis affari & dicere: Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos, mentientes propter Chriſtum & Catholicam ejus Eccleſiam. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa D
eſt in cœlis. Vere enim & in æternum beati, A. Guil. Estio.
quotquot in iſta glorioſa confeſſione, ſpiritu Dei vos corroborante, conſtantes & immobiles ad finem uſque perduratis.

142 Porro milites, qui captivis additi erant CAP. III.
cuſtodes, cum viderent tantam hominum multitudinem portæ effuſam, cupiditate ſpectandi accurrentem, velum navigio, quo captivi detinebantur, obtendunt ac circumponunt; neque quemquam, qui nummum prius non dederit, ad ſpectandum admittunt; ut eſt id genus hominum ingenio, quoties occaſio tulerit, ad quæſtum intentiſſimo. Ergo quicumque quadrantem nummulum annumerabant, intra velum admiſſi, ſpectando, illudendo, convitiando, & ſi quid aliud luberet, ſemet affatim ſatiabant. Ingreſſus autem illue inter alios inſignis quidam ac primi nominis Calvinianus, cœpit cum captivis de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento multa diſceptare. Cui graviſſime reſtiterunt Leonardus & Nicolaus parochi, necnon Hieronymus Fratrum Minorum Vicarius. Quod ſana præſtitum ab iis eſt E
tanta diſputationis acrimonia, tantoque Catholicæ veritatis tuendæ ſtudio, ſudor ut iis inter diſputandum large defluerit, Leonardo maxime, qui ut erat ſermone promptus ac potens, & eruditione præcipuus, merito primas in ea diſputatione partes ſuſtinuit.

Quæſtus miſerius ex triſti ſpectaculo.

143 Denique tam docte, ſolide atque explicate reddebant Chriſti Martyres ſuæ fidei rationem, ut hæreticus ille victus & pudore ſuffuſus, ultra, quod diceret, non haberet. Ceterum Guardianus, quod infructuoſa videretur ei illa cum hæretico concertatio, ne verbum quidem diſputando cum eo commutare voluit, veritus illud Dominicum: Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. Proinde & ſocios ſubmonebat, ut miſſam facerent eam, ut ipſe rebatur, inutilem altercationem. Ipſe interim capite ſuper rudente, quo alligata erat ancora, reclinato, paululum requieſcebat. Hæreticus autem ille diſputator, poſteaquam ratione ſuperatum ſe vidit, mox velut in rabiem verſus, vultu excandeſcere, dentibus ſtridere, toto corpore contremiſcere, ſævis conviciis ſanctos Martyres impetere; neque jam argumentis ſed maledictis pugnare; denique velle captivos omnes exemplo, ſi liceret, in aquas e navi præcipites dari. Sicque in eo vere fuit impletum, quod Guardianus verebatur; illud nimirum, quod poſt memorata verba Dominus pro ratione ſubjecit: Ne forte miſſas ante ſe margaritas conculcent pedibus, & converſi dirumpant vos. F

Hæreticus confuſus eo rabiem agitat.

144 Interea temporis flumen æſtu maris intumeſcens poſt meridiem navigandi commoditatem dabat. Itaque Dordraco Brilam avehuntur captivi. Qua in navigatione, cum adhuc jejuni eſſent, & partim acri diſputatione, partim multiplici atque continua malorum hominum vexatione vehementer fatigati, ac viribus exhauſti, paululum cibi tandem impetrarunt, parciſſime ipſis præbente nauta vectore ſuo; ut qui dicerer, ſe mortalium ſcire neminem, a quo vel buccellam panis pro eo beneficio ſibi reſtitutum iri ſperaret. Neque enim ad remunerationem ca- CAP. IV.
Auctoritas SS. Martyrum Brilam

A leſtem attollebat animum homo carnalis, ne-
A. Guil. Est 10, que meminerat promiſſionis Chriſti: Non per-
ditum mercedem ſuam, ſi quis vel uni ex
minimis ipſius diſcipulis calicem aquæ frigi-
dæ porrexiſſet. Præſtitit tamen hoc ille, vel
naturali quodam commiſerationis affectu mo-
tus, ac præſtitit ſolus. Nam a militibus, qui
non tam cuſtodes ſe Martyrum præbebant,
quam hoſtes, oe mica quidem exſpectari po-
terat. Ejus digi navigatione pervenitum eſt eo
uſque, dum uno tantum milliario Brila abeſ-
ſent; ubi tota nocte Martyres in navi reli-
cti, a frigore & inedia, ſeminudi ac male
paſti, non parum molcſtiæ tolerayerunt. Po-
ſtero die mane Brilam advehuntur: appulſi
primum ad aggerem longiuſcule ab oppido
diſſitum, io quo navium ſtatio eſt, vulgo ca-
put vocatur. Illic nnius ferme horæ mora
trahitur, donec aperta civitatis porta, capti-
vis obvius procedat Comes Lumnius, amice
videlicet atque humaniter homines deſidera-
tiſſimos excepturus.

B 145 Eſt autem Brila oppidum in extrema
ejus ſitus & ſtatus deſcribitur Hollandiæ inſula, quæ Vorna dicitur, ad me-
ridiem ſitum, exiguum quidem illud, ac ſu-
periori tempore obſcurum atque ignobile. Ce-
terum ex quo memorati Comitis ioſidiis in-
terceptum (quæ res 10 Kalendas Aprilis pro-
xime antegreſſas inciderat) Geuſiorum pote-
ſtati ac religioni ceſſit, eorumdem crudelita-
te, & hominum Deo ſacratorum, quos paſ-
ſim quacumque prædabundi milites illuc ad-
ducebant, cædibus ac ſuppliciis egregie nobi-
litatom. Quam ob caulam Geuſii locum il-
lum Domini pomarium vocitarunt; inepte
quidem, ſi ad illorum ſenſum reſpicias. Ete-
nim minime quadrat, ut locus ſupplicii ma-
leficorum hominum, velut excidii malarum
arborum, Principis pomarium vocetur. Ve-
rum ſicut olim Caiphas aliud cogitans pro-
phetavit, ita & iſti rem veram ac myſterio
plenam, ſenſu non vero protulerunt. Vere
enim pomarium Chriſti Domini locus ille eſt,
in quo requieſcunt arbores optimæ atque pul-
cherrimæ; quæ, quia fructus eidem Domino
ſuo multiplices, uberrimoſque per ipſius gra-
tiam tulerunt in tempore ſuo, graviſſima de
C iis illi in cæleſti, regioque ejus convivio ſub-
miniſtrant tragemata. Sed ad inſtitutum re-
deo. Dum Lumnius exſpectatur, accolæ ur-
bis, homines inhumani ac barbari, ſuas ibi
partes agere omnium primi cœpere. Capti-
vos maledictis inceſſere, ac probroſis exagi-
tare nominibus. In religionem vero & ſacro-
ſancta myſteria blaſphemias horrendas evo-
mere: neque interim regio nomioi ac maje-
ſtati parcere.

pii & ſacerdotes in Sanctos probra & ignominias 146 Et quidem proditores vocitari viros
bonos, qui debitam Deo Regiqne fidem pro-
dere, ejuſve proditoribus contentire nollent,
tritum jam erat & pervulgatum. Idololatras
identidem inclamant, vecordes atque deliros
ſervos & veneratores Baal; ventrem, vene-
rem, mammonam eos pro diis colere, cun-
ctos autem ſimul non aliud eſſe, quam gre-
gem phaleratorum hypocritarum. Ad hæc cor-
poris habitudinem pro contumelia objiciuot,
aliis craſſitudinem & ventroſitatem, at contra
aliis maciem atque exilitatem improperaotes:
& quidquid aliud tale io buccam veniret,
temere ac petulanter effutientes. Taceo plus D
ceoties repetitum patibuli ac ſuſpendii oppro-
brium. Quod certe totidem verbis io Chri-
ſtum ipſum dici poterat. Ceterum quæ ab il-
lis in ſanctiſſimum & Angelis etiam ipſis tre-
mendum corporis Chriſti Sacramentum jacta-
bantur blaſphemiæ, adeo omnem ſuperant im-
purltatem, ſimul & impietatem, ut horror ſit
referre. Sub hæc procedit ex urbe Lumnius,
portis ad ejus nutum patefactis. Cum enim
de captivorum adventu nuntius ad eum adhuc
cubaotem fuiſſet allatus, mox ille præ lætitia
mire geſtiens, ſtrato exſiliit, homo alioqui
poſt nocturnas epulas in multum diem dormi-
re ſolitus. Inde vix bene veſtitus, in equum
inſilit, ac celeri curſu locum, ubi captivi te-
nebantur, petit, equitum aliquot & peditum
armatorum ſatellitio cinctus.

CAPUT II.

Deſcribitur adoleſcentia ſcelerati Comitis E
Lumai, a quo excepti Brilæ SS. Mar-
tyres, mimicis primum ſupplicationi-
bus aliiſque ludibriis circumducuntur.

QUoniam autem, amice lector, Lumnius CAP. V.
Illuſtri ſanguine natus, iſte non hos tantum, quorum nunc
acta ſcribimus, verum & alios non paucos
Eccleſiæ viros, extrema pœ ſupplicia ad mar-
tyrii palmam tranſmiſit; quis ille fuerit, &
qualis jam ante id tempus innotuerit (nam
quæ poſtea egit aut paſſus eſt, alibi forte
attiogam) paulo plenius hic tibi exponere
operæ pretium duxi. Nomen ei Guilielmus,
cognomeu a Marca, quod a veteri Comitum
familia, qua progenitus erat, accepit; ita
quidem, ut propinquitate ſanguinis attingeret
illuſtrem virum Erardom a Marca, Romanæ
Eccleſiæ Cardinalem & Epiſcopum Leodien-
ſem: ot ſane mirum ſit, eum ab illius ſpe-
ctatiſſimi viri moribus & pietate turpiter adeo
degeneraſſe. Nam & domum ejus privatam,
quam Leodii ad ædem S. Martini quondam
habuerat, hic ipſe & frater ejus hereditario F
jure poſſederunt. Ipſe vero denique etiam in
ea mortuus eſt. Porro Lumnius dictus a mu-
nicipio quodam in ea Brabantiæ parte ſito,
quæ Leodienſium fines attingit; loco ſcilicet
natali: cujus & dominium ei a majoribus
obvenerat. In arce ejuſdem loci, in qua cum
matre puer morabatur, inſtitutus eſt ab apo-
ſtata quodam Franciſcano, quem mater vi-
dua, pia quidem illa, & ut accepi, Catho-
licæ religionis obſervantiſſima femina, ſed im-
poſtoris illius hypocriſi miſere deluſa, ſuo fi-
lio pædagogum, ac pueritiæ ejus formatorem
affumpſerat.

Infans ab apoſtata Calvino ſuo non inficitur. 148 Is recentem concreditam ſibi teſtam,
hæreleos Calvinianæ, qua ipſe infectus ac
depravatus erat, imbuit veneno. Quod ma-
lum adeo penitus ex illo tempore ejus ani-
mo inſedit, ut quamvis poſtea Lovanium,
urbem vicinam (qua non aliam ea tempe-
ſtate academiam cum diſciplinarum omnium
humanarum, tum divinæ Catholicæque do-
ctrinæ certiorem magiſtram habebat atque
etiamnum habet orbis Chriſtianus) ſtudiorum
hbe-

A liberalium cauſa miſſus, ibique Catholico ſimul & integerrimo præceptori traditus ad inſtituendum fuerit, minime tamen opinationis ſemel inditæ conceptæque labes elui potuerit. Quin adeo poſt eam urbem una cum ſtudiis humanitatis reliſtam, magis etiam ac magis depravata ejus indoles aperire ſe cœpit. Nam præter illud hæreticæ doctrinæ venenum, hæretico magiſtro propinante infeliciter hauſtum, inſita quædam animo ejus crudelitas ſeſe proferebat paulatim. Quamquam iſtud vitium multo ante adhuc puer prodiderat non levibus argumentis. Siquidem jam tum cum ſuis æqualibus & contendendi pervicacia, & pugnandi audacia, & ulciſcendi gloria ita certabat, ut omnes longe ſuperaret.

Adhuc puer immanem feritatem

149 Torvus illi erat & ſcythicus oculorum obtutus, index animi ſævi & ſanguinarii. Quo in genere quid aliquando puer deſignaverit, quemadmodum id a viro fide digniſſimo, cui patria eum illo communis eſt, accepi, breviter narrabo. Fuit inter duos Lumniæ vicinos pagos Corſellam & Helcbriam vetus controverſia, ſuper palude quadam in utriuſque confinio ſita, non diſſimilis illi, quam inter fratres coortam atque gliſcentem miraculo induſtæ ariditatis ſuſtulit Thaumaturgus ille Gregorius. Tam celebris autem ea contentio fuit, ut palus ipſa vulgo contentioſa vocaretur. Porro Corſella dominum eumdem, quem Lumnia habebat. Is poſt ſui patris obitum erat Guilielmus a Marca. Qui duodecimum ætatis annum vix prætergreſſus, in ea controverſia ſtudio ſuæ partis in tantum efferbuit, ut cum armata ſubditorum manu, ductor ipſe, locum contentioſum adirer, eo conſilio, ut ſi quos adverſæ partis homines illic invaniſſet, aut occideret, aut captivos abduceret.

B

Rumoris facinora demonſtrat.

150 Sed præter opinionem, nemine prorſus invento, ne domum inultus & inglorius rediret, furorem ſuum per occaſionem alio convertit: nam in reditu forte repertos myricæ (quæ in iis locis frequens naſcitur) meſſores, unum & alterum comprehendi juſſit, velut ingenii crimine obſtrictos, quod in terra publica ſuæ ditioni, uti dicebat, ſubjecta, meſſem facerent. Comprehenſos equo ſuo alligavit (o barbarum & ſtupendum, horrendumque in puero facinus!) atque ut canes non modo per terram longo ſpatio raptavit, verum etiam per medium quoddam vivarium aquaticum, eo loco vicinum, vi pertraxit. Denique miſeros illos atque innoxios, nec quidem ejus vici, cui tam boſtiliter inſenſus erat, inquilinos, adeo tractavit atrociter, ut omnem circumcirca regionem hujus rei fermo compleret; & quotquot hanc in illa ætate tyrannicam immanitatem vel aſpectu vel auditu cognoviſſent, ſtupentes alius ad alium dicerent: Quis putas puer iſte erit? Nimirum ea quæ poſtmodum ætate provectiore ſunt ab illo perpetrata, talibus ex initiis haud quaquam improbabili conjectura prælagientes.

C

Odium ejus in Patres Franciſcanos.

151 Obſervata ſunt & alia in eu jam tum adhuc puero, quæ pravitatem indolis, ac penitus inſitum animo ejus Ordinis monaſtici odium declarabant. Ajunt eum a prima ætate, qua de religione cognoſcere aliquid potuit, monachos omnes, præcipue Franciſcanos, quoties obviam ei forte fierent, torvo vultu & obliquis oculis intueri ſolitum; ſic videlicet edoctum atque inſtitutum, ut exiſtimant, ab illo morum ſuorum peſſimo formatore, eodemque deſertæ a ſe religionis maligno ſuggillatore. Scilicet hoc omnibus apoſtatis monachis in more poſitum eſſe quis neſcit, ut quo turpitudinem ſuam tegant, & perfidiæ ſuæ velum obtendant, virulentis obtrectationibus & ſycophantiis eam ſocietatem aſſidue lacerent, cui ſe ſancta voti profeſſione ſemel in perpetuum addixerant. Jam ad grandiorem Lumnii ætatem quod attinet; retulit mihi vir quidam honoratus, rem malo ſuo expertus, familiam illi (poſteaquam domum ipſe ſuam regere cœpiſſet) moribus corruptiſſimam fuiſſe, & in qua divini cultus ac præceptorum Eccleſiæ nulla ratio, ſed extremus neglectus atque contemptus.

D A. Gurt. Estio.

Licet eos aliquando hoſpitio exceperit.

152 Non quidem me latet, eum aliquando tecto excepiſſe viros religioſos, ex itinere ad ſe divertentes, atque in his etiam Minoritas, iiſque, ſiquidem externa ſpectes officia, benignum hoſpitium præbuiſſe. Sed qui hominem norant, facile intelligebant, non hæc ab eo fieri ſtudio religionis, ſed quod eam religioſæ hoſpitalitatis conſuetudinem, a parentibus acceptam, repente abrumpere, ſibi non ſatis conſultum illo adhuc tempora, pro ſua apud bonos exiſtimatione putaret. At vero de tali hominum genere certa experientia didicimus, quemadmodum exceptos convivis ſimpliciores, ut vocant, fraterculos, quadam humanitatis ſpecie ad hilaritatem provocent, exhilaratos autem naſo ſuſpendant, & ridiculos ſuos faciant; tum ſi quid forte ineptius a quoquam eorum dictum factumve fuerit, illico foras efferant, atque unius quantulumcumque vitium, invidioſe exaggeratum, mox in univerſam familiam per calumniam diffundant.

E

Belgis vehementer bellum Lumnienſis ipſe ſe ultro aggregat.

153 Porro cum in Belgio noſtro viri ac juvenes aliquot nobiles anno Domini MDLXVI. conſpirationem feciſſent, qua regiorum adverſus hæreticos edictorum ſeu mitigationem, ſeu verius abolitionem, oblato ſupplice libello, extorquere volebant (ea nimirum conſpiratio fuit, quæ toti Belgio poſtea ſubſecutam omnem religionis ſimul & reipublicæ deformationem invexit) horum factioni Guilielmus Lumnius, quamvis extra nobilitatem Belgicam cenſeretur, aliquanto tempore poſt ſeſe ſocium adjunxit. Quam ob rem ſolum vertere coactus, manifeſtum Catholici Regis boſtem ex eo tempore ſe declaravit: ac, durante præfectura Ducis Albani, multa contra patriam geſſit boſtiliter terra marique, ſed mari præcipue. Nam inde Brilanam tandem inſulam & urbem inſidiis tentavit & cepit. Ibi vero quaſi regnum & ſtabilem regni ſedem adeptus, ea ſtatim exempla ſuæ crudelitatis edere aggreſſus eſt, propter quæ tum Catholicis omnibus, tum maxime viris ordinis & profeſſionis ratione Deo conjunctioribus, haberetur ſupra modum formidabilis; quippe qui talem ſe factis & verbis gerebat, ut Sauli more, non aliud quam cædes & ſupplicia ſacerdotum ac monachorum ſpirare videretur.

F

A A. GUIL. ESTIO. CAP. VI. *Ductor ad ſe SS. Martyres cohortis & famis exigit,*

554 Hic igitur Lumnius (ut ad inſtitutum redeat oratio) ſimulatque ad eum locum, in quo naves ſtabant, equo vectus pervenit, captivos omnes, conſpectui ſuo oblatos, ut adhuc in navigio erant, intentis admodum oculis, velut optatiſſimum & jucundiſſimum ſpectaculum, aliquantiſper contemplatus, denique in cachinnum erupit adeo effuſe, ut homo ſui vix compos ſuper equum dorſo reſupinus caderet, implens hoc quod a Sapiente ſcriptum eſt: Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam. Sed o! riſum vere ſardonicum, ac talem plane, de quo Salomon ait: Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Mox autem huic velut proœmio cetera congruentia conſecuta ſunt; ludibria, ſcommata, probra, maledicta, omnia acerbitatis ac virulentiæ plena, necnon eo pectore digna, unde eructabantur. Inter alia vero ſic captivos eſt allocutus: Quid vobis hic negotii eſt, obſecro? Quæ veſtri adventus cauſa? Numquid bellum hic nobis inferre, noſque hinc e ſedibus noſtris ejicere vultis? An eo conſilio huc B acceſſiſtis, ut proditionem adverſum nos aliquam machinemini? Quid enim cauſæ eſſe putemus, quod non domi veſtræ manſeritis, Miſſis ſcilicet veſtris, ſolito veſtro more, celebrandis ſatis ſuperque occupati?

jubet ſeſe curvo ſe flectere, tum binos colligatos

155 Poſt hujuſmodi primas ſalutationes, jubet de navi in terram captivos omnes educi, qui ſimulatque terram pedibus attigerunt, inflexis genibus, ante tyrannum demittere ſeſe coguntur. Qui ſimulata humanitate, dixit ad eos Latine: Surgite Domini. Sunt qui referant, Leonardum, virum celebritate doctrinæ multis notum, cujus etiam ad Lumnium fama nominis jam tum præcucurrerat, ab ipſo compellatum fuiſſe his verbis: Sacrificule, quid hic agis? Ecce, nunc ſuſpendi te oportet. Alia certe id genus multa ab eo in ſanctos viros dicebantur. Interim vero tu mihi vide, quæſo Chriſtiane lector, quam ſit iſte futurus idoneus captivorum judex, in quo præter animum affectibus corruptiſſimum, tot adverſus illos ac talia præjudicia jam præceſſerint. Porro milites, injuſtæ pravæque voluntatis ejus miniſtri, captivos binos, junctis brachiis colligatos, alios poſt alios ordine diſponunt; C ſicque diſpoſitos, præeunte carnifice, ſemel & iterum circumire cogunt vicinum quoddam patibulum haud procul a littore ſitum, cujus figura r five dimidiatum a referebat. Noſtri ſemipatibulum vocant.

patibulum circuire compellit præcano vexille,

156 Ibi Henrico laico Franciſcano portandum in manus traditur vexillum ſacrum, a templo quopiam a ſæcilegis illis ablatum. Itaque jubetur, ad imitationem proceſſionis eccleſiaſticæ, ſocios omnes ordine ſequentes, tamquam ductor & vexilliſer antecedere. Et augendæ ignominiæ cauſa, ſemel, iterum & tertio compellitur, ſociis ſequi juſſis, ſub patibulum tranſire; ſcilicet ut ad eum modum ſuæ peregrinationis vota perſolverent. Sic enim loquebantur impii ſatellites, qui eos ad hujuſmodi circuitiones compellebant. Interim vero ſpectatores nihilo probiores inſultare miſeris, & convitiis inſectari, monſtratoque digitis patibulo dicere: En cœmeterium veſtrum; en eccleſia veſtra. In ea nunc, uti ſoletis, omnem iſtam veſtram exercete idololatriam. Compulſi præterea fuerunt, ne quid ad ludibrium deeſſet, idem illud patibulum inceſſu retrogrado circumire: tum proſam quamdam (ut vocari conſuevit) in Deiparam Virginem elata voce eanere juſſi; deinde fixis in terram genibus, patibulum adinſtar coronæ cingere, ſimulque celeberrimum illud Eccleſiæ canticum, Salve Regina, decantare. D

& omittente carnifice laudes B. M. V. decantare.

157 Juſſi ſunt & alias id genus ſacras laudes beatæ Virgini canere. Carnifex interea ſcala patibulo admota, ſic ſe comparat, ut ſi captivos omnes eſſet e veſtigio ſuſpenſurus, nimirum ut hac velut objecta præſentia imagina mortis, terrorem inenteret miſeris, atque eorum afflictionem vehementius augeret. Neque enim aliud illi tunc quam ſuſpendium & mortem exſpectabant. Poſt hæc, aggere conſcenſo, ad urbem bini, ut ante, eodemque ordine deducuntur. Et quo ſpectabilior eſſet pompa, duobus laicis Franciſcania haſtilia traduntur in manus, quorum ſummitati lappaa, aliaſque id genus herbas pro ornatu milites circumligarant. Inter bos duos taliter E inſtructos, ſocia pone ſequentibus, medius incedit carnifex, ſacrum vexillum manibus ferens eo uſque, dum in urbem ventum eſſet. Nam ibi rurſum Henrico laico ferendum traditur, impoſito præterea capiti ejus, ad ludibrium, holoſerico pileo.

CAPUT III.

Inter verbera & ludibria jubentur denuo ſacra canere & patibulum circumire, ſupplicantium ritu; in quo eos nihil peccaſſe oſtendit auctor. Nulla cujuſquam commiſeratio, feminis etiam procaciter inſultantibus.

CIvitatem hac pompa ingreſſi Martyres, rurſum juſſi ſunt cantica quædam ſacra F CAP. VII. *Rurſus ſacra canere juſſi, ea-que manuum cædi dantur,* canere, velut illud in ſanctiſſimam Trinitatem celeberrimum: Te Deum laudamus, &c. Tum reſponſoria quædam vulgatiora, quæ quidem fere omnes illi, præcipue vero Minoritæ, cum probe memoria tenerent, exacte ſatis atque eompoſite canebant. Porro duo milites, hinc inde adequitantes, gravibus ac frequentibus plagis captivos identidem cædebant, ad eam rem virgas, quas de arboribus detraxerant, in manibus habentes, quibus adeo immaniter facies illorum & colla diverberabant (etenim fratrea Minores capitiis & cucullis ſpoliati, nudato ad pectus uſque collo incedebant) ut eæ partes vehementer inflatæ & ſanguinnlentæ ſpectantibus apparerent, efficerentque, ne ſatis ipſi vel a notis ac civibus ſuis agnoſcerentur. Jam ſi qui vocem cantando minus attollerent, ii durius & crebrius vapulabant, ſicque ad eanendum altius exſtimulabantur. Quin ipſe etiam Comes, equo vectus, captivos ante ſe agens, virgula, quam manu tenebat, ſubinde eos valideque verberabat. Et hæc quidem illi.

159 Nam

A *plebs etiam in omnem petulantiam effusa*

159 Nam de plebe quid dicam? neque enim dicere facile est, quam licenter & petulanter in omne contumeliæ genus adversus Dei ministros ea sese effuderit; dum quisque vel infimæ sortis & conditionis homo, pro concepto in religionem & religiosos viros odio, vexandis atque impetendis iis animum explere studet. Alii sales & scommata confertim in eos jactant, alii convitiis & maledictis incessunt, alii vero nec ab arcanis & sacrosanctis mysteriis exagitandis impias linguas abstinent; interim ipsi quoque, seu militum exemplo, seu propria incitati malitia, nemine prohibente, captivos indemnatos, insontes ausu nefario verberantes. Ea facti indignitate commotus Hieronymus Vicarius, vir gravis, ac multa rerum experientia doctus, in hujusmodi verba prorupit: Quænam hæc morum barbaries? Aut quæ gens obsecro tam ab omni sensu humanitatis aliena, quæ captivos suos ad hunc tra-
B ctet modum? Equidem aliquando Turcarum in manus, & Græcorum, & Saracenorum incidi. Numquam tamen, etsi captivum, vel unius verberis affectum injuria me meminit. Fuerat hic religiosissimus vir olim versatus in illarum gentium partibus, sacra suscepta peregrinatione; & apud eas, ut fit, comprehensus non semel, & in vincula conjectus.

& Turcarum barbariem superantes,

160 Fuit autem & hoc valde deplorandum, quod in tanta circumsultantium turba nullus appareret, qui captivos miseratus, vel suspirium duceret, vel quoquo modo malis eorum se commoveri, vultu aut verbo significaret. Cum ad hunc modum in urbem perducti essent, tanta ad hoc spectaculum affluxit hominum multitudo, ut nemo prorsus incolarum abesse videretur. Stabant spectantes & spectaturi longo ordine hinc inde in plateis, qua Martyres pertransituri erant, tanta frequentia, quanta ad nullum aliud spectaculum accurri solet. Ludibriorum autem & scommatum & contumeliarum nullus modus. Erant qui vas aqua plenum ante fores juxta se ponerent,
C & scopis intinctis aqua prætereuntes captivos inspergerent, alta voce tono ecclesiastico canentes illud: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, &c. Sic nimirum illi male feriati homines antiquissimum Ecclesiæ Catholicæ ritum, quo consecrata sacris precibus aqua in populum aspergi solet, mimico suo facto publice risui habebant. In forum ut ventum est, mox ad patibulum, in ejus medio erectum, eodem, quo extra civitatem modo atque ordine, captivi propelluntur, velut jamjam suspendendi.

Nova circumpatibulum processio & Litaniarum alia.

161 Rursum ibi ter jussi patibulum circumire, atque inter eundum Litanias Sanctorum, & alia quædam sacra concinere; completo circuitu, sub patibulo genibus terram premere, simul & quasdam Virgini Matri laudes cantare. In quibus cum perventum esset ad orationem, qua ejusmodi laudum cantica more Ecclesiæ concludi solent (eam collectam vocant) omnes tacuerunt, hanc arbitror ob causam, quod rem a sacerdote quopiam digniore fieri solitam, nemo sibi præ modestia animi sumere vellet. Sed cum ab iis, qui proximi astabant, minaciter urgerentur, ut etiam collectam accinerent, Godefridus Dunæus pres-
D byter, vir humilis & zelo Dei plenus, non passus hanc coronidem pulcherrimo actui deesse, voce sublata, clare, perfecte, & citra hæsitationem, uti sæpe in ecclesia Laudibus vespertinis facere solitus, hanc ecclesiasticam precationem recitavit: Oremus. Intervenias pro nobis, quæsumus Domine Deus, nunc & in hora mortis nostræ apud tuam clementiam gloriosissima Virgo Maria Mater tua, cujus sacratissimam animam, in hora benedictæ passionis & amaræ mortis tuæ doloris gladius pertransivit; Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Et responderunt ceteri Martyres, Amen. Jam audiium erat horæ octavæ signum ante meridiem. Circumstabat interim populi spectantis ingens turba, quæ præterquam quod cupidissime spectaculum illud aspectaret, suas etiam partes insultando miseris gnaviter agebat.

A. Gnil. Estio.

C. viii. *In his memorantur, exactæ peractis,*

162 Quod autem ad ea, quæ jam commemoravi, pertinet, equidem spero atque confido, neminem fore æquum lectorem, qui
E Martyres nostros ob id in crimen vocandos putet, quod voluntati Comitis ac militum, scilicet hominum improborum, ad ea, quæ diximus, vel agenda vel eantanda sese cogentium, fuerint obsecuti. Quid enim prohibet a Catholicis vim patientibus, pie recteque fieri, quod a violentis dominis impia, perversaque voluntate jubetur; dum tamen id, quod jubetur, in earum rerum sit genere, quæ per se non malæ, quinimo bonæ existant? Quare ejusmodi jussioni contumaciter resistendum haud putaverunt sancti Martyres, sed potius obsequendum; eo maxime, quod evidenter omnibus constaret, ipsos non irridendi animo, quo jubebant adversarii, sed necessitate, ad pietatem accommodata, talia facere.

non potuisse SS. Martyres,

163 Quamvis enim ab illis, qui captivos eos duxerant, interrogati verba cantionum & hymnos cantare jussi de canticis Sion, Psalmistæ voce respondere potuissent: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Atque istud consimiliter dicere: Quomodo cantabimus laudes Matris Domini inter hostium
F ejusludibria? Scimus tamen etiam hoc ab eodem Psalmista scriptum esse: Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Quodque ad rem præsentem magis facit, legimus, Samsonem fidei testimonio probatum, cum e carcere adductus in domum Dagon ludere jussus esset, ingenti spectante utriusque sexus hominum multitudine, voluntati jubentium obsecutum fuisse, tametsi morti jam suæ proximum. Quo minus reprehendendi profecto sunt, qui jussi atque coacti inter hostes suos, non ludum luserunt, sed laudes divinas decantaverunt. Quod factum qui fugillat, dicat oportet, nec Christum Dominum arundinem, ah impio atque illusore milite porrectam, manu tenere, sed projicere debuisse; non crucem suis humeris impositam, velut furcam ferre, sed abjicere: non denique fel oblatum gustare, nec acetum bibere. Quæ tamen eum fecisse, teste Scriptura, didicimus: & facta non solum laudamus, sed & factorum mysteria veneramur.

vetat probari eruditum auctor.

164 Crediderim vero, sanctos Martyres eo suo facto etiam hoc testari voluisse, quod sibi neque

A neque dedecori neque pudori ducerent, vel in
A. Guil. Estio. hoſtium infeſtiſſimorum oculis ea rebus ac voce profiteri, quæ ſanctiſſime per univerſam Eccleſiam obſervarentur. Quamquam & alia ratione factum hoc defendi poteſt. Nam niſi imperata facerent, videri ſane poterant, ea qualicumque inobedientiæ ſpecie, in re per ſe neutiquam mala, ſponte ac temere ſibi plagas ac mortem accerſiviſſe. Et ut ſemel dicam, quod in ſe bonum & pium eſt, ubi juſta eſt faciendi cauſa, licet forte propter improborum irriſiones etiam bene rectèque omitti poſſit, damnari non debere cenſeo, ſi fiat.

Cap. IX. *Omni contumeliarum genere exprobrati venerabiles famuli*

165 Sed ad intermiſſam narrationem redeo. In qua quidem multa nobis ſilentio prætereunda ſunt; multa breviter, imo ex multis pauca carptim dicenda, ne dum in ſingulis moramur, tædium faciamus lectori. Quem tamen oro, atque in Chriſti vilceribus obſecro, ut in hoc ſpectaculum ſuæ mentis oculos pauliſper defigat, atque hos viros conſideret, Chriſti
B famulos, monachos, ſacerdotes, omni honore ac veneratione, quæ vel profeſſioni debebatur, vel ordini, tam turpiter atque indigne ſpoliatos, & ad omne contumeliæ genus expoſitos. Contempletur etiam adeo deſpicate habitam venerabilem illam ubique gentium canitiem, quæ ſi minus apud barbaros illos veneracionem promereri potuit, at certe commiſerationem aliquam, ſi quid in iis reſidebat humani cordis, debuit extorquere. Erat inter Franciſcanos, qui ſexaginta compleſſet annos, & alius qui ſeptuaginta. Erat & tertius nonagenario non multo minor. Quos tamen illi ſceleſtiſſimi nihilo mitius, quam validiſſimum quemque dure atque inclementer verberibus, pulſibus, tractibus, impactibus exagitabant.

non illorum patientur, quot habent Gladiatores

166 Latrones, ſicarii, incendiarii, ſi quando ad ſupplicium ducuntur, nihil tale ulla gentium conſuetudine pati ſolent. Tantum pœnam, judicis ſententia decretam, unius carnificis manibus inferendam ſubeunt, ſpectatoribus interim animorum commiſerationem ſæpe ſuſpiriis, interdum & fletu teſtantibus.
C Hi vero optimi atque inculpatiſſimi viri, nondum in ipſos dicta ſententia, ſine modo, ſine ordine, ſine lege ducuntur ac reducuntur, trahuntur ac propelluntur, atque omnium injuriis objecti, tot pene lictores patiuntur, quot habent ſpectatores. Stabant ſenes illi ad pectus uſque nudati, collo ſtrigoſo præ macie, tum è plagis ac vulneribus livido & cruentato. Cerneres utrumque Nicolaum, præter ea, quæ communia cum aliis habebant, proprium ſuæ confeſſionis inſigne gerentes, vibicem luridi coloris collo circumductam, quæ utrique in carcere Gorcomiano ex vehementi funis attritu facta, & huc uſque relicta erat. Univerſum denique tale erat ſpectaculum, quod non poſſet non commovere pectus hominis ab humanitate non prorſus alieni. Qua ex re perſpicere licet, in quas belluas eos degenerare cogat hæretica perfidia, quorum ſemel animos illa tam tetra lues affecerit.

167 Hi nimirum ex eorum ſunt numero, de quibus Apoſtolus, ad cariſſimum diſcipulum ſcribens, fore prædixit in noviſſimis diebus homines aſtorgous, hoc eſt omnis humanæ affectionis expertes. Id ut alias, ita tunc maxime declaratum eſt, quando ludibrii cauſa Martyres in publicum ſubinde producebantur. Cum enim militum alii fuſtibus eos ſubinde cæderent, alii laqueos ac mortem minaciter oſtentarent intentarentque, tum ſanniones illi, velut interceſſores ſeſe pro captivis opponentes, acerba cum irriſione dicebant: Oramus pro eis, oramus pro eis: parcite quæſumus: ſunt enim viri boni. Moxque poſt hæc verba, petulantiſſime flagris in eos & contumeliis inſultabant, tota circumſtantium multitudine gnaviter applaudente, atque ex hoc tam barbaro ſpectaculo quam maximam animo voluptatem capiente. Quin etiam, ſicut olim contra Salvatorem noſtrum inſonuerunt voces Judæorum, ut è medio tolleretur, expoſcentium; & ſicut contra beatum Polycarpum multitudo, necis ejus avida, magnis clamoribus in amphitheatro perſtrepuit:
E ita tunc inſanum vulgus inſanas & mortiferas adverſus athletas Chriſti voces jactavit hujuſmodi: Tollantur e medio; ſuſpendantur in patibulo, monachi, ſacrificuli, Papiſtæ.

Cap. X. *& feminæ ipſis in SS. Martyres procacitate.*

168 Jam quod amplius etiam mireris, ne muliebris quidem atque infirmior ſexus, cui natura commiſerationis affectum peculiarius indidit, quique etiam pro iis, qui morte ſunt digni, facile ſolet in lacrymas commoveri, tam immani captivorum vexatione quidquam affici videbatur, ut hac parte etiam Jeroſolymitarum in Chriſtum inclementiam, iſtorum hominum inclementia feritaſque ſuperaverit. Nam feminas Jeroſolymitidas cum plangore & lamentatione Chriſtum fuiſſe proſecutas legimus, quando crucem ſibi bajulans ad locum ſupplicii ducebatur. At hic paſſim viſæ mulieres, quæ profligato naturali affectu, virorum crudelitati pro viribus applauderent, deque miſerorum malis mirum in modum exſultarent.

Mulieris Gorcomiensis in Nicolaum Parochum impietas.

169 Quamquam & hanc ingenii ſui barbariem jam ante oſtenderant, quando recentiſſime Lumnius Brila fuerat potitus. Cum enim ejus milites quemdam monaſterii Ruggenſis (quod juxta Brilam eſt) religioſum canonicum immaniter contrucidaſſent, & auriculas a capite reſectas, alteram portæ civitatis, alteram templi foribus affixiſſent, peſſimæ quædam feminæ compares ſuas alias invitabant, at ad utrumque locum ſimul omnes velut pompa quadam procederent, oculoſque & animum eo tam bello & ſuavi ſpectaculo paſcerent oblectarentque. Hic porro mulier quædam Gorcomiana, quæ tum ibi forte aderat, verita non eſt e media turba Nicolaum Parochum procaci lingua nominatim inclamare & dicere: O magiſter Nicolae (ſic enim vulgo ſalutabatur, ut & alter magiſter Leonardus) quam pulchre nunc exornabis patibulum. Et iterum: Ah quo nunc impetu de patibulo penſilis agitabitur iſte ſervulus. Servulum enim per contemptum vocitabant eum dicaculi quidam, propter aſſiduos maximoſque paſtoritii muneris labores, eos potiſſimum, quos adminiſtrandis in plebem Sacramentis, velut addictum illi operi mancipium, abſque ullo ſeu

tædii

A ctedii ſeu laſſitudinis indicio, promptiſſime ſubibat.

Divinſque paſtoris quotid. labor.

170 Quamvis enim alternis hebdomadis curam paſtoralem adminiſtrarent Leonardus & Nicolaus, ea tamen, quæ plus exigebant operis ac moleſtiæ corporalis, libenter etiam pro Leonardo, ut ſeniore & honoratiore, Nicolaus obibat, vir ad iſtiuſmodi labores noctu diuque æque paratus. Ita quod ad ejus laudem vel maxime pertinebat, id eum contemptibilem apud improbos faciebat. Aderant alii utriuſque ſexus homines Gorcomiani, qui captivos omnes communiter contumelioſis nominibus petulanter ac certatim inceſſerent, hominum ſeductores & animarum interfectores identidem appellantes. Fuit ea res ſanctis illis viris auditu peracerba, quippe qui creditarum ſibi ovium ſemper amantiſſimi, non aliud ſtuduiſſent unquam, quam ut eas, in veritate Catholicæ fidei ac timore Dei confirmatas, ad æterna paſcua perducerent. Certe
B hanc ſuorum inſignem ingratitudinem ita graviter tulit Leonardus, ut paulo poſt quemdam notum velut in tranſitu compellans, affirmaret ea ſuorum in ſe opprobria & maledicta, ipſa morte ſibi eſſe duriora. Nam etſi patientiæ virtute pectus ſatis roboratum haberet adverſus omnes impetus injuriarum undecumque irruentium; ea tamen ingratitudine ſuarum ovium, ſponte ruentium in exitium, velut ſævo vulnere, non parum animus ejus ſauciabatur.

CAPUT IV.

In fœtidiſſimum carcerem detruſi, alios ſocios inveniunt, cum quibus ad examen educti, fidem plerique conſtanter profitentur. Ad novum examen evocati ſeptem, ab Eccleſiæ capite deficere conſtantiſſime renuunt.

C

CAP. XI. In fœtidum carcerem detruſi.

PORRO cum jam ſatis multum diuque furioſæ plebis libidini Martyres expoſiti, medio foro ſub patibulo ſtetiſſent, adeo ut ſupra modum defatigati, ſudore diffluerent, tandem in fœtidiſſimum carcerem, in quem ſcelerati homines conjici ſolent, abducuntur. In quo repererunt incluſos Parochos duos, non multo ante e locis ſuis, ubi præerant ovibus Chriſti, vi abſtractos, & Brilam perductos; alterum Andream ex Heinorto, alterum Adrianum ex Maeſdamo (quod nomen Moſæ aggerem ſignificat) pagis non procul Dordraco ſitis. Paulo vero poſt, velut ſemihoræ ſpatio, in eumdem carcerem detruduntur & alii duo, recenter è loco ſui miniſterii illuc a Geuſiis advecti. Erant hi monachi Præmonſtratenſis Ordinis; quorum alter, Adrianus item nomine, Parochum agebat in ea Hollandiæ parte, quæ Moſæ in Oceanum procurrenti dextera eſt. Nomen loci Monaſterium, quod vulgo Munſter dicunt. Alter Jacobus, illi in cura paſtorali ſubſidiariam navabat operam: uterque eo miſſus ex abbatia, quæ eſt Middelburgi Zelandiæ celeberrima, penes quam eo loco Parochum conſtituendi erat auctoritas.

D A. GUIL. ESTIO. *Monaſterii ſitus ſacies novissima.*

172 Horum autem captivitas ſic habet. Cum piratæ Geuſii, Brila potiti, vicina quæque loca percurrerent, rapinis & templorum ac monaſteriorum expilationibus intenti, ſacerdotes autem & monachos, ſi quos reperiſſent, aut trucidarant, aut captivos ſecum traherent; illorum quidam ea nocte, quæ captivorum Gorcomienſium adventum proxime præcedebat, flumine tranſmiſſo, Monaſterium venerant, ubi inventos duos, quos dixi, ſacerdotes religioſos, habitu ſuo regulari, id eſt, toto candido veſtitos, una cum patre Jacobi, viro ſene, captos vinctoſque Brilam ſecum avexerunt. Qui ut primum ſiſtebantur Comiti, magnam is toto corpore præ ſe tulit inſolentiam, animique intemperiem. Deinde paululum ſeſe cohibens, ſtetit quietus. Mox admirabundo ſimilis, quaſi homines illos eſſe neſciret, quænam ea monſtra eſſent, E ſuos interrogabat. Qui dixerunt: Hi ſunt, clementiſſime Domine, ſacerdotes & monachi, hoſtes noſtri capitales. Apteſſimum ſane epitheton, clementiſſime, ſi quidem antiphraſticos interpreteris.

Parochi Leidenſis capiti introducti ad Comitem reſponſio.

173 Poſtea Comes de ſene, qui una fuerat adductus, deque ejus patria ſciſcitatus, cum junioris monachi parentem eſſe, & patria Flandrum, & Gallicam linguam probe callere audiviſſet, converſo ad eum ſermone: Si poteris, inquit, filio tuo perſuadere, Papiſmo ſuo uti renuntiet, te ſimul & illum ſolutos ac liberos dimittam. Quo audito Jacobus, qui & ipſe Gallicæ linguæ gnarus erat, pro patre ſermonem excipiens, reſpondit, numquam ſe ea conditione vitam redempturum. Igitur, ait Comes, moriendum tibi eſt. Cui Jacobus: Nequaquam, inquit; non enim moriemur, ſed vivemus. Et Comes iterum: An ego poteſtatem non habeo occidendi te? Ita quidem, ait Jacobus, occidendi corpus; at non animam, ſemper victuram. Irritatus ea reſponſionis libertate Lumnius, ſene abire juſſo, quod neque ſacerdos eſſet, neque monachus; monachos duos in carcerem abduci præcepit. Ducti ergo in carcerem cum ceteris Catholicæ fidei confeſſoribus communem, ad communem quoque certaminis & gloriæ dignitatem vocari ſe ſenſerunt.

CAP. XII. Teodericoſi & communis carceris deſcriptio.

174 Erant autem in uno domicilio tres carceres, alius ſuper alium ordine conſtructi; quorum is, quem Martyres occupabant, ut infimus, ita teterrimus erat & immundiſſimus. Namque è ſuperioribus in hunc ſubjectum, per rimas tabulati, jugiter deſtillabat quidquid excrementorum, a captivis ſupra collocatis, urgente natura egeſtum eſſet. Neque enim alius erat huic neceſſitati conceſſus locus. Erat ergo Martyrum carcer ex ejuſmodi liquorum aſſidua perſtillatione vehementer fœtidus, ſimul & humidus atque cœnoſus, adeo ut quam in partem ejus ſe captivi reciperent, dum fæces illas impuriſſimas quoquo modo vitare cupiunt, plane neſcirent. Nam & obſcuritas loci tanta erat, ut niſi vocis indicio, non poſſet alius alium agnoſcere, vel in ipſo meridie. Qui tandem pedibus humo circumqua-

A quaque tentata, deprehenderunt prope januam
A. Chr. altius & firmius esse solum, minusque fæcu-
1572. lentis illis humoribus irriguum. Ad eum igi-
tur locum carceris mox omnes se contulerunt,
ita ut se mutuo comprimerent. Erant enim
numero supra viginti. Relicti sunt autem ad
unum omnes in illo tetterrimo fœtore jejuni
ad horam usque tertiam pomeridianam. Quo
tempore rursus iidem omnes, nondum gusta-
to cibo, in domum civicam e carcere du-
cuntur.

e quo adhibi examinantur, Leonardo labore respondente.

175 Ibi specie examinis, diligenter a qui-
busdam versutis ac vafro ingenio hominibus
sigillatim in omnes de religione est inquisitum,
ipso quoque Comite præsente; ne parum au-
ctoritatis ac ponderis ea novorum magistro-
rum inquisitio haberet. Ubi cum Leonardus,
more suo libere, quiddam coram Comite di-
xisset, satelles assistens bipenne, quam manu
tenebat, cervicem ejus percussit. Quo respon-
dente: Percutite carnem meam ut lubet, dum
vobis permittitur; non enim diuturnum hoc
erit; quasi cum Domino diceret: Hæc est ho-
ra vestra, & potestas tenebrarum; mox alius
satelles malleum militarem occipiti ejus im-
pegit, ita ut ex vulnere statim sanguis effluc-
ret. Ceterum, ut Leonardi, sic & sociorum
fere omnium constantissima confessio fuit, at-
testantium id se credere, quod Catholica &
orthodoxa fides monstrat esse credendum; vi-
delicet loquente in suis testibus, ac spiritum
subministrante Christo; ut in eo, quod cre-
dendum in Ecclesia Catholica didicerant, im-
moti invictique persisterent, neque ab ejus
fidei confessione vel latum unguem, quod di-
citur, ulla ratione dimoveri sese paterentur.

aliisque fidem constanter profitentibus,

176 Quorum unus Minorita laicus Batavo-
durus, de sua fide interrogatus, uno verbo id
se credere respondit, quod suus Guardianus
crederet. Non enim ignorabat, Guardianum
sunum id credere, quod Catholica credit Ec-
clesia. Sic nimirum haud stolide profecto sim-
plex avicula, disputandi perplexitatem fu-
giens, ad sui pastoris vocem fidemque se re-
tulit. Dixi, fere omnium confessionem con-
stantem rectamque fuisse. Nam nonnulli, qui
se postea manifesta defectione prodiderunt,
C prævaricati in suis ad interrogata responsioni-
bus dicuntur. Eo finito examine, captivi ad
carcerem reducuntur, non priorem illum, quo
ne reducerentur notorum quorumdam precibus
impetratum fuit; sed alium superiori loco
situm, minusque tenebricosum & immundum.
Ubi tamen vix denique precibus obtinuit Leo-
nardus, vir omnium, qui aderant, lingua
promptissimus, ut cibi aliquid adferretur. Nam
& in via, qua cum sociis reducebatur ad car-
cerem, quosdam Gorcomianos conspicatus, in-
quiebat: Filii Gorcomiani, estne hic panis
pretio comparabilis? Bene utique persolvetur;
scilicet, ut ille intelligebat, a remuneratore
omnium bonorum Deo.

prater tres prævaricatores qui ab aliis sejunguntur,

177 Allatum igitur est in carcerem vas am-
plum, aqua plenum. Allatus est & panis;
præterea nihil. Lautæ videlicet epulæ, quibus
sua corpora fame, siti, fudoribus, torque ve-
xationibus exhausta, sero tandem captivi resi-
cerent. Res sane deploranda, quod panem
terrenum, corporis cibum, suis ab ovibus im-
petrare tam ægre potuerint pastores boni, qui D
panem illis cœlestem, verbum Dei, quo men-
tem pascerent, adeo benigne largeque submi-
nistrassent. Reducti sunt autem eum in locum
ii omnes, qui ad examen producti fuerant,
tribus exceptis, Parocho Maesdamensi, Cano-
nico quodam Gorcomiensi, & Henrico laico
Minorita; qui quod metu mortis in examine
sic respondisse putentur, ut spem facerent ad-
versariis, in ipsorum sententiam se conceſſu-
ros; a sancta Martyrum societate sejuncti,
commodiorem ac velut honestiorem custodiæ lo-
cum, cum spe liberationis adepti sunt in ædi-
bus vice præfecti criminalis. Quibus deinde
quid acciderit, suo loco referemus. Neque
enim isti fuerunt ex eorum numero, quorum
perseveranti confessione suam Deus Ecclesiam
illustrare voluit.

CAP. XIII. *& captivus septimo ad examinem vocatur, sed dubii,*

178 Porro in diem proximum, qui erat octa- E
vus Julii, examen institutum est longe acrius,
non omnium tamen, sed eorum tantum, qui
præcipui videbantur; quod iis superatis, at-
que ab opinione deductis, facile putarentur
ceteri in eamdem cum illis sententiam ituri.
Erant ii Leonardus & Nicolaus Parochi; tum
Minoritæ Guardianus, Vicarius & Godefridus
Mervellanus: & præter hos Prænonstratenses
duo. Igitur hi septem rursus a meridie (quod
post geniale prandium magis animati essent ad
hujusmodi certamen illi, quibus examinandi
munus eras injunctum) vincti e carcere du-
cuntur in curiam, ibique examini sistuntur in
conclavi senatorio. Fit examen a duobus (quos
vocant) Ministris, iterum præsente Comito
cum nobilibus aliquot sui ordinis & factionis
hominibus. Aderat & Joannes Duvenvordius,
urbis prætor & quæstor, vir haud pessimus, &
non insulso ingenio. Scriba quoque adesse jus-
sus, qui captivorum responsa dictaque omnia
celeri calamo exciperet.

unius ex eis clam capitis remuneratio.

179 Aderant item duo germani fratres Guar- F
diani, quorum solicitatione erat secundum
hoc examen institutum. Sperabant enim hac
ratione se effecturos, ut fratrem sunm una
cum sociis ejus omnibus liberatum reciperent;
utpote quem jam non semel certa experientia
didicissent, sine illis, salva licet Catholicæ
fidei confessione, liberari nolle. Erat autem
primum idemque præcipuum inquisitionis ca-
put, de Romano Pontifice quid sentirent, &
num ei renuntiare parati essent. Hunc enim
Lumnius (ut ferme hæretici omnes) insen-
sissime oderat, ac nihilo fere mitius affectus
erat in eos omnes, qui illum, ut patrem &
principem Ecclesiæ venerarentur. Denique,
ut passim ferebatur, in animo habebat, ut
quotquot istius essent sententiæ, quos posset,
morte mulctaret. Non ibi studium examina-
toribus fuit, ut ad suam, hoc est, Calvinia-
nam sectam captivos pertraherent; sed id so-
lum, ut a capite eos abstraherent. Hoc enim
solum satis esse ad perniciem probe norat ma-
gister illorum diabolus, cui non admodum est
curæ, quam sive sectam, sive religionem quis-
que eligat; dummodo non in ea reperiatur
hominum societate, cui unum in terris Pa-
storem & caput ideo præfecit Christus, ut sub
illo atque per illum, & fidei sinceritas & cre-
dentium charitas certius custodita, tam schis-

matis

matis quam erroris excluderent occaſionem. A qua ſocietate quiſquis deprehenditur alienus, qualiſqualis demum ſit ſeu religione ſeu moribus, eum ſibi ſuæque poteſtati ac regno certiſſime diabolus vendicat.

Quem inepti fuerint duo examinatores,

180 Eorum porro, quibus examinandi negotium datum erat, alter Gorcomianus nauta, Cornelius nomine, potor egregius, præter odium, quo communiter omnes Catholicæ fidei cultores infectabatur, privato etiam, eoque capitali odio adverſus Parochos & monachos Gorcomienſes animum incenſum gerebat. Quem etſi Latini ſermonis plane rudem, audacia & linguæ promptitudo, cum maledicendi ſtudio conjuncta, ſatis idoneum fecerant, qui apud Eccleſiæ Chriſti perduelles eccleſiaſtæ munus exerceret. Hic cum inter examinandum videret Martyrum conſtantiam labefactare ſe non poſſe, identidem hæc verba repetebat: Tantum ſuſpendite eos, tantum ſuſpendite: nimirum probe ſecutus exemplum eorum, qui principem Martyrum & agonothetam Chriſtum ad necem poſcentes clamaverunt: Crucifige, crucifige eum. Alter vero, Andreas nomine, viſus quidem paulo doctior, at non multo ſanior. Fuerat is parochus eccleſiæ S. Catharinæ Brilenſis. Sed oppido a Geuſiis occupato, leviſſimus homo, ne periclitari cogeretur, cum principe mox & religionem mutavit, & novis hoſpitibus obſequentem obtulit ſe novæ ſectæ concionatorem. Quocirca tam exemplo ſuo jam tum recentiſſimo, quam verbis ad defectionem a Pontifice Romano captivos ſolicitat. Ita futurum promittit, ut necem, alioqui certo certius impendentem evadant.

ad quos egregia Guardiani

181 Ad hujuſmodi blandas pollicitationes coram Comite aç toto conſeſſu, magna animi fortitudine reſpondens Nicolaus Guardianus: Egone fidem meam, inquit, veram & Catholicam negare, & veſtram falſam illam & hæreticam amplecti in animum induxero, vitæ hujus amore impulſus? Quid enim ſtultius? Nam & alioqui vel brevi poſt tempore, vel etiam nunc continuo fieri poteſt, ut me mors occupet. Certe non longum eſſe poteſt reliquum vitæ meæ tempus. Et ut longum ſit, tamen aliquando moriendum eſt. Proinde quod naturæ neceſſitate ſemel eſt ſubeundum, lubens id pro religione ſubivero, meaſque conciones ipſa nunc morte conſignavero. Hæc ille prolocutus eo ſpiritu, quo futurum paulo poſt Martyrem loqui decuit. Quam veroſtultum ſit & periculoſum, ut vitam hanc miſeram paululum producas, id committere, quo divini numinis iram in te provoces, apparuit non multo poſt in duobus defectitiis illis; qui cum fidem Romanam Catholicam metu amittendæ vitæ negaſſent, alter eorum ſtatim, ipſoque momento, alter vero poſt modicum ſceleratæ vitæ ſpatium, tanto ſcelere redemptum, eodem illo, quod male metuerant, ſupplicio affecti, lamentabili prorſus exitio, de hac vita (uti valde metuendum eſt) ad æternam miſeriam tranſitum fecerunt. Sed de his infra ſuo loco.

& Leonardi ad Parochi oratio.

182 Porro Leonardus quoque Romano Pontifici renuntiare juſſus, conſtanter facturum ſe negavit. Ac deinde hujuſmodi verba ſubjecit: Jactari inter vos ſolet, fidem liberam D
eſſe debere, neque religionis cauſa vim aut A. Guil. Estio.
moleſtiam inferri cuiquam oportere. Qua ratione igitur, contra placita ſectæ veſtræ, cogere me vultis, ut fidem, quam hactenus tenui, reclamante etiam conſcientia deleram? Equidem paratus ſum diſputationem vobiſcum ſuſcipere. Quod ſi me vos errati conviceritis, in veſtram tranſibo ſententiam; ſin autem nos cauſam obtinuerimus, noſtræ ſententiæ vos accedere par erit. Quod ſane futurum non diffido, modo locus & tempus detur ad eam rem opportunum. Neque enim hic ſatis opportunum eſſe video. Sic ille,

CAPUT V.

Non una diſputatione confunduntur miniſtelli a SS. Martyribus, qui ad patibulum deputantur. Litteras Orangii & ſenatus Gorcomienſis ſpernit Lumæus. Suos ſe deſerturum negat Guardianus. Offertur omnibus libertas ſi Papæ renuntient. E

SImul autem ut diſputationis injecta eſt mentio, placuit iis, qui confederant, certamen inſtitui. Nec conditionem defugere potuerunt delegati quæſitores; tametſi rem plenam diſcriminis adire ſe ſatis intelligerent, & ſuæ inſcitiæ ſibi conſcii, & non neſcii quibuſcum viris certandum eſſet. Duo duobus opponebantur, Andreas & Cornelius hæretici Leonardo & Guardiano Catholicis; tametſi Andreas, quod & Latinæ linguæ non ignarus eſſet, & ad hujuſmodi congreſſus inſtructior haberetur, ſolus fere diſputationis pondus ſuſtinere coactus fuit. Petebant Catholici Biblia Latina vel Teutonica adferri in medium. Malle tamen Latina ſe dicebant; ob id opinor, quod in populares linguas tranſfuſa, ſinceritatem ſuam vix retinerent. Factum quod petebatur. Tum adverſarios Catholici rogant, qua de re primum omnium colloqui placeret; aut quid dicere omnino vellent. Reſpondit Andreas, proponere ſe iis velle purum putum Dei verbum, a Papiſtis ad id uſque tempus falſitate doctrinæ, & pravis interpretationibus adulteratum. Tum Leonardus: Et quod eſt, inquit, purum Dei verbum? Reſpondit Andreas: Vetus & novum teſtamentum. Quærit Leonardus, quid veteris & novi teſtamenti nomine intelligat? Scripturamne veteris & novi teſtamenti? Annuit Andreas. Quem his deinde quæſtionibus urgere Leonardus cœpit: A quo perſuaſus & edoctus, Scripturam utriuſque teſtamenti pro verbo Dei reciperet? Unde eam accepiſſet? & quod certum ejus rei documentum proferre poſſet? Nec diſſimilibus interrogationibus Guardianus hominem premebat, quærens num reciperet Evangelium? Unde id acceperiſſet; quibus magiſtris didiciſſet, hoc a Matthæo, illud a Joanne Apoſtolis conſcriptum eſſe.

C. XIV. Leonardus & Guardiani unius miniſtelli in diſputatione premuntur,

184 Ceterum Andreas ad hujuſmodi interrogata (quod non tam hebes eſſet, ut quorſum

A sum ea tenderent, non animadverteret) prorus respondere noluit ; adeo ut Duvenvordius diceret: Hem Andrea, quid est, quod ad hæc non respondeas? Nescis a quo traditum acceperis Evangelium Christi ? Nunc loquere . Tum Andreas : Seductores isti non aliud , quam sophismata sua norunt in disputationem adferre , ut nebulas offundant suo more, Quis enim dubitaverit de verbo Dei ? Sed aliud est , quo tendunt. Nimirum id agunt, ut fateri nos cogant , suum idolum & Antichristum , Romanum Pontificem, nobis verbum Dei tradidisse? An non eorum percipitis fraudes & sycophantias? Tum Catholici , solita servata modestia : Disputare , inquiunt , ex Scripturis , uti placuerat , ac mutuo nos ex iis redarguere non possumus, si non prius constiterit, ea, quæ libris veteris ac novi instrumenti continentur , vere divinas Scripturas ac Dei verbum esse . Inter hæc alii , qui in concilio aderant , videntes in congressu manifeste periclitari suum

B ecclesiastem , interpellare cœperunt sermonem Catholicorum ; moxque eos , solitis illis suæ maledicentiæ telis obrutos , è concilio ejecerunt . Hæc ita , uti narravimus , acta fuisse , ipsius Duvenvordii relatu postea accepit vir quidam religiosus Brilensis ; a quo porro nos eadem accepimus,

CAP. XV. *Vicarii Hieronymi profligati, & Præsidium.*

185 Aderat autem in eodem illo consessu Bergensis quidam , è Bergis Brabantiæ ad Zomam flumen sitis : quo in loco Guardianum aliquando apud suos egerat Hieronymus Vicarius . Cum igitur concilio sisteretur Hieronymus, de fide sua responsurus; quærebat ex eo Bergensis ille: Vidine te Bergis aliquando ? Vidisti, inquit ille , agnoscens hominem . Tum Bergensis : Estne tibi nomen Hieronymo ? Est , inquit, atque is ipse sum , de quo me interrogas. Namque Bergensis ante hanc interrogationem affirmaverat , ab Hieronymo se civitate sua pulsum esse . Neque eam rem diffiteri voluit Hieronymus, etsi certum inde periculum exspectaret. Sed & aliis verbis palam ac libere , & se quis esset, & fidem Catholicam, quam corde tenebat, ore confessus est , scriba diligenter omnis , quæ diceret, excipiente. Producti sunt

C etiam duo Præmonstratenses , qui de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini interrogati , quod in Ecclesia Catholica fuerant edocti , responderunt . Hæreticos contra contendentes , id quod in cœna Dominica sumitur , non aliud esse , quam panem nudum ac vulgarem , breviter & solide redarguerunt ex verbis Paulinis: Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit , non dijudicans Corpus Domini .

pro Duobus visibus constantiam fortitudo.

186 Tum post aliquantam altercationem (in qua potissimum Jacobus, utpote sermone promptior , Catholicas partes sustinebat) adversarii, cum se ratione superatos viderent , maledictis victores suos impetere cœperunt . Quamquam & blandimenta verborum adhibuisse Lumnium accepimus , præcipue ut Jacobum ab instituto revocaret ; quod ea esset & ætas illius, & sermonis ac vultus gratia , quæ tyrannicum quoque animum , occulta naturæ vi ad commiserationem moveret . Verum neque promissis neque terroribus cessit Martyrum Christi fortitudo. Denique omnibus , qui ad examen producti fuerant , auditis & firmam Catholicæ fidei D confessionem retinentibus, ac demum abscedere jussis, solutus est confessus. Quo quidem durante, Gorcomianus ille ex nauta pseudo-Evangelicus concionator , atque egregius scilicet tantorum virorum examinator, quoniam nihil solidi , quod ad rem præsentem adferret , habebat , fere non aliud sonabat , quam laqueos , patibula, suspendia. Quæ voces ex ipsius quoque Comitis ore identidem audiebantur. Ac sane potuissent illi (si odio , quo adversus Martyres inexplebili flagrabant, indulgere hac parte voluisset) longe atrociori genere mortis eos e vita rollere.

187 Sed enim consilium erat, non tam acer- *Omne ad* bissima , quam turpissima morte eos afficere ; *posterum* quemadmodum & illis olim filii Dei interfectoribus, quorum apud Sapientem vox est: Morte turpissima condemnemus eum . Atqui sicut Judæi crucis supplicio Christum propterea affecerunt , quod id illo tempore maxime omnium infame probrosumque haberetur, ita isti non aliam magis infamem ac probrosam mortem , E qua sanctos Martyres afficerent, inter eas, quæ hodie usitatæ sunt, repererunt , quam si in patibulo suspensos & laqueo præfocatos e vivis auferrent. Sed recte dictum est a B. Augustino : Extremum genus mortis idcirco Christum elegisse , ne aliquod genus mortis ejus Martyres formidarent.

188 Interea dum hæc Brilæ geruntur , non C. xvi. segniter a Catholicis quibusdam Gorcomianis *Litteræ Orangii, fol natæ &* adlaboratur ad captivorum liberationem. Dixi- *præfecti* mus supra , senatus Gorcomiani nomine datas *Gorcomii* fuisse litteras ad Orangium , quibus rogaretur , ut homines ecclesiasticos , qui captivi tenebantur , incolumes ac liberos esse juberet . Igitur die septimo Julii Gorcomium allatæ sunt ab Orangio litteræ, datæ ad omnes urbium & quorumcumque locorum præfectos, cum mandato, ne cuiquam hominum ecclesiasticorum aut religiosorum , ordinis ac professionis suæ causa , quisquam molestus esset; sed ut hi cum reliquo populo , pari fruerentur incolumitatis privilegio, fideque publica , quam salvamgardam litteræ vocabant. Redditæ sunt hæ litteræ Marino , ut arcis Gorcomianæ præfecto . Quarum F ille autographum sibi servans , descriptum inde exemplum dedit , perferendum Brilam ad Comitem Lumnium ; idque per virum quemdam Catholicum jureconsultum, cui negotium liberationis captivorum valde cordi erat . Is enim acceptis a senatu mandatis , una cum exemplo litterarum Orangii, postero die summo mane , scapha conscensa, valido ac frequenti remigio, Brilam quam ociissime contendit : venitque eo sub vesperam , quando jam alterum de Martyribus examen habitum fuerat.

189 Habebat ille in mandatis , ut communi *pro liberatione captivorum ad Lumnium adferbat;* senatus populique Gorcomiani nomine, pro captivis apud Comitem intercederet; potissimum vero pro Leonardo, primario civitatis Parocho, cujus soror, incredibili affectu pro fratre solicita, liberationem ejus decem millibus aureorum pacisci parata erat , undecumque eam pecuniæ summam comparatura . Delegatus ad Comitem introductus, primum omnium jubetur exhibere chirographum commeatus . Id ille exhibet , a graphiario suæ civitatis scriptum, hoc exordio:

Do-

ab hoc & aliis, solitis maledicentiæ telis obruti ejiciuntur.

A Dominus meus Marinus Brant mandat omnibus adminiſtris reipublicæ, ut hunc N. tuto commeare ſinant, &c. Subſcripſerat autem ſua manu Marinus. Quem in libello dominum nominatum audientes, qui Comiti aſtabant nobiles, eaque obſcuriſſimi hominis arrogantia vehementer offenſi, maxime quod ſuſpicio eſſet eum ſibi dominium ſeu præfecturam perpetuam ejus civitatis vendicare velle, rem indigniſſime tulerunt: ea ratione fortaſſe, quod ipſorum aliqui præfecturam eam ſibi ipſis animo & cogitatione jam præſumpſiſſent. Qua ex re factum, ut captivorum cauſa, quam Marini quoque nomine delegatus ille commendaturus venerat, non parum acciperet incommodi. Proferebat deinde litteras a ſenatu; quæ teſtificabantur, captivos, qui Gorcomio illuc advecti erant, omnes viros eſſe integerrimos, nullius mortalium vitæ aut fortunis umquam inſidiatos; ſed contra de republica, deque civibus, tam publice, quam privatim bene meritos.

B *qui & legatum & litteras ſuper hoc commendat.*

190 Protulit & exemplum litterarum Orangii ad præfectos urbium, ſuper incolumitate ſacerdotum & monachorum. Illud quoque preſſius urgebat, in deditione arcis Gorcomianæ, conceptis verbis cum jurejurando pactam fuiſſe omnibus, qui in arce erant, vitam ſalvam, tam eccleſiaſticis ac religioſis, quam ſecularibus, nulla prorſus exceptione ac nullo diſcrimine. Verum ad hæc omnia, diligenter a delegato, viro docto & facundo expoſita, Comes impetu quodam efferatæ mentis, ad hunc fere modum reſpondit: jam dudum ſe juraſſe in exitium omnium ſacrificorum & monachorum, qui Brilam adveherentur: quippe certiſſime ſibi decretum eſſe, hac ratione ulciſci necem Comitum Egmondani & Hornani, atque aliorum ex nobilitate Belgica, quos, ut aiebat, immani tyrannide ſuſtuliſſet Dux Albanus. Porro juſſionem Orangii ſe nihili pendere, neque ſibi ab illo quidquam præſcribi debere: ſe non minus eſſe magiſtrum ac dominum reipublicæ: breviter, ſe neque Orangium, neque alium quemquam ſuperiorem agnoſcere, cujus imperatis conſtringi debeat. Hæc fere ſumma reſponſionis erat: in qua de pactis deditionis ſervandis ne verbum quidem. Nec temere creditum eſt a quibuſdam, nihil æque fuiſſe impedimento, cur minus captivi dimitterentur, atque Orangii mandatum. Scilicet homo ſuperbus & gloriæ ſuæ mentionem ſuperioris ferre non poterat. Et notum illud Sapientis: Inter ſuperbos ſemper jurgia.

C

nobilis lo-cerim alio-rumque ſtu-dia in va-rias partes diſtrahit.

191 Jam autem nobilium, qui Lumnio aderant, varia & contraria erant ſtudia. Trelongius quidam, precibus & promiſſis eorum, qui Martyrum cauſam procurabant, excitatus, ſane quam officioſe & gnaviter ad ipſos liberandos incumbebat. Contra Brederodius quidam, nec prece nec pretio potuit in cauſam juſtiſſimam inflecti. Pugnabant & ſtudia Gorcomienſium, qui Brilam advenerant. Nam qui Catholici erant, aut Martyrum propinqui (quibus imprimis annumero duos germanos Guardiani) nullum non lapidem movebant, uti mortis periculo captivos eximerent. At qui Geuſianæ factionis erant, omnem conatum & profectum Catholicorum ſuis adverſis ſtudiis & ſolicitationibus evertebant; id unice contendentes, ut quam primum captivi necarentur. Atque hæc tantum cauſa boni illi & Evangelici viri, domeſticis ſuis ac privatis negotiis relictis, Brilam uſque profectionem ſuſceperant. Quorum aſſcribendis hic nominibus, etſi nihil probe notis, operam ſumere, prorſus indignum cenſeo.

D A. Gul. Estio.

192 Nunc quam animi conſtantiam Nicolaus Picus, Fratrum Minorum præfectus, declaraverit in tuenda ac retinenda mordicus ea Fide, qua Deo primum, deinde fratribus ſuis religioſis obligatus erat, exponam. Duo fratres ejus ſecundum carnem, quorum jam ſæpe meminimus, etſi de religione non admodum ſoliciti, naturali tamen amoris affectu, quo eum, ut fratrem germanum, ætate inter ipſos medium, complectebantur, ad ejus redemptionem, quacumque demum ratione conficiendam, omnem nperam, quam poterant, impendebant. Ea cauſa cum Brilam veniſſent, & in mora periculum viderent, nihil prius habuere, quam ut fratris negotium agerent, precibus, promiſſis, pretio, ſi qua poſſent, eum liberaturi. Jam eo uſque perducta res erat, ut permitterentur, fratrem ſuum, ſed ſolum, abſque piaculo negandæ fidei, liberum ſecum quo vellent, abducere. Verum ille, ut antea numquam, ita neque tunc acquievit, ut ſolus dimitteretur, ſociis ac fratribus, imo filiis ſuis extremo certamine jamjam laboraturis; quod ſane quam durum ac difficile illis immineret, haud ignorabat. Quæ cauſa fuit, certe juſtiſſima, cur a ſuis abeſſe nollet, maxime propter infirmiorea quoſdam, quibus, ut ſacrum illum agonem feliciter abſolverent, opus eſſe videbat tam exemplo, quam aſſidua cohortatione eorum, qui doctrina & auctoritate plus ceteris valebant; ac præſertim ejus, in quem ut familiæ caput, omnium oculi animique reſpectabant. Quam ob cauſam promiſſionem illam, qua Gorcomis ſe ſociis aſtrinxerat, in carcere Brilenſi repetivit, renovavitque, iterum data fide, ſe eos nec animo, nec corpore, quatenus in ſua poteſtate ſitum eſſet, aliquando relicturum.

C. xvii. *Obiens ille hoſtes, ne-gat ſe ſuos unquam de-ſerturum. Quardianus.*

E

F *Promittit: ut omnibus liberis, modo ſoli Papæ ren nuntient.*

193 Hac igitur via cum fratrum ejus conatus non procederet, alia tentatur. Spes eis fit, omnium omnino captivorum liberationem ea conditione impetratum iri poſſe, ſi vel uni Papæ Romano renuntiarent omnes, reliquis omnibus ſuæ fidei capitibus intactis & ſalvis. Quod quidem Franciſcanis omnibus (quibus obſtrictum ſe aſſidue cauſabatur Nicolaus) perſuaderi poſſe ſperatur; ſi qua ratione ad ejus rei vel tenuiſſimum aſſenſum, ipſius Nicolai, velut eorum omnium præfecti, animus permoveri queat. Fratres igitur ejus, nihil intereſſe rati, qua tandem ratione fratrem periculo ſubtraherent, id quod in curia jam bis fruſtra tentatum fuerat, iterum aggredi parant, omnem orationis vim adhibituri, qua putarent inflecti rigorem animi ejus poſſe ad unum id ſaltem ore tenus concedendum, quod ſolum tunc exigebatur. Ejus rei gratia impetratum eſt, ut Nicolaus ad horam unam & alteram carcere ſolutus, in domo, quæ præfecto militum criminali pro hoſpitio fuerat attributa, ſolus cum fratribus ſuis in colloquium veniret.

A.Gnil. Estio.

CAPUT VI.

Quantis molitionibus Guardianum aggressi sint duo germani fratres, quorum officiosas pollicitationes constantissime rejecit. A temulento & furente Lumeo omnes ad suspendium duci jubentur.

Cap. XVIII. *Ingenia molientium Guardiani fratrum, ut ipsum evellant.*

SUB noctem igitur è carcere in eam domum, quam dixi, abductus, statim mensæ adhibetur a fratribus. Qui illud unum, propter quod convenerant, ocius ac summo studio sibi agendum rati, quibus possunt precibus, blandimentis, obtestationibus, promissis, addo etiam, argumentis dialecticis persuadere fratri conantur, ut Papæ renuntiet, B Quin & inter alia, quasi vitæ hujus in posterum sustentandæ victusque quærendi cura solicitum teneret virum Dei, quod scirent, eum neque ecclesiasticæ munus apud sectarios obire velle, neque aliam, qua se aleret, functionem apud eos aliquando susceturum; ut omnem ei de victu solicitudinem eximerent, suam domum & mensam uterque liberaliter offerunt. Addunt, se paratos eum docere artem negotiandi, qua reliquum vitæ tempus honeste & laute, ut illi loquebantur, transigere posset. Ad istiusmodi fratrum suorum carnalium sermones, Christi Martyr Catholico pectore respondit: Se gratiam quidem eis habere, quorum affectum adeo propensum ac fraternum erga se in solicitanda sui liberatione experiretur; goique insuper ea sponte offerrent, quibus ad vitam sustentandam sibi deioceps opus esset. Ceterum malle se mortem (quam & alioqui naturæ necessitate semel subiturus esset) pro Dei gloria statim oppetere, quam a fide Catholica verbo factove vel minimum recedere.

forte ipso præsente. C 195 Porro fratribus nervos orationis ad persuadendum magis etiam ac magis intendentibus, ait: Quid vero fratres mei? Æquumne censetis, obsecro, ut vestri causa (quoniam me tantopere rogatis atque urgetis) discedam a Domino Deo meo, & ad partes diaboli me transferam? Quid istud certissimum habetote: neminem esse toto orbe, cujus gratia id facere in animum inducero. Sic mihi propitius sit Deus, Responderunt illi: Minime vero, frater, non nos id abs te petimus, ut Deo renuncies, sed ut Papæ tantummodo, qui utique non Deus est, sed homo. At rursum. Tune, inquiunt, adeo stultus es, ut pro illo mori inducas in animum, qui ne digito quidem se cruentari tua causa pateretur? Et, quam ille gratiam tibi relaturus est, posteaquam pro eo mortem oppetiveris? Hæc & his similia multa, qua poterant verborum arte & vehementia, caro & sanguis suggerebant atque ingerebant homini Dei, non percipientes, quæ sunt spiritus Dei, sed scandalum fratri ponentes in via Dei. At vero Nicolaus in solidissima petra, cujus in terra Vicarium honorificabat, immobiliter fundatus, nullis fraternæ, seu verius serpentinæ suggestionis flatibus impelli potuit, ut vel tantillum ab aperta sinceraque Romanæ fidei confessione dimoveretur. Sed ea magis è contrario respondebat, ac de thesauro scientiæ, sibi a Deo datæ, proferebat, quibus & illorum argutiæ redarguerentur, & veritas ipsa potentius confirmaretur, D

negat se pleni sum Ecclesiam præter unam Catholicam agnoscere. 196 Neque enim ignorare poterat, quod alios ipse docuerat; non esse satis ad salutem, si quis confiteatur, credere se sanctam Ecclesiam, quam & Catholicam vocet, nisi certam eam ac definitam noverit atque designet, in qua, velut Christi corpore, studeat verum ac vivum membrum inveniri, Quam quidem revera non aliam monstrari posse sciebat, quam quæ pascenda Petro, ejusque successoribus a Domino concredita, in hunc usque diem adversus inferorum portas stabilis atque illustris perseverat. Quisquis ergo successori Petri, hoc est, Romano Pontifici renuntiat, E quid aliud quam veram Christi fidelium Ecclesiam, cujus ille pastor magister & caput est, negat? Quod qui facit, non jam homini renuntiat, sed Deo, quem, Cypriano teste, non potest habere patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem. Neque vero minus necesse est, eum, qui Christiano nomine censeri velit, distinguere, quam credat Ecclesiam, quam designare, quem credat Christum. Nam sicut non satis est credere in Christum, nisi distincte confitearis hunc hominem, id est Jesum, Mariæ filium, sub Pontio Pilato crucifixum, esse Christum, sine quo non est salus: ita sufficere tibi ne putes, quod aliquam Christi in terris Ecclesiam fide teneas; si non etiam certum ac definitum aliquem cœtum fidelium mente cogites, quem ipsam esse Christi Ecclesiam, extra quam non est salus, fatearis & credas,

C. XIX. *Fratres ida dem fratres disputando & blandiendo aggredi, diuturne,* 197 Cum igitur, per ea, quæ commemoravimus, nulla parte motus esset Nicolai animus, adhibita sunt ad disputationem Biblia sacra, in Belgicam linguam traducta; & ex iis prolatæ in medium aliquot sententiæ, quibus firmitatem fidei illius novi disputatores convellere tentaverunt. Verum & id frustra, quod negotium illis esset cum homine in sacris litteris versatissimo; cui facillimum erat ex sententia Catholicæ Ecclesiæ, tum objecta refellere, tum oppositis aliis scripturæ testimoniis, obloquentium ora obstruere. Quare cum disputando operam omnem se perdere fratres ejus viderent, aliam ex re præsenti tentant viam, Nam cœna appositа, quæ sancto Martyri extrema fuit, exhilarare eum cibo potuque studuerunt, quo vel sic animi ejus duritiem, ut illi interpretebantur, emollirent. Neque vero ille cibum aut potum recusabat, utpote longa jam inedia, carceriſque molestia vehementer exhaustus ac debilitatus. Edit ergo bibitque cum fratribus suis in ea cœna, quantum satis esset. Vultus nequaquam tristis aut nubilus, sed, ut in mensa inter amicos, serenus erat, atque ad hilaritatem compositus; ita, ut quidam, qui tum præsens aderat, & quo referente hæc eadem didicimus, vehementer mirare- F

tur,

A tur ; in tam verisimili mortis exspectatione , tanta viri securitatem cum jucunditate quadam animi conjunctam.

Sermo avitus suggestiones omnes repellit S. Guardiensis.

198 Sed quid mirum, quando ejus mentem Spiritus sanctus inhabitans , longe suavius illi epulum exhibebat interius , quam quod exteriori homini reficiendo caro & sanguis apposuerant? Itaque tunc in eo apparuit, quam sit vere dictum a Sapiente: Secura mens quasi juge convivium. Tunc ergo rursus eum sui fratres verborum blanditiis aggressi sunt, sperantes cum cibo potuque recreatum, animo molliori magisque flexibili fore ad ejus rei, quam volebant , assensum ; maxime si ei pergerent usque esse importuni, ut quod sponte nollet , tædio victus facturum se tandem annueret . Orant , obsecrant , & quibuscumque suadendi modis instantissime contendunt , ut aliquantulum saltem & ad momentum suam fidem dissimulet , vitæ servandæ causa. Crede, inquiunt, quodcumque placuerit , eamque fidem tuam
B clausam intus in animo retine. Etenim nostra non interest, quam tu fidem aligas teneasque, dummodo te ab hac probrosa morte salvum habere possimus . Quam scito certissime tibi nunc imminere , si non fidem istam Papisticam ad horam negando dissimules,

mus ad locum unde a fidei proficisci dicebat.

199 Nihil hujusmodi verbis motus Nicolaus, nec immemor verborum Apostoli; Corde quidem credi ad justitiam, sed ore confessionem fieri ad salutem: fratrum suorum insidiosam illam ac pernicioſam suasionem atque suggestionam graviter a se repulit, palam ostendens , ita se eos diligere , qui sibi carnis cognatione conjuncti erant, ut tamen eosdem in via Dei sibi adversantes , juxta præceptum Evangelicum odisset , Quam autem nihili duceret hujus vitæ mortalis aliquantam prorogationem , talibus fere verbis declarabat : Quid enim stultius, quam pro vita hac mortali, cujus nec unius horulæ spatium certum habeam, aliquantulum producenda fidem prodere, Deum offendere, atque æternæ gehennæ obnoxium fieri; quando vel paulo post accidere queat , ut moriar, vel certe post sex septemve annos ad
C mortem naturæ debito vocandus sim ? Nec enim plures annos vitæ sibi reliquos promittebat vir sanctus , tametsi ætate & constitutione corporis adhuc integra. At neque mortem sibi formidabilem videri debere dicebat , qui ejus jam gustum quemdam in carcere Gorcomiano præcepisset.

agrigitur minarum & tormentorum ostentatur.

200 Nimirum hujusmodi sermone satis ostendit (certius hoc idem reipsa post paulum ostensurus) quam non timuerit eos , qui corpus occidunt , animam autem occidere non possunt ; at illum contra quam sancto eaſtoque timore reveritus fuerit, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam . Hanc viri constantiam fratres ejus, etsi jam se labefactare posse diffiderent , iterum tamen atque iterum orant, obsecrant, obtestantur; id saltem, quod licere videbatur , quodque dudum oblatum fuerat, uti faciat, id est, se solum (quando sociis opem ferre non posset) salva fidei suæ confessione, a tam infami tamque probrosa morte liberari sinat. Sed Nicolaus, ad omnes suasionum machinas immotus ; ut si dura silex , aut stet Marpesia cautes ; animo prorsus heroico , illud identidem pro responso gerebat: Numquam se fratres ac socios carissimos, quibus fidem suam justissimis ex causis obstrinxisset, desertorum; sed eis, quoad posset, socium se consortemque futurum , seu vitæ seu necis . Sic stare sententiam : ab ea , Deo propitio , nulla se ratione dimotum iri , Ceterum quæ nos hactenus a sancto Martyre super cœnam dicta atque responsa narravimus, omnia ex duobus bonis & Catholicis viris, qui captivorum causa Brilam profecti , tunc forte cœnæ huic & colloquio interfuerant , accepta , atque a nobis fideliter perscripta sunt .

201 Cœna peracta , cum Nicolai fratres post tam longum colloquium nihil ultra se profecturos sperarent, jamque dolerent, inanem atque irritum sibi tantum laborem cessisse, discesserunt , graviter adversus illum commoti ; cujus inexpugnabilem in Catholicæ fidei confessione constantiam , cervicosam præfracti atque obfirmati in sententia animi pertinaciam interpretabantur . Ipse vero Nicolaus , continuis illis diurnis nocturnisque vexationibus delassatus , super scamnum quoddam eodem in loco se reclinat, & mox altissimo somno corripitur, periculi , quod immineba, secius . At profecto, quamvis aliquantisper carcere solutus mensæque admotus, aliquid percipere solatii videretur, revera tamen eo tempore duriores sustinuit partes , tot videlicet assultibus malesuadæ benevolentiæ fratrum suorum carnalium impetitus ; quam si per idem tempus omnia carceris incommoda cum sociis perpessus fuisset: tametsi fratribus ejus (ipso, quantum arbitror , suggerente & rogante) curæ quoque fuit, ut captivi paulo commodius haberentur ; namque eduli aliquid , panis scilicet & caseus cum cerevisia , procurantibus illis, in carcerem illatum fuit.

Hinc fratrum in ipsum orta offensio animi.

202 Hæc porro dum circa captivos geruntur multa jam nocte , Comes Lumnius interea solitis vacat comessationibus , ac denique post largas epulas vino madens (quo quidem plus solito sese tunc infuderat) seu temere seu consilio , litteras , quibus mandatum Orangii superius commemoratum continebatur, in manus recipit. Atque dum inter legendum animadvertit , non litteras ipsas Orangii , sed earum modo exemplum a Marino ad se missum esse ; statim ei præ ira vultus in pallorem , animus in furorem verti cœpit. Mox ea consecuta totius hominis habitudo, quæ cunctos , qui præsentes aderant , terrore afficeret . Jactabat autem voces hujusmodi ; Quid tandem sibi arrogat gloriosus ardelio , Marinus iste ? Quem tandem se facit homo triobolaris, circumforaneus , bajulus dossuarius , ac cespitius soffor? Quid, inquam, sibi arrogat homo vilissimus, ut mihi apographum mittere, autographum ipse servaret , quasi jam aliquo esset loco aut numero ? Quid autem mihi vel cum Principe Orangio ? Num ille mihi imperare ? An vero non multo justius ego illi , primus auctor rei restituræ ? Proinde mandata ejus ego nihili facio , multoque etiam minoris hoc litterarum ejus exemplum . Denique nunc reipsa ducebo, me Dominum esse, meoque arbitratu rem gerere , nec quemquam mortalium agnoscere, mihi imperare qui debeat,

CAP. XX. Lumnius vino madens, in rabiem actus.

A A. Guil. Estio, *Martyres ſuſpendi jubet*,

203 His dictis, ſtatim, fervente adhuc bile, præfecto criminali primario demandat, ut omnes ad unum ſacerdotes & monachos, quos in vinculis haberet, ex tempore ſuſpendendos abducat; neque quantovis pretio quemquam ex omnibus redimi ſinat. Scorſim quoque mandatum dat Omalio, ſuam uti voluntatem omnino & quam celerrime curet impleri; nec eam vel fraude cujuſpiam vel conniventia fruſtrari patiatur. Atque inter hæc identidem repetebat, ſe dominum eſſe ac permanere velle; nullius ſupra ſe poteſtatem, cui parendum ſibi ſit, agnoſcere, idque adeo jam reipſa monſtraturum. Hoc igitur modo ſub noctem mediam, hora, quam nos undecimam vocamus, quo tempore ne juſtas quidem ſententias ferri oportere, legibus ſancitum eſt, ab homine ebrio & crapula diſtento, atque iracundiæ ſtimulis efferato, lata eſt extremi probroſique ſupplicii in ſanctos viros, Dei ſacerdotes & monachos, injuſtiſſima ſententia. B Quam pari iniquitatis conſenſu, miniſtri tenebrarum properanter exſequi contendunt. Ex iis quidam, intellecta Comitis voluntate, curſim petunt ædes illas, in quibus Nicolaus Picus, ſcamno incumbens, placidum capiebat ſomnum, mente ſecura, ſerenaque conſcientia.

Nicolaum Gorcomiensem, ſui placidè dormientem, excitant

204 Quæ eadem res & olim Petro, inter excubias militum jacenti, dieque poſtero ad ſupplicium ducendo, ſuavem ſomnum conciliavit; & noſtro ſeculo Joanni Roſſenſi Epiſcopo corpoream præſtitit animi tranquillitatem, ut quemadmodum de eo accepimus, nunc adhuc altum dormiret, quando poſt unam vel alteram horam obtruncatione capitis ſibi moriendum eſſe, decreta judicum ſententia, certo jam cognoviſſet. Nicolaum igitur, arcto ſopore preſſum, milites illi inclamant, vellicant, excitant. Excitatum vero, nihilque ſuſpicantem abducunt ad ſocios ejus Martyres. Aiunt eum, audito per lictores Comitis mandato, dixiſſe: Quod Dominus dederit, recuſare non poſſum. Si me vultis, lubens comitabor. Milites igitur captivos omnes, cum binos colligatis brachiis junxiſſent, extra portas urbis educunt ſub horam primam a nocte media. C Militum alii pedites, alii equites, magno cum ſtrepitu procedunt, accurrentibus & aliis ex plebe nonnullis, ſpectandi gratia.

Captivi duo ſocios ſuos Henricum Laicum Minoritam

205 Captivorum numero rurſum ſociatur Henricus Minorita laicus, quem ſupra narravimus una cum aliis duobus a Martyrum collegio fuiſſe ſejunctum, non ſine ſuſpicione renunciati Catholiciſmi. Proinde ille ſancti pœnitentia ductus, ac neceſſitate ad virtutem accommodata, conſcientiæ ſuæ vulnera, quæ apud Geuſios interim acceperat, Antonio Werteno, quem ei dudum Guardianus confeſſionarium deſignaverat, inter eundum detegit, quo ſic accepta reconciliationis gratia, paratior ad ſupplicium procederet. Quin & ceteri omnes, ut ad extremum illud certamen, atque ad ipſam mortem quam optime præparati accederent, ſuæ conſcientiæ labeculas, ſi quas inter tot improborum vexationes, uti ſe habet infirmitas humana, ſorte contraxiſſent, extergere mutua confeſſione ſatagunt. Neque vero tunc D quoque, quando jam ad certum mortis ſupplicium ibant, ab eorum injuriis abſtinere iſte barbari homines potuerunt, dum alii convitiis & maledictis, alii maleſactis eos per viam inſeſtant. Erant autem omnes, qui ducebantur, duobus, quos diximus, Guardiano & laico illo ad numerum adjunctis, unus & viginti.

CAPUT VII.

In varias trahes aguntur SS. Martyres, quos inter primus Guardianus. Nova Henrici novitii defectio, luctuoſior alterius apoſtaſia, ſed glorioſa aliorum ad extremum ſpiritum confeſſio.

E C. xxi. *Locus ſupplicii Martyrum Gorcomiensium.*

POſtquam educti extra urbem captivi, quæritur aptus ſupplicio locus. Ventum tandem ad monaſterium Ruggenſe, S. Elizabetæ nomine nuncupatum; cujus dudum Regulares Canonici (quos vocant) inſtituti B. Auguſtini, incolæ fuerant; ſed idipſum recenti Geuſiorum furore nuper violatum everſumque, Supererat in eo monaſterio domus quædam, inſtar horrei ampla, ceſpitibus focariis (quorum in iis locis frequens uſus eſt) reponendis deputata. In ea duæ trabes, altera tranſverſa atque oblonga, brevior altera, quæ militibus opportunæ vitæ, quibus captivos omnes ſublimes alligarent. Qui quidem ſtatim in eum locum adducti, jamque in expectatione mortis pro Catholica fide perferendæ poſiti, ſupremum agonem ſuum Deo, mutuiſque ad Deum precibus commendabant. Ibi alius alium (ut quiſque doctrina & ſermonis gratia valere ſe aliquid ex Dei dono confidebat) propoſita ſpe regni cœleſtis, atque æternæ retributionis jamjam adipiſcendæ, ad conſtantem ſupplicii mortiſque tolerantiam exhortantur.

F *Primus ſe trahi agendus Guardianus ſuos omnes egregiis hortatur;*

207 Mox omnes ſuis veſtibus ad nudum uſque ſpoliati. Primus omnium ad ſupplicium rapitur venerabilis pater Guardianus. Is fratres ſuos omnes ſigillatim, alium poſt alium amplexus & oſculatus, extremis verbis hortatur & orat, ut pro Fide Catholica ſortiter atque conſtanter ad ultimum uſque ſpiritum decertent, in amore fraternitatis, quam viventes coluiſſent, una fide, unoque ſpiritu ad mortem uſque permaneant: extrema hora ne ſeparet, quos hactenus in una ſancta ſocietate mutuus amor junxiſſet. In proximo jam eſſe, ut de manu Domini percipiant exoptata, multumque deſiderata certaminis ſui præmia, coronas æternæ felicitatis. Eas jam paratas & capitibus imminentes ne per ignaviam amittant, ſed morte contempta, viriliter apprehendant. Denique qua ſe præeuntem cernerent, eadem animi alacritate ſequantur. Inter hæc & hujuſmodi verba lætus atque alacris ſcalam aſcendit, ab exhortandis ſociis non deſiſtens, donec ei aſtricto gutture, vocis uſus interceptus eſt.

208

A *Quam alii ab impiorum fodalitio ſe eximi gaudent tentant,*

208 Quo pendente, Hieronymus Vicarius, & Nicaſius Hezius, itemque Leonardus & Nicolaus Parochi in cohortandis & confirmandis ſociis, atque eorum exitu præmuniendo gnaviter officium ſecerunt. Cum enim hæretici quidam & inter hos eccleſiaſtes Calviniſta, qui eodem loci, ſerpentino ſtudio, ut piorum calcaneo inſidiaretur, acceſſerat, monachorum juniorum & laicorum fidem atque conſtantiam variis artibus tentaret, vitæ etiam ſervandæ & aliorum commodorum ſpe propoſita, ſi Papiſticam religionem defererent. Hi, quos modo diximus, utpote doctiores, & pro conſuetudine ſenſus in negotio pietatis exercitatos habentes, pro illis imperitioribus atque imbecillioribus ſemetipſos opponebant, tela fallaces blandiloquentiæ, quæ ab hæreticis mittebantur, prudenti doctaque reſponſione, velut clypeo repellentes, atque ipſa repulſione conſtringentes. Quo in genere non infimam operam præſtitit Nicaſius: qui cum ſui ſecurus, perpetua quadam animi pace ac tranquillitate, quam

B ei quotidiana meditandi ea, quæ pietatis ſunt, exercitatio pepererat, frueretur; omnem curam convertit ad defenſionem & corroborationem fratrum infirmiorum. Neque id tunc modo, quando jam ad ſupplicium urgebantur, verum & alias ſolicite ab eo factitatum didicimus.

Præſentia S. Nicaſii, pro omnibus reſpondet.

209 Cum enim animadverteſſet, non eam eſſe quorumdam ſociorum vel fortitudinem vel ſcientiam, qua eum lupis illis & vulpibus pedem conferre, & certamen ſuſtinere ſine periculo poſſent; juſſit, ut ſilentio, vel in quantum opus eſſet, ſimplici confeſſione fidei contenti, nullum præterea verbum diſceptando cum hæreticis commutarent. At neque paſſus eſt in extremo, ut ita dicam, agmine eos verſari, ubi proxime aſtantium hæreticorum ſermonibus illaqueari facilius poſſent; ſed introrſum eos in medium agmen colligebat, ipſe cauſam eorum totam in ſe ſuſcipiens, & pro

C ſis reſpondens. Quoties enim eos hæretici tentantes interrogabant, vellentne, ſi vitam ſervare liceret, Papæ Romano renuntiare (frequenter enim hæc tentatio rudioribus ingerebatur) Nicaſius eos ſuo reſponſo præoccupans, dicebat: Noo volunt, non facient. Numquam id admiſſuri ſunt. Nobiſcum ſtatuerunt vivere & mori. Hæc quidem & his ſimilia tunc ab illo viro dicta & facta fuere.

C. XXII. *Novus Henrici defectio Vicarium vehementer afflixit,*

210 Quamquam autem ad eam rem, quam dixi, ſumma diligentia a Nicaſio adhibita fuit, una connitentibus & aliis, quos ſupra nominavi; non potuere tamen, quo minus Henricus adoleſcens, omnium natu minimus, neque dum vinculo profeſſionis aſtrictus, metu mortis id faceret, quod jubebatur, ſi vellet vivere. Qui ætatem interrogatus, cum octodecim eſſet annorum, ſexdecim habere ſe reſpondit, ut ſui commiſerationem ætatis reſpectu commoveret. Itaque mox ab iis, quorum ſuggeſtioni miſer acquieverat, ſolutus atque e media turba vinctorum exemptus eſt. Quæ res ſociis ejus Martyribus fuit permoleſta, præſertim Hieronymo Vicario. Siquidem is adeo graviter concitatus fuit adverſus eccleſiaſteo hæreticum, a quo perſuaſus infelix adoleſcens turpiter a ſuis diſceſſerat, ut cum idem ille pſeudo-eccleſiaſtes Hieronymum paulo poſt ad D ſupplicium conſolari vellet, ſimul hortari, uti Papiſtica ſuperſtitione valere juſſa, puram ſinceramque, quam ipſe prædicaret, Evangelii doctrinam amplecteretur; atque inter alia, Sanctos cum Chriſto regnantes invocanti, dicere: Ne S. Mariam, aut S. Petrum aut alios invoca, ſed ſolum Deum; ille contra, ut excelſior in ſcala ſtabat, altero pede in ventrem improbi ſuaſoria impacto, tanta vi hominem a ſe repulerit, ut ille reſupinus in terram caderet.

A. GUIL. ESTIO.

211 Addebat autem hujuſmodi verba: Diſcede hine mortalium nequiſſime, organum diaboli. Neque enim tu quidquam iſtorum loqueris; ſed quæcumque loqueris, ea per os tuum diabolus loquitur, neque vero quod tu ſuſpicaris, male me habet, quod nunc mihi moriendum ſit: neque ſi male haberet, te opus haberem, tali conſolatore. Sed illud eſt, quod mihi intime dolet, ſimplicem atque imperitum adoleſcentem, novitium noſtrum, blanditiis iſtis tuis miſere circumventum, in deteſtabile veſtrum conſortium pellectum ac pertractum eſſe. Porro Geuſiis curæ fuit, ut adoleſcens, è conſpectu Martyrum remotus, abſiſteret longius; ne forte contemplatione virtutis eorum ac patientiæ, revocaretur ad id, unde defecerat. Milites autem illo Vicarii facinore ac verbis irritati, vehementius in eum ſævire cœperunt. Nam, ut quorumdam relatu accepimus, vultum ejus cultro lancinatum, fœde deformarunt. Deinde, quemadmodum adoleſcens ille defectitius poſtea narravit, figuras crucis Hieroſolymitanæ, quæ illi, ut Terræ ſanctæ peregrino, erant in pectore & dextro brachio ita certa ratione inſcriptæ, ut carne integra deleri non poſſent, adhuc viventi è carne homines inimici erucis Chriſti crudeliter exciderunt. Ipſe vero, ut erat forti ac præſenti animo, ſermonem ad extremum uſque ſpiritum extendebat, pietatis in Deum & conſolationis ad ſocios plenum. Idem quoque Nicaſius Minorita & Nicolaus Parochus morituri præſtiterunt. Dicebantur autem ab eis multa Latine, quæ Novitius ille laicus, a quo nos bonam partem horum geſtorum accepimus, ejus linguæ parum gnarus, referre poſtea ſciſcitantibus non potuit.

qui miſeris ſtellum a ſe propoſitas, omnem ſalutem ſortiter paſſus.

E

F

C. XXIII. *Lachrymoſiſſima Franciſcani ejusdem oratio,*

212 Sed hic alia defectio, multo ſane quam prior illa luctuoſior, neceſſario commemoranda nobis eſt. Quidam ex Franciſcanis, Guilielmus nomine, loquela Gallus, cum jamjam ſuſpendendus eſſet, milites, qui & ipſi Galli erant, Gallice compellans, ea dixit, quibus & ſuam a Fide Catholica defectionem pro illorum voluntate ſignificaret, & liberationem ab imminente ſupplicio mortis conſequeretur. Mox enim, ut infauſta verba protulit, milites ei funem, quo junctis brachiis alteri cuipiam colligatus erat, inciderunt, ipſumque continuo, ne agnoſceretur, chlamyde ac galero tectum, & bipenne humeris impoſita, clam e ſupplicii loco eduxerunt. Atqui miſer ille, cum ſemet a tam ſancto fratrum ſuorum conſortio ſegregaſſet, tamquam divina protectione repente deſtitutus, in profundam malorum voraginem incidit. Paulo poſt enim, iniqua prorſus commutatione ſocietatis facta, una cum militibus Geuſiis apud perduelles ſtipendia me-

A reri cœpit. Cumque deinde plurima perpe-
A. Guil. Estio. traſſet mala, tali ſodalitio congruentia, deni-
que exactis in ea militia duobus & ſemis men-
ſibus, tertio Kal. Octobris furti convictus, ſuſ-
pendio meritas pœnas luit, Deo ſcilicet im-
piam ejus a ſancta religione defectionem, ju-
ſtiſſima vindicta perſequente. Qua de re ple-
nius agemus ſuo loco.

Naturalis rum pavor & mortis deprecatio

213 Fuere quidem etiam inter captivos unus & alter, qui, quod ætate juniores eſſent, na-
turali mortis horrore vehementius affecti, ta-
cite rogarent, proxime ſibi aſtantes milites, uti
ſe, inciſo fune ſolutos, clanculum inde educe-
rent. Verum id prorſus abſque injuria Catholi-
cæ confeſſionis: unde nec impetratum fuit. Ne-
que vero quiſquam miretur, eos a nobis inter
Martyres aſcribi, qui ſupplicio mortis jam pro-
xiimi, vivendi adhuc cupiditate tenebantur, at-
que dimitti ſe cupiebant. Nam ſi Princeps Apo-
ſtolorum, ætate jam ſenex & vitæ ſatur, du-
ctus eſt, quo noo vellet, uti prædixerat ei Do-
B mious inquiens: Cum ſenueris, extendes ma-
nus tuas, & alius cinget te & ducet quo noo
vis; qui tamen morte ſua illis ipſis verbis ſignifi-
cata, quemadmodum Evangeliſta teſtatur, Do-
mioum glorificavit; quid eſt quod miremur,
iſtos longe inferiori gradu fortitudinis & meriti
collocatns, eoſque ætate etiamnum juvenes,
mortem extimeſcere, vitam amare, naturale
deſiderium ſioe diſpendio religionis, ſupplicibus
verbis declarare, quos tamen oegandum non
ſit, morte paulo poſt illata, atque ea pro veri-
tate Catholicæ fidei patienter tolerata, Deum
glorificaſſe, maculamque priorem timoris ni-
mii, ſi qua contracta fuerat, abſterſiſſe?

ob quibus excuſantur.

214 Quamquam fatendum eſt, gloriam Dei
magis in iis celebrari, qui illam vitæ tempora-
lis cupiditatem intus obſtrepentem, majori cœ-
leſtis gloriæ, vitæque æternæ deſiderio, ne fo-
ras in verba erumperet, repreſſerunt. Ad eum-
dem illum naturæ noſtræ penitus inſitum mor-
tis horrorem hoc quoque referendum eſt, quod
item unus & alter in ſubeundo ſupplicio non
eam, quam ceteri, ſpiritus alacritatem præſti-
terunt. Quod enim Chriſtus redemptor noſter
& caput noſtrum, imminente paſſione in ſe ad-
C mittere dignatus fuit, ut pavore ac tædio cor-
riperetur, utque triſtis ac mœſtus eſſet; id qui-
buſdam ſervis ac membris ejus, etiam in ipſo
extremo agone martyrii aceidere, nihil eſt mi-
randum: quando vel ob id eas animi affectio-
nes volúntate Chriſtus Dominus aſſumpſit, ut
ſervos ſuos ſimile quidpiam oceſſitate quadam
infirmitatis humanæ paſſuros, a diffidentia re-
vocaret, ae ſuo ſolaretur exemplo.

C. XXIV. Mervellani magnanimitas, Leos agrdi in matrem clemeſtratio:

215 Sed ad ceteros veniamus. Godefridus
Mervellanus, ſacrorum apud ſuos ex officio cu-
ſtos, ſacratiſſimum Fidei Catholicæ theſaurum
tanto majori cura, quanto præſtantiorem, ad
extremum uſque cuſtodivit. Is cum ſurſum du-
ceretur ſuſpendendus, exemplum Chriſti Salva-
toris imitatus, exclamavit dicens: Domine
ignoſce illis, neque enim ſciunt, quid faciunt.
Leonardus ſolitam aoimi magnitudinem vultu
atque animo retinens, poſt ſociorum exhorta-
tionem, quando jam ſupplicio admovebatur, in-
ter alia dixiſſe fertur; moleſtum ſibi oequaquam
eſſe, quod mortem obire deberet, mortem om-
nibus votis optandam. Ceterum quod adhue
matrem haberet in vivis (quam bonam mulie- D
rem filius optimus, uti par erat, impenſe dili-
gebat) ejus cauſa ſe humanitus commoveri,
quod ſciret, eam intellecta filii ſui nece, pro
materno affectu ſupra modum indoliturum. Ver-
ba ſane non diſſimilia illis, quæ ſunt apud
poetam:

Mors tantum vellem matrem mea fallere poſſet,
Mater obeſt, minuitque necis mihi gaudia: quamvis
Non mea mors illi, verum ſua vita gemenda eſt.

Equidem certa Dei provideotia factum reor, ut
mors filii, ſororum ejus ſtudio matri tantiſper
dum in vita manſit, occultata fuerit, oe gladio
doloris animam ipſius pertranſeunte, lacrymis
& luctu conficeretur, jam ſenio prope confecta
mulier: poſt mortem vero ſuam, quæ ſecuta eſt
anno plus minus interjecto, prius in cœlo filio
ſuum, gloria & honore coronatum iooveni-
ret, quam in terra mortuum ſciret. Neque enim
omnium eſt matrum, etſi piarum ac Deum ti- E
mentium, ea virtus animi, ut per agonem mar-
tyrii pignora ſua præmittere eupiant ad Deum,
ipſæ pari alacritate ſecuturæ. Cujus tantæ for-
titudinis exemplum io beatiſſimis ſeminis Salo-
mona & Felicitate Chriſtianus orbis miratur.
Sed ad rem præſentem redeo.

cum egroſ ge animoſ Dunæus,

216 Leonardo cum ſcalam aſcenſurus eſſet,
nonnihil tardante, Godefridus Dunæus, quem
aliquando ex cerebro laboraſſe dictum eſt ſupra,
ratus illam ejus tarditatem ex animi languore
procedere, ferrur ad eum dixiſſe: Cur non,
magiſter Leonarde, celeriori greſſu conteodis
ad epulas nobis præparatas? Hodie namque cum
Deo & Agno convivabimur io cœlis. Cum au-
tem idem vir pius, poſt omnes alios eodem af-
ficiendus ſupplicio, ſcalam lætus jam aſcenderet,
ex militibus quidam humaoiores, ejus miſerti,
mutuo dixerunt: Ah! ne ſuſpendatur hic ho-
mo: ſiquidem plane innocens eſt, ae mentis im-
pos. At ille contra, ingenti martyrii deſiderio
ſuccenſus, & moræ longioris impatiens, ait:
Properate, quæſo, conſociare me fratribus meis.
Video enim cœlos apertos. Ferrur hujuſmodi
quoque verba ad milites dixiſſe: ſi quid adver- F
ſus aliquem deliqui, rogo per amorem Dei, ut
id mihi condooetis. Cum ergo ſtrangulatus eſ-
ſet, pœnitudine facti duci videbantur ſupplicii
miniſtri. Dicebant enim: ſi vivum cum ſervaſ-
ſent, futurum haud dubie, ut renunciata Papi-
ſtica ſuperſtitione, ad ipſorum ſententiam par-
teſque traoſiret; ea videlicet ratione, quod ip-
ſos veniam rogaſſet.

ipſe animi lecet cruore laſus, patientiſſimus Martyr.

217 Atqui hæc veniæ petitio non ad errorem
religioois pertinebat, in qna vir ille, ut erat
ſolide inſtitutus, ita ad extremnm uſque ſpiri-
tum immotus permanſit; ſed ad lapſus quotidia-
nos vel actionum vel cogitationum humanarum,
pro quibus ille, ſi forte minus prudenter, ae
certe humiliter, ab hoſtibus pietatis atque im-
pietatis mioiſtris, veniam rogandam putavit.
Pro hujus viri redemptione femina quædam
Gorcomiana, oovæ quidem religioni dedita,
ſed ſanguine illi conjuncta, pecuniam obtulerat
noo modicam; quo ſcilieet a ſua familia tam in-
honeſtæ mortis (ut carnales homines ſapiunt)
opprobrium averteret. Verum impetrare eam

rem

A rem non valuit. Neque enim hæreticis ipſis, ex quo Geuſios amiciſſimos hoſpites ad ſe introduxerunt, omnia ceſſere pro votis, ſed multa longe profecto ſecus, quam ſperarant. Quod quidem ſic eventurum, a ſuis Parochis paulo ante, quam illos ſuſciperent, ſatis ſuperque fuerant præmoniti. Eſt autem memoratu dignum, quod presbyter iſte, etſi multis annis cerebri perturbati morbo obnoxius, ab initio tamen ſuæ captivitatis uſque ad exitum vitæ, nihil tale paſſus fuerit, nihilque commiſerit homine ſapiente indignum: ſed corda-te, graviter, & patienter toto eo tempore ſe geſſerit; quemadmodum & de eo ſocii captivitatis teſtati ſunt.

CAPUT VIII.

B *In adhuc vivorum & mortuorum Martyrum corpora impiorum deteſtanda barbaries, qui propudioſe eadem truncant & dilaniant: pii Catholici cura demum ſepeliuntur. De Sanctorum numero, priſcis aliis confeſſoribus comparato.*

C. XXV. *Ad multas horas ſpiritus intercluſus fuit nonnullis Mart.*

HUe uſque de ſupplicio SS. Martyrum. Qui quidem omnes ex una oblonga trabe ſuſpenſi fuerunt, quatuor exceptis. Nam ex alia quadam trabe, medius inter Guardianum & laicum Fratrem, nomine Cornelium, pendebat Godefridus Dunæus. Quartus vero, Jacobus Præmonſtratenſis, ex ſcala quadam ſuſpenſus fuit. Ceterum negligente admodum a lictoribus extrema ſupplicii peracta fuere, parum ſolicitis, ut, qui pendebant, bene ſtrangulati cito morerentur. Nam alius ore funem velut frenum mordebat; alius extremo mento ſuppoſitum; alius gutturi quidem admotum, ſed non ſatis aſtrictum habebat. Quo factum, ut & tardius eis ſpiritus intercluderetur, & diutius in extremo cruciatu retinerentur; adeo ut quidem eorum, inter

C quos Venerabilis Nicaſius, funem ori immiſſum habens, in clarum uſque diem adhuc ſpirare inventi fuerint. Teſtis oculatus ejus rei fuit Henricus laicus; quem ſclopetum humero ferentem, militari ludibrio, milites proxima die ſecum una duxerunt ad ſupplicii locum; non ob aliud eo reverſi, quam ut mortuorum, quos vivos oderant, inſpectione atque illuſione, crudeles oculos animoſque paſcerent, ut nos dicemus. Porro in ſupplicio exercendo occupati fuere duarum fere horarum ſpatio. Cœptum namque ſub horam ſecundam a nocte media, finitum eſt ſub horam quartam.

In quas, adhuc dum vivos, crudelitates barbaries exercuerit

219 Qua eadem hora Goreomii viſio quædam mirabilis ac memorabilis, in teſtimonium ſanctitatis & gloriæ recentiſſimorum Martyrum, oſtenſa fuit viro cuidam honeſto ac pio. Sed eam nos opportunius alio loco referemus. Ad hunc igitur modum ſancti viri, confeſſionis atque martyrii ſui munere ſtrenue perfuncti, nocte inter octavum & nonum Julii diem media, momentaneam hanc vitam glorioſa morte commutantes, in Domino obdormierunt. At milites, quæ fuit eorum inſolentiſſima barbaries, nec a mortuis abſtinere ſceleratas manus potuerunt, quo minus eos fœde atque indigne tractarent. Primum detractæ corporibus uſque ad nudum veſtes, illorum cupiditati ceſſerunt. Sed ea re minime contenti, mox auriculas, nares, pudendas etiam corporis partes, amputare aggreſſi ſunt. Quod in omnium fere corporibus factum eſt, alio clamante: De ſacrificulo illo auriculam habere me oportet: itemque alio: & me de illo monachi naſum. Rurſumque alia partes obſcœnas obſcœniori vocabulo appellante. Ita ſibi quiſque pro libitu detruncatum aliquid a corporibus exanimatis auferebat. Quamquam Henricus adoleſcens hujuſmodi contumelias nonnullis adhuc viventibus, cum primum nudati eſſent, illatas fuiſſe affirmavit. D A. Guil. Estio.

220 Illi porro, ne quid ad extremam inſolentiam reliquum faecrent, accepta de Sanctorum corporibus membra, galeris ſuis affixerunt; quibus perpulcre, ut quidem ſibi videbantur, ornati, triumphali pompa in urbem regreſſi ſunt: atque ea velut præclara ſuæ virtutis inſignia, palam & in oculis omnium, eminentiſſima ſui corporis parte, gloriabundi paſſim per omnes urbis vicos circumgeſtarunt. In quos his mihi verbis liceat exclamare: O facinus Evangelicum! O fructus novæ plantationis. Imo verius: O fœdam & portentoſam barbariem, quæ ſub Evangelii prætextu, de novorum dogmatum plantario tam ſpecioſos nobis fructus attulit! Quis autem hominum, quibus nondum in pecuinum ſenſum animus degeneravit humanus, vel oculis intueri, vel ſaltem cogitatione fingere ſibi ſpectaculum adeo fœdum, infandum atque inhumanum, abſque horrore ſuſtineat? Nimirum hæc & hujuſmodi ſunt opera, quibus illi Evangelici viri novis ac prodigioſis ſuis doctrinis fidem aſtruunt, ſectam propagant, omnium denique favores & ſtudia conſequuntur. Quo minus apud divinam juſtitiam excuſabiles ſunt, quotquot derelicta Catholica Chriſti Eccleſia, ad hoc hominum genus, cæco atque infano quodam impetu ſe transferunt, vana libertatis ſpecie dementati, neque volentes obſervare cautelam hanc, a Domino præſcriptam: A fructibus eorum cognoſcetis eos; cum paſſim ſuis illi fructibus (modo quis oculos intendat) manifeſtiſſime prodantur. F *præd. vino vi Evangelii in hæreticorum.*

221 Porro militum immanitas in mortuos ne ſic quidem conquievit, utpote novis avaritiæ ſacibus de integro ſuccenſa. Lanionum igitur more corpora pene omnium diſcindunt; ventres aperiunt, intima viſcera ſcrutantur, abdomen inquirunt, pretio venale expoſituri, remque inde facturi. Perſuaſum eſt enim, adipem humani corporis ceteris præſtare, atque ad medicamenta cumprimis uſui eſſe: nominatim vero corpus Hieronymi Vicarii, craſſum atque obeſum, ſcalis alligant (ſicut porcis mactatis in Hollandia fieri moris eſt) apertoque ventre ac pectore, coſtas diſtendunt, ut commode perluſtratis viſceribus, adipem omnem colligant, ſibique auferant. Quo factum, ut dum ſingula ſcrutantur, corpus undique fœdiſſime cultris dilania- C. XXVI. *Deteſtanda militum immanitas in ſanctorum corpora,*

A laniatum reliquerint. Collectum abdomen, reA. Guil. liquumque adipem secum in civitatem adfeEcclio. runt, passimque omnibus ostentant. Quem deinde pretio ab iis redemerunt homines quidam viles, circumforanei, artem profitentes unguentariam, at revera mendacissimis strophis suis fucum populo facientes. Hi non multo post Gorcomii medio foro eadem merces venum exposuere: quas quo vendibiliores apud vulgus redderent, audacter affirmabant, hunc adipem hujus esse monachi, atque illum illius, alium vero alius cujuspiam, more suo pensi nihil habentes, verumne an falsum dicerent.

prepudiosa ab ipsis truncata & dilaniata.

222 Ceterum quam indigne, quamque impudenter ac prapudinse truncata Martyrum membra, potissimum ea, quæ non sine pudore nominantur, adhuc diu post iidem isti milites, en, qui paternæ nuditatis indicium suis fratribus fecit, longe detestabiliores, tractaverint; dum etiam per alias urbes, ad quas eos novæ factionis successus vocabat, eadem in loculis reposita circumferunt, & ubicumque nequitiæ eorum opportunum videbatur, expromunt & ostendunt; quodque horrendum dictu

B est, sacrarum virginum aspectibus petulantissime obtrudunt, atque in os ingerunt: hæc, inquam, silentio premere satius duco, quam curiosus enarrando castas aures offendere. Quod si eorum merito detestamur immanitatem, qui quondam Martyrum cadavera feris discerpenda, devorandaque projecerunt; quo tandem in numero reponemus hoc hominum genus, qui omnes humanitatis atque honestatis limites longissime prætergressi, tot tamque abominandis modis, Sanctorum ac Dei amicorum injurias & contumelias, post mortem apud mortales producere conati sunt? Neque enim talia prioribus seculis in Christianos, ab ullo Christianorum hoste designata legimus. Sed plane congruebat, ut nova religio non modo novis legibus, verum etiam novis atque inauditis adversus repugnantes excogitatis pœnarum & contumeliarum modis, quibus omnis retro antiquitas se superatam agnoscat, illustrem celebremque sese apud omnes redderet.

223 Jam, ut ad historiæ seriem revertar,

C novitius ille Minorita, quem Geusiorum blanC. XXVII. *Miserimo Novitii Minoritæ apud Geusios conditio.* ditiis a societate Martyrum abstractum fuisse, supra memoravi, quamvis inter Geusios, & in familia Comitis agens, illorum jussis ac nutibus obsequentem se per omnia præberet: attamen quod monachus fuisset, a familiaribus Comitis ludibria, scommata, verbera, aliaque multa indigna pro illorum libidine patiebatur. In eum quoque mensæ astantem & ministrantem (erat enim famulus additus Comitis cytharœdo) Comes eorum joco dictitabat: Adolescentem hunc monachum adhuc pendere oportet. Porro milites, militari petulantia, bombardulam humeris ejus imponentes, cogebant convitia dicere in Papam Romanum, in Ducem Albanum, in omnes sacerdotes & monachos. Contra vero, fausta acclamare Comiti a Marca & Geusiis, dicendo: vivat Comes; vivant Geusii. Ad hæc omnia miserum illum adigebat metus amittendæ vitæ, quæ ei toto tempore, quo apud hostes erat, ob eorum levitatem & perfidiam, valde in ancipiti versabatur.

224 Hic igitur adolescens, eo die, qui no- D
qui postea Guardiani sui corpus globo trajicere cogitur.
ctem passionis sanctorum Martyrum proximus exceperat, ut ante memini, ad locum supplicii Martyrum adductus, ne tantum spectator esset eorum, quæ agebantur, Nicolai, patris ac præfecti sui corpus pensile globulo trajicere jussus est. Quod ille infelix, eodem, quo cetera, metu compulsus perfecit. Is postmodum ad Catholicos reversus, affirmavit, se tunc suis oculis vidisse, & id quod de Nicasio supra retuli, & ejusdem inspectu eorpore, cognovisse, quod hernia laboraret. Quod malum ille, dum vixit (veritus, credo, ne fratribus onerosus esset) semper celaverat. Cui morbo Theodorum quoque Emdenum obnoxium fuisse testati sunt, qui eum familiarius noverunt. Martyrum corpora, post fœdam illis a militibus perpetratam anatomiam, totn eo die relicta sunt in pasibulis, & permissa ludibriis omnium advenientium. Quorum tantus erat numerus, ut portarum urbis custodes quæstum inde facerent, homines hujus spectaculi visendi cupidos egredi non sinentes, nisi nummulo prius accepto. Pulcrum fane ac jucundum videbatur, tot numero sacrificos & monachos simul uno loco suspensos, eosque nudos, & tam contumelinse tractatos oculis contueri: ut in eorum persinam non modo viventium, verum etiam mortuorum, vere congruerit illud Apostoli: Spectaculum facti sumus mundo. E

225 Sub ejusdem diei tertiam horam pome- CAP. XXVIII. *Nudata turpiter Martyrum corpora sepulturæ tradit Gorcomienses.*
ridianam, Gorcomianus quidam vir gravis & Catholicus, ut cum aliis ad locum venit supplicii, vidit pendentia Martyrum corpora prorsus, ut modo dixi, nudata, ac turpiter mutilata; præsertim Venerabilis Hieronymi corpus, quod ventre aperto, costisque diductis, reperit oppositum lumini fenestræ cujusdam, ubi id Geusii collocaverant, dum adipem viscerum ejus exquisite scrutarentur. Reperit & pueros, qui multi eo accurrerant, spectaculi causa, qui pro ludo sese oblectantes, & sanctorum Martyrum ignominiam in risum vertentes, haud sane dissimiles illis se præstiterunt, qui Elizæum Propheram, calvi acclamatione irridentes, proterviæ suæ pœnas continuo dederunt. Hac ille tanta rei indignitate graviter commotus, statim in urbem revertit; & apud eos, qui rebus præerant, mul- F
tis precibus egit, ut interfectorum corpora terræ mandarentur. Quod tandem impetratum fuit, non sine pretio, nonnullis aliis quoque Gorcomianis Catholicis ad eamdem rem compreatoribus. Itaque nocte proxima, quod petebatur, curatum atque perfectum est; exsequentibus hanc quoque rem Geusianis militibus, a quibus dudum tot noctis ae tenebrarum opera fuerant nocturnis hnis perpetrata. Cum igitur idem ille, qui SS. Martyrum corpora terræ mandari curaverat, eum ad locum prima luce rediisset, in duas foveas ea conjecta & contumulata reperit. Nam quæ ex una nblonga trabe pependerant, sub ea unam in fnveam congesta fuerant, reliqua vero quatuor sub altera trabe, alteram in foveam minorem erant injecta. Et quidem in hunc usque diem eodem in loco sanctorum corpora inter medios hostes Ecclesiæ requiescere credimus, donec eorumdem Martyrum suorum meritis & intercessione placatus Deus,

pacem

A pacem diu ſperata huic Belgicæ reddat eccleſiæ, famulisque ſibi devotis voluntatem inſpiret & facultatem tribuat, oſſa ſacra, de tumulis elevata, juſtis honoribus afficiendi.

C. xix. *Quot e ſuis priuis deſecerint, quot ſubſtituti ſint.*

226 Nunc de numero Martyrum reſtat, ut dicamus. Quos quidem certo accepimus fuiſſe omnes undeviginti. Nam & hoc numero primum e carcere Gorcomiano Brilam advecti fuerunt. Sed cum ab illorum ſocietate res per defectionem poſtea receſſiſſent, quemadmodum ſuperior narratio demonſtrat; ne priore numero ſacratiſſimum illud collegium fraudaretur, admirabili conſilio divinæ Providentiæ factum eſt, ut in locum eorum, qui defeciſſent, tres alii ſuccederent. Erant ii Andreas Heinortenſis parochus, & duo Præmonſtratenſis Ordinis inſtitutum profeſſi; quorum alter item parochus erat, alter ei in parochia ſubſidiarius. Hi tres e ſuis locis, in quibus dominico gregi paſcendo curam impendebant, Brilam recenti tunc Geuſiorum hoſtilitate pertracti fuerant, ita nimirum eo, qui omnia congruentiſſime diſponit, ordinante, ut tribus in locum trium reſtituis, neque priſtino numero quidquam decederet, neque coronarum
B eſſet ulla ſuo vacua poſſeſſore; ſed quæ numero integro præparatæ erant, integro numero redderentur; perinde ut olim quadrageſima corona, turpiter ab alio deſerta, feliciter ab alio legitur occupata. Quin & hoc obſervatione dignum, quod, quamvis duo monachi defeciſſent, integer tamen religioſorum numerus ad coronam pervenit, duorum acceſſione monachorum ex candido Ordine Præmonſtratenſium. Verumtamen honore auctum hunc numerum vel ex eo diſcas, quod, cum primum advecti Gorcomio fuerint ſexdecim ſacerdotes, coronati tamen ſunt decem & ſeptem; nimirum in locum adoleſcentis defecticii, qui laicus erat, ſacerdote ſubrogato.

Numerus MM. ſimili alteri numero olim ſeſſorum comparatur.

227 Ut autem hunc eumdem numerum jam olim Catholicæ Fidei confeſſioni conſecratum agnoſcas, refert Petrus Alexandrinus, magni Athanaſii in epiſcopatu ſucceſſor, ab Arianis Catholicos numero memorato partim presbyteros, partim diaconos, quorum etiam nonnulli octogeſimum exceſſiſſent annum, variis
C tormentis ſubjectos, ac tandem navigio ſine rebus neceſſariis impoſitos, in barbaram quamdam Phœniciæ civitatem, ubi perpetua incolarum, Chriſti nomen nec audire ſuſtinentium, vexatione contabeſcerent, exilio deportatos fuiſſe. Quam hiſtoriam cum hac noſtra ſi conferas, magnam profecto rei geſtæ ſimilitudinem deprehendes. Primum enim utrobique, ut dixi, numerus idem. Tum utrobique omnes vel ordinis vel inſtituti ratione Deo propius conjuncti; illi quidem partim presbyteri, partim diaconi; hi vero partim presbyteri, partim monachi; quin etiam magna pars utroque nomine venerabilis. Præterea utrique pro fide Catholica paſſi ab hæreticis; illi ab Arianis, iſti a Calvinianis, Arianorum ingenium & mores, ſi qui umquam alias hæretici, apprime referentibus. Rurſum utrique prius in civitate habitationis ſuæ variis afflictati modis, utrique navigiis abſque rebus neceſſariis impoſiti, utrique in barbaram civitatem ſunt advecti. In utroque numero ſenes reperti, qui octogeſimum ætatis annum excederent. Denique quamvis de illorum morte nihil ſcriptum inveniamus (quod forte cum illa ſcriberentur, nondum exceſſiſſent e vita) conſentaneum tamen arbitror, talibus initiis atque progreſſibus exitum quoque Chriſti athletis ac fidei Catholicæ teſtibus dignum reſpondiſſe, ſicuti Deo donante reſpondit & noſtris.

D A. Guil. Estio.

LIBER TERTIUS.

Quo de ſingulis Martyribus & aliis captivis ſeorſim agitur.

Auctoris propoſitum.

POſt abſolutam narrationem eorum, quæ de glorioſo SS. Martyrum noſtrorum certamine cognita compertaque habere potui, non parvum inſuper operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi duobus libris ſuperioribus hunc tertium adjunxero, quo breviter aliqua, quæ ſingulis noſſe mihi contigit, ad eorum vitam, mores, & functionem, quam in Eccleſia geſſerunt, pertinentia conſcribam, atque memoriæ poſteritatis commendem. Ita enim & hiſtoriam paſſionis eorum illuſtrabit plurimum, & lectoribus, præſertim iis, qui Sanctorum exemplis ad vitæ perfectionem gaudent excitari, ut non injucundum, ita nec inutile fore confido. Quod priuſquam aggrediar, omnium nomina, non eo quidem ordine, quem ipſorum merita poſtulant, quorum ponderator ſolus eſt Deus, ſed qui noſtræ narrationi ſit accommodatus, recenſebo. Sunt autem iſta. i. Nicolaus. ii. Hieronymus. iii. Theodoricus. iv. Niceſius. v. Wilhadus. vi. Hodefridus. vii. Antonius. viii. Antonius alter. ix. Franciſcus. x. Petrus. xi. Cornelius. xii. Leonardus. xiii. Nicolaus alter. xiv. Godefridus alter. xv. Joannes. xvi. Joannes alter. xvii. Adrianus. xviii. Jacobus. xix. Andreas. Quo ex numero primi undecim fuere Franciſcani, ſeu Fratres Minores Obſervantiæ regularis, ut vocantur, propter abſolutam, nec ulla ex parte reſtrictam Regulæ, ſibi a B. Franciſco traditæ profeſſionem, atque ex ejuſdem profeſſione obſervationem. Ceteri octo, ſacerdotes quidem omnes fuere, non unum tamen & idem vitæ genus ſecuti; quemadmodum de ſingulis ſuo loco narrationis ſeries oſtendet. Itaque nunc, quod propoſitum eſt, exſequamur.

CAP. I.

E

F

C A.

A

CAPUT I.

De B. Nicolai Pici origine, primis ſtudiis, converſatione, humilitate, ſtatura, & habitu corporis, alacritate animi, pietate, & Evangelica paupertatis obſervantia.

CAP. II. *Parce optimis ſuis Catholicis & avitis.*

NIcolaus Picus, Gorcomii natus patre Joanne Pico & matre Henrica Calvia, conjugibus honeſtiſſimis, atque aviæ, id eſt, orthodoxæ Catholicæque fidei cultoribus egregiis; viro præſertim, ut qui non modo civem, ſinceræ religionis obſervantiſſimum, ſed & illius inter cives propugnatorem acerrimum aliquoties ſe exhibuerat. Nam (ut hoc unum ex multis de eo memorem) cum aliquando in ea urbe lupus quidam, vulpina calliditate paſtoris locum occupaſſet, jamque gregem Domini ſecretis morſibus vaſtare cœpiſſet; Joannes Picus & rem ſagaciter intellexit, & zelo religionis incitatus, occulta lupi veſtigia perſequi non deſtitit, donec ille deprehenſus & cognitus, officium ſimul & civitatem deſerere fuit coactus. Hujus parentis ſtudio Nicolaus a prima pueritia diligenter ad pietatem inſtitutus, ita profecit, ut paternæ virtutis imitatione, ſeu verius dixerim, æmulatione, puer etiamnum tali ſe dignum genitore probaret. B

1. *Ordinem Franciſcanum Boſcoducis admiſſus,*

230 Qui cum a primis annis, hujus ſeculi vanitatem & pompas exoſus, ſacratius aliquod & perfectius vitæ genus animo volveret: ut primum per ætatem licuit, ſanctum B. Franciſci inſtitutum amplexus & profeſſus eſt in ea urbe, in qua jam ante litteras humaniores ſatis feliciter didicerat. Ea eſt Silva-Ducia Brabantiæ; quæ gymnaſium habebat litterarium frequens & celebre, quod & hodie, rebus licet afflictiſſimis, perdurat. Inde porro Nicolaus, tamquam inter æquales ſuos optimæ ſpei juvenis, ſuperiorum mandato Lovanium ad ſacræ Theologiæ ſtudium miſſus fuit. Eſt in ea civitate cœnobium Ordinis Fratrum Minorum, in quo diſciplina monaſtica, juxta B. Franciſci regulam, ſumma pietate atque obſervantia colebatur, & ſtudia ſacrarum Litterarum impenſa vigebant: ut nec in hodiernum diem, inter multas civitatis & provinciæ calamitates, quæ interim acciderunt, ille pietatis ac ſtudiorum fervor ſeſe remiſerit. Vixerat in eo cœnobio ante id tempus annis non ita multis, vir per Brabantiam vitæ ſanctitate & verbi Dei prædicatione celebris F. Theodoricus Munſterus; de quo multa præclara memorantur. Profeſſores autem, ſive, ut vocantur, Lectores S. theologiæ doctiſſimos ea domus ſemper habuit. Inter quos fuere ſanctitatis item opinione celebrati, necnon etiam libris, ad poſteritatem tranſmiſſis, clarum nomen adepti, Franciſcus Titelmanus & Adamus Sasboldus. Quorum ille dudum ante ſtudio vitæ auſterioris Lovanio diſceſſerat in Italiam, atque ibi vita jam exceſſerat. C

231 Sasboldus autem multos e ſua ſchola viros produxit, quorum doctrina cum innocentia vitæ conjuncta, multum contulit Eccleſiæ Chriſti; ſed duos præcipue, Nicolaum Picum & Danielem Arendoncanum; quibus velut duabus gemmis Franciſci familiam, imo ſuam Eccleſiam ornare Chriſtus conſtituerat; utrumque Martyrem, utrumque Martyrum ducem & coryphæum, alterum Gorcomiani, alterum Alcmariani cœnobii præfectum, tempore videlicet a ſe præordinato deſignaturus. Nec mihi tacendus eſt hoc loco noſtri Martyris ex ſorore nepos, mihi vero germanus, idemque cariſſimus frater, & hujus ſcripti noſtri continuus exactor Arnoldus Eſtius, qui avunculum ſuum pie æmulatus, in eodem monaſterio, quo ille ſacras Litteras didicit, ſancti Franciſci regulam profeſſus eſt; at poſtea eorum, quos dixi, virorum doctiſſimorum ſucceſſor, ibidem ſacram theologiam multis annis publice cum laude & fructu docuit, donec hoc ipſo anno, quo iſta prælo mandamus, ejuſdem loci provinciæ creatus eſt Miniſter. D *Inſignes Lovanii ac Duci oſtenſus & factus.* E

232 Igitur in illo ſanctiſſimn fratrum contubernio poſtcaquam Nicolaus annos aliquot Litteris ſacris operam dediſſet, inde in agrum dominicum ad diverſa loca miſſus eſt, ſparſo ſemine verbi Dei fructificaturus, & talentum ingenti cura ac ſtudio comparatum, pari diligentia expenſurus. Quod quidem ille quam obedienter de ſuorum ſuperiorum manu faciendum ſuſcepit, tam fideliter atque feliciter, adjuvante Deo perfecit. Ejus porro laudabilem inter ſuos vitæ converſationem, qua ad martyrii coronam præluſit, pluribus proſequi ſi velim, præter id, quod inſtitui, faciam. Quamquam ex multis præcipua præterira non debeo, quale eſt: cum virtutes omnes in illius viri ſacratiſſimo pectore domicilium collocaſſent, attamen in eo ſingulariter excelluiſſe eam, quæ virtutum omnium cuſtos eſt, fuci ac ſimulationis expertem humilitatem, animique modeſtiam; ut vitam ejus qui inſpiceret, verum Fratrem Minorem ac germanum Franciſci diſcipulum agnoſceret; cujus in moribus ac ſermone nihil ſauſtuoſum, nihil inſolens appareret, nihil denique illius, qua plerique omnes laboramus, philautiæ notaretur. CAP. III. *Pauci & philautia expers,* F

233 Erraſi ſi quando monebatur, etiam ab eo, qui vel ætate minor eſſet, vel loco inferior (hanc enim admonendi fiduciam facile ſociis præbebat inſignis & ſpectata viri comitas & modeſtia) non modo benigne placideque, verum etiam quoque correptionem admittebat; ut qui non tam perſonam intuerctur corripientis, quam correptionis fructum ſibi ante oculos poneret. Dum aliquando publice in concione pro ſuo monaſterio eleemoſynam rogaret, eam rogare ſe dicebat pro Sanctis, qui eſſent Gorcomii in conventu Fratrum Minorum. Poſtea interrogatus a quodam, qui hoc cum dicentem audierat, num ſeipſum Sanctum diceret, reſpondit: Minime vero; ſed ſancti ſunt Fratres mei, ſancta eſt noſtra pauperum congregatio. Quod ne arrogantius dicere viderctur, confirmabat Apoſtoli Pauli teſtimonio, qui pauperes Chriſtianos ſanctos nominavit non uno in loco. Neque tamen hoc ita ab eo dictum, ut non *Inter ſuos placida verſatur,*

etiam

A etiam vitiis ſuorum & agnoſcere, &, ubi opus eſſet, diſciplinæ ſeveritate caſtigaret. Quorum ſi quando lapſibus quibuſdam, ut fit, alios offendi videret, pro exculatione, eos quoque homines eſſe, dicere ſolitus erat, innuens haud mirandum eſſe, ſi in hominibus, licet ad perfectionem nitentibus, humani vitii atque infirmitatis aliquid deprehenderetur.

Signa Martyro humilitate præditus.

234 Ceterum quam ille de ſemetipſo ſemper modeſte ſenſerit, tum magis apparere cœpit, quando Geuſii quibuſdam oppidis Hollandiæ ſuam in poteſtatem redactis, inſolentiores facti, in eccleſiæ miniſtros ac Dei ſervos inaudita crudelitate graſſantes, jam aliquot ex iis neci dederant. Tunc enim amicis, quos conjunctiores habebat, ei metuentibus, atque inter eos Leonardo parocho, familiariter velut per jocum dicente ad eum: Monache, Geuſii ſuſpendent te, reſpondit: Hoc ego nondum merui. Cum Leonardus replicaret: Atqui hac tempeſtate multi ſuſpenduntur immeriti: reſpondit iterum Nicolaus: Martyrii gratia dari non ſolet immeritis. Oportet enim ut per ſanctas vitæ præcedentis actiones ad eam tandem perveniatur. Ita vir ille, ex intima animi humilitate ſe reputabat indignum, quem Deus ad tantam gloriam proveheret. Deus autem, qui eum ſit exceſſus, humilia reſpicie, humilitatis ipſe largitor, quanto humilem Nicolaum honore dignatus fuerit, poſtea declaravit.

B

CAP. IV. Vultu ad hilaritatem modeſte compoſito.

235 Jam ut de ceteris ejus pauca quædam perſtringam: fuit Nicolaus honeſta ac decenti forma, ſtatura, reliquoque totius corporis habitu mediocri. Erat in vultu nativus candor, oculis intuentium amabilis, ſed quem præter vigilias nocturnas & jejunia, curæ graves & continuæ, quas officii ratione ſuſtinebat, in pallorem nonnihil demutarant. Vultus ipſe tamen tranquillus ſemper & ſerenus; puræ & pacatæ conſcientiæ nuncius. Quodque eloquio profitebatur, hilari ſpiritu Deo ſerviendum, vita & moribus ſemper oſtendit; quando & in vultu ejus hilaritas elucebat, gravitate temperata, quæ illi apud ſuos amorem cum reverentia conciliabat: eſſe enim quamdam merito laudandam, &, quæ ſanctos viros deceat, hilaritatem, monſtrant Sanctorum exempla. Beatum Agathonem, ex monacho Pontificem Romanum, adeo benignum & manſuetum fuiſſe memoriæ proditum eſt, ut etiam omnibus hilaris & jucundus comprobaretur; tantæ vero ſanctitatis, ut aliquando leproſum, obvium ſibi factum, oſculo ſtatim ſanaverit. Sancti quoque viri, Romualdus, eremiticæ diſciplinæ reſtitutor, & Dominicus, Ordinis Prædicatorii inſtitutor, itemque Guilielmus, Biturigum antiſtes, ut fere ſemper hilares & jucundi nobis deſcribuntur, tametſi in hoc poſtremo diſplicuiſſe dicatur ea res auſteris quibuſdam ac tetricis hominibus.

C

nihil de diſciplina ſeveritate remiſſo.

236 Quid? quod & Chriſtum Dominum ſemper hilarem, ſemperque jucundum fuiſſe, ex illo Prophetæ teſtimonio: Non erit triſtis, neque turbulentus; interpretes ejus loci pronuntiant. Non quidem ignoro, in hanc partem a quibuſdam, alioqui bonis ac ſpiritualibus viris, interdum peccari, dum in hilaritatem ſeſe præter modum effundunt. Quod in Iſaaco monacho, multis alioqui virtutibus incomparabiliter prædito, atque etiam prophetiæ ſpiritu donato, notavit B. Gregorius Pontifex. Verum id ego de Nicolao non facile conceſſero, quem hilaritas illa ſpiritus ita reddebat amabilem atque jucundum, ut nihilominus eum & morum gravitas & diſciplinæ ſeveritas exhiberet reverendum. Illud vero pietatem ejus in Deum, quanta fuerit, evidentius declaravit, quod inſignem quamdam animi alacritatem ac promptitudinem ad omne Dei obſequium adhibuerit, ſeu conciones ad plebem habendæ eſſent, quas ſæpe uno die binas aut ternas habuit: ſeu pœnitentium confeſſiones audiendæ, ſeu nocturnis diurniſque precibus ac pſalmodiis vacandum, ſeu quæcumque alia ex more vel præter morem onera ſubeunda; adeo quidem, ut hujuſmodi ſanctis laboribus non tam macerari, quam paſci videretur vir alioqui corpore non uſquequaque validus, & gravioribus incommodis ferendis natura non admodum idoneus.

D

A. Guil. Estio.

E

Quomodo tenera ejus valetudo tentata.

237 Cujus rei vel inde conjecturam accipias: quia ſi quando forte, ut fit, incaute cultro ulus, digitum leviter vulneraſſet, illico velut zelo graviter percuſſus, animi deliquium patiebatur. Adeo tenera illi erat & obnoxia corporis conſtitutio. Quo magis admiranda nobis eſt & commendanda erga Martyrem ſuum Dei benignitas, qui tantum illi robur contulit, ut in tenero corpore ſævos cruciatus & mortis ſupplicium non patienter modo, verum & alacriter ſuſtinuerit; tamquam qui & ipſe audiviſſet a Domino: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Acceſſit autem ad cæteras ejus virtutes amor & ſtudium virgineæ puritatis, quam tota vita ſua ſanctiſſime & tenuit & coluit. Qua de re plura dicerem, niſi vererer, ne laus ſingularis ad vituperium raperetur multitudinis; cum & alios caſtimoniæ cumprimis ſtudioſos fuiſſe, optima de iis & conſtans fama loquatur.

CAP. V. Auſtera ejus mens abſtinentia,

238 At vero quam is ſemper, uti decebat monachum profeſſione pauperem, ac ſancti illius pauperculi diſcipulum, vixerit, contentus præſentibus, quæ pro tempore ad victum, veſtitum, ceteraque neceſſaria ex ordinariis & communibus eleemoſynis ſuppeditabantur, epiſtola quædam ejus ad me data ſatis declarat. Cum enim Bruxellæ moraretur, erat ei concionandum, ut alias ſæpe, per continuos omnes ſacræ Quadrageſimæ dies. Cui tanto oneri ne ſuccumberet, opus habebat haud dubie nonnulla indulgentia & laxamento durioris abſtinentiæ. Quod tamen ille, ſanctarum conſtitutionum obſervantiſſimus, vix admittebat. In ea igitur epiſtola eum pro liberaliter oblatis a ſororio ſuo, patre meo, rebus omnibus, quibus forte indigeret, illi per me tunc Lovanii ſacris litteris operam dantem gratias ageret, hæc deinde verba ſubjecit: Spero tamen me non facile aliquem meorum vel moleſtaturum vel gravaturum. Diſcere enim me oportet cum Apoſtolo, in quibus ſum, ſufficiens eſſe; & ſatiari & eſurire, & abundare & penuriam pati. Optimum eſt, inquit idem ſuis Hebræis, gratia ſtabilire cor; non eſcis, quæ non profuerunt ambulanti-

F

A lantibus in eis. A Deo igitur potiſſimum ſemper exſpecto robur & fortitudinem ad præſtandum ea, quæ mihi impoſita fuerint. Sic ille.

A Guil. Estio.

& paupertatis ardor, veriſſimus.

239 Equidem ipſe quoque comperi, tantum in eo fuiſſe zelum ac ſtudium Evangelicæ paupertatis, ut non a ſupervacuis modo, ſi quando talia ab amicis offerebantur, abſtineret; verum nec neceſſaria ſumere ſine verecundia quadam videretur, hac una in re ſuæ profeſſionis regulæ vix bene ſatisfaciens. Si quid pretioſius aut ornatius offerretur, cum urbanitate recuſabat, dicens, S. Franciſcum, ſi videret, ægre laturum. Libraria ſupellex adeo illi modica erat, ut præter ea, quæ ſibi ipſi vel privata lucubratione vel prælegente magiſtro, ſumma diligentia deſcripſerat, exceperat, annotaverat (quæ tamen omnia ſuperioris voluntati ac diſpoſitioni libenter atque obedienter permittebat) vix eſſet, quod ſupellectilis nomen mereretur. Eſt apud me ex

B ejus libris novum Jeſu Chriſti Teſtamentum, vili quidem compactura pro ſui Ordinis humili profeſſione, ſed in quo diligentiſſime manu ejus annotatas ad marginem reperi pleriſque locis obſcurioribus clariores verſiones & explicationes. Quamquam, ut fratres in commune viventes decet, a communi bibliotheca magis, quam a libris, ſuo uſui peculiariter conceſſis, ſtudiorum ſuorum ſubſidium petebat. Ex hoc Evangelicæ paupertatis amore procedebat, ut oppoſitum illi vitium proprietatis, velut peſtem cœnobiorum vehementer oderet. Cujus occaſionem ne ex indigentia ullam Fratres, quibus præerat, haberent; diligentem dabat operam, ut omnibus ex communi ſuppeditaretur, quidquid veſtium, librorum, ac ceterorum illis eſſet neceſſarium.

CAPUT II.

C *Multa a B. Nicolao fortiter dicta & geſta; ejus conciones; inconcuſſa in fide conſtantia & in ea profitenda ſimplicitas. Duplex ejus martyrium; atas, atque hujus hiſtoria ſinceritas.*

CAP. VI. *Gloriam Dei & ejus cultum ſolum.*

MUlta quoque alia pie, prudenter & graviter ab eo dicta & facta. Quoties acturum ſe quidpiam dicebat, ut lecturum, ſcripturum, foras profecturum, aut quidquid ſimile, ſemper addebat: Ad honorem Dei; illud Paulinum ſecutus: Omnia in gloriam Dei facite. Fratres ſubditos, ſi quid operis eſſet eis injungendum, ſæpe rogabat, cum præcipere poſſet. Sive autem præciperet, ſive rogaret, addebat: Ex charitate; nimirum cogitans illud ejuſdem Apoſtoli: Omnia veſtra in charitate fiant. Effuſionem unguenti pretioſi ſuper caput Jeſu interpretabatur, omnium bonorum operum noſtrorum refuſionem in Chriſtum, velut caput, auctorem ac largitorem; ita ut ne guttula quidem nobis remaneat, quam non illi referamus acceptam; in dandis conſiliis monebat ante omnia cavendum, ne Deus offenderetur. In rebus dubiis ac difficillibus acris erat judicii. Cum quædam D
mulierculæ, in ſpeciem admodum piæ & religioſæ, miras quaſdam revelationes accipere dicerentur, & portentoſa quædam ac ſtupenda paterentur, reſque in diſceptationem apud doctos veniſſet; primus Nicolaus, diabolicas eſſe illuſiones ac præſtigias affirmavit. Quod ita fuiſſe, tandem luce clarius compertum eſt. Genus mulierum, quæ nubere nolunt, nec tamen ſeculum relinquunt, nec propriæ voluntati renuntiant, nec ad regulam vivunt, quod libertate vitæ ſæpenumero abuti ſoleant, non valde probabat, referens illud cujuſdam: Mulierem oportet aut virum habere, aut murum.

in rebus mundi obſcuris ſemper fuit ſerviſſimus.

241 Cum duobus ſecundum carnem fratribus ſuis a Catholica Fide aberrantibus, egit & verbis coram, & per litteras abſens, quanta cura & diligentia potuit, ut eos ab errore E
revocaret. Quod etſi non fuerit aſſecutus (quis enim poteſt corrigere, quem Deus deſpexerit?) optimæ tamen voluntatis ac ſtudii ſui meritum apud Deum non perdidit. Cum duo quidam hæretici mortis ſupplicio condemnati eſſent, pro iis reſipiſcentibus judicem ſupplex & in terram projectus rogabat, ut eis vita donaretur. Magno & conſtanti animo egit & perfecit, ut Præfectus cujuſdam monaſterii virginum, quod ſacratis Deo virginibus impudice abuteretur, etſi humero amicorum fretus, & apud multos gratioſus, officio privatus ablegaretur. Suo quoque reformando monaſterio, ex quo Guardianus creatus, ſtudioſiſſime fuit intentus; paſſus in ea re quoſdam ex fratribus adverſarios, ſed quorum nullus martyrii cum eo particeps factus eſt. Refectiunculas ſeu verius potatiunculas pomeridianas, quæ aliquando ſecularium hominum occaſione irrepſerant in monaſterium, multis licet repugnantibus, omnino ſuſtulit. Tanta erat Nicolai in iis, quæ animo bene ſtatuerat, exſequendis & perficiendis conſtantia. Itaque da eo Petrus Montanus, vir doF
ctrina & pietate conſpicuus (ſub quo Guardiano vixerat ille duobus aut tribus locis) immobilem animi ejus, in negotio præſertim reformationis, firmitatem expertus dicebat; eum ſemper ſibi viſum aptiſſimum ferendo martyrio. Sed hæc pauca de multis ad illius viri ſanctam & martyrio dignam vitæ converſationem poſteritati probandam, ſcripta ſufficiant.

CAP. VII. *Ejus concionis de veritate Euchariſtiæ.*

242 Porro cum noviſſimæ perſecutionis tempeſtas ingrueret, duos ad plebem ſermones habuit, ut poſtremos, ita pietatis ac doctrinæ plenos: alterum Dominico die intra octavam Corporis Chriſti, quo copioſe, docte & ardenter de Chriſti Corporis & Sanguinis in Euchariſtia veritate differens, oſtendebat, non tropice, ut volunt hæretici, ſed proprie accipienda Chriſti verba, dicentis: Hoc eſt Corpus meum; Hic eſt Sanguis meus. Qua eadem oratione declarabat incredibilem Chriſti erga nos amorem, quo ſcilicet effecerit, ut cum viſibilem corporis ſui formam nobis eſſet ſubtracturus, attamen non animo tantum & ſpiritu, ſed & corpore (quod interim formis aliarum rerum in Sacramento tegeretur) apud nos uſque in finem ſeculi per-

A permanerat, atque adeo nobis commiſceretur. Nimirum ardentiſſimi amoris id eſſe argumentum verbis Joannis Chryſoſtomi pulchre monſtrabat.

Et de eundo confeſſione fidei Catholicæ.

243 Alterum vero noviſſimum ſermonem non multo poſt habuit, exhortatorium ad Catholicæ fidei, ejuſque confeſſionis conſtantiam. Quo docebat, nulla ratione, nullo caſu licitum eſſe homini Chriſtiano Fidem negare, ne quidem intentatis acerbiſſimis cruciatibus, atque ipſo mortis ſupplicio propoſito, Quin imo neceſſe eſſe, ut quiſque Fidem interrogatus, omni ſimulatione ac diſſimulatione remota, libere eam ac plane confiteatur, ſi non in æternum perire velit, cum dicat in Evangelio Dominus: Quicumque me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Et: quicumque negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Talia tunc quidem ille plebem, metu turbarum imminentium ſuſpenſam, ferventer & ſolicite docuit. Paulo poſt autem eam doB ſtrinam opere quam efficaciſſime comprobavit, quemadmodum in hiſtoria noſtra late expoſuimus. Ea namque (ni fallor) aperte monſtrat, quæ fuerit illius viri in perferendis pro Catholica religione probris ac ſuppliciis animi fortitudo, quam ardens ad martyrium ſpiritus; denique qua fide, qua caritate ſocios ad exitum uſque vitæ fuerit proſecutus.

CAP. VIII. Vindicatur in fide & confeſſione fortitudo.

244 Verum quæ pravorum hominum peſſima conſuetudo eſt, ut quidquid in bonis quos oderunt, egregium atque laudabile viderint, in malam partem contorqueant, & agnominatione vitii cujuſpiam, quod illi virtuti affine ſit, infament; non deſuere, qui Martyris hujus fortiſſimi tam fidem erga ſocios inviolabiliter ſervatam, quam invictam tot moleſtiarum ac mortis tolerantiam improbiſſime ſuggillantes, inverſis nominibus exagitarent: & alteram quidem, ſuperbam animoſitatem, alteram vero inflexibilem obſtinatæ mentis pervicaciam interpretarentur. Illam animoſitatem, quod propter fidem (ut inquiebant) imprudenter ac temere ſociis datam, nulla ratione induci poC tuerit, ut abſque iis, quos ſervare non poterat, ſibi conſuleret, ſeque periculo ſubduceret. Hanc vero pervicaciam, quod Papiſtica religio (verba eorum refero) tam fuerit intimis ejus viſceribus ac medullis penitus inſita, ut inde nec vi, nec ullo ſuadendi artificio potuerit evelli. Sic nimirum illi præclariſſimas virtutes in crimen vocabant. Contra quos inſonat illa prophetica comminatio: Væ, qui dicitis malum bonum & bonum malum.

In eorum confutanda calumnia & ſimplicitas.

245 Alii fuere, qui ſimplicitatem ejus reprehenderent, non ſine deriſione; vel quod neque ipſe ſuam de religione ſententiam paululum diſſimulare ſociorum cauſa; neque illis, ut idem facerent, auctor eſſe voluerit: vel quod ſaltem toties oblatam ſuiipſius liberationem, quæ confeſſione incolumi, ſine ſociis ei contingere poterat, ſtulte nimis, uti cenſebant, repudiaverit. Sed o ſanctam ac vere columbinam ſimplicitatem, quæ juxta Domini præceptum, ſerpentinam prudentiam ab eo nequaquam excluſerit! Etenim ea vera prudentia eſt, & ſerpentis exemplo a Chriſto Salvatore nobis ad imitandum propoſita; ut, quemodo ſerpens capitis ſalutem, totius reliqui corporis objectu, cuetur ac ſervat: ita nos illorum, quæ præciD pua, ſeu potius ſola bona ſunt, conſequendo- A. Guil. dorum & conſervandorum gratia, quidquid a- Estio. liud in bonis numeratur, ubi ſic res poſtulat, amittere, ac ſpoote etiam projicere a nobis non dubitemus. Sed hæc Chriſtiana & ſancta & ſecundum Deum ordinatiſſima prudentia ab hujus ſeculi prudentibus ignoratur; imo quod magis eſt dolendum, deridetur, & tamquam mera inſania rejicitur atque exſibilatur, haudquaquam intelligentibus ſeſe, dum id faciuot, & ita perverſe de rebus judicant, non modo tot ſanctorum Martyrum myriades, ſed ipſum quoque Martyrum caput Chriſtum Dominum in ejuſdem criminis invidiam adducere; & per hoc tam Chriſtum, quam Martyres omnes, debitis paſſionum atque certaminum ſuorum laudibus ſpoliare.

CAP. IX. Duplici martyrio

246 Quid igitur? An Nicolaum Picum Martyrem non dixerim? Imo vero bis Martyrem. Nam ſi pœnam attendas, bis laqueo conſtrictus pependit, bis mortis dolores ſuſtinuit, bis mortem ipſam, quantum quidem in ſe erat, perpeſſus eſt. Mortem enim, quam Brilæ guſtavit, E jam Gorgomii præguſtaverat, ad hoc unum Dei voluntate mirabiliter ſervatus, ut in periculoſo certamine ſocios confirmaret, ſibi coronam apud Deum duplicaret. Quod ſi vero cauſam inſpicias patiendi, nimirum hac quoque parte bis Martyrem virum hunc pronuntiare non utique dubitaveris. Nam fidei in Deum cauſam cum ceteris habuit communem; propriam vero fidei erga Fratres ſuos, quibus individua charitate conjunctus committere nullo pacto voluit, ut quos in vita dilexiſſet, in morte deſereret; Dominum in ea re ſuum imitatus, qui cum dilexiſſet ſuos, in finem uſque dilexit eos. Neque enim cum fratribus modo, ſed & pro fratribus, ejuſdem exemplo Salvatoris, animam poſuit: quos idcirco deſerere noluit, ne paſtore deſtituti, ideoque luporum morſibus expoſiti perirent. Ergo cauſam moriendi & religionem habuit, ne ea prodita ipſe petiret; & charitatem, ne dum quaſi ſeipſum amat ac ſibi conſulit., illi perirent, quorum ſibi con- F ereditam a Domino ſalutem acceperat.

affectus defenditur.

247 Denique quid noſtro opus eſt teſtimonio; cum vel inimici noſtri teſtes hujus rei ſint & judices? Ipſi enim quotquot certam rei geſtæ notitiam aceeperunt, uno ore fatentur, eum fuiſſe, ut illi quidem loquuntur, pertinaciſſimum opinionis ſuæ defenſorem; ut autem nos loqui convenit, conſtantiſſimum veræ religionis aſſertorem. Neque enim pervicaciæ, ſed conſtantiæ deputanda eſt, ad ultimum uſque ſpiritum perſiſtens in re bona voluntas. Verum iſtis in hoc Martyre diſplicuit, quod olim univerſe in Chriſtianis Martyribus Chriſtiani nominis hoſtes criminati ſunt, omnibuſque ſuppliciis perſequendum judicaverunt; videlicet immotam eorum (in) Fidei confeſſione conſtantiam pervicaciæ & inflexibilis obſtinationis vocabulis invidioſe traducentes. Sed objectant, eum non pro Fidei ſeu Religionis aſſertione mortem oppetiviſſe; verum hac tantum cauſa, quod Papæ renuntiare penitus recuſaſſet. Quo ſane verbo teſtatum certumque faciunt omnibus recte ſapientibus, enm revera pro Fide Catholica, quæ unum in terris agnoſcit ſupre-

A tum Chriſti Vicarium, Romanum Pontifi-
A. Guil. cem, glorioſo certamine defunctum occubuiſ-
Estio. ſe, Itaque teſtimonium illorum convertit Deus in caput ipſorum; ut quo ſe Martyris gloriam exſtinguere arbitrentur, eo vel maxime promoveant atque illuſtrent.

CAP. X. *De Sancti ortu, & puerilitate hiſtoria.*

248 Functus eſt autem martyrio Nicolaus, cum annum ætatis XXXVIII. nondum implevisſet. Natum enim eum accepimus anno MDXXXIV. die XXIX. Auguſti. Effigies ejus ad vivum depicta, quamvis id in tanti viri monumentis minimum duco, ſervatur a nobis, hoc aſſcripto epigrammate:

Quem nova præſentet, ſi forte requiris, imago;
Neomartyr iſte Nicolaus Picus eſt.
Gorcomium genuit: Franciſci Regula vitæ
Perfectioris attulit compendium.
Fratribus, ad normam quos cœnobiatcha regebat,
Hortator idem, duxque martyrii fuit.
Quam tenuit vivens pietatem, morte ſacravit;
Totumque ſe dicavit hoſtiam Deo.
Hæreticæ maledicta, minas, opprobria plebis
Vicit ferendo, nomine inſtructus ſuo.
B Bis laqueum paſſus, Domino ſociiſque fidelis,
Palma triumphat, & corona duplici.

Equidem gloriari non immerito mihi poſſe videor, hujus ſanctiſſimi Martyris propinquitate ſimul & amicitia; ut qui mihi ſecundum carnem avunculus, ſecundum Deum amore pluſquam fraterno conjunctus, parentum quoque meorum curam ad promovenda mea ſtudia ſuis hortatibus non parum adjuverit. Cujus rei teſtes, ejus ad me complures epiſtolas, velut theſaurum incomparabilem, qua poſſum diligentia ac religione ſervo. Utinam vero dignum aliquod illius in me viti metitis officium in conſcriptione martyrii ejus rependere potuiſſem! Quod ſi minus datum eſt, certe integra fide, ac propenſa voluntate, hoc qualecumque ſcribendi munus exſecutus, quantum in me fuit, poſteritati ad illius notitiam perpetuo retinendam deeſſe nolui.

C

CAPUT III.

Aliorum ex S. Franciſci familia Sanctorum MM. Hieronymi Vicarii, Theodorici Emdeni, Nicaſii Hezii, Wilhadi Dani, nonagenarii; Godefridi Mervellani, Antonii VVerdani, Antonii Gorcomienſis, Franciſci Rodii, Petri ab Aſca, & Cornelii VVicani elogia.

CAP. XI. *B. Hieronymi Vicarii præclara virtutes.*

HIeronymus, Werdæ natus, quod oppidum eſt comitatus Hornani, inter Fratres Minores a Guardiano proximus, quem Vicarium appellant; aliquando Terram ſanctam, pedibus Chriſti Salvatoris calcatam, pietatis ſtudio incitatus adiit atque luſtravit: & apud Hieroſolymam in monaſterio ſui Ordinis aliquamdiu moratus fuit. Hinc peregrinus ſeu miles Hieroſolymitanus vocabatur; ut ſolent, quicumque ea loca religionis ergo viſitaverunt. Porro diſciplinæ monaſticæ fuit D obſervantiſſimus, & ad omnia, quæcumque ei præpoſitus injungeret, obcunda promptiſſimus; ad ea maxime, quæ ſalutem animarum promovere quacumque ratione viderentur. Igitur in hujuſmodi negotiis verſabatur, non minus pia intentione, quam indefeſſo labore, paratus, quantum in ipſo erat, omnibus ad æternam ſalutem prodeſſe. Quæ res eum apud omnes gratioſum cumprimis reddebat. Quocumque terrarum per obedientiam mittebatur, eum locum paradiſum ſuum reputabat, affirmans, eum omnium amœniſſimum ſibi videri. Ita penitus in voluntate præfectorum acquieſcebat.

& geſta religioſo diligentiſſime

250 Ad ſolvendaa incantationes magicaa, & opera diaboli deſtruenda, tantæ virtutis exiſtimatus eſt, ut eam ob cauſam etiam dæmonibus ipſis terribilis habitus fuerit. Religionis ac juſtitiæ zelo mirum in modum ardebat, adeo quidem, ut nec magnis viris parceret, ſicubi in rempublicam peccari videret. Cujus generis unum hoc, quod ab eo paulo ante coortam noviſſimæ perſecutionis tempeſtatem factum ſuit, referam, facti qualitatem aliorum judicio relinquens. Cum animadverteret, non modo patriæ ſtatum politicum, verum & religionem ex occaſione novi tributi in grave ac manifeſtum diſcrimen adduci, graviter eam rem ac luctuoſe deplorans, inter alia ſic aliquando pro concione locutus eſt: Nulla nunc tuendæ Religionis cura. Nuſquam quæruntur hæretici. Nulla pro iis ſolicitudo, ne pereant vel ne perdant. Jacent leges, dormit inquiſitio. Pullulant hæreſes atque ſuccreſcunt, & paſſim, nemine prohibente graſſantur impune. Solus quæritur decimus denarius. In hunc jam omne ſtudium & cogitatio convertitur. Et quid multis? Omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Jeſu Chriſti. Potuit ſane & illud adjeciſſe, quod virum quemdam doctum æque & pium, ſub idem tempus atque eadem occaſione memini, repetere apud ſuos identidem ſolitum ex hiſtoria ſacra, ubi Samuel ad Saulem ait: Miſit te Dominus, dicens, vade & interfice peccatores Amalec, & F pugnabis contra eos uſque ad internecionem eorum. Quare ergo non audiſti vocem Domini? Sed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini.

compendio memoratur.

251 Et illa quidem tunc ab Hieronymo, non minus vere, quam libere dicta ſunt, Quamquam ia alioqui vit erat ſingulari tum manſuetudine, tum morum facilitate atque animi candore; quod nos aliquando eo familiariter uſi, & ipſa experientia docti, vetaciter teſtari poſſumus. Sermonis autem ea erat gratia, ſeu colloquiis privatis, ſeu concionibus publicis, ut animos variis cupiditatum motibus agitatos afferatoſque, ſua lingua, velut altera Davidis cythara demulceret, & ad tranquillitatem, cultumque vitæ ſanctioris reduceret. Non hic commemorabo, qua animi fortitudine perſecutionis impetum ſuſceperit, qua conſtantia pertulerit, qua libertate fidem Catholicam profeſſua, qua ſpiritus vehementia Religionis hoſtibus fuerit adverſatus. Sant enim hæc omnia ſatis ex ſuperiori narratione manifeſta. Solum

hoc

A hoc adjicio, toto captivitatis tempore dinoctuque ab eo non fuiſſe ceſſatum, cohortandis & animandis fratribus, ut ſuſceptum pro veritate certamen, ad meram uſque perducerent. Quo in genere, uti plurimum valebat, ita diligentiſſime Guardiano ſuo ſubſidiariam præſtabat operam fidelis Vicarius. Erat autem annorum fere quinquaginta, quando citrum mortalis vitæ nobili martyrio conſummavit.

CAP. XII. *B. Theodorici Hondeni elogium.*

252 Theodorieus ſive Theodorus Emdenus, vir pius & eruditus, Amorfortiæ (quod eſt oppidum non incelebre ditionis Ultrajectinæ) natus eſt ex honeſta & Catholicæ religionis ſtudioſa familia; & ea quidem adeo numeroſa, ut ipſe a eentum fere, diverſæ ætatis & ſexus hominibus, patruus aut avunculus ſalutaretur. Huic adoleſcenti eum agnati ejus (ut ſe habet hodie carnalis agnatorum affectus) optimum aliquod ſacerdotium in reliquam vitam commode tranſigendam procurare vellent; ab hujuſmodi cura & eogitatione B deſiſtere eos juſſit. Cum deinde in abbatia quadam, ſi in ea monaſticen profiteri vellet, multum ei dignitatis atque eminentiæ promitteretur; iis contemptis, quod nudum Chriſtum nudus ſequi mallet, & famulum ejus Franciſeum in eo vitæ genere monſtrando præcipuum ductorem eſſe didiciſſet, ſanctiſſimum illius inſtitutum amplexus eſt. Erat autem amator & ſectator primæ illius atque auſterioris diſciplinæ ſui Ordinis; eujuſmodi ſe juvenem reperiſſe, eum primum eam Religionem ingrederetur, dicebat. Præfectus fuit apud Gorcomienſes ſacris virginibus monaſterii S. Agnetis, tertiam S. Franciſci regulam profeſſis. Quo in munere, dum ſedulo ſanctæque verſatur, jam ſenex aut ſenio proximus, ad communem eum fratribus martyrii palmam evocatus, ex hac vita migravit.

CAP. XIII. *B. Nicaſii Hezii, ſolemnis confeſſoris,*

253 Nicaſius Joannis, Adriani filius, a quodam Campiniæ noſtræ pago, qui naſcentem eum excepit, Hezius dictus. Quo eognomento ex nomine patriæ accepto, multi alii appellati fuerunt ejuſdem fere familiæ viri, doctrina & pietate eelebres; atque imprimis C Theodorieus Hezius, Nicaſii patruus, qui Adriano Sexto, Pontifici Maximo, Romæ aliquando fuerat a ſacris miniſteriis: ac poſtea apud Leodienſes auctoritate multum excelluit. Nicaſius ipſe vir fuit pietate conſpicuus atque Evangelicæ perfectionis egregius ſectator, idemque in ea Theologiæ parte, quæ contemplationi intenta eſt, ac myſticos ſacræ Scripturæ ſenſus exquirit, inſigniter verſatus. Quæ cauſa fuit, ut ſermones ejus ad populum ſublimiores & ſubtiliores haberentur, quam qui a vulgo poſſent intelligi. Rem probant reliquiæ lucubrationum ejus, quæ apud me aſſervantur, ipſius manu ſcriptæ. Is ante ſuſceptum ſanctæ Religionis habitum, egerat annos non paucos in academia Lovanienſi: ubi poſt artium liberalium decurſum ſtadium, ſacris Litteris in Adriani ſexti collegio (quod Pontificium vocant) operam dedit, & eruditioni ſuæ debitum baccalaureï titulum adeptus eſt: admodum carus eo tempore & deinceps inſigni theologo, Martino Rythovio, qui poſtea primus ac laudatiſſimus Iprenſium apud Flandros Epiſcopus fuit.

254 In lectione Scripturæ ſacræ tam erat D exercitatus, ut magnam ejus partem memoriter teneret. Pſalterium totum eallebas ad unguem. Libros omnes Inſtrumenti oovi, præcipue vero Epiſtolas Apoſtolicas ex memoria recitare poterat. Porro conſiliis dandis & eonſolandis miſeris valebat plurimum. Qua in re (quod rarum eſt & admirandum exemplum) ne minimum quidem ſuo eommodo tribuebat, munuſcula etiam quantulacumque accipere omnino recuſans: tametſi licite & citra cujuſpiam offenſionem id facere interdum potuiſſet. Sed reipſa declarare voluit vir ſanctus, illius eſſe ſe imitatorem, qui dilectis ſuis in Chriſto filiis ſcribens ait: Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos, & non ero gravis vobis. Non enim quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos. Quoties autem petentibus eonſilium impertiebat, e ſacris Litteris vel Patrum ſcriptis aliquid proferebat, quo ſuam ſententiam confirmaret. Sæpe etiam exempla Sanctorum, quos vel Scriptura divina vel Eccleſiæ commendaret auctoritas, ad rem præſentem, ſuper qua conſultus eſſet, adhibebat. E

A.GUIL. ESTIO. *& in facris Litteris verſatiſſimus,*

255 Eam interim moderationem ſervabat, ut ſi quando ab illo conſuleretur, cujus ipſe confeſſionum non eſſet auditor, potius ac prius eum ad ſuum remitteres confeſſionarium; cui univerſum animi ejus atque interioris hominis ſtatum certius perſpectum atque exploratum eſſe non dubitaret. Quæ quidem res ad conſulendum utiliter de iis, quæ ſpectant æternam ſalutem, eſt eommodis neceſſaria. Jam vero ut & horas ſuas optime eollocaret, & pluribus prodeſſet; multos libellos, quos ad pietatem & affectuum mortificationem quam maxime profuturos judicabat, in linguam Belgicam ex Latina convertebat; ac ſua manu deſcriptos paſſim diſcipulis ſuis, utriuſque ſexus hominibus, liberaliter & gratis diſtribuebat. Et hujus quoque laboris ejus monumenta quædam apud me ſuperſunt. Erat ei matertera, Lucia nomine, quæ cum prima ætate corpore ſana, ac viribus integra fuiſſet, poſtea, Domino eam viſitante, membrorum omnium adeo facta eſt impos, ut loco ſemetipſam movere numquam deinde potuerit; ſed in ſella geſtatoria, quocumque opus erat, alieno miniſterio portanda eſſet. Hanc Nicaſius ut ſingularem Dei amicam, quotannis ſemel inviſebat; ut & piæ conſolationis officium ei impenderet, & ad patiendi conſtantiam hortaretur. F

magna in dandis eonſiliis prudentia.

CAP. XIV. *qui eccam eommotio produxit.*

256 Cum poſt priores tumultus, quos per Belgium nova Geuſiorum factio eoocisaverat, magna Belgicæ eccleſiæ tranquillitas ſucceſſiſſet; Catholicis ſecura libertate, quæ ſuæ ſunt Religionis, exercentibus, adverſariorum factione penitus, ut videbatur, oppreſſa: prædixit Nicaſius, iterum brevi tam gravem exorituram perſecutionis procellam, ut, quo cruentas hæretieorum manus evadant, in ſilvis ac ſpecubus abdere ſe præ metu Catholici eogantur; adeoque quo ſe vertant, neſciant. Quod etſi tunc apud eos, qui talia loquentem audierunt, fidem non invenerit, ae tantum non riſu fuerit exceptum; veriſſime tamen fuiſſe prædictum, iidem illi haud multo poſt, eventu eomprobante, didicerunt. Cum igitur ſeu perverſitate plebis,

A seu neglectu eorum, qui præerant, ſenſim pro-
A. Guil. ſerperet inteſtinum hæreſeos malum, atque ex-
Estio. inde Catholicorum afflictiones & pericula cre-
ſcerent in dies; numquam ille tamquam ob rem
inexſpectatam ac novam, attonitum ſe aut con-
ſternatum animo oſtendit; quippe divino ſpiri-
tu (quod nobis credere par eſt) ea aventura
dudum ante prævidiſſet: ſed hoc tantum verbo
ſe ſuoſque familiares ſolabatur; quoniam ſic eſ-
ſet voluntas Dei. Porro quanta fuerit in eo mentis ſecuritas atque ſerenitas, toto captivitatis tempore, quanta item precandi aſſiduitas, quanta denique pro fratribus infirmioribus, ne tandem deficerent, ex charitate ſolicitudo; ſatis arbitror ex hiſtoria noſtra ſuperiore perſpicuum eſſe. Compleverat autem annos ætatis ſuæ L. vel eo amplius, quando per glorioſum martyrium, mortali exutus corpore, cœpit eſſe cum Chriſto.

CAP. XV. B. Willehadus, omnigenarius monachus ordinis Præmonſtratenſis.

257 Willehadus, ſeu contracto nomine Wil-
B hadus, Danus, ſocios omnes paſſionis, annorum numero longe ſuperavit; utpote nonagenarius, aut certe illi ætati proximus. Vir ſtatura procerus, vultu ac toto corpore adeo macilentus, ut oſſibus ac pelle tantum conſtare videretur. Eum in Daniæ regno natum & educatum, & B. Franciſci regulam profeſſum, commota in Catholicos, præſertim monachos, perſecutionis rabies iode profugere, atque in vicinam Hollandiam ſe recipere cogit; ita quidem diſponente Deo, ut per eam fugam corona martyrii dilata dumtaxat fuerit, non ablata. Profugum itaque ut Fratrem ſuſcepit, ac toto deinceps tempore aluit cœnobium Fratrum Minorum Gorcomienſium: ubi & linguam Belgicam, cujus initio prorſus ignarus erat, didicit. Eminebant in illo viro morum ſimplicitas, vitæ puritas, verborum parcitas. Quæ virtutes enim Deo & hominibus commendabant. In audiendis peccatorum confeſſionibus non minore fructu, quam labore & ſedulitate verſabatur; multis ad eum ob ſpectatam hominis integritatem exomologeſis cauſa concurrentibus. Precibus, juxta Dominicum ſimul & Apoſtolicum præceptum, ſemper ac ſine intermiſſione vacabat.

Pietatis maxime deditus.

C 258 Cumque ingruente in Eccleſiam noviſſimæ perſecutionis tempeſtate, rogaretur a quibuſdam, ut pro Eccleſiæ tranquillitate Deum oraret; reſpondit, id ſe facere continuis diebus ac noctibus. Nec dubitatum eſt ab iis, qui virum noverant, verum eſſe, quod diceret. Nam neque poſtea moleſtiæ carceris eum ab orationis aſſiduitate revocare potuerunt. Etenim ſere una cum Nicaſio, fixis in terram genibus, orationi jugiter inſiſtebat. Faciebant autem id ambo tanta mentis alacritate & ſecuritate, ut non carceris ærumnis affici, ſed lautis epulis refici viderentur. Denique ſola morte ſtudium orandi vir ſanctus terminavit, ut ad eam perveniret vitam, in qua & orationis fructum perciperet, & paſſionis ſuæ præmio ſine fine gauderet. De patientia ejus ac ſingulari manſuetudine nihil hoc loco dicam, quod de iis in hiſtoria dictum ſit ſatis.

CAP. XVI. Brevis memoria B. Godefridi Mervellani.

259 Godefridus Mervellanus, ſacratæ ſupellectilis cuſtos, quem ſacriſtam vocant, idemque confeſſionibus pœnitentium audiendis deſtinatus fuit. Multum piæ occupationis ponebat in imprimendis ac depingendis Chriſti & Sanctorum imaginibus, quæ deinde inter pios homines diſtribuebantur.

260 Antonius, Werda, quam communem D
cum Hieronymo patriam habuit, ortus, ſince- CAP.
rum ac fidelem egit verbi Dei concinnatorem. XVII.
Is ſæpe vicatim apud ruſticos indefeſſo labore B. Antonii verbi Dei verba vitæ diſſeminans, ſimul eorum pietatem Werdæi.
excitabat ad gratuitam temporalis ſubſidii communicationem. Qua ſua ſolicitudine, non exiguam opem ad ſublevandas fratrum ſuorum neceſſitates conſarebat. Vitam agebat ſatis duram; ſed quam hilaritate animi temperaret. Ea concione, quam ad populum habuit noviſſimam, ſerio ad orandum Deo auditores hortabatur, hujuſmodi verbis: Nunc, ſi umquam alias, tempus eſſe, quo inſtantiſſime Deum orare oporteat. Gladium enim juguli jam admotum, ſecurim ad radicem arboris poſitam eſſe; videlicet e proximo imminentem Eccleſiæ perſecutionem & vaſtationem, quaſi divino monitu præſenſiſſet, ſignificans.

261 Antonius, Hornariæ, vico juriſdictionis CAP.
Gorcomianæ, parentibus natus eſt pauperculis XVIII.
quidem illis & ruſticanis, ſed juſtitiæ non mi- B. Antonii Gorcomienſis,
nus quam religionis avitæ cultoribus tenaciſſimis, & profecto, martyre filio non indignis. Sacris concionibus ad plebem habendis operam Eccleſiæ Dei navavit haud inutilem, eo magis, E
quod a doctrina vita minime diſcordaret.

262 Franciſcus Rodius, patria Bruxellenſis, CAP.
vixdum ſacro presbyterii ordine initiatus, ætate florenti ad martyrii coronam ab agnotheta Chriſto evocatus eſt. Blennio fere ante mortem lectioni & ſtudio Scripturæ ſacræ ſe totum addixerat; eaque diligentia jam effecerat, ut & concionandi munus ad plebem feliciter obiret, & ſpem daret egregii profectus in poſterum, niſi feliciori morte præventum, repente Deus Sanctorum ſuorum gloriæ ſociaſſet.

263 Petrus ab Aſca, non incelebri Brabantiæ vico, laicus fuit; ſed tamen regulæ profeſſinne in familiam B. Franciſci cooptatus, ac rerum temporalium fideli ſedulaque procuratione ſalitus utilem fratribus operam præſtare.

264 Cornelius, Doreſtati Batavodurenrum, CAP.
oppidulo agri Ultrajectini, quod hodie Wica XXI.
dicitur, natus, itidem laicus fuit, ac fratribus B. Cornelii Wicani. F
ſuis a negotiis quotidianis, quem Familiarem vocant, Cererum vir bonus & ſimplex, & obediendi promptiſſimus. Qui aliquando cum Buſciducis ageret, vocatus a Guardiano ſuo, dicente; Frater Corneli, eundum tibi eſt Ultrajectum: ſtatim ſe paratum eſſe reſpondit. Nihilque de negotio, cujus gratia mitteretur, ſciſcitatus, continuo iter arripuit. Ut autem venit Ultrajectum, ab ejus loci Guardiano interrogatus, cur veniſſet; retulit mandatum Guardiani ſui, quo dixerat: Eundum eſt tibi Ultrajectum: nec quidquam præterea. Miratus ille fratris tam ſimplicem obedientiam, reverti eum juſſit ad ſuum Guardianum, & quid vellet, quærere ac renuntiare. Hactenus Franciſcanos Martyres ordine proſecuti ſumus. Nunc de aliis dicamus.

CA-

A

CAPUT IV.

B. Leonardus humanioribus & ſacris diſciplinis probe inſtitutus, ad Gorcomienſes miſſus, magnam ſibi virtutibus, doctrina & abuſuum reformatione auctoritatem conciliat. Ejus in hæreticorum injurtis manſuetudo.

C. XXII. *B. Leonardus humanis & divinis litteris optime inſtruitur.*

LEonardus Vecchelius, parochus ſenior, Buſciducis, quam ut Latiniore vocabulo Silvamducis alii dicere malunt, inſigni Brabaotiæ civitate natus, optimos ſane parentes habuit, ſive ſinceritatem Religionis, ſeu vitæ ſpectes integritatem: a quibus ille nequaquam degeneravit. Cum primum per ætatem licuit, Latinis litteris imbuendus traditus eſt in urbe natali, ubi gymnaſium fuit.

B ſe litterarium longe celeberrimum jam alibi me dixiſſe memini. Inde Lovanium miſſus, artes liberales, potiſſimum dialecticam & phyſicam perdidicit in pædagogio, cui Falconis inſigna & nomen eſt. Ejus autem ſtudii percepta laurea, eum toto jam animo ad ſeriorem diſciplinam aſpiraret, paulo poſt in collegium Adriani ſexti ſuit receptus: ubi novem plus minus annos continuos ſacræ Theologiæ operam dedit. Quo quidem ſtudio, eum diligentiæ ejus & ingenium & memoria & magiſtrorum cura pulcre reſpondorent, id aſſecutus ſuit, ut quamvis non ultra baccalaureï gradum proceſſerit, in præcipuis tamen Theologis numeraretur, & rerum divinarum peritia multos eorum, qui gradu præcederent, antecelleret. Sub finem illius ſtudii, publicis Theologiæ candidatorum diatribis, quibus ad baccalaureatum exercentur, præfectus, quem Priorem vocant, eſt deſignatus. Neque interim ſacrarum concionum exercitium ab eo neglectum aut prætermiſſum ſuit. Quo in genere quantum valeret, jam tunc cœpit innoteſcere.

C

ad curam paſtoralem Gorcomium mittitur.

266 Contigit eo tempore deſiderari parochum apud Gorcomienſes: placuitque non aliunde quam Lovanio peti; quod ea maxime ſchola viros inſigniter atque Catholice doctos producere ſolita eſſet. Porro nullus ad eam provinciam viſus aptior Leonardo. Qui rogatus, vix tandem aſſenſit, ita ſuadentibus amicis, ac potiſſimum auctore Ruardo Tappero, Lovanii id temporis theologorum coryphæo, necnon academiæ Cancellario. Qua quidem in re Ruardus ad implendum, quod ipſe futurum aliquando prædixerat, cooperari viſus eſt. Nam ut de illo refert, in quadam ad Rudolfum ſecundum Imperatorem præfatione, Reverendiſſimus Epiſcopus Lindanus, ejus item olim diſcipulus, in publicis prælectionibus dixit non ſemel ad ſuos auditores, quorum unus Leonardus, hujuſmodi verba: Sunt inter vos, qui (propter) Chriſtum ac Fidei Catholicæ cauſa trucidabuntur. Cujus certe dicti veritatem Leonardus imprimis, ab ipſo Ruardo in Hollandiam miſſus, morte ſua comprobavit. Is igitur Gorcomium ad paſcendum gregem Dominicum, legitime vocatus & miſſus, nihil prius habuit, quam ut illi ſuæ tam ſanctæ, tamque arduæ vocationi pro virili ſatisfaceret. Idque adeo, ni fallor, egregie præſtitit, illius operante gratia, qui miniſtris ſuis plantantibus & rigantibus, pro ſuæ voluntatis beneplacito tribuit incrementum.

D

A. GUIL. ESTIO.

267 Cum primum Gorcomium ad curam, cui ſe addixerat, adminiſtrandam proficiſceretur; etiam atque etiam apud ſe reputans, quanto ſe oneri ferendo lubjeciſſet, in hæc ſubinde verba non ſine gemitu prorumpebat; Hem, quid feci miſer; qui provinciam tam duram atque difficilem meis humeris imponi paſſus fuerim? Quare ſuadentibus aſſenſi? Quare tam facile acquievi? Verumtamen etſi merito eum deterrebat moleſtiarum ac difficultatis metus: invitabat tamen & impellebat illa, quæ omnia ſperat & omnia luſtinet, charitas. Quin & præſens Eccleſiæ neceſſitas operam ejus viri, ut qui in hunc ſcopum omnia ſua ſtudia jam inde ab initio deſtinaverat, jure ſibi depoſcebat. Sic igitur ille E quinque talentis a Domino ditatus, cum ejus benedictione alia quinque talenta ſuperlucraturus, paſtoralem ſuſcepit curam plebis Gorcomianæ. Apud quam dici vix poteſt, quantum in brevi creverit auctoritas, non quidem ullo aſſectato ſtudio comparata, ſed innixa potiſſimum his tribus, integritate vitæ, rerum divinarum ſcientia, & facundia ſingulari, tam in concionibus ad plebem, quam in congreſſibus quotidianis.

CAP. XXIII. *ubi vigilantia & egregia dotibus.*

ſumma ejus auctoritas virtutum & ardentium concionum cauſa.

268 Neque vero Gorcomii tantum in pretio habebatur, ſed ad vicinas etiam civitates nominis ejus fama penetraverat. Quibus in locis, non Gorcomii modo, multi doctrina atque exhortatione ejus, partim ab errore in viam veritatis revocati ſunt, partim vacillantes & in errorem proclives, in veritate Catholica ſunt confirmati. Porro quanti ille a doctis viris habitus fuerit, vel hoc arguit, quod aliquando Lovanii, in publica theologorum diſputatione, quiddam de quo diſceptabatur, illius uſu ſeu praxi fuerit aſſertum, atque ejus allegato nomine diceretur: In ejuſmodi caſu ſic facit Paſtor Gorcomienſis. Quid multa? Fuit vir ille, ut in re theologica ſolide doctus, ita & in ſermone ad docendum potens, ad exhortandum vehemens, ad perſuadendum efficax, ad diſputandum mire promptus & expeditus, eodemque in genere acer & invictus; adeo ut congredi cum eo nullus adverſariorum auderet. Denique multa rerum experientia inſtructus (quod non in minima parte laudum ejus ponendum eſt) ita prudenter actiones ſuas inſtituebat, ut malevolorum calumniis haud temere pateret.

F

CAP. XXIV. *Ejus in pauperes largitas.*

269 Jam præter ea, quæ dixi, charum omnibus reddebat inſignis viri modeſtia, ac morum comitas facilitaſque, ſed quam ita gravitate temperaret, ut pariter & auctoritati conſuleret & gratiæ. Factum inde, ut & propenſior in eum eſſet bonorum civium liberalitas, & auctarii loco (quod ordinarium ejus ſtipendium pertenue eſſet homini, ut ille erat, hoſpitali, atque in pauperes benefico) fuerint ei a ſenatu ex ærario publico decreti in ſingulos annos aurei centum,

A tum, tametſi hujus ſenatus conſulti fructum, A. GUIL. ESTIO. ſurgente paulo poſt in ipſum aliosque Dei miniſtros intemperie perſecutionis, nullum umquam perceperit. Magna fuit & perpetua ejus in pauperes largitas; ſed eo maxime tempore probata, quo fames ingens ex inopia rei frumentariæ nata, totum fere Belgium dapaſcebat. Tunc enim non facultates modo, ſed & ſua, ut ita dicam, viſcera profundere viſus eſt in pauperes, atque in eos maxime, quos graviori neceſſitate premi didiciſſet. Quod dum faceret, geminum paſtoris munus uno eodemque opere bonus paſtor exercebat; ſimul & inopes alimento paſcens, & divites exemplo.

Egenorum curæ, & ſacræ virtutes S. Parochi laudatæ.

270 Solitus autem arat ea per ætatem ſibi comparare, quibus bieme ſubſequente in pauperes diſtributis, eorum indigentiam ſolaretur; velut caſeos, ceſpites focarios, aliaque hujuſmodi. Idque etiam ejus ætatis initio, qua martyrio affectus eſt, facere jam cœperat: neque, ut multi ſolent, ex iniquitate temporis anſam arripuit minuendæ liberalitatis. Quoties ægrotantibus teſtuoribus adminiſtrabat Sacramenta, non ſolum conſueto ſibique debito B ſtipendio abſtinebat, verum etiam de ſuo ſæpe reponebat multo etiam amplius, quam ſuerat jura conſuetudinis accepturus; videlicet utramque, quantum in ipſo erat, infirmitatem, geminato pietatis officio depellens. Caſtitatem perpetuo ſervavit, non illibatam modo, ſed ab omni quoque ſiniſtra ſuſpicione liberam. Quamobrem & calumniæ, quæ fuerant adverſus ejus pudicitiam, cum Gorcomii captivus eſſet, a quibuſdam improbis excogitatæ, tales erant, ut ſuos magis auctores conſpergerent, quam in ipſo aliquatenus hærerent. Quam autem in caſtiganda & edomanda carne ſeverus in ſeipſum ac rigidus fuerit, vel ex uno conjici poteſt, quod ita exacte ipſa cum collega Poppelio ſervare ſolitus erat quadragenarium Eccleſiæ jejunium, ut evidenter in mirifique vultu maceratio carnis ex abſtinentia appareret; atque ob id a nonnullis eorum familiaribus diceretur, vere eos illo jejunio (quo decimam totius anni partem Ec- C cleſia Deo quaſi conſecrat ad abſtinentiam) decimas pendere carnis ſuæ.

271 Ut autem de Leonardi ſolicitudine ac vigilantia paſtorali pluſculum aliquid dicamus: cum in eo munere multa ſint, quæ paſtoris animum (qui non perfunctorie ſed ſerio, tamquam coram Deo velit illud obire) diſcruciant & graviter inquietent; nihil ille tamen æque ſibi moleſtum ducebat, atque pœnitentium audiendis confeſſionibus vacare: ut ex ore ejus aliquando audiverim, cum diceret, malle ſe ter concionari, quam ſemel confeſſionibus aures præbere: idque cum ob alia, tum ob hanc, ut ipſe fatebatur, cauſam, quod aliorum peccata, interdum pudenda ac turpia audire, & audita verſare in animo ſæpe cogatur vel invitus, quiſquis hujuſmodi officio ſe mancipaverit. Quæ res quantum animo vere pudico tormentum afferat, ſentiebat ille, & ſentiunt quotquot in pudicitiæ caſtris Chriſto militantes perpetuum cum carne, hoſte domeſtico, bellum gerunt. Itaque ſellam, in qua ſedens confeſſiones auſcultabat, carnificinam ſuam appellare ſolitus erat, eo Belgico vocabulo, quod Latine ſonat cruciabile D ſcamnum.

CAP. XXV. *Cur ſæpius confeſſionibus præbere ſe renuerit.*

272 Porro quoties res poſceret, & officii ſui neceſſitas, imo Chriſti charitas eum urgeret, nullius hominis vultum reverebatur, quo minus libere & vitia caſtigaret, & veritatem eloqueretur, ſive publice, ſive privatim ita fieri oportere, recta ratio monſtraret. Peſſimam quorumdam conſuetudinem, qua pactis ſponſalibus, ſtatim ad communem thalamum futuri conjuges admittuntur, antequam ſolenni ritu juxta morem Eccleſiæ Matrimonium contraxerint, velut rem inter Chriſtianos minime ferendam, acerrime infectabatur. Neque ſponſos modo, qui ſic convenirent; ſed omnes, quorum ad eam rem, tamquam ad concubitum fornicarium, vel opera vel aſſenſus interveniſſet, mortali culpa teneri, multis licet contra frementibus, conſtanter & palam aſſeverabat. Accidit aliquando, ut quidam Catholici ac probi, ſed nimium ſimplices parentes, infanti ſuo baptizando hæreticum hominem ſuſceptorem advocaſſent. Quo Leonardus conſpecto & cognito, nihil diſſimulans, E aperte planeque negavit, ſe illo ſuſceptore infantem baptizaturum. Non poſſe ad id munus admitti, cujus non ſit recta & integra fides. Quod ſi prolem a ſe baptizatam vellent, Catholicum ſuſceptorem adhiberent.

Peregrina in Baptiſmo nomina imponi vetat.

273 Tandem igitur, hæretico nequidquam obmurmurante, vocatus advenit Catholicus quidam; quo ſuſceptionis officium præſtante proles baptizata eſt. Non ſinebat infantibus baptizandis imponi nomina peregrina vel ethnica, vel ejuſmodi, quæ nullius Sancti appellatione conſecrata jam anta fuiſſent; indecorum judicans, Chriſtianos ac Chriſtianorum filios nomina gerere non Chriſtiana. Quod tamen hodie ita apud multos uſu receptum, ſeu potius prava quadam affectatione introductum videmus, ut ſibi vel ſuis pulcrius exiſtiment, e poetarum fabulis nomen alicujus herois geſtara, quam e ſacris hiſtoriis Apoſtoli vel Martyris cujuſpiam, quem imitentur, F ſcriptum in cœlo nomen aſſumere. Inter alia Chriſtianæ vitæ præcepta vir pacis amantiſſimus ſæpe ſuos admonebat, ne facila lites ſuſciperent, ſuſceptas ut quamprimum componerent. Multum ex iis fieri non temporis modo, ſed & charitatis atque animi tranquillitatis detrimentum. Malle ſe dicebat tranſigere pro dimidio, quam litigando conſequi totum, etſi juſtiſſime ac certiſſime debitum. Monebat etiam, ob rem pecuniariam ne facile jurarent: jacturam potius ferendam aliquanti commodi temporalis, ut nomini divino parcatur.

CAP. XXVI. *Summa patientia hæreticorum injurias ferens.*

274 Jam vero, ut erat leni ingenio, ac ſingulari morum facilitate præditus, talem ſe non modo Catholicis ac probis, verum etiam improbis & hæreticis exhibebat; donec ad eorum correctionem ſpes erat hac via quidquam proficiendi. Etenim illud Apoſtoli, tamquam ſibi dictum, jugiter retinebat: Servum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati; nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captivi

tenen-

A tenentur ad ipſius voluntatem. Verbo factove lædus, ab iis præſertim qui a tramite rectæ fidei aberrarent, placide tolerabat, atque etiam diſſimulabat injuriam. Contigit non ſemel, hæreticos feneſtram domus ejus vitream, quæ ad plateam erat, projectis in eam lapidibus lacerare. Quam ille ſtatim altero die, accito vitrario, refici curabat, ut nec veſtigium illius injuriæ reliquum prætereuntibus appareret. Hac inſigni manſuetudine ac patientia, multorum fregit ac vicit hæreticorum animos: qui ſecuti vocem paſtoris ſui, rejecto pertinaci errore, ad gremium matris Eccleſiæ redierunt.

eodem vult Anabaptiſtam ad frugem redire:

275 Quamquam illorum quidam, more feminis, quod non in terram bonam ſed ſuper petroſa cecidit, radices non habuere, ſed commota propter Dei verbum perſecutione ſcandalum paſſi, continuo redierunt ad vomitum, non ſine gravi luctu paſtoris, cujus opera videbantur ab errore correcti. Unus ſane, quem Anabaptiſtarum inſania multo tempore ſic occupaverat, ut pro certo perſuaſus eſſet, apud
E eos ſolos eſſe veram ac ſinceram divini verbi intelligentiam, diligenti cura Leonardi, in ovile Chriſti reductus, quanto ſtudio prius ſectabatur hæreſim, tanta ac majori etiam animi devotione poſtea Catholicam Religionem excoluit. Quin & hujus incomparabilis beneficii perpetuo memor, gratias agere numquam deſtitit ei, quo magiſtro, depulſis erroris ſui tenebris, lumen veritatis aſpexerat. Idemque etiam poſt ſui paſtoris obitum, atque ea tempeſtate, qua Catholici graviter agitabantur, in accepta ſemel ab illo doctrina, firmus & conſtans, uti nobis relatum fuit, Dei gratia perſeveravit. Quod exemplum in Anabaptiſtis uti rariſſimum, ita admiratione & memoria dignum eſt, eamque ob rem peculiariter a nobis annotatum. Simulem curam ad revocandum ab errore alios, etiam cujuſcumque generis hæreticos, bonus paſtor adhibebat. Ad quos ſi quando ægrotantes & clinicos, pro ratione muneris ſui paſtoralis acceſſiſſet, extremo jam pe-
D riculo nihil non tentabat, ut eos e diaboli faucibus eriperet.

nullum locorum ſuorum negligens.

276 Itaque non contentus doctrina, ſupplex interdum & flexis genibus eos orabat, e vita ne diſcederent ſine pœnitentia, & viatico Corporis Chriſti: ſed ita, ut ante omnia fidem exigeret hujus myſterii. Quippe eam diſciplinam ſtricte obſervabat, ut nemini morituro, ne petenti quidem, ſalutis viaticum præberet, niſi clare & diſerte de eo Sacramento hoc ſe credere profeſſo, quod Catholica credit Eccleſia. Neque aliquando, ſecus ut faceret, ullis amicorum aut propinquorum ejus, qui ægrotabat, precibus adduci potuit. Quod ſi, ut fit interdum, ſerius ad ægrotum vocatus, loquendi viribus deſtitutum inveniret, neque omnino compertum haberet, hominem Catholicum eſſe, ſciſcitabatur e vicinis, num vidiſſet eum eccleſiam frequentantem, & Eccleſiæ Sacramenta præſcriptis ab ipſa temporibus accipientem. Qui ſi negarent; ipſe quoque, negato viatico, diſcedebat: ne vel margaritam porcis objiceret, vel illegitimæ diſpenſationis reus, peccato communicaret alieno. Denique totus in hoc erat, ut quos ſuorum noſſet in fide fluctuantes, regeret & confirmaret: deviantes autem, ab errore in rectam viam reduceret.

D A. Guit. Estio.

CAPUT V.

Hæreticorum confuſiones a puella explicata: B. Leonardi adverſus eoſdem conciones; contemptus periculorum, ut oves ſuas cuſtodiat; qua cauſa lauream Theologicam etiam negligit: ut ut doctus & eloquens, modeſtus ſemper & humilis.

AD eam rem inter alia commemorare ſolitus erat de puella quadam; quæ cum Veſaliæ cum parentibus ſuis habitaret (id oppidum eſt Cliviæ, quod complures jam annos magna hæreticorum omnis generis colluvies, permiſſa ſibi libertate fruens, incolebat) & aliquando Gorcomium veniſſet, ædem ſacram ingreſſa, Leonardum ut parochum adiit, exomologeſim peccatorum more Catholico factura. Quærente ex ea Leonardo, (quod externam eſſe puellam videret) unde veniſſet, reſpondit illa Veſalienſem ſe eſſe, ac Veſalia recenter adveniſſe. Rurſum parochus: Quid cauſæ eſt, inquit, filia, ut in animum induxeris confiteri peccata, quod Papiſtarum eſt: cum apud vos id minime fiat, ubi tot ſunt, tamque variæ de Religione opiniones, omnes a Papiſtica diverſæ. Tum illa: Domine, inquit, tute jam ipſiſſimam cauſam dixiſti; quia ſcilicet illic tam variæ ſunt & confuſæ, pugnanteſque de Religione ſententiæ. C. XXVII. *Puella Veſalienſis B. Leonardo oppoſita argumento.* E

278 Ea namque ce mei parentes animadverſa, licet non raro, ut ad novam tranſirent Religionem, ſolicitati, ſic apud ſe ſtatuerunt: Tantiſper in antiqua Religione ſibi permanendum, dum omnes illi, quos tam varios tamque inter ſe diffidentes cernerent, in concordiam unius cujuſpiam fidei redigantur. Quam ſi noſtra meliorem eſſe didicerint; tum demum tempus fore, ut ad eam ſe transferant. Hujus exempli commemoratione, multorum animos ad conſiderationem veritatis paſtor ſedulus excitabat; ita ut paſſim omnibus in ore eſſet prudentiſſimum puellæ Veſalienſis reſponſum. Quis enim neſcit in illa ætate, & in illo ſexu F ſermonem ſapientem, ut rarum, ita cumprimis gratioſum eſſe, atque omnium applauſu dignum videri? Reſponſum certe illud admodum ſimile verbis B. Auguſtini, quæ lib. 5. Conf. extrema poſuit, ita de ſe loquens: Statui ergo tam diu eſſe catechumenus in Catholica Eccleſia, mihi a parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret, quo curſum dirigerem. *confuſæ pugnacesque hæreticorum ſententiæ.*

279 Quo tempore nova Geuſiorum factio Belgicam Eccleſiam primum infeſtabat, accidit, ut ſectæ Calvinianæ concionatores etiam Gorcomium appellerent; quibus tamen non aliud tunc, quam ut extra muros civitatis in horreo quodam, ad eam rem tumultuarie extructo, ſuos conventus agerent, permiſſum fuit. CAP. XXVIII. *Novas vaſtellat fundis.*

A fuit. Interrogari tunc eos juſſit Leonardus
A. Guil. per ſatellites arcis præfecti, a quo miſſi ad
Ratio. prædicandum adveniſſent. Qui cum ſe miſſos ab Altiſſimo reſpondiſſent, ut olim Chriſti Apoſtolos; poſtulavit, ut legationis ſuæ mandatum exhiberent. Quod profecto illi nullum exhibere potuerunt; quando nec ab homine, legitimam in Eccleſia poteſtatem habente, miſſos conſtabat, nec miſſionem a Deo extraordinariam, quam jactare alioqui ſoliti, vel tenui miraculo probatam teſtatamque facere poterant.

In ſummo periculo mirum tropidans.

288 Per idem tempus creſcentibus eorum ſtudiis, qui novæ religioni favebant, in anguſtiis verſari Leonardum contigit. Quodam enim Dominico die, cum ei concionandum eſſet ad populum, confluxerat in eccleſiam ingens hæreticorum & ſeditioſorum hominum turba, plerique ſub veſtibus armati, auditoribus intermixti, hoc quaſi metu compulſuri parochum, ut ea pro concione diceret, quæ ipſi libenter audirent. Sed ille, animadverſo periculo, primum ſuſis ad Deum precibus, animum confirmavit. Deinde ſuggeſtum conſcendit, ſtarimque ſermonem exorſus, ea conſtantia ad finem uſque perduxit, ut quamvis
B ſe vix ſperaret, propter vim ab inimicis paratam, vivum inde deſcenſurum; nihil tamen diſſimulanter, nihil timide diceret, ſed aperte ac libere doctrinam Catholicam exponeret, eique adverſa hæreticorum argumenta refelleret ac profligaret, Deo manus impiorum, ne quam ei vim facerent, cohibente. Eodem tempore permulti pſeudologi concionatores emerſerant; quorum cum multi aliquando Fidei Catholicæ præcones fuiſſent, ventre magiſtro uſi, ad eam ſe doctrinam tranſtulerant, ex qua pro tempore quæſtus amplior ſperari poſſet, & periculi minus immineret.

Fraus aſſeſſorum excuſatio.

281 Hi qui ſuam illam apoſtaticam levitatem apud vulgus excuſarent, publice pro concione profiteri non verebantur, ſe quo tempore doctrinam tradebant Papiſticam, contra conſcientiam id feciſſe, non neſcientes, ſe per eam homines in errores inducere; nunc vero
C purum atque incorruptum Dei verbum animo prnferre. De hoc genere dicere ſolitus erat Leonardus, eos haud quaquam ſecundo decepturos hominem prudentem. Nam ſi ſemel, repugnante conſcientia, docendo fucum fecerint auditoribus, idque palam confeſſi fuerint; quis cordatus non merito ſibi ab illis caveat in poſterum, ne iterum ac ſæpius eorum orarione, tamquam non ex animo profecta, decipiatur? Etenim longe alia ratio eſt ejus, qui falſa docet, quæ vera putat. Hic enim conſcientiam ſequitur, licet errantem, ideoque fidem merebitur, ſi melius inſtructus, agnita errore, veritatem docere cœperit: Qualis olim fuit Paulus Apoſtolus, qualis Auguſtinus, quales item hac noſtra ætate Wicelius, Staphylus, Orechovius, Quadrantinus, aliique non pauci: qui cum ſimpliciter errarent, naſtenſam ſibi poſtea veritatem & ipſi cupide ſunt amplexi, & aliis cum omni ſinceritate prædicaverunt. At qui prudens & ſciens errorem diſſeminat, & mendaciis imbuit populum; dignus profecto eſt, cui nec vera dicenti fides aliquando habeatur.

288 Cum noviſſimam tempeſtatem Dei miniſtris imminere Leonardus proſpiceret, Popelium collegam ſuum admonebat; tempus inſtare dicens, quo cribrandi eſſent homines. Innuebat eo proverbio, perſecutione velut cribro agitandos hominum animos, ut manifeſtum fieret, veramne Fidem Catholicam, quam profitebantur exterius, ſincere atque ex animo colerent. Porro gliſcente in dies Genſiorum apud Gorcomienſes factione, & per hoc creſcente bonorum paſtorum periculo, venit ad eum Buſcoducis ſoror ejus, pro ſalute fratris vehementer anxieque ſolicita, rogans eum cum lacrymis atque obteſtans, ut periculo, quod jamjam in foribus adeſſet, ſe ſubduceret. Siquidem horrenda Geuſiani furoris exempla jam alibi non pauca præceſſerant, quæ probabilem metum de futuris apud prudentes facerent. E quibus commemorabat, quemadmodum illi quemdam, inſtituti Præmonſtratenſis ex abbatia Bernenſi monachum, eumdemque pagi cujuſdam non procul a Buſcoducis parochum, qui ſorte in ipſorum manus inciderat, tractaviſſent. D C. xxix. *A furore de Geuſſorum rabie ma...*

283 Ei quippe primum manus ac pedes trunco impoſitos ferro abſcidiſſe; tum ad extremum etiam caput amputaſſe. Fratri ſimili, vel etiam graviora ſe non abſque cauſa metuere: quem ſciret hæreticis, quorum conatibus plurimum ſemper adverſatus fuiſſet, ſummopere exoſum eſſe. Reſpondit ille ſoroti, gravia quidem hæc eſſe, quæ narraret: ceterum nihil eſſe tam grave, cujus metu; neminem mortalium, tam amicum, cujus gratia commiſſurus ſit, ut gregem ſibi concreditum, ope ac miniſterio ſuo deſtituat, etiamſi vitam & ſanguinem impendere ſoret neceſſe. Nec multa plura locutus, mœſtam hujuſmodi reſponſa ſororem a ſe dimiſit. Cujus, tametſi germanæ ſibi dilectiſſimæ, virgineſque pudiciſſimæ, nec precibus ullis nec lacrymis flecti potuit, ut ovibus ſibi concreditis, in tanto vitæ ſuæ diſcrimine, ſuam ad tempus præſentiam ſubduceret; haud ignarus verborum Domini ſui: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Mercenarius autem
F vider lupum venientem, & dimittit oves, & fugit. Cum ante ingreſſum in arcem interrogaret eum quidam Catholicus, quare non in tam manifeſto periculo fugam caperet, reſpondit: Quomodo fugiam, qui munus paſtoris gero? E *...ſtendit, Reſponsum ejus poſſe non ſecus diſcerni.*

284 Cumque rurſum ille diceret: At veſtra præcipue res nunc agitur: vos proprie, qui Eccleſiam regitis, hæc tempeſtas impetit. Quid obſtat igitur, quo minus, ſalva conſcientia, fugiendo vobis conſulatis? Iterum reſpondit Leonardus: ſe non ignorare, parochos, alioſque ſui ordinis homines potiſſimum ab adverſariis perquiri; atque hanc excuſationis ſpeciem, ſeu veram ſeu veriſimilem, ſe poſſe fugæ prætendere. Sed vereri ſe, ne ſpem omnem ſervandæ civitatis adhuc reliquam diſceſſu ſuo præcideret; bonis civibus, quorum omnium in ipſum conjecti eſſent oculi, fuga cognita, tamquam re deplorata, confeſtim animos deſponſuris. Et quid multa? Cum non deeſſet ei prætextus, quo fugam palliaret (nam Lovanii erat ei decre- *quod aliis etiam amicis idoneis dare reperit,*

tus

A tus dies ad ſuſcipienda theologici gradus inſignia) maluit ſincere paſtorem agere, Deoque conſcientiam ſuam probare, quam quovis excuſationis reperto colore, vitam & famam dumtaxat apud homines integram & ſartam tectam tueri.

C. xxx. *Eadem de cauſa Lovanio cibos fugitans negligit.*

285 Quoniam autem de gradu ſcholaſtico mentio nobis incidit, quomodo ea quoque res Leonardo, Dei providentia ad cumulum veræ laudis atque honoris ceſſerit, exponam. Duo fere menſes præterierant, cum Leonardus, hortatu & conſilio amicorum adductus, (quod ea res ad confirmandam illi ſuam auctoritatem apud plebem valiura plurimum videretur) petiviſſet lauream Licentiæ (quam vocant) Theologicæ in academia Lovanienſi; adjunctis ſibi ſociis quibuſdam, viris item doctiſſimis. Deſignatus illi honori fuerat dies octavus Julii. Sed bonum propoſitum boni melioris occaſio diſſipavit. Cum enim repente novi contra Religionem tumultus interim eſſent exorti; ne (quod jam dixi) ſuos in periculo deſerere videretur, maluit honorem illum eaductum, tametſi jam decretum ſibi paratumque negligere,

B quam intempeſtiva profectione ſpeciem aliquam mercenarii, viſo procul lupo fugientis, præbere. Quam proinde veri paſtoris erga ſuas oves charitatem ita Deus remuneravit, ut cum ejus ad memoratum gradum Theologitum ſocii Julii octava, ipſo fruſtra exſpectato, temporalis honoris inſignia accepiſſent: ille proxima nocte ad lauream multo pulcriorem, ſemperque manſuram fuerit evocatus. De hujus viri præclara & admirabili eloquentia dixi alias. Tantum nunc addo, frequentiſſimo ſemper auditorio concionatum eum fuiſſe, non Catholicis modo, ſed etiam hæreticis magno numero & ſtudio ad ejus ſermones accurrentibus: ſive quod fama doctrinæ & eloquentiæ ejus omnes attraheret; ſive quod magnum ducerent, ex ore tanti viri eaptaſſe aliquid, quod carperent.

ortus eloquens, modeſtus ſemper & humilis.

286 Etenim in ipſa quoque diſputatione Brilana, quidam hæreticorum præcipui loquentem eum admirantes, dicebant. O quantum detrimentum, quod talis lingua peritura ſit! Hoc ideo, quia paulo poſt moriturum, ut res erat, exiſtimabant. Cum autem apud omnes tanti nominis eſſet, ea tamen erat a-

C nimi modeſtia, ut ſuggeſtum ex quo concionabatur, ornari tapeto circum appenſo numquam fuerit paſſus; adeo ut eum aliquando appenſum eſſet, negaverit ſe, niſi eo prius amoto, ſuggeſtum conſtenſurum: dicens, illud honoris genus proprium relinqui debere Doctoribus & Licentiatis ex ſuggeſto concionaturis. Ego ſane eum illo tempore, quo pro gradu Licentiæ ſolenni more ſupplicaturus Lovanium proficiſcebatur, comes ei eſſem itineris; inter alias virtutes, in moribus & ſermone ejus humilitatem præcipue ſui admiratus. Ceterum quo animi robore carcerem, plagas, opprobria, mortem pertulerit, ſatis ut arbitror, ipſius hiſtoriæ ſeries oſtendit. Corpus illi fuit validum, pectus amplum, humeri lati, ſtatura media, vultus imperterritus, vox gravis & vehemens. Animus denique corpori per omnia reſpondens, ac plane leoninus; ut vere pheronymon Leonhartum hunc noſtrum agnoſcas. Annum agebat circiter quadrageſimum quintum, quando immarceſcibilem gloriæ coronam felici certamine promeruit. D AGUI. ESTIO.

CAPUT VI.

B. Nicolai Poppelii labores & præclare geſta: a parente fruſtra ſolicitatur, ut periculis ſe ſubducat. Summus cuſtos Ven. Sacramenti Euchariſtiæ, pro eo pati nihil formidat. B. Godefridi Dunæi virtutes & merita.

NIcolaus, Joannis filius, cognomento Poppelius, Welda, vico Campiniæ ortus, C.xxxi. *B. Leonardo ſuſſidiarium operā navavit,* alter Gorcomienſium parochus fuit. Hic poſt Grammaticæ ſtudia Lovanium miſſus, victum, ut pauper, & inſtitutionem accepit in eo collegio, cui domus Standonicæ nomen eſt. Ibi primum Philoſophiæ, deinde Theologiæ ſtudiis animum diligenter excoluit. Inde a Leonardo Gorcomium accitus, primum ſubſidiariam illi operam in paſtorali functione navavit. Poſtea cum certo conſilio diviſum eſſet Paſtoris officium, alternis deinceps hebdomadis ac pari jure cum Leonardo parochum egit: tametſi penes illum, ut ſeniorem, aliiſque nominibus potiorem, major ſemper remanſerit auctoritas.

Laboribus jam ſervulo in nom. acquirit,

288 Quamvis autem nec ſermonis, nec familiaris, & ad hominum ingenia accommodatæ converſationis, parem cum ſuo collega gratiam, ab æquiſſimo bonorum diſtributore Deo Poppelius acceperit, magna tamen animi integritate ac puritate Deo ſerviebat. Sæpe etiam ac perlubenter ad populum conciones habebat, non tam eloquii venuſtate, quam doctrina & ardore quodam divini ſpiritus commendabiles. Vultu ſubpallidus erat, ac fere ſemper meditanti ac ſolicito ſimilis. Ceterum corpus illi erat bene compactum, & ſe-

F rendis aptum laboribus; idque ita Deo conſeeravit atque impendit, ut cum Pſalmiſta vere dicere poſſerit: Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Adeo namque in ſubeundis ac perferendis laboribus aſſiduum atque infatigabilem ſe præſtabat: ut vulgo ſtatſuet, id eſt Latine, ſervulus ob id agnominaretur. Quod ille tam non ægre tulit, ut piam illam ſervitutem ſuam libenter agnoſcens, deque ea ſibi gratulans, elogium inde ſumpſerit, ſeptem monoſyllabis Teutonicis comprehenſum; quod ita Latine ſonat: Is bene ſervit, qui in Deo ſervit. In officiis etiam humilioribus, ex quibus tamen aliqua ſperari poterat ad pietatem acceſſio, ſuam operam tam prompte, quam libenter atque ex animo, vel rogatus præſtabat, vel non rogatus quoque offerebat.

parvulos doctrina Chriſtiana ſolicite inſtituit.

289 Quale inter alia fuit, quod pueros & puellas feſtis diebus rudimenta Catholicæ Fidei doceret in ſacello S. Spiritus, idque nullo ſtipendio, nec parvo tamen labore, dum plerumque (ne jactum ſemen fructu careret) illi catecheticæ doctrinæ piam ac ſalubrem exhor-

A hortationem ſubjungeret. Res profecto omnibus animarum curatoribus vel imprimis imitanda. Haud enim ſcio, an ulla res alia ad immittendas atque infigendas in animia hominum veræ pietatis radices, æque magnum adferat momentum. Parentibus natus fuit pauperculis quidem illis, ſed piis ac Deum timentibus. Matrem dudum ante ſe vita functam ita honorabat, ut pro ejus ſalute jugiter & ipſe Deum oraret, & publicas preces de ſuggeſto peteret, exemplum ea in re ſecutus B. Auguſtini, qui poſt annos multos, ex qua mater ſua B. Monica deceſſerat, ſuarum Confeſſionum lectorem rogat, ut illius ad altare Domini meminerit. Quo minus autem pari cum Leonardo liberalitate pauperum inopiæ ſubveniret, non voluntas, ſed facultas defuit. Namque exiguam, quæ ſibi ex obitu matris obvenerat, hereditatem, patri, cui res tenuis erat, totam pia filius reliquit. Inſuper & de ſuis quotidiania emolumentis ei largiter impertiebat, uſus videlicet ordinatiſſima charitate, quam primum in parentes & propinquos exerceri, deinde etiam in externos diffundi, tam recta ratio, quam lex divina præcipit.

4. Guil. Estio.

B

C. XXXII. *Munere ſuo egregie fungens.*

290 Quo tempore parochum agebat, aliquando perfectius quoddam vitæ genus meditatus, certiſſime conſtituerat, conferre ſeſe ad Religionem Clericorum Societatis Jeſu: quorum inſtitutum Eccleſiæ Dei perutile, fama teſtante, cognoverat. Sed quoniam eccleſiæ Gorcomianæ perneceſſaria viſa fuit opera tam boni Paſtoris, hinc factum, ut conſilio Leonardi collegæ ſui, & Antonii, junioris Canonici, probatiſſimæ converſationis viri, cujus virtutes & merita paucis paginis explicari non poſſunt (ſed is aliquamdudum ante noviſſimas turbas in vivis eſſe deſierat) pium hoc propoſitum, uti conſtituerat, non impleret. Judicabant illi, facturum eum rem Eccleſiæ Dei utiliorem, ac Deo proinde gratiorem, ſi paſtorali in munere, quo tunc ſeptem continuos annos functus fuerat, qua cœperat fide, labore, & diligentia perſeveraret; eo præſertim, quod ſatis exploratum haberent, ſi Nicolaus diſcederet, futurum, ut in ejus locum, ſtudiis quorumdam, alius quidam ad eam functionem parum idoneus, cum non exiguo animarum periculo, ſubrogaretur. Cui conſilio, vir utilitatis publicæ ſtudioſus, acquieſcendum ſibi pro tempore non immerito putavit.

C

Fruſtra a patre ſolicitantur, ne periculo ſe eripiat.

291 Ipſe porro in conſiliis dandis ſimplex erat & rectus: non ut placeret, ſed ut prodeſſet, tantummodo ſolicitus. Ab aſſentandi vitio tam erat alienus, ut quibuſdam etiam in diverſum peccare videretur. Non multo ante ejus & ſociorum captivitatem, cum rebellium ſucceſſus, atque ex ſucceſſu audacia per Hollandiam creſceret in dies, creſcente per hoc & miniſtrorum Dei periculo; vehementer anxius pro chariſſimo filio pater, qui eum carne genuerat, Gorcomium venit, conſulere ejus incolumitati cupiens: atque eum, ut ſecum in patriam abiret, hoſtiumque furorem ad tempus declinaret, multis verbis obteſtatus eſt. Verum nullæ paternæ preces expugnare conſtantiam animi ejus potuerunt: ut qui probe noſſet, quid ex doctrina Chriſti paſtor ovibus deberet, nec ignoraret ſcriptum eſſe: Qui amat patrem, aut matrem, pluſquam me, non eſt me dignus. Triſtem igitur patrem, tametſi dolens, a ſe dimiſit; ne communem utriuſque patrem Deum offenderet, propter quem non modo patrem & matrem, & omnem propinquitatem carnalem, ſed & animam ſuam odiſſe ſe debere ſciebat.

D

CAP. XXXIII. *Summus cultus Venerabilis Sacramenti Euchariſtiæ,*

292 Sermone noviſſimo, quem natali Dominici Præconſoris die ad plebem habuit, valde ſerio ac diligenter eam admonebat fidei, quam & Regi Catholico, & ſuæ reipublicæ deberent: ſimulque cohortabatur ad excludendum & arcendum a mœnibus boſtem Regis pariter & Religionis. Quod quidem eis haud quaquam difficile fore oſtendebat, ſi modo non animus & voluntas deeſſet. Venerabile Sacramentum Corporis Chriſti ſingulari ſemper ac devota ſolicitudine cuſtodiebat, quoties ab hæreticis, ne contumelioſe tractaretur, periculum erat: quale fuit tam primis illis turbis concitatis MOLXVI. quam poſterioribus anni MDLXXII. Quo utroque tempore fere quotidie ſub noctem elam illud adferebat in ædes Catholici atque optimi viri Heſſelii Eſtii: qui tali ac tanto hoſpite, qua decebat reverentia ſuſcepto, mirifice ſibi, ſuæque domui ac familiæ gratulabatur, dicente ad eum Poppelio: Si domus Obededon multiplici benedictione aucta fuit ad ingreſſum Arcæ Teſtamenti veteris; quanto copioſiorem a Deo benedictionem tua domus promerebimr, ob præſentiam ſacratiſſimi Corporis Domini, in quo ſancitum eſt Teſtamentum novum? Quoties vero Dominicum Corpus per viam, ſive in proceſſione publica, ſive ad infirmos portabat; ſi quem forte circumſpiciens videret non adorantem, ſtatim eum palam increpabat, jubens, uti debitum Deo ſuo honorem exhiberet. Si non pareret, minabatur animadverſionem publicæ poteſtatis: nihil veritus invidiam, qua ſe ejuſmodi facto gravatum iri apud improbos haud ignorabat.

ad pœnitendum pro ea electione ſe parat.

293 Credo equidem pro hac peculiari cura ac devotione cuſtodiendi, atque ab injuria vindicandi diviniſſimi Sacramenti, hanc illi viciſſitudinem a Deo fuiſſe repoſitam, ut peculiari quoque ante alios ejuſdem Sacramenti confeſſione Deum glorificaret. Quam nos, ut ex ore Leonardi collegæ ejus, & aliorum, qui rei geſtæ interfuerunt, excepta eſt, certiſſima fide in hiſtoriam noſtram retulimus. Mane ejus diei, quo in arcem Gorcomianam ſe recepit, inſtante periculo, poſtremum Miſſæ ſacrificium in ſumma æde peregerat; in quo ſe totum divinæ voluntati, ſive ad vivendum, ſive ad moriendum devovit tradiditque. Inde cum habitu cultiore indutus arcem peteret, dicenti cuidam: Videris mihi, Domine paſtor ad nuptias proficiſci; reſpondit: Vere non aliter animatus. Addebatque, utinam detur pro Fide Catholica ſanguinem fundere. Non defuit pio deſiderio ſucceſſus. Qui dederat pie deſiderare, dedit fortiter pugnare, dedit & feliciter vincere; poſtremo dedit & glorioſe triumphare. Sacro martyrio functus eſt annum agena fere quadrageſimum: eum annis jam quatuordecim continuis in eccleſia Gorcomiana, pro cæleſti Rachel alter Jacobus, gravem nocturnis diurniſque laboribus ſervitutem Deo ſerviviſſet.

E

F

293 Non

Quanto pastores inter se religiosos concordes.

294 Non possum autem quin illud postremum ad utriusque Parochi laudes adjiciam, non modo ipsis inter se, sed & cum Fratribus Minoribus summam semper fuisse concordiam, atque animorum sanctam in opus Dei conspirationem; neque quæstiones inter eos exstitisse aliquando de Sacramentorum administratione, sepultura, funeralibus, aliisque hujusmodi; pro quibus interdum magnas tragœdias, magno plebis scandalo, videmus inter utriusque ordinis homines excitari. Sed si quid forte dubitaretur, id prout charitas & unctio spiritus dictabat, pacate transigi inter ipsos solere. Cujus rei merito divinitus provisum arbitror, ut qui in vita mutuo se dilexerant, morte non separarentur: quique commune jugum Evangelici muneris junctis animis portaverant, ad percipiendam laboris sui mercedem, glorioso martyrio pariter pervenirent.

CAP. XXXIV. *B. Godefridus Dunæus, vocatur aliquando academiæ Parisiis*

295 Godefridus, cognomento Dunæus, patria Gorcomianus, patrem habuit Theodoricum, virum bonum ac pium, qui tametsi plebejus & illiteratus, partim suis, partim suo studio & solicitatione collectis impendiis, exstruxerat Gorcomii, titulo Deiparæ Virginis, sacellum suburbanum ad leprosos. Godefridus, post prima litterarum rudimenta Lutetiam Parisiorum missus, artium liberalium ac linguarum cognitioni operam dedit. Magis autem ei curæ fuit, ut quam optime vitam institueret. B Asciris enim aliquot æqualibus, quibusdam seorsim & humanitatis studia & pietatis exercitia communicaret, ita vixit, ut anachoretam seu monachum potius diceres, quam hominem sæcularem. Eam porro virtutis & prudentiæ opinionem affecutus est, ut Rector academiæ Parisiensis fuerit aliquando publicis suffragiis renuntiatus; eumque magistratum cum laude gesserit. Denique cum multos annos in ea urbe moratus fuisset, vix tandem hortatu cujusdam avunculi sui presbyteri, qui Parisiis eodem tempore morabatur, inductus fuit, ut (quod alioqui præ modestia & humilitate animi vehementer refugiebat) presbyterii ordine initiari se pateretur.

cerebro postmodum turbatur,

296 Itaque presbyter ecclesiæ Parisiensis ordinatus, post aliquantum tempus in parochum assumitur oppidi cujusdam Gallicarum partium, Belgio finitimi. Ceterum qui factum fuerit, ut quod in historia meminimus, cerebrum male affectum haberet, quemadmodum id ab ejus consanguineis accepimus, referam. Dum recenter esset initiatus sacerdos, assidue secum in animo volvebat, quanta esset & illius sacri muneris dignitas, & sua, quemadmodum humiliter ipse de se sentiebat, indignitas. Quod cum intentius atque immoderatius faceret, accidit ut præ vehementia meditationis, læso nonnihil ac turbato cerebro, mentis quoque status illi cœperit vacillare. Sed tunc quidem adhuc ita modice, ut nihil aut quam minimum id ei obfuerit, quo minus postea, uti dixi, curæ animarum, loco non incelebri, præficeretur. Erat autem sub id tempus Carolo V. Cæsari bellum cum Francisco Galliarum rege. Quæ res occasionem quibusdam æmulis dedit, avunculum Godefridi hominem externum, apud ipsos honoratum & benigna fortuna usum (nam sacerdotium opimum in quadam Galliæ civitate ei obtigerat) criminandi, quod missis in Belgium litteris, secreta consilia cum hostibus Gallorum conferret. Quo nomine statim comprehensus fuit, ac diu in vinculis habitus.

297 Id vero malum mox in Godefridum quoque, illius nepotem redundavit. Nam eum æque externum, ac Belgicæ ditionis hominem, nonnulli sui parochiani ita graviter exagitarunt, ut ne in ædibus quidem suis satis a periculo tutus esset. Ex qua re cœpit ei cerebrum longe deterius affici. Et avunculus quidem ejus, posteaquam insontem se probasset, tandem solutus est. At Godefridus, non multo post, cum ea morbi necessitate compulsus, cura pastorali semet abdicasset, in patriam ad suos reversus, numquam tamen ab eo tempore pristinam mentis ac cerebri firmitatem recuperare potuit. Quamquam non tanta remansit infirmitas, ut non & quotidianum pensum precum Canonicarum legitime persolvere, & confessiones pœnitentium salutariter audire, & quotidianum Missæ sacrificium posset rite peragere.

a boni sacerdotis officiis non abstinuit;

298 Jam quod in hoc genere primum est, vitam semper inculpatam atque integerrimam duxit. Sobrietatem perpetuo coluit. Quartis & sextis feriis jejunandi consuetudinem habuit; E quam ad extremum usque vitæ retinuit. Seipsum castum omni solicitudine custodivit. Ne aliquando in hominum conspectu veficam exoneraret, ut multi parum honeste faciunt, studiose cavebat, non tam civilitatis causa, quam ne cujuspiam pudicos oculos offenderet. Fœminarum aspectum solicite vitabat; tum ne ipse eas aspiceret, tum ne ab iis aspiceretur. Ea causa gestabat laneum peritrachelium (vulgo collipendium vocant) idque altius collo & capiti circumponebat; ne, ut ajebat, colli nuditas a prætereuntibus fœminis forte conspecta, male concupiscendi præberet occasionem. Quæ etiam causa fuit, ut nullum prorsus in vestitu ornatum admitteret. Si quando noctu cubantem carnis stimulus inquietaret, strato confestim exsiliebat, genibus solo fixis, orabat Deum, ne in tentationem induceretur. Per diem in domo Dei fere versabatur, precibus, aliisque pietatis actionibus intentus. Unico eoque tenui beneficio ecclesiastico, cui præsens deserviebat, F contentus, nihil ultra quæsivit. Aliquando fratris mei Rutgeri, sibi ad Missæ sacrificium ministrantis, oculos, cum male affectos videret, aqua ablutionis post communionem, ipse sponte lavare voluit. Lavit & sanati sunt.

C. XXXIV *castitatis cultor unicus,*

deliberati ministerio haereseos publice se opponit,

299 Erat ei perjucundum videre, quod parentes liberos suos ad pietatem, doctrinam, & statum ecclesiasticum instituendos curarent; quibus & sua consilia ad eam rem libenter communicabat, atque etiam ultro offerebat. Quod de me ipso, cum a parentibus ad studia mittendus essem, ab eo factum memini. Hæreses, ut rem pestiferam atque satanicam, execrabatur. Cum anno MDLXVI. rebus ecclesiæ Belgicæ turbatis, quidam concionator hæreticus apud Gorcomienses extra portas urbis sub dio sermonem faceret, super his Evangelii verbis: Exiit qui seminat, seminare semen suum; multaque peregrina & ab orthodoxa fide abhorrentia de semine seminis, & verbo verbi, temere atque indocte effutire; Godefridus, quem Catholicæ fidei zelus illuc adduxerat

Digitized by Google

A dixerat repente ad eos qui aderant, exclamare cœpit: Fallit vos concionator iste: Nolite ei credere, nolite audire. Geusiis autem desipere eum dicentibus, ac velut desipientem jubentibus amoveri, respondit: In hoc sane neutiquam desipio: sed hic, quem auditis, vos decipit. Etenim diabolus humeris ejus insidens, suggerit ei quæcumque loquitur. Denique nihil umquam ille mentis perturbatione admisit, quo vel honestas vitæ, vel Christiana pietas læderetur. Nam & tumultu novissimo, sive cum hostes primum adventarent, sive durante captivitate, pro negotio Catholicæ Religionis insigne suum studium ostendit. De quo etiam Leonardum parochum extremo captivitatis tempore quidam affirmantem audiverunt: Nihil omnino, quod non sani esset hominis, ab illo in carcere tam diuturno atque molesto, inter tot militum injurias, dictum aut factum fuisse: sed in omnibus animum, ut integrum ac præsentem, ita & fortem ostendisse, atque illatas ab improbis contumelias & verba patientissime tulisse. Martyrium subiit annos natus fere septuaginta,

A.Guil. Estio.

B

CAPUT VII.

De vita & virtutibus B. Joannis ab Oisterwica, B. Joannis, Ordinis Prædicatorum, B. Adriani Becani, B. Jacobi Lacopii, B. Adriani Walteri. Numeri undevigesimi mysterium, & gloriosa omnium singulorumque Martyrum perseverantia.

C

Cap. xxxvi. *B. Joannis pauperum sanctimonialium parentis.*

JOannes ab Oisterwica, Brabantiæ vico, Silvaducis haud longe dissito, monachus fuit Ruggensis monasterii. Qui locus istorum, quos hoc scripto celebramus, SS. Martyrum supplicio postea nobilitatus fuit. Erat autem monasterium Ordinis S. Augustini, eorum, qui Canonici Regulares appellantur. Inde porro Joannes, superiorum mandato Gorcomium missus, præfuit monasterio sanctimonialium ejusdem instituti. Quod quidem ex liberiore Beghinarum (ut apud nostrates vocantur) domicilio, in claustrum monasticum jam olim conversum, nihilominus antiquum Beghinagii nomen retinebat. Reperit in eo virginum monasterio summam pauperiem. Etenim superiorum quorumdam præfectorum (Patres appellant) sive socordia, seu luxus effecerat, ut agris plurimis divenditis, ex ampliſſima rerum copia delapsum esset paulatim ad extremam inopiam. Quamquam ea mutatio, Deo sic disponente, magnam virtutis materiam illi virginum familiæ subministravit.

Quo ad eam rem virtutem ipse exhibuit.

301 Nam ex quo res earum in angustum redactæ fuerunt, multo diligentius pietatem colere, & tam sobrietatis, quam castitatis studio, necnon opere manuum, Deo & hominibus commendabiles sese reddere spontaneæ quadam reformatione cœperunt. Cujus disciplinæ vigorem, Joanne, de quo nunc loquimur, præfecto & monitore vel maxime retinuerunt. Sunt apud me sermones ejus ad sanctimoniales habiti, quos sua manu scripsit, simplici quidem stylo compositi, sed morali Christianaque doctrina referti. Is porro enim mune cum virginibus illis incommodum pauperratis neutiquam abhorrescens, ac tenui victu contentus, sane quam patienter ac placide sortem eam tulit; quamvis & senex jam esset, & ut plurimum, alvi profluvio laboraret. Quo tempore Brilensis insula recentissime fuerat a Geusiis occupata, monasterium quoque ejus ab illis statim disturbatum atque expilatum, deinde & devastatum fuit. Tunc igitur inter alia ad hunc venerabilem virum certo rumore allatum est, quemdam illic e Fratribus ejus insigni martyrio defunctum fuisse; cum neque minis neque verberibus cogi potuisset, ut Geusianæ factioni fausta acclamaret, dicendo: Vivant Geusii. Namque ei vivo barbari illi nares & aures amputaverant, quas deinde civitatis ac templi foribus (jucundum insanæ plebi spectaculum) affixerant; quemadmodum supra quodam loco meminimus.

D

E

Ignari de ejusdem ad martyrium aptitudine.

302 Sed & aliis contumeliis ac plagis affectum atque confectum, ad extremum sclopo trajecerant. Hæc postquam audivisset vir Deo devotus, exinde magno martyrii desiderio succensus, identidem in hæc verba prorumpebat: O utinam hoc me beneficio dignetur Deus, ut ejusmodi mortem me quoque oppetere faciat! Audiens hæc ejus verba virgo vecula sanctimonialis, quæ ei ministrabat, Ursula nomine: Pater, inquit, absit hoc a te. Absit ut tam acerbum atque immane supplicium subeas. Absit ut vel suspendio pereas. Quamvis enim levius hoc supplicium sit, probosum tamen est quam maxime. Verum ille neque acerbitatem supplicii, neque infamiam reformidans, in eodem ardore sancti desiderii persistebat, iterumque ac sæpius illud ingeminabat: O si Deus hac me gratia dignetur! Impletum igitur est a Deo sanctum viri desiderium; & Martyrum societatem toties exoptatam, piis votis promeruit atque invenit optimus senex. Quodque amplius est, etiam in ipso loco, ubi vitæ perfectioris initium secerat atque progressum, adeptus est in charitate perfecta consummationem.

F

Cap. xxxvii. *De B. Joanne Horneo Horneviano ex familia S. Dominici.*

303 Quindecim Martyres, de quibus hactenus, Gorcomii ab initio arcis deditæ captivi tenti fuerunt. Quatuor autem reliquos aliunde abductos, prioribus illis divina providentia conjunxit, ejusdem futuros & martyrii consortes & præmii. Inter hos accessionis ordine primus Joannes, parochus Hornarienſis, monachus fuit ex familia Dominicanorum, provinciæ Colonienſis. Huic a quibusdam vitio vertebatur, quod extra monasterium degeret in habitu sacerdotis secularis, sed quantum arbitror, immerito. Namque id non aliam ob causam facere visus est, quam, ut minori periculo pastorale munus exerceret. Neque id absque suorum præpositorum assensu, de quo litteris exhibitis

apud

apud eos, quorum interierat de hujuſmodi rebus cognoſcere, fidem fecerat. Illud ſane conſtat, officio paſtoris eum diligenter ac probe functum, & novorum hominum, Geuſiorum dico, factionem vehementer fuiſſe deteſtatum. Quod quidem reipſa monſtravit. Cum enim clerus Gorcomianus in arce captivus teneretur, ille interdum è parochia ſua Gorcomium accurrens, operam ſuam Catholicis in adminiſtrandis Eccleſiæ Sacramentis exhibebat, ac potiſſimum in baptizandis eorum infantibus recens natis. Accidit igitur ut Hornaria repente Gorcomium advocaretur, infantuli cujuſdam baptizandi gratia. Quo dum ſacrum miniſterium obiturus, fidenter properaret, ipſo in itinere a Geuſiis quibuſdam, tam promptum ac religioſum viri obſequium non ſereotibus, comprehenditur, & in arcem Gorcomianam ductus, in eum carcerem conjicitur, qui ceteros Martyres incluſos tenebat. Et Geuſii quidem, more ſuo, proditionis eum inſimulabant, ita videlicet interpretantes crebrum ejus abitum ac reditum in urbem, quaſi hoſtile aliquid machinaretur. At revera communis illi eum aliis captivis cauſa fuit; nempe quod monachus & ſacerdos eſſet, quod Catholicus, quod Romanæ, id eſt, Apoſtolicæ Religionis aſſertor & propugnator. Unde & ad communem martyrii coronam eodem mortis ſupplicio Dei benignitate pervenit.

CAP. XXXVIII. *B. Adrianus Premonſtratenſis Abbatis nomen inuenit.*

304 Adrianus ab Hilvarenbeca, quod Campiniæ Brabantorum celebre municipium eſt, ut primum per ætatem licuit, Dei ſervitio juxta ſanctum inſtitutum Ordinis Præmonſtratenſis, apud Middelburgum Zelandiæ ſeſe mancipavit; puta ſub annum Domini MDXLVII. Quippe moriens annum ætatis quadrageſimum non exceſſit. Fuit autem vir quietus, modeſtus, pacificus, omnibus charus, atque omnino vitæ probatiſſimæ. Qui cum annos continuos vigioti quinque in monaſterio exegiſſet, anno demum MDLXXII. ſub feſtum Paſchæ, Monaſterium (qui vicus eſt in extremis Hollandiæ finibus, ubi Moſa in Oceanum influit, ſitus, ac vulgo Munſter dictus) a ſuo præſule mittitur, adminiſtraturus ejus loci parochiam: quod illius rector, ejuſdem inſtituti atque cœnobii monachus (cui etiam Adriano nomen fuerat) paulo ante in vivis eſſe deſiiſſet. Quamvis autem & locus hæreſi infectus erat, & proinde multo plus laboris atque invidiæ, quam honoris & commodi ex ea adminiſtratione potuit exſpectari; ſolo tamen obedientiæ nomine, nihil tergiverſatus, injunctam provinciam promptiſſime ſuſcepit, ac nihil moratus itineri ſe accinxit, adeo ſecurus, ut ne quidem ea, quæ corpuſculi neceſſitas poſtulat, abſtuliſſet ſecum, ſi non a Præpoſito monaſterii, qui ſub Abbate tunc Epiſcopo Middelburgenſi, Nicolao a Caſtro, curam fratrum ſolicite gerebat, monitus fuiſſet. Cum in Hollandiam navigio proficiſceretur, orta tempeſtate, parum abfuit a periculo. Sed ſervatum eum voluit Dominus, quem ad hoc elegerat, ut ejus morte paucis poſt menſibus ſe ſuamque Eccleſiam clarificaret. Oves ſibi concreditas, quamdiu permiſſus eis adeſſe, vigilantiſſime curavit.

305 Eum una cum ſubſidiario præsbytero, contubernali ſuo (de quo mox dicemus) ejuſque patre ſene, una nocte (quæ, niſi fallor, ſeptimum diem Julii proxime anteibat) domi ſuæ comprehenſum Geuſii piratæ Brilam avexerunt. Ducebaot autem eos per vicum quemdam, Heidam nomine, Monaſterienſi parochiæ ſubditum. Et quod forte quæſtum e captivis ſuis alium vix ſperarent, illius loci picatoribus, uno cereviſiæ dolio venales ac redimendos eos offerebant, at nec unus quiſpiam eorum, nec omnes ſimul tantillum pretium pro ſuis paſtoribus oves immites atque ingratæ ſolvere voluerunt: pretium, inquam, triginta ſtuferorum plus minus, quo dolium cereviſiæ poterat æſtimari. Res ſane deploranda, in qua illud conſideratione non indignum occurrit; quod Chriſtum quidem triginta denariis emerunt Judæi, ut morti traderent; hos autem tres viros (in quibus duos Chriſti ſacerdotes, eoſdemque ovium Chriſti paſtores) totidem nummis redimere oves propriæ noluerunt, ut morti eriperent. Brilam igitur advecti, communem cum Gorcomianis Martyribus carcerem paſſionemque ſubierunt. Nominatim vero de Adriano relatum nobis eſt a nonnullis, tunc illius carceris ac miſeriæ ſociis, in ejus ſermone, vultu, moribus, inſignem eluxiſſe cum pietate modeſtiam, atque in tolerandis injuriis dignam Martyre fortitudinem: adeo ut ſuo exemplo ceteris captivis non parum ædificationis attulerit; a quibus viciſſim, ut par erat, ob ſuas virtutes in magna veneratione fuerit habitus.

CAP. XXXIX. *B. ſuobus; ut eodem Ordine, illo quamdiu ſuperfuit,*

306 Jacobus, cognomine Lacopius, Aldenardæ in Flandria Antonio patre natus, Præmonſtratenſis item inſtituti apud Middelburgenſes monachus, prompto ſubtiliique fuit ingenio; quod & humanioribus diſciplinis, & linguarum ſtudio diligenter excoluit. Principio charus omnibus fuit, cum ob morum facilitatem, qua ſe jucundum Fratribus præbebat, tum ob alias haud contemnendas animi dotes. Præter hæc ætas, forma, ſtatura effecerunt ut blandiori vocabulo Jacobellus ab æqualibus vocitaretur. Ceterum anno MDLXVI. quo iconomachiæ tempeſtas aliquot præcipua Belgii noſtri loca pervaſit, inter alios alibi multos, Lacopius quoque, Deo ſic permittente, qui electis ſuis omnia cooperatur in bonum, ab hæreticis miſerè ſeductus ac male perſuaſus, primum apud Fratres in monaſterio linguam ſuam adverſus Eccleſiæ Catholicæ ſacroſancta dogmata juveniliter ac petulanter, ne dicam impie laxavit: moxque monaſterii deſertor, apud hæreticos concionandi munus ſubivit; & libellum hæreticum procaci ſtylo conſcripſit, titulo Defloratiouis aureæ Legendæ.

307 At vero in hac tanta animi cæcitate noo diu permanere eum paſſus eſt miſericors Deus, ſed cito ſatanæ faucibus ereptam errabundam oviculam caulis Eccleſiæ ſuæ benignus paſtor reſtituit. Namque poſt paucos menſes Jacobus, facti pœnitentia ductus, ad monaſterium ſuum reverſus eſt; veniam errati coram univerſo Fratrum Conventu rogavit; errorem, hæreſimque omnem revocavit, abjuravit, execratus eſt. Scriptum quoque a ſe libellum ſuis ipſe manibus in ignem conjecit. Poſt hæc injunctam ſibi pro peccato ſatisfactionem

A ſtionem & humiliter ſubiit, & obedienter im-
A. Guil. Es110. plevit. Miſſus deinde, probri obliterandi cau-
ſa, ad aliud quoddam ejuſdem Ordinis mo-
naſterium, in Geldriæ partibus ſitum, cui no-
men Inſula Mariæ, vixit ibi, quemadmodum
ab illius loci Fratribus accepimus, boneſte,
religioſe & inculpate. Quin etiam nonnulla in
eo monaſterio ſcripſit adverſus hæreticos; ni-
mirum ſtudens hac ratione ſarcire damnum
animarum, ſi quod ante ſeu ſcripto ſeu verbo
dediſſet.

martyrii primam & ipſa promo-vit,

308 Eam ſane, quam dixi, monaſterii de-
ſertionem, neſcio unde cognitam, ferunt Co-
mes Lumnius illi, cum ab ipſius miniſtris
examinaretur, objeciſſe; atque Lumnio Laco-
pius ita reſpondiſſe, ut factum quidem non
negaret, ſed ab errore ſic ſe correctum oſten-
deret, ut a veritate jam certius agnita, Deo
propitio, nulla pœnarum acerbitate ſeſe paſſu-
rus eſſet abſtrahi. Fuerat autem Jacobo fra-
ter germanus, idem ille, qui proxime apud
Munſterienſes parochum egerat, vir pius, pru-
B dens, & Catholicorum dogmatum apprime
ſtudioſus; qui & parentes ambos debito pro-
ſecutus honore, domi apud ſe aluerat. Huic
Jacobum in paſtorali munere ſocium & auxi-
liarem presbyterum adjungi tandem placuit;
ea maxime gratia, uti tum in iis, quæ pieta-
tis ſunt, tum in fide Catholica, Jacobus, qui
dudum infeliciter aberraverat, exemplo atque
inſtitutione domeſtica magis etiam confirma-
retur, qui poſt fratris obitum, ejus ſucceſſori
curarum paſtoralium ſocius, mox beatæ quo-
que paſſionis cum eo conſors effectus eſt, an-
nos natus trigiota plus minus. Itaque ad hunc
modum (ut verbis utar pii cujuſdam mona-
chi, de iis ad amicum in epiſtola ſcribentis)
hi duo viri candidi Ordinis ambo, candidas
io agni ſanguine laverunt ſtolas ſuas.

CAP. XL. *D. Andreæ Walteri ma-nus decimus ad coronam ac-ceſſit.*

309 Andreas Walteri, parochus Heinorten-
C ſis (qui Dordraceni territorii vicus eſt) a
Geuſiis prædonibus, ea loca percurrentibus,
domi ſuæ comprehenſus, inde Brilam abdu-
ctus eſt: ubi ſanctis Martyribus adjunctus,
particeps factus eſt eorum & paſſionis & glo-
riæ. In hoc viso quid aliud poſſum, quam
admirabilem Dei bonitatem prædicare? Cum
enim, ut accepimus, vitam in officio paſto-
ratus exegiſſet parum caſtam, nec publico ca-
rentem ſcandalo; mira tamen & ſingulari Dei
dignatione (cui non eſt difficile, pauperem
virtutum derepente gratiæ ſuæ locupletare mu-
neribus, atque e ſtercore carnalium vitiorum
extractum & erectum, collocare cum princi-
pibus populi ſui) donatum eſt ei, via, ut
ita dicam, extraordinaria, martyrii coronam
adipiſci.

C. XLI. *De numero Martyrum*

310 Ecce tibi Chriſtiane Lector, Martyres
decem & novem, a nobis ordine non ſui me-
riti, quod ſolus ille diſcernere novit, qui eos
coronavit, ſed quem alia rationabilis & juſta
conſideratio ſuggeſſit, in hiſtoria recenſitos.
In quo numero divinitus ad hanc excelſam
martyrii gloriam præordinato, illa non abſur-
da contemplatio eſt; quod denarius legis im-
pletæ perfectionem, novenarius cæleſtium gau-
diorum participationem ſignificet. Nam ſicut
lex divina in decem præceptis continetur; ita
...torum ſpirituum multitudo per novem cho-
...iſtribuitur. Unde quid aliud intelligen-

dum venit, quam per obſervationem manda- D
torum Dei, Martyres noſtros viam aditum-
que ſibi ad beatiſſimam ſanctorum Angelo-
rum ſocietatem præparaſſe? Quid enim, ſi
quidam eorum innocentiam in omni vita mi-
nus ſervarunt: num ideo ab impletione di-
vinæ legis eos putabimus extraneos? Minime
quidem,

quid myſte-rii reponat auctor,

311 Cum enim veriſſime dixerit egregius
Doctor Auguſtinus, omnia Dei mandata ſa-
cta deputari, quando quidquid non fit, igno-
ſcitur; utique dubitare non debemus, quin eis
perfectam legis obedientiam Deus accepto tu-
lerit, qui maximo charitatis opere exhibito,
perfectam delictorum purgationem ipſa morte
acceperunt. Ceterum de eorum fortitudine
hoc tantum adjicio; tantam in omnibus ac
talem fuiſſe, quæ eos & Martyres faceret, &
gloria martyrii coronandos omnipotenti Deo
iſteret. Quamvis enim alius alio fortior, ala-
crior, promptiorque ad ſubeundum martyr-
rium fuerit, & quod diſſimulandum non eſt
infirmiores etiam nonnullos, minuſque ſtabiles E
habuerit iſte Martyrum cœtus, utpote qui
aliorum hortatibus atque exemplis, ut invicti
perſiſterent, animandi, confirmandique vide-
rentur (majori enim aliquo in numero vix
eſt ut aliter res habeat) attamen horum ne-
mo Catholicæ fidei confeſſionem deſeruit, ne-
mo vacillantem animum in extremis oſtendit,
nemo verbo, nutu, vultu ſignificavit ſe reli-
gionem, cujus gratia patiebatur, abnegare pa-
ratum, ſi vitam eo pacto redimere poſſet.

animum & ſingulorum gloriſam perſeverandi aſſe-runt.

312 Illud denique veraciter affirmo; cum
a multis, quicumque notitiam hujus rei ali-
quam habere exiſtimabantur, diligenti ſommo-
que ſtudio, de ſingulorum fidei conſtantia per-
quiſierimus, non aliud prorſus nos intellexiſ-
ſe, quam eos ad unum omnes (de iis tantum
loquor, quos ſupraſcripto numero decem &
novem comprehendimus) in confeſſione fidei
Catholicæ, pro qua patiebantur, ad ultimum
uſque ſpiritum perſeveraſſe. Qua quidem in re
veri martyrii rationem compleri, non eſt du-
bium. Quoniam autem ſuperior hiſtoria teſta- F
tur, tres Martyres, ultimo loco a nobis com-
memoratos, tuliſſe coronas trium deſectitio-
rum, quos cum ceteris Gorcomii incarcera-
tos atque inde Brilam advectos, multa cum
iis communia paſſos fuiſſe docuimus; forſan
expectet nunc aliquis, ut quem exitum etiam
illi tandem conſecuti fuerint, referamus. Quod
quidem nos, non obtrectandi ſtudio (cujuſ-
modi malum a lingua & calamo noſtro aver-
tat Deus) ſed poſteaquam res quam plu-
mis innotuit, ideo tantum, ut in illis vel mi-
ſericordiam Dei complectamur, vel juſta ejus
judicia pertimeſcamus, brevi narrationis com-
pendio exequemur.

CA-

A

CAPUT VIII.

De iis qui defecerunt, nempe Henrico novitio, Parocho Maesdamensi, Canonico Gorcomiensi, Guilielmo Leodiensi sacerdote Minorita.

C. XLII. *Defectio & reſipiſcentia Henrici novitii.*

HEnricus, Minorita Novitius, etſi vinculis ſolutus, & carceris moleſtia liberatus, dum tamen intet Geuſios verſari cogitur, & miniſteria quædam apud eos obire, ſæpe verberibus afflictus, consumeliis affectus, ludibriis expoſitus, atque identidem monachatus improperium audire coactus, denique inter barbarorum minas a periculo ſuſpendii nuſquam ſecutus, miſeram intus & foris agebat vitam. Sed tandem fugitivum ſervum ſuum, atque in medio Babylonis commorantem, Dei dextera comptehendit, & ad gremium Eccleſiæ retraxit, ſanctæque Fratrum ſocietati teſtituit. Namque poſt aliquantum temporis ſpatium cum domino, cujus ſamulatui mancipatus erat, Dordracum profectus, clanculum ſeſe ſubduxit; atque opera uſus Catholicæ cujuſdam ac piæ feminæ, latuit, fugam iniit, demum ad Catholicos lætus redii; quorum communioni numquam ex animo renuntiaverat. Buſciducis a Fratribus ſui Ordinis fraterna charitate ſuſceptus, atque humilem ſatisfactionis diſciplinam pro peccato ſubira juſſus, exinde in timore ac tremore Domino ſervivit, cujus bonitate fuerat ad pœnitentiam exſpectatus. Denique pancis poſt annis epidemico morbo correptus exceſſit e vita.

B

C. XLIII. *Parochi Maesdamensis deplorandus caſus.*

314 Alius, cujus nomine pudens abſtineo, Canonicus erat Eccleſiæ Gorcomienſis. Hunc, priuſquam Martyres ad extremum ſupplicium ducerentur, ab eorum ſancta ſocietate, una cum parocho Maeſdamenſi fuiſſe ſeparatum, idque non ſine ſuſpicione repudiati Catholiciſmi, ſuo loco oſtendimus. Qui duo nihilominus adhuc captivi retinebantur in ædibus Vicepræfecti criminalis, uſque ad octavum a conſummata SS. Martyrum paſſione diem, animis eorum inter ſpem & metum interim anxie fluctuantibus. Quo demum die poſt ſolis occaſum, cum cœnandi gratia menſæ jam accubuiſſent, nihilque ea quidem hora ſiniſtri ſuſpicarentur, accurrens equo vectus Omalius, ligari ac duci eos imperat. Ducuntur igitur, Omalio ſequente, ambo extra urbem in pomarium monaſterii Ruggenſis, ex arbore ſuſpendendi. Prior parochus, homo vitæ, ut ferebatur, haud improbæ, ſed idem plane indoctus, ſuſpendi jubetur. Qui etſi metu mortis Religionem ſimul & ſacerdotium (uti accepimus) abnegaret, omniaque ex eorum ſententia & præſcripto, quorum in poteſtate erat, facere & crederet paratum ſe profiteretur, adeoque ad Papiſmum numquam ſe poſtea reverſurum promitteret, quod ſperaret miſſet iſtiuſmodi promiſſis præſens periculum ſe evaſurum; attamen, Omalio jubente, quem illa ejus promiſſa nihil moverunt, ſuſpenſus & necatus eſt.

C

315 Vere infelix, qui ſacris omnibus per ſummum ſcelus abjuratis, neque temporariam mortem evadere vel ad horam potuis; & quod nimis horrendum eſt, momento ſemet in mortem præcipitavit æternam; cum dicat Dominus: Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt. Nam & hoc ei juſtiſſime accidit, ut cum dicat idem Dominus: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam: miſer iſte timendo corporis injuſtum occiſorem, & non timendo totius hominis juſtum damnatorem, uno eodemque temporis puncto, ah utroque malo, tam eo, quod timuit, quam quod non timuit, ſed timere debuit, certiſſime fuerit comprehenſus. Qua in re rurſus animadvertere nobis licet altitudinem conſilii divini, quo factum ſit, ut ex duobus illis, quos ſupra memoravimus, ex agro Dordracenſi captivos in Brilenſem carcerem adductos, & Gorcomianis Martyribus ſociatos fuiſſe, alter aſſumptus, alter fuerit derelictus. Illc, qui deterioris apud homines vitæ judicabatur, Dei gratia ad ſupplementum primi numeri aſſumptus: iſte, quem inculpatior vita commendare videbatur, juſto Dei judicio derelictus.

D A. Guſt. Estio. *Infelix exiſtimat auctor.*

E

316 Stabat, hunc ſocii caſum ſpectans, Canonicus nudato jam collo, & revinctis brachiis ſupplicio proximus. Verum is cum & Gallice noſſet, & lingua promptus ac diſertus eſſet, multis verborum blanditiis uſus, & magnifice multa pollicitus, tandem omnium animos ad ſui commiſerationem inflexit: ipſo etiam Vicepræfecto criminali, & hæretico concionatora, diaboli miniſtro, qui calcaneo vinctorum inſidiaturus acceſſerat, atque aliis pro illo deprecantibus. Paſſus eſt ergo tandem exotari ſe Omalius; dixitque Canonico: Si fidem das, te mihi fidam operam navaturum ad ea omnia, quæ jubebo, cras pro te ad Comitem referam. Neque enim mei arbitrii eſt, tibi vitam condonare; ſed ea gratia a Comite ſperanda eſt, apud quem pro te libens interpellabo. Canonicum fidiſſimam operam ad omnia, quæ juberentur, pollicentem, reduci juſſit Omalius in ſolitam cuſtodiam. Nec temere Canonicus ipſe ſuſpicatus eſt, Omalium iſto facto non aliud, quam eum ſibi tanti beneficii ſpecie reddere obnoxium voluiſſe, ut fidum atque obſequioſum in poſterum famulum & clientem eum poſſideret. Quod enim dextra manu truncus eſſet, hujuſmodi famulo ſimul & ſcriba eumpeimis opus habebat.

C. XLIV. *Paulo ſalutior Canonicus*

F

317 Nec alius ad eam rem commodior iſto viro, quod ttibus linguis & loquendi & ſcribendi peritus, atque aliquando apud nobiles viros gratioſe converſatus, magnam ſibi rerum experientiam comparaſſet. Igitur decimo quarto poſt die, petito interea temporis a ſenatu Gorcomiano de qualitate vitæ ejus publico teſtimonio, vinculis eximitur, atque ab Omalio in familiam aſciſcitur, ſcribæ, cubicularii, œconomi, atque omnium pene domeſticorum officiorum onere ipſi injuncto: ſic tamen, ut non minus omnium probris ad quamvis occaſionem expoſitus maneret; co-

ſupplicium evadit.

A gererturque quotidie audire, Papiſta, ſacrificulus, & alia hujuſmodi; nonnumquam vero etiam ab Omalio, ut ab homine ſævo ac temulento, duriter vapularet. Denique quod minime tutum ſibi eſſe proſpiceret apud id hominum genus verſari diutiua; cogitare cœpit, qua ratione elabi atque eripere ſe periculo poſſet. Quod cum diu non ſuccederet, oblata ſponte tandem eſt hæc occaſio. Bernardus quidam a Comite Lumnio præfectus fuerat colligendis reditibus bonorum eccleſiaſticorum territorii Gorcomienſis: qui eum reditus Canonicorum Gorcomienſium, utpote minutos ac ſparſos, quo pacto colligeret, non videret; hunc, de quo agimus., Canonicum hujus rei gratia ambire cœpit, atque ab Omalio ſocium flagitare; quod is noviſſimus ſui collegii quæſtor fuiſſet, eoque centiuum ejus ac bonorum omnium accuratam notitiam habere merito crederetur.

atque in Eccleſia gremium poſtliminio reverſitur.

318 Exoratus tandem Omalius Canonico ſcribæ ſuo permiſit abſentiam dnorum fere menſium; quod tempus ei negotio neceſſarium videbatur: ſed ita, ut a ductore ſuo diligentiſſime eum obſervari mandaret, ne qua furtim ſe ſubduceret. Quod etſi ab illo ſolicite præſtaretur; vicit tamen obſervantis curam induſtria viri, pro vita & libertate ſua multo magis ſoliciti, atque in omnem elabendi occaſionem affidue intenti. Cum enim in villas mitteretur exacturus cenſus quoſdam eccleſiaſticos, eaque in re utilem, &, ut putabatur, fidelem ſuam operam magiſtro aliquoties probaſſet; tandem opportunitatem nactus, impia deſerta ſocietate, in qua non parum conſcientiam ſuam inquinaverat, diceodo & faciendo multa errori atque impietati hæreticorum conſentanea, ad partes Catholicorum fuga ſe recepit; apud quos Deo & Eccleſiæ reconciliatus, in Catholica religione ad mortem uſque perſeveravit, magna Dei gratia e faucibus inferorum, atque æternæ mortis periculis ereptus. Idem quoque poſtea Martyrum Gorcomienſium hiſtoriam rhythmo Teutonico conſcripſit; qua & nos in hoc ſcripto contexendo uſi ſumus.

C. XLV. Tremendum Dei in Guilielmo judicium.

319 Tertius eorum, qui a ſanctiſſimo Martyrum cœtu deſciverunt, Guilielmus quidam fuit; quem Gallum ob nativum idioma agnominabant, cum eſſet patria Leodienſis. Sicut autem duobus ſuperioribus de miſericordia Dei, qua lapſos ad pœnitentiam & ſalutem revocat, gratulamur; ita in hoc poſtremo juſta Dei judicia, peccatorem in impietate ſua deſerentis, agnoſcimus ac veneramur: ut miſericordiam ſimul & judicium Domino cantantes, cum metu & tremore ſalutem noſtram operari diſcamus. Hic namque dum mortem refugit pretioſam in conſpectu Domini, vitam ſuam inconſtantem & malam haud multo poſt peſſima deteſtabilique morte terminavit. Vitam dico malam & inconſtantem; quia poſt profeſſam B. Franciſci regulam, ter quaterve ſanctam illam familiam per apoſtaſiam deſeruit: ac noviſſime eum SS. Martyribus ad patibulum uſque perductus, jamque ſupplicio proximus, cum prioris vitæ maculam omnem conſtanti perpeſſione mortis poſſet ad purum eluere, magis eam novo ſcelere elegit augere; dum videlicet per ignaviam ac mortis metum a ſancto Martyrum collegio, Fide Catholica abnegata, neſarie ſemetipſum ſeparavit.

D

qui ter quaterve ab Ordine apoſtata.

320 Qua de re ipſe poſtea ſcribens ad præfectam ſacrarum Virginum ſanctæ Agnetis apud Gorcomienſes, ita ſe purgare conatus eſt, ut diceret; Quod ore locutus ſum, corde non cogitavi: quaſi non & illud homini Chriſtiano quam maxime formidandum eſſet, quod ait Salvator; Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Hic igitur duplici nomine, primum S. Franciſci, deinde & Chriſti Domini apoſtata, Franciſco quidem aliquando reſtitutus, at a Chriſto, poſt abnegatam ſemel Catholicam fidem, uſque ad mortem alienus; qua nocte a ſancta confeſſione defecit, in domum Omalii, ſimiliter hominis apoſtatæ, perductus, atque in cuſtodia apud eum habitus fuit ad octavum uſque diem. Tunc enim, quod ſatis ex animo monachum ſimul & Papiſtam exuiſſe videretur, vinculis ſolutus & libertati redditus, atque ab ipſo Omalio armis inſtructus, ſub ſigno Trelonii miles inſcribitur, urbem & inſulam Brileoſem defenſurus. Ex his infauſtis initiis delapſus eſt paulatim ad deteriora.

E

demum tr a Religione, in cujus ſedes ro prolapſus eſt;

321 Nam & hæreticos libellos lectitabat, & execrandas hæreticorum odas cantitabat, & ſcortum ſibi copulabat; ut nulla in re militibus aliis inferior haberetur. In litteris quoque, quas paulo ante dixi, ſcripſiſſe eum ad præfectam Virginum monaſterii S. Agnetis, hoc adjecit; ſe quamprimum eam invifurum, & uxorem ducturum; nempe monachus monacham, ſacerdos ſanctimonialem. Utcumque autem cetera, velut ad quæ perpetranda quædam eum commilitii neceſſitas ac metus mortis impuliſſet, aliquatenus excuſari poſſent: illud certe, ut tam impuras & irreligioſas, & utriuſque profeſſioni tam contrarias, ad virginem Deo conſecratam, ipſamque virginum præfectam litteras daret, nulla eum neceſſitas, nullus metus impulit; ſatisque per hoc declaravit, tam caſtitatis quam religionis omnem curam ex animo ſuo ſe quam longiſſime projeciſſe.

F

C. XLVI. quorum ei præmium fuit;

322 Ceternm poſteaquam ſe Geuſiorum militum conſortio ſemel addixit, ita brevi in eo vitæ genere profecit, ut arte ſtudioque prædandi ſocios omnes facile antecelleret; ſtupentibus illis, quod homo nuper monachus, actus omnes vitæ militaris (ejus dico, quam impii illi prædones ac piratæ potius quam milites, & colebant & profitebantur) tam cito perdidiciſſet, tamque dextre exerceret. Solus aliquando currum hominibus onuſtum, via publica auſus eſt aggredi, atque ingenti terrore injecto deprædari. Sed & aliis multis audaciæ ſævitiæque militaris exemplis inter æquales ſeſe nobilitabat. Poſtquam autem per hujuſmodi facinora fidem ingeniumque ſuum abunde probaſſe viſus fuit; tum apud Omalium ſympatriotam ſunm hoc affecutus eſt, ut vinum e Comitis cella promendum ferendumque ei crederetur. Sed hic quoque, quamvis in re vili ac modica, malam fidem ſuam vilis apoſtata declaravit; ut juxta Domioi ſententiam, eum, qui in modico iniquus eſt, nihil mirum fuerit & in magnis iniquum, atque infidelem reperiri.

323 Clavem imitatus eſt cellæ vinariæ; ut

eum

A eum amiculis & nequitiæ ſociis, quoties commodum eſſet, compotaret. Verum iidem illi compotores factum prodiderunt. Mox igitur Galſus, rurſum cuſtodiæ traditus, duplici crimine accuſatur, furti & veneficii. Nam præter fraudem vini, furtim cum ſociis exhauſti (qua in re vere culpabilis erat) alterius quoque longe atrocioris criminis ſuſpicione gravatus eſt; quod de veneno miſcendo conſilium cepiſſet, atque ejus potu Comitem, cum amicis convivantem, tollere e medio conſtituiſſet. Cujus rei falſo creditur infimulatus. Ceterum admotus quæſtioonibus, & fraudem, quam commiſerat, confeſſus, tertio menſe poſt Martyrum necem ſuſpendio ſtrangulatur; vere miſer & infelix. Quid enim infelicius, quam derelicta ſanctorum Fratrum ſocietate, & abjecta, quæ jam capiti impendebat, martyrii corona, per ſcelera & flagitia, breviſſimi ſibi temporis auctarium ad vitam facere; ac denique eamdem propter furtum, infame crimen, infami ſupplicio amittere? B Quam ne conſimili ſupplicio propter Chriſtum, ejuſque ſanctam Catholicam Eccleſiam amitteret, tanta interim mala & fecerat, & paſſus fuerat.

Quid de ejus ſalute cenſuri poſſis.

324 Ut jam illud taceam, quam ſit vehementer metuendum, ne poſt mortem corporis, infelicem ejus animam æterna mors & ſupplicium numquam terminandum exceperit; nimiumque vere dici de illo queat, quod de alio quodam ſcripſit divus Baſilius: transfugam illum & a vita perpetua excidiſſe, & hac temporaria non diu gaviſum fuiſſe. Erat hic unus ex duodecim fratribus Franciſcanis, quos paſſionis labor exercuit. Et ceteri quidem undecim perſeveranter uſque in finem Chriſtum ſecuti ſunt, ſicut undecim Apoſtoli; hic vero Fratrum duodecimus, furto ſimul & apoſtaſia, reprobum illum Apoſtolorum duodecimum Judam expreſſit. In undecim illis bonitatem ſuam mundo declarare voluit elementiſſimus Pater, coronans eos in miſericordia & miſerationibus; in hoc noviſſimo, ſeveritatis ſuæ voluit exemplum exhibere juſtiſſimus judex. Cujus judicia, ſive manifeſta ſive occulta, peccatoribus quidem gravia ſunt; C at injuſta eſſe non poſſunt.

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

De viſionibus & variis beneficiis interventu ſanctorum Martyrum impetratis.

CAP. I. *E multis miraculis paucis narrationis auctor.*

DEus qui per Prophetam dixit: Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum; Et rurſus per Filium ſuum: Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus: non tantum æternæ vitæ coronam reddit iis, qui pro ipſius nomine mortem ſubierunt temporalem, verum io hoc etiam ſeculo Martyribus ſuis ſæpenumero martyrem ſe viciſſim exhibere dignatur; dum teſtificationibus quibuſdam divinis apud homines ſanctitatis illorum & gloriæ fidem faciens, eos honorat; ut quos viventes mundus deſpexerat, mortuos D venerari incipiat; miraculis, velut datis e cælo teſtimoniis oratos. Qua in re, quantum A. Guil. Estio. Martyribus noſtris conferre dignatus fuerit ille, quem in Sanctis ſuis admirabilem Eccleſia prædicat, brevi narratione complectar: non tamen omnia, quæ contigerunt hujus generis, attamen (etenim adhuc locum ſepulturæ Martyrum uſque hodie medios inter hoſtes a Catholicis utriuſque ſexus hominibus pie frequentari multis beneficia ſanitatum a Deo per illorum merita petentibus atque impetrantibus) ſed ea commemorabimus tantummodo, quorum ſpecialis & certior ad me notitia pervenit.

primum viſionem Matthiæ Thorani,

326 Et quidem primo loco reponendum illud arbitror, quo Martyres ſuos commendare Deus voluit ea ipſa hora, qua ſtringentibus adhuc eorum colla carnificum manibus, vixdum illi mortalitatis hujus vinculo penitus erant abſoluti. Vir quidam apud Gorcomienſes, non minus integritate vitæ, quam fide Catholica inſignis, Matthias Thoranus (hoc enim illi cognomen a loco natali, Campiniæ E municipio) ſingulis noctibus e ſtrato ſurgere, Deumque pro ſalute civitatis precari ſolitus erat. Is ſub horam quartam poſt medium ejus noctis, qua Martyres interfecti ſunt, dum ſolitis precibus ac pietati vacat, in viſione conſpexit eos omnes ſtolis albis amictos, & coronas aureas admirabili ſulgore capitibus impoſitas habentes, quorum in humeros demiſſa cæſaries, pulchro cincinnorum ordine diviſa ſparſaque, vultus eorum decenter ornare, & quamdam iis majeſtatem conciliare videbatur; ſive veros Nazaræos Domino recenti morte conſecratos, ſive eorum animas, ſponſas æterno ſponſo Chriſto, ad immortalem vitam nuptiaſque cæleſtes obviam procedentes, iſtiuſmodi corporis habitu ſignificatum interpretari libeat. Eam porro viſionem minime commentitiam eſſe (quod alioqui ſuſpicari quiſpiam potuerit) hoc argumento ſatis liquet.

quam veram fuiſſe demonſtret.

327 Cum primum enim dies illuxiſſet, accedens vir ille cives ſuos Catholicos, qui captivorum liberationem omnibus votis exoptabant, eamque per Orangii litteras (quarum meminimus alibi) certa ſpe ſibi pollicebantur, hujuſmodi verbis eos allocutus eſt: Non eſt, cives mei, quod illos huc reverſuros amplius ſperetis, jam enim martyrio defuncti ſunt; jam martyrii coronas acceperunt. Ae ne dubitetis, ego ipſe, mihi credite, eos coronatos vidi. Itaque morte eos affectos eſſe ſcitum creditumque fuit Gorcomii, multo ante quam Brila reverſus quiſpiam id nunciare potuerit. Sed & eadem ipſa hora, qua viſum illud ſervo Dei fuit oſtenſum, ſupplicia Martyrum conſummata fuiſſe, & teſtati ſunt poſtea, qui eo tempore Brilæ fuerant, & res ipſa protinus apud omnes divulgata non permiſit ignorari. Quod etſi quidam Martyrum diutius ſpirantes pependerint, animadverſio tamen per milites facta, finem ea, qua diximus, hora accepit. Et Deo revelante, coronati apparere potuerunt una cum reliquo ſociorum Martyrum choro, qui licet nondum mortui, jam tamen in proximo coronam immortalitatis erant acceperuri.

328 Similem porro viſionem, eadem hora,

A atque in eadem civitate ſibi oblatam fuiſſe, a Guil. Estio. reculit alter quidam Matthias, cognomine Eſtius. Is mihi patruus fuit, atque eo CAP. II. rente, frater meus germanus audivit. Qui cum magnam noctis illius partem cum uxore ſua (ut multi tunc Catholici) pro ſalute captivorum & civitatis orando conſumpſiſſet, ac demum quieti ſe compoſuiſſet, vidit eoſdem illos Martyres ante lectum ſuum ordine ſtantes, ingenti ſplendore, gratia, & gaudio perfuſos: & Franciſcanos quidem omnes habitu conſuetu, duos vero paſtores lineis epitogiis (quæ vulgo ſuperpellicia vocamus) indutos: porro Guardianum ſingulari ſuavitate ſibi, quemadmodum in vita ſolet, arridentem, Quibus tranſitu diſcedentibus, videre viſus eſt Nicolaum parochum uxori ſuæ juxta cubanti (cujus in vita confeſſarius fuerat) ſigno crucis protenſa dextera benedicentem. Hæc ille non per ſomnium, neque in phantaſmate, ſed apertis & vigilantibus oculis a ſe viſa fuiſſe, ſincere & conſtanter affirmavit, homo ſimplex, rectus ac Deum timens. In quem proinde nulla tam inſignia fallaciæ, fabulam ut ex ſuo cerebro confinxiſſe videretur, ſuſpicio caderet. Qualem fuiſſe novimus & eum, cui ſuperiore vitio fuit oſtenſa. Talibus ſiquidem ſua ſecreta revelare ſolet Altiſſimus; quoniam Pſalmographo teſte: Secretum Domini timentibus eum; & juxta Sapientem: Cum rectis ſecretum ejus, ſive, ut nos legimus, cum ſimplicibus ſermocinatio ejus; quia nimirum, ut ait Gregorius, de ſupernis myſteriis illorum mentes Deus radio ſuæ viſitationis illuminat, quos nulla umbra duplicitatis obſcurat.

CAP. III. 329 Porro quid beneficii in alterum iſtorum poſtea per Martyres ſuos Deus contulerit, non arbitror hoc loco prætermittendum. Id autem, quemadmodum ex compluribus fide dignis, qui Gorcomii tunc erant, accepimus, ita ſe habet. Non multo poſt Martyrum necem contigit Thoranum ſupra memoratum, herniæ, qui morbus eſt erumpentium inteſtinorum, a multis annis obnoxium, miſere torqueri uſque ad vitæ periculum. Jamque horis viginti quatuor plus minus, exſtantia inteſtina reſtitui non poterant, adeo ut nulla miſero homini vitæ ſpes reliqua videretur. Adhibebantur quæcumque tam præſenti periculo depellendo ſolitum erat adhiberi. Quæ cum omnia nihil proficerent, non jam aliud, quam certa mors exſpectabatur. Tandem ægrotus, deſperatis humanis remediis, ſumpta fiducia, divinam opem imploravit per interceſſionem & merita Martyrum Gorcomienſium, qui Brilæ mortem pro fide Catholica nuper oppetiſſent. Nec defuit piæ precationi ſucceſſus. Mox enim, omnibus, qui aderant, obſtupentibus, præſenti periculo liberatus, ſanitatem recepit, quodque reliquum vitæ deinceps egit, Deo & ſanctis Martyribus acceptum tulit.

CAP. IV. 330 Aliud, quod Brilæ contigit, aſſcribemus; quemadmodum id Abbate monaſterii, quod dicitur Inſula Mariæ, referente cognovimus. Vir quidam Catholicus Brilenſis, cum ex podagra graviſſimis doloribus afflictaretur, portas urbis egreſſus, ad locum in quo ſanctorum Martyrum tumulata jacebant corpora, prorepere vix potuit. Ibi vero, fuſis humiliter precibus ad eum, qui Martyres coronaverat, ſtatim medelam conſecutus eſt. Mox D enim podagra liberatus, ſanus domum rediit, gratias agens Deo, qui per Sanctorum ſuorum merita, potentiæ ſuæ miracula dignatur oſtendere.

331 His accedat inſignis illa victoria, quam CAP. V. magno & ſingulari Dei beneficio, regii Catholicique milites ex hoſte perduelli & hæretico reportarunt juxta Harlemum, Hollandiæ civitatem, proximo poſt Martyrum necem anno; & id quidem ipſo paſſionis eorum anniverſario die, ipſaque etiam hora, qua ex vita emigrarant. Id quomodo factum ſit, referam. Harlemum arctiſſima obſidione cingebatur ab exercitu regis Catholici, in tantum, ut annona jam omni pene conſumpta, fames undique miſeram civitatem miſerabiliter depaſceret. Igitur eam ſic extreme laborantem, extremo quoque conatu Geuſii, qui per Hollandiam erant, periculo liberare vehementer cupientes, quntquant ardentiori ſtudio factionem eam ſectabantur, ſponte & ſuis ſtipendiis plerique eam expeditionem aggreſſi ſunt, conflato ex E ſeipſis exercitu peditum ad quatuor millia, & equitum quingentorum.

332 His Amatores vocari voluerunt, quod (ut ipſi quidem ferebant) ſolo patriæ & Religionis amore ducti rem tantam aggrederentur; cum revera magis ad id faciendum eos odium Cathnlici Regis, ſimul & Catholicæ Religionis impelleret. Per idem tempus multi Catholici Gorcomienſes, qui partim in ſua adhuc civitate degebant, partim inde profugi in exteris civitatibus verſabantur, appetente anniverſario paſſionis SS. Martyrum die, religioſa pietate vigiliam ejus diei ſpontaneo jejunio ſanctificabant, atque ipſum natalem, feſtum ac ſolennem agebant; utrumque vero diem piis precibus tranſigebant, Deum ſuppliciter orantes, ut improbos hæreticorum conatus evertere, conſilia diſſipare, vires diſſolvere, faſtum dejicere, denique toti patriæ ſalutem & Catholicam Religionem reſtituere dignaretur. Atque hæc omnia per interceſſionem & merita novellorum Martyrum poſcere non dubitabant; ſcilicet perſuaſum habentes, eos, F qui propter fidei Catholicæ confeſſionem, manibus hæreticorum occubuiſſent, & vere Chriſti Martyres eſſe, & ut Dei amicos, ac noſtræ ſalutis apud Deum ſuffragatores, invocari rectiſſime poſſe. Ceterum quam religioſum hoc & pium Catholicorum precandi ſtudium nequaquam fruſtra fuerit, exitus docuit.

333 Paratæ jam erant copiæ Geuſiorum, parati currus circiter quingenti (quod & Laurentius Surius in ſuo rerum geſtarum commentario commemorat) commeatu & armis & rebus aliis ad defenſionem civitatis neceſſariis onuſti, quos in urbem introducere, vi penetratis ac perruptis hoſtium caſtris, decretum erat. Igitur ſeptimo Idus Julii ſub exortum auroræ, Geuſianus exercitus ex inopinato ireupit in eam partem caſtrorum, quam Germani milites tenebant. At hi, cum vix eſſent ſexcenti numero, nec parum attonitos eos reddidiſſet tam gravis & inexpectatus hoſtium impetus, (mirum) ita cæleſti auxilio repente roborati ſunt, ut armis tumultuarie correptis, primum quidem ſoli impetum gravem ſuſtinuerint, mox aliis ex omni parte caſtrorum accurrentibus adjuti,

adjuti, numeroſum atque inſtructum illud hoſtium agmen diſſiparint, peditesque ex eo ferme ad duo millia, & equites centum proſtraverint, reliquis in fugam compulſis: currus autem ceperint amplius trecentos, omnes commeatu refertiſſimos. Poſt hanc ſociorum cladem Harlemenſes in extrema jam fame, omni ſpe ſubſidii atque alimoniæ deſtituti, ſtatim ultro ſeſe ac ſupplices in poteſtatem Catholici Regis dedere parati, ſolam vitam incolumem pacti ſunt; ac bonorum mobilium, ne militi in prædam darentur, pretium æſtimatum ſolvere juſſi.

a Regiis Catholicis plectuntur,

334 Itaque quarto poſt die, hoc eſt, tertio Idus Julii, portis apertis, regium militem intra mœnia receperunt. Reſtituta ex eo tempore civitati illi Catholica fides, annos octo continuos plus minus, in tanta circum frementium hæreticorum per univerſam Hollandiam frequentia, non abſque ſingulari numinis ope, ſarta tecta conſervata eſt; nimirum eo uſque, donec inconſulta ſimul & inauſpicata quadam diſſidentium partium pacificatione (de qua non eſt hic pluribus agendum) everſus reip. ſtatus, ad extremum Harlemenſibus quoque Catholicæ religionis exercitium publicum invitis extorqueret: quibus tamen neque animus ſincere Catholicus, neque uſus ejus Religionis, ſaltem privatim exercendæ, vel in hunc diem extorqueri potuit. In hanc victoriam, duos verſiculos chronicos, qui & annum & menſem & diem rei geſtæ complecterentur, fecit oculatus teſtis, Auguſtinus Nezerus Furſtenbergenſis, Poeta & Theologus, idemque Germaniæ tunc militiæ Catholicus eccleſiaſtes. Sunt autem iſti:

nonVa IVLI erat: en fVneſtVa geVsICa CœtVs
tVrba tIbI, VIVaX gerManVs VICtor aLeCrIs.

de quo carmen;

335 Ejuſdem auctoris carmen, quo eam pugnam & victoriam deſcribit, & ut pium poetam decet, ſingulari Dei auxilio aſſertſit, ſtudio brevitatis omitto. Ubi & horam, quam ſupra diximus, commiſſæ pugnæ, & cetera omnia noſtræ narrationi conſentanea commemorat. Quamquam autem hic tergiverſari quiſpiam poſſit, & id, quod acciderit, vel caſui, vel virtuti militari, vel hoſtium ignaviæ magis aſcribendum putet: ego ſane tam felicem pugnæ ſucceſſum ſanctis Martyribus acceptum ferre non dubito; tot præſertim ac talibus conjecturis atque argumentis ad eam rem concurrentibus, Quorum primum eſt, pia ac ſedula multorum Catholicorum oratio, divinam opem contra hoſtes per SS. Martyrum merita implorantium: alterum, dies paſſionis eorum anniverſarius, idemque primus: tertium, quod ipſum quoque pugnæ tempus cum hora paſſionis congruerit. Quartum addo, quod victoriæ modus & magnitudo manifeſte præſentem Dei manum pro ſua Eccleſia pugnantis oſtenderit. Quæ cuncta ſimul conſiderata merito piis & Chriſtianis mentibus perſuadent, ideo eam talem victoriam, eo die & hora tam mirabiliter a Deo fuiſſe conceſſam, ut hoc tamquam evidenti voluntatis divinæ teſtimonio, ſanctorum Martyrum dies deinceps anniverſarius apud poſteros conſecraretur.

336 Aliud referam ſuperiori non diſſimile. Nota eſt Balthazari Gerardi Burgundionis pluſquam heroica virtus, qua & communem patriæ ac religionis hoſtem, publice declaratum ac proſcriptum, fortiter è medio ſuſtulit; & viciſſim immanes corporis cruciatus admirabili patientia pertulit. Qua in re noſtris temporibus alterum ille exhibuit Joannem Nicomedienſem; qui, quod impia Principum adverſus Chriſtianos edicta è publico, ubi pendebant, detracta palam diſcerpſiſſet, omnia tormentorum genera ſibi propter hoc admota, vir nobiliſſimus tanta vultus ac ſpiritus alacritate perpeſſus eſt, ut ne doloris quidem in eo ſignum ullum appareret. Hujus tantæ virtutis æmulator Balthazarus, egregium illud, omnique memoria dignum facinus, niſi precationis ad Deum clypeo præmunitus, aggredi noluit. Die namque natali Martyrum Gorcomienſium anniverſario, poſt annum paſſionis eorum duodecimum, Delfis Hollandiæ, quo ejus rei perficiendæ gratia acceſſerat, ſacram ædem ſecretius ingreſſus eſt, ibique ſuppliciter (uti ſe vidiſſe teſtati ſunt, qui forte aderant, Catholici quidam Delfenſes) aperto capite, fixis humi genibus, & junctis ac ſublatis in altum manibus, ſumma animi devotione Deum precatus eſt horam unam continuam, aut eo diutius. Docuit autem rei eventus exauditum eum fuiſſe; videlicet ea impetrata animi fortitudine, quam & poſtera die, quæ decima Julii fuit, interfecto tyranno, ac deinde quatuor ſequentibus diebus, quando per exquiſita tormenta, perque acerbiſſimum mortis ſupplicium glorioſo martyrio defunctus eſt, pene incredibilem, atque hoſtibus etiam ipſis ſtupendam demonſtravit. Cur igitur non putemus, ſuffragiis meritiſque noſtrorum Martyrum, quorum in natali certamen ſuum Deo tanta orationis inſtantia commendavit, victoriam adeo præclaram & ſeculis omnibus memorandam, Balthazaro divinitus conceſſam fuiſſe?

A.GUIL. ESTIO. CAP. VI. *Quæ alia SS. Martyribus ab auctore bene volentia tribuantur.*

CAPUT II.

In Rutgerum Eſtium, hujus hiſtoriæ collectorem, SS. Martyrum beneficia. Inſatiabilis Lumæi crudelitas in quatuor monachos Schonhovianos, & duos FF. S. Hieronymi Gandæ.

CAP. VII. *Rutgerus Eſtius hanc hiſtoriam diligentiſſime collegit.*

AD eum nunc venio, qui in perveſtigandis & colligendis Martyrum Actis, præcipuam multoque maximam operam poſuit; materiam vero collectam, ruditerque digeſtam mihi ſcripturo ſuppeditavit. Nam & in eo quædam acciderunt, quæ pro commendandis Martyrum ſuorum meritis exhibere Deum voluiſſe, nemo pius, credo, negaverit. Fuit is germanus meus Rutgerus Eſtius, vir (ut multi mecum noverunt) eximiæ pietatis in Deum, ac profuſæ largitatis in pauperes. De quo ſane non fuit mihi tacendum: non ſolum propter id, quod nunc agitur, verum etiam,

A A. Guil. Estio.

etiam, ne vel amantiſſimum fratrem ſua laude fraudare voluiſſe videar, vel mihi plus aliquid, quam oportuit, in hoc præſenti opere vendicaſſe; quando etiam ad id, quod a me præſtitum eſt, ille, dum vixit, tam litteris abſens, quam præſens verbis, aſſiduus hortator atqua impulſor fuit. Cauſa vero incipiendi negotii, quam mihi ſæpe retulit, hæc illi erat.

partim videndo oculis ſuis,

338 Videbat quoſdam temere ac ſine judicio undecumque audita recipientes, ad ſcribendam Martyrum hiſtoriam nimia facilitate prorumpere. Videbat & alios nimium affectibus indulgere, non ſine veritatis diſpendio, dum privatim huic aut illi perſonæ plus lætis ſtudent. Nonnullos vero fortia quædam facta de alio in alium transferre. Quemdam etiam, dum ſuum dedecus atque ignaviam tegere vult (erat enim unus defectitiorum) non modo truncam & imperfectam feciſſe hiſtoriam; ſed & in eorum, qui perſtiterant, virtute prædicanda, multo quam par erat, remiſſiorem

B fuiſſe. In his omnibus dolebat, Martyrum injuriam, quibus & ſubtraherentur veræ certæque laudes, & affingerentur falſæ aut incertæ. Cupiens igitur huic tanto malo mederi, ne aut gloriæ Martyrum aut veritati deeſſet, pio zelo incitatus primum ipſe rem aggreſſus eſt; deinde me, ut cœpta ejus perficerem, ac materiæ formam induerem, denique totum opus in lucem ederem, rogavit & impulit. Ipſe quidem (ut de ejus diligentia amplius aliquid dicam) Ultrajecti in exilio poſitus, toto fere biennio, quod proxime ſecutum eſt Martyrum necem, quando recentiſſima erat geſtorum notitia, viventibus adhuc & nondum dilapſis iis, qui vel captivitatis atque etiam paſſionis aliquo uſque participes fuiſſent, vel oculati teſtes eſſent, vel ex hujuſmodi teſtibus ſuam notitiam accepiſſent, omne ſtudium eo contulit, ut quæ circa Martyres Gorcomii, Dordraci, Brilæ fuiſſent acta, perdiſceret.

partim ab oculatis teſtibus acceptis;

339 Itaque ab unoquoque ex illis partibus adventante, quem ſcire aliquid earum rerum exiſtimabat, modo fide dignus videretur, exacte & curioſe percunctabatur de ſingulis; audita vero ſtatim chartis commendabat. Taceo

C de iis, quæ ipſemet Gorcomii, communem cum Martyribus ſortem aliquantiſper expertus, oculis ſuis viderat, ut ad ea teſtibus non egeret. Veritatis autem tanta ei cura fuit, ut nihil niſi compertum teſtatumve reciperet. Quod ſi dubium quid, minuſve certum adferretur, prout erat fides referentis, aut rejiciebat, aut tamquam incertum, ſive ut veriſimile dumtaxat ſuis collectaneis inferebat. Denique nihil gratiæ cujuſpiam dabat, non offenſioni cedebat, ut ſecus, quam dictaret conſcientia, quidquam ſcriberet. Quam veritatis conſtantiam nos quoque tam in concinnandis, quæ ille dederat, quam in adjicendis iis, quorum poſtea notitiam accepimus, pari ſtudio ac ſinceritate ſumus ſecuti. Neque enim eramus neſcii, quanti piaculi ſit, falſa pro veris, aut dubia pro certis in hiſtoria ſcribenda, præſertim eccleſiaſtica & ſacra, lectoribus obtrudere. Sciebamus etiam, quam ſit abſurdum atque perverſum, Chriſti Martyres, ipſiuſque veritatis certiſſimos teſtes, falſis aut incertis exornare laudibus: quamque D ſtultum & ineptum, per mendacia Dei honorem promovere velle, cum ſcriptum ſit: Numquid Deus indiget mendacio veſtro?

dyſenteria primum eorum meritis liberatur,

340 Dum igitur in hoc pio opere Rutgerus verſaretur, & ſparſa, quæ annotaverat, colligere cœpiſſet, in dyſenteriam incidit, quæ non ſolum ab incepto eum prohiberet, verum etiam vitæ periculum ac deſperationem adferret; maxime quod remediis ad curationem morbi neceſſariis ob exilii paupertatem deſtitueretur. Exilium enim cum patre ſene voluntarium pro fide Catholica relictis omnibus, patiebatur. Tum metuens, ne ſe mortuo ſchedæ diſperſæ ac neglectæ perirent, & per hoc veritas hiſtoriæ Martyrum obfuſcaretur, ſupplex Deum oravit id tantum, ut vi morbi repreſſa, tempus ſibi concederet abſolvendi, quod ad ipſius gloriam inchoaverat. Piam ſupplicationem exaudivit Deus, nec opem diſtulit. Nam ecce ſtatim eadem hora fluxus, quo pene continuo laborabat, ceſſavit, nec rediit: tantumque virium ab infirmitate corporis ei E tunc redditum eſt, ut, actis Deo gratiis, ſine moleſtia cœptum opus perſequeretur.

CAP. VIII. eum etiam ea affectus benefitia,

341 Eſt autem & aliud, quo ſedulam piamque Rutgeri operam ſibi gratam fuiſſe, nequaquam obſcure teſtatus eſt Martyrum Dominus. Celebrabat ille privata devotione quotannis novorum Martyrum natalitia, feſtum agens diem: imagineſque eorum, quas ad vivum depictas habebat, exornans, & coram eis elegantes odas Teutonicas, in Martyrum laudem a ſe compoſitas, ſuaviter cantillans: atque eo ſpirituali gaudio in commemoratione Sanctorum exultans. Vertebatur jam annus ab illorum paſſione viceſimus, quando poſt jejunium quadrageſimale, ſolo pane & aqua tranſactum, gravi corporis infirmitate laborare cœpit, ex qua etiam mortua eſt. In eo morbo quoties ille Nicolaum Picum invocabat? dicens: Sancte Nicolae, ora pro me. Sancte Nicolae, adjuva me. Quoties ad Martyres, quorum honori ſervierat, ſuſpiria ſua ac deſideria tranſmittebat? Nec id certe in vanum. Omnino enim exauditus eſt; non F. ſic quidem, ut a morbo liberatus, ſicut olim, ſanitatem reciperet temporalem (jam enim ſublimior merces piis ejus laboribus parabatur) ſed alia quadam ac ſingulari ratione. Namque Nicolai & ſociorum ejus Martyrum recurrente natali, in ipſa nocte anniverſaria paſſionis eorum, atque in eadem noctis vigilia, qua ſupplicium illorum fuerat inchoatum, ex hac vita mortali ad ipſorum Martyrum beatam ſocietatem evocatur: cum ſanctæ ejus migrationi mecum adeſſent duo presbyteri, iidemque theologiæ profeſſores, Joannes Deckerius ex Societate Jeſu, & frater noſter Arnoldus Eſtius Minorita.

ut ipſorum natali die, tamquam vigiliam Martyr ad eas accedens.

342 Quis hic non miretur ordinem divinæ diſpoſitionis? Imo quis divinum teſtimonium etiam in morte illius viri non agnoſcat? Quis caſu geſtum putet, ut ſic in eo res & tempora convenirent? Pro Martyribus laborat: Martyribus honores quotannis inſtaurat: Martyres in lecto doloris invocat: ad Martyres evocatur, & præmio pii laboris donatur: finem facit dies illorum anniverſarius. Denique

A que rem totam hora migrationis confirmat. Sed nec vacat, opinor, intercedentium annorum numerus. Forſitan enim ideo viginti annis ſervatus eſt, ut ipſe novemdecim Martyribus viceſimus accederet, ac velut poſtliminio conſors fieret beatæ eorum paſſionis, quam ante totidem annos, Deo volente, non tam defugerat, quam diſtulerat, ut prius Acta Martyrum ſcriberet, quam paſſionis eorum & præmii conſortio gauderet. Si enim, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet; cur non accipiat mercedem Martyris, qui Martyres in nomine Martyrum tot obſequiis honoravit? Igitur ſatis exiſtimo piis omnibus liquere, quemadmodum etiam in illo viro Deus ſuorum Martyrum gloriam illuſtrare voluerit.

CAP. IX. *Alia Lumpe ante ſeminis ſtrages.*

343 Sed a veneratore Martyrum ad perſecutorem narratio tranſeat, ut in hujus etiam morte, Lumnii dico, divinum pro ſuis Sanctis teſtimonium agnoſcamus. Etenim ſi recte ſacri & eccleſiaſtici ſcriptores, Antiochi, B Herodis, Maximiani & Maximini, multorumque aliorum, qui pios homines perſecuti ſunt, fœdas, horribiles, & inſolitas mortes ſtudioſe deſcripſerunt, ut inde lector intelligeret, quam fuerint illi Deo grati, quorum injuſtas afflictiones & neces etiam in præſenti ſeculo ſic ultus eſt: arbitror etiam hac parte pro noſtris Martyribus teſtimonium haud leve ſuppeditari. Prius tamen quam exitum illius viri exponam, referenda mihi ſunt & alia quædam ab eo, poſt Martyrum noſtrorum interitum, impie, crudeliter, & barbare in Dei ſervos perpetrata. Quod quidem non erit ab inſtituto noſtro alienum, non modo quia Martyrum ſcribimus hiſtoriam, verum ob id quoque, quoniam hi, de quibus dicturus ſum, ut poſteriores noſtris fuerunt, ita virtutem eorum & conſtantiam, rumore ſtatim ad aures ipſorum perlato, ſuis præclaris & quodammodo divinis teſtimoniis ornarunt.

In quantum Religioſis Scenhovii ſuis

344 Cum igitur Lumnio prima perduellionis & crudelitatis initia Brilæ pro voto ſuccederent, ad interiorem Hollandiam paulatim C eſt progreſſus, ubique talem ſe, qualis erat, exhibens, id eſt hominem ferum, & ſacerdotum monachorumque ſanguinis ſitientem. Itaque circa Kalendas Octobris oppidulum in ripa Rheni ſitum, nomine Scenhoviam (quam Latine bellam curiam in ſuis epiſtolis interpretatur Thomas Kempenſis) obſedit ac deditionne cœpit; pactis quidem & juratis conditionibus, ut & Catholicæ Religionis uſus, & tam perſonarum quam religioſorum locorum privilegia ſalva obſeſſis manerent; ſed quorum nihil ab homine perfido præſtitum fuit. Nam non multo poſt per milites, impiæ ſuæ voluntatis miniſtros, ejus loci templa profanavit, aras everſit, Chriſti Sanctorumque ejus imagines confregit, ſacram ſupellectilem diripuit, Sacramenta conculcavit: tantum aberat, ut Catholicis exercitium aliquod ſuæ Religionis, uti pactus fuerat, permitteret. Quin vero mox ad ſolitam miniſtrorum Dei carnificinam ſeſe cum ſuis convertit. Erat extra muros urbis inſigne monaſterium Canonicorum Regularium montis S. Michaelis, Hemmenie vocant. Ejus Religioſi propter hoſtium excurſiones in oppidum commigrarant. Verum ubi tutiores ſe fore putabant, peſſime tractati ſunt. D a. Gurt. Estio.

345 Unus eorum, Theodoricus nomine, Gaudanus patria, multis vulneribus ab impio milite confoſſus & interemptus eſt. Alii duo, Jacobus item Gaudanus ac monaſterii Supprior, & Cornelius Scenhovianus, ex arbore nuce, quæ è regione domus ſenatoriæ ſtabat, ſuſpenſi & ſtrangulati ſunt. His tribus ad martyrium acceſſit quartus, ejuſdem cœnobii contubernalis, Gaſparus nomine, quem equinæ caudæ alligatum barbari illi, multis, qui rem ſpectabant, commiſerantibus, Gaudam uſque pertraxerunt, oppidum duobus fere milliaribus Schonhovia diſſitum; quod fraude quorumdam perditorum hominum ante quatuor menſes in Geuſiorum poteſtatem facrat redactum. Illic Gaſparum ex anteona navis, quæ erat in Iſula flumine extra mœnia civitatis, atque ex oppoſito arcis, ſublimem deligarunt, & ſurſum deorſum trahentes ac retrahentes, animam ei tandem extorſerunt: cum E pro ſpectaculo corpus ſuſpenſum diebus aliquot reliquerunt. Hæc paſſi quatuor illi, non nb aliud, quam quia Catholici, quia monachi, quia ſacerdotes erant.

346 Atque hæc omnia Lumnii potiſſimum auſpiciis gerebantur. Nam & ipſe ſub idem tempus Gaudam profectus eſt, tyrannidis promovendæ cauſa. Sed eo cum veniſſet, a primariis quibuſdam ejus loci viris, Geuſius quidem illis, ſed politicis, placide ſubmonitus eſt, ne, quod alibi factum ab eo didicerant, ad necem monachorum & ſacerdotum ſtatim proroueret. Diſſimulandum eſſe ad tempus, donec res ipſius per Hollaodiam melius eſſent conſtabilitæ. Metuendum alioqui, ne multorum animos prima facie abs ſe alienarer. Ea monitio omnnullum ei metum injecit. Unde cum pauln poſt duo ejus loci Minoritæ, Guardianus & Vicarius (quos diu captivos in arce tenuerant Geuſii, multiſque modis afflixerant, Guardianum præcipue) ſuiſſent ad eum in curiam adducti, & ad pedes ejus abjicere ſe coacti, quorumdam civium ſupplicatinne, F ſaltem id impetratum eſt, ut (quod beneficii loco habebatur) vivi ab ejus oculis diſcederent; quamquam non ſine terrore & periculo: nam ſupplicantibus cum contemptu & ita reſpondebat, verbis ter repetitis; Sacrifici & mnnachi; veluti ſignificans inviſum ſibi eſſe hoc genus: ideoque ſe invitum eis parcere, nec libenter audire, ſi quis pro iis interpellaret. Quam enim ejuſmodi preces illius ingenin moleſtæ fuerint & exoſæ, probat hoc, quod referam. Cum aliquando vir quidam mihi notus, homn Geuſianæ factionis, aliquid poſtulaturus ad eum accederet, hac ſalutatione exceptus eſt: Si ſcirem, inquit, te pro monachis interpellatum venire, temetipſum ſuſpenderem.

CAP. X. *Guardianus & Vicarius Gaudanus*

347 Verum Gaudæ recenti adhuc adventu metus eum repreſſit, ex ea, quam dixi, quorumdam admonitinne conceptus. Igitur ab ejus conſpectu ducti Franciſcani ad ædes ſenatoris cujuſdam Catholici, velut ad cuſtodiam liberiorem, atque inde clam opera amicorum ſubducti; cum poſt aliquot dies iterum Lumnin

quomodo tyranni mortis furorem cujus nos.

A nia ſiſtendi, diligentiſſime ab ejus ſatellitibus
A. Guil. Estio. quærerentur, reperiri non potuerunt. At certe, ſi reperti fuiſſent, haudquaquam illius homicidæ manus evaſiſſent. Quare paulo poſt eorumdem amicorum ſtudio & induſtria procuratum eſt, ut veſte vultuſque ſpecie mutata, per medios milites portarum cuſtodes urbem egreſſi, ad partes Catholicorum ſalvi perveniren, Ita namque Deo viſum fuit, ad utilitatem Eccleſiæ eos in via aliquantiſper adhuc ſervare. Erat horum alter, quem Guardianum dixi, Antonius Nuſculus, patria Gorcomienſis, Nicolao Pico amicitiæ vinculo conjunctus, vir corpore exiguus, ſed pietate, doctrina & eloquio magnus, ac frequentiſſimo auditorio concionari ſolitus; ut qui ſæpe ad tria aut quatuor millia, vel eo amplius, auditores habuerit. Poſt id tempus Guardianum egit Buſciducis, tum Antverpiæ. Poſtremo cum valetudinis gratia proſectus eſſet
B in Galliam, apud Pariſios vitæ exitum ſortitus eſt.

CAP. XI. *Quales fuerint Fratres S. Hieronymi Gaudæ.*

348 Porro fruſtratus hac præda Lumnius, in alios duos ex occaſione vertit furorem: de quibus ea, quæ a fide dignis accepi, commemorabo. Erat Gaudæ domus fratrum, ut alibi quidem vocantur, S. Hieronymi: ſed illic a S. Paulo, eccleſiæ ſuæ patrono, Paulitæ nuncupabantur; tametſi vulgus eos vocitaret Fratres collationarios, nomine indito a collatione, hoc eſt, brevi & familiari concione, quam Dominicis aliiſque feſtis diebus in oratorio ſuo, poſt veſperas eccleſiæ majoris finitas, ad populum habere conſueverant. Ea collatio fere verſabatur in hiſtoriis & exemplis Sanctorum utiliter ad imitationem populo proponendis. Quamvis autem tenues eſſent monaſterii proventus (nam ante inventam artem typographicam, ſcribendis & compingendis atque divendendis libris, vitæ neceſſaria ſibi comparabant) in egenos tamen benignitatem exercebant, quam poterant, memores illius præcepti; Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi parum, etiam hoc libenter impertiri ſtude.

C *Domus præfatus & eorumdem.*

349 Præfectus monaſterii, quem Patrem vocant, erat Joannes Rixtellus Brabantus; vir in cujus vultu & moribus mira pietas reluceret, corporis vero tanta macies, ut vix oſſa pellibus hærerent. Erat autem (ut ex epiſtola cujuſdam amici, qui cum eo familiare colloquium interdum habuit, intellexi) non ſolum in humanioribus, verum in ſacris quoque Litteris, ac veterum Patrum ſcriptis plurimum exercitatus. Is, poſtquam mota fuit a Geuſiis in Catholicos perſecutio, ſæpe piocidam ſacerdoti dixit: O utinam dignus efficiar corona martyrii! Cumque de Martyribus Gorcomianis inaudiſſet, fortitudinem eorum & conſtantiam admiratus, & finem exoptans ſimilem, magno cum animi deſiderio dicebat: Moriatur anima mea morte juſtorum, & noviſſima mea fiant horum ſimilia. Præfectum moribus referebat œconomus, procuratorem appellant, Adrianus Textorius, Gaudæ natus. Nam & ipſe pius admodum & humilis erat, idemque non indoctus. Qui cum aliquando Geuſiis militibus in monaſterio collocatis, pro obſequio funem bombardicum accenderet, veluti præſagiens dicebat: Sic nobis inſtrumenta præparanda ſunt, quibus occidemur,

D

350 Cum igitur viderent hi duo, quos dixi, monaſterium ſuum ab impiis militibus magno numero teneri, omniaque ejus ſacra, non ſacra, miſceri, rapi, diſſipari atque diſperdi, nullum fratribus ipſis angulum ad manendum relinqui, tandem inito conſilio, die xxv. Novembris ante meridiem, habitu ſuæ profeſſionis pro more induti, Comitem Lumnium, qui in arce civitatis morabatur, adeunt oraturi, qua poſſunt humilitate, ut intolerabilem militum ſuorum inſolentiam compeſcat, aut certe poteſtatem fratribus faciat, rebus ſalvis è monaſterio diſcedendi. Euntibus occurrit quidam, non parvæ auctoritatis, etſi dubiæ Religionis homo. Quærit quo tendant? Ut audit, eos Comitem adire, quantum poteſt, dehortatur, ſciens quanto ſuo periculo id
E agerent. Illi ſalutem monaſterii potius ſpectantes quam ſuam, religioſa ſimplicitate pergunt, quo cœperant, non diffidentes, ſe, quod petebant, impetraturos: charitate nimirum impellente, quæ ſecundum Apoſtolum omnia credit, & omnia ſperat.

dum adiisset mentis deprecatur accenderet i

351 Eos accedentes, ut viderunt Lumnius & qui cum eo erant, cum riſu clamitare cœperunt: Ecce, ecce, quid hoc rei eſt? Nunc oves ſponte currunt in ora luporum. O! vim veritatis, quæ ex ore perſecutorum erupit, tam in eo, quod illos ovium, quam quod ſe luporum nomine deſignarent: tametſi in principem eorum Lumnium aptius longe quam in ceteros ea comparatio quadrabat. Sicut enim lupus, ove conſpecta (niſi quid abſterreat) non poteſt quin perſequatur & inſiliat, naturæ ſequens inſtinctum; ita viſus ille beluino quodam impetu ferri in cædes monachorum & ſacerdotum, quos conſpexiſſet. Itaque mox reipſa ſe lupum innoxiis illis Chriſti ovibus exhibuit: namque, non exſpectato ſupplicantium ſermone, primum veſtibus ſpoliari jubet, tum nudos militum ſuorum exponit venationi. Militibus illico gladiis aliiſque telis eos ſeu feras
F per aream & viridarium arcis agitant, inſequuntur, vulnerant, imo vulneribus undequaque confodiunt, ita ut tandem, ſpiritu deficiente, in terram concíderent. Semimortuos arreptis pedibus per vepres & ſpinas acutiſſimas trahunt, raptantque. Quos cum adhuc reſpirare cernerent, ne quid ad immanitatem deeſſet, aperto ventre, cor & inteſtina palpitantibus evulſerunt. Ita demum felices animæ, corporibus in terra relictis, ad cœleſtes coronas evolarunt.

beundus ab eo carnifice ne trucidet tur i

virginis ad ſepulturam eruta monasterii ſuæ ſepultæ.

352 Populus Catholicus, ut rem, quæ acta fuerat, intellexit, multis lacrymis & luctu mortem optimorum virorum tam indignam & erudelem proſecutus eſt. At ne quis forte rivium in arcem veniens, corpora tam fœde tractata conſpiceret, ſtatim ea milites, facta fovea, in ipſa arce contumularunt. Poſt dies octo Lumnium adiit Maria Franſenia, Chriſto amabilis & ſacra virgo, petiitque corpora Martyrum & impetravit. Effoſſa igitur ea & lota ac ſuavem ſpirantia odorem (adeo ut mirarentur quotquot prope accederent) euravit, adjuvantibus aliquot viris Catholicis, inferri

in

A in templum monaſterii, in quo Sancti illi Deo ſervierant, atque in eo ante majus altare ſepeliri. Ætas utrique erat annorum fere quadraginta. Fuit autem iſtorum Martyrum meritis haud temere attributum, quod templum illud, in quo ſepulti jacent, ab hæreticorum profanatione liberum deinde multo tempore permanſerit.

CAPUT III.

Cornelius Muſius, vir omni laude digniſſimus, martyrium præſenſiſſe viſus, Lumei artibus interceptus, diriſſimis modis excarnificatur, tandemque laqueo coronam martyrii conſequitur.

B CAP. XII. *Cornelius Muſius, vir doctus magnus,*

OMitto referre cetera, quæ a Lumnio, ejuſque miniſtris barbare ſimul & impie variis locis acta fuere: vereor enim ne longius ab inſtituto recedam. Unam illud oec alieoum erit, nec, ut arbitror, pio lectori moleſtum, ſi commemorem, quemadmodum is; velut pro ſcelerum ſuorum complemento, virum celeberrimi nominis, Cornelium Muſium Delfenſem, græce juxta ac latine doctum, poetam, ſenem, ſacrarum virginum S. Agathæ apud Delfios cœnobiarcham, poſt illatas graviſſimas contumelias & eruciatus, neci dederit. Poetam dico, non qui profanas, laſcivas, ſabuloſas coleret Muſas, uti poetas quoſdam Chriſtianos parum Chriſtiane facere videmus; quorum ille ſtultam, ne dieam impiam vanitatem ſemper fuit averſatus: ſed quem ſacra & caſta poeſis delectaret, utpote theologum & ſacerdotem caſtiſſimum; ut inter mores ejus & Muſas, pietatis atque ſanctitatis effet pulcherrima conſpiratio.

& ſua tempore multis elogiis ornatus,

C 354 Quæ laus Muſii ne recentior cuiquam videatur, encomium ejus, repetitum ex epiſtola, qua vir quidam doctus & pius editionem Pariſienſem Ven. Bedæ presbyteri, ſcribentis in Proverbia & Caotica Salomonis, ei nuncupat, hic interſeram. Hos, inquit, commentarios tuo nomine in publicum prodire, coëgere tui eandidi caſtique mores, & vitæ puritas; quam ex aſſiduo ſacrarum Litterarum ſtudio & lectione, & rerum humanarum diligenti conſideratione, per ſpiritum, qui in ſuis omnia poteſt & operatur, longa jam conſuetudine hauſiſti. Quod ſtudium, mirum quaota felicitate inſtituiſti; ut eum huic totus & indefeſſus inhæreas, humaniores tamen litteras non negligas; quas ſuceiſivis horis, veluti rei gravioris pondere depreſſua, ſic exerces, ut ſacris non officiant modo, ſed eas alant magis. Interim io verſus pari ingenii facilitate, & Muſas, ut aiunt, amœniores exeurris; non furtis ſtuprilque deorum dearumque, & amoribus decantaodis intentus, in quo oonnulli exhauſti ſeneſcunt: aut miſcens ſacra profanis, qui jam omnibus communis eſt error carmine ſacra tractaoribus: ſed ſacris ſacra reddens, a ſacra numquam anchora oculos deflectis. Cujus rei ſpecimen nobis præbuiſti noo obſcurum. Quo factum eſt, ut in omoi ſtudiorum genere Chriſtum ſapias, & verum piumque fructum referas. Quod in melius, ut augeat, qui omnibus ſolus dat incrementum Deus, precor.

D A. GUIL. ESTIO.

355 Hæc ille Pariſiis anno Domini MDXXXVI. quando Muſius nondum ætatis ſuæ dimidium peregerat: ut intelligas vitæ puritatem ac ſanctimoniam non demum illi cum ſeneſtute adveniſſe, ſed & juvenem iis virtutibus effulſiſſe, quibus ad illuſtre martyrii decus præluderet. Accedebat ad hæc ardena ipſius martyrii deſiderium, meritis vitæ prioris reſpondens. Nam quid aliud ſibi volunt verſus illi, quibus ſpiritu divino afflatus, nunc optat, nunc precatur; ut animam ſuam pro Chriſto ponat? Cum enim Chriſtum paſſum quodam carmine ſupplex alloqueretur, hoc tetrametro, ſancti deſiderii pleno, claudit orationem. *ſa verſibus ſuis verſa*

O ſi ſemel conceſſeris,
Amore ut ardeam tui,
Vitam lubens tum impendero
(Nam cuncta debeo) tibi.

E Alibi vero Sanctum ſibi cognominem invocat hoc carmine.

Beate Chriſti Pontifex,
Chriſtique Martyr inclyte,
Hanc gratiam Cornelio
Tuo benignus impetra,
Ut, exprimo quem nomine,
Te charitate, te fide,
Et aſſerendæ audacia
Te veritatis exprimam.

martyrium non vere præſenſiſſe cenſetur.

356 Et hæc quidem ſacer ille vates, velut prælagio quodam, cecinit ante Geuſianam persecutionem exortam. Poſtea vero quam claſſicum perſecutionis ſonuit, magis accendi vitæ eſt in eo martyrii ſitia. Tunc ei multus apud familiares de martyrio ſermo. Tunc & libros de exhortatione martyrii ſcriptos attentius lectitavit. Quo tempore etiam Martyres Gorcomianos, Britæ peremptos, inſigni teſtimonio honoravit. Nam cum de illis fama ad eum pervolaſſet, in tantum & eorum virtuti congratulabatur; & de ſe ſubmiſſe ſentiebat, ut ſæpe cum lacrymis profiteretur, indignum ſe eſſe eorum glorioſa ſocietate; imo nec dignum, F qui eis corrigias calceamentorum ſolveret. Sed hæc humilitas dignum eum martyrio faciebat. Simul autem & illius Canonici, qui ſe per ignaviam a ſancto Martyrum conſortio ſeparaverat (nam familiariter eum noverat) non ſine gemitu recordabatur. Ipſorum præterea Martyrum nomina diligenti ſtudio conquirebat, ut diem paſſionis eorum, recurrentibus annis (ſi vita ſuppeteret) pari celebraret honore, quo natalitia Joaonis Roſſenſis & Thomæ Mori (quorum pictaa in tabellis ad vivum imaginea apud ſe habebat) & aliorum noſtri ſeculi Martyrum agere ſolitus erat. Quibus etiam omnibus hymnos & epinicia pius Poeta meditabatur. Hæc ex ore probi cujuſdam presbyteri, teſtis oculati atque domeſtici, (nam Muſio poſtremus famulus fuerat) audita, germanus meus mihi & retulit; & litteris conſignata reliquit.

CAP. XIII. *Violata in ſe hoſpitii jura avertunt Muſium*

357 Poſt id tempus in Hollandiam veoit Princeps Orangius, Geuſianæ factionis caput. Eum ingreſſum Delfos, Muſius conſueto ſuſcepit hoſpitio, non tam amicitiæ cauſa, quam ſervi-

A ſervitutis, cui religioſæ domus opulentiores, quale erat S. Agathæ monaſterium, ad magnatea excipiendos fere ſunt obnoxiæ. Cum igitur ipſo die adventus ejus cœnaturus eſſet cum illo Muſius, iturum ad menſam monuit famulus, quem ſupra dixi, ut depoſita veſta ſacerdotali, toga ſcilicet & pileo, veſtem cœnatoriam, quam nocturnam vocant, aſſumeret cum galaro viatorio. Metuendum enim, ne comites Orangii, quibus exoſi erant ſacerdotes, habitu ſacerdotali conſpecto, provocarentur ad nocendum. At Muſius ſe facturum negavit. Egone, inquit, ſeptuagenarius præ metu diſſimulabo, unde juniores exemplum capiant? Abſit hoc a me. Nec eſt cur mori timeam homo jam ſenex. Itaque ſolita veſte indutus ad convivium acceſſit, nihil veritus improperium ſacerdotii, nec periculum imminens.

A. Guil. Estio.

Agathenſis ſuos hoſpites & ab hoſpite ad martyrium ſe præmittit.

B 358 Accidit autem quod metuebatur; hoſpitii jure violato, deinde eſt hoſpes ab hoſpite in cœna hoſpitali; multiſque dicteriis & convitiis petulanter a convivantibus impetitus. Multum hæc diverſa ab illo præconio, quo Muſium eſſe virum epiſcopatu dignum, Orangius apud ſuos aliquando pronuntiaverat. Porro ex his initiis facilis erat conjectura, quid Muſio exſpectandum eſſet. Suadentibus igitur & impellentibus amicis, vix tandem fugam parat. Interea filiolas ſuas, ſanctimonialis, inquam, curæ ſuæ concreditas, ſolicitus pater in conclave quoddam ſecretius convocat, & ad fidem Catholicam conſtanter retinendam, ad charitatem mutuam, ad caſtitatis, aliorumque ſolennium votorum perpetuam obſervationem adhortatur. Tum oblato Miſſæ ſacrificio, & vivifico pane ſingulis diſtributo, omnes Deo commendat: ac ſacræ menſæ reliquiis (ne ſanctum Domini canibus relinqueretur) a ſe conſumptis, ait: Hoc ſumpto viatico (forte opus fuerit) armabor ad martyrium; nec deficiam tam ſalutari refectus Sacramento.

Orangii juſſu Haga revocatur,

359 Quibus peractis, ex urbe natali ſubducit ſeſe, & Hagam Comitis, inde duarum ferme horarum itinere diſtantem pervenit. Sed indicio cujuſdam Delfenſis ac propinqui ſui proditum, prædones Geuſii inſequuntur & capiunt.

C Orangius, ea re cognita, Delfos eum per literas publicas revocat: ſive quod hominis elariſſimi & apud omnes gratioſiſſimi cæde (quam ei captivo a ſævo milite metuebat) factionem ſuam gravari nollet: ſive quod ejus indicio reconditas opes monaſterii ſe conſequi poſſe ſperaret. Ea revocatio Comitem Lumnium, qui tum ad eas partes acceſſerat (ut ad eum tandem, de quo ſermo erat inſtitutus, ex longo diverticulo revertamur) male habuit, & ad vexandum atque perdendum Muſium incendit. Neque vero tantum virum aliter, quam Lumnii opera perire oportuit. Hic igitur tribus ſtimulis incitatus, ſuperba adverſus Orangium indignatione (quod & Brilæ vidimus) odio adverſus ſacerdotem (quod ei perpetuum) & auri cupiditate (nam ad monaſterii theſaurum etiam ipſe anhelabat) eam prædam abeuntem, omnino ſibi perſequendam ſtatuit. Suſpicio quorumdam fuit, ex compoſito rem actam inter Orangium & Lumnium. Quod mihi nec ſtudiis eorum, nec rebus geſtis conſentaneum videtur.

360 Revocatus Orangii mandato Muſius; Haga Delfos revehitur rheda glaciali, comites ſecum habens generoſam caſtiſſimamque virginem Carlotam Merviam, & Cornelium Meranum, adoleſcentem viginti fere annorum cognatum, quem etiam ex ſacro fonte ſuſceperat. Sed proficiſcentem & periculi ſecurum, ex medio itinere Lumnius intercipit, ac diploma Principis Orangii, quod ille continuo pro ſui tutela proferebat, abjicit cum riſu & contemptu. Mox ab ejus miniſtris vir optimus, tamquam patriæ proditor (erat hæc calumnia vulgaris in Catholicos) vinculis arctiſſimis ſtringitur, & celeri curſu per lævorem glaciei Leidam abducitur: oppidum ad dextram longiuſcule diſſitum, quod Lugdunum Batavorum, repetito ex antiquitate vocabulo, nunc appellant.

D *Intercipitur a Lumnio,*

361 Erat ea dies menſis Decembris decima, ſanctiſſimæ virgini, martyrique Eulaliæ ſacra. Leidam perductus Muſius eadem die ſub veſperam, ut aliqua judiciarii ordinis ſpecies appareret, ad tribunal quaſi ſiſtitur. Ubi virum quemdam nobilem, veteris amici filium, eumdemque benigne a ſe habitum & beneficiis affectum, Ghisbertum nomine, conſpicatus, mutuam officii vicem repoſcit. At ille, diſtortis oculis eum intuens: Tune es, ait, Agathenſium Pater? Putabam ſubolidum monachum reſidere. Et cum dicto ſeſe inde proripit homo ingratus. Illico ſubmittitur hæreticus concionator, qui in Eccleſiam Romanam fidemque Catholicam multa debacchatus, nonnulla Calvinianæ doctrinæ capita viro pio perſuadenda proponit. Ad quæ Muſius: Mene, inquit, adeo vecordem & inſulſum exiſtimas; ut poſt tantam in divinis Litteris collocatam per omnem ætatem operam, poſt tot evolutos ſanctorum Patrum commentarios, tam facile ad levem auram a fide ſemel profeſſa recedam? Non eſt, quod te aut me fatiges. Eam ſenex ſervabo fidem, quam puer didici.

qui cum Lugdunum ad tribunal ſuum perducitur.

E

C. XIV. *Cum ignominia ad duos alios Martyres ducitur.*

F 362 Dum hæc aguntur, repente nuntiatur, Sparendamum, qui portus erat Harlemenſium munitiſſimus, a Regio milite expugnatum eſſe, præſidiumque, quod inibi erat, deletum. Ad hujus rei nuntium Geuſiis trepidantibus, viſum eſt, indicta cauſa, cædem innocentis accelerari: ſed prius habita quæſtione de eimeliis ac theſauro monaſterii, quod opulentiſſimum habebatur. Ducitur ergo conſeſtim a lictoribus cum publica ignominia, magnaque verborum acerbitate, ad vicinas ædes Catholici cujuſdam exulis, cui Cornelio Venio nomen erat, a perduellibus occupatas: in quibus duos alios captivos reperit, Chriſtophorum Scaganum, & Adrianum Aſſendelfium, primarios è ſenatu Harlemenſi viros. Quos a legatione, quam ex civitatis ſuæ decreto apud Regios obierant, revertentes, comprehenderant & Leidam adduxerant Geuſii, paulo poſt Martyres futuros. Hic enim pridie Natalis Dominici Delfis e patibulo ſuſpenſus & necatus eſt; atque etiam poſt mortem contumelioſe tractatus. Nam caput a corpore refectum, ſublime ſtipiti impoſitum eſt, velut proditoris. Ille vero ex intenſiore tortura in carcere mortuus. Ambo præclarum ſuæ confeſſio-

A seſſionis teſtimonium reliquerunt.

Deum, ut ſe ſuorum ſalutem procet.

363 Cum his de communi ſorte Muſius colloquitur: datque & accipit verba conſolationis. Sitientibus adfertur a famula domeſtica ſextarius cereviſiæ Anglicanæ. Ejus hauſtu vix paululum recreatus Muſius, ſtatim a lictoribus in proximum triclinium rapitur, & præſecto rerum capitalium ad quæſtionem exhiberur, præſente & aſſeſſorem agente nobili illo viro, perfidoque amico, cujus jam ante memini. Igitur ad ſcalam, quæ erat equulei loco, ſenem venerabilem, caligis ac thorace detractis ſeminudum, manibuſque poſt tergum reductis ſupra, ac pedibus infra, funiculis extendunt. Tum ei reſupino per os linteolo opertum, aquam frigidam inſtillant, eo uſque donec venter abunde intumuerit. Unde excitati e viſceribus horrendi ſingultus. Audiebantur & gemebundæ voces, quas dolor exprimebat. Sed cum ad extorquenda ſecreta, quæ volebant, hac via lictores non proficerent, aliud tentant pœnæ genus. Capite deorſum verſo, molem corporis ſuſpendunt ex

B duobus primoribus pedum digitis, quos tenuioribus, iiſque fortiſſimis reſticulis, ſupremæ ſcalæ alligarant. Unde contigit, ut corpus ſuo pondere ab artubus, ex quibus pendebat, avulſum, illiſo graviter ad ſolum cano capite corruerit.

Atrociſſimis tormentis excruciatur.

364 Poſt hæc, admotis facibus, uſque adeo ſenile corpus ſuffularunt, ut gravi odore locus repleretur. Neque ſic tamen profecit ſæva crudelitas. Noverat enim vir ſanctus & in divinis eruditus, omnia potius ferenda Chriſtiano, quam ut ſacros theſauros impiis proderet. Hæc vero omnia triſtiſſimus ſpectare cogebatur cognatus ille cognominis & concaptivus adoleſcens, ut in eum quoque pars immanitatis redundaret. Jam præ tormentorum magnitudine ſenſus ſenem defecerat, cum barbari illi, pro explenda crudelis animi libidine, magis quam ad augendum Martyri dolorem, reliquos ei pedum, manuumque digitos præcidunt. Quorum unum aut alterum ibidem neglectum, poſtridie puella domeſtica forcipe excepit, & cœmeterio S. Petri infodit. Sed ad extremum Martyris agonem veniamus.

365 Cum fruſtra quæſtionibus viri conſtantiam tentari viderent homines nefarii, reliquum

C CAP. XV *In favorem eandem aſſert martyrii veritatem confirmatur.* putarunt, ut eum e medio quamprimum tollerent. Igitur ſub horam a meridie nonam, multa jam nocte, per plateas alta nive contectas, ſenem tormentis excarnificatum, pene nudum, frigore rigentem, anhelum, & graviter non ſine lacrymis ſuſpirantem, ad forum civitatis pertrahunt, truncis pedum plantis per impreſſa nivi veſtigia copioſum ſanguinem uſque ſtillantibus. Eo pertractum ſub patibulo ſtatuunt ſuſpendendum. Videns Muſius adveniſſe tempus, quo per ignominioſam mortem ſibi ex hac vita ſit emigrandum, brevi ſed efficaci prece poſtremum illud ſuum certamen Deo commendat. Accedunt lictores, & quia præ defectu virium ſcalas ſcandere non poterat, fune ligant medium, atque ita fœdum in modum attrahunt in ſublime. Mox injecto laqueo craſſiore collum eingunt, haud ſoliciti, ut quod acceleranda mortis cauſa fieri ſolet, arctius gula ſtringeretur. Quo factum, ut non ſtatim intercluſo ſpiritu, pœna morienti producta fuerit. Hic demum optimi doctiſſimique ſacerdotis exitus D fuit; mundo quidem infamis, ſed apud Deum A.C. ut. gloriosus, ipſique multo ante exoptatus. Hoc ESTIO. beato fine vitam laudatiſſimam concluſit, annos jam natus ſeptuaginta duos & menſes ſex. Ineiderat enim natalis ejus in undecimam menſis Junii diem, S. Barnabæ Apoſtolo ſacram.

Orangio aliiſque corpi ſuppliciis illacrymans hæc.

366 Audita Muſii morte, pii omnes indoluerunt, ii maxime, qui familiarius eum noverant: & in his vir ſingularis doctrinæ Petrus Opmerus, qui & martyrium illius paucis poſt menſibus eleganti ſtylo conſcripſit. Ex quo nos etiam multa deſumpſimus. Quin & Orangium, ſimulatque nuntium rei geſtæ accepiſſet, illacrymaſſe ferunt. Nec fictas fuiſſe lacrymas, ut quidam ſuſpicati ſunt, facile mihi perſuadet exemplum Antiochi, cognomento Nobilis: qui, quamvis eſſet in veram Religionem, ejuſque cultores, animo hoſtiliter affecto, tamen ob injuſtam Oniæ pontificis, optimi viri necem (uti refert hiſtoria ſacra) contriſtatus eſt, & lacrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatem & modeſtiam. Ita ſane & Cornelii Muſii is erat virtutum ſplendor, ea benignitas in omnes, ut etiam adverſarios, quibus ineſſet aliquid humanitatis, mors ejus tam indigna luctum commoveret. Enitebant in eo modeſtia, manſuetudo, gravitas comitate temperata, ſobrietas, hoſpitalitas, & in pauperes propenſa largitas: ſuper hæc omnia vero pietas in Deum. Denique ingenium erat diſciplinis humanis atque divinis egregie excultum: ut non miteris, ſi tot gemmis ornatum ſacerdotem, viri præſtantiſſimi Joannes Gropperus, Guilielmus Lindanus, atque alii multi dignum duxerint, cum quo amicitiam jungerent, junctam omnibus officiis colerent & conſervarent.

Belvina in favorem eorum ferita.

367 Miranda magis eorum feritas plus quam belvina, qui talem virum non paſſi vivere, tam immaniter e medio ſuſtulerunt, quando nec morte ſatiari eorum ſævitia potuit. Cum enim uſque ad medium ferme diem ſubſequentem pependiſſet in cruce, corpus exanime dejicitur tandem, & ad contemptum majorem, nano cuidam ſeſquicubitali, militum ludibrio, F pro libidine tractandum permittitur. Amputat ille impudens & barbarus in omnium conſpectu genitale membrum. Natum quoque & aures ei truncatas fuiſſe, ſcriptum eſt a nonnullis. Tum ventre diſſecto, quiſpiam alaptes circumforaneus omentum extrahit & auſert, quæſtum inde facturus. Poſt hæc omnia vix denique datum eſt precibus religioſæ cujuſdam ac nobiliſſimæ virginis, ut miſerabile corpus terræ mandaretur. Itaque raptim plecto loculo incluſum, & per veſpillones alto cum ſilentio ad eccleſiam ſancti Petri deportatum, in ejus veſtibulo tumultuarie, nulla adhibita funeris cura, ſepelitur. Epitaphium quoque ei nullum poſitum. Proinde nos epitaphii loco carmen adjiciemus, quod icon Martyris, Theologi, Poetæ, manu Stempelliana in ære ſculptæ, Bartholomæus Bodeghemius, alter Delfius Poeta, ſubſcripſit. Eſt autem hujuſmodi:

A Geuſica quem rabies immani cæde peremit,
A. Guil. Muſius hoc moriens ore Poeta fuit,
Estio. Virgineas coluit pius & ſine labe camœnas,
Virginei cuſtos præſidiumque chori.
Poſt pia multa Deo, poſt ſcriptaque carmina divis,
Hac meruit vates conditione mori.

Hæc de Muſio prolixius quidem fortaſſe, quam pro inſtituto: ſed pro tanti Martyris dignitate, brevius parciuſque multo, quam oportuit. Nunc quod de perſecutore reſtat, expediamus.

CAPUT IV.

B *Impius Lumæus, ex Orangii captivitate ereptus, Aquiſgrani & Leodii ſe Catholicum fingens, morſu canis, horrendo mortis genere, ſacrilegam vitam concludit.*

C.xvi. *Lumæus, ab Orangio captus, ædes*

EA, quæ paſſim in homines eccleſiaſticos ac Religioſos a Lumnio gerebantur, ejuſmodi erant, ut Geuſianam factionem, velut immanem & ſanguinariam, apud multos in odium adducerent: multorum etiam animos, alioqui propenſos, ab ea alienarent. Hæc ut ſenſit factionis princeps Orangius, mature rebus providendum ſtatuit. Augebat offenſionem, quod Lumnius omnia ſuo arbitratu ſic ageret, ut nec Orangium ſuperiorem agnoſceret, nec ullis ejus imperiis deferret. Illud denique intolerabile videbatur, quod tantum auctoritatis ſibi vendicaret externus ac peregrinæ nobilitatis homo. Propter hæc igitur viſum fuit in Lumnium manus injicere, & in arce quadam Roterodamo vicina, cui nomen Honinga, captivum eum tenere. Sed cum pro ejus liberatione Roterodamenſes, quorum ſibi benevolentiam conciliaverat, apud Orangium vehementer inſtarent; nec auros ſatis faciles ad hujuſmodi poſtulationem Orangius præberet:
C ipſi tandem, adhibita vi, ex arce, qua detinebatur, eum eripuerunt. Liberatus hoc facto Lumnius, cum deſperaret apud Geuſios, quamdiu rerum potiretur Orangius, aliquo ſe deinceps loco futurum; atque adeo nec ſibi tutum fore perſpiceret, ut in Hollandia ſub Orangii gubernatione, poſtquam in eum tam graviter offenderat, diutius remaneret: conſultum ſibi putavit, ad ſuos Leodienſes ſe recipere.

& Aquiſgrani alio quodam ſimulato,

369 Nam totum ferme ejus dominium cum prædiis hereditariis, in agro Leodienſi ſitum erat. Sed quia nec illic abſque periculo poſſe ſe agere videbat, utpote tot homicidiorum & ſacrilegiorum ſibi conſcius; Aquiſgranum petivit, ibique diu moratus eſt, velut in civitate libera. Quin & eo loco ſpeciem quamdam exhibere cœpit hominis Catholici. Quippe more Catholico ſubinde eccleſiam adibat, ac rebus divinis intererat; atque adeo Catholicus videri volebat. Verumtamen, qui vere Catholici erant, ab ejus conſpectu & conſuetudine abhorrebant: tum quod minime conſtaret, eum poſt tanta mala in Eccleſiam & eccleſiaſticos viros admiſſa, atque orbi notiſſima, vel errori renuntiaſſe, vel Eccleſiæ Catholicæ reconciliatum eſſe; tum vero quod reliqua vitæ ejus converſatio profeſſioni Catholicæ nequaquam reſponderet. Sane viri quique prudentes ſatis intelligebant, exteriorem illam catholiciſmi faciem ac larvam non alio ſpectare, quam ut ipſe quoquo modo, recuperata Leodienſium gratia, poſſet in dominium ac bona ſua reſtitui. Quod & poſtea factum eſt. Igitur hoſtis ille & perſecutor Eccleſiæ Romanæ, poſt tot ſacerdotes & monachos interfectos, expilata templa, everſa monaſteria, profanata Sacramenta, Catholicam religionem e tot locis exterminatam, liber & ſecurus agit manetque, & vias publicas calcat, & palatia frequentat in ea urbe, quæ ſe Romanæ Eccleſiæ filiam gloriatur.

Laudii in patria ſua libera vita, fuit finis.

370 Neque curæ fuit iis, ad quos hoc muneris pertinebat, ab eccleſiarum ingreſſu tantiſper eum prohibere, donec hæreſi palam abjurata, Catholicum ſe profeſſus, per aliquam pœnitentiæ publicam actionem (prout in re tali factum omnino oportuit) Eccleſiæ tam graviter læſæ ſatisfeciſſet. Verum & ipſe ab ea pœnitentiæ humilitate tantum aberat, ut ſua peccata ne quidem agnoſceret; ſed ea partim extenuaret, partim negaret, atque in alios rejiceret: dicens, multa prætextu ſui nominis ac juſſionis facta fuiſſe in Hollandia, quæ non eſſent a ſe profecta. Sed vana eſt excuſatio. Quid enim ille umquam a ſuis impie & crudeliter actum improbavit? An non ideo talia fecerunt, quod ſcirent, ſe per ea domino ſuo gratum obſequium præſtare? Quod ſi, teſte Salomone, princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios; quid de eo, qui ſanguinem fitit ſervorum Dei? Nam ut alius ſapiens ait: Secundum judicem populi, ſic & F miniſtri ejus. Unde merito ea, quæ Lumnii ſatellites ac milites, etiam ipſo ablente, fecerunt, ad eum auctorem referuntur. Sed ut demus, eum non omnia ſuorum acta probaſſe, num, quæſo, non ea, quæ certiſſime conſtat ipſius imperio ac voluntate geſta fuiſſe, ſatis multa & magna fuerunt, quæ publicæ ſatisfactionis remedium poſtularent?

c. xvii. *Convincuntur humiliantur, ulciſcitur Deus*

371 Cum igitur ad exigendas tot ſcelerum pœnas, diſciplina dormiret humana, adeo quidem, ut nec ab eo, qui peccaverat, animi contriti, & humiliati ſigna proderentur; tandem juſto judice Deo vindictam repetente, atque eam etiam publicam orbique notam facere volente, contigit, ut ſuus ac domeſticus eum canis morderet, ac morſu vulnus inferret. Ex vulnere ſecutæ febres ardentes, morbuſque graviſſimus, ut vehementer æſtuans ac doloris impatiens exclamaret: Eſtne poſſibile, quemquam eſſe in mundo, qui tantum patiatur tormentum, quantum ego nunc patior? Denique poſtrema hæc inter cruciatus verba locutus fertur: Deus aufer hanc animam e corpore, quia non poſſum diutius ſuſtinere. Significare videntur hæ voces, Lumnium tandem in pœnis ultricem manum ſupremi numinis agnoviſſe, ſicut agnoverunt Antiochus & ceteri, quos ſupra dixi, piorum perſecutores. Non

igno-

A ignoro, multis poſt annis ſparſum rumorem, quod catholice Lumnius mortuus eſſet. Optabile quidem illud, &, ſi ita ſit, inter miracula potentiæ gratiæque divinæ referendum. Verum hujuſmodi rumoris in vulgus diſſeminandi, privatas quaſdam fuiſſe cauſas didici, neque juſtas neque hic commemorandas.

morſu canis domeſtici, ut Martyrum carnifices.

372 Equidem a fide dignis audivi, monitum in morbo Lumnium, ut ſua peccata presbytero confiteretur, abnuiſſe, dicentem, ſe nolle quemquam, præter ſeipſum & Deum, ſuæ conſcientiæ ſecretorum eſſe participem. Ego, ne quo errore laberer in annotanda vitæ ejus cataſtrophe, conſulendum inter alios putavi Joannem Fredericum Lumnium, Antverpienſis Beghinafii, dum viveret, præfectum (nuper enim e vivis exceſſit) virum pietate & doctrina clarum, qui Comitem, locique ſui natalis dominum, a puero noverat; quique non multo poſt ejus mortem rebus Antverpienſium turbatis, exul Leodium ſeceſſit: ubi etiam annis aliquot moratus, Theſaurum Chriſtiani hominis, opus utiliſſimum e libris beati Auguſtini collegit atque edidit. Is mihi per litteras, ferme ante bienniim datas, reſpondit, de publica Comitis reconciliatione vel in vita, vel in lecto mortis ejus facta aut impetrata, nihil ſe certi habere: minus autem ſcire, num mortuus ſit Catholicus. Ceterum ſeſe quemdam eccleſiæ S. Martini Canonicum, nomine Laurentium Blocquerium, qui in ædibus Lumnio vicinis habitabat, eumque mortuum viderat, audiviſſe narrantem, numquam ſibi contigiſſe videre cujuſpiam mortui vultum adeo terribilem, atque erat illius vultus.

B

poſt longum tot cruciatus, tandem mitiorem

373 An vero canis, qui cum momordit, rabidus fuerit, incertum eſt. Quamquam Joannea Molanus, Lovanienſis theologus & rerum eccleſiaſticarum diligens ſcrutator, in oratione quadam ſymbolica, quam publice Lovanii recitavit, cum Martyres Gorcomianos ex occaſione laudaret, iſta de Lumnio ſubjecit: Qui autem eos perſecutus eſt, is poſtea in urbe Leodienſi non alium, juſto Dei judicio, quam rabidum canem vitæ ſuæ carnificem habuit. Conveniebat enim tot Martyrum ſanguine ebrium, quos magna rabie ſuerat infectatus, a rabido cane morſum accipere letalem. Unde neglecto

C & contempto apud D. Hubertum ſolenni remedio, anno MDLXXVIII. ad Kalendas Maii, vitam infeliciter finivit. Hæc ille. Certe etiam Pontus Heuterus in hiſtoria de noſtris Martyribus, Batavico rhythmo compoſita, furorem Lumnii deſcribens, quando mortis ſententiam in Martyres tulit, rabido cani eum comparavit; quodam ſortaſſe præſagio rei futuræ. Scripſit enim multo ante Lumnii mortem.

e vivis fuit.

374 At vero ſunt alii, qui rabidum fuiſſe canem negent. Joannes quoque Fredericus id mihi affirmare non potuit. Itaque nos eam rem in medio relinquentes, id ſolum adjicimus: quod ſi rabidus canis non fuit, eo magis ac manifeſtius apparere Dei judicium adverſus Martyrum ſuorum interfectorem: nam cania rabioſus tam ſuos quam alienos morſibus petere ſolet. At ſi idem manſuetus ac nulla rabie incitatus dominum ſuum invadat, inſolitum merito habetur ac prodigio ſimile: tametſi vel hoc ipſum per ſe contemptibile eſt, & humanæ deprimendæ ſuperbiæ congruentiſſimum, canis morſu quomodolibet periiſſe; quemadmodum impius ille periit Lucianus. Quocirca gravius quidam paſſus mihi videtur Lumnius, ſervorum Dei perſecutor, quam paſſus olim fuit rex Aſſyriorum Sennacherib, ipſius Dei blaſphemator. Ille enim angelo contra ſe pugnante e Judæa fugitivus, ac domum reverſus, a filiis ſuis interemptus eſt: hic autem a Geuſiis, quorum princeps eſſe voluit, Hollandia ejectus, poſteaquam ad ſuos rediit, humana manu qui caderet, indignus, canino morſu vulneratus interiit: ut jam dubium eſſe non poſſit, in ipſo Martyrum perſecutore Deum oſtendiſſe, quam charos & honorabiles habeat eos, quorum injuriam tam vili ſimul & horrendo genere mortis ulciſci voluerit.

D *A. Guil. Estio.*

CAPUT V. E

55. *Martyrum meritis valetudo auctoris hujus hiſtoriæ reſtituta, vitaque ad eam ſcribendam producta.*

HIc finem hiſtoriæ facturus eram, niſi magni cujuſdam beneficii, per ſanctorum Martyrum merita accepti, grata ac jucunda recordatio, faſſatum ſiſtere me calamum hoc loco prohibuiſſet. Neque enim me fas eſt diutius rem filentio tegere; ſed memorem angelicæ monitionis, cum Tobia benedicere Deo cæli, & coram omnibus viventibus ei confiteri, quia fecit mecum miſericordiam ſuam. Etenim ſicut illa ſuperiora patientiæ atque immotæ fidei opera in corpore mortali geſta, ita & hæc virtutum beneficia, poſt mortem exhibita (quæ quidem omnia vel in ſuis, vel pro ſuis teſtibus ita Deus operatur, ut in omnibus ipſe glorificetur) revelare & confiteri & prædicare perquam honorificum duco. Lapſi ſunt anni XXV. quando correptus fui morbo lento ac diuturno. Genus morbi perplexum erat, ipſiſque medicis haud ſatis perſpectum. Viſitabam memoriam (dum adhuc vires eſſent) beatæ Virginis Deiparæ primum Hallæ, mox Serviæ *, utroque Hannoniæ oppido, perexiguo quidem & humili, ſi murorum ambitum & civium numerum ac fortunas ſpectes, ſed peregrinorum frequentatione, crebriſque miraculis ad invocationem ſacratiſſimæ Virginis edita, in hodiernum uſque diem celebratiſſimo.

CAP. XVIII. *Diuturno & pericoloſo morbo afflictus, auctor.*

F

vulgo Chievre.

376 Neque tamen divinæ bonitati, quæ juxta beneplacitum ſecreti conſilii ſui, quando & ubi vult operatur, viſum tunc fuit, pertinaci languori noſtro medelam adferre: ſive peccatis meis ita exigentibus, ſive Deo ad illuſtrandam hac etiam parte novorum Martyrum ſuorum gloriam, opportune exoptatum remedium differente. Creſcebat interea morbus, medicorum judicio deſperatus. Jamqua domui meæ tamquam morituras diſpoſueram. Accedebat ad morbi difficultatem anni tempus iniquiſſimum, ac cæli maligna

adhibiti, fruſtra bonam dediſſe aliquem medicum,

A conſtitutio : tum acutiſſimi viſcerum dolores, quibus noctes & dies a quiete impeditus, miſere torquebar. Extremo tandem diſcrimine, fruſtra tentatis omnibus artis humanæ præſidiis, ſuaſerunt amici, quos habebam intimos, ut votum Deo nuncuparem ad locum paſſionis novorum Martyrum, tunc ſolvendum, cum primum eo proficiſci tuto liceret. Erant ii duo fratres mei cariſſimi, & in Deum piiſſimi, Ruggerus & Adrianus: quorum poſterior Ordinis candidi religioſus ac presbyter, poſtea munus Prioris laudatiſſime geſſit in abbatia S. Michaelis apud Antverpiam: qui & ipſe dudum ad meliorem vitam evocatus eſt. Illis hoc de voto conſilium vel ob id vehementer placebat, quod meminiſſent matrem noſtram, Nicolai Martyria ſororem, cum aliquando ad extremum vitæ periculum vi morbi perducta fuiſſet, voto a patre noſtro ad S. Adrianum Martyrem in Flandria viſitandum edito, ſanitatem integram recepiſſe, poſtque illud tempus decem annis ſuperyixiſſe.

A. CHR. 1579.

Concipit ad SS. Martyres votum.

377 Huic fratrum ſuggeſtioni reſiſtebam aliquamdiu, quod vererer, ne poſt imploratam ſemel atque iterum Sanctorum opem, ignavi timoris meritò reus fierem, nimioque longioris B vitæ deſiderio Deum judicem, cujus ad tribunal me jamjam ſiſtendum arbitrabar, offenderem, ſi pro ſanitate corporali pergerem importunus eſſe. Sed tamen vicit cariſſimorum inſtantia. Factum eſt, quod volnerunt. Pro ſalute mea votum vovi Domino ad ſanctos Martyres, quos Dei amicos eſſe, jamque cum Deo regnare, mecum illi non dubitabant. Quid multa? Ex eo die morbus, qui me graviter adeo, diuque implicitum tenuerat, ſomno, cibique appetentia reſtituta, ſolvi ac declinare cœpit: ut ſummopere mirarentur omnes, quorum tunc vel opera, vel ſolatio utebar, ac medici imprimis; qui mihi fatebantur, præter artis ſuæ rationem, & non ſine miraculi ſpecie eam tam derepente factam eſſe morbi converſionem, eo præſertim anni tempore. Erat enim autumnus, varia ac C turbulenta cæli affectione corporibus ægrotantium vehementer infeſtus. Hoc autem medicorum teſtimonium (quorum alter, idemque præcipuus erat Joannes Viringus, medicinæ doctor expertiſſimus, nunc Dei ſacerdos, Atrebatenſis eccleſiæ Canonicus) eo pluris faciendum cenſeo, quod ferè vulgus medicorum, quo peritiores habeantur, celerem atque felicem morborum curationem ſuæ ſoleant arti libenter aſcribere: ceterum tardam aut fruſtratam medelam in alias cauſas rejicere; ut plurimum in ægroti intemperantiam, interdum in incantationes arcanas, nonnumquam etiam in divos iratos, nimirum ſuperis maleficia, ſibi beneficia mortalibus impenſa perverſe tribuentes.

Semper Deus ſecundum ſe operatur.

378 Sive autem præter ordinem naturæ, ut in iis fit, quæ propriæ miracula dicere ſolemus, ſive Deo naturales cauſas per ſubjecta miniſteria miſericorditer ita dirigente, res accidit, ut in pleriſque beneficiis temporalibus, quæ divinitus ad ſupplicationes piorum conceduntur (neque enim quoties ſanitatem ægris a Deo petimus, miraculum fieri petimus) equidem non dubitavi tam inſperatam morbi depulſionem meritis eorum aſcribere, quorum ſubſidio valetudinem meam, noti nuncupatione commendaveram. Relicta quidem fuit aliquamdiu in corpore ex quadrimeſtri morbo debilitas non parva; ſed qualis in convaleſcentibus, poſt profligatam morbi vim relinqui ſolet, velut ab ægrotatione media ad ſanitatem via. Quare reſtituta tandem valetudine, qua huc ætatis uſque incolumi fruor, divinum agnovi, atque etiamnum agnoſco beneficium, intervenu SS. Martyrum, ut credere par eſt, in me collatum. Ideo namque reor, mea ac meorum vota non prius exaudita fuiſſe, quam ad horum Martyrum præſidium confugeretur; quod inter alia, quæ dudum commemoravi, ſanctitatis eorum exhibita teſtimonia, novos regni ſui cives hac etiam ratione Deus honorare decreviſſet. D

Cur ab hac poena, cæteris aliis SS. fidelibus, plerumque exempti dicantur. CAP. XIX.

379 Neque vero cuiquam debet inſolens hoc aut mirum videri, ſi interdum vel ad invocationem hujus Sancti magis quam illius, vel uno loco magis quam alio, fideles exaudiantur pro ſuis aut ſuorum neceſſitatibus vota preceſque Deo offerentes. Qui, ut beatus Auguſtinus ſcribit, ſuorum merita Martyrum, ubi vult, quando vult, & quomodo vult (quonisam hoc novit expedire nobis ad ædificandam fidem Chriſti, pro cujus illi confeſſione ſunt E paſſi) mirabili atque ineffabili poteſtate ac bonitate commendat. Unde & idem Doctor alibi refert, Paulum quemdam cum ſorore ſua, horribili membrorum tremore ex materna imprecatione laborantem, poſtquam, viſitatis aliquot SS. memorjis, opem non ſenſiſſet; demum poſt tres menſes Hipponem, civitatem, cui Epiſcopus præſidebat ipſe Auguſtinus, adveniſſe; ibique ad memoriam beatiſſimi Protomartyris, ambos pariter optatam ſanitatem inſigni atque evidenti miraculo recepiſſe. Ubi inter alia, cum ex ipſius Pauli libello commemoraſſet hæc ejus verba: Sed ideo alibi curari non potui, quia huic loco divina prædeſtinatione ſervabar; imo vero potuit; inquit eximius Doctor, ſed propter nos factum non eſt, quod facillime fieri potuit, ut noſtris oculis ſervaretur, F Nimirum, renovatam tunc ſui Protomartyris, ex recenti corporis ejus revelatione, memoriam ſic in terris honorare voluit, qui pro ſua gloria certanti, etiam de cælis apparere dignatus fuit. Præſtitit hunc honorem Dominus tam multis aliis Martyribus; præſtare voluit & noſtris; ſcilicet ut ſimilium operum exhibitione, & hos & illos ejuſdem veritatis præcones, ejuſdemque fidei teſtes, ac proinde ejuſdem quoque gloriæ monſtraret eſſe conſortes. Et quid de Martyribus dico; quando & egregiis confeſſoribus ſuis ſimilem Deus conceſſiſſe legitur prærogativam? Etenim de clerico quodam, a dæmone vexato, & per multa Martyrum loca ſpe liberationis tranſmiſſo, denique ſanctiſſimi Abbatis Benedicti precibus liberato, beatus Gregorius in ſuo Dialogo ſcribit hæc verba: Sed SS. Martyres noluerunt ei ſanitatis donum tribuere, ut quanta eſſet in Benedicto gratia, demonſtrarent.

Cur auferri vitam Deus permittat. CAP. XX.

380 Ad me porro quod attinet, cur hujus tam ærumnoſæ vitæ mihi ſpatium producere Deus voluerit, equidem ignoro: niſi quod quæ mihi cauſæ interim occurrunt, ob quas

ita

A ita Deo viſum fuiſſe merito exiſtimem; vel ut hac tanta ejus bonitate ad pœnitentiam iovitatus, vitam deinceps in melius commutarem, ac piis actionibus culpas ſuperioris temporis eluerem, & modicum hoc, quod ſupereſt ætatis, in luero animæ meæ deputans, ipſius ſervituti ad proximorum ſalutem, quaſi devotum conſecratumque totum impenderem: vel ob id certe, ut ad conſcribenda præclara ſuorum Martyrum certamina, ſuamque gloriam per hoc amplius illuſtrandam, mea parvitate aliquantulum uteretur. Quod quidem pro mediocritate virium, quas idem benigniſſimus Dominus ſervo ſuppeditavit, ipſo donante, conatus ſui. Quoniam vero dignum & juſtum eſt, ut omne bonum ad ſuum, unde proceſſit, auctorem redeat; totum hoc, quantulum eſt operis & laboris mei, rurſus ei, qui largitus eſt, acceptandum humiliter offero: atque ut inter ſacrata nomini ſuo donaria, quibus undique

B ſanctum ejus templum (quod eſt Eccleſia) a multis & magnis magnifice locupletatum eſt, vile munuſculum peccatoris, vel exiguum atque extremum habere locum ſinat, tota mentis affectione depoſco.

AD
SUPERIOREM
HISTORIAM APPENDIX
DE MARTYRIO
GUILIELMI GAUDANI.

Guilielmi hujus inſigne martyrium ſubnectit auctor, ut numerum duodenarium SS. Martyrum Gorcomienſium Ordinis S. Franciſci compleat, utpote quorum unus ſynonymus, paratam ſibi martyrii coronam, per turpem apoſtaſiam amiſerat.

C

CAP. I. *Diſſeritur hic Guilielmus ut ſynonymus apoſtatæ locum implet.*

REm pin Lectori gratam me factnrum exiſtimavi, ſi ſuperiori noſtræ hiſtoriæ, quæ de novemdecim Martyribus, majori oumero Franciſcanis, hanc argumenti ſimillimi narrationem, vice coronidis ac ſupplementi cujuſdam annecterem: qua nimirum ejus viri beatum exitum breviter complexus ſum, qui unius apoſtatæ, dudum a nobis commemorati, ex eodem Ordine aſſumptus, eodemque nomine appellatus, inſtaurarſſe ruinam, cepiſſe coronam, ac numerum compleſſe duodenarium, quem in illis undecim fratribus quodammodo mutilum atque imperfectum dolemus, cenſeri merito poteſt. De Guilielmo Gaudano Minorita loquor, qui poſt Gorcomianos Martyres, unius anni paulo amplius interjecto ſpatio, locoque non multum diſſito, ſimili cum illis ſupplicio & ab hoſte conſimili, pro eadem fide Catholica interemptus eſt. Quod quidem ejus martyrium, quemadmodum id ex ore multorum hominum fide dignorum, qui rei geſtæ ſpectatores ac teſtes fuerunt, acceptum, ad noſtram pervenit notitiam, ita ſe habet. D

AGUIL. EST 10.

381 Guilielmus, Gaudæ natus, quod inſigne eſt & elegans Hollandiæ oppidum, vir fuit excellenti facundia & gratia prædicandi verbi Dei præditus, atque eo in munere multis annis ita verſatus, ut & doctrina vitam ejus ornaret, & viciſſim a moribus ipſa commendationem acciperet. Quo in utroque genere Lovanii fuerat quam diligentiſſime inſtitutus in cœnobio Fratrum Minorum, diſciplinæ regularis obſervantiſſimo; ubi & primitias ſacerdotii ſui Deo conſecravit ſub annum MDLXV. Inde vero in opus Dei ſegregatus, atque in Hollandiam miſſus, Dordraci annis aliquot non ſine fructu verbum Dei populo prædicavit.

CAP. II. *Concionandi gratia prædituſ, primum Dordraci.*

382 Verum anno MDLXXII. cum ea civitas, permittente Deo, veniſſet in Geuſiorum poteſtatem, adempta ſpe fructus ulterioris apud eos faciendi, & perſecutione in ſacerdotes & monachos commota, præceptum Evangelicum ſecutus, in aliam abiit civitatem, Bredam ſcilicet, quinque fere paſſuum millibus inde diſtantem, quæ tunc Regi Catholico parebat. Quo certe tum propter arctas Dordraci portarum cuſtodias, tum quod itinera paſſim eſſent a Geuſiis obſeſſa, non abſque ſingulari ope divina pervenit. Eo in loco annum exegit integrum, ſolita alacritate & gratia verbum Dei, doctrinamque Catholicam ejus loci hominibus annuntians. Inde Silvamducis vocari eum contigit, ejuſdem evangelici muneris cauſa. Qua re intellecta pii quidam cives Gertrudibergam (oppidum id eſt in confinio Hollandiæ & Brabantiæ non procul Breda ſitum) qui, quod hujus viri conciones ſæpe libenter audiviſſent, impenſe eum diligebant, colebantque, oratum eum miſerunt, ut de via ad ipſos diverteret, & concione aliqua, priuſquam longius iret, valedicturus, quaſi per tranſitum, animos ipſorum reficeret.

cum inde fugiens Bredæ prædicavit.

384 Horum piis votis, urgente charitate, non ægre Guilielmus obſecutus eſt, & pro una duas in ea civitate conciones inſignes habuit: quibus inter alia cives hortabatur ad conſtantiam fidei, monebatque, ut vicinorum exemplo & periculo ſaperent (Hollandos & Zelandos intelligi volebat) utque ſerio ſecum reputarent, in quæ & quanta mala tam animarum quam corporum illi ſeſe ſua temeritate præcipitaſſent, dum religionis cura poſthabita, Dei & Catholici Regis hoſtes intra ſuas portas admiſiſſent. Addebat eo jam ventum apud illos, ut viverent tamquam athei, homines ſine Deo. Verbum veriſſimum, quod ei poſtmodum captivo ab hoſtibus objectum fuit: ſed ita, quaſi diciſſet in Hollandia & Zelandia non eſſe Deum; ſtudio videlicet verbum ejus in impium ſenſum captioſe ſimul & calumnioſe detorquentes, ut hæreticis mos eſt, cum alioqui etiam vulgo ita dici ſoleat; Deum non eſſe apud eos, a quibus vel ignoratur, vel non recte colitur: & Scripturæ ſacræ ad eum modum non raro loquantur. F

Gertrudibergæ ob tranſitus verbo facti.

A.GUIL. CAP. III. *occupata a Geuſiis oppido,*

385 Quo tempore apud Gertrudiberganos agebat Guilielmus, contigit inſidiis Geuſiorum militum eam urbem intercipi. Factum id eſt anno MDLXXIII. pridie Kalendas Septembris, paulo ante exortum ſolis. Geuſii urbe potiti mox totam percurrunt, omneſque latebras ſedulo perſcrutantes, ſicubi lacerdotes aut monachos, vel etiam milites regios reperire queant, quos invenios primum ſpolient, deinde interficiant. Primus eis obvius factus eſt quidam Guilielmus Galenus, ſacerdos, atque ejus loci Canonicus: a quo furibundi illi homines crudelitatis ac cædis initium facientes, eum ſtatim in ipſo loco trucidarunt. Corpus ejus ſede tractatum, toto fere biduo nudum atque inſepultum in publica platea jacuit. Itidem factum de corporibus militum regiorum, quos pene omnes perquiſitos atque inventos interfecerunt. Ea tandem trahis impoſita avexerunt B ad mœnia civitatis, & foveis injecta, perinde ut pecudum cadavera contumularunt, plateis interim toi interfectorum cruore paſſim reſperſis. Cives plerique omnes, quod & in fide Catholica, & in obſervantia Regiæ majeſtatis perſiſtere ſe velle declararent, bonorum diteptionem paſſi ſunt, aliiſque inſuper modis graviter mulcati & oppreſſi.

ipſe cum aliis ſacerdotibus eſt prehenſus,

386 Quam ob cauſam eorum maxima pars, civitate relicta, ſponte in exilium diſceſſit. Comprehenſi fuerunt a Geuſiis & in vincula conjecti presbyteri, quotquot erant in civitate reliqui, duobus tantum exceptis, altero Decano Canonicorum ejus loci, altero Canonico. Decano nomen erat Arnoldo Suanio Gorlenſi, qui poſtea martyrii, de quo agimus, hiſtoriam Teutonice edidit. Is ad mœnia fugiens, cum ex muro deſiliiſſet in foſſam adjacentem, horas quatuordecim continuas ſub aquis ita ſubſtitit, ut ſolo capite emineret; quamquam Geuſiis ſubinde appropinquantibus, & circa ipſum ſua ſclopeta diſplodentibus, ſæpe etiam caput aquis immergere cogebatur. Tuſſim quoque, qua præ magnitudine frigoris admodum urgebatur, ægre quidem, cohibebat tamen quantum poterat, alioquin ſonitu clariore prodendus. Alter vero, Gaſpar Jacobus, de mœnibus, amicorum opera, clam dimiſſus, in ſalicto quodam uliginoſo, cujuſmodi ſunt iis locis plurima, diem totum delituit. Denique beC neficio noctis ſubſequentis in tutum ambo evaſere.

conſidalem ſuorum reperit,

387 Porro inter eos, qui comprehenſi fuere, præcipuus erat Guilielmus Gaudanus; quem brachiis poſt tergum arctiſſime conſtrictis, uti facinoroſis fieri ſolet, mox ad præfectum ſuum criminalem milites adduxere, poſcentes, ut e veſtigio in patibulum tolleretur monachus. Id audiens Guilielmus, intrepide prolocutus eſt, dicens, paratum ſe mori pro fide Catholica. Secum agerent, ut libitum eſſet. Eo Chriſtianæ ſortitudinis verbo irritati barbari illi, petulanter & contumelioſe illudere atque inſultare in eum cœperunt; denique varie vexatum in conclave quoddam ædium præfectI duxerunt, ubi ferreæ compedes ei conſeſtim injectæ ſunt. In eodem conclavi captivus tenebatur ejuſdem inſtituti Religioſus, Joannes, cognomento Vogelſangius, presbyter ac monaſterii ſacrarum virginum ejus loci Pater conſeſſarius, quem vocant, tenuiter admodum veD ſtitus, & capite graviter ſauciatus.

eſt quo ad martyrium fit diſpoſitus.

388 Quem afflictionis conſortem ſimulatque conſpexit Gaudanus, ſpiritu exultans, in hujuſmodi orationis verba prorupit: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, quod in conſpectu tuo dignus habear pro Religione Catholica hanc vinculorum & carceris contumeliam pati. Gratias, quod huc me miſeris Sanctorum tuorum coronis participem fieri. Da virtutem, obſecro, ut fortis in hac confeſſione perſiſtam, nec ullis dæmonum artibus a verbo tuo & Apoſtolica fide abſtrahi me ſinam. Tum vinculis manuum ſolutis, Vogelſango captivus aſſociatur. Igitur hi duo religioſiſſimi viri, cum ſoli eſſent, quo bene purgatis conſcientiis in certamen deſcenderent, mutuam ſibi fecerunt, Chriſtiano more, exomologeſin peccatorum. Item frequentatæ ab illis preces, quibus ſuum agonem enixiſſime Deo commendabant, orantes, ut patientiam ac perſeverantiam ſubminiſtraret, pro ſui nominis & Catholicæ fidei confeſſione certaturis. Ad hæc Chriſti Domini & ſanctorum Martyrum exemplis, ac ſpe beatæ remunerationis animum confirmabant, ſeque invicem cohortabantur ad ferendum fortiter, quidquid adverſum ſe ſtatueret hoſtium obſtinata ſævitia.

CAP. IV. *Apoſtata miniſterius cum eo congredi audet,*

389 Poſt triduum venit ad eos quidam pſeudo-evangelicus miniſter, Adrianus Cocus nomine, Ordinis Canonicorum, ut vocantur, regularium ſancti Auguſtini, ex Doncano monaſterio, quod eſt prope Dordracum, apoſtata; qui ab Orangio Principe miſſum ſe diceret. Is ſtatim in limine; Ubi eſt, inquit, impius ille monachus concionator? Guilielmus nihil veritus hominis ferocitatem, ſe eum eſſe, quem quæreret, reſpondit. At ille rurſus: Ego huc miſſus ſum examinandi tui gratia. Quo audito Guilielmus, oculis in cælum ſublatis, ad hunc modum precatus eſt: Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis; Cum ſteteritis ante reges & præſides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid F loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Nunc te oro; Da mihi os & ſapientiam contra adverſarios tuos, & ſuggere, quod iis reſpondeam.

ſed egregie confutatus convitia evomit?

390 Hanc brevem, ſed ex imo pectore profectam orationem Martyris ſui, ſe exaudiſſe Dominus reipſa mox oſtendit: nam inſtituta inter eos ex tempore diſputatione, multis præſentibus, Guilielmus examinatoris ſui arrogantiam (ut qui certam ſibi ex hoc congreſſu victoriam glorioſe pollicitus eſſet) doctiſſimis ſuis reſponſis adeo repreſſit, ut ille manifeſtarie victus atque convictus quid ad ipſius dicta refellenda proferret, omnino non haberet. Quo pudore ſtimulatus, ad convitia & minas, extrema videlicet artis ſuæ præſidia, ut id genus hominum ſolet, converſus eſt; atque epilogo ſe ſuiſque digno diſputationem claudens ait: Impie ac profane monache, para te: nam cras tibi moriendum eſt. Contumelioſam hanc duramque ſententiam a miniſtro mortis & perditionis accipiens vir Dei, nihil aſperum contra locutus eſt, neque maledictum maledicto rependit. Ve-

rum

A rum potius hoc nomine ſibi gratulatus eſt, quod ad participationem afflictionum Chriſti divinitus le vocari iotelligaret. Itaque ſota meotis ac vultus ſerenitate cœlum ſpectans, hujuſmodi fudit orationem:

quibus ſolâ orationem reponit Guilielmus,

391 Domine Jeſu Chriſte, ſi me hac tanta gratia dignaris, ut ad mortis ſupplicium pro tuo nomine ſubeundum vocer, unum te oro, da robur & fortitudinem, ut ab orthodoxa Catholica fide nullus terror, nulla me tentatio ſeparet; ſed ad extremum uſque vitæ ſpiritum immotus in ſancta confeſſione permaneam. Porro ludibria, convitia, ac ſcurriles irriſiones, quibus interim a nefario ſatanæ miniſtro & militibus impetebatur, facile ille, non tantum ſetebat patienter, verum etiam magno & excelſo animo contemnebat. Hoc ſolum contemnere non poterat, quod tetras atque horrendas in ſacroſanctam Euchariſtiam, aliaque ſanctiſſima religionis myſteria jactatas blaſphemias audire cogebatur. Digreſſo tandem cum B ſuis e conclavi miniſtro, ſocium & concaptivum ſuum ita compellavit,

ſociumque ad fortiter patiendum hortatur,

392 Age, quæſo, mi frater, perſiſtamus in hac Catholicæ fidei confeſſione; quodque nobis eſt imprimis neceſſarium, auxilium & gratiam a Deo ſuppliciter efflagitemus. Ad Deum autem illud ſubinde cum ingemination: Conforta me Domine, conforta me. Commemorabat item apud ſocium, quemadmodum ad matrem ſuam (quæ relicta propter Religionem Hollandia, Bredam habitandi cauſa conceſſerat) ipſe ſæpenumero dixiſſet: Utinam mater tibi contingat diem illum aliquando videre, quo filium habeas, qui pro fide Catholica mortem oppetat. Spero, inquiebat, deſiderium illud meum a Deo exoratum, jam nunc impletum iri. Ita nimirum ardentiſſimus Chriſti Martyr cum Paulo Apoſtolo mortem ſibi pro lucro reputans, non aliud jam votis omnibus affectabat, quam diſſolvi & eſſe cum Chriſto.

matrem per epiſtolam conſolatur.

393 Scripſit e vinculis epiſtolam conſolatoriam eodem die ad matrem ſuam, videlicet arbitratus, eam perlato jam ad ſe rumore periculi, in quo filius verſaretur, pro ipſo, ut C ſe habet animus maternus, graviter anxieque ſolicitam eſſe. Epiſtolæ argumentum hoc erat: Bene ſecum agi, ut qui propter juſtitiam pateretur. Animo ſe eſſe valde pacato & tranquillo, atque in divina voluntate libenter acquieſcere. Quin etiam ſperare ſe per Dei gratiam, futurum, ut brevi admodum erga ſe illud impleatur, cujus deſiderio ſe quam cupidiſſime teneri, ſæpiuſcule apud ipſam declaraſſet. Certe ea re nihil ſibi felicius accidere poſſe. Proinde ſe eam orare atque hortari, ſuam uti captivitatem, afflictionem, & mortem, ſi contingat, haud moleſte ferat; ſed in Deo ſolo, qui mœſtarum mentium optimus eſt conſolator, ſeſe totam, ſuamque omnem cogitationem ac ſolicitudinem conjiciat, eidemque ſuis precibus agonem filii commendet.

CAP. V. *Accepto mortis nuncio, per constantiam præ-*

394 Poſtero die, qui jam decretum erat, cum mortis ſupplicio afficiendum, multo ante lucem e ſtrato ſurgit, in terram tota mentis & corporis humilitate ſe proſternit, manus in cœlum tollit, ferventiſſimas ad Deum preces fundit, auxilium ejus adverſus inſtantem, eamque extremam & graviſſimam tentationem implorat, iterumque ad detergendum conſcientiæ pulverem, ſi quem humanus aliquis affectus interim D aſperſiſſet, apud venerandum Patrem carceris ſocium, exomologeſio facit. Sub horam octa- A. GUIL. vam quidam militum Geuſiorum centurio, co- ESTIO. gnomine Marliantus, cum mandatis eo accurrit, & captivorum cuſtodem interrogat, inquiens: Ubi eſt monachus ille, concionator Papiſticus? Cuſtos, aperto conclavi, demonſtrans digito futuram Chriſti hoſtiam, ait: Ecce, ille eſt. Tum miles ad eum: Para te, inquit, monache. Jamjam ſuſpendendus es. Qua mortis accepta ſententia, Guilielmus ſtatim in genua procidens, ac divinam circa ſe dignationem humiliter agnoſcens, exemplo beatiſſimi Cypriani Martyris, ait: Deo gratias. Ac tunc quoque ſic Deum clara voce precatus eſt: Domine Jeſu Chriſte, qui propter me acerbam mortem ſuſtinuiſti, conforta me nunc obſecro, & da perſeverantiam ſanctæ fidei, ut viciſſim pro te moriar, meque tibi impendam: atque in hoc extremo diſcrimine me, quæſo, adjuva.

agonem ſuum Deo ſibi mandat

395 Subiode vero cum magno affectu repetebat illud: Conforta me Domine, conforta E me. Paulo poſt a præfecto crimioali miſſus advenit ſatelles, & Martyrem aggrediens ait: Monache, porrige manus. Quas ille dicto citius protendit, ligandaſque præbuit, hujuſmodi rurſum verbis cum gratiarum actione Deum orans: Domine Jeſu Chriſte, qui mei cauſa te flagellandum columnæ alligari paſſus es, gratias tibi ago, quod ante oculos tuos dignus habitus ſim pro ſancti nominis tui confeſſione vinculis aſtringi: præſta mihi, quæſo, beneficium gratiæ tuæ, quo in recta fide perſiſtam, nec ullo mortis metu, nullave inimici fraude ab ea dimovear. Cum autem ſatelles adeo vehementer ſi manus ſtringeret, ut ſanguis erumperet, ait illi: Eja ſic urge, quantum poteſ fortiter aſtringe. Præſto ſum ad quidlibet ferendum, mortem etiam ipſam pro Chriſti nomine jam ſubire paratus. Deinde fixis humi genibus, iterum Deum ſupplex oravit, ut ſibi in hoc inſtanti certamine adeſſet. Cum jam duceretur, atque a dilecto fratre Vogeliangio diceF deret, extremum ei vale dicens, enixe rogavit, ut pro ſe Deum precaretur. Mox ad ductorem ſuum converſus, ait: Propera, propera: nam Chriſtus ſponſus me præſtolatur.

& militem Catholicum ſolpendendum regio confirmat.

396 Non aliunde profecto voces iſtæ procedebant, quam ex ingenti & ardenti deſiderio fruendi præſentia Dei ac Domini ſui; quale & in Apoſtolo Paulo, & in Apoſtolico viro Ignatio legimus: ut jam illi propterea mora omnis ad ſupplicium, quo janua tantæ felicitatis ei pandenda erat, moleſta videretur. Ducebatur cum eo miles quidam ex iis reliquus, qui civitati fuerant pro præſidio. Qui cum patibulum, carnifice præcunte, conſcenderet, Virum Dei Guilielmum clamore compellavit, dicens: Domine, ora pro me. Videns ille & gaudens militem ſuæ ſalutis ex animo cupidum atque ſolicitum, Catholice mori velle, primum fecit, quod rogatus erat; tum fidei ſymbolo clare recitato, mox exhortiuncula, brevi quidem pro tempore, ſed vehementi & imprimis ſalutari, ſic eum confirmavit, ut pro cauſa juſtiſſima Regis & Religionis, æquo fortique animo mortis ſupplicium ſubiret, haud indignus ſane, qui & ipſe candidato SS. Martyrum exercitui miles aſſcribatur.

397 Ea

A 397 Ea re peracta venit carnifex ad Guilielmum, ſtatimque collo ejus laqueum injicit, ipſumque ad patibulum ſubduxit. Ille non ſua tantummodo, ſed multorum ſaluti, quod poſſet, in extremo conſulendum arbitratus, cum jam in ſumma ſcala conſiſteret, vocem totis viribus velut tubam intendens, ut pene tota civitate, quæ non magna eſt, audiretur, converſo ad eos ſermone, quos adhuc bonos noverat, pro tempore breviter ita prolocutus eſt: Optimi, mihique cariſſimi cives, unum hoc ſupremis verbis omnes vos oro atque obteſtor. Permanete ſtabiles & firmi in ſincera Catholica fide, quam frequentibus meis ſermonibus vos docui, quamque morte mea nunc confirmare atque obſignare paratus ſum. Aſtabat juxta patibulum calcanei ejus inſidiator eccleſiaſtes hæreticus: qui cum tantam viri fortitudinem, tamque liberam & intrepidam ad plebem exhortationem admodum moleſte ferret, ideoque ad ejus ſubverſionem blandioribus & ad perſuadendum compoſitis agere cum eo verbis inciperet, tale reſponſum retulit: Diſcede a me miniſter diaboli. Non eſt quod fidem meam tentes, quia prorſus audire te nolo. Sed & alia in eamdem ſententiam complura, & pleraque Latine ab eo dicta fuerunt.

398 Denique conſiderans vir ſanctus adverſariorum, a quibus patiebatur, cæcam ignorantiam, exemplo Chriſti in cruce pendentis, & pro venia crucifixoribus impetranda cœleſtem patrem interpellantis, votus tanti magiſtri diſcipulus, ita Deum precatus eſt: Domine ignoſce illis: neſciunt enim quid faciant. Ibi quidam ſupplicii ejus miniſtri piam illam & vere Chriſtianam precationem irridentes, atque impio ſcommate excipientes, dixerunt: Itane neſcimus quid faciamus? En laqueum collo tuo innectimus. Hoc profecto nos facere probe ſcimus. Porro cum ejus conſtantiam atque immobilem a fide Catholica voluntatem ſatis perſpicerent, qui timore mortis eum ſperaverant ſaltem verborum a ſententia dimoveri poſſe: clamoribus flagitare cœperunt, ut de ſcala, in qua ſublimis ſtabat, deſcendere juſſus, alio graviore ſupplicio afficeretur. Animum ut quatuor equis in diverſa nitentibus abligatus, in partes diſtraheretur. At præfectus urbis & centurio, quorum auctoritate res agebatur, ne quid forte ſibi milites malo exemplo per licentiam uſurparent, ſigno dato, juſſerunt carnifici, ut opus ſuum abſolveret. Igitur videns fortiſſimus athleta finem adeſſe certaminis, & Chriſti imitatione exclamavit, ſierumque ac tertio repetivit illud ex Pſalmo: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.

399 Cum de ſcala dejectus penderet, inclamabant ad carnificem milites, ne gulam ei arctius conſtringeret (quod in hoc ſupplicii genere ad mortem accelerandam fieri ſolitum eſt) quo tardius exſpiraret, diutius in extremo cruciatu teneretur. Inter hos impiorum militum clamores, electus Chriſti Martyr ſumma tranquillitate ſpiritum emiſit, Deoque reddidit; vir adhuc juvenis, ut qui ætatem Chriſti patientis, quantum arbitror, non exceſſerat. Poſtquam expiravit, in vultu gratia, quæ prius inerat, remanſit, non abſque, ſpectantium admiratione. Certe nonnulli eorum, qui dudum B ab hæreticis ſeducti fuerant, tum hac re, tum priori paſſionis ejus fortitudine permoti, atque animis compuncti rurſus ad fidem Catholicam ipeuactanter ſeſe tranſtulerunt. Conſeceravit autem ſibi hoc ejus tam illuſtre martyrium diem IV. Septembris MDLXXIII. quando jam aliis locis aliquantum deforbuiſſe Geuſiorum furor in Catholicos videbatur. Sacrum Martyris corpus in eam foveam fuit projectum, humoque obrutum, in quam congeſta fuiſſe regiorum militum interfectorum cadavera ſuperius diximus.

400 Cives ejus loci mortem viri de ſe bene merſti, ſibique proinde cariſſimi, piis lacrymis, uti par erat, proſecuti ſunt. Quorum etiam quidam, cum vocem ejus de patibulo clamantis extremam audirent, in domos ſuas propere abierunt, foreſque clauſerunt: quod commotis intra ſe Chriſtianæ pietatis viſceribus, neque vocem clamantis audire, neque exitum morientis aſpicere ſuſtinerent. Qua re animadverſa, Geuſii nonnullos eorum vi domibus extrahere ad ſupplicii locum voluerunt, ut ſaltem exanime viri corpus, adhuc in patibulo pendens, vel inviti cogerentur intueri. Quin vero & aliis opprobriis, contumeliis, injuriis, cives Catholicos, quod juſtum in nomine juſti recepiſſent, atque hominem Dei benigne apud ſe habuiſſent, peſſimi milites affecerunt, ſibi quidem vindictam horrendi atque interminabilis ſupplicii in diem juſti judicii Dei theſaurizantes, illis autem exercendæ virtutis ac promerendæ felicitatis æternæ materiam cumulare miniſtrantes. Etenim & hoc juſtum eſt apud judicem Deum, ut qui pro regno Chriſti cum ſanctis ejus Martyribus facti fuerunt afflictionis participes, cum iiſdem in regno Chriſti fiant etiam beatæ retributionis conſortes.

MIRACULA

F

Deſumpta ex Proceſſibus, in Commentario prævio ſæpius citatis, quæ VIII. *Februarii anni* MDCXI. *Romam miſſa diximus, cum annexis pluribus aliis, in Belgio Catholico legitime probatis.*

ROgatus ab Ampliſſimis deputatis Petrus Gerardi a Duren Ultrajectenſis, annos natus plus minus quinquaginta, num aliquorum miraculorum, ad invocationem prædictorum Martyrum patratorum notitiam haberet; Reſpondit, ſe ex ore cujuſdam filiæ, dictæ Gertrudis Gerardi, ancillæ ſororis prædicti Domini Cauchii, cui (ut ſupra relatum eſt) dictus deponens præfatorum Martyrum reliquias tradiderat, ſæpius audiviſſe, quod ad invocationem ſanctorum Martyrum Gorcomienſium integram ſoſpitatem, a malo, & ſummo dolore (quibus multis annis afflicta fuerat) effet conſecuta, addens dictus deponens, ſe eamdem, & ita infirmam ac afflictam noviſſe

A noviſſe & vidiſſe, & modo etiam, poſtquam ſanitatem integram adepta eſt.

Aliud de eodem confratello puero teſtimonium.

a Rogatus R. D. Joannes Cauchius, Vicarius metropolitanæ eccleſiæ S. Martini civitatis Ultrajectenſis, num aliquorum miraculorum haberet notitiam, aſſeruit, ancillam ſuæ ſororis, dictam Gertrudem Gerardi a Vianeo (quæ jam ſeptem plus minus annis ei cohabitavit) ſemper infirmam, & ſummis doloribus affligtam fuiſſe, ex eo quod anno ætatis ſuæ tertio (pro ut ipſam ſæpe referentem audivit) ex quodam infortunio coſta ſibi fracta fuerat, cujus vulnus non ita curari potuit, quin incredibilem ſemper exinde ſenſerit dolorem & multa incommoda. Conſultis itaque doctoribus medicis, unus ex illis iſque expertiſſimus, hæreticus tamen (quare ejuſdem teſtimonium per nos non fuit requiſitum) declaraviſſe, renes ex continuo corporis motu læsi propter acumen aliquod fractæ quondam coſtæ adhuc eminens, unde eam incurabilem judicabat. Alter vero (quia Catholicus) hic conſequenter

B veritati teſtimonium perhibebit; nihilominus, non obſtante dictorum medicorum ſententia & judicio, multis aliis medicamentis ac remediis uſa, cum ſe fruſtra & in vanum laborare videret, tandem voto emiſſo, ſe in honorem Martyrum Gorcomienſium, in vigilia Martyrum eorumdem jejunaturam, diemque ipſum pro ſua devotione celebraturam, ipſam deponentem adiiſſe, obnixe rogando, ut dictorum ſanctorum Martyrum reliquias, ſuo lateri applicare dignaretur, quod extemplo cum reverentia fecit, eorumdem Martyrum auxilium invocando & patrocinia, & ſingulorum nomina exprimendo, quo facto, ſtatim doloris alleviationem ſenſit, ac deinde integram ſoſpitatem ſenſit ſe conſecutam eſſe, qua etiam hodie potitur abhinc duobus ferme annis continuis. Unde dictus comparens ſe advertiſſe aſſeruit, eam in grati animi indicium integro anno jam elapſo, in honorem prædictorum Martyrum ſingulis ſeptimanis ter jejunaſſe.

De curatis puero.

C 3 Itemque affirmavit dictus deponens, die IX. menſis Julii hujus anni MDCXIX. ipſo ſcilicet die martyrii præfatorum Martyrum, dominam Adrianam vanden Heovel, relictam viduam nobilis viri, Petri a Zanen ſenioris, habitantem in Haga comitis, ætatis circiter LXV. annorum, domum ſuam acceſſiſſe, obnixe rogando, ut præfatorum Martyrum reliquias manui ſuæ applicare dignaretur; ſiquidem ex quodam infortunio ſub finem menſis Decembris anni elapſi MDCXVIII. manus ejus (ut medici judicabant) a junctura brachii evulſa erat. Cui malo remedium quærens, ſe magiſtro Joanni Quartelaer, famoſo chirurgo Hagienſi curandam commiſerat, quem cum arte ſua medica per aliquot hebdomadas in vanum laborare adverteret, re deſperata, ut in hiſce partibus fere fit, lictoris Hagienſis (in hujuſmodi accidentibus curandis expertiſſimi) opera uſa eſt; ſed plane fruſtra; tandem ſub initium Julii anni præſentis MDCXIX. Ultrajectum venit, & magiſtro Petro Schagen, hujus urbis expertiſſimo chirurgo, ejuſdem manus ſuæ curationem (licet in vanum) commendavit. Quinimo, adhibitis per eum medicamentis & emplaſtris, continuo dolorem ſuum magis ac magis ſenſit augeri, donec jam dicta die per dictum comparentem, emplaſtris & faſciis ſoblatis, cum D præfatorum Martyrum reliquiis, in loco doloris, ſigno crucis ſignata fuit, eorumdem Martyrum invocato auxilio, a quo tempore alleviationem ſenſit doloris, nec ullis poſtea medicamentis aut emplaſtris uſa eſt, ſed ex integro ſanaram ſe ſenſit. Hinc domum reverſa cum gaudio, & quatuor vel quinque poſtea ſeptimanis rurſum alia de cauſa Ultrajectum veniens, Deo ſanctiſque Martyribus, necnon & dicto deponenti ſummas egit gratias, præ lætitia manu ſanata geſtiens. A. Guil. Estio.

Alius ejuſdem generis.

4 Domious Petrus van Zanen nobilis habitans Ultrajecti, natus annos XXIX. affirmavit, matrem ſuam dominam Adrianam vanden Heuvel, viduam D. Petri van Zanen patris ſui ſupra nominatam, in hac civitate exiſtentem penes ſe fuiſſe hoſpitatam, dum gererentur ea, quæ in depoſitione R. D. Joannis Cauchii (quam ipſi perlegimus) narrantur, proinde certo ſe ſcire, vera eſſe omnia, quæ in dicta depoſitione de præfata ſua matre, ejuſque manu, doloribus & diverſis chirurgis ac remediis fruſtra ex- E pertis atque adhibitis, ac denique de curatione per applicationem reliquiarum ſanctorum Martyrum Gorcomienſium referuntur. Addens, præfatam matrem ſuam ex illo accidente adeo fuiſſe debilem ac impotentem, ut ne veſtire ſe aut exuere poſſet, imo nec ea manu cibum ſumere, quodque, durante dicto accidente, ipſe cum ſua uxore ut plurimum uſque ad mediam noctem eidem adfuerit, ad ſallendum dolorem continuum, qui adeo intenſus erat, ut omnem quietem tam de nocte, quam de die ei impediret, & licet expertiſſimos, quos invenire potuit, medicos adhibuerit, dolor tamen indies fuerit auctus, & ingravatum malum, adeo ut dictus magiſter Joannes Quartelaer, expertiſſimus chirurgus, judicaverit, ac expreſſe dixerit, nervos plane eſſe contractos, & malum iſtud propter ſuum ſenium non eſſe curabile, quodque ex ea occaſione, videns omnes chirurgos olcum & operam perdere, in præſentia dicti deponentis, eumdem R. D. Cauchium adierit, multiſque aliis præſentibus, ro- F gaverit, ut reliquias præfatas manui ſuæ applicaret: ſe etiam tum emplaſtra & faſcias ab ipſa manu abſtractas abjeciſſe, certoque ſcire, quod nulla ex eo tempore emplaſtra aut medicamenta dictæ manui ſuæ adhibuerit. Denique quod tam ſibi, quam multis aliis, ſe præſente, ſæpiſſime dixerit, ſe nemini quam Deo & ſanctis iſtis Martyribus Gorcomienſibus prædictæ manus ſuæ curationem adſcribere, & proinde ipſis, & non alteri gratias agere.

Alius de eodem.

5 Interrogatus Weſſelius Brienen Gorcomienſis, Ultrajecti habitans, annos natus plus minus LXIV. de miraculis, ad invocationem præfatorum Martyrum patratis; Reſpondit ac aſſeruit, ſe ex ore cujuſdam honeſtæ virginis Gorcomienſis, quondam ſororis Beghinæ hujus oppidi Ultrajectenſis (cui nomen erat Maria Gerbrandi, jam defunctæ) audiviſſe, quod quondam occulto accidente laboraverit, & ad ſanitatem conſequendam profecta fuerit Brielam ad locum martyrii & ſepulturæ præfatorum Martyrum, ibidemque invocato eorum auxilio, integram ſanitatem a prædicto accidente conſecuta fuerit. Quibus auditis dictus deponens jam antea dolorem ſentiens,

& ex

A & ex certis ac variis indiciis judicans ſe hernia laborare, etiam ad eumdem locum profectus eſt, ubi a quadam vetula de loco martyrii & ſepulturæ horum Martyrum inquiſivit, qua ſibi locum demonſtrante, ac dicente: Ibi eſt locus ubi papæ (ſacerdotes hoc verbo hæretico more deſignans) occiſi & ſepulti ſunt. Ipſe tum locum adiit, & in eodem conſtitutus, orationes ſuas ad Deum fudit, ab eo per interceſſionem ſanctorum Martyrum iſtorum ſanitatem deprecatus, quam ſe conſecutum aſſeruit, nec ab eo tempore dolorem ullum ſenſiſſe, aut herniæ ſive ruptura laboraſſe affirmavit.

A. Guil. Estio.

Ignita ſcabies purgata.

6 Hildegundis van Eſt, ætatis LXX. circiter annorum, de aliis miraculis ulterius rogata, reſpondit, quod Maria Gysberti ab Oort ſibi deponenti, narravit, ſe viſitando locum, in quo præfati Martyres necati ſunt & ſepulti, eorumque patrocinium ibidem invocando, a peſtilentiali quadam ſeu ignita ſcabie ſanata fuerit; quæ Maria Gysberti abhinc uno ſolum anno mortem obiit.

B

Mulier in puerperio duplici malo liberata.

Nobilis Dominus Paulus vander Laen, ætatis XXII. annorum, de miraculis interrogatus, affirmavit, uxore ſua die XIV. Octobris anni elapſi MDCXVIII. in partu exiſtente, eam cum prole de vita fuiſſe periclitatam. Unde obſtetricis conſilio ipſe deponens ad eam venit, ipſam conſulaturus, quodque videns periculum, in quo erat, eam ſit conſolatus, & in ejus præſentia voverit, ſe ad locum ſepulturæ Martyrum Gorcomienſium (erat enim in domo ſua Ooſtbornii) iturum, & ibidem pro ipſa locum ſepulturæ horum Martyrum viſitaturum, quo voto ita emiſſo, in ictu oculi ejus uxor plane mutata eſt, & melius diſpoſita, atque ſine periculo (quod antea imminebat, obſtetrice teſte) prolem enixa fuit. Itemque, quod ex eodem puerperio eadem ſua uxor ex incuria (ut videbatur) obſtetricis, malum aliquod accidens retinuit, quod tanto eam dolore affecit, ut pacari non poſſet, etiam adhibitis primo a medicis, deinde a quadam muliere in hujuſmodi accidentibus curandis experta, medicamentis & remediis. Unde prædictus deponens, rurſus emiſſo voto, præfatum locum viſitavit, & in eodem præfatorum Martyrum auxilium invocando, preces ſuas ad Deum fudit. Domum igitur reverſus, invenit dolorem illum mitigatum, & uxorem ſuam, quæ antea a clamoribus & ejulationibus præ dolore non ceſſabat, cum admiratione aſſtantium, etiam prædictæ mulieris, non obſtante quod accidens ſive tumor in eodem ſtatu eſſet, addens duobus aut tribus poſtea diebus tumorem illum erupiſſe atque multam ſaniem ad menſuram unius galeri ejeciſſe, ſubitoque ſanatum eſſe.

C

aqua horum olim poſitos inquinando.

7 Domicella Iſabella de Corg van Delwynen, ejuſdem Domini Pauli vander Laen uxor ætatis circiter XXVII. annorum, affirmavit ea, quæ a ſuo marito (quantum ad dno miracula, in ſua perſona ad invocationem præfatorum Martyrum patrata) ſuperius relata ſunt, in veritate ita contigiſſe, inſuper adjiciens, ſe in Februario anni MDCXVIII. laboraſſe ex quodam accidenti; quod genu ſuum ita affecerat, ut illud flectere, aut dum ſederet, ſurgere vix poſſet, magnoque eam dolore afficiebat, unde voto emiſſo, D de viſitando præfato ſepulturæ loco, ſtatim alleviationem ſenſit, quod etiam accidens exinde ſine ullis medicamentis aut emplaſtris ſanatum eſt.

Authentica teſtimonia

8 Nos conſules & ſcabini conſiliariique civitatis Bruxellenſis ducatus Brabantiæ, notum facimus ac certificamus omnibus & ſingulis, præſentes litteras viſuris, quod die undecima menſis Martii anno MDCXIX. coram nobis perſonaliter comparuerint, Maria Laurentii, ætatis XIX. annorum, una cum Stephano Laurentii & Joanna Schoondonck, ſuis parentibus, hujus civitatis civibus, qui omnes, præſtito prius coram nobis ſolenni juramento, affirmaverunt & aſſeruerunt, atque depoſuerunt, prout ſequitur. Primo dicta Maria Laurentii, quod ab aliquanto tempore ante proceſſionem auguſtiſſimi Sacramenti miraculoſi, in hac civitate circa medium Julii inſtitui ſolitam, anni præcedentis MDCXVIII. uſque abhine ſex ſeptimanis aut circiter, vexata fuit mirabili, valde miſero & continuo dolore capitis, unde faciem adeo habuit inflatam, & hydropiſi laboranti ſimilem, ut ſibi ipſi ſimilis non eſſet, cui malo (uti iidem ſui parentes aſſerebant) multa adhibuerunt remedia ex conſilio expertiſſimi hujus urbis doctoris medici, dicti de Hertoge, jam defuncti, & plurium aliarum perſonarum, ſed fruſtra & ſine ullo doloris aut inflationis levamine, unde factum eſt, quod dicta Joanna Schoondonck ex animo ad Deum confugit, & viſa maxima populi devotione circa ſepulcrum martyrum Gorcomienſium in templo Fratrum Minorum regularis obſervantiæ hujus civitatis (conſcia prædicta ſua filia) vovit ac promiſit, ibidem offerre ceream coronam (quod & fecit aliquot poſtea diebus.) Contigit autem eodem die, quo id voverat, ſtatim poſt votum emiſſum, præfatam filiam ſuam prædicti doloris alleviationem ſentire, & ante veſperam plane & ex integro liberatam eſſe a dicto capitis exceſſivo dolore, cujus poſtea ne vel minimum veſtigium ſenſit. E

civitatis Bruxellenſis F

9 Eadem die comparentes Conſtantia Martines, vidua quondam Joannis Beken, & Joanna Walraveus, uxor Jacobi Hals, cives hujus civitatis & juxta ædes præfatorum primorum comparentium habitantes, depoſuerunt & affirmaverunt ſub ſimili ſolenni juramento coram nobis præſtito, quod præfata Maria Laurentii, ejuſque parentes ſæpius ſibi conqueſti ſint miſerias & dolores, quos prædicta filia Maria in ſuo capite patiebatur (quod ipſum hi poſtremi comparentes ſatis ex externa ejus figura & capitis diſpoſitione adverterunt) timentes vel ipſam inde morituram, vel aliquam ſenſuum aut cerebri læſionem incurſuram; quod denique dicta Maria per votum prædictum ab iſtis doloribus liberata, ſtatim cum maximo gaudio ipſos inde certiores reddidit.

de variis miraculis

10 Eadem die ejuſdem anni, comparens coram nobis ſuprafcriptis, Henricus Theodori, etiam hujus urbis civis, depoſuit, & ſub ſolenni juramento coram nobis præſtito, affirmavit, filiolum ſuum Joannem Theodori, ſex annos natum (cui mater eſt Anna Beeckman, deponentis uxor) ab ineunte ætate laboraſſe hernia, ſive ruptura inguinis defectu, cum quo

ipſum

A ipſum natum fuiſſe, ipſe & ſua uxor ſemper opinati ſunt, quamvis hujuſmodi defectum in dicto ſuo filiolo ſolum adverterint circa ſextam hebdomadam poſt ejus nativitatem; & cum multis adverſus malum iſtud uſus ſit remediis, tam ex conſilio & præſcriptione cujuſdam expertiſſimi chirurgi (qui ante triennium aut circa ad hanc civitatem venerat) quam cujuſdam mulieris, quæ faſciis & ligamenta adverſus prædictum malum dicto puero paravit, necnon & plurium aliorum, nullum tamen levamen ſenſit dictus puer, nec a malo præfato liberatus fuit, quin imo in eodem ſtatu permanſit, donec ipſum deponentem, conciones, quæ infra Octavam S. Franciſci in templo Fratrum Minorum fieri conſueverunt, frequentantem, contingeret, ex ore cujuſdam Patris dicti Ordinis, per præfatam Octavam concionantis anno elapſo MDCXVIII. intelligere & audire martyrium & paſſionem quorumdam Religioſorum dicti Ordinis, conventus quondam Gorcomienſis, a

B Geuſiis ob fidem Catholicam prope Brielam interfectorum. Quibus auditis, valde fuit permotus, & ex tunc ſingularem affectum, amorem, & devotionem erga dictos Martyres in ſe ſenſit accendi, atque ab eo tempore eorumdem Martyrum interceſſionem & patrocinium apud Deum, pro dicto filio ſuo ejuſque liberatione a præfato defectu, invocare cœpit, aſſeruitque, dictum ſuum filiolum, adhuc ipſa Dominica poſt præfatam Octavam, ex eodem defectu adeo fuiſſe indiſpoſitum, & in tantum anxiatum (ſiquidem ruptura illa ad magnitudinem unius pugni excreverat) ut ipſe deponens cum ſua uxore arbitraretur, puerum jam neceſſario moriturum. Debinc, adhibitis omnibus humano modo poſſibilibus remediis, ita ut etiam puerum aliquanto tempore capite terram verſus tenuerint, tandem puero per Dei gratiam ſopore correpto, hernia & excreſcens tumor ad priſtinum ſtatum redierunt, ipſo interim patre preces & devotionem erga præfatos Martyres continuante. Unde die ſequente ſolennem proceſſionem, quæ in hac

C civitate eodem anno MDCXVIII. in feſto S. Lucæ in honorem præfatorum Martyrum celebrata fuit, advertit, dictum ſuum filiolum a præfata hernia ac ruptura ex integro ſanatum & liberatum eſſe, affirmavitque, eum ab eo tempore uſque in hanc horam plane ſanum perſeveraſſe, relictis faſciis & ligaminibus, quibus ſtringi ſolebat; adeo ut nec ipſe pater, nec alii diverſi id viſitantes, ne vel veſtigium aut apparentiam aliquam præteritæ rupturæ invenire potuerint, nominatim Henricus Remmens & Lucas Beeckmans, hujus civitatis cives, qui eodem die coram nobis comparentes, ſub ſolenni juramento, ſe præfacta Dominica puero adfuiſſe, & ipſum in tam miſero ſtatu conſtitutum, quando in tantum ruptura excreverat, & pluribus etiam antea vicibus vidiſſe, & poſtea ſanatum viſitaſſe affirmaverunt. Quod amplius eſt, ad inſtantiam R. P. Guardiani dicti conventus, magiſter Lambertus van Ulierden, expertiſſimus hujus civitatis chirurgus, ſex diverſis vicibus per temporum intervalla eumdem puerum viſitavit, & locum quondam rupturæ inſpexit, ſed nullum rupturæ priſtinæ indicium invenit. Noviſſime vero magiſter D
Laurentius van Grootendael, ſimiliter expertus hujus urbis chirurgus, poſt diligentem viſitationem, nullum rupturæ defectum in eo puero invenire potuit, nec herniæ præfatæ vel minimum veſtigium, ſed eum ex integro ſanatum eſſe, quaſi numquam eo defectu laboraſſet, ſub ſolenni juramento, ut prius, affirmavit, prout hoc ipſum jam dictus magiſter Lambertus *Ibidem*
van Ulierden etiam ſub juramento affirmavit.

11 Eodem die & anno, comparuit Helena Gooſſens, uxor Danckardi Gorit, civis Bruxellenſis, quæ ſub ſolenni juramento coram nobis præſtito, depoſuit, teſtata eſt & affirmavit, ſe quatuor aut circiter annis ſuſtinuiſſe maximos & exceſſivos dolores renum & lumborum, geſtaſſe etiam uterum tumentem & vehementer induratum, ex quibus malis ita fuit affecta, ut frequenter nec ſtare nec incedere poſſet, & dum in ipſa ſua domo aliquando quoquam ire vellet, baculo inniti coacta fuerit, & quamvis conſilio & remediis multis, ab aliquot hujus civitatis doctoE ribus medicis ſibi præſcriptis, uſa fuerit, ſe tamen oleum & operam perdidiſſe, nec illo tempore aliquam ſanitatem, aut dolorum alleviationem potuiſſe nanciſci. Donec a quadam Eliſabetha Backx ipſi enarrata fuit hiſtoria ſanctorum martyrum Gorcomienſium, prout ea apud Fratres Minores infra Octavam S. Franciſci per concionatorem populo propoſita fuit; unde vehementer ſe ſenſit permotam & erga præfatos Martyres devotione accenſam, ſimulque magno ſe teneri deſiderio comitandi ſolennem proceſſionem, in hac civitate in honorem Dei & præfatorum Martyrum inſtitutam, ſed præ miſera ſua indiſpoſitione ex ineffabilibus doloribus, qui tum valde intenſi erant, ne quidem ad templum ire potuit, Miſſam auditura, multo minus proceſſioni jam dictæ intereſſe. Altera vero die, de more ſuo eam viſitaturus advenit filius ſuus Dominus Joannes Gorius ſacerdos, quondam vice-paſtor parochialis Eccleſiæ, cui nomen Capella B. Mariæ hujus urbis, qui videns eam adeo afflictam, valde ipſi com-
patiens, ſuaſit refugium ſuum verſus Deum & F
ſanctos ejus ſumere, & ſingulariter verſus ſanctos martyres Gorcomienſes, quorum interceſſionibus multos quotidie a ſuis infirmitatibus liberari dicebatur, & confidere firmiter, idem ſibi eventurum. Qua exhortatione rurſus valde commota, ſine ulteriori interpoſita mora, ſabbatho ſequente diem dictæ ſolennis proceſſionis, non obſtante ſua præfata infirmitate ac doloribus, vim ſibi inferendo, ad templum ſæpe dictum Fratrum Minorum perrexit & pervenit, ubi coram eorumdem Martyrum reliquiis orationes ſuas fudit, vovendo, ſe ter undecim continuis diebus, id eſt XXXIII. in univerſum, eo venturam & Deum ſanctoſque ejus Martyres veneraturam ac oraturam; quod & fecit ante omnia, & deinde adhuc duabus vicibus ſancta Confeſſionis & Euchariſtiæ Sacramenta frequentando; nec tamen eundo ad templum & redeundo domum omnibus iſtis diebus, aliquam debilitatem ſenſit, aut mane quidquam cibi ſumpſit, prout antea facere compulſa fuerat. Paucis vero diebus poſt dictum votum emiſſum, & peregrinationem inceptam, magnam toto corpore ſenſit alteratio-

A tionem, & deinde doloris alleviationem, mul-
Ex MSS. tamque flegmaticam materiam evomuit; & ſic ſenſim doloribus omnino liberata fuit, & ab uteri ſui tumore ac induratione & doloribus inde procedentibus ex integro ſanata, non ſine magna ſui ipſius admiratione ſuique mariti, nec non & filii, qui aliquot poſt dictum emiſſum votum diebus, tam ex facie quam ex loquela hanc matris ſuæ alleviationem advertit. Affirmavit etiam dicta comparens, quod, ex quo dictis doloribus ſoluta fuit, ſe ſenſerit ſatis bene diſpoſitam, & potuiſſe erectam incedere ac ſtare. Ejus vero maritus jam dictus etiam comparens, ſub ſolenni juramento coram nobis emiſſo, aſſeruit & affirmavit, vera eſſe ea, quæ de ſua uxore jam narrata ſunt, quam aliquando adeo doloribus confectam fuiſſe aſſeruit, ut vix jacere aut ſe incurvare vel erigere potuerit.

adhuc vivens — 12 Ad hæc comparentes etiam coram nobis ſupraſcriptis Eliſabetha Backx, jam dicta, Joannes Meloen, Cornelius de Riddere, Henri-
B cus Raeſpot eum Chriſtiana Breeckpot ſua uxore, cives Bruxellenſes partim vicini, partim ex notitia dictorum primorum comparentium, qui omnes ſub juramento, ut prius præſtito, depoſuerunt & affirmaverunt, ſe probe ſcire, prædictam Helenam Gooſens diverſis annis infirmam fuiſſe & multis doloribus vexatam, uterum etiam tumentem geſſiſſe, & exinde adeo fuiſſe affectam, ut vix jacere, ſedere, incedere aut ſtare valaret; unde etiam aliquando magnam debilitatem, imo animi deliquium paſſa fuit, prout hoc ipſum eorum aliqui ſe oculis ſuis conſpexiſſe affirmarent.

22. Mart. quinta — 13 Die undecima & decima tertia Martii, reſpective ejuſdem anni, comparuit Catharina Jacobi, vidua Thomæ vanden Boſſche, quæ ſub ſolenni juramento, coram nobis præſtito, depoſuit, ſe ultra ſpatium octodecim annorum ſuſtinuiſſe vehementem & miſerandum dolorem in brachio ſuo dexiro, qui dolor ſe uſque ad armum humeri ſui extendebat, ſed maxime tribus poſterioribus annis, ita ut ægre eo brachio uti poſſet. Cumque diverſis remediis humanis, peregrinationibus ad diverſa loca levamen quæſiviſſet, nullam doloris alleviationem conſequi
C potuit. Contigit autem frequentante ipſa, durante Octava S. Franciſci, conciones in templo Fratrum Minorum anno præterito MDCXVIII & audiente exponi hiſtoriam martyrii ſanctorum martyrum Gorcomienſium, quod ſenſit ſe inflammari ſingulari devotione erga prædictos Martyres, unde vovit, ſe ſolenni proceſſioni in honorem Dei & præfatorum Martyrum celebrandæ in ipſo feſto S. Lucæ interfuturam (proue fecit) niſi quod præ nimia populi multitudine, brachio ſuo timens, ne comprimeretur, templum præfatum ingredi non fuit auſa, ſed ſequenti die eo veniens, orationes ſuas ad Deum & præfatos Martyres fudit, vovitque novem continuis diebus eo venire, eaſdem preces continuare, ſinguliſque diebus coram eorumdem reliquiis cereum accenſum offerre, quodque (ſi levamen ſentiret) brachium argenteum in memoriam, ad dictorum Martyrum ſepulcrum appenderet. Ipſa autem eodem die circa veſperam in magnum ac periculoſum morbum incidit, multo ſudore & vomitu obnoxium, quo morbo uſque circa feſtum omnium Sanctorum durante, impedita, votum adimplere non potuit; ſenſit D tamen dolorem illum, quo tot annorum curriculis laboraverat, in brachio ſuo dextro omnino ceſſaſſe, & ſe plene inde liberatam; unde cum jam ex dicto morbo ſanata eſſet, votum ſuum, ad honorem Dei & ſanctorum Martyrum emiſſum, in grati animi indicium pro jam dicta liberatione, ex integro complevit, nec ullum in dicto brachio ex eo tempore ſenſit dolorem, cum tamen antea adeo exinde interdum affligebatur, ut inde ſe morituram arbitraretur, quod ipſum jam dictus ejus maritus ante ſuum obitum etiam declaravit, qui eapropter ſæpe fuerat turbatus, quandoquidem dicta ſua uxor ægre brachio iſto uti poterat, nec vel ſe ipſam juvare in veſtiendo, ſive alias, ſine adjutorio alterius perſonæ.

Germanæ ejus — 14 Comparuerunt etiam Anna Jacobi, uxor Pauli Biets, ſoror præfatæ Catharinæ Jacobi & pro-
Joannes Kieckens, etiam hujus urbis cives, qui ſub ſimili ſolenni juramento, præſtito ut ſupra, affirmaverunt, ſibi conſtare, dictam Catharinam E Jacobi præfatum dolorem in brachio ſuo dextro ſpatio XVI. aut XVII. annorum ſuſtinuiſſe, quodque dicta Anna Jacobi ſæpius, durante vita ſuæ matris piæ memoriæ, eidem ſuæ ſorori Catharinæ adjutorio eſſe debuerit.

patruus — 15 Diebus vero undecima & XXV. Martii reſpective ejuſdem anni MDCXIX. comparuit do-
micella Catharina de Vaddere, vidua quondam Michaelis Bilt junioris, civis hujus urbis, quæ ſub ſimili ſolenni juramento, coram nobis præſtito afferuit & declaravit, quod abhinc IV. menſibus Catharina Peermans, ſibi cohabitans ſuæque comparentis filiæ filia, ætatis circiter VII. annorum, laboravit vehementi ac periculoſa febri, una cum magno dolore gutturis, eauſato ex tumore ſive apoſtemate circa dictum guttur, qui morbi ipſi durarunt a feria IV. uſque ad Dominicam ſequentem, quando ante meridiem F. Ægidius dictæ puellæ infirmæ patruus, una cum alio ex Ordine Fratrum Minorum Patre eam viſitaturus advenit, quam in magnis anguſtiis & quaſi in agone conſtitutam vidit; cumque eam alloqueretur, vix poterat præ gutturis dolore verbulum proferre. Unde dictus Frater F Ægidius ſtatim a meridie cum alio ejuſdem Ordinis & conventus Bruxellenſis Patre, qui particulam reliquiarum ſanctorum martyrum Gorcomienſium ſecum tulerat, eo reverſus fuit. Cujus Patris juſſu, dicta particula collo puellæ appenſa eſt; unde factum, quod una tranſacta hora, dicta puella ad ſe reverſa, ultro ſe erexit, petivitque a jam dicta comparente, avia ſua, quædam puerilia jocalia, ipſi antea recreationis cauſa oblata & promiſſa, quibus ſibi traditis, ſtatim incepit eum iiſdem rebus ludere, atque ex eo tempore dicta puella ſenſim ſanata, uſque modo ſoſpes perſeverat. Eadem autem, quæ ſupra, tam dictæ puellæ mater, quæ una cum ſua matre, puellæ avia, dictæ puellæ infirmæ adſuerat, quam Margareta Loochz virgo ætatis XXII. annorum, in eadem domo habitans, quæ nocte præcedente una cum dicta puellæ avia juxta lectum infirmæ vigilaverat, etiam coram nobis comparentes, ſub ſimili ſolenni juramento, ut ſupra præſtito, vera eſſe affirmarunt. Comparuit etiam Catharina Timmerman, uxor Pauli Berwants, quæ ſub ſimili juramento declaravit, ſe di-

verſis

A verſis vicibus præfatam puellam, durante dicta infirmitate, viſitaſſe, nominatim præfata Dominica die, quando illam in magnis angustiis & quaſi agonizantem invenit, & poſt prandium, quando eamdem veſtitam in lecto ſuo vidit ſedentem & ludentem; unde cum aliis valde mirabatur, quomodo prædicta puella, quam ante prandium ex præfato morbo in tantis viderat angustiis conſtitutam, tam ſubito & tam brevi tempore, poſt dictarum reliquiarum ad collum ejus appenſionem, in tantum fuerit alleviata & ſanata.

Et per vicinos

16 Die quinta Aprilis ejuſdem anni MDCXIX. comparuerunt Nicolaus Bleri, civis Bruxellenſis, & Anna Walravens conjuges cum Barbara Hoorincks, eorumdem conjugum ancilla, qui omnes ſub ſolenni juramento coram nobis a ſingulis eorum prius præſtito, declaraverunt, teſtati ſunt, & affirmaveruot, Joannem Baptiſtam Bleri, prædictorum conjugum filium, duos annos & quatuor menſes oatum, etiam coram nobis conſtitutum, ſpatio decem menſium contioue laboraſſe fluxu ventris, qua malo ita fuit confectus, ut ipſa inteſtina lapius promiuerent ad longitudinem unius magnæ nucis juglandis, una cum ſanguinis emiſſione, eratque videre io dicto ſic conſtitnto puero magnam miſeriam, qui puer exinde adeo exhauſtus fuit, & extenuatus, ut vix incedere poſſet, & aliquot diebus lecto decumbere ſit compulſus. Unde quicumque puerum videret, judicabat, eum inde neceſſario moriturum. Multis autem humanis remediis uſi parentes adverſus præfatum malum, incaſſum laboraverunt, nec ullum ſolatium in puero ſenſerunt; quod tandem occaſionem dedit patri, prout aſſerebat, ad Deum & Sanctos ejus confugere, ſingulariter Martyres Gorcomienſes, quorum aliquæ reliquiæ requieſcunt in templo Fratrum Minorum regularis obſervantiæ hujus urbis, ad hoc excitatus per ea, quæ de ipſorum Martyrum paſſione, infra Octavam Sancti Franciſci & in Quadrageſima ab eodem concionatore narrata fuerunt; unde ſæpius coram ſepulcro præfatorum Martyrum preces ſuas fudit. Tandem feria quarta majoris hebdomadæ anni præſentis propoſuit ſequenti die, qui erat C feria quinta in cœna Domini, eum eodem ſuo filiolo ad dictam eccleſiam Fratrum Minorum pergere, & ibidem coram jam dictorum Martyrum ſepulcro, pro ſalute ac incolumitate dicti ſui filioli orare; quod & fecit ab hora undecima uſque poſt duodecimam, & inter alia legit in honorem dictorum Martyrum XVIII. Ave Maria, & ad hæc, tria Ave Maria in honorem R. P. Guardiani, quem inter ceteros ſingulariter emicuiſſe audiverat, totidemque Ave Maria legi fecit ſuo dicto puero. Ipſe puer patrem imitatus eadem Ave Maria recitavit. Deinde in honorem ſanctæ Trinitatis ibidem tres cereos aceeoſos collocavit, ut per interceſſionem prædictorum Martyrum dictus puer ſanitatem conſequeretur a Deo. Ipſe autem pater, firmiſſima ſpe ſanitatis dicti ſui filioli eooeepta, domum reverſus a prandio ſæpe ſæpius a ſua uxore & ancilla ſciſcitatus eſt, num dictus puer adhuc eodem ventris fluxu laboraret, quæ ſingulis vicibus reſpondebant, quod non. Altera autem die, quæ erat feria ſexta Paraſceves, cum idem interrogans, idem reſponſum retuliſſet, cum admiratione intulit: D En quid ſint miracula Dei & ſanctorum ejus! ex eo quod puerum ſuum tam ſubito ſanatum vidit: & quod magis eſt, ab eo tempore manifeſtam mutationem in facie dicti pueri advertit, qui puer ex tunc naturalem receſſum habuit, & magis ac magis ſanus effectus eſt cum ſumma admiratione omnium eorum, qui hunc puerum antea, durante præfata infirmitate, viderant. Ipſe itaque pater in grati animi indicium pro tanto recepto beneficio, ad ſepulcrum dictorum Martyrum obtulit puerum cereum, & calculum argenteum, affirmans ulterius, dictum puerum ita a præfato malo liberatum, deineeps ſanum & ſoſpitem permanſiſſe.

ex mo.

teſtes depoſitio testis

17 Ad hæc dicta Barbara Hoorinckx affirmavit & declaravit, quod durante eo tempore, quo ex præcepto ſui heri, in honorem dictorum Martyrum dicta XXI. Ave Maria legebat, dictus puer, ſe relicta, nltro ivit ad columnam, cui pictura, horum Martyrum effigies continens appeoſa erat, manibus & brachiis dictam columnam amplexando, circumeundo, & inceſſanter oſculando. Unde dictus E puer ab ipſa interrogatus, quid ibi faceret, reſpoodit: Oſculor dominos meos; quod ipſum dicta ancilla ſuo dicto hero ſtatim, ut domum reverſi ſunt, retulit, prout ipſe etiam aſſerebat verum eſſe. Ulterius aſſeruit dicta ancilla verum eſſe, quod a tempore illo, quo in dicto loco Deum & ſanctos Martyres oraverunt, præfata paſſio & infirmitas pueri plane ceſſavit, quodque amplius illis ne vel in minimo fuerit vexatus, quodque ſtatim ſoſpes & ſanus ac pulcher effectus eſt, prout adhuc modo eſt.

prolatio.

18 Quæ præfata pueri infirmitas etiam nota fuit diverſis perſonis, & inter alias Catharinæ Joannis, & Catharinæ van Raſſem virgioibus, & Joanni de Greve, qui toto ferme anno in ædibus parentum dicti pueri habitavit & modo adhuc habitat. Qui omnes etiam ſimul coram nobis comparueruot, & ſub ſolenni juramento affirmaverunt, probe ſibi notas fuiſſe miſerias & calamitates, quas dictus puer ex præfato ventris fluxu pertulerat, quodque hoc ipſum oculis ſuis conſpexerunt, addentes ad F hæc ambæ iſtæ Catharinæ, pro cauſa ſcientiæ præfatorum, quod ante feſtum omnium Sanctorum anni præteriti MDCXVIII. ſimul habitantes domi ſuæ habuerunt dictum puerum, ut ablactaretur, quo tempore eodem ventris fluxu laborabat, cui etiam remedium aliquod adhibuerunt. Dictus vero Joannes de Greve ad hæc affirmavit, matrem ſuam ipſa jam dicta feria quarta majoris hebdomadæ ante prandium, exiſtentem io domo præfatorum conjugum parentum dicti pueri, vehementer admiratam fuiſſe propter miſerandam pueri conſtitutionem, dicendo, quod potius decreſceret, quam accreſceret, quodque tantum exiſtens puer unius medii anni, fortior & robuſtior fuerit, quam tum erat. Cumque ipſe Joannes de Greve tum cum dicta ſua matre foras profectus fuiſſet, heſterna die domum reverſus, puerum ludentem, loquentem, ſanum ac ſoſpitem invenit non ſine admiratione, quando-quidem ipſa feria quarta majoris hebdomadæ, ut jam dictum eſt, ipſum in tam miſero ſta-

A tu domi reliquerat. In quorum omnium fidem
ex MSS. ac teſtimonium nos conſules, ſcabini, conſiliariique prædictæ civitatis Bruxellenſis præſentes manu ſecretarii noſtri ſignatas, eas hujus civitatis ſigillo muniri mandavimus hac quinta die Aprilis anni MDCXIX. eratque ſignatum J. Boſſum & ejuſdem civitatis ſigillum ad latus impreſſum.

Narratio Querce I. inſtantanea ſanatio.

19 Nos Franciſcus vander Burch, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus & dux Cameracenſis &c. viſis & mature examinatis informationibus, ac plurium catholicorum fide dignorum teſtimoniis, juramento firmatis, ſuper curatione Ægidii Tilman, filii Ludovici & Anthoniæ Couvreur, civium urbis Landracenenſis in Hannonia, diœceſis Cameracenſis, annos circiter XII. nati, certo & fideliter agnovimus, prædictum juvenem a quadrageſimo nativitatis ſuæ die bernia graviter admodum laboraſſe, ad medium jam pene ſemur delapſa, multis ac variis remediis, ſed fruſtra,
B tentatis, nec non adhibitis plerumque faſciis ferreis, quæ tamen deſcenſum plane non impedirent, Tandem ejus curandæ ſpe Querce-tum carruca advectum XXI. Octobris anno ſupra milleſimum DCXIX. cum tranſlationi reliquiarum beatorum martyrum Gorcomienſium ibidem interfuiſſet, ac poſtridie in eccleſiam Fratrum Recollectorum, facta ſacramentali confeſſione, orationes ſuas in conſpectu ſanctarum reliquiarum toto affectu effudiſſet, inter ipſas preces ſubito in eccleſia curatum; adeo ut ſequenti die, quæ erat XXIII. ejuſdem menſis & anni, dimiſſis & abjectis faſciis, domum pedes (quod ante non poterat) reverſus, omni deinceps ejus ſenſu caruerit, & careat etiam nunc. Quam proinde curationem prorſus miraculoſam & ſupernaturalem, ab omnipotentis Dei manu profectam eſſe, meritis & interceſſione præfatorum beatorum Martyrum, ex judicio theologorum, judicamus & approbamus, Quoniam tam ſubitus & repentinus modus liberationis, nec ab arte, nec a
C natura potuerit promanare. Et erat infra ſic ſignatum: Franciſcus vander Burch Archiepiſcopus Cameracenſis.

Tres depoſitiones in caſu caſchii proba.

20 Nos conſules, ſcabini, conſiliariique civitatis Athenſis notum facimus & certificamus omnibus, quorum intereſt, coram nobis comparuiſſe die XXIV. menſis Januarii anno MDCXX. teſtes infraſcriptos, qui omnes, præmiſſo a ſingulis ſolenni juramento, depoſuerunt & teſtati ſunt, prout ſequitur. Maria Wilckin, relicta quondam Joannis Haylleſt, ætatis annorum XXXII. ſpecialiter requiſita, præmiſſo ſolenni juramento, affirmavit, ſibi fuiſſe puerum quinquennem, nomine Adrianum, nephritii ſeu lapillo ex arenulis concreto ita laborantem, ut urinam reddere nequiens, præ doloris magnitudine & ſcamna & obvia quæque amplexaretur, Mater eadem, ut coram nobis teſtabatur, filiolo compatiens, conſuluit magiſtrum Joannem Courtin chirurgum, qui ejuſmodi lapillorum exciſiones profitetur. Is, conſiderato pueri ſtatu, teſtatus eſt, nihil ſupereſſe remedii præter inciſionem dicti pueruli, Deſolata mater, amicorum conſilio, recurſum habuit ad reliquias ſanctorum Martyrum Gorcomienſium, a quinque aut ſex ſupra diebus primum adductas & ſolenniter depoſitas in navi eccleſiæ Fratrum Minorum ejuſdem civitatis. Die D
ſequenti, præmiſſa ſacramentali confeſſione & recepto Euchariſtiæ Sacramento, inchoata novem dierum oratione (Novenam vulgo vocant) & oblato ſingulis diebus cereo, prima die poſt preces domum reverſa, puerum in lectulo depoſuit, inde foras egreſſa eſt ad occurrentia negotia. Abſente matre, puerulus magnam urinæ copiam reddens, adjuncto ingenti clamore, fecit, ut accurrerent vicini, qui puerum madidum & ſudantem repererunt. Reverſa mater invenit & lectulum & operimenta perpluiſſe. Reliquis poſt diebus abſque dolore urinam emiſit, ejectis magna copia calculi arenulis, ſpiſſioribus tamen & ſanguinis inſtar rubentibus. Propterea mater, peracta novem dierum oratione, in gratiarum actionem obtulit in honorem dictarum ſanctorum Martyrum ſufficientem ceram, ut novem aliis diebus ſequentibus accenderetur, dictum puerum vovens Deo, ſanctis Martyribus & ſancto Franciſco, cujus Ordinis habitum etiamnum
E geſtat. Ad hæc teſtanda comparuit Nicolaus Moſtin, ætatis circiter XXXVI. annorum, ſub ſimili juramento affirmans, vidiſſe dictum puerum ſæpius vi doloris ſcamna, atque obvia in plateis ſulcra amplectentem, ſeque interdum pectu ſurrexiſſe, ut eumdem adjuvaret, ejus clamoribus motus. Affirmavit inſuper ab impetrato per matris preces modo prædicto ſanctorum Martyrum auxilio, nihil priſtini morbi in puero deprehendiſſe, cum tamen in domo eadem per quinque annos habitaverit, & in præſenti adhuc habitet. Comparuit ſimiliter requiſita Maria de Namurco, beata ſive devota, ætatis circiter XLIV. annorum, ſub ſimili juramento deponens, ſe etiam adfuiſſe, cum dictus puer excitatis ingenti clamore vicinis, madidus & in ſudore repertus eſt, ut ſupra narratum eſt.

Plura teſtimonia.

21 Iſabella Charlet Athenſis, annorum circiter XLII. uxor Bonaventuræ Thais, iiſdem
F anno & menſe coram nobis ſimiliter comparuit, & juridice requiſita ſub ſolenni juramento teſtata eſt, ſe a menſe Februario anni MDCXVIII. uſque ad menſem Julium anni ejuſdem, quo ſanctorum Gorcomienſium Martyrum reliquiæ in civitatem Athenſem primum illatæ ſunt, iſchiatico dolore noctes dieſque afflictam, ex eodem tantam corporis curvitatem contraxiſſe, ut baculo ſuperinnixa vix valeret incedere, vicinorumque judicio numquam ad rectam corporis ſtaturam reditura videretur. Addidit pro recuperanda ſalute ſe virum quemdam miſiſſe ad eccleſias quaſdam, miraculis & peregrinorum frequentia famoſas, ut D. Virginis in Meſſine, D. Vincentii in Soignies, D. Ignatii in pago de Rebay, D. Hilarii in pago de Templou diœceſis Namurcenſis. Verum cum hæc nequidquam ſibi feciſſe videretur, fide ſpeque plena animum convertit ad reliquias ſanctorum Martyrum, quæ noviter in eccleſia S. Juliani civitatis Athenſis depoſitæ erant, ac per dies novem eaſdem reliquias devote viſitans nudis pedibus, paulatim ad perfectam ſanitatem reducta eſt, quam non niſi Dei & SS. Martyrum auxilio ſe recepiſſe firmiter credit & teſtatur.

22 Comparuit eiſdem die ac menſe Bonaventura Thais, prædictæ Iſabellæ maritus annorum

A oorum XLEV. ſub ſimili juramento affirmans, quæ ab uxore depoſita ſunt. Item illud ipſum ſub ſimili juramento confirmans Maria Thoret, ætatis LIV. annorum, uxor Joannis d'Antoy. Item Joannes Maes, ætatis annorum L. afferens ſub juramento, ſe vidiſſe dictam Iſabellam, morbo durante, curvatam, ægre incedentem, innixam plurium humeris, & ſæpe in plateis coactam iter ſiſtere ob progreſſus difficultatem, vidiſſe denique eamdem & rectam & ſanam. Teſtantur id ipſum Clemens Willaine & Jacobus Marotquin, civitatis ſcabini, qui huic actui juridico interfuerunt.

de erecto incurvo.

Item alia de ſanato infanti;

23 Iiſdem die & anno comparuerunt Ludovicus Buffart & Catharina Lauſel, ejus uxor annorum XXXI. atque ſub juramento depoſuerunt, infantem ſuum, undecim menſes natum, anno Domini MDCXVIII. die XVI. Auguſti, accepto ab ancilla pruno, remanente pruni lapillo in orificio gurgulionis, repente in animi deliquium incidiſſe, in quo ſine omni vitæ ſigno duabus horis circiter permanens, non modo mortuo ſimilis, ſed vere mortuus eſt judicatus. Mater a foro ad locum, ubi infans a vicinis tenebatur, vocata, ad SS. Martyres ſpem convertit, miſſis duobus cereis ad eccleſiam Fratrum Minorum, cantata ab eiſdem Fratribus in honorem SS. Martyrum Gorcomienſium ad petitionem matris Antipbona, cœpit infans convaleſcere, ac die ſequenti poſt decantatum Miſſæ ſacrificium, infans lapillum per meatus ad excrementorum ſecretionem a natura ordinatos emiſit. Ad hæc teſtanda vocatus Martinus Ferre, ætatis annorum XLII. ſub juramento affirmavit, ſe diu puerum in ulnis tenuiſſe, & tamquam vere mortuum tradidiſſe cuipiam vicinæ abſque ulla ſpe videndi deinceps puerum vivum. Idem ſub ſimili juramento teſtantur prædictorum infantuli parentum vicini Franciſcus Pruneau, Maximilianus le Clerq, Carolus Chaſtelin, Jacobea Fortreau.

B

de puerpera gravi morbo laborante.

24 Eiſdem anno & die Dominus Philippus de Ketulle, Dominus de Hanery, & Domina Helena Benoiſt, uxor ejus, annorum circiter XXII. ſub juramento teſtati ſunt, præfatam Dominam Helenam die XXV. Julii anno MDCXVIII. pauco poſt partum ſuum tempore, in ægritudinem gravem, vehementiſſimo capitis dolori junctam, incidiſſe, vocatoque R. D. Decano & Paſtore ad excipiendam ſuam confeſſionem, ajus conſilio tres in honorem SS. Martyrum, quorum reliquiæ adhuc erant recenter in civitatem illatæ & primo deportatæ io eccleſiam ejuſdem Paſtoris parochialem, B. Juliano Martyri ſacram, cereos candidos notabiles obtuliſſe, ac Miſſam celebrari juſſiſſe ad implorandum eorum auxilium. Quod ſequenti die factum eſt: cum interim magis ac magis ægritudo ingraveſceret, & præſentiſſimum mortis periculum ægrotanti obverſaretur, eo uſque ventum eſt, ut de rebus ſuis temporalibus diſpoſuerit, deinde ſenſus ac rationis uſu deſtitui cœperit, accerſito inter hæc parochi vicario de nocte, ut ei extremæ unctionis Sacramentum adminiſtraretur, voto facto SS. Martyribus de offerendo in honorem eorum cereo majori, ac ſolenni Miſſæ ſacrificio, remittente ſe ſatis evidenter ægritudine, cum a ſomno ſuavi, in quem dilapſa erat, expergefacta eſſet, dixit ſubito, ſe SS. Martyrum meritis mortis periculum evaſiſſe, ac finito puerperii tempore, quæ promiſerat SS. Martyribus vota perſolvit. Comparuit & ſimili modo teſtatus eſt Rev. D. Philippus le Grand, Decanus Cervienſis & Paſtor Athenſis. Item Anna Oliar, annorum L. relicta Adriani du Queſne, puerperis a partu adeſſe ſolita.

C

D

ex miſſa.

affiſto paulo graviſſimo reſtitutum,

25 Anno & die, quibus ſupra, R. D. Decanus Cervienſis & Paſtor Athenſis declaravit, coram ſe comparuiſſe anno Domini MDCXVIII. Julii die XIII. Mariam Fonteyne, puellam nubilem annorum XX. ex pago Melinenſi, filiam Henrici Fonteyne ac Mariæ de Vilain, ac in manibus ſuis præſente Domino Jacobo le Clerq, dicti pagi Paſtore, ac matre præfatæ puellæ, nec non Fratribus Joaone Bandanne & Martino a Rivo, ſacerdotibus & prædicatoribus, degentibus in conventu Athenſi Fratrum Minorum, ſub juramento confirmaſſe, ſe anno præfato MDCXVIII. circa XXV. Januarii in morbum acerbiſſimum febrique conjunctum incidiſſe, cujus gravitas, quamvis tribus ſeptimanis ante paſcha ceſſare & diminui cœperit, nihilominus toto corpore ita debilitatam remanſiſſe, ut non niſi ſuleris innixa poſſet incedere. Cum audiſſet SS. Gorcomienſium martyrum reliquias in civitatem Montenſem eſſe deductas, brevique etiam in Athenſem inferendas, ſpem recuperandæ ſanitatis in eorum auxilio poſuit. Quibus illatis, multa inſtantia impetravit a matre, ut eodem, curru deveheratur. Ubi portæ civitatis appropinquavit, poſtulatis ſuleris ad SS. Martyrum reliquias, jam honorifice in medio eccleſiæ Fratrum Minorum ſublevatas, peditando, prout poſſet, ire propoſuit. Ivit, & coram reliquiis Martyrum in navi eccleſiæ magna fide & devotione poſtrata prolixius oravit, & facta confeſſione ſacramentali & Euebariſtia ſumpta, cum interim ad ſacra oſſa rediiſſet, & Sanctorum opem longa oratione humi proſtrata imploraſſet, ſurgens & exultans gaudio, matri adſtanti dixit, melius ſibi eſſe, domumque abſque fulcris facile redire poſſe: quod & fecit, cum aliis viæ comitibus ad pagum & domum paternam abſque fulcrorum adjumento reverſa. Elapſis aliquot poſt diebus ſanitati integræ reſtituta, ad præfatam eccleſiam Fratrum Minorum in teſtimonium accepti a SS. Martyribus beneficii, fulcra ſua reportavit.

E

F

multi confirmant.

26 Teſtatur etiam F. Nicolaus a Ponilo in fide ſacerdotis, vidiſſe ſe dictam puellam ſacris reliquiis appropinquantem, innixam fulcris, cereumque, quem illa cum matre offerebat, per manus populi ſibi traditum, poſtque eamdem ſanam vidiſſe, eaſdem SS. reliquias ſæpius viſitantem. Dominus Philippus le Grand teſtatur etiam in eadem fide, Decanus Cervienſis & Paſtor Athenſis, dictam puellam veniſſe ad ſuas ædes XIII. Julii, quam ille vidit ſanam integro corpore ſine ſcipiooibus. In quorum omnium fidem præſentes manu ſecretarii noſtri ſignatas, hujus civitatis Athenſis ſigillo muniri mandavimus hac XXVII. Januarii anno MDCXX. eratque ſubtus ſignatum, Eyſembart. Et a latere dictæ ſignaturæ ſigillum civitatis Athenſis ſuperimpreſſum.

A ex MSS. De ſanata furditate,

27 Nos Paſtor, Gubernator, Prætor & Scabini urbis Braniæ Comitis, oppidi Hannoniæ, diœceſis Cameracenſis, notum facimus omnibus, ad quos ſpectabit, comparuiſſe coram nobis XXIV. Januarii MDCXX. ſororem Annam Vieuſart, matrem monialium tertiariarum Ordinis S. Franciſci ajuſdem oppidi, ætatis XXXV. annorum, ibique in votis religionis declaraſſe & affirmaſſe, ſe duorum menſium ſpatio graviter afflictam fuiſſe aurium quodam impedimento, & auditus obſtaculo, adeo quod religioſas ſuas audire non poſſet. Tentatis interim variis pharmacis & remediis, quibus nil, ut videbatur, conducentibus, viſum eſſe ad Sanctorum merita recurrere, ut S. Chriſtophori in eodem oppido, S. Juliani Bouſſuti; quibus actis, cum nondum ſanitatem experiretur, tandem ad glorioſos Gorcomienſes Martyres ſete converuiſſe, & in ipſo die translationis reliquiarum eorumdem in eodem oppi-

B do, plenam ſanitatem recuperaſſe, in ſolenni proceſſione defluentibus & reſolutis humoribus, qui auditum præpediebant, adeo quod prædicationem & ſermonem, poſt dictam proceſſionem habitum, perfecte audierit. Quare juxta illud Tobiæ XII. Sacramentum regis abſcondere bonum eſt; opera autem Dei revelare honorificum eſt: ſupradicta optans Sanctorum honorem propagari, hæc declaravit die & anno ſupradictis. In cujus rei veritatem, has per noſtrum ſcribam ſignari & noſtro ſigillo ordinario muniri curavimus. Subtus erat ſic ſcriptum, Ex mandato DD. Gubernatoris, Prætoris & Scabinorum, Quod atteſtor Joannes Parmentier, ſcriba præfati oppidi: & ſignatum J. Parmentier. A latere vero erat ſignatum ſic: Jacobus le Viſſe, Braniæ Comitis Paſtor MDCXX. eratque eædem litteræ ejuſdem civitatis ſigillo munitæ.

Et datum ſpatium.

28 Nos Paſtor, Gubernator, Prætor & Scabini urbis Braniæ Comitis oppidi Hanoniæ, diœceſis Cameracenſis, notum facimus omnibus, ad quos ſpectabit, comparuiſſe coram nobis XXIV. Januarii MDCXX. Joannem Papart, ſcriniarium opificem, ætatis XXXIV,

C aut XXXV. annorum, Braniæ Comitis reſidentem, ibique declaraſſe & juramento ſolenni affirmaſſe, ſe in nocte prima ad diem translationis ſacrarum reliquiarum Martyrum Gorcomienſium in eodem oppido, graviter vexatum & cruciatum fuiſſe vehementi oculorum dolore & inflammatione, adeo quod quietem capere non poſſet, hiſque in anguſtiis inſpiratum fuiſſe, ad prædictorum Martyrum opem confugere, quorum condendis ſacris reliquiis thecam fabricaverat, & exhibito reverentiæ & honoris actu, perfectam recuperaſſe ſanitatem, inflammatione exſtincta, penituſque ſopitis puncturis & doloribus. Quod omnibus, ad Sanctorum honorem propagandum, innoteſcere cupiens, ſupradictus hæc ſincere declaravit in ſupradictorum præſentia. In cujus rei veritatem has per noſtrum ſcribam ſignari & noſtro ſigillo ordinario muniri curavimus. Subtus erat ſic ſcriptum: Ex mandato DD. Gubernatoris, Prætoris & Scabinorum, Quod atteſtor Joannes Parmentier, ſcriba præfati oppidi: & ſignatum J. Parmentier MDCXX. A latere vero erat ſignatum ſic: Jacobus le Viſſe, Braniæ Comitis Paſtor, MDCXX. Et erant etiam hæ litteræ civitatis Braniæ Comitis ſigillo munitæ. D

Mala affectio pueilla reſtituitur ſanitati.

29 Nos Prætor, conſules & ſcabini civitatis Nivellenſis notum facimus & teſtamur per præſentes omnibus, ad quos ſpectabit, comparuiſſe coram nobis prima die Julii anni MDCXIX. Ludovicum du Reux, civem hujus civitatis, ætatis XL. annorum, qui præſtito prius ſolenni juramento, declaravit & affirmavit, filiam ſuam, ætatis VI. aut VII. annorum, quamdam infirmitatem in tibia dextra paſſam & tres aut quatuor dies noctesque integras tantis doloribus eſſe confectam, ut omnino quieſcere non poſſet, imo nec ambulare, nec recta ſuis pedibus ſtare, donec re aperta per vicinum quemdam, nomine Joannem l'Amy, admonitus eſt, ut dictam filiam coram reliquiis beatorum Martyrum Gorcomienſium, quieſcentibus in eccleſia RR. PP. Recollectorum hujus civitatis, ſiſteret, eo quod ipſa eadem die filia

E præfata acutiſſimis doloribus teneretur, ita ut omnino movare ſeipſam non poſſet, ac multo minus permittere aut pati, ſe in tibia dextra tangi. Præfatus igitur Ludovicus memoratam ſupra filiam ſuam portat ac ſiſtit coram altari, in quo ſacræ reliquiæ beatorum Martyrum quieſcunt, auditoque ibidem Miſſæ ſacrificio, peractiſque devotionibus, invocationibus ac precibus ſuis, prædictam filiam ſuam ſecum ipſe reportat ac ducit. Et ecce ſub veſperam ejuſdem diei, pedetentim ipſa tibiam ſuam dexteram movere, & in illa ac per illam ambulare cœpit. Cumque nocte immediate ſequenti, optata quiete facile potita eſſet, dia altera a dicta infirmitate liberata & ſanata eſt. Quod cum ipſe narraſſet, libertatem & ſanitatem bonitati & clementiæ Dei adſcripſit, per interceſſiones dictorum Martyrum. Ut autem teſtimonia præfata debitum ſortiantur effectum, nos Prætor & ſcabini prædictæ civitatis Nivellenſis curavimus præſentes ſigillo ordinario muniri cum ſignatura graphiarii noſtri jurati, Datum prima Julii anno MDCXIX, eratque ſubtus ſignatum J. D. Lannoy, & a la-

F tere dictæ ſignaturæ ſigillum dictæ civitatis Nivellenſis ſupraimpreſſum.

Item alia ſanata mortua oppreſſa.

30 Nos Prætor & ſcabini civitatis Nivellenſis notum facimus & teſtamur per præſentes omnibus, ad quos ſpectabit, comparuiſſe coram nobis hac ultima Januarii anni MDCXX. Catharinam Colet, filiam Philippi, oriundam in dominio de Du, comitatus Namurcenſis, famulam Domini Adriani Sibille, hujus civitatis quondam ſcabini ac rentarii, ætatis XXXIX. vel XL. annorum, quæ ad Dei ac Deiparæ virginis ac beatorum Martyrum Gorcomienſium honorem, pro acceptis dictorum Martyrum interceſſione beneficiis, infraſcripta eo, quo ſequuntur, tenore, ſolenni coram nobis præſtito juramento, depoſuit. Affirmat igitur, ſe ipſa die S. Joannis Evangeliſtæ (quæ fuit XXVII. Decembris anni MDCXIX.) inexperto quodam morbo ſubito ſic eſſe oppreſſam, ut nec comedere vel bibere, nec ſtare aut quieſcere poſſet, adeoque nec debito ſervitutis munere fungi. Quod cum ſenſu ipſo & experimento, magno ſuæ infirmitatis incremento didiciſſet, medicum conſulit, ſi quæ forte morbo medicina mediumque naturale ſubſiſteret. Cumque naturalibus mediis, feria ſecunda ac tertia immedia-

A mediate ſequentibus, fruſtra uteretur, ingraveſcente tandem morbo, merita ac ſubſidium dictorum beatorum Martyrum poſtulat, quorum reliquiæ in eccleſia RR. PP. Recollectorum hujus civitatis honorifice quieſcunt. Peracto vero ex illius mente ac mandato, ſancta Miſſæ ſacrificio in altari, in quo quieſcunt dictorum Martyrum Reliquiæ, die XXIII. Januarii anni MDCXX. ipſa eadem die ab omni memorata infirmitate plene & integre liberata eſt, & ad debitum ſervitutis obſequium, ſicut ante morbum, idonea ac facilis exſtitit. Quod cum dicta Catharina experta ſuiſſet, præfatam ſanitatem meritis dictorum Martyrum pleniſſime adſcripſit. In cujus fidem præſentes ſigillo ordinario hujus civitatis communiri curavimus, ſub teſtimonio ac ſignatura graphiarii noſtri jurati, die, menſe & anno præfatis; erantque hæ litteræ ſignatæ J. D. Lannoy.

Inſignemi-racula in fabricatore.

31 Univerſis præſentes viſurit vel audituris ſalutem in Domino. Nos Prætor & ſcabini civitatis Nivellenſis in Brabantia, notum facimus & per præſentes teſtamur, comparuiſſe coram nobis, die ultima menſis Januarii anno B MDCXX. Franciſcum Des Foſſes, filium Guilielmi, civem hujus civitatis annorum XXXII. vel XXXIII. qui, præſtito prius coram nobis ſolenni juramento, ſequentia ad Dei Deiparæque virginis ac beatorum Martyrum Gorcomienſium honorem, pro acceptis per interceſſiones dictorum Martyrum beneficiis, eo, quo ſequuntur, tenore depoſuit. Affirmat igitur, ſe Kalendis ipſis Januarii anni præſentis, ſubito febri quadam vehementi ac continua, calida & frigida eſſe correptum, & dictante Dei ſpiritu, Novenam unam in honorem beatorum Martyrum Gorcomienſium voviſſe, qua die immediate ſequenti inchoata, cum tertia poſt die coram reliquiis memoratorum Martyrum in eccleſia RR. PP. Recollectorum quieſcentibus, ſiſteretur, ſubito quodam animi deliquio & perturbatione ſic corripitur, ut jamjam in terram rueret, ſi non aſſtantium adminiculo fulciretur. Cumque hiſce in extremis ageret, ad præfatos Gorcomienſes Martyres confugit; & C ecce inſtanti eodem ac momento pleniſſime & integerrime ſanus evadit, ædes repetit, nullo poſt morbo aut dolore iterato vel ſubſecuto. Quam quidem ſanitatem præfatorum beatorum Martyrum meritis & interceſſionibus dictus Franciſcus adſcribit. In cujus rei fidem, & validius depoſitæ apud nos veritatis teſtimonium, præſentes ſigillo ordinario communiri curavimus, ſub ſignatura graphiarii noſtri jurati, die, menſe & anno memoratis. Et erat ſubtus ſignatum J. D. Lannoy. Et a latere hujus cartæ, ambo hæc poſtrema teſtimonia continentia, dictæ civitatis Nivellenſis ſigillum ſuperimpreſſum. D EX MSS.

atque aliud in eorum doloribus laborante;

32a Nos Paſtor, Prætor, & ſcabini du Baſſe Ittre, maturo præmiſſo examine, circa Michaelem Quivat, ſuper ſtupenda & miraculoſa illius ſanitate, ac diuturna & inveterata infirmitate, notum facimus & per præſentes teſtamur omnibus, ad quos ſpectabit, præfatum Michaelem juridice declaraſſe & affirmaſſe, quod cum a multo tempore gravi renum infirmitate teneretur, a qua nullo medio ſanari poterat, tandem magno labore, baculo innixus, itineri ſe commiſit feria quarta poſt Penteceſten anni MDCXIX. ut coram ſacris reliquiis beatorum Martyrum Gorcomienſium, in eccleſia RR. PP. Recollectorum oppidi Nivellenſis ſe ſiſteret, firmiter ſperans & confidens, beatorum Martyrum ſupra memoratorum meritis a dicta infirmitate liberari. Quo cum Dei ope & E gratia perveniſſet, multum ab infirmitate ſua levamen & ſolatium expertus eſt. Cumque iteratis jam magnis & arduis laboribus ad locum eumdem, Dominica infra Octavam venerabilis Sacramenti ejuſdem anni tenderet, & coram ſacris dictorum Martyrum reliquiis preces funderet, ut ſuis meritis integram ſanitatem & ab infirmitate præfata liberationem a Deo illi impetrarent, illico ſe pleniſſime ſanum & ad opus validum & idoneum expertus eſt, acſi nihil antea infirmitatis paſſus ſuiſſet, quod tamen a multis retro temporibus ei omnino impoſſibile fuerat. Quod quidem eo lubentius teſtari voluimus, quod ab annis jam pluribus præfati Michaelis (qui eodem nobiſcum in loco moratur) & dictæ illius infirmitatis notitiam certam & experimentalem habuimus; & ne detrahere videremur gloriæ & honori, quo beatos Martyres ſuos Deus coronat, qui pro ejus gloria ad extremum uſque ſpiritum ſtrenue dimicarunt, & martyrii tropæum ac coronam reportarunt. Datum die IX. Junii præfati anni MDCXIX. Eratque ſubtus ſignatum hoc modo: Ita eſt D. Philippus Daniel Parochus du Baſſe Ittre; & rurſum: Ego ex mandato DD. Præpoſiti ſeu Prætoris & ſcabinorum de Baſſe Ittre hanc ſubſignavi tamquam ſcriba ejuſdem loci, N. Le Clerq. F

ADDENDA

poſt appendicem ad Acta

S. ELISABETHÆ

IV. Julii ſub finem.

ACtis ſanctæ Reginæ jam pridem excuſis, acceſſere ex Luſitania bina relationes, ſeu hiſtoriæ tranſlationum, quæ poſt annum 1612. *factæ ſunt, nempe* 1677. *&* 1697. *quas nobis ſubmiſit P. Antonius Franco Societatis noſtræ, ex variis monumentis a ſe collectas & digeſtas, quibus nec additum quidquam, nec ſubtractum voluimus, adſcriptis duntaxat ad marginem articulorum compendiis, iſque ad normam noſtram per numeros diſtinctis.*

A

A. Ant. Franc. *Narratio compendiosa de translatione S. Elisabethæ Reginæ Lusitaniæ, & ejus causa anno* MDCLXXVII.

Ruinâ mœnia cadunt S. Reginæ cœnobii.

FUndaverat S. Elisabetha monasterium monialium S. Claræ non longe a Monda flumine, qui decursu annorum arena, quam multam secum devolvit, oppleviť vallem, qua fluebat, ac in imo subsidente arena, subivit flumen, & vicinum ædificiis, in quæ nullis temporibus accessurum mortales crediderant, ea suis inundationibus fecit inutilia habitatoribus, sepelivit in suis arenis monasteria Franciscanorum, & monialium S. Augustini, & paulatim habebat semisepultum monasterium Reginæ sanctæ. Id sciens Rex Joannes quartus, Lusitanicæ libertatis assertor invictissimus, jussit ædificari suis expensis novum ædificium

B in loco edito, & immuni a fluminis inundatione, & arenis; quo migrarent moniales, una cum venerabili thesauro corporis Reginæ sanctæ aviæ suæ. In construendum ædificium electus est mons a Domina ab Spe, sic dictus, quod ibi sit sacellum Virgini sub eo titulo dicatum. Immioet flumini, mons attollitur è regione urbis,

novum ædificari jubet Joannes IV. Rex 1649.

2 Negotium primi lapidis jaciendi, & omnis rei cæremonia commendatur Emanueli Saldaniæ, Academiæ Rectori. Hic die tertia Julii anno MDCXLIX. solemniter ad aram fecit in templo monasterii, ubi erat tumulus Reginæ sanctæ, Concionem habuit Benedictus Sequeira, Rector collegii Societatis Jesu, per id tempus vir præclarus in habendis sacris concionibus. Discurrit in ea verba Davidica: Adducentur Regi virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi, Pomeridianis horis ejusdem diei ordinata est processio è monasterio

C sanctæ Crucis, quod est Canonicorum S. Augustini, ad montem destinatum erigendo novo ædificio. Apparatum processionis claudebat Abbas collegii Benedictini infulatus, ferens manu sua sub umbella baculum Reginæ sanctæ. Ubi ventum est ad situm, jam per architectos designatum, erectum iotra limites altare. Deinde Abbas Benedictinus, cæremoniis ad id ab Ecclesia institutis, consecravit omne spatium, & lapidem primo ponendum. In eo majusculis notis erat incisum: Joannes IV. D. G. Portug. Rex, ad honorem Domini ac Deiparæ gloriosissimæ, suæque Progenitricis sanctæ Elisabethæ Reginæ obsequium, principem hunc lapidem in redivivi B. Claræ cœnobii fundamentum, nomine suo per Rectorem Academiæ jaci feliciter imperavit sab, jit. Julii MDCXLIX.

quod a Petro Rege absolvitur 1677.

3 Tunc Rector Academiæ, sui Regis nomine, conjecit in fundamentum, ad id excavatum, aliquot monetas aureas & argenteas. Judex Conimbricensis, nomine senatus ejusdem urbis, cujus erat Præses, etiam conjecit monetas aureas & argenteas, sed pretii minoris, & alias cupreas. Mox Benedictinus Abbas, & Academiæ Rector suis manibus lapidem destinato loco posuerunt. Consignavit Rex sex aureorum millia annis singulis ad constructionem operis, quod lente continuatum est, donec Alphonso Rege corona exuto, successit in regni administratione Princeps Petrus, depositi Regis germanus frater. Hic, monasterii, & monialium considerato periculo, commendavit Josepho Menesio, Academiæ Reformatori, applicaret omnes industrias, ut quamprimum novum ædificium, debitis accommodationibus, habitationis esset capax, ut transmigratio fieret; nam miraculo par videbatur, vivere in domo tam humida moniales, & stare jam dehiscentes vetustate parietes. Hujusmodi commendatione sic operi infudatum, ut brevi, etsi non absolutum, saltem haberet habitationem non incommodam. Lustravit clausuram Conimbricensis Episcopus, ac probavit. Certior factus Princeps imperavit transferri moniales, ac Reginam sanctam Octobri mense anno MDCLXXVII.

quo deputati magnates,

4 Ut res fieret quam maxima posset pompa, misit ex thesauro regio peristromata, & aulæa pretiosissima templo exornando. Scribi jussit, ut præsentes essent Conimbricæ, ad Vicecomitem Cerveirensem, Henricum Sousam Comitem Mirandensem, Antonium Luisium Sousam Comitem Pratensem, Josephum Luisium Lancastrum Comitem Figueirensem, Vasçum Lobum Comitem Oriolensem, Garciam Mellium Comitem Pontensem, Julianum Costam Comitem Sourensem, Joannem Sylvam Comitem Aveirensem, Joannem Pereiram Comitem Feirensem, Joannem Mascarenum Comitem Sanctacrucensem, & Antonium Rosendum Sousam filium Comitis Mirandensis. Contingebant (isti) sanguine Reginam sanctam. Unicuique præscriptum a Principe, quem in translationis solennitate teneret locum,

E

& varii Episcopi;

5 Modo simili datæ litteræ ad Fratrem Alvarum de Bonaventura Conimbricensem Episcopum, Fratrem Ludovicum Sylvam Episcopum Lamecensem, Joannem Mellium Visensem, Fernandum Corream Portuensem, Fratrem Bernardinum de sancto Antonio Targensem, Stephanum Briosum Pernambucensem, Fratrem Josephum Lancastrum Mirandensem, Singulis etiam injunctum est in ea celebritate suum munus, & locus. Scriptum ad Academiæ Reformatorem, & Academicum

F Conventum (ipsi vocant clausirum plenum) litteris diversis, ut omnes interessent. Id ipsum mandatum omnibus sacris familiis, nulla excepta. Loco Secretarii ab statu, ut nominant, vivit Conimbricam Rochus Monterius Paimus, quem penes erat, summam rerum disponere. Præter magnates, & Episcopos vocatos imperio Principis, confluxit innumera nobilitas, & omne genus homines sine numero.

de translationis facilitado confecta est;

6 In primis agitatum est, an esset facienda translatio, posito corpore in capsa crystallina pretiosa, quam donaverat Alphonsus Castelbranæus Episcopus Conimbricensis. Verum experimento est compertum, esse multi ponderis, adeoque ad rem inutilem. Mox tractatum est de aperiendo marmoreo tumulo, ut inspiceretur, qui foret status capsæ, in quam sacrum depositum servabatur. Id factum die vigesima tertia Octobris, addito Notario, qui cuncta fideliter scriberet, ad rei veritatem & memoriam. Amoto lapide, tegente tumulum sive capsam, visus est incorru-

A corruptus ex ſerico carmeſino, ſeu purpureo pannus, quo capſam operuerant anno MDCXII. cum primo, recluſo tumulo, conſtitit de incorruptione. Inventum atramentarium, quod caſu contigiſſe non eſt dubitatum, quando propter populum urgentem repente claluerunt tumulum. Illud admirationi maximæ fuit omnibus, quod eſſent in tumulo duæ roſæ ejus generis, quas Luſitani vocant moſquetas, tam recentes, atque cum anno MDCXII. illuc ſunt miſſæ, & incluſæ.

Et ſacrum corpus in novum theca depoſitum

7 Quod eſſet alia paranda capſa, lapide texere tumulum. Facta nova capſa, intus & foris ſerico pretioſo exornata, reditum eſt ad aperiendum tumulum, & capſam, in qua venerandum corpus latebat. Detracta ſuperiore tabula, nullis firmata clavis, ſed tantum aliis conjuncta, apparuit albus pannus, & ipſe pretioſus ex ſerico, & incorruptus. Non auſi ſunt detegere partem ullam, ſed ſumma veneratione palparunt manu involucrum Epiſcopi, deinde medici & chirurgi, qui teſtati ſunt Eliſabethæ incorruptionem. Id tabulis publicis mandatum a duobus Notariis præſentibus. Jam habebant paratas tres

B faſcias ex ſerico purpureo, quas immitterent ſubter cadaver, ut hinc inde ſex Epiſcopi e fundo capſæ & tumuli ſublime tollerent, ac locarent in lecto pretioſiſſime exornato, ut ille conſpectus ſolatio foret circumſtantibus. Ex lecto per Epiſcopos ſublatum corpus ſericis faſciis poſitum eſt in nova capſa. Illud omnes turbavit, quod erat capſa minor corpore. Jam pedes capſæ fundum pertingebant, extante capite acclinato labro capſæ. Hic Viſenſis Epiſcopus credens album pannum, quo tegebatur in voluium corpus, obicem, quominus totum intra capſam reciperetur, detraxit pannum. Hoc facto, ad imum deſcendit, & accommodatum ſine violentia.

ſumma pietate veneranter

8 Linteum, quo erat inſutum a pedibus ad caput, in ea parte, olim anno MDCXII. aperta, ad explorandam incorruptionem, nullo lineo filo erat conſutum; unde contigit, dexterum brachium, a cubito ad manum poſitam ſuper pectus, videri a circumſtantibus. Invaſit omnes ſubitus ardor manum exoſculandi. Mirabili pietate admovere labra manui ſanctiſſimæ, atque olim liberaliſſimæ. De novo medici, chirurgi, & circumſtantes incorruptionem ſunt teſtati, Notariis in chartam, quæ cuncti ſuis oculis conſpexerant, referentibus. Rogarunt moniales, ſibi quoque concederetur oſculari divæ ſuæ manum. Negari non debuit. Detulerunt capſam Epiſcopi ad portam de novo factam, ut moniales in die migrationis exirent ad novum monaſterium. Poſt pia oſcula, locata eſt in altari capſa, & obſerata a Rocho Monterio quatuor clavibus.

atque omnibus rite diſpoſitis,

9 Antequam fieret translatio, portatæ ſunt lecticis, aut curribus ad novum monaſterium moniales provectæ ætatis, & infirmæ, quæ pedibus comitari in proceſſione Divum non poterant. Præterea noctu eodem translata fuerunt per conſiliarios ab ſtatu (ut vocant) comitantibus Epiſtopis & magnatibus, oſſa Infantis Eliſabethæ, neptis Reginæ ſanctæ, quod hæc ſuo juſſiſſet teſtamento, ſuæ neptis oſſa in eodem templo, quo ipſa foret, recondi. Epiſcopus Conimbricenſis tulit ſacram Euchariſtiam e vetuſto monaſterio ad novi ſacellum.

angusta pompa & ſolemnitate

10 Rebus omnibus rite ad translationem paratis, illuxit Octobris dies vigeſima nona anno MDCLXXVII. Celebrato ſolemni Miſſæ ſacrificio ab Conimbricenſi Epiſcopo, diſpoſita eſt proceſſio majeſtatis pleniſſima. Præibat ſodalitium ſanctæ Eliſabethæ, Religioſi Franciſcani, deinde Crux templi maximi, Canonici pluvialibus albis induti; mox ſeptuaginta quatuor moniales procedebant binæ cereis accenſis, nigro velamine tecto capite & vultu, Provincialis Franciſcanus ad ſiniſtram ferens Annam Mariam Sylveiram abbatiſſam; Cantor maximus, & aliæ dignitates templi maximi. Deinde umbella, cujus octo baſtilia ſuſtentabant octo, e ſupra dictis magnatibus: ſub ea ſcreulum, in quo portabatur capſa divæ Eliſabethæ ab ſenis Epiſcopis. Poſt umbellam Epiſcopus Conimbricenſis, & Epiſcopus inſulæ a ſancto Thoma, infulis & veſte alia ſuæ dignitatis inſignitis.

D *A. Ant. Franco.*

in novum monaſterium tranſferuntur 29. Octobris.

11 Horum inſiſtebant veſtigiis profeſſores ac doctores Academici cum ſuo Reformatore, condecorati ſcientiarum ornamentis. Quod iter a veteri ad novum monaſterium non erat longitudinis, quæ caperet omnes Religioſos viros, alios poſt alios, in proceſſione incedentes; factæ ſunt alæ duæ continuatæ ab uno ad alterum monaſterium. Inter duas alas ſtantium cum cereis accenſis, ivit dicto modo proceſſio ſive pium agmen, Reginam ſanctam concomitantium. Capſa poſita eſt in altari, in quo die ſequenti ſacroſancta Euchariſtia in throno luminibus illuſtrato eſt expoſita. Solemne Miſſæ ſacrum fecit Conimbricenſis Antiſtes, concionem de Reginæ ſanctæ laudibus habuit Portuenſis Epiſcopus. Tumulus lapideus, quem ſancta vivens ſibi conſtruxerat, ut a piis corroſionibus volentium reliquias defenderetur, ligneis tabulis multo clavo firmatis contectus, additis etiam ex ferro cancellis, quibus antea adverſus pias injurias munitus erat; ut integer mutaretur ad novum monaſterium.

E

Unde hæc accepta ſint.

12 Quæ relata ſunt collegi ex hiſtoria vitæ ſanctæ Eliſabethæ, data luci a Domino Fernando Correa Lacerda Epiſcopo Portuenſi, qui translationi præſens fuit, ac e ſuggeſto ſacro de laudibus Reginæ ſanctæ luculentam habuit panegyrim una cum vita Sanctæ rypis mandatam. Dictam vitæ hiſtoriam in lucem edidit Ulyſſipone ex officina Joannis Galrani anno MDCLXXX. Fuſe ſcripſit de hac translatione circumſtantias omnes multis verborum phaleris, quæ illi inter loquendum & ſcribendum familiares erant, exornans & amplificans; quas ego inutiles duxi ad rei ſeriem nudam & ſinceram, qualem unice amat prudens lector, qui non verborum curat lenocinia, ſed ipſius rei tractatæ medullam & ſuccum.

F

Translatio S. Eliſabethæ, Luſitaniæ Reginæ anno MDCXCVII.

Ea hac ultima translatione ad principes ſacellum,

ANno MDCXCVII. juſſu ſereniſſimi Regis Petri, hujus nominis ſecundi, corpus Reginæ ſanctæ (ſic apud Luſitanos antonomaſtice nominatur) ad princeps novi templi ſacellum debita ſolemnitate eſt translatum. In primis detracta ab altari capſa per ſeptem Epiſcopos, ad id convenire miſſos, aperta eſt, ac viſum Reginæ ſanctæ corpus integrum, & incorruptum; & iterum obſeraverunt capſam, relinquentes eam ſuper altari ædiculæ, unde imperatum transferri. Hæc omnia ſunt acta clauſo oſtio, admiſſis ſolum Epiſcopis, Ut ſanctimoniales in templum poſſent

A. ANT. FRANCO.

A poſſent deſcendere, ac veſtire ſanctum cadaver, ſummus Pontifex conceſſerat, rogante Philippo IV. cum Alphonſus Caſtelbrancua Epiſcopus Conimbricenſis cogitavit exponere videndum omnibus, ac venerandum Divæ incorruptum corpus. Hujuſmodi nixæ Pontificis facultate, quam ſtare credebant, ſecunda die Julii, undecima diei hora, ſex moniales deſcendentes in ſacellum, inde tulerunt capſam ad ſacræ ædis odeum, ac locarunt in altari, multis accenſis luminibus. Circumſtabant moniales, flexis genibus orantes, dum quærunturclavea, quibuareſeraretur capſa, nam propriaș ſervarunt Epiſcopi, nemini fidentes.

aliquoda monialis accidunt.

14 Tentatæ ſunt quotquot claves domi erant, quin ulla uſui eſſet. Inter moniales aderat una e domeſticis famulabus, cui veniebant in mentem claves in cella repoſitæ, ſed metu locum amittendi capſæ proximum, abire, & claves e cella portare, ut tentarentur, non auſa. Dum hæc ſecum volvit, ſentit dolora acutiſſimo pungi unum ex oculis; dolori levando ſtatim diſceſſit. Tunc illi occurrit, eſſetne doloris acerbiſſimi cauſa negligentia

B quærendi claves ſuas. Properat in cellam, arripit claves; ubi illas contigit, evanuit dolor omnis, ac ſic eſt extinctus, ut nec ipſa ſciret quiſnam ex oculis fuerit impetitus. Volat in odeum, minime dubitans, ſuis clavibus referandam capſam. Non ſecus evenit, nam unica clave quatuor ferè tentantur, & ſumma facilitate aperiuntur. Incredibili pietate vident & oſculantur incorruptam manum. Sola Magdalena Mendoſſa monaſterii Abbatiſſa, levato paulum manu velamine, quo tegebatur Divæ caput, intuita eſt vultum illum, non ſolum humanam, ſed etiam divinam majeſtatem præ ſe ferentem, & ſpirantem. Species erat non defunctæ, ſed placide dormientis. Clauſa iterum capſa, unica e quatuor feria nequivit claudi, ut eſſet teſtis, & accuſatrix pii furti.

Supplicationis ordo

15 Illud etiam contigit admirandum, quod cum ſex tantum moniales magna facilitate portaſſent in odeum capſam, vix eam moniales

C viginti potuerint reponere in ædis ſacræ altare. Nonnullis aliquid moleſtiæ ex eo acceſſit pondere. Sequenti die, is erat Julii tertius, innumeri confluxere mortales ad venerandam Reginam ſanctam. Cantatis ſolemniſſime Veſperis, ordinata proceſſio ad translationem e ſacello ad novum templum. Umbellæ virgaa ferebant manu octo e nobiliſſimis regni magnatibus, ſub ipſa portabant ſuis humeris capſam ſex Epiſcopi, Guardienſis, Lamecenſis, Portalegrenſis, Viſenſis, Leirienſis, & Mirandenſis, omnes pontificiis ſplendidi ornamentis. Sequebatur Joannes Mellius Conimbricenſis Epiſcopus pari majeſtate conſpicuus: proceſſit longum agmen uſque ad montem, in quo cernitur ædicula Dominæ ab Spe, unde ortum monti nomen. Innumerus populus & montes & oliveta compleverat.

& vbere repoſuit.

16 Facto ambitu, in novum templum recepta proceſſio, & capſa Divæ collocatur intra majorem ex cryſtallo capſam in præcipua templi ara; & in præſentem diem ibi colitur. Quarta Julii, Reginæ ſanctæ conſecrata, patuit expoſita populo Euchariſtia. Solemna fecit ſacrum Epiſcopua Conimbricenſis. Poſtea con-

D ſiliarios ab ſtatu, & Epiſcopos propter inventam, quam ſupra diximus, apertam ſeram, ea inceſſit cura, ne quid anſa eſſet in Divæ corpus monialium pietas. Idcirco placuit omnibus explorare ſuis oculis, an corpus in ea, qua reliquerant, foret integritate. Octava noctis hora id ſunt executi, aperta capſa & viſo corpora, quod inventum eſt ſine ulla mutatione. Tunc dixerunt hymnum, Te Deum, & moniales Litaniaa Virginis, fragrante toto templo odore ſuaviſſimo, quem Divæ corpus profuderat, duravitque tum in templo, tum in odeo non pauco tempore. Octo drebus ſequentibus, feſtia celebritatibus & in templo, & in area, ad exhilarandum populum occupatia, finis huic ſecundæ translationi eſt impoſitus.

Rex Petrus & Imperatrix Eudoxia veniunt.

17 Anno MDCCIV. præteriens Conimbrica Rex Petrus II. ad bellum nona die menſis Auguſti, Reginæ ſanctæ veneratus & oſculatus eſt manum: idem conceſſum dynaſtis cum comitantibus. Ejuſdem Auguſti die XXIV. illac faciens iter Carolus, nunc Germaniæ Imperator, modo ſimili cum ſuis dynaſtis Reginam

E inviſit, & incorruptam oſculatus eſt illa pietate, quam hereditariam habet domus Auſtriaca. Rex Petrus, ne impoſterum nlli ſtrto, aut facilitati feras aperiendi pateret capſa, imperavit muniri argenteis cingulia ſignatis regio ſigillo. Quæ de hac translatione refero, collecta ſunt ex manuſcriptis conſervatis in archivo monialium ſanctæ Claræ.

S. Regina in Eborenſi ſes munifi centia.

18 In nulla hiſtoria, quod ſciam, refertur munificentia Divæ erga Eborenſem urbem, Tranſtaganæ provinciæ primariam. Quod ejus ager totus excolatur, penuriam lignorum ad ignem alendum urbs tanta patiebatur. Commiſerata Regina ſancta populi indigentiam, donavit urbi ſaltum, & territorium Montiſmuri, ab urbe diſtantis ſeſqui leuca; ea lege, ut non fineretur, eos arari colles & agros, ut nutriretur ſilva cædua, datura abundantiam lignorum, materiam Eborenſibus ad focos, & ignem. Id conſtat, quod Joannes Rex,

F hujus nominis primus, ab Luſitanis proclamatus, confirmans Eborenſibus ſua privilegia, inquit inter cetera, ſe confirmare, & ratam habere donationem Montiſmuri, factam ab Regina Eliſabetha. Certum eſt ex Luſitanis hiſtoriis, ante Reginam ſanctam, aliam Reginam ejus nominis non fuiſſe. Id reliquit ſcriptum in ſua Ebora illuſtrata P. Emanuel Fialius, Societatis Jeſu, qui voluminibus quatuor grandibus, eruditate & lectione indefeſſa, mandavit litteris quidquid antiquum, & exquiſitum de ſua illuſtri patria apud Scriptores reperit. Ea volumina conſervantur in tabulario Eborenſis collegii Societatis Jeſu, & ſimul duo eorum compendia, alterum Latino, alterum ſermone patrio cum præclaris rerum indicibus. Morte præventus non potuit typis æternare labores ſuos. His adjicio, ſacram ædem conditam Stremotii, ipſo cubiculo, ubi Regina ſancta efflavit animam, noſtro tempore laceratam incendio, quo arſit armamentarii regii pulvis nitratus. Sed a Rege Petro eſt refecta, & ſumptuoſius exornata. *Hactenus ipſiſſima verba ſunt P. Antonii Franci, quibus nihil adjungendum ſupereſt.*

I N.

INDEX HISTORICUS
IN SECUNDUM TOMUM JULII.

A

ABbas Floriacenſis *venit in Angliam, ut S. Odonem epiſcopum monaſtico habitu induat* 70. c

† Abundi *martyris caput a S. Udalrico Romæ Auguſtam Vindelicorum delatum* 213 a

Acta *ſecundæ ſynodi Nicænæ S. Flavianum ab hæreſeos ſuſpicione eximunt* 25. b

Ado *vel amanuenſes Capuam pro Apamea ſcripſerunt in paſſione S. Antonini: unde idem ipſe error irrepſit in Martyrologium Romanum* 81

† Agilolfus *non fuit primus Colonienſium archiepiſcopus* 716. b c

† Agnes *impudicas mulieres convertit* 228. e

Albericus Merlinus *Laudenſis epiſcopus, fautor ſchiſmatis, ſede ſua expellitur* 167. d

Albertus de monte Relaxo *ſcriptor Britanniæ minoris erravit in ordinanda ætate S. Felicis* 478. e f

Aldelmus *habuit Acta vetuſtiora S. Anatholiæ* 671. e f, 672. a b, 676. b

Alexander Hieroſolymitanus *Origenem ſibi per S. Pantænum innotuiſſe fatetur* 461. a

Alfordus *hiſtoricus Angliæ aſſerit, ſectarios modernos etiam mirari virtutem S. Heddæ ep.* 483. f

Alfredus *rex Weſtſaxonum evocavit S. Grimbaldum in Angliam* 651. e d, 657. a b c

Alfredus *filius regis Angliæ dicitur a S. Moveenna ſanatus* 301. b

Allatius (Leo) *edidit diatribam de Simeonum ſcriptis* 555. f

Anaſtaſius *Imper. perſequitur orthodoxos epiſcopos* 26. b, 29. f, 30. a b & ſeqq. 31. a b e & ſeqq.

Andreas Cæſarienſis *videtur diverſus eſſe a S. Andrea Cretenſi* 46. f, 47. a

Anna *rex Anglorum ſancta progenie illuſtris* 346. f, 347. f

Annales *Wintonienſes laudibus ornant S. Grimbaldum* 652. c d

Annalium *Brixienſium auctoritas* 454. a b c & ſeqq.

Anno *epiſcopus Colonienſis tranſtulit corpus S. Agilolfi* 718. b c

Apoſtata *inter Martyres Gorcomienſes paulo poſt manifeſte punitur, ob furtum ſuſpenſus* 821. c d e f, 823. a b

† Arnulphus Sueſſionenſis *epiſcopus, Flandriæ apoſtolus* 361. e

† Arnulphus Metenſis *epiſcopus fuit conſanguineus S. Landradæ* 625. e f

Artel *Pallarienſis comes fuit pater S. Odonis Urgellenſis epiſcopi* 522. b f

Aſſuerus *primus abbas Prumienſis* 331. c, 338. b

† Athanaſii *diaconi martyrium refertur a Theophane* 229. b

Athelmus *dux Romam proficiſcitur cum S. Odone* 68. c

Auctor *vitæ S. Procopii, opus ſuum Epiſcopi cenſuræ ſubmittit* 139. b e d

B

BAlbinus (Bohuslaus) *rerum Bohemicarum ſcriptor edidit ſingularem tractatum de S. Angela Bohemica* 352. b c

Balduinus Montenſis *Flandriæ comes mortuus eſt anno* MLXX. 360. e

Balduinus Ferreus *Flandriæ comes, ſub quo reliquiæ S. Donatiani archiepiſcopi Remenſis dicuntur Brugas in Flandriam tranſlatæ* 498. e

Baronius *agnovit Acta SS. Patermuthii & Copretis eſſe emendanda* 702. d e f

Beda *teſtatur, corpus S. Edelburgæ poſt mortem incorruptum inventum eſſe* 482. a. *Scripſit elogium S. Heddæ epiſcopi* 483. d e

Belgæ *privato cultu coluerunt Martyres Gorcomienſes ante canonizationem* 738. a b & ſeqq.

Benedictionale *Roberti Archiepiſcopi Cantuarienſis meminit de S. Grimbaldo* 651. b c

Berno *abbas Augienſis ſcripſit poſt alios vitam S. Udalrici* 96. d e f

† Berta *fuit fundatrix Blangiacenſis cœnobii* 47. b e

Bertulfus *S. Godelevæ maritus, uxorem occidit jubet* 408. a, 430. f. *Converſus pœnitentiam agit* 400. e d e, 401. 402. 403. f, 435. a b

Birthelmus *archiepiſcopatum Cantuarienſem deſeruit* 73. d

† Bonifacius *Moguntinus epiſcopus elevat corpus S. Diſibodi* 595. f, 596. a. *Petit a Gregorio III. Pontifice S. Willibaldum adjutorem* 516. b c. *Eumdem ſacerdotem & epiſcopum conſecrat ac Eyſtadio præficit* ibid. f

Brixienſes *rogantur, ut hiſtorias ſuas accuratius ipſi recenſeant & emendent* 286. d

Browerus (Chriſtophorus) *habet breve elogium cum epitaphio S. Nunctiani epiſcopi Trevirenſis* 231. b d. *In Annalibus Trevirenſibus tradit, reliquias S. Goaris non amplius eſſe in oppido S. Goaris* 331. a. *Figit epocham veriſimilicrem vitæ S. Goaris* 328. c d e

Bruno *archiepiſcopus Colonienſis primo tranſtulit S. Odonis oſſa Colonium* 65. d

† Bruno *frater Ottonis Imperatoris non tranſtulit corpus S. Agilolfi* 718. d

Bruſchius *errat dicens, Stephanum Hungariæ regem a S. Udalrico fuiſſe baptizatum* 81. c

C

CAmpius (Petrus Maria) *incertis hiſtoriis S. Antonini Placentini vitam & mortem exornat* 9 e, 16. e d

Caoiſius (Henricus) *edidit vitam S. Willibaldi ex auctore Anonymo perantiquo* 512. e

Caoonicus Gorcomienſis *a fide deficiens, mira Dei miſericordia ſupplicium evadit, ſocio ejus apoſtatæ ſtatim ſuſpenſo* 821. e f. *Poſtea ad Eccleſiam reverſitur* 822. b

Capgravius *elogium concinnavit de S. Sexburga* 349. f, 350. a d. *In vita S. Moduennæ narrat quædam miracula, quæ in vita a Conchubrano ſcripta non inveniuntur* 245. d

Carolus V. *Imperator dicitur ſcripſiſſe epiſtolam ad B. Petrum a Cruce* 445. d e

Carolus Magnus *Imperator, voto edito, naufragii periculo liberatur* 340. e. *Controverſiam de Cella S. Goaris ortam componit, eam tradendo Prumienſibus* 346. a b d. *Monachorum quoad vixit, eximus protector* 596. c

Caſtellinus (Lucas) *canonizationem præmaturam excogitavit* 604. a

Catalogus *epiſcoporum Trevirenſium eſt valde implexus* 864. c d

Cæro-

Gaudanus (Guilielmus) *Minorita, ab hæreticis captus, ſe pie ad mortem diſponit* 836. a b c & ſeqq. *Edita variis conſtantiæ ſignis ſuſpenditur* 838. a b c
Gebehardus *Auguſtanus epiſcopus ſcripſit vitam S. Udalrici* 96. c d
Gerbardus *clericus exponit ſynodo Ingelheimenſi deſiderium epiſcopi ſui ad amplectendam vitam monachalem* 116. f, 117. a b
† Gervaſius *diaconus martyr non potuit vixiſſe cum S. Pavatio epiſc. Cenomanenſi* 318. b c e
Geuſii *initio tumultuum Belgicorum varia Hollandiæ oppida occupant* 754. d. *Deditionis pacta violant* 757. e f, 760. & ſeqq.
Ghiſtellenſis *monaſterii exordium incertum* 366. d
† Goar *quotidie Miſſam celebravit* 333. c
Goarus *dubitat de orthodoxia S. Flaviani* 22. f 32. a b
Goidila *abbatiſſa fruſtra jubet transferri corpora SS. Bertarii & Atalesi* 321. a b
Græcæ *linguæ peritus fuit S. Odo* 68. a
Grass (Nicolaus) *miſit ad Papebrochium delineationem lapidis ſepulcralis S. Goaris* 332. b c
Gratiarum *actio ſolennis facta S. Udalrico* 133. f 134. a
† Gregorius *Turonenſis ſcripſit vitam S. Wulfilaici* 479. e f, 480. a b c d. *Item inventionem corporis S. Valerii* 227. d e f. *Laudat S. Felicem Nannetenſem epiſcopum* 473. d e, 476. a b
Gregorius III. *Pontifex mittit S. Willibaldum in Germaniam* 511. c d

H

HAdrianus I. *Pontifex divinitus Eccleſiam gubernavit* 643. b
Hadrianus III. *Pontifex Nonantulæ colendus eſſe oſtenditur* 647. 648.
Hæretici *vaſtant cœnobium S. Godelevæ* 375. c, 380. e f, 391. b, 398. f
Halloix (Petrus) *varias partes vitæ S. Pantæni ex priſcis ſcriptoribus collegit* 457. c
Hatto *epiſcopus Moguntinus deſtruxit monaſterium S. Diſibodi* 581. e f
Haymo *fuit auctor vitæ B. Willelmi abbatis Hirſaugienſis* 155. c d
Henricus *poſt mortem S. Udalrici epiſcopatum Auguſtanum variis artibus obtinet* 122. c d e & ſeqq. *Ab imperatore in exilium pellitur* 123. c d, *Paulo poſt revocatur* 123. d c. *His aliiſque adverſis motus reſipiſcit, &c, piis fundationibus inſtitutis, adit limina Apoſtolorum* 124. a b c, *Mortuus eſt in bello contra Saracenos* 124. e
Hiberni *ſignum S. Palladium* XXVII. *Januarii; Scoti vero* VI. *Julii* 286. f, 287. a b
† Hieronymus *aliique veteres ſcriptores elogium de virtute & doctrina S. Pantæni concinnarunt* 458. a b c & ſeqq. *Refutas narrationem de S. Pauli Apoſtoli geſtis confictam* 219. b
† Hildegardis *ſcripſit vitam S. Diſibodi* 583. c d e
Hiſpani *ſcriptores contendunt S. Brictium ad patriam ſuam pertinere* 697. f, *Item S. Antoninum faciunt Hiſpanum* 14. a b c & ſeqq.
Holſtenius *teſtatur corpus S. Anatholiæ translatum eſſe ad monaſterium Sublacenſe* 674. c f
Hunnaldus *monachalem vitam deſerens contra Carolum Pippini filium arma movet & capitur* 318. b

I

JAcobillus *dicit SS. Anatholium & Victoriam ex familia Anicia fuiſſe* 678. f
Innocentius *PP. X. conceſſit indulgentias confraternitati S. Godelevæ* 396. f, 397. a b c
Innocentio III. *Romano pontifici apparens S. Procopius canonizationem ſuam urget* 146. c d
† Joannis Baptiſtæ *capus Hieroſolymis Edeſſam translatum, ibique diu latuiſſe perhibetur* 513. e *Eidem ſancto ædificatur eccleſia* 115. e
B. Joannes *ex Ordine S. Dominici martyr Gorcomienſis* 818. f
Irruptio *Hungarorum in Sueviam* 110. c

L

LAcopius (B. Jacobus) *martyr Gorcomienſis, antea ab hæreticis ſeductus, ſcripſit contra Catholicos* 819. e f
† Lambertus *epiſcopus Trajectenſis traditur eccleſiam Beliſienſem a S. Landrada exſtructam conſecraſſe* 619. c e, 626. d e
Lambertus *epiſcopus Tornacenſis conceſſit abbati Sancandreano jus in eccleſiam Gbiſtellenſem* 364. b f, 365. a b c
Leander Albertus *videtur fuiſſe primus, qui aſſeruit Hadrianum I. Papam Nonantulæ fuiſſe ſepultum* 643. f
Leo Iſauricus *perſecutor ſacrarum imaginum* 635. e f
Leo PP. X. *aliquem publicum S. Eliſabethæ cultum permiſit* 169. f, 170. a
Liber *geſtorum S. Sexburgæ periit vel ignotus latet* 347. e
Limbus *antiquus de S. Diſibodo exhibetur & explicatur* 587. a b & ſeqq.
Lis *inter Scotos & Hibernos de Sanctis* 286. c
B. Liudgerus *ſcripſit vitam S. Gregorii abbatis* 605. a
Ludovicus Pius *Imperator patrocinio S. Goaris a podagræ doloribus liberatur* 344. e f. *Canon eis regularem vitam imponit in Concilio Aquiſ. ranenſi* 520. e, 521. b
Lumæus *maximum odium concipit contra Albinum* 737. a b, *Martyres Gorcomienſes multis opprobriis affici gaudet* 788. 789. *Scelerata ipſius adoleſcentia* 786. e f 787. *Ab Orangio captus elabitur* 832. *Poſtea morſu canis vulneratus moritur* 833. a b c
Lutherana hæreſis *fere abolevit cultum S. Goaris* 331. a b

M

MAbilio (Joannes) *in annalibus Benedictinis erraſſe oſtenditur* 366. c d. *S. Wulfilaicum merito ab ordine ſuo excluſit* 479. a
Madalbertus *clericus reliquias S. Goaris triduo quæſitas invenit* 338. e f
Magiſtri S. *Udalrici fuerunt monachi S. Galli* 74. f, 75. a
Malmundarienſis *monachus eſt auctor Paſſionis S. Agilolfi* 719. e f
Manzonius (Bernardinus) *hiſtoricus Cæſenas, dicit, S. Severum fuiſſe Cæſenatem* 324. e
Marcuardus *tertius Prumienſium abbas, ſub quo multa miracula patrata ſunt patrocinio S. Goaris* 344. e
Marius (Joannes Baptiſta) *vertit ex Græco Acta SS. Patermuthii & Copretis* 701. e f. *Sed non ſatis fideliter* 701. c
† Mauritii *& ſociorum reliquiæ a S. Ecaldo epiſcopo Viennam in Gallia delatæ dicuntur* 484. e f, 485. a d
Maurolycus *miſcuit tres diverſorum Martyrum cluſſes* 451. f
Maximinus *ubbus monaſterii S. Gereonis ob neglectum S. Goaris cultum punitur* 333. c d
Mediolanenſes *habent corpus Henrici Higuaſtanni, ſed non Udalrici Auguſtani* 92. b c d e

Me-

Menardus *perperam vocat martyrem, S. Procopium, qui in Bohemia colitur* 176. a

Merannus *templum jubet exstrui in honorem SS. Bertarii & Atalen* 323. d e f

Miræus *aliique historici Belgæ errarunt in assignando auctore Actorum S. Godelevæ* 362. e f

Molanus *hagiographus Flander brevi elogio S. Godelevam exornavit* 372. c. *Male S. Nomium vocat martyrem* 650. e

Musius (Cornelius) *vir pius & doctus a Lumeo capuur* 829. b c d, 830. c d e, *Diriſſimis modis excarnificatus ſuſpenditur* 831. a b c

Mutus (Tiberius) *S. R. E. Cardinalis Viterbienſis dicitur morbo liberatus ope B. Petri a Cruce* 446. d

N

† Nicoſtratus *in reſponſo ſuo ad præfecti interrogationem non videtur a mendacio excuſari poſſe* 462. f

Nomina *varia fuerunt S. Dominicæ affictæ* 271. b c d

Nomina *Martyrum vulgo Gorcomienſium* 736. a b

Notkerus *& alii perperam vocant S. Kilianum primum Herbipolenſem epiſcopum* 608.

Numerus 10203. *Martyrum accommodo explicatus non offendit* 688. c d e

O

† Odo *tranſtulit Cantuariam corpus S. Wilfridi epiſcopi Eboracenſis* 66. b

Oiſterwica (Joannes de) *pia vita & deſiderium martyrii, cujus compos factus eſt* 818. c d e

Omalius, *impius apoſtata, Martyres Gorcomienſes minis ac maledictis inceſſit* 676. d e f

Orangius *Belgicæ rebellionis auctor* 736. e

Oratio *de vita, virtutibus & miraculis S. Elisabethæ coram Urbane PP. VIII. recitata ad obtinendam ſolennem ejus canonizationem* 201. 202. & ſeqq. *uſque ad* 211

Origo *parachromiſmorum in vita S. Maduennæ* 143. b c d e

Osbernus *videtur eſſe auctor vitæ S. Odonis* 67. a b

† Oſwaldus *fuit nepos S. Odonis* 66. a

Ottogarus, *Bohemiæ rex, victoriam de barbaris Sanctorum ope relatam Alexandro IV. Pontifici literis Pragæ datis ſignificat* 137. c

P

Pagius *excuſat S. Flavianum alioſque Orientales præſules hæreſeos accuſatos* 23. e f, 24. a b

Parentes *S. Cyriacæ vel Dominicæ martyrio coronantur* 273. d e

Parentes *S. Odonis fuerunt pagani* 67. e

Paulus PP. IV. *extendit per totam Luſitaniam cultum S. Eliſabethæ* 170. a b

Pedrocchæ *familiæ nomen Sanctis affictum* 285. b c d

Pelagius II. *Pontifex non ſcripſit Acta S. Anatholiæ, pro ut nunc exſtant* 675. f

Petrus de Natalibus *elogio exornat S. Iſaiam prophetam* 252. b c d & ſeqq.

Petrus *Urgellenſis epiſcopus, S. Odonis prædeceſſoris ſui feſtum undecim annis poſt felicem ejus mortem quotannis celebrandum decrevit* 521. c d

Pippinus *Francorum rex Romani pontificis defenſor* 317. f. *Fuit fundator monaſterii Prumienſis & Cellam S. Goaris ei univit* 345. e f

Placentini *varia finxerunt de S. Antonino protectore ſuo* 9. c f

Placentius (Joannes) *Trudonenſis Dominicanus vehementer errat in elogio S. Naviti epiſcopi & martyris* 465. e

Poppelii (B. Nicolai) *vita & labores* 815. 816.

Pſeudo-Dexter *ejuſque interpres Bivarius* 1202. *martyres ex* 10203. *Hiſpaniæ ſuæ perperam vendicant* 688. e f

Proceſſus *ad canonizationem Martyrum Gorcomienſium inſtituti* 745. d e f, 746.

Proſper Aquitanus *primus meminit S. Palladii Scotorum Apoſtoli* 286. b

R

Radbodo *epiſcopus Noviomenſis & Tornacenſis dicitur Romæ procuraſſe canonizationem S. Godelevæ* 365. d e, 370. e. *Plura de illo vide* 403. b c d, 435. f 436. a

Rabanus *meminit de S. Diſibodo* 586. a. *Quandonam ſcripſerit ſuum Martyrologium* 607. c

Rambertus *prædicit ruinam templi* 100. b c

† Richardus *pater S. Willibaldi, an fuerit rex in Suevia vel in Anglia* 486. c d

Roſweydus *obſervat Myſiam inferiorem vocari etiam Scythiam* 339. c

Rubeus (Hieronymus) *hiſtoricus Ravennas* 324. c. *Habet breve elogium de S. Joanne Angelopto epiſcopo* 469. a b

Ruſticus *epiſcopus Trevirenſis de ſanctitate S. Goaris miraculo convictus reſipiſcit* 336. a b

S

† Sabas *invifit S. Eliam, & ex eo mortem Imperatoris Anaſtaſii intelligit* 31. f

Sacerdotibus *olim licitum erat plures Miſſas celebrare* 102. c

Sanctimonialis Heidenheimenſis *ſcripſit Vitam S. Willibaldi* 487. e f. *Illa non fuit ſoror S. Willibaldi, ut perperam putavit Adelbertus* 488. b c

Sanderus (Antonius) *egregius Flandriæ hiſtoricus occaſionem præbuit inveniendi verum ſcriptorem vitæ S. Godelevæ* 364. b c

Sauſſayus *errat in elogio S. Diſibodi* 586. d e

Savinus *epiſcopus S. Antonini corpus invenuiſſe traditur* 17. c

Sclavi *poſiti pro Bohemis* 128. e, 130. f

Scripta *pheraque B. Wilhelmi Hirſaugienſis abbatis interciderunt* 155. a

Scriptor anonymus *Vitæ S. Udalrici fuit Sancto ſynchronus* 95. c d

Schythæ *aliqui ad fidem Chriſtianam converſi erant tempore Tertulliani* 347. c

Sebaſtianus *Luſitaniæ rex Acta ſanctorum regni ſui colligi jubet ac Romam mitti* 170. c d e

Serarius *diſcutit epitaphium S. Kiliani & ſociorum* 605. e f

Sermo ſynodalis *incerta conjectura S. Udalrico attribuitur* 76. e f

Severus *epiſcopus Pragenſis celebrat exequias S. Procopii* 143. f

Severus *Acephalorum hæreticorum princeps* 31. c

Sigebertus *Francorum rex accerſit S. Goarem & ei offert epiſcopatum Trevirenſem* 336. c d e

Socii *S. Kiliani apoſtoli Herbipolenſis* 600. f, 601. a b c

Socii *S. Romuli* 256. c d e

† Stephanus *dicitur fuiſſe primus epiſcopus Regienſis* 217. e, 219. d, 220. b

Surius (Laurentius) *hagiographus immutavit Acta ſanctorum* 362. b c. *Fuit auctor, ut colligerentur Acta S. Eliſabethæ* 170. b c

Suſpicio *Monothelitiſmi S. Andreæ Cretenſi afficti unde ortum duxerit* 45. f, 46. a b c

Synodus Ingelheimenſis *venuit, vivente S. Udalrico, nepotem ejus Adalberonem in Auguſtana Cathedra ſubſtituere* 117. b c

T

Tamayus *ſcriptor Hiſpanus errat dicendo anno 1122. ſediſſe Innocentium II.* 522. b

Tan-

Tancradus *fecundus Prumienſium abbas multorum miraculorum S. Goaris fuit oculatus teſtis* 342. b c, 343. & ſeqq.
Tapperus (Ruardus) *inſignis theologus fuit magiſter* B. Leonardi Vecchelii 811. c
Theodoricus *abbas Trudonopolitanus ſcripſit præter alia SS. Acta, vita S. Landradæ* 623. d e, 625. a
Theodoſii *pſeudomonachi furor* 228. e
† Theophanes *SS. Flavianum & Ellam hæreſeos inſimulat* 83. c
Theophilus *imperator monachos Abramitas occidit ob cultum imaginum* 659. a b d e
Torila *rex fingitur honore affeciſſe caput S. Laurentii* 38. b
Trevirenſium *epiſcoporum ſeries obſcura eſt* 538. d
Tribunal *olim vacabat Conſtantinopoli in honorem S. Procopii* 551. f
Trithemius *vacillavit in ætate S. Diſibodi* 558. a b c, *Alius ejus paralipomenis* 150. f

U

UDalricus *dux iuvenis S. Procopium in ſolitudine* 140. f, 141. a, *Ejus conſilio monaſterium fundat* 141. c
Ughellus *nimis leviter retractat ſuam opinionem* 644. a b c & ſeqq.
Urbanus PP. VIII. *S. Eliſabetham ſolenni ritu canonizavit* 271. b

V

VAlerius Andreas *ſcripſit breve de Eſtio elogium ſeu vitæ compendium* 752. b c
Vecchelius (B. Leonardus) *inſignem habuit de Deipara concionem Gorcomii* 77. d e f, *Ejus vita* 811. 812. & ſeqq.
Velſerus (Marcus) *edidit ſtemma comitum Kyburgenſium* 74. b c. *Laudatur a Baronio* 97. b
† Victoris *corpus periit in incendio eccleſiæ Societatis Jeſu Antverpiæ anno* 1718. 264. b
Vitus (Stephanus) *obſervavit errorem Baronii de S. Willibaldo* 487. b c

W

Wiſarius *dux Aquitaniæ in Pippinum Francorum regem rebellis interficitur* 318. a b
† Walburgis *colitur in Belgio* 498. c
Walteri (B. Andreas) *parochus Heinvortenſis & unus ex martyribus Gorcomienſibus* 820. c
Wandali *peſtis pro Polonis* 189. a 131. a
Wandelbertus *Martyrologus metricus meminit cultus S. Goaris* 387. c, *Scripſit duos libros de S. Goare* 389. e f
Waraclinus *rex Angloſaxonum uxorem ſuam Emmam venit* 53. c
† Wiborada *prædicit S. Udalrico epiſcopatum Auguſtanum, & alia futura* 85. b
† Willibaldus *epiſcopus Eiſtettenſis non videtur ſcripſiſſe vitam S. Bonifacii* 487. c d
Willonus (Joannes) *varia finxit in elogio S. Diſibodi* 586. f, 587. a
Wiocketman (Judocus) *falſe aſſerit, reliquias S. Goaris in Hiſpaniam eſſe translatas* 332. a
Wion (Arnoldus) *in Martyrologio ſuo monaſtico erratas corrigitur* 585. c. *Falſo aſſerit S. Udalricum fuiſſe monachum S. Galli* 75. b
† Wunebaldus *fuit frater S. Willibaldi* 491. f

X

XEaaias *infamis hæreticus S. Flavianum exagitat* 86. c d & ſeqq. 87. a b. *Fuit epiſcopus Hierapolitanus & græce vocatus Philoxenus* 87. c

INDEX TOPOGRAPHICUS

A

ABella *vel* Avella oppidum Campaniæ; *nunc etiam* Avella urbs in regno Neapolitano, *circa quam a ſuis interfectus eſt Sichardus princeps Beneventanus* 237. d e
Ætna mons ignivomus in Sicilia 513. c
Aframia locus in Palæſtina, *ubi Abraham, Iſaac & Jacob dicuntur ſepulti* 508. b
Agaunenſe cœnobium in Burgundia *S. Mauritio dicatum, in quo S. Udalricus varias Sanctorum reliquias accepit* 113. c d, 114. b
Aila locus exilii *S. Eliæ patriarchæ* 31. d
Alanquera *vel* Alanguera oppidum Luſitaniæ *a dextra* Tagi *ripa ad ſeſqui leucam ab oppido* Azambuja, *ad quod S. Eliſabetha ex aula diſcedere compulſa eſt* 179. c, 181. a
Albanus mons prope Tiſernum Tyberiaum in Umbria, *in quo aſperam vitam duxit S. Illuminatus* 650. d
Albiniacum oppidum Arteſiæ, *ubi* XIII. *Novembris colitur* S. Chilianus *vel* Kilianus, *ab Apoſtolo Herbipolenſi diverſus* 600. b
Aldeaarda urbs Flandriæ in Belgio *fuit patria B. Jacobi Lacopi martyris Gorcomienſis* 819. e
Aldenburgum oppidum Flandriæ, *in quo mortuus eſt* S. Arnulphus *Sueſſionenſis epiſcopus & Flandriæ apoſtolus* 361. e, 371. f
Alexandria urbs Ægypti, *in qua floruit & mortuus eſt* S. Pantænus *vir doctiſſimus* 459. c f
Amiternum antiqua Veſtinorum urbs, *nunc coarſa, in qua multa Sanctorum corpora quieſcere dicuntur* 694. d e
Antonia *ſive* Volaterræ civitas Etruriæ, *in qua, facto miraculo, multos ad Chriſtianam fidem converſiſſe dicitur* S. Romulus 260. d
Antverpia urbs Brabantiæ in Belgio, *in qua celebrata eſt ſolemniter beatificatio Martyrum Gorcomienſium* 758. b
Apamea in Gallia 8. d, 18. a
Apamea in Syria 8. b, 18. a
Aquila urbs Italiæ in Aprutio ulteriore, *ex cujus tabulis deſumpta ſunt Acta S. Euſanii* 691. c
Argilos mons in Gallia *vulgo* Montargis 630. c
Aria urbs Hiſpaniæ, *in qua* SS. Priſcillam & Aquilã *martyrio coronatos fuiſſe fingunt Flavius Dexter, Bivarius, & poſt eos Tamayus* 537. d e
Athenacenſis abbatia *ſita eſt ad confluentes* Araris & Rodani 61. f
Atho mons in Macedonia *multorum quondam Sanctorum ſeſſus* 146
Atiniacum *vulgo* Artigay, locus in Campania ad Axonam 345. f 346. e
Audomaropolis urbs Arteſiæ, *in quam corpus S. Bertæ fuit per aliquod tempus translatum* 49. b
Augia monaſterium Benedictinum in Germania, *ex quo* S. Udalricus *multas Sanctorum reliquias* ſolen-

ſolenniter Auguſtam Vindelicorum *detulit* 513. d c, 514. b

Auguſta vindelicorum Sueyicæ provinciæ metropolis S. Udalricum *habet patronum* 73 c

Auguſtodunum urbs Galliæ, *in qua* S. Aurelianus *ſuis Archidiaconus* 61. f

Autiſſiodorum urbs Galliæ, *in qua tumulatus dicitur* S. Angelelmus *epiſcopus* 521. c

Azambuja, *aliis* Arambuja oppidum Luſitaniæ *inter* Scalabim & Uliſſiponem *ſitum ad dexteram* Tagi *ripam* 177. d

B

BAmberga Germaniæ civitas *olim recitavit Officium de* SS. Dulciſſimo & Cariſſimo *eò* reliquias *in eccleſia Cathedrali ſervatas* 257. e f

Barberinum oppidum Etruriæ, *in quo colunter reliquiæ* S. Davanzati 574. c d, 525. a

Bavaria provincia Germaniæ, *in qua* S. Udalricum *natum eſſe quidam contendunt* 74. c d

Beliſia *aliis* Billena oppidum in Hasbania inferiore, *in quo* S. Landrada *extruxit monaſterium* 619. b c

Bellinſum oppidum Flandriæ *annuam* S. Godelevæ *feſtivitatem celebrat* 389. c

Bergæ S. Winnoci civitas Flandriæ, *in qua* Bertulfus S. Godelevæ *maritus pœnitentiam egiſſe dicitur* 402. a b c

Bergomum *vel* Pergamum urbs Longobardiæ, *in qua* S. Romulus *duos mortuos ſuſcitaſſe & multos ethnicos converiſſe dicitur* 260. e

Bethleem Judæ in Palæſtina, *Chriſti nativitate nobilis* 514. f

Bethzida vicus Palæſtinæ ad lacum Geneſareth, *in quo eccleſia ædificata eſt eo loco, quo fuerat domus* SS. Petri & Andreæ 314. a

Bethzura vicus Palæſtinæ, *in quo Eunuchus reginæ* Candacis *a* S. Philippo *eſt baptizatus* 515. a

Binga oppidum Germaniæ circa Rhenum, *ubi vixit* S. Hildegardis 581. b

Biſuldunum urbs Hiſpaniæ f

Blachernæ *locus ſic dictus Conſtantinopoli* 635. f

Blangiacum *municipium Artefiæ*, *morte, reliquiis & cultu S. Bertæ illuſtre* 47. a b

Beneventum civitas in Samnio, *ubi* S. Apollonius *ejuſdem urbis epiſcopus Officio colitur* 579. f, *Ibidem* S. Bartholomæi *corpus requieſcere dicitur* 513. c

Bommelia oppidum Geldricæ ditionis in Belgio *primo Gentis reſiſtit, ſed paulò poſt in eorum poteſtatem redigitur* 783. b c

Bononia urbs Italiæ *habet reliquias* S. Zenonii *& ſociorum martyrum* 689. a d

Brigantia urbs Luſitaniæ *cum titulo ducatus verſus limites regnorum* Legionis & Galleciæ 176. c

Brila oppidum Hollandiæ, *circa quod ab hæreticis interfecti ſunt novemdecim Martyres vulgo dicti Gorcomienſes* 736. b, 737. f, 786. b c

Brixia civitas Italiæ, *in qua* S. Romulus *filium viduæ ſuſcitavit* 260. c

Brugæ civitas Flandriæ, *in qua inſtitutæ ſunt congregationes in honorem S. Godelevæ* 396. d e f

Bruna urbs Moraviæ *colit* SS. Primitivum & Conſtantium *martyres e cryptis Romanis allatos* 45 n. b

Bruevilla, pagus in diœceſi Tullenſi, *in quo* SS. Bertarius & Atalenus *coluntur* 316. f

C

CÆſarea *alia* Paneas urbs, *in qua martyrium conſummaſſe dicitur* S. Procopius lector 552. e

Cæſarea Philippi urbs Palæſtinæ, *in qua olim fuit miraculoſa Salvatoris ſtatua* 514. b c, 564. a b, *Confundatur cum* Cæſarea Phœniciæ 564. a

Cæſarea urbs Cappadociæ, *in qua paſſus eſt* S. Procopius *cum* S. Quarto 577. a h d e

Cæſena urbs hodiernæ Romaniæ *vel* Romandiolæ in Italia, S. Severi *epiſcopatu & patrocinio illuſtris* 324. a b

Caledonia provincia Scotiæ g

Campargenſe monaſterium in diœceſi Herbipolenſi, *a* B. Wilhelmo Hirſaugienſi *abbate reparatum* 154. c d

Campidona *vulgo* Kempten, nomen celebris monaſterii Benedictini in Suevia, *in quo* S. Udalricus *agrotans oleo a ſe conſecrato ſubito ſanatur* 514. d e

Cana Galilææ *primo Chriſti miraculo famoſa* 514. a

Cantabrigia urbs Angliæ, *in qua dicitur exſtare vita MS.* S. Odonis 67. a

Cantuaria civitas Angliæ S. Odonem *habuit archiepiſcopum* 63. c

Canuſium oppidum in Regienſi agro, *ad quod delatæ ſunt reliquiæ* S. Apollonii 456. d e

Capharnaum urbs Palæſtinæ, *in qua* Zebedæus *pater* SS. Joannis & Jacobi *ſepultus eſſe memoratur* 514. a

Capua urbs Italiæ 8. e f

Caſſinus mons in Italia, *Benedictino monaſterio memorabilis, in quo* S. Willibaldus *per quatuor annos fuit portarius* 509. d e

Catana urbs Siciliæ S. Agathæ *martyrio & patrocinio clara* 513. e

Celer, *quem etiam* Cariacum Fortunatus *vocat, vulgo* Le Ceil, Flumen Galliæ, *quod aliqui a* S. Felice *ad urbem* Nannetenſem *deductum exiſtimant* 475. c d e f

Cellis vicus prope Conimbricam, *in quo eſt carnebium* B. Mariæ *ſacrum* 299. c

Centum cellæ urbs Hetruriæ, *cujus comes fuit* S. Theophanius 711. c

Cephalonia inſula Græciæ in mari Jonio *a copia cephalorum piſcium ſic vocata* 642 a

Chaima *vel* Chaioma *locus in urbe Conſtantinopolitana, in quo inventum eſt corpus* S. Pauli Novi 634 a

Chalcedon urbs Bithyniæ in Aſia minore, S. Euphemiæ *martyrio illuſtris* 271. b c

Chelas monaſterium prope Uliſſiponem, *in quo monialis a* S. Eliſabetha, *ſignum Crucis formante, apoſtemate liberatur* 195. a

Cluniacum pagus Galliæ in Burgundiæ ducatu, *in quo eſt celebris abbatia, ad quam ſuos miſit* B. Wilhelmus *Hirſaugienſis abbas, ut Cluniacenſium monachorum inſtituta cognoſceret* 152. f, 153. a

Colonia Agrippina *inter multas alias ſacras reliquias poſſidet corpus* S. Agilolfi 714. a

Comum urbs Inſubriæ S. Conſultis *epiſcopatu clara* 469. b c

Conallia Murthemnenſis, *eſt campeſtris regio auſtralis* Ultoniæ, *in qua nata dicitur* S. Darerca 290. f, 292. b

Confluentia urbs Germaniæ *poſſidet brachium* S. Goaris 331. b

Conimbrica Luſitaniæ civitas, *ad quam* Stremotio *delatum eſt corpus* S. Eliſabethæ 192. c f

Conſorannum *vel* Conſorannæ urbs in Novempopulania *vel* Vaſconia, *cujus primus epiſcopus dicitur fuiſſe* S. Valerius 227. a b c

Conſtantia dicitur eſſe urbs inſulæ Cypri S. Epiphanii *præſulis miraculis & corpore glorioſa* 513 e

Con-

A Conſtantia urbs Germaniæ, *quam* S. Udalricus *orationis cauſa viſitavit* 113.d
Coriana ſilva in agro Cabilonenſi, *olim fuit proxima pago* S. Gervaſii 314.f, 315.f
Corinthus urbs Peloponneſi, *in qua* S. Paulus *Apoſtolus hoſpitium habuit apud* SS. Aquilam & Priſcillam 536.a
Cornetum urbs Tuſciæ *veneratur* S. Theophanium, *ut protectorem* 711.b
Corozain oppidum Palæſtinæ *Chriſti miraculis notum* 514.a
Cortracum civitas Flandriæ *colit reliquias* S. Godelevæ 388.d e f
Curia *incolis* Chur urbs Germaniæ *Gal.* Coire *veteriſſimo epiſcopatu inſignis*. 111.a
Curienſis Rhætiæ *id eſt* Rhætia recens, *ſic dicta ab urbe ſua præcipua* 129.a, 131.a
Cyrene urbs Lybiæ, *quam* S. Cyprilla *ſanguine ſua nobilitavit* 224.a

D

B DAmaſcus urbs Syriæ *fuit patria* S. Andreæ *archiepiſcopi Cretenſis* 42.f. *In ea dicitur requieſcere corpus* S. Ananiæ 505.e
Darmſtadium urbs Franconiæ in Germania, *ad quam translatæ ſunt reliquiæ quædam* S. Goaris, *quæ forte etiamnum illic ignotæ deliteſcunt* 331.d, 332.a
Demergbem pagus Caſtellaniæ Cortracenſis in Flandria, *in quo reliquiæ* S. Landradæ *divinitus translatæ ſunt* 618.c
De Odivella *monaſterium monialium Ciſtercienſium in territorio* Ulliſſiponenſi *fundatum a* Dionyſio *rege Luſitaniæ, in quo etiam ipſe ſepultus eſt* 186.a f
Devonia comitatus Angliæ, *in quo* S. Willibaldum *natum eſſe ſuſpicatus* Mabilio 485.f
Dilinga oppidum Sueviæ S. Udalricum *civem ſuum eſſe contendit* 74.d
Dioſpolis, *quam etiam* Liddam & Tigridæ *vocant*, urbs Palæſtinæ S. Georgii *martyrio inſignis* 508.b c, 509.a
Dolina pagus prope Tergeſtum *habet eccleſiam* S. Udalrico *dedicatam* 78.e
C Dorcica *vel* Dorceſtria urbs Angliæ, *quam diſtinguit* Mabilio *ab alia ſynonyma in eodem regno* 483.a b
Dordracum Hollandiæ civitas *tempore tumultuum Belgicorum a Geuſiis occupata* 754.d
Dublinium *olim* Develin urbs primaria in Lagenia provincia Hiberniæ, *dicitur fuiſſe ſub dominio avi* S. Darercæ 297.d, 299.c
Dumcaledonia civitas Caledoniæ in Scotia 1
Dyrrachium urbs Macedoniæ *multorum Martyrum certamine illuſtris* 457.b e
Dyſenberg mons in Germania, *cui iſtud nomen a* S. Diſibodo, *eſt inditum* 581.a

E

E Boriacum locus in Gallia, *poſtea dictus* Farænmonaſterium in Bria provincia, *in quo cœnobio* S. Edelburga *fuit abbatiſſa* 481.b c
Ebuſus & Opbiuſa, *communi nomine* Pituyſarum *appellatæ, ſunt inſulæ parvæ, ſpectantes ad regnum* Valentiæ 174.c
Eccleſiola *locus in Gallia non procul a* Pulterienſi & Moliſmenſi *monaſteriis, in quo eſt corpus* S. Valentini 39.c
Ediſſa urbs Phœniciæ *reliquiis* Thomæ *Apoſtoli magnifica dicitur* 513.c
Eeckhaute abbatia Brugis in Flandria *poſſidet multas reliquias* S. Godelevæ 388.c
Egitania *vel* Igæditania *olim civitas epiſcopalis, nunc vicus obſcurus, dictus* Eidania, *cujus ſedes epiſcopalis in* Guardiam *translatus eſt* 183.c d
Eitinga oppidum *vel* pagus in Bavaria *non procul a* Frilinga 128.c
Elienſis inſula in hodierno comitatu Cantabrigiæ, *in quo* S. Sexburga *fuit abbatiſſa* 346.c
Emaus vicus Palæſtinæ, *quem Romani poſt excidium Hieroſolymam*, Nicopolim *vocaverunt* 515.b
Epheſus urbs maritima Aſiæ minoris, *apud quam ſepulta dicitur* S. Maria Magdalena 513.d
Erphortenſe monaſterium in Thuringia *conditum a* B. Wilhelmo *Hirſaugienſi abbate* 153.e
Eyſtadium *vel* Aichſtadium urbs Franconiæ in Germania, *a ſtructo per* S. Willibaldum *monaſterio excrevit* 485.b. *Corpus ejus in ea urbe requieſcit* 498.b

F

F Avernia cum *vulgo* Faverne oppidum Burgundiæ, *prope quod occiſi ſunt* SS. Bertarius & Atalenus 316.e
Feſulæ civitas Etruriæ, *prope quam* S. Romulus *cum ſociis martyrii palma coronatus eſt* 262.d E
Firmion caſtrum in Comitatu Tyrolis *habet antiquam capellam dedicatam* S. Udalrico 85.c
Florenville pagus ducatus Luxemburgenſis, *in quo coluntur reliquiæ* SS. Bertarii & Ataleni 316.d
Florentia civitas Etruriæ, *in qua coluntur* BB. Barduccius & Joannes de Velpiniano 168.a b c, & ſeqq. 169.e
Fochart *alias* Focharta pagus comitatus Lutbenenſis in Ultonia, *in quo* S. Darerca *cum centum quinquaginta monialibus habitaſſe dicitur* 193.e
Fordunum vicus in Mernia, Scotiæ provincia, *in quo recondituæ fuerunt reliquiæ* S. Palladii *Scotorum apoſtoli* 287.a b c
Foro-Julium *vulgo* Frejus, urbs Galliæ Narbonenſis, *in qua Auguſtiniani per errorem coluerunt* S. Maximam, *quam* Victor Uticenſis in Africa, *ut ſibi notam laudat* 355.f
Furconium urbs Samnitum in Veſtinis, *quondam epiſcopalis, nunc deſtructa, cujus rudera viſuntur* in Aprutio ulteriori 691.b

G

S. GAlli monaſterium eſt abbatia celebris Benedictinorum in Helvetia, *in qua educatus eſt* S. Udalricus 100.e
Gandavum urbs Flandriæ, *in qua coluntur reliquiæ* S. Landradæ 621.d, 623.c. *Et* S. Godelevæ 384. 385 F
Gaza urbs Palæſtinæ *in ſacris Litteris nota, in qua* S. Willibaldus *duorum menſium cæcitate afflictus fuit* 508.b
Genua urbs Liguriæ *traditur fuiſſe patria* S. Felicis *epiſcopi* 710.a b
† Georgii monaſterium ſitum in Nigra Silva in diœceſi Conſtantienſi *& conditum a B.* Wilhelmo *Hirſaugienſi abbate* 253.e
Gertrudiberga oppidum in confinio Hollandiæ & Brabantiæ *a Geuſiis intercipitur, & in eo monachi & ſacerdotes comprehenduntur* 836.a b
Ghiſtella oppidum Flandriæ S. Godelevæ *virginis & martyris cultu illuſtre* 359.a b c
Glanus fluvius Germaniæ, *circa quem* S. Diſibodus *conſtruxit monaſterium* 581.b
Glaſtonia urbs Angliæ, *in qua ſepultus eſt* S. Edgarus *rex* 665.d e
Gnrcomium Hollandiæ oppidum *paucis deſcribitur* 754.d
Gortyna urbs Cretæ, *in qua paſſus dicitur* S. Cyrillus, *forte ejuſdem urbis Archiepiſcopus* 683.e f

A

H

HAilbrun urbs Germaniæ in Suevia *habuit ecclesiam* S. Kiliano *dedicatam*. 612. a
Halla urbs Germaniæ in Suevia, *in qua ecclesia dedicata fuit in honorem* S. Kiliani 612. a
Halmyris locus in Mysia Europæ ad Istrum situs, *forte est palæstra martyrii* SS. Epicteti & Astionis 339. d e
Hambich *alias* Hamvich olim emporium Angliæ *non procul a portu* Hamelea Mutha 503. b
Hamelea Mutha *alias* Hamalea Mutta portus Angliæ, *ex quo solvit* S. Willibaldus *in Galliam* 503. b
Hardmacha caput Ultoniæ provinciæ in Hibernia ad fluvium Kalin sita, *quam rexit pater* S. Darercæ 297. d, 299. d
Halsunga monasterium est in Thuringia, *ex quo ob schisma Ecclesiæ profugi monachi a* B. Wilhelmo *Hirsaugiensi abbate benigne suscipiuntur* 160. a b
Havia civitas in Vestinis, *in qua* S. Eusanius *ab Angelo e carcere liberatus fuisse traditur* 695. d
Heida vicus Hollandiæ, *ubi duo Martyres Gorcomienses dolio cerevisiæ redimendi offeruntur* 819. d
Heidenheimense monasterium in Germania *dicitur constructum a* S. Wunebaldo *fratre* S. Willibaldi 512. f, *ibidem usque hodie coluntur* SS. Wunebaldus & Walburgis 486. e
Heraclea urbs Hispaniæ, *in qua* S. Aquilam Ponticum *fidem prædicasse fabulatur Flavius Dexter* 537. d
Herbipolis urbs Franconiæ in Germania, *cujus patronus est* S. Kilianus 599. e f
Heldinum *vel* Hedena oppidum Artesiæ 47. b
Hiericho urbs Palæstinæ, *circa quam* S. Elias *patriarcha monachalem vitam duxit* 28. c
Hieriso insula non procul a Mytilena, *in qua martyrus est* S. Andreas *Cretensis* 43. a
Hierosolyma urbs Palæstinæ, *in qua passus est* S. Athanasius *diaconus* 228. c. *Post eversionem* Ælia *dicta est ab* Ælio Adriano 358. b
Hilara *vel* Ilarus fluvius Germaniæ in Suevia *ortus in confinio* Tirolis 112. b
Hilvarenbeca municipium Campiniæ in Belgio, *a quo cognomen traxit* B. Adrianus *canonicus Præmonstratensis, unus e Martyribus Gorcomiensibus* 819. b c
Hirsaugia monasterium in Suevia, *cujus abbas fuit* B. Wilhelmus 150. f, 151. a b
C Hispalis urbs Hispaniæ *intercessione* S. Lauriani *a morbo epidemico liberata, quotannis beneficiorii sui memoriam celebrat* 33. c d
Huxarum oppidum in Westphalia, *in quo anno annum millesimum a Christo nato extructum fuit templum in honorem* S. Kiliani 612. b

I

INgelheimum Germaniæ oppidum in Palatinatu inferiori, *ubi habita est Synodus in causa* Adalberonis *nepotis* S. Udalrici 116. c *ibidem* palatium Caroli Magni, *quod situm erat in ripa fluminis* Rheni. 340. d
Joppe oppidum maritimum Palæstinæ, *in quo* S. Petrus Dorcadem *a mortuis suscitavit* 515. a
Jordanis fluvius Palæstinæ *Christi baptismo sanctificatus* 514. c d
Ipræ civitas Flandriæ, *in qua celebrem cultum nactæ sunt reliquiæ* S. Godelevæ 388. f, 389. a b
Ivodium oppidum in ducatu Luxemburgensi, *in quo corpus* S. Wulfilaici *quievit* 478. c, 479. a b

K

KIburgum castrum Helvetiæ, *in quo natum esse* S. Udalricum *aliqui tradunt* 74. d
Kucheſe villa pagi Sualefaldensis in Germania, *quam* S. Willibaldus *in honorem* S. Bonifacii *Fuldensibus dedit* 491. d

L

LAgenensium regio est provincia Orientalis Hiberniæ, *in qua* S. Darerca S. Brigidam *invisit* 291. c, 302. c
Lambacum abbatia Benedictinorum in superiore Austria *Officio proprio colit* S. Kilianum *apostolum Herbipolensium* 609. b c d, 612. b c
Latiscensis pagus in Gallia, *fuit patria* S. Valentini *presbyteri & confessoris* 39. c
Laus Pompeja urbs ducatus Mediolanensis in Italia S. Albertum *episcopum & confessorem colit, tamquam patronum* 165. c
Lavense monasterium in ducatu Carinthiæ *constructum a* B. Wilhelmo *Hirsaugiensi abbate* 154. a
Lechfeld prope Augustam Vindelicorum *nomen* E *suum trahens a fluvio, cujus aquis rigatur* 102. c
Lentana fluvius non procul Faverniaco, *in quem corpora* SS. Bertarii & Ataleni *a latronibus projecta sunt* 320. b
Leodium urbs Belgii, *in qua impius Lumæus vitam horrenda morte concluſit* 832. e f, 833. a b c
Leria civitas episcopalis Lusitaniæ *distans* Conimbrica *octo leucis, in qua* S. Elisabetha *patrem filio reconciliavit* 180. c, 181. a
Liffius *alias* Lyfi fluvius Lageniæ, *in cujus ripa est* Dublinium, *ex quo* S. Darerca *vasculum argenteum miraculoso recuperat* 292. c f, 305. a b c
Ligeris fluvius Galliæ, *quem* Eusebius Arelatensis *miro modo transisse narratur* 38. c d
Londefort *vel* Lonfort castrum agri Bolonensis *fuit locus natalis* S. Godelevæ 360. a
Lovanium Brabantiæ *civitas studiis celebris* 811. c
Luca urbs Tusciæ in Italia, *in qua* S. Richardus *trium sanctorum liberorum parens singulari veneratione honoratur* 486. b
Lucullanum castellum prope Neapolim, *ubi extructum est oratorium in honorem* S. Severini *Noricorum apostoli* 510. a
Lugdunum urbs Galliæ *nullo cultu prosequitur* F *suum Archiepiscopum* S. Aurelianum 61. a
Lumear locus in Lusitania *distans leuca* Ulissipone 179. c
Luxovium oppidum in ducatu Burgundico, *in quo est abbatia ejusdem nominis* 322. c
Lybia provincia Africæ 19. c
Lycus fluvius Sueviam a Bavaria dividens, & Augustam Vindelicorum *præterfluens, ad quem cæsi Hungari* 88. a b, 100. c
Lydda, *qua & Diospoli dicta est*, urbs Palæstinæ, *in qua* S. Petrus *paralyticum sanavit* 339. f

M

MAdauræ in Africa, S. Namphanion *cum sociis martyrio coronatur* 6. c. f
Majorica & Minorica Baleares insulæ in mari Mediterraneo 174. e
Malæus mons in Laconia, *in quo vixit* S. Thomas *confessor* 467. b
† Martini monasterium in Bavaria *constructum a* B. Wilhelmo *Hirsaugiensi abbate* 153. e
Mariula civitas Umbriæ in Italia, *cujus episcopus dicitur fuisse* S. Brictius 697. c
Massilia urbs maritima Galliæ *ad quam dicitur* S. S. Laurianus *appulisse* 37. b

Mau-

Mauriacum urbs ſuperioris Arverniæ, *in qua Calviniſtæ combuſſerunt oſſa* S. Marii 532. e
Mechlinia civitas Belgii *inter* Antverpiam, Bruxellam & Lovanium *ſita, in qua eſt tirocinium Societatis Jeſu, quod habet partem reliquiarum* S. Godelevæ 389. c
Mediolanum urbs Italiæ *non poſſidet corpus* S. Udalrici *epiſc. Auguſtani, ut quidam putarunt* 92. a b. *In ea colitur* S. Ampelius *epiſc.* 580. a
Meſslinga *alias* Meſſinga, pagus in Bavaria ad fluvium Schwartam 128. c
Middelburgum oppidum Zelandiæ in Belgio *habuit olim monaſterium Præmonſtratenſium* 819 c
Minda urbs Weſtphaliæ, *qua primum epiſcopum habuit* S. Herumbertum 727. e f
Minora, *olim dicta* Rheginna minor, urbecula Italiæ in regno Neapolitano *magna veneratione proſequitur* S. Trophimam *vel* Trophimenam 231. c
Minſter vicus in Anglia, *in quo* S. Sexburga *monaſterium condidit* 347. b
Mœnus fluvius Germaniæ, *cui adjacet* Herbipolis *primaria* Franconiæ *civitas* 599. c
Monaſterium S. Andreæ juxta Brugas in Flandria, *cujus monachus fuit* Drogo, *auctor vitæ* S. Godelevæ 364 d
Monaſterium S. Euſtachii ſitum inter Hiericho & Hieruſalem 506. c
Monaſterium, *vulgo* Munſter, vicus in extremis Hollandiæ finibus *ſitus, ubi* Moſa *in Oceanum influit* 819. c
Monda fluvius Luſitaniæ *anno* 1331. *exundans civitatem Conimbricenſem aquis replet* 187. e
Mons S. Antonii in Thebaide, *in quo habitavit* S. Siſoes 281. b
Morondia *vel* Morundia eſt tractus Galliæ in ducatu Burgundiæ, *in quo natus fuiſſe dicitur* S. Hugo Peregrinus 447. b c
Moſa fluvius Belgii *aliquo loco* Marveda *appellatur* 784. f
Mureia metropolis regni Murciani *Mauris erepta* 1731. e 174. d

N

NAgalta, *vulgo* Nagold, fluvius in diœceſi Spirenſi Hirſangiam alluens 158. a c
Nahus fluvius Germaniæ, *qui fluvium* Glanum *excipit, circa quem confluxum* S. Difibodus *condidit monaſterium* 581. b
Namurcum caput Namurcenſis comitatus in Belgio, *in qua urbe cœnobium monialium habet articulum digiti* S. Godelevæ 392. b 393. f 396. a
Nanneres celebre emporium in Britannia minori, *in quo colitur* S. Felix *ejuſdem urbis epiſcopus* 470. f 471. a b c
Navigne pagus Galliæ prope Verzeacum, *vulgo* Varzy, in diœceſi Autiſſiodorenſi, *in quo colitur* S. Hugo Peregrinus 447. a b 448. d
Nazareth urbs Galilææ, *a qua Salvator vocatus eſt* Nazarenus 513. e
Neapolis urbs Italiæ *Archiepiſcopali ſede inſignis* 509. c
Neoportum munitum Flandriæ oppidum *jam dim poſſedit particulas ſanguinis* S. Godelevæ 395. c
Nepina, *alias* Nepete, oppidum Italiæ, *in quo* S. Romanus, *ut patronus colitur* 260. f
Niceæ urbs Bithyniæ, *in qua celebratum eſt œcumenicum concilium contra* Arium 590. a
Nevernum urbs Galliæ, *cujus epiſcopus fuit* S. Itherius 629. e f
Noiennium *ſeu* Novigentum vicus Galliæ, *in quo natus & ſepultus creditur* S. Itherius *epiſcopus Nivernenſis* 630. b
Nonantulana abbatia ſita eſt in ditione Mutinenſi, *atque in ea ſepultus falſo dicitur* Hadrianus I. *Papa* 643. b c & ſeqq.
Nutrici populi Germaniæ Bavaris *olim comes mini* 108. c 109.
Norwegia, regio ſeptemtrionalis *ſatis nota, qua martyrio coronata dicitur* S. Summiva 6
Noveſium urbs Germaniæ ad Rhenum *comes* S. Conſulem *civem ſuum eſſe* 469. c 470.

O

OIſterwica vicus Brabantiæ in Belgio *fuit patria* B. Joannis martyris Gorcomienſis, *qui ab hoc pago cognomen accepit* 818. c
Oliveti mons *Chriſti aſcenſione notus* 514. e
Oppidum S. Anatholiæ ſitum eſt in Piceno & Umbriæ confinio, *in eoque dicitur ſervari corpus* S. Anatholiæ 674. e f
Oppidum S. Goaris *ſitum in læva* Rheni *ripa inter* Weſaliam & Boppardiam, *a* S. Goare *nomen accepit, ejuſque cultu olim fuit celebre* 327. b c
Orontes fluvius, *in quem plurimi heterodoxi monachi, a plebe Catholica interfecti, projecti ſunt* 27. c
Oſtenda urbs maritima Flandriæ *triennali obſidione memorabilis* 372. d
Otinga *vel* Ottinga *duplex ejuſdem nominis oppidum; alterum in* Suevia, *alterum in* Bavaria 119. d
Oxonia civitas Angliæ, *in qua* S. Grimbaldus *dicitur fuiſſe profeſſor ſacræ Scripturæ* 657. f

P

PAneus mons Vicinus Cæſareæ, *a quo urbem illam etiam* Paneada *vocatam fuiſſe tradunt* 564. a
Pagus S. Gervaſii in agro Cabilonenſi, *in quo* S. Gervaſius *diaconus occiſus eſt a latronibus* 312. b
Palentia urbs Hiſpaniæ 23. f
Panara fluvius Italiæ circa Mutinam, *qui etiam* Scultinna *vocatur* 647. a b
Pantepoptis *duplex ejuſdem nominis monaſterium; unum Conſtantinopoli, alterum in Inſula* Naxo 634. d e f
Peluſium urbs Ægypti, *prope quam* Diocletianus Achillem *rebellem clade affecit* 557. e
Petershuſen *vel* Petroburgenſe monaſterium in Suevia *redintegratum a* B. Wilhelmo *abbate Hirſaugienſi* 134. c
Petra oppidum in finibus Palæſtinæ, *ubi* S. Flavianus *exul fuit* 27. d
Pictavium urbs Galliæ, *prope quam eſt monaſterium Mariacenſe, in quo* S. Auremundus *fuit abbas* 712. a b
Pitthem pagus in Flandria *inter* Brugas & Cortracum *ſingulari veneratione proſequitur* S. Godelevam 389. d
Placentia *urbs Italiæ* 7. b
Ponte-vicum, *vulgo* Pontivy, oppidum Britanniæ minoris, *in quo colitur* S. Noiala *virgo & martyr* 279. b
Pontiſara caput Vexini tractus inſulæ Franciæ 650. e
Popinga, *alias* Popfinga, oppidum Germaniæ in Suevia *ad flavium vulgo* Eger 128. c
Populetum, *vulgo* Poblete, monaſterium celebre in Cataſaunia *a* Jacobo *Aragoniæ rege fundatum in ſua ſucceſſorumque regum ſepulturam* 175. a

Portuenſis comitatus, *quis ſit locus in* Gallia? 319. f 320. a
Praga Bohemiæ metropolis *habet eccleſiam dedicatam* S. Procopio *confeſſori* 336. b. *Ex hac urbe orta dicitur* B. Angela 356. c
Ptolemais urbs in finibus Syriæ, *in qua aegrotavit* S. Willibaldus 508. c 509. f

Q

QUantia *vulgo* le Canche, amnis Arteſiæ 47. b

R

RAtiſpona Germaniæ civitas, *in qua tres Hungarorum reguli juſſu* Henrici *ducis ſuſpenſi ſunt* 312. c
Rauſeria *vulgo* Roſieres pagus in decanatu ruralí Faverniacenſi, *qui jam patronum colit* S. Simeonem 320. a b
Ravenna civitas Italiæ, *in qua floruit* S. Joannes Angeloptes *epiſcopus* 468. c
Regium Lepidi civitas in ducatu Mutinenſi, *in qua* B. Joanna *virgo Carmelitana colitur* 728. b c
Rhegium urbs Calabriæ, *quam* Paulus *Apoſtolus uno die ad fidem Chriſtianam converſiſſe ſine ſolido fundamento traditur* 218. b c d & ſeq.
Richenbach locus in Germania, *in quo conditum eſt monaſterium* S. Gregorii *a* B. Wilhelmo *abbate Hirſaugienſi* 153. d
Ridlingen *duplex pagus ferme ſynonymus; alter in* Suevia *ad* Danubium *prope* Wertam; *alter* Riedlingen *apud eundem* Danubium, *leucis aliquot ab* Ulma 135. f
Ripa alta *alias* Ripalta, caſtellum Mediolanenſis diœceſeos, *in quo natus eſt* S. Albertus *Laudenſium epiſcopus* 166. a d
Rothomagus urbs Galliæ, *quæ a quibuſdam vocatur* Rotuma *vel* Rotumum, *& ab auctore vitæ Willibaldinæ* Rotum 504. b
Rubicon fluvius Romandiolæ in Italia *fluens prope urbem* Cæſenam 324. b

S

SAgium *vulgo* Seez, urbs Normanniæ, *in qua* S. Sigisboldus *fuit epiſcopus* 470. b
Sala fluvius Germaniæ in Thuringia, *in quem deſiliens nobilis quidam captivus, ope* S. Udalrici *morbis periculo liberatur* 135. d
Sallpurg locus in Thuringia, *in quo* S. Willibaldum *epiſcopum ordinatum eſſe aſſeris Mabillo* 490. f 491. a
Sangerhauſen civitas Germaniæ, *in qua* Ludovicus comes Thuringiæ *a* S. Udalrico *mortis periculo liberatus, in gratiarum actionem eccleſiam ædificavit* 135. a
Saxiacenſe cœnobium in Gallia, *cujus rector fuit* S. Aurelius 62. a
Scalabis *olim* Julium Præſidium, *Hiſpanis* Santaren, oppidum Luſitaniæ prope Tagum fluvium, *diſtans* Ulliſipone *leucas circiter quatuordecim* 177. d
Schaffuſenſe monaſterium in Suevia *a* B. Wilhelmo *Hirſaugienſi abbate reſtauratum* 154. b
Schepeya inſula Cantii in Anglia, *in qua* S. Sexburga *monaſterium exſtruxit* 347. b 348. c
Scbiava urbs Siciliæ, *in qua a Carmelitis colitur* S. Angela Bohemica 351. c 355. f
Schireburnia fuit olim civitas epiſcopalis Angliæ 68 f
Schonhovia oppidulum in ripa Rheni *ſitum a Lumæo intercipitur, violatis ſtatim conditionibus deditionis* 817. c
Schwenfurth urbs Germaniæ in Franconia, *in qua pons, a* S. Kiliano *nomen habet* 612. a
Scythopolis urbs Syriæ Cavæ *vel* Paleſtinæ, *in qua ob fidem Chriſtianam captus eſt* S. Procopius *dux* 552. e
Sebaſtia *vel* Sebaſte urbs Paleſtinæ, *quæ & Samaria dicta fuit, in qua dicuntur eſſe corpora* S. Joannis Baptiſtæ, Abdiæ & Heliſæi 508. d
Semifons oppidum Italiæ in Tuſcia *dicitur fuiſſe patria* S. Davanzati 527. c
Senones urbs Galliæ S. Paulum *epiſcopum ſuum celebrat Officio duplici* 710. c
Sepis *vel* Sapis fluvius Romandiolæ in Italia *præterfluens urbem* Cæſenam 324. a b
Septempeda hodie urbs S. Severini ſita eſt in agro Piceno inter colles Apennino finitimos, *in qua inventum eſt corpus* S. Philomenæ 229. f
Sequana fluvius Galliæ, *qui a Fredegario & auctore vitæ* S. Willibaldi *vocatur* Sigona 504. b
Sigeſtrum oppidum Italiæ in Liguria, *circa quod colitur* S. Albertus *monachus Ciſtercienſis* 665. f
Silva-ducis Brabantiæ civitas in Belgio *fuit patria* S. Leonardi Vecchelii 811. a b
Silva Nigra *incolis* Schwartzwalde in Germania, *in qua duo monaſteria erexit* B. Wilhelmus *abbas Hirſaugienſis* 150. d
Sintra *ſive* Syntra oppidum Luſitaniæ *diſtans* Ulliſipone *verſus occaſum quatuor milliaribus Hiſpanicis, natalibus Alfonſi V, condecoratum eſt* 180. f
Sion mons Hieroſolymæ, *in quo eſt eccleſia, in quam translatus dicitur* S. Stephanus *protomartyr* 514. d e
Sleydinghe pagus in Flandria non procul Gandavo *habet reliquias* S. Godelevæ 387. c d
Smuttura *vulgo* Schmutter, amnis in Suevia in Danubium deſinens prope Donawartiam 128. c
Solincum oppidum Galliæ ad Ligerim, *habet eccleſiam collegialem* S. Itherio *Nivernenſi epiſcopo dicatam* 630. b
Spanheim monaſterium Germaniæ, *in quo vixit* Trithemius 581. b
Spina Lamberti, *vulgo* Spilamberti, oppidum Italiæ inter Mutinam & Bononiam, *in quo mortuus eſt* S. Hadrianus Papa, *qui* Nonantulæ *colitur* 647 c
Staphenſe monaſterium eſt in ditione Auguſtana 519. d
Stremotium *vel* Extremotium oppidum Luſitaniæ in provincia Tanſtagana, *in quo obiit* S. Eliſabeth *Luſitaniæ regina* 192. b
Suevia provincia Germaniæ *patria fuit* S. Udalrici 74. c
Sutrium oppidum Italiæ, *ad quod* S. Romulus *Evangelii prædicandi cauſa miſſus dicitur* a 59. d c
Syracuſæ urbs Siciliæ, *ad quam cum nuntiis Papæ & Cæſaris navigavit* S. Willibaldus 509. b

T

TArcus *aliis* Tarus fluvius Italiæ Ciſpadanæ, *quem exundantem* S. Udalricus *tranſit* 125. b c
Teſtudo locus in urbe Conſtantinopolitana, *in quo ædes ſacra exſtructa eſt in honorem* S. Procopii 551. f 552. a
Thabor *alias* Agemons, mons Paleſtinæ, *in quo fuit cœnobium monachorum* 305. f
Thecue oppidum Palæſtinæ *Innocentium martyrum cæde, ab* Herode *perpetrata, memorabilis* 514. f
Thena *vulgo* le Ternois amnis Arteſiæ 47. b 51. a
Thora vetus civitas Italiæ prope fluvium Toranum, *cujus ruderа etiamnum ſuperſunt* 674. c
Thyar urbs Ilercaonum in Hiſpania Tarraconenſi,

nenſi, *in qua* S. Anatholiam *paſſam eſſe fabulatur Tamayus* 674. d e
Tiberis fluvius Romæ, *in quem ſolebant ethnici corpora Martyrum demergere, ne a Chriſtianis honorarentur* 22a. d
Tifernum Tyberinum urbs Umbriæ in Italia, *circa quam mortuus eſt* S. Illuminatus 650. a b d
Tilmognus locus in Syria, *in quo* S. Flavianus *fuit monachus* 25. e
Tornacum urbs munita Flandriæ *habet partem ex ſpina dorſi* S. Godelevæ 384. f
Trapezus urbs in Laſica inter Euxinum & Phaſim fluvium *fuit patria* S. Athanaſii *monachi in monte* Atho 246. c, 247. e
Treviri urbs Germaniæ, *in qua colitur* S. Auſpicius *epiſcopus, tamquam martyr* 538. a b
Tribur villa regia Germaniæ verſus Rhenum fluvium prope Moguntiam, *ubi habitum eſt concilium anno* 595. 65. c
Tricaſſes urbs Campaniæ in Gallia, *ex qua fuit oriunda ſponſa* S. Valentini 41. b
Trioncoſo, *Luſitanis* Trancoſo, oppidum Luſitaniæ inter Brigantiam & Ulliſiponem 176. c
Tropea civitas epiſcopalis & maritima in Calabria ulteriore *colit* S. Dominicam, *ut patronam* 268. c
Tudertum urbs Umbriæ in Italia *Officio celebrat* S. Pontianum *epiſcopum ſuum* 690. c
Turiaſo urbs epiſcopalis in finibus Aragoniæ verſus regnum Caſtellæ *conſaſa fuit ab aliquo eum* Tarracone in Provincia 179. a
Turones metropolis provinciæ Turonicæ in Gallia, *ubi eſt ſepulcrum* S. Martini 318. d

U

ULma urbs Sueviæ in Germania *videtur fuiſſe patria* S. Severi *epiſcopi Cæſenatis* 334. e f
Urgella, *alias* Orgellum, urbs in Hiſpania Tarraconenſi *SS. epiſcoporum* Juſti & Odonis *virtutibus inſignis* 541. c
Utenbura abbatia Germaniæ ſita in Guntiana valle ad Guntium amnem 119. c

V

VAlvenſis tertia in Aprutio citeriori, *in qua conſtructa eſt eccleſia in honorem* S. Euſanii 693. c
Valtinnum opidum apud Bituriges in Gallia *fuit patria* S. Sulpitii Pii 32. b, *Colitur ibi ſolennior* S. Laurianus 32. f
Venetiæ urbs notiſſima Italiæ, *in qua corpus* S. Pauli Novi *martyris aſſervatur* 631. f. *Summa veneratione colitur* 632. d e
Veſalia oppidum Cliviæ, *in qua variarum ſectarum hæretici tolerati ſunt* 813. d e
Veſontio urbs Burgundiæ, *in libris conciliorum vocatur* Chryſopolis 322. c
Vienna urbs Auſtriæ, *in qua a Franconibus quotannis ſolennior celebratur feſtum* S. Kiliani 612. b
Vienna urbs Galliæ, *in qua mortuus eſt* S. Eoaldus *epiſcopus* 484. a b c & ſeqq.
Villa Burgundionum, *vulgo* Bourguignon, locus in comitatu Burgundiæ *una leuca* Favernisco *diſtans* 322. a
Villa-piroſa *vulgo* Villepreux opp. Galliæ inter Pariſios & Houdanum, *ubi colitur* S. Nomius 650. c e
Vilna Lithuaniæ metropolia *habet corpus* S. Tranquillini, *ſed qui diverſus eſt ab eo, qui colitur* VI. *Julii* 263. f, 264. a b
Vindex *vel* Vindo fluvius Germaniæ, qui Sueviam interluit, *quem* S. Udalricus *ſiccis pedibus tranſivit* 114. f, 115. a
Viterbium urbs Italiæ *veriſimilius non poſſidet corpus* S. Tranquillini *mart. qui colitur* VI. *Julii* 263. e f. *In ea urbe colitur* B. Petrus a Cruce 445. a b
Vormatia civitas Germaniæ *olim dicta eſt* urbs Vangiooum 345. f, 346. c
Vorna Hollandiæ inſula *a comite Lumeo occupata* 737. b
Vulzachara *olim vocabatur locus, in quo mortuus eſt* Hadrianus III. *Papa* 647. e
Vulcania eſt inſula, *quam Gregorius M. vocat* Vulcani ollam 509. f
Vurdioa, *alias* Wirdia, eſt monaſterium Werthinenſe, *ad quod miſſus eſt in exilium* Henricus *epiſcopus Auguſtanus* 223. d

W

Waltheim monaſterium Angliæ, *in quo educatus eſt* S. Willibaldus 512. d
Welda vicus Campiniæ in Belgio *fuit patria* B. Nicolai Poppelii 715. d
Wilheim villa Germaniæ, *in qua monaſterium condidit* B. Wilhelmus *abbas Hirſaug.* 154. a
Winsheim urbs Germaniæ in Franconia *habuit eccleſiam dedicatam* S. Kiliano 612. a
Wintonia urbs Angliæ, *in qua monaſterium condidit* S. Grimbaldus, *ejuſdemque abbas mortuus eſt* 657. f 658. a b c & ſeqq.
Worcomium oppidum Hollandiæ, *ex quo hæreticis* B. Leonardum Vecchelium, *ſalvo conductu munitum, contumelioſe retrahunt* 780. a b c d
Worica *alias* Wocra, Woſcara & Wocara *fluviolus* Germaniæ *prope* Weſaliam ſuperiorem 333. b, 335. a

Z

ZAmora civitas epiſcopalis regni Legionenſis in Hiſpania, *ex qua* S. Eliſabetha *moniales accerſivit in* Luſitaniam 182. e f, 183. c
Zwifaltenſe monaſterium *in* Suevia *circa* Danubium, *conditum eſt a* B. Wilhelmo *Hirſangienſi abbate* 153. f, 154. a

INDEX ONOMASTICUS

A

ABſentare ſe, *abſentem ſe facere* 429. f
Acrum *pro* acre 506. a
Æquivocus, *cognominis* 516. c
Alba, *varia ſignificat* 52. b, 54. b
Allodium, *fundus, prædium, hereditas* 595. c
Almarium, *cella vinaria* 60. d
Alveum, *alveare* 166. a
Amiciculum ferale, *videtur eſſe induſium, cadaver proxime amicientis* 218. f
Amoroſus, *plenus amore* 429. f, 430. d
Antarticus, *tyrannicus, conjuratus* 635. f
Aqualiſera cappa, *vulgo pluviale* 67. b
Aſindulum, *forte* Cincindulum, *lampas vel cande-*

candela 507. f
Affirium, *ſpecies navigii* 640. c, 641. c
Aſtorgus, *humanæ affectionis expers* 790. c
Auctoriſabilis, *auctoritate prædictus* 141. f
Αὐδιτώριον, *tribunal* 686. d
Aulates, *optimates, aulici*, 511. e

B

BAlneare, *abluere* 506, b, 510, d
Bannum, bannus, *mulcta* 54. c
Baptizator *pro baptizatus* 625. e
Biblia, *machina bellica jaculatoria* 132. f
Biblii, *videtur ſumi pro latome vel lapidum motore* 132. d
Bidullaneum *lignum*, *an* betulaneo? *a* betula *ſeu* betulla, *quæ eſt arbor ſat vulgaris?* 126. a
Bladum, *triticum* 432. c, 433. c
Bozanarius, *bubulcus* 87. a
Braoum, *an ſignificat foſſam*, *aut quid ſimile?* 308. f, 310. d
Breviculus, *indiculus* 628. c d, 619. a

C

CAballicare, *Caballo vel equo vehi* 104. d
Cambuca, *pedum* 145. c
Camiſale, Camiſia, *interula* 120. a, 121. d, 434. d
Capularius, *qui habet capulum* 101. c
Caraxare, *ſcribere* 66. f
Caritativus, *caritati conſonus* 427. f
Carmula, Carmulum, *foditio* 109. f
Carpentarius, *faber lignarius* 296. d
Carrada, *onus*, *quantum carruca vehi ſolet* 159. c
Cartorium, *chartophylacium*, *archivium* 173. b
Caſtaldei, *adminiſtratores*, *locorum ac prædiorum præfecti &c.* 237. d
Caſualis mors, *mors caſu accidens* 432. a
Categorixo, *prædico*, *laudibus celebro* 373. e
Cauma, Caumatio, *calor* 503. e, 506. a
Cenodoxia, *vana gloria* 106. f, 108. b
Certificatus, *certior factus* 323. e
Cialda, *panis azymus* 446. b
Circumveniosus, *fallax* 546. f
Clamatum, *vocatum* 68. c
Clavibus, *pro clavis* 212. c
Commanentia, *congregatio* 158. f
Compaginare, *ſcripto aut paginis committere* 500. f
Compaſſivus, *compatiens* 415. b
Concambire, *commutare* 124. a
Condeſcenſio, *indulgentia* 444. f, 415. a, 432. e
Condonare, *donare* 546. c. 548. a, 680. a
Conferentia, *collatio*, *confœderatio*, *conſiliorum communicatio* 429. f
Conſternatus, *timore abreptus* 437. d, 596. c, 596. e
Conſentari, *acquieſcere* 427. c
Convaleſcentia, *valetudo* 431. d
Convitiatus, us, *convitia* 419. a
Coſmus, *mundus* 502. d
Crippa, *certi generis pannus aut quid ſimile* 302. e
Cuniculum, Cuniculus *al.* duciculus, *paxillus*, *ori epiſtomii infertus* 339. c, 341. d
Curialitas, *comitas*, *ſuavitas* 417. d
Curtis, *regia*, *aula* 100. e, 156. c

D

DApſilis, *largus*, *profuſus in erogandis eſcis* 414. c
Deaſtricola, *vox probroſa in Catholicos Sanctorum cultores* 784. a
Decrepitudinis ætas, *ætas decrepita* 528. b
Deiformis, *Dei voluntati conformis* 428. e
Delenificus, *an placidus?* 698. a
Depoſt, *poſtea* 431. b
Depublicatio, *publica revelatio* 336. a
Depublicatus, *publicus factus*, *publice revelatus* 336. a
Deſidii *pro* deſidiæ 130. e
Deſpectuoſus, *abjectus* 405. f
Dextrari, *aptari* 415. d
Dextrarius, *equi majores & cataphracti* 415. d
Dignativus, *honorificus vel benignus* 415. d
Diſcredere, *non credere* 87. b, 323. a
Divinum, *numen*, *divinitas*, *Deus*, *religio* 637. a
Diuturnaliter, *diu* 681. c
Domata, *tecta vel atria*, *quæ non teguntur* 118. a
Δυτροίρυε, *an non appellativa an propria?* 278. a
Ducamen, *ductus* 318. a
Duciculus, duciolus, ducillus, *paxillus ori epiſtomii infertus* 341. d

E

ECulentus, *edax* 413. d
Effac, *fac* 679. f
Effigiare, 373. f
Effluxus, *elapſus* 438. f
Eleemoſynaria, *quæ accipit eleemoſynas* 129. b
Emenda, *emendatio* 414. f
Eucæniare, *dedicare* 144. d
Enotare, *notare*, *detegere* 235. e
Eperbolire, *ebullire* 303. c
Epiſcopare, *epiſcopum agere* 371. c, 376. d
Elcra, *genus vaſculi* 303. f
Evigilare, *expergefacere* 408. f
Exarſus, *combuſtus* 647. a
Excerebratio, *cerebri amiſſio* 519. a
Extollentia, *elatio* 143. a
Extra ſynodum ambulare, *ſynodo excedere* 117. b

F

FAlcaſtrum, *adinſtar falcis ad excidenda dumeta* 105.
Famen, *dictum* 56. e
Faooces, *vexilla* 103. b
Feſtinantia, *feſtinatio* 340. c, f
Filatum, *genus retis*; *alibi videtur eſſe congeries ſeu glomus filorum* 235. d
Foliatum, *ex foliis & ramis factum* 59. f
Fomex, *forte pumex* 509. c
Fontanum, *fons* 312. f
Fore *pro eſſe* 510. b
Fredum, Frida, *mulcta* 54. c
Frocus, *forte quod Græcis* chlæna, *Latinis* læna, *veſtis quæ reliquis indumentis ſuperinjicitur*, *frigoris arcendi cauſa*, *adinſtar chlamydis*, *Belgis* Huycke 128. c
Funditer, *fundius* 350. a

G

GAleare, *galeam tenere*, *defendere* 373. e
Garrulare, *garrire*, *reſonare* 551. f
Gaſtrimargia, *ventris ingluvies* 106. f, 108. b
Gloſſes, *ſcandulæ*, *aut ceſpites* 111. c
Guerra, *bellum* 375. c, 438. a

H

Habituatin, *habitus* 425. c
Herilitas ſtaturæ, *præſtantia ſtaturæ* 99. f, 100. d
Huba, *modus agri cum habitatione coloni*, *colonia* 124. a
Humerale, *velum ſacerdotis*, *vulgo* amictus 128. d

I

ILli, *nota pro nomine proprio ignorato*, *olim adhiberi ſolita* 510. a
Illuſter, *illuſtris* 502. b, 505. e
Immemorans, *immemor* 528. e
Immoderanter, *immoderate* 547. f
Inagnitus, *incognitus* 681. a
Incinerari, *in cineres redigi* 438. b, 379. b

A Indeptus, *adeptus* 318.c f, 629.d f
Inducium temporis, *intercapedo temporis* 511.a
Induviæ, *indumenta* 131. f
Infantiali, *infantilis* 501. e
Inimicari, *inimicum esse* 637. a
Innotuit, *notum fecit* 143.a, 405.f, 516.d, 594.a
In plerium, *plurimum* 146.e
Instrumentum *vetus ac novum*, *Testamentum vetus ac novum* 794.a, 809. d
Internicies, *interitus* 145. f
Ioteriore, *pro interesse* 502.d
Intimare, *notum facere* 430. d
Involutorium, *involucrum* 212.e
Jocalia, *gemmæ &c.* 394.b, 419. e
Irregressibiliter, *absque regressu* 373. c
Iterare, *itinerare* 334. b

K

Κυνάγιον, *amphitheatrum* 276. f

L

L Ectisternium, *vestis lecti* 160. d
Liberria, *an horror a liberis?* 417.b
B Lutana, *cythara, lyra, testudo* 415. e
Lychnuchus, *candelabrum aut quid simile* 496.d

M

M Achiones, *latomi* 323. d
Malaxatus, *an debilis, infirmus?* 373. f
Manipulus, *forte pro ephippio accipi posset; sed aliquid obstat* 334. b
Manna, *species cerei* 536. b
Mansionarii, *Canonici residentes* 124. c
Madrinum *coopertorium*, *incertæ significationis* 129. f
Matriculus, *clerus matricis ecclesiæ seu cathedralis* 104.d
Martyrialis, *ad martyrem spectans* 680. f
Melodem, *melos* 328. e
Mensales, mensalia, *mappæ, mantilia* 109.c, 110.a
Missaticus, *quod ad Missam spectat* 100.a, 120.c
Modcrantia, *moderatio* 375.a
Multor, *molitor* 432.c
Munerba, *genus lagenulati, Gallice* Calebasse 508. f
Murator, *cæmentarius* 85. f

N

C N Ausii *pro* nauseæ 130. d
Nisi, *quod non* 104.e
Nisi, *ut non* 120. b
Nutricarius, *exposititius infans* 335. d

O

O Bauditio, *ingrata auditio, seu ingratus sermo* 682. b
Obedientialiter, *cum obedientia* 510. e
Obedientiarius, *officio fungens in monasterio* 157.c
Obolatim, *per particulas* 402.c
Obripilatio cutis, *affectio cutis non satis nota* 126.b
Odire, *odisse* 107. b
Officium, *officio fungens, satelles, apparitor* 679.c
Oneus, *an montis cacumen?* 506. c
Onustans, *onerans* 415. f
Optivum, *exoptatum* 113. e
Opulentatus, *dives factus* 101. f
Ostreæ paludes, *an paludes, calore æstivo aquam purpurei coloris referentes?* 506.a

P

P Aganissimus, *paganismo addictissimus* 482. f 679. b
Palæstrizo, *certo* 373. e
Palpanista, *palpatrix* 422. b
Pamonarius, *custos ecclesiæ* 147.a, b
Paradisicola, *incola paradisi* 373.a
Paratura, *ornatus, apparatus* 102.a, 119.f D
Passionate, *cum perturbatione animi* 391.e
Pausare, *quiescere* 681.e, 693.b
Pentecosten, *pro* Peotecoste 114.d
Permetatus, *peragratus* 614.c
Permissum, *valedictio, abeundi facultas* 113.c, 115.f
Perpetualiter, *perpetuo* 682.d
Perventus, *cum pervenerat* 528 b
Petra, *lapis* 697. a
Pharos, *lychnuchus orbicularis* 496. d
Philargyria, *avaritia seu amor nummorum* 206. f
Phlebotemare, *venam secare* 117. d
Φυσίκτωρ, *an cavea ferarum fustibus clathrata?* 278.a
Pilaria, *columellæ aut pilæ* 212. b
Placitare pactum, *pacisci* 210.c
Planca, *tabula* 617.d
Plasmator, *creator* 510.d
Plumatium, *culcitra plumis farta* 102.c
Pneuma, *spiritus* 142.f, 143.c
Podium, *falcrum* 517.d
Poterium, ποτήριον, *poculum* 373.f
Potissare, *bibere* 529.d
Præfecturius, *præfectus* 240.c E
Præripium, *locus ripæ proximus* 340. a, d, 341.e

Q

O Uadruvium, *quatuor artes liberales* 256.a
Quæstionarius, *carnifex vel reorum examinator* 545.c
Quartale, *quarta pars* 85.f

R

R Abescens, *rabiem ostendens* 529.b
Rancus, *rancore, vel ira plenus* 508.e
Recommendans, *commendans* 426.f
Recordaverim, *recordata sim* 420.e
Reggivolus, *q. d. repagulum* 325.f
Regia, *porta domus principalis* 334.b
Relicta, *vidua* 439.f
Repatriare, *in patriam redire* 406.a
Repausatio, *quies* 218.f, 434.d
Repedare, *redire* 210.e
Repedatus, *reditus* 318.f
Requesta, *libellus supplex* 631.e
Reumatizati oculi, *fluxione affecti* 145.f
Rotulum, *volumen explicatum, cujus scriptum legi ab omnibus potest* 212. b. *Dicitur etiam* rotulus, rotula 218.e

S

S Acrificium, *donarium sancto offerendum* 132.d
Sarana, *genus pallii aut veli* 222.e F
Sarcilia, *vestes, panni species; forte genus pallii aut veli* 120.a
Sarcofagatus, sarcophagatus, *tumulatus* 496.c 497.b, & seqq.
Saumarius, *equus sarcinarius* 428. f
Scamellum, *scabellum, proprie qualia raptantes per terram tenent, iisque nitentes se promovent* 101. f
Scamma, *scamnum aut quid simile* 408.e
Scena, *an porticus templi?* 104. a
Scrobeis, *an* scrobibus? 49. d
Sentinosus, *sentina plenus* 66. f
Serioſe, *serio* 414.b
Similarius, *pistor panis primarii* 126.e
Sitarcia, *saccus pecuarius* 335
Solitudine, *soliditate* 242. f
Sophyrus, *sapiens* 501.c, 511.c
Sordus, *genus vetis* 335.d
Sotulares, *id est* subtalares, *genus calceamenti* 194.f
Spaldum, *murus exterior vel prominens, columna* 312. d

Spe-

A Speculatus *lectulus*, *forte* ſphærulatus, *quod ſphæreis ſeu globis inſtar rotularum, promoveatur* 101. f
Spinatum, ſpaldum, *murus exterior vel prominens, columna* 318
Statunculum, *ſtatua* 323. f
Stipadium, *ſtramni aut abaci genus* 408. b
Strata, *via publica lapidibus ſtrata* 526. b
Stroma, *unſtratagema, an viciſſitudo &c.* 112. a
Subſummatim, *ſtatim* 310. e
Supercælum, *ſupremum tegmen* 318. b
Subterratus, *ſepultus* 608. d

T

Tailliatus, *feſtus* 311. d
Taphus, *ſepulcrum* 111. c
Temperaculum, *temperatio* 141. b
Terzanellæ, *ſchedulæ datæ laborantibus febri tertiana* 446. b
Theoricalis, *an ſpiritualis?* 56. e
Toxica, *toxicum* 511. d
Traolium, *an gingillus?* 59. d
Tremiſſis, *treſſis ſeu tertia pars aſſis* 505. d
Tremulatus, *tremens* 309. b
Tuomum, *eccleſia ſumma, cathedralis* 104. d

V

Vallone, *ſtipite vel palo* 144. d
Veges, *exiguum vas vinarium ſeu doliolum* 528. f
Veſſiuncula, *parvum vas vinarium ſeu doliolum* 527. e
Venerabillimus, *venerabiliſſimus* 66. f
Verbiſator, *pro Paulo Apoſtolo* 101. c
Vinculatorium, *carcer* 544. e
Viru, *id eſt veneno* 36. c
Vitas Patrum, *per omnes caſus* 119. a

X

Xior, *verrus, ſpecies compedis, ad torquendos reorum pedes*

Z

Zaberna, *capſa vel armariolum* 119. c
Zoa, *anima, vita* 115. f

INDEX MORALIS.

A

Abbas *eſſe recuſat præ modeſtia S. Procopius* 142. e
Abbatiam *Bertinenſem vendicat a ſeculari poteſtate S. Grimbaldus* 653. c, d
Abbatiam *Ottenburranam S. Udalricus monachis abbati moderandam reſtituit* 118. c, d
Abbactatus *S. Udalricus, e tenuiſſima valetudine ad robuſtiorem, ut prædictum fuerat, tranſit* 99. a
Abſtinentia *S. Udalrici a carnibus* 101. f. *Abſtinentia mira Urbelis archimandritæ, quem ferunt intra* 60. *annos nihil cocti cibi deguſtaſſe, nec umquam recubuiſſe nec aſſediſſe, ſed ſcipione nixum, omnia naturæ & neceſſitatis officia executum eſſe* 226. a. *Abſtinentia auſtera S. Nicolai Pici* 805. f. *Vide* Jejunium.
Abuſus *inveteſcentes reprimit B. Leonardus Vecchelius* 813. d. *Abuſuum reformator fortiſſimus B. Nicolaus Picus* 806. e
Accuſatus *falſe, per congelatum tempore æſtatis flumen, invocato S. Procopio, & mox in aquas reſolutum, omni periculo eripitur* 144. e, f
Adverſa *& proſpera quomodo accipienda* 283. e
Ægro *marito ſuo inſervit inſtar ancillæ S. Eliſabetha* 283. f
Ægrorum *cura a B. Leonarda Vecchelia adhibita* 812. b
Æſtimatio *maxima, quam Rex Alfredus habuit de S. Grimbaldo* 651. e & ſeqq. 657. a
Allegoria *ex duodecim lapidibus Apocalypſeos* 108. a
Amorem *illicitæ conjugis poſtponit Gozbertus Dux Franconiæ amori Dei, monitus a S. Kiliano* 616. d
Amor *ſingularis, quo S. Eliſabetham dilexit pater ejus* 174. b. *Vide* Charitas.
Angelis *familiaris eſt S. Darerca* 294. c, 295. c, 309. a. *Imputat peccatis, quod eorum conſortio quadam nocte caruerit* 294. e, f. *Vide etiam* 308. e, f, 309. a
Angelico *cantu ante obitum ſæpe recreatur B. Davanzatus* 528. b. *Uti etiam in hora mortis ſuæ* d
Angelis *familiaris eſt S. Landrada* 626. b
Angeli *invidiſunt S. Procopium M. in carcere* 565. c, *& Chriſtus, mutatus ejus nomen* 565. f
Angelorum *apparitiones* 36. e, 37. c, f, 120. c, d, 291. a, 277. f, 300. b, 326. f, 348. c, 358. a, b
Angelum *videt mulier S. Sebaſtiano aſſiſtentem* 321. e
Angelus *adſtat S. Joanni, boſtiam ſigno crucis obſignanti* 469. a: *qui etiam, cum hanc miniſtro præripuiſſet, Joanni præbuit* ibid.
Anniverſarium *primum mariti magnifice celebrat S. Eliſabetha* 186. d
Antro *incluſus fuiſſe fertur S. Euſanius per annos ſeptem* 692. d
Apophthegmata *S. Siſois varias virtutes complexa* 281. c, & ſeqq.
Apoſtolicæ *Sedi adhærentes monachos plus ſeptuaginta hoſpitaliter tractat S. Wilhelmus Hirſaugienſis* 160. a. *Subjectionem ſuis ante mortem commendat* 162. f
Apoſtolici *labores S. Felicis Ep.* 473. c
Apparitiones *Columbæ ſuper ſepulcrum S. Odonis* 73. c, *dextræ cum dextra S. Udalrici Sacramenta ſanctificantes* 100. f. *Aliæ ipſi factæ* 101. a, b, c. *S. Procopii, abbatem intruſum e monaſterio verberibus abigentis* 144. c, d. *S. Procopii tangentis virga paſtorali languentes ac ſanantis* 146. f. *Signantis cæcum, ac viſum ei reſtituentis* 147. b. *Ejuſdem Sancti excitantis cuſtodem eccleſiæ, & ad chorum pulſare jubentis* 147. b. *S. Wilhelmi, conitente S. Udalrico & Conrado Epp. peccata ſuorum monentis corrigenda* 164. d, *apparitio S. Wilhelmo facta, ejus ſanctitatem commendat* 165. a, b, e. *Apparet S. Triphonem presbytero, quem ad ſui cultum hortatur* 239. d. *S. Raphael S. Cyriacam confortans* 275. f. *Apparitiones & ſplendor S. Siſois* 282. b. *SS. Petri & Pauli, facta S. Maduennæ e vita migraturæ* 310. a. *Apparet S. Gervaſius M. Cabilonenſi Epiſcopo, eum monens de loco orationis ſibi exſtruendo* 315. d. *Apparent mulieri SS. Bertarius & Atalenus, eam de tranſportatione ſuorum corporum monentes* 322. f, & ſeqq. *Apparitione columbæ S. Severus deſignatur Epiſcopus* 326. c. *Apparens Angelus S. Severo, monet eum de inſtante morte* 326. f. *Apparet Deipara S. Angelæ Bebenicæ* 336. d. *Apparens S. Aſtion prænuntiat adventum ſuorum parentum* 547. f. *Apparens SS. Epictetus & Aſtion MM.* 550. c. *Apparet S. Landrada, monens de tranſlatione corporis* 628. e. *Apparens S. Euſanius in-*

dicat, ubi transferri velit 696 f 697. a *Apparet Jesus B. Joanne ſub forma pulcherrimi juvenis, ſertum ipſi offerentis* 729. a *& S. Bernardum* 730. f *Quæ apparens revelat ſtatum duorum mortuorum* 734. d *Apparitio Martyrum Goreomienſium Matthæ Thorano* 823. e *Item alia Matthiæ Eſtio* 824. a

Aqua *in vinum converſa* 141. b c 108. d 293. a b 302. a

Arianos, *garrientes contra orthodoxos, quomodo exceperit S. Siſoes* 283. b

Aſperitas *vitæ S. Iſaiæ Prophetæ* 251. b

Aſperitas *vitæ a S. Davorca adhibita* 293. c f

Aſpera *vita S. Landradæ* 626. a b

Atrocitas *nova Bertulfi in conjugem ſuam S. Godelevam* 425. c

Ave *Maria unum nocte tota in extaſi a B. Joanna recitatum* 728. f

Ave *Maria quindecies mille recitat B. Joanna, centeſimum quodque coronans Salve Regina, quando gratiam aliquam è cœlo petebat* 731. d *in profeſtis Mariæ recitabat mollius ſalutationem angelicam* 732. a

Aula *jubetur exire S. Eliſabetha, bonis ſuis ſpoliata juſſu Conjugis* 179. b 293. d

B

Baculus, *mulieris manui affixus, patrocinante S. Godeleva ſolutus* 433. d

Blando *ſermone S. Godeleva ſocrum ad rabiem uſque exaſperat* 420. e

Bona *fluxa S. Epiſtatus res mundanas eſſe docet* 541. c d e

Boni *aliquid dici ab aliis audiens S. Wilhelmus; tamquam de cœlo ad ſe miſſum excipit* 160. f

C

Cæci *ſanati* 37. a 57. f 58. a 59. a b c 82. f 83. b e 84. b 85. a 112. e 127. d e 128. a b 209. c 234. d 242. c d 143. f 144. a 145. f 146. a 188. f 194. b c f 195. f 196. a 345. c *Vide* Sanationes.

Calumnia *in S. Goarem a malevolis jactata, apud Ep. Trevirenſem ipſum accuſantibus & citantibus* 333. e & ſeqq.

Calumniatoris, *livido obtutu S. Bertam aſpicientis, oculi è capite prorumpunt* 52. *Calumniatores famelicos paſcit miraculoſe ſanctus Goar* 334. d *In crimen vocatus, illud glorioſe diluit, jubens infantem triduanum nominare ſuos parentes* 335. f 336. a

Canonizationem *ſuam efficaciſſime urget S. Procopius, apparens Innocentio III.* 146. c d

Cantus *Angelorum audiens a S. Dunſtano, Miſſam differente rogatu S. Edgari, dicentium* Kyrie eleiſon *novem vicibus: Deinde idem audivit:* Ite Miſſa eſt, *& reſpondentium:* Deo gratias 660. e

Captivi *liberati* 60. a b 196. c d 343. b *Vide* Miracula.

Carnibus *veſci renuunt feria ſexta Martyres Goreomienſes, tametſi præ inedia pene deficientes* 767. a 776. a

Caſtitatis *conſervandæ media a S. Wiberada S. Udalrico puero tradita* 75. f *Caſtitatem mentis & corporis B. Dorotheæ oſtendit lilium, poſt ejus mortem in ore ejus exortum* 528. a *Ejus cultor eximius B. Godefridus Dunensis* 817. c

Catecheſi *parvulos inſtituit B. Nicolaus Poppelius methodo aliis Catecheſtis imitanda* 816. a

Charitas *in Deum S. Eliſabethæ* 205. f *In proximum probata* 206. b *Fraterna exemplum in S. Siſoe* 283. d *Illam ſpirat B. Nicolaus Picus* 806. c

Chriſti *divinitatem defendit S. Tranquillinus* 165. f & ſeqq.

Cilicium *ſemel induta B. Joanna, illud uſque ad vitæ finem retinuit* 729. f

Claudi *ſanati* 82. c 83. b c d e 84. c 122. f 130. a b 134. b 158. a 168. f 199. c 239. c *Vide* Sanationes.

Clerum *reformandi zelo ardet S. Felix ep.* 474. a

Cœnobiorum *ac virginum cura uxori Elfridæ commendata a Rege Angliæ Edgaro* 663. d

Cogitatione *turpi per triduum agitatur S. Aſtion, injuſſu S. Epicteti ad hauriendam aquam egreſſus* 544. a b *quam manſueſcendo & orando ſuperat* ibid. c

Colloquium *frequens B. Angelæ Bohemicæ* 358. b

Concionator *intrepidus B. Leonardus Vecchelius* 814. b

Concordia *ſumma inter Paſtores Goreomienſes Martyres atque inter Religioſos* 817. a

Concurſus *populi ad reliquias Sanctorum* 232. c e

Confeſſio *crebra peccatorum a S. Eliſabetha adhibita* 181. b

Confirmat *in fide milites neo-Chriſtianos S. Procopius* 567. f

Confitetur *Chriſtum S. Tranquillinus ante baptiſmum, lacrymas effundens ex Sanctis, qui aſſtabant* 264. d a *& denuo ipſum confitetur coram præfecto* 266. c d

Congregationes *ſeu confraternitates in honorem Sanctorum* 92. c f

Conjugatos *quid decent, exponit S. Godeleva* 425. a

Conſolatur *ſuos, ab impiis crucidandus, S. Agiolfus* 721. d

Conſtantia *mirabilis S. Godelevæ inter ſtupendas atrocitates, omnium virtutum donibus ornatiſſimæ* 426. b

Conſtantia *Sanctorum in adverſis* 108. c d e

Contemptum *ſui docet S. Siſoes* 281. f 282. a

Contumeliis *gravioſſimis appetita S. Godeleva miram præfert patientiam* 412. f & ſeqq. *Orans pro perſequentibus ſe* 423. f *quos fruſtra reducere conatur ad frugem* 424. a

Converſatio *placida inter ſuos B. Nicolai Pici* 804. f

Converſio *ad Chriſtum ex viſu mirabilium* 20. f *Juvenis ob bona monaſterii Hirſaugienſis injuſte uſurpata, punitis* 164. a *Converſi ad Chriſtum & martyrio affecti, viſo S. Aſtio Ep. in cruce pendente* 457. c *Converſus a S. Sebaſtiano S. Nicoſtratus* 462. c *Idololatra a S. Wulfilaico, in columna ſtylitam agente* 480. a. *Neavia ad Chriſtum, Paulina ſimilis* 559. e & ſeqq. *Convertitur a S. Kiliano Dux Franconiæ cum populo* 613. c. *S. Audax, viſa S. Anatholia a ſerpente, quocum in culeo incluſa erat, illeſa* 680. c. *Manichæus a B. Joanna* 730. c

Corona *regia a S. Dunſtano prohibita geſtari per ſeptennium Regi Angliæ Edgaro, in pœnam lapſus, item injuncta jejunia, eleemoſynæ &c.* 266. d

Corpus *S. Bertæ miraculis illuſtratum* 55. f 56. a *S. Udalrici ſuaviter redolens* 121. a *S. Edgari Regis Angliæ incorruptum* 158. c *S. Eliſabethæ tabe ac ſane manans, ſuavem ſpirans odorem ſeptem dierum itinere in ſummo æſtu Conimbricam delatum* 192. f. *Item poſtea per* 276. *annos* 208. c f 212. e 193. e *S. Stephani Martyris plurimas operans curationes* 220. *S. Valerii Ep. mirabiliter inventum integrum ac redolens* 227. e *SS. Bertarii & Atalani fruſtra transferri tentata* 321. a

S. Tri-

S. Triphonem mirabiliter inventum 234. a & ſeqq. *ab hominibus loco moveri non poteſt, ſed a ventis* 333. a, b. *S. Apollonii capite, brachio cum lacerto mutilatum, vivido ſanguine manans, quaſi de tanta injuria Sanctio conquerente* 456. c *S. Pauli Novi M. poſt* 122. *annos incorruptum* 633. f 634. a. *S. Edgari Regis Angliæ temeratum, ſanguinem undatim emiſit* 659. f *& temeratori morte punitus* ibid.

Cruciatus *variis Martyribus Gorcomienſibus illati* 767. e, *& contumelia* 768. a. *Cruciatus pene ad mortem B. Nicolaus Poppelius* 760. c. *Cruciatus barbari illati B. Nicolao Pico* 770. e

Cultus *Imaginum ſanguine defunſus monachorum Abramitarum* 659. d. *Solemnis S. Gudelevæ Ghiſtellæ* 373. c & ſeqq. *modernus incredibili concurſu frequentatus* 381. f. *Reliquiarum Gandavi maximo etiam concurſu* 387. a *& alibi* ibid. c d & ſeqq.

Curationis *modus mulieri manifeſtatus a S. Procopio, ei apparente* 145. e, f

Cuſtodiam *linguæ docet S. Siſoes* 281. e. *Oculorum mira S. Darercæ* 293. a 306. d

Cryptam *prohibetur facere S. Udalricus propter oſſa Sanctorum ibid. ſepulta* 111. f

D

Dæmones *ſæva avare cogit S. Procopius* 137. f *præſentiam ejus ferre nequeunt* 142. a

Dæmoniaci *liberati* 83. f 84. d e f 128. c d e 129. a b. 53. d f 56. a 132. f 133. b c 134. b 142. b 147. e 196. d e f 300. d e 339. d 540. f *Vide* Sanationes.

Dæmoniacus, *occulta monachorum commiſſa Abbati revelat* 133. b

Dæmonis *inſultibus exercetur B. Joanna* 732. e

Defendere *ſe nitenti cuncta interfectores S. Rotlando, ſuadet S. Bertarius, ut potius patienter mortem extipiat* 319. c

Defenſor *Bohemiæ S. Procopius contra Cumanos & Tartaros viſibilis apparet* 137. d

Deipara. *Vide* Ave Maria, Maria, Sanationes.

Deliberat *S. Eliſabeth, an velit fieri monialis* 188. a

Demiſſio *animi in S. Eliſabetha* 707. b. *& in S. Siſoe* 281. e 282. d f *In B. Leonardo Vecchelio cum ſumma eloquentia conjuncta* 815. c

Deſiderium *ingens patiendi pro fide Catholica in B. Nicolao Pico* 775. f

Deſperatione *laborans luſor ob omiſſam pecuniam, excitatæ punitus, meritis B. Dunwazati viſui & frugi redditus* 528. e

Diœceſi *ſuæ reformandæ intendit S. Odo Ep.* 523. c

Direptio *meditata monaſterii S. Moduennæ in direptorem ipſum retorta* 301. c d

Diſciplinæ *religioſa ſeverus cuſtos B. Nicolaus Picus* 805. e

Diſcipulos *accurate informat in via Domini S. Willibaldus* 511. e

Diſcordiæ *filii ac nepotis mederi meditatur S. Eliſabeth* 191. e *Inter filios Caroli Magni Imperat. compoſitæ* 342. d e. Vide Pax.

Divina *in altari peragit S. Diſibodus Ep. a tempore, quo ſede ſua pulſus fuerat, uſque ad mortem, non more Antiſtitum, ſed pauperum ſacerdotum* 593. b

Domeſticos *ac ſubditos ſtudioſiſſime curat S. Udalricus* 102. a

E

Ecclesia. *Catholica fidelium mater* 542. f. *Cujus decorem S. Epiſtetus proponit S. Aſtioni* 542. a *Eas ſedulo confecrat S. Udalricus* 105. f 106. a b *S. Joannis Bapt. ædificata a S. Udalrico cum quinque altaribus* 115. e *Plures a S. Moduenna condite narrantur* 307. f 308. a 309. e *Eccleſiæ Goarianæ ædificationem approbat Deus, pluviis ſuper locum non cadentibus* 338. c d *Eccleſiæ ædificationi ſuis manibus allaborat S. Landrada* 626. d

Educatio *pia S. Bertæ* 50. a *S. Diſibodi* 588. e

Eleemoſyna. *Profuſa earum largitio* 291. e *Miraculo compenſata* ibid. & 302. d e 314. f *quod quis negans, punitus narratur morte, deinde rurſum vitæ redditus* ibid. *eas, ſibi datas, expendit S. Moduenna in pauperes, viduas, peregrinas, pupillas* 307. b *Impendit illas S. Udalricus Ep. pro requie animarum Adalberonis, nepotis ſui & Ottonis Imperatoris* 118. e *Addictiſſimus illis S. Angelelmus Ep.* 520. f *Iis ſuccurrit S. Eliſabetha verecundis familiis* 182. a *& puellis periclitantibus ob inopiam* b; *nec non publicis ædificiis* ibid.

Epiſcopatum *Cantuarienſem recuſat S. Odo, quia nondum erat monachus* 70. a *Talis factus, eum admiſit* ibid. e *Epiſcopatum Auguſtanum recuſans Werenharius, in morbum incidit, ex quo obiit* 124. e *Trevirenſem ſibi oblatum conſtantiſſime recuſat S. Goar* 336. e

Epularum *delicias contemnit S. Wilhelmus* 157. c

Eremus *maximi fit a S. Siſoe* 283. b

Euchariſtia. *Adverſarii ejus, aſſerentes panem & vinum ibi eſſe, duplici inſigni miraculo convicti* 70. e f *Sacramentum hoc quando recipiebat S. Eliſabetha* 181. f *Ejus veritatem morte ſua teſtari vult B. Nicolaus Poppelius* 769. b *Eam ad ſudorem uſque propugnant tres e Martyribus Gorcomienſibus* 785. d *De veritate ejus ad concionem dicit B. Nicolaus Picus* 806. f *tempore Geuſiorum ſedulus ejus cuſtos B. Nicolaus Poppelius* 816. d

Exilio *mulctatur S. Dunſtanus, quia Regem Angliæ Edwium a libidine conabatur abſtrahere* 71. d *Exilium illud, juſſis S. Edgarus publice nullum declarari* 661. c

Exercitia *pietatis S. Eliſabethæ Reginæ, quotidie recitare horas canonicas, Officium Virginis ac Defunctorum* 181. b *Exercitia pietatis ante prandium a S. Eliſabetha cum domeſticis obiri ſolita* 188. e *Veſpertina* 189. b *nocturna* c

Exemplo *viſo S. Gervaſii M. unus ex ejus interfectoribus ad frugem converſus* 315. b

Exemplo *mulierum* 12. *pro Chriſto dura patientium, commota, amplectitur fidem Chriſtianam S. Theodoſia, S. Procopii mater* 570. a b *ſpernit tyrannum* c; *cæditur ac torquetur* 571. d *denique fit martyr* e

Extaſim *patitur B. Joanna in recitatione ſalutationis angelicæ* 732. b

Exul *ſede & patria propter virtutem S. Diſibodus* 589. b

F

Fama *& exiſtimatio ſanctitatis S. Eliſabethæ* 207. c

Famelicis *alimenta cœlitus obtinet S. Moduenna* 307. c

Famis *tempore reſpondet S. Eliſabeth, monita, ut ſibi ex profuſis eleemoſynis proſpiceret, malle ſe fame perire, quam extreme famelicis non ſuccurrere* 191. c

Feminarum *conſortium fugiendum docet S. Siſoes* 281. d

Feras *vincit S. Cyriacus* 277. d

Fides

Fidei *Christiana mysteria S. Aftionis parentes docentur* 549. a & seqq.
Fidem *Catholicam constanter tuendam in concione dicit B. Nicolaus Picus* 807. 2. *Fides S. Elisabethæ* 205. c; *vera per operationem virtutum* d, e
Fiducia *S. Sifois in Deum* 282. a, & *de misericordia Dei* ibid. f
Flos *seu floris furculus ad Martyrum Gorcomiense sepulcrum mirabiliter exortus & multiplicatus* 793. d & seqq.
Fluvium, *ob exundantes aquas transitu difficillimum, sine incommodo transit S. Udalricus* 115. e
Formæ *timens puella, a S. Moduenna deformata* 298. e
Fortitudo *S. Odonis, primogenituræ hereditate privati, quia Christiana sacra frequentabat* 67. f
Fragrantia *corporum sanctorum* 121. a, 192. f, 193. d, e, 208. e, f, 227. f, 330. a, b, 256. f. 317. a, 497. b. *Vide* Corpus.
Frugi *reddit S. Elisabetha suum nepotem* 204. e
Frumentum *multiplicat S. Wilhelmus* 159. f
Fuci *& phalaucia expers B. Nicolaus Picus* 804. e
Fugati *Saraceni precibus B. Angelæ Bohemicæ* 358. e
Fugere *hæreticos imminentes recusat B. Nicolaus Picus ob bonum publicum* 755.
Fundationes *piæ ab Henrico, S. Udalrici successore institutæ* 124. a, b
Fures *visione Dei territi, ad invocationem S. Procopii ablata restituunt* 145. d. *Item alteri ablata a fure restituta ex prædictione ejusdem Sancti invocati* e. *Vide* Pœna.
Furto *ablatum piscem sibi appositum gustare renuit S. Wilhelmus, quamvis esuriens* 159. b

G

Gentilium *deos refutat S. Tranquillinus* 265. b, & seqq.
Gloriæ *contemptor S. Sifoes* 282. c. *Gloriam Dei spirat B. Nicolaus Picus* 806. a
Gratias *agit Deo S. Elisabeth, quod viderit longam seriem Regum & Reginarum familiæ suæ* 189. c. & seqq. *Eas Deo agendas contendit S. Tranquillinus* 265. e. *Gratia sermonis in B. Hieronymo Werdano* 808. f
Gregi *suo vigilanter intendit S. Felix* 473. c
Gulæ *fugam docet S. Sifoes* 281. f

H

Hæreticos *non satis inquiri queritur B. Hieronymus Werdanus* 808. e, f
Heroice *se gessit pro recuperatione Terræ sanctæ venerab. Petrus Eremita* 332. b
Hortatio *ad virtutem, ac peccatorum detestationem S. Grimbaldi in publico Londoniensi cœtu* 657. d, e. *S. Udalrici Ep. ad varias virtutes & ad usum frequentem Eucharistiæ* 106. c & seqq. *B. Joannæ ad recitationem salutationis angelicæ, suis apparentis* 734. c
Hospitalitas *S. Udalrici* 101. f, *S. Goaris* 332. c, 340. *Imperator Otto uno tantum pede calceatus, moræ impatiens præ amore, festinat suscipere S. Udalricum* 116. a, *& donis locupletatum dimittit* ibid. b. *Compensata, copia vini multis invitatis sufficiente,* 293. c. *Hospites excipiente B. Davanzato, vino deficiente, aqua in vinum conversa* 328. a
Hæmorrhagia *sanata* 85. b
Humilitas *S. Procopii, quærente Duce Udalrico, quis esset* 241. b. *Nicolai Pici Martyre digna* 805. a. *Vide* Demissio animi.

I

Iconoclastam *Constantinum Copronymum increpat S. Paulus Novus M. defendens cultum imaginum* 636. e, d & seqq. *Nasus ipsi præcisitur* 637. b
Idola *confringit S. Procopius* 361. a, 367. d, e, *ostendit idem Sanctus ea non esse deos* 373. f. *Vide* Imagines.
Jejunia. *Triduano S. Berta Deum poscit, ut locum ostendat, ubi condi posset monasterium* 50. f. *Frequentissima S. Elisabethæ* 181. c, *etiam in pane & aqua* ibid. d, *rigida S. Procopii Lectoris M.* 556. b. *Non ea intermittit S. Landrada vel morti proxima* 626. f. *Rigidissima B. Joannæ* 732. b
Jesum *infantulum conspicit B. Joanna* 732. f
Ignorantes *in fide instruit S. Wilhelmus* 160. c
Imagines. *Earum causa dira passus S. Paulus Novus M.* 632. b, *carceres* 636. f, *amputationem nasi* 637. b, *picem & sulfur* d. *Eruuntur ipsi oculi; per forum trahitur, & mortem subit* 638. c. *Imaginum cultus a monachis Abramitis martyrio propugnatus* 650. b
Imitator *S. Simeonis Stylitæ S. Hugo Peregrinus* 448. a
Impudicus. *Vide* pœna.
Incorruptio *vestimentorum & librorum, earnibus SS. Kiliani & Sociorum consumptis* 613. f, 614. a
Inhospitalitas *erga Sanctos punita* 693. c, d
Injuriam *ex aliarum mulierum amoribus sibi a marito illatam mira patientia perfert S. Elisabetha* 203. a
Inobedientia *monialis punita* 115. d
Inventio *mirabilis corporis sancti Kiliani & soc. pueris sacerdotem Atalongum urgentibus* 618. c, d, e
Invocata *S. Dorotea, arbor excisa, nulla arte mobilis, ab Angelis alio delata* 296. d
Judæus *ope S. Dominis sanatam & fidem obtinet* 226. d
Judicasse *unquam aliquem hominem fertur S. Sifoes* 281. a
Judicia *Dei abyssus multa* 164. b. *Judicium Dei terribile in parocho Maasdamensi, spe vitæ fidem abnegante, & tamen suspenso* 812. *Item in alio* ibid. c, d & seqq.

L

Laboribus *continuis B. Nicolaus Poppelius Servuli nomen adeptus* 815. e
Lac *fluxit e corpore S. Cyrillæ seu Cyrillæ* 224. f
Lacrymæ. *Earum donum in B. Joanna* 731. d. *Illis S. Copres ab apostasia ad fidem conversus* 699. a
Laicorum *conversorum disciplina sub S. Wilhelmo* 162. a
Lampas *in memoriam S. Goaris, divino lumine accensa* 344. c, 345. a
Lapso *Edgaro Regi S. Dunstanus manum dare recusat & graviter ipsum increpat* 662. c
Lavat *pedes suorum S. Udalricus exemplo Domini* 103. e
Lauream *theologicam negligit B. Leonardus Vechelius, ne suas oves inter hæreticos periculo exponat* 815. a
Lauri *folia, corpori S. Valerii substrata, multis agris salutifera* 227. f
Libellos *afecticos e Latinis Flandricos facit ac discipulis suis distribuit B. Nicasius Hezius* 809.
Liberationes. *Captivi, implorantis opem S. Bertæ* 60. a. *Arreptitiæ* 134. b. *Languidi* ibid. c. *Mulierum a dæmonio muto* ibid. d. *Cæcorum & dæmoniacarum* ibid. *Ludovici Saltatoris e captivitate ope S. Udalrici* 135. d. *Mulieris fere submersæ, ope S. Godelevæ* 440. c. *Periculo*

riculo abortus f. *Acu, quam deglutiverat* ibid. *Puellæ a morbo comitiali* 445. c. *Juvenis doloribus gutturis* ibid. *Furit* 145. c, d. *Mulieris a cippo; alterius a caciitate & morbo, ſigno Crucis* 145. f. *Puellæ ab immunde Spiritu* 650. *Mulieris a dæmone* 694. f. *Vide* Dæmoniaci, Miracula, Sanationes.

Lignum *aridum, viriditatem induit, quando illud terræ infixerat S. Atalenus, volens potius occidi, quam contra occiſores illo ſe defendere* 319. d. *Remedium languidis, capite & dentibus laborantibus* 321. b

Limina *Apoſtolorum a ſucceſſore S. Udalrici reſpiſcente, viſitata* 123. f, 124. c. *Eadem inviſit S. Udalricus Ep.* 123. a, 115. f

Litteras *promovet in Anglia S. Grimbaldus* 657.

Loca *ſacra ſumma cum reverentia inviſit S. Willibaldus* 584. d, e, f

Locus *martyrii S. Agilolfi diu viridis permanſit & lumine illuſtratus* 715. b, 725. d

M

Maceratio *corporis, Illud duriſſime tractavit S. Procopius Lector M.* 556. b. *Catenula ferrea cingit ſe B. Joanna* 729. f. *Vide* Jejunium,

Magnitudo *animi S. Godelevæ graviſſimis a marito injuriis affectæ* 411. c

Manſuetudo *mirabilis S. Leonardi Vecchelii inter calumnias* 781.

Manus *ſanatæ* 57. b, 84. a, 129. f, 130. a, 194. a, b, 196. f, 197. a, 198. a, b, 199. f, 200. a. *Vide* Sanationes.

Mariæ *in cœlos aſſumptio a Bertranno ubique prædicata* 3. a. *Multa ipſi ab Virgine revelata* ibid. *Mariæ cultus in B. Joanna* 732. a. *Ejus prærogativas ad concionem egregie vocat B. Leonardus Vecchelius* 778. e. *Vide* Ave Maria.

Martyrium. *Deſiderio ejus æſtuat B. Joannes ab Oiſterwica* 818. c. *Illud ex apparitione prænoſcit S. Cyrillus* 683. c. *Martyrum Gorcomienſium elogia* 804. & ſeqq.

Minas *tyrannorum contemnit S. Tranquillinus* 366. d. *Minis mortis non terretur B. Nicolaus Picus, ad ſuſpendium generoſe ſe offerens* 778. c

Miniſtelli *a BB. Leonardo Vecchelio, & Nicolao Pico confuſi* 793. f. *Eos argute confundit B. Leonardus Vecchelius* 814. a

Mirabilia & miracula. *Morſibus ſerpentum medetur S. Valentinus* 40. f. *Benedictione vinum mirabiliter multiplicat idem Sanctus* 42. a. *Vas vinarium in præcipiti lapſu ſervatum* 86. f. *Mutata aqua in piſcem narratur, in teſtimonium innocentiæ SS. Udalrici & Conradi* 87. c. *Fluvium exundantem ſiccus tranſit S. Udalricus* 115. a. *Glires meritis S. Udalrici a territorio, quod ſitum eſt inter Vindam & Lycum, exiſti* 134. f. *Terra ſepulcri ejus fugati* 435. a. *Calicis potu S. Procopii adoleſcens ad uſum mentis reductus* 147. f. *Dolium vino crediti repletum a S. Wilhelmo* 159. d. *Martyres ab igne illæſi* 220. c. *Muta, oratione & ſignis S. Sebaſtiani, converſa loquelam accipit* ibid. c, d. *Carbones ardentes diu tenet in manu S. Cyrilla ſeu Cyrilla, ne, ſi eos excuſſiſſet, videretur ibus adoleviſſe idolis* 224. *Impudicas manus evaſit S. Agnes M. ope Angeli* 228. c. *Precibus S. Dominicæ ſeu Cyriacæ idola delapſa* 270. c. *Ignis extinctus, illæſa S. Cyriaca M.* 270. f, 276. b, 278. *Fluvius detumeſcit annitente S. Darerca* 291. d. *Aquarum penuriam precibus ſupplet* 291. f. *Aqua in vinum converſa, benedictione ipſius* 293. b. *Lapis ad ſublevandam S. Darercæ pauperiatem ex joco datus, in ſalem converſus* 294. b, 305. b. *Aqua in vinum converſa* 296. c. *Lupus, vitulum devorans, narratur ductus ad S. Moduennam percuſſione baculi ejus* 301. a. *Benedictione S. Moduennæ aqua in vinum mutata* 302. a. *Columna, nullis machinis loco mobilis, S. Moduennæ meritis, angelorum miniſterio alio devecta creditur* 311. c. *Aqua è fonte S. Moduennæ hauſta, in cereviſiam converſa* 311. f. *Miracula varia in dedicatione eccleſiæ S. Gervaſii M.* 315. c. *Corpus S. Goaris humili veneratione loco movetur, quod prius haud poterat* 338. a, b. *Captivus liberatus* 343. b. *Sanguis S. Godelevæ in candidum lapidem verſus* 391. e, f. *Cui infixus ab incredulo ſacerdote ſtylus ferreus, ſanguinem inde elicit* 392. a. *farinæ multiplicato in ſepultura S. Godelevæ* 412. d. *Farina poſt mortem ejuſdem Sanctæ miraculo multiplicata* 432. c. *Illuminata Hildegardis, uxor Athonis, Marchionis Cauſſi in Regienſi agro, ope S. Apollonii* 456. e. *Ignis incendio illæſa reliquiæ S. Wulfilaici* 480. c. *Cæleſti luce radiat S. Procopius M.* 566. b. *Libri ac veſtimenta cum S. Kiliano & Soc. humata, reperiuntur poſt annos plurimos illæſa* 608. c, d. *Ignes inter illæſus S. Cyrillus Ep.* 687. d. *Illæſus ab igne S. Paternuthius cum ſociis* 699. b. *Igne in medio ambulat S. Alexander* 709. d. *Miranda nonnulla in translatione S. Eliſabethæ anno* 1697. 850. c

Miſericordia *erga pauperes* 101. f, 103. a, d, 119. f, 120. a, 157. f, 159. c, 160. d, e, 164. d, e, 166. a, b, 181. e, 187. d, 191. a, b, c, 195. c, d, 291. d, e. *Eam S. Godeleva extollit apud ſuum patrem* 414. c, 415. f. *Quem ad illam inducit* ibid. d. *Fertur miraculo comprobata* 414. c. *Plevaque fercula ad pauperes defert* 415. *atque ideirco objurgatur* 416. a. *Pauperum & ſuam cauſam modeſte defendit* b, c. *Opiparis ferculis divinitus ſuppeditatis* 416. d. *Modicam panis portiunculam cum pauperibus dividit* 420. a, b. *Quæ a ſocru, id agre ferente, miſere diminuta* ibid. b 419. c

Miſſam *ob debilitatem virium facere impotens, quotidie eamdem audit S. Udalricus* 118. f. *Eam quotidie facit S. Udalricus, tametſi corpore valde debilis* 188. c. *Pro requie animæ S. Udalrici celebrata* 120. c. *Hanc ipſe non negligit, deſperatiſſima valetudine ac debiliſſimo corpore, divinitus ad hoc præmonitus* 120. c. *Miſſa pro anima S. Udalrici in die ſepulturæ a S. Wolfgango dicta* 120. c. *Quotidie eam audit S. Eliſabetha Regina magna cum reverentia* 181. c. *Indies celebrat S. Goar* 233. c. *Miſſæ auditionem S. Godelevæ volucres impedientes, ab ea narrantur miraculoſe in horreum compulſæ* 421. f. *Nec poſtea abire auſæ, niſi ipſa conſentiente* 422. a, *Miſſam celebrante S. Felice Ep. flamma de cœlo ſuper caput ipſius vitilans deſcendit, in qua Chriſti manus a Sancto viſa perhibetur* 510. b

Modeſtia *animi in S. Sexburga cum majeſtate conjuncta* 339. f

Modeſtia *hilaritate temperata B. Nicolai Pici* 805. b

Monachi *ſecundum prædilectionem S. Procopii ſuo monaſterio reſtituti* 144. d. *Paterna benevolentia monachos proſequitur S. Edgarus Rex Angliæ* 664. c

Monaſterium, monaſticus. *Monaſteria a S. Wilhelmo condita* 153. & ſeqq. *Multa ædificata ab eodem Sancto* 161. d, *alia reſtaurata* ibid. *Hirſau.*

A *ſaugienſis defenſorem ſe oſtendit S. Wilhelmus, poſt mortem apparens* 163. d. *Alterius cura ædificari cœptum, S. Eliſabetha perficit, moniales recipiens ſub ſua tutela* 182. e, d. *Aliud libitus diſturbatum rurſum ædificat, jacto per ſe primo lapide, & acceſſitis aliunde monialibus S. Claræ* d, e, f. *Plurima reſtaurata & conſtituta ab Edgaro Rege Angliæ* 662. f. *Monaſterium mulierum condit S. Udalricus* 115. e. *Monaſticam veſtem & regulam amplexus S. Udalricus* 116. b. *Monaſtica diſciplina a S. Edgaro, Rege Angliæ egregie reſtituta* 663. d. *Monaſticam regulam ſequitur S. Udalricus, indutus laneo indumento* 101. c. *Monaſticam vitam ſub regula S. Benedicti, relicto epiſcopatu, S. Udalricus profiteri volens, a ſynodo Ingelbermenſi impeditur* 116. f, 117. b, c. *Monaſtici ordinis reſtaurator S. Wilhelmus Hirſaugienſis* 153. b. *Monialibus in triclinio inſervit S. Eliſabetha* 188. b, 204. e. *Frequens cum iiſdem verſatur* c. *Quænam exercitia pietatis cum illis obierit* d

B Monita *ſalutaria ſuis dat S. Wilhelmus ante obitum* 162. e. *Ea ſuis data ante mortem a B. Joanna* 733. d

Monitu *cæleſti petit Hieroſolymam B. Aagela Bohemica, ſcripta ad patrem epiſtola* 356. g

Morbi *miraculoſe curati* 37. d, e, 59. f, 68. e, d 85. e, 126. b, c, 128. f, 130. c, d, 134. c, 142. c, 145. a, 195. c, 198. b, 200, e, 240. c, d, e, f. *Vide* Sanationes.

Mores *emendare ſatagit S. Udalricus, viſitans ſuam diœceſim* 104. d

Mors *S. Eliſabethæ orantis* 192. b. *Placide exſpectata a S. Udalrico* 120. d, e, f. *Nepotis ſui Adalberonis mortem reſcit, priuſquam intelligere ea ea, quæ nuntiatum venerat* 227. d, e

Mortis *ſuæ præſcii multi Sancti* 243. e, 307. f, 326. f. *Minis ejus non terrentur B. Nicolaus Picus & B. Leonardus Vecchelius* 762. c, d. *Mortis præſcius S. Procopius, ſuis eventura prænuntiat* 243. c

Mortui *ſuſcitati* 37. b, e, 86. d, e, 294. e, 304. d, e. *Puer ad vitam revocatus a S. Siſoe* 282. e. *Precibus S. Agnetis M.* 228. e. *Filia & puer* 305. e. *Talis ab omnibus habitus, ex ſubmerſione, ob negligentiam domini ſui inviſitanda, dum tranſiret, æde ſacra S. Goaris, punitus, ope ejuſdem Sancti ſibi redditus* 343. f, & ſeqq.

C Mulier *fortis S. Godeleva* 428. f. *Mala, ſæviſſima beſtia* 617. a. *Mulieres duodecim dire cruciatæ pro fide* 569. e, f

Mundi *delicias contemnit S. Godeleva* 407. b

Munificentia *S. Eliſabethæ in caritate annonæ* 204. e

Muti *ſanati* 55. c, 60. b, c, e, 82. f, 83. a, e, 84. b, c, 126. e, 128. a, 129. b, 134. c, d, 200. c, f, 239. b, 259. f, 260. a. *Vide* Sanationes.

Myſterium *Reſurrectionis feſto Paſchæ contemplatur B. Joanna* 733. a

N

NAſcente *S. Edgaro vox a S. Dunſtano audita de cælo, Anglice dicens*: Pax Angliæ, quamdiu puer iſte regnabit, & Dunſtanus noſter vixerit 660. e

Naufragio *præſentiſſimo eripitur S. Udalricus* 115. b

Navis *vices ſupplente terra, S. Moduenna in Angliam delata* 301. e

Nocturno *tempore verſatur in contemplationibus & orationibus S. Eliſabetha* 189. c

Notitia *abſconditorum in Sanctis* 217. d, 218. e, 159. a, b

Numerus *Martyrum novendecim Gorcomienſium myſtice deſcriptus* 820. c, d

Nuptias *fugit, in ſpeluncam ſe abdens S. Valentinus* 41. b. *Illicitas Franconiæ Dux, a S. Kiliano monitus, ob amorem Dei generoſe diſſolvit* 613 d, e. *Ideo Sanctus cum ſociis ab illicita Ducis conjuge occiditur* f

O

OBedientia. *Cæcam vult S. Siſoes* 281. f. *Obedientiæ fructus* 309. b. *B. Joanna juſſu Confeſſarii longas preces & auſteritates intermittit* 732. b. *Prompta B. Cornelii Wicani* 810. f

Oblata *donaria ad ſepulcrum S. Udalrici pro ſoſpitate filii Ducis Bohemiæ* 228. f

Oblivionem *injuriarum docet S. Siſoes* 281. c

Obſeſſa, *per B. Davangatum adjurata, dæmonio liberatur* 529. a. b. *Vide* Dæmoniaci.

Obtreſtantes *crudeliſſime marito ſuo increpat S. Godeleva* 393. b

Occiſus *vitulus reſtitutus, vel idem vel ſimilis* 293. b

Occulta *nuntiat S. Udalricus de S. Conrado* 118. b

Oculi *ſanati* 58. f, 114. c, d, 201. a. *Vide* Sanationes.

Odia *placat ſubditorum regni ſui S. Eliſabetha* 178. b

Odor *en aperta S. Procopii tumba* 146. d. *In reliquiarum inventione SS. Dulciſſimi, Cariſſimi atque Creſcentii* 256. f. *Poſt mortem S. Diſibodi Ep.* 594. a. *Ad inventionem corporum SS. Kiliani et Soc.* 604. b

Officia *eccleſiaſtica in honorem Sanctorum* 93. e, f. 94. a

Officia *viliſſima, quibus deputatur, S. Godeleva conjungit cum mirabili patientia* 421. e. *Officiis variis fungitur S. Willibaldus in Monte Caſſino* 509. e

Opera *miſericordiæ ſpiritualia & corporalia exercet S. Wilhelmus Hirſaugienſis* 161. a, b. *Miſericordiæ & charitatis S. Eliſabetha* 183. e, f. *Opera nova conſtrui jubet* 187. a. *Charitatis* 188. f. *et miſericordiæ* 189. b. *Charitatis tempore famis* 191. a, b, 204. e.

Oratio. *S. Gervaſius M. orat pro ſuis interfectoribus* 315. b. *Oratio continua B. Joannæ* 731. d. *Oratio perquam pathetica S. Edgari Regis Angliæ pro reductione monachorum in locum clericorum, diſſolute viventium* 663. f. & ſeqq. *recitari ſolita a B. Joanna* 731. f. *B. Nicolai Pici, ſuos ad ſubeundam pro fide mortem adhortantis, quando poſt atrociſſima tormenta ad ſe reverſus fuerat* 772. a, b. *Oratio continua B. Wilhadi Dani* 810 c. *Vide* Preces.

Orexim *rabidam abſtinentia frenat S. Procopius* 137. b

Oſſa *Sanctorum. Vide* Crypta.

Otii *oſor S. Udalricus* 102. b

Otto *ejuſque filius annitente S. Udalrico conciliati* 110. c

Ornatus *eccleſiæ munificentiſſime a S. Angelelmo Ep. per totam diœceſim promotus* 520. c, d

Ovis *a lupo rapta, ruſtico reddita per S. Enſavium* 693. f

P

PÆdotrophii *curam ſuſcipit S. Eliſabetha* 183 a. *Ditat* ibid. d, *ac bonis legibus temperat* c

Panes *multiplicati, diſtribuente eos S. Wilhelmo* 157. f

Papæ *renuntiare juſſus, mavult mori B. Nicolaus Picus* 807. f

Paralytici *ſanati* 55. d, f, 58. c, d, 85. a, 87. a, b, 158.

A 158.a,b, 197.f, 198.a, 200.e. *Vide* Sanationes.
Paſcha *piiſſime celebratum a S. Udalrico* 103.f & ſeqq.
Paſſio *Domini a S. Udalrico propoſita populo ad fletum uſque* 203.b
Paſſus *plurima S. Diſibodus Ep. vitiis ſe opponens* 589. e
Paſtorem *oves deſerere haud poſſe in hæreticorum rabie oſtendit B. Leonardus Vecchelius* 814. e
Pater *noſter eſt Deus, carnali præſtantior* 50.a,b
Pater *S. Eliſabetha bene precatur filiæ ſuæ, ad nuptias in Luſitaniam diſcedenti* 175. f
Patientia *S. Eliſabethæ in perferendis lubricis amoribus ſui mariti* 177.f. *Cujus exemplo ad frugem ille reducitur*, ibid. *Filios & filias ex concubinis natas materna benignitate complectitur* 178.a, 203.a. *Aula & bonis a Marito proſcribitur* 179 f. *Revocatur* 180.b. *Patientia mirabilis S. Godeleve* 410. *Deſeritur a marito* 404. d. *Servi injuriis traditur* f, *Modico pane & aqua vivit* 405.a,d. *Nec patitur barbara vivo quemquam detrahere* 406.f, *a famulis occiſa* 408.e. *Patientiæ prærogativas S. Agilolfus ſuis proponit ante mortem* 721.e. *Patientia captivorum Gorcomienſium ad ludibria Geuſiorum* 761. f. *Patientia heroica B. Wilbadi, ad ſingula verbera, quibus immiſericorditer cædebatur, reſpondentis: Deo gratias* 773. b, *Idem reſpondet ad pugnos & alapas iterata* ibid.c
B Patronus *ſiſebiticis S. Domitius* 226.d
Pauperes, paupertas. *Pauperes* 12. *veſtit novis veſtibus S. Udalricus* 103.d. *Illis valde addictus idem Sanctus* 120.a,b. *Quibus veſtimenta tranſmittit ante mortem* ibid. b. *Tertiam partem rerum ſuarum presbyteris & pauperibus diſpenſari jubet* ibid. *Pauperes invitat ad piſces mirabiliter captos S. Wilhelmus* 159. e. *Sagum bifariam iis dividit* 160. a. *Dat leſtiſternium* e. *Eos viſitat* 161. a. *Miniſtrat ante dedicationem templi* 162. d. *Pauperum & hoſpitum curam urget, poſt mortem apparens* 164. e. *Pauperibus poſtquam omnia diſtribuit S. Albertus, fertur poſt paucas horas locum, quem vacuum reliquerat, pecuniis plenum invenisſe* 166. b. *Iis addicta S. Eliſabetha regina* 181.e. *Dat eis veſtimenta in hebdomada Sancta* ibid.f. *Mulierum pauperum pedes lavat in cœna Domini* ibid. *Obviam procedit cum ſuo filio pauperibus moniali-*
C *bus* 182. f. *Mira commiſeratio S. Godeleve* 410.f, 413.f & ſeqq. *Illos conſolatur* 424. d. *Stratum commodat B. Davangatus, ipſo humi recubans* 527.a. *Fabas & vinum diſtribui jubet, divinitus multiplicata* e, f. *Pauperibus bona diſtribuunt parentes S. Aſtionis Mart.* 551. d, *Paupertatis religioſæ obſervantiſſimus B. Nicolaus Picus* 806.a *Pauperibus paterne afficitur B. Leonardus Vecchelius* 812.a
Pax. *Otto ejuſque filius reconciliati* 110.c. *In nativitate S. Eliſabethæ conciliata pax inter patrem & avum* 173.f. *Inter maritum & filium, ſoluta obſidione Conimbricenſi* 180. e. *Inter conjugem & fratrem ejus* 178.b, 203.b. *Inter Reges Caſtellæ & Aragoniæ* 178.c,d,e
Periclitatus *ſuper glacieм mirabiliter ſervatur ad invocationem S. Goaris* 341.b
Pernox *S. Udalricus in Dei laudibus* 113.e
Perſonæ *nobiliſſimæ conſortium S. Moduennæ frequentant* 307.b
Pias *feminas & neptem ſuam collocat in monaſterio S. Eliſabethæ* 187.b,c
Piſcium *copiam auget S. Wilhelmus* 159. e. *Mi-*
D *raculoſe ſubminiſtrati ope S. Goaris* 340.a,b
Pluvia *impedita per triennium precibus S. Odonis, ne in templum reſtaurandum cum incommodo populi decideret* 71, a, b. *Prædicta & impetrata a B. Angela Bohemica* 358. d. *Non madefacit ſevetrum S. Wulfilaici* 480.f
Podagra & *chiragra ſanatur S. Tranquillinus, Chriſtum iterato ante baptiſmum confeſſus* 264.e
Pœna *Cancellarii, furto nummos auferentis* 42. *Inceſtuoſi a S. Udalrico prædicta* 87. c. *Werneri, Epiſcopi Argentinenſis ſubita morte puniti ob depredationem monaſterii Hirſaugienſis, quam annitente Henrico IV. Imp. meditabatur* 163.e. *Pœna epiſcopo præmuntiata a S. Triphomena ob temeratum ſuum tumulum* 337. a. *Et poſtea adimpleta* ibid, c. *Pœna Priſci Reguli* 696.b
Pœnitens *fratricida, ferro vinctus, in eccleſia S. Bertæ liberatus* 54.d,e,f
Pœnitentiam *ſeptem annorum, vel quantum neceſſe eſt, S. Goar vult aſſumere loco Epiſcopi lapſi* 336.b. *Pœnitentia mirabilis & converſio Ber-*
E *tulfi, conjugis & interfectoris S. Godeleve, ejuſdem Sanctæ meritis impetrata* 402.a, b. *Bertulfi, novo S. Godelevæ miraculo toto corde contriti* 434 *Poſt arctiſſimam pœnitentiam monachus ad S. Winnoci pie moritur* 435. a. *Pœnitentia memorabilis S. Edgaro, Regi Angliæ, a S. Dunſtano impoſita poſt lapſum* 662.d
Pontifici *Romano unice urgentur renuntiare ſeptem e Martyribus Gorcomienſibus* 792. f. *Vide* Papa.
Porcellum *occiſum & coctum vitæ reſtituiſſe narratur S. Moduenna* 299.c
Prædicandi *Evangelii cauſa S. Pantænus in Indiam profectus* 458.d, 459.e. *Prædicandi Evangelii facultatem petit a Sede Apoſtolica S. Kilianus* 615.d
Prædicti *S. Odo, in cathedra Cantuarienſi S. Dunſtanum ſibi fore ſucceſſorem* 71. f. *Prædicit S. Udalricus ſurditatem & cæcitatem, ſi imponantur ædem ædiculæ ſacræ* 111. e. *Eberhardo mortem* 113.b,e. *Suam mortem* 118.f. *Prædicit futura S. Dareræ* 291.a. *Referendum vitulum, a lupis raptum* 294. b. *Cæcitatem moniali* 295.a, 309 c. *Subulco porcos ſervatos S. Moduenna* 299.a. *Monialis mortem* 310.f. *Futuram ſuam gloriam*
F *S. Godeleva* 407. e. *S. Friardus mortem ſuam* 475.d. *Secuturas tribulationes S. Diſibodus Ep.* 593.d. *Ac ſuam mortem* 593. d, e. *Prædicitur S. Auremundus a S. Juniano futurus ejus ſucceſſor, & fames ceſſatura* 712. d, e. *Prædicta nonnulla a B. Nicaſio Heſio* 809.f
Præparatio *pia S. Grimbaldi ad mortem* 658.b
Prævidet *S. Aſtejus ſuum martyrium in ſomno* 284.c
Precibus *liberat hominem S. Valentinus, terra per triduum infeſſum* 41.f. *Latro cum equo ſiſtitur* 41, e. *Impetrat byſſepum S. Bertæ* 51.e, f & ſeqq. *Precibus S. Odonis parta victoria* 69.a, b, c. *Precandi ſtudium S. Udalrici* 101. e. *Precibus impetrat cognitionem ſepulturæ S. Afræ* 111. f. *Fugat picas, ſibi obſtrepentes S. Procopius* 137. f. *S. Dareræ ſubvenit famelicis* 294.a. *Eas S. Godeleva reddit ſuo marito, pro injuriis* 421. e. *Precationis ſtudioſiſſimus B. Davangatus* 527.d. *Preces poſcit S. Wolfgangus pro anima S. Udalrici* 120.f. *Precari in ſupplicatione deſiderans homo quidam, & fluvio impeditus, miraculoſe navi ad ſe deducta, fluvium tranſmittit* 142.a. *Precibus S. Procopii multa miracula facta* 143.c. *Precibus unmos S. Wilhelmus ob-*

ti-

A *timet in neceſſitate* 157.d, e. *Obtinet aquas S. Daverca* 291. f, *puellæ vitam reddit* 294. e *Aquas obtinet S. Moduenna* 302. f. *Impetratus S. Gervaſias* 314.c. *Impetrat plaviam S. Severas Ep.* 326. e. *Preces S. Severi Ep., odore honoratæ* 227. a. *Illis S. Godeleva animum mouit adverſus indigniſſimam ſocrus tractationem* 419. f. *B. Joanna panem multiplicat* 732. a. *Vide* Oratio.

Pretioſis *abſtinet in draviano officio S. Wilhelmus* 157.b

Promptus *ad omne Dei obſequium B. Nicolaus Picus, tameſſi valetudinis teuerâ* 805.d, e

Prophetiæ *ſpiritu donati Sancti* 101. c, 144. b, c, d, 292. a, b, 294. b, f, 295. a, 295.d, 299. a, 303. a, b, 731. e

Proſpera *& adverſa quomodo accipienda* 283.e

Providentiæ *divinæ ſe committit S. Godeleva, a ſuis neci deſtinata* 412.b

Prochotrophium *utriuſque ſexus fundat S. Eliſabetha* 187.d

Publicatio *cultus B. Joannæ mirabiliter Regienſi Epiſcopo indicatur peragenda* 734.f

B Puer *parvulus exiſtens S. Wulfilaicus mira in S. Martinum veneratione arſit* 479.e *Quam poſtea miraculum ſubſecutum fuit* f

Punitio. *Punitur amentia is, qui volebat depræ-dari poſſeſſiones S. Bertæ* 56.a. *Irreverentia in Sanctos* 59.f, 72.e, f, 73.a, b, 85.e, f, 86. a, 126. b, c, 127. b, 131. f, 132. a, b, 236. f, 237. a, b, c, 239. e, f, 291. e, 301. c, 339. e, f, 340. c, 342. e. *Laborantes diebus feſtis* 59. d, e, 129. f. *Mulier libidinoſa* 71. d *Epiſcopus Auguſtanus & opifices ob deſtructam capellam S. Udalrici* 85. f. *Prædatores civitatis Auguſtanæ* 109. c, d, e. *Maledici in S. Udalricum* 127. b. *Profanans feſtam S. Udalrici* 129. f. *Item panita mulier* ibid. *Poſſeſſores injuſti* 137.c. *Abbas Hirſaugienſis, defectus emendare negligens* 164. *Juvenis, bona monaſterii Hirſaugienſis iniuſte aſurpans* 164. a. *Impudicus, prope ad S. Agnetem M. accedere auſus* 228. e *Hilarianus Præſes* 270. e, 275. f. *Auferentes aliorum manipalos, tumore fluvii* 292.d. *Fures paniti* 76. b, 298. b. *SS. Bertarii & Ataleni interfectores, in ſuis poſteris* 322. e, f. *Allium rapientes* 303. d, e. *Contemptus loci S. Goaris* 339. e. *Item negligenter eadem ejus tranſeuntes* 340. c. *Mulier, diem feſtam non ſatis obſervans* 433.c. *Spicas tempore veſtito colligens* ibid. *Maledicus in S. Godelevam* 436. e. *Laborans feſto elevationis S. Godelevæ* 438. c. *Meſſor tempore elevationis S. Godelevæ laborans* 439. b. *Errore fluminis Carolus Magnus Imp. ob neglectum cultum loci S. Goaris* 340. e. *Familiæ S. Goaris iniquus, & ab eodem Sancto ſanatus* 341. c. *Plures ob inſalutatam in tranſitu ædem S. Goaris* a pag. 340. & aliis locis. *Mulieris ſilentium, quoad miraculum, ſuo filio factam ope S. Goaris; quod cum confiteatur publice, pœna ſublata* 342. b. *Figuli inafrugio, vel quia in tranſitu S. Goaris locum non ſalutarant, vel quia feminam, quæ ſalutatura exſcenderat, non expectarant* 342. c, d. *Presbyter ob injuriam factam eccleſiæ S. Goaris, qui eodem adductus ſanatur* 343. a. *Fraudatores eccleſiæ S. Goaris* 342 f, 343. a. *Negotiator miſericordiam rogatus homine S. Goaris, & non faciens* 343. a. *Abbas Maximinus locum tranſiens, Sanctum ibidem non precatus* 443. c. *Puniti, qui invadunt res S. Willibaldi* 516. d, e. *Dux Latromianus amentia* 547. e. *Morte Ulcioa præfectus* 572. a. *Puuit homines monachos Deus, non penitus deſerit* 597. c. *Interfector SS. Kiliani & Socc. ejus pœnitus* 614. a, b, c. *Et mulier, quæ interfectionis cauſa fuerat* c, 618. a. *S. Kiliani carnifex furiis actus, ſe cogitur prodere* 608. c, 617. *Et ſimul cum alio affecta interit infelicuer* ibid. *Mulier, temerare auſa diem depoſitionis S. Landradæ* 628 a. *Ac deinde ſoſpitati reddita* e. *Alias ob tactum reliquiarum S. Adriani* 646. f. *Operarii, qui Sanctos irridebant* 694. b. *Furtum cerei odontalgia* 725. a. *Interfectores S. Agiolfi* 725.e & ſeqq.

Purgatorii *pœnas ſuſtinens Conſtantia, filia S. Eliſabethæ, matris opem implorat* 176. f. *Quæ, celebrato per annum integrum Sacro, matri apparens ſignificat liberatam ſe eſſe* 177. b, 203. f

Puritatem *animi commendat S. Siſoes* 282.d

Puteus S. *Godelevæ, incredibili concurſa frequentatus* 397.f & ſeqq.

Q

Quadrageſima *deveniſſime tranſacta a S. Udalrico* 102.f & ſeqq.

E Querelæ *placidæ in ſummis mariti injuriis S. Godelevæ* 421.a, b

Quinquagenaria *lactis abunde conſequitur opo S. Eliſabethæ, ad pauperem nepotem alendum* 209. e. *Alia mulier lactis copiam impetrat* f

Quinquennis *abbati Waltheimenſi informandas traditur S. Willibaldus* 502.b

R

Rapta, *a latronibus, errore viarum puniti, reddita S. Darercæ cum vitæ emendatione* 294 d. *Vide etiam* 305.d

Regum *norma S. Edgarus Angliæ Rex* 660. a, & aliis locis.

Religioſus *vir ſed minus doctus præferendus viro [illegible] ut oſtenditur in exemplo* 161.e, f

Religioſis *viris ac feminis jubet diſtribui eleemoſynas S. Eliſabetha* 181.f

Reliquiis *datur S. Udalricus Ep.* 113. d. *Quas honorifice veneratur* ibid. e. *Reliquiarum furtum punitum* 132.a *Reliquiæ S. Godelevæ, a terribili incendio intactæ* 438. b. *S. Landradæ inter alias, minus cognitas, ad ſiniſtram altaris partem poſitæ, mirabili volata ad dexteram transferuntur* 628.d

Reperta *ampulla vitreæ, invocato S. Moduenæ nomine* 308.b

F Reſipiſcentia *Henrici aovitii poſt defectionem a fide* 821.a

Reſponſio *intrepida B. Jacobi Lacopii ad tyrannum* 791. e. *Ob quam vulneratur* ibid. 792. b. *Item B. Nicolai Pici, ad defectionem a Romano Pontifice ſolicitati* 793. b. *Item B. Leonardi Vecchelii* ibid.c

Reſtituta *prædia Blangiacenſi eccleſiæ, S. Bertæ monitu, & punitione Herſendis matronæ* 56. d, & ſeqq.

Reſuſcitatus *narratur puer a S. Euſanio, matre in ſomno monita ab Angelo* 692.d, e, f

Reverentia S. *Dunſtani erga S. Odonem, non tranſmutis ſepulcrum ejus niſi flexis genibus; & quare* 73. e

Revocatus S. *Danſtanus ab injuſto exilio* 661.d

S

Sacerdos *conſecrandus e diacono, ſubducit ſe in montem* 226. a. *Sacerdotes ſumma veneratione proſequitur S. Eliſabetha* 206.b. *Celebrantis manus oſculatur eadem Sancta* 181. c

Sa-

A Sacramentis *Euchariſtiæ & extremæ Unctionis munitur S. Wilhelmus ante mortem* 162. f. *Sacramentis ad mortem comparatur S. Eliſabetha* 205. a
Sacrificium *Miſſæ peragit S. Wilhelmus, ab aliis ſuſtentatus* 162. d
Sanationes. *Sanatus cæcus a S. Lauriano* 37. a, b. *Paralyticus, delato in Germaniam S. Bertæ corpore, ſanatus* 55. e, *mutus* ibid. a, b, c. *Manus arida ope S. Bertæ* 57. b. *Infirmi multi meritis S. Bertæ* 57. d. *Cæca ad corpus S. Bertæ* 57. f & ſeqq. *Paralyticus ope ejuſdem Sanctæ* 58. c, d, e. *Cæcus* 58. f & ſeqq. *Digiti contracti* 59. e. *Applicato velo S. Bertæ* 59, b, c. *Æger vinum bibens e phiala, S. Odone benedicta* 68. c, d. *Crura fracta, interceſſione Sanctorum* 127. a, b, 200. d. *Ope S. Udalrici contractus* 82. a, b. *Puella claudi* ibid. c. d, e. *Cæca octennis & mutus* ibid. f. *Mutus & ſurdus* ibid. & 83. a. *Debilis item & cæcus a nativitate; Curva* ibid. b. *Pede & brachio aridis laborans, puer contortis digitis ac manibus aridis; mutus & claudus* ibid. c. *Item claudus & cæcus a nativitate* d, e. *Contracta, claudus* e. *Duæ mulieres energumenæ* f. *Manus arida* 84. a. *Tres cæcæ, puer cæcus* b. *Mutus, ſurdi & claudi, puer mutus* c. *Arreptitia* d. *A dæmone arrepta* e. *Debilis in genibus, paralyticus, cæcus, hæmorrhoiſſa* 85. a. *Graviter infirmi ſeſpitati* 85. b. *Paralyticus* 87. a. *Surdus & cæcus* 112. f. *Morbus eoducus* 113. f. *Oleo conſecrato, ſuam & aliorum infirmitatem ſanat S. Udalricus, uti etiam caligantes oculos* 114. c, d. *Monialis ſanatur, ob inobedientiam punita* 115. e. *Febris ope ejuſdem S. Udalrici* 125. f. *Alii febricitantes* 126. a. *Duo, qui abſtulerant baculos ab ejus ſepulcro* 126. b, c. *Debile brachium filiæ* d. *Surdus & mutus* e. *Liberatus anxius* f. *Vulnerandus* ibid. *Crus fractum ſanatur* 127. b. *Contractus* e. *Cæcus* ibid. *diſruptus & claudus* f. *Cæcus* ibid., *mutus* 128. a. *Cæcus* ibid. *Obſeſſa a dæmone, clamante, ſe non exiturum, niſi reliquiæ S. Udalrici eo eſſent delatæ* d; *ſanatus filius Ducis Bohemiæ, deſperata ejus valetudine* f; *alius ſagitta venenata ictus* 129. a. *Item energumena; muta & vario affectu* b, *cæcus* c. *Submerſus infans ab apparente S. Udalrico matri vivus redditur* 129. d. *Contractio manuum* f; *claudus* 130. a, *infirmus* c. *Adoleſcens, dum quæritur Sancti corpus, a lapide colliſus* 131. c. *Arreptitia* 132. f. *Duæ item mulieres a ſpiritibus immundis* 133. c; *arreptitia* ibid. e; *claudi* 134. b; *arreptitia* ibid.; *languidus, duæ mutæ* ibid. c. *Calix S. Udalrici, dum febricitantes & rubido morſu laborantes ex eo bibunt, & Sanctum invocant, ſeſpitatem præbet* 134. e. *Prodeſt etiam parturientibus* ibid. f. *Sanatus epilepticus, ſimulatque tunica S. Procopii indutus* 143. f. *Cæcus ad ejuſdem invocationem* 144. a. *Sananda prædicitur infirma, ipſo apparente eodem Sancto* 145. a. *Languidi curati* 147. a. *Soluta catena carni inſerta* 147. c. *Liberatus, qui a dæmone vexabatur* 147. c. *Præcipitatus a dæmone in aquam* f. *Arrepta a diabolo puella, pro ſeſpitate ejus fruſtra adhibitis jejuniis & orationibus, ad ſepulcrum* 148. a, d. *Mario ope S. Wilhelmus ſanatur* 156. f. *Sanat greſſum S. Wilhelmus* 158. a. *Contractam dextram benedictione, oſculo & precibus* ibid. c. *Eamque, poſtquam mulier oſculata eſſet, denuo rigidam, rurſum ſanat* ibid. *Brachium, e verberibus debile* 159. d. *Claudæ & cæcæ patrocinio B. Joannis de Veſpiniano* 168. f. *Cæcus* ibid. *Morbida, ſandapilam oſculans S. Eliſabethæ* 193. c, d. *Ad ejuſdem Sanctæ invocationem pes, clavo tranſfixus, non apparente amplius cicatrice* 193. f. *Febres* 194. a; *cæca* c. *Item alia cæca* f. *Tuber diuturnum in manu, ejuſdem Sanctæ reliquiis* a, b. *Hirudo in corpore humano, per nares ejecta* 194. d. *Gonagra ſubitanee curata* e. *Brachium vulneratum* f. *Apoſtema a Sancta etiamnum vivente curatum* 195. a. *Tetrum carcinoma in pede* c. *Vulnus in capite* d. *Toto corpore doloribus cruciato* 195. e. *Puella cæca* f. *Item anus cæca ad ſepulcrum* f. *Aliique a variis malis liberati, videlicet febribus quartanis obnoxii, a dæmonibus infeſſi, &c.* 196. a. *Moribundus reviviſcit* b. *Dæmoniaca, ſeptem dæmoniis obſeſſa, quæ alibi non potuerant expelli* c. *Tuber in vola manus* 196. f. *Paralytica oleo lampadis Sanctæ uncta* 197. f. *Aliæ applicatione dicti olei* 198. a, c. *Aliæ infirmæ ad ſepulturam ſanatæ* b, c. *Ulcere laborans* d. *Ex carbunculo, loquelam impediente* e. *Morbus inteſtinus & alii plures* f. *Paralytica, alia diu afflicta, ac tertia & quarta oleo lampadis* 199. a, b, c. *Claudus & bouſta hirudine laborans* e. *Ulcus in capite* d. *In pectore; verrucæ in pedibus* e; *vomitus ſanguinis, tuber in manu* f. *Tuber item in manu* 200. a. *Iſchias & verrucæ* b. *Tres membrorum uſu privatæ* c. *Curationes plures, fere per oleum lampadis obtentæ, hominis obtriti ſub curru. Curantur manus & brachium venene tumida, mulier paralytica & muta, tumor in ventre, lepra in capite, dorſum graviter cæſum. Læſi oculi* d, e & ſeqq. *Puella a nativitate cæca, ſolo tactu manus beatæ Eliſabethæ* 207. e. *Tuber in ſtomacho Crucis ſigno* f. *Leproſus graviter in capite vulneratus* 208. a. *Inſanabilis cancer ab eadem ſancta Regina ſanatus, intractabile illud ulcus expurgante, oſculante, & Crucis ſigno ſignante* c. *Faber e tecto cadens Sanctæ implorata ope ſurſum attollitur* c. *Impeditus inceſſus* ibidem. *Claudo puero greſſus redditus ad tumbam S. Triphemeng* 239. c. *Muto loquela reddita poſt oſculum pedum corporis S. Triphemenæ* 239. b. *Sonatus morbidus* 240. a, c. *Puella* c & ſeqq. *Languidus & hydropicus ope S. Severi Ep.* 327. d. *Arida manus ex contactu tegminis inventi ſarcophagi S. Goaris* 338. *Item claudicans, amens, dæmoniacus* 339. d. *Item ſanati, locum S. Goaris viſitantes* 340. c. *Odontalgia uxoris Caroli Magni Imp. ope S. Goaris* 341. a. *Item mulier debilis, cæco, muta, cæci ac muti pueri & claudi* 342. a. *Ludovicus Pius Imp. a podagra* 344. c. *Mulier a claudicatione* 344. f. *Puer a dæmone* ibid. *Infantulus claudus, mutus & ſurdus* 345. b. *Puella cæca* c. *Curationes ad ſepulcrum S. Godeleve* 412. c. *Cæca a nativitate, Bertulfi, conjugis S. Godeleve, ex ſecunda uxore filia, aquis oculos lavans, cui immerſa fuerat dicta Sancta, viſum accipit* 413. a. *Contractus* 433. b. *Contracta* ibid. *Spicæ, manui adhærentes, ſoluta* c. *Cæcus, aquis, in quibus ſuffocata S. Godeleva, oculos lavans* 434. b. *Sanatus, qui ante ob dicacitatem contra eandem Sanctam fuerat punitus, ad ipſius ſepulcrum* 436. f. *Mulieres duæ & puer ſubmerſus* ibid. *Virgo religioſa, comitiali morbo laborans* 437. a. *Puella cæca* 437. c. *Mutus* d. *Infans, qui aciculam deglu-*

deglutierat e. *Senatus viſitatis reliquiis, qui laborans in feſto elevationis ejus fuerat punitus* 438. e. *Pueri hernia ad contactum ferreni* 438. f, 439. a. *Senatia mirabilis alicujus meſſoris, autea ob laborem tempore elevationis S. Godelevæ punita* 439. c. *Guttaris dolores* 441. b. *Cervum pueri callum* ibid. *Puella morbo comitiali* c. *Dolores gutturis* ibid. *Liberata puella a baculo, manui ejus adſtricto, ope S. Godelevæ* 439. e. *Item feſſor a foſſorio* f. *Sartor intromiſſa acu* 440. b. *Sanata patrocinio S. Godelevæ mulier ab angina* 440. b. *Puella miro morbo* ibid. *Juvenis doloribus gutturis* 441. e, *ac monialis* d. *Puerulus aciculæ* c. *Adoleſcens fauciam auguſtiis* ibid. *Mulier tranſverſa in gutture acicula* ibid. *Alia gutturis cruciatibus* f. *Puer aciculæ* ibid. & 443. e. *Loquela juvenі reſtituta* 441. f. *Puellula, reſpuens cibos* 441. e. *Vocis raucedo ſacerdotis* 442. b. *Cæca una* ibid. & *altera* c. *Paralytica & muta* e, d. *Oculis laborans* d. *Febri quartana* a. *Faucium tumore* f. *Linguæ uſu privata* 443. a. *Angina ac dæmonis tentatione vexata* b. *Monialis, febris ac gutturis anguſtiis preſſa* c. *Cæcus ruſans* 443. d. *Alter cæcus* f. *Partu laborantem juvat S. Godelevæ invocata* 443. f. *Manus læſa* 444. c. *Piſcis ſpina, faucibus inhærentes, erajiuntur* 444. a. *Sanati ægroti cingulo & cilicio B. Petri a Cruce* 446. d. *Cæca ſigno crucis a S. Eugenio Peregrino* 447. f. *Senatus plagis, diabolo opera inflictis, S. Wulfilacus oleo S. Martini* 480. c. *Sanitates obtentæ per pulverem, delatum e loco, in quo S. Hedda defunctus eſt* 483. e. *Sanantur patrocinio S. Willibaldi claudus* 517. d, *energumena* e. *Judæa parturiens ſalutem animæ & corporis* f; *Mulier cæca ter illuminata* ibid. & ſeqq. *Contractus* 519. b. *Puer mortuus* e. *Circulus ferreus ruptus* ibid. *Naufragi liberati* d, e. *Surdus auditum recuperat* e. *Puer ſubmerſus reſuſcitatur* f. *Viſu laborans curatur* ibid. f. *Mulier a vertigine* 519. a. *Alius a viſcerum paſſione* b. *Mutus linguam & loquelam accipit meritis S. Odonis Ep. Urgel.* 523. f. *Alius mutus vocem conſequitur* ibid. & ſeqq. *Paralyticus curatur* 524. b. *Item alius* d & *tertius* e. *Ad invocationem B. Davanzati deſperatiſſime æger* 526. a. *Item alius æger* b. *Morbus frigidus aqua, qua loca erant oſſa B. Davanzati* 529. d. *Paralyticus a S. Epicteto* 540. c. *Et cæca* 541. a. *Mutus ſurdus & aridus* 543. b, c. *Sanitates plurimæ ad ſepulcrum S. Diſibodi* 594. a. *Mutus, hydropicus & leproſus* 592. c, d, e. *Contracta ex podagra* 597. f. *Et paralytica* 598. b. *Alia item paralytica* d. *Membris captus, hydropica* 599. a, d. *Hydropica, curans corpora S. Landradæ & aliorum elevari* 620 a, 628. e, f. *Cæca, contractus, alia cæca, dolore reuum laborans, ope S. Landradæ & aliorum Sanctorum* 629. b, d. *Mulier, miſere a dæmone vexata, ope S. Pauli Novi, ei apparentis* 642. a & ſeqq. *Manus aduſta, accenſa candela ad S. Hadriani ſepulturam* 646. f. *Diu infirmus ope S. Illuminati* 650. e. *Furioſus & cæcus ad comprobandam ſanctitatem Edgari, Regis Angliæ* 660. a. *Mutus & ſurdus ope S. Euſanni M.* 693. c, 694. d, 695. f. *Digiti recurvi ope S. Agilolfi* 724. d. *Febris* 724. e. *Odontalgia* ibid. f, 725. b. *Cæca & curva* ibid. *Cæca & curva ope S. Agilolfi* 725. e. *Hernia per interceſſionem beatorum Martyrum Gorcomienſium* 824. c. *Graviſſimi podagræ dolores* ibid. c, *Dyſenteria Rutgeri Eſtii, dum colligendæ horum Martyrum hiſtoriæ operam navat* 826. d. *Puella in appenſione reliquiarum* 843. a. *Puer a ſtuxu ventris per illorum invocationem* ibid. d. *Hernia inſtantanee curata* 844. b. *Calculus* ibid. d. *Iſubias & curvitas* f. *Puer deſperatiſſime laborans ob inhærentem gutturi lapillum prunæ* 845. b. *Puerperæ* c. *Debilitatus greſſus* f. *Surditas* 846. b. *Tibia male affecta* e. *Igneus morbus* f. *Febricitans* 847. c. *Reuum dolor* d

Sanctorum *plurimorum & Sanctarum commemorationes facit S. Eliſabetha* 281. b

Sanguis *effuſus S. Godelevæ in lapidem induratus* 431. c. *Concentus Angelorum audiius in morte S. Godelevæ* 431. d. *Sanguis rerus effluit a concreto in lapidem ſanguine S. Godelevæ* 441. a

Scelerum *vindex S. Edgarus* 660. d

Secularem *ſtrepitum exoſa migrat alio S. Madaenno* 298. d

Sepultura *S. Udalrici um ſepeliens S. Wolfgangus Ep. cum lacrymis Deo commendat ejus animam* 120. f. *Sepultus cum paratura ſacerdotali* 120. d. *Sepelri voluit ſine tabulato ligneo ſupra corpus* 120. e. *Sepulcrum ſibi condit* 112. f. *Quod diebus Veneris viſitat, Miſſam facrens* ibid. *Sepulcrale monumentum condi ſibi jubet S. Eliſabetha* 187. e. *Sepulcrum S. Martini Turonenſis ſalutant SS. Bertarius & Atalemus* 318. d. *Sepulta S. Landrada, ad locum alium, a ſe in viſione S. Lamberto præſignatum, devinctus delatus* 627. c, d, e. *Sepultura miraculo deſignata S. Gervaſii* 315. c. *Sepultura S. Goaris prodigiis inclyta* 353. e. *Eam ſub ſtillicidio aliqui venerabilis Petrus Eremita* 532. c

Servatu *mirabiliter turricula ab exundatione aquarum* 341. f. *Servatus a S. Procopio frater relegatus, ne lapidibus obruerctur* 227. c, d. *Infans a ſubmerſione, matre ejus ad viſitandum S. Goarem digreſſa* 342. e. *Alius puer a ſubmerſione* ibid. *Mercator naufragio* 343. d

Silentium *miro docet exemplo S. Siſoes* 283. c. *Illud a ſuis monialibus ſervandum monet S. Dareca, poſt mortem apparens* 296. b, 310. f

Simoniacus *Epiſc. a S. Odone tribus vicibus monetur jubetur de imminenti interitu* 72. e, f & ſeqq.

Singularia *in menſa ſibi oblata recuſat S. Wilhelmus* 157. e

Societatis *Jeſu ingreſſum ſerio meditatus B. Nicolaus Poppelius* 816. b

Solennitate *maxima colitur S. Kilianus ab Herbipolenſibus, ejuſque ſocii* 610. e, f

Spelunca, *in qua S. Valentinus delituit* 40. e. *Spelunca ſacra contra voluntatem S. Udalrici ab hortulano ad uſum profanum adhibita, miro modo poſtea ab eodem hortulano non amplius inventa* 112. f

Spes *S. Eliſabethæ* 205. e, f

Spiritus *immundus fugatus* 141. b

Splendor *SS. Epicteti & Aſtionis poſt mortem* 545. d

Spurcitiæ *Edwardi Regis Angliæ puniræ regni diviſione* 661. b

Sterilis. *ope S. Godelevæ fœcunditate donatur* 442. f. *Item ope S. Euſanni* 693. f

Submerſionis *periculo liberati ope Sanctorum* 132. d, 340. e, 341. b, 342. c, d, e, f

Supplicia *malorum proponit ſuis S. Udalricus Ep.* 107. *Et præmia bonorum in cælo* ibid. & ſeqq.

Surgendum *poſt lapſum monet S. Siſoes* 283. e

Symbolum *Apoſtolorum pronuntiat ante mortem S. Eliſabeth* 205. a

Syno-

Synodus *Ingolheimenſis contra S. Udalricum ſtatuit, ejus nepotem Adalberonem, ipſo vivente, & volente in monaſterium ſecedere, non eſſe ipſi ſubſtituendum Epiſcopum* 117. c

T

TApes, *ſepulcro S. Udalrici impoſitus, ab igne illæſus* 125. e

Temperantiam *docet S. Siſoes* 271. d. *Qualem ipſe ſervavit* 283. a

Templum *Deiparæ exſtruit S. Athanaſius Athonita* 247. c

Tempori *ſervire in re ſeria religionis, quam malum* 763. e, f

Tentarum *a diabolo ac dira minantem, ad ſaniora reduxit S. Moduenna* 300. d, e

Terræ *pars, in qua peremptæ S. Godeleva, verſa in candidos lapides* 409. a, 412. d. *Abſportata mutatur in gemmas* 412. e. *Terra ſepulturæ S. Godeleva in pretioſos lapides mutata* 432 d

Tormenta *inter erudeliſſima illæſi SS. Epictetus & Aſſion* 545. e. *Diriſſima mavult perferre Cornelius Muſius, quam ſacros Geſſis theſauros pandere* 831. a, b *ac mori* ibid. c. *Tormentis cruciatur S. Procopius* 564. c. *Novis ſuppliciis afficitur* 571. e, f, 574. c, 575. f. *Eorum contemptrix S. Anatholia* 679. f

Tribulationibus *probantur juſti* 404. d, 421. e

Tumulus *Sanctorum, miraculis clarus. Vide* Sanationes.

Tyranno *inſultat S. Procopius M.* 574. b

V

VAcare *Deo & ſibi quærit S. Grimbaldus* 657. f

Vana *gloria monachi ex cantu Miſſæ graviſſime a S. Procopio caſtigata* 143. b

Vaſculum *flumini immiſſum, mirabiliter per aquas ad Moduennam delatum* 304. b

Vas *pene vacuum a S. Darerca repletum* 293. c. *Vide etiam* 306. c

Venatio *die Dominica Regi Edgaro prohibita a S. Dunſtano & qua occaſione* 660. f

Veneratio *erga SS. Euchariſtiam S. Eliſabetha* 206. a. *Veneratio erga Martyres Gorcomienſes, etiam antequam eorum corpora eſſent reſoſſa* 439. c

Veritas *euchariſtica a Martyribus Gorcomienſibus Præmoſtratenſibus libere aſſerta* 794. c

Verſatur *frequens cum mulieribus religioſis S. Eliſabeth* 204. d

Veſtem *pretioſi nitoris horret S. Wilhelmus* 157. c. *Veſtem S. Claræ, mortuo marito, induit S. Eliſabetha* 186. 204. b. *Veſtes & aurum in ornamenta eccleſiaſtica convertit* 186. e

Victoria *inſignis reportata de hæreticis feſto die ſanctorum Martyrum Gorcomienſium* 824. d. *alia dictis Martyribus adſcripta* 825. d

Viduas *quid deceat, exponit S. Godeleva* 425. c

Vigilantia *S. Severi Ep. in gubernando ſuo populo* 326. c

Vindictam *ſuadentes S. Eliſabetha contra conjugem, qui aula & bonis eam proſcripſerat, fortiter ab ipſa repulſi* 180. a, b

Vinum *pro Miſſa cælitus datum* 60. d. *Divinitus augetur, id quod tribuitur S. Goari, hoſpitalitatis amantiſſimo* 339. c. *Item vinum mirabiliter in vaſe ſervatum ab effuſione* ibid. c

Virginitatis *cingulum cum monitis ad eam conſervandam S. Udalricus accipit a S. Wiberada* 75. f. *Hortantur ad eam parentes S. Cyriacæ ſuam filiam* 272. b. *Virgines quid deceat, docet S. Godeleva* 424. f. *Virginitatis dotes diſcit ex Angelo S. Anatholia* 677. b. *Quam conſtantiſſime ſervare ſtatuit* ibid. c. *Fruſtra orante Victoria, ut nuptias contraheret* e. *Cui S. Anatholia laudes virginitatis prædicat* 678. b, c. *Viſoque Angelo ſtatuis & ipſa virginitatem colere* e. *Virginitatis amor in S. Landrada* 625. f

Virtus. *S. Udalrici duris probata & conſervata* 108. c & ſeqq. *Virtutes cardinales S. Elizabethæ* 206. e. *Virtutis varia documenta data a S. Siſoe* 283. f & ſeqq. *Exercitia virtutum S. Moduennæ* 306. f & ſeqq. *Virtutes præclaræ in S. Godeleva* 403. f, 410. b. *Virtutem pathetice extollit S. Godeleva ac mundana deprimit* 428. c, d. *Virtutum omnium exemplar S. Godeleva* 429. a. *Cum ſanctis feminis merito comparanda* b. *Virtutes præclaræ S. Willibaldi Ep.* 495. a. *Virtutes præclariſſimæ S. Eliſabethæ Reginæ, matrimonio junctæ* 176. d. *B. Hieronymi Werdani, viro religioſo digniſſimæ* 808. c, d, e. *Præſule dignæ in S. Odone Ep. Urgellenſi* 523. d. *Virtutis detibus ornatiſſimus S. Grimbaldus* 653. e

Vilere, Vilio. *Eam habet S. Hildegardis de virtute S. Diſibodi* 588. b. *Viſione S. Laudradæ monetur S. Lambertus de loco ſepulturæ ejus* 627. a, b. *Cæleſti recreatur B. Joanna* 630. f. *Viſione donatur ante mortem S. Eliſabetha* 205. a. *Viſit diligentiſſime dioeceſim ſuam S. Udalricus* 105. a. *Viſit corpus S. Jacobi Compoſtellæ S. Eliſabeth* 186. b. *Ubi plurima offert donaria pretioſiſſima* ibid. b, c, 204. c. *Viſit ſecundo S. Jacobum Compoſtellanum S. Eliſabetha mutato veſtitu, pedes & mendicans* 204. f. *Viſitur S. Darerca ab SS. Apoſtolis Petro & Paulo ante mortem* 295. f. *Viſitur ab Angelo S. Euſanius* 696. c

Vita *bona inter malos S. Bertarii* 317. e & ſeqq. *Vitæ cæleſtis notitia imbuuntur parentes S. Aſſionis M.* 548. b & ſeqq. *Vitæ integritas S. Goaris* 333. f. *Vitia octo principalia ſuis proponit & exponit S. Udalricus Ep.* 206. f & ſeqq.

Vitulus *a lupis raptus, illæſus reducitur* 304. f

Ultor *ſcelerum, a Lunæa admiſſorum, Deus, conniventibus hominibus* 832. f

Unctio *regum* 70. d

Voluntas *Dei ut fieret, inter cruciatus identidem ingeminant SS. Epictetus & Aſſion MM.* 545. b, c, 546. e

Vorum. *Fraudulentus cancellarius ad ſanitatem revocatus eo edito* 42. b. *Voto parentum S. Willibaldus a puero conſecratus Deo, ſanitatem conſequitur* 502. 512. d. *Voves Carolus Magnus Imp. numquam tranſire locum S. Goaris inſalutatum* 340. f. *Quod & obſervavit* ibid.

Vox *audita in nativitate S. Edgari Regis* 660. c

Uxorem *ſibi poſtulans Gertrudem, Deo dicatam, Ruadgarius, fortiter ab ejus matre S. Berta rejicitur* 52. c, d, e

Z

ZElo *domus Dei flagrat S. Felix Ep. in ædificanda magnificentiſſima baſilica* 474. c. *Zelus S. Udalrici tempore obſidionis Auguſtanæ* 110 e

FINIS.

NAPOLI

Acq 1471686